


BIBLIOTHECA VETERUM PATRUM

ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.

Cura & studio ANDREAE GALLANDII *Presbyteri* CONGREGATIONIS ORATORII.

TOMUS [illegible]


VENETIIS CIↃIↃCCLXVII.

EX TYPOGRAPHIA JOANNIS BAPTISTAE ALBRITII HIERON. FIL.


CUM [illegible] PRIVILEGIO.

BIBLIOTHECA
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.




Cura & studio ANDREÆ GALLANDII *Presbyteri*
CONGREGATIONIS ORATORII.



TOMUS III.



VENETIIS CIↃIↃCCLXVII.



EX TYPOGRAPHIA
JOANNIS BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FIL.
CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE CONSTITUTIONIBUS ET CANONIBUS APOSTOLICIS.

SYNOPSIS.

SECTIO I.

I. *De* Constitutionibus Apostolicis *variæ virorum doctorum ſententiæ. Opus eſſe apocryphum & pſeudepigraphum conſtat: nec non interpolationi ſubjectum.*

II. *De Conſtitutionibus, Photii judicium.*

III. *Multiplex hujus Apocryphi appellatio.*

IV. *Non idem auctor Conſtitutionum atque Recognitionum. Perperam confuſæ Conſtitutiones cum Clementinis. Earum auctor Clementis Romani nomen ſibi aſſumſit.*

V. *Ambiguum, quo tempore ſcripſerit Conſtitutor. Num gente Palæſtinus aut Phœnix?*

VI. An τῶν Ἀποστόλων διδαχαὶ *quarum mentio apud veteres, diverſum ſit opus a Conſtitutionibus? Affirmantium argumenta in medium producta.*

VII. *Oppoſita adſtruitur ſententia. Scriptura-* A *rum Indiculus Anaſtaſii Quæſtionibus ſubjectus. Accedit excerptum ex Conſtitutionibus* de Apparitione Domini, *quod in vulgatis deſideratur.*

VIII. *Alia proferuntur ad Conſtitutiones pertinentia.*

SECTIO II.

IX. Canones Apostolici *neque Apoſtolis neque Clementi tribuendi.*

X. *Quo tempore primum innotuerint. Cenſura Gelaſii. Quotnam ediderit Dionyſius Exiguus.*

XI. *De iiſdem Canonibus Græcorum ſententia.*

XII. *Quid Latini?*

XIII. *Canonum collectio tamquam pars poſtrema Conſtitutionum habenda. Eorum Indiculus ex Bal-* B *ſamone ms.*

XIV. *Cotelerianis obſervatis de Conſtitutionibus & Canonibus Apoſtolicis, ex antiquiorum ſcriptorum monumentis addita nonnulla.*

STadium nobis propoſitum, nulla interpoſita mora, pro viribus percurrentes, in hoc unum enitimur & contendimus, ut ſuſceptum iter ſtrenue perſequamur, illudque tandem Deo auctore ac duce qui curſum adjuvat, feliciter conficere nobis aliquando contingat. Age nunc primum omnium, Cotelerium V. C. audiamus, cujus luculentam Constitutionum Apostolicarum editionem in tertii hujus voluminis limine ſtitimus; paucula deinceps ejus adnotamentis ex vetuſtiorum auctorum ſcriptis addituri.

SECTIO I.

Joannis Baptistæ Cotelerii

De Conſtitutionibus Apoſtolicis Judicium.

I. Ex multis quæ de Conſtitutionibus Apoſtolicis vario doctorum ſermone jactantur, vera quædam ſunt, alia falſa, cetera ejuſmodi, ut veritatem an falſitatem contineant, certa nequeat argumentatione percipi. Ea ſi ſecreverimus, operæ pretium nos facturos non neſcimus.

Itaque verum eſt, Conſtitutionum Apoſtolicarum ὀκτάβιβλον, opus eſſe apocryphum & pſeudepigraphum, ab Apoſtolis non profectum, nec ab apoſtolico Clemente. Scilicet, quamvis Auctor Canonis ultimi Apoſtolici, ſi diverſus eſt ab eo de quo agimus, aliter ſtatuat; quamvis illos Apoſtolorum Canones veros cenſere ſoleant Græci poſteriores, Apoſtolicas vero διαταγὰς, Clementis quidem, ſed poſtea adulteratas; quamvis Æthiopes a Græcis edocti, Apoſtolicam Octabiblum ut ſacram & divinam venerentur; quamvis S. Epiphanius [1] & Cedrenus duobus in locis, inter Veterum Teſtimonia relatis, θεῖον λόγον Diataxibus tribuant: attamen liquido conſtat, ad Apoſtolos & Clementem non pertinere σύνταγμα, quod prima Eccleſiæ tempora latuit, quod a tot ſanctis Patribus C ignoratum fuit, aut neglectum; quod plurimis ſuſpicionem movit ſuppoſitionis, plurimis certitudinem dedit falſitatis; quod Catholica Eccleſia a Canone Scripturarum divinarum excludit; quod denique ſexcenta complectitur cum veritate, cum veriſimilitudine pugnantia, recentiora temporibus Apoſtolicis, atque ab Apoſtolico charactere remotiſſima.

Nec minus verum eſt, antiquas Conſtitutiones dictas Apoſtolorum, poſt compoſitionem ſuam interpolatricibus manibus ſubjacuiſſe. Id clare demonſtrant loca citata a B. Epiphanio, & a parente Operis imperfecti in Matthæum: quorum pleraque nunc partim non exſtant, partim cum magna differentia D verborum & ſenſuum leguntur. Atque ob eam interpolationis famam Græci in Trullo congregati profitentur Canone 2. Conſtitutionibus Apoſtolorum Clementinis jam olim ab hæreticis vim factam per nonnulla malaque additamenta. Sed quod merito mirere, Photius, diligentiſſimus hujuſcemodi rerum inveſtigator, neque depravationis, neque judicii Trullani mentionem facit, noſtris δια-

1. *Epiph.* Hær. lxxx. cap. vii.

ταγαῖς benignior, quemadmodum & Nicetas Pectoratus atque Georgius Cedrenus: quippe qui sextam suam Synodum videantur sprevisse, & in Constitutionibus nullam agnovisse corruptionem.

II. Quod autem διαταγαῖς τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος favet Photius, caussa non est odium in Latinos; quibus iniquus in μυριοβίβλῳ non apparet, utpote tunc orthodoxus & catholicus; cum contra Trullani Episcopi, Latinæ Ecclesiæ hostes haud dubii, iisdem διατάξεσι nigrum Theta præfixerint. Caussa est, libri præstantia, & forte Epiphanii encomium. Certe si, quemadmodum verisimile fit, existimavit Photius, Constitutiones opus esse vetus ac probum, sub nomine Apostolorum & Clementis confictum, tribus reprehensionibus iisque non insolubilibus obnoxium, κακοπλαστίας, contumeliarum Deuteronomio factarum, & Arianismi; non intelligo cur adeo culpanda putetur illius Critica. Ita fateri ille poterit quod in re est, ab antiquo homine non indocto, at fingendi satis imperito, nec semper veraci, in lucem prolatos fuisse post Apostolicum sæculum libros plurimis inconsequentiis ac inconsiderantiis, nonnullis erroribus respersos, de Deuteronomio incaute, de sancta & individua Trinitate periculose loquentes. Ut vero suspicer Constitutiones a Photio non esse attributas Romano Clementi, facit tum magni Magistri existimatio, tum quod eodem loci non magis abjudicat Apostolico Recognitiones, quas refertas docet absurdis & Arianismo, quam Constitutiones: quis autem credat ita sentire virum doctissimum & prudentissimum, ut tale Scriptum non putet falso Auctoris titulo fuisse donatum? tum denique quia idem in Præfatione ad Nomocanonem ambigue de Apostolorum Canonibus disserit, ut & in his ipsis Bibliothecæ Codicibus 112. 113. Quocirca secundum nostram suspicionem, Clementis dicta sunt Photio ea duo Scripta, quoniam Clementino nomine inscripta ferebantur. Quamquam, ut dicam ingenue, contextus orationis, & censura cum posterioris Epistolæ Clementis, tum Disputationis Petri cum Apione, non mediocrem pariunt difficultatem. Cur enim non pari modo proscripsit Constitutionum ac Recognitionum libros? Nisi forte quia in censuris illis non tam suam, quam Eusebii proponit opinionem. Sed de Photio hactenus. Suo quisque utatur arbitrio.

III. Veritate etiam, sicut & auctoritate, nituntur variæ hujus Apocryphi appellationes, διατάγματα ἀποστόλων seu ἀποστολικά, τῶν ἀποστόλων seu ἀποστολικαὶ διατάξεις aut διαταγαὶ, διαταγαὶ vel διατάξεις Κλήμεντος sive διὰ Κλήμεντος, τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις aut διαταγαὶ, & ὀκτάβιβλος Κλήμεντος: item διάταξις, διδασκαλία, καθολικὴ διδασκαλία, & κανόνες sive libri Canonum Apostolorum. Cujus postremi nominis mentio quoque apud Œcumenium hoc modo; [1] καὶ οὗτος ὁ Ανανίας διάκονος ἦν, ὡς αὐτὸς Παῦλος μαρτυρεῖ ἐν τοῖς κανόσι. Sed cum hujus editionis typis Veterum Testimonia mandarentur, nondum occurrerat locus: de quo vide quæ adnotabo ad libri VII. caput XLVI. Ceterum an Joannes Damascenus quando Canones Apostolorum per Clementem editos cum divinis Voluminibus annumerat [2], Constitutiones, vel dumtaxat Canones Constitutionibus subnexos intelligat, quæri potest. Malim accipere de solis Canonibus, quo majori parte erroris vir san-

A ctus & doctus sublevetur; & quia rarior prima acceptio; & propter Trullanos Patres, quorum sententiam videtur secutus. Adde quod [3] paullo superius morem adorandi ad Orientem refert ad traditionem Apostolorum non scriptam; cum tamen is mos scriptus reperiatur in Constitutionibus.

IV. Jam vero præter supra dictis veris opposita, falsum etiam est, Auctorem Constitutionum atque Recognitionum eumdem esse. Habemus Photii judicium, qui prærogativam quidem sanioris doctrinæ tribuit primo Operi; at eloquentiæ, ac polymathiæ posteriori. Et quis non videt illius scriptorem, virum fuisse sanctarum Scripturarum ri-
B tuumque Ecclesiasticorum scientissimum; hujus, hominem in iis rudiorem? Huc accedit quod non semper conveniunt dogmata utriusque. Verbi gratia Constitut. lib. 8. cap. 46. inter inanima recensentur sol, luna, stellæ; contra Recognit. lib. 5. cap. 16. Sic (alia prætereo) Ebioniticæ Αναγνωρισμοῦ lotiones, in καθολικῇ διδασκαλίᾳ condemnantur.

Perperam quoque confunduntur Constitutiones cum Clementinis. Aperte siquidem ac exserte distinguit Nicephorus [4]. Nec finit hæsitare præsens editio, quæ utrumque σύγγραμμα, ac posterius nunc primum complectitur. Errat itidem Humbertus Cardinalis, dum Ordinationes seu Constitutiones, a Niceta Pectorato laudatas, ad Itinerarium Petri
C Apostoli transfert, cum quo nihil commune habent, longe de aliis rebus quam de Petri peregrinationibus differentes. Ansam erroris Humberto dedit ignoratio utriusque Apocryphi, solaque notitia hujus Gelasiani Decreti, *Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis, libri decem*, (ita rectius dubio procul antiquæ editiones, quam recentiores *octo* vel *novem*) *apocryphum*. Creditum Cardinali, Græcos nihil habere nomine Clementis prænotatum, extra Itinerarium Petri & Canones Apostolorum.

Sed & veritati adversatur, Constitutionum Apostolicarum compositorem nomen Clementis Romani sibi non assumsisse. Quod nomen & in fronte Vo-
D luminis præfixum cernitur, & assertores habet cum Canonibus, Apostolorum ultimo, & Trullano 2. Photium, Nicetam Pectoratum, Zonaram, Alexium Aristinum, Balsamonem, Matthæum Blastarem, Nicephorum Callisti, Nicetam Serronium, &c. refragatorem autem ex antiquis neminem. Nec mirum si qui Apostolorum Diataxes scribebat, Apostolorum personam induerit; Clementem vero, hoc est, ut credi volebat, se, putaverit in libri corpore occultandum.

V. At ista mihi ambigua sunt, quo primum tempore libri Constitutionum Pseudo-Apostolicarum lucem conspexerint, quando interpolati sint, quem
E habuerint parentem, quem corruptorem, & quibus in locis fuerint depravati. Certo novi, quod primus scriptor post tempora Apostolica & ante Epiphanium vixerit; sed an propior illis vel huic, plane nescio. Nempe Patrum secundi ac tertii sæculi silentium non est nota indubia, non exstitisse eorum ætate Diataxes: quandoquidem Apocrypha diu ignorantur, diutius contemnuntur: unde incerta solent habere principia. Utrum etiam is in eodem ac Arius hæreseos luto hæserit, nec ne, dicere non possum. S. Epiphanius laudem orthodoxiæ ei tribuit: & quæ in opere Ariana videntur, forte interpolatori tribui debent, ut a Trullanis

1. *Oecum.* ad. Act. IX. 10.
2. *J. Damasc.* Orth. fid. lib. IV. cap. XVIII.
3. Id. ibid. cap. XIII.
4. *Niceph.* Hist. eccl. lib. III. cap. XVIII.

censetur; forte ἀρχαϊκὰ sunt, hæretica non sunt, depellique, licet ægre, possunt juxta mentem Photii. Quid tamen si Epiphanium deceperit titulus? si Catholicum putaverit, quod Apostolicum autumabat, nec inexcusabile videbatur? Jam interpolationis centones ignoti fuerunt Epiphanio, & scriptori Operis imperfecti in Matthæum; noti Anastasio Antiocheno Quæstionum ac Responsionum auctori. Quo autem tempore primum ex otiosi hominis officina manaverint, similiter non liquet. Obscurum præterea quod ajunt, alii ab eadem manu mutationes in Ignatio & in Constitutionibus prodiisse, alii a Diataxeωn consarcinatore Pseudo-Ignatium solere compilari: quasi vel non potuerit B. Ignatii depravator ex *Catholica Doctrina* complura mutuari; vel non credibilius fiat, sua ex Pseudo-Clementinis Diataxibus auxisse Pseudo-Ignatium; cujus interpolationes verus Ignatius manifestissimas facit; cum Constitutionum corruptelæ præter paucissimas occultissimæ sint? Mitto viri docti Davidis Blondelli in censura Epistolæ primæ Decretalis Clementi adscriptæ divinationem: Quod qui διαταγὰς scripsit, natione fuerit Palæstinus aut Phœnix, utpote qui thronum Hierosolymitanum reliquis præferat [1], & nomina mensibus inventa a Tyriis imponat. Non agitur de eminentia sedium, ubi episcopus Alexandrinus præteritur. Jacobum eo in loco præponit Pseudo-Clemens, in aliis multis postponit. Phœnicen ne patriam habuerunt quicumque iisdem mensium nominibus usi inveniuntur, quibus διαταγεῖς nostri?

VI. Ad hæc, dubito affirmare cum viris doctis, τῶν ἀποστόλων διδαχὰς seu διδαχὴν, apud Eusebium [2], Athanasium in Epistola Festali xxxix. & in Synopsi sacræ Scripturæ, si illius est, Nicephorum Constantinopolitanum in στιχομετρίᾳ, (ubi vulgo legitur διδαχὴ, cum ms. codex, si fides Joanni Croio [3] exhibeat διαδοχαὶ, manifesto, arbitror, vitio, pro διδαχαί) & Nicephorum Callisti [4] diversum esse opus a Constitutionibus Apostolicis, sive Catholica doctrina. Zonaras enim ad mox dictam Athanasii Epistolam, laudatus ab eruditissimo ac diligentissimo Usserio [5], quique exstat etiam in mss. 277. 507. Reg. biblioth. loquitur ad hunc modum: τὴν δὲ διδαχὴν τῶν ἀποστόλων, τινὲς λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος γραφείσας τῶν ἀποστόλων διατάξεις. ἃς ἡ λεγομένη ἕκτη σύνοδος ἀναγινώσκεσθαι οὐ συγχωρεῖ, ὡς νοθευθείσας καὶ παραφθαρείσας (Al. παραγραφείσας) ὑπὸ αἱρετικῶν. Concinitque Matthæus Blastares, Collector Canonum ineditus, in multorum bibliothecis latens, Litera β. cap. 11. ubi de S. Athanasii loco, his verbis: ἔξωθεν δὲ τῶν κανονιζομένων εἶναί φησιν, τὴν σοφίαν Σολομῶντος, &c. τὸν ποιμένα, καὶ τὴν διδαχὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ταύτην δὲ ἡ ἕκτη σύνοδος ἠθέτησεν.

Sed contra sic argumentantur. *Primo*, Athanasius διδαχὴν τῶν ἀποστόλων inter eos libros numerat qui Catechumenis legendi essent; cum libri Constitutionum Episcopis sint dicati, resque ad Ecclesiæ regimen spectantes tractent, & alia quædam μυστικώτερα, quæ idcirco Canone Apostolorum ultimo in vulgus efferri vetantur. *Secundo*, διδαχὴ, apud Nicephorum Constantinopolitanum, ejusque στιχομετρίας interpretem Anastasium Bibliothecarium, versiculis CC. solummodo constat; longe autem prolixiores sunt Constitutiones. *Tertio*, in Scripturarum Indiculo, Anastasii Nicæni Quæstionibus subjecto, in publica Oxoniensis Academiæ bibliotheca, διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων & διδασκαλία Κλήμεντος, ut distincta opera, pariterque apocrypha recensentur: at διδασκαλίας titulum præferunt Diataxes; itaque διδαχαὶ a Constitutionibus secerni debent. *Quarto*, a Synopsi Athanasiana διδαχὴ ἀποστόλων & Κλημέντια velut duo libri memorantur; in Clementinis autem continentur Constitutiones, quippe quæ Clementis nomen præferunt. *Quinto*, agens de Clementis operibus Eusebius, Doctrinas Apostolorum omittit. *Sexto*, Codicem Apostolicarum Constitutionum multa Ariana complectentem, nec Ariani pro confirmatione sui erroris adduxerunt, nec adductum Athanasius expendit: quo fit, ut exstante Athanasianis temporibus *Apostolorum Doctrina*, nondum lucem aspicerent Nostræ *Constitutiones*; & τῶν ἀποστολικῶν διδαγμάτων librum, citatum in Quæstionibus, nomen Anastasii Nicæni præferentibus, Quæstione xciii. eumdem habendum cum ἀποστόλων διδαχαῖς, alium a Diataxibus: & Constitutiones hodiernas etiam ex διδαχῇ Apostolorum, & διατάξει Epiphaniana fuisse consarcinatas.

VII. Verumtamen non desunt quæ ad hæc omnia reponamus, hunc in modum. Ad 1. Non solis Episcopis, sed & Laicis quoque, omnibusque Christianis Diataxis & Catholica Doctrina nuncupatur; ut fidem faciunt prima libri verba; οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν εἰς τὸν κύριον &c. Et vero quis ausit asseverare, quod postremus Apostolorum Canon tantum ætatis ferat ac prima διατάξεων editio, qua utebatur S. Epiphanius; quodque primus διαταγὰς sua voluerit occultare? Deinde ex Athanasiana Synopsi observat vir non mediocri eruditione, Joannes Dallæus [6], duo fuisse *Doctrinæ Apostolicæ* velut corpora: aliud quo totus liber continebatur; aliud in quo ea dumtaxat libri legebantur, quæ a Patribus tamquam utilia excerpta fuerant. Unde conficitur, ut Canone Apostolico extremo, de integris διαταγαῖς seu διδαχαῖς agente, possit B. Athanasius in ἑορταστικῇ de solis excerptis loqui. Ad 2. Forte Nicephorus Constantinopolitanus tantum viderat διδαχὴν decurtatam, ideoque constantem versibus solummodo σ'. CC. Vel præferre oportet lectionem Ms. Croiani, ,ς'. VIM. Ad 3. Indiculus ille etiam subjungitur Anastasii Quæstionibus in Codice 1789. bibliothecæ Christianissimi Regis. Ita vero habet:

Περὶ τῶν ξ'. βιβλίων, καὶ ὅσα τούτων ἐκτός.	*De LX. libris, & quinam extra illos sint.*
α'. γένεσις. β' ἔξοδος. γ' λευιτικόν. δ' ἀριθμοί. ε'. δευτερονόμιον. ς'. Ἰησοῦς. ζ'. κριταὶ καὶ Ῥούθ. η'. βασιλειῶν α'. θ'. βασιλειῶν β'. ι'. βασιλειῶν γ'. ια'. βασιλειῶν δ'. ιβ'. παραλειπόμενα, ε'. ιγ'. Ἰώβ. ιδ'. ψαλτήριον. ιε'. παροιμίαι. ις'. ἐκκλησιαστής. ιζ'. ᾄσματα (Codex 1607. ejusdem bibliothecæ qui complectitur primam partem hu-	1. Genesis. 2. Exodus. 3. Leviticus. 4. Numeri. 5. Deuteronomium. 6. Josue. 7. Judices, & Ruth. 8. Regnorum (*seu* Regum) primus. 9. Regnorum secundus. 10. Regnorum tertius. 11. Regnorum quartus. 12. Paralipomena, [a] quintus. 13. Job. 14. Psalterium. 15. Proverbia. 16. Ecclesiastes. 17. Cantica *si-*

[a] cum superioribus numerata.

1. Constitut. lib. viii. cap. x.
2. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. xv.
3. *Croi.* Observ. in N. T. cap. 1.
4. *Niceph.* Hist. eccl. lib. II. cap. xlvi.
5. *Usser.* Prolegom. Epist. Ignat. cap. vii.
6. *Dall.* de Pseudep. Apost. lib. I. cap. iv.

jus Catalogi, ᾇσμα) ᾀσμάτων, έ. ιή. Εσδρας. ιθ'. Ωσηέ. κ'. Αμῶς. κά. Μιχαίας. κβ'. Ιωήλ. κγ'. Ιωνᾶς. κδ'. Αβδιοῦ. κέ. Ναούμ. κς'. Αμβακούμ. κζ'. Σοφονίας. κή. Αγγαῖ☉. κθ'. Ζαχαρίας. λ'. Μαλαχίας. λά. Ησαΐας. λβ'. Ιερεμίας. λγ'. Ιεζεκιήλ. λδ'. Δανιήλ. λέ. ἐυαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον. λς'. κατὰ Μάρκον. λζ'. κατὰ Λουκᾶν. λή. κατὰ Ιωάννlω. λθ'. πράξεις τῶν ἀποστόλων. μ'. Ιακώβȣ ἐπιστολή. μά. Πέτρου. μβ'. Πέτρου. μγ'. Ιωάννου. μδ'. Ιωάννου. μέ. Ιωάννου. μς'. Ιούδα. μζ'. Παύλου πρὸς Ρωμαίους. μή. πρὸς Κορινθίους. μθ'. πρὸς Κορινθίους. ν'. πρὸς Γαλάτας. νά. πρὸς Εφεσίους. νβ'. πρὸς Φιλιππησίους. νγ'. πρὸς Κολοσσαεῖς. νδ'. πρὸς Θεσσαλονικεῖς. νέ. πρὸς Θεσσαλονικεῖς. νς'. πρὸς Τιμόθεον. νζ'. πρὸς Τιμόθεον. νή. πρὸς Τίτον. νθ'. πρὸς Φιλήμονα. ξ'. πρὸς Εβραίȣς.

ve Canticum Canticorum, [a] quintus. 18. Esdras. 19. Osee. 20. Amos. 21. Michæas. 22. Joel. 23. Jonas. 24. Abdias. 25. Nahum. 26. Habacuc. 27. Sophonias. 28. Aggæus. 29. Zacharias. 30. Malachias. 31. Esaias. 32. Jeremias. 33. Ezechiel. 34. Daniel. 35. Evangelium secundum Matth. 36. secundum Marcum. 37. secundum Lucam. 38. secundum Joannem. 39. Acta Apostolorum. 40. Jacobi Epistola. 41. Petri. 42. Petri. 43. Joannis. 44. Joannis. 45. Joannis. 46. Judæ. 47. Paulli ad Romanos. 48. ad Corinthios. 49. ad Corinthios. 50. ad Galatas. 51. ad Ephesios. 52. ad Philippenses. 53. ad Colossenses. 54. ad Thessalonicenses. 55. ad Thessalonicenses. 56. ad Timotheum. 57. ad Timotheum. 58. ad Titum. 59. ad Philemonem. 60. ad Hebræos.

Καὶ ὅσα ἔξω τῶν ξ'.

ά. σοφία Σολομῶντος. β'. σοφία Σιράχ. γ'. Μακκαβαίων. δ'. Μακκαβαίων. έ. Μακκαβαίων. ς'. Μακκαβαίων. ζ'. Εσθήρ. ή. Ιȣδίθ. θ'. Τωβίτ.

Et qui extra LX. sunt.

1. Sapientia Salomonis. 2. Sapientia Sirach. 3. Maccabæorum. 4. Maccabæorum. 5. Maccabæorum. 6. Maccabæorum. 7. Esther. 8. Judith. 9. Tobias.

Καὶ ὅσα ἀπόκρυφα.

ά. Αδάμ. β'. Ενώχ. γ'. Λάμεχ. δ'. Πατριάρχαι. έ. Ιωσὴφ προσευχή. ς'. Ελδὰμ καὶ Μοδάμ. ζ'. διαθήκη Μωσέως. [b] θ'. ψαλμοὶ Σολομῶντ☉. ί. Ηλιοῦ ἀποκάλυψις. ιά. Ησαΐου ὅρασις. ιβ'. Σοφονίου ἀποκάλυψις. ιγ'. Ζαχαρίου ἀποκάλυψις. ιδ'. Εσδρα ἀποκάλυψις. ιέ. Ιακώβου ἱστορία. ις'. Πέτρου ἀποκάλυψις. ιζ'. περίοδοι καὶ διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων. ιή. Βαρνάβα ἐπιστολή. ιθ'. Παύλȣ [c] πράξις. κ'. Παύλου ἀποκάλυψις. κά. διδασκαλία Κλήμεντ☉. κβ'. Ιγνατίȣ A διδασκαλία. κγ'. Πολυκάρπου διδασκαλία. κδ'. Ευαγγέλιον κατὰ Βαρνάβα. κέ. Ευαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον.

Et qui apocryphi.

1. Adam. 2. Enoch. 3. Lamech. 4. Parriarchæ. 5. Josephi Oratio. 6. Eldad & Medad. 7. Testamentum Mosis. 9. Psalmi Salomonis. 10. Eliæ Revelatio seu Apocalypsis. 11. Esaiæ Visio. 12. Sophoniæ Revelatio. 13. Zachariæ Revelatio. 14. Esdræ Revelatio. 15. Jacobi Historia. 16. Petri Apocalypsis. 17. Periodi aut Circuitus & Doctrinæ Apostolorum. 18. Barnabæ Epistola. 19. Paulli Actus. 20. Paulli Apocalypsis. 21. Doctrina Clementis. 22. Ignatii Doctrina. 23. Polycarpi Doctrina. 24. Evangelium secundum Barnabam. 25. Evangelium secundum Matthæum.

Ubi διδαχὰς τῶν ἀποστόλων & διδασκαλίαν Κλήμεντος distingui video; non video qua ratione distinguantur, Quidni ut Liber, a Libri Epitome? Ad hæc multæ fuerunt διδασκαλίαι & Doctrinæ. Ignatii, & Polycarpi heic. Doctrina Petri, apud Origenem & Damascenum, διδασκαλίαι τῶν ἁγίων ἀποστόλων lib. 5. Juris Græco-Romani in Interrogatione 2. Marci Alexandrini & Responsione Theo- B dori Balsamonis ad illam: nec non Didascalia Apostolica, quæ apud Æthiopes circumfertur. Cur itaque non exstiterit etiam διδασκαλία Κλήμεντ☉, diversa a καθολικῇ διδασκαλίᾳ? Ad 4. Bene duo libri fiunt in Synopsi Athanasii vocitata, διδαχὴ τῶν ἀποστόλων, & Κλημέντια, quo pacto apud Nicephori Historiam [1] διατάξεις ἀποστολικαὶ & τὰ Κλημέντια. Ad 5. ad eumdem forsan modum omittuntur ab Eusebio Clementinæ Diataxes, quarum alibi meminit sub nomine Doctrinarum Apostolicarum, quo videntur præteriri Clementinæ Periodi, quas alio in loco commemorat, appellans Petri Actus. Ad 6. Quot alia Veterum citare licuit Arianis, & dissolvenda Athanasio relinquere? Verbi gra- C tia, ut a Clemente non discedam, Recognitionum libros, plenos Arianismi. Quæ tamen ab iis fuisse prolata non legimus in S. Athanasii scriptis. Ad primam conclusionem. Locus Anastasii non exstat quidem in Quæstionibus editis per Jacobum Gretserum; sed in editione Gentiani Herveti profertur. Liber vero ms. num. 1789. Thesauri Regii, post Anastasii Quæstiones centum, habet scriptum;

Περὶ τῆς ἐπιφανείας τȣ̃ κυρίȣ· ἐκ τῶν ἀποστολῶν διαταγμάτων.

D Ετέχθη μὲν γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ιησȣ̃ς Χριστὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας ἐν Βηθλεὲμ, ἐν μlωὶ κατὰ Αἰγυπτίȣς Χοιὰκ, (al. Χυὰκ) κέ. (f. κθ'.) [in marg. Δεκεμβρίῳ (f. add. κέ.)] ὥρα ἑβδόμῃ τῆς ἡμέρας· (f. δεκάτῃ τῆς νυκτός.) ὅ ἐστιν πρὸ ὀκτὼ Καλάνδων Ιαννȣαρίων. ἐβαπτίσθη δὲ ἐν τῷ τριακοστῷ αὐτȣ̃ ἔτει ὑπὸ Ιωάννȣ, τȣ̃ Τυβὴ (al. Τυβὶ) ιά. E [in marg. Ιαννȣαρίῳ, ς'.] ὥρα δεκάτῃ τῆς νυκτὸς, (f. ἑβδόμῃ τῆς ἡμέρας) ἐν τῷ Ιορδάνῃ ποταμῷ. ἔμεινεν δὲ σὺν ἡμῖν ἐν τῷ κόσμῳ, κηρύσσων τὸ ἐυαγγέλιον τῆς βασιλείας τῶν ȣ̉ρανῶν, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, ἕως

[d] *De apparitione Domini: ex Constitutionibus Apostolicis.*

Nam natus quidem est Dominus noster Jesus Christus ex sancta Virgine Maria, in Bethlehem, secundum Ægyptios [e] Chœac 29. hora decima noctis; quod est VIII. Kalendas Januarii. Baptizatus autem est tricesimo ætatis suæ anno a Joanne, 11. mensis Tybi, Januarii 6. hora septima diei, in fluvio Jordane. Mansit autem nobiscum in mundo, [f] prædicans Evangelium regni cælorum, & curans omnem morbum & omnem ægritudinem in populo; donec natus fuit annos XXXII. & menses tres. In tricesimo tertio autem ætatis suæ anno crucifixus est, [g] Phamenoth 29.

a Inter versibus constantes. l. Epiphan. de mens. & pond. c. 4. b Locus vacuus in membranis. f. ἀνάληψις Μωσέως. *Assumtio Mosis*, ex Athanasio, & Nicephoro CP. c f. πράξεις. d Vide infra ad lib. V. capp. XIII. & XIV. e Decembris 25. l. Chron. Alex. p. 532. 534. f Matth. IV. 23. & IX. 35. g Martii 23.

1. *Niceph.* Hist. eccl. lib. III, cap. XVIII.

ἐγένετο ἐτῶν λβ΄. κ̀ μηνῶν τριῶν, ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει αὐτοῦ ἐσαυρώθη, Φαμενὼθ κθ΄. [in marg. Μαρτίῳ, κγ΄] ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας, κ̀ τῆς σελήνης ιδ΄. ἀνέστη δὲ ἐν τριημέρῳ, Παρμυθὴ (al. Φαρμυθὶ) (f. deest ά.) [in marg. Απριλλίῳ] ἡμέρᾳ πρώτῃ, ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς νυκτός· καὶ ὤφθη πᾶσιν ἡμῖν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· καὶ ἐφανέρωσεν τὴν δόξαν αὐτοῦ δι᾽ ἡμερῶν τεσσαράκοντα, διδάσκων ἡμᾶς κηρύσσειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν κ̀ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ἀνελήφθη δὲ Παχὼν γ΄. (f. ί.) [in marg. Μαΐῳ γ΄.] ὥρᾳ θ΄. τῆς ἡμέρας.

(Martii 25. die sexto, ~~hora~~ diei sexta, & XIV. Luna. Resurrexit autem in triduo, mensis [a] Pharmuthi I. (Martii 27.) die primo, hora sexta noctis: & visus est ab omnibus nobis discipulis ejus: ac manifestavit gloriam suam [b] per dies quadraginta, docens nos prædicare in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum. Assumtus est autem [c] Pachon decimo, (Maji 3.) hora diei nona.

Idemque fragmentum ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων exhibet Codex 1067. cum quibusdam varietatibus; ut quod prætermittit quæ in margine prioris leguntur, & quod non ponit dies mensium Chœac, Tybi, & Phamenoth. Verum dici potest pertinere ἀποσπασμάτιον ad διδασκαλίας, & διδάξεις τῶν ἀποστόλων; aut ad Diataxes primas, vel aliquam earum interpolationem nobis incognitam; qualis Æthiopica, quam nostræ partim similem esse, partim dissimilem, colligitur ex iis quæ apud Damianum a Goes de Æthiopum religione referuntur. Sane in Quæstionibus Anastasii [1], ista habentur A ex Constitutionibus Apostolicis, ὅταν γὰρ καθίσῃ &c. nec inveniuntur in nostris. Apostolicæ etiam nescio cujus Constitutionis Jacobi meminit Joannes Nicænus [2]. Atque Apostolicam Constitutionem fictitiam nec exstantem contra sacras imagines Catholicis objiciunt Iconomachi apud Nicephorum CP. in Antirrhetico 2. Cod. Reg. 781. Vide quoque infra ad lib. III. cap. XIV.

Ad 2. conclusionem. Etiamsi concedatur *Doctrinam Apostolorum* & *Constitutiones* differre, incertum adhuc remanet, an primarum Constitutionum corruptor illam *Doctrinam* compilarit, sicut Epistolam Barnabæ videtur exscripsisse. Concludo ergo ex ante dictis, probabilius censeri διδαχὴν inter B & διδασκαλίαν ac διάταξιν nihil intercedere discriminis.

VIII. Reliqua ad Constitutiones Apostolicas pertinentia, vel visa sunt leviora ac tritiora, vel infra in locis controversis explicabuntur commodius. Non præteribo tamen quæ inter scribenda hæc didici. I. Nonnulla harum Constitutionum Capitula referri in principio trium Collectionum Canonum manu exaratarum Reg. biblioth. unius Arabicæ, Græcarum aliarum. II. Solemne esse Orientalibus, eadem Capita in limine Conciliorum ponere: quo de ultimo auctor mihi Abraham Ecchellensis [3]. Nam de totius Operis Arabica versione exploratum C habebam, eam in non una bibliotheca servari. III. denique spem dari, Clementinas Constitutiones cum variis Apostolorum Canonibus aliisque Æthiopicis scriptis brevi in lucem proditurας, cura & studio Vanslebii clarissimi illius linguæ peritia, in Prædicatorum familia Theologi.

SECTIO II.

JOANNIS BAPTISTÆ COTELERII

De Canonibus Apostolicis Judicium.

IX. Κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ita quoque liber Regis 1326. Apud Dionysium Exiguum: *Regulæ ecclesiasticæ sanctorum Apostolorum, prolatæ per Clementem Ecclesiæ Romanæ Pontificem.* Et in Collectione Græca Canonum cod. Reg. 2430. κανόνες οἱ λεγόμενοι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, διὰ Κλήμεντος, πέ. In Latina vero ms. 1203. *Apostolorum Canones qui per Clementem Romanum Pontificem de Græco in Latinum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati, sunt quinquaginta.* Decreta ista Apostolis & Clementi tribui non debere evincit, quod cum aliis sacræ Scripturæ voluminibus non legantur, quod a primorum sæculorum scriptoribus non laudentur, quodque multa contineant nondum temporibus Apostolicis recepta.

X. Primum nominatim memorantur a Nectario E in Synodo Constantinopolitana anni 394. apud Zonaram [4] & Balsamonem [5]: μὴ χρῆναι, inquit, πρὸς τὸ ἑξῆς μήτε παρὰ τριῶν, μή τί γε παρὰ δύο τὸν ὑπεύθυνον δοκιμαζόμενον καθαιρεῖσθαι, ἀλλὰ γὰρ πλείονος συνόδου ψήφῳ κ̀ τῶν τῆς ἐπαρχίας, καθὼς καὶ οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες διωρίσαντο. *Non oportere in posterum ne a tribus quidem, nedum a duobus, eum qui reus esse probatur, deponi; sed majoris Synodi sententia, & provincialium; quemadmodum Apostolici canones definierunt.* In hoc insigni D testimonio illustris Concilii, cui intererant cum Nectario CP. aliisque pluribus Episcopis, Theophilus Alexandrinus, Flavianus Antiochenus, Helladius Cæsareæ Cappadociæ, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Gregorius Nyssenus, Amphilochius Iconiensis ac Theodorus Mopsuestenus, quanti Antistites! citari vides Canones Apostolicos, seu Canonem Apostolorum LXXIV. heic LXVI. Centum annis postea eosdem Canones proscripsit Gelasius in Synodo Romana per hæc verba; *Liber Canonum Apostolorum, Apocryphus.* Vel, *Liber qui appellatur Canones Apostolorum, Apocryphus*: quæ, cum in multis mss. libris habeantur, & a multis antiquis auctoribus lecta fuerint; non agnoscunt tamen quidam codices, nec Isidorus Mercator, nec Hincmarus [6]. Ubi etiam notare oportet variantem lectionem apud Burchardum [7]: *Libri Canones Apostolorum, Apocryphi*: qua non tam Canones Apostolorum, quam Apostolicæ Constitutiones a Gelasio petuntur. Non multo post eum Pontificem, Dionysius Exiguus apud Latinos quinquaginta priores ex his canonibus Codici suo Cano-

a Aprili maxima ex parte respondet. b Luc. XXIV. 47. c Maii 3.

1. *Anast.* Quæst. LX. pag. 398.
2. *Joan. Nic.* de nativ. Dom. tom. II. Auctar. Combefis.
3. *Ecchell.* Not. ad Catal. Hebedjes. pag. 167. &c.
4. *Zonar.* pag. 527.
5. *Balsam.* pag. 763.
6. *Hincm.* Opusc. XXXIII. cap. XXIV. pag. 474.
7. *Burch.* lib. III. cap. CCXXI.

num præfixit, præfatus quod iis *plurimi consensum non præbuere facilem*.

XI. Apud Græcos autem Joannes Antiochenus omnes LXXXV. in Collectionem suam canonicam, & in Nomocanonem admisit. Inde approbati fuerunt a Concilio Trullano; & in Catalogum sacrarum Scripturarum relati a Joanne Damasceno: quod postremum cum non posset concoquere Græcus, describendo locum Orthodoxæ fidei IV. 18. περὶ ἐνδιαθέτων βιβλίων, omisit verba, κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποςόλων διὰ Κλήμεντος, codice Regio 1789. Ac Trullani Concilii sententiam secutæ sunt aliæ Synodi, amplexi sunt Græci ceteri, exceptis paucis (in quibus limati judicii vir Photius) qui, essent ne Apostolorum, dubitarunt, ut cernere licet in Photiana Bibliotheca Cod. CXII. in ejusdem Photii præfatione ad Nomocanonem, & in Matthæi Blastaris προθεωρίᾳ. Immo Græcorum nonnulli, hac in controversia, limites excessere. Ut Nilus, qui lib. 2. de primatu Papæ, paullo ante finem, canonem 5. Chalcedonensem falsa additione depravatum profert, hoc modo: περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, ἔδοξε τοὺς περὶ τούτων τεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων ἀποςόλων καὶ πατέρων ἔχειν τὴν ἰσχύν. Cum genuinus Canon de Apostolis ne γρὺ quidem. Nec vero inter Græcos disceptatio fuit de numero nostrorum Canonum; quamvis alii aliter idem Opus partiti cognoscantur ex libris cum impressis, tum manu exaratis; nempe in capita 76. 77. 80. 84. 85. (Æthiopes in 56. & 81. teste Vanslebio in Conspectu Operum Æthiopicorum.) Et quod a Zonara discimus in fine Commentariorum ad hos Apostolorum Canones, rejiciebant ab istis diversos Canones nominibus Apostolorum inscriptos: quales in Ecclesia Æthiopica legi fidem facit Conspectus ille Vanslebianus. Atque hæc de Græca Ecclesia. Mitto enim *Confirmationem 85. canonum SS. Apostolorum ratam a sanctis Patribus in 5. generali Concilio*, librum Græcum ms. in catalogo voluminum bibliothecæ Bodleianæ; quia aut sublesta fide est, aut ad Synodum Trullanam pertinet. Redeamus ad Latinos.

XII. Postquam Dionysius Exiguus, aut, quod nobis videtur, mutilum nactus exemplar, aut alia de caussa, quam divinare nec volumus nec possumus, Latinis quinquaginta priores Canones Apostolicos tradidit; diu adhuc a multis Ecclesiis Occidentalibus ignorati sunt ac spreti, teste Gregorio Turonensi [1] & a quibusdam doctis hominibus suggillati, ut ab Isidoro Hispalensi, Hincmaro, aliisque. *In Canonibus Apostolorum*, verba sunt Ratherii Veronensis ad Hubertum Parmensem [2], *si tamen eos ut apocryphos non respuis*. Et infra: *Cum alia atque alia respondere gestiens ritu garriret lymphatico, & inflatus hesterno venas, ut semper, Jaccho*, (Virgil. Eclog. 6. *joco*, jocosa est lectio) *ad tabulas insuper luderet alearias; stomachatus iterum ego; Ni Canones Apostolorum cum ipsis respueres Apostolis, dicerem tibi, in Canonibus contineri eisdem* &c. Sed paullatim auctoritatem meruerunt, ut per Pontifices ac Synodos citarentur atque admitterentur. Aliter actum in reliquis triginta quinque a quinquagesimo: quippe quorum pauci notitiam habuerint, idque ad censuram aut contemtum. Humberti locum posuimus in Testimoniis Veterum ad Constitutiones. Urbani vero Papæ II. Epist. XVII. obvius est. Quamquam ii quoque Canones fautores nonnullos invenerunt, Anastasium Bibliothecarium, & Auxilium. *Sane notandum est*, ait primus præfatione in VII. Synodum ad Joannem VIII. *quædam in hac Synodo ex Apostolorum & sextæ universalis Synodi canonibus & sententiis inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur, nec admittuntur. Et certe de Apostolorum Canonibus liquido novimus, quoniam his quidam facile non præbuere consensum. Sed & prædecessor vester beatissimus Papa Stephanus non ex his plus quam quinquaginta recipiendos synodice promulgavit, licet quædam constituta Pontificum ex ipsis Canonibus assumta esse videantur. Unde Apostolatu vestro decernente, non solum illos solos* L. *Canones Ecclesia recipit, sed & omnes eorum* (inepte in margine exponitur *Pontificum Romanorum*, cum aperte de Apostolis loquatur) *utpote Spiritus sancti tubarum, quin & omnium omnino probabilium Pastorum, & sanctorum Conciliorum regulas & institutiones admittit; illas dumtaxat quæ nec rectæ fidei, nec probis moribus obviant, sed nec sedis Romanæ decretis ad modicum quid resultant, qui* (l. *quin* vel *quæ*) *potius adversarios, id est, Hæreticos potenter impugnant*. Ab Auxilio autem Formosum Formosique Ordinationes defendente, apud Joannem Morinum, adhibetur Canon Apostolorum heic LX. vulgo LXVIII.

XIII. Ceterum hoc caput haberi debere pro extrema parte Apostolicarum Constitutionum, non autem illis postea fuisse adjunctum, indicat satis contextus series, & clausula totius Operis, quam editiones quædam & mss. codices nonnulli Canonum Apostolicorum, atque Versio eorumdem Arabica, nec non Joannis Antiocheni Collectio repræsentant. Adde testimonium Photii: ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεῦχη βιβλίων δύο· ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται, Διαταγαὶ τῶν ἀποςόλων διὰ Κλήμεντος· ἐν ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τῷ ἀθροίσματι τῶν ἀποςόλων κανόνες ἐπιγραφόμενοι περιέχονται. Hoc est: *Lecti sunt Clementis Romani codices librorum duo: quorum alter inscribitur; Constitutiones Apostolorum per Clementem; in quo & synodicorum canonum illi qui cœtui Apostolorum adscribuntur canones continentur*; non autem, quemadmodum interpretatur vir doctus Joannes Dallæus [3], *in quo & ii qui inscribuntur Apostolorum canones una cum synodicorum canonum collectione continentur*. Regino [4]: *Ex Concilio Apostolorum*. Objici potest cum aliquo colore, pugnantia interdum sanciri a Constitutionibus & a Canonibus. Quæ tamen in manum interpolatricem nullo negotio refundentur. Verum de eo ad loca differemus. Nunc, dicta sufficiant, cum ad rei illustrationem, tum ad confutationem eorum quæ a doctis viris minus bene fuerunt prolata. Omittendi tamen non sunt tituli Canonum: quos ecce ex Balsamone ms. in bibliotheca Regis.

ά. Περὶ χειροτονίας ἐπισκόπων.	1. De ordinatione Episcoporum.
β΄. Περὶ χειροτονίας πρεσβυτέρων, διακόνων καὶ λοιπῶν κληρικῶν.	2. De ordinatione Presbyterorum, Diaconorum ceterorumque Clericorum.
γ΄. Περὶ θυσίας.	3. De sacrificio.

1. *Greg. Turon.* Hist. lib. V. capp. XVIII. XXVII.
2. *Rather.* in Spicileg. tom. II. pag. 171.
3. *Dall.* de Pseudep. Apost. lib. III. cap. I.
4. *Regin.* lib. II. capp. CCXCVIII. & CDIV. & Append. I. cap. IV.

δ'. Περὶ τοῦ αὐτοῦ.	4. Eadem de re.
ε'. Περὶ τοῦ μὴ προφάσει εὐλαβείας ἀπολύειν τὰς ἑαυτοῦ γυναῖκας.	5. Ut prætextu religionis uxores non dimittantur.
ς'. Περὶ τοῦ μὴ δέχεσθαι τοὺς ἱερωμένους φροντίδας κοσμικάς.	6. Ut sacrati non suscipiant curas mundanas.
ζ'. Περὶ τοῦ μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τοῖς Ἰουδαίοις τελεῖν τὸ πάσχα.	7. De non celebrando Paschate eadem die qua Judæi.
η'. Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι τῷ ἱερουργήσαντι μὴ μεταλαβεῖν, εἰ μὴ δῷ εὔλογον αἰτίαν.	8. Non licere ei qui sacrum celebraverit non communicare, nisi dederit caussam probabilem.
θ'. Περὶ τῶν εἰσιόντων εἰς ἐκκλησίαν, καὶ μὴ παραμενόντων τῇ εὐχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει.	9. De iis qui ingrediuntur in Ecclesiam, & non permanent in oratione & sacra communione.
ι'. Περὶ τοῦ μὴ συνεύχεσθαι ἀκοινωνήτοις.	10. Non esse orandum cum excommunicatis.
ια'. Περὶ τοῦ μὴ συνεύχεσθαι καθῃρημένοις.	11. Non orandum esse cum depositis.
ιβ'. Περὶ τοῦ μὴ δέχεσθαι τοὺς ἀφωρισμένους παρ' ἑτέρων.	12. De non recipiendis iis qui per alios fuerunt segregati.
ιγ'. Περὶ τοῦ αὐτοῦ.	13. De eodem.
ιδ'. Περὶ τοῦ μὴ ἐπιπηδᾷν ἀλλοτρίᾳ ἐνορίᾳ.	14. De non transsiliendo ad aliam regionem.
ιε'. Περὶ τῶν κληρικῶν παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου εἰς ἑτέρας ἐπαρχίας μεθισταμένων.	15. De Clericis qui, præter sui Episcopi sententiam, in alias provincias abscedunt.
ις'. Περὶ τῶν δεχομένων ἑτέρους κληρικοὺς ἐπισκόπων.	16. De Episcopis qui alienos Clericos recipiunt.
ιζ'. Περὶ τοῦ μὴ ἱερᾶσθαι τοὺς δυσὶ γάμοις συμπλακέντας, μετὰ τὸ βάπτισμα.	17. Ne ad sacros ordines promoveantur qui post baptismum duobus conjugiis fuerint impliciti.
ιη'. Περὶ τοῦ αὐτοῦ.	18 De eadem re.
ιθ'. Περὶ τοῦ μὴ κληροῦσθαι τοὺς κεκωλυμένους συναλλάξαντας γάμους.	19. Ut Clerici non fiant, qui matrimonia illicita contraxerunt.
κ'. Περὶ ἐγγύας διδόντων κληρικῶν.	20. De Clericis qui dant fidejussiones.
κα'. κβ'. κγ'. κδ'. Περὶ εὐνούχων.	21. 22. 23. 24. De Eunuchis.
κε'. Περὶ τῶν ἐπὶ πορνείᾳ ἁλόντων ἱερωμένων.	25. De Clericis in fornicatione deprehensis.
κς'. Περὶ τοῦ μόνον τῶν κληρικῶν τοὺς ἀναγνώστας γαμεῖν.	26. Ut e Clericis soli Lectores uxores ducant.
κζ'. Περὶ ἱερωμένων τυπτόντων.	27. De sacratis qui verberant.
κη'. Περὶ καθαιρεθέντων καὶ αὖθις ἁπτομένων λειτουργίας.	28. De depositis & adhuc ministerium attingentibus.
κθ'. λ'. Περὶ τῶν διὰ χρημάτων ἱερωσύνην λαμβανόντων, ἢ δι' ἀρχοντικῆς ἐξουσίας.	29. 30. De iis qui per pecunias sacerdotium accipiunt, aut per principum potestatem.
λα'. Περὶ τῶν ἀποσχιζομένων τῶν ἰδίων ἐπισκόπων.	31. De iis qui se abscindunt a suis Episcopis.
λβ'. Περὶ τοῦ μὴ λύεσθαι τοῦ ἀφορισμοῦ παρὰ ἄλλου ἐπισκόπου τὸν παρ' ἑτέρου ἀφορισθέντα.	32. Ne a segregatione solvatur per alium Episcopum qui ab alio fuit segregatus.
λγ'. Περὶ τῶν μὴ ἐχόντων συστατικὰ [illegible].	33. De Clericis commendatitias non habentibus.

A	λδ'. Περὶ τοῦ γινώσκειν τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἑαυτοῦ πρῶτον, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ γνώμης ἐκείνου.	34. Ut Episcopus cognoscat eum quem primum habet, & nihil magnum faciat sine illius sententia.
	λε'. Περὶ τῶν παρ' ἐνορίας χειροτονούντων.	35. De iis qui extra suos terminos ordinant.
	λς'. Περὶ τῶν μὴ καταδεχομένων τὴν φροντίδα τοῦ ὑπ' αὐτοὺς λαοῦ.	36. De iis qui non suscipiunt curam populi sub ipsis positi.
	λζ'. Περὶ τοῦ δὶς τοῦ ἔτους τῶν ἐπισκόπων συνελεύσεις γίνεσθαι.	37. Ut bis in anno fiant Episcoporum conventus.
B	λη'. Περὶ τοῦ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων τὴν φροντίδα ἔχειν τὸν ἐπίσκοπον.	38. Ut Episcopus curam habeat rerum ecclesiasticarum.
	λθ'. Περὶ τοῦ μηδὲν ἐπιτελεῖν τοὺς κληρικοὺς ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου.	39. Quod Clerici nihil agere debeant absque sententia Episcopi.
	μ'. Περὶ τοῦ φανερὰ εἶναι τὰ τοῦ ἐπισκόπου ἴδια πράγματα.	40. Ut manifestæ sint res propriæ Episcopi.
	μα'. Περὶ τοῦ ἐξουσίαν ἔχειν τὸν ἐπίσκοπον τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.	41. De eo quod Episcopus potestatem habeat rerum ecclesiasticarum.
C	μβ'. Περὶ τῶν κύβοις σχολαζόντων.	42. De iis qui aleæ vacant.
	μγ'. Περὶ τοῦ αὐτοῦ.	43. De eodem.
	μδ'. Περὶ τοκιζόντων.	44. De fenerationibus.
	με'. Περὶ τῶν συνευχομένων αἱρετικοῖς.	45. De iis qui orant cum hæreticis.
	μς'. Περὶ τῶν αἱρετικῶν δεχομένων βάπτισμα ἢ θυσίαν.	46. De iis qui admittunt hæreticorum baptisma vel sacrificium.
	μζ'. Περὶ τῶν [a] ἐκ δευτέρου βαπτιζόντων τοὺς παρ' αἱρετικῶν βαπτισθέντας.	47. De iis qui iterum baptizant baptizatos ab hæreticis.
	μη'. Περὶ τῶν ἀπολυόντων τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας καὶ ἑτέρας λαμβανόντων.	48. De iis qui suas uxores dimittunt & alias accipiunt.
D	μθ'. Περὶ τῶν μὴ βαπτιζόντων εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα.	49. De iis qui non baptizant in Patre & Filio & Spiritu sancto.
	ν'. Περὶ τοῦ αὐτοῦ.	50. De re eadem.
	να'. Περὶ τῶν οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ βδελυρίαν ἀπεχομένων κρεῶν.	51. De iis qui non ob exercitationem, sed per abominationem abstinent carnibus.
	νβ'. Περὶ τῶν μὴ δεχομένων τοὺς ἀπὸ ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφοντας.	52. De non recipientibus eos, qui se a peccatis convertunt.
	νγ'. Περὶ τῶν βδελυσσομένων μεταλαμβάνειν ἐν ταῖς ἑορταῖς κρεῶν καὶ οἴνου.	53. De iis qui refugiunt sumere festis diebus carnem & vinum.
E	νδ'. Περὶ τῶν ἐν καπηλείῳ ἐσθιόντων κληρικῶν.	54. De Clericis in caupona comedentibus.
	νε'. Περὶ τῶν τοὺς ἐπισκόπους ὑβριζόντων.	55. De iis qui Episcopos contumelia afficiunt.
	νς'. Περὶ τῶν ὑβριζόντων ἱερεῖς ἢ διακόνους.	56. De iis qui contumelia afficiunt Sacerdotes vel Diaconos.
	νζ'. Περὶ τῶν χλευαζόντων [illegible] βεβλαμμένους.	57. De irridentibus eos qui sunt oblæso corpore.
	[illegible]. Περὶ τ[illegible] [illegible]	58. De Episcopis aut Presbyteris negligentibus Clerum ac populum.
	[illegible]. Περὶ τῶν [b] ἐπιχο[illegible] τὰ δέοντα τοῖς	59. De Episcopis aut Presbyteris qui non sup-

[a] f. deest negativa. [b] Inferendum videtur μή.

ἐνδεέσι κληρικοῖς ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων.	peditant egenis Clericis ea quæ sunt necessaria.
ξ΄. Περὶ τῶν τὰ ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια ἐπὶ λύμῃ τοῦ λαοῦ παῤῥησιαζόντων.	60. De iis, qui libros impiorum velut sanctos ad populi perniciem publicant.
ξα΄. Περὶ τοῦ εἰς κλῆρον μὴ προάγεσθαι τοὺς ἀπελεγχθέντας ἐπὶ πορνείᾳ.	61. De non promovendis ad Clerum iis qui fornicationis convicti fuerint.
ξβ΄. Περὶ τῶν διὰ φόβον ἀρνουμένων ἢ τὸν Χριστὸν, ἢ τὸ τοῦ κλήρου ὄνομα.	62. De iis qui per metum negant aut Christum, aut Cleri nomen.
ξγ΄. Περὶ τῶν ἐσθιόντων κρέα ἐν αἵματι, ἢ θνησιμαῖα, ἢ θηριάλωτα.	63. De iis qui manducant carnes in sanguine, vel morticina, vel a feris capta.
ξδ΄. Περὶ τῶν εἰσερχομένων εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων, ἢ αἱρετικῶν, προσευχῆς χάριν.	64. De iis qui ingrediuntur in Synagogam Judæorum, vel hæreticorum, orationis gratia.
ξε΄. Περὶ τῶν τυπτόντων κληρικῶν.	65. De percutientibus Clericis.
ξϛ΄. Περὶ τῶν νηστευόντων τὴν κυριακὴν ἢ τὸ σάββατον.	66. De iis qui jejunant Dominica vel Sabbato.
ξζ΄. Περὶ τοῦ βιασαμένου παρθένον ἀμνήστευτον καὶ κατέχοντος αὐτήν.	67. De eo qui virginem non desponsatam violavit, eamque retinet.
ξη΄. Περὶ τῶν ἐκ δευτέρου χειροτονούντων καὶ χειροτονουμένων.	68. De iis qui secundo ordinant & ordinantur.
ξθ΄. Περὶ τῶν μὴ νηστευόντων τὴν τοῦ πάσχα τεσσαρακοστὴν, καὶ πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευήν.	69. De iis qui non jejunant Quadragesimam Paschatis, omnemque quartam feriam & Parasceven.
ο΄. Περὶ τῶν νηστευόντων ἢ ἑορταζόντων μετὰ Ἰουδαίων.	70. De iis qui jejunant vel festum agunt cum Judæis.
οα΄. Παρόμοιος τῷ α΄.	71. Priori similis.
οβ΄. Περὶ τῶν ἀπὸ ἱεροῦ ἀφαιρουμένων κηρὸν ἢ ἔλαιον.	72. De iis qui e templo auferunt ceram vel oleum.
ογ΄. Παρόμοιος τῷ α΄. [a] καὶ β΄.	73. Consimilis præcedenti.
οδ΄. Περὶ τοῦ πῶς χρὴ εἰς ἀπολογίαν καλεῖν τοὺς κατηγορηθέντας ἐπισκόπους.	74. Quo modo ad defensionem sui vocare oporteat accusatos Episcopos.
οε΄. Περὶ τοῦ μὴ δέχεσθαι εἰς ἐπισκόπων κατηγορίαν αἱρετικὸν ἢ ἕνα πιστόν.	75. Ut ad Episcoporum accusationem non admittatur hæreticus, aut unus fidelis.
οϛ΄. Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι τοῖς ἐπισκόποις κληρονόμους τῆς ἐπισκοπῆς ποιεῖν οὓς βούλονται.	76. Quod non liceat Episcopis heredes Episcopatus facere quos voluerint.
οζ΄. Περὶ ἐπισκόπων τίνες γίνονται, καὶ τίνες οὐ γίνονται· καὶ ἱερέων· καὶ ἄλλα πολλά.	77. &c. De Episcopis: quinam fiant, & quinam non fiant: de sacerdotibus: & alia plura.
πδ΄. Περὶ ὕβρεως βασιλέως.	84. De contumelia erga Regem.
πε΄. Περὶ βιβλίων τίνα ἀναγινώσκονται καὶ τίνα μή.	85. De libris, qui leguntur, & qui non.

XIV. Hactenus cl. Cotelerius, cujus placitis unum alterumve addere liceat. Et primum quidem, apud Justinum M. nonnulla Constitutionum A Apostolicarum vestigia reperiri, jampridem observavit Grabius. Sic enim vetustissimus ille Pater [1]: *οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν —— τοῖς εἰδώλοις ἀπετάξαντο, καὶ τῷ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. Qui autem ex gentibus —— nuntium simulacris remiserunt, seque ingenito Deo per Christum consecrarunt.* Quibus ferme gemina hæc sunt, quæ legimus in Constitutionibus [2]: *ἑαυτοὺς τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παράθεσθε. Vos ipsos soli ingenito Deo per Christum ejus dedicate.* Ubi de Catechumenis agitur, qui ab Ecclesia dimittebantur, post aliquod tempus baptizandi. Atque ad hanc eamdem formulam idem sanctus Martyr allusisse iterum iterumque videtur [3]. B Unde sua forsan hauserit Constitutor.

Præterea memorari succurrit *τὰς δευτέρας τῶν Ἀποστόλων διατάξεις* in fragmento, quod secundum locum obtinet inter Irenaica ab erudito Pfaffio evulgata. Sic enim ibi [4]: *Οἱ ταῖς δευτέραις τῶν Ἀποστόλων διατάξεσι παρηκολουθηκότες ἴσασι, κ. τ. λ. Posteriores Apostolorum Constitutiones assecuti, norunt* cet. Respicere autem auctor perhibetur ad ea quæ habentur in Constitutionum lib. VIII. cap. XII. Cur autem *δευτέρας* vocet Apostolorum Constitutiones quæ vulgo circumferuntur, existimaverim equidem veterem hunc scriptorem, quicumque demum is fuerit, sic eas appellasse, quod confectas censuerit ex virorum Apostolicorum *διδασκα-* C *λίαις*, puta Barnabæ, Clementis, Ignatii, qui secundum Apostolos *τὰ δευτερεῖα* in Ecclesia obtinebant. Plura in hanc rem laudatus Pfaffius [5], & nonnulla V. C. Scipio Maffejus [6].

Jam vero, ad Canones Apostolicos quod spectat, illud notatu dignum putaverim, Canonis XXVIII. mentionem fieri in insigni ecclesiasticæ historiæ fragmento Antenicæno, quod idem Maffejus jamdudum in lucem emisit [7]. Nimirum in hoc fragmento primum locum occupat epistola episcoporum Hesychii, Pachomii, Theodori & Phileæ, *Meletio dilecto & comministro* inscripta; quæ quidem anno Christi CCCVI. illiganda comperitur. Porro sub hujus epistolæ initium ita loquuntur episco- D pi: *Lex est* PATRUM ET PROPATRUM, *quam nec ipse ignoras, constituta secundum divinum & ecclesiasticum ordinem: nam cuncta pro Dei placito & zelo meliorum. Ab ipsis est constitutum & fixum*, IN ALIENIS PAROECIIS NON LICERE ALICUI EPISCOPORUM ORDINATIONES CELEBRARE: *quæ lex bene nimis magna est, & cum sapientia adinventa*. Paucisque interjectis: *Tu autem*, inquiunt, *nihil horum considerans, nec futura contemplans, nec beatorum patrum nostrorum, & a Christo susceptorum per successiones legem*, cet. Ex quibus sane verbis compertum fit, digitum intendisse præfatos episcopos ad Canonem inter Apostolicos XXVIII. qui sic se habet: *Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾷν ἔξω τῶν* E *ἑαυτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πόλεις ἢ χώρας. Episcopus non audeat extra limites suos ordinationes facere, in civitatibus aut pagis ipsi non subiectis.* Hinc proinde horum Canonum vetustatem & pretium agnoscere licet; quos videlicet sæculo IV. ineunte quatuor illustres episcopi & martyres, *patrum & propatrum*, quin etiam *beatorum patrum & a Christo susceptorum per successiones legem* appellant. Hæc aliaque plura eruditissimus editor.

a f. del.

1. *Justin.* Apol. I. §. XLIX.
2. Constit. lib. VIII. cap. VI.
3. *Justin.* Apol. I. §§. XIV. XXV. LXI.
4. *Iren.* fragm. II. edit. Lugd. Bat. 1743.
5. *Pfaff.* l. c. pag. 28. & in præfat. p. 6.
6. *Maffej.* Opusc. eccl. pag. 12. seq.
7. Id. ibid. pag. 254. seqq.

Ad hæc Petrus de Marca [1], Canones Apostolicos Concilio quidem Nicæno anteriores fuisse agnoscit, sed posteriores anno CCLVIII. quo tempore fervebat controversia de hæreticorum baptismo. „ Nihil enim, inquit, opportunius accidere poterat hac disputatione ad citandos in testimonium Canones Apostolicos, si ea tempestate compacta fuisset collectio, qua hodie utimur. Etenim ad confirmandam consuetudinem illam constantem, quam Firmilianus Stephano obtendebat, proferre poterat Canonem Apostolicum XLI. conceptum in hæc verba e versione Dionysii Exigui: *Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma damnari præcipimus. Quæ enim conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?* & Canonem XLVII. *Episcopus aut presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit baptisma, denuo baptizaverit; aut pollutum ab impio non baptizaverit, deponatur tamquam dividens crucem & mortem Domini, nos sacerdotes a falsis sacerdotibus non discernens.* Itaque e silentio Firmiliani colligere licet, incognitos ea ætate fuisse orientalibus Canones Apostolicos. „ Hæc ille.

Porro autem quisquis demum quæ sive de Constitutionibus sive de Canonibus Apostolicis hactenus in medium protulimus, probe perpendat; atque insuper animum advertat ex Canone ultimo evinci Constitutiones jam antea fuisse litteris consignatas; ac ea tandem recogitet quæ superiore §. XIII. edisseruit Cotelerius, Canones nimirum pro extrema Constitutionum parte habendos, non autem illis postea fuisse adjunctos: is enimvero integrum ejusmodi opus circa sæculi III. medium col-A locandum, fortasse haud immerito existimabit.

Sed hæc leviora. Illud vero potius operis pretium fuerit inspicere apud Maranum V. C. [2], quid conferant Constitutiones ad præcipua Christianæ religionis capita propugnanda. Heic autem Cotelerii adnotationem incuriose omissam, subjiciendam curavimus; quam infra [3] nos hoc loco exhibituros lectori recepimus. Sic autem se habet:

Ὑπηρετούμενον] Adnotabatur heic in antiquo codice Turriani; *οὐ δέχομαι ὑπηρετῆσαι τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὸν υἱὸν, ἀλλὰ σὺν αὐτῷ πάντα ποιῆσαι. Non admitto ministrasse Deo & Patri Filium; sed una cum ipso cuncta creavisse.* Et ad consimile effatum B lib. VIII. cap. 24. Μετὰ τὴν σάρκωσιν εἴποι ἄν τις τὴν ὑπηρεσίαν δι' αὐτὸν, οὐ μὴν πρὸ τῆς σαρκώσεως. *Post Incarnationem, dixerit quis ministerium per illum,* (seu *illum ministrasse*,) *non vero ante Incarnationem.* Pie admodum, & congruenter doctrinæ SS. Patrum. Nam hæretici hujusmodi vocibus abutebantur contra æqualitatem Filii cum Patre. Ceteroqui non desunt exempla similium locutionum, non modo in Magistris qui Arium præcesserunt; (Justinum Martyrem dico, Theophilum Antiochenum, Irenæum, Clementem Alexandrinum, Tertullianum & Origenem) sed & in illis, qui post exortam Arianam hæresim scripsere. Verbi gratia, in Hilario lib. III. de Trinitate, Mario Victorino C Hymno III. ac Epiphanio, circa quem leg. sup. ad Hermæ locum. Philo Judæus de nominum mutatione pag. 1058. ὑπηρέτης τοῦ Θεοῦ λόγος. Vide, si lubet, Epistolam Episcoporum sex ad Paullum Samosatensem. — Infra pag. 558.

C A P U T II.

D E

ASTERIO URBANO.

S Y N O P S I S.

I. *Auctor trium librorum adversus Cataphrygas*, ASTERIUS URBANUS *asseritur*.

II. *Episcopus fuisse demonstratur. Episcopi antiquitus vocati quandoque Presbyteri. Zoticus O-* D *trenus, alius a Comanense videtur.*

III. *Quo tempore scripserit auctor, inquiritur. Iniqua viri docti censura retunditur.*

I. VEterum sententiam de trium librorum auctore adversus Cataphrygas, quos Avircio Marcello nuncupatos memorat Eusebius [4], haud unam esse comperimus. Hieronymus enim opus illud modo Rhodonem, modo Apollonium litteris consignasse tradit [5]. Rufinus [6] & Nicephorus [7] Claudium Apollinarem, Eusebii nimirum mentem minus recte assecuti. Sed ejusmodi opiniones non esse admittendas, alibi uberius exposuimus [8]. Nunc vero post viros doctissimos, Valesium [9], Tillemontium [10], Longuerueum [11] & Dodvvellum [12] qui tamen postea sententiam mutavit [13]; ASTERIUM URBANUM eorum librorum scriptorem existimamus.

Objici quidem potest, ab hujusce operis scriptore mentionem fieri Asterii Urbani; ut proinde non auctor fuerit ipsemet noster Asterius. Sic enim ille [14]: Καὶ μὴ λεγέτω ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, τῷ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν, τὸ διὰ Μαξιμίλλης πνεῦμα. Sed quis non videat verba intermedia seriem orationis turbare, rescribendumque: Καὶ μὴ λεγέτω τὸ διὰ Μαξιμίλλης πνεῦμα, *Nec mihi jam dicat ille Maximillæ spiritus?* Hinc merito censuit Valesius, verba illa quæ interseruntur, ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, τῷ E κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν, scholion esse quod vetus quidam scholiastes, vel si mavis, Eusebius ipse, ad marginem libri sui apposuerat, ad verba quæ paullo ante occurrunt, αὖθις δὲ ἐν τῷ αὐτῷ φησι λόγῳ. Quod quidem scholion, ut fieri assolet,

1. *Marca* Concord. sac. & imp. lib. III. cap. II. §§. II-V.
2. *Maran.* Divin. J. C. D. N. lib. IV. cap. XVII. p. 508.
3. Constit. lib. V. cap. XX. pag. 135. not. 2.
4. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. XVI.
5. *Hieron.* de Vir. illustr. capp. XXXVII. & XL.
6. *Rufin.* interp. Euseb. lib. V. cap. XV.
7. *Niceph. Call.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
8. Prolegom. ad Bibl. PP. vol. I. cap. XXV. §. II. & vol. II. cap. XII. §. II.
9. *Vales.* ad Euseb. lib. V. cap. XVI.
10. *Tillem.* Mem. tom. II. pagg. 430. 441. & 670. not. VII. sur les Montan.
11. *Longuer.* Differt. de Montan. §. XIV. pag. 265.
12. *Dodw.* Differt. IV. Cypr. §. XI. pag. 44.
13. Id. Differt. IV. Iren. §. XXXVIII. pag. 369.
14. *Aster. Urb.* Fragm. IV. infr. pag. 275.

fuerit deinceps a librariis in textum illatum : importunum illud quidem, ſed eo ſaltem nomine commodum, quod hinc demum cum ipſo viro docto colligamus, Aſterium Urbanum trium librorum adverſus Cataphrygas habendum eſſe auctorem, non autem Claudium Apollinarem, ut poſt Rufinum complures recentiores ſtatuerunt. Porro Valeſiana conjectura Tillemontio [1] præ ceteris atque Pearſonio [2] arriſiſſe perhibetur.

II. Quis autem qualiſve fuerit noſter Aſterius, non liquet. Epiſcopum vero ipſum fuiſſe, illa ſuadere ſatis videntur quæ ab eo Ancyræ in Galatia peracta noſcuntur. Quum enim illius urbis eccleſiam Montani ejuſque feminarum pſeudoprophetiis turbatam comperiſſet, collecto fidelium cœtu pluribus diebus diſſeruit, eoſque in veritate fidei magnopere confirmavit, adverſarios vero Deique hoſtes in fugam convertit [3] : quo quidem munere fungi, virum in primis epiſcopali honore inſignitum decebat.

Præterea teſtatur auctor [4], tunc adfuiſſe dum loqueretur, Zoticum Otrenum quem vocat ſuum *συμπρεσβύτερον*, quin & Zoticum Comanenſem & Julianum Apamenum, *ἄνδρας δοκίμους καὶ ἐπισκόπους*, *viros probos & epiſcopali dignitate ornatos* : ut propterea non ſolum in presbyterorum collegium cooptatus fuiſſe videatur Aſterius, ſed & ipſemet epiſcopus fuerit, qui nimirum tribus aliis adſtantibus epiſcopis ad populum in eccleſia verba fecerit. Neque vero quis jure collegerit, noſtrum Aſterium adeoque Zoticum Otrenum in presbyterii gradu fuiſſe tantummodo collocatos, quod Zoticum ipſum *compresbyterum* ſuum appellet : haud enim inſolens in eccleſiaſticæ antiquitatis monumentis, epiſcopos vocari conſueviſſe presbyteros. Unum afferam exemplum, & quidem ter inculcatum, ex epiſtola Irenæi ad Victorem [5] : „ Sed & presbyteri illi, inquit, qui ante Soterem eccleſiæ præfuerunt, quam nunc gubernas. „ Et mox : Verum qui te præceſſerunt presbyteri. „ Pauciſque interjectis, de Aniceto verba faciens : „ Quum hic, ait, presbyterorum qui ante ſe fuerant, conſuetudinem retinendam eſſe diceret, „ cet. *Καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος πρεσβύτεροι, οἱ προστάντες τῆς ἐκκλησίας ἧς ἀφηγῇ - - - - ἀλλ᾽ οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι - - - - λέγοντα (τὸν Ανίκητον) τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν*. Plura ſuppeditabit Svicerus [6], quem profecto mirari ſubit illuſtrem hunc locum præteriiſſe.

Ceterum haud exiſtimaverim equidem eum Lequienio [7] V. C. unum eumdemque fuiſſe Zoticum Otrenum & Comanenſem, quorum diviſim meminit auctor : quum inconſonum videatur, uni epiſcopo duas eccleſias longe inter ſe diſſitas fuiſſe commiſſas. Otrys enim in Bithyniæ finibus collocatur a Strabone ; Comanorum vero urbs (ut heic de Comanis Ponticis taceam) Cappadociæ, Ptolomæo teſte, attribuitur. In Notitiis epiſcopatuum, prior Diœceſeos Aſianæ putatur, Ponticæ autem poſterior.

III. Jam vero quæ ſuperant ex tribus libris Aſterii, ætatem ſatis declarant qua ille ſcribebat. Sic enim ait [8] : *Ab obitu Maximillæ uſque in hanc diem,* PLUS QUAM TREDECIM ANNI *jam elapſi ſunt : nec tamen ullum aut particulare bellum, aut univerſale in terris fuit. Immo Chriſtianis, præcipua quadam Dei miſericordia, pax ſtabilis & firma permanſit*. Et iterum [9] : *Oſtendant nobis* (Cataphryges,) *quinam inter ipſos Montano & mulierculis ſucceſſerint : etenim prophetiæ donum in omni eccleſia ad ultimum uſque Domini adventum permanere debere, auctor eſt Apoſtolus. Sed nullum prorſus poterunt oſtendere, tametſi jam* QUARTUS DECIMUS HIC AGATUR ANNUS *ab obitu Maximillæ*. Ex quibus ſane verbis, ſubductis rationibus, colligit Tillemontius [10], iſta ſcripſiſſe Aſterium circa Domini annum CCXXXI. imperii vero Aleſſandri XI. Et jure quidem : nam Alexander, Herodiano teſte [11], *εἰς τεσσαρεσκαιδέκατον ἐλάσας τῆς βασιλείας ἔτος, ἀναιμωτὶ ἦρξεν*, *annis XIV. citra ſanguinem geſſit imperium* : ut proinde quiete agere permiſſi fuerint Chriſtiani eo imperante ; adeoque *pax* illa, qua ſub Antonino Caracalla, ſub Macrino, nec non ſub Elagabalo fruebatur Eccleſia, ſub Alexandri quoque imperio *ſtabilis & firma permanſit*, ut ſcribit noſter auctor.

Ex iis porro quæ huc uſque de Aſterio Urbano ediſſeruimus, in primis vero de illius acri ſtudio in Chriſtiana religione ab hæreticorum fraudibus vindicanda ; quis demum æquo animo ferat eo uſque proceſſiſſe virum criticum, ut ſcribere non dubitarit [12], *quæ* ab Apollonio, Aſterio, Miltiade aliiſque illius ævi Montaniſtarum oppugnatoribus, *retulit* Euſebius, *adeo eſſe plena declamatoriæ vanitatis, ut eo faciant fidei minus, quo magis affirmant*? Ita ne vero? Ita quidem vir ille cenſet; quo nimirum Montanum ſive purget ſive laudet, ſuumque proinde Tertullianum ab Eccleſiæ unitate ſejunctum ac Montaniſtis addictum.

1. *Tillem.* l. c. pag. 671.
2. *Pearſ.* Vindic. Ignat. part. II. pag. 164.
3. *Aſter. Urb.* Fragm. I. pag. 273.
4. Id. ibid. & Fragm. IV. pag. 276.
5. *Iren.* apud *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. V. cap. XXIV.
6. *Svicer.* Theſ. eccl. v. Πρεσβύτερος. tom. II. pag. 826.
7. *Lequien.* Oriens Chriſt. tom. II. pagg. 447. 847.
8. *Aſter.* Fragm. V. infr. pag. 276.
9. Id. Fragm. X. infr. pag. 277.
10. *Tillem.* Mem. tom. II. pag. 441.
11. *Herodian.* Hiſtor. lib. VI. ſub init.
12. *Rigalt.* præfat. ad Tertull.

CAPUT III.

DE ANONYMO

CHRONICI AUCTORE,

ſub Alexandro Severo conſcripti.

SYNOPSIS.

I. *Varia virorum eruditorum placita de hujus Chronici auctore.* A

II. *Illud Hippolyto epiſcopo & martyri tribuendum nonnulli exiſtimarunt.*

III. *Sed ejus auctor, vel Heron ex philoſopho chriſtianus & martyr, vel potius* Anonymus *qui ſub Alexandro Severo vixerit, habendus videtur.*

IV. *Cangii ſententia de Hippolyto Chronici auctore proponitur.*

V. *At in computis ab Hippolyto diſſentit Chronici ſcriptor.*

VI. *Quod quidem allatis in medium exemplis evincitur.*

VII. *Demonſtrationis hujus Blanchinianæ concluſio.*

VIII. *Variæ Chronici memorati editiones.*

I. Inter opera S. Hippolyti epiſcopi & martyris, quæ ſuperiore volumine II. collecta ſimul edidimus, nonnulli viri docti recenſendum exiſtimarunt & Chronicon illud, quod Anonymus qui ſub extremis Alexandri Severi imperatoris temporibus floruit, Africano coævus, circa Chriſti annum ccxxxvi. ſcripſiſſe comperitur. Hanc ſententiam præ ceteris eſt amplexus V. C. Cangius [1]. Sed in aliam abierunt Pearſonius [2], & Doddvvellus [3]: quorum poſterior Anonymum quo de agimus, ſcripſiſſe ſtatuit paucis poſt Hippolytum annis; quum alias ſanctus ille martyr & epiſcopus primo ejuſdem Alexandri Severi anno Cyclum ſuum inchoaſſe noſcatur. Ceterum, inquit, multa noſter Anonymus habet, quæ cum hypotheſibus Hippolyti chronologicis in ejuſdem Paſchali Canone obſervatis conſentire videantur, quæque adeo Hippolyto Anonymum debuiſſe fas eſt ut ſuſpicemur. Quorum quidem virorum eruditorum ſententiæ illa in primis nos cogunt accedere, quæ hac de re præclare ſatis ediſſeruit illuſtris præſul Franciſcus Blanchinius [4]. Sic igitur ille:

II. „ Dolebamus, quod liber ille interciderit, ubi digeſſerat Hippolytus *Demonſtrationem temporum Paſchæ quemadmodum in Tabula*. Opus enim illud, ſi ad nos integrum perveniſſet, haberi deberet poſt ſacras litteras omnium pretioſiſſimum. Siquidem ante Hippolytum nemo digeſſerat in certam ſeriem, nec ad Cycli normam redegerat ſacros annales: quod ille præſtitit Chriſtianorum ſcriptorum primus. Occurrebat dolori noſtro vir doctiſſimus Dominus du Cange in poſtrema editione Paſchalis Chronici: ubi de Hippolyti Canone, & Commentario Paſchæ plurima quum diſſeruerit ſolidiori qua pollet eruditione in omni genere litterarum, viſus eſt aliquam in ſpem nos adducere libri Hippolytei reperiundi vetuſto illo in codice, quem Caniſius *Antiquarum lectionum* tomo 3. & Labbeus in primo *Bibliothecæ manuſcriptorum* publico bono in lucem protulerant. Adornavit vero etiam ipſe V. C. tertiam ejuſdem opuſculi editionem num. IV. *in ſelectis ad illuſtrandum Chronicon*, quod parabat: cujus titulum in indiculo *ſelectis* præfixo ex antiquis membranis cum redderet pag. 403. ita commendavit: „ IV. Liber generationis ad Adam uſque ad ordinem quæ (*ſic*) continentur in hoc libro. *Opus quod Hippolyto Portuenſi adſcribi poſſe duximus in Præfatione: ex editione Henrici Caniſii, & Philippi Labbei ad fidem codicis Collegii Pariſ. Soc. Jeſu recognitum.* „ Et certe in præfatione plurimus eſt in conjecturis conquirendis, unde Hippolyto Martyri, quem Portuenſem epiſcopum ex VII. ſuburbicariis fuiſſe autumat, tribui præ ceteris debeat.

III. Verum, ſi ad Hippolytum epiſcopum & martyrem Canon iſte marmoreus referendus eſt, ut omnium doctorum ipſiuſque adeo Cangii ſuffragio refertur; demonſtraturum me eſſe confido, ad eumdem Hippolytum non pertinere codicem illum Caniſianum, & Labbeanum, ceteroqui ſpectabilem: ſed eſſe potius referendum, vel ad Heronem illum ex philoſopho chriſtianum & martyrem: quem ipſe a neocoratu templi Sarapidis in Portu Romano ad Chriſti fidem evocatum ſuſpicatur ex Græca inſcriptione apud Sponium ſect. x. num. 22. Severo Alexandro imperante, ipſique adeo Hippolyto æqualem; & de temporibus ſcripſiſſe docet ex veterum teſtimoniis, eumque adhuc neophytum expleſſe martyrium. Accedo itaque ad eam ſententiam, quam ſecundo loco idem laudatus auctor in præfatione ſubtexuit, dicens vel Hippolyto epiſcopo, *vel auctori ſynchrono, qui vixerit ſub Alexandro Auguſto*, eſſe librum adjudicandum. Præſtat ejus verba tranſſcribere ex numero xviii. præfationis.

IV. „ Ceterum Hippolyti Chronico de quo agimus, geminum prope eſt, niſi ipſummet exſtiterit, Chronicon illud, quod edidit Henricus Caniſius tom. III. Antiq. Lect. & Philippus Labbeus tom. I. Novæ Bibliothecæ ex ms. cod. Collegii Pariſ. Soc. Jeſu hocce titulo: *De diviſionibus, & generationibus gentium*. Quod quidem Chronicon ad Alexandri Severi annum XIII. eumque imperii poſtremum, quo imperante ſe vixiſſe non ſemel auctor innuit, perducitur. Is vero in præfatione deſcripturum ſe ait, *Gentium diviſionem, & parentum dinumeratam generationem, inhabitationis quoque tempora, & bel-*

1. *Cang.* præfat. ad Chron. Paſch. §. xviii. & xxv.
2. *Pearſ.* Differt. I. de ſucceſs. prim. Rom. Epiſc. cap. x. §. I. cap. xiv. §. xix.
3. *Dodw.* Differtat. ſing. de Rom. Pont. prim. ſucceſs.
4. *Blanch.* Differt. de Can. Paſch. S. Hippol. cap. III. §. vii. ſeqq.

„ *lorum commissiones, & Judicum tempora, qui & ex quibus Regibus nati sunt, qualesque captivitates populi, & quibus Judicibus contigerint, quique Sacerdotes, quibus temporibus fuerant, & quæ divisio, & quæ perditio facta sit, quonam modo generatio seminis Israel de Patribus in Christo completa sit, & quot quantique per quanta tempora dinumerentur anni a creatura sæculi usque in hunc diem.* Præfationi Index subjicitur, cujus VI. caput hisce verbis conceptum legitur: *Declaratio Paschæ, & quis quando servavit ex temporibus Moysi in hunc diem.* Quæ quidem ad ea referuntur quæ habentur in ea sectione, ubi de Paschate subinde a Judæis exacto agitur. Tum additur: *A generatione autem Christi post XXX. annos cum passus est Dominus, Pascha celebratur. Ipse enim erat justum Pascha. A Passione autem Domini usque in XIII. annum imperii Alexandri Cæsaris anni CCVI. servatum est Pascha, quod in commemorationem Domini nostri Jesu Christi servatur a nobis. Fiunt igitur omnes anni ab Adam usque in hunc diem anni V. MDCCXXXVIII.* Quæ quidem heic a nobis allata si quis cum iis, quæ de Hippolyti Chronico attigimus, ad amussim conferre velit; illud ipsum esse ejusdem Chronicon haud difficulter forte concedet, cui laterculum is præmiserit, vel subdiderit in Paschalis festi, de quo in illa, quam diximus, sectione egit, inveniendi Canonem seu regulam: ad quam præteritos & sequentes annos expendere lectorem voluerit.

V. Recte quidem argumentatur ex hisce duobus numeris annorum a Passione Domini ad annum XIII. Severi Alexandri, nec non ab eo, quem XXX. vel XXXI. ante Passionem ex veterum sententia Incarnationi Dominicæ tribuebat. Quin etiam, ut addam reliquas Epochas in marmoreo Canone recensitas, concedam plerasque earum cum numeris codicis Labbeani, & Canisiani congruere. Verum cum discrepent ab eisdem reliquæ, eaque potissimum, quæ definit intervallum inter duo Paschata, Exodi & Ezechiæ; evidenter ostenditur, marmoreum Hippolyti Chronicon diversum esse a Scripto ipsi æquali in computis dissentienti. Cum vero constet Hippolyti numeros tam prope accedere ad peritiorum Chronologorum sententias, uti ex comparatione ostensum fuit pag. 103. seq. contra vero vitiosa manifeste fit computatio Anonymi in definiendo præsertim intervallo a Paschate Josue ad Pascha Ezechiæ; operæ pretium duco, rationes Hippolyti hoc in monumento superstites exhibere: ut hæc antiquissima omnium Chronologia Paschalis, maximæ Hippolyti peritiæ testis, in commendationem cedat sapientiæ Patrum, qui proximi ab Apostolis, & ab Apostolicis Viris prima Ecclesiæ sæcula, ut sanguine pro Christo fuso, ita etiam scriptis clarissimis illustrarunt. Diversitatem igitur Chronici ita demonstro.

VI. In editionibus Canisiana, Labbeana & Fresnea dividitur opusculum Anonymi in varias sectiones juxta Labbeum, sive in Capita juxta Canisium; uterque quorum, ex diversis exemplaribus exscribebat. Capite igitur XVII. juxta Canisium, sive sectione XII. juxta Labbeum, hæc intervalla Paschatum adnotantur. Ipsius codicis verba ex Labbeo reddam, additis in margine Canisii, & Fresnei lectionibus diversis, ubi diffideant,

Editio Labbei pag. 305.

* *Editio Canisii.* — *Editio Fresnei.* pag. 419.

„ *Ut autem & aliter ostendamus non tantum per tempora Regum, sed etiam a quo Pascha servatum est, dinumerantes simul annos dicemus.*
„ Ab Adam usque ad diluvium anni † * MMCCXLII. — * II. millia CCXLII. — † IIMCCXLII.
„ A diluvio usque ad exitum Abraham de terra sua, anni * MCXLV. — * MCXLIV.
„ Hinc usquequo exirent Israelitæ de Ægypto, educente eos † Mose, quando & Pascha fecerunt, anni sunt CCCCXXX. — † Moyse.
„ Ab Exodo Ægypti usque in transitum Jordanis quando Jesus Pascha celebravit, sunt anni * XLI. — * XLII.
„ Ezechias post annos * CCCCLXIV. celebravit Pascha. — * CCCCLIV.
„ Post Ezechiam Josias anno † * centesimo quartodecimo Pascha celebravit. — * CXIV. — † CXIV.
„ * Post Josiam † Esdras post annos CVIII. Pascha celebravit. — * deest in cod. Canisii. — † Heszras.
„ Post Esdram, Servatoris usque generationem Christi post annum DLXIII. Pascha fit. — Post Heszram *Servatoris usque* generationes Christi *post annos* DLXIII. Pascha fit.

Cap. XVIII. *Canisii. Sequitur Sectio* XII. *Labbei.*

„ A generatione autem Christi post * XXX. † annum, cum passus est Dominus, Pascha celebratur: ipse enim erat justum * † Pascha. — * tricesimum. — * Paschæ. — † annos. — † Pascha.
„ A Passione autem Domini usque in XIII. annum † imperatoris Alexandri Cæsaris anni CCVI. servatum est Pascha, quod in commemorationem * † Christi servatur a nobis. — † imperii. — † Domini nostri JESU CHRISTI.
„ Fiunt igitur * omnes anni ab Adam usque in hunc diem anni † quinquies mille DCCXXXVIII. — * omnium. — † *quinquies mille septingenti triginta octo.*

Intervalla, in codicibns Anonymi ita definita, non respondent ubique alteri annorum summæ, quæ colligitur ex singulis Regum, aut Judicum Epochis, quas eodem in opusculo legimus. Ut vero omnis discrepantia unico obtutu pateat, exhibebo in sequenti laterculo tam Judicum, quam Regum annos singillatim, ut in codice sunt digesti.

	Codex Canisii.	*Codex Labbei & du Cange.*
Exodus anno	1.	1.
In deserto sub Mose	40.	* *Cange* * 41.
Josue regit	31.	40. 27.
Servitus Chursarsaton	8.	8.
Othoniel judicat	33.	31.
Servitus sub Eglon	23.	18.
Aod judicat.	80.	80.
Jabin	20.	20.
Debbora	40.	40.
Servitus sub Madian	7.	7.
Gedeon judicat	40.	40.
Thola	20.	20.
Jair	21.	22.
Servitus sub Ammonitis	18.	18.
Jephte *Galaadites* judicat	6.	6.
* *Aslon*	6.	0.
Elon	10.	10.
Hebron	8.	8.
Servitus sub allophylis	40.	40.
Samson judicat	20.	20.
Heli	20.	20.
Samuel	70.	30.
Saul regnat	30.	30.
Ab Exodo ad init. David summa	592.	537.
Detrahe 1. Exodi & 40. Moysi	41.	42.
Initium David distat a Paschate Josue	551.	495.

* *Hic Judex habetur tantum in cod. Canisii.*

	Codex	*Canisii.*
David regnat ann.	40 ½	
Salomon	40.	
Roboam	† 18.	† Labbe & Cang. 14.
Abias	17.	
Asaph	44.	
Josaphat	25.	
Joram	20.	
Ochozias	1.	
Godolia	† 7.	† Cang. & Labb. 8.
Joas	40.	
Amasias	9	
Ozias	52.	
Joathan	† 16.	† Cang. & Labb. 15.
Achaz	† 16.	† Cang. & Labb. 15.
a David summa ad init. Ezechiæ.	342.	337.
adde ab Exodo ad David	592.	537.
Initium Ezechiæ post Exod.	934.	874.
Ezechias	25.	
Manasses	55.	
Amon	2.	
Initium Josiæ	82.	
XVIII. annus Josiæ	18.	
Annus XVIII. Josiæ post initium Ezechiæ.	100.	

Sunt igitur anni ab initio regni Ezechiæ ad XVIII. Josiæ tantum centeni ex Epochis proxime allatis.

Idem intervallum juxta summam superiorem habetur annorum 114. Neutrum vero consentit cum marmore Hippolyti: in quo Epocha simplex disjungit eadem Paschata annis 112., & Epocha juxta Danielem eadem separat annis 113.

Multo evidentior est numerorum discordia, quæ apparet in scriptis exemplaribus, si conferatur intervallum Paschatis Josue a Paschate Ezechiæ. Anni 592. a Paschate Josue ad initium David additi annis 342. ab initio David ad initium Ezechiæ, constituunt summam 934.

At in summa Capitis XVII. Canisiani, & Sectionis XII. Labbeani codicis idem intervallum minuitur plusquam sæculis quatuor: nam constituitur intervallum ab Josue Paschate ad Pascha Ezechiæ annorum 464.

VII. His anachronismis, & antichronismis (si fas est dicere) non laborat marmor Hippolyti: in quo vidimus, intervalla ex duplici computo, tam *simplici*, quam *juxta Danielem*, optime consentire cum rationibus celebriorum Chronologorum, dum intervallum ab Exodo ad Pascha Ezechiæ ex cellularum dispositione deprehenditur annorum 793. juxta simplicem calculum, vel 791. *juxta Danielem*: adeoque haberi distantiam Ezechiæ a Paschate Josue 749. ex calculo simplici, & 750. ex calculo juxta Danielem. Neque enim aliter inciderent in cellulas lemmata illa, EXODUS, & JESUS, & EZECHIAS, nisi septem solidæ Periodi minores annorum 112. & præterea anni 9. supponantur numerari a Paschate Exodi ad Pascha Ezechiæ: & Periodi minores septem, imminutæ cellulis sive annis 32. juxta simplicem calculum, vel 33. *juxta Danielem* dicantur interesse a Paschate Josue ad Pascha Ezechiæ; cum unaquæque Periodus minor, ubi solida sit, eamdem repetat cellulam: & unumquodque sæculum cellulis XII. retrocedat in annorum consignatione. Necesse igitur est annos interpositos ab Exodo ad Ezechiam haberi ex hisce cellulis *juxta Danielem* vel 7., vel 119., vel 231., vel 243., vel 345., vel 457., vel 569., vel 681. quod nemo dixerit nulla idonea auctoritate permotus: vel demum 793. quod asserimus, cum & reliqua consentiant cum peritiorum Chronologorum rationibus, ex Bibliorum sacrorum numeris rite collectis. Quæ cum diligenter expensa fuerint; constabit, ut puto, facilius posse restitui ex marmoreo Chronico vitiatos numeros Anonymi Hippolyto æqualis; quam ut Hippolyti Chronicon in marmoreis cellulis sibi optime constans, ad vitiatos codicum numeros inter se diffidentes, & ab Anonymis auctoribus acceptos, tum ab Anonymis Latine redditos inflectantur. Velim potius, ut ex fide hujus Canonis Hippolytei corrigantur menda scriptorum codicum. Facile enim intelligitur, deesse numeros in scriptis Chronicis capite XVIII. Canisiano inter Epochas Exodi & Ezechiæ. Fortasse intermedia aliqua jacebat Epocha ab Exodo ad initium David: tum illa subsequebatur ab initio David ad Ezechiam, quæ corruptis numeris non sibi constat. Omitto alios antichronismos recensere ex variatis lectionibus Canisiani & Labbeani codicis; quas colligent Chronographi, qui conferant summas annorum a Mundi conditu putatorum ex Anonymo: unde apparebit distantia a Jesu Nave ad Davidis initium juxta Canisianum exemplar ann. 555. juxta Labbeanum 495. quarum neutra respondet annis in Judicum, & Regum numero recensitis. Commendat igitur maxime nostri marmoris fidem, & præstantiam operis Hippolytei, comparatio cum codicibus instituta: & desiderium vehementius intendit operum tanti Patris, & Martyris: quæ integra concidissent, nisi perennitatem aliquam ejusdem doctrinæ reliquiis præclarum hujusce monumenti vestigium comparasset.„ Hactenus V. C.

VIII. Hoc itaque Anonymi Chronicon Hippoly-

to synchroni, quod primum Canisius [1], deinde Labbeus [2], postremo Cangius [3] evulgarunt, heic edendum curavimus, velut appendicem operum Hippolyteorum, quæ superiore volumine II. collecta simul ac digesta protulimus. Editionem nostram ad Labbeanam potissimum exegimus: collatis interim alicubi Canisii & Cangii exemplaribus, unde nonnullas descripsimus variantes lectiones, quæ alicujus pretii esse videbantur. Quis enim, ut cum Labbeo loquar, illud Augiæ stabulum purgare possit?

C A P U T IV.

D E

N O V A T I A N O.

PRESBYTERO ROMANO.

S Y N O P S I S.

I. Novatianus *unde ortus. Philosophiæ Stoicæ primum addictus. Baptismo initiatus, mox ad presbyterium evehitur.*

II. *Præter ecclesiæ morem presbyter ordinatur. Ad extremum vesanus homo summum sacerdotium usurpat. Ejus doctrina & ingenii dotes veteribus celebratæ.*

III. *Plura scripsit, quorum pauca supersunt. Liber* de Trinitate *ipsi asseritur. Minus recte a Rufino Pneumatomachis relictum hoc opus. Novatiani doctrina de Spiritus sancti divinitate regulæ fidei conformis demonstratur.*

IV. *Alius ejusdem operis locus expositus, & cum altero Methodiano collatus.*

V. *Quo tempore scripserit auctor ejusmodi commentarium.*

VI. *De reliquis ejus scriptis sermo institutus. Epistola* de Cibis Judaicis, *ante ipsius schisma exarata videtur.*

VII. *Quod quidem certo statuitur de altera,* Cleri Romani nomine *S. Cypriano inscripta.*

VIII. *Ejus operum editiones recensitæ. Hæc vero quomodo adornata.*

I. Novatianus ex Phrygum gente, si Philostorgio fides [4], sæculo III. ineunte ortum duxisse existimatur. Antequam Christo nomen daret, philosophiam excoluisse perhibetur. Scribens enim ad Sympronianum S. Pacianus, hæc habet [5]: *Novatianum mihi ingeris? philosophum sæculi fuisse audio.* Quod quidem jam antea docuerat S. Cyprianus [6]: ex quo etiam discimus, Stoicorum placitis ipsum fuisse addictum. Patria domo relicta Romam se contulit, e Porticu in Ecclesiam transiens. Adhuc catechumenus, gravi morbo correptus, Clinicus baptismum suscepit. „ Neque tamen, ut „ scribit S. Cornelius [7], sanitati restitutus reliqua „ percepit, quæ secundum Ecclesiæ regulam per„ cipienda sunt; neque ab episcopo consignatus „ est. Deinceps, subdit idem sanctus pontifex [8], „ presbyterio cohonestatus est per gratiam & in„ dulgentiam episcopi.... Intercedebat enim omnis „ clerus, & multi ex laicis; eo quod non liceret, „ eum qui, quemadmodum & ille, in lectulo ur„ gente morbo perfusus fuisset, in clerum aliquem „ assumi. Verum rogavit episcopus, ut eum unum „ ordinare sibi permitteretur. „

II. Existimaverim equidem cum viris eruditis [9], haud mediocri sacrarum litterarum scientia atque eloquentia quibus imbutus erat Novatianus, permotum fuisse pontificem, sive is demum fuerit S. Fabianus sive potius aliquis ex ejus decessoribus, ut ipsum ad presbyterii gradum eveheret: ratus nimirum hactenus dumtaxat a consueta Ecclesiastica disciplina sibi fas esse recedere, ob operam quam illum Ecclesiæ collaturum sperabat. Et primo quidem conceptæ existimationi eum satis respondisse, testis est locuples auctor anonymus ipsi coævus, dum ait [10] Novatianum *semper in domo una, id est, Christi Ecclesia, proximorum delicta ut propria flevisse; onera fratrum, sicut Apostolus hortatur, sustinuisse; lubricos in fide cælesti allocutione corroborasse.* Verum ad extremum tam perditæ ambitionis æstu abreptus fuit, tamque diru flagrare cœpit amentia, ut eum non puduerit *adversus Cornelium cathedram sacerdotalem invadere*: verbis utor Hieronymi [11].

Porro autem abs re fuerit de hac Novatiani vesania plura contexere: id enim alterius est operæ ac otii: neque oratio demum longius excurrere debet, sed intra limites sibi præstitutos consistere. Heic igitur in Novatiano doctrinam ingeniique dotes spectamus, quas quidem apud veteres passim celebratas novimus: adeo ut idem sanctus Hieronymus inter eos *Doctores qui Ecclesiam exstruxerint atque adornaverint* [12], illum recenseat; ipsumque præterea *eloquentissimum virum* appellet [13]. Quod sane Doctoris maximi judicium ea plane confirmare videntur quæ Novatianus, antequam mente excideret atque a recta fide descisceret, litterarum monumentis mandavit.

III. Ex plurimis ejus scriptis quæ olim circumferebantur, tria tantum supersunt; atque inter ea principem locum obtinet liber *de Trinitate*, de quo hæc sanctus Hieronymus: *Novatianus Romanæ ecclesiæ presbyter --- scripsit --- de Trinitate grande volumen, quasi* ἐπιτομὴν *operis Tertulliani faciens: quod plerique nescientes, Cypriani exi-*

1. *Canis.* Ant. Lect. tom. II. edit. nov. tom. I. pag.
2. *Labb.* Nov. Bibl. mss. libr. tom. I. pag. 298.
3. *Cang.* in Select. ad Chron. Pasch. pag. 413.
4. *Philost.* Hist. eccl. lib. VIII. cap. XV.
5. *Pacian.* epist. II. ad Sympr. tom. II. bibl. PP. Paris. pag. 56.
6. *Cyprian.* epist. LII. ad Anton.
7. *Cornel.* epist. ad Fabium §. IV. Vid. infr. pag. 344.
8. Id. ibid. §. VI.
9. *Bolland.* Act. SS. Septemb. tom. IV. pag. 156.
10. *Anon.* ad Novat. §. XIII. infr. pag. 374.
11. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXX.
12. Id. in prol. ad libr. de Vir. illustr. & cit. cap. LXX.
13. Id. epist. XXXVI, al, CXXV. ad Damas. §. I.

ſtimant. Hinc fortaſſe orta occaſio Rufino ſcribendi [1], Macedonianos Tertulliani librum de Trinitate Conſtantinopoli ſub nomine Cypriani evulgaſſe, quo hæreſi ſuæ auctoritatem arceſſerent. Cui quidem Rufini ſententiæ occurrens idem Hieronymus: *Tranſit*, inquit [2], *ad inclytum martyrem Cyprianum, & dicit Tertulliani librum cui titulus eſt*, de Trinitate, *ſub nomine ejus Conſtantinopoli a Macedonianæ partis hæreticis lectitari. In quo crimine mentitur duo. Nam nec Tertulliani liber eſt, nec Cypriani dicitur, ſed* NOVATIANI, *cujus & inſcribitur titulo: & auctoris eloquium ſtili proprietas demonſtrat*. Ad quem locum nolim equidem excidiſſe nupero Hieronymianorum operum editori, cetera erudito, adnotationem illam qua monentur lectores, *haud exſtare Novatiani librum*, *Tertullianici operis* ἐπιτομήν.

Ceterum, ut viri docti verba uſurpem [3], nil ſane mirum hæreticos ad erroris defenſionem veterum teſtimoniis abuti; nec jam fere quidquam puri & intaminati ſupereſſet, ſi quidquid iſti ad cauſſæ ſuæ præſidium arripuerunt, erroris nota ſignaretur. Sed minus conſiderate factum a Rufino, ut hunc librum de Spiritus ſancti divinitate mirifice differentem Pneumatomachis traderet. Siquidem auctor *fidem in Spiritum ſanctum* itidem ut in Patrem & Filium neceſſariam eſſe docet [4]: immutabilitatem quam inter certiſſimas divinitatis notas recenſet, Spiritui ſancto vindicat: ipſi quoque conceptis verbis *divinam æternitatem* tribuit: Spiritum item ſanctum miracula edere, immortalitatem dare; ubique adeſſe præſentem, aliaque complura peragere quæ ſolius Dei eſſe fides agnoſcit, aperte profitetur. Quis ergo Novatiani doctrinam de Spiritu ſancto non probet, cui hæc omnia accuratiſſime adſcribit? Reliqua porro quæ Pamelius tamquam minus recte pronuntiata reprehendit & Rufino ſimiliter diſplicuiſſe putat, habes infra ſuis locis expenſa [5].

IV. Unum adhuc his addere liceat ad locum illum pertinens, qui laudato Pamelio errandi anſam præbere viſus eſt. Sub operis finem egregiam unitatis ſubſtantiæ in Patre & Filio aſſeverationem attexens Novatianus, hæc habet de Verbo Dei [6]: *Omnia*, inquit, *poſt ipſum ſunt, quia per ipſum ſunt. Et merito ipſe eſt ante omnia, ſed poſt Patrem, quando per illum facta ſunt omnia, qui proceſſit ex eo ex cujus voluntate facta ſunt omnia. Deus utique procedens ex Deo, ſecundam perſonam efficiens poſt Patrem qua Filius, ſed non eripiens illud Patri, quod unus eſt Deus*. Cui quidem ſententiæ ſimillima & maxime gemina ſunt, quæ habet ſanctus Methodius in libro *de Creatis*, ubi de Verbi principatu apud Patrem agens, ſic inquit [7]: Οὐκοῦν ἀρχὴ, μετὰ τὴν ἰδίαν ἄναρχον ἀρχὴν, τὸν Πατέρα, αὐτὸς τῶν ἄλλων γίνεται, δι' ἧς ἅπαντα δημιουργεῖται. *Poſt ergo ſingulare illud Principium abſque principio, qui eſt Pater, eſt ipſum* (Verbum) *aliorum Principium, per quod omnia creantur*. Ubi ſancti Martyris verba ediſſerens Combefiſius: Patris, ait, illam ingeniti notionem ac auctoritatem inſinuat Methodius, qua etiam emanationum ad intra, totiuſque Trinitatis fons dicitur, & eſt unus ipſe, ἀρχὴ ἄναρχος: non utique ad exſiſtentiæ prioris excluſionem; ſic enim & Filius ἄναρχος eſt, ut bene Gregorius orat. *de Theolog.* aliique paſſim Græci; ſed per remotionem αἰτίας, ac velut cauſſæ principiique eſſendi: nam cauſſam in divinis non ita ferunt Latini, ut nec Græci ἀρχήν; bono utrique ſenſu, aliiſque & aliis verbis, quod ſanum eſt, explicantes.

Eodem plane ſenſu & Novatiani verba accipienda; qui jure concludebat duos fore deos, ſi Filius eſſet ingenitus: nam duæ forent ſubſtantiæ, quum neuter ab altero divinitatem accepiſſet. Quum igitur Novatiano nihil aliud propoſitum ſit, quam ut illud incommodum ex duobus ingenitis conſequens fugiat; jam non lædit catholicam doctrinam, ſed confirmat, ſive dum Patrem unum eſſe Deum aſſerit, quia Filius ab eo divinitatem accepit; ſive dum Filium idcirco Patre minorem, idcirco Patri obſequentem facit, quia Pater fons & origo divinitatis. Ad ſummam, ut demum concludamus, Novatianus ea Filio non tribuit, [8] *quæcumque ſunt Patris*, non vero negat quæcumque ſunt Dei [9].

V. Nunc vero inquirendum ſupereſt, quo tempore hunc librum ſcripſerit Novatianus. Exiſtimavit quidem Baronius [10] commentarium de Trinitate fuiſſe ab auctore litteris conſignatum circa Chriſti annum CCLXX. quo a patribus concilii Antiocheni damnatus eſt Paullus Samoſatenus: propterea ſcilicet quod viro magno viſus fuerit ſcriptor ille Samoſateni hæreſim, licet ſuppreſſo nomine, fortiter impugnaſſe. Verum nihil obſtat, quominus Novatianus dimicaſſe potius dicatur adverſus Artemam, cujus hæreſeos deinceps ſectatorem propagatoremque Samoſatenum fuiſſe conſtat. Sic enim Antiochenæ ſynodi patres [11]: Τῷ δὲ Ἀρτεμᾷ οὗτος ἐπιστελλέτω· καὶ οἱ τὰ Ἀρτεμᾶ φρονοῦντες τούτῳ κοινωνείτωσαν. *Hic vero* (Paullus Samoſatenus) *ad Artemam ſcribat, ſi lubet; & qui Artemam ſectantur, cum eo communicent*.

Alii autem, quos inter Tillemontius [12] & Caveus [13], ocyus quidem, poſt ſchiſma tamen, opus ſuum conſcripſiſſe Novatianum conjiciunt: nam, inquiunt, Sabellii meminit auctor [14] ejuſque impietatem convellit; qui ſcilicet ex Dionyſii Alexandrini litteris Sixto II. inſcriptis [15], poſt medium demum ſæculi III. hæreſim ſuam ſparſiſſe comperitur. At vero ſententia ejuſmodi haud levibus difficultatibus invenitur implicita. Sabellius enim, ut liquet ex Philaſtrio [16] & Auguſtino [17], Noeti diſcipulus fuit, cujus proinde blaſphemiarum exſtitit propagator. Quid vero de Noeto memoriæ proditum? Nimirum, S. Hippolytus qui circa Domini annum CCXX. floruit, ut agnoſcit ipſemet Tillemontius [18], adverſus Noetum ſcribens teſtatur [19], *non multo ante*, οὐ πρὸ πολλοῦ χρόνου, ipſum impietatem

1. *Rufin.* de adulter. libror. Origen. pag. 53. ad calcem tom. IV. opp. Origen. edit. Pariſ. 1759.
2. *Hieron.* lib. II. contr. Rufin. §. XIX.
3. *Maran.* de Divin. Chr. lib. IV. cap. XIX. §. III. p. 519.
4. *Novat.* de Trinit. cap. XXIX.
5. Vid. capp. VII. XVI. & XXX.
6. Id. cap. XXXI. pag. 313. ad not. 15.
7. *Method.* de Creat. §. VIII infr. pag. 802.
8. *Novat.* l. c. cap. XXXI. infr. pag. 314. B.
9. Vid. *Maran.* l. c. pag 518.
10. *Baron.* ad ann 272. §. XV.
11. Apud *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. VII. cap. XXX. Vid. infr. pag. 561. §. V.
12. *Tillem.* Mem. tom. III. pag. 480. Art. III. ſur les Novat.
13. *Cav.* Hiſt. litt. ad ann. 251. tom. I. pag. 130.
14. *Novat.* de Trinit. cap. XII.
15. *Dionyſ.* Alex. apud *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. VII. cap. VI. Vid. infr pag. 521.
16. *Philaſtr.* de Hær. cap. LIV.
17. *Aug.* Hær. XLI.
18. *Tillem.* l. c. pag. 238.
19. *Hippol.* adv. Noet. §. I. Vid. tom. II. noſtr. Bibl. PP. pag. 254.

ſuam palam prodidiſſe ; qui ab Eccleſiæ communione propterea ejectus , *paullo poſt moritur* , inquit Epiphanius [1] , *πλάτᾳ δὲ αὐτὸς ἔναγχος*. Jam vero ſi quis Hippolytum cum Epiphanio conferat, colligat neceſſe eſt , Noetum qui *non multo ante* annum CCXX. contumelioſum in Deum Patrem dogma evomuit , quique *paullo poſt* mortem oppetiit, ineunte ſæculo III. ut maxime , ſatanicam illam doctrinam diſcipulis ſuis diſſeminandam reliquiſſe . His autem poſitis , quis porro ſibi perſuadeat , Sabellium Noeti diſcipulum poſt quadraginta circiter annos ab obitu præceptoris ſui , hæreſim demum Noetianam inſtaurare ac promulgare cœpiſſe ?

Nolim equidem infitiari Dionyſium anno Chriſti CCLVII. ad Xyſtum ſcripſiſſe *περὶ τȣ̃ νῦν κινηθέντος ἐν τῇ Πτολεμαΐδι — δόγματος*, hoc eſt, Valeſio interprete, *de dogmate illo quod* NUPER , inquit , *apud Ptolemaidem commotum eſt* . Verum non ait Dionyſius eam doctrinam a Sabellio fuiſſe *nuper* apud Ptolemenſes invectam : quin immo Euſebius qui Dionyſii epiſtolam integram præ oculis habebat , fragmentum illud recitans diſerte teſtatur , epiſcopum Alexandrinum *de Sabellianis hæreticis* , *περὶ τῶν κατὰ Σαβέλλιον αἱρετικῶν* , ſermonem habuiſſe : ut propterea Dionyſii verba de Sabellii potius ſectatoribus qui tunc temporis increbreſcebant , quam de ipſo Sabellio ſint accipienda . Hunc ſiquidem jamdudum pravis Noeti magiſtri ſui erroribus imbutum , eos longe ante in vulgus ſparſiſſe oportuit : adeoque ipſius hæreſim ante annum CCL. Novatianus impugnaſſe exiſtimandus; quo tempore ſcilicet eccleſiæ Romanæ presbyter , orthodoxam ejus doctrinam profitebatur propugnabatque . Atque hujuſmodi quidem ſententiam Pamelio primum arriſiſſe [2] , deinde Jackſonum pluribus adſtruxiſſe [3] comperimus .

VI. Jam vero de reliquis Novatiani ſcriptis breviter agendum . Ejus itaque commentario *de Trinitate* attexuimus *Epiſtolam de Cibis Judaicis* , quam S. Hieronymus memorat cum in libro *de Viris illuſtribus* , tum ad Damaſum ſcribens [4] ; quo in loco declarat ſanctus Doctor duas a ſe prætermitti Quæſtiunculas, quarum altera DE MUNDIS ET IMMUNDIS ANIMALIBUS, altera DE CIRCUMCISIONE ; *quod*, inquit, *ab eloquentiſſimis viris* , *Tertulliano noſtro ſcilicet* & NOVATIANO , *Latino ſermone ſint editæ* . Et poſterius quidem Novatiani opus intercidit , prius vero ſupereſt inſcriptum *de Cibis Judaicis* . „ Patet autem , inquit Pamelius [5] , hanc Epiſtolam in receſſu fuiſſe conſcriptam [6] : fortaſſis , ſi quid divinare licet, quum ut ſcribit S. Cornelius [7] , metu perſecutionis in domo ſe concluſum occuleret . Quod quum in illo tandem reprehenderetur a Diaconis Romanis , & rogaretur , ut egreſſus, quantum presbytero liceret quantumque in ejus ſitum eſſet poteſtate, fratres in periculo conſtitutos juvaret : tantum abfuit ut illis morem gereret, ut etiam non ſine ſtomacho diſcederet, ſe nolle amplius eſſe presbyterum adſerens. Hanc itaque primam occaſionem illi fuiſſe ſchiſmatis , deinde & hæreſeos , admonuiſſe ſufficiat ; ſed quantum apparet , poſt ſcriptam hanc & ſimiles epiſtolas . „ Hæc vir doctus : cui acceſſit quoque Jackſonus [8] , exiſtimans hanc Epiſtolam ſcripſiſſe Novatianum ſub finem anni CCL. quum ſeceſſiſſet, perſecutionem Decianam declinans ; quæ anno CCXLIX. exeunte Romæ exorta , demum deferbuit ineunte anno CCLI. In aliam abiit ſententiam Tillemontius [9] : ſub ejus enim Epiſtolæ initium epiſcopum agentem ſchiſmaticum hominem perſpexiſſe ſibi perſuaſit .

VII. Alteram quoque Epiſtolam quæ præcedenti ſubjicitur , *Cleri Romani nomine* ſancto Cypriano inſcriptam , Novatiano vindicat ipſemet Cyprianus . Scribens enim ad Antonianum [10] , locum recitat ex eadem Epiſtola ſumtum [11] , ſtatimque ſubdit ſanctus Martyr : *Additum eſt etiam* , NOVATIANO TUNC SCRIBENTE , ET QUOD SCRIPSERAT SUA VOCE RECITANTE , & *presbytero Moyſe tunc adhuc confeſſore* , *nunc jam martyre*, SUBSCRIBENTE , *ut lapſis infirmis* & *in exitu conſtitutis pax daretur* : *quæ litteræ per totum mundum miſſæ ſunt* , & *in notitiam eccleſiis omnibus* & *univerſis fratribus perlatæ ſunt* . Porro quæ heic Cyprianus , eadem confirmare perhibetur Anonymus auctor Novatiano coævus ; qui quidem de eo verba faciens [12] : *Unde igitur* , inquit, *tam diſcordiæ furore veſanus exſtiterit iſte* NOVATIANUS , *invenire non poſſum* ; *qui ſemper in domo una*, *id eſt*, *Chriſti Eccleſia* , *proximorum delicta ut propria fleverit* ; *onera fratrum* , *ſicut Apoſtolus hortatur* , *ſuſtinuerit* ; *lubricos in fide cæleſti allocutione corroboraverit*. His denique addendus S. Pacianus, qui ſæculo inſequente floruit . „ Cur igitur , inquit „ Sympronianum alloquens [13] , Novatianus tuus , „ ne falſo quidem adhuc epiſcopatu ſacerdos, lon- „ ge ante quam Cornelius epiſcopus fieret , ante „ quam ſacerdotio illius invideret , hæc ſuaſit „ (de lapſis recipiendis ?) Habes Cypriani teſti- „ monium . . . . . Nam quodam in loco , ad An- „ tonianum hoc modo ſcripſit : *Additum eſt etiam* , *Novatiano tunc ſcribente* „ & cetera quæ modo ex Cypriano retulimus . Deinde ſubdit : „ Quid ais Symproniane frater ? Novatianus hæc „ ſcripſit , & ut obſequium meræ voluntatis ad- „ jungeret, etiam ſcripta recitavit . Teſtis eſt ejus „ dextra, teſtis quæ ſcripſit, manus, teſtis lingua „ quæ legit . Adhuc Cornelius , pro quo omnis „ hæc veſtra erupit invidia , epiſcopus non erat.... „ Si pœnitentiæ negandus eſt aditus , Novatianus „ in crimine eſt, qui hæc ſcripſit, ſuaſit & legit. „ Ubi tunc impatiens rigor? ubi ferox illa cenſura? „ Si nemo vobis Cornelium prætuliſſet , maneret illa „ ſcribentis auctoritas. „ Hactenus ſanctus ille præſul.

Ex quibus equidem arbitror ſatis eſſe compertum, incunctanter Novatiano hanc eſſe tribuendam Epiſtolam . Scripta fuit autem currente anno CCL. vel forte ineunte CCLI. Sic enim auctor [14] : *Quamquam nobis differenda hujus rei neceſſitas major incumbat*, *quibus* , *poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani* , *nondum eſt epiſcopus propter rerum* & *temporum difficultates conſtitutus* . At Fabianus martyrio ſublatus eſt anno CCL. 13. Kal. Febr. eique

1. *Epiph.* Hær. LVII. §. 1.
2. *Pamel.* in not. ad inſcript. lib. Novat.
3. *Jackſon.* præfat. ad opp. Novat. pagg. XII. ſeqq.
4. *Hieron.* epiſt. XXXVI. al. CXXV. §. 1.
5. *Pamel.* not. 3. ad epiſt. *de Cib. Jud.*
6. *Novat.* Epiſt. de Cib. Jud. cap. 1.
7. *Corn.* epiſt. ad Fab. Antioch. §. V. infr. pag. 345.
8. *Jackſon.* l. c. pag. x.
9. *Tillem.* Mem. tom. III. pag. 479. Art. III. ſur les Novat.
10. *Cyprian.* epiſt. LII. Vid. infr. pag. 248. §. V.
11. *Novat.* epiſt. ad S. Cypr. §. VI. not. 1.
12. *Anon.* tract. de Lapſ. §. XIII. infr. pag. 374.
13. *Pacian.* epiſt. III. ad Sympr. Bibl. PP. tom. III. p. 59. edit. Pariſ. 1644.
14. *Novat.* epiſt. ad Cypr. §. VI.

succeſſit Cornelius ineunte Junio inſequentis anni CCLI. ut ad eum locum adnotabamus, licet paullo aliter infra Coutantius [1].

VIII. Ex iis autem operibus quæ huc uſque Novatiano aſſeruimus, librum *de Trinitate* cum Epiſtola *de Cibis Judaicis* primus ex antiquiſſimo codice in lucem extulit Pariſiis anno 1545. Joannes Gagnæus. Deinde ad ms. Britannicum in Masburenſi cœnobio repertum exegit Gelenius vulgavitque Baſileæ anno 1550. iterumque 1562. Pamelius præterea multis in locis recognovit ad Anglicum ms. exemplar Dn. Joannis Clementis, & quibusdam ex conjecturis Latini Latinii, atque operibus Tertulliani adtexuit Duaci primum editis anno 1579. ſæpiuſque deinceps recuſis. Anno demum inſequente 1580. recenſuit ediditque Pariſiis Renatus Laurentius de la Barre. Atque hactenus inter opera Tertulliani latuit Novatianus.

Separatim vero primum prodiit Londini anno 1709. curante Wilhelmo Whiſtono, ad calcem operis Anglice inſcripti, *Sermons and Eſſays Upon Several Subjects*, pag. 327. Deinde Oxonii anno 1724. notis illuſtratus per Eduardum Welchman. Denique rurſus Londini anno 1728. ſtudio Joannis Jackſon. Atque Wiſthonus quidem unum librum *de Trinitate* lectoribus exhibet. Welchmanus vero, duas præterea Epiſtolas adjecit, alteram *de Cibis Judaicis*, alteram *Romani Cleri nomine* ſcriptam. Jackſonus autem tertiam inſuper junxit Epiſtolam, quam Clerus Romanus Cypriano inſcripſit: incertus tamen & ipſe utrum ejuſmodi Epiſtola Novatianum agnoſcat auctorem.

Ad noſtram vero editionem quod attinet, Pamelianum exemplar potiſſimum ſecuti ſumus, illudque cum duobus poſtremis editis, Oxonienſi & Londinenſi, diligenter contulimus; haud poſthabitis tamen antiquioribus, ſicubi forte major lux textui accederet. Illud vero in primis curavimus, ut ad ſua quæque loca luxata membra reducerentur, duce nobis præeunte doctiſſimo Cotelerio, qui capitum trajectiones in libro *de Trinitate* poſt Henricum Valeſium acute advertit adnotavitque. Cujus quidem mutationis ut ratio conſtet magiſque viris eruditis probetur, ipſummet Coteleriuṁ audire præſtat. „ De Novatiano, inquit [2], Romano presbytero rem obiter narrabo veram, nec ſcitu indignam. Non ſemel ab Henrico Valeſio audivi, librum Novatiani *de Trinitate* ingenti deformari tranſpoſitione, deque ea a ſe confectam fuiſſe diſſertationem. Itaque poſt viri incomparabilis obitum — exſpectabam, ſperans in publicum prodituram cum aliis diſſertatiunculam: ſed ubi ſpem vidi protractam atque tantum non amiſſam, cœpit me deſiderium quærendæ illius tranſpoſitionis. Proinde ſumtum in manus legi diligenter tractatum. Nec inanis exſtitit labor. Nactus enim ſum capiti XIV. ſubjungi debere capita XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. indeque XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. XXII. ac demum XXVIII. cum ſequentibus. Accipe jam ſeriem connexionemque verborum: *Ibi ergo fuit, dum illuc redit ubi prius fuit. Quod ſi de cælo miſſus a Patre eſt* cet. *quem ut hujus benedictionis auctorem etiam tranſverſas ſuper pueros manus Jacob ponendo ſignificavit, quaſi pater illorum eſſet Chriſtus, ex quo manus ponere* (ſcrib. *poneret*) *figuram & formam futuram paſſionis oſtendens* cet. *quum animadvertat illum non Patrem eſſe, ſed Filium comprobaſſe. Adhuc adjiciam illam quoque partem* cet. „ Hactenus V. C. Hac itaque ratione præcipuo Novatiani opere reſtituto, (quod & præſtiterunt Anglicani editores) totius argumenti capita ex Pamelio in primis contexta ſubjecimus. De reliquis porro curis adhibitis penes æquos harum rerum æſtimatores arbitrium eſto.

CAPUT V.

DE ACTIS S. PIONII MARTYRIS ET SOCIORUM EJUS.

Ex Actis Martyrum TH. RUINARTII V. C.

SYNOPSIS.

I. *De* PIONII *ætate duplex ſententia; An ſcilicet ejus martyrium ad M. Aurelii imperatoris tempora, an vero ad Decii perſecutionem ſit referendum.*

II. *Euſebii ſententia de Pionii martyrio diſcuſſa.*

III. *Acta legitima probantur ex eodem Euſebio.*

IV. *Item ex auctoritate ſcriptoris Chronici vulgo Alexandrini. Pearſonii placita excutiuntur.*

V. *Quo tempore Pionii martyrium contigerit.*

VI. *De Pionii ſcriptis quid ſentiendum. Incertum an is fuerit, cujus mentio in fine Actorum S. Polycarpi occurrit.*

VII. *De horum Actorum editione, deque mss. codicibus, unde eruta & cum quibus collata.*

I. QUamvis nemo dubitet, beatum PIONIUM glorioſiſſimo martyrio in Smyrna, civitate Aſiæ percelebri conſummatum fuiſſe; gravis tamen eſt inter viros doctos controverſia, ſub quanam perſecutione id contigerit, nonnullis ejus martyrium ad Marci Aurelii imperatoris tempora referentibus, aliis vero ad Decii perſecutionem. Primam ſententiam amplexi ſunt Dionyſius Petavius, Joſephus Scaliger in animadverſionibus Euſebianis, ac tandem vir doctiſſimus Joannes Pearſonius [3]. Pro

1. Prolegom. cap. VI. §. I.
2. Coteler. Monum. Eccl. Gr. tom. III. pag. 634.
3. Pearſon. Diſſertat. II. de ann. priſc. Rom. Epiſc. cap. XIX.

secunda vero sententia stant illustrissimus Card. Baronius, Jacobus Usserius Armachanus, Henricus Valesius, Joannes Bollandus, aliique viri doctissimi.

II. Verum tota difficultas in his posita videtur, primo an re vera existimaverit Eusebius, sanctum Pionium eodem tempore, id est, eodem aut sequenti anno quo beatus Polycarpus passus est, martyrium pertulisse. Deinde hoc semel admisso, an Eusebii sententiæ standum sit, præferendaque ipsius auctoritas Actis sancti Pionii, quæ jam a variis auctoribus vulgata sunt, nosque infra ex mss. codd. exhibebimus. Quod ad primum attinet, Eusebii sententia ejus verbis exponenda est; qui post recitatam magna ex parte Smyrnensium epistolam de sancti Polycarpi martyrio, hæc de sancto Pionio aliisque Martyribus subjungit [1]: Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ, καὶ ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο κατὰ τὴν αὐτὴν Σμύρναν πεπραγμένα ὑπὸ τὴν αὐτὴν περίοδον τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Πολυκάρπου μαρτυρίας. Μεθ' ὧν καὶ Μητρόδωρος τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης, πρεσβύτερος δὴ εἶναι δοκῶν, πυρὶ παραδοθεὶς ἀνῄρηται. τῶν γε μὴν τότε περιβόητος μάρτυς εἷς τις ἐγνωρίζετο Πιόνιος. Quæ verba sic vertit Valesius: *Sed & alia martyria sub idem tempus quo Polycarpus passus est, apud Smyrnam facta in eadem epistola* (Bollandus, *in eodem commentario*, & quidem horum Martyrum passiones in epistola de martyrio sancti Polycarpi contentas non fuisse certum est: nam ipse Eusebius infra laudat epistolam de sancti Pionii martyrio.) *conjunctim leguntur. In quibus & Metrodorus quidam, qui Marcionis sectæ presbyter dicebatur, flammis consumtus interiit. Celeberrimus quoque inter reliquos ejus temporis Martyres fuit Pionius.* Hæc Eusebius: qui his verbis, ut quidem mihi videtur, se existimasse innuit, eos omnes Martyres quos heic memorat, eodem tempore passos fuisse: & id ita Valesio persuasum fuit, ut asseruerit, *Eusebium excusari a nemine posse, qui Pionium non sub Decio, sed sub Marco Antonino passum esse docet*; *cui*, inquit, *caussam erroris præbere potuit, quod in uno & eodem codice Acta sancti Polycarpi cum Actis sanctorum Pionii & Carpi, aliorumque Smyrnensium martyrum simul compacta legerentur*. Eusebium excusat Baronius, quasi dixerit Pionium eodem tempore, id est, eodem die vel mense, non autem eodem anno, ac sanctus Polycarpus, martyrium subiisse: quem tamen Eusebii locum qui subsecuti sunt auctores de eadem persecutione incaute sunt interpretati: ut si quis Vincentium & Anastasium, Cornelium & Cyprianum eodem tempore obiisse diceret, quod eodem die & eodem mense, quamvis diverso, ut certum est, anno martyrium consummarint.

III. At quisquis tandem sit horum Eusebii verborum sensus, numquam poterunt Actorum sancti Pionii auctoritati prævalere; quæ si quis attente ac absque ullo partium studio legat, sincera & pura reperiet. Sed ne eorum auctoritas ex solo legentium judicio repeti videatur, ex ipsius Eusebii verbis confirmanda sunt. Eorum enim veluti argumentum sive compendium exhibens, quæ in Actis fusius referuntur, paucis his verbis exprimit: [2] *Celeberrimus quoque inter reliquos ejus temporis Martyres fuit Pionius. Cujus singulas confessiones ac libertatem in dicendo, utque coram populis ac præsidibus pro fidei nostræ defensione peroraverit; conciones item de institutione fidei; præterea cohortationes, atque invitationes ad eos qui persecutionis tempore lapsi fuerant; allocutiones etiam & consolationes quas in carcere positus adeuntibus ipsum fratribus adhibuit; quæ super his tormenta, quantosque dolores sustinuerit; clavorum insuper confixiones, & mirabilem in medio rogo constantiam; mortem denique ipsam quæ cuncta illa miracula subsecuta est, si qui volent cognoscere, eos ad epistolam de illius martyrio uberrime conscriptam amandamus, quam nos in opere de priscis Martyribus quorum passiones collegimus, ordine suo inseruimus.*

IV. Eadem Acta Chronici Alexandrini scriptoris auctoritate confirmari etiam possunt, qui de Pionii martyrio, quod ad Decianam persecutionem refert, hæc habet: *Smyrnæ, Asiatica civitate, Pionius cum aliis haud paucis Christi caussa occubuit. Vir erat eruditus, & Christianarum disciplinarum sanctiore cognitione probe imbutus. Proclo Quintiliano Asiæ Proconsule IV. Idus Martias, hoc est, Asiaticorum calculo, sexto mense, die XII. sabbati hora decima cursum confecit.* Hæc hujus auctoris verba ex Actis quæ infra exhibituri sumus desumta esse nemo videtur infitiari posse, aut sane ex antiquissimis aliis monumentis, quæ Pionii mortem ad Decii principatum sub Procli Quintiliani Asiæ proconsulatu referebant. Unde merito infertur, hanc sententiam nec a Simeone Metaphraste, nec ab aliquo *mediæ ætatis Latino consarcinatore*, ut putavit Pearsonius, excogitatam fuisse. Ex hoc etiam Chronici Alexandrini loco refellitur aliud ejusdem viri eruditi pronuntiatum, asserentis num. 2. neminem umquam dixisse, Polycarpum & Pionium *sub diversis imperatoribus passos esse*. Id enim expresse affirmat laudati Chronici auctor, qui ad imperatorum Marci Aurelii & Lucii Veri annum quartum de martyrio sancti Polycarpi pluribus agit, ejusque compendium ex Actis exhibet, nulla Pionii facta mentione; cujus alias, ut diximus, passionem refert ad Decii tempora, ubi ne unum quidem verbum de Polycarpo habetur. Quin & non solum sub diversis imperatoribus hos sanctos Martyres passos fuisse memorat; sed etiam sub diversis Asiæ proconsulibus, Polycarpum nempe sub *Tatio Quadrato*, & Pionium sub *Proclo Quintiliano*: quod utrisque horum Martyrum Actis concordat. Verum quidem est Sozomenum scripsisse [3], controversiam de Paschate fuisse a Victore episcopo Romano, & a Polycarpo Smyrnæo dissolutam: certum est quoque Socratem [4] *Polycarpi Smyrnæi episcopi* martyrium ad Gordiani tempora retulisse. At neminem ex antiquis auctoribus, præter Eusebium ejusque interpretes, reperire licet, qui Polycarpi & Pionii martyria eodem tempore contigisse dixerit. Immo nec id Eusebius in Chronico affirmavit. Quamvis enim in Latina ejusdem Chronici editione ad annum Marci Aurelii & Lucii Veri septimum, *persecutione orta in Asia Polycarpus & Pionius fecisse martyrium* dicantur; id ab aliquo posterioris ætatis homine additum fuisse patet ex ejus Chronici exemplaribus Græcis, in quibus, sicut & in ipsa Scaligeri græca editione, Pionii nomen desideratur. Nec favent Pearsonii sententiæ Græcorum Menæa, quæ die 23. mensis Februarii festum sancti Polycarpi celebrant; eumque sancti Joannis Evangelistæ discipulum affirmant fuisse: die vero undecima Martii Pionium recolunt, quem sub Decio imperatore per ignem mar-

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XV.
2. Id. ibid.
3. *Sozom.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XIX.
4. *Socrat.* Hist. eccl. lib. V. cap. XXII.

tyrium consummasse dicunt. At in Polycarpi officio nulla est de sancto Pionio memoria; sicut nec in Pionii commemoratione nihil de sancto Polycarpo habetur. Maximus quidem Cythereensis episcopus sanctum Polycarpum discipulum sancti Joannis apostoli fuisse, & sub Decii persecutione martyrium subiisse tradit; sed ibi nihil habet de sancto Pionio. Tandem ex veteribus Martyrologiorum scriptoribus Ado & Notkerus revocant quidem sancti Pionii martyrium ad M. Aurelii tempora; sed Eusebii aut potius Rufini verbis decepti sunt. Cetera vero Martyrologia vetera, Romanum scilicet sancto Hieronymo attributum, Rosvveidanum, Usuardi, Rhabani & alia quæque vetustiora, Pionii passionis tempus non designant. Florus habet: *In Nicomedia passio Pionii presbyteri, qui passus est sub proconsule Asiæ Julio Proculo & Quintiliano; qui post carceres & corporis dilacerationem confixus ligno, cum Metrodoro presbytero igni traditus est.*

V. His ita statutis, Pionii mortem ad Decii persecutionem referendam esse non dubitamus, quam *Decio & Grato Consulibus*, id est anno Christi CCL. contigisse Acta sinceriora testantur. Ejus autem festum vulgata Latinorum Martyrologia die prima Februarii celebrant; quamvis ejus passio in duobus codd. mss. bibliothecæ Colbertinæ referatur II. seu, ut loquimur, pridie *Kalendas Januarii*. Melius vero, ut ex Actis patet, in cod. ms. illustriss. Abbatis *de Noailles* circa diem undecimum mensis Martii: quo etiam die a Græcis sancti Pionii festum recolitur. Porro Ado, Usuardus, ceterique ut plurimum Martyrologiorum scriptores, nonnullos socios Pionio adjungunt, quos alii plures, alii pauciores enumerant.

VI. Pauca occurrunt quæ de beati Pionii scriptis dicantur. Sane cum inter alios scriptores ecclesiasticos neque in antiquis, neque in recentioribus catalogis locum umquam habuerit; veri simile est nihil aliud ex eo ad posteros pervenisse præ-

A ter ea quæ in ejus Actis habentur. An is autem sit ille Pionius qui in fine Actorum sancti Polycarpi dicitur *exemplaria investigasse, & scripsisse ex revelatione quæ sibi de beato Polycarpo patefacta est*, incertum.

VII. Ceterum omissis beati Pionii Actis, quæ ex Simeone Metaphraste post Lipomanum & Surium Bollandus ad I. diem Februarii edidit, alia, aut potius eadem, sed diversæ alterius versionis ex codd. mss. proferimus. Hæc autem Acta Bollandianis prætulimus, tum ob versionis antiquitatem, quæ sane ante Simeonis Metaphrastis ætatem videtur facta; habetur enim in uno cod. ms. biblio-
B thecæ Colbertinæ qui ad annos 800. accedit: tum quia nondum edita erat, in eaque nonnulla absunt, quæ aliquibus viris doctis in Bollandianis Actis displicuere. Ea vero prout in codd. mss. habentur etiam cum mendis repræsentamus; ne si ea expungere voluerimus, id nobis objiciatur quod Pearsonius in Baronio arguit. Cum enim Acta sancti Pionii *a se diligenti studio emendata* se exhibere professus fuerit illustriss. Cardinalis; hæc ejus verba sic interpretatus est Pearsonius, quasi ex iis Actis multa rejecisset. *Emendata*, inquit, *id est, resectis iis quæ suppositionem nimis manifeste indicabant*. Quæ tamen in Bollandianis Actis observanda occurrunt, in notulis referimus. Porro ex
C 4. codd. mss. quibus in hac editione usi sumus, duo sunt insignis bibliothecæ Colbertinæ, in quorum primo Acta integra habentur, in altero ob detracta aliquot folia ex codice, mutila. Tertius codex est illustrissimi Abbatis *de Noailles*; quartus tandem Principalis monasterii Einsidlensis, alias beatæ Mariæ de Eremo, Ordinis nostri Benedictini in Helvetia; ex quo cod. ea Acta describi curavit noster domnus Joannes Mabillonius, cum in Germaniam aliquot abhinc annis profectus est. Porro in his duobus ultimis codd. aliqua passim desunt. His adjungi potest cod. ms. monasterii sancti Maximini Trevirensis, ex quo eorumdem A-
D ctorum aliquot fragmenta Bollandus edidit.

C A P U T VI.

D E

S. CORNELIO PAPA ET MARTYRE.

S Y N O P S I S.

I. *Quando & quam diu sederit sanctus* CORNELIUS.

II. *Ex iis quæ litterarum monumentis consignavit, complura intercisa. Vox* ἐπιςολαὶ *apud Græcos de una epistola usurpata.*

III. *Tres Cornelii epistolas memorat Eusebius: quatuor S. Hieronymus. Unde orta hæc varietas. Rufinus verba Eusebiana minus recte assecutus.*

IV. *Ex duabus epistolis Cornelianis Fabio Antiochensi episcopo inscriptis, posterioris tantum in-*
E *signia fragmenta supersunt. Utramque Græce scripsisse sanctus pontifex perhibetur. Aliæ duæ ad Cyprianum episcopum Carthaginiensem, inter Cyprianicas relatæ. De reliquis deperditis. Quæ vero haud ita pridem evulgata, supposititia.*

» I. DEcius sacerdotibus Dei, ut Cyprianus loquitur, in primis infestus cavit, ne Romæ successor Fabiano sufficeretur: eoque prohibente factum est, ut ab ineunte anno 250. ad 251. Romana sedes vacaret. Tum demum CORNELIUS eo ordine ac modo, quo Cyprianus narrat [1], electus est. [2] In sacerdotali cathedra, cum idem tyrannus sacerdotibus fanda & infanda comminaretur, intrepidus sedit. Episcopatum tenuisse dicitur, ab Eusebio quidem [3] *annis circiter tribus*, in Chronico autem, cui Hieronymus concinit [4], *annis duobus*. In libro pontificali, *annis tribus, diebus decem*; in exemplari Corbeiensi, ut in Bucheriano catalogo, *annis duobus, mensi-*

1. *Cypr.* infra epist. x. n. VIII.
2. Id. ibid. n. IX.
3. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. II.
4. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXVI.

bus tribus, *diebus decem*; in Fossatensi, nunc Colbertino, nec non apud Bollandum ex codice olim Suecorum reginæ, nunc Vaticano, *anno uno*, *mensibus duobus*, *diebus tribus* pontificatum gessisse dicitur. At nominatim Bucherianum catalogum, in quo Cornelium sedisse legimus *annos duos*, *menses tres*, *dies decem*, *a consulibus Decio* IV. *&* *Decio* II. *usque Gallo & Volusiano*, mendosum esse observat Antonius Pagius, cum in annis pontificatus Cornelii, tum in Deciorum consulatibus designandis. Nullus enim est aut Decii patris quartus, aut Decii filii secundus consulatus. Gallum autem ac Volusianum Decio Augusto secundo seu tertio & Decio Cæsare primum consulibus successisse ex fastis certum est: adeoque in catalogo mox dicto non *annos duos*, sed *annum unum* Cornelio fuisse adscribendum. Quocirca eum sic corrigendum laudatus Pagius censet, ut *annum unum Decio* III. *& Decio*, loco verborum *annos duos Decio* IV. *& Decio* II. substituatur. Unde sequitur, ut si Cornelius *annum unum*, quemadmodum illo in catalogo scribitur, & *menses tres*, ac *dies decem* sedit, cum eumdem *Gallo & Volusiano consulibus*, (hoc est anno Christi 252.) die 14. Septembris martyrio coronatum esse vetera monimenta fidem faciant, anno Christi 251. Junii 4. die pontificatum inierit.

Placuit etiam hæc opinio erudito Tillemontio, qui & præterea Cornelium minime ante paschalem anni 251. diem ordinatum esse pluribus argumentis colligit. Probabile est, non multo postquam Decius ex Urbe ad expeditionem contra Gotthos discessisset, quod circa vernum tempus anni 251. contigit, clerum populumque Romanum hac occasione oblata convenisse, & in Cornelii electionem consensisse. Et hæc quidem Cypriani de Decio verba [1], quod *tolerabilius audiret levari adversus se æmulum principem*, *quam constitui Romæ Dei sacerdotem*, sic interpretari licet, ut tyrannus ille nuntio eodem & imperium a Julio Valente usurpatum, & Cornelium in episcopum Urbis cooptatum didicerit. Porro Julius purpura circa mensem Maium anni 251. arrepta, nec multo post occisus est. Demum Eusebius & cum hac sententia & secum conciliari sic potest: ut cum Cornelium *annis circiter tribus* episcopatum tenuisse scribit, tempus a Fabiani obitu ad Cornelii mortem interjectum indicare voluerit; ubi autem eum *duobus annis* sedisse docet, unum completum & alterum inchoatum pro duobus computarit. „ Huc usque Coutantius V. C. [2]

II. Complura solicitudinis Apostolicæ monumenta litteris consignasse sanctus pontifex perhibetur, quorum tamen pars maxima interiit. De his ita Eusebius [3]: Ἦλθον δ᾽ οὖν εἰς ἡμᾶς ἐπιστολαὶ Κορνηλίου Ῥωμαίων ἐπισκόπου πρὸς τὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Φάβιον. — ταύταις ἄλλη τις ἐπιστολὴ συνῆπτο τοῦ Κορνηλίου περὶ τῶν κατὰ τὴν σύνοδον ἀρεσάντων· καὶ πάλιν ἑτέρα περὶ τῶν κατὰ Νοουάτον πραχθέντων. Hoc est, interprete Valesio: „ Exstant adhuc epistolæ Cornelii Romanorum episcopi ad „ Fabium Antiochensis ecclesiæ præsulem missæ. „ — His adjuncta erat alia ejusdem Cornelii epistola, de his quæ in synodo decreta fuerant: „ & rursus alia de facinoribus Novati. „ Ad quem quidem locum observat eruditus Cotelerius [4], Eusebium verbis illis ἐπιστολαὶ Κορνηλίου unam tantummodo Cornelianam epistolam significasse: quod sane perspexit & sanctus Hieronymus. Dum enim Eusebium affectatus, inter scriptores ecclesiasticos Cornelium recenset, hæc habet [5]: *Cornelius*, *Romanæ urbis episcopus*, — *scripsit* EPISTOLAM *ad Fabium Antiochenæ ecclesiæ episcopum*. Rem conficit V. C. aliquot ejusmodi locutionum exemplis in medium adductis. *Epistolas*, inquit, & de una Epistola dici, observatum doctis Scripturarum interpretibus ad libros Machabæorum. Sic sanctus Polycarpus alloquens Philippenses, ait ex vetere interprete [6]. „ Neque ego, neque similis alius „ mei, poterit sequi sapientiam beati & gloriosi „ Paulli, — qui & absens scripsit vobis Epistolas: „ ὃς καὶ ἀπὼν ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολάς: attamen ex eodem interprete, sanctus ille Smyrnensis antistes paullo post unius tantum Paullinæ Philippensibus inscriptæ Epistolæ meminisse comperitur: *Qui estis*, inquit [7], *in principio Epistolæ ejus*. Aliud præsto est exemplum ex ipso Eusebio, cujus hæc verba [8]: Μνημονεύει γέτοι καὶ αὐτὸς ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ἰδίαις ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς Ἀντινοεῖτας εἰσέτι νῦν παρ᾽ ἡμῖν σωζομέναις τῆς Ναρκίσσου συνὼ αὐτῷ προεδρίας, ταῦτα κατὰ λέξιν ἐπὶ τέλει γράφων τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς. Quæ quidem sanctus Hieronymus paucis complectens sic reddit [9]: *Hic* (Alexander) *in fine cujusdam Epistolæ quam scribit ad Antinoitas super pace Ecclesiæ* cet. Nimirum, ut viri eruditi verba usurpem [10], frequenti apud omne genus auctores usu venit, quod de singulari epistola, dialogo, librove loquentes, quandoque plurali numero utantur.

III. Ad hæc in allato textu Eusebiano cum docto ejus interprete observandum occurrit, Historicum Cæsariensem tres dumtaxat Cornelii epistolas recensere: primam ad Fabium Antiochensem episcopum de Romana synodo, deque Italiæ & Africæ episcoporum consensu: secundam de decretis synodi: tertiam de facinoribus Novatiani ad eumdem Fabium Antiochenæ urbis episcopum; ex qua luculentissimum excerptum nobis ab Eusebio servatum, inferius suo loco protulimus. At Hieronymus quatuor enumerat [11]: *Cornelius*, inquit, *Romanæ urbis episcopus*, *ad quem octo Cypriani exstant epistolæ*, *scripsit epistolam ad Fabium Antiochenæ ecclesiæ episcopum de synodo Romana*, *Italica*, *Africana*; *& aliam de Novatiano*, *& de his qui lapsi sunt*; *tertiam de gestis synodi*; *quartam ad eumdem Fabium valde prolixam*, *& Novatianæ hæreseos caussas & anathema continentem*. Verum aliud egisse videtur Doctor maximus, dum locum Eusebianum inspexit, ut post Valesium advertit Cotelerius [12]. Eusebius enim postquam primæ Cornelii epistolæ ad Fabium Antiochensem mentionem injecit, statim subdit: „ Aliæ præter- „ ea Latino sermone conscriptæ exstant epistolæ „ Cypriani & aliorum antistitum qui cum ipso in „ Africa congregati erant: ex quibus colligitur, „ ipsis etiam placuisse ut subveniretur iis qui in „ tentationem inciderunt; utque auctor nefariæ „ opinionis simul cum iis qui ad partes ipsius de- „ sciverant, ab Ecclesiæ catholicæ consortio me- „ rito abdicaretur. „ Quibus relatis secundam me-

1. *Cypr.* l. c. n. IX.
2. *Coutant.* Epistt. Rom. Pont. pag. 123.
3. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XLIII.
4. *Cotel.* ad cap. III. Epist. S. Polycarp.
5. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXVI.
6. *Polycarp.* Epist. ad Philipp. cap. III.
7. Id. ibid. cap. XI.
8. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XI.
9. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXII.
10. *Smith.* Schol. ad S. Polyc. Epist. pag. 110.
11. *Hieron.* de Vir. ill. cap. LXVI.
12. *Cotel.* l. c.

morat Cornelii epistolam de his quæ in synodo, Romana scilicet, decreta fuerant. Quam ergo secundo loco laudat epistolam S. Hieronymus, non Cornelio, sed Cypriano adscribenda. Neque etiam Rufinus Eusebii verba probe accepisse comperitur: siquidem quæ Cæsariensis episcopus de secunda Cornelii epistola tradit, interpretatur ipsemet de prima Fabio Antiochensi episcopo inscripta.

IV. Verum illud potius nostra interest cum docto Eusebiano interprete advertere, ex epistolis Cornelii primam ac tertiam fuisse a sancto illo pontifice Græco sermone perscriptas. „ Quum enim, inquit, Eusebius ex tertia epistola plurima adducat testimonia, nusquam dicit ea ex Latino sermone in Græcum fuisse translata: quod tamen perpetuo monere consuevit, quoties Latini scriptoris testimonium citat: exempli gratia, quum locos profert ex Tertulliani Apologetico; aut quum epistolas principum Romanorum. Deinde Eusebius ipse heic satis innuit, primam illam Cornelii ad Fabium epistolam scriptam fuisse Græco sermone. Postquam enim de illa commemoravit, addit conjunctam ei fuisse aliam Latino sermone scriptam epistolam Cypriani: quod quidem non adderet, nisi Cornelii epistola superius memorata diverso sermone scripta fuisset. Hæc ille satis apposite. Quæ quidem sententia eruditissimis viris probatur [1]. Quapropter quæ superant apud Eusebium fragmenta posterioris ad Fabium epistolæ, quum jure censeantur Græce a Cornelio conscripta, nostri muneris esse duximus cum Coutantio V. C. cujus editionem expressimus, textum Cornelianum repræsentare.

Reliqua vero sancti pontificis & martyris scripta intercidisse constat, si duas excipias ad S. Cyprianum epistolas quæ inter Cyprianicas XLVI. & XLVIII. numerantur. Ceterum in deperditis epistolis Cornelianis recensendis, Pearsonium primum [2], deinde Coutantium [3] diligenter fuisse versatos novimus. Heic vero sub finem monendum adhuc existimamus, tres epistolas ex vetustis codicibus evulgasse Baluzium [4], quarum prima fertur esse *Cornelii Papæ ad Cyprianum* adversus pravam rebaptizandi novitatem. At hæc, ut viri docti verba usurpem [5], manifestam fraudis & mendacii notam præ se fert: quippe eum hanc controversiam sub Cornelio natam non fuisse, ac summam semper consensionem Cornelium inter & Cyprianum intercessisse constet.

CAPUT VII.

DE
ANONYMO
AUCTORE
LIBRI DE REBAPTISMATE.

SYNOPSIS.

I. *Quis auctor operis? Ursinus monachus qui sæculo IV. desinente floruisse fertur, immerito a nonnullis statuitur. Auctor enim episcopus fuisse comperitur.*

II. *Ex variis operis locis sæculi III. notæ perspicuæ occurrunt.*

III. *Quin etiam vivente adhuc Cypriano scripsisse auctor dignoscitur.*

IV. *Eadem sententia compluribus eruditis probatur.*

I. „ Liber *de Rebaptismate*, inquit vir doctus [6], a nonnullis tribuitur Ursino monacho, quem Gennadius adversus eos qui rebaptizabant sæculo IV. scripsisse testatur [7]. Quæ Ursini monachi libro contineri ait Gennadius, ea in hac de Rebaptismate pertractatione non difficile est animadvertere. Nihil enim aliud agit auctor, quicumque tandem ille sit, nisi ut eos qui in hæresi baptizati sunt non rebaptizandos, sed ad saniorem fidem conversis manus esse imponendas evincat. Sed Ursinus monachus libelli hujus auctor videri non potest, nisi episcopus fuisse tertio sæculo dicatur. Episcopum enim diserte se prodit noster Anonymus his verbis [8]: *Siquidem per nos baptisma tradetur, integre & solemniter & per omnia quæ scripta sunt adsignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur; aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum exspectemus ut aut suppleatur a nobis, aut a Domino supplendum reservetur.*

II. Occurrunt in eodem scriptore sæculi III. perspicuæ notæ. Sic enim de tota illa controversia loquitur, ut eam recens exortam esse & adhuc vigere indicet. Ait enim [9], *monstri simile esse ipsos episcopos talia scandala cogitare*: sibique propositum esse *turbulentis hominibus, ut vel nunc suum negotium agere incipiant, persuadere*. In ipso illo loco qui a Baluzio objicitur, utile esse statuit [10], *tot annorum totque ecclesiarum, itemque Apostolorum & episcoporum auctoritati cum bona ratione adquiescere: quum sit maximum incommodum ac dispendium sanctissimæ matris Ecclesiæ, adversus prisca consulta post tot seculorum tantam seriem nunc primum repente ac sine ratione insurgere*. Colligi ex his verbis non debet auctorem sæculo IV. vixisse, sed tantummodo eum in exaggerando non valde timidum fuisse. Nam præterquam quod ne quarto quidem sæculo sine absurda exaggeratione objicere potuit *tot sæculorum tantam seriem*; certe conceptis verbis declarat, *tunc primum* controversiam de baptismo hæreticorum exarsisse: quod sæculo demum III. proprie congruit.

1. *Bolland.* Act. SS. Sept. tom. IV. pag. 180. num. 251. *Coutant.* Epist. Rom. Pont. pag. 145. not. a.
2. *Pearson.* Annal. Cypr. pagg. 30-36. edit. Oxon. 1682.
3. *Coutant.* l. c. pagg. 195-206.
4. *Baluz.* opp. Cypr. pag. 167. edit. Paris. 1726.
5. *Maran.* Vit. S. Cypr. pag. CXXV.
6. *Maran.* Vit. S. Cypr. cap. XXXV. pag. CXXVI.
7. *Gennad.* de Script. eccl. cap. XXVII.
8. *Anon.* de Rebapt. §. X.
9. Id. ibid. §. I.
10. Id. ibid. §. VI.

III. Quin etiam Cyprianum ipsum, tacito nomine, ut adhuc viventem & diversas partes auctoritate sua tuentem oppugnat. Statuit enim [1], ejusmodi controversiæ nullum alium esse fructum, nisi ut unus homo quicumque ille est, magnæ prudentiæ & constantiæ esse apud quosdam leves homines inani gloria prædicetur, & hæreticorum stupore præditus, quibus hoc unum solatium est, si non soli peccare videantur, errores & vitia universarum ecclesiarum correxisse apud simillimos sui & compares celebretur. Quis porro Cypriano tam indignis modis conviciatus esset, postquam maculam erroris, quem non sine summa animi moderatione in re nondum decisa defenderat, martyrio abstersit, ejusque nominis, refrigerato contentionis æstu, summa exstitit in omnibus ecclesiis celebritas?„

IV. Quæ de hujus Anonymi scriptoris ætate hactenus edisseruit V. C. aliis quoque doctrina & eruditione præstantibus jampridem probata noscuntur. Rigaltius qui primus inter notas ad opera S. Cypriani hunc tractatum edidit, usus apographo Sirmondiano ex veteri codice monasterii S. Remigii descripto, censuit [2] auctoris esse ab ævo Cypriani parum distantis. Rigaltius secutus est Cyprianicorum editor Oxoniensis [3]. Caveus item ejusmodi quæstionem semel iterumque discutiens [4], adduci non potuit ut alteri sententiæ calculum adjiceret. Sed ceteris multo acrius rem investigasse videtur Tillemontius [5]; qui eo usque demum processit, ut non solum vivente adhuc Cypriano, sed etiam contra ipsummet episcopum Carthaginiensem scriptum opus definiret. Quorum ergo virorum doctorum judicio libenter accedimus.

CAPUT VIII.

DE

ANONYMO

SCRIPTORE

TRACTATUS AD NOVATIANUM HÆRETICUM.

SYNOPSIS.

I. *Quibus de caussis evulgatum istud opusculum.*
II. *Auctor Cypriani æqualis, & fortasse Africanus.*
III. *Episcopus quidem fuisse videtur, sed alius a Cypriano.*
IV. *Cur Novatianum ab humanitate erga lapsos laudet.*

I. Novatiani operibus, quæ ab eo litterarum monumentis tradita feruntur dum adhuc rectam fidem profiteretur, subjecimus S. Cornelii epistolas & quæ ad eum missæ sunt, ubi multa de ipso Novatiano postea in schisma & hæresim lapso: ac deinceps temporum servata ratione, nostrum erit huic veterum Patrum collectioni epistolas quoque S. Paciani ad Sympronianum intexere, contra Novatianos conscriptas. Quibus de caussis haud prætermittendum existimavimus Anonymi scriptoris tractatum, inter opera S. Cypriano supposita exstantem, contra eumdem Novatianum exaratum. De quo quidem hæc præfatur vir doctus, cujus modo meminimus [6].

II. „ Constat auctorem libri ad Novatianum æqualem esse Cypriani: nec dubium esse potest quin in pacificis, & Ecclesiæ faventibus Valeriani primordiis scripserit. Unam enim tantum persecutionem numerat post eam quæ sub Decio sæviit; & eos qui in prima ceciderunt, in secunda victores fuisse dicit [7]. Videtur etiam Africanus fuisse, tum quia sic ludit in Felicissimi nomine [8]: *Quid ad ista respondeant perversissimi isti Novatiani, vel nunc infelicissimi pauci?* tum quia solam Ecclesiam cælesti ratione baptizare pronuntians [9], hæreticorum baptisma non obscure rejicit. Sola stili dissimilitudo Tillemontium deterruit [10], quo minus hoc opus Cypriano tribuerit.

III. Sed tamen præter hanc rationem alia videtur afferri posse. Nam declarat auctor hujus libri in ipso exordio, *cogitanti sibi & intolerabiliter animo æstuanti quidnam agere* deberet *de miserandis fratribus, qui vulnerati non propria voluntate sed diaboli sævientis irruptione, adhuc usque, hoc est, per longam temporum seriem agentes pœnas darent, ex adverso* exortum esse alium hostem & ipsius paternæ pietatis adversarium hæreticum Novatianum. His autem verbis indicat episcopum se esse, ac perhumaniter lapsis jamdudum pœnitentiam agentibus consulentem, moleste ferre quod suæ lenitati adversarium habeat hæreticum Novatianum. Hinc etiam infra [11], postquam de iis locutus est qui *prima acie, id est, Deciana persecutione vulnerati, postea, id est, secundo prælio* vicerant; addit eorum *pares, hoc est, in eodem crimine lapsus sui adhuc usque constitutos, nec ad pœnitentiam admittendos* a Novatianis judicari. Nondum ergo auctor hujus operis pacem concesserat his qui sub Decio lapsi fuerant. Non enim de aliis loquitur: pares illos vocat eorum qui primo in prœlio victi, in secundo victores fuerant: ait eos post longam temporum seriem agentes pœnas dare, & adhuc usque constitutos in eodem crimine lapsus, quod alii martyrio expiaverant. At Cyprianus instante Galli & Volusiani persecutione lapsos, qui a primo lapsus die pœnitentiam egerant, in dominicum gregem collegerat, ac eis Christi sanguinem de-

1. *Anon.* de Rebapt. §. 1.
2. *Rigalt.* ad opp. Cypr. pag. 133. edit. Paris. 1666.
3. *Fell.* part. III. opp. Cypr. pag. 21.
4. *Cav.* Hist. litter. ad ann. 253. & 440.
5. *Tillem.* Mem. tom. IV. pag. 619. not. XL. sur S. Cypr.
6. *Maran.* Vit. S. Cypr. cap. XXXV. pag. CXXVII.
7. *Anonym.* tract. ad Novat. cap. VI.
8. Id. ibid. cap. II.
9. Id. ibid. cap. III.
10. *Tillem.* Mem. tom. IV. pag. 133. & 612. not. XXXVII. sur S. Cypr.
11. *Anonym.* l. c. cap. VI.

derat, ut illos ad suum pro Christo fundendum armaret.

IV. Novatianus hoc in libro [1] dicitur aliorum delicta, dum in Ecclesia esset, ut propria flevisse. Sed mirum est, unde hanc sibi humanitatis & diligentiæ in lapsis curandis laudem comparaverit. Videtur repugnare Cornelii testimonium qui Novatianum in persecutione Decii fratribus auxilio in-

A digentibus succurrere noluisse testatur [2]. Sed forte hæc humanitatis existimatio ad Novatianum pervenit ex præclarissimis cleri Romani litteris, inter Cyprianicas XXXI. quæ a Novatiano scriptæ in totum orbem missæ fuerant, teste Cypriano [3]. „Huc usque vir doctus. Verum de hac ipsius postrema observatione, vide superius quæ disseruimus, ubi de Novatiani epistola Romani cleri nomine scripta, verba fecimus.

CAPUT IX.

DE

S. GREGORIO

EPISCOPO NEOCÆSARIENSI.

SYNOPSIS.

I. Gregorius, *antea Theodorus, Græcis Romanisque disciplinis excultus. Episcopus Neocæsariensis consecratur. Quo tempore supremum diem obierit.*

II. *Ejus* Expositio fidei *divinitus dictata. Veterum testimoniis authentica esse perhibetur.*

III. Metaphrasis in Ecclesiasten *eidem asseritur. De hoc opere quid Billius, quid Bengelius?*

IV. *Ejus* Epistola canonica *qua ætate exarata. Quid de illa concilium Quinisextum? An undecimus ejus canon sincerus?*

V. *De illius* Oratione in Origenem panegyrica. *Quanto in pretio habita.*

B VI. *Hæc tantum Gregorii Neocæsariensis sincera litterarum monumenta. Reliqua vel dubia, vel pseudepigrapha.* Expositio fidei prolixior, *Apollinarii esse demonstratur.*

VII. *Idem sentiendum de* Anathematismis.

VIII. *Virorum eruditorum sententia de* Homiliis IV. *& de* Animæ disputatione *sancto Patri adtributis.*

IX. *De Origenis epistola Gregorio nostro inscripta: nec non de illius Vita per sanctum Gregorium Nyssenum. Sinistrum Dodwelli judicium refellitur.*

I. Sanctus Gregorius, antea Theodorus dictus, prænomine Magnus, primus Neocæsareæ in Ponto episcopus fuit, *ob signa atque miracula quæ cum multa ecclesiarum gloria perpetravit*, ut ait Hieronymus [4], Thaumaturgus appellatus. Hunc ejusque fratrem Athenodorum, Eusebio teste [5], Græcis Romanisque disciplinis excultos, Origenes Cæsareæ in Palæstina primis fidei rudimentis imbuens, ad rerum divinarum meditationem traduxit. Elapso quinquennio in patriam reversus Gregorius circa annum Christi CCXXXIX. haud multo post, invitus licet, a Phædimo Amaseæ præsule consecratur episcopus; non quidem, ut nonnulli dixere, nuda in absentem procul divini numinis invocatione, sed solemni manuum impositione, πάντων μετὰ ταῦτα τῶν νομίμων ἐπ᾽ αὐτῷ τελεσθέντων, *omnibus postea in eo peractis quæ Ecclesiæ ritibus præscribuntur*, ait diserte in ejus vita Nyssenus [6], ut rite advertit cl. Lequienius [7]. Ecclesiam itaque sibi commissam sedulo studio ac summa solicitudine pastorali diutissime gubernavit, ut testatur sanctus Basilius [8], Eusebio propterea dictus [9] *episcoporum nostra ætate celeberrimus*, ὁ καθ᾽ ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητος. Qui tandem ad extrema deveniens, quum fuisset sciscitatus, quot adhuc in urbe idolorum cultores superessent; ubi cognovit non plures esse quam septemdecim, Deo

C gratias agens: totidem quidem, inquit, Christi fidem profitebantur, quo tempore hanc ecclesiam regendam suscepi [10]. Reliqua ejus gesta præterimus, infra repetenda cum ex veterum testimoniis quæ illius operibus præmisimus, tum ex ipsius vita per sanctum Gregorium Nyssenum conscripta, quam subjiciendam curavimus. Quo autem anno supremum diem obierit sanctus præsul, non liquet. Illud tantum ex Eusebio perspectum habemus [11], ipsum inter eos patres *maxime eminuisse*, qui ob Paulli Samosateni hæresim anno CCLXIV. Antiochiæ primum convenerunt. Quod si fides habeatur auctori *Libelli Synodici* temporibus Photii litteris consignati, Gregorius Neocæsariensis inter homines adhuc

D agebat anno CCLXX. quippe qui alteri concilio Antiocheno interfuisse dicatur, quo tandem Samosatenus depositus damnatusque fuisse perhibetur. Sic enim Synodici auctor [12]: Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα· ἧς ἔξαρχος ἦν Ἕλενος, ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος· — ὁ θαυματουργὸς Γρηγόριος, Καισαρείας Πόντου κ. τ. λ. *Synodus divina & sacra provincialis, Antiochiæ collecta: cujus præses erat Helenus Tarsi episcopus; — miraculorum effector Gregorius Cæsareæ Ponti*, cet. Hujus tamen scriptoris sententiæ, licet ea viris eruditis probetur [13], haud equidem libens accesserim. Nam in epistolæ synodicæ inscriptione

1. Ibid. cap. XIII.
2. *Cornel.* epist. IX. §. V. infr. pag. 345.
3. *Cypr.* epist. LII. Vid. infr. *Cornel.* epist. X. §. V. pag. 348.
4. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXV.
5. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XXX.
6. *Nyssen.* Vit. S. Greg. Thaum. cap. VIII. Vid. infr. pag. 446.
7. *Lequien.* Or. Christ. tom. I. pag. 501.

E 8. *Basil.* epist. LXIV.
9. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XXX.
10. *Nyssen.* Vit. S. Greg. Thaum. cap. XXVIII. infr. pag. 466.
11. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXVIII.
12. *Synod. vet.* cap. XXVII. apud Fabric. Bibl. Gr. tom. XI. pag. 193.
13. *Fasson.* Differt. de cult. J.C. a Mag. adhib. pag. 26. not. 8.

quam patres hujus concilii scripserunt ad Dionysium Romanæ urbis episcopum & ad Maximum Alexandrinum [1], quum complures episcopi post Helenum Tarsensem nominentur, nuspiam comparet noster Gregorius: nominandus enimvero si demum adfuisset; qui nimirum inter patres anterioris concilii Antiocheni *maxime enituisse* narretur. Quod autem censemus de Libelli Synodici auctore, idem intelligendum existimamus de Theodoro Balsamone, qui Paullum Samosatenum a Gregorio Thaumaturgo aliisque fuisse depositum tradit [2], laudatum scilicet anonymum fortasse affectatus. Verum his missis, ad sancti Patris nostri scripta breviter recensenda, se convertat oratio.

II. Inter pietatis ac doctrinæ monumenta, Neocæsariensi ecclesiæ tamquam pretiosum patrimonium a Gregorio relicta, jure præ omnibus celebratur illa *Expositio fidei*, quam vir admirandus divinitus dictatam protinus litteris mandasse perhibetur. Gregorius Nyssenus qui rem in ejus Vita fideliter narrat, quique primus omnium idem fidei Symbolum descripsit [3], ad ipsum Thaumaturgi *αὐτόγραφον* provocat his verbis [4]: Εἴ τις τῷδε φίλος περὶ τούτου πεισθῆναι, ἀκουέτω τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ ταῦτα ἐκήρυττε, παρ' οἷς αὐτὰ τὰ χαράγματα τῆς μακαρίας ἐκείνης χειρὸς εἰσέτι καὶ νῦν διασώζεται. Id est: „ Quod si quis de hac re fidem sibi fieri „ cupit, audiat ecclesiam in qua ista prædicabat; „ apud quam ea ipsa verba a beata illa manu „ exarata, nunc etiam adhuc adservantur. „ Additque Neocæsariensem ecclesiam ad suam usque ætatem in ea fidei Confessione institutam, ab omni hæretica pravitate intactam permansisse. Id ipsum testatur Basilius Magnus Nysseni germanus frater, Neocæsarienses allocutus; cujus verba veterum testimoniis de Thaumaturgo inferius relatis addenda, ejusmodi sunt [5]: Πίστεως δὲ τῆς ἡμετέρας, τίς ἂν καὶ γένοιτο ἐναργεστέρα ἀπόδειξις, ἢ ὅτι τραφέντες ἡμεῖς ὑπὸ τίτθῃ μακαρίᾳ γυναικὶ, παρ' ὑμῶν ὡρμημένῃ; Μακρίναν λέγω τὴν περιβόητον, παρ' ἧς ἐδιδάχθημεν τὰ τοῦ μακαριωτάτου Γρηγορίου ῥήματα, ὅσα πρὸς αὐτὴν ἀκολουθίᾳ μνήμης διασωθέντα αὐτή τε ἐφύλαττε, καὶ ἡμᾶς ἔτι νηπίους ὄντας ἔπλαττε καὶ ἐμόρφου τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασιν. Hoc est: „ Nostræ autem fidei quæ possit „ evidentior esse probatio, quam quod educati „ sumus sub avia beata muliere, ex vobis orta? „ Macrinam dico celeberrimam illam, a qua edocti sumus beatissimi GREGORII verba; quæcumque usque ad ipsam, memoriæ continuatione, „ cum ipsa conservabat, tum nos adhuc infantes „ pietatis dogmatibus fingebat & informabat. „ Et alibi [6]: Ἐν τοίνυν τῶν Γρηγορίου, καὶ ὁ νῦν ἀντιλεγόμενος τρόπος τῆς δοξολογίας ἐστὶν, ἐκ τῆς ἐκείνου παραδόσεως τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένος. „ Unum itaque ex GREGORII institutis est, etiam „ ille ipse glorificationis modus, cui nunc contra- „ dicitur, ex illius traditione in ecclesia custodi- „ tus. „ Nysseno & Basilio suffragatur Gregorius Nazianzenus, qui semel iterumque [7] nonnullis ex eadem Expositione recitatis, priore loco citato hæc subdit: ὥς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν: *Ut quispiam divino numine adflatus haud ita pridem philosophatus est*. Qua sane loquendi ratione Theologum respexisse ad Thaumaturgi Apocalypsim, seu ad fidei Symbolum cælitus ipsi revelatum, cujus verba paullo ante usurparat, monuit olim Elias Cretensis, ut post Billium ad eum locum adnotabamus. Ad hæc Rufinus eamdem Gregorianam Expositionem ex Nysseno, ut quidem puto, desumtam suæ versioni Eusebianæ historiæ intexuit [8]. Ipsam præterea tamquam sincerum Thaumaturgi fetum agnoverunt patres in quinta œcumenica synodo congregati. Omitto Nicetam [9] aliosque scriptores Græcos apud Allatium [10], qui eamdem laudarunt.

Quæ quum ita sint, jam nullus de hujus Expositionis *αὐθεντίᾳ* dubitandi locus relinquitur. Quod si quis Eusebii silentium ac Hieronymi objiciat: haud equidem affirmare ausim de Cæsariensi episcopo, ipsum propterea Symboli fidei Gregoriani nullibi mentionem injecisse, quod illud esset satis accurata de sanctissima Trinitate *ὁμοουσίῳ* expositio: licet observarit olim Photius [11], Eusebium in sua Historia prætermittere consuevisse quæcumque impietatem Arianam impugnare aut evertere viderentur. Ad Hieronymum autem quod attinet, nemo nescit sanctum Doctorem in suo *de Viris illustribus libro* ipsummet Eusebium plerumque affectari. Quisquis præterea sive Eusebium sive Hieronymum silentes inducat, quo expositionis Gregorianæ fidem elevet, eorum meminerit quæ tum de *Syriacis* Clementis Romanis *epistolis* [12], tum de Claudii Apollinaris libro *de Paschate* alibi diximus [13]. At de reliquis sancti Patris scriptis sermonem prosequamur.

III. Expositionem fidei excipit *Metaphrasis in Ecclesiasten*, quam noster Gregorius *magnificentissime scripsit*, judice Rufino [14]; *brevem* illam *quidem*, *sed valde utilem*, ait Hieronymus [15]: qui & suo commentario in Ecclesiasten nonnulla ex eadem Metaphrasi descripta intexens, hæc habet [16]: *Vir sanctus, Gregorius Ponti episcopus, Origenis auditor, in Metaphrasi Ecclesiastæ, ita hunc locum intellexit:* cet. „ Omnem itaque dubitationis ansam ut cum Billio loquar [17], nobis eximunt Hieronymus & Rufinus, qui hunc fetum vero suo parenti Neocæsariensi Gregorio asserunt. Quod autem Nazianzeno tributum fuerit ejusmodi opus in plerisque mss. codicibus Græcis, in illo etiam regio vetustissimo quem accurate describit cl. Montfauconius [18], atque adeo in editis tantum non omnibus postremum locum inter ejus Orationes obtineat; commune nomen dumtaxat in caussa fuit. Quantum enim ex stilo conjecturam facere licet, tametsi negari non possit, quin sit hominis apprime eruditi & copiosi; tamen non usquequaque refert elaboratum illud & *ἀπεξεσμένον* dicendi genus, quod passim in Nazianzeni scriptis lucet. Connexiones sententiarum aliquanto duriores, transitusque abruptiores. Quod si quædam verba quandoque intertexta fuissent, multo mollior esset tota

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXX.
2. *Balsam.* Schol. in Can. XXI. Conc. Nic.
3. *Nyssen.* Vit. Thaum. capp. VIII. & IX. infr. pagg. 446. seqq.
4. Id. ibid. cap. X. pag. 448.
5. *Basil.* epist. CCIV. num. 6. nov. edit. opp. tom. III. pag. 306.
6. Id. lib. de Spir. sanct. cap. XXIX. num. 74. pag. 63.
7. Naz. Orat. XXXVII. pag. 609. & XL. pag. 668.
8. *Rufin.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXV.
9. *Nicet.* Thes. orth. fid. lib. I. cap. XXXII.
10. *Allat.* Græc. orth. tom. II. pagg. 484. 735. 952. 986. & 1056.
11. *Phot.* Bibl. cod. CXXVII.
12. Prolegom. ad Bibl. PP. vol. I. pag. XXII. seq.
13. Ibid. pag. CXXI. §. III.
14. *Rufin.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXV.
15. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXV.
16. Id. in Eccles. cap. IV. Vid. infr. vet. testim. num. III. pag. 381.
17. *Bill.* in Monit. ad Orat. quæ dicitur Nazianz. LIII.
18. *Montf.* Palæogr. Gr. pag. 250.

contextus facies, minuſque invite inter ſe coirent A ſententiæ. Verum idcirco fortaſſe non facit, quia minime libero campo decurrit oratio: ſed tranſlationis quaſi cancellis quibuſdam circumſcripta eſt.„ Hæc ferme vir ille doctus. Ceterum ad afferendam auctori ſuo hanc Metaphraſin, illud quoque accedit, quod in ea peculiares quædam locutiones occurrunt, quibus in Panegyrico ad Origenem utitur Thaumaturgus, ut in ſubjectis eruditi Bengelii adnotationibus videre eſt; qui & illud huc pertinens addit [1]: „ Modeſtia, inquiens, quæ quidem totius Gregorii characterem quemdam ſingularem facit, . . . in cauſſa fuit, opinor, ut ex omnibus Scripturæ ſacræ libris *Eccleſiaſten* potiſſimum, vanitatis demonſtratorem, *Metaphraſi* ornandum ſu- B meret, & in illo opere tam multa tam opportune ſcriberet. „ Porro editionem noſtram exegimus ad Pariſienſem ann. 1621. additis nonnullis virorum eruditorum notis, Voſſii, Billii, Ducæi & Bengelii.

IV. Ex Epiſtolis ſancti Patris noſtri, *quæ vulgo ferebantur* quo tempore ſcribebat Doctor maximus [2], una ſuperat, inter canonicas Patrum Epiſtolas atque in Conciliorum editionibus pluries excuſa. Epiſcopo cuidam Ponti, ut videtur, fuiſſe illam inſcriptam, ex ipſo exordio conſtat; quo Gregorius eum compellans, ἱερώτατον πάππαν nominat: tunc enim dierum *Papæ* vulgo audiebant C epiſcopi. Ea vero tempeſtate ſanctus Pater illam ſcripſiſſe perhibetur, qua Boradi & Gotthi quorum ipſe meminit Canone V. inter alias Aſiæ provincias, Pontum quoque invaſerant imperante Valeriano, ut tradit Zoſimus [3]; adeoque anno Chriſti CCLVIII. ſcripta fuiſſe videtur Epiſtola [4]. Quum itaque Chriſtianorum complures qui ex hac Barbarorum incurſione in captivitatem inciderant, multa & gravia peccaſſent; hos Canones exaravit ſanctus præſul Neocæſarienſis, quo eorum ſaluti bonus paſtor proſpiceret: de quibus in Concilio Quiniſexto hæc ſanctio edita [5]: *Obſignamus reliquos omnes canones, qui a ſanctis & beatis noſtris Patribus expoſiti ſunt; id eſt — Gregorii Neocæſareæ Epiſcopi Thaumaturgi*, cet. D

Et primi quidem decem Canones omnium eruditorum calculis Gregorii Neocæſarienſis eſſe noſcuntur: at undecimum & ultimum tamquam ſubdititium plerique rejiciunt, præeunte viro doctiſſimo Joanne Morino, qui ſententiam ſuam exponit his verbis [6]: „ Poſtremum illum canonem, inquit, Gregorio Thaumaturgo attributum, non eſſe ipſius, ut vulgo creditur & opinatur Balſamon, ſed ex canonibus præcedentibus, & potiſſimum ex ſancto Baſilio collectum ex Gregorii canonibus adnexum; manifeſtum eſt primum ex ſermonis tenore: non eſt enim canon, ſed commentarius, verba quibus Gregorius uſus erat explicans. His enim E ſtationibus & earum nominibus uſus erat ut vulgatis & ab omnibus cognitis, ut & ſanctus Baſilius, concilium Nicænum, Ancyranum cet. nec in ipſorum mentem venit, utpote rem omnibus cognitam, eas interpretari. Deinde ipſe ſe prodit, quum ſcribit: *Auditio, inquit*, cet. quum enim hæc auctor ſcribebat, habebat in mente ſancti Baſilii canonem, unde illa interpretatio deſumta eſt. Eſt in bibliotheca illuſtr. Franciæ Cancellarii antiquiſſima canonum Græcorum collectio a Gregorio patriarcha CP. ante octingentos annos elaborata, quæ ceteros Thaumaturgi canones præter iſtum complectitur: argumentum evidens, commentarium illum poſt tempus adnotatum Thaumaturgi Epiſtolæ fuiſſe aſſutum. „ Hactenus V. C.

Contra vero Natalis Alexander ejuſdem canonis undecimi ſinceritatem acriter propugnat [7], primum ex fide antiquiſſimorum mſs. quæ penes ſe habuit Balſamon patriarcha Antiochenus, qui eam Gregorii Epiſtolam commentariis ſuis illuſtravit: deinde ex ipſius Epiſtolæ canonibus VII. VIII. & IX. qui eoſdem Pœnitentiæ gradus enumerant, quos memorat canon XI. in dubium vocatus. Aliis præterea utitur argumentis in eamdem ſententiam, occurrens una Morini objectionibus; ad quem proinde lectores remittimus. Ceterum hanc Epiſtolam exhibemus ex Synodico Beveregii [8], collatis inſuper editionibus Pariſienſibus Balſamonis an. 1620. & Zonaræ 1621. ad calcem operum Thaumaturgi.

V. Ultimo loco ſtitimus *Orationem in Origenem panegyricam*, quam Cæſareæ Palæſtinæ circa Chriſti annum CCXXXIX. ſcholæ Origenianæ valedicturus, *& convocata grandi frequentia*, inquit Hieronymus [9], *ipſo quoque Origene præſente, recitavit* noſter Gregorius: eamque, teſte Socrate [10], ſanctus Pamphilus martyr iis libris adjunxerat, quos pro Origenis defenſione perſcripſit. Eſt vero hæc Oratio, ut viris doctis obſervatum, eximia plane ac perelegans, omni ſcientiarum genere ſatis abundans, atque inter veterum opera eloquentiæ abſolutiſſima jure adnumeranda. At de illius præſtantia cl. Bengelii judicium præ ceteris placet [11]: „ Sunt homines, inquit, ceteroqui excellentes, qui unum aliquando libellum naturali refertum, divino vacuum ſale, tantopere admirentur, ut multis Patrum voluminibus anteponant. Hac trutina ſi agamus, uni viciſſim periochæ Patrum, etiam quum aliud agant, ſæpe plus tribuamus, quam ingentibus quamvis ſubtilium ingeniorum operibus. Hoc certe loco Gregorius exquiſite complectitur, quidquid de virtutibus & vitiis dici poteſt. „ Quantum porro proſit præterea hæc ipſa Oratio ad ſumma fidei capita confirmanda, Bullus primum [12], deinde Maranus [13] luculenter demonſtrarunt.

Ad hujus autem Orationis editiones quod attinet, contextum Græcum, addita interpretatione Sirmondi, primus evulgavit Gerardus Voſſius Tungrenſis præpoſitus, Moguntiæ anno 1604. atque iſtam editionem expreſſit Pariſienſis ann. 1621. Verum hanc altera præceſſerat, quæ ſtudio Davidis Hoeſchelii cum verſione Rhodomani prodiit Auguſtæ Vindelicorum anno 1605. Origenis contra Celſum libris ſubjuncta, cum nonnullis editoris, interpretis atque Iſaaci Caſauboni notis. Hujuſce autem ſæculi anno 1722. Stutgardiæ quartam editionem emiſit Joannes Albertus Bengelius, ceteris multo emendatiorem, quam & eruditis obſervationibus textum potiſſimum ſpectantibus illuſtravit. Atque hanc Stutgardienſem editionem dolendum ſane præteriiſſe virum doctum, qui eamdem Gre-

1. *Bengel.* in not. ad Greg. Thaum. Panegyr. pag. 238.
2. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. LXV.
3. *Zoſim.* Hiſt. lib. I. pag. 28. ſeq. edit. Oxon. 1679.
4. *Tillem.* Mem. tom. IV. pag. 339.
5. Conc. Quiniſ. can. II.
6. *Morin.* de Pœnit. lib. VI. cap. I. §. IX.
7. *Natal. Alex.* differt. XVIII. ſæc. III.
8. *Bever.* Pandect. Can. tom. II. pag. 24-35.
9. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. LXV.
10. *Socrat.* Hiſt. eccl. lib. IV. cap. XXVII.
11. *Bengel.* in not. ad Orat. in Origen. cap. XII. infr. pag. 428. not. 2.
12. *Bull.* Defenſ. fid. Nic. ſect. II. cap. XII. §. 4. pag. 153. ſeqq.
13. *Maran.* Divin. D. N. J. C. lib. IV. cap. XX. p. 521. ſeq

gorii nostri Orationem quarto volumini Origenianorum intexuit ediditque Parisiis anno 1759. His itaque subsidiis instructi nostram paravimus, Bengelium plerumque affectati; eamque pro more nostro in capita seu sectiones distribuimus, quo nimirum ejus lectio facilior utiliorque deinceps evadat.

VI. Hæc porro litterarum monumenta de quibus hactenus edisseruimus, ea sunt dumtaxat, quæ tum veterum auctoritate, tum recentiorum eruditorum consensu, sanctum Gregorium Neocæsariensem episcopum auctorem agnoscunt. Reliqua vero quæ in editis sub ejus nomine circumferuntur, alio amandanda videntur. Jamque ab Evagrio Scholastico admonemur [1], multos Apollinaris libros Athanasio & *Gregorio Thaumaturgo* & Julio (Acephalos) falso adscripsisse: πολλὰς δὲ Ἀπολιναρίου λόγους, Ἀθανασίῳ, καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ καὶ Ἰουλίῳ, διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασι. Atque hujusmodi est in primis Expositio fidei prolixior, inscripta ἡ κατὰ μέρος πίστις, hoc est, *Fides particulatim digesta*: ideo sic dicta, ut interpretatur Gerardus Vossius [2], vel quod *ex parte* quæ sunt fidei, tradat atque exponat; vel quod *per partes* in ea fides explicetur. Hanc autem Expositionem geminum parentem agnoscere Apollinarium, palam comprobarunt sub Leone I. imperatore Palæstini monachi & alii Chalcedonensis concilii propugnatores, inquit cl. Lequienius [3], prolato nimirum operum hujus hæresiarchæ indice, quem Timotheus ejus discipulus olim contexuerat. Quod quidem postea diserte testatus est Leontius Byzantinus in libro adversus Apollinaristas, cui titulus Latine redditus, *In eos qui proferunt nobis quædam Apollinarii, falso inscripta nomine sanctorum Patrum*. Sic igitur ille statim ab initio [4]: *Quidam ex hæresi Apollinarii vel Eutychis vel Dioscori, quum vellent hæresim suam confirmare, quasdam Orationes* (λόγους) *Apollinarii*, Gregorio Thaumaturgo *aut* Athanasio *aut* Julio *inscripserunt, ut simpliciores fallerent: quod quidem perfecerunt.* — *Et apud multos ex recte credentibus reperire poteris librum, cui titulus*, ἡ κατὰ μέρος πίστις, *inscriptum* GREGORIO. Idemque judicium tulit Eulogius Alexandrinus apud Photium [5]. Et postmodum similia scripsit etiam Nicephorus CP. initio dissertationis contra Epiphanidem.

VII. „ Quin immo (verbis utor viri docti [6] modo laudati) ejusdem plane furfuris sunt illi *duodecim Anathematismi cum eorum interpretatione*, quæ THAUMATURGI nomen perinde præfixum habent. Etsi enim una natura in eis diserte non exprimitur, latentem tamen dolum indicant consuetæ Apollinaristis locutiones, quibus male sanas Diodori Tarsensis de Christi persona & natura voces expugnabant, seque adeo catholicæ fidei professores obtendebant. Sed & in primis ex iisdem Capitulis addiscimus, quonam pacto Scripturæ sacræ loca varia, quibus Christus, ut divinitate, ita & humanitate perfectus significatur, ad suum sensum torquerent. Nec fucum faciat, ubi animam Domini ἀνόητον, *mentis expertem* esse videtur infitiari. Non enim humana nativaque hominis mente præditam intelligit, sed divino Verbi, ut ait, *spiritu*, quo factum sit, ut ἀνόητος, *mentis expers*, absolute dici non debuerit. Quamobrem ejusmodi formulæ fidei & Anathematismi ad illum lapidem lydium revocanda sunt, quem ex Gregorio Nazianzeno [7] propter Vitalis Apollinaristæ similem confessionem paullo ante protulimus. „ Hactenus V. C. quem consule quoque ad Parallela Damascenica [8], ubi ex Anathematismo XII. sub nomine Thaumaturgi longum refertur excerptum.

VIII. Quæ vero exstant in editis Gregorio Neocæsariensi adscriptæ Orationes sive Homiliæ IV., ejus ne vere sint, nec ne, haud certo pronuntiare quis valeat. Jam tribus auctoribus, Joanni Chrysostomo, nostro Gregorio & Macario Philadelphiensi tributam Homiliam III. in Annuntiationem, in mss. cocidibus Græcis se invenisse testatur cl. Montfauconius [9]. Eamque sub nomine Chrysostomi edidit multo auctiorem Combefisius [10]: qui eruditum quidem ac pium doctæ antiquitatis monumentum censet; incertus tamen hærens cuinam illam scriptori assignet, eo tandem devenit, ut neque Neocæsariensis neque Chrysostomi γνήσιον dixerit [11]. Homiliam vero II. in Annuntiationem, Procli CP. suspicatur Vincentius Riccardus [12], cujus sententias imitetur & vocem Θεοτόκος affectet. Idem dic de reliquis duabus cum viris eruditissimis; qui & in alterutram partem quidquam certi pronuntiare non audent *de Animæ per capita disputatione ad Tatianum*, nostro item Gregorio tributa; quippe quæ ab ejus stilo nimis aliena, & ævi longe posterioris esse videatur.

IX. His itaque operibus sive dubiis sive pseudepigraphis prætermissis, ea potius sinceris sancti Patris monumentis subjicienda existimavimus, quæ ad ipsum propius pertinere noscuntur. Nimirum exhibemus primum e *Philocaliæ* capite XIII. additis notis Joannis Tarini, Origenis epistola ad Gregorium Thaumaturgum ejus discipulum, qua ipsum hortatur, ut contemto philosophiæ studio totum se dedat sacris litteris excolendis. Scripta est circa annum Christi CCXL. Hanc vero epistolam Origenianam excipit Vita ejusdem sancti Gregorii Neocæsariensis a sancto Gregorio Nysseno conscripta. Exemplar Vossianum Moguntinum ann. 1604. fœdis erroribus scatens, cum edito Parisiensi ann. 1638. multo emendatiore contulimus. Neque prætermisimus excerptum Vitæ hujus Gregorianæ, quod e codice Coisliniano CVI. descriptum doctissimus Montfauconius exhibet [13] velut anecdoton, licet in antea vulgatis compareat, ut suo loco animadvertimus [14]. Denique ad faciliorem egregii opusculi usum, illud in varias sectiones divisimus.

Haud equidem ignoro, Dodvvellum res gestas Thaumaturgi admirandas a Nysseno enarratas elevare; quippe qui, si ipsum audias [15], *vaticiniis nimirum suis conjecturisque auctas, posteris repræsentarit*. Miror enimvero non accurate perpendisse virum criticum Magni Basilii testimonium, quo *Gregorius Magnus — propter donorum excellentiam quæ in ipso operabatur Spiritus in omni virtute, signis ac prodigiis, ab ipsis etiam veritatis hostibus*,

1. *Evagr.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXXI.
2. *Voss.* in Argum. hujus Expos.
3. *Lequien.* Differt. I. Damasc. §. III. pag. II.
4. *Leont. Byz.* tom. IX. Bibl. PP. Lugd. pag. 707.
5. *Phot.* Bibl. cod. CCXXX.
6. *Lequien.* Differt. II. Damasc. §. IX. pag. XXXVII.
7. *Naz.* epist. II. ad Cledon.
8. *Lequien.* ad Parall. Damasc. opp. tom. II. pag. 571.
9. *Montf.* præfat. ad tom. I. opp. Chrys. §. V.
10. *Combef.* Auctar. nov. tom. I. pagg. 602-619.
11. Id. in recens. auctor. ad tom. I. Bibl. Conc. pag. 16.
12. *Riccard.* ad Orat. VI. Procli.
13. *Montf.* Bibl. Coisl. pag. 180.
14. Vid. infr. pag. 466. not. 3.
15. *Dodw.* Differt. IV. Cypr. §. XVI. pag. 48.

ΠΑΡ' ΑΥΤΩΝ ΤΩΝ ΕΧΘΡΩΝ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ, *alter Moyses appellatus fuisse* perhibetur [1]: neque Doctori maximo aurem præbuisse ajenti [2], Gregorium Neocæsariensem *signa atque miracula cum multarum ecclesiarum gloria perpetrasse*. Quid memorem Rufinum, *tanti viri gesta sub orientali & septemtrionis axe cunctorum sermone celebrari* testantem [3]? Quid Eusebium Cæsariensem, Gregorium nostrum *episcoporum sua ætate celeberrimum*, τὸν καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητον, prædicantem [4]? Admiretur itaque potius ista quæ respuit, homo adeo emunctæ naris, (verba usurpo magni Baronii [5]) Joannem Bodinum carpentis) nec neget historiam tot gravissimis auctoribus, Græcis atque Latinis, satis superque testatam, probatam, consignatamque cultu religionis annis singulis celebri memoria repeti solito [6]. „ Sed virum intemperantioris criticæ sectatorem dimittamus.

CAPUT X.

DE

S. PONTIO DIACONO

CARTHAGINIENSI.

SYNOPSIS.

I. Pontii *libellus magno in pretio habitus apud veteres & recentiores.*

II. *Quid Baronius? Sinistrum Rigaltii judicium exploditur.*

III. *De Actis Pontianæ historiæ subjectis. Quid curæ in utrisque edendis adhibitum.*

I. SAnctissimi præsulis Carthaginiensis Cypriani, viri admirandi, non solum martyrii Acta, sed etiam reliqua ipsius vitæ gesta, ex quo saltem Christi fidem amplexus est, litteris consignavit Pontius ejus diaconus; de quo hæc sanctus Hieronymus [7]: *Pontius, diaconus Cypriani, usque ad diem passionis ejus cum ipso exsilium sustinens, egregium volumen vitæ & passionis Cypriani reliquit*. Hieronymo concinit Honorius Augustodunensis [8]. Cujus quidem scriptoris narratio, ut Ruinartii verbis utar [9], eo fidelior ac certior habenda, quod ea quibus ut plurimum interfuerat, & quæ coram positus viderat & audierat, ab eo referantur. Sic enim ipse, Cypriani comes individuus, narrationem suam claudit [10]: *Inter gaudium passionis & remanendi dolorem, in partes divisus animus, & angustum nimis pectus affectus duplices onerant. — Multum ac nimis multum de gloria ejus exsulto: plus tamen doleo quod remansi.* Ut proinde Pontii libellus, quem *cultissimum volumen* appellat Scaliger [11], vel eo saltem nomine plurimi ducendus videatur, quod ejus auctor testis αὐτόπτης fuerit; licet in rebus enarrandis stilo fortasse comtiori usus, quam ut historicum deceat.

II. Atque ita quidem jure censuerunt de sancti hujus diaconi opusculo viri doctissimi; Baronius in primis sic inquiens [12]: „ Eadem Acta a „ nobis superius sæpe citata ac pariter recitata, „ æque fulciuntur testimonio Augustini eadem in „ sua tractatione in natali die S. Cypriani, attexentis, quæ itidem recensuit Paullus diaconus. „ Sed etsi nulla ab aliis suppeterent testimonia, „ ipsa sibi certam atque sinceram in omnibus sui „ candore fidem vindicant. „ Hæc maximus Ecclesiæ Annalium parens. Neque aliter Bollandiani [13].

At Rigaltius levi admodum fundamento non solum subdubitare de Pontianæ historiæ fide, sed eam etiam elevare visus est. Scribit enim [14], Pontium rhetoricæ dictionis gratiam magis, quam narrationis historicæ diligentiam fuisse consectatum: præterea ipsum de gestis sanctissimi viri quæ sunt ejus epistolis comprehensa, nihil attigisse: atque illud præcipue queritur, ab eo fuisse omissum quod de se ipso scribit S. Cyprianus [15]; nimirum sanctum martyrem, quum rescisset se a frumentariis requiri, tantisper latuisse. Quin & eo processit vir criticus, ut istiusmodi judicium proferre non dubitarit [16]: „ Hanc, inquit, de Cypriani martyrio „ narrationem, ut est brevissima, sic etiam esse „ antiquissimam arbitramur. Plurima Pontius pio „ erga suum episcopum adfectu rhetorica libertate „ ingeniose commentus est. Multa etiam alii pro „ captu quisque suo adjecerunt aliena sæculo, alie- „ na personis, quædam etiam detraxerunt valde „ bona; ut jam pauca supersint, quæ præstare „ possimus sincera. „ Hæc ille, verbis utor Labbei [17], præpostero novitatis studio in detrimentum catholicæ veritatis: quæ falsissima arbitror, & sancti Hieronymi qui *egregium volumen*, quale modo omnes catholici eruditione præstantes agnoscunt, *de vita & passione Cypriani* ab eo relictum testatus est, auctoritati certissimæ, atque omnium bonorum de Pontii sanctitate ac fide opinioni implacabiliter pugnantia. Est enim sincerissimum illud opusculum, ac primæ inter antiqua veterum martyrum Acta sive Vitas atque Elogia dignationis. Quod si hæc Vita cuipiam cordato in suspicionem veniat, suspecta pariter erunt & alia Acta quævis, & ipse sancti Augustini sermo, de Cypriano venerandæ antiquitatis eximium κειμήλιον. „ Hactenus vir doctus. Quæ latius videas apud Bollandianos [18] diducta.

1. *Basil.* lib. de Spir. sanct. cap. xxix. §. 74. opp. tom. III. pag. 62. edit. BB.
2. *Hieron.* de Vir. ill. cap. lxv.
3. *Rufin.* Hist. eccl. lib. vii. cap. xxv.
4. *Euseb.* Hist. eccl. lib. vi. cap. xxx.
5. *Baron.* ad ann. 4 1. num. xxxi.
6. Martyr. Rom. & Menolog. Græc. ad d. xvii. Nov.
7. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. lxviii.
8. *Honor.* de Luminar. Eccl. lib. I. cap. lxix.
9. *Ruin.* Act. Mart. p. m. 171.
10. *Pont.* de vit. & pass. S. Cypr. §. xix.
11. *Scalig.* Animadv. in Chron. Euseb. pag. 236.
12. *Baron.* ad ann. 261. §. xxxix.
13. *Bolland.* Act. SS. Mart. tom. I. pag. 750. num. 4.
14. *Rigalt.* ad Cypr. epist. lxxxiii.
15. *Cypr.* epist. lxxxiii. edit. Oxon. lxxxi.
16. *Rigalt.* post præfat. in not. ad Acta martyr. quæ incipiunt: *Quum S. martyr Cyprianus* cet.
17. *Labb.* Differt. hist. de script. eccl. tom. II. pag. 232.
18. *Bolland.* l. c.

III. Jam vero de Actis illis quæ Pontii opuſculo adtexuimus, accipe cl. Ruinartii judicium, cujus editionem typis excudendam curavimus [1]: „ Acta paſſionis S. Cypriani, prout ea nunc habemus, duplicem ipſius coram proconſule confeſſionem continent, ex ipſis Actis publicis excerpta; quæ a ſancto Auguſtino viſa lectaque fuiſſe conſtat ex ejus ſermone CCCIX. novæ editionis, quum is fere totus ex horum Actorum verbis contextus ſit. Quanti vero ejuſmodi Acta a fidelibus facta fuerint, illud argumento eſt, quod Cypriano etiam ſuperſtite, jam primæ ejus confeſſionis Acta in omnium manibus haberentur. Id præter Pontium, Nemeſianus aliique martyres in metallo conſtituti afferunt his verbis [2]: *Quaſi bonus*, inquiunt, *& verus doctor quid nos diſcipuli ſecuti apud præſidem dicere debemus, prior apud Acta proconſulis pronuntiaſti, & tuba canens Dei milites cæleſti-* A *bus armis inſtructos ad congreſſionis prœlium excitaſti*. Hæc porro Acta iis adjunctis quæ in extrema confeſſione & ipſa morte contigerant, in unum faſciculum a fidelibus redacta, ſimul cum Pontii de Cypriani vita libello ad nos uſque pervenerunt, eaque omnia ipſius ſancti Cypriani operibus præfixa ſunt in editione Oxonienſi.

Utraque autem ad nonnullos codices mss. rurſus exacta heic denuo exhibemus: Vitam quidem ad duos optimæ notæ & antiquitatis venerandæ codices collatam, quorum unus ſancti Petri Foſſatenſis annos 800. ſuperat; alter vero ex Floriacenſis monaſterii celebri olim bibliotheca annos 600. videtur præferre: Acta vero proconſularia in pluri- B mis quidem codicibus etiam antiquiſſimis reperta, ſed in paucis pura & omnino ſincera: quorum varietates, ſi qua obſervatione digna occurrent, in notis apponemus. „ Hactenus V. C.

CAPUT XI.

DE

S. DIONYSIO

EPISCOPO ALEXANDRINO.

SYNOPSIS.

I. DIONYSIUS *Alexandrinus, cognomento* MAGNUS. *Origenis auditor. Scholæ Alexandrinæ moderator. Quo tempore ordinatus epiſcopus. Ejus præcipua geſta. Litterarum monumenta. Dies emortualis.*

II. *Pleraque illius ſcripta deperdita. Quæ apud veteres ſervantur, nunc primum collecta. Pro tem-* C *poris ratione diſpoſita.*

III. *De illius* ELENCHO *&* APOLOGIA *ſpeciatim diſſeritur.*

IV. *Qua occaſione opus ejuſmodi ſcriptum. Ejus pretium. Quæ ſuperant fragmenta. Quomodo diſtributa.*

I. QUo tempore in Africa Cyprianus, florebat in Ægypto DIONYSIUS, ab antiquis Patribus MAGNI cognomentum jure adeptus [3]. *Origenis valde inſignis auditor fuit*, teſte Hieronymo [4], cui & librum *de Martyrio* nuncupavit [5]. Scholæ Alexandrinæ poſt Heraclam moderator, eidem ſucceſſit in epiſcopatu anno III. imperii Philippi, Chriſti CCXLVII. [6]. Poſt aliquot ab inito epiſcopatu annos, exorta perſecutione Deciana, ſeceſſit: ſed paullo poſt a militibus comprehenſus ac Taposirim deductus, Dei nutu a Chriſtianorum ruſticanorum turba, invitus licet, mirabiliter fuit ereptus [7]. Interim vero ſæviente perſecutione complures Alexandriæ ob Chriſti nomen martyrium ſubierunt, quorum glorioſa certamina ipſemet Dionyſius litteris conſignavit [8]. Anno CCLII. interfuit ſynodo Antiochenæ, pro ſedando ſchiſmate Novatiani coactæ; ad quem etiam epiſtolam ſcripſit [9].

Interea temporis Nepotem epiſcopum Ægyptium, quo doctore Arſinoitæ Chiliaſtarum errore fuerant imbuti, duobus libris circa Chriſti annum CCLIV. confutavit; ubi quoque de Apocalypſi nonnulla notatu digna edidſſeruit. Deinceps in diſſidio de rebaptizandis hæreticis, pro Eccleſiæ pace redintegranda plures ſcripſit ad diverſos epiſtolas. Valeriano Auguſto Dei Eccleſiam dira perſecutione divexante, poſt præclaram confeſſionem coram Æmiliano præfecto auguſtali editam, Cephro Libyæ oppidum incultiſſimum ire compulſus eſt; unde paullo poſt in Mareotidem migrare juſſus fuit [10]. Gli- D ſcentem Sabellianam hæreſim dum impugnaret, delatus eſt ad Dionyſium Romanum pontificem, quaſi de Verbi divini cum Patre conſubſtantialitate non recte ſentiret: ſed hanc ipſe famæ ſuæ inuſtam labem quatuor libris perſcriptis deterſit. Exinde vero, Valeriano a Perſis capto, & Macriano interfecto cum filiis, pace demum a Gallieno Chriſtianis reddita, ſub finem anni CCLXI. Alexandriam regreſſus [11], civibus peſte, fame belloque inteſtino laborantibus præſto fuit [12]. Antiochiam vocatus ad judicium in cauſſa Paulli Samoſateni ferendum, quum ob affectam ætatem & valetudinem huic itineri conficiendo impar eſſet, datis ad eccleſiam Antiochenam litteris, ſententiam ſuam pronuntiavit. Quo autem tempore ſynodus agebatur, ſupre- E mum diem obiit vir admirandus, exactis in epiſcopatu ſeptemdecim annis, ἔτων ἑπτακαίδεκα, ut auctor eſt Euſebius [13], Gallieni imperatoris XII. Chriſti CCLXV. ineunte. Hanc autem chronotaxin

1. *Ruin.* Act. mart. pag. 171. §. 1.
2. Vid. Epiſt. inter Cyprian. LXXVIII. edit. Pamel. ſive LXXVII. edit. Oxon.
3. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. VII. init. ad quem locum vid. Valeſ.
4. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. LXIX.
5. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. VI. cap. XLIV.
6. Id. ibid. lib. VI. cap. XXXV. Vid. *Dodw.* Differt. ſing. ad opp. Pearſ. pag. 84.
7. *Dionyſ.* epiſt. X. adv. German. infr. pag. 526.
8. Id. epiſt. III. ad Fab. infr. pagg. 513-517.
9. Id. epiſt. II. ad Novat. infr. pag. 512.
10. Id. epiſt. X. §. IV. infr. pag. 527. ſeq.
11. Id. epiſt. XI. ad Hermamm. infra pag. 529. ſeq.
12. Id. epiſt. XII. ad Alex. infr. pag. 533.
13. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. VII. cap. XXVIII.

Dionysianam contexentes, Lequienium in primis famus affectati [1]. Verum ad diem Dionysii emortualem quod attinet, lectorem fortasse haud pœnitebit Dodvvellum adire [2].

II. Quam plurima scripsisse Magnus Dionysius ex hactenus dictis plane comperitur, quorum tamen pars maxima interiit. Quæ vero apud veteres etiamnum superant ex illius litterarum monumentis, magni sane ducenda, ea nunc primum in unum collecta ex Eusebio, Athanasio, Basilio aliisque Ecclesiæ scriptoribus, in medium proferimus: quo nimirum fragmenta saltem operum tanti Patris ex reliquorum jactura detrimentum acceptum nobis quadamtenus farciant reparentque. Et plura quidem adhuc de singulis scriptis Dionysianis proferre in promtu esset, aliis sive observata sive etiam præterita; quæ tamen longius quam par sit, ab instituto nos abducerent. Postquam igitur sancti Patris nostri gesta strictim ordinatimque digessimus, eamdem temporis rationem servasse tum in ejus operum fragmentis, tum in epistolis excudendis satis habuimus. Si quid vero reliquum fuerit quod aliquam animadversionem reposcat, subjectæ adnotationes nonnihil lucis affundent. Ceterum haud prætermittenda censuimus quæ observavit vir doctissimus Petrus Coutantius [3] ad operis fragmenta, *Elenchus & Apologia* inscripti; quæ in hac editione quartum locum occupant Partis I. operum Dionysianorum, ad exemplar exacta studio ejusdem V. C. concinnatum. Sic autem se habent.

III. „ Opus Dionysii Alexandrini, ex quo descripta sunt fragmenta proposita, Athanasius passim laudat [4]. Ejusdem meminere Basilius [5] & Hieronymus [6]. Sed hi duo Doctores non una ratione illud indicant. Hieronymus enim in libros quatuor distinctum docet: Basilius vero quædam illius verba tamquam *ex secunda ad Dionysium cognominem epistola* profert. Re autem vera & in libros distinctum esse, & epistolæ nomen ei congruere ex Athanasio constat: qui quidem in epistola de sententia Dionysii num. 13. dicit: *Dionysius quam primum sui purgandi gratia libros edidit, quos inscripsit Elenchus & Apologia*; & num. 14. de scripto eodem sic loquitur: *Epistolam suam Elenchi & Apologiæ titulo inscripsit*. Epistola igitur erat quatuor in libros distincta, adeoque una ex iis, quas Dionysius a se fusius & tractantis more dictatas (διδασκαλικώτερον ὑφηγούμενος) vocat. Non ab eo statim, ut de accusatione sua commonitus fuit, missa est. Nam ne accusationi deesse videretur, si rescribere Romano præsuli diutius differret, huic epistolam præmisit, quam infra num. VI. ipsum Dionysium Romanum alloquens memorat his verbis: καί σοι δι' ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα. A Quocirca non modo *epistola*, sed & *epistola secunda ad Dionysium cognominem* non male a Basilio appellatur. Simul etiam est *Elenchus* & *Apologia*: Elenchus quidem adversariorum & accusatorum Dionysii, qui in hoc opere coarguuntur atque confutantur: Apologia vero ipsius Dionysii, qui in eodem de objectis erroribus se se purgare nititur. Quod cum feliciter præstiterit, impudentis calumniæ merito arguit Athanasius Arianos, quod ea velut Dionysii venditare non erubuerint, quæ ille palam aperteque rejecerit.

IV. Ista Dionysii Apologia eo majoris est momenti, quod specimini nobis sit eorum, quæ fe- B cissent ceteri patres Nicæno concilio superiores, quibus nonnulla exciderunt Arianæ impietati in speciem cognata, si eos similis necessitas ad explicandam apertius mentem suam compulisset. Inde enim facile adducitur quisque ut credat, neminem ex eis futurum fuisse, qui non perinde atque Dionysius, eamdem perfidiam damnasset. Ex hoc opere quæ exscribenda, quæ prætermittenda duxerit Athanasius, num. 14. exponit in hunc modum: *Verba ejus quam plurima, quibus res in quæstionem adductas expendit, aut ex allatis ratiociniis colligit, aut interrogatos adversarios coarguit, vel obtrectatores suos criminatur, ob librorum prolixitatem omittens, ea solum proponam, quæ ad cri-* C *minationes diluendas necessaria videbuntur*. In iis vero quæ exscribit, librorum ordinem minime servat, sed prout res tractatæ postulabant, nunc unum & alterum fragmentum ex libro primo profert, tum aliud ex secundo, subinde quartum, rursus ex primo, cui aliud ex quarto adjungit. At cum nostri instituti sit operis ejusdem reliquias accurate colligere, singula fragmenta eo ordine exhibere satius visum est, quem servant inter se libri, ex quibus descripta sunt. Demum si gestorum quæ hoc opus præcesserunt, seriem expendamus, ad tempus circa quod elaboratum est, quodam modo pertingere licebit. Nempe aliquot Dionysii Alexandrini adversus Sabellianos epistolæ, Xysto pon- D tifice vulgatæ, accusationis illius occasionem dederunt. Inde permoti nonnulli Catholici, ipso Alexandrino præsule inscio, Romam convolarunt, & quæ sibi in ejus scriptis displicebant ad Romanum pontificem detulerunt. Statim admonuit Dionysius Romanus Dionysium Alexandrinum. Is vero illi satisfacere primum brevibus, moxque prolixioribus litteris *quam primum*, ut Athanasius notat, studuit. Quocirca nil vetat quo minus hanc Dionysii Apologiam ad annum 262. attinere censeamus. Eam quoque eruditus Tillemontius ad anni hujus exitum referri posse arbitratur. „ Et hæc de Magno Dionysio satis.

1. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 394.
2. *Dodw.* Differtat. sing. ad opp. Pearf. cap. VI. §. 18. pag. 70.
3. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontif. pag. 277. seqq.
4. *Athan.* lib. de Synod. n. 44. epist. de decret. Nic. syn. n. 25. & epist. de sentent. Dionys.
5. *Basil.* lib. de Spir. sanct. cap. XXIX.
6. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXIX.

CAPUT XII.

DE

SANCTO DIONYSIO PAPA.

SYNOPSIS.

I. *Quando & quam diu sederit* S. DIONYSIUS. A *ex Athanasio*.

II. *Doctrinæ singularis laude celebris : prudentia quoque præstans*.

III. *Scribit ad Dionysium episcopum Alexandrinum : ejusque epistolæ caussa & occasio exponitur*

IV. *Athanasiana verba expenduntur. Potior Baronii sententia, distinguentis scriptum Dionysii Romani contra Sabellium, ab ejusdem epistola Dionysio Alexandrino inscripta*.

Ex COUTANTIO, Epistt. Rom. Pontif. *pagg.* 269. seq.

I. SIbi non cohæret Anastasius vulgatus seu pontificalis liber, in quo & Xystus VIII. *Idus Augusti* capite truncatus, & Dionysius XI. *Kalendas Augusti* ordinatus ponitur : ac nihilo minus scribitur Romana sedes a Xysti morte tantum *triginta quinque dies cessasse*. Eam autem, Valeriani persecutione prohibente ne Xysto successor daretur, *ab* VIII. *Idus Augusti a consulatu Tusci & Bassi usque in die* XII. *Kalendas Augusti Æmiliano & Basso consulibus*, hoc est a 6. die mensis Augusti anni 258. ad 21. diem mensis Julii anni 259. adeoque menses XI. ac dies XV. vacasse verius ex Bucheriano catalogo aliisque comperimus. Per hoc intervallum Romanam ecclesiam presbyteri hujus Ecclesiæ cum diaconis, ut id moris erat, administrarunt. Postmodum vero anno 259. Augusti 22. die, feria sexta, Romanæ civitatis antistes electus est Dionysius, qui Xysto pontifice inter hujus Ecclesiæ presbyteros eminebat. *Fuit*, ut Bucheriani catalogi verba exscribam, *temporibus Gallieni, ex die* XI. *Kalendarum Augusti Æmiliano & Basso consulibus usque in diem* VII. *Kalendas Januarii consulibus Claudio & Paterno*, adeoque a 22. die mensis Julii anni 259. ad 26. diem mensis Decembris anni 269. Unde sequitur, ut annos X. menses V. dies IV. Ecclesiæ regimen tenuerit. Inde & falsi convincitur pontificalis liber, in quo cum descripta sint superiora Bucheriani catalogi verba, Dionysius tamen *annos* VI. *menses* II. *dies* IV. sedisse dicitur. Neque etiam ab errato immunis est ipse Bucherianus catalogus, in quo eidem papæ *anni* dumtaxat VIII. *menses* II. *dies* VI. adscribuntur. In pervetusto indiculo depositionis episcoporum Romanorum, quem Bucherius pag. 267. edidit, Dionysii depositio seu sepultura consignatur in hunc modum : VI. *Kalendas Januarii Dionysius in Callisti*.

II. Eruditionis singularis laudem, quam Eusebius [1] Dionysii Alexandrini testimonio fultus Dionysio nostro attribuit, (*eruditissimum planeque admirandum virum* eum appellans); vel quod ex ejus scriptis superest fragmentum, illi satis superque conciliat. In eo dum Sabelliana profligare studet commenta, simul & Arii & Tritheitarum placita prævertit atque pervertit, ac Nicænæ synodo, quam postea sequeretur ceterisque sequendam decerneret fidem, præmonstravit. In hoc præterea prudentiam patefecit suam, quod in Dionysium Alexandrinum, quantumvis graviter accusatum, nihil asperi vel dixit vel gessit : verum non dissimulans quam grave esset unde accusaretur, patienter sustinuit, quoad iste præsul abunde satisfaceret, injectamque de se suspicionem penitus depelleret.

B III. Dionysius Alexandrinus antistes, ubi apud Ptolemaidem Pentapoleos urbem exortam audivit Sabellii hæresim, quæ sanctæ Trinitatis personas confundebat, de hac Xystum papam certiorem facere, & quasdam ea de caussa epistolas a se conscriptas ei mittere festinavit. Teste autem Eusebio, a Dionysio Alexandrino *epistolæ contra Sabellium scriptæ sunt ad Ammonem Berenicensem* (in Pentapoli) *episcopum, una ad Telesphorum, ad Euphranorem altera, & alia rursus ad Ammonem & Euporum*. Nominatim vero epistolis ejus ad Ammonem & Euphranorem nonnulli moti, illum ad Romanum pontificem detulerunt. Dionysius vero Romanus rem satis gravem duxit, ut C Alexandrinum, prius concilio habito, commonere non differret.

Epistolæ illius caussam & occasionem Athanasius in epistola *de sententia Dionysii* n. 13. exponit in hunc modum : *Cum Dionysius Alexandrinus contra Sabellii hæresim ad Ammonem & Euphranorem studio religionis permotus scripsisset, quidam ex Ecclesia fratres, sanæ quidem doctrinæ homines, non sciscitati tamen eum* (Dionysium Alex.) *qua de caussa ita scripsisset, Romam se contulere, illumque apud cognominem Dionysium Romanum episcopum accusarunt*, quod nimirum, ut & Athanasius ibid. num. 4. prodit, in prædicta epistola n. 4. dixisset, *opus & rem factam esse Fi*D*lium Dei, non natura proprium, sed alienum a Patre secundum substantiam, qualis est agricola a vite, & faber a scapha : etenim cum sit res facta, non erat antequam fieret. Quibus auditis*, inquit Athanasius n. 13. *Dionysius Romæ episcopus scripsit & contra Sabellii sectatores, & contra eos qui ejus essent sententiæ*, (cujus Dionysius Alexandrinus assertor putabatur, &) *ob quam Arius postea ab Ecclesia ejectus est. Scripsit quoque ad Dionysium* (Alexandrinum) *litteras, ut explanaret ea de quibus ab illis* (fratribus supra memoratis) *accusatus fuerat*. De iisdem litteris idem Athanasius lib. de Synodis n. 43. hæc memoriæ commendavit : *Cum autem quidam ad Romanum* E *episcopum de Alexandrino detulissent, quod Filium rem factam & Patri non consubstantialem affirmaret, Romana synodus rem indigne tulit : Romanus autem episcopus scriptis ad cognominem suum litteris, omnium* (ea de re) *sententiam notam ei fecit*.

IV. Scriptum illud cujus priore loco meminit

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. VII.

Athanasius, ab epistola ad Dionysium quam exinde ille memorat, distinguendum esse Baronius censet: alii de hac re dubitant. Sed potior nobis videtur Baronii sententia. Primo enim Athanasius Dionysii Romani contra Sabellianos opus simplici verbo ἔγραψε designat; ac deinde adjicit, ἐπέστειλε δὲ καὶ Διονυσίῳ: ubi particulæ δὲ καὶ distinctum quid notant; verbum ἐπέστειλε *epistolam scripsit* proprie sonat; ac subjecta vox Διονυσίῳ, cui inscripta erat epistola illa indicat. Ipsa etiam decori ratio, immo & æquitas postulabat, ut Romanus pontifex tantæ sedis antistiti, qualis erat Alexandrinus, tanti meriti tamque arta cum Romanis præsulibus amicitia devincto, qualis erat Dionysius, ea quæ adversus illum dicta fuerant, B

A & quæ de iis esset Romana sententia, privatis litteris, non publico scripto nota faceret. Præterea Dionysius Romanus in opere contra Sabellianos non unum singularem episcopum, sed plures alloquitur. Denique in Dionysium seu Romanum seu Alexandrinum minime convenit fragmenti exordium, in quo Dionysius Romanus tres deitates a quibusdam induci præfatus, statim adjungit: *Audio enim quosdam, qui divinum verbum apud vos prædicant & docent, hujus opinionis magistros esse.* Non enim is amicum vagis ac generalibus hujusmodi verbis arguebat, sed speciales ipsi mittebat sententias ex scriptis illius excerptas, & ut eas explanaret admonebat.

CAPUT XIII.

DE

MAGNETE.

SYNOPSIS.

I. Magnes, *qui &* Macarius Magnes, *quo tempore claruit. Presbyter Hierosolymitanus fuisse traditur. An etiam episcopus?*

II. *De ipsius litterarum monumentis. Libri V. Responsionum adversus Theosthenem ethnicum, Damasceni ævo notissimi. Complura hujusce operis fragmenta in libris Antirrheticis Nicephori CP. adversus Iconomachos exstare noscuntur. Superant præterea excerpta ex Commentario in Genesin ejusdem Magnetis. Horum editio subinde promissa, sed hactenus frustra exspectata.*

III. *Excusa heic interim quæ Turrianus ex libris V. Apocriticis passim delibavit: additis etiam ex Zacharia Cretensi & Allatio nonnullis laciniis Græcis.*

I. Magnes, sive Magnetes, vel potius Macarius Magnes, desinente sæculo III. C floruisse existimatur. Ita quidem præ ceteris doctissimus Tillemontius, qui de isto Ecclesiæ scriptore, obscuri nominis licet, ipsiusque litterarum monumentis satis diligenter edisseri [1]. Guilielmus autem Caveus non solum auctoris ætatem antehac incompertam, sed quo etiam charactere fuerit insignitus, expiscari sibi demum licuisse profitetur. Sic enim ille [2]: „ Germanus patriarcha CP. in *Dogmatico* ad Anthimum ms. apud cl. Galeum, ubi de synodo Antiochena adversus Samosatenum agit, hæc habet: *Intererant*, inquit, *concilio Antiocheno contra Paullum Samosatenum, Gregorius Thaumaturgus, Leo* (l. Helenus) *Tarsensis*, D *Maximus Bostrensis*, καὶ Ἱεροσολύμων Μάγνης τις ἱερεὺς, καὶ τῆς ἡμετέρας Καππαδοκίας Φιρμιλιανὸς ὁ θαυμάσιος, *Theotecnus, Photinus, Marcellus*, cet. Claruit igitur anno CCLXV. quo habita est adversus Paullum Antiochiæ synodus; saltem anno uno alterove sequenti. Episcopos enim hac occasione κατὰ καιροὺς διαφόρως καὶ πολλάκις in unum coiisse refert Eusebius [3]: quod vel de diversis synodis, vel de diversis ejusdem synodi sessionibus intelligendum est. Quidquid sit, vix de alia synodo quam quæ anno CCLXV. habita est, intelligi potest Germanus, quum hoc circiter anno Gregorius Thaumaturgus obiisse dicatur. Quum igitur sacerdos fuerit Hierosolymitanus Magnes noster, Hymenæum E episcopum suum eo comitatus est. Plures enim presbyteri & diaconi huic concilio interfuerunt.„ Huc usque Caveus.

Verum ad presbyteralem Magnetis dignitatem quod attinet, observandum cum Tillemontio, ejus nomen *episcopi* titulo fuisse prænotatum (ἱεράρχης) in operis exemplari ab eo litteris consignati, quod sub initium sæculi IX. fuit detectum ab orthodoxis qui cum Iconomachis decertabant. Narrat Photius [4], ut advertit Lequienius [5], inter præsules qui adversus Chrysostomum in synodo ad Quercum Chalcedonis suburbium convenere, adstitisse quoque Macarium Magnesiæ sive Magnetum episcopum, delatorem Heraclidæ quem ipsemet Chrysostomus Ephesi episcopum creaverat. Hinc fortasse sive fraude sive ignorantia, *episcopi* titulum addiderit librarius, Magnetis vetustioris opus exscribens.

II. Ut ut est, scripsit Macarius Magnes libros V. Ἀποκριτικῶν seu Responsionum adversus Theosthenem ethnicum, Evangelia calumniantem. Atque hos quidem libros Damasceni ævo fuisse notissimos, adnotavit modo laudatus Lequienius [6]. Complura vero eorumdem Apocriticorum ἀποσπασμάτια exstare noscuntur in Nicephori patriarchæ CP. *libris Antirrheticis adversus Iconomachos*; quæ ineunte hoc sæculo V. C. Anselmus Bandurius ex regiis codicibus descripta, fore a se in lucem emittenda viris eruditis receperat [7]: additis præterea nonnullis fragmentis Commentarii ejusdem Macarii Magnetis in Genesin, ex ms. codice Ottoboniano desumtis. Jamque antea integrum librum excerptorum ex scriptoris nostri Apocriticis detexerat eruditissimus Joannes Boivinius in Nicephori Antirrheticis, inscriptum: *De Testimoniis Macarii Magnetis*, ut ipsemet testatur [8].

Dum vero ab his duumviris evulganda ejusmodi

1 *Tillem.* Hist. des Emper. tom. IV. pag. 308-311. dans la vie de Constant. le Grand, art. XCIII.
2. *Cav.* Hist. litter. ad ann. 265. tom. I. pag. 135.
3. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXVIII.
4. *Phot.* Bibl. cod. LIX.
5. *Lequien.* Or. Chr. tom. II. pag. 698.
6. *Lequien.* in not. ad opp. Damasc. tom. I. pag. [illegible]
7. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VI. pagg. 641. 683.
8. *Boivin.* in not. ad Niceph. Gregoram pag. 791

pretiosa scriptoris vetustissimi monumenta soliciti exspectabamus, spem fecit deinceps Magnus Crusius [1], nos ab se tandem eadem excerpta propediem fuisse accepturos, quæ nimirum cum eo communicarit ipsemet Boivinius. ,, Petita sunt ea, inquit, ex *libro IV. Apocriticorum*, ubi auctor ad veritatem religionis Christianæ stabiliendam in primis agit contra Græcum quemdam philosophum; speciatimque de monarchia divina ejusdemque majestate contra idololatriam Gentilium disputat. ,, Subditque: ,, Accedent huic operi etiam fragmenta Commentarii ejusdem Macarii Magnetis in Genesin; in quibus de Adami creatione, de benedictione diei septimæ, de plantatione horti Eden, de impositione nominum singulis bestiarum generibus ab Adamo facta, de adjutorio feminæ ab ipso Dei instituto, de seductione serpentis & lapsu primorum parentum, & denique de tunicis pelliceis a Deo fabrefactis differitur. ,, Huc usque cl. Crusius. Utinam vero vel integrum Macarii Magnetis *Apocriticorum* opus, vel saltem illius excerpta, Græcis Latinisque litteris aliquando prodeant.

III. Atque integrum sane illud opus præ manibus habuisse perhibetur Franciscus Turrianus: ex eo siquidem multa passim delibavit, quibus adversus novatores summa fidei capita propugnaret. In primis autem eo usus est vir doctus in tractatu *de sanctissima Eucharistia*; quem vulgavit adversus Andream Volanum Polonum, Calvini discipulum; ubi luculentissimum Magnetis testimonium profert de reali præsentia corporis & sanguinis Christi in sacramento eucharistico, ex ejus libro III. *Apocriticorum* desumtum. Quem quidem locum ex prima illius tractatus editione Florentina ann. 1575. descriptum, typis excudendum curavimus: altera enim Parisiensis ann. 1577. unde illum hausit ediditque Fabricius [2], minus emendata esse comperitur. Nonnulla præterea Græca subjecimus, ab Allatio exhibita in *Exercitationibus contra Creyghtonum* [3]: eaque insuper addidimus, quæ protulit Zacharias Cretensis in *Responsionibus* [4] ad Reverendiss. Claudium Guisium Cardinalem Lotharingium, haud ita pridem a viro doctissimo Joanne Lamio [5] in lucem emissis.

Quandoquidem vero alia quædam loca postea deteximus, a laudato Turriano ex eodem Magnete relata in libris *pro Epistolis Pontificum*; nostra interesse ducimus ea heic saltem in medium proferre, ne quid ex pervetusti ecclesiastici scriptoris fragmentis evulgatis, huic nostræ Patrum antiquorum collectioni deesse videatur, donec alicunde prodeant Nicephori CP. *libri antirrhetici adversus Iconomachos*, ex quibus ad Ecclesiæ præsidium atque ornamentum multo plura nostri Magnetis excerpta prostabunt. Sic itaque Turrianus [6]:

,, Magnetes, auctor antiquissimus, lib. III. apologetico contra Theosthenem: *Alia enim*, inquit, *mactabantur spiritibus aeriis, alia terrenis, alia subterraneis. Spiritibus aeriis immolabantur volucres*: ἐπιχθονίοις, id est, *terrenis, quadrupedes nigri, quia sit terra natura nigra*: ὑποχθονίοις, id est, *subterraneis, item quadrupedes nigri in scrobibus, sive foveis*. Hactenus Magnetes. ,,

Et infra [7]: ,, Magnetes, vetustissimus scriptor ecclesiasticus, libb. II. & V. quos contra Theosthenem gentilem, discrepantiam Evangelistarum & alia nobis falso in Evangelio obiicientem, scripsit, ait: *Pro eo, quod unus Evangelista dixit* [8], calamo spongiam circumponentes, *dixisse alium* [9] *propter similitudinem arbusti*, hyssopo circumponentes; *quum dicendum*, inquit, *esset* calamo. *Item, quod unus Evangelista dixit* [10] vinum, *rursus dictum esse* [11] acetum *in cruce* (*ex eodem enim vase posito hauserunt, quum perventum est ad Calvariam, & in cruce*:) *præsertim*, inquit, *quum legem historiæ Evangelistæ servarent; nihilque ultra scriberent, quam quod tunc dicebatur in illo tumultu ac furore. Sic enim existimarunt, ut historia omni suspicione careret*, εἰ μὴ περιεργότερον ἀλλ' ἄπλαστον εὑρεθείη τῆς ἱστορίας τὸ γράμμα: id est, *si littera historiæ non curiosa, sed simplex reperiretur*. ,,

Atque alibi [12]: ,, Idem Magnetes quem supra memini, in libro IV. Apologiarum contra Theosthenem evangeliorum calumniatorem, reddit rationem, cur se hoc loco Paullus alioqui viventem mortuis annumeraverit: οὕτω γὰρ ἄν τις φιλέτερος καὶ τῶν ὁμοστοίχων ἀγαπῶν τὴν συγγένειαν δοκεῖ· id est, *Quia sic*, inquit, *fit ut videatur aliquis amicos quibus se annumerat, eosque qui sui ordinis sunt, diligere*. ,, Hæc ex Magnete Turrianus, iis addenda quæ infra suo loco retulimus.

1. *Cruf.* Differt. Epist. §. II. pag. 8-11.
2. *Fabric.* in Delect. Argum. pagg. 70-72.
3. *Allat.* contr. Creyght. pag. 563.
4. *Zachar. Cret.* Respons. pag. 77.
5. *Lam.* ad *Nicetæ Enarrat. in Epist. I. ad Corinth.* part. I. pag. 72. seqq.
6. *Turrian.* pro Epist. Pontif. lib. I. cap. V. pag. 21.
7. Id. ibid. lib. II. cap. III. pag. 165.
8. *Marc.* XV. 36.
9. *Joan.* XIX. 29.
10. *Marc.* XV. 23.
11. *Matth.* XXVII. 48. *Luc.* XXIII. 36. *Joan.* XIX. 29.
12. *Turrian.* l. c. lib. II. cap. XIII. pag. 211.

CAPUT XIV.
DE
S. FELICE I.
PAPA ET MARTYRE.
SYNOPSIS.

I. S. Felix *quando & quam diu sederit.*

II. *Felici reddita epistola encyclica, ejus decessori Dionysio ab Antiocheno concilio inscripta. Aureliani imperatoris judicium, Romanæ Sedi gloriosum.*

III. *Jure censetur Felix Christi deitatem contra Paullum Samosatensem propugnasse. At ex ejus scriptis unum superest fragmentum.*

IV. *Ejusdem fragmenti sinceritas adstruitur, Adversa Lequienii opinio diluitur.*

V. *Hypatii Ephesiorum episcopi & Liberati Diaconi verba de eodem fragmento, expensa.*

VI. *Ut ut in dubium revocari possit ejus integritas, catholica tamen est sententia. Omnis vera dubitatio ex veterum auctoritate sublata.*

VII. *Quin & ex eodem fragmento Apollinaris hæresis profligatur.*

Ex Coutantio, Epistt. Rom. Pontif. *pagg.* 191. *seq.*

I. FELICEM quinque annis Ecclesiam gubernasse Eusebius tradit [1]; eique Bucherianus catalogus, alter reginæ Suecorum, nec non Fossatensis ac liber pontificalis concinunt, quatenus eum *temporibus Claudii & Aureliani a consulatu Claudii & Paterni usque in consulatum Aureliani II. & Capitolini*, hoc est ab anno 269. ad 274. pontificem fuisse docent. Ex hoc autem consensu minime ambigendum videtur, quin ipso anno quo vivere desiit Dionysius, adeoque post 26. Decembris diem anni 269. Felix eidem successerit. At quo die vel mense idem papa obierit, non ita facile est eorumdem codicum auctoritate definire. Si enim Bucherianum consulamus catalogum; *annis* V. *mensibus* XI. *diebus* XXV. pontificatum gessit: adeoque non *ad consulatum Aureliani II. & Capitolini* tantum, sed *ad consulatum Aureliani III. & Marcellini*, hoc est ad annum 275. pontifex fuisse dicendus esset. In codice reginæ Suecorum, Fossatensi ac libro pontificali *annis* IV. *mensibus* III. *diebus* XXV. sedisse, ac III. *Kalendas Junii in cœmeterio suo via Aurelia* sepultus esse scribitur. Etiamnum in Ecclesia, secundum martyrologia Bedæ, Adonis, Usuardi ac Romanum, *S. Felicis papæ & martyris* festum III. Kalendas Junii celebratur. In Bucheriano autem depositionis episcoporum Romanorum Indiculo [2] notatur ipsius depositio *Tertio Kalendas Januarii in Callisti*. Quæ lectio ad superiorem revocari commode posset, cum hoc librariis facile accidat, ut III. *Kal. Jan.* pro III. *Kal. Jun.* scribant. Sed non item superior componi cum præmissis potest; cum ab exeunte mense Decembri, quo Felicem ordinatum esse constat, ad 29. Maji diem, menses dumtaxat quinque solidi interjiciantur. Antonius Pagius in Bucherianum catalogum irrepsisse putat *annis* V. pro *annis* IV. atque hoc errato ex aliis libris correcto, retinendum esse *annis* IV. *mensibus* XI. *diebus* XXV. Et ex hoc quidem catalogo sic emendato corrigere vicissim licet ceteros libros, cum antiquariis insuetum non sit II. pro X. adeoque III. *mensibus* pro XI. *mensibus* pingere. Quapropter laudatus Pagius [3], Felicem die 28. Decembris anni 269. ordinatum, & die 22. mensis Decembris anni 274. vita functum censet. Et ei quidem suffragatur Bucherianus depositionis Romanorum episcoporum Indiculus, si III. *Kal. Jan.* pro XI. *Kal. Jan.* lapsu, ut diximus, librariis familiari, in eum irrepsisse largiamur. Præterea Felicem ad anni 274. mensem Decembrem vixisse, successori ejus tempus adsignatum persuadet. Idem papa martyris titulo ab Ephesina synodo, Cyrillo aliisque decoratur. Nec obstat quod apud Bucherium in Indiculo citato sub titulo *depositionis episcoporum* recensetur; cum sub eodem titulo legamus & Lucium, quem martyrio coronatum fuisse Cypriani testimonio indubitatum est.

II. Compertum est ex Eusebio [4], nominatim Dionysio Romanæ urbis episcopo inscriptam esse encyclicam Antiocheni concilii epistolam, qua de Paullo Samosatensi ob perversam doctrinam ac pravos mores a sede Antiochena dejecto, & Domno in ejus locum suffecto admoneretur. *Quod quidem*, inquit synodus [5], *idcirco vobis significamus, ut ad eum* (Domnum) *scribatis, & ab eo communicatorias litteras accipiatis. Hic vero* (Paullus) *ad Artemam scribat*, & ii *qui Artemam sectantur, cum illo communicent*. Hæc autem epistola cum Dionysio, morte interveniente, tradi non potuisset, saltem successori ejus, quemadmodum subinde, quoties id ipsum contigit, semper factum esse constat, reddita est.

Interim Paullus, tametsi celebri adeo synodo, quam octoginta episcopis constitisse Hilarius tradit [6], condemnatus, e domo Antiochensis ecclesiæ recedere, eamque Domno concedere diu detrectavit. Quocirca, *interpellatus imperator Aurelianus*, Eusebii sententia [7], *hoc negotium rectissime dijudicavit, iis domum tradi præcipiens, quibus Italici Christianæ religionis antistites & Romanus episcopus scriberent*. Hac autem in caussa interpellari nequiit Aurelianus, nisi postquam is Zenobia Orientis domina & Paulli patrona devicta, Antiochiam recepit: quod quidem sub exitum anni 272. contigisse eruditi notant.

1. Euseb. Hist. eccl. lib. VII. cap. XXXII.
2. Bucher. de Doctr. temp. pag. 269.
3. Pagi Crit. ad ann. 274. n. II.
4. Euseb. Hist. eccl. lib. VII. cap. XXX.
5. Apud Euseb. l. c.
6. Hilar. lib. de Syn. n. 86.
7. Euseb. l. c.

III. Tam celebre judicium postulabat, ut Felix quam primum cum ceteris Italiæ episcopis conveniret, indeque cum iis ad Domnum scriberet, se se ratam habere illius ordinationem, & Paulli condemnationem confirmare. Nec ullus videtur dubitandi locus, quin Felix id quod muneris sui erat, eo in negotio præstiterit. Cum enim decessoribus ejus id moris semper fuerit, ut quaslibet res quæ de diversis ecclesiis ad ipsos referebantur, cum synodis communicarent, & exinde responsa illis darent, cumque morem eumdem decessores illius per plura sæcula imitari non destiterint; quis ipsum rem neglexisse crediderit, quam imperatoris ethnici judicium toti Ecclesiæ tam utile, nominatimque Romanæ tam gloriosum desiderabat? Tunc opportuna Felici data est occasio, qua Christi propugnaret deitatem, ac refutaret Paullum, qui Artemæ revocans impietatem *Deo*, ut Antiocheni patres loquuntur, *bellum indicebat*, ἀντιταττόμενον αὐτὸν τῷ Θεῷ; quia divinam Christo naturam negabat.

Quidquid ea occasione aliisve scripsit Felix, ita interiit, ut vix modicum fragmentum nomine ipsius inscriptum ad nos pervenerit. Hunc tamen scriptis celebrem exstitisse hoc non levi argumento est, quod cum Apollinaristæ, ut commenta sua auctoritate idonea tueri viderentur, varia opera non obscuris quibusdam, sed insignioribus Ecclesiæ scriptoribus supponere studerent; hujus etiam papæ nomine nonnulla sibi confingenda duxerunt. Neque etiam neglexerunt Ephesini patres ejusdem auctoritate fidem tueri. Sane inter patrum testimonia fragmentum laudant [1] *Felicis sanctissimi episcopi Romæ & martyris ad Maximum episcopum & clerum Alexandrinum*, quod & Cyrillus Apologetico adversus Orientales ad anath. VI. inseruit, & Marius Mercator [2] latinitate donavit.

IV. Non desunt tamen, qui fragmentum hoc Felici nostro abjudicantes, illud Felici, qui a Constantio imperatore in Liberii locum subrogatus est, tribuendum putent. Verum levis est omnino ratio, quæ eos in hujusmodi opinionem adduxit. Hoc quippe uno nituntur argumento, quod fragmentum istud in Ephesino concilio, ut & apud Cyrillum, Julii papæ testimonio postponatur. Si autem valeret illa ratio, Julio ac Felice dicendus esset posterior Cyprianus; siquidem is post illos in prædicto concilio citatur; & rursum Felice ac Julio antiquior censendus foret Atticus episcopus CP. quippe qui eisdem in laudato Cyrilli loco præponitur. Sed Vincentius Lirinensis [3] & Hypatius Ephesiorum episcopus in collatione cum Acephalis, ubi eadem testimonia commemorant, Felicem Julio, prout exigit temporum ordo, præponunt. Præterea nemo non videt indignum prorsus fuisse tanta synodo, ut ad stabiliendam fidem, hominis ab Arianorum factione in catholici antistitis locum intrusi auctoritate uteretur. Neque vero *sanctissimi episcopi Romæ & martyris* titulus, quo Felicem Cyrillus & Ephesini patres exornant, in hominem hujusmodi convenit. Ipsa denique inscriptio quæ Maximi Alexandrini nomen præ se fert, dubitare nos non sinit, quin subnexum fragmentum Cyrillus & Ephesina synodus velut Felicis I. testimonium laudarint. Quippe encyclica synodi Antiochenæ epistola, Dionysio Romano simul & Maximo Alexandrino inscripta, hunc Maximum Dionysii Alexandrini successorem Felici nostro æqualem fuisse certo nos docet.

Verum alia ratione Michael Lequien doctis in Damascenum Dissertationibus nihil jam superesse censet, cur idem fragmentum non tantum Felici nostro abrogare, sed & hæreticis adscribere dubitemus. Ubi enim plures epistolas Julii papæ nomine ab Apollinaristis confictas esse probavit, tandem subdit [4]: *Epistola, quæ sub Felicis Romani nomine ferebatur, unam naturam assertam fuisse testantur Hypatius & Liberatus; nec proinde dubitandi locus superest, quin ex eodem, ac ceteræ quas memoravi, fonte prodierit.* Si tamen vir eruditus laudatis a se Hypatii ac Liberati verbis stare voluerit, ipsi testimonium, ab Ephesino concilio ac Cyrillo prolatum, pro genuino Felicis fetu admittendum erit. Et ad Hypatium quidem quod attinet, duplex distinguit Felicis testimonium, unum prolatum a Cyrillo in Ephesina synodo & alibi, alterum vero ab Acephalis in scriptis hæreticis aut hæreticorum opera corruptis laudatum: tum hoc postremum rejicere contentus ut spurium, primum ultro ac libenter ut genuinum agnoscit. Verba illius expendamus.

V. Acephali seu Severiani in collatione, quæ Justiniani imperatoris jussu in regia urbe anno 533. habita est, sanctos Calchedonensis concilii patres transgressionis postulant, quia [5] *beato Cyrillo & beato Athanasio Alexandrinæ civitatis episcopis, Felice etiam & Julio Romanæ ecclesiæ, Gregorio quin etiam mirabilium factore, & Dionysio Areopagita unam naturam Dei Verbi decernentibus post unitionem, hos omnes transgressi illi, post unitionem præsumserunt duas naturas prædicare.* Quibus respondet Hypatius: *In tantum falsæ sunt epistolæ sive testificationes illæ quas dicitis, ut neque unam ex illis beatus Cyrillus voluerit recordari, nec in epistolis quas ad Nestorium scripsit, aut in his* [a], *quas contra blasphemias ejus protulit testificationes in sancta synodo Ephesina, quando maxime debuit proferre eas, sed nec in expositione duodecim capitulorum adversus Theodoretum & Andream .... sed nec adversus Orientale* [b] *concilium.* Tum testimoniorum a Cyrillo Ephesina in synodo prolatorum, nominatimque Felicis, sinceritatem tuetur atque his opponit in hunc modum: *Sed & hoc dicimus, quia duodecim gloriosorum patrum testimonia adversus Nestorii blasphemias in Ephesο B. Cyrillus proferens, id est sancti Petri episcopi Alexandrini & martyris, sancti* FELICIS *episcopi Romani & martyris, Cypriani episcopi Carthaginiensis & martyris, B. Athanasii & B. Theophili episcoporum Alexandriæ, Julii episcopi Romæ, Ambrosii & Basilii, Gregorii & alterius Gregorii, Amphilochii Iconii, & Attici Constantinopolitani, nullum testimonium eorum de una natura protulit.* Subjiciunt Acephali: *Quid ergo, suspicamini quia nos eas falsavimus?* epistolas scilicet quas Felicis aliorumque nomine proferebant. Quibus Hypatius satisfacit his verbis: *Vos non suspicamur, sed antiquos hæreticos Apollinaristas.* Tum iisdem hæreticis instantibus, ac dicentibus, *Possumus ostendere, quia B. Cyrillus usus est istis testimoniis in libris adversus Diodorum & Theodorum*; respondet idem Hypatius: *Modo ma-*

a Ita intellige, quasi mox legeretur testificationibus. *b Hoc est* in Apologetico adversus Orientales.

1. Conc. Ephes. act. I. pag. 512.
2. *Mar. Merc.* pagg. 178. & 140. edit. Baluz.
3. *Vinc. Lir.* Common. cap. XLII.
4. *Lequien.* Dissert. Damasc. II. §. VII.
5. *Labb.* Conc. tom. IV. pag. 1766.

xime & illos adversus Diodorum & Theodorum libros ambiguos facitis, tamquam fictos adversus mortuos prolatos dicentes, qui non poterant refellere falsitatem. Si enim adversus mortuos prolati sunt, multo magis adversus Nestorium & eos qui contra capitula ejus scripserunt, proferre babuit eadem testimonia. Sed nunc videtur, quia hæretici falsantes addiderunt ea.

Liberatus vero primum hanc cum Acephalis collationem cap. IX. memorat, ac deinde cap. X. perstringens quæ proxime ex illa descripsimus, subdit; *Cyrillus quatuor libros scripsit, tres adversus Diodorum & Theodorum, quasi essent Nestoriani dogmatis auctores, & alium de Incarnatione librum, in quibus continentur antiquorum patrum corrupta* (Ita vetus codex Corbeiensis, ubi in vulgatis mendose *incorrupta*) *testimonia, id est Felicis papæ, Dionysii Areopagitæ Corinthiorum episcopi, & Gregorii mirabilis* θαυματουργῦ *cognominati .... Contra quos Catholici veritatis defensores sic Acephalis responderunt, illos libros non esse Cyrilli, quoniam testimoniis quæ in eis contra mortuos posuisse dicitur, contra viventem Nestorium non est usus, neque in synodo, neque in aliquibus epistolis. Unde dicunt illos libros nec dictasse Cyrillum, nec edidisse.* Cum igitur Liberatum ex Hypatii sententia loqui manifestum sit, unum censeri debet utriusque testimonium. Ex quo conficitur, unius ejusdemque Felicis nomine cum genuinas ac sinceras, tum falsas aut adulteratas olim divulgatas esse litteras: & genuinas quidem in Ephesino concilio, falsas autem seu corruptas ab Acephalis fuisse laudatas.

VI. Inde tamen moveri me fateor, ne Felicis epistolam etiam in Ephesino concilio & a Cyrillo laudatam pro indubitata habeam, quod Cyrillus in epistola ad Successum & alibi *unam Verbi naturam incarnatam* profiteatur. Neque enim aliunde ad hujusmodi professionem adductus videtur, nisi quod scripta quæ Apollinaristæ clarorum virorum nomi- A nibus confinxerant, eorum existimavit esse, quorum nomina præ se ferrent. Hinc & Flavianus in confessione quam ad Theodosium imperatorem misit,[1] *unam quidem*, inquit, *Verbi Dei naturam, incarnatam tamen & inhumanatam, dicere non negamus, eo quod ex ambabus unus atque idem sit Dominus noster Jesus Christus.* Ut ut est, si hæretici est Fragmentum istud Felicis nomine inscriptum, ejus est, qui cum catholicus videri affectet, suas ab orthodoxa fide voces mutuatur. Illud certe cum Cyrillus & Ephesina synodus sanctissimo papa & martyre Felice non indignum judicarint, atque ut ejusdem deinde Marius Mercator, Vincentius Lirinensis, Hypatius Ephesiorum episcopus B aliique Catholici admiserint, quam diu aliud non constabit, religioni nobis est hinc illud submovere. Sane ut orthodoxum quisque proferre tuto valeat, quod tanta auctoritate fulcitur.

VII. Apollinaris hæresis, quæ corpus hominis anima vel mente destitutum, adeoque hominem imperfectum a Christo assumtum volebat, postremis fragmenti hujus verbis profligatur. Quocirca vel hinc suspicio, ne forte illud Apollinaristæ alicujus opificium sit, omnino removeretur, si hæreticorum illorum artes ac fraudes laterent. Sed ut prudens observavit laudatus Michael Lequien, & Epiphanius[2] memoriæ prodidit, prædicare non C dubitavit Vitalis Apollinarii discipulus, *Omnino perfectus homo Christus exstitit*, ac nihilo minus mentem a Christo susceptam esse haud cunctanter negavit. Quod quo pacto componeret rogatus, respondit: *Eatenus perfectum hominem fuisse dicimus, si divinitatem illi loco mentis adscribamus, & carnem atque animam adjungamus sic, ut perfectus homo ex carne, anima & divinitate, quæ sit mentis instar, exsistat.* Verum mentitur iniquitas sibi. Quem enim potiori hominis parte carere censet, hominem perfectum nonnisi per ludi- D ficationem appellat.

CAPUT XV.

DE

S. ANATOLIO

EPISCOPO LAODICENO.

SYNOPSIS.

I. ANATOLIUS, *domo Alexandrinus, quo tempore floruit. Quantus vir. Omni scientiarum genere excultus. Patria relicta, in Syriam pergit. Consecratur episcopus. Anno CCLXX. ecclesiæ Laodicenæ regendæ præficitur.*

II. *Externis sacrisque litteris in primis imbutus, illustria doctrinæ suæ monumenta reliquit. Ce-* E *lebratur præ ceteris ejus Canon Paschalis.*

III. *Canonis Anatoliani antiqua versio. Ejus auctor inquiritur. Rufino asseritur. Hinc ejusdem Canonis veritas confirmatur. Versio Rufiniana integra heic exhibetur, Græcis Eusebianis intexta. Additus commentarius doctissimi Ægidii Bucherii.*

I. PRobo & Caro imperantibus, teste Hieronymo[3], floruit Anatolius, domo Alexandrinus, Laodicenus episcopus: cujus eximias laudes persequitur his verbis Eusebius[4]: „ Hic tum in „ liberalibus disciplinis tum in philosophia princi- „ pem inter doctissimos nostri temporis viros lo- „ cum sine controversia tenuit, τὰ πρῶτα τῶν μά- „ λιστα καθ' ἡμᾶς δοκιμωτάτων ἀπενηνεγμένος. — Qua de caussa ab Alexandrinis suis rogatus est, ut Aristotelicæ successionis scholam illic institueret, instar successionis Platonicæ, cujus celeberrima schola jampridem Athenis fuerat constituta. Plurimæ quoque res ab eo præclare gestæ referuntur: adeo ut apud omnes magnam sui nominis fa-

1. Calched. Conc. part. cap. V. & *Liberat.* cap. XI.
2. *Epiph.* Hær. LXXVII. §. XXIII.
3. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXXIII.
4. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXXII.

mam, atque inter civitatis suæ proceres præci- A puam honoris prærogativam omnium consensu fuerit adeptus.

Relicta deinde Alexandria post solutam Bruchii obsidionem, in Syriam migravit: ubi Theotecnus, inquit idem Eusebius [1], Cæsareæ Palæstinæ episcopus primus illi manus imposuit, eumque episcopum ordinavit, successorem ecclesiæ suæ despondens. Verum Antiochiam evocatus ad synodum Paulli Samosateni caussa coactam, dum per urbem Laodiceam iter faceret, a fratribus illius loci mortuo tunc Eusebio detentus est: bonus, quod ajunt, boni viri successor: *διάδοχος, ἀγαθός φασιν ἀγαθοῦ, καθίσταται*. Supremum autem diem obiit Eusebius ejus decessor anno CCLXX. quo adversus Sa- B mosatenum habita est posterior synodus Antiochena. Quam diu vero sederit in cathedra Laodicensi Anatolius, haud liquet.

II. Non admodum multos composuisse libros Anatolium discimus ex episcopo Cæsariensi [2]: *οὐ μὲν ἐσπουδάσθη πλεῖστα τῷ Ἀνατολίῳ συγγράμματα*: qui tamen, postquam ejus *Canones paschales* & decem libros *institutionum Arithmeticarum* memoravit, multa quoque alia suæ in sacris litteris diligentiæ atque doctrinæ monumenta ipsum nobis reliquisse tradit: *καὶ καταλέλοιπεν ὁ αὐτὸς — ἄλλα δείγματα τῆς περὶ τὰ θεῖα σχολῆς τε αὐτοῦ καὶ πολυπειρίας*. C

Et exstant quidem hodieque inter *θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς* Græce edita Parisiis 1543. quædam excerpta ex libris Anatolii *institutionum Arithmeticarum*, ut monuit Valesius ad Eusebium: eaque recenset Fabricius [3]: qui & nonnulla *ἐκ τῶν Ἀνατολίου διάφορα*, ex Peiresciano codice ab Holstenio descripta, Græce vulgavit. Sed illa mittimus, quippe quæ ad institutum nostrum haud spectent.

Scripsit præterea Anatolius, ut modo innuimus, volumen *de paschate*: ex quo, inquit Hieronymus [4], *ejus ingenii magnitudinem intelligere possumus*. Præclarum hujusce operis fragmentum nobis servavit Eusebius [5]; qui & ipse in eo aucto- D ris eloquentiam simul & multiplicem ejus eruditionem, *ὁμοῦ τό, τε λόγιον καὶ πολυμαθές*, admiratur.

III. Antiquam versionem Latinam Canonis Paschalis Anatoliani primus edidit ac doctissimo commentario illustravit ad calcem Victorii Aquitani, Ægidius Bucherius [6]. Rufino passim tribuitur ejusmodi versio, Eusebianæ ejus historiæ fortasse adjungenda, ut conjicit cl. Fontaninius [7]. Novimus enim; Rufinum Eusebii Cæsariensis historiam Latine quidem vertisse, sed etiam interpolasse. Quod in primis videre est in iis quæ litteris tradidit [8] de sancto Gregorio Thaumaturgo: ubi præter nonnulla præclara ejus gesta a Gregorio Nysseno enarrata, celebrem præterea ipsius *Fidei expositionem* intexuit. Alium quoque locum interpolatum adducit Jacobus Usserius [9], ut laudatus Fontaninius advertit. Quum itaque Canonis Anatoliani longum excerptum in sua historia retulisset Eusebius, integrum illud Latine reddiderit Rufinus. Neque nos demum hac de re dubitare sinunt omnino, quæ habet idem Rufinus in sua Eusebianæ historiæ versione [10], ad Anatolii Canonem pertinentia. Si enim ea conferantur cum iis quæ apud veterem interpretem Bucherianum Græco textui respondent, omnia plane Rufiniana esse perhibentur: ut proinde merito arguendum videatur, reliqua pariter quæ præcedunt & quæ subsequuntur, ab eadem Rufini manu e Græco in Latinum fuisse translata. Quod quidem mirari subit, Bucherium, Caveum, Fontaninium in primis aliosque viros eruditos præteriisse.

Atque hinc etiam illud emolumenti accedit, quod ex Eusebiano excerpto Rufinianæ versionis comprobetur integritas: & ex ea rursum Canonis Anatoliani *αὐθεντία* confirmetur; quam tamen nulla codicum mss. auctoritate, nullis veterum testimoniis adductis, nullaque ratione reddita, quin & invito Eusebio atque obnitente Rufino, elevare ausus est Dupinius. Ut illud heic omittamus, eumdem Anatolii Canonem passim laudari a Beda iis in locis, quæ inferius a Bucherio excitata videas [11].

Hunc itaque sancti Patris nostri genuinum fetum exhibemus ex accurata unica Bucherii editione: adjectis Græcis Eusebianis cum latina interpretatione notisque Valesii. Adhæc accedit Commentarius ejusdem Bucherii, quo Canon Anatolianus maxime illustratur.

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXXII.
2. Id. ibid.
3. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. II. pag. 274.
4. *Hieron.* l. c.
5. *Euseb.* l. c.
6. *Bucher.* de Doctr. temp. pagg. 439-449.
7. *Fontan.* Hist. litter. Aquil. lib. V. cap. XV. §. 1. p.390.
8. *Rufin.* Hist. eccl. Euseb. lib. VII. cap. XXV.
9. *Usser.* Synt. de LXX. interpp. cap. V. pag. 50.
10. *Rufin.* Hist. eccl. Euseb. lib. VII. cap. XXVIII.
11. Vid. infr. pag. 551.

CAPUT XVI.

DE MALCHIONE

ECCLESIÆ ANTIOCHENÆ PRESBYTERO.

SYNOPSIS.

I. Malchion, *vir disertissimus, quo tempore claruit. Doctrina & eruditione præstans. Ecclesiæ Antiochenæ presbyter ordinatur. Acriter disputat adversus Paullum Samosatenum. Ejus memoria in Græcorum Menologiis recolitur.*

II. *Tempus inquiritur quo celebrata fuit posterior synodus Antiochena, ubi habita Malchionis* A *disputatio. Pearsonii sententia de uno concilio Antiocheno evertitur.*

III. *Epistolam synodicam Malchion litteris consignasse perhibetur. Quo anno illam perscripserit auctor. Eadem ex Eusebio exhibita. Fragmenta ex Actis disputationis Malchionianæ, subjecta.*

I. Malchion, vir disertissimus, inquit Eusebius [1], *ἀνὴρ τά τε ἄλλα λόγιος*, circa Christi annum CCLXX. claruisse comperitur. Græcorum litteris vehementer excultus, scholæ sophisticæ apud Antiochiam præfuit, sive, ut loquitur Hieronymus [2], *in eadem urbe rhetoricam florentissime docuit*. Neque vero doctrina solum & eruditione sæculari excelluit vir egregius, sed etiam ob eminentem Christianæ fidei sinceritatem, presbyterii honorem in ejus loci ecclesia est consecutus: *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ δι' ὑπερβάλλουσαν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως γνησιότητα, πρεσβυτερίου τῆς αὐτόθι παροικίας ἠξιωμένος.*

Synodo Antiochenæ posteriori, quam postremam vocat Eusebius [3], *πλείστοις συγκροτηθείσης — συνόδου*, interfuit Malchion; in eaque adversus Paullum Samosatenum qui ecclesiæ Antiochenæ episcopus Artemonis hæresim instaurarat, acriter disputavit, excipientibus cuncta notariis: solusque omnium occultos hominis sensus ac fraudes detegere valuit. Qua quidem ex confutatione tantam gloriam retulit noster auctor, inquit Valesius [4], ut ea de caussa in Menologiis Græcorum die XXVIII. Octobris consecrari meruerit.

II. Ex hac autem in tabulis Græcis consignata Malchionis memoria, existimaverim equidem celebratam fuisse hanc synodum anno CCLXIX. desinente atque insequente prorogatam. Confirmatur vero hæc temporis notatio ex epistola ejusdem concilii Dionysio pontifici Romano inscripta, sed reddita Felici ejus successori, quod ille supremum diem obierit sub finem Decembris ejusdem anni CCLXIX. ut superius ostensum [5]. Idque iterum adstruitur ex citata epistola synodica, ubi patres de Firmiliano Cappadociæ antistite verba facientes: *Nunc quoque*, inquiunt [6], *venturus erat Firmilianus; & jam Tarsum usque pervenerat. — Sed quum nos jam convenissemus; interea loci dum illum accersimus, dum ejus adventum exspectamus, abiit e vita*. Atqui Græci in Menologio die XXVIII. Octobris S. Firmiliani Cæsareæ in Cappadocia episcopi festum diem agunt. Quare, ut jure arguit Pagius [7], si eo die Firmilianus ad superos transiit, tunc jam congregata erat synodus Antiochena.

Atque ex his enimvero longe aberrasse Pearsonium colligimus, qui unicum tantum concilium Antiochenum in caussa Samosateni coactum anno CC- B LXVI. agnoscit; a quo propterea merito diffident vel sui contribules, Bullus [8] & Dodvvellus [9], ut Tillemontius [10] aliosque omittamus. Neque advertit vir cetera doctus, hanc synodum qua de agimus, Eusebio *postremam* eapropter dictam ut modo vidimus, quod primæ videlicet meminisset [11], in qua *maxime eminuerunt Firmilianus Cæsareæ Cappadocum episcopus, Gregorius Thaumaturgus* aliique; quorum tamen alter mortem oppetierat, quo tempore coacta fuit *postrema*; alter vero in ejusdem actis nuspiam comparet, tum & ipse fortasse defunctus. Nimirum in priore, anno Christi CCLXIV. celebrata, Samosatenus dogmatis sui novitatem occultare adnisus, indemnis evasit: in po- C steriore autem circiter annum CCLXX. habita, Ecclesiæ communione interdictus atque ab episcopali sede dejectus fuisse perhibetur.

III. Damnato itaque Paullo, & Domno suffecto, patres Antiocheni *unam*, ait Eusebius [12], *ex communi sententia ad Dionysium Romanæ urbis episcopum & ad Maximum Alexandrinum scripserunt epistolam*. Hanc autem epistolam synodicam litteris consignasse Malchionem, testis est luculentus Hieronymus [13]: *Sed & alia*, inquit, *grandis epistola ex persona synodi, ab eo scripta ad Dionysium & Maximum, Romanæ & Alexandrinæ ecclesiæ episcopos dirigitur*. Neque mirum sane, an- D tistites Antiochenos id muneris Malchioni detulisse, viro scilicet disertissimo; quique *suscepta disputatione adversus Paullum*, ut scribit Eusebius [14], *solus omnium occultos hominis sensus fraudesque detegere valuit*: ut propterea minime audiendi sint Caveus [15] & Fabricius [16], qui Hieronymi auctoritatem quodammodo elevare aggrediuntur: licet posterior melius consultus, sententiam deinceps mu-

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXIX.
2. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXXI.
3. *Euseb.* l. c.
4. *Vales.* in not. ad Euseb. l. c.
5. Prolegom. cap. XII. §. 1.
6. Epist. conc. Antioch. §. 1. Vid. infr. pag. 558.
7. *Pagi* Crit. ad ann. 271. §. II.
8. *Bull.* Judic. Eccl. cath. cap. III. §. 7. pag. 28.
9. *Dodw.* Differt. sing. ad opp. Pearf. cap. VI. §. 18. pag. 71.
10. *Tillem.* Mem. eccl. tom. IV. not. IV. sur Paul de Samos. pag. *666*.
11. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XXVIII.
12. Id. ibid. cap. XXX.
13. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXXI.
14. *Euseb.* l. c. cap. XXIX.
15. *Cav.* Hist. litt. ad ann. 270. tom. I. pag. 136.
16. *Fabric.* Bibl. eccl. in not. ad Hieron. pag. 161.

tarit, Malchionem ejusdem epistolæ synodicæ auctorem agnoscens [1]. In quam quidem sententiam concessisse quoque cl. Harduinum [2], duce procul dubio Hieronymo, novimus.

Ceterum, quum tradat Eusebius [3], postremum istud Antiochenum concilium celebratum fuisse *temporibus Aureliani imperatoris*, quem quidem anno CCLXX. circa mensem Aprilem Claudio II. successisse cum Tillemontio [4] censemus: propterea eodem anno currente perscriptam fuisse a Malchione hanc synodicam epistolam existimamus, quum Dio- A nysii Romani pontificis obitus nuntium Antiochiam nondum pervenisset.

Porro ejusmodi ecclesiasticæ antiquitatis monumentum ex Eusebio Valesiano descripsimus: additis quoque fragmentis ejusdem, ut videtur, Epistolæ quæ apud Leontium Byzantium servantur [5]. Præterea subjecimus ex eodem Leontio & Petro Diacono [6], quæ superant ex Actis disputationis habitæ a Malchione contra Samosatenum, cujus paullo ante meminimus.

CAPUT XVII.

DE

S. ARCHELAO

MESOPOTAMIÆ EPISCOPO.

SYNOPSIS.

I. *Dissensus veterum de scriptore Actorum disputationis cum Manete, facile conciliandus. Hæc Acta primum Syriace ab Archelao scripta: deinde forte ab Hegemonio Chalcedonensi episcopo Græce reddita. Quid censendum de Latina versione?*

II. *Latinus interpres Græca versione Actorum fuisse usus comprobatur.*

III. *Num Archelaus præter Acta disputationis, alios libros contra Manetem perscripserit, inquiritur. Lapsus Epiphanii.*

IV. *Archelaus non Cascharorum aut Carcharorum, sed Charrarum in Mesopotamia episcopus.*

V. *Quo tempore habita disputatio Archelai cum Manete.*

VI. *Secundo anno Probi imp. juxta Eusebium.*

VII. *Verum id accidisse currente anno* CCLXXVII. *statuitur.*

VIII. *Actorum disputationis antiquitas atque integritas demonstratur.*

B IX. *Idque rursum adstruitur.*

X. *Eorumdem Actorum veritas magis adbuc confirmata.*

XI. *An ad nos integra pervenerint ejusmodi Acta.*

XII. *Quibus ex codicibus descripta.*

XIII. *Magnum ex hisce Actis accedit catholicæ fidei præsidium atque ornamentum. Hinc item verum antiquarum studiosis aliquid emolumenti accersitum.*

XIV. *Hactenus observatis additæ nonnullæ animadversiones de sede Archelai episcopali, deque Actorum disputationis ab eo habitæ cum Manete integritate.*

C XV. *An fragmentum illud Actorum, quod ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi* VI. *descriptum, iisdem Actis subjicitur, integrum Archelao sit adtribuendum. Pauca insuper de nostra horum Actorum editione.*

Ex V. C. LAURENTII ZACAGNII *præfatione ad* Collectanea monumentorum Ecclesiæ Græcæ, *pag.* III. *seqq.*

I. Editio Actorum binæ disputationis ab Archelao Mesopotamiæ episcopo cum Manete nefariæ hæreseos auctore, apud Carras primum, deinde in Diodoridis vico habitæ, tum ob materiæ præstantiam, tum ob rei gestæ antiquitatem, acceptissima, ut arbitror, illis erit, qui sacrarum litterarum studio tenentur. Quinam Acta ista scriptis consignaverit, inter Epiphanium, Hieronymum & Heraclianum Chalcedonensem episcopum non convenit. Sanctus enim Epiphanius [7] & sanctus Hieronymus [8] ARCHELAUM ipsum, quæ coram delectis judicibus adversus Manetem disseruit, scripto tradidisse putant. Heraclianus vero Chalcedonensis episcopus in libris quos contra Manichæos conscripsit, Hegemonium quemdam illorum auctorem fuisse censuit. Siquidem Photius [9] horum Heracliani librorum excerpta referens, eumdem Heraclianum, ait, in confutandis Manichæorum erroribus, usum fuisse Actis disputationis Archelai episcopi cum Manete, ab Hegemonio conscriptis. Et Heracliani quidem sententiam confirmare videntur Acta ipsa disputationis, ubi hæc legimus [10]: *Quoniam vero placuit Marcello disputationem hanc excipi atque describi, contradicere non potui, confisus* D *de benignitate legentium, quod veniam dabunt, si quid imperitum aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantum est, quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quemque non lateat*. Et clarius alibi [11]: *Quibus postea agnitis Archelaus, adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego qui inscripsi, in prioribus exposui*. Verisimile enim non est Archelaum ita locutum fuisse, si ipsemet, quæ nunc habemus, disputationis hujus Acta scriptis mandasset; eo præsertim, quod pro *inscripsi*, legendum potius esse videatur *exscripsi*. Sed nihilo secius cum in postremo eorumdem Actorum loco modo memorato diserte dicatur, Archelaum ipsum nonnulla priori disputatio-

E

1. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. XI. pag. 346.
2. *Harduin.* Concil. tom. I. edit. Venet. pag. 911. not. I.
3. *Euseb.* l. c. cap. XXX.
4. *Tillem.* Hist. de Emp. tom. III. not. III. sur Aurel. pag. 532.
5. *Leont. Byz.* lib. III. contr. Nestor. sub fin.
6. *Petr. Diac.* lib. de Incarnat. ad Fulgent. cap. VI.
7. *Epiph.* Hær. LXVI. capp. XXI. XXV. & XXXII.
8. *Hieron.* de Vir. ill. cap. LXXII.
9. *Phot.* Bibl. cod. LXXXV.
10. Act. disput. cap. XXXIX.
11. Ibid. cap. ult.

ni suæ postmodum addidisse, in eam sententiam lubens venio, ut Epiphanium atque Hieronymum cum Heracliano conciliari posse credam, si dicamus, Archelaum Syriaca primum lingua cuncta, quæ coram delectis Judicibus adversus Manetem protulerat, divulgasse; Hegemonium vero, quæ ab Archelao jam edita fuerant, meliori non solum ordine digessisse, verum etiam exordio, epilogo, aliisque nonnullis locupletasse, ut omnibus numeris absoluta, celeberrimæ illius disputationis Acta ad posteros transmitterentur. Porro Syriaca primum lingua scripta fuisse Acta ista, præter Hieronymum id ipsum loco mox laudato clare testantem, illud etiam argumento est, quod Archelaus de solaris cursus spatio agens, sphæram illud a Græcis vocari ait [1]. Quinam ea in Græcum sermonem transtulerit, certo affirmari non potest, quamvis magna apud me suspicio sit, Hegemonium qui alteram Archelai disputationis editionem concinnavit, ipsum quoque eorumdem versionem e Syriaco in Græcum eloquium elucubrasse, ut in notiorem linguam transfusa, cuncti per orbem fideles plenissimam eorumdem notitiam habere possent. Factum id antiquissimis temporibus fuisse, ex Epiphanio constat, qui insignia eorumdem excerpta Græce refert in Manichæorum hæresi: nec dici potest, ex Syriaco exemplari Epiphanium ipsum Græca fecisse, cum omnia quæ ab eodem ex Acta disputationis Archelai cum Manete afferuntur, in Latina quam edimus, versione totidem verbis reperiantur. De Latino interprete nobis tantum liquet, illum Hieronymo posteriorem fuisse, quem de Latina versione mentionem fecisse par erat, si suis temporibus exstitisset: vixisse tamen ante septimum Christianæ æræ sæculum vel inde colligitur, quod in laudandis sacræ Scripturæ locis Vulgatam editionem quæ eo sæculo per Occidentem passim recepta fuit, non sequatur.

II. Porro Græcam versionem, non vero Syriacum textum præ manibus Latinum interpretem habuisse, non modo ex universa ejus locutione, quæ Græcæ, non vero Syriacæ linguæ indolem geniumque redolet, satis superque demonstratur; verum etiam pluribus aliis argumentis fortissime evincitur. Quippe in hujus disputationis cap. VIII. ita loquitur: *Cum igitur Luna onus quod gerit, animarum, sæculis tradiderit patris, permanent illæ in columna gloriæ, quod vocatur Vir Perfectus. Hic autem vir est columna lucis.* Quæ verba ita leguntur in Græca apud Epiphanium versione: Τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν, τοῖς αἰῶσι τοῦ πατρὸς, παραμένουσιν ἐν τῷ στύλῳ τῆς δόξης, ὅς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλειος· ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος στῦλός ἐστι φωτός. Ex quibus patet, Latinum interpretem Græcarum vocum similitudine deceptum, pro ἀὴρ, ut Epiphanius habet, ἀνὴρ legisse; & cum vertere debuisset, *Permanent illæ in columna gloriæ, quæ vocatur aer perfectus; aer autem iste est columna lucis;* ipsum male interpretatum fuisse, *Quod vocatur Vir perfectus: hic autem Vir est columna lucis;* in quem sane errorem non incidisset, si ad Syriaci textus fidem, in quo magnum inter utramque vocem discrimen est, versionem suam elaborasset. Sunt & aliæ ejusdem interpretis hallucinationes, ex quibus id ipsum evidentissime colligitur. Siquidem cap. VII. de vivente spiritu a Manete conficto loquens, ait: *Rursus ipse vivens spiritus creavit luminaria, quæ sunt reliquiæ animæ, & fecit ea firmamentum circumire; & iterum creavit terram, & sunt octo.* Hinc autem patet ipsum Græco exemplari usum fuisse, in quo scriptum fuerat, εἰσὶ δὲ ὀκτὼ, vel εἰσὶ δὴ ὀκτὼ; cum tamen apud Epiphanium legatur εἰς εἴδη ὀκτώ *octuplici specie*; quæ sane æquivocatio non ex Syriaca, sed ex Græca tantum lingua oriri poterat. Sic cap. VIII. vertit, *effundet famem*, cum vertere debuisset, *pestem*, a Græcarum vocum λιμὸς, *fames*, & λοιμὸς, *pestis* similitudine deceptus, ut in nostris ad eum locum notis observavimus. Sic capite IX. pro πήττει, *congelat*, *frigore adstringit*, ut est apud Epiphanium, legisse videtur πλήττει, *percutit*, ut in eisdem notis docuimus. Retinet etiam nonnullas voces Græcas in versione sua; & interdum quidem absolute, interdum vero addita earumdem explicatione; quod utique non fecisset, qui Syriace scriptum opus latinitati donasset. Hinc cap. LIII. talenti vocem pro pondere usurpat, quo sensu apud Græcos vox τάλαντον interdum accipitur. Sic paullo ante, *Cybi* vocabulo utitur, & statim subdit ex emendatione nostra, *quod nomen est tali*; vel ut in quodam Regio-Alexandrino codice legitur, *quod nomen est aleæ*; a κύβος scilicet, quæ vox æque talum, atque aleam significat, ut in nostris ad eum locum notis observavimus. Sic denique cap. VIII. *Lunam apocrusin*, *detrimentum pati*, quam postremam vocem prioris interpretationem esse nemo non videt.

III. Refert Epiphanius cap. XI. Archelaum, post fugatum e Carris Manetem, de ejus adventu in Diodoridem castrum, a Diodoro loci illius presbytero certiorem factum, duos ad eumdem Diodorum λόγους, hoc est, libros misisse, ut eorum lectione instructus impii hæretici conatus & ipse infringere valeret. Sed ea in re lapsum fuisse Epiphanium scite advertit Gulielmus Cave in Scriptorum Ecclesiasticorum Historia litteraria, & ex Actis ipsis disputationis Archelai cum Manete luculenter ostenditur: in iis enim cap. XLI. integra refertur Archelai ad Diodorum epistola, in qua se voluisse quidem, ait Archelaus, ad Diodorum omnia perscribere, de quibus cum Manete coram delectis Judicibus disputaverat; sed propterea iis mittendis supersedisse, quod deinceps per otium de tota disputatione eumdem certiorem reddere cogitabat. In fine etiam epistolæ post breviter perstrictos Manetis errores, se multa silentio præteriisse scribit, dum celerem ipsi responsionem reddere festinat, ne minima quidem librorum ad eumdem missorum mentione facta. Certum itaque est, Archelaum, quo tempore ad Diodorum presbyterum litteras dedit, nullos adversus Manetis hæresim libros elucubrasse: sed nec secutis deinceps temporibus libri ulli ab Archelao adversus eumdem scripti fuisse videntur; nisi quis contendat, ipsummet Acta disputationis suæ scriptis mandasse. Nam Epiphanius ipse ex alio quopiam Archelai libro nil recitat, nihilque ferme adversus Manichæorum errores profert, quod in disputationis a nobis editæ Actis non reperiatur. Eadem quoque sola Acta, non vero alios quospiam Archelai libros laudat Heraclianus Chalcedonensis episcopus, dum omnium antiquorum Patrum scripta commemorat, quibus in suo adversus Manichæos opere usus fuerat. Quamobrem dicendum est, hac in re quoque humani quid passum fuisse Epiphanium, & duorum Archelai librorum loco habuisse Acta ipsa disputationis a nobis editæ: quæ cum res diversis temporibus gestas complectantur, haud inani conjectura colligi potest, in duas olim

1. Acta disput. cap. XXXII.

partes divisa fuisse, in quarum priore disputatio Archelai cum Manete apud Carras; in secunda vero, cuncta quæ tam Diodorus presbyter, quam idem Archelaus a Diodoro monitus, contra Manetem in Diodoridis castro egit, continerentur.

IV. Jam vero Archelaum Κασχάρων, *Cascharorum* episcopum fuisse tradit Socrates [1], Epiphanium secutus [2]. At auctor iste sibi non constat, utpote qui urbem cujus episcopus erat Archelaus, Καρχάρων alibi nominat [3] in Petaviana editione, licet in alia Basileensi editione Καλχάρων corrupte habeatur. Postremam hanc lectionem expressisse videtur Epiphanius ex Actis ipsis disputationis Archelai episcopi cum Manete, in quorum initio dicitur: *Thesaurus verus, sive disputatio habita in Carchar civitate Mesopotamiæ*; eamque lectionem sequuntur Petrus Siculus [4] & Photius P. C. in opere adhuc inedito adversus Manichæos suo ævo repullulantes, lib. I. qui dum Epiphanii narrationes in epitomen redigunt, Archelaum non Κασχάρων, vel Καλχάρων, sed Καρχάρων episcopum vocant: unde etiam patet, emendanda esse alia Epiphanii & Socratis loca, in quibus Κασχάρα, vel Κασχάρων perperam legitur. Porro urbem quamdam Carcham nomine in Arabia felice sitam fuisse, Anonymus Ravennas Geographiæ scriptor tradit [5]. Meminit & alterius Carchæ Ammianus Marcellinus [6]. Verum neutræ harum urbium Archelaus episcopus exstitit; nam ejus cum Manete disputatio habita est in Mesopotamiæ urbe sub Romanorum ditione posita, cujus episcopatum obtinebat Archelaus, ut diserte dicitur apud Epiphanium, & in Actis ipsius disputationis: Carcha vero a Marcellino memorata, extra Mesopotamiam, trans Tigrim, in Persarum ditione sita erat, eodem Ammiano teste locis laudatis. Carchæ quoque Arabiæ urbis, cujus apud Anonymum Ravennatem mentio est, Archelaus nullo pacto episcopus esse potuit; cum antiqui omnes Scriptores eum non Arabiæ, sed Mesopotamiæ episcopum fuisse tradant. Posteriorem apud Epiphanium lectionem, præter Petrum Siculum atque Photium, probare insuper videntur Acta ipsa disputationis Archelai cum Manete, in quorum initio dicitur, *Thesaurus verus, sive disputatio habita in Carchar civitate Mesopotamiæ*. Verum cum inferius [7] Charram habeant, eamque Mesopotamiæ urbem esse dicant; hinc lucide constat, tam eadem Acta, quam Epiphanium & alios, intelligendos esse de Charris celeberrima Mesopotamiæ urbe; unde vias duas regias in Persidem ducentes distingui tradit Marcellinus [8]: quæ urbs Charra etiam scribitur apud Paullum Diaconum [9]. Carchar autem, vel Carchara in eisdem Actis, & apud Epiphanium scriptum fuisse videtur, librariorum forsitan errore, vel quod vulgari indigenarum lingua ita nuncuparetur.

V. De tempore etiam habitæ ab Archelao disputationis consentanea sibi nequaquam tradit Epiphanius; nam in libro *de Mensuris & Ponderibus* num. XX. Manetem ob perpetratam Regis Persarum filii necem ex Perside profugum, in Mesopotamiam

A nono Valeriani & Gallieni Impp. anno venisse, qui est Christianæ æræ annus CCLXII. eodemque tempore cum Archelao ejusdem regionis episcopo disputasse refert. At in hæresi Manichæorum sub ipsum operis initium, & num. XX. primum quidem ortos fuisse Manichæos, seu potius antiquam de bono ac malo Deo hæresim a Manete per varias orbis terrarum partes circa annum IV. Aureliani Imp. rursus divulgatam fuisse scribit; deinde vero sub Aureliano & Probo id a Manete factum fuisse innuit, ut videre est num. XIX. XX. LIX. & LXXVII. ejusdem hæreseos. Non potuit autem Archelaus Valeriani & Gallieni anno IX. Manetem viva voce confutare, ut in libro *de Mensuris & Ponderibus* ait Epiphanius,
B si post non paucos annos, vel anno IV. Aureliani, vel circa finem ejusdem imperii, & initium Probi, Manes antiquioris nefarii dogmatis incrementa procuravit. Priorem Epiphanii calculum in libro *de Mensuris & Ponderibus* sequitur Petrus Siculus l. c. & Photius in laudato lib. I. adversus Manichæos repullulantes, licet Valerianus Aug. jam ab anno VII. ejus imperii a Sapore Rege Persarum captus fuerit. Posteriorem vero probant Acta ipsa disputationis Archelai cum Manete, ex quorum cap. XXXVII. lucide apparet, Archelaum sub imperio Probi, non autem Gallieni, cum Manete de cujus hæresi nil adhuc sibi compertum erat, disputasse. Cyrillus quoque Hierosolymitanus, qui se-
C ptuaginta tantum annis post detectam Manetis hæresim se scribere testatur [10], Manetem Probo imperante hæresim divulgare cœpisse, diserte scribit. Dicendum itaque est, Epiphanium in libro *de Mensuris & Ponderibus* errasse, & multo certiora de Manichæorum hæresis exortu in libris adversus hæreses nobis tradidisse, licet in eisdem quoque libris iterum sibi non constare deprehendatur: nam cum dixisset anno IV. Aureliani qui partem anni CCLXXIII. & CCLXXIV. complectitur, emersisse Manetem, ac præterea affirmasset, id accidisse Aureliani & Probi temporibus, hoc est, anno Christi CCLXXVI. secundum quosdam, qui jam tum ab ejus nativitate annos numerare sueverant, licet eos
D a Christi in cælos assumtione annos supputare Epiphanius afferat; vel anno CCXLVI. secundum alios, qui a Christi morte annos supputabant; postea subdit, a Manetis temporibus usque ad annum XIII. Imp. Valentis, & IX. Gratiani ac primum Valentiniani Junioris quo ipse scribebat, hoc est, usque ad æræ vulgaris annum CCCLXXVI. intercessisse annos CVII. quod sane verum esse non potest; nam ab anno CCLXXVI. vel CCLXXIII. aut CCLXXIV. ad annum CCCLXXVI. non centum, & septem anni; sed centum tantummodo, vel CIII. aut CIV. anni secundum varias supputationes modo memoratas numerantur.

E VI. Porro quonam Probi anno id acciderit, ex Eusebio colligi potest, qui in Chronico sic de Manichæorum initiis scribit [11]: *Secundo anno Probi juxta Antiochenos CCCXXV. annus fuit, juxta Tyrios CCCCII. vel CCCCIII. secundum quosdam; juxta Laodicenos CCCXXIV. juxta Edessenos* [a] *CCCLXXXVIII.* (ita enim corrigi debet Pontaci editio,

[a] Edit. 2. Scaligeri habet: *juxta Edessenos* DLXXXVIII.

1 *Socrat.* Hist. eccl. lib. I. cap. XXII.
2. *Epiph.* Hær. LXVI. capp. V. & VII. & de Mens. & Pond. cap. XX.
3. Id. Hær. LXVI. cap. XI.
4. *Pet. Sic.* Hist. Manich. pag. 37.
5. *Anon. Rav.* Geogr. lib. II. cap. VII.
6. *Amm. Marc.* lib. XVIII. cap. XXIII. & lib. XXV. cap. XX. XXI.
7. Acta disput. cap. III.
8. *Amm. Marc.* lib. XXIII. cap. IV.
9. *Paul. Diac.* Hist. Misc. lib. XXII. cap. XX.
10. *Cyrill. Hier.* Catech. VI. pag. 140.
11. *Euseb.* Chron. lib. post. pag. 177.

in qua perperam legitur CCCLXXXIX.) *juxta Ascalonitas CCCLXXX. insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta*. Hæc autem Eusebii verba ita intelligenda sunt, ut non tunc primum Manichæorum hæresis orta fuerit; jam enim ab Apostolorum ferme temporibus quorumdam mentes ille nefarius error invaserat, ut ex Archelao nostro & Epiphanio liquet; sed quod tunc primum Manete hæresim veterem per varias Orientis regiones disseminante, & in Archelaum forte incidente, qui omnes ejus artes ac errores disputando detexit, ita in cunctorum per orbem fidelium notitiam venerit, ut eo tempore incœpisse quodammodo dici potuerit. Videtur enim Archelaus post confutatum coram Judicibus Manetem, rem totam cunctis per orbem Episcopis notam fecisse, ut labanti catholicæ fidei, quanta possent sedulitate, succurrerent: eoque pacto factum fuisse par est, ut qui subdolos Manichæorum progressus ignorabant, tunc illorum hæresim ortam fuisse crediderint, cum primum ejusdem notitiam ex Archelai litteris habuerunt.

VII. Sed & habitæ ab Archelao disputationis tempus ex D. Leone Magno præcisius designari potest, qui in Sermone II. de Pentecoste, Manichæum innotuisse, ait, Probo Imp. & Paullino Coss. anno post Christi Resurrectionem CCL. ut accommodatius ad chronologicam veritatem in codice Oxoniensi legi Quesnellus testatur. At hic Probi & Paullini Consulatus partem anni primi & secundi imperii Probi continet, quem obeunte Tacito die XIII. Aprilis, ejusque fratre Floriano post duos menses occiso, Romanum imperium obtinuisse constat. Quare si juxta Eusebium anno Probi II. & juxta Leonem Magnum sub Consulatu Probi & Paullini patefacta est Manichæorum hæresis, necessario dici debet, Archelai cum Manete disputationem per quam universæ Ecclesiæ Manetis error innotuit, accidisse intra Julium atque Decembrem anni CCLXXVII. Verum Archelai nostri verba benigne sunt interpretanda, qui in cap. XXVII. disputationis suæ post trecentos fere annos a Christi morte, immo post trecentos, & eo amplius annos ab eadem Christi morte advenisse Manetem asserit. Archelaum enim ad exaggerandam Manetis stoliditatem, qui Paraclitum Spiritum a Christo promissum, temere se esse affirmabat, annorum numerum in disputationis æstu auxisse dicendum est, ut clarius ostenderet, ipsum longo adeo post Christi mortem tempore emergentem, Paraclitum esse non posse, quem Jesus post suum in cælos ascensum, illico se Apostolis missurum affirmaverat; & re vera post quinquaginta ab ejus resurrectione dies ab ipso missum fuisse, Apostolorum Acta diserte testantur.

VIII. His de Archelai cum Manete disputationis tempore, ac versionibus, deque ejusdem Archelai episcopali sede prælibatis, agendum nobis est de sinceritate atque præstantia ejusdem operis; ac præterea videndum, an aliqua sui parte mutilatum sit; postremo indicandum, quænam Actorum quæ integra nunc primi edimus, fragmenta olim in lucem prodierint, & ex cujus bibliothecæ codice editio nostra profluxerit. Et primo quidem de Actorum istorum sinceritate suspicio nulla oriri potest: nam Epiphanius anno Christi CCCLXXVI. adversus hæreses scribens, insigne ex disputatione Archelai

A fragmentum protulit in hæresi Manichæorum cap. XXV. quod ejusdem Actis ex Latina versione a nobis in lucem editis prorsus respondet; ac præterea si Archelai rationes atque argumenta cum Epiphanii confutationibus conferas, evidentissime apparebit, ipsum ita in omnibus secutum fuisse Archelaum, ut pauca de suo adversus Manetis errores attulerit. Meminit etiam Actorum hujus disputationis Socrates, qui in consulatu XVII. Theodosii Junioris, hoc est, anno æræ Christianæ CCCCXXXIX. Ecclesiasticam Historiam absolvit; & ea omnia quæ de Manichæorum hæresi narravit, se ex eisdem Actis hausisse ingenue fatetur [1]. Eorum insuper, tamquam ab Hegemonio quodam scriptorum, mentionem facit Heraclianus Chalcedonensis Episcopus, B ut supra dictum est. Denique Archelai nostri operum fragmentum contineri in veteri Catena Græcorum Patrum in Evangelium Joannis, quæ habetur in scripto Cæsareæ bibliothecæ codice, testis est Lambecius [2]; quod utique ex hujus disputationis Actis desumtum fuisse non dubito.

IX. Præterea ex eorumdem Actorum textu varia argumenta erui possunt, quibus eorum antiquitas atque sinceritas demonstratur. Archelaus enim cap. XXVII. & XXXVIII. varios hæreticos enumerans, neminem Sabellio recentiorem appellat, quem Sixti II. temporibus, qui anno Christi CCLVII. & CCLVIII. C Romanam Ecclesiam rexit, a Dionysio Alexandrino hæreseos accusatum fuisse constat ex Eusebio [3]. Meminit quoque obsidionis Carrarum, cui præsentem se fuisse testatur cap. XXIV. quæ nulla alia videtur esse posse, quam illa quæ sub Valeriano Augusto contigit, cum scilicet a Persis expugnata fuit; vel alia sub Gallieno, cum ab Odenatho Orientis rege Persis erepta in Romani imperii ditionem iterum redacta fuit, Trebellio Pollione teste in Gallieno cap. X. & XII. Eorum insuper mentionem facit cap. LII. qui per parentum traditionem Scythiani hæretici Apostolorum temporibus viventis notitiam habuerant, sibique nonnulla de ejus hæresi narraverant. Quin & varii antiqui mores in hisce D Actis memorati, de eorumdem sinceritate nos dubitare non sinunt. Nam in ipso Actorum exordio dicitur nonnullos ex Romanarum legionum militibus, Marcelli misericordiæ exemplo commotos, deposito militiæ cingulo, Christianæ fidei nomen dedisse: quod antiquissimis Ecclesiæ temporibus a Christianis militibus, ne Paganorum commercio & superstitionibus macularentur, factum fuisse, testis est Tertullianus [4] aliique in nostris ad eum locum notis laudati. Marcellum quoque ait, hospitia in Christianorum peregrinantium usum per vias regias construxisse, quæ a Carris in Persidem ducebant: quod itidem ab antiquis Christianis qui sedulam hospitalitati operam dabant, fieri consuevisse aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni in- E vectiva I. in Julianum Apostatam; ubi imperatorem hunc diversoria & hospitia per orbem Romanum, Christianorum exemplo ædificari mandasse testatur, ut Paganorum superstitionibus majorem laudem venerationemque conciliaret. Narrat insuper Archelaus cap. LIV. Manetem in carcere positum, discipulos suos misisse *ad loca, in quibus Christianorum libri conscribebantur*, eisque, Christianorum se nuntios esse simulantibus, sacrorum codicum copiam factam fuisse. At id sub ethnicis tantum imperatoribus facere oportebat, quorum

1. *Socrat.* Hist. eccl. lib. I. cap. XX.
2. *Lamb.* Comment. Bibl. Vind. lib. III. cod. XL.

3. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VII. cap. VI.
4. *Tertull.* de Cor. Mil. cap. XI.

temporibus Christi fideles summa religione curabant, ne sacrosanctæ legis libri ad ethnicorum manus pervenirent; ac propterea non ubique, sed certis quibusdam in locis, sacri codices vendi consueverant. Corrigendus autem Epiphanius, qui in Manichæorum hæresi cap. V. ait, Manetem discipulos suos ad inquirendos sacros libros misisse, antequam in carcerem truderetur; nam in modo laudato Archelai disputationis loco diserte dicitur, id a Manete factum fuisse, quo tempore in carcere detinebatur.

X. Nec ex sacris tantummodo, verum etiam ex profanis quibusdam rebus quarum in hisce Actis mentio fit, eorumdem fides adstruitur. In iis quippe legimus Manetem, cum à Marcello litteris accitus Carras venit, baculum ex ebeno in manibus gestasse; quod ab Alytarchis factitatum olim fuisse testatur Jo. Malelas [1]. Callisthenes quoque spurius scriptor a doctissimo Ducangio in Glossario mediæ & infimæ Græcitatis laudatus, verbo Ἐβελλῖνος, de Psammeticho ita scribit: Καὶ ἐστολέει ἑαυτὸν στολὴν προφήτου, κατέχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον ἐβελλίνην, ubi Æsopus ejusdem Callisthenis interpres, qui versionem suam Constantio Constantini Magni filio dicavit, male Tamarisci virgam vertit; unde patet hujusmodi baculo eos uti consuevisse, qui publica aliqua dignitate decorabantur, quique doctrinæ laudem affectabant. Incessum quoque imperatorum, dum publice cum protectoribus, signis, draconibus, labaris, ducibus, principibus & præfectis urbem aliquam ingrederentur, exacte describit cap. XXXVII. Denique de multiplici sigillorum & clavium usu apud veteres non pauca tradit cap. XIV. & XXVI. quibus similia prorsus in ethnicorum scriptorum monumentis occurrunt, ut in nostris ad ea notis ostendimus. Ex quibus omnibus satis superque demonstratur, Acta ista genuina & antiquissima esse, nec eorum fidem ulla ex parte nutare.

XI. Illud tamen dissimulare non possum Acta ista disputationis Archelai cum Manete, quæ ex Vaticano Casinensis codicis apographo primi edimus, integra nequaquam videri, sed pluribus in locis a vetere librario mutilata. Siquidem Cyrillus Hierosolymitanus [2] quædam Manetis argumenta cum Archelai responsionibus recitat, quæ in nostra editione non reperiuntur; nec dici posse videtur, Cyrillum Archelai dictorum sensum, non vero ipsamet Archelai verba laudasse, cum simile quidpiam in nullo nostræ editionis loco legatur; ac præterea verba illa quæ Cyrillus refert, ita concepta sint, ut ab ipsomet Archelao prolata fuisse videantur. Sed & conjecturæ nonnullæ ex nostra eorumdem Actorum editione peti possunt, quibus id ipsum ulterius confirmatur. Nam in eorumdem cap. XII. hæc habentur: *Archelao autem erat cura pro populo, tamquam pastori pro ovibus, cum luparum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis replevit, & in Archelai domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes*, & quæ sequuntur. At vero nil in antecedentibus narratur, quod ea qua Manes advenit, die factum fuerit. Præterea in cap. XXV. hujus disputationis Archelaus ait: *Nonne David ex ore leonis vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quod ait, de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit*. At vero in antecedentibus non legimus hæc umquam a Manete dicta fuisse. Quin & in cap. XXXVIII.

A verba illa, *Quæ quidem ego non ex meis verbis adstruo*, & quæ sequuntur usque ad finem capitis, nullam cum præcedentibus connexionem habere videntur. Denique in horum Actorum capite ultimo, post narratam Manetis necem, hæc legimus: *Quibus postea agnitis Archelaus adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego qui inscripsi, in prioribus exposui*. Videntur autem hæc verba esse Hegemonii illius, qui ut superius diximus, eadem Acta compilavit, & in Græcum sermonem transtulit. Sed in nostra editione, quo loco ea de re sermo habeatur, non invenio; quia fortasse in Casinensi codice præfatio deficit, in qua
B Hegemonius compilationis suæ rationem reddebat; nisi quis verba illa, *In prioribus exposui*, de his accipienda esse censeat, quæ proxime de Manetis morte narravit. Jure itaque merito suspicari potest, eum qui Casinensem codicem ante quingentos & amplius annos exaravit, magnæ Actorum disputationis hujus prolixitate pertæsum, multa omisisse, multaque breviasse, quorum tamen epitomen apud Epiphanium haberi arbitror, quem ex integris Archelai disputationis Actis suam Manichæorum hæreseos confutationem potissimum hausisse, editionem nostram cum ejus scriptis conferenti clare patebit.

XII. Quod ad eorum editionem attinet, vetusti
C adeo monumenti partem reperit in perantiquo codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosianæ bibliothecæ servatur, Emericus Bigotius diligentissimus Italicarum bibliothecarum perscrutator, eamque clarissimo Valesio communicavit, qui in calce suarum notarum ad Socratem & Sozomenum fragmenta illa edidit. Continent autem tum cuncta illa quæ ex eadem disputatione suis inseruit scriptis Epiphanius, tum alia nonnulla ab eodem omissa, quæ tamen ne decimam quidem totius operis partem complent. Et tanti quidem apud Bigotium fuit pars illa disputationis Archelai, ut eam cum Palladio recudere cogitaverit, apposito Græco Epipha-
D nii textu, ut ex utriusque comparatione, genuina illorum fragmentorum lectione restituta, quivis colligere posset, quanti faciendæ sint antiquæ Latinæ versiones, & quantum utilitatis ex illis redundet, ut idemmet ait in præfatione ad Palladii Dialogum de vita S. Joannis Chrysostomi prope finem: sed postea hanc curam iis relinquere satius duxit, qui novam editionem operum S. Epiphanii aggressuri essent, aut qui Socratis historiæ cum notis doctissimi Valesii rursus edendæ operam susciperent. Et hactenus quidem nil aliud ex Archelai disputatione publicam lucem aspexit. Cum autem sacri loci reverentia ductus, Casinum venissem, &
E ab antiquissimis temporibus conditam ibi a doctissimis æque ac sanctissimis Cœnobiarchis bibliothecam perlustrassem, inter alia non pauca inedita adhuc vetera monumenta, Archelai integram cum Manete disputationem in sexcentorum & amplius annorum codice reperi, quam bona Reverendissimi quondam Abbatis, nunc vero Archiepiscopi Rossanensis Andreæ Deodati viri humanissimi atque amicissimi venia, cum nonnullis aliis veterum scriptis in Vaticanæ bibliothecæ ornamentum transscribi curavi, operam favoremque suum humanissime præstante Domno Augustino Collicello a Neapoli, tunc temporis bibliothecæ illius præfecto. Non possum tamen heic silentio præterire quantum diligentissimi alterius bibliothecarii Erasmi Gattolæ a Cajeta humanitati debeam, qui numquam meis votis defuit, plurimosque in meorum studio-

1. *Jo. Mal.* Chron. pag. 367.

2. *Cyrill.* Hier. Catech. VI. p. m. 147.

rum profectum labores ultro subivit, præsertim in emaculanda hac disputatione Archelai, cujus apographi plurima loca mendis incubantia, cum archetypo codice contulit. Sed ut ad Archelaum redeam, reperto hoc vetustissimo adversus Manichæos opere, ad nefariæ eorumdem hæreseos historiam conscribendam animum admovi, eique non modo integram Archelai disputationem, sed & Photii Patriarchæ CP. libros IV. adversus Manichæos suo tempore iterum exortos, aliaque multa adhuc inedita magnique facienda veterum auctorum scripta appendicis loco subjungere decreveram: sed doctissimorum virorum consilio factum est, ut in antecessum Acta ista in primo collectionis nostræ tomo ederentur. Habes itaque, erudite lector, integram Archelai cum Manete disputationem bona fide ex apographo Casinensis codicis quod in Vaticana bibliotheca servatur, editam, brevibusque notis criticis illustratam, atque ubi per ingenium tuto licuit, emendatam; sunt enim in eo codice librarii sphalmata plurima, quæ sine alterius codicis ope emendare periculosum conatum esse, probe sciunt qui in vetustis scriptis edendis occupantur. Sed fortasse hoc opus, Deo dante, correctius recudere fas erit cum aliis veterum Scriptorum adversus Manichæos lucubrationibus ad calcem nostræ Manichæorum historiæ, si aliquod aliud exemplar inter lustrandum bibliothecarum nostrarum loculos occurrat, aut in aliis Europæ bibliothecis repertum mihi communicare, eruditos viros non pigeat.

XIII. Ceterum magnum ex Archelai nostri verbis catholicæ fidei præsidium atque ornamentum accedit. Nam dum Manetis hæresim validissimis argumentis oppugnat, ejusque originem atque incrementa consectatur, non modo eam funditus subvertit, & quam impios habuerit auctores, ostendit; sed & pleraque Catholicorum dogmata illustrat atque confirmat. Elegans est inter alia locus de instituta ab Apostolis, quam usque nunc servamus, Ecclesiæ Hierarchia, hisce verbis in cap. LI. conceptus, *Sed & optimos architectos ei fundamentum nostrum, id est, Ecclesiæ, Paullus posuit, & legem tradidit, ordinatis Ministris, & Presbyteris, & Episcopis; in ea describens per loca singula, quo modo, & qualiter oporteat Ministros Dei, quales, & qualiter fieri Presbyteros, qualesque esse debeant qui Episcopatum desiderant: quæ omnia bene nobis & recte dispofita, usque in hodiernum, statum suum custodiunt, & permanet apud nos hujus regulæ disciplina*. Palmaria quoque sunt in hisce Actis loca, in quibus humani arbitrii libertas adversus recentiores hæreticos adstruitur, ut videre est cap. XV. & XIX. Pulcherrima sunt maximeque notanda verba illa cap. XXXII. ubi sic ait: *Deus enim omnia quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum est: ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare &c. Et certe qui voluerint, observant mandata; qui vero contemserint & in perversum declinaverint, sine dubio legem judicii ferent*. Romanarum quoque antiquitatum

A studiosi plura in hoc opere invenient scitu haud indigna, quorum pleraque superius commemoravimus, ubi de ejusdem sinceritate tractavimus. Denique hinc etiam discere possumus quousque Romani imperii limites Parthorum seu Persarum ditionem versus, tunc temporis protenderentur; aliaque nonnulla de locis in eorumdem collimitio sitis, deque Romanorum militum numero qui apud Carras castra servabant: de his enim rebus sparsim agitur in primis quinque capitibus hujus operis, ac præterea in ejusdem capp. LII. LIV. & LV. Plura eruditi inter legendum observabunt. Hactenus Zacagnius V. C.

XIV. Ne autem muneri nostro deesse omnino
B videamur, iis quæ Zacagnius huc usque satis diligenter edisseruit, addere nonnulla opportunum existimamus. Et primum quidem ad sedem Archelai episcopalem quod attinet, in aliam a Zacagnii sententia cum Lequienio V. C. abire libet [1]. Cascharorum enim, non Charrarum, ecclesiæ præfuisse Archelaum, non solum docent Acta disputationis quam sanctus ille præsul habuit cum Manete [2]; sed testantur etiam Epiphanius [3], Socrates [4] & Photius [5]: ut propterea jure arguat doctissimus Assemanus [6] statuendum, in unico Actorum loco [7] librariorum potius errore *Charram* scriptum fuisse, quam existimandum mendosam esse lectionem *Cascbar* initio eorumdem Actorum, & apud modo
C laudatos præstantes auctores, Epiphanium, Socratem & Photium. Atque hæc plane diversa est a Charris sive Haran, provinciæ Osrhoenes civitate altera haud procul ab Euphrate posita: nec longe abest Babylone & Seleucia, non Amidensi metropolitæ subjecta, sed proxime Seleucienfi Catholico, ut constat ex Pontificali Chaldæorum apud Morinum [8] & Assemanum [9]; ubi jubetur, *ut statim ab obitu Catholici, mittatur ad episcopum Cascbar, si in vivis est, ut pote principem primariumve præsulem patriarchalis provinciæ, qui dexteram patriarchæ tenet, custosque illius sedis est post ejus obitum*. Quod nimirum accipiendum, ex quo Cas-
D char sub Sapore rege in Persarum potestatem venit. Probo enim imperante Romanæ ditionis erat, quo tempore Manes e Persidis finibus fugiens, in Cascharorum pago quem Diodoridem appellabant [10], congressum illum de religione habuit cum Archelao. Hæc ferme Lequienius.

Porro eamdem sententiam de Cascharensi Archelai sede pluribus nuper comprobavit V. C. Augustinus Antonius Georgius Eremita Augustinianus in præstanti opere quod *Alphabetum Tibetanum* inscripsit; ubi etiam, quod rei caput est, Actorum ejusdem Archelai sinceritatem adversus Beausobrium luculenter evicit, suam his verbis disputationem concludens [11]: *Teneamus* CASCHAR *in Mesopotamia*
E *Kathaja: & ecce vinculum, dum datæ fidei memor esse velit Beausobrius, quo arcte constringitur ad Acta sancti episcopi Archelai tamquam pretiosa Christianæ antiquitatis monumenta amplectenda; quæ tamen paullo ante lacerabat*. Nimirum ad ea respicit auctor, quæ habet Beausobrius in hæc verba [12]: „ J'ai bien prouvé que la dispute „ n'a point été en Mesopotamie. Mais si nous la „ plaçons dans le Turquestan, elle pourra se soutenir. C'est là que l'hérésiarque se retire, se-

1. *Lequien.* Or. Chr. tom. II. pagg. 1002. & 1163.
2. *Archel.* Act. cap. I.
3. *Epiph.* Hær. LXVI. num. V. & VII.
4. *Socrat.* Hist. eccl. lib. I. cap. XXII.
5. *Phot.* lib. I. adv. Manich.
6. *Asseman.* Bibl. orient. tom. I. pag. 555.
7. *Archel.* Act. cap. III.
8. *Morin.* de sacr. Ordin.
9 *Assem.* l. c.
10. *Archel.* Act. cap. XXXIX.
11. *Georg.* Alphab. Tibet. pag. 363. edit. Rom. 1762. 4.
12. *Beausobr.* Hist. de Manich. & du Manich. tom. I. pagg. 191. 192.

„ lon les Orientaux ; qu'il y a une Cafcar qui „ n'eſt point ſoumiſe aux Perſes, & où il pourra „ plaider ſa cauſe en toute ſureté. C'eſt là qu'il „ y a des Chrétiens, des Evêques, qui ne peuvent manquer de s'élever contre un hérétique, „ qui détruit les principaux articles de la foi Chrétienne..... Je n'y avois pas pensé. Il faut rétablir cette diſpute, que j'ai tant attaquée. Il „ n'y a qu'à la bien placer..... Donnons au lecteur l'édification de voir, qu'une Hiſtoire ſi „ ancienne eſt véritable dans le fond „. Ceterum eo ipſo anno quo prodit Alphabetum Tibetanum, vir alter eruditiſſimus eorumdem Actorum integritatem contra præfatum Beauſobrium ſtrenue propugnaſſe comperitur [1].

XV. Illud præterea cum viro docto animadvertere intereſt, §. III. illius fragmenti Actorum diſputationis Archelai, quod ex Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſi VI. deſumtum iiſdem Actis ſubjicitur, Hieroſolymitano potius epiſcopo quam Caſcharenſi eſſe fortaſſe tribuendum. Sic enim ille [2]: „ Tametſi hæc, inquit, ab initio paragraphi III. uſque ad finem, Archelai verbis Cyrillus dicere videatur; quum ibi ſubjiciat, *Hujuſmodi aliiſque pluribus dictis evertebatur draco: talibus Archelaus Manem conflictationibus proſternebat*; unde Zacagnius hæc omnia ad calcem diſputationis Archelai tamquam partem ejus veram appinxit: nihilominus in hoc loco Archelai verba deſinere, & cetera, ab his verbis, *Si autem* &c. uſque ad finem, a Cyrillo parentheſis vice, Archelai rationibus adjecta cenſemus. Saltem dubitari non poteſt quin verba ταῦτα τὰ μυστήρια inferius poſita, Cyrilli ſint non Archelai, duabus rationibus quæ omne punctum adferunt. I. enim ait, myſteria quæ nunc audienti a Catechumenorum ſorte egreſſo exponit, licitum non eſſe Gentilibus aperire; atque in his myſteriis nominat ſanctiſſimæ Trinitatis doctrinam. Atqui ut hæc apprime conveniunt Cyrilli auditoribus, e Catechumenorum ſtatu in fidelium nomen ac gradum translatis, *Catech.* V. §. I. quibus myſterium Trinitatis *Catech.* IV. planiſſime aperuerat; ita non conveniunt Maneti, qui Cyrillo teſte *Catech* VI. §. XXI. neque Chriſtianus umquam, neque ab Eccleſia rejectus fuerat, nedum Catechumenus aut Catechumenorum gradum ſupergreſſus, atque ita Eccleſiæ filius factus eſſet, *Procatech.* §. XIII. Nam Catechumenos re vera ab Eccleſia rejici probat Lucifer, qui in libro *De non conveniendo* &c. Conſtantium imperatorem vocat *hominem exciſum e corpore ſanctæ eccleſiæ*.

Ait II. quæ nunc myſteria ſine involucris exponit, nefas eſſe coram gentilibus proloqui. Atqui in Gentilium auditorio loquebatur Archelaus, ut ex §. I. fragmenti Cyrilliani colligitur. Illi igitur affingetur contradicens oratio, qua neget ſe coram ethnicis loqui, quos tamen diſceptationis judices habeat; affirmetque ſe ea myſteria explicare, de quibus quæſtio nulla erat. Quum itaque verba, ταῦτα τὰ μυστήρια, certiſſime ſint Cyrilli, eaque cum ſuperioribus neceſſaria connexione devinciantur; neceſſario parentheſis initium in hoc loco collocavimus. Nec morari nos debet parentheſis longitudo: nam digreſſiones & parentheſes longiores Cyrillo non inuſitatæ. Vid. *Catech.* XVI. §. XIV. *Hom. in Paral.* §. VIII. uſque ad XI. Præterea hæ unius Scripturæ loci ſecundum diverſas ſententias explicationes, ejus ſunt ingenii, ut videre eſt *Catech.* XVII. §§. IX. & X. *Catech.* XIII. §. XXI. cet. Demum quam poſtremo loco tradit hujus loci interpretationem, nempe infirmos oculos veritatum quas capere non poſſunt, fulgore obtundi, continetur in ea ratione quam reddidit *Procatech.* §. XII. cur Catechumenis myſteria celentur; quia videlicet noceret ipſis rerum quas nondum capere poſſunt, cognitio. „ Hactenus vir ille doctus.

Noſtram porro ejuſmodi Actorum editionem ad illam exegimus, quam Romæ vulgavit anno 1698. V. C. Laurentius Alexander Zacagnius in *Collectaneis monumentorum veterum Eccleſiæ Græcæ ac Latinæ*. Suis locis reſtituimus cum addenda prolegomenis, tum varias in primis lectiones, quas ad capita LI-LV. Diſputationis Archelai cum Manete, ex Regio-Alexandrino codice deſcriptas ad ſuæ editionis calcem rejecit idem vir eruditus, hac præfatiuncula uſus [3]: „ Quum poſt editam, inquit, Archelai Diſputationem inter Regio-Alexandrinos „ Vaticanæ bibliothecæ codices reperiſſem apographum cujuſdam vetuſti codicis, qui olim ad monaſterium ſancti Salvii, Ambianenſis fortaſſe epiſcopi & martyris, pertinuit; & in eo codice „ una cum ſancti Auguſtini Commonitorio adverſus Manichæos, inter ejuſdem epiſtolas edito, haberentur excerpta quædam ex Actis diſputationis Archelai a cap. LI. uſque ad cap. LV. operæ „ pretium cenſui varias ex eodem apographo lectiones edere, quum ipſorum ope quædam Archelai loca reſtituantur. „ Hæc ille. Ejuſmodi autem varias lectiones, haud ſane contemnendas, aliud agens præteriit Fabricius, vir cetera diligens, in ſuo *Spicilegio ſanctorum Patrum ſæculi* III. operum Hippolyteorum adnexo: at illas ſcite intexuit reliquis editoris notis doctiſſimus auctor Supplementi ad Concilia Veneto-Labbeana [4]. Præterea fragmentum Diſputationis Archelai ex Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſi VI. deſumtum atque iiſdem Actis ſub finem adjectum, contulimus cum noviſſima editione Pariſienſi BB. Cyrilliana, verſionemque recenſuimus, & cl. editoris notas ſubjecimus. Nonnullas denique obſervationes, ad Actorum textum potiſſimum pertinentes, prout ſe tulit occaſio, addidimus; ea quidem ratione quam in aliis veterum Patrum monumentis hactenus evulgatis paſſim adhibere conſuevimus.

1. *Travaſa*, Stor. crit. delle Vite degli Ereſ. tom. V, pag. 215. & ſeqq.
2. *Touttée* opp. S. Cyrilli Hieroſ. pag. 105. not. (c).
3. *Zacagn.* Collect. Monum. vet. tom. I. pag. 709.
4. *Manſi* Supplem. ad Concil. tom. I. pagg. 113. ſeqq.

CAPUT XVIII.

DE

COMMODIANO.

SYNOPSIS.

I. *De* COMMODIANO *quid veteres? Auctor Gazeum se nominat. Cur vero? Afer existimatur.*

II. *Ex ethnica superstitione ad fidem Christi conversus, libellum composuit*, Instructiones adversus gentium deos *inscriptum. Operis divisio, & scopus. Stilus, pretium, censura.*

III. *Tempus inquiritur, quo claruit Commodianus. Gennadius expensus. Rigaltii sententia minus probatur. Potior Dodvvelliana videtur.*

A IV. *De Commodiani editionibus. In primis vero de Rigaltiana quæ heic typis excusa. Quid vero huic accedat.*

V. ANTONII Carmen adversus Gentes, *Commodiano subjectum. Perperam Paullino Nolano primum adtributum. Quis fuerit Antonius ille, disquiritur. Fabricii conjectura de* Antonio Fussalensi *rejecta. Quo jure auctor existimatus* Antonius Hieronymianus. *In eo recudendo cura exhibita.*

I. COMMODIANI primus veterum meminit Gennadius, ejusque characterem satis bene his verbis expressit [1]: *Commodianus*, inquit, *dum inter sæculares litteras etiam nostras legit, occasionem accepit fidei. Factus itaque Christianus, & volens aliquid studiorum muneris offerre Christo suæ salutis auctori, scripsit mediocri sermone, quasi versu*, LIBRUM ADVERSUS PAGANOS. *Et quia parum nostrarum attigerat litterarum, magis illorum destruere potuit dogmata, quam nostra firmare. Unde & de divinis repromissionibus adversum illos vili satis & crasso, ut ita dixerim, sensu disseruit, illis stuporem & nobis desperationem incutiens, Tertullianum & Lactantium & Papiam auctores secutus. Moralem sane doctrinam, & maxime voluntariæ paupertatis amorem optime prosecutus, studentibus inculcavit.* Hæc Gennadius: ex quo paucula Honorius quoque Augustodunensis [2]. Sed post Massiliensem presbyterum meminit etiam Commodiani Gelasius Romanus pontifex, illius opus inter apocrypha in suo Decreto recensens.

Cujas vero fuerit hic auctor, plane incompertum. *Gazeum* quidem se ipsum vocat [3]: utrum autem a Gaza Palæstinæ urbe, quis tuto affirmarit? Atqui vero propius eruditis videtur, ipsum propterea ita se appellasse, quod in Christianorum cœtum admissus, e gazophylacio seu Ecclesiæ thesauro victum acciperet. Quam quidem conjecturam ipsemet confirmare censetur, dum *mendicum Christi* se nominat, ut ex Instructionis ultimæ litteris quæ versus inchoant, retro sursum legendis, comperimus. Ut ut sit, Dodvvellus Afrum fuisse Commodianum ex eo conjicit [4], quod multa in suis Instructionibus habeat cum sancto Cypriano communia. In eamdem porro sententiam præiverat Rigaltius [5]: quo judice, stilus auctoris Africanæ ferociæ rusticitatem sapit; quæ tamen ad acumina Tertulliani, Cypriani, Minucii non infrequenter alludit.

II. Quum adhuc ethnicæ superstitioni addictus esset Commodianus, Dei munere accidit, ut sacris litteris evolvendis incumbens, ex earum lectione lumine cælesti perfusus, Christo nomen daret [6]: quod quidem evenisse item Justino martyri, Tatiano aliisque, ex eorum monumentis probe novimus. Doctrina itaque salutari confirmatus fideique zelo succensus, ad expugnandos in primis divinæ veritatis hostium errores se convertit. Hujus instituti caussa libellum litteris consignavit, quem inscripsit, *Instructiones adversus gentium deos* B *pro Christiana disciplina*. Octoginta [7] universim capita complectitur opus: quorum priora sex & triginta ad homines potissimum diriguntur a Christiana religione alienos; quibus vanitate impiorum numinum demonstrata, eos ad suscipiendam Christi religionem hortatur: quæ autem sequuntur usque ad quadragesimum quartum, Judæos respiciunt, quos auctor ad Christiani nominis societatem graviter invitat; ubi simul de Antichristo, de judicio & resurrectione verba facit: reliqua vero ad erudiendos præcipue catechumenos, Deique religiosos cultores, & singillatim ad pœnitentes pertinent; ne obliti scilicet Christianorum, ad sæcularia redeant.

C Scripsit Commodianus *mediocri sermone, quasi versu*, inquit Gennadius. Nimirum, Rigaltio interprete [8], „ versibus faciendis nec leges nec modulos servat: major ubique acrostichidis ratio, quam metri. Acrostichides vero sunt ex cujusque poematii titulis constructæ, sic adsignata cuique versui littera, ut a primo cujusque poematii versu totus deinceps poematii titulus per litteras versuum primas decurrat. „ Alicubi tamen deficit hæc norma, ut suis locis animadversum. Ad rationem autem scribendi quod attinet, durior illa quidem, quia & insolentes in Latio voces passim adhibitæ: sed vicissim Græcæ ac Latinæ antiquitatis scita non vulgaria interserit auctor, ut viris doctis observatum.

D Ceterum in hoc ecclesiasticæ vetustatis monumento spectatur in primis antiqua pietas: ejus enim auctor ubique se prodit virum bonum, vere Christianum, ab omni gloriæ sæcularis fastu alienum, & caritatis quæ proprie Christianum decet, cultorem egregium. At illud non est dissimulandum, nævis aliquot inspersum esse libellum, quos cum nonnullis vetustiorum Patrum communes habet Commodianus: cujusmodi sunt quæ narrantur de angelis desertoribus, unde nati gigantes [9]; de chiliasmo, de anastasi prima, de felicitate terrena, cet. [10]: quæ quidem in caussa fuisse videntur, cur opusculum inter Gelasii apocrypha recenseretur: quem- E admodum in eumdem censum referuntur item ob

1. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. XV.
2. *Honor. August.* de Script. eccl. lib. II. cap. XV.
3. *Commod.* Instr. LXXX.
4. *Dodw.* Differt. de ætat. Commod. §. IX.
5. *Rigalt.* præfat. ad Commod.
6. *Commod.* præfat. VV. 4-6.
7. *Schurtzfl.* præfat. ad Commod.
8. *Rigalt.* l. c.
9. *Commod.* Instr. III.
10. *Id.* Instr. XLIII. XLI.

suos nævos Clemens Alexandrinus, Arnobius, Lactantius, Sulpicius Severus aliique præstantissimi auctores. Verum haud ita est accipienda Gelasii censura, ut ejusmodi vetustiorum scriptorum opera prorsus rejicienda existimentur; perinde ac si ea summus ille pontifex *ab Ecclesia omnino proscribat*, inquit magnus Baronius [1]: sed ut publica in Ecclesia lectione priventur. Qua de re nos alibi ex cl. Fontaninio [2] plura observasse meminimus.

III. Jam vero superest inquirendum, quo tempore claruerit noster auctor. Et Gennadium quidem si audiamus, statuendum videtur sæculo IV. ut minimum vixisse Commodianum: ait enim ipsum, *Tertullianum* & LACTANTIUM & *Papiam auctores* fuisse *secutum*. Atque hanc quidem fuisse Gennadii sententiam plerique existimarunt. Verum si ejus verba penitius inspiciantur, non sunt fortasse de nostri scriptoris ætate intelligenda, sed potius de placitis nonnullis, quæ re vera cum iis auctoribus habuisse communia Commodianus comperitur: alioquin dicendus esset presbyter ille Massiliensis censuisse, Papiam Tertulliano & Lactantio fuisse posteriorem, quem videlicet scriptoribus illis subjiciat; quod sane affirmare non ausim: ut proinde, meo quidem judicio, illud solum iis verbis insinuasse Gennadius videatur, Commodianum alicubi sectatum fuisse quæ Papias primum, deinde Tertullianus, ac postea Lactantius minus recte tradiderunt.

Utcumque sit, Rigaltius Gennadii auctoritate, ut videtur, permotus, ejusque verba de Commodiani ætate accipiens; eam præterea ex ipsius auctoris Instructionibus confirmare aggressus est [3]: ratus nimirum temporis notationem sibi fuisse detectam, qua illum Silvestro Romano pontifici, atque adeo Constantino M. coævum statueret. In quam quidem Rigaltianam sententiam tantum non omnes eruditi deinceps concessere. Verum Henricus Dodvvellus in antiquitatis indagatione rimator acerrimus, postquam veræ lectioni, Sirmondo tamen præeunte, Commodiani locum restituisset, a Rigaltio solicitatum quo suæ caussæ præsidium quæreret; integrum deinde perlustrans opusculum, sævientibus adhuc Ecclesiæ persecutionibus illud fuisse conscriptum perspexit, adeoque Commodianum Cypriano potius quam Silvestro exstitisse propiorem edocuit. Et viri quidem critici pleraque argumenta sunt ejusmodi, quæ ad assensum extorquendum plurimum valere videantur: eaque strictim saltem in medium proferre animus fuisset; sed vetat instituti ratio, quo minus liceat vagari, quo libet. Quibus tamen haud præsto sit dissertatio Dodvvelliana *de Commodiani ætate*, quam V. C. Annalibus Vellejanis, Quintilianeis & Statianis subjecit; Caveum adeant, Dodvvelli sententiam summatim exponentem [4].

IV. Nunc vero demum de Commodiani editionibus breviter differendum. Quandoquidem autem Rigaltianam potissimum secuti sumus, ipsum propterea primum editorem, ut par est, loquentem inducimus. „ Libelli vetus exemplar, inquit, haud vidi: apographum habui tantum ab eximio viro Jacobo Sirmondo; sed fœdis ubique fere mendis corruptum. Veterem scripturam vel ipse Sirmondus habet, vel unde haberi queat scire non diffitetur. Ego quidem valde assentior existimantibus, futilem esse atque fallacem, immo plerumque in hac litterarum parte perniciosam, conjectandi licentiam: sed ex istius libelli apographis constat, manum illam antiquam fuisse jam pridem depravatissimam. Itaque, quod fieri solet in desperatis, libuit in isto misello Commodiano (non tamquam in Care; nam esse pretii duco non minimi Christianum, quem inter illustres censuit Gennadius) periculum facere, si qua posset industria libellus scriptoris antiquissimi editione nostra reformari ac restaurari. — Ceterum, qualiscumque iste Commodianus esse videbitur, ab Gennadio primum, inde ab Gelasio citatus; hoc tandem sæculo in Sirmondi manibus apparuit squalidus, tamquam ex vinculis ac diutino apud Barbaros situ, vindicias poscens. Nec vindicem sane alium optare potuit præstantiorem Sirmondo. Nam exinde ostensus & communicatus amicis, benigne excipi ac foveri cœpit. Neque ipsum hac editione sperare aliud velim, quam ut oblatus iterum Sirmondo, plena demum ac juxta apud eum manumissione prodeat, liberali schemate tersus ac nitidus. Interea vero dum id properatur, magnæ auctoritatis manumissorem exoratum cupio; ac, pro viri benignitate, confido fore, bonas ut in partes accipiat, horas aliquot a me impensas homini Christianæ pietatis ac disciplinæ sanciendæ studiosissimo: nimirum ut appareat hodie Cypriano, sicut Minucius nuper adstitit Tertulliano: & jam uterque doctor suo gaudeat sequaci: uterque item minister suo serviat magistro, sive sacerdoti. Sæculum iste suum malis moribus inquinatissimum castigat; acer ubique & horridus monitor: quasi prophetico furore carminum sonos fundit, negligens ordinis, negligens elegantiarum, asyndeta vel anacolutha passim: ut tamen exsistat in ipso neglectu cura & facultas, & vis aliqua dicendi. — Observationibus meis hoc præsertim studui, de scriptoribus ævo Commodiani proximis apponere quod obscuris daret lucem. Conjecturas proposui, quales absque exemplaribus antiquis præstare nemo debeat: quibus tamen uti minime pudeat, quamdiu non contradicent exemplaria „. Huc usque Rigaltius.

Porro ejus prior editio Tulli Leucorum prodiit anno 1649. posterior Parisiis 1666. ad calcem operum Cypriani. Deinde omissis Rigaltianis animadversionibus, editus fuit Commodianus tom. XXVII. bibliothecæ PP. Lugdunensis. Præterea Vitembergæ Saxonum 1705. cura Henrici Leonardi Schurtzfleischii. Deinceps Cantabrigiæ 1712. ad calcem posterioris editionis Minucii Felicis Commodianum cum integris Rigaltii & suis observationibus evulgavit cl. Davisius. Postremo eumdem scriptorem exhibet nupera Poetarum Latinorum collectio Pisaurensis tom. VI. ann. 1756. Nostram autem editionem adornantes, typis expressimus posteriorem Rigaltii Parisiensem, ejusdem notis textui suppositis, quibus selectas Davisianas cum pauculis nostris subjecimus.

V. Commodiano addidimus ob argumenti affinitatem ANTONII *Carmen adversus Gentes*, quod sub nomine sancti Paullini Nolani superiore sæculo desinente in lucem extulit V. C. Ludovicus Antonius Muratorius. At Carmen istud Paullinum auctorem non agnoscere, sed alium nomine *Antonium* ex ethnica superstitione ad Christi fidem con-

1. *Baron.* ad ann. 31. §. LX.
2. *Fontan.* Hist. litter. Aquil. lib. V. cap. XI. §. VIII. pag. 354.
3. *Rigalt.* ad Instruct. XXXIII. V. 494.
4. *Cav.* Hist. litt. ad ann. 270. tom. I. pag. 137. seq.

versum, primus acute observavit eruditissimus Joannes Lironius Monachus Benedictinus in opere anno 1717. Parisiis edito & Gallice inscripto, „Les „ amenitez de la Critique, ou dissertations & re„ marques nouvelles sur divers point de l' anti„ quité ecclesiastique & profane : de quo præter auctorem Bibliothecæ historicæ & criticæ scriptorum Congregationis S. Mauri [1], vide sis Diarium Eruditorum Parisiense [2].

Quis porro fuerit Antonius ille Carminis auctor, haud equidem assequi valeo. Si Græce scripsisset, facile fortasse inter Græcos occurreret, cui Carmen referretur acceptum. Sed requirendus auctor inter Latinos. Et Fabricius quidem a tergo inscriptionis sui *Delectus Argumentorum*, Hamburgi evulgati ann. 1725. Carmen quo de agimus, cuidam ANTONIO FUSSALENSI adscribit, nulla reddita ratione cur demum ita censeat. Quod si vero Antonium illum Fussalensem respexerit cujus meminit sanctus Augustinus [3], væ longe aberrasset vir eruditus. Nostrum enim Antonium prius quam Christo nomen daret, impio falsorum numinum cultui fuisse addictum, variis ex locis compertum habemus. Et primum quidem statim ab initio ait [4]:

Discussi, fateor, sectas ANTONIUS *omnes*.

Deinde pluribus interjectis, postquam deorum fabulas retulisset, subdit [5]:

Hæc ego cuncta prius, clarum cum lumen adeptus,
Neque diu incertum, & tot tempestatibus actum
Sancta salutari suscepit Ecclesia portu,
Postque vagos fluctus tranquilla sede locavit.

Et mox [6]:

Ut modo qui nobis errorem mentis ademit,
Hic meliore via paradisi lumina pandat.

A Verum Augustinianus *Antonius* episcopus *Fussalensis*, catholicis parentibus ortus fuisse perhibetur. Sic enim de eo sanctus Pater [7]: FUSSALA *dicitur Hipponensi territorio confine castellum: antea ibi numquam episcopus fuit. —— Obtuli non petentibus adolescentem quemdam* ANTONIUM *qui mecum tunc erat, in monasterio quidem a nobis* A PARVULA ÆTATE *nutritum, sed præter lectionis officium, nullis clericatus gradibus & laboribus notum*. Quæ quum ita sint, vel alium proferat Fabricius Antonium Fussalensem qui antea ethnicus fuerit, vel si forte ad Augustinianum digitum intenderit, suam jam conjecturam missam faciat.

B In aliam porro sententiam abierunt Historiæ litterariæ Gallicæ scriptores clarissimi: existimant enim [8] Carminis adversus Gentes auctorem fuisse Antonium illum, cui cum Doctore maximo necessitudo intercessit, cujusque propterea nomen celebratur in epistolis Hieronymianis. Quo autem jure, ipsi viderint. Ceterum in sua sententia Muratorium perstitisse adhuc anno 1736. comperimus, quo ab se primum editos Natales Paullinianos tradidit Veronensibus recensitos, iterum excudendos. Ex hac igitur posteriore Muratoriana editione Antonii Carmen, auctori suo, quicumque demum ille fuerit, restitutum, cum notis cl. editoris integris exhibemus, Instructionibus Commodiani subje- C ctum: iisdem videlicet, ut videtur, affine; sive argumenti rationem spectes, sive temporis notationem quo illud litteris fuisse consignatum arbitramur. Observata præterea in idem Carmen subdidimus, quæ publici juris fecit Cornelius Valerius Vonckius [9]: neque illa prætermisimus quæ in recensione *Speciminis Critici* Vonckiani fuerunt ab Anonymo in Actis Eruditorum Lipsiensibus [10] animadversa.

CAPUT XIX.

DE

THEOGNOSTO

ALEXANDRINO.

SYNOPSIS.

I. *Cur* THEOGNOSTI *haud meminerint Eusebius & Hieronymus. Ejus tamen meminit cum laude Athanasius.*

II. *Scholæ Alexandrinæ præfuit post Pierium. De tempore quo claruit, disseritur. Sacrorum librorum interpretem egit. Scripsit Hypotyposeωn libros* VII. *jam dudum deperditos. Horum summa-* D *ria capita ex Photio proposita.*

III. *Iniqua de Theognosto Photii censura diluitur. Gregorii Nysseni de eodem scriptore locus expensus. Integra Theognosti fides prædicatur. Ejus Hypotyposeωn fragmenta ex magno Athanasio descripta & exhibita.*

I. DE THEOGNOSTO Alexandrino nihil Eusebius, nihil item Hieronymus. Et Hieronymum quidem tacentem haud mirari subit: qui videlicet *decem ecclesiasticæ historiæ libros* ab Eusebio Pamphili conscriptos *maximo sibi adjumento fuisse* profitetur [11] in iis viris illustribus recensendis, qui ante sua tempora in ecclesia floruere: ut propterea silente Eusebio, siluerit & Doctor maximus. At episcopi Cæsariensis suspectum videtur esse silentium: quippe qui Arianorum fautor

1. Bibl. hist. & crit. des aut. de la Congr. de St. Maur, pag. 201.
2. Journ. des Sav. ann. 1717. Juin, pag. 654. & suiv.
3. *Aug.* epist. CCIX. al. CCLXI. n. 3. & seqq. opp. tom. II. pag. 777. edit. BB.
4. *Anton.* Carm. ✝. 1.
5. Id. ibid. ✝✝. 151-154.
6. Id. ibid. ✝. 161. 162.
7. *Aug.* l. c. num. 2. & 3.
8. Hist. litter. de la Franc. tom. II. pag. 193.
9. *Vonck.* Specim. Crit. pagg. 1-10. edit. Traject. ad Rhen. 1744.
10. Act. Erud. 1746. pagg. 215. seqq.
11. *Hieron.* præfat. ad lib. de Vir. ill.

ac patronus, præterire consueverit quæ illius sectæ A dogmata utcumque infringere potuissent, ut superius ex Photio [1] demonstravimus: adeoque immerito Caveo [2] & Fabricio [3] visum est iniquum Baronii judicium, quo Eusebium Theognosti theologorum celeberrimi nomen & scripta dolo malo prætermisisse pronuntiavit [4]; quod nimirum τοῦ ὁμοουσίου strenuus fuisset assertor. Ejus tamen cum honoris præfatione semel iterumque meminit magnus Athanasius; cui dicitur [5] *ἀνὴρ λόγιος*, *vir disertus*, & [6] *Θεόγνωστος ὁ θαυμάσιος καὶ σπουδαῖος*, *admirandus ille ac studiosus Theognostus*.

II. Scholæ Catecheticæ Alexandrinæ præfectum fuisse Theognostum post Pierium, ex Philippo Si- B dete [7] comperimus; adeoque pro Dodvvelli rationibus [8] Caro imperante claruisse circa annum CCLXXXII. Origenis vero ipsum fuisse discipulum, vel saltem ejus operum studiosissimum, satis innuere Photius videtur [9]. Proxime certe post Origenem exstitisse Theognostum ex eo colligimus, quod sanctus Athanasius utrumque conjungens, *παλαιοὺς ἄνδρας*, *priscos viros* appellat [10].

Scripsit autem auctor noster plena dictione ac stilo perspicuo libros VII. Institutionum theologicarum, jam diu deperditos; quorum inscriptionem ita refert idem Photius [11]: *τοῦ μακαρίου Θεογνώστου Ἀλεξανδρέως καὶ ἐξηγητοῦ, ὑποτυπώσεις*. *Beati* THEOGNOSTI *Alexandrini*, *sacrorum librorum* C *interpretis*, *Hypotyposes*. Et illam quidem vocem ἐξηγητοῦ scholam Catecheticæ præfecturam docendique munus publicum denotare, ipsumque operis titulum ὑποτυπώσεις a Clemente decessore sumsisse Theognostum, cum Dodvvello existimamus. Singulorum vero librorum argumenta, eodem Photio recensente, sunt ejusmodi. Primo libro de Deo Patre egit, eumque esse rerum opificem, neque materiam illi coæternam esse demonstravit. Secundo necessitatem exsistentiæ Filii ostendit. Tertio Spiritum sanctum esse, argumentis evicit. Quarto de angelis & dæmonibus pertractavit. Quinto & sexto de Incarnatione Dei, eamque possibilem esse arguit. Ultimum denique *de Dei creatione* in- D scripsit.

III. Porro hæc referens Photius, complura in Theognosto reprehendit; quod Origenem affectatus, haud pauca ex ejus libris περὶ ἀρχῶν hauserit, erronea plane atque a veritate aliena. Verum ab hac Photiana censura scriptorem nostrum vindicarunt viri docti, Georgius Bullus [12] & Prudentius Maranus [13]: quorum prior & illud advertit, Photium præ acerrimo adversus Origenem odio, & in Theognostum ejus asseclam & defensorem fuisse iniquum; propterea que scripta ejus in malam partem accepisse, seu potius ab aliis accipi voluisse.

Non solum vero in Photii reprehensionem incidit Theognostus, sed in eo nonnulla quoque displicuisse Gregorio Nysseno compertum habemus. Sic enim ille contra Eunomium scribens [14]: *Καὶ οὐ μόνος ἐν τούτῳ πεπλάνηται κατὰ τὴν ἀτοπίαν τοῦ δόγματος Εὐνόμιος, ἀλλ' ἔστι καὶ ἐν τοῖς Θεογνώστῳ πεπονημένοις τὸ ἴσον εὑρεῖν· ὅς φησι τὸν Θεὸν τὸ δὲ τὸ πᾶν κατασκευάσαι, πρῶτον τὸν Υἱὸν οἱόν τινα κανόνα προϋποστήσασθαι*. Id est: „ Neque in „ hoc solus aberravit ad absurdam sententiam Eu- „ nomius: sed idem etiam reperire est in libris „ Theognosti, qui Filium a Deo, quum hoc uni- „ versum constituere vellet, primum, veluti quam- „ dam opificii normam, præsuppositum fuisse di- „ cit. „ Et hæc quidem Nysseni censura potior Photiana existimanda videtur. At illam diluit alter nostri Catechetæ Alexandrini patronus [15]: tum quia Theognostus ab Athanasio ut *Consubstantialis* defensor & testis, citatus est; tum quia ipsum illud testimonium quod refert Gregorius, Verbum describit, ut ideam illam & regulam, cujus ad exemplar omnia creavit.

Sed, ut dicta demum concludamus, quæ nonnulli veterum in Theognosto reprehensione digna putarunt, nihil de præclaro magni Athanasii judicio detrahere valent; qui hunc scholæ Alexandrinæ præfectum *virum admirandum* appellat, adeoque apprime orthodoxum fuisse perhibet. Ea enimvero quæ ex ejus libris depromsit sanctus ille præsul Alexandrinus, quæque ex eo descripta suo loco protulimus, evincunt ejus testimonio premi Arianos, ipsumque palam prædicantem Filium ὁμοούσιον demonstrant.

1. *Phot.* Bibl. cod. CXXVII.
2. *Cav.* Hist. litt. ad an. 283. tom. I. pag. 147.
3. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. pag. 408.
4. *Baron.* ad ann. 109. §. LIX.
5. *Athan.* de Decret. Nic. syn. num. 25. opp. tom. I. part. I. pag. 230.
6. Id. epist. IV. ad Serapion. num. 9. tom. I. part. II. pag. 702.
7. *Phil. Sid.* Hist. Serm. XXIV. apud *Dodw.* ad Differt. Iren. pag. 488.
8. *Dodw.* l. c. in not. ad fragm. Phil. Sid. pag. 511.
9. *Phot.* Bibl. cod. CVI.
10. *Athan.* l. c. pag. 702.
11. *Phot.* l. c.
12. *Bull.* Defens. fid. Nic. sect. II. cap. X. §§. 7 - 9. pag. 135. seq.
13. *Maran.* Divin. J. C. lib. IV. cap. XXIV. §§. I. & II. pag. 551. seq.
14. *Greg. Nyss.* lib. III. contr. Eunom.
15. *Maran.* l. c. cap. XXV. §. I. pag. 557.

CAPUT XX.

DE

S. METHODIO

EPISCOPO ET MARTYRE.

SYNOPSIS.

I. METHODIUS, *dictus & Eubulius; Olympi simul & Patarorum in Lycia, postea Tyri in Phœnicia episcopus, Circa Christi annum* CCCXII. *martyrio sublatus. Locus passionis ejus inquiritur. Sententia rejicitur, quæ ipsum sub Decio & Valeriano passum tradit.*

II. *Quantus vir, Methodius, ex veterum testimoniis. Unus Eusebius illum præteriit; quod nimirum sanctus Pater stilum adversus Origenem strinxerit.*

III. *Complura litterarum monumentis consignavit. Inter ea primum locum obtinet* Convivium decem Virginum. *Operis præstantia atque utilitas. Inter hujus editiones eminet Combefisiana; quæ ideo heic recensita & adornata.*

IV. *Cura & studium in edendo libro* de libero A arbitrio. *Unde fragmenta ejus desumta.*

V. *Sequuntur excerpta* de resurrectione *adversus Origenem. Opus laudatum præ ceteris, Eustathio Antiocheno. Ad formam dialogi, ut & præcedens, contextum. Ex Epiphanio in primis & Photio fragmenta satis ampla deducta, & cum mss. collata. Aliud nobile excerptum propositum. Improvida Cavei censura exsufflatur.*

VI. *Reliqua Methodiana strictim exposita. Nimirum Photiana excerpta* de creatis: *laciniæ librorum* adversus Porphyrium: *fragmentum ex sermone* de Martyribus: *homiliæ tres*, de Symeone & Anna, in ramos Palmarum, & de Cruce Domini. *Quibus aliæ complures operum Methodianorum re-* B *liquiæ subjectæ.*

I. METHODIUS, qui & Eubulius dictus Epiphanio [1], primum Olympi simul & Patarorum in Lycia episcopatum gessit: priscis enim illis temporibus civitates duas aut etiam plures, ac certe in Lycia, unus antistes administrabat, ut observatum erudito Lequienio [2]. Et Patarorum quidem episcopum fuisse Methodium, antiqui passim codices & qui ejus meminere scriptores Græci, testantur: Olympi vero præter Hieronymum [3], etiam Maximus memoriæ prodidit [4]: cujus locum sane corruptum, inter veterum testimonia nobis infra relatum, ita restituendum censuit doctus Valesius [5]: C *Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ Ὀλύμπου Ἀδριανουπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας, τὰ κατ' αὐτοῦ (Ὠριγένους) περὶ ἀναστάσεως γραφέντα.* Id est: „ Lege quæ adversus Origenem de resurrectione scripsit Methodius, sanctissimus martyr & episcopus Olympi urbis Lyciæ, quæ etiam Hadrianopolis dicta est. „ Tum Tyri in Phœnicia ecclesiam regendam suscepit sanctus Pater, eodem Hieronymo teste; qui & ad extremum novissimæ persecutionis, id est circa annum Christi CCCXII. ipsum in Chalcide Græciæ martyrium subjisse tradit. Hæc autem summatim recensens Fabricius [6], rescribit *in Chalcide Syriæ*: unde vero id hauserit, non refert. Atque ita fortasse legendum in textu D Hieronymiano, cujus vulgata lectio Tillemontio quoque minus probatur [7]: ut proinde vero propius videatur, sanctum Tyriorum in Phœnicia episcopum martyrio fuisse sublatum in regione contermina; atque ejusmodi erat Chalcidene in Cœlesyria, cujus caput Chalcis. Neque aliter sane accepisse Hieronymi verba Sophronius ejus interpres dignoscitur: vertit enim, *ἐν Χαλκίδι τῆς ἀνατολῆς*, *in Chalcide urbe Orientis*. Eadem habet Suidas [8], Sophronium exscribens. Ceterum audiendi non sunt, qui Methodium sub Decio & Valeriano passum fuisse tradunt: quippe qui multa scripserit, non tantum contra Origenem, diu post Adamantii mortem; sed & contra Porphyrium, dum Tyrius ille philosophus imperante Diocletiano in vivis agebat. Et hanc quidem sententiam, post Ecclesiæ annalium parentem [9], secuti sunt viri doctissimi, quos inter Holstenius [10], Allatius [11], Vossius [12] atque Pearsonius [13].

II. Quæ quum ita sint, desinente igitur sæculo III. inclaruerit sanctus Methodius: *ἀνὴρ λόγιος καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισάμενος*, inquit Epiphanius [14], *vir apprime doctus acerrimusque veritatis patronus*; quin & *disertissimus martyr*, judice Hieronymo [15], qui nimirum *nitidi compositique sermonis libros confecit* [16]. „ Atque illa enimvero, ait vir doctus [17], propria Methodii prædicatur gloria, quod in neminem ejus æqualium liberalius concurrerunt eæ dotes, quæ præstantissimum sacræ doctrinæ magistrum omnibus possint numeris absolvere. Magnis enim ejus partæ infusæque sapientiæ divitiis respondit dicendi copia, scribendique uber elegantia, cujus beneficio in feram usque posteritatem sensa ejus præclara permanarent. Uno verbo: ut nemo illo profundius sapuit; ita non facile reperietur, qui uberius, disertius, ornatius scripserit. „ Tantum itaque Patrem eximiumque Ecclesiæ scriptorem, merito sane inter suos *Viros illustres* recensuit Doctor maximus, licet illum

1. *Epiph.* Hær. LXIV. §. LXIII.
2. *Lequien.* Or. Chr. tom. I. pag. 976. seq.
3. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXXXIII.
4. *Maxim.* in schol. ad Dionys. Areop. de eccl. Hier. cap. VII.
5. *Vales.* ad Euseb. Hist. eccl. lib. VI. cap. XXIV.
6. *Fabr.* Bibl. Gr. tom. V. pag. 255.
7. *Tillem.* Mem. tom. V. pag. 767. not. III. sur S. Method. E
8. *Suid.* in Lex. v. Μεθόδιος, tom. II. pag. 520.
9. *Baron.* ad ann. 302. §. LXII. & in not. ad Martyrol. Rom. d. XVIII. Sept.
10. *Holsten.* Differt. de vit. & script. Porphyr. cap. III.
11. *Allat.* Diatr. de Method. pag. 311.
12. *Voss.* de Hist. Gr. lib. II. cap. XVI. pag. 245.
13. *Pears.* opp. post. chron. Differt. II. cap. XIX. §. III. pag. 365.
14. *Epiph.* Hær. LXIV. §. LXIII.
15. *Hieron.* Comment. in Dan. cap. XIII.
16. Id. de Vir. ill. cap. LXXXIII.
17. *Possin.* præfat. ad Method. Conviv.

præterierit Eusebius. Atqui recte censuisse videtur cl. Valesius, dum ait [1] Eusebium propterea in sua historia nullam Methodii mentionem fecisse, quum tamen plures alios ecclesiasticos scriptores commemoret qui Methodio multo inferiores fuerunt; quod nimirum sanctus ille Tyrius episcopus stili aciem strinxisset adversus Origenem, cujus studiosissimus erat idem episcopus Cæsariensis. Hinc etiam est, subdit Valesius, quod contra Porphyrii libros post eumdem Methodium scripsit: quasi æmulatione quadam & odio adversus Methodium incitatus. Eusebius enimvero in libro sexto Apologiæ suæ pro Origene, Methodii objectionibus respondebat: *Quomodo*, inquit, *ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc & hæc de Origenis locutus est dogmatibus*? Citantur hæc verba ab Hieronymo scribente adversus Rufinum [2].

III. Verum Methodii auctoritati atque doctrinæ nihil detrahit Eusebii silentium, nihil ejus invidia. Nam quæ sanctus Pater litterarum monumentis commendavit, tum adversus veritatis hostes, tum ad sacra dogmata exponenda, tum etiam ad religionem pietatemque fovendam comparata, veteribus qui ea perlegerunt, summis laudibus celebrata fuisse noscuntur. Atque utinam illa exstarent omnia! exigua enim sunt ac tenuia, si unum vel alterum excipias, quæ sive temporum injuria, sive hominum desidia, reliqua hodie fecerunt. Sed quæcumque demum superant, a tanto Ecclesiæ Doctore ac Martyre memoriæ mandata, collecta primum magnam partem a Combefisio, nunc vero ad unum aucta omnia & recensita heic proferentes, de singulis pro rationis ordine quo illa digessimus, breviter differemus.

In limine itaque nostræ collectionis Methodianæ comparet *Convivium decem Virginum*, „ primarium ac plane princeps Methodii operum, ut verbis utar Possinii [3], quod victoriæ a Christiana philosophia de Græca gentilique reportatæ illustre monumentum ac veluti tropæum est. Cui enim in litteris Atheniensium veterum versato non statim occurrit, æmulatum hoc opere Methodium celebre illud Convivium Platonis? æmulatum autem; non tam ut ejus elegantiam, quod venustissime fecit, exprimeret imitando; quam ut, quod potissimum studuit, ejus nequitiam castigando abstergeret. Præcipuum autem laudationum argumentum in hoc Methodiano Convivio, divina Virginitas est: cui omne choragium congruens e sacrario cælesti depromtum apparet. „ Adhæc alia complura occurrunt, quæ summa Christianæ fidei capita in primis attingunt: ubi tamen si qua interdum aut durius enuntiata, aut fortasse minus exacte prolata de rebus divinioribus videantur; ea demum omnia diligenter excussa & dilucide exposita repetat prudens lector a viro doctissimo, qui haud ita pridem in opere illo egregio cui titulus, *Divinitas Domini nostri Jesu Christi manifesta in Scripturis & Traditione*, Patrum Antenicænorum doctrinam accuratius expendit, atque obscuriora quæque loca explicavit illustravitque [4].

Hoc autem præclarum Methodii syntagma, quod unum integrum nobis servavit antiquitas, primus omnium e ms. codice Vaticano Romæ evulgavit anno 1656. Leo Allatius; qui & notis suis illud evincere aggressus est, nihil in eo reperiri, quod catholice catholicis auribus exponi non possit: si qua vero duriuscula occurrant, illa emollire omni studio contendit. Anno deinde insequente 1657. Parisiis prodiit Convivium Methodianum ex interpretatione Petri Possinii: cui accesserunt variæ lectiones e codice Mazariniano, cum nonnullis observationibus V. C. Henrici Valesii. Denique Franciscus Combefisius ex Græcis Vaticanis & Mazarinianis, nec non Photianis excerptis, collatis etiam Allatii & Possinii versionibus, idem opus rursum edidit Parisiis anno 1672. atque tomo I. Auctarii novissimi bibliothecæ Patrum intexuit.

Et hanc quidem Combefisianam ἔκδοσιν typis excudendam curavimus. Neque enim actum egisse videtur vir doctus, qui semel iterumque vulgatum libellum, novo cultu expolitum repræsentavit; Ejus autem adnotationes quæ ad operis calcem incommode legebantur, textui subjecimus una cum selectioribus Valesianis: ad finem vero attexuimus quas adornavit Allatius, eas in contextu, apposito * indicantes. Denique quo facilior operis lectio & usus evaderet, unamquamque Orationem Methodianam sumus in varias sectiones partiti, quarum integrum conspectum pro more nostro subdidimus. Ceterum illud præterire neque licet neque libet, quod quum nobis deesset luculentum Possinii exemplar Parisiense typis Lupareis editum, præsto fuit vir eruditissimus Domnus Fortunatus Mandellius Monachus Camaldulensis, illiusque usum ex animo, quæ est ejus humanitas, promtissime exhibuit; neque alias umquam destitit aliis aliisque officiis nos plurimum sibi obstringere: cui proinde V. C. atque amicorum optimo publice gratias agimus atque habemus.

IV. Jam vero reliqua Methodiana recensere prosequamur, ex edito Combefisiano Parisiis in vulgus emisso anno 1644. repetita. Convivium itaque decem Virginum excipit liber *de libero arbitrio* adversus Valentinianos in primis & Origenem; ad quem doctus editor ista præfatur [5]: „ Damus, inquit, hoc opus pæne integrum, tribus seu partibus seu excerptis congestum. Exordium nonnullamque partem corporis ediderat Joannes Meursius [6], ceu librum integrum, ne leviter quidem insinuato defectu, quem titulus satis arguebat. Nam nihil erat tota oratione de libero arbitrio, cujus ille tractationem indicabat. Reliqua mutuati sumus ex Photianis [7], excepto egregio illo, ad finem, excerpto, de ipso re vera libero arbitrio, quod R. P. Jacobus Sirmondus S. J. humanissime utendum dedit, cujus etiam Photius paucula exscripserat, & quo videtur Methodius clausisse librum istum; nisi forte aliquibus additis ad ornatum, quæ Photius soli doctrinæ studens, non delibaverit. Nonnulla offenderunt in interprete Photii; ut fuerint etiam ejus, de integro reddenda; & quo etiam, eodem stilo interpretis decurreret tota oratio. „ Hactenus ille. Est autem liber hujusmodi ad formam dialogi conscriptus inter Valentinianum & Orthodoxum, super vexatissima quæstione *de origine mali*: adeoquo, quo clarius orationis contextus procedat, in editione nostra personas colloquentes distinximus: Combefisii observationes quæ primum longe a textu distabant, suis quasque locis restituimus, notulis nonnullis alicubi inspersis. Quod quidem & in reliquis nos præstitisse, heic semel indicasse sufficiat,

1. *Valef.* ad Euseb. hist. eccl. lib. VI. capp. XXIV. & XXXIII.
2. *Hieron.* lib. I. contr. Rufin. §. XI. opp. tom. II. pag. 466. edit. Veron.
3. *Possin.* l. c.
4. *Maran.* Divin. D. N. J. C. lib. IV. cap. XXI. pagg 525-534.
5. *Combef.* in not. ad Method. pag. 462.
6. *Meurs.* in Varior. divin. lib.
7. *Phot.* Bibl. cod. CCXXXVI.

V. Sequuntur excerpta ex libro *de resurrectione* contra Origenem, quem sanctus Hieronymus *opus egregium* appellat. Laudatur & ab Eustathio Antiocheno his verbis [1]: Μεθόδιος ὁ τῆς ἁγίας ἄξιος μνήμης, ἔγραψεν ἀποκρώντως εἰς τόδε τὸ θεώρημα κ. τ. λ. Id est, Allatio interprete „ Methodius „ sanctæ memoriæ in illud quæsitum satis abunde „ scripsit „ cet. Et hunc quoque librum ad formam dialogi composuit sanctus Pater, inscripsitque, ut videtur, Theophilo cuidam quem κράτιστον appellat [2]. In eo autem inducuntur Methodius & Auxentius cum Origenistis Proclo & Aglaophonte colloquentes seu disputantes. Jam diu magnam partem deperditus Dialogus iste. Ejus tamen fragmenta satis ampla exstant tum apud Epiphanium [3], tum apud Photium [4], qui & ex eodem opere *Compendiosam expositionem dictorum quorumdam apostolicorum*, Methodio vere dignam, nobis servavit. Nonnulla item apud Joannem Damascenum [5] occurrunt. Plura de hoc opere erudite observat Allatius [6].

Interim vero quem sequimur editorem audiamus [7]. „ Quamquam, inquit, insidebat animus, ut Methodiana omnia Epiphanii, cum aliis quæ occurrissent ejusdem Methodii, in unum comportarem, nonnullamque in eis corrigendis quæ depravata admodum viderem, operam ponerem: infregit tamen conatum inopia meliorum codicum, quam quibus esset usus politissimus interpres Epiphanii Petavius S. J. eoque satis e re factorum duxi, modo ea tantum ex libro illo *de resurrectione*, quem circiter medium exscripsisse se ipse significat Epiphanius ad finem, de novo ederem, quæ vel essent nova & ἀνέκδοτα, vel ut nova, emendatione textus ope codicum meliorum, novaque quodammodo interpretatione nostra, videri possent. Duplici ad hoc codice usi sumus, altero eminentissimi cardinalis Rupifucaldii, quo grandi volumine ac perantiquo habentur Elementa Damasceni; altero R. P. Sirmondi S. J. & ipso antiquo, collectore anonymo adversus Eutychianos, sua ipso manu exscribente humaniusque suggerente, pro sua illa, omni modo illustrandæ antiquitatis suo alienoque calamo, vegeta in senili corpore propensione. „ Porro idem editor, ad excerpta Photiana quod attinet, hæc subdit [8]: „ Videamur forte actum agere, qui Methodiana hæc jam data, dare iterum procuramus. Fuerit nihilominus, ut accuratiori opera, qualis fere est angustis terminis definita, novi aliquid illustrando Methodio nostro, aliis vel neglecta vel minus perspecta, alio festinantibus grandiusque molientibus opus, inveniamus. Itaque novam versionem (num eam inutilem, alii re inspecta collatisque omnibus censuerint) ad Græca componemus, subindeque notabimus, si quid ex aliis, præsertim Methodianis lucis aliquid ex collatione afferre possit. Habemus præter impressa Photii, etiam exscripta olim a R. P. Sirmondo, quæ possint usui esse. „

Huc usque Combefisius: qui deinceps nobile excerptum ex eodem libro *de resurrectione*, depromtum e Catena eminentissimi cardinalis Mazarini & Corderiana, Latine vulgavit in sua *Bibliotheca concionatoria* tom. II. pag. 263. seq. qua de re ipsemet mentionem injicit in *recensitis auctoribus* ejusdem Bibliothecæ tom. I. pag. 30. Quum autem ejusmodi excerptum sero nobis compertum fuerit, postquam scilicet reliqua Methodiana *de resurrectione* typis jam excusa fuissent, ne quid demum nostræ tanti Patris monumentorum collectioni deesset, illud saltem ad calcem Methodianorum omnium sub finem hujus voluminis pag. 831. collocandum existimavimus. Id autem emolumenti præ ceteris ex præclaro isto fragmento emergere novimus, quod ex eo alterius loci αὐθεντία confirmatur, a Joanne Damasceno relati [9]: utrobique enim sanctus ille Martyr dogmatice arguit a principum ad sacras imagines, ut in utrisque, honori vel contumeliæ habeatur prototypon & exemplar: verbis utor editoris nostri ad prius fragmentum e Damasceno desumtum. Quod quidem eapropter observasse oportuit, ut improvidam hominis heterodoxi [10] censuram dilueremus; qui ne sacrarum imaginum cultum agnoscere cogeretur, jam sæculo III. desinente sancti Methodii auctoritate ac doctrina firmatum, Joannis Damasceni fidem elevare aggressus est.

VI. Subjicitur ex Photio [11] ἐκλογὴ περὶ τῶν γενητῶν, sive excerptum ex libro *de creatis*. Opus autem ita inscriptum litteris mandasse Methodium, haud produnt veteres. Meminit quidem Hieronymus ejus *commentariorum in Genesin*, quorum fragmenta nonnulla in Catenis mss. adhuc superant: unde nonnullis visum ex iisdem commentariis excerptum Photianum fuisse descriptum. Ut ut est, in eo disputat iterum sanctus Martyr adversus Origenem, quem *Centaurum* appellat [12]; atque μαργαρίτας τοῦ ξενῶνος, hoc est, sanctiora Christi ecclesiæ dogmata ethnicis placitis ipsum intexuisse queritur. Occurrit vox illa ξενῶνος sub excerpti hujus initium, ubi varia conjicit Combefisius. Verum interpres Photii eam pro *communi omnium hospitio*, sive pro cœtu fidelium, esse accipiendam recte ut videtur, existimat. Sic enim & Suidas illam usurpat [13]. Consule sis & viros eruditos ad Pollucem [14] atque Hesychium [15].

Præterea Methodius primus omnium ad veritatis defensionem scripsisse *adversus Porphyrium* comperitur, quem postea sunt secuti Eusebius & Apollinaris. Ejus opus, veteribus maxime celebratum, usque ad decem millia versuum processerat, teste Hieronymo [16]: sed interiit, paucis quibusdam laciniis exceptis, quæ post Combefisium ex Parallelis Damascenicis in medium protulimus.

His porro subdidimus insigne plane fragmentum de Christi divinitate, quod Combefisii diligentiam effugit. Ex Methodiano sermone *de Martyribus* exhibet illud Theodoritus [17].

Accedunt ejusdem Methodii Homiliæ duæ: quarum altera, *de Symeone & Anna quo die Domino in templo occurrerunt*, inscribitur; altera, *in ramos Palmarum*. Et ad eas quidem hæc habet Combefisius [18]: „ Orationem in Symeonem & Annam in die Occursus, vulgatam primum Petro Pantino, repræsentamus, simulque aliqua in notis in-

1. *Eustath.* de Engastr. pag. 394.
2. *Method.* apud Epiph. opp. tom. I. pagg. 540. 560. 590.
3. *Epiph.* Hær. LXIV.
4. *Phot.* Bibl. cod. CCXXXIV.
5. *Joan. Damasc.* Orat. III. de Imagin. opp. tom. I. p. 389.
6. *Allat.* Diatr. de Method. script. pagg. 354. seqq.
7. *Combef.* in not. ad Method. pag. 449.
8. *Combef.* in not. ad Method. pag. 452.
9. *Jo. Dam.* Orat. III. de Imag. opp. tom. I. pag. 389 — infr. pag. 781.
10. *Cav.* Hist. litt. ad ann. 290. tom. I. pag. 152.
11. *Phot.* Bibl. cod. CCXXXV.
12. *Method.* de creat. §. II. infr. pag. 799.
13. *Suid.* Lex. tom. II. pag. 646. v. Ξενῶνες.
14. *Poll.* Onom. lib. III. cap. IV. num 59.
15. *Hesych.* Lex. tom. II. pag. 702. v Ξενών.
16. *Hieron.* epist. LXX. ad Magn. Orat. num. III.
17. *Theodor.* Dial. I. Ατρεπτ. opp. tom. IV. pag. 37.
18. *Combef.* in not. ad Method. pag. 469. & in recens. auctor. ad tom. I. Bibl. concion. pag. 30.

dicamus, quibus ad novam versionem post illam Pantinianam inducti sumus. Esse autem ejusdem Orationem hanc luculentissimam, cujus sunt *Symposiaca de Castitate*, & Methodii illius Origenianis erroribus infensissimi, ipse auctor satis expressit [1], ut nullus sit dubitandi locus. Inscribitur ἐπισκόπῳ Πατάρων, cui etiam Damascenus in Elementis non tantum Symposia tribuit, sed etiam librum περὶ ἀναστάσεως. Hinc Leo Allatius Gretseri opinationem merito exsufflat [2], dum nulla ratione molitur eam Orationem abrogare Methodio martyri ac seniori, & tribuere Constantinopolitano; quum præter eos characteres quos modo indicavimus, tanta sit majestas operis, ut vel maxime Magnum Methodium deceat. Alteri vero de Occursu, subdit idem Combefisius [3], hancce εἰς τὰ Βάϊα Orationem annectimus, uno regio codice num. 922. asserenti Methodio Martyri, utique Magno illi & seniori, cujus sunt & Symposia, & alia præclara, vel in superstitibus reliquiis, ingenii & piæ mentis monimenta. Favet etiam stilus & sententiæ affinitas cum præcedenti: quamquam alter codex, ipse forsan in Chrysostomum effusior, ei tribuat, titulo εἰς τὸν εὐλογημένον, quo Savilius Græcam edidit. Facile habent Græci, ut quævis ἀδέσποτα viro tanto tribuant. „ Hactenus Combefisius.

Orationibus hisce Methodianis a Combefisio editis, adjecimus tria fragmenta ex Homilia *de Cruce Domini nostri Jesu Christi*, ut videtur, excerpta. Duo priora ex ms. codice bibliothecæ Augustanæ in lucem extulit Jacobus Gretserus [4]; tertium, ex eadem bibliotheca Leo Allatius [5]; qui & isthæc fragmenta omnia nostro Methodio asseruit. Gretsero enim dubitanti occurrit his verbis: „ De horum fragmentorum auctore dubitat Gretserus, & cum eo dubitare videtur Aubertus Miræus: „ Quis, inquit, iste Methodius fuerit, pro „ certo affirmare nequeo. Illud exploratum est, „ non fuisse veterem illum Methodium sanctitate „ & martyrii gloria clarissimum, qui sub Diocletiano martyrii palmam adeptus est; quum iste „ noster meminerit vexillorum a Christianis imperatoribus in formam crucis commutatorum: „ de qua mutatione sub Diocletiano ne cogitari „ quidem cœptum erat, omnibus adhuc publicis locis ab idololatria occupatis. „

Quibus Allatius reponit: „ Et nihilominus idem Gretserus apertissime dicit [6], ante Constantinum tempore Justini, Tertulliani & Minucii Felicis vexilla militaria jam Crucis speciem retulisse: adeo ut isti tres scriptores audacter ethnicis objecerint, ipsos eodem crimine teneri cum Christianis, si Crucem colere crimen esset, quum & ipsi Crucem colant & adorent, colendo & adorando signa militaria. Et longe ante Constantini ætatem exstare nummos excusos, qui vexilla militaria in Crucis speciem efformata continerent. Hinc conatur postmodum respondere, quomodo Constantinus dicatur Labarum in Crucem commutasse, si signa militaria prius formam Crucis præ se ferebant.

Quod si multo ante Constantini ætatem militaria vexilla ethnicorum figuram Crucis præ se ferebant, potuit commode Patarensis Methodius eorum meminisse: neque ob hanc caussam illa fragmenta Methodio deneganda sunt, quum ex ipsius verbis nullo modo eliciatur, eum de Christianis imperatoribus verba facere. Locus Methodianus ejusmodi est [7]: Ἐντεῦθεν οἱ τῇδε βασιλεῖς, πάσης πονηρᾶς ἕξεως ἐπὶ σκεδασμῷ, τὸ σταυροειδὲς παραλαμβάνεσθαι αἰσθόμενοι σχῆμα, τὰ καλούμενα τῇ Ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ βῆξιλλα ἐμηχανήσαντο κ. τ. λ. Hoc est: *Hinc imperatores qui hisce in locis imperant*, sive etiam si vis, *nostri* (nempe qui nobis dominantur; quod potest intelligi etiam de ethnicis: Christiani enim ante Constantinum imperatoribus ethnicis subdebantur illisque obediebant) *quum viderent figuram Crucis assumi ad universa mala dissipanda, quæ Romano sermone* Vexilla *nuncupantur, excogitarunt* cet. Licet ergo omnia loca sub Diocletiano idololatria occuparet, ethnici ex more suo, nescientes quid facerent, vexilla efformata in formam Crucis conficiebant; quorum ope, signo nempe ac figura Crucis, ut Christiani Patres interpretabantur, noxia amolirentur, & cuncta prospera consequerentur. Sic horum fragmentorum non est cur alium Methodium a Patarensi quæramus auctorem. „ Hactenus Allatius. Allatio accedunt Tillemontius [8], & Caveus [9]. At Fabricius hanc Homiliam *de Cruce* Methodio CP. adtribuit [10]; nullum tamen adferens argumentum, quo suam sententiam confirmet.

Atque hæc de Magno Methodio episcopo & martyre satis. Ad reliqua enim subjecta fragmenta quod attinet, nihil est in promtu quod proferamus, præter auctorum ecclesiasticorum loca unde illa descripsimus, quæ unicuique præfigenda curavimus.

1. *Method.* Orat. de Sym. & Ann. §§. 1. & XIII. infr. pagg. 804. 818.
2. *Allat.* Diatr. de Method. script. pag. 341.
3. *Combef.* in not. ad Method. pag. 473.
4. *Gretf.* tom. II. de S. Cruc. pagg. 401-404. edit. nov. Ratisb. 1734.
5. *Allat.* Diatr. de Method. script. pag. 349. seq.
6. *Gretf.* tom. I. de Cruc. lib. II. cap. XXXIX.
7. *Method.* Hom. de Cruc. infr. pag. 827.
8. *Tillem.* Mem. tom. V. pag. 472. seq.
9. *Cav.* Hist. litt. ad ann. 290. pag. 153.
10. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. V. pag. 260.

INDEX CHRONOLOGICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

* * * * * * * * * * * * * * * *

SÆCULUM III.

INDEX ALPHABETICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

INDEX
EORUM QUÆ IN PROLEGOMENIS
CONTINENTUR.

CAPUT I.

DE CONSTITUTIONIBUS ET CANONIBUS APOSTOLICIS.

SECTIO I.

SECTIO II

CAPUT II.

DE ASTERIO URBANO.

CAPUT III.

DE ANONYMO
CHRONICI AUCTORE,

Sub Alexandro Severo conscripti.

CAPUT IV.

DE NOVATIANO
PRESBYTERO ROMANO.

CAPUT XII.

DE S. DIONYSIO PAPA.

CAPUT XIII.

DE MAGNETE.

CAPUT XIV.

DE S. FELICE I.

PAPA ET MARTYRE.

CAPUT XV.

DE S. ANATOLIO

EPISCOPO LAODICENO.

CAPUT XVI.

DE MALCHIONE

ECCLESIÆ ANTIOCHENÆ PRESBYTERO.

CAPUT XVII.

DE S. ARCHELAO

MESOPOTAMIÆ EPISCOPO.

C A P U T XVIII.

DE COMMODIANO.

C A P U T XIX.

DE THEOGNOSTO ALEXANDRINO.

C A P U T XX.

DE S. METHODIO
EPISCOPO ET MARTYRE.

CONSTITUTIONUM APOSTOLICARUM LIBRI VIII.

EX EDITIONE

V. C.

JOANNIS BAPTISTÆ COTELERII.

ACCESSIT

VETERUM MONUMENTORUM

APPENDIX.

VETERUM TESTIMONIA
DE
CONSTITUTIONIBUS APOSTOLICIS.

I.

Canon Apostolicus *ultimus*.

Ἔστω δὲ ὑμῖν πᾶσι κληρικοῖς, καὶ λαϊκοῖς βιβλία A σεβάσμια καὶ ἅγια &c. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο. καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος, ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι· ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά.

Sint autem vobis omnibus Clericis & Laicis, libri venerabiles & ſancti &c. Clementis Epiſtolæ duæ; & Constitutiones, vobis Epiſcopis per me Clementem in octo libris nuncupatæ; quas non oportet coram omnibus divulgare, ob myſtica quæ in eis ſunt.

I I.

Eusebius *Hiſt. eccl. lib.* III. *cap.* xxv.

Rufino *interprete*.

Poſt hæc jam ſcriptura eſt, quæ dicitur Actus Paulli: ſed & libellus qui appellatur Paſtoris, & Revela- B tio Petri: de quibus quam maxime dubitatur. Fertur etiam Barnabæ Epiſtola, & Doctrina quæ dicitur Apostolorum.

Eusebius *Hiſt. eccl. lib.* III. *cap.* xxv.

Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφὴ, ὅ, τε λεγόμενος Ποιμὴν, καὶ ἡ ἀποκά- B λυψις Πέτρου· καὶ πρὸς τούτοις, ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ, καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι διδαχαί. Lege Niceph. lib. II. cap. xlvi.

J. B. Cotelerio *interpr*.

Inter libros nothos collocetur & Actuum Paulli ſcriptura, & liber qui dicitur Paſtor, & Revelatio Petri; inſuperque Barnabæ quæ fertur Epiſtola, & quæ dicuntur Doctrinæ Apostolorum.

I I I.

S. Athanasius *in Epiſtola Feſtali*, *tom.* II. *edit. Pariſ. pagg.* 39. 40.

Ἔστιν καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν· οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· σοφία Σολομῶντος, &c. καὶ διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ Ποιμήν. Καὶ ὅμως, ἀγαπητοὶ, κἀκείνων κανο- C νιζομένων, καὶ τούτων ἀναγινωσκομένων, οὐδαμοῦ τῶν ἀποκρύφων μνήμη· ἀλλὰ αἱρετικῶν ἐστιν ἐπίνοια, γραφόντων μὲν ὅτι θέλουσιν αὐτὰ, χαριζομένων δὲ καὶ προστιθέντων αὐτοῖς χρόνους, ἵνα ὡς παλαιὰ προφέροντες, πρόφασιν ἔχωσιν ἀπατᾷν ἐκ τούτου τοὺς ἀκεραίους.

Sunt & alii libri præter hos; non quidem Canonici, ſed quos Patres ſanxerunt legi iis qui accedunt ad fidem, cupiuntque in pietatis verbo inſtitui: ut Sapientia Salomonis, &c. & quæ vocatur Doctrina Apostolorum, & Paſtor. Attamen, dilecti, cum illi Canonici ſint, hi vero legantur, nuſquam fit Apocryphorum mentio; ſed ſunt hæreticorum commentum, qui ea ſcribunt quando volunt, illis autem largiuntur & adjiciunt tempora, quo tamquam antiqua proferentes, ex ea re occaſionem habeant decipiendi homines ſimplices.

Idem *in Synopſi ſacræ Scripturæ*.

Τῆς νέας πάλιν διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα· &c. διδαχὴ ἀποστόλων, Κλημέντια· ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα. Ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα· &c.

Iterum libri novi Teſtamenti quibus contradicitur, ſunt hi, &c. Doctrina Apostolorum, Clementina: ex quibus veriora & a Deo inſpirata, electa ſunt ac tranſlata. Hæc ſunt quæ leguntur, &c.

I V.

S. Epiphanius, *Hæreſi* xlv. *num.* v.

Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν ἐν τῇ διατάξει τῇ κα- D λουμένῃ, ὅτι φυτεία Θεοῦ καὶ ἀμπελὼν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.

Quin & Apoſtoli in libro qui Constitutio vocatur, ajunt: Eccleſia catholica eſt Dei plantatio ac vinea. *Locus exſtat initio* Constitutionum.

Idem, *Hæreſi* lxx. *num.* x.

Εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Αὐδιανοὶ παραφέρουσι τὴν τῶν ἀποστόλων διάταξιν, οὖσαν μὲν τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ' οὐκ ἀδόκιμον. Πᾶσα γὰρ ἐν αὐ-

Ad hoc autem iidem Audiani detorquent Apostolorum Constitutionem; qui quidem liber a multis revocatur in dubium, non eſt tamen impro-

τῇ κανονικῇ τάξις ἐμφέρεται, καὶ οὐδὲν παρακεχαραγμένον τῆς πίστεως, οὐδὲ τῆς ὁμολογίας, οὐδὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως, καὶ κανόνος, καὶ πίστεως. Τὸ δὲ ῥητὸν, ἀφ᾽ οὗ λαμβάνοντες περὶ τοῦ Πάσχα, κακῶς παρερμηνεύουσιν οἱ προειρημένοι, καὶ ἀγνοοῦντες ἑτέρως ὑπολαμβάνουσιν. Ὁρίζουσι γὰρ ἐν τῇ αὐτῇ διατάξει οἱ ἀπόστολοι· ὅτι ὑμεῖς μὴ ψηφίζητε, ἀλλὰ ποιεῖτε ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς· μετ᾽ αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε. Καὶ οὐκ εἶπαν· ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν, οἱ ἐν περιτομῇ· ἀλλά· οἱ ἐκ περιτομῆς· ἵνα δείξωσι τοὺς ἀπὸ τῆς περιτομῆς εἰς τὴν ἐκκλησίαν μετελθόντας, ἀρχηγοὺς εἶναι μετ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον· &c. Παρὰ τοῖς ἀποστόλοις δὲ τὸ ῥητὸν δι᾽ ὁμόνοιαν ἐμφέρεται, ὡς ἐπιμαρτυροῦσι, λέγοντες· ὅτι κἂν τι πλανηθῶσι, μηδὲ ὑμῖν μελέτω. Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἐκεῖσε εἰρημένων ῥητῶν ἡ ἀντίθεσις ὀφθήσεται. Φάσκουσι γὰρ τὴν ἀγρυπνίαν φέρειν, μεταζόντων τῶν ἀζύμων. Οὐ δύναται δὲ τοῦτο πάντοτε γενέσθαι ἐν τῇ ψήφῳ τῇ ἐκκλησιαστικῇ.

A bandus. Omnis quippe canonicus ordo in ipso continetur; & nihil a fide adulteratum, neque a Confessione, neque ab Ecclesiastica administratione, & canone, ac fide. Porro dictum, a quo sententiam de Paschate accipiunt, prædicti male interpretantur, & per inscitiam alieno sensu sumunt. Definiunt enim in ea Constitutione Apostoli: *Vos nolite computare ac decernere; sed tunc celebrate, quando fratres vestri qui ex circumcisione sunt: cum illis una peragite.* Et non dixerunt: *Quando fratres vestri, qui in circumcisione sunt*, sed: *Qui ex circumcisione sunt*: ut ostenderent, eos qui ex circumcisione ad Ecclesiam transierunt, futuros post illud tempus duces & auctores, &c. Apud Apostolos vero dictum illud B propter concordiam positum est, quemadmodum testantur his verbis: *Et quamvis aberrent, ne vobis curæ sit.* Ceterum ex vocibus ipsis quæ ibi prolatæ sunt, oppositio & repugnantia apparebit. Nam ajunt pervigilium agendum esse in medio Azymorum. Hoc autem, in Ecclesiastica temporum supputatione, fieri perpetuo non potest. *Lege quod notabo ad* Const. Apost. *lib.* v. *capp.* xvii. & xix.

Ibidem num. xi.

Λέγουσι γὰρ οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι, ὅτι ὅταν ἐκεῖνοι εὐωχῶνται, ὑμεῖς νηστεύοντες ὑπὲρ αὐτῶν πενθεῖτε, ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν. καὶ ὅταν αὐτοὶ πενθῶσι, τὰ ἄζυμα ἐσθίοντες ἐν πικρίσιν, ὑμεῖς εὐωχεῖσθε.

Dicunt enim iidem Apostoli: Quando illi epulantur, vos jejunantes pro ipsis lugete, quoniam in die festivitatis Christum crucifixerunt: & quando illi lugent, Azyma edentes cum lactucis agrestibus, vos epulamini. *Lege* Constit. *lib.* v. *cap.* xv.

Ibidem.

Αὖθις αὐτῶν ἀκούοντες ἐν τῇ διατάξει, ὅτι ὁ κακῶν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ἐν Κυριακῇ, ἐπικατάρατός ἐστι τῷ Θεῷ.

C Cum iterum eosdem Apostolos audiamus, in Constitutione dicentes: Qui affligit animam suam in Dominica, maledictus est Deo. *Lege* Const. *lib.* v. *cap.* xx.

Ibidem num. xii.

Παρατηρεῖται δὲ ἡ ἐκκλησία ἄγειν τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα, τουτέστι τὴν ἑβδομάδα τὴν ὡρισμένην καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ διατάξει, ἀπὸ δευτέρας σαββάτων, ὅπερ ἐστὶν ἀγορασμὸς τοῦ προβάτου.

Observat autem Ecclesia, ut festum Paschatis peragat, hoc est, hebdomadam decretam etiam ab ipsis Apostolis in Constitutione, a secunda Sabbatorum, quod est emtio agni. *Const. Apost. lib.* v. *capp.* xiii. xv. xviii. xix.

Idem, *Heresi* lxxv. *num.* vi.

Εἰ δὲ καὶ χρὴ τὸ τῆς διατάξεως τῶν ἀποστόλων λέγειν, πῶς ἐκεῖ ὡρίζοντο τετράδα καὶ προσάββατον [1] νηστείαν διὰ παντὸς, χωρὶς Πεντηκοστῆς· καὶ περὶ τῶν ἓξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα, πῶς παραγγέλλουσι μηδὲν ὅλως λαμβάνειν, ἢ ἄρτου καὶ ἅλος καὶ ὕδατος, ποίαν τε ἡμέραν ἄγειν, πῶς τε ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν Κυριακὴν, φανερόν ἐστι. Et infra: Εἶτα δὲ εἰ μὴ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τετράδων καὶ προσαββάτων οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι ἐν τῇ διατάξει ἔλεγον, καὶ ἄλλως ἐκ πανταχόθεν εἴχομεν ἀποδεῖξαι· ὅμως περὶ τούτου ἀκριβῶς γράφουσι.

D Si vero etiam oportet ex Apostolorum Constitutione loqui; quo modo illic definierunt jejunandum esse perpetuo quarta feria & Prosabbato, excepta Pentecoste; & de sex diebus Paschatis, quo modo præcipiunt nihil omnino sumere, præter panem & salem & aquam, qualemque diem agere, & quo pacto jejunium solvere in illucescente Dominica; manifestum est. *Et paullo post.* Deinde vero, si de eodem argumento Quartarum & Prosabbatorum iidem Apostoli in Constitutione non dixissent; etiam aliter undique possemus demonstrare: quamquam ea de re accurate scribunt. *Lege* Constitut. *lib.* v. *capp.* xv. xx. *lib.* v. *capp.* xiii. xv. xviii. xix. & *lib.* vii.
E *cap.* xxiii.

Idem, *Hæresi* lxxx. *num.* vii.

Καὶ περὶ μὲν οὖν τοῦ γενείου ἐν ταῖς διατάξεσι τῶν ἀποστόλων φάσκει ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ διδασκαλία· μὴ φθείρειν, τουτέστι μὴ τέμνειν τρίχας γενείου, μηδὲ ἑταιρισμῷ κατακομεῖσθαι, μήτε ὑπερηφανίας ὑπόδειγμα, δικαιοσύνης τὴν προσέλευσιν ἔχειν.

Et quidem de barba, in Constitutionibus Apostolorum ait divinus sermo, & Doctrina; non corrumpendos esse, hoc est, non esse secandos pilos barbæ, neque usurpandum meretricium ornatum, neque debere justitiæ incessum superbiæ speciem habere. Constit. *lib.* I. *cap.* III.

1. Νυστείαν] Usserius corrigit νηστείαν.

V.

Auctor OPERIS IMPERFECTI IN MATTHÆUM, *apud* S. CHRYSOSTOMUM.
Ad Matth. VI. 3.

Aliter certe, ficut Apoftoli interpretantur in libro CANONUM, qui eft de Epifcopis; dextra eft populus Chriftianus, qui eft ad dextram Chrifti; finiftra autem, omnis populus, qui eft ad finiftram. Hoc ergo dicit: Ne Chriftianum facientem eleemofynam, qui eft dextra, infidelis afpiciat, qui eft finiftra. Chriftianus autem fi Chriftianum viderit eleemofynas facientem, non eft contra Chrifti præceptum, quoniam ambo dextra funt. *Vide Not. ad* CONST. APOST. *lib.* III. *cap.* XIV.

IDEM *ad Matth.* XXV. 18.

Qui minifterium fuum bene confummaverit, apparet quia ex Deo fuerat ordinatus: qui autem minifterium fuum non bene confummaverit, ex hominibus ordinatus eft. Quo modo autem quidam facerdotes ex hominibus ordinantur, manifefte in libro octavo CANONUM APOSTOLORUM dicitur. Qui autem ex hominibus ordinatus eft, quantum ad Deum non eft Diaconus aut Sacerdos. CONSTIT. *lib.* VIII. *cap.* II.

VI.

S. MAXIMUS, *in Epiftolam octavam* DIONYSII, *poft medium*.

Ἱεροθέτην δὲ καλεῖ τὸν ἅγιον ἀπόστολον Παῦλον, ὡς χειροτονήσαντα αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς ἐκκλησίας τῶν Ἀθηνῶν, καθὼς ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν ἀποστόλων γέγραπται διαταγαῖς. Lege ad cap. 2. de Eccl. Hierarch. & in Prologo.

Porro in facris inftitutorem vocat beatum Apoftolum Paullum, ut eum qui ipfum ordinaverat in pontificatum ecclefiæ Athenienfis, ficut in facris APOSTOLORUM CONSTITUTIONIBUS fcriptum eft. *Lib.* VII. *cap.* XLVI.

VII.

TIMOTHEUS *Presbyter*, *Tractatu* de iis qui accedunt ad Ecclefiam, *in Auctario Bibliothecæ Patrum Combefifiano*, *tom.* II. *p.* 453. D.

Ἄκουε τῶν ἀποστολικῶν· Ὁρᾶτε τὰ ἐπ' ὀνόματι &c.

Audi Apoftolorum verba: *Videte* &c. CONSTIT. *lib.* VI. *cap.* XVI.

VIII.

Canon TRULLANUS *fecundus*.

Ἔδοξε δὲ καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ κάλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα, ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους, καὶ ἀσφαλεῖς πρὸς ψυχῶν θεραπείαν καὶ ἰατρείαν παθῶν, τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτοις τοῖς κανόσιν ἐντέταλται δέχεσθαι ἡμᾶς, τὰς τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις, αἷς τισι πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων ἐπὶ λοίμῃ τῆς ἐκκλησίας, νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς [1] ἐκκλησίας παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα, τὴν τῶν τοιούτων διατάξεων προσφόρως ἀποβολὴν πεποιήμεθα, πρὸς τὴν τοῦ χριστιανικωτάτου ποιμνίου οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν, οὐδαμῶς ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετικῆς ψευδολογίας κυήματα, καὶ τῇ γνησίᾳ τῶν ἀποστόλων καὶ ὁλοκλήρῳ διδαχῇ παρενείροντες. &c.

Placuit autem & hoc fanctæ huic Synodo pulcerrime ac optime, ut ab hoc tempore firmi ftabilefque maneant ad animarum medelam & perturbationum curationem, octoginta quinque CANONES, fancitos a fanctis & gloriofis Apoftolis, qui præcefferunt nos. Quoniam autem in illis Canonibus præceptum eft, ut recipiamus eorumdem fanctorum APOSTOLORUM PER CLEMENTEM CONSTITUTIONES, quibus jam olim ab Heterodoxis ad Ecclefiæ perniciem inferta funt quædam adulterina & aliena a pietate, quæ elegantem ac decoram fpeciem divinorum dogmatum nobis obfcurarunt; has Conftitutiones conducibiliter ad Chriftianiffimi gregis ædificationem ac fecuritatem, rejecimus: hæreticæ falfitatis fetus nequaquam immifcentes, & germanæ ac integræ Apoftolorum doctrinæ inferentes, &c.

IX.

NICEPHORUS *Conftantinopolitanus Patriarcha*, *in fine* Chronologiæ, *ubi de libris Scripturarum*.

Καὶ ὅσα τῆς νέας εἰσὶν ἀπόκρυφα &c. διδαχὴ ἀποστόλων· στίχοι [2] σ'. &c.

Ex verfione ANASTASII *Bibliothecarii*.

Et quæ novi (Teftamenti) funt Apocrypha &c. DOCTRINA APOSTOLORUM: verfus CC. &c.

1. Al. εὐσεβείας.

2. Al. στίχ. ς'.

X.

PHOTIUS, Bibliothecæ *codd.* CXII. CXIII.

Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεύχη βιβλίων A δύο· ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται, διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, ἐν ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τῷ ἀθροίσματι τῶν ἀποστόλων κανόνες ἐπιγραφόμενοι περιέχονται. Et infra: Αἱ δέ γε διαταγαὶ τρισὶ μόναις δοκοῦσιν ἐνέχεσθαι· κακοπλαστίᾳ, ἣν οὐ χαλεπὸν ἀποσκεδάσασθαι· καὶ ὅτι καὶ τῷ Δευτερονομίῳ ὕβρεις τινὰς [1] ἐπαφίησιν, ἃ καὶ ῥᾷστον διαλύσασθαι· καὶ ἔτι Ἀρειανισμῷ, ὅπερ ἄν τις καὶ βιαίως διακρούσαιτο. Ἡ μέν τοιγε τῶν τοῦ Πέτρου πράξεων βίβλος τῷ τε λαμπρῷ καὶ τῇ σεμνότητι, καὶ ἔτι τῷ καθαρῷ καὶ συντόνῳ, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ τοῦ λόγου, καὶ πολυμαθείᾳ τοσοῦτο ἔχει πρὸς τὰς διαταγὰς τὸ παραλλάττον, ὡς μηδὲ συγκρίσει τῇ κατὰ τοὺς λόγους πρὸς ἀλλήλας παραβάλλεσθαι τὰς B βίβλους. &c.

Lecta sunt Clementis Romani duo volumina librorum: quorum alteri titulus est, CONSTITUTIONES APOSTOLORUM PER CLEMENTEM; in quo etiam continentur illi Canones, qui inter Synodicos cœtui Apostolorum adscribuntur. *Et infra:* Porro CONSTITUTIONES, ex tribus duntaxat capitibus reprehensioni videntur obnoxiæ: ex mala fictione; quam excutere non est difficile: & quod contra Deuteronomium criminationes quasdam adducant; quod etiam facillime dilui potest: & adhuc ex Arianismo; quod aliquis, licet violenter, poterit depellere. Ceterum liber Actorum Petri, splendore & majestate, ad hæc puritate & vehementia, aliisque orationis dotibus, atque multiplici doctrina, tantum CONSTITUTIONES superat; nulla ut hos inter libros comparatio, ad sermonem quod attinet, institui debeat, &c.

X I.

NICETAS PECTORATUS, *lib. contra Latinos, post medium. Tomo sexto* ANTIQUÆ LECTIONIS, *Henr. Canisii; & in Bibliotheca Patrum, tom.* IV. *part.* II. *nec non apud Baronium, Annalium tom.* II. *in Appendice.*

Apostolorum vertices, in quinto quidem libro ORDINATIONUM, qui *de Martyribus* inscribitur, juxta Clementem (cap. XV.): *Quartam feriam & sextam præcepit nobis jejunare Dominus: unam quidem, propter traditionem; alteram, propter passionem: ipsum autem Sabbatum non tradidit nobis jejunare, quoniam non oportet, præter illud* C *solum, in quo Creator omnium, sub terra fuit.* Unde juxta calcem ejusdem libri, iterum sic loquitur: *Omne quidem Sabbatum & omnem* [2] *Dominicum celebrandum esse dicimus. Gaudere enim oportet in his, & non lugere.* Septimo quidem libro earum CONSTITUTIONUM, juxta vicesimum quartum caput, hoc inquiunt: *Sabbatum namque &* [3] *Dominicum celebramus; quia illud quidem divinæ operationis est memoria; hic vero resurrectionis. Unum vero tantum Sabbatum custodiendum est in toto anno, Sepulturæ Domini; quo jejunare oportet. Quando enim Christus in sepulcro jacuit, discipuli potentiorem, circa eum, fletum habebant, quam gaudium ex memoria divinæ operationis,* &c.

Ibidem, multo post.

In sexto libro CLEMENTIS ORDINATIONUM, quæ ab eo conscriptæ sunt, juxta septimum decimum caput, Apostoli hæc dicunt: *Episcopum & Presbyterum & Diaconum, dicimus, qui unam habent uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ: non licet eos post* [4] *manus impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire; aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere quas habent cum ad ordinationem venerunt.*

Ibidem, circa finem.

Reliqui autem Verticum, in [5] septimo libro D INSTITUTIONUM, juxta sextum decimum caput liquidius dixerunt: *Scimus enim,* [6] inquit, *quia hi qui circa Simonem, & Cleobium &* [7] *Judam, conscripserunt libros in nomine Christi & Discipulorum ejus, circumferunt ad seductionem vestram, & eorum qui diligunt Christum, & nos servos ipsius. Et in veteribus quidam conscripserunt libros Apocryphos Moysi, & Enoch, & Adam, Esaiæ, & David, & Heliæ, & trium Patriarcharum, corruptiones facientes atque veritatis inimicos libros.*

X I I.

HUMBERTUS *Episcopus Sylvæ Candidæ, in Responsione ad Nicetæ librum, multo post initium; ibidem.*

Reprehendens enim nos, cur jejunemus Sabbatis, dicis: *Quarta & sexta feria jugiter jejunandum; una propter traditionem, altera propter passionem Domini: Sabbato autem numquam,* E *nisi uno.* Et hoc asserere conaris ex Apocryphis libris, & Canonibus, pari sententia sanctorum Patrum repudiatis. Nam Clementis [8] liber, id est, Itinerarium Petri Apostoli, & CANONES

1. Forte ἐπαφιᾶσιν. Et statim, ἃς forte ἣ.
2. Al. *Dominicam celebrandam.*
3. Al. *Dominicam celebr.* Et mox, *hæc vero.*
4. Al. *manuum.*
5. Leg. *sexto.*
6. Al. *inquiunt.*
7. *Judam*] Pro Ἰάδην legebat Ἰούδαν.
8. Al. *librum*: & paullo post, *numeravere.*

Apostolorum numerantur inter Apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreverunt regulis [1] orthodoxis adjungenda. Unde nos quo- A que omne Apocryphon abjicientes, dedignamur audire eorum fabulosas traditiones, quia non sunt ut lex Domini.

XIII.

Georgius Cedrenus, *in* Compendio Historiarum; *editionis Xylandri pag.* 173. *lin.* 52. *&c. editionis Regiæ tom.* I. *pag.* 211. A. *&c.*

Περὶ οὗ ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσιν ὁ μέγας ἀπόστολος Πέτρος οὕτω φάσκει· Η δὲ καταρχὴ τῶν νέων αἱρέσεων γέγονεν ἀπὸ Σίμωνος τοῦ μάγου· ὃς καὶ ἐν Συρίᾳ πολλὰ διαπραξάμενος ἄτοπα, καὶ ἐν Ρώμῃ γενόμενος, πολὺ τὴν ἐκκλησίαν ἔσκυλε διὰ μαγείας καὶ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ ἐμπειρίας. Εν μὲν γὰρ Καισαρείᾳ τῇ Στράτωνος ἐμοὶ Πέτρῳ συντυχὼν, ἐπειρᾶτο &c.

De quo in Constitutionibus Apostolicis magnus Apostolus Petrus ita disserit: *Hæreses vero novæ initium habuerunt a Simone Mago; qui factis in Syria multis absurdis & prodigiosis, Romam adveniens, Ecclesiam magnopere vexavit, per ma-* B *giam & diabolicam operationem ac peritiam. Nam cum in Cæsarea Stratonis mihi Petro obvius fuisset, conabatur* &c. Lib. VI. capp. VII. VIII. IX.

Idem, *edit. Basil. p.* 195. *l.* 42. *&c. Reg. tom.* I. *p.* 237. D. *&c.*

Περὶ ὧν μέντοι κἀν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσί φησιν ὁ θεῖος λόγος· Ηδη δὲ καὶ &c.

De quibus sane etiam in Apostolicis Constitutionibus divinus sermo ait: *Jam vero etiam* &c. Lib. V. cap. XII. lib. VI. capp. XX. XXII.

Idem, *edit. prioris p.* 238. *l.* 1. *&c. posterioris tom.* I. *p.* 289. B. *&c.*

Καὶ ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσιν ὁ θεῖος λόγος οὕτως φησίν· Εστω δὲ ὁ κριτὴς ἀπροσωπόληπτος, &c.

C Et in Apostolicis Constitutionibus divinus sermo ita loquitur: *Judex autem non sit personarum acceptator*; &c. Lib. II. capp. V. XXXVII. XLII. IX. XLIX.

XIV.

Joannes Zonaras, *ad Canonem Apostolorum sexagesimum.*

Πολλὰ βιβλία παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐνοθεύθησαν εἰς βλάβην τῶν ἁπλουστέρων. ὥσπερ καὶ αἱ διὰ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος γραφεῖσαι τοῖς ἐπισκόποις ἀποστολικαὶ διαταγαὶ, αἳ διὰ τοῦτο καὶ συνοδικῶς ἀπεβλήθησαν.

Multi libri ab impiis hominibus adulterati sunt, in simpliciorum perniciem: sicut & Apostolicæ Constitutiones, Episcopis scriptæ per sanctum Clementem; quæ ideo synodice rejectæ sunt.

Lege eumdem, ad Canonem ultimum Apostolorum, & ad Canonem Laodicenum sexagesimum. Ex ejus etiam ineditis Scholiis ad Epistolam Festalem S. Athanasii, citat ista Jacobus Usserius, in Dissertatione de scriptis Ignatii, Polycarpi & Romani Clementis, *cap.* VII.

Τὴν διδαχὴν δὲ τῶν ἀποστόλων, τινὲς λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος γραφείσας διατάξεις, ἃς ἡ λεγομένη ἕκτη σύνοδος ἀναγινώσκεσθαι οὐ συγχωρεῖ, ὡς νοθευθείσας καὶ παραφθαρείσας ὑπὸ αἱρετικῶν.

D Doctrinam vero Apostolorum, quidam dicunt esse Constitutiones per Clementem scriptas; quas quæ sexta dicitur Synodus legi non permittit, veluti adulteratas & corruptas ab Hæreticis.

XV.

Alexius Aristinus, *in Synopsi Canonum; ex Trullana Constantinopolitana Synodo, num.* 7. *Bibliothecæ Juris Canonici Veteris, tom.* II. *pag.* 698.

Τὰ παρὰ τῶν ἑτεροδόξων κλοπιμαίως ἐμβεβλημένα ταῖς διὰ Κλήμεντος τῶν ἀποστόλων διατάξεσιν, ἀποκήρυκτα.

Quæ ab heterodoxis furtim inserta sunt Constitutionibus Apostolorum per Clementem editis, sunt repudianda. *Eadem verba usurpat Symeon Magister & Logotheta, in Epitome Can. ibid. p.* 742.

Ex ejusdem Scriptoris Mss. Scholiis, ad Canonem Apostolorum ultimum, ista citat Usserius, in Dissertatione de S. Ignatio *&c. cap.* XV.

Ο' δεύτερος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ γενομένης ἕκτης συνόδου, παντελῶς ἀποβάλλεται τὰς τοιαύτας [2] διαταγὰς, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων προστεθῆναί τινα νόθα καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας.

E Secundus Canon Synodi sextæ in Trullo habitæ, omnino rejicit hasce Constitutiones; propterea quod iis nonnulla ab heterodoxis adjecta fuerint adulterina, & aliena a pietate.

1. Al. *orthodoxiæ*. Et mox, *omnem Apocryphum*.

2. Cod. Reg. 2418. Συντάξεις.

XVI.

CONSTANTINUS HARMENOPULUS, *in* Epitome Canonum, *sect.* II. *tit.* IV. *tom.* I. *Juris Græco-Romani*, *pag.* XXVIII.

Εν ταῖς λεγομέναις τῶν ἁγίων ἀποστόλων διατάξεσι, ταῦτα διείληπται· Διακόνισσα οὐδὲν, ὧν οἱ πρεσβυτέροι &c.

A In libro qui dicitur, SANCTORUM APOSTOLORUM CONSTITUTIONES, hæc tradita sunt: *Diaconissa nihil eorum quæ Presbyteri*, &c. Lib. VIII. cap. XXVIII.

XVII.

THEODORUS BALSAMON, *ad Canonem Apostolorum ultimum.*

Σὺ δὲ γίνωσκε ὡς εἰ καὶ γέγραπται ἐνταυθοῖ ἀναγινώσκειν ἡμᾶς τὰς διαταγὰς τοῦ Κλήμεντος, πλὴν μὴ δημοσιεύειν αὐτάς· ἀλλ' ὁ β'. κανὼν τῆς ϛ'. συνόδου ἀπηγόρευσε τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, διὰ τὸ γενέσθαι παραποίησιν ἐν αὐταῖς.

Tu autem scias, quod licet heic scriptum sit, ut legamus CLEMENTIS CONSTITUTIONES, sed non divulgemus; attamen secundus Canon sextæ Synodi earum lectionem prohibuit, quoniam in illis adulteratio facta est. *Lege ejusdem Responsa ad*
B *Interrogationes Marci Alexandrini, capp.* I. & II. *in Jure Græco-Romano, tom.* I. *p.* 363.

XVIII.

MATTHÆUS BLASTARES, *nondum editus, initio Collectionis Canonum, per titulos, ordine Alphabetico; ubi de Canonibus Apostolorum.*

Φησὶ γὰρ (ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος·) Τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων πατέρων καὶ δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν ἐπ' ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων, ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας, τὸ κῦρος ἔχειν καὶ ἡμεῖς κελεύομεν· πλὴν τῶν τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολῶν τε καὶ διατάξεων. Αὗται γὰρ πρὸς τῶν δυσσεβῶν πολὺ τὸ νόθον καὶ σφαλερὸν εἰσεδέξαντο.

Ait enim (sancta & œcumenica sexta Synodus:) A sanctis Patribus qui ante nos fuerunt, receptos atque confirmatos, sed & nobis nomine sanctorum & gloriosorum Apostolorum traditos, octoginta quinque CANONES, auctoritatem habere nos quoque præcipimus: exceptis Clementis Epistolis & CONSTITUTIONIBUS. Illæ enim ab impiis multam adulterationem ac falsitatem acceperunt.

Ibidem, littera β'. *capite* II.

Ας δὲ προστίθησι τοῦ Κλήμεντος δύο ἐπιστολὰς, καὶ τὰς πονηθείσας τούτῳ διατάξεις τῶν ἀποστόλων· ὕστερον ὁ τῆς ἕκτης συνόδου δεύτερος κανὼν διέγραψεν, ὡς πολὺ τὸ νόθον πρὸς τῶν αἱρετικῶν καὶ παρέγγραπτον δεξαμένας.

C Quas vero (Canon Apostolorum octogesimus quintus) adjicit duas Clementis Epistolas, & ab eodem elaboratas CONSTITUTIONES APOSTOLORUM; postea secundus sextæ Synodi Canon abrogavit, quasi quæ per Hæreticos multum adulterationis ac interpolationis accepissent.

Et paullo post.

Εξωθεν δὲ τῶν κανονιζομένων εἶναι φησὶν (ὁ μέγας Ἀθανάσιος) τὴν σοφίαν Σολομῶντος &c. καὶ τὴν διδαχὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ταύτην δὲ ἡ ἕκτη σύνοδος ἠθέτησεν, ὡς δεδήλωται.

Extra autem Canonicos libros ait esse, (Magnus Athanasius) Sapientiam Salomonis &c. & DOCTRINAM SANCTORUM APOSTOLORUM: hanc autem sexta Synodus rejecit, quemadmodum jam declaratum est.

Et infra, de Canone Apostolorum sexagesimo.

Οὐ μόνον γὰρ οἱ περὶ πλείστου τὸ ψεῦδος ποιούμενοι, λόγοις οἰκείοις τὸ δυσσεβὲς αὐτῶν φρόνημα κρατύνειν πειρῶνται, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν εὐσεβῶν συγγράμμασιν τὰ σφέτερα παρενείρουσιν· ὡς ἐν ταῖς ῥηθείσαις ἐπιστολαῖς τοῦ ἱεροῦ Κλήμεντος, καὶ ταῖς διατάξεσιν ἐσκαιώρηται.

D Non solum enim qui maximi faciunt mendacium, propriis libris impiam suam sententiam nituntur confirmare; sed etiam sua, scriptis piorum inserunt; quemadmodum in memoratis sacri Clementis Epistolis & CONSTITUTIONIBUS perperam factum fuit.

In littera κ'. *capite* 5. *ubi de canone Trullano secundo.*

Τοὺς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, φημὶ, πλὴν τῶν διὰ Κλήμεντος διατάξεων· αὗται γὰρ πολὺ τὸ νόθον πρὸς τῶν κακοδόξων δίκην ζιζανίων εἰσεδέξαντο, τὸ κῦρος ἔχειν κελεύει.

Octoginta quinque CANONES sanctorum Apostolorum, inquam; exceptis CONSTITUTIONIBUS PER CLEMENTEM scriptis (ipsæ enim multam adulterationem a pravæ sententiæ hominibus, instar zizaniorum acceperunt) jubet habere auctoritatem. *Vide not. in Const. Ap. lib.* VI. *c.* 8.

XIX.

NICEPHORUS CALLISTI, *Ecclesiasticæ Historiæ lib.* III. *cap.* XVIII.

Τοῦτον συγγραφέα καὶ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἱερῶν κανόνων πιστεύομεν,

A Hunc (Clementem) & APOSTOLICARUM CONSTITUTIONUM, & sacrorum quoque Apostolicorum canonum auctorem esse credimus. *Lege lib.*II. *c.*46.

XX.

NICETAS SERRONIUS, *vel, ut alii*, SERRANUS *aut* SERRENSIS, *ad Orationem quadragesimam secundam S. Gregorii Nazianzeni, num.* XXVI. *pag.* 1153. C. *tom.* II. *ad ista verba Theologi, tom.* I. *pag.* 685. A. Τοιοῦτον γὰρ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν σφάγιον, ἔνδυμα ἀφθαρσίας καὶ ὂν καὶ καλούμενον. *Talis enim est victima pro nobis cæsa, quæ incorruptionis indumentum & est & appellatur.*

Illud autem, *Incorruptionis indumentum*, ex OCTABIBLO CLEMENTINA sumtum est, ubi hæc verba sunt: *Ut dignos eos habeat lavacro regenerationis, quod incorruptionis indumentum est.* In CONST. lib. VIII. cap. VI. ubi vide not.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAS *laudant prætetea* ANASTASIUS, *quem alii* SINAITAM, *alii* NI-

B CÆNUM *vocant; in* Quæstionum & Responsionum *volumine; editionis Gretseri, Resp.* 1. 6. 12. 14. 15. 16. 20. 22. 35. 46. 52. 60. 64. & 65. NICOLAUS METHONENSIS, De corpore & sanguine Christi, *in Bibliotheca Patrum; & alii. Denique a multis refertur, Æthiopes has* CONSTITUTIONES *pro vere Apostolicis habere. Qua de re plus semel egimus in notis.*



ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν διαταγῶν ἀποςολικῶν,

CAPITA

Libri primi Constitutionum Apostolicarum.



ΔΙΑΤΑΓΑΙ
ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ
ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ,
ΔΙΑ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΟΥ,
ἡ καθολικὴ διδασκαλία.

CONSTITUTIONES
SANCTORUM
APOSTOLORUM,
PER CLEMENTEM,
EPISCOPUM ET CIVEM ROMANUM,
Seu Catholica Doctrina.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ. A

Περὶ λαϊκῶν.

ΟΙ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκόσιν εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ.

Θεοῦ φυτεία ἡ καθολικὴ ἐκκλησία, καὶ [a] ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτὸς, οἱ πεπιστευκότες εἰς τὴν ἀπλανῆ θεοσέβειαν αὐτοῦ, οἱ τὴν αἰώνιον καρπούμενοι διὰ πίστεως

LIBER PRIMUS.

De Laicis.

APOSTOLI & *Presbyteri, omnibus qui ex Gentibus in Dominum Jesum Christum crediderunt; gratia vobis & pax ab omnipotente Deo, per Dominum nostrum Jesum Christum, in agnitione ejus multiplicetur.*


Ecclesia Catholica, plantatio Dei est, & vinea ejus electa [a]; qui in certissimam Dei religionem credidere, qui sempiternum ejus regnum per fidem

[a] Isa. VII. 7. 2.

1. ΔΙΑΤΑΓΑΙ.] In Eclogis Codicis Mazariniani, nunc Regii 2347. *Διαταγαὶ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, αἱ διὰ Κλήμεντος προσφωνηθεῖσαι· βίβλιον πρῶτον. ἐν τῇ καθολικῇ διδασκαλίᾳ καὶ παραίνεσις περὶ λαϊκῶν, ἐν κεφαλαίοις ιά. Constitutiones sanctorum maximeque prædicandorum Apostolorum, quæ per Clementem nuncupatæ fuerunt. Liber primus.* In Catholica Doctrina *etiam Cohortatio de Laicis, in capitibus XI.* nimirum, Præfatione pro capite primo computata. Agebamus mox de titulis. *Doctrinam* vero, *Doctrinam sacram*, *Doctrinam Catholicam* dictas Constitutiones, in ipsis etiam reperies, Præfatione, & lib. 2. c. 12. (in lemmate) cap. 39, lib. 6. cap. 14. & 18. Quod nomen διδασκαλίας, sicut διδαχῆς, est novi Testamenti. Act. II. 42. ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων. II. Timoth. III. 10. σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ. COT.

2. Ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτός.] Epithetum ἐκλεκτὸς sumtum est ex Versione Symmachi Isa. V. 2. Ille enim vocem שרק, Σωρὴκ, *Sorek*, reddiderat ἐκλεκτὴν, uti discimus ex SS. Basilio & Hieronymo ad eum textum. Addit Hieronymus, interpretationem hanc solius Symmachi esse. Idemque ac Basilius docuerat Theodoritus ibidem; verum hodie non habemus integra ejus verba. Editi libri, καὶ ἐφύτευσα ἄμπελον.] ἔχει δὲ ἑρμηνεία τὸ ἀληθές. ἐκλεξάμενος γὰρ Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην ὁ τῶν ὅλων θεὸς, ἐκ τῶν αὐτοῦ σπερμάτων τὸν ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν, cum sensus postulet, post ἄμπελον, hæc aut similia, Σωρήκ.] Σύμμαχος ἡρμήνευσεν ἐκλεκτήν. A Tertulliano quoque adversus Judæos B cap. 13. contra Marcionem lib. 3. cap. 23. lib. 4. cap. 29. Origene Homil. 12. in Jeremiam, & ad Matthæi XXI. 33. &c. Ambrosio Hexaemeron lib. 3. cap. 12. Chrysostomo & Cyrillo in Esaiam, aliisque, retinetur ex LXX. Sorek, Sorec, vel Sorech, Σωρὴκ aut Σωρήχ. Itaque abest a vero, quod tamquam ex Procopio Gazæo Curterii ait Jacobus Usserius, in Syntagmate de Editione LXX. Interpretum, cap. 4. ubi Vulgata Græca Editio habet Σωρὴκ, ibi veros Septuaginta scripsisse ἐκλεκτήν. Fraudi fuit viro insigniter docto Liber indiligenter visus: in quo ἐκλεκτὴν non refertur ad Σωρήχ, sed ad σταφυλὴν vocabulum ejusdem versiculi. Et vero שרק non raro in sacro contextu usurpatur. Insignis est locus Gen. XLIX. 11. quem præclare versum invenies in disputatione Archelai adversus Manichæum, post Socratem & Sozomenum præstantissimi Valesii, pag. 202. col. 2. *qui alligavit ad vitem pullum suum, & ad optimam vitem pullum asinæ suæ*. At Senes per ἕλιξ exposuerunt: id autem cum multa apud Græcos significet, pos- C sitque intelligi etiam de funiculo, ac de cilicio, occasio errandi exstitisse videtur Latinis Interpretibus, qui reddunt apud Hieronymum in Traditionibus Hebraicis, & apud Augustinum lib. 16. de civitate Dei cap. 41. ac lib. 12. contra Faustum Manichæum cap. 42. *Alligans ad vitem pullum suum, & funiculo pullum asinæ.* aut *& cilicio pullum asinæ suæ.* In quod erratum non incurrissent, si cum Theodorito Quæst. 110. in Genesim, Diodoro in Catena MS. in Genesim, ac forte Cyrillo in Glaphyris, legissent καὶ τῇ ἕλικι τὸν ἀμπέλου. Prudentius S. Cyprianus *helicem* ser-

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



βασιλείαν αὐτοῦ, οἱ δύναμιν αὐτοῦ εἰληφότες καὶ μετουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡπλισμένοι διὰ Ἰησοῦ, καὶ [1] ἐνστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ, ῥαντίσματος μέτοχοι τοῦ τιμίου καὶ ἀθῴου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, οἱ παρρησίαν εἰληφότες τὸν παντοκράτορα Θεὸν, πατέρα καλεῖν, συγκληρονόμοι καὶ συμμέτοχοι τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ· ἀκούσατε διδασκαλίαν ἱερὰν οἱ ἐντυγχάνοντες τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐκ προστάγματος τοῦ σωτῆρος, ὁμόστοιχον ταῖς ἐνδόξοις φθογγαῖς αὐτοῦ. Φυλάσσεσθε οἱ Θεοῦ υἱοὶ ἅπαντα εἰς ὑπακοὴν Θεοῦ πράττειν· καὶ γένεσθε ἀρεστοὶ ἐν πᾶσι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. Ἐὰν γάρ τις ἀνομίαν μεταδιώκῃ καὶ τὰ ἐναντία τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ποιῇ, ὡς παράνομον ἔθνος, τῷ Θεῷ ὁ τοιοῦτος λογισθήσεται.

A comparारunt, qui ejus virtutem & Spiritus sancti participationem acceperunt, per Jesum armati, & timorem ejus toto pectore amplexi, aspersionem pretiosi & innocentis sanguinis Christi communicantes, qui fiduciam acceperunt ut nomine Patris Deum omnipotentem appellarent, coheredes & consortes amabilis Filii ejus: audite, qui ex præcepto Salvatoris promissionem ejus retinetis, sacram Doctrinam, gloriosis ipsius vocibus consonam. Attendite, filii Dei, ut omnia in obedientia Dei faciatis; & in omnibus estote Christo Deo nostro accepti. Si quis enim iniquitatem sectetur, & quæ Dei voluntati adversa sunt faciat; ille ac si ex Gente iniqua esset, a Deo reputabitur.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.

Περὶ πλεονεξίας.

Ἀπέχεσθε οὖν πάσης πλεονεξίας καὶ ἀδικίας· καὶ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· [2] Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὔτε τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε τὸν βοῦν αὐτοῦ, οὔτε τὸ ὑποζύγιον αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τοῦ πλησίον σου ἐστίν· ὅτι ἡ πᾶσα τούτων ἐπιθυμία ἐκ τοῦ πονηροῦ ὑπάρχει. Ὁ γὰρ ἐπιθυμήσας τὴν γυναῖκα, ἢ τὸν παῖδα, ἢ τὴν παιδίσκην τοῦ πλησίον, ἤδη κατὰ διάνοιαν μοιχὸς καὶ κλέπτης ἐστίν· ἐὰν μὴ μετάγνῳ, κέκριται ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας· Ἀμήν. Λέγει γὰρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, ἀνακεφαλαιούμενος καὶ στηρίζων καὶ πληρῶν τὴν δεκάλογον τοῦ νόμου· ὅτι ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν. τουτέστιν, ἐν τῷ νόμῳ διὰ Μωσέως ἐγὼ ἐλάλησα· νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ὑμῖν λέγω· Πᾶς ὅστις ἐμβλέψει εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οὗτος ἐκρίθη μοιχὸς κατ' ἔννοιαν, ὁ ἐπιθυμήσας. Ὁ δὲ τὸν βοῦν ἢ τὸν ὄνον ἐπιθυμήσας, οὐκ ἐπὶ τῷ κλέψαι, καὶ ἰδιοποιήσασθαι, ἢ καὶ ἀπαγαγεῖν αὐτὰ διανοεῖται; ἢ ὁ τὸν ἀγρὸν πάλιν ἐπιθυμήσας, καὶ ἐπιμείνας τῇ τοιᾷδε διαθέσει, οὐ πονηρεύεται, ὅπως ὁρογλυφήσας ἀναγκάσῃ τὸν ἔχοντα τοῦ μηδενὸς ἀποδόσθαι αὐτῷ; φησὶ γάρ που ὁ προφήτης· Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι· διὸ λέγει· μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα κυρίου σαβαὼθ ταῦτα. Καὶ ἀλλαχοῦ· Ἐπικατάρατος ὁ μετατιθεὶς ὅρια τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαὸς, γένοιτο. Διό φησι καὶ ὁ Μωσῆς. Οὐ μετακινήσεις ὅρια τοῦ πλησίον σου, ἃ ἔθεντο πατέρες σου. Διὰ τοῦτο οὖν φόβοι, θάνατοι, δικαστήρια, καταδίκαι, παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς τοιούτοις ἐπακολουθοῦσι. τοῖς δὲ ὑπηκόοις Θεῷ ἀνθρώποις εἷς νόμος Θεοῦ ἁπλοῦς, ἀληθὴς, ζῶν, οὗτος ἐνυπάρχει· [3] ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου σοι γενέσθαι, οὐ

CAPUT PRIMUM.

De avaritia.

Abstinete igitur ab omni avaritia & injustitia: etenim in Lege scriptum est [a]: *Non concupisces uxorem proximi tui, neque agrum ejus, neque servum ejus, neque ancillam ejus, neque bovem ejus, neque subjugale ejus, nec quæcumque proximi tui sunt*: quia omnis horum cupiditas a Malo est. Qui enim uxorem, aut servum, aut ancillam proximi concupiscit; jam mente adulter ac fur est: nisi resipiscat, judicatus est a Do-

C mino nostro Jesu Christo; per quem Deo gloria, in sæcula. Amen. In Evangelio siquidem repetens, firmans & adimplens Legis Decalogum, ait [b]: *Quia in Lege scriptum est, Non mœchaberis; ego autem dico vobis*. Id est, Ego per Mosen in Lege locutus sum; nunc vero idem ipse dico vobis: *Quicumque aspexerit uxorem proximi ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo*: hic qui concupivit, animi adulter judicatus est. Qui vero bovem aut asinum cupit, nonne cogitat furari, & sua facere & abducere? Rursus qui agrum appetit, & in eo affectu perseverat; nonne maligne id agit, ut terminos agri scalpendo, cogat possessorem, nullo sibi pretio tra-

D dere? Dicit enim alicubi Propheta [c]: *Væ qui adjungunt domum ad domum, & agrum agro continuant, ut aliquid proximi auferant*: idcirco ait: *Numquid habitabitis soli in terra? Audita namque sunt hæc in auribus Domini Sabaoth*. Et alio in loco [d]: *Maledictus qui transfert terminos proximi sui; & dicet omnis populus: Fiat*. Unde & Moses ait [e]: *Non transmovebis fines proximi tui, quos patres tui posuerunt*. Ob hanc igitur caussam timores, mortes, judicia, damnationes hominibus hujusmodi divinitus impendent: iis autem qui Deo obediunt, una hæc lex Dei simplex, vera ac viva insita est [f]: *Quod ab alio oderis tibi fieri*,

a Exod. xx. 17. *b* Matth. v. 27. *c* Isa. v. 8. *d* Deut. xxvii. 17. *e* Deut. xix. 14. *f* Tob. iv. 16.

vat, lib. 1. Testimoniorum c. 21. & S. Ambrosius aliique *ad palmitem* interpretantur. *Arbitror ergo*, Rufini verba sunt, Præfatione in librum de benedictionibus Judæ, quem sequetur qui volet, me nullatenus repugnante, *quod hic ipse Græcus sermo in Latinis exemplaribus antiquitus positus est, ut & alia nonnulla, & per tempus a Scriptoribus non intelligentibus pro ἕλικι cilicium dici putatum est*. Cot.


1. Ἐνστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ.] Cum Turriano posui in Versione *timorem ejus toto pectore amplecti*, sicut Zonaras ἐνστερνιζόμεθα Canone 1. Concilii generalis 7. explicat ἀγαπητικῶς δεχόμεθα καὶ κατασπαζόμεθα. Forte tamen in sensu passivo accipi debet, pro circumdati ac pectus muniti timore Dei. Idem.

2. Οὐκ ἐπιθυμήσεις.] Convenientius Hebraicæ Veritati Exod. xx. 17. ac nunc in LXX. a quibus addita videntur nonnulla velut paraphrastice ex aliis Scripturæ testimoniis. Optime autem διαταγεῖς Nostri ὑποζύγιον paullo post

E mutant in ὄνον. Mos enim LXX. חמור interpretari ὄνον & ὑποζύγιον. Et cum Zachariæ ix. 9. iidem habeant, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον, Matth. xxi. 5. citatur, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου. Similiterque Balaami ὄνος Numer. xxii. 21. &c. Petro Epist. 2. c. 2. vers. 16. est ὑποζύγιον. Legendus Suidas in voce ὑποζύγια. Idem.

3. Ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου σοι γενέσθαι, σὺ ἄλλῳ οὐ ποιήσεις.] Proxime accedit ad Vulgatam Tob. iv. 16. *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias*. Græci, καὶ ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς. Infra lib. 3. cap. 15. ὃ μισεῖς σοι γενέσθαι, οὐδὲ ἄλλῳ σὺ ποιήσεις. Et lib. 7. cap. 2. πᾶν ὃ μὴ θέλεις γενέσθαι σοι, καὶ σὺ τοῦτο ἄλλῳ οὐ ποιήσεις. Philo Judæus apud Eusebium Præparat. Evangel. viii. 7. ἅ τις παθεῖν ἐχθαίρει, μὴ ποιεῖν αὐτόν. Chrysostomus Homil. 13. ad populum Antiochenum, ὃ μισεῖς, ἄλλῳ μὴ ποιήσῃς. Valerianus Cemeliensis Homil. 13. *Quod tibi non vis*,

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ἄλλῳ ȣ̓ ποιήσεις. Οὐ βȣ́λει τῇ γυναικί σȣ τινὰ ἐμβλέψαι κακῶς εἰς διαφθορὰν αὐτῆς, μηδὲ σὺ τῇ τȣ͂ πλησίον σȣ γυναικὶ κακοήθως ἀτενίσῃς. Οὐ βȣ́λει σȣ τὸ ἱμάτιον ἀρθῆναι, μηδὲ σὺ τὸ τȣ͂ ἑτέρȣ ἄρῃς. Οὐ θέλεις πληγῆναι, λοιδορηθῆναι, ὑβρισθῆναι, μηδὲ σὺ ἄλλῳ ταῦτα διαθῇς.

A *tu alteri ne feceris*. Non vis ut alius uxorem tuam nequiter ad ſtuprum aſpiciat, neque ipſe in uxorem proximi tui oculum improbe intendas. Non vis pallium tibi furto tolli, neque tu alterius abſtuleris. Non vis pulſari, male audire, contumeliis affici; neque ipſe alium ſimilibus afficias.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ τȣ͂ μὴ ἀνθυβρίζειν, ἢ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικȣ͂ντα.

Ἀλλὰ καταρᾶταί σέ τις; σὺ εὐλόγησον αὐτόν· ὅτι γέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ἀριθμῶν· Ὁ εὐλογῶν σε εὐλόγηται· καὶ ὁ καταρώμενός σε, κεκατήραται. Ὁμοίως καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γέγραπται· Εὐλογεῖτε τȣ̀ς καταρωμένȣς ὑμᾶς· ἀδικȣ́μενοι μὴ ἀνταδικήσητε, ἀλλ' ὑπομείνατε· ὅτι λέγει ἡ γραφή· Μὴ εἴπῃς, τίσομαι τὸν ἐχθρὸν, ἅ με ἠδίκησεν· ἀλλ' ὑπόμεινον, ἵνα σε ἐκδικήσῃ ὁ κύριος, καὶ ἐκδικίαν ἐπαγάγῃ τῷ ἀδικȣ͂ντί σε. Καὶ γὰρ πάλιν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· [1] Ἀγαπᾶτε τȣ̀ς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισȣ͂σιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων· καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τȣ͂ πατρὸς ὑμῶν τȣ͂ ἐν τοῖς ȣ̓ρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτȣ͂ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηρȣ̀ς καὶ ἀγαθȣ̀ς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίȣς, καὶ ἀδίκȣς. Προσέχωμεν ȣ̓͂ν, ἀγαπητοὶ, ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, ἵνα τέκνα φωτὸς εὑρεθῶμεν πράσσοντες αὐτάς. Βαστάζετε ȣ̓͂ν οἱ δȣ͂λοι καὶ υἱοὶ τȣ͂ Θεȣ͂, ἀλλήλȣς. Ὁ μὲν ἀνὴρ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔσω μὴ ὑπερήφανος, μηδὲ ἀλαζὼν, ἀλλ' εὔσπλαγχνος, εὐμετάδοτος, τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ μόνον βȣλόμενος ἀρέσκειν, καὶ ταύτην κολακεύειν ἐντίμως, σπȣδάζων καταθύμιος εἶναι αὐτῇ.

CAPUT II.

De non reddenda contumelia, nec ulciſcendo eo qui injuriam fecit.

Sed aliquis tibi maledicit? tu benedic ei: quoniam ſcriptum eſt in libro Numerorum [a]: *Qui* B *benedicit tibi, benedictus eſt; & qui maledicit tibi, maledictus eſt.* Similiter & in Evangelio ſcriptum eſt [b]: *Benedicite iis qui maledicunt vobis*: injuria affecti, injuriam ne referatis, ſed tolerate; quandoquidem Scriptura dicit [c]: *Ne dicas, Ulciſcar inimicum de iis quæ in me inique egit; ſed exſpecta, ut te vindicet Dominus, & vindictam inducat in eum, qui te injuria affecit.* Rurſus enim in Evangelio ait [d]: *Diligite inimicos veſtros; benefacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus vos; & eritis filii Patris veſtri, qui in cœlis eſt; qui ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.* Attendamus itaque, dilecti, hæc præcepta, ut C ea facientes reperiamur filii lucis. Quocirca ſervi ac filii Dei, ferte vos mutuo. Ac maritus quidem ne in uxorem ſuperbus arroganſque ſit, ſed benignus ac facilis; ſuæ tantum uxori placere cupiens, eique honorate blandiri, ſtudens eſſe illi ſuavis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Περὶ καλλωπισμȣ͂, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἁμαρτίας.

Μὴ καλλωπιζόμενος εἰς τὸ ἀγρευθῆναί τινα [2] ἑτέραν ἐπὶ σοί. Εἴτε γὰρ ἀναγκασθεὶς ὑπ' αὐτῆς, ἁμαρτήσῃς εἰς αὐτὴν, θάνατος παρὰ Θεȣ͂ ἐπελεύσεταί σοι αἰώνιος, ἐν αἰσθήσει πικρῶς κολαζομένῳ. Εἴτε μὴ ποιήσῃς τὸ μύσος, ἀλλ' ἀποσεισάμενος αὐτὴν, ἀρνήσῃ [3] αὐτὴν, καὶ τȣ͂το ἥμαρτες, εἰ καὶ μὴ ποιήσῃς, μόνον δὲ τὸ διὰ τοῦ καλλωπισμȣ͂ σȣ παγιδεῦσαι γυναῖκα εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαί σȣ. ἐποίη-

CAPUT III.

De ornatu, & peccato inde proficiſcente.

Ne ornes te, ut quæpiam in te capiatur. Sive enim ab ea coactus, in eam pecces, æterna mors tibi a Deo ſuperveniet, & acerbo ſen- D ſus cruciatu punieris. Sive non committas ſcelus, ſed mulierem repellas, ac neges ei; etiam in hoc, re licet infecta, peccaſti; quod, ſcilicet, cultu tuo illaqueaſti mulierem, ut te appeteret: effeciſti enim, ut hoc modo affecta, appetitu adul-

a Num. xxiv. 9. *b* Luc. vi. 28. *c* Prov. xx. 22. *d* Matth. v. 44.


alio (pro *alii*) *ne facias*. Operis imperfecti in Matthæum Auctor ad cap. 21. verſ. 10. Pſeudo-Clemens Epiſtola Decretali 1. ac vulgo Latini, *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris*. Quo de ultimo inſignem Ælii Lampridii in Alexandro Severo locum nemo neſcit. Inveni etiam in membranis Regiis num. 2386. hoc Apophthegma Orionis Philoſophi, editum an ineditum juxta neſcio, *ὅπερ σὺ μισεῖς παρ' ἑτέρων σοι γενέσθαι, τȣ͂το εἰς ἑτέρȣς μὴ ποίει*. Præterea Act. xv. 29. in exemplaribus Irenæi, Cypriani, Auctoris Verſionis Æthiopicæ, nonnulliſque hodiernis, poſt *πορνείας* cernebatur & cernitur, *καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γενέσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν*. *Et quæcumque non vultis vobis fieri, aliis ne feceritis*. Vide primum lib. 3. adverſus Hæreſes cap. 12. ſecundum lib. 3. Teſtimoniorum ad Quirinum cap. penult. Vide etiam Prima Religionis Chriſtianæ Rudimenta apud Saxones & Alemannos, quæ cum Haymonis Hiſtoria edita fuerunt Lugduni Batavorum p. 31. In Sexti Sententiis Sent. 169. *Quod pati non vis ab alio, neque id facias*. Nilus *παραινέσει* tertia, *γενȣ͂ τοῖς πᾶσιν, ὡς σοι θέλεις πάντας*. Denique cap. 5. Eclogarum S. Maximi, Socrati tribuitur, *ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρων ὀργίζεσθε, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε*. Cot.

1. Ἀγαπᾶτε &c.] Omittit *εὐλογεῖτε τȣ̀ς καταρωμένȣς ὑμᾶς*, quod mox citaverat ex Lucæ vi. 28. Eademque omiſſio in Latino Interprete, ac in multis Patribus, Græcis & Latinis, Iſidoro Peluſiota lib. 4. Epiſt. 11. Ambroſio in Pſalmum xxxviii. Auctore Operis imperfecti in Matthæum, Hieronymo, &c. Auguſtinus variat, interdumque agnoſcit illud, *Benedicite his qui vobis maledicunt*, ut libro contra Adimantium cap. 17. interdum ignorat, ut Epiſtola 54. & Sermone 170. de Tempore. Apud Origenem vero Tom. 22. & 25. in Joannem, & apud Cyprianum lib. de bono patientiæ, ac lib. de zelo & livore, invenies dumtaxat, *Diligite inimicos, & orate pro eis, qui vos perſequuntur*. At apud nonnullos comma de quo agimus, ad finem verſus transfertur. Pari modo in ordine verborum verſiculi ſequentis multum diſcrepant Antiqui, ſed ſine ullo ſenſus E diſpendio. Aliis exhibentibus, *Qui pluit ſuper bonos & malos, & ſolem ſuum oriri facit ſuper juſtos & injuſtos*. Ita Tertullianus II. in Marcionem 17. & Palladius Dialogo de vita S. Chryſoſtomi cap. 16. Lege Origenem relatum in Catena in Matthæum. Aliis, *Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper juſtos & injuſtos, & pluit ſuper bonos & malos*. Sic Philaſtrius Parte 3. Hæreſi 83. & Baſilius Seleucienſis in fine Orationis 16. ubi etiam *ὅς γε* ponit, quod legebant Interpretes, Latinus, Syrus & Perſa. Aliis, *Qui pluit ſuper juſtos & injuſtus, & ſolem ſuum oriri facit ſuper malos & bonos*. Eo modo Baſilius Cæſarienſis Aſceticarum Conſtitutionum cap. 1. Quibuſdam cum Vulgata, quibuſdam cum Græco concordantibus; quibuſdam modo uni, modo alteri accedentibus. Idem.

2. Ἑτέραν.] Al. *ἑταίραν*. Al. *νεωτέραν*. Id.

3. Αὐτὴν] Al. *αὐτῷ*. Mox pro *ταύτῃ*, al. *ἐπίσης*. al. *ἐφ' ἴσης*, pro *ἐπ' ἴσῃ*, perinde. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



σας γὰρ τὴν τοῦτο παθοῦσαν, διὰ τῆς ὀρέξεως μοιχευθῆναι ἐπὶ σοί· ἀλλ᾽ οὐχ᾽ οὕτως ὑπάρχεις, διὰ τὸ μὴ προσαποστεῖλαί σε τῇ ἐπί σε πεπαγιδευμένῃ. οὐ γὰρ σὺ ἐπεθύμησας αὐτῆς· μὴ συνεπιδιδοὺς δὲ αὐτῇ ἑαυτὸν, ἐλεηθήσῃ ὑπὸ κυρίου τοῦ Θεοῦ τοῦ εἰπόντος· Οὐ μοιχεύσεις, καὶ οὐκ ἐπιθυμήσεις. Εἰ γὰρ ἐκείνη θεασαμένη σε, ἢ ἀκαίρως συναντήσασα, ἐπλήγη τὴν διάνοιαν, καὶ προσέπεμψέ σοι, σὺ δὲ ὡς θεοσεβὴς [1] ἠρνήσω αὐτὴν, ἐκείνη μέντοι τὴν καρδίαν ἐτραυματίσθη, εὐμόρφου νεωτέρου ὑπάρχοντός σου καὶ καλλωπισμένου, ὥστε ἐρασθῆναί σου, ἔνοχος εὑρίσκῃ σὺ τοῦ ἐκείνης παραπτώματος, ὡς αἴτιος αὐτῆς σκανδάλου γενόμενος, καὶ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος. Διὸ δεήθητι κυρίου τοῦ Θεοῦ, ὅπως μηδέν σοι διὰ τοῦτο κακὸν συμβῇ. Οὐ γὰρ ἀνθρώποις σε χρὴ ἀρέσκειν εἰς ἁμαρτίαν· ἀλλὰ Θεῷ εἰς ὁσιότητα ζωῆς τε καὶ ἀναπαύσεως τῆς αἰωνίου ἀντέχεσθαι. Τὸ ὑπὸ τῆς φύσεως σοι δεδομένον ἐκ Θεοῦ κάλλος μὴ προσεπικαλλώπιζε, ἀλλὰ ταπεινοφρόνως μετρίασον αὐτὸ πρὸς ἀνθρώπους, οὕτω τὴν τρίχα σου τῆς κόμης μὴ παρατρέφων, μᾶλλον δὲ συγκόπτων καὶ καθαίρων αὐτήν· ἵνα μὴ κατακτενιζομένου σου καὶ ἄσκυλτον τηροῦντος τὴν κεφαλὴν, ἢ καταμεμυρισμένου σου, ἐπαγάγῃς σεαυτῷ τὰς οὕτως ἀγρευομένας ἢ ἀγρευούσας γυναῖκας. Μηδὲ ἐπιτετηδευμένῃ σὺ τῇ ἐσθῆτι χρήσῃ εἰς ἀπάτην, [2] μηδὲ ἀναξυρίδας, ἢ κρηπῖδας σου τοῖς ποσὶ κακοτέχνως ὑποῤῥάψῃς. ἀλλὰ τὸ τῆς σεμνότητος καὶ τῆς χρείας μόνον· μηδὲ χρυσήλατον σφενδόνην τοῖς δακτύλοις σου περιθῇς, ὅτι [3] ταῦτα πάντα ἑταιρισμοῦ τεκμήρια ὑπάρχει, ἅπερ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπιτηδεύων οὐ ποιήσεις δικαίως. Πιστῷ γάρ σοι ὄντι καὶ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔξεστι [4] τρέφειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, καὶ ποιεῖν εἰς ἓν, ὅς ἐστι σπατάλιον· ἢ ἀπάχυμα, ἢ μεμερισμένην τηρεῖν· οὐδὲ μὲν ὀγκοποιεῖν, ἢ

A terium in te committeret: non tamen adeo in culpa es; quia ad eam quæ amore tui irretita est, non misisti: neque enim tu appetisti illam, ei vero te si non dedas, misericordiam a Domino Deo consequeris, qui dixit [a]: *Non mœchaberis*, & *Non concupisces*. Quod si illa te aspecto, aut tibi intempestive occurrens, mente percussa est, & ad te misit; tu autem, ut erga Deum religiosus, negasti ei; hæc vero, quia es formosa juventute conspicuus, corde adeo vulnerata est, ut te amare cœperit: tu peccati mulieris reus inveniris, tamquam auctor scandali [b], & maledicti heres. Quare Dominum Deum precare, ut nihil tibi mali propterea infligatur. Neque enim homi- B nibus te oportet placere, in peccatum; sed potius Deo adhærere, in vitæ sanctitatem, & in requiem æternam. Pulcritudinem tibi a Deo & natura tributam noli insuper ornare; sed eam modeste tempera apud homines; ita ut comæ capillum non nutrias; conscindas potius ac concerpas eum; ne pexus, & illæsos retinens capitis pilos, aut unguentis delibutus, illas mulieres ad te pellicias; quæ sic capi aut capere solent. Neque vestitu exquisito, ad decipiendum utaris; nec fascias vel crepidas pedibus tuis nequiter componas; sed quod solum honestas & necessitas postulant usurpa: neque auream palam digitis tuis induas; quandoquidem hæc omnia meretriciæ vitæ indicia sunt; C quibus si præter officium studueris, juste non ages. Tibi quoque qui fidelis & homo Dei es, non licet nutrire comam, & in unum colligere, quod spatalium est; vel effundere, aut discriminatam servare; neque etiam tumefacere, neque carpendo ac formando crispam reddere, neque flavam face-

a Exod. xx. 14. 17. *b* Matth. xviii. 17.

1. Ἠρνήσω αὐτήν.] Eclogæ in Codice Regio addunt, ἀπέσχου τε καὶ οὐχ ἥμαρτες εἰς αὐτήν. Hoc est, Interprete Turriano, *& abstinuisti, neque in eam peccasti*. Quæ exciderunt e Græco contextu propter repetitionem vocis αὐτήν. COT.

2. Μηδὲ ἀναξυρίδας ἢ κρηπῖδας σου τοῖς ποσὶ κακοτέχνως ὑποῤῥάψῃς.] His respondent, meo quidem judicio, quæ ex Apostolorum διατάξεσι ait S. Epiphanius in Hæresi Massalianorum 80. cap. 7. *μήτε ὑπερηφανίας ὑπόδειγμα, δικαιοσύνης τὴν προσέλευσιν ἔχειν*. Ita quippe distinguo, vertendum autem arbitror, *neque superbiæ speciem, justitiæ incessum habere*. Id est, non oportere ut vir justus & fidelis in suo ingressu fastum ostendat. Siquidem fasciæ, & crepidæ, similiaque nimii cultus, non modo luxuriam indicant, sed & arrogantiam, in quam etiam Constitutiones invehi patet ex adverbio ταπεινοφρόνως paullo ante posito. Non me præterit, eruditissimum Usserium in cap. 9. Prolegomenorum ad S. Ignatium, componere cum verbis Epiphanii initium sequentis capitis, οὐκ ἔσῃ ὡς πεπομένος καὶ ἐμπεριπατῶν καὶ ἀλώμενος ἐν ταῖς ῥύμαις, ἀκαιροπρόπης τῶν κακῶς ζώντων. Verum eo capite non agitur de superbo incessu, sed de inani curiosaque cursitatione. Ἀναξυρίδες porro quid sint, præter Lexicographos Pollucem, Hesychium, Suidam, Phrynichum, Auctorem Etymologici magni, Auctorem Glossarum Herodoti, & præter Diodorum Siculum lib. 5. Himerium Sophistam in Photii Codice 243. aliosque, Hieronymus & Theodoritus docent, quando exponunt textum Danielis III. 21. ad quem legi debet Scholium Græcum prout correctum fuit a Drusio Quæst. Hebraic. lib. 3. c. 60. Imperite vero Erasmus interpretans Chrysostomi Homiliam 37. in Acta Apostolorum ἀναξυρίδας facit gladios peculiares, anaxyridas dictos. At recte Rufinus in Josephi ἀρχαιολογίας lib. 3. cap. 11. (al. 8.) vertit Vastrapas, quæ, teste Glossarii Latino-Græci Scriptore, feminalia sunt. A nobis Gallis inde appellantur *des Guestres*. Atque de integumentis ac ornamentis femorum & pedum, multa ne diceremus, eo nos fasce levarunt viri docti diligentia sua. Monemus tantum de loco Nomicarum Glossarum, ἀβδονάρια (seu ἀδονάρια aut οὐδωνάρια) τὰ περιπτόμενα τοῖς ποσὶν ὑφάσματα, ἃ λέγεται κατὰ Καθαρῶν· τὰ δὲ ἄλλα, πόδια (ita corrigunt) ὡς εἰπεῖν, τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα, ἃ παρά τισιν ὀθόνια κάλυπται. ἢ βράκαι, χερσὶ περιτιθέασι, δακτυλίους δὲ τοῖς ποσίν: sic eum restituendum videri, ἃ λέγεται πόδια. Πανάριον vel Πανάρια κατὰ Καθαρῶν: non vero juxta sententiam clarissimi Theologi Dionysii Petavii ad Panarii Epiphaniani verba, Hæresi 59. Catharorum, cap. 11. ὡς Ἐπιφάνιος κατὰ Καθαρῶν. ID.

3. Ταῦτα πάντα ἑταιρισμοῦ ὑπάρχει.] In Epiphanio Hæresi 80. num. 7. *μηδὲ ἑταιρισμῷ κατακομεῖσθαι*, vel *κατακοσμεῖσθαι*. Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 3. *κουρὰς ἀγεννεῖς καὶ πορνικὰς ἀποκειρόμενοι*. ID.

4. Τρέφειν τὰς τρίχας &c.] Varios comti capitis mo- D dos enumerat. Est autem spatalium, ut multi docent, armilla, atque, quod ex Pseudo-Clemente heic discimus, coma in unum collecta, forsanque armillis nodata. Seneca lib. 3. de ira cap. 26. *nec rufus crinis & coactus in nodum apud Germanos virum dedecet*. Tacitus de moribus Germanorum, *Insigne gentis, obliquare crinem, nodoque substringere*. Thucydides lib. 1. *χρυσῶν τεττίγων ἐν έρσει* (vel *ἐνέρσει*) *κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν*. Apud Philonem Judæum de vita contemplativa, *τὰς τῆς κεφαλῆς τρίχας οἱ πως διαπλέκονται σφηκούμενοι*. Sic κρώβυλος, & cincinnum significat, & nodum capilli, *retiolum quod colligit comas* ex Servio ad Æneid. 4. Sequitur in Catholica Doctrina ἀπόχυμα, capillus cum cura effusus. *κομᾷν, καὶ γυναικώδεις φέρειν βοστρύχους μέχρι ζωστῆρος καθιεμένους οὐ δυνατὸν*, inquit Zonaras ad Canonem 96. Trullanum. *Perspicue demonstratur*, locus est S. Hieronymi ad Ezechielis XLIV. 20. *nec rasis capitibus, sicut sacerdotes cultoresque Isidis* E *atque Serapidis, nos esse debere: nec rursum comam dimittere, quod proprie luxuriosorum est, barbarorumque & militantium; sed ut honestus habitus sacerdotum facie demonstretur*. Adde Senecam Epist. ult. *Quid capillum ingenti diligentia comis? Cum illum vel effuderis more Parthorum, vel Germanorum nodo vinxeris, vel ut Scythæ solent sparseris; in quolibet equo densior jactabitur juba, horrebit in leonum cervice formosior*. Et lib. 1. Naturalium Quæstionum cap. ult. de prisco tempore, *Conjugum quidem manu crinis ille, quem effundere olim mos viris fuit, attrectabatur: sed illum sibi sine ullo artifice formosi quatiebant, non aliter quam jubam generosa animalia*. Reliqua τῆς τριχὸς ornamenta, *μεμερισμένην τηρεῖν*, more Samsonis Judic. XVI. 19. Ὀγκοποιεῖν, *διαξαίνοντά τε καὶ πλάσσοντα ὅλην διατιθέναι*, & *ξανθοποιεῖν*, quod Plinio dicitur rufare, Tertulliano & Hieronymo irrufare, notiora sunt, quam ut remorentur nos. Vide sis Claudii Salmasii Plinianas Exercitationes, ejusdemque Epistolam de Cæsarie virorum & mulierum coma. Ad præsens porro Caput videntur respexisse Trullani Patres, Canonem 96. sancientes. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

διαξαίνοντά τε ϗ πλάσσοντα ἐλλω διαπθεῖν, ἢ ξανθοποιεῖν αὐτlὼ. ἐπείπερ ϗ ὁ νόμ☉ ἀπαγορεύει φάσκων [1] ἐν τῷ Δευτερονομίῳ· Οὐ ποιήσετε ὑμῖν σεισόlὼ, [2] ἐδὲ ἀναξυρίδας. Χρὴ δὲ ἐδὲ γενείε τρίχα διαφθείρειν, ϗ τὴν μορφlὼ τε ἀνθρώπε παρὰ φύσιν ἐξαλλάσσειν. [3] Οὐκ ἀπομαδαρώσετε γάρ, φησιν ὁ νόμος, τὲς πώγωνας ὑμῶν. Τετο γὰρ γυναιξὶν εὐπρεπὲς, ὁ κτίσας ἐποίησε Θεός· ἀνδράσι δὲ ἀνάρμοστον ἐδικαίωσε. Σὺ δὲ ταῦτα ποιῶν διὰ ἀρέσκειαν, ἐναντιέμενος τῷ νόμῳ, βδελυκτὸς γενήσῃ παρὰ Θεῷ τῷ κτίσαντί σε κατ' εἰκόνα ἑαυτε. Ἐὰν ἐν θέλῃς Θεῷ ἀρέσκειν, ἀπόχου πάντων ὧν μισεῖ αὐτὸς, καὶ μηδὲν πράττε τῶν αὐτῷ ἀπαρεσκόντων.

A re eam: quandoquidem & Lex in Deuteronomio vetat, dicens [a]: *Non facietis vobis sisoem, neque anaxyridas*. Oportet præterea non barbæ pilum corrumpere, nec formam hominis contra naturam mutare. *Non* enim, inquit Lex, *depilabitis barbas vestras*. Nam decori gratia creator Deus læves mulieres fecit; id porro viris inconcinnum merito judicavit. Tu vero, si hæc uti placeas feceris, Legis violator, exsecrabilis eris apud Deum, qui te ad imaginem suam fecit. Si ergo placere Deo volueris, abstine ab iis omnibus, quæ odit ipse, nihilque efficias eorum, quæ illi displicent.

[a] Lev. xix. 27. & xxi. 5.

1. Ἐν τῷ Δευτερονομίῳ. ἐ ποιήσετε ὑμῖν σεισόlὼ.] Aut lapsu memoriæ Constitutor Deuteronomium dixit pro Levitico; aut latius accepit Deuteronomii nomen, eo sensu, de quo paullo post ad caput sextum differemus. Constitutorem non examinata re secutus est Zonaras, in explicatione Canonis 96. Trullani, Zonaramque Theodorus Balsamon, nec non Matthæus Blastares, Scriptor ineditus, ad eumdem Canonem. σεισόν autem, σισόν, aut ut alii σισόης, σισώης, dictio Alexandrinorum videtur fuisse, ac juxta Hesychium Phaselitarum, usurpata a LXX. in interpretando textu Levit. xix. 27. quo prohibetur quædam capilli σύνθεσις aut ἀπόκαρσις, Ægyptiaca, opinor, deliciis, vel superstitioni, vel utrique dicata. Hæc qualis fuerit cum sit incertum, diversimode solent sacra verba exponi ab Antiquis. De cirro, cincinnis, crispa cæsarie. De capillis promissis & intonsis. De κόμῃ aut de κερᾷ ἐκ πλαγίε, circa quod legito Pollucem lib. 2. cap. 3. num. 5. Herodotum in Melpomene cap. 175. Plutarchum in vita Thesei paullo post initium, una cum Dione Chrysostomo de regno Orat. 2. post principium, Suida ad vocem ἀπόνοια, Sidonio lib. 1. Epist. 2. Aldhelmo Opere de laudibus virginitatis cap. 28. & aliis de tonsura & rasura in rotundum. Atque hanc Tertullianus cap. 4. libri de pallio, & Sidonius lib. 4. Epist. 13. cum multis commemorant. Invenies explicationes istas, si percurreris Versiones variarum linguarum, Maimonidis librum de Idololatria, Rabbinos, Scholium Græcum, S. Cyprianum III. ad Quirinum 83. Hieronymum ad Jeremiæ ix. 26. Hesychium lib. 6. in Leviticum, Suidam in σισόης, Theodoritum in Leviticum Quæst. 28. atque ex hoc postremo scribentem Auctorem Quæstionum post Quæstiones ad Antiochum cusarum Tom. 2. S. Athanasii sect. 28. quem sic emendo, τινὲς τlὼ σισόlὼ ἄλλως ἡρμlὼευσαν. ἐγὼ δὲ οἶμαι τlὼ ἀπόκαρσιν τὸν νόμον ἀπαγορεύειν. εἰώθασιν γὰρ οἱ Ἕλληνες μὴ ἀποκείρειν τῶν παίδων τὰς κορυφὰς, ϗ τὰς μαλλὲς ἐᾶν, καὶ ἕτως μετὰ χρόνον ἀνατιθέναι τοῖς δαίμοσιν. Id est, *Sisoem quidam aliter interpretati sunt. Ego vero arbitror lege prohiberi capillorum tonsuram. Consuevere enim Græci capita puerorum non attondere, promitti vero comam relinquere, eamque postmodum dæmonibus consecrare*. Profecto nomen פאת non intellectum, reliquit Theodotio; τὸ φαάθ. Præterea verbum תקפי si deducatur a יקף, *circumdabitis & rotundabitis* significat, id quod ad cirros adduci potest; si a נקף, *amputabitis & attondebitis*, quod secuti sunt alii. Similiter σισόlὼ referre licet ad שיציא, שסה, שכם, & ad ציצת, Græcorum σίσων, σισύραν, quorum prius tonsuram, annulatos crines posterius respicit. Unde Hesychius utraque conjunxit. *Insuper*, inquit, *nec comam in rotundum tondere, id est, non [illegible] in rotundum aspectum capitis, sicut & Symmachus edi[illegible]; quemadmodum etiam hi facere consueverunt, qui barbaricas student comas: propter quod, hoc LXX. σισόlὼ, forsitan propter magnitudinem concursorum capillorum appellaverunt*. Et quibusdam interjectis, *Sed nec cincinnos nutrire in honorem dæmonum, capillis aliis fortiores, & hoc* (f. hos) *vovere: student enim hoc Pagani, caput puerorum offerre dæ[illegible]. Unde de hoc maxime oportet putari legislatorem præ[illegible]re*. Igitur in tanta varietate ac obscuritate, non est facile arguendus antiquus Poeta Chœrilus, qui apud Josephum lib. 1. contra Apionem, Judæos appellat [illegible] τροχοκεραίδας, *capillis sub rotunditate detonsis*, interprete Rufino; præsertim quia circularis hujus aut semicircularis tonsuræ, ὑποτροχάλε, & περιτροχάλε, περιτρόχε, apud Herodotum lib. 3. cap. 8. Plutarchum de mulierum virtutibus, paullo ante finem, Agathiam Scholasticum de im- B perio & rebus gestis Justiniani lib. 1. non multo post initium, Nicetam Choniatem de Andronico Comneno lib. 1. num. 9. Pollucem loco citato, & Hesychium in voce σκαφίον, excogitari potuerunt plures figuræ; harumque aliquam in veteri Testamento non vetitam nihil impedit, quo minus Judæi assumserint. Pari modo Epithetum ὀπισθοκόμων, quod Galilæis tribuit Nonnus in Joann. II. 2. quodque, ut & Homericum ὄπισθεν κομόωντες, Machlyibus applicari queat ex Herodoto lib. 4. cap. 180. Saracenis apud Theodorum Mopsuestenum, & multis aliis populis, non certo pugnat cum præcepto Levitici. Ceterum citatus Rufini locus in mendo cubat, sed parva opera in rectum statuetur per Græca Josephi. Scribe meo periculo: *Postremum vero transibant genus mirabile visione, linguam quidem Phœnissam ore proferentes. Habitantes autem in Solymis montibus, ubi palus amplissima est. Juvenes* (Corrupte legebat ἀκμαλέοι pro αὐχμαλέοι) *capillis sub rotunditate detonsis, super equos erectos* (ἀρπά male loco δαρσὰ) *habentes* C *vultus, & quasi fumo siccatos*. Plura Cl. Salmasius, cujus librum de Coma nondum legeram, cum superiora scriberem, ut necdum vidi Dialogum ab illo eadem de re scriptum. Cot.

2. Οὐδὲ ἀναξυρίδας.] Ad hunc locum nullatenus mihi satisfacio. Quid enim, quæso, faciunt anaxyrides pedum, ubi de capillamento ex Levitici xix. 27. differitur? Multo minus ad rem Francisci Turriani & Caroli Bovii, interpretum, ἐντομίδες, *incisiones*, Levit. xix. 28. xxi. 5. Jerem. xvi. 6. cruciamentum, non ornamentum. An cum verbis Levitici xix. 27. voluit jungere textum Levit. xxi. 5. καὶ φαλάκρωμα ἐ ξυρηθήσεσθε τlὼ κεφαλlὼ ἐπὶ νεκρῷ· καὶ τlὼ ὄψιν τε πώγων☉ ἐ ξυρήσονται. *Et calvitium non rademini caput, super mortuum: & aspectum barbæ non radent?* Verum hoc in testimonio non cultus, sed luctus designatur. Quid si ἀναξυρίδες σισόlὼ explicant, secundum mentem Symmachi; qui interpretatur ἐ περιξυρήσετε κύκλῳ τὴν D πρόσοψιν τῆς κεφαλῆς ὑμῶν. *Non radetis in rotundum aspectum capitis vestri*. Nisi dicatur id, affirmandum restat ἀναξυρίδας ex superiori contextu huc irrepsisse: eam tamen affirmationem ægre admiserim absque Mss. Codicum auctoritate. Cl. Salmasius audaci, ut solet, conjectura, legebat ἄνω περιξυρίδα. Cot. — Crediderim Libri hujus auctorem voce ἀναξυρίδες, intellexisse τὰς ἄνω ξυρήσεις, hoc est, cæsariei tonsuras, quæ ad ornatum faciebant. Ad sonum potius vocis adlusit, quam ad veram significationem, quæ e solo usu petenda. Cler.

3. Οὐκ ἀπομαδαρώσετε γάρ, φησιν ὁ νόμ☉, τὰς πώγωνας ὑμῶν.] Proponit aliis verbis legem Levitici xix. 27. ἐδὲ [illegible] τlὼ ὄψιν τε π[illegible]☉ ὑμῶν. *Neque corrumpetis aspe[illegible], seu effigiem, seu [illegible] barbæ vestræ*: latam adversus ritum, aut superstitiosum juxta nonnullos, aut luxuriosam juxta ceteros. [illegible] Noster sentit, necnon A[illegible] Scholii [illegible] Ms. [illegible] E [illegible] Zonaram, ubi exponit Canonem 96. Synodi Constantinopolitanæ in Trullo habitæ, ac rescribe illic, [illegible] δὲ προϊὼν ὁ χρόν☉, κατὰ συνήθειαν σχεδὸν ποιεῖ τὰς [illegible], ἵνα μὴ τlὼ ὑπlὼlὼ φέροιεν κα[illegible], κεράμε δέ τι (male [illegible]), τῇ ὑπlὼῃ προσ[illegible] τὸ αἰωρέμενον. [illegible] Nehemiæ xiii. 25. [illegible] vertetur sic. *Nam* [illegible] *esse creator Deus* [illegible]. Cot.

A

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Ὅτι οὐ δεῖ περιεργάζεσθαι τοὺς κακῶς ζῶντας, ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ ἔργῳ σχολάζειν.

[1] ΟΥκ ἔσῃ ὡς πετόμενος καὶ ἐμπεριπατῶν καὶ ἀλώμενος ἐν ταῖς ῥύμαις, ἀκαιροεπόπτης τῶν κακῶς ζώντων· ἀλλὰ τῇ τέχνῃ σου καὶ τῷ ἔργῳ σου προσέχων, τὰ τῷ Θεῷ φίλα ἀναζήτει ποιεῖν, καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ λόγια ἀναμιμνησκόμενος διηνεκῶς μελέτα. Λέγει γὰρ ἡ γραφή σοι, ὅτι ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσεις ἡμέρας καὶ νυκτὸς, περιπατῶν ἐν ἀγρῷ, καὶ ἐν οἴκῳ καθήμενος, κοιταζόμενος, καὶ διανιστάμενος· ἵνα συνιῇς ἐν πᾶσιν· Ἀλλ' εἰ καὶ πλούσιος ὑπάρχεις, χρείαν τέχνης πρὸς τὸ τρέφεσθαι οὐκ ἔχων, μὴ ῥεμβὸς γίνου, μηδὲ [2] ἀκαιροπεριπάτητος· ἀλλ' εἴτε προσέρχῃ τοῖς πιστοῖς τε καὶ ὁμοδόξοις, συμβάλλων τὰ ζωοποιὰ προσομίλει ῥήματα.

CAPUT IV.

Quod non oportet de iis qui male vivunt satagere, sed operi suo vacare.

NE sis quasi volitans, & inambulans, ac errans in vicis, intempestivus prave viventium spectator: sed arti tuæ operique tuo animum intendens, stude ut quæ Deo accepta sunt facias, & Christi oracula recordatus assidue meditare. Tibi enim ait Scriptura [a]: *In lege ejus meditaberis die ac nocte, deambulans in agro, & sedens in domo, cubans & exsurgens; ut in omnibus intelligas.* Sed B etsi dives sis, nec arte quæ te nutriat opus habeas; ne vagabundus, atque ambulator importunus efficiaris: sed sive adeas ad fideles ac consectarios; cum eis conferens, sermones salutiferos sere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Ποῖα τῆς γραφῆς βιβλία δεῖ ἀναγινώσκειν.

ΕΙ δὲ μὴ, καθεζόμενος ἔνδον ἀναγίνωσκε τὸν νόμον, τὰς Βασιλείας, τοὺς προφήτας· ψάλλε τοὺς ὕμνους Δαβίδ· διέρχου ἐπιμελῶς τὸ εὐαγγέλιον τὸ τούτων συμπλήρωμα.

CAPUT V.

Quos Scripturæ libros oporteat legere.

SIn minus; intus sedens Legem perlege, libros Regum, Prophetas; psalle hymnos Davidicos; horumque complementum Evangelium diligenter percurre.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι πάντων τῶν ἔξωθεν βιβλίων.

[3] ΤΩν ἐθνικῶν βιβλίων πάντων ἀπέχου. Τί γάρ σοι καὶ ἀλλοτρίοις λόγοις, ἢ νόμοις, ἢ ψευδοπροφήταις, ἃ δὴ καὶ παρατρέπει τῆς πίστεως τοὺς

CAPUT VI.

Quod oporteat abstinere ab omnibus Gentilium libris.

AC omnibus Gentilium libris abstine. Quid enim tibi cum alienis sermonibus, vel legibus, vel falsis prophetis; quæ quidem, & homines leves aver-

[a] Jos. I. 8. Deut. VI. 7.

1. Οὐκ ἔσῃ ὡς πετόμενος.] Infra cap. 7. profertur sententia Proverbiorum VII. 10. 11. 12. quam non injucundum erit cum hac conferre. S. Hieronymus contra Helvidium cap. ult. *Illa ad hirundinis modum lustrat universa penetralia.* Item Epistola 22. cap. 12. & 13. GOT. — Uterque Codex Vindobonensis habet πωτώμενος, quod est poeticum, potius quam vulgaris usus. Intelligitur homo otiosus, qui huc illuc fertur vagaturque, cum nescit cuinam rei incumbere eum oporteat. Suidas; πετόμενος, φερόμενος, hoc est, homo vagus. CLER.

2. Ἀκαιροπεριπάτητος.] Mss. Vindobonenses ἀκαιροπάτος. Significatur intempestivus ambulator, qui quasi explorator ubique vagatur. Debuisset potius dicere ἀκαιροπεριπατητικὸς, nam ea forma activam potestatem habet, περιπατητὴς passivam. ID.

3. Τῶν ἐθνικῶν βιβλίων πάντων ἀπέχου.] Librorum a Paganis conscriptorum lectio secum trahit multa commoda, multa incommoda, ut bono vel malo animo suscipitur. Eapropter apud Magistros veteres modo invenies permissam, immo probatam, suasam, laudatam, defensam; modo condemnatam, & vel omnibus, aut saltem quibusdam prohibitam; modo nonnullis præceptionibus munitam atque vallatam. Comprobant, tuentur, laudibus efferunt, potissimum Alexandrinus Clemens lib. 1. Operis varie contexti, Tertullianus de Idololatria cap. 10. Origenes Philocaliæ cap. 13. & apud Eusebium Hist. Eccles. lib. 6. cap. 18. 19. Gregorius Nazianzenus Orat. 20. Hieronymus Epist. 84. ad Magnum Oratorem, Gregorius Papa ad 1. Reg. XIII. 19. 20. Theodoritus Historiæ Ecclesiasticæ lib. 4. cap. 26. Socrates ac Nicephorus in consimili Syntagmate, ille lib. 3. cap. 16. hic lib. 10. cap. 26. & Joannes Damascenus c. 1. libri de Dialectica. Rejiciunt ac vetant universe cum Constitutionibus heic & lib. 2. cap. 61. Recognitiones lib. 10. capp. 15. 42. Isidorus lib. 3. Sententiarum cap. 13. notaque nulli non est circa hanc rem Hieronymi flagellatio; cui annectere oportet quod de Cæsario Arelatensi refert Cyprianus discipulus in vita illius cap. 3. Vide quoque Epistolam 2. Paullini ad Ausonium. Sed & Origenis studium erga litteras sæculares nonnullis displicebat: quibus ille respondit per Epistolam, ut videre est in Historia Eusebii lib. 6. cap. 19. Haymo Halberstatensis lib. 6. de Christianarum rerum memoria cap. 3. *Quod autem erratum est ab Ori-* D *gene, & contra orthodoxam fidem aliquid descriptum, opinor hoc ei accidisse, quia nimio lectionis studio philosophos est amplexus. Attigerat enim & omnino assecutus fuerat secreta Platonis, & Pythagoræ, Zenonisque Stoici, & Cerinthi volumina, ceterorumque philosophorum*, &c. Quis fuerit Cerinthus iste, novus ex Hæretico philosophus, juxta cum ignarissimis scio; nec satago quærere, quia constat apud me debere reponi Cornuti nomen, ex his Rufini, interpretantis caput mox laudatum Eusebianæ Historiæ, *Assecutus quippe fuerat* Origenes *omnia Platonis secreta. Institutus fuerat in libris Numenii, & Cronii, & Apollophanis, ac Longini, sed & Moderati, atque Nicomachi. In Pythagoricis vero, summorum virorum non eum latuere Commentarii. Attigit etiam Chæremonis Stoici, & Cornuti volumina.* Unde etiam substituendum forte *Chæremonis*, loco *Zenonis* in Haymone. Peculiariter vero, ne legant libros Ethnicorum interdicit Episcopis Concilium Carthaginiense 4. Can. 61. *Ut Episcopus Gentilium libros non legat, Hæreticorum autem pro neces-* E *sitate & tempore.* Monachis Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 63. & Isidorus Hispalensis cap. 8. suæ Regulæ. Nilus asceta lib. II. Ep. 73. lib. IV. Epist. I. Quin etiam ab Apostata Juliano Christianorum simia, in fragmento præscribitur quibus Scriptoribus abstinere debeant Sacerdotes. Extat adhæc Epistola Gregorii Nazianzeni ad Gregorium Nyssenum, numero quadragesima tertia, qua increpat eum quod sacris voluminibus abjectis, profana in manus sumserit, Rhetorque audire quam Christianus maluerit. Nec dissimilis argumenti litteræ objurgatoriæ alterius Gregorii, Romani scilicet, ad Desiderium Galliæ Episcopum (*Lib. 9. Epist.* 48.) ubi alludere videtur ad verba Hieronymi tum Epist. 146. tum lib. 3. Commentariorum in Epistolam ad Ephesios ad cap. 6. vers. 4. qui Hieronymus consuli quoque potest cum fructu in Dialogo adversus Luciferianos cap. 5. & in Epist. 61. cap. 1. quemadmodum & Cassianus Collatione 14. cap. 12. Paullinus ad Severum Epist. 7. & Sidonius lib. 4. Epist. 3. 12. lib. 8. Epist. 4. lib. 9. Epist. 16.

ἐλαφροὺς; τί γάρ σοι καὶ λείπει ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐπ' ἐκεῖνα τὰ ἐθνόμυθα ὁρμήσεις; εἴτε γὰρ ἱστορικὰ θέλεις διέρχεσθαι, [1] ἔχεις τὰς Βασιλείας· εἴτε σοφιστικὰ καὶ ποιητικὰ, ἔχεις τοὺς προφήτας, τὸν Ἰὼβ, τὸν παροιμιαστὴν, ἐν οἷς πάσης ποιήσεως καὶ σοφιστείας πλείονα ἀγχίνοιαν εὑρήσεις, ὅτι Κυρίου τοῦ μόνου σοφοῦ Θεοῦ φθογγαί εἰσιν· εἴτε ᾀσματικῶν ὀρέγῃ, ἔχεις τοὺς ψαλμούς· εἴτε ἀρχαιογονίας, ἔχεις τὴν γένεσιν· εἴτε νομίμων καὶ παραγγελιῶν, τὸν ἔνδοξον Κυρίου τοῦ Θεοῦ νόμον. πάντων οὖν τῶν ἀλλοτρίων καὶ διαβολικῶν ἰσχυρῶς ἀπόσχου. πλὴν καὶ τὸν νόμον ἀναγινώσκων, τῶν ἐν αὐτῷ ἐπεισάκτων ἀπόσχου· εἰ καὶ μὴ πάντων, ἀλλά τινων, [2] τῶν τῆς δευτερώσεως· μόνον δὲ πρὸς ἱστορίαν ἀναγίνωσκε, εἰς τὸ γινώσκειν σε, καὶ δοξάζειν τὸν Θεὸν, ὅτι ἀπὸ τοιούτων καὶ τοσούτων ἐῤῥύσατό σε δεσμῶν. ἔστω δέ σοι πρὸ ὀφθαλμῶν γινώσκειν, τί νόμος φυσικὸς, καὶ τί τὰ τῆς δευτερώσεως, τά τε ἐν τῇ ἐρήμῳ τοῖς μοσχοποιήσασι δοθέντα ἐπείσακτα. νόμος γάρ ἐστι, τίνα ἐλάλησε Κύριος ὁ Θεὸς πρὸ τοῦ τὸν

A tunt a fide? Quid etenim tibi deest in lege Dei, ut ad illas Gentium fabulas appellas animum? Sive enim historica percurrere cupis, habes Regum libros: sive sophistica & poetica, habes Prophetas, Jobum, Proverbiorum scriptorem; in his plus industriæ, quam in omni poesi & sophistarum argutiis reperies; quoniam Domini Dei, qui solus est sapiens, voces sunt: sive lyrica expetis, habes Psalmos: sive antiquas origines, habes Genesim: sive leges ac mandata, inclytam Domini Dei legem habes. Ab omnibus itaque alienis & diabolicis fortiter abstine. Sed & dum Legem lectitas, abstine ab iis quæ in ea sunt adscita; & si non ab omnibus, a quibusdam tamen, quæ ad Deuterosim pertinent:
B quæ tantummodo historicæ cognitionis caussa lege; ut agnoscas, laudesque Deum, quod te talibus tantisque vinculis liberarit. Sit autem tibi ante oculos propositum, cognoscere quid sit Lex naturalis; & quid sint adjuncta illa, quæ ad Deuterosim spectant, quæque in eremo conflatoribus vituli data

Denique aviditati comparandæ Gentilis eruditionis modum imponunt, cautiones inter legendum profana scripta adhibendas edocent. Opera nullatenus attingenda demonstrant, & capiendas ex ea lectione utilitates indicant, ut multos, qui non occurrunt, missos faciam, Clemens Alexandrinus Centone 1. p. 283. 284. Origenes Homil. 11. & 14. in Genesim, nec non apud Gregorium Thaumaturgum in πανηγυρικῷ εὐχαριστίας, Didymus citatus a Damasceno Parallelorum lib. 3. cap. 64. Basilius Homilia in principium
C Proverbiorum, & tractatu integro, quo modo adolescentes ex Gentili doctrina proficiant; Gregorius Nazianzenus, seu potius Amphilochius Iconiensis, Carmine Jambico ad Seleucum, Gregorius Nyssenus libro de vita Mosis in mystica interpretatione, Isidorus Pelusiota lib. 2. Ep. 3. Hieronymus ad Damasum Epist. 146. Augustinus Epist. 131. ac lib. 2. de doctrina Christiana cap. 40. Beda lib. 2. in Samuelem cap. 9. Damascenus fidei Orthodoxæ lib. 4. cap. 18. Haymo ubi supra, & Scriptor Chronicorum S. Benigni Divionensis tom. 1. Spicilegii Acheriani pag. 463. Ut autem ad Constitutiones redeam, monitum te velim, Lector, circa variantes lectiones ex Anastasii Quæstionibus, optime exhibere manu scriptum Anastasium in Bibliotheca Regia, ἢ δὴ, & διέρχεσθαι, & βασιλείας, & σοφιστείας, & ᾀσματικῶν: præterea rectius in Anastasio ὁρμήσῃς haberi, quam in Pseudo-Clemente ὁρμήσεις. COT.

1. Ἔχεις τὰς βασιλείας &c.] Inter varias Instrumenti veteris distributiones istam quoque adnotabis; cujus partes
D sunt ἀρχαιογονίας, νόμιμα καὶ παραγγελίας, ἱστορικὰ, σοφιστικὰ, hoc est ad sapientiam, eruditionem cunctasque disciplinas pertinentia, καὶ ποιητικὰ, & ᾀσματικά. Nullum quippe Opus in Testamento veteri legitur, quod non ad aliquam ex his classibus referatur. Sic universam Scripturam, novam quoque, comprehendit divisio præcedentis capitis, in τὸν νόμον, τὰς βασιλείας cum quibus subintelliguntur reliquæ Historiæ, τοὺς ὕμνους, & τὸ εὐαγγέλιον. Videnda notata in caput 47. Epistolæ primæ Clementis. Accedit aliquatenus ad priorem enumerationem illa Leontii Byzantini de Sectis, Actione 2. qua ponuntur βιβλία ἱστορικὰ, προφητικὰ, παραινετικὰ, & πρὸς τὸ ψάλλειν γενόμενα. Secundam instituit Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 4. colligens in veteri Testamento libros Legis quinque, Historicos septem, Poeticos quinque, totidemque Propheticos: nec longe abit Gregorius Nazianzenus Carmine 33. de veris Scripturæ libris; dumtaxat enim, conjungendo libros
E quinque Moysis cum septem sequentibus, Historicos duodecim facit. E Leontio autem leve mendum tolli debet. Impressum est, παραινετικά εἰσι βιβλία τέσσαρα· ὧν πρῶτον ὁ Ἰώβ. τοῦτο δέ τινες ἐνόμισαν Ἰωσήπου εἶναι σύγγραμμα. δεύτερόν ἐστιν, αἱ παροιμίαι Σολομῶντος. τρίτον ὁ ἐκκλησιαστής· τέταρτον, τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. τετάχθαι δὲ νῦν μετὰ τὰ παραινετικὰ τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων λέγει, ἐπειδὴ ἡ τούτων θεωρία ὑψηλοτέρα ἐστίν. Cum sensus exigat, μετὰ τῶν παραινετικῶν, cum, non post; uti postea nactus sum in MS. Regiæ Bibliothecæ. ID.

2. Τῶν τῆς δευτερώσεως.] Ex Clemente supposititio, heic & lib. 2. cap. 5. 35. lib. 6. cap. 12. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. Mosaica præcepta dividuntur in νόμον, seu, νόμον φυσικὸν, νόμον πιστῶν· νόμον ἁπλοῦν, καθαρὸν, &c. ἀναπαραγκαστὸν, & in τὰ ἐν νόμῳ ἐπείσακτα, sive δευτέρωσιν, τὰ τῆς δευτερώσεως, δεσμὰ, τῆς δευτερώσεως τῶν ἐπεισάκτων· δεσμὰ ἄπιστον, ἐπείσακτα, μάταια, ἄλυτα· τὰ διὰ τῆς δευτερώσεως ἐπείσακτα. Atque naturalis quidem Lex est Decalogus, verba decem a Deo prolata & sancita, antequam Israelitæ Apim vitulum conflarent ac venerarentur: Lex vero adscititia continet ea omnia, quæ populo post idololatriam mandata sunt & imposita, videlicet sacrificia, baptismata, aspersiones, purificationes, decimas, separationes, ciborum distinctionem, vacationes, reliquasque cærimonias & præceptiones: denique Legem neque coactio
C comitatur, neque Evangelii prædicatio sustulit, cum Deuterosis (sive Deuteronomium) & vim intulerit, & per Christum fuerit abolita aut translata, servatis tantummodo quibusdam; verbi gratia, oblationibus, ad sacerdotum pauperumque sustentationem. Dixi, *Deuterosis sive Deuteronomium:* Hæc enim solent absque discrimine usurpari. Unde S. Anselmus ad Matth. XXII. 23. exscribens interpretationem B. Hieronymi, δευτερώσεις mutat in Deuteronomium. Et Maximus in Scholiis ad Epistolam nonam Dionysii, Judaicas Deuteroses & traditiones per nomen Deuteronomii exprimit; ὅπερ ἡ μὲν γραφὴ οὐ λέγει, οἱ δὲ Ἑβραῖοι ἐν τῷ δευτερονομίῳ ἔχουσιν. Photius autem, dum de Constitutionibus Apostolicis judicat, respiciendo ad loca de quibus agimus, refert opponi Libro, quod contra Deuteronomium criminationes quasdam emittat. Ubi admodum suavem se præstat David Blondellus, qui in Pseudo-Isidoro pag. 36. suspicatur pro κατὰ τοῦ δευτερονομίου legendum κατὰ τοῦ δευτέρου γάμου. Consule quod observavi paullo antea.
D Jam relatæ Auctoris nostri sententiæ favet Chrysostomus Orat. 2, adversus Judæos, & Homil. 17. in Acta Apostolorum. Si quidem priori in loco docetur, quod post festum dæmonibus celebratum Deus Judæis permiserit sacrificia; in posteriori, (quem ex parte describunt Oecumenius ac Theophylactus) quod idololatriam in Deserto cum victimis peractam secuta sint sacrificia Deo oblata, & præcepta cærimonialia. Favet qui sub Chrysostomi nomine interdum latet Auctor Operis imperfecti in Matthæum, dum ad cap. 8. vers. 3. & ad cap. 11. vers. 11. & 30. ponit legem levem & justam, id est, Decalogum, ante Idolum Vituli fabricatum; & legem gravem, immitem, superbam, atque observatu impossibilem, dictatam a Deo irato, postquam populus Vitulum adorasset, in pœnam commissæ idololatriæ, ab eodem autem placato merito rescissam. Favet quoque Lactantius, quia dicit lib. 4. cap. 10. a Deo idololatriæ scelere offenso Judæos Legi, quam per
E Moysem dederat, fuisse subjugatos. Quibus adde Hieronymum ad Jeremiæ VII. 22. *Manifeste*, inquit, *intelligitur quod primum Decalogum dederit in tabulis lapideis, scriptum digito Dei; & post offensam idololatriæ caputque Vituli, postea jusserit sibi magis fieri quam dæmonibus; auferens puram religionem mandatorum Dei, & concedens sanguinem victimarum, carniumque desiderium.* In Ezech. XX. 23. &c. *Potest & hoc dici, quod ante offensam, Decalogum tantum acceperint: post idololatriam vero & blasphemiam, multiplices Legis cærimonias.* Quæ loci sacri interpretatio Theodoriti cum Hieronymiana concordat. Denique Photius videtur excusare Apostolicas Diataxes. Mitto enim Justinum, qui colloquens cum Tryphone (p. 263.) agnoscit tantum in Lege Mosaica τὰ φύσει καλὰ καὶ εὐσεβῆ καὶ δίκαια, τὰ καθόλου καὶ φύσει καὶ αἰώνια καλὰ, & τὰ πρὸς σκληροκαρδίαν τοῦ λαοῦ διαταχθέντα: itemque Irenæum, ex cujus sententia lib. 4. cap. 27. dividitur Lex in *naturalia & libertatis decreta*, atque in *vincula servitutis:* necnon Anastasii Abbatis dictum

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



λαὸν εἰδωλολατρῆσαι καὶ [1] μοσχοποιῆσαι τὸν παρ' Αἰγυπτίοις Ἆπιν, τουτέστιν ἡ δεκάλογος· ἃ δὲ ἁμαρτήσασιν αὐτοῖς ἐπετέθη δεσμὰ, σὺ σεαυτῷ μὴ ἐπισπάσῃ· ὁ γὰρ σωτὴρ ἡμῶν οὐ δι' ἕτερόν τι ἦλθεν, ἢ ἵνα ῥύσηται τοὺς ὑποδίκους τῆς ἀποκειμένης ὀργῆς, καὶ πληρώσῃ τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας, καὶ τὰ δεσμὰ τῆς δευτερώσεως τῶν ἐπεισάκτων ἢ παύσῃ ἢ μεταθῇ. διὰ γὰρ τοῦτο προσκαλούμενος ἡμᾶς ἔλεγε· [a] δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. σὺ οὖν ἀναγνοὺς τὸν νόμον σύμφωνον ὄντα τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ τοῖς προφήταις, ἀναγίνωσκε καὶ τὰς Βασιλείους, ὅπως εἰδέναι ἔχοις, ὁπόσοι δίκαιοι ἐγένοντο βασιλεῖς, καὶ ηὐξήθησαν ὑπὸ Θεοῦ, καὶ ἡ ἐπαγγελία τῆς αἰωνίου ζωῆς αὐτοῖς διέμεινε παρ' αὐτῷ· ὅσοι δὲ βασιλεῖς ἐξεπόρνευσαν ἀπὸ B Θεοῦ, ἐν ἀποστασίᾳ αὐτῶν συντόμως ἀπώλοντο τῇ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισίᾳ, καὶ τῆς αὐτοῦ ζωῆς ἐστερήθησαν, ἀντὶ ἀναπαύσεως αἰωνίαν κόλασιν κληρωσάμενοι. ταῦτα οὖν ἀναγινώσκων, πολὺ τῇ πίστει αὐξηθεὶς, προσοικοδομηθήσῃ Χριστῷ, οὗ σῶμα καὶ μέλος τυγχάνεις. περιπατῶν δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ [2] λούσασθαι βουλόμενος, χρήσῃ βαλανείῳ ἀνδρείῳ, ἵνα μὴ διὰ τὸ ἐπιδεικνύναι σε σῶμα ἐν ἀσχήμῳ ἀποκαλύψει γυναιξὶν, ἢ θεάσασθαι θέαν οὐχ ἁρμόζουσαν ἀνδράσιν, ἢ σὺ παγιδευθῇς, ἢ παγιδεύσῃς ἐπὶ σαυτῷ τὰς οὕτως εὐαλώτους γυναῖκας. φυλάσσου οὖν τὰ τοιαῦτα, ἵνα μὴ λάβῃς βρόχους τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ.

A sunt. Lex enim in iis consistit quæ ante quam populus in idololatriam incideret, & vitulum, Apim illum Ægyptiorum, fabricaretur, Dominus Deus locutus est; id est, in Decalogo: porro vincula quæ illis, postquam peccarunt, injecta sunt, tu tibi ne attrahas. Salvator quippe noster non ob aliud venit, nisi ut reos ab ira reservata liberaret, Legem & Prophetas impleret; & adscita illa Deuteroseos vincula, vel adimeret vel transferret. Idcirco enim invitans nos ajebat [a]: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Tu igitur cum legeris Evangelio ac Prophetis concordantem Legem, etiam legito Regum historias, ut scire possis, quod omnes Reges qui justi B fuere, a Deo aucti sunt; & apud illum æternæ vitæ promissio eos mansit: quotquot autem Reges a Deo fornicati sunt, in defectione sua, justo Dei judicio, brevi interierunt; & vita ejus privati sunt, sempiternum supplicium pro requie sortiti. Hæc igitur cum leges, multum fide auctus, Christo, cujus es corpus ac membrum, adjungeris. Deambulans autem in foro, & lavare cupiens, utere virorum balneo; ne, quia corpus turpiter nudum mulieribus ostenderis, aut quod non decet viros videre, spectaveris, vel tu illaqueeris, vel in te illaquees feminas quæ ita facile capiuntur. Ista ergo cave, ne animæ tuæ injiciantur laquei.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Περὶ γυναικὸς φαύλης.

Μάθωμεν γὰρ, ἐν τῇ σοφίᾳ τί λέγει ὁ ἅγιος λόγος· υἱὲ φύλασσε ἐμοὺς λόγους, τὰς δὲ ἐμὰς ἐντολὰς κρύψον παρὰ σεαυτῷ, εἰπὸν τὴν σοφίαν σὴν ἀδελφὴν εἶναι, τὴν δὲ φρόνησιν γνώριμον περιποίησαι σεαυτῷ, ἵνα σε τηρήσῃ ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας καὶ πονηρᾶς, ἐάν σε λόγοις τοῖς πρὸς χάριν ἐμβάληται. ἀπὸ γὰρ θυρίδος οἴκου αὐτῆς εἰς τὰς πλατείας παρακύπτουσα, ὃν ἂν ἴδῃ τῶν ἀφρόνων

C CAPUT VII.

De muliere prava.

Audiamus enim, quid in Sapientiæ libro sanctus sermo dicat [b]: *Fili custodi sermones meos; mea vero mandata reconde apud te ipsum. Dic sapientiam sororem tuam esse, prudentiam autem familiarem tibi assere; ut te servet a muliere aliena & mala, si te verbis blandis adorta fuerit. De fenestra enim domus suæ in plateas prospiciens, quemcumque viderit insipientum filio-*

a Matth. XI. 28. b Prov. VII. 1. &c.

tom. 3. Antiquæ Lectionis Henrici Canisii, sacrificia Judæis permissa non fuisse, nisi postquam dæmoniis sacrificarunt. Verum non obstante horum auctoritate, compertum habetur ex veritate divinorum eloquiorum, ante vitulum conflatum & cultum, præceptos fuisse eodem modo quo postea, multos Legales ritus, circumcisionem, sacrificia, Pascha, oblationes varias, festa &c. Quin immo dimitti præcipiuntur Hebræi (*Exod.* 3. &c.) ex Ægypto, ut sacrificent ac immolent Deo. Accedit huc inconstantia nostri Constitutoris, quam nemo non perspiciet, si loca illius conferre voluerit. Negare tamen non ausim, μοσχοποιΐᾳ factum esse, ut Deus multo pluribus ac durioribus observationum vinculis ligaverit populum contumacem. Cot.

1. Μοσχοποιῆσαι τὸν παρ' Αἰγυπτίοις Ἆπιν.] Traditur idem a Pseudo-Clemente altero Recognitionum lib. 1. cap. 35. Lactantio lib. 4. cap. 10. Hieronymo ad Osee IV. 15. 16. VII. 14. VIII. 12. (qui etiam de Mnevi altero bove Ægyptiorum) Rufino in Amos V. 25. 26. & Isidoro Originum lib. 8. cap. ult. Theophylactus enarrans Actorum caput 7. μόσχῳ εἰς τύπον ὄντι ἑωσφόρου. At Apim Soli sacrum fuisse refert Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 21. Lunæ, non solus Ammianus lib. XXII. ut dictum Salmasio in Exercitationibus Plinianis p. 438. sed etiam Ælianus lib. 11. de natura animalium cap. 11. Porphyrius apud Eusebium Præpar. Evang. lib. 3. cap. 13. Theodoritus Græcarum affectionum Curationis Sermone 3. ante medium (*pag.* 514.), & Suidas in Ἆπις ac Μέμφις: Tauro cælesti Lucianus de Astrologia. Apud Ælianum vero libri citati capite 10. Ægyptii Apidi suo tribuunt viginti novem notas, quæ sidera aliasque res significent. Atque de Api scripserunt omnes: nemo, quod sciam, correxit depravatissimum locum Georgii Cedreni, ubi de gestis Theodosii magni: τοῦτον τὸν Σάραπιν οἱ μὲν τὸν Δία εἶναι λέγουσιν, οἱ δὲ τὸν Νεῖλον, διὰ τὸ τὸν μόδιον ἔχειν ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τὸν πῆχυν. οἱ δὲ Ἆπιν τινὰ ἄνθρω-

D πον εὔπορον ἐν Αἰγύπτῳ γεγονέναι, ὃς ἐν καιρῷ λιμοῦ, ἐκ τῶν ἰδίων ἐπήρκεσεν Ἀλεξανδρεῦσιν, ᾧ καὶ τελευτῶντι ναὸν καὶ στήλην ἀνέστησαν. καὶ βοῦς αὐτῷ ἐτρέφετο, ὃν καὶ Ἆπιν ἐκάλουν, ὁμωνύμως τῷ δεσπότῃ. σύμβολον οὗτος ἦν τοῦ γεωργοῦ· μετονόμασαν δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον καὶ Γόρασιν, καὶ Σάραπιν τὴν στήλην. Legendum; μετονόμασαν δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου καὶ Σόραπιν καὶ Σάραπιν τὴν στήλην. Uti patet per hæc Nicephori Hist. Eccl. lib. 15. cap. 8. Σέραπις δ' ἐστὶν ὁ Ζεὺς, ἢ ὁ Νεῖλος, ἢ Ἆπις τις ἀνὴρ ἐν Μέμφιδι πόλει ὃς λιμοῦ γενομένου, ἐκ τῶν ἰδίων Ἀλεξανδρεῦσιν ἐπήρκεσεν· ᾧ τελευτήσαντι, νεὼν καὶ στήλην ἱδρύσαντο· ὅπου δὴ καὶ βοῦς ἐπίσημά τινα ἔχων διετρέφετο, εἰς σύμβολον ὡς εἰκάσαι τῆς γεωργίας ὃν καὶ αὐτὸν, Ἆπιν ὁμωνύμως τῷ δεσπότῃ ἐκάλουν. τὴν δὲ σορὸν τοῦ Ἄπιδος ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου μεταγαγόντες εἰς τὸν ναὸν, Σόραπιν ἐκάλουν αὐτοῦ τὴν στήλην, ἢ καὶ Σέραπιν, μεταθέσει τῶν στοιχείων. Id.

2. Λούσασθαι βουλόμενος, χρήσῃ βαλανείῳ ἀνδρείῳ.] Erant olim in Fidelibus, tum luxuria & lascivia, more Infide- E lium diffluentes; tum simpliciores ac idiotæ, a quibus (inquit Epiphanius Hæresi 30. cap. 7.) propter negligentiam Doctorum ignaris, non vitabatur lavatio cum alterius sexus hominibus. Idcirco Constitutione hac, & illa capitis 9. prohibentur balnea promiscua virorum & mulierum. Eademque interdictio legitur in Canonibus Laodiceno 30. & Trullano 77. ad quem Balsamon improbat etiam lavationem balnei viro uxorique communem. Sed & sancti Patres consuetudinem turpitudinis, periculi, & scandali plenam proscripserunt: Clemens Alexandrinus Pædagogi 3. cap. 5. Cyprianus de disciplina & habitu virginum, circa finem, & in antiquis Editionibus libro de lapsis, ante finem; Chrysostomus tractatu de educandis liberis, per virum eruditissimum Franciscum Combefisium vulgato, p. 73. Palladius Dialogo de vita S. Chrysostomi cap. 13. & Hieronymus lib. 2. adversus Jovinianum cap. ult. nec non Nilus lib. II. Epist. 211. Quid quod Ethni-

τέκνων νεανίαν ἐνδεῆ φρενῶν παραπορευόμενον ἐν ἀγορᾷ, ἐν διόδοις οἴκων αὐτῆς, [1] καὶ λαλοῦντα ἐν σκότει ἑσπερινῷ, ἡνίκα ἂν ἡ ἡσυχία νυκτερινὴ καὶ γνοφώδης· ἡ δὲ γυνὴ συναντᾷ αὐτῷ εἶδος ἔχουσα πορνικὸν, ἣ ποιεῖ νέων ἐξίπτασθαι καρδίας, ἀνεπτερωμένη δέ ἐστι καὶ ἄσωτος, ἐν οἴκῳ δὲ οὐχ ἡσυχάζουσιν οἱ πόδες αὐτῆς· χρόνον γάρ τινα ἔξω ῥέμβεται, χρόνον δὲ ἐν πλατείαις παρὰ πᾶσαν γωνίαν ἐνεδρεύει· εἶτα ἐπιλαβομένη ἐφίλησεν αὐτὸν, ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ προσεῖπεν αὐτόν· Θυσία εἰρηνική μοι ἐστὶ, σήμερον ἀποδίδωμι τὰς εὐχάς μου· ἕνεκα τούτου ἐξῆλθον εἰς συνάντησίν σου, ποθοῦσα τὸ σὸν πρόσωπον, εὕρηκά σε· κειρίαις τέτακα τὴν κλίνην μου, ἀμφιτάπησι δὲ ἔστρωσα τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου· διέῤῥαγκα τὴν κοίτην μου κρόκῳ, τὸν δὲ οἶκόν μου κινναμώμῳ· ἐλθὲ καὶ ἀπολαύσωμεν φιλίας ἕως ὄρθρου, δεῦρο καὶ ἐγκυλισθῶμεν ἔρωτι· καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ἐπιφέρει· Ἀπεπλάνησε δὲ αὐτὸν πολλῇ ὁμιλίᾳ, βρόχοις τε τοῖς ἀπὸ χειλέων ἐξώκειλεν αὐτόν· [2] ὁ δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ κεπφωθείς. Καὶ πάλιν λέγει· Μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί· μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει σὸν φάρυγγα, ὕστερον μέν τοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις, καὶ ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου. Καὶ πάλιν· Ἀλλὰ ἀποπήδησον, [3] καὶ μὴ ἐγχρονίσῃς, μηδὲ ἐπιστήσῃς σὸν ὄμμα πρὸς αὐτήν. Πολλοὺς γὰρ τρώσασα καταβέβληκε, καὶ ἀναρίθμητοί εἰσιν, οὓς πεφόνευκεν. Εἰ δὲ μή, φησι, μεταμεληθήσῃ ἐπ' ἐσχάτων σου, ἡνίκα ἂν κατατριβῶσι σάρκες σώματός σου, καὶ ἐρεῖς, πῶς ἐμίσησα παιδείαν, καὶ ἐλέγχους [4] δικαίων ἐξέκλινεν ἡ καρδία μου; οὐκ ἤκουον φωνῆς παιδεύοντός με καὶ διδάσκοντός με, οὐ παρέβαλλον τὸ οὖς μου, παρ' ὀλίγον ἐγενόμην ἐν παντὶ κακῷ. ἵνα μὴ δὲ διὰ πλειόνων παρεκτείνωμεν τὰς μαρτυρίας· καὶ εἴ τινα παρήκαμεν, οἱ σοφοὶ ἑαυτοῖς τὰ καλὰ ἐπιλέγοντες, ἐκ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἐπιστηρεύσατε, παραιτούμενοι πάντα τὰ φαῦλα εἰς τὸ ὁσίους εὑρεθῆναι ὑμᾶς ἐν ζωῇ αἰωνίῳ παρὰ Θεῷ.

A *rum adolescentem, cordis inopem, prætereuntem per forum, in transitibus ædium suarum, & loquentem in tenebris vespertinis, cum est nocturna quies & caliginosa: & vero mulier occurrit ei, speciem habens meretriciam; quæ juvenum corda evolare facit; & autem ipsa in modum volucris vaga, est luxuriosa, & in domo non quiescuut pedes ejus: interdum enim foris vagatur, interdum vero in plateis, ad omnem angulum insidiatur: deinde apprehendens, osculata est eum, & impudenti facie allocuta est eum: Victima pacifica mihi est, hodie reddo vota mea; ob hanc caussam exivi obviam tibi; desiderans faciem tuam, inveni te; fasciis lectum meum tetendi, & tapetiis* B *Ægyptiis stravi; aspersi cubile meum croco, & domum meam cinnamomo; veni, & fruamur amicitia usque in diluculum; veni, & in amore volutemur*; & quæ sequuntur; quibus subdit: *Seduxit autem eum multa collocutione, & laqueis labiorum abripuit eum: ille autem secutus est eam, instar cepphi elevatus.* Et rursus ait [a]: *Ne intenderis mulieri nequam: mel enim distillat de labiis feminæ meretricis; quæ ad tempus pinguefacit fauces tuas, postea vero amarius felle invenies, & acutum magis gladio ancipiti.* Et iterum [b]: *Sed resili, & ne moreris, nec oculum tuum in eam intendas. Multos enim vulnerando dejecit, & innumerabiles sunt, quos trucidavit. Quod si non* C *feceris*, inquit [c]; *pœnitebit te in novissimis, quando contritæ fuerint carnes corporis tui; & dices: Quo modo odio habui disciplinam, & increpationes justorum declinavit cor meum? Non audivi vocem instituentis me; & cum doceret me, aurem non adhibui; pæne fui in omni malo.* Sed ne testimonia longius producamus: ac si quæ prætermisimus, vos qui sapientes estis, vobis commoda colligentes, confirmate vos ex Scripturis sanctis, prava omnia declinantes, ut sancti in vita æterna apud Deum reperiamini.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Περὶ ὑποταγῆς γυναικὸς πρὸς ἄνδρα καὶ φιλάνδρου καὶ σώφρονος.

Ἡ Δὲ γυνὴ ὑποτασσέσθω τῷ ἑαυτῆς ἀνδρί· ὅτι κεφαλὴ τῆς γυναικὸς ὁ ἀνὴρ ὑπάρχει· τοῦ δὲ ἀνδρὸς τοῦ πορευομένου ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, κεφαλή ἐστιν

CAPUT VIII.

D *De uxoris virum diligentis & castæ subjectione erga maritum.*

MUlier vero subjecta sit viro suo: quoniam [d] vir caput est mulieris; viri autem in via justitiæ incedentis caput est Christus; Christi vero

a Prov. IX. 18. in LXX. *b* Prov. VII. 26. *c* Prov. V. 11. *d* I. Cor. XI. 3.

cis multis res displicuit? ut Hesiodo in fine libri 2. Operum & Dierum, cujus versus laudatur a Clemente Alexandrino. Varro lib. 8. de lingua Latina, post medium, *Ubi bina essent conjuncta ædificia, lavandi caussa; unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur.* Et in Historia Augusta refertur, quod Hadrianus lavacra pro sexibus separaverit, Antoninus Philosophus lavacra mixta submoverit, Alexander Severus balnea mixta Romæ prohibuerit exhiberi. Denique per leges civiles licebat marito repudium mittere uxori, si ea contra ipsius voluntatem cum viris extraneis lavaret. Absit itaque ut post Evagrium lib. 1. cap. 21. & Nicephorum lib. 14. cap. 50. laudemus stultos illos Ascetas, qui dum ubi *ἀπαθεῖς* esse videbantur, solebant balneas adire, ut una cum mulieribus lavarentur. COT.

1. *Καὶ λαλοῦντα ἐν σκότει ἑσπερινῷ.*] Ms. Reg. 495. *καλοῦντα*. LXX. aut scripserunt *ἀλῶντα*, *errantem*, *vagantem*, quod accedit ad significationem verbi צער *gradi*, *itare*, aut legerunt יצעק a צעק *clamavit*, *convocavit*. Certe Versio Arabica *loquentem* exhibet. Postea versu 17. scriptum videntur reperisse in Hebræo, אהלי *tentorium meum*, *οἶκόν μου*. ID.

2. *Ὁ δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ κεπφωθείς.*] Cepphus avis esse dicitur levissima, stolidissima, captu facilis, & ad libidinem maxime prona. Inde ex Antiquis, hunc textum LXX. Proverb. VII. 22. alii de deceptione intellexerunt, alii de luxuria. Sed si levitas animalis assumatur, magis Versio Senum respondebit Veritati Hebraicæ, quæ habet פתאום *statim*; *παραχρῆμα* Aquilæ, *ἐξαίφνης* Symmacho. Hesychius, *κέπφος*, *εἶδος ὀρνέου κουφοτάτου*, *περὶ τὴν θάλασσαν διατρίβοντος*, *ὃ ἄγρας ὑπὸ ἀνέμου μετάγεται. ἔνθεν λέγεται ὀξὺς καὶ κοῦφος ἄνθρωπος*, *κέπφος*. Et postea *κεπφωθεὶς* exponit etiam per *ἐπαρθεὶς*, cui a Suida additur *ὀξέως ἐλαυνόμενος*. S. Epiphanius Hæres. 79. cap. 2. *πέπον τὸ φρόνημα κεπφούμενον τῇ τοῦ προειρημένου θηρὸς ἐπάρσει.* Verbo *κεπφοῦσθαι* utitur Cicero Epistolarum ad Atticum E lib. 13. Ep. 40. Nec præteriri debet insignis locus S. Athanasii, Epistola de Synodis Arimini & Seleuciæ, edit. Paris. p. 912. *καὶ περὶ μὲν Γεωργίου τοῦ Καππάδοκος τοῦ ἐκβληθέντος ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας λόγος οὐδείς· ἀνθρώπου, μήτε ἐκ προάγοντος βίου τὴν μαρτυρίαν ἔχοντος, μήτε ὅλως Χριστιανοῦ τυγχάνοντος· ἀλλὰ μόνον ὑποκρινομένου διὰ τὸν καιρὸν τὸ ὄνομα, καὶ πορισμὸν ἡγησαμένου τὴν εὐσέβειαν. διὸ οὐδὲ μέμψαιτο ἄν τις αὐτὸν εἰκότως, παίοντα περὶ τὴν πίστιν, ἄνθρωπον μήτε εἰδότα περὶ ὧν λέγει, μήτε περὶ ὧν διαβεβαιοῦται, ἀλλὰ πᾶσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὡς κέπφον ἐπακολουθοῦντα.* Ubi non obscure respicit ad testimonium Proverbiorum. ID.

3. *Καὶ μή.*] Conjunctionem *καὶ* non habet alter Codex Vind. & quidem recte. CLER.

4. *Δικαίων.*] Deest in altero. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ὁ Χριστός· τοῦ Χριστοῦ δὲ κεφαλὴ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ αὐτοῦ. Μετὰ οὖν τὸν παντοκράτορα Θεὸν ἡμῶν, καὶ πατέρα, τοῦ τε ἐνεστῶτος καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος κύριον, πάσης τε πνοῆς καὶ δυνάμεως δημιουργόν, καὶ τὸν ἠγαπημένον αὐτοῦ υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν, [1] οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ, φοβήθητί σου τὸν ἄνδρα ὦ γύναι, καὶ ἐντράπηθι [2], αὐτῷ μόνῳ ἀρέσκουσα, αὐτῷ ὑπάρχουσα εὐάρεστος ἐν ταῖς διακονίαις αὐτοῦ, ἵνα καὶ ἐπὶ σοὶ μακαρισθῇ ὁ ἀνὴρ διὰ τῆς σοφίας τῆς λεγούσης διὰ Σολομῶντος τάδε· Γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει; τιμιωτέρα δέ ἐστιν λίθων πολυτελῶν ἡ τοιαύτη· θαρσεῖ ἐπ' αὐτῇ ἡ καρδία τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς· [3] ἡ τοιαύτη σκύλων οὐκ ἀπορήσει· ἐνεργεῖ γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἀγαθὰ κατὰ πάντα τὸν βίον· [4] μηρυσαμένη ἔριον καὶ λίνον, ἐποίησεν εὔχρηστα ταῖς χερσὶν αὐτῆς· ἐγένετο ὡς ναῦς ἐμπορευομένη, μακρόθεν συνάγουσα αὐτῷ τὸν βίον· καὶ ἀνίσταται ἐκ νυκτῶν, καὶ ἔδωκεν βρώματα τῷ οἴκῳ, καὶ ἔργα ταῖς θεραπαίναις· θεωρήσασα γεώργιον ἐπρίατο, ἀπὸ δὲ καρπῶν τῶν χειρῶν αὐτῆς ἐφύτευσε κτῆμα· ἀναζωσαμένη [5] τὴν ὀσφὺν αὐτῆς, ἤρεισε τοὺς ἑαυτῆς βραχίονας· καὶ ἐγεύσατο ὅτι καλὸν τὸ ἐργάζεσθαι, καὶ οὐκ ἀποσβέννυται ὁ λύχνος αὐτῆς ὅλην τὴν νύκτα· τοὺς πήχεις αὐτῆς ἐκτείνει εἰς τὰ χρήσιμα, τὰς χεῖρας αὐτῆς ἐρείδει εἰς ἄτρακτον· χεῖρας δὲ αὐτῆς διήνοιξε πένητι, καρπὸν δὲ ἐξέτεινε πτωχῷ· [6] οὐ φροντίζει τῶν ἐν οἴκῳ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, πάντες γὰρ οἱ παρ' αὐτῇ εἰσὶν ἐνδεδυμένοι δισσὰς στολάς· καὶ χλαίνας ἐποίησε τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας ἐνδύματα· περίβλεπτος δὲ γίνεται ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἡνίκα ἂν καθίσῃ ἐν συνεδρίῳ μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τῶν [7] κατοικούντων· σινδόνας ἐποίησε, καὶ ἀπέδοτο τοῖς Φοίνιξι, περιζώματα δὲ τοῖς Χαναναίοις· δόξαν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, καὶ εὐφράνθη ἐν ἡμέραις ἐσχάταις· [8] στόμα αὐτῆς διήνοιξε σοφῶς καὶ προσηκόντως, καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. [9] στεγναὶ δὲ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς, σῖτα δὲ ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγε· τὸ στόμα αὐτῆς ἀνοίξει σοφῶς καὶ ἐννόμως, θεσμοὶ δὲ ἐλεημοσύ-

A caput, Deus & Pater ejus. Ergo post omnipotentem Deum nostrum, & Patrem, præsentis & futuri sæculi Dominum, omnis Spiritus & Virtutis conditorem, & post dilectum illius Filium, Dominum nostrum Jesum Christum, per quem gloria Deo; time virum tuum, o mulier, & reverere eum; ipsi soli placere stude, & per ministerium tuum illi grata exsistere, ut ob te etiam beatus prædicetur a Sapientia, quæ per Salomonem hæc ait [a]: *Mulierem fortem quis inveniet? æstimabilior autem est lapidibus pretiosis, quæ talis est: confidit in ea cor viri ejus: quæ talis est, spoliis non egebit; operatur enim viro bona per omnem vitam: deducens lanam & linum, fecit utilia manibus suis:* B *facta est velut navis negotians, de longe congregans ei vitam: & surrexit de nocte, & dedit escas familiæ, ac opera ancillis: consideravit agrum & emit, & de fructibus manuum suarum plantavit possessionem: accinxit lumbos suos, firmavit brachia sua: & gustavit quod bonum est operari; & non exstinguitur lucerna ejus tota nocte: cubitos suos ad utilia extendit, manus suas firmat ad fusum: manus autem suas aperuit pauperi; palmam vero extendit inopi: non est solicitus de iis qui in domo, vir ejus; omnes enim qui apud eam sunt, vestiti sunt duplici stola: & fecit viro suo lænas; ex bysso ac purpura indumenta: conspicuus autem fit vir illius, quando sede-* C *rit in consessu cum senioribus incolis: sindones fecit, & vendidit Phœnicibus, & cingula Chananæis: gloriam & decorem induit, & læta est in diebus novissimis: os suum sapienter ac rite aperuit, & ordinem posuit linguæ suæ: angustæ autem semitæ ædium ejus, & cibos pigros non comedit: os suum aperiet sapienter ac legitime, & leges de eleemosyna in lingua ejus. Surrexerunt filii ejus, & ditati prædicaverunt eam, & vir*

[a] Prov. ult.

1. Οὗ ἡ δόξ.] Forte δι' οὗ, ut legit Bovius interpres. Cot.

2. Ἐντράπηθι.] Utroque Codice additur αὐτόν. Cler.

3. Ἡ τοιαύτη σκύλων οὐκ ἀπορήσει.] Proverb. xxxi. 11. hodierni LXX. addunt, καλῶν, contra textum Hebraicum, & MSS. Bibliothecæ Regiæ 721. 2221. Rectius ergo in Tractatu ad Proverbiorum xxxi. 10. &c. De muliere forti, editiones S. Augustini Tom. 10. Serm. 45. De diversis cap. 4. ostendunt: *Quæ talis est, spoliis non indigebit*, quam editiones S. Ambrosii Tom. 2. *Talis bonis spoliis non indigebit*. Cot.

4. Μηρυσαμένη ἔριον.] In Codice Regio 2221. εὑραμένη ἔρια. Quod alteri Interpreti a LXX. Aquila, Symmacho, & Theodotione tribuunt, quodque sequitur B. Augustinus, ubi mox, vertendo *inveniens lanam*. Nunc, μηρυσαμένη ἔρια. Si autem mutaretur ρ. in ν. quæ litteræ in MSS. valde affines sunt, esset quod responderet Hebræo דרשה *Quæsivit*, modo veritate nitatur illud Hesychii μηνύειν. κηρύσσειν, ζητεῖν. Non ausim tamen quidquam immutare; tum quia hæc acceptio verbi μηνύειν inusitata est; tum quia vulgata lectio apparet in Ambrosio, in Catena in Proverbia, & in MSS. tum denique quia sæpe LXX. ad sensum magis quam ad verbum interpretantur. Id.

5. Τὴν ὀσφύν.] Unus Codd. ἰσχύν, minus bene. Cler.

6. Οὐ φροντίζει τῶν ἐν οἴκῳ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς.] Omittit sequentia, ὅταν που χιονίζῃ. Ita quippe legendum, pro χρονίζῃ. *Non timebit domui suæ a frigoribus nivis*. Prov. xxxi. 21. Mox additur στολάς, explicationis gratia. Male autem in editionibus τῶν ὁ, ab ἐνδεδυμένοι εἰσί, disjungitur δισσάς, quam disjunctionem invenire etiam est in Catena ad Proverbia, in Tractatu memorato de muliere forti Salomonis, in Gregorio Nazianzeno Oratione xi. p. 181. Ambrosio ad Lucæ xvi. 18. & Augustino Serm. 217. De Tempore. Patet ex ordine Alphabetico, quo constant isti versiculi vigintiduo postremi Parabolarum. Liber Regius 2221. ἐνδεδυμένοι εἰσί. δισσὰς στολὰς καὶ χλαίνας &c. versio Eliæ Cretensis in S. Gregorii Nazianzeni Orat. xi. n. xi. *Duplicem stolam ac penulam fecit viro suo*. Alter Codex 2263. ἐνδεδυμένοι εἰσὶ δισσὰς χλαίνας &c. Apud Cassianum Collatione 14. cap. 8. *Omnes enim qui apud eam sunt, vestiti sunt dupliciter*. Regiæ Biblioth. Cod. 1609. ἐνδιδύσκονται δισσά. δισσὰς στολὰς καὶ χλαίνας. Idem MS. vers. 30. μάταιον κάλλος γυναικὸς οὐκ ἔστι παρὰ σοί. Ubi in multis libris ἐν σοί. Cot.

7. Κατοικούντων.] Addit alter Codex Vind. τῆς γῆς, quod Hebræis convenit. Cler.

8. Στόμα αὐτῆς διήνοιξε σοφῶς καὶ προσηκόντως, καὶ τάξιν D ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς.] Et post unum versum, τὸ στόμα αὐτῆς ἀνοίξει σοφῶς καὶ ἐννόμως, θεσμοὶ δὲ ἐλεημοσύνης ἐπὶ τῆς γλώσσης αὐτῆς. Duæ sunt ejusdem 26. versiculi interpretationes. Unde editio Complutensis habet solummodo, στόμα δὲ αὐτῆς ἀνοίγει σοφῶς καὶ νομοθέσμως, ἡ δὲ ἐλεημοσύνη αὐτῆς ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 11. p. 250. ἥτις σῖτα ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγεν. θεσμοὶ δὲ ἐλεημοσύνης ἐπὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. ἥτις τὸ στόμα αὐτῆς διήνοιξεν σοφῶς καὶ ἐννόμως· ἧς τὰ τέκνα ἐμακάρισαν ἀνιστάμενα. At in Bibliotheca Regia Codex 721. post Χαναναίοις ponit, στόμα αὐτῆς διήνοιξεν προσεχόντως, καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. ἰσχὺν καὶ εὐπρέπειαν &c. στεγναὶ &c. ἔφαγεν. ἀνέστησαν τέκνα αὐτῆς καὶ ἐπλούτησαν. Codex 2221. Χαναναίοις. ἰσχὺν καὶ εὐπρέπειαν &c. ἐσχάταις. στόμα δὲ αὐτῆς διήνοιξε προσεχόντως· καὶ τάξιν ἐστείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. στεγναὶ &c. ἔφαγεν. ἀνέστη τὰ τέκνα αὐτῆς καὶ ᾔνεσαν αὐτήν. In Melissæ lib. 2. Serm. 33. στόμα αὐτῆς διήνοιξε προσεχόντως καὶ ἐννόμως. καὶ τάξιν ἐνετείλατο τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. Grego- E rius Nazianzenus Oratione xi. τίς τάξιν ὅπως ἐστείλατο χείλεσιν. Denique in Opusculo de muliere forti legitur dumtaxat, apud Ambrosium, *Os suum aperit* (vel *aperuit*) *sapienter, & legaliter, at gratia ejus* (χάρις αὐτῆς, proxime ad edit. Symmachi & Theodotionis) *in lingua ejus*: apud Augustinum, *Os suum aperuit attente, & ordinem posuit linguæ suæ*. Igitur ex Hebræo, & ex Vulgata sic videtur constitui debere Versio LXX. Senum, Χαναναίοις. ἰσχὺν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, καὶ εὐφρανθήσεται ἐν ἡμέραις ἐσχάταις. στόμα αὐτῆς διήνοιξε σοφῶς· θεσμοὶ δὲ ἐλεημοσύνης ἐπὶ τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. στεγναὶ &c. ἔφαγεν. ἀνέστησαν τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ ἐμακάρισαν αὐτήν, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ᾔνεσεν αὐτήν. Cot.

9. Στεγναὶ δέ.] Omittit alter liber Vind. δὲ, quod rectius. Cler.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

γης ἐπὶ τῆς γλώσσης αὐτῆς· ἀνέστησαν τὰ τέκνα αὐτῆς, A καὶ πλουτήσαντα ᾔνεσαν αὐτήν, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐπῄνεσεν αὐτήν. Πολλαὶ θυγατέρες ἐκτήσαντο πλοῦτον, πολλαὶ ἐποίησαν δύναμιν· σὺ δὲ ὑπέρκεισαι καὶ ὑπερῆρας πάσας. Ψευδεῖς ἀρέσκειαι καὶ μάταιον κάλλος γυναικὸς μὴ ἔστω σοι· [1] γυνὴ γὰρ εὐσεβὴς εὐλογεῖται, φόβον δὲ Κυρίου αὐτὴ αἰνείτω. Δότε αὐτῇ ἀπὸ καρπῶν χειλέων αὐτῆς, καὶ αἰνείσθω ἐν πύλαις ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Καὶ πάλιν· Γυνὴ ἀνδρεία στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. Καὶ πάλιν· [2] Πολλαὶ γυναῖκες ᾠκοδόμησαν οἶκον. Μεμαθήκατε, ὁποῖα ἐγκώμια γυνὴ σώφρων καὶ φίλανδρος λαμβάνει ἀπὸ Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Εἰ πιστὴ καὶ ἀρεστὴ Κυρίῳ βούλει εἶναι, ὦ γύναι, μὴ καλλωπίζου ἐπὶ τῷ ἀρέσκειν σε ἀλλοτρίοις ἀνδράσι, μηδὲ τὰ τῆς ἑταιριζομένης ἐμπλέγματα, ἢ ἐνδύματα, ἢ ὑποδήσεις μιμοῦ φορεῖν, ἐπὶ τὸ ὑπάγεσθαί σε τοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα παγιδευομένους. B Καὶ γὰρ εἰ σὺ οὐκ ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ταῦτα ποιεῖς τὰ μύση, ἐπὶ δὲ τὸ μόνον καλλωπίζεσθαι, οὐδ᾽ οὕτως ἐκφεύξῃ τὴν δίκην εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, ἀναγκάσασα ἐπενεχθῆναί σοι τινὰ εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαί σου, καὶ μὴ ἑαυτὴν φυλάξασα ἐπὶ τὸ μήτε σε ὑποπεσεῖν ἁμαρτίᾳ, μήτε μὲν ἑτέρους σκανδάλῳ. Εἰ δὲ ἁμαρτήσεις ἐνδοῦσα ἑαυτὴν, καὶ σὺ ἐπλημμέλησας, κἀκείνου ἔνοχος τῆς ψυχῆς ἐγένου· εἶτα ἁμαρτήσασα ἐφ᾽ ἑνὶ, ὥσπερ [3] ἀπογνοῦσα εἰσάπαξ, ἐφ᾽ ἑτέροις ἐκτραπήσῃ πάλιν ἀπηλγηκυῖα· καθά φησιν ὁ θεῖος λόγος· Ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν, καταφρονεῖ· ἐπέρχεται δὲ αὐτῷ ἀτιμία καὶ ὄνειδος. Ἡ γὰρ τοιαύτη λοιπὸν ἀφειδῶς τιτρωμένη παγιδεύει ψυχὰς ἀφρόνων. Μάθωμεν C οὖν καὶ τὰς τοιαύτας πῶς θριαμβεύει ὁ θεῖος λόγος, φάσκων· Εμίσησα ὑπὲρ τὸν θάνατον [4] σὺν τὴν γυναῖκα, ἥτις ἐστὶ θήραμα καὶ σαγήνη καρδίας, δεσμοὶ δὲ χεῖρες αὐτῆς. Καὶ ἐν ἄλλοις· Ὥσπερ ἐνώτιον χρυσοῦν ἐν ῥινὶ ὑὸς, οὕτω γυναικὶ κακόφρονι κάλλος. Καὶ πάλιν·

A *ejus laudavit illam. Multæ filiæ acquisierunt divitias, multæ fecerunt virtutem: tu autem eminens, & universas es supergressa. Fallax gratia, & vana pulcritudo mulieris ne sit tibi: nam mulier religiosa benedicetur; timorem autem Domini ipsa laudet. Date ei de fructibus labiorum ejus, & laudetur in portis vir illius.* Et iterum [a]: *Mulier fortis, corona viro suo.* Et rursus [b]: *Multæ mulieres ædificarunt domum.* Audiistis quas laudes mulier pudica & viri studiosa a Domino Deo ferat. Si vis fidelis & accepta esse Domino, o mulier, noli te ornare, quo alienis viris placeas; neque meretricis cirros aut vestimenta aut calceos imitare ac gesta, ut eos quos ista irretiunt, ad te allicias. Sed B & quamvis hæc flagitia non ad peccatum designes, sed tantummodo ad cultum; neque sic futuras pœnas effugies, quæ quempiam ad tui cupidinem induxeris, & non caveris ut, neque in delictum ipsa incideres, neque alii in scandalum. Quod si te ipsam dedendo pecces; & ipsa deliquisti, & animæ hominis illius rea es facta: deinde postquam cum uno offenderis, quasi semel amissa spe, ad alios rursus sine doloris sensu deflectes; sicut ait sermo divinus [c]: *Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit; supervenit autem ei ignominia & opprobrium.* Hujusmodi enim mulier deinceps crudeliter fauciata, animas insipientium illaqueat. Videamus igitur quo modo tales divina Scriptura C traducat. Ait [d]: *Odi supra mortem mulierem quæ est laqueus venatorum, & sagena cordis; vincula vero sunt manus illius.* Et alibi [e]: *Sicut inauris aurea in naribus porci; ita mulieri fatuæ pulcritudo.* Et adhuc [f]: *Sicut vermis in ligno; sic viros disperdit mulier malefica.* Iterumque [g]:

a Prov. XII. 4. *b* Prov. XIV. 1. *c* Prov. XVIII. 3. *d* Eccle. VII. 27. *e* Prov. XI. 22. *f* Prov. XII. 4. in LXX. *g* Prov. XXI. 9. *19.*

1. *Γυνὴ γὰρ εὐσεβὴς εὐλογεῖται, φόβον δὲ κυρίου αὐτὴ αἰνείτω.*] Ita Clemens Alexandrinus loco citato. Antonius autem Monachus Melissæ lib. 2. Serm. 33. *γυνὴ συνετὴ εὐλογεῖται, φόβος δὲ κυρίου αὐτὴν αἰνείτω.* Nostri LXX. in eo solum variant a Constitutionibus, quod *συνετὴ* ponunt, non *εὐσεβὴς*, pro quo Liber Regius 2263. *σοφή*. In Ambrosio, *Mulier enim prudens benedicitur; timorem autem Domini ista laudet.* Apud Augustinum, *Mulier enim sapiens benedicitur: timorem autem Domini ipsa collaudet.* Crediderim legi oportere, *γυνὴ φόβος κυρίου, αὐτὴ αἰνείσθω. Mulier timor Domini*, (hoc est, timens Dominum,) *ipsa laudetur.* Adeo ut *συνετὴ* seu *εὐσεβὴς* seu *σοφὴ*, & *εὐλογεῖται* glossemata sint, priora vocum *φόβος κυρίου*, posterius verbi *αἰνείσθω*. Cot.

2. Πολλαί.] Σοφαὶ alter Cod. & sic habent Hebræa. Cler.

3. Ἀπογνοῦσα.] Id est desperans; item renuntians. Cot.

4. Σὺν τὴν γυναῖκα.] Ecclesiastis VII. 27. את־האשה. In Olympiodoro impresso, deest *σὺν*: at in manu scripto Gazæ Regiæ heic, quemadmodum & cap. 2. vers. 17. non omittitur. Antiochus Homilia 18. corrupte, *συζητεῖν γυναῖκα*, pro *σὺν τὴν γυναῖκα*. Corrupte etiam apud Gregorium Thaumaturgum in Metaphrasi, *ἔγνων τὴν γυναῖκα, γῦν τινά, ἢ εἰ τι ἕτερον φιῦτον ὑπάρχουσαν.* Lege meo periculo, *σαγήνην τινά.* Quod additur in Constitutionibus, *ἥτις ἐστὶ θήραμα καὶ σαγήνη καρδίας, δεσμοὶ δὲ χεῖρες αὐτῆς*, quadrat cum istis Hieronymi, *Quasi laqueus & sagena cor ... scentis innectit: vincula sunt manus ejus.* Apud Anastasium Quæst. 65. *εὗρον πικρότερον ὑπὲρ τὸν θάνατον τὴν γυναῖκα* (Exempl. Reg. 1789. *ἀπαιδῆ γυναῖκα*, alterum *σὺν τὴν*) *ἥτις ἐστὶ θήραμα καὶ σαγήνη καρδίας.* Porro credibile mihi fit, particulam *σὺν*, quæ in editionibus Græcis Ecclesiastis sæpe occurrit, cap. 2. vers. 12. 17. cap. 3. vers. 10. 11. 17. cap. 4. vers. 2. 3. 4. cap. 7. vers. 27. 30. cap. 8. vers. 8. 15. 17. cap. 9. vers. 15. cap. 11. vers. 7. cap. 12. vers. 9. quamque repræsentat Alexandr. Codex III. Regum XIV. 8. irrepsisse in textum LXX. ex Versione Aquilæ, qui teste Hieronymo Epist. 101. De optimo genere interpretandi; ubi Aquilam & Seniores committit, *ἄρθρα & προάρθρα*, syllabas & litteras *κακοζήλως* interpretatus fuerat, dixeratque (quemadmodum & videre est in Joanne Philopono lib. 1. in Hexaemeron seu de mundi creatione cap. 4.) *σὺν τὸν οὐρανὸν καὶ σὺν τὴν γῆν*, Genes. I. 1. reddendo את per *σύν*. Et vero Hieronymus in Commentariis ad Ecclesiastem, in quibus se magis Septuaginta Interpretum consuetudini D coaptavit, illius *σὺν* nullam facit mentionem. Quin etiam in Metaphrasi Gregorii Neocæsariensis, & in Homiliis Gregorii Nysseni non comparet: nisi quod Cod. Reg. hujus, interdum habet; & videtur ille, dum ponit Ecclesiastis II. 17. *ἐμίσησα σὺν τὸ σύμπαντά μου βίον*, reperisse in exemplari suo, *καὶ ἐμίσησα σύμπασαν τὴν ζωήν*: quod etiam retinetur a Mf. Regio 278. estque depravatum ex *καὶ ἐμίσησα σὺν τὴν ζωήν*. Atque idem judicium ferri debet de loco Ecclesiastis IV. 2. 3. apud Hieronymum ad initium cap. 6. Epistolæ ad Ephesios, *Laudavi ego omnes mortuos qui olim mortui sunt, super viventes qui vivunt usque in præsens: & melior est super hos duos, qui necdum natus est, & non vidit omne opus malum, quod factum est sub sole.* Versio Arabica, *Totam pariter odi vitam*, hoc est, *ἐμίσησα σὺν πᾶσαν τὴν ζωήν*: quo loci *σὺν* & *πᾶσαν* redundant. Observavi præterea, de *σὺν* Ecclesiastis, in scriptis ac editis Bibliis, in Catenis Mss. & in Commentariis librisque Patrum, prætermitti aliquando in adjecti- E vum *σύμπας*, aut *σὺν πᾶς*, exponi per *ὅλον*, *σύμπαν*, *τέλειον*: item scribi interdum nomen *σύμπας* pro *σὺν πᾶς*: ad hæc bis male abesse a Commentario Olympiodori, ad cap. 3. nempe versu 10. ubi *ἂν* illius locum occupat, & versu 17. ante *τὸν ἀσεβῆ*: quo in Scripturæ loco Codex Librariæ Regiæ 1598. *σὺν τῷ δικαίῳ καὶ τὸν ἀσεβῆ κρινεῖ ὁ θεός*: vitiose quidem, sed non absque industria correctoris cujuspiam. Rectius autem idem Olympiodorus ad versiculum 11. capitis 3. *σὺν* facit loquendi modum Hebraicum, in illa lingua usurpari solitum passim & absque sensu; quam Philoponus loco citato, præpositionem *cum*, demonstratricem copulationis. Vulgo tamen exponunt *simul*; ut exstat in Ambrosii Versione Ecclesiastis IV. 2. Quibus assentitur sæpe Auctor Arabicæ Interpretationis: sed Ecclesiastis IX. 15. legebat *σοφίαν*, non *σὺν*, vertit enim prudentiam. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

[1] Ὥσπερ ἐν ξύλῳ σκώληξ, οὕτως ἀπόλλυσιν [2] ἄνδρας γυνὴ κακοποιός. Καὶ πάλιν· Κρεῖσσον οἰκεῖν [3] ἐπὶ γωνίας ὑπαίθρου, ἢ μετὰ γυναικὸς γλωσσώδους καὶ μαχίμης. Μὴ οὖν μιμεῖσθε τὰς τοιαύτας γυναῖκας, ὑμεῖς αἱ Χριστιαναὶ ὑπάρχουσαι. Πιστὴ δὲ θέλουσα εἶναι τῷ σῷ ἀνδρὶ, πρόσεχε ἐπὶ τὸ ἀρέσκειν αὐτῷ μόνῳ· ἐν δὲ ταῖς πλατείαις [4] σκέπουσα τὴν κεφαλήν σου, διὰ γὰρ τῆς ἐπικαλύψεως ἀποκλείσεις τὴν θέαν τοῖς περιεργοτέροις· μὴ καταζωγράφει σου τὸ ὑπὸ Θεοῦ πεποιημένον πρόσωπον· οὐδὲν γὰρ ἐν σοὶ, ὃ κοσμήσεως δέεται, ἐπείπερ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, καλὰ λίαν· ἀσελγὴς δ' ἐν καλῷ ἐπικόσμησις, τεχνίτου χάριν ἐνυβρίζει· κάτω βλέπουσα τὴν ὁδοιπορίαν σου ποιοῦ, περικαλύπτουσα ἑαυτὴν, καθὼς πρέπει γυναιξίν·

A *Melius est habitare in angulo subdiali, quam cum muliere loquace & rixosa*. Ne igitur vos, quæ Christianæ estis, hujusmodi mulieres imitemini. Quæ autem viro tuo fida esse vis, illi tantum grata esse contende: in plateis caput tege; nam per velamen, aspectum curiosioribus occludes: faciem tibi a Deo datam, noli pingere: nihil quippe in te est, quod ornatu indigeat; cum cuncta quæ Deus fecit, admodum pulcra sint; at impudicus pulcræ rei ornatus, artificis gratiam dedecorat: dejectis igitur oculis iter tuum perage, atque obvoluto capite, quemadmodum mulieres decet.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ τοῦ μὴ συλλούεσθαι γυναῖκα ἀνδράσιν.

ΠΕριΐστασο καὶ τὴν ἐν βαλανείῳ μετὰ ἀνδρῶν ἄτακτον γινομένην λοῦσιν· πολλὰ γὰρ τὰ δίκτυα τοῦ πονηροῦ. Ἀνδρόγυνον γυνὴ πιστὴ μὴ λουέσθω. Εἰ γὰρ περικαλύπτεται τὸ πρόσωπον, τὴν ἀπ' ἀλλοτρίων ἀνδρῶν ὄψιν μετὰ αἰδοῦς κρύπτουσα, πῶς γυμνὴ μετὰ ἀνδρῶν ἡ τοιαύτη εἰς λουτρὸν εἰσελεύσεται; Γυναικείου δὲ ὄντος βαλανείου, εὐτάκτως μετὰ αἰδοῦς μεμετρημένως λουέσθω. [5] Μὴ περισσοτέραν δὲ λοῦσιν

CAPUT IX.

Quod mulier non debet cum viris lavare.

CAve etiam inordinatam in balneo cum viris lavationem: multa enim sunt Mali retia. Mulier fidelis lavacro viris ac feminis communi ne utatur. Nam si pudoris ergo os tegit, & ab alienorum virorum aspectu arcet; quo modo hujusmodi mulier cum viris nuda in balneas ingredietur? Itaque in muliebri balneario, cum disciplina, verecundia ac moderatione lavet. Porro lavationem non

C

1. *Ὥσπερ ἐν ξύλῳ σκώληξ, οὕτως ἀπόλλυσιν ἄνδρας γυνὴ κακοποιός.*] Melius in LXX. *ἄνδρα*: (*Prov.* 12. 4.) qui LXX. unam vocem בעצמתיו *in ossibus ejus* diviserunt in duas בעץ מתיו *in ligno, mortes ejus*; scilicet viri, ac sensu interpretati sunt, *οὕτως ἀπόλλυσιν ἄνδρα, sic disperdit virum*. Cot.

2. *Ἄνδρας*]. Uterque Ms. *ἄνδρα*, ut est in Edit. LXX. Intt. Cler.

3. *Ἐπὶ γωνίας*] Alter *ἐν γωνίᾳ*, contra quam habent Edit. LXX. Intt. Id.

4. *Σκέπουσα τὴν κεφαλήν.*] Refert Georgius Cedrenus Decium Imperatorem edixisse, ne mulieres Christianæ caput velarent; illas apparentem turpitudinem in gloriam vertisse; quo factum ut usque ad sua tempora Christianæ accuratius viventes, absque velamine prodirent; cum obtegerentur Judææ atque Ethnicæ. Verum id nequaquam reperi in antiquis Scriptoribus: immo sancti Patres, etiam qui post Decium floruerunt, Apostolum secuti 1. Corinth. xi. præcipiunt feminis caput obnubere ac velare. Quocirca existimo Historiolam confictam fuisse ab aliquo nugatore, ad fulciendam sæculi sui pravam consuetudinem. Lege caput sequens: & lib. 2. cap. 57. Cot.

5. *Μὴ περισσοτέραν δὲ λοῦσιν ποιείσθω.*] Frequentiores ac non necessariæ lavationes damnantur sententiis Clementis Alexandrini lib. 3. Pædagogi cap. 9. Cypriani, Opere de lapsis, ante finem; Hieronymi, Epist. 4. 48. 99. & ad Jeremiæ xxiii. 21. 22. Consarcinatoris Epistolæ ad Præsidium de cereo Paschali, apud eumdem magnum Doctorem tom. 9. atque Augustini, Epist. 109. Etenim semper licuit, exemplo Joannis Evangelistæ, (si fides Theodorito Hæreticarum Fabularum II. 3.) veterum Christianorum, referente Tertulliano in capite 42. Apologetici, & 3. libri de Corona: multorum Monachorum, ex eorum Regulis; Chrysostomi, in Photio Bibliothecæ Cod. 59. aliorumque plurimorum piorum hominum; semper, inquam, licuit balneum aliquando ingredi; non quidem propter voluptatem, inquiunt Gregorius Magnus lib. xi. Epist. 3. & Nicolaus I. ad Consulta Bulgarorum cap. 6. neque propter calorem, addit Clemens Alexandrinus in capite Pædagogi laudato; sed propter necessitatem corporis, docetur a duobus Pontificibus, propter sanitatem ratione virorum, atque etiam munditiem ratione mulierum, exponitur per doctissimum Presbyterum: quamquam Tertullianus in Apologetico dicat, *Lava & debita hora & salubri, quæ mihi & calorem & sanguinem servet*. Tum *fovendorum corporum caussa*, ut loquar cum Optato Milevitano (*Lib. 6.*). Aut quod in Augustini Confessionibus lib. 9. cap. 12. legitur, ad anxietatem ex animo pellendam. Nec minus licitum fuit, aut balneis in totum abstinere, post Jacobum fratrem Domini, teste Hegesippo apud Eusebium Hist. Eccl. lib. 2. cap. 23. & apud Hieronymum libro de viris illustribus in Jacobo, teste etiam Epiphanio Hæresi 78. c. 13. item post Joannem Evangelistam, eodem Epiphanio auctore Hæres. 30. cap. 24. nec repugnante Irenæo lib. 3. c. 3. post Monachos plures & Sanctimoniales, de quibus Epiphanius in Expositione fidei cap. 23. Hieronymus Ep. 48. cap. 3. post Presbyterum illum, cujus mentio Actione decima Concilii Chalcedonensis, in libello Samuelis & aliorum contra Ibam; postque plurimos & plurimas sanctitatis conspicuæ, quorum quarumque gesta habemus descripta: aut lavacro uti dumtaxat in magna necessitate, quemadmodum virgini præcipit Athanasius in tractatu de virginitate, præcipit Monialibus Auctor Regulæ Monacharum cap. penult. tom. 9. Operum Hieronymi, necnon Florentinæ sorori Leander, libro de institutione Virginum cap. 10. utque de Paula refert Hieronymus in Epitaphio illius cap. 7. de Olympiade Palladius in vita Chrysostomi cap. 17. aut certa ætate certisque temporibus ad balneas non accedere. Siquidem lavacra in adultis virginibus & juvenculis viduis Hieronymo displicent. Tertullianus vero de Corona 3. ostendit fideles sui temporis ex die Baptismi, lavacro quotidiano per totam hebdomadam abstinuisse; & cap. 1. De jejuniis commemorat lavacri abstinentiam congruentem arido victui seu jejunii xerophagiis: secundum illa verba S. Augustini Epist. 118. *Jejunia simul & lavacra tolerare non possunt*. Et libro de pœnitentia cap. 11. pœnitentes appellat inlotos & sordulentos: *ἀλουσίας τὸν χρόνον περιμένοντας*, ait Sozomenus lib. 7. cap. 16. Hist. Eccl. qua de re vide Pacianum in Parænesi ad pœnitentiam. Addo tempus Eucharistiæ, ex Responsis Theodori Balsamonis ad Interrogationes Marci Alexandrini num. 12. Juris Græco-Romani lib. 5. necnon tempus publicæ calamitatis, ex Tertull. Apolog. 40. Absit modo ab hujusmodi vel usu vel abstinentia superstitio: qualis in usu reprehenditur a sæpe laudato Tertulliano de Oratione cap. 11. plerorumque, qui ad omnem orationem etiam cum lavacro totius corporis aquam sumebant, in commemorationem Dominicæ deditionis; & ab Attone Episcopo Vercellensi Capitularis cap. 76. eorum qui *in aqua sanctificata balneum faciebant pro aliqua infirmitate vel necessitate*. 8. tomo Spicilegii: qualisque in abstinentia arguitur tum a Gregorio Papa jam citato, prædicantium nemini licere diebus Dominicis corpus lavare, etiam exigente necessitate; tum a pariter citato Papa Nicolao, Græcorum, quarta & sexta feria balneum omnino prohibentium. Certe, si ea quoque juvat cognoscere, Pythagoras vetuit usum balnei; abhorruerunt a lavacris quidam Idolorum cultores; non licuit militibus ire in balneas; diesque certi fuerunt apud Paganos, quibus lavari erat nonnullis religio. Primum docemur ab Æliano variæ Historiæ lib. 4. cap. 17. secundum, a Clemente Alexandrino in Admonitione ad Gentes p. 58. tertium, ab Ælio Lampridio, scriptore vitæ Alexandri Severi; postremum, a Tertulliano I. ad Nationes 13. & a Plutarcho in Quæstionibus Romanis, edit. Paris. Græco-Lat. T. 2. 285. Postea noster Constitutor rejecto meridie, opportunæ lavationi definit horam decimam: quia scilicet a moderatioribus ei rei assumebantur tempora vespertina: id quod certius est, quam ut probationis ullius indigeat. Cot.

ποιείσθω, μηδὲ ἐν μέσῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἀλλ' εἰ δυνατὸν, μηδὲ καθημέραν. Ὥρα δέ σοι ἔστω τακτὴ ἡ τῆς καιρολουσίας δεκάτη· δεῖ γάρ σε πιστὴν οὖσαν, ἐκ παντὸς καὶ πάντοτε τὴν πολυόφθαλμον περιεργίαν φεύγειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ί.

Περὶ μαχίμου καὶ γλωσσώδους γυναικός.

ΤΟ δὲ μάχιμόν σου πρὸς πάντα, μάλιστα δὲ καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου περίκοψον, πιστὴ ὑπάρχουσα; ἵνα σου ὁ ἀνὴρ ἐὰν ᾖ ἄπιστος, ἢ ἐθνικὸς, μὴ διά σε σκανδαλισθεὶς βλασφημήσῃ Θεὸν, καί συ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος εὑρεθῇς παρὰ Θεῷ. [1] Οὐαὶ γάρ, φησι, δι' οὗ τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν. εἰ δὲ πιστὸς ὑπάρχει σου ὁ ἀνὴρ, ἀναγκασθήσεται, ὡς εἰδὼς τὰς γραφὰς, εἰπεῖν τὸ ῥῆμα τὸ γεγραμμένον ἐν τῇ σοφίᾳ. Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐν ἐρήμῳ, ἢ μετὰ γυναικὸς γλωσσώδους καὶ μαχίμης. Αἱ οὖν γυναῖκες, διὰ τῆς αἰδοῦς καὶ πραότητος τὴν θεοσέβειαν ἐνδείκνυσθε; εἰς ἐπιστροφὴν καὶ προτροπὴν πίστεως, καὶ τοῖς ἐκτὸς πᾶσιν, εἴτε γυναιξὶν, εἴτε ἀνδράσι. Καὶ εἰ δι' ὀλίγων νουθετήσαντες ἐπαιδεύσαμεν ὑμᾶς, ἀδελφαὶ καὶ θυγατέρες καὶ μέλη ἡμῶν, ὡς σοφαὶ καὶ αὗται ἀλοιδόρητοι τοῦ βίου διαμείνατε· ἐκζητεῖτε μαθήματα γινώσκειν, δι' ὧν δυνήσεσθε τῇ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐγγίσαι βασιλείᾳ ἀρέστως, καὶ ἀναπαύσεσθαι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A usurpet frequentius, nec per medium diem, nec si fieri potest, quotidie. Sit vero tibi constitutum tempestivæ lavationis tempus, hora decima: oportet enim te, quæ fidelis es, omnimodis ac semper oculatissimam curiositatem vitare.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

CAPUT X.

De muliere contentiosa & loquace.

COntentionem autem, Christiana mulier, tum adversus cunctos, tum præsertim adversus virum tuum amputa: ne si infidelis sit, aut Ethnicus, per te scandalum passus, Deum blasphemet; B & tu apud Deum, illius *væ* heres reperiaris. Ait enim [a]: *Væ ei! per quem nomen meum blasphematur in Gentibus.* Si autem fidelis est maritus tuus, cogetur, ut qui Scripturas sciat, illam vocem in Sapientia scriptam usurpare [b]: *Melius est habitare in deserto, quam cum muliere linguace & rixosa.* Quocirca, mulieres, pudore & lenitate pietatem erga Deum etiam Ethnicis omnibus, cum viris, tum feminis, ostendite, in conversionem ac exhortationem fidei. Quod si vos, o sorores & filiæ & membra nostra, brevi admonitione erudivimus; jam ut sapientes perseverate sine probro vitæ: studete disciplinas eas nosse, quibus possitis ad Domini nostri regnum gratia illius pervenire, atque C requiescere in sæcula sæculorum, Amen.

a Isa. LI. 5. b Prov. XXI. 19.

1. *Οὐαὶ γάρ, φησι, δι' οὗ τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.*] Eodem modo lib. 3. cap. 5. Capite autem 24. libri 7. *δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.* Vulgo, *δι' ὑμᾶς διαπαντὸς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.* S. Ignatius Epistola ad Trallianos cap. 8. *οὐαὶ, δι' οὗ ἐπὶ ματαιότητι τὸ ὄνομά μου ἐπὶ τινῶν βλασφημεῖται.* Ejus Interpolator ibidem, quemadmodum Constitutiones hoc in loco. S. Polycarpus Epistolæ suæ cap. 10. *Væ illi, per quem nomen Domini blasphematur.* Ex Athanasio, Apologia ad Constantium p. 693. ac Gregorio Nysseno Serm. 3. de Oratione Dominica, & libro de professione Christiana, *οὐαὶ, δι' οὓς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται, ἐν τοῖς ἔθνεσι.* Joannes Chrysostomus Homil. 7. in Genesim, *οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι δι' ὑμᾶς τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.* Homil. ξζ'. in Joannem, *οὐαὶ τῷ δούλῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημεῖται.* Et Homil. 46. in Acta Apostolorum, *οὐαὶ ὑμῖν, δι' οὓς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημεῖται.* In Confessione S. Patricii, quam in lucem emisit Jacobus Waræus: *Væ homini, per quem nomen Domini blasphematur.* Denique Concilii Turonensis I. Canone 1. *Væ eis, per quos nomen Dei blasphematur.* COT.



SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τοῦ δευτέρου βιβλίου.

α. Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι πεπαιδευμένον, καὶ ἔμπειρον τοῦ λόγου.

β. Οἷον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς λοιποὺς κληρικούς.

γ. Τίνα χρὴ δοκιμάζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον προχειριζόμενον.

δ. Ὅτι οὐχ ἑκάστῃ χήρᾳ δεῖ μεταδιδόναι, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ τὴν ὕπανδρον προκρίνειν, καὶ ὅτι καταφαγῇ, μεθύσῳ, ἀργῷ, οὐ μεταδιδόναι χρή.

ε. Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῷ κρίνειν, καὶ τὸ ἦθος μέτριον, καὶ τὴν δίαιταν συνεσταλμένον.

ς. Περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον αἰσχροκερδῆ, μήτε δὲ ἐγγυᾶσθαι, ἢ συνηγορεῖν.

ζ. Οἷον χρὴ εἶναι τὸν μεμυημένον.

η. Περὶ συκοφαντουμένου, ἤτοι ἐλεγχομένου.

θ. Ὅτι ἀδωροδόκητον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον.

ι. Ὅτι ὁ ἐπίσκοπος, ἀκρίτως φειδόμενος τοῦ ἡμαρτηκότος, ὑπαίτιος γίνεται.

ια. Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον κρίνειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

ιβ. Διδασκαλία, ὅπως χρὴ προσφέρεσθαι τοῖς μετανοοῦσι.

ιγ. Ὅτι φεύγειν χρὴ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν πεῖραν.

ιδ. Περὶ τῶν λεγόντων μὴ δέχεσθαι μετανοοῦντα, καὶ ὅτι δίκαιος, κἂν σύνεστιν ἁμαρτωλῷ, οὐ συναπόλλυται αὐτῷ.

ιε. Ὅτι οὐ χρὴ τὸν ἱερέα μήποτε παρορᾶν τὰ ἁμαρτήματα, μήτε πρόχειρον εἶναι ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι.

ις. Περὶ μετανοίας, καὶ τίς αὐτῆς ὁ τρόπος, καὶ ὅπως κατορθοῦται.

ιζ. Ὅτι ἀνεπίληπτον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τύπον τῶν ἀρχομένων.

ιη. Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον φροντίζειν, ὅπως ὁ λαὸς μὴ πλημμελῇ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν σκοπόν.

ιθ. Ὅτι καὶ ὁ ποιμὴν ἀμελῶς φερόμενος περὶ τὰ πρόβατα, δίκην τίνυσιν, καὶ τὸ πρόβατον μὴ πειθαρχοῦν τῷ ποιμένι, κολάζεται.

κ. Ὅπως χρὴ τοὺς ἀρχομένους πειθαρχεῖν τοῖς ἄρχουσιν ἐπισκόποις.

κα. Ὅτι κίνδυνος μονομερῆ κρίσιν ποιήσασθαι, καὶ τιμωρίαν ὁρίσαι κατὰ τοῦ μηδέπω ἐλεγχθέντος.

κβ. Ὅτι μέγα παράδειγμα μετανοίας πρόκειται Δαβὶδ, καὶ Νινευῖται, Ἐζεκίας τε καὶ ὁ τούτου υἱὸς Μανασσῆς.

κγ. Πρὸς τοὺς ἐκ καταφρονήσεως ἁμαρτάνοντας ἔστω παράδειγμα Ἀμών.

κδ. Ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς κύριος παρεγένετο ἁμαρτωλοὺς σῶσαι διὰ μετανοίας.

κε. Περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν, καὶ ὅπως ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος, ἢ αὐτὸς μεταλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν, ἢ ἑτέροις διανέμειν.

κς. Εἰς τίνος τύπον καὶ ἀξίαν ἕκαστος τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τέτακται παρὰ Θεῷ.

κζ. Ὅτι φρικῶδες, ἄνθρωπον σαυτὸν ἐπιρρίπτειν ἀξιώματί τινι ἱερατικῷ· ὡς οἱ Κορεῖται, ὡς Σαοὺλ, ὡς Ὀζίας.

κη. Περὶ δοχῆς, καὶ ὅπως χρὴ ἕκαστον τάγμα τοῦ κλήρου ὑπὸ τῶν προσκαλουμένων τιμᾶσθαι.

κθ. Τίς ἡ ἀξία τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τοῦ διακόνου.

CAPITA

Libri ſecundi.

I. Quod oporteat Epiſcopum eſſe eruditum, & in ſermone exercitatum.

II. Qualem eſſe oporteat Epiſcopum, & reliquos Clericos.

III. In quibus probandus ſit qui deſignatur in Epiſcopum.

IV. Quod non cuilibet viduæ ſit largiendum; ſed quandoque ſit anteponenda nupta; & quod voraci, ebrioſo, pigro, eleemoſyna non ſit præbenda.

V. Quod non oportet Epiſcopum in judicio eſſe acceptorem perſonarum; quodque debeat eſſe moribus moderatis, & victu frugali.

VI. Epiſcopus ne ſit turpi lucro deditus, nec fidejuſſor, nec advocatus.

VII. Qualem oportet eſſe eum qui per baptiſmum eſt initiatus.

VIII. De eo qui in calumniam, vel reprehenſionem incurrit.

IX. Epiſcopum non debere eſſe muneribus pervium.

X. Quod Epiſcopus, qui temere parcit peccatori, culpa non careat.

XI. Quo modo oporteat peccatores ab Epiſcopo judicari.

XII. Doctrina de modo quo pœnitentes tractandi ſunt.

XIII. Fugiendam eſſe delictorum experientiam.

XIV. De iis qui affirmant non debere recipi pœnitentem; & de juſto, quod licet cum peccatore verſetur, non tamen cum eo pereat.

XV. Quod Sacerdos nec peccata negligere debeat, nec promtus eſſe ad vindictam.

XVI. De pœnitentia, & quis illius modus, & quo pacto peragatur.

XVII. Epiſcopum debere eſſe irreprehenſibilem, utpote formam ſubjectorum.

XVIII. Quod oportet Epiſcopum curare, ne peccet plebs, quia ipſe eſt ſpeculator.

XIX. Quod paſtor ovium negligens, pœnas ſolvat; & ovis, non obediens paſtori, puniatur.

XX. Quo modo ſubjecti præpoſitis ſibi Epiſcopis obedire debeant.

XXI. Quod periculum ſit, una tantum parte audita, judicare, & pœnam decernere contra eum qui nondum convictus eſt.

XXII. Quod magnum pœnitentiæ exemplum in Davide proponatur; item in Ninivitis, in Ezechia, & in filio illius Manaſſe.

XXIII. In eos, qui ex contemtu peccant, exemplum ſit Amon.

XXIV. Quod Chriſtus Jeſus Dominus ideo advenit, ut per pœnitentiam ſervaret peccatores.

XXV. De primitiis & decimis; & quo modo debeat Epiſcopus, ex eis vel ipſe accipere, vel aliis diſtribuere.

XXVI. Ad cujus formam & dignitatem unuſquiſque de Clero, a Deo ſit ordinatus.

XXVII. Quod horrenda res ſit, hominem immittere ſe in aliquam dignitatem ſacerdotalem; ut Coritæ, ut Saul, ut Ozias.

XXVIII. De convivio; & qua ratione quilibet Cleri ordo a vocatoribus honorandus ſit.

XXIX. Quæ ſit dignitas Epiſcopi, & Diaconi.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

λ'. Οπως χρὴ τοὺς λαϊκοὺς πειθαρχεῖν τοῖς διακόνοις. A

λα'. Οτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου πράττειν.

λβ'. Οτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου διδόναι τινὶ, ἐπὶ διαβολῇ γὰρ τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο πράξει.

λγ'. Οπως χρὴ τιμᾶσθαι τοὺς ἱερεῖς, καὶ σεπτοὺς ἡγεῖσθαι, πνευματικοὺς ὄντας γονεῖς.

λδ'. Οτι τῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων εἰσὶ κρείττους οἱ ἱερεῖς.

λε'. Οτι παρακελεύονται οἱ νόμοι καρποφορεῖν· ὡσαύτως καὶ τὸ εὐαγγέλιον.

λϛ'. Υπόμνησις τῶν δέκα τοῦ Θεοῦ λογίων, καὶ ὅπως αὐτὰ ἐνταῦθα διαγορεύουσι. B

λζ'. Περὶ κατηγόρων καὶ συκοφαντῶν· καὶ ὅπως χρὴ μὴ προχείρως πιστεύειν ἢ ἀπιστεῖν τούτοις τὸν κριτὴν, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως.

λη'. Οτι χρὴ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἰδιαζόντως ἐξελέγχειν, καὶ τοὺς μετανοοῦντας προσδέχεσθαι, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.

λθ'. Παραδείγματα περὶ μετανοίας.

μ'. Οτι οὐ χρὴ ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι, περὶ τὸν ἅπαξ ἢ δεύτερον ἁμαρτάνοντα.

μα'. Οπως δεῖ προσίεσθαι τὸν μετανοοῦντα, καὶ ὅπως διαγίνεσθαι πρὸς ἁμαρτάνοντας, καὶ πότε ἐκκόπτειν τῆς ἐκκλησίας.

μβ'. Οτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν κριτήν. C

μγ'. Οπως χρὴ τοὺς συκοφάντας τιμωρεῖσθαι.

μδ'. Οτι χρὴ τὸν διάκονον ἐπικουφίζειν τὸ βάρος τῶν ἐπισκόπων, καὶ διευθύνειν τὰ κουφότερα.

με'. Οτι μὴ προσῆκον Χριστιανοῖς ἀντιλογίαι καὶ διαπληκτισμοί.

μϛ'. Οτι οὐ χρὴ τοὺς πιστοὺς ἐπὶ τῶν ἀπίστων δικάζεσθαι, οὔτε μὴν ἐξ αὐτῶν τινα καλεῖν εἰς μαρτυρίαν τῶν Χριστιανῶν.

μζ'. Οτι χρὴ ἐν δευτέρᾳ σαββάτων ποιεῖσθαι τὰς δίκας.

μη'. Οτι μὴ χρὴ ταύτην ἐπάγειν τιμωρίαν ἐπὶ πάσης πλημμελίας, ἀλλὰ διάφορον, πρὸς τὸ διάφορον τοῦ ἁμαρτάνοντος. D

μθ'. Οποίους εἶναι χρὴ τοὺς κατηγόρους, καὶ μάρτυρας.

ν'. Οτι ἐγχωρεῖ τινα καὶ ἐκ προτέρων κακῶν μὴ ἀπιστεῖσθαι τὰ δεύτερα.

να'. Οτι οὐ χρὴ μονομερεῖς τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι.

νβ'. Παράδειγμα τοῦ δικαίου κρίματος ἡ τῶν ἔξωθεν δικαστῶν περὶ τὰς ἀποφάσεις ἀσφάλεια.

νγ'. Οτι μὴ χρὴ κατ' ἀλλήλων ἔχειν τοὺς πιστούς.

νδ'. Οτι χρὴ τοὺς ἐπισκόπους τὰ περὶ εἰρήνης διὰ τοῦ διακόνου ὑπομιμνήσκειν τῷ λαῷ. E

νε'. Απαρίθμησις διαφόρου προνοίας, καὶ ὅπως ἐξ ἀρχῆς καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν πάντας.

νϛ'. Οτι θέλημα Θεοῦ, ὁμόφρονας εἶναι τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν εὐσέβειαν, παραπλησίως ταῖς ἐν οὐρανῷ δυνάμεσι.

νζ'. Διατύπωσις ἐκκλησίας καὶ κλήρου, καὶ τί ἕκαστος ἐπιτελεῖν ὀφείλει τῶν συναθροιζομένων κληρικῶν ἢ λαϊκῶν, ἐν τῇ συνάξει.

νη'. Περὶ συστατικῶν, ἤτοι ξένων, λαϊκῶν, κληρικῶν, ἐπισκόπων· καὶ ὡς οὐ χρεία διαφορεῖν.

XXX. Quo modo oporteat Laicos obedire Diaconis.

XXXI. Quod non oporteat Diaconum sine Episcopo quidquam facere.

XXXII. Quod non oporteat ut Diaconus præter voluntatem Episcopi det cuipiam; id enim in calumniam Episcopi cessurum.

XXXIII. Quo modo oporteat sacerdotes, utpote patres spirituales, honorare ac veneratione dignos habere.

XXXIV. Quod principibus ac regibus præstantiores sint sacerdotes.

XXXV. Quod Judaicæ leges, & Evangelium, præcipiant munerum oblationem.

XXXVI. Commemoratio decem Dei mandatorum, & quo modo ea heic edisserunt.

XXXVII. De accusatoribus & delatoribus; & quod judex non debeat illis facile credere, vel non credere, sed adhibita diligenti inquisitione.

XXXVIII. Quod oporteat delinquentes privatim arguere, & pœnitentes recipere, secundum constitutionem Domini.

XXXIX. Exempla pœnitentiæ.

XL. Quod non oporteat hostiliter affici erga illum qui semel vel iterum peccavit.

XLI. Quo modo oporteat recipere pœnitentem, & quo modo agere cum peccatoribus, & quando ab Ecclesia abscindere.

XLII. Judicem non debere esse acceptatorem personarum.

XLIII. Quo modo oporteat punire calumniatores.

XLIV. Quod debeat Diaconus sublevare onus Episcopi, & leviora quæque dirigere.

XLV. Quod non conveniant Christianis controversiæ & altercationes.

XLVI. Quod non oporteat fideles apud infideles litigare; neque ex his quempiam vocare in testimonium adversus Christianos.

XLVII. Quod oporteat in secunda Sabbatorum, forum agere.

XLVIII. Quod non oporteat eamdem pœnam in omni delicto irrogare, sed variam, pro varietate delinquentis.

XLIX. Quales esse decet accusatores, & testes.

L. Quod usu veniat, ut conjectura ex prioribus malis ducta, aliquis facile credatur posteriora designasse.

LI. Quod non oporteat in judicando, uni parti favere.

LII. Exemplum justi judicii capiatur de cautione, quam in sententiis judices Gentiles adhibent.

LIII. Quod non oporteat fideles inter se discordare.

LIV. Quod oporteat Episcopos de pace per Diaconum populo in memoriam suggerere.

LV. Enumeratio variæ providentiæ, & quemadmodum ab initio Deus per singulas generationes ad pœnitentiam omnes homines vocavit.

LVI. Quod voluntas Dei sit, ut omnes homines in pietate consentiant, instar cælestium Virtutum.

LVII. Descriptio Ecclesiæ, & Cleri; & quid facere debeat unusquisque Clericus vel Laicus, in Synaxi congregatus.

LVIII. De hominibus commendatis, peregrinis scilicet, Laicis, Clericis, aut Episcopis; & quod sine differentia sint recipiendi qui Ecclesiam ingrediuntur.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

νθʹ. Οτι χρὴ ἕκαστον ὄρθρου καὶ ἑσπέρας σπουδαῖον εἶναι περὶ τὰς συνάξεις. A

ξʹ. Παράδειγμα πρὸς ζῆλον ἐνάγον. ἡ Ἑλλήνων καὶ Ιουδαίων μάταιος συνδρομὴ ἐπὶ τοὺς ναοὺς καὶ τὰς συναγωγάς.

ξαʹ. Οτι οὐχ ὅσιον προκρίνειν τὰ βιωτικὰ τῶν θείων.

ξβʹ. Οτι πάντα τὰ Ἑλλήνων ἀσεβήματα ἀποστρέφεσθαι χρή.

ξγʹ. Οτι ἀργὸν οὐ χρὴ ἐσθίειν τινὰ τῶν πιστῶν· ὡς οἱ περὶ Πέτρον ἁλιεῖς, καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, οἱ δὲ περὶ Παῦλον καὶ Ακύλαν σκηνοποιοὶ, οἱ δὲ περὶ Ιούδαν Ιακώβου γῆς ἐργάται.

LIX. Quod debeat unusquisque mane & vespere Collectarum esse studiosus.

LX. Exemplum ad æmulationem inducens; vanus Gentilium, & Judæorum ad delubra & synagogas concursus.

LXI. Quod non sit fas anteponere divinis sæcularia.

LXII. Quod oporteat omnes impietates Gentilium aversari.

LXIII. Quod inter fideles qui otiosus fuerit, non debeat comedere: Petrus enim fuit piscator, & reliqui Apostoli; Paullus autem & Aquila artifices tabernaculorum; Judas vero Jacobi, agricola.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ. B

Περὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ αʹ.

Οτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι πεπαιδευμένον, καὶ ἔμπειρον τοῦ λόγου.

ΠΕρὶ δὲ τῶν ἐπισκόπων [1] ἠκούσαμεν παρὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν, τὸν ποιμένα τὸν καθιστάμενον ἐπίσκοπον εἰς τὰς ἐκκλησίας ἐν πάσῃ παροικίᾳ, [2] δεῖ ὑπάρχειν ἀνέγκλητον, ἀνεπίληπτον, ἀνέπαφον πάσης ἀδικίας ἀνθρώπων, [3] οὐκ ἔλαττον ἐτῶν πεντήκοντα· C ὅτι τρόπῳ τινὶ τὰς νεωτερικὰς ἀταξίας καὶ τὰς ἔξωθεν διαβολὰς ἐκτὸς ὑπάρχει, πρὸς τὰς τινῶν ψευδαδέλφων εἰς πολλοὺς ἐπιφερομένας βλασφημίας, οὐ γινωσκόντων ῥῆμα Θεοῦ τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· Ος ἂν λαλήσῃ ῥῆμα ἀργὸν, ἀποδώσει περὶ αὐτοῦ λόγον τῷ κυρίῳ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Καὶ πάλιν· Εκ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ· Εστω οὖν πεπαιδευμένος καὶ ἔμπειρος τοῦ λόγου,

LIBER SECUNDUS.

De Episcopis, Presbyteris, & Diaconis.

CAPUT PRIMUM.

Quod oporteat Episcopum esse eruditum, & in sermone exercitatum.

DE Episcopis vero ex Domino nostro audivimus, eum qui Pastor & Episcopus in aliqua Ecclesia & Parœcia sit constitutus, oportere esse [a] *sine crimine, irreprehensibilem*, ab omni humana iniquitate liberum, nec minorem annis quinquaginta: tunc enim juveniles impetus quodammodo effugit, ideoque & Ethnicorum calumnias, insuperque obtrectationes, quas falsi quidam fratres solent multis inferre, dum ignorant Dei vocem, in Evangelio positam [b]: *Quicumque locutus fuerit verbum otiosum, reddet rationem de eo in die judicii*. Et iterum [c]: *Ex verbis tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis*. Sit ergo Episco-

a Tit. I. 7. I. Tim. III. 2. b Matth. XII. 36. c Ibid. ℣. 37.

1. Ηκούσαμεν.] In utroque οὕτως ἠκούσαμεν. Melius. CLER.

2. Δεῖ] Forte δεῖν. Et mox ὅτι pro ὅτι. COT.

3. Οὐκ ἐλάττονα (sic lego) ἐτῶν πεντήκοντα.] Minus ut habeat admirationis Constitutio, facit hoc Siricii Decretum Epist. 1. cap. 9. *Quicumque se Ecclesiæ vovit obsequiis; a sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & Lectorum debet ministerio sociari: qui ab accessu adolescentiæ usque ad tricesimum ætatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum, & ea quam virginem communi per Sacerdotem benedictione perceperit, uxore contentus; Acolythus, & Subdiaconus esse debebit: post quæ ad Diaconii gradum, si se ipse primitus continentia præeunte dignum probarit, accedat: ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministraverit, congrue Presbyterium consequetur: & exinde post decennium Episcopalem Cathedram poterit adipisci; si tamen per hæc tempora integritas vitæ ac fidei ejus fuerit approbata*. Cui adjiciet qui volet Canonem suppostitium Silvestri Papæ. In Canonibus Hiberniæ, Spicilegio 9. p. 4. *Presbyter anno trigesimo: Episcopus vel trigesimo, vel quadragesimo, vel quinquagesimo Sacerdos efficiatur*. Item; *quadragesimo anno Presbyter, quinquagesimo Episcopus stat*. Gregorius magnus, Dialogorum lib. 2. c. 1. D *Per Moysem in Exodo* (duæ hæ voces recte absunt a Versione Græca, & a Mss. tum duobus Regiis, tum uno V. Cl. Claudii Jolii, Canonici Parisiensis. Neque enim ad Exodum, sed ad Numeros respicit summus Pontifex) *præcipitur, ut Levitæ a viginti quinque annis & supra ministrare debeant; ab anno vero quinquagesimo custodes vasorum fiant. Liquet quod in juventute carnis tentatio ferveat, ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat: vasa autem sacra sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tentatione sunt, subesse eos ac servire necesse est, & obsequiis laboribusque fatigari. Cum vero jam mentis ætate tranquilla calor recesserit tentationis; custodes vasorum sunt, quia doctores animarum fiunt*. Quamquam Canonibus multis, & Edictis Principum requiratur solummodo ad Episcopatum suscipiendum ætas annorum triginta, vel triginta quinque, vel supra triginta: necessitate ac summa virtute semper exceptis; quemadmodum docetur, de necessitate, in Epistola Zachariæ Papæ ad Bonifacium Archiepiscopum decimatertia, & in Concilio Lateranensi sub Alexandro III. cap. 3. De eximia virtute, exemplis præcipue S. Eleutherii Illyrici apud Nicephorum Histor. lib. 3. cap. 29. & S. Remigii Remensis in Vita illius; quorum primus annum agens 20. alter. 22. ad summum sacerdotium provecti fuere. ἀλλ' ὁ νόμος ἐκκλησίας, τὸ σπάνιον, præclara est B. Gregorii Theologi sententia Orat. 39. usurpata deinde ab illo Concilio Constantinopolitano quod in templo SS. Apostolorum congregatum fuit, Canone ultimo. Notatus fuit memoriæ lapsus in Hippolyto Thebano, Auctore vulgato Parte 1. Tom. 3. Antiquæ Lectionis Henrici Canisii, quando sub initium Chronici sui scribit, ὅπως ὁ κύριος Ιησοῦς Χριστὸς λʹ. χρόνους ἐν τοῖς παιδικοῖς αὐτοῦ χρόνοις διῆγεν. μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα ἐξελέξατο ἑαυτῷ τοὺς μαθητὰς, κηρύσσων σὺν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, μέχρι τοῦ σωτηρίου πάθους ἔτη γʹ. Διὸ καὶ οἱ ἐν Νικαίᾳ κανόνες τῶν θεοφόρων πατέρων παρακελεύονται, πρὸ τριάκοντα ἐτῶν μηδένα χειροτονεῖσθαι πρεσβύτερον. ἀρκετὸν γάρ, φησι, τῷ μαθητῇ, εἶναι ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ τῷ δούλῳ ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. Id est, *Sic Dominus Jesus Christus triginta annos in ætate sua juvenili* E *transegit. Post Baptismum autem delegit sibi Discipulos, prædicans cum illis regnum suum, usque ad salutiferam Passionem annis tribus. Ideoque Nicænæ Synodi trecentorum duodeviginti divinorum Patrum Canones decernunt, ut ante annum 30. nemo ordinetur Presbyter. Sufficit enim, inquit Scriptura, discipulo, ut sit sicut magister ejus; & servo, sicut dominus ejus*. Nihil enim tale in Concilio Nicæno. Sed Canon. XI. Neocæsariensis ita concipitur, πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος, ἀλλὰ ἀποτηρείσθω. ὁ γὰρ κύριος Ιησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐφωτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν. IDEM.

καθήκων τῇ ἡλικίᾳ. Εἰ δὲ καὶ ἐν παροικίᾳ μικρᾷ ὑπαρχούσῃ τις προβεβηκὼς τῷ χρόνῳ μὴ εὑρίσκηται, μεμαρτυρημένος ὑπὸ τῶν συνόντων αὐτῷ, ὡς ἄξιος ἐπισκοπῆς, διὰ τῆς νεότητος ἐν πραότητι καὶ εὐταξίᳳ γήρας ἐπιδεικνύμενος δοκιμασθεὶς, εἰ ὑπὸ τῶν τοιούτων μαρτυρεῖται, καθιστάσθω ἐν εἰρήνῃ. Καὶ γὰρ [1] Σολομὼν δωδεκαετὴς τοῦ Ισραὴλ ἐβασίλευσε, καὶ Ιωσίας ἐν δικαιοσύνῃ ὀκτὼ ἐτῶν ἐβασίλευσεν· ὁμοίως δὲ καὶ Ιωὰς ἑπτὰ ἐτῶν ἦρξε τοῦ λαοῦ. Ὥστε εἰ καὶ νέος, ἀλλὰ πρᾶος ὑπαρχέτω, δειλός τε καὶ ἡσύχιος· ὅτι λέγει διὰ τοῦ Ησαΐου κύριος ὁ Θεός· Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους διαπαντός; ὁμοίως καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ οὕτω· Μακάριοι πρᾳεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. Ἔστω δὲ καὶ ἐλεήμων· ὅτι πάλιν εἴρηται· Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Γινέσθω δὲ καὶ εὐσυνείδητος, πάσης κακίας καὶ πονηρίας καὶ ἀδικίας κεκαθαρισμένος· ὅτι πάλιν εἴρηται· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ Θεὸν ὄψονται.

A pus doctus & sermonis peritus, uti decet eam ætatem. Quod si in quapiam parva Parœcia ætate provectus non reperiatur, & sit aliquis juvenis, quem Episcopatu dignum judicent contubernales, quique in adolescentia senilem mansuetudinem ac disciplinam ostenderit; is testimonio illorum fretus, salva pace constituatur. Quippe Salomon annos natus duodecim, Israelitarum rex fuit; & [a] Josias octavum tantum agens annum, cum justitia regnavit: [b] Joas pariter septimo anno cœpit imperare. Quare etsi juvenis, tamen sit mitis, verecundus & quietus; ait enim Dominus Deus per Esaiam [c]: *Super quem respiciam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos* B *semper?* Similiter & in Evangelio, sic [d]: *Beati mites; quoniam ipsi possidebunt terram.* Sit præterea misericors; quia rursus dictum est: *Beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Ad hæc sibi bene conscius sit, omnis malitiæ, vitii ac iniquitatis purus: addit enim Scriptura; *Beati mundi corde; quoniam ipsi Deum videbunt.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β΄.

Οἷον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς λοιποὺς κληρικούς.

Ἔστω οὖν καὶ νηφάλιος, σώφρων, κόσμιος, εὐσταθὴς, ἀτάραχος, μὴ πάροινος, μὴ πλήκτης, ἀλλ' ἐπιεικὴς, ἄμαχος, ἀφιλάργυρος· μὴ νεόφυτος, ἵνα μὴ τυφωθεὶς, εἰς κρίμα ἐμπέσῃ, καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου· ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. Τοιοῦτον δὲ δεῖ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον, [2] μιᾶς ἄνδρα γεγενημένον γυναικὸς μονογάμου, καλῶς τοῦ ἰδίου οἴκου προεστῶτα. Οὕτω γὰρ δοκιμαζέσθω, ὁπότ' αὐτὴν χειροτονίαν λαμβάνων καθίσταται ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἐπισκοπῆς, εἰ ἔστι σεμνὸς, πιστὸς, καὶ κόσμιος· εἰ γυναῖκα σεμνὴν καὶ πιστὴν ἔχοι, ἢ ἐσχήκει· εἰ τέκνα θεοσεβῶς ἀναθρέψας καὶ ἐν νουθεσίᾳ κυρίου παιδεύσας προήγαγεν· εἰ οἱ κατ' οἶκον αὐτοῦ εὐλαβούμενοι καὶ ἐντρεπόμενοι αὐτὸν ὑπήκοοι πάντες εἰσὶν αὐτῷ· εἰ γὰρ οἱ κατὰ σάρκα

CAPUT II.

Qualem esse oporteat Episcopum, & reliquos Clericos.


C Episcopus itaque sit [e] *sobrius, pudicus, ornatus*, constans, sedatus, *non vinolentus, non percussor, sed modestus; non litigiosus, non argenti cupidus; non neophytus, ne in superbiam elatus in judicium incidat & laqueum diaboli:* [f] *quia omnis qui se exaltat, humiliabitur.* Talem vero esse decet Episcopum; *unius uxoris univiræ virum, suæ domui bene præsidentem.* Per hæc siquidem probetur, cum ordinationem accipiens, in Episcopatus loco constituitur; an sit reverendus, fidelis, & honestus: an uxorem pudicam ac fidelem aut habeat, aut habuerit: an liberos pie educarit, in Domini disciplina erudierit, & ad virtutem deduxerit: an ei domestici omnes honorem, reverentiam ac obsequium præstent: quando enim

a IV. Reg. XXII. 1. *b* IV. Reg. XI. 3. 4. *c* Isa. LXVI. 2. *d* Matth. V. 4. &c. *e* I. Tim. III. 2. Tit. I. 7. *f* Luc. XIV. 11.

1. *Σολομὼν δωδεκαετὴς, τοῦ Ισραὴλ ἐβασίλευσε.*] Idem ætatis Salomoni regnare incipienti tribuunt Eupolemus ab Eusebio Præparat. Evang. lib. 9. cap. 30. prolatus, Chrysostomus ad Esaiæ III. 4. ac libro de educandis liberis per R. P. Franciscum Combefisium publici juris facto, p. 94. Hieronymus Epist. 125. Quæst. 2. Epist. 131. & 132. & ad Isaiæ locum memoratum; Auctor *ἱστοριῶν συναγωγῆς* cum Chronicis Eusebii a Scaligero editis, ubi de Salomone; Cedrenus & Zonaras in eodem Rege; Chronologia Hebræorum major cap. 14. aliique Rabbinorum Tractatus: item Epistola interpolata S. Ignatii ad Magnesianos c. 5. & Epistola supposititia Mariæ Proselytæ ad S. Ignatium cap. 3. Nec diversa opinio Josephi, quamvis asserat regnasse Salomonem annos octoginta, (perperam in versione Rufini edita, *quadraginta*, cum a Græco non dissentiant libri Regiæ Bibliothecæ) vixisse annos quatuor & nonaginta; hoc est, decimoquarto vitæ anno regnum inchoasse: quia videlicet non numerat primum Salomonici regni biennium, cum postremo Davidici conjunctum, ideoque Davidi potius adscribendum quam Salomoni. Sane III. Regum II. 12. ad *Σαλωμὼν ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνου Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ*, in Ms. Alexandrino additur *ἐτῶν δώδεκα*; & in quibusdam Editionibus *υἱὸς ἐτῶν δώδεκα*, quam postremam lectionem e quatuor Regiis Codicibus tres servant. Cot.

2. *Μιᾶς ἄνδρα γεγενημένον γυναικὸς μονογάμου.*] Circa Clericorum uxores multi loquuntur multa: nos quoque quædam infra dicemus. Heic solummodo investigamus quare scripserit Tertullianus de Exhortatione Castitatis cap. 7. *Cautum in Levitico: Sacerdotes mei non plus nubunt*, vel *nubant*, vel *nubent*. De Monogamia 7. *Probibet Lex, Sacerdotes iterum nubere.* Et Siricius Epist. 1. cap. 8. *Ubi illud* D *est, quod Deus noster data per Mosem Lege constituit, dicens: Sacerdotes mei semel nubant!* Ac Innocentius cap. 6. Epist. 2. *Nec is qui secundam duxit uxorem, Clericus fiat: quia scriptum est: Unius uxoris virum. Et iterum;* (In Collectione Cresconii, *alibi*;) *Sacerdotes mei semel nubant. Et alibi:* (Eadem Collectio, *iterum*;) *Sacerdotes mei non nubant amplius.* Epist. vero 23. cap. 5. *Scriptum est in Veteri Testamento; Uxorem virginem accipiat Sacerdos. Et alibi; Sacerdotes mei semel nubant.* Cum nec in Levitico, nec in tota Lege, nec ullibi Scripturarum, quidpiam ejusmodi legatur. Et quidem dici potest; Siricium ex Tertulliano accepisse; ex Siricio ac Tertulliano Innocentium; huncque non sine errore existimasse locum a Siricio citatum diversum esse a textu per Tertullianum prolato. Quapropter tota difficultas ad Scriptorem Afrum redit. Visum Pamelio, adducta verba esse aut adjectionem ad versum 14. cap. 21. Levitici, aut interpretationem Symmachi vel Theodotionis. Ex sententia autem Seldeni, Uxoris He- E braicæ lib. 1. cap. 8. occasionem errandi tribuit Tertulliano, quod capite illo Levitici, mulier sive uxor singulari numero efferatur; unde cum Hebræi tantum colligant non licere Pontifici maximo plures simul habere uxores, ille conclusit vetitas fuisse cunctis Sacerdotibus secundas nuptias. Addo ego his, forsan a Tertulliano, non ad verbum, sed ex præsumto sensu Leviticum librum ita citari; vel quia legebat: *οὗτος γυναῖκα παρθένον ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ λήψεται* pro *παρθένον*, Levit. XXI. 13. aut quia versu 15. nonnihil repererat simile illi ex quo Arabicus Interpres fecit, *Et ne profanet stirpem suam per aliam mulierem de gente sua.* Vel denique quoniam putavit, virginitate uxoris ostendi *μονογαμίαν* mariti. In

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.



ἴδιοι αὐτῦ, πρὸς αὐτὸν ςασιάζϑσι καὶ ἀπειθϑσι, πῶς οἱ ἔξω τῆς οἰκίας αὐτῦ ἴδιοι γενόμενοι αὐτῷ ὑποταγήσονται;

A qui secundum carnem ad illius familiam pertinent, ei nec concordant, nec obtemperant; quo modo qui extranei sunt, se ei subjicient, cum curæ illius committentur?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γʹ.

Τίνα χρὴ δοκιμάζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον προχειριζόμενον.

ΔΟκιμαζέσθω οὖν, εἰ ἄμωμός ἐςι περὶ βιωτικὰς χρείας. Γέγραπται γάρ· Μωμοσκοπεῖσθε τὸν μέλλοντα εἰς ἱερωσιώυλω προχειρίζεσθαι. Υπαρχέτω ὖν καὶ ἀόργητος· ὅτι λέγει ἡ σοφία· Οργὴ καὶ φρονίμυς ἀπόλλυσιν. Εςω δὲ εὔσπλαγχνος, ἀβάναυσος, ἀγαπητικός· ὅτι λέγει κύριος· Εν τύτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Εστω καὶ εὐμετάδοτος, φιλόχηρος, φιλόξενος, ὑπηρετικὸς, ἀδιάκονος, ἄσκυλτος, ἀνεπαίσχυντος, εἰδὼς τὸν μᾶλλον ὄντα ἄξιον ὑπολήψεως.

CAPUT III.

In quibus probandus sit qui designatur in Episcopum.

EXaminetur ergo, an in vitæ officiis nulli culpæ affinis sit. Scriptum namque est [a]: *Diligenter inspicite an sit ulla macula in eo, qui ad sacerdotium est eligendus.* Sit igitur iræ vacuus; B quia Sapientia dicit [b]: *Ira etiam prudentes perdit.* Ad hæc, non sit sordidus, sed misericors & caritatis studiosus: ait enim Dominus [c]: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si diligatis invicem.* Sit quoque liberalis, viduis ac hospitibus benevolus, promtus ad ministrandum ac serviendum, infatigabilis, pravi pudoris expers; denique quis sublevatione dignior sit apprime calleat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δʹ.

Οτι ὐχ ἑκάςῃ χήρᾳ δεῖ μεταδιδόναι, ἀλλ᾽ ἔσθ᾽ ὅτι καὶ τὴν ὕπανδρον προκρίνειν· καὶ ὅτι καταφαγῇ, μεθύσῳ, ἀργῷ ὐ μεταδιδόναι χρή.

EI γὰρ χήρα τις ὑπάρχυσα ἡ δυναμένη ἐπαρκεῖν ἐν τῷ βίῳ τὰ χρησιμέλια, ἑτέρα δὲ ὐ χήρα, ἀλλ᾽ ἐνδεὴς ὑπάρχει διὰ νόσον, ἢ τεκνοτροφίαν, ἢ δι᾽ ἀσθένειαν χειρῶν, ἐπὶ ταύτην μᾶλλον ἐκτεινάτω τὴν χεῖρα. Εἰ δέ τις ὡς καταφαγὴς, ἢ μέθυσος, ἢ ἀργὸς, ἐν τοῖς βιωτικοῖς θλίβεται, ὐκ ἔςιν ἄξιος ἐπικυρίας, ὔτε μὴν ἐκκλησίας Θεῦ. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ τύτων φάσκυσα, ὅτι κρύψας ὀκνηρὸς τὴν χεῖρα αὐτῦ ὑπὸ τὸν κόλπον, ὐ δυνήσεται ἀπενεγκεῖν αὐτὴν εἰς τὸ ςόμα αὐτῦ. Καὶ πάλιν· Ο ἀργὸς περιέλαβεν τὰς χεῖρας αὐτῦ, καὶ ἔφαγε τὰς σάρκας αὐτῦ. Πᾶς γὰρ μέθυσος, καὶ πορνοκόπος, πτωχεύσει. καὶ ἐνδύσεται διερρωγότα καὶ ῥακώδη πᾶς ὑπνώδης. Καὶ ἐν ἄλλοις· Εὰν δὲ εἰς τὰς φιάλας καὶ τὰ ποτήρια δῷς τὺς ὀφθαλμύς συ, [1] ὕςερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρυ. Ως ἀληθῶς γὰρ μήτηρ ἐςὶν ἡ ἀργία τῦ λιμῦ.

CAPUT IV.

Quod non cuilibet viduæ sit largiendum; sed quandoque sit anteponenda nupta: & quod voraci, ebrioso, pigro, eleemosyna non sit præbenda.

C ETenim si aliqua vidua sit, quæ sibi ad vitam necessaria suppeditare possit; sit vero alia mulier non vidua, quæ vel ob morbum, vel ob multitudinem liberorum, vel ob manuum infirmitatem, in egestatem deciderit; huic potius manum porrigat. Cum autem aliquis, quia edax est, aut crapulæ deditus, aut otiosus, inopia victus premitur, is subsidium non meretur, immo nec Ecclesia Dei dignus est. De hujusmodi enim loquens Scriptura ait [d]: *Piger abscondens manum suam in sinum, non poterit eam ad os suum referre.* Et iterum [e]: *Piger complexus est manus suas, & comedit carnes suas.* [f] *Omnis enim ebriosus, &* D *scortator, mendicabit; & omnis somniculosus laceris ac pannosis induetur.* Et infra [g]: *Si autem in phialas & pocula dederis oculos tuos; postea ambulabis nudior pistillo.* Vere enim pigritia mater est famis.

a Lev. XXI. 17. b Prov. XV. 1. apud LXX. c Joan. XIII. 35. d Prov. XIX. 24. e Eccle. IV. 5. f Prov. XXIII. 21. g Ibid. ℣. 31. apud LXX.

1. *Υςερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρυ.*] Proverb. XXIII. 31. Quei fit, inquies, ut ab Hebræo Græcum adeo discrepet? Dicam quod sentio. Non legerunt LXX. במישרים *in rectitudinibus*, seu *directe*, aut ut Vulgata, *blande*. Legerunt, במעורים *in nuditatibus*: hocque παραφραςικῶς reddiderunt per Adagium γυμνότερος ὑπέρυ, id est, *nudior pistillo*. Fallitur quippe Auctor Catenæ a Peltano vulgatæ, ὕπερον exponendo *quoddam sicci graminis fænive genus, quod propter naturalem debilitatem nudum & leve admodum exsistit*; videturque ὕπερον cum ὑπερικῷ confundere. Rectius Catena inedita, τῆς θείας χάριτος γεγυμνωμένος πλέον ξύλυ τινός, τῇ συνεχεῖ τρίψει τῦ προςυχόντος τὸν οἰκεῖον ἀποβαλομένυ φλοιόν. *Nudatus divina gratia plus quam lignum quidpiam, quod continuo ad obvia attritu suum amisit corticem.* Et alia pariter manu scripta, γυμνὸς καὶ βαρὺς ὡς τὸ ὕπερον. Exstat de isto Parabolarum textu difficilis ac forte mancus atque explicandus hic locus Isidori Pelusiotæ libro 4. Epistola 112. quam edidit corrupte Conradus Rittershusius, correctius Andreas Schottus. Ecce illum, ex editione Rittershusiana: καὶ τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις· ὕςερον περιπατήσει γυμνότερος ὑπέρυ. ὕπερον εἰ ἐςὶ τὄνομα· ὐ γὰρ εἶπε γυμνὸς ἢ γυμνότατος, ὥσπερ ὕπερον, ὅπερ, εἴγε τὸ ὑπερῷον μηνύει, ὤφειλε λεχθῆναι, ἀλλὰ γυμνότερον. (in marg. f. γυμνότερος.) *Quod item in Proverbiis est: Tandem obambulabit nudior pistillo. ὕπερον si est nomen. non enim dixit, Nudus aut Nudissimus, tamquam pistillum, quod dici debebat, si quidem ὑπερῷον significat. sed nudiorem dixit.* Ex Schottana vero: καὶ τὸ ἐν ταῖς παροιμίαις· ὕςερον περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρυ, ὑπὲρ ὃ εἶ· συγκριτικὸν γάρ ἐςι τὄνομα· ὐ γὰρ εἶπεν γυμνὸς, ἢ γυμνότατος ὡς ὕπερον· τόπερ εἴτε τὸ ὕπερον, εἴτε τὸ ὑπερῷον μηνύει, ὤφειλε λεχθῆναι· ἀλλὰ γυμνότερος ὑπέρυ, ὑπὲρ ὃ εἶ. *Quod item in Proverbiis est: Tandem obambulabis nudior pistillo super quo stas. Siquidem* E *comparativi est gradus nomen: neque enim Nudus, vel Nudissimus dixit, tunc enim dixisse oportuit: Tamquam pistillum: sed dixit Nudior ὑπέρυ super quo stas, sive id Pistillum sive Tabulatum significet.* Spissas utrobique tenebras. Sed sensum videre videor, dum post περιπατήσεις γυμνότερος ὑπέρυ repeto e superioribus verbum ἐςίν. Nisi mea fallit conjectura, vult clarissimus scriptor, quamquam minus probabiliter, legi non oportere in Proverbiis, γυμνότερος ὑπέρυ, aut ὑπερῴυ, quia de pistillo aut cœnaculo dictum fuisset, γυμνὸς aut γυμνότατος ὡς ὕπερον vel ὑπερῷον *nudus* aut *nudissimus tamquam pistillum* vel *cœnaculum*; (quibus nihil nudius:) sed veram lectionem esse, γυμνότερος ὑπὲρ ὃ εἶ, hoc est, *nudior quam es. Nudior supra sive ultra quod es.* COT.

A

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῷ κρίνειν, καὶ τὸ ἦθος μέτριον, καὶ τὴν δίαιταν συνεσταλμένον.

Ἔστω δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἀπροσωπόληπτος, μήτε πλούσιον ἐντρεπόμενος ἢ κολακεύων παρὰ τὸ προσῆκον, μήτε πένητα παρορῶν, ἢ καταδυναστεύων. Οὐ λήψῃ γάρ, φησιν ὁ Θεὸς τῷ Μωσεῖ, πρόσωπον πλουσίου, καὶ πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει. Ὅτι τοῦ κυρίου ἡ κρίσις. Καὶ πάλιν· Δικαίως διώξεις τὸ δίκαιον. Τροφῇ καὶ ποτῷ λυσιτελὴς καὶ αὐτάρκης ὑπαρχέτω ὁ ἐπίσκοπος, ἵνα δυνηθῇ νήφειν πρὸς τὸ νουθετεῖν τοὺς ἀπαιδεύτους. B Ἔστω δὲ μὴ δάπανος, μὴ τρυφητής, μὴ ἡδύβιος, μὴ χρηστοφάγος. Ἔστω δὲ ἀνεξίκακος, μακρόθυμος ἐν ταῖς νουθεσίαις, [1] πολυδίδακτος, μελετῶν καὶ σπουδάζων ἐν ταῖς κυριακαῖς βίβλοις, πολὺς ἐν ἀναγνώσμασιν, ἵνα τὰς γραφὰς ἐπιμελῶς ἑρμηνεύῃ, ὁμοστοίχως τοῖς προφήταις καὶ τῷ νόμῳ τὸ εὐαγγέλιον ἑρμηνεύων· ὁμοίως τῷ εὐαγγελίῳ στοιχείτωσαν αἱ ἐκ νόμου καὶ προφητῶν ἑρμηνεῖαι. Λέγει γὰρ ὁ κύριος Ἰησοῦς· Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς· ὅτι αὐταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. Καὶ πάλιν· Περὶ γὰρ ἐμοῦ Μωσῆς ἔγραψε. Πρὸ πάντων δὲ διαστολεὺς ἀγαθὸς γινέσθω, νόμον καὶ δευτέρωσιν διαιρῶν, καὶ δεικνύων τί ἐστι νόμος πιστῶν, καὶ τί δεσμὰ ἀπίστων, ἵνα μή τις ὑποπέσῃ τοῖς δεσμοῖς. C Ἐπιμελοῦ οὖν τοῦ λόγου, ἐπίσκοπε, ἵνα ᾖ δυνατόν σοι πάντα κατὰ λέξιν ἑρμηνεύειν, καὶ ἐν πολλῇ διδαχῇ πλουσίως τρέφῃς καὶ φωτίζῃς τὸν λαόν σου τὸν φωτισμὸν τοῦ νόμου. Φωτίσατε γάρ, φησιν ὁ Θεός, ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως, ὡς ἔτι καιρός.

CAPUT V.

Quod non oportet Episcopum in judicio esse acceptorem personarum: quodque debeat esse moribus moderatis, & victu frugali.

Episcopus vero non sit personarum acceptator, neque talis qui divitem præter officium revereatur aut aduletur, pauperem vero despiciat vel opprimat. [a] *Non* enim, inquit Dominus Moysi; *personam divitis accipies*; [b] *& pauperis non misereberis in judicio*. [c] *Quoniam Domini judicium est.* Et rursum [d]: *Juste quod justum est persequeris*. Cibo ac potu simplici & frugali utatur Episcopus, quo imperitorum admonitioni possit invigilare. Ne sit sumtuosus, ne delicatus, ne voluptarius, ne cupediæ obnoxius. Sit clemens, & in monendo patiens; doctrinæ sit multæ, librorum Dominicorum cupidus meditator ac assiduus lector, quo Scripturas exacte interpretetur, Evangelium concordanter Prophetis ac Legi explicans; similiter Evangelio consonent interpretationes Legis & Prophetarum. Ait namque Dominus Jesus [e]: *Scrutamini Scripturas; ipsæ enim sunt, quæ testimonium perhibent de me*. Et post [f]: *De me enim scripsit Moyses*. Ante omnia autem sit divisor probus, qui Legem & Deuterosim sciat distinguere; & quid sit lex fidelium, quid vero infidelium nexus, demonstrare; ne quis in hos casses incidat. Habe igitur curam verbi, Episcope; ut possis omnia ad verbum interpretari, utque populum tuum multa ac copiosa doctrina nutrias, & illustratione Legis illumines, [g] *Illuminate* enim *vobis*, ait Dominus, *lumen scientiæ, dum adhuc est tempus*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς΄.

Περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον αἰσχροκερδῆ, μήτε δὲ ἐγγυᾶσθαι, ἢ συνηγορεῖν.

Ἔστω δὲ ὁ ἐπίσκοπος μὴ αἰσχροκερδής, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, βλαπτόμενος μᾶλλον, ἢ D βλάπτων· μὴ πλεονέκτης, μὴ ἅρπαξ, μὴ ἀποστερητής, μὴ [2] φιλοπλούσιος, μὴ μισόπτωχος, μὴ κατάλαλος, μὴ ψευδομάρτυς, μὴ θυμώδης, μὴ φιλόμαχος, μὴ ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις συμπεπλεγμένος, [3] μὴ ἐγγυώμενός τινα, ἢ συνηγορῶν δίκαις χρηματικαῖς, μὴ φίλαρχος, μὴ δίγνωμος, μὴ δίγλωσσος, μὴ πρὸς διαβολὴν ἢ κατα-

CAPUT VI.

Episcopus ne sit turpi lucro deditus, nec fidejussor, nec advocatus.

Turpe lucrum Episcopus non quærat, præsertim de Gentilibus, malitque detrimentum capere quam inferre. Non sit insatiabilis, non raptor, non defraudator, non divitiis inhians, non osor pauperum, non maledicus, non falsus testis, non iracundus, non contentiosus, non negotiis sæcularibus implicitus, non pro alio sponsor, aut in caussis pecuniariis advocatus, non ambitiosus, non inconstantis animi, non linguæ duplicis, non ca-


a Lev. xix. 15. *b* Exod. xxiii. 3. *c* Deut. I. 17. *d* Deut. xvi. 20. *e* Joan. v. 39. *f* Ibid. ℣. 46. *g* Os. x. 12.

1. Πολυδίδακτος.] Alter Cod. Vind. habet πολυδιδακτικός, hoc est *multum docendi studiosus*, quod Episcopum decet quam maxime. Cler.

2. Φιλοπλούσιος.] Amans divitias, seu potius divites. Cot.

3. Μὴ ἐγγυώμενός τινα, ἢ συνηγορῶν δίκαις χρηματικαῖς.] Habentur similes sanctiones non paucæ. Postremum autem ita intelligo, ac si esset, *ne quidem in caussis pecuniariis*. Nam de criminalibus nulla poterat oriri difficultas. Tertullianus de Idololatria cap. 17. *Neque judicet de capite alicujus, vel pudore; feras enim de pecunia*. Lactantius lib. 6. cap. 20. *Neque vero justo licebit accusare quemquam crimine capitali: quia nihil distat, utrumne ferro, an verbo potius occidas; quoniam occisio ipsa prohibetur*. Chrysostomus Homil. de pœnitentia seu de politia &c. a Savilio imperfecte, a Combefisio integre edita, καλὸν, καὶ τὰς χρηματικὰς δίκας φθάνειν διαλύσεσι φιλικαῖς, ἵνα πρὸς τῷ τέλει τῆς δίκης κερδήσῃς τὸν φίλον· ἐγκληματικὰς δὲ μηδὲ διαλύεσθαι γένοιτο [illegible] ἐγγυμνάζων· πλὴν ἀλλὰ κρεῖττον [illegible] ὁδῷ τῇ δόξῃ. *Utile sit, ut civiles ac pecuniarias [illegible], amicabili compositione, finias; quo lite finita, amicum [illegible]: criminales autem lites, ne quidem [illegible] [illegible] [illegible] tare. sed ibi [illegible]* *præstat ire*. Quibus adde Canonem Tarraconensem 4. & alios. Unde in simili huic Apocrypho, Epistola Clementis ad Jacobum cap. 5. generaliter dicitur, μήτε ἐγγυητὴν, μήτε συνήγορον. *Nec fidejussorem, nec litium advocatum*. Et in Novella Constitutione 86. Leonis Philosophi, λίαν ἄρα ἱεροπρεπῶς ἡ τῶν θεοκηρύκων ἀποστόλων ψῆφος τοὺς συνηγορίαις, ἢ ἐγγύαις, ἢ μισθώσεσιν, ἢ τοῖς ἄλλοις παραπλησίοις προσνέμοντας ἑαυτοὺς ἐπισκόπους, ἢ ἱερεῖς, ἢ κληρικοὺς, τῆς ἱερᾶς ἀπογυμνοῖ τάξεως. *Admodum igitur sancte & decenter Apostolorum, præconum Dei, decretum Episcopos, Sacerdotes, & Clericos, qui se advocationibus, sponsionibus, redemturis, idve genus aliis rebus dedunt, sacro Ordine denudat*. Ubi vides præ oculis Imperatoris extitisse locum Constitutionum, simulque Apostolorum Canones. *Designata sunt genera*, inquit Innocentius Papa ad Felicem Nuverianum scribens, *de quibus ad Clericatum pervenire non possunt; [illegible] est, si quis fidelis militaverit; si quis fidelis caussas egerit, [illegible] est, postulaverit*. Ac Epist. 23. cap. 2. *Quantos ex eis, [illegible] post acceptam baptismi gratiam, in forensi [illegible] sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad Sacerdotium [illegible]*. Cap. 4. *Ne quispiam, qui post Baptismum [illegible]; ad ordinem debeat Clericatus admitti: [illegible] sas post acceptum Baptismum egerint*. Multo [illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



λαλιᾶν φιλήκοος, μὴ ὑποκριτὴς, μὴ ταῖς ἑορταῖς τῶν ἐθνῶν ἐπορευόμενος, ἀπάταις κεναῖς μὴ χρώμενος, μηδὲ ἐπιθυμητικὸς, μηδὲ φιλάργυρος· ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα ἐχθρὰ τοῦ Θεοῦ ὑπάρχει, καὶ δαιμόνων φίλα. Ταῦτα δὲ πάντα ὁ ἐπίσκοπος καὶ τοῖς λαϊκοῖς διαβεβαιούμενος παραγγελλέτω, ἐνάγων αὐτοὺς μιμητὰς γίνεσθαι τοῦ ἑαυτοῦ τρόπου. Εὐλαβεῖς γὰρ, φησι, ποιήσατε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Ἔστω δὲ σοφὸς, ταπεινόφρων, νουθετητικὸς ἐν ταῖς κυριακαῖς παιδείαις, καλογνώμων, ἀποτεταγμένος πᾶσι τοῖς ἐν τῷ βίῳ πονηροῖς ἐπιτηδεύμασι, καὶ πάσαις ἐθνικαῖς ἐπιθυμίαις. Ἔστω [1] εὐπρόστακτος, ὀξὺς πρὸς τὸ γνῶναι τοὺς φαύλους, καὶ φυλάσσεσθαι ἀπ' αὐτῶν, φίλος δὲ ὢν πάντων, [2] δίκαιος, κριτικὸς, καὶ ὅσα καλὰ ἐν ἀνθρώποις [3] ἐστὶν, ἢ ὑπάρχει, ταῦτα ὁ ἐπίσκοπος ἐν ἑαυτῷ κεκτήσθω· ὅτι ἀνεπίληπτος ἀδικίας ὢν ποιμὴν, τοὺς ἰδίους αὐτοῦ μαθητὰς ἀναγκάσει, καὶ διὰ τῆς ἀναστροφῆς αὐτοῦ προτρέψασθαι τῶν ἰδίων αὐτοῦ ποιημάτων μιμητὰς ἀξίους γενηθῆναι· ὥς λέγει που καὶ ὁ προφήτης· Καὶ ἔσται καθὼς ὁ ἱερεὺς, οὕτω καὶ ὁ λαός. [4] Καὶ γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν καὶ διδάσκαλος Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἤρξατο πρῶτον ποιεῖν, καὶ τότε διδάσκειν· ὥς που λέγει ὁ Λουκᾶς· Ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν καὶ διδάσκειν. Διό φησιν· Ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Σκοποὺς γὰρ εἶναι δεῖ ὑμᾶς τῷ λαῷ τοὺς ἐπισκόπους, ὅτι καὶ ὑμεῖς σκοπὸν ἔχετε τὸν Χριστόν. Καὶ ὑμεῖς οὖν γίνεσθε σκοποὶ ἀγαθοὶ τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ· ὅτι λέγει κύριος διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ πρὸς ἕκαστον ὑμῶν φάσκων· Υἱὲ ἀνθρώπου, σκοπὸν δέδωκά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ, καὶ ἀκούσῃ ἐκ στόματός μου λόγον καὶ διαφυλάξεις, καὶ διαγγελεῖς αὐτὸν παρ' ἐμοῦ· ἐν τῷ λέγειν με τῷ ἀνόμῳ, θανάτῳ ἀποθανῇ, καὶ οὐκ ἐλάλησας τοῦ διαστεῖλαι ἄνομον ἐκ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ, ὁ ἄνομος ἐκεῖνος ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω· σὺ δὲ ἐὰν διαστείλῃ τῷ ἀνόμῳ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ ἀποστρέψαι ἀπ' αὐτῆς, καὶ μὴ ἀποστρέψῃ, αὐτὸς ἐν τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, καὶ σὺ τὴν ψυχήν σου ἐρρύσω. Ὡσαύτως δὲ μάχαιρα πολέμου ἐὰν ᾖ ἐρχομένη, καὶ στήσῃ ὁ λαὸς σκοπὸν εἰς προφυλακὴν, καὶ ἰδὼν αὐτὴν ἐρχομένην, μὴ προμηνύσῃ, καὶ λάβῃ ψυχὴν, ἡ μὲν ψυχὴ τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτῆς ἐλήφθη, τὸ δὲ αἷμα ἐκ χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητηθήσεται, ὅτι οὐκ ἐσήμανε τῇ σάλπιγγι· ἐὰν δὲ σημάνῃ τῇ κερατίνῃ, καὶ μὴ φυλάξηται ὁ ἀκούσας, καὶ ἔλθῃ ἡ μάχαιρα, καὶ λάβῃ αὐτὸν, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἔσται, ὅτι οὐκ ἐφυλάξατο ἀκούσας τῆς κερατίνης, ὁ δὲ φυλαξάμενος, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐρρύσατο, καὶ ὁ σκοπὸς ὅτι ἐσήμανε, ζωῇ ζήσεται. Μάχαιρα μέν ἐστιν ἡ κρίσις· σάλπιγξ δὲ, τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον. σκοπὸς δὲ, ὁ κατασταθεὶς τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν δεῖ κη-

A lumniatorum aut detrahentium auditor benevolus, non hypocrita, Gentilium festorum non appetens, vanis fallaciis abstinens, neque cupidus, nec avarus: ista quippe omnia, ut Deo inimica sunt, ita & dæmonibus cara. Hæc universa Episcopus plebi exemplo firmata suadeat, inducatque Laicos ad imitationem morum suorum. [a] *Cautos* enim, inquit, *facite filios Israelis*. Sit autem sapiens, humilis, Dominicarum disciplinarum doctor, indolis liberalis, quique pravis hujusce vitæ studiis omnibus & universis Gentium cupiditatibus nuntium remiserit. Præterea circumspecte munus suum obeat, *seu* populum regere pulcre calleat, acumine ingenii in cognoscendis atque vitandis improbis excellat, diligat B cunctos, justitiam servet, judicio polleat; demum quæcumque apud homines pulcra reperiuntur, hæc in se possideat Episcopus: quoniam Pastor qui nullius vitii argui poterit, discipulos sibi commissos, conversatione sua ad hoc impellet ac veluti coget, ut condigne facta sua æmulentur; quemadmodum aliquo in loco asserit Propheta [b]: *Et erit sicut sacerdos, ita & populus*. Certe Dominus & doctor noster Jesus Christus, Filius Dei, primum cœpit facere, deinde docere; quod his verbis alicubi exprimit Lucas [c]: *Quæ cœpit Jesus facere & docere*. Quocirca idem Magister ait [d]: *Qui autem fecerit & docuerit; hic magnus vocabitur in regno Dei*. Oportet autem ut vos Episcopi, populo sitis C speculatores; quod vos quoque speculatorem habeatis Christum. Et vos igitur estote probi speculatores plebi Dei; quia Dominus per Ezechielem cum unoquoque vestrum loquens ait [e]: *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israeliticæ; & audies ex ore meo sermonem, & cavere facies, & ex me annuntiabis: cum dixero iniquo; Morte morieris; si non locutus fueris, ut retrahat se iniquus ab iniquitate sua; iniquus ille in iniquitate sua morietur, & sanguinem ejus de manu tua requiram: tu autem si denuntiaveris iniquo de via sua, ut ab ea se avertat; & non se averterit; ipse in iniquitate sua morietur; & tu animam tuam liberasti. Similiter autem* [f], *si venerit belli gladius; &* D *statuerit populus speculatorem ad vigiliam; & is videns gladium accedentem, non prænuntiaverit; & gladius tulerit animam; anima quidem peccato suo sublata est; at sanguis de manu speculatoris requiretur, quia non significavit tuba: sin autem significaverit buccina; & qui audivit, non se observaverit; veneritque gladius, & ipsum tulerit; sanguis ejus super ipsum erit; quia audita buccina sibi non providit; qui autem cavit, liberavit animam suam; & speculator, quia significavit, vita vivet*. Gladius quidem est judicium; tuba vero sacrum Evangelium; speculator autem, in Ecclesia

a Lev. xv. 31. *b* Os. iv. 9. *c* Act. I. 1. *d* Matth. v. 20. *e* Ezech. xxxiii. 7-9. *f* Ibid. ℣. 2-5.

ne Xiphilino Patriarcha Constantinopolitano definitum fuit contra Ecclesiasticos & Monachos Advocatos, ut non eis liceret causas agere, nisi forte ecclesiasticam aliquam ex illius jussu. Cujus Decreti, (quod legitur in Balsamone ad Canonem 16. Carthaginensem, & in lib. 3. Juris Græco-Romani) ut & illud præcedentium aliorum, auctoritatem quo modo elevaverit Diaconus quidam temporibus Lucæ alterius Patriarchæ, disces ex ejusdem Balsamonis loco ad cap. 13. tit. 8. Nomocanonis Photiani, relato etiam in prædicto libro Græco-Romani Juris. Cot.

1. Εὐπροστ.] Al. εὐπρόσοχος. Id.

2. Δίκαιος, κριτικὸς.] Alter Ms. δικαιοκριτικὸς, eleganter. Hæc conjungenda, ita ut cum acumine judicii æquitatem pari passu incedere oportere intelligamus. Cler.

3. Ἐστὶν, ἢ ὑπάρχει] Varia lectio. Alterutrum vacat. Cot.

4. Καὶ γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν &c.] Sumserunt hinc Amplificator Epistolarum S. Ignatii in additamento ad cap. 15. Epistolæ ad Ephesios, & Antiochus in Homilia cxi. Ver-E ba hujus sunt, φησὶν ἡ θεία γραφὴ, ὡς (f. ὧν) ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. πρῶτον ἐποίησε, καὶ ὕστερον ἐδίδαξεν. ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἐντέλλεται λέγων, ὃς ποιήσει καὶ διδάξει, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Vide sis, inter alios Hieronymum Epist. 16. Pseudo-Chrysostomum Auctorem Operis imperfecti in Matthæum ad cap. 3. vers. 15. Vigilium Papam Epist. 10. Joannem Climacum Scalæ Gradu 26. p. 334. & Jobium Monachum Oeconomici lib. 3. cap. 11. in Codice 222. Photiani Myriobibli. Insuper castiga Interpretem Anastasii in Ὁδηγοῦ cap. 22. ubi inter alias Infidelium objectiones hæc quoque adducitur, εἰ ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν ταῦτα ἐδίδαξε, πῶς ῥαπισθεὶς εἰς τὴν σιαγόνα οὐκ ἔστρεψε καὶ τὴν ἄλλην, ἀλλὰ καὶ ἐνεκάλεσε τῷ ῥαπίσαντι, Quod est, *Si quæ cœpit Jesus facere, ea docuit; quo modo una maxilla cæsus, non præbuit alteram; quin & cædentem reprehendit*. non autem, *si quæ Jesus cœpit facere, prius docuit*. Cot. — Pro καὶ γὰρ habetur καθὼς γὰρ in altero Ms. Vindob. Cler.

ρύσσοντα διαμαρτύρασθαι ϰ̀ διαβεβαιοῦσθαι περὶ τῆς κρίσεως. Εὰν μὴ διαγγείλητε, καὶ διαμαρτύρησθε τῷ λαῷ, εἰς ὑμᾶς ἡ ἁμαρτία τῶν ἀγνοούντων ἀρεθήσεται. Διὸ τοὺς ἀναστρεφομένους ἐν ἀπαιδευσίᾳ, νουθετεῖτε, καὶ ἐλέγχετε μετὰ παῤῥησίας, τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκετε, τοὺς ἐπισταμένους στηρίζετε, τοὺς πεπλανημένους ἐπιστρέφετε. Τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγοντες, ἀδελφοὶ, οὐχ ἁμαρτησόμεθα. Ἐκ γὰρ τοῦ πολλάκις ἀκούειν, εἰκός τινας δυσωπηθέντας κἂν ἅπαξ τι τῶν καλῶν ποιῆσαι ϰ̀ τῶν πονηρῶν παραιτήσασθαι. Λέγει γὰρ διὰ προφήτου ὁ Θεός· Διαμαρτύρει αὐτοῖς ταῦτα, ἴσως ἀκούσονταί σου τῆς φωνῆς. Καὶ πάλιν· Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, ἐὰν ἄρα ἐνδῶσι. Καὶ ὁ Μωσῆς φησι τῷ λαῷ· Ἐὰν ἀκοῇ ἀκούσῃς κυρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ ποιήσῃς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ εὐθὲς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· Ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστιν. Καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ πολλάκις μνημονεύεται λέγων· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. Καὶ ὁ σοφὸς Σολομών φησιν· Ἄκουε υἱὲ παιδείαν πατρός σου, καὶ μὴ ἀπώσῃ θεσμοὺς μητρός σου. Καὶ μέχρι σήμερον οὐκ ἤκουσαν· καὶ δοκοῦντες γὰρ ἀκηκοέναι, παρήκουσαν, καταλείψαντες τὸν ἕνα ϰ̀ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ εἰς τὰς ὀλεθρίους καὶ δεινὰς αἱρέσεις κατασυρέντες, περὶ ὧν αὖθις ἐροῦμεν.

A ſtatutus Epiſcopus, quem oportet de judicio prædicare, affirmare, conteſtari. Si non denuntiaveritis populo & obteſtati fueritis, in vos inſcientium erratum redundabit. Quocirca imperitos monete, & cum libertate arguite, ignaros docete, eruditos confirmate, aberrantes reducite. Nec ſi eadem verba iiſdem de rebus proferamus, vitio nobis vertetur, fratres. Scilicet credibile eſt, nonnullos iterata toties auditione pudefactos vel ſemel aliquid boni geſturos, & mali declinaturos. Ait enim per Prophetam Deus [a]: *Teſtificare illis hæc; forte vocem tuam audient*. Et iterum [b]: *Si forte audiant, ſi forte concedant*. Et Moyſes populo dicit [c]: *Si auditu audieris Dominum Deum, & feceris bonum ac* B *rectum in oculis ejus*. Rurſumque [d]: *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt*. Et Dominus in Evangelio ſæpe commemorat ac dicit [e]: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Et ſapiens Salomon [f]: *Audi*, inquit, *fili, diſciplinam patris tui, & ne abjicias leges matris tuæ*. Profecto hactenus non audierunt; nam ſe audiiſſe putantes, perperam audierunt; derelicto uno ac ſolo vero Deo, & ad pernicioſas atque exſecrabiles hæreſes diſtracti; de quibus infra dicemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Οἷον χρὴ εἶναι τὸν μεμυημένον.

Γνωστὸν δὲ ἔστω ὑμῖν, ἀγαπητοὶ, ὅτι οἱ βαπτισθέντες εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, οὐκέτι ὀφείλουσιν ἁμαρτάνειν οἱ τοιοῦτοι. Ὡς γὰρ οἱ ἀποθανόντες ἀνενέργητοι πρὸς ἁμαρτίαν ὑπάρχουσιν, οὕτω ϰ̀ οἱ συναποθανόντες τῷ Χριστῷ ἄπρακτοι πρὸς ἁμαρτίαν. Οὐ πιστεύομεν οὖν, ἀδελφοὶ, λουσάμενόν τινα τὸ τῆς ζωῆς λουτρὸν, ἔτι πράσσειν τὰ τῶν ἀνόμων ἀσελγήματα. Ὁ δὲ ἁμαρτήσας μετὰ τὸ βάπτισμα, οὗτος ἐὰν μὴ μετανοῇ, ϰ̀ παύσηται τοῦ πλημμελεῖν, εἰς γέενναν κατακριθήσεται.

CAPUT VII.

C *Qualem oportet eſſe eum, qui per Baptiſmum eſt initiatus.*

Scitote, cariſſimi, quod qui in mortem Domini Jeſu ſunt baptizati, non debent amplius peccare. Nam ſicut mortui, peccati capaces non ſunt; ita & Chriſto commortui, peccatum committere nequeunt. Itaque, fratres, non credimus quempiam vitæ lavacro lotum, adhuc iniquorum flagitiis ſe inquinare. Qui autem poſt Baptiſmum deliquerit, hic niſi reſipiſcat ac peccare deſinat, ad gehennam condemnabitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Περὶ συκοφαντουμένου, ἤτοι ἐλεγχομένου.

Εἰ δέ τις ὑπὸ ἀπίστων συκοφαντηθῇ διὰ τὸ μηκέτι αὐτοῖς συνασελγαίνειν, γινωσκέτω ὅτι μακάριος ὁ τοιοῦτος ὑπάρχει [1] Θεῷ· καθὼς καὶ ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, ἢ διώξωσιν, ἢ εἴπωσι καθ' ὑμῶν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ· χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Εἰ οὖν τις βλασφημηθείη ἐπὶ ψεύσματι, μακάριος ὁ τοιοῦτος. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· Ἀνὴρ ἀδόκιμος, ἀπείραστος παρὰ Θεῷ. Εἰ δέ τις ἐλεγχθῇ πράξας τι ἄνομον, ὁ τοιοῦτος οὐ μόνον ἑαυτὸν ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ βλασφημίαν προστέτριψε τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας σώματι, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, ὡς μὴ ποιούντων ἐκεῖνα, ἃ λέγομεν εἶναι καλὰ, ϰ̀ ὀνειδισθησόμεθα ϰ̀ ἡμεῖς ὑπὸ τοῦ κυρίου, ὅτι λέγουσι, καὶ οὐ ποιοῦσιν. Ὅθεν τοὺς τοιούτους ἐλεγχθέντας ἀληθῶς, παραιτήσεται μετὰ παῤῥησίας ὁ ἐπίσκοπος, εἰ μὴ μεταβάλλωνται τὸν τρόπον.

CAPUT VIII.

D *De eo qui in calumniam, vel reprehenſionem incurrit.*

Quod ſi aliquis ab infidelibus, quia non eſt amplius eorum nequitiæ conſors, calumnioſas patitur delationes; ſciat ille ſe beatum eſſe apud Deum: quemadmodum & Dominus in Evangelio loquitur [g]: *Beati eſtis cum maledixerint vobis, vel perſecuti vos fuerint, vel dixerint adverſum vos omne malum verbum, mentientes, propter me: gaudete & exſultate; quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis*. Qui igitur mendacibus appetitur conviciis, is vere beatus eſt: quandoquidem Scriptura E dicit [h]: *Vir reprobus non tentatur a Deo*. Porro qui mali quidpiam egiſſe convincetur, ille non ſolum nocuit ſibi, verum etiam in commune Eccleſiæ corpus & in ſacram doctrinam injurioſus fuit; quaſi eam honeſtatem quam prædicamus, operibus non probemus, mereamurque etiam nos illam exprobrationem a Domino audire [i]: *Dicunt, & non faciunt*. Quapropter homines hujuſmodi, qui vere convicti fuerint, niſi mores mutaverint, Epiſcopus fidenter abdicabit:

a Jerem. xxvi. 3. *b* Ezech. II. 7. III. 11. *c* Exod. xv. 26. *d* Deut. vi. 4. Marc. xii. 29. *e* Matth. xi. 15. xiii. 45. *f* Prov. I. 8. *g* Matth. v. 11. *h* Jac. I. 12. 13. *i* Matth. xxiii. 3.

1. Θεῷ.] Alter Codex Vind. παρὰ Θεῷ. Cler.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θʹ.

Ὅτι ἀδωροδόκητον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον.

Οὐ γὰρ μόνον ἀπρόσκοπον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ἀλλὰ καὶ ἀπροσωπόληπτον, ἐν χρηστότητι σωφρονίζοντα τοὺς ἁμαρτάνοντας. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸς οὐκ ἀσυνείδητος ὑπάρχων, προσωπολήπτης γενόμενος; διά τινα αἰσχροκερδῆ δωροληψίαν, φείσεται τοῦ ἀνόμως ἁμαρτόντος, ἐάσας, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μένειν αὐτὸν, παρακούσας τῆς θείας καὶ κυριακῆς φωνῆς [1] τῆς λεγούσης· [2] Δικαίως διώξεις τὸ δίκαιον. Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει. Οὐ δικαιώσεις τὸν ἀσεβῆ. Οὐ λήψῃ δῶρα ἐπὶ ψυχῇ· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δικαίων. Καὶ ἐν ἄλλοις φησίν· Ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Καὶ ὁ Σολομὼν λέγει ἐν παροιμίαις· Ἔκβαλε λοιμὸν συνεδρίου, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ νεῖκος.

CAPUT IX.

Episcopum non debere esse muneribus pervium.

Oportet enim Episcopum non modo inculpatum esse, sed & personarum non acceptatorem, quique peccatores humaniter castiget. Quod si sibi quoque male conscius, & certis personis gratificari cupiens, sordide acceptis muneribus, sceleroso pepercerit, eumque in Ecclesia manere permiserit, & neglexerit divinas ac dominicas voces, dicentes [a]: *Juste persequeris quod justum est.* [b] *Non accipies personam in judicio.* [c] *Non justificabis impium.* [d] *Non accipies munera propter animam: nam munera excæcant oculos sapientum, & pervertunt verba justorum.* Et alibi Scriptura pronuntiat [e]: *Auferetis malum ex vobis ipsis.* Et Salomon in Proverbiis dicit [f]: *Ejice e consessu pestilentem, & exibit simul cum eo jurgium.*

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιʹ.

Ὅτι ὁ ἐπίσκοπος ἀκρίτως φειδόμενος τοῦ ἡμαρτηκότος, ὑπαίτιος γίνεται.

Ὁ δὲ μὴ προσέχων τούτοις, ἀκρίτως φείσεται ἐπὶ τῷ ὀφείλοντι τιμωρίαν, ὡς ὁ Σαοὺλ ἐπὶ τῷ Ἀγὰγ, καὶ ὁ Ἠλεὶ τοῖς υἱοῖς οὐκ εἰδόσι τὸν κύριον. Ὅτι οὗτος ἐβεβήλωσε καὶ τὴν οἰκείαν ἀξίαν, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν τὴν κατὰ τὴν παροικίαν αὐτοῦ. ἄδικος οὖν οὗτος καὶ Θεῷ, καὶ ὁσίοις ἀνθρώποις, ὡς αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς νεοφωτίστοις, καὶ κατηχουμένοις γενόμενος, ἔτι δὲ νέοις καὶ νέαις τῇ ἡλικίᾳ, ὃν τὸ οὐαὶ περιμένει, καὶ ὀνικὸς μύλος ἐν τῷ τραχήλῳ, καὶ ὁ βυθὸς, ἐν ᾧ ὑπόδικος ὑπάρχει. Διὰ γὰρ τὴν τῆς ἀκρισίας ἀνομίαν βλέποντες τὸν τοιοῦτον αὐτῶν ἄρχοντα, ἐν ἑαυτοῖς διακριθήσονται, καὶ χρησάμενοι τῇ αὐτῇ νόσῳ, συναπολέσθαι αὐτῷ ἀναγκασθήσονται, ὡς τῷ Ἱεροβοὰμ ὁ λαὸς, καὶ τῷ Κορὲ οἱ συναράμενοι αὐτῷ. Εἰ δὲ βλέποι ὁ ἁμαρτὼν τὸν ἐπίσκοπον καὶ τοὺς διακόνους ἀθώους ἐγκλήματος, καὶ τὸ ποίμνιον καθαρὸν ὑπάρχον, πρῶτον μὲν, οὐ τολμήσει καταφρονήσας, εἰς ἐκκλησίαν Θεοῦ εἰσελθεῖν, πληττόμενος τῇ συνειδήσει αὐτοῦ· εἰ δὲ παρ' οὐδὲν ἡγησάμενος εἰσέλθοι, ἢ παραχρῆμα ἐλεγχθήσεται, ὡς Ὀζᾶ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ ἁψάμενος, ὥστε ἑδράσαι, καὶ ὡς [3] Ἀχαρ, ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ ἀναθέματος, καὶ ὡς

CAPUT X.

Quod Episcopus qui temere parcit peccatori, culpa non careat.

Ad ista autem qui animum non adverterit; debenti pœnas, inconsiderate ignoscet; sicut C [g] Saul Agago; & [h] Heli liberis suis, ignorantibus Dominum. Hic ergo tum dignitatem suam, tum Dei Ecclesiam sua in parœcia sitam maculat: quocirca coram Deo & hominibus sanctis injustus est, utpote auctor scandali multis recens baptizatis & catechumenis, itemque utriusque sexus adolescentibus; eumque *væ* manet, & [i] *mola asinaria in collo, & profundus gurges* cui obnoxius est. Nam qui cernent principem suum adeo in judicando negligentem ac iniquum, vacillare incipient, atque eodem vitio occupati, cogentur una cum eo perire; sicut populus cum Hieroboamo [k], & cum Core sceleris socii interiere [l]. Ceterum peccator cum Episcopum & Diaconos criminis puros esse cognoverit, & ovile incontaminatum, principio quidem D conscientia sua perculsus, Ecclesiam Dei per contemtum intrare non audebit: quod si pensi nihil habens, ingressus fuerit; aut statim arguetur ac pœnas dabit; sicut [m] Oza cum arcam ut firmaret tetigit, & sicut [n] Achar cum de anathemate furatus

a Deut. xvi. 20. *b* Deut. I. 17. *c* Exod. xxiii. 7. apud LXX. *d* Exod. xxiii. 8. Deut. xxvii. 25. & xvi. 19. *e* Deut. xvii. 7. *f* Prov. xxii. 10. *g* I. Reg. xv. *h* I. Reg. II. *i* Matth. xviii. 6. 7. *k* III. Reg. xii. *l* Num. xvi. *m* II. Reg. vi. *n* Jos. vii.

1. Τῆς.] Hæc vocula, deest in altero Cod. Cler.


2. Δικαίως διώξεις τὸ δίκαιον.] Hunc textum, qui in LXX. sic producitur, δικαίως τὸ δίκαιον διώξῃ, multum detorquet Antiochus Homilia 75. dum citat, δίκαιος τὸ δίκαιον διώξει, si (quod nequaquam credo) libri impressi vitio carent. Itaque consului scriptos: & in membranis Regiis Cod. 2420. reperi, δικαίως τὸ δίκαιον διώξει. Cod. vero 700. δικαίως τὸ δίκαιον διώξεις. Cot.

3. Ἀχαρ.] Quidquid dicat S. Hieronymus, libro de Locis Hebraicis, verum hujus furis nomen est Achar, non Achan, vel Achor; licet Achan obvium sit, Achor autem legatur in quibusdam Bibliis Mss. Latinis, in Cæsariensi Eusebio περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ; in Hieronymo ad Michææ iv. ult. in quibusdam codicibus Cassiani cap. 20. Collat. 1. in Annalibus Zonaræ, & in Jacobi de Vitriaco Epistola ad Honorium III. Papam tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 373. Nam habent Achar omnes editiones omnium linguarum I. Paral. II. 7. Ac in Josue Versio Syriaca, cuncti fere Græci codices, & non pauci Latini manu exarati. Atque ita effertur a Græcis Doctoribus, nec non a multis Latinis, etiam non admodum antiquis. Præterea lectionem Achan excludit allusio ad vocem Achar, quæ cernitur Josue vii. 25. in Hebræo: Achor vero non est nomen hominis, sed vallis; quod facile cum Achar confunditur; ut vice versa Achar cum Achor, apud Theodoritum ad Osee II. 15. ex Syro Interprete. Corrigendæ Editiones Origenis per Erasmum ac Genebrardum procuratæ, quæ perperam Homilia 5. in Esaiam *Achaz* exhibent, cum vetus illa Merlini melius ostendat *Achan*. Pari modo Balsamon impressus ad Can. Apost. 73. Ἀχας. manu scriptus, Ἀχαρ. De Achare sequentia complectuntur membranæ Regiæ Cod. 2437. relatu non indigna; ὁ νοσφισάμενος ἐκ τῆς Ἱεριχὼ ψιλὴν ποικίλην λεπτὴν, καὶ σʹ. δίδραχμα ἀργυρίου, καὶ γλῶσσαν μίαν χρυσῆν νʹ. διδράχμων, ἦν ὁ Ἀχαρ υἱὸς Χαρμὶ, υἱοῦ Ζαμβρὶ, υἱοῦ Ζαρά. ἔστι δὲ Ἑβραϊκὴ λέξις τὸ ποικίλην λεπτὴν, ῥένδαν Βαβυλωνιακὸν φυφουδότην· καλήν· ἤγουν χλαμύδα βασιλικὴν χρυσῆν. τινὲς δὲ στολὴν, ὕφασμα, ἱμάτιον, ἢ ὡς μανδύαν· ὅπερ ἐπέθουν τοῖς θεοῖς. ἡ γὰρ γλῶσσά ἐστιν ἣν ἐπέθουν τῷ στόματι τῶν θεῶν αὐτῶν. ὁ δὲ τόπος οὗ ἔκρινεν ὁ Ἰησοῦς τοῦ φονευθῆναι τὸν Ἀχαρ, ἐκαλεῖτο φάραγξ Ἀχώρ. Hoc est: *Qui ex Hierichunte furatus est vestem variam tenuem, & ducentas didrachmas argenti, linguamque unam auream quinquaginta didrachmarum, fuit Achar filius Charmi, filii Zambri, filii Zaræ. Est autem Hebraica dictio,* variam subtilem, *Rhendam Babylonicum Phuphudotem:* bonam: *sive chlamydem regiam auream. Nonnulli vero stolam, textum, stragulum, aut pallium: quod diis apponebant. Etenim lingua est, quam pone-*

Γιεζεῖ ἐπὶ τοῖς τοῦ Νεεμὰν χρήμασιν, καὶ παραυτίκα τιμωρηθήσεται, ἢ νουθετούμενος ὑπὸ τοῦ ποιμένος, εἰς μετάνοιαν ὑπαχθήσεται· περιβλεψάμενος γὰρ τοὺς καθ' ἕνα, καὶ ἐν οὐδενὶ μῶμον εὑρίσκων, οὔτε παρὰ ἐπισκόπῳ, οὔτε μὲν παρὰ τῷ ὑπ' αὐτὸν τεταγμένῳ λαῷ, αἰσχυνθεὶς, μετὰ αἰδοῦς καὶ πολλῶν δακρύων ἐξελεύσεται εἰρηνικῶς, κατανενυγμένος, καὶ μενεῖ κεκαθαρισμένον τὸ ποίμνιον. προσκλαύσει τε τῷ Θεῷ, καὶ μετανοήσει ἐφ' οἷς ἥμαρτεν· καὶ ἕξει ἐλπίδα· καὶ τὸ ποίμνιον ὅλον θεασάμενον ἐκείνου τὰ δάκρυα, νουθεσίαν ἕξει, ὅτι ἁμαρτωλὸς διὰ μετάνοιαν οὐκ ἀπόλλυται.

A est, & ut [a] Giezis propter Naamanis munera; aut a Pastore admonitus, pœnitentiæ subdetur; singulisque conspectis, & macula nec in Episcopo nec in ipsi subjecto populo reperta, confusus atque compunctus, pacifice egredietur cum verecundia & lacrymis multis; & grex purgatus manebit: at ille in conspectu Dei plorabit, & de peccato pœnitentiam aget: ita & ipse optimam spem habebit; & totum ovile visis illius lacrymis discet, quod peccator per pœnitentiam ab interitu eripitur.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια.

Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον κρίνειν τοὺς ἁμαρτάνοντας.

Διὰ τοῦτο οὖν, ἐπίσκοπε, σπούδαζε καθαρὸς εἶναι τοῖς ἔργοις, γνωρίζων τὸν τόπον σου καὶ τὴν ἀξίαν, ὡς Θεοῦ τύπον ἔχων ἐν ἀνθρώποις, [1] τῷ πάντων ἄρχειν ἀνθρώπων, ἱερέων, βασιλέων, ἀρχόντων, πατέρων, υἱῶν, διδασκάλων, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ὑπηκόων. Καὶ οὕτως ἐν ἐκκλησίᾳ καθέζου, τὸν λόγον ποιούμενος, ὡς ἐξουσίαν ἔχων κρίνειν τοὺς ἡμαρ-

CAPUT XI.

B Quo modo oporteat peccatores ab Episcopo judicari.

Quocirca, Episcope, stude immaculatis actibus locum dignitatemque tuam patefacere; quia inter homines figuram obtines Dei, præsidendo cunctis mortalibus; sacerdotibus, regibus, principibus, patribus, filiis, doctoribus; cunctis, qui omnes pariter tibi subjecti sunt. Sic ergo in Ecclesia sede sermonem faciens, quasi potestate


a IV. Reg. V.

bant in ore deorum suorum. Locus porro in quo Acharem occidi decrevit Jesus, vocabatur vallis Achor. In eo autem in quo per præstantem virum judicio Frontonem Ducæum arguitur *μνημονικοῦ ἁμαρτήματος* B. Chrysostomus, quasi Homil. xxv. ad Rom. posuerit patrem pro filio, Charmim pro Achare, defendi forsan poterit lectione Cod. Regii 96. *τὸν καταλευσθέντα μετὰ τοῦ γένους παντὸς Χαρμὶ*, non *Χαρμὶν*, vertendo: *lapidatum cum omni Charmis genere*, non *lapidatum cum omni genere suo Charmim*. COT.

1. *Τῷ πάντων ἄρχειν ἀνθρώπων, ἱερέων, βασιλέων, &c.*] Hinc, atque ex cap. 20. 25. 26. 34. lib. 7. cap. 31. lib. 8. cap. 44. ubi additur Sacerdotes esse *ἄρχοντας, βασιλεῖς, δυνάστας, δεσπότας, κυρίους*, desumsit falsus Ignatius ad Trallianos 7. ad Philadelphenses 4. ad Smyrnæos 9. ad Antiochenos ult. ac forte Suppostor Epistolarum Pontificiarum Epistola prima Clementis ante finem, & initio Epistolæ tertiæ eidem Pontifici adscriptæ. Scilicet ita locuti sunt Christiani, postquam Imperatores ac Reges suæ Religionis consortes habuere; ut videre est ex Græcis in Epiphanio Hæresi 29. cap. 3. 4. ex Latinis in Ambrosio Epist. 13. ad Valentinianum Augustum. Quin ipse primus Imperator Christianus Constantinus agnoscit apud Rufinum lib. 10. Historiæ cap. 2. Deum Sacerdotibus potestatem dedisse de Imperatoribus quoque judicandi. Tum insigni *παῤῥησίᾳ* Constantium, Constantini filium, Lucifer Calaritanus sic compellat lib. 1. pro S. Athanasio; *Proba te super nos factum judicem. Proba ad hoc te constitutum Imperatorem, ut nos armis tuis ad omnem implendam voluntatem amici tui diaboli perduceres. Cum probare non possis: quia præceptum sit tibi, non solum non dominari Episcopis, sed & ita eorum obedire statutis, ut si subvertere eorum decreta tentaveris, si fueris in superbia comprehensus, morte mori jussus sis; quo modo dicere poteris, judicare posse de Episcopis, quibus nisi obedieris, jam quantum apud Deum, mortis pœna fueris mulctatus?* Prætereo quod a viris doctis est observatum (*Casaub. Exercit. 15. cap. 11.*), Nomen Monarcharum tributum fuisse Episcopis, Monarchiam de illis dictam. Nec volo citare verba Goffridi Vindocinensis Opusculo 2. & 4. Episcopum appellantis Dominum & Imperatorem Christianorum; Principem ac Regem Ecclesiæ; eum qui ex jure divino Regibus ac Imperatoribus dominetur: itemque alia id genus. Quæ tamen omnia sobrie intelligere oportet; ne ad Episcopalem dignitatem fastus ac tyrannis accedant; unde frequentes sanctorum Patrum querelæ; neve jura Principum & jura Pontificum confundantur. Nam quod ad postremum attinet, non minus veritate nititur quam superiora, alia nimirum ratione, illud Optati lib. 3. Tertullianum (opinor) in Apologetico & ad Scapulam secuti, Super Imperatorem non esse nisi solum Deum. Prudenterque ac fortiter ὁ Ἀβραμιαῖος γέρων ὁ ἀληθῶς Ὅσιος Epistola ad Constantium, prolata a magno Athanasio ad solitariam vitam agentes, ait; *μὴ [illegible] εἰς τὰ ἐκκλησιαστικά, μηδὲ σὺ περὶ τούτων ἡμῖν [illegible] ἀλλὰ μᾶλλον παρ' ἡμῶν σὺ μάνθανε ταῦτα. [illegible] Θεὸς ἐνεχείρισεν· ἡμῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἐπίστευσε. [illegible]*

C *ὁ τὴν σὴν ἀρχὴν ὑποκλέπτων, ἀντιλέγει τῷ διαταξαμένῳ Θεῷ· οὕτω φοβήθητι, μὴ καὶ σὺ τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς ἑαυτὸν ἕλκων, ὑπεύθυνος ἐγκλήματι μεγάλῳ γένῃ· ἀπόδοτε, γέγραπται, τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ· οὔτε τοίνυν ἡμῖν ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς ἔξεστιν· οὔτε σὺ τοῦ θυμιᾶν ἐξουσίαν ἔχεις, βασιλεῦ. Ne te misceas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe; sed potius ea a nobis disce: Tibi Deus Imperium commisit: nobis, quæ sunt Ecclesiæ, concredidit. Et quemadmodum qui tuum Imperium occultis conatibus invadit, contradicit ordinationi divinæ: ita & tu cave, ne, quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens, magno crimini obnoxius fias.* Date, *scriptum est* (*Matth. 22. 21.*), quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ Dei, Deo. *Neque igitur fas est nobis in terris imperium tenere; neque tu thymiamatum & sacrorum potestatem habes, Imperator* (*2. Paral. 26. 18.*). De priori vero, præclare in hoc libro Constitutionum cap. 20. dicitur; *ποίμαινε τὸ ποίμνιον, μὴ ἐν κράτει μετὰ ἐμπαιγμοῦ, ὡς καταξουσιάζων, ἀλλ' ὡς ποιμὴν χρηστὸς* &c. Et in S. Chrysostomi Homil. 11. in Epistolam ad Ephesios; *οὐ κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀγαπητοὶ, οὐδὲ δεσποτικῶς ταῦτα ἐπιτάττομεν. εἰς διδασκαλίαν λόγου προεχειρίσθημεν, οὐκ εἰς ἀρχὴν, οὐδὲ* D *εἰς αὐθεντίαν· συμβούλων τάξιν ἐπέχομεν παραινούντων. ὁ συμβουλεύων λέγει τὰ παρ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἀναγκάζων ἀκροατήν· ἀλλ' αὐτὸν ἀφίησι τῆς τῶν γενομένων* (vel *λεγομένων*) *αἱρέσεως κύριον. Non dominamur vestræ fidei, o dilecti, nec domini more hæc imperamus. Ad doctrinam verbi præfecti sumus; non ad imperium, nec ad auctoritatem. Consiliariorum admonentium locum tenemus. Consiliarius dicit quæ a se procedunt, non necessitatem afferens auditori: sed in ejus potestate dimittit, ut facienda eligat quæ dicta sunt.* Et ad Homiliæ finem; *εἰ μὲν οὖν περὶ ἡμῶν ταῦτα ὑποπτεύετε, ἕτοιμοι παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς ὅτῳ περ ἂν βούλοισθε, μόνον ἐκκλησία ἔστω μία &c. Si hæc ergo de nobis suspicamini, parati sumus cedere regendi munus cui voletis; modo una sit Ecclesia.* Denique in Epistola 3. Hieronymi ad Nepotianum: *Rex nolentibus præest, Episcopus volentibus: ille terrore subjicit, hic servitute donatur.* Quibus similia apud Chrysostomum Homil. 15. in Epist. 2. ad Corinthios. Sane solent Hæretici cum Tertulliano Hæretico cap. 12. lib. de Monogamia, E & lib. de Fuga in persecutione cap. penult. exprobrare Ecclesiæ, Omnia licere Episcopis: ac Episcopatum regnum esse sub obtentu procurandi. Concitate juxta ac eleganter B. Hieronymus loquens de S. Epiphanio adversus Joannem Hierosolymitanum, Epist. 61. ad Pammachium cap. 4. *Scilicet delirabat, qui in regno tuo contra tuam sententiam loquebatur.* Ceterum sicut Antistitibus nomen Regum ac Imperatorum aptatur; ita & Imperatoribus ac Regibus nomen Episcoporum, Sacerdotum, Pontificum, Præsulum, apud Eusebium de Vita Constantini lib. 1. cap. 44. lib. 4. cap. 24. Symeonem Thessalonicensem libro de sacris Ordinationibus cap. 7. in Epistola Remigii Remensis ad tres Episcopos, & in Conciliorum acclamationibus. Notaque est ex Lucifero adulatio Arianorum Episcoporum, qui vocitabant Constantium Imperatorem, Episcopum Episcoporum. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



τηκότας· ὅτι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις εἴρηται· Ὃ ἐὰν [1] δεσμήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὃ ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τῷ οὐρανῷ.

A præditus judicandi delinquentes: vobis quippe Episcopis dictum est [a]: *Quod ligaveritis super terram, erit ligatum in cælo; & quod solveritis super terram, erit solutum in cælo.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβʹ.

Διδασκαλία, ὅπως χρὴ προσφέρεσθαι τοῖς μετανοοῦσι.

ΚΡῖνε οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, μετὰ ἐξουσίας, ὡς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τοὺς μετανοοῦντας προσλαμβάνου. Ὁ γὰρ Θεὸς, Θεός ἐστιν ἐλέους. Ἐπίπλησσε τοῖς ἁμαρτάνουσι, νουθέτει τοὺς μὴ ἐπιστρέφοντας, παρακάλει τοὺς ἑστῶτας ἐμμένειν τοῖς καλοῖς, τοὺς μετανοοῦντας προσ- B δέχου· ὅτι κύριος ὁ Θεὸς μετὰ ὅρκου ἐπηγγείλατο ἄφεσιν παρασχεῖν τοῖς μετανοοῦσιν, ἐφ' οἷς ἥμαρτον. Λέγει γὰρ διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ· Εἶπον πρὸς αὐτοὺς, ζῶ ἐγὼ, [2] λέγει Ἀδωναῒ κύριος, εἰ θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ ἀποστρέψαι τὸν ἀσεβῆ ἐκ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν. Ἐπιστράφητε οὖν ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν τῶν πονηρῶν, καὶ ἵνα τί ἀποθνήσκεται οἶκος Ἰσραήλ; ἐνταῦθα ὁ λόγος εὐέλπιδας ἐποίησε τοὺς ἡμαρτηκότας, ὅτι ἐὰν μετανοήσωσιν, ἐλπίδα σωτηρίας ἕξουσι· μήποτε ὡς ἀπηλγηκότες αὐτοὺς ἐκδῶσι ταῖς παρανομίαις, ἀλλ' ἔχοντες ἐλπίδα σωτηρίας ἐπιστραφέντες προσκλαύσωσι Θεῷ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, καὶ [3] λήψονται παρ' αὐτοῦ τὴν ἀμνηστίαν, ὡς παρὰ πατρὸς ἀγαθοῦ.

CAPUT XII.

Doctrina de modo quo pœnitentes tractandi sunt.

JUdica igitur, Episcope, cum potestate, quemadmodum facit Deus: verum pœnitentes suscipe. Deus enim, Deus misericordiæ est. Delinquentes increpa, admone aberrantes, stantes hortare ad perseverantiam in bonis; pœnitentes admitte: quoniam cum sacramento Dominus Deus daturum se veniam pœnitentium delictis pollicitus est. Ait enim per Ezechielem [b]: *Dic ad eos; Vivo ego, dicit Adonai Dominus; si voluero mortem peccatoris, sed potius, ut impius convertatur a via sua prava, & vivat. Convertimini ergo a viis vestris malis: & quare morimini, domus Israel?* Heic Scriptura bene sperare peccatores jussit, & salutem, si resipuerint, exspectare: ne quasi deplorati, criminibus succumbant; sed ut sperata salute ad se reversi, peccata sua coram Deo defleant; a quo, patre videlicet bono, oblivionem scelerum ac impunitatem consequantur. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγʹ.

Ὅτι φεύγειν χρὴ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν πεῖραν.

ΤΟὺς μέν τοι ἀναμαρτήτους, τοιούς μένειν χρὴ, καὶ μὴ χρείαν ἔχειν τῆς πείρας τῶν ἁμαρτιῶν, ὅπως μὴ δέωνται ὀδύνης, λύπης, καὶ κλαυθμῶν ἀφέσεως. Τί γὰρ οἶδας ἄνθρωπε ἁμαρτήσας, εἰ ἡμέρας ζήσεις ἐν τῷδε τῷ βίῳ, ἵνα καὶ μετανοήσῃς; ὅτι ἀ-

CAPUT XIII.

Fugiendam esse delictorum experientiam.

POrro qui insontes sunt, ita maneant, nec sibi commodum putent peccatorum experimentum; ne dolore, tristitia ac fletibus satisfactionis indigeant. An enim, o homo qui peccasti, compertum habes, te aliquot dies in hac vita moratu-

a Matth. XVIII. 18. b Ezech. XXXIII. 11.

1. Δέσητε] Forte δήσητε. COT.

2. Λέγει Ἀδωναῒ κύριος.] Ita cum Ms. Alexandrino, Theodorito, Codice Regio, editio Aldina; pro quo Complutensis; κύριος κύριος: at male Romana, κύριος tantum; errato quod sæpe in ea editione, nonnumquam in aliis, & in MSS. quoque occurrit, quodque etiam apud multos Patres deprehendas; negligentia ac prætermissione Descriptorum sacræ Scripturæ. LXX. enim Interpretes, voces אדני יהוה, quæ passim in Ezechiele repetuntur, vertisse videntur, modo Ἀδωναῒ κύριος, modo κύριος κύριος, modo κύριος ὁ Θεὸς, numquam κύριος dumtaxat. Sed & Librariorum supinitati adscribendum, opinor, mendum, quod Hieronymi Codices deformat, initio libri noni Commentariorum in Ezechielem. Meo judicio scripserat ille; *Ubicumque juxta LXX. secundo ponitur, Dominus, Dominus; secundum nomen Tetragrammaton est, quod proprie ad Deum pertinet, & ineffabile dicitur; primum commune, quod sæpe in hominibus invenitur.* Quam facile autem fuerit, notas numerales commutare, ad hodiernam lectionem conficien- E dam, *primum nomen Tetragrammaton est*, &c. *secundum commune*, nemo non videt. Ita gravi errore liberatur vir maximus, qui in eodem Commentario ad cap. 6. vers. 3. contra observaverat, quod *quando duo, Domini & Domini, juncta sunt nomina; prius nomen commune est; secundum proprie Dei, quod appellatur ἄρρητον, id est, ineffabile, quod quondam scriptum fuit in lamina aurea, quæ erat in fronte Pontificis.* Atqui Hieronymi verba de prophetia sola Ezechielis accipi debent. Notat quippe idem sanctus Doctor ad Psalm. VIII. 2. & CIX. 1. Tetragrammaton iis in textibus poni ante Adonai. Quod & alibi fit; ut Psalm. juxta Hebræos LXVIII. 21. CIX. 21. CXL. 8. CXLI. 8. Unde generaliter Origenes, interpretans locum Ezech. VIII. 1. ait; ἐν τισὶ δὲ γέγραπται, χεὶρ κυρίου κυρίου· καί γε ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν ὅτι πολλαχοῦ τὸ ἐκφωνούμενον ἐν τῇ κύριος φωνῇ, τὸ σεβάσμιον παρ' Ἑβραίοις ἐστὶν ὄνομα τοῦ Θεοῦ· ὅτι περ οὐ ταχέως προφέρονται. πλήν ἐστι ὅτε τὸ κύριος τάσσεται καὶ ἐπὶ κυρίου τῶν δούλων. ἔνθα ἂν κεῖται τὸ κύριος κύριος, χρὴ εἰδέναι ὅτι τὸ D μὲν ἕτερον οἱονεὶ τὸ κύριον ὄνομα καὶ ἄρρητόν ἐστι τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ λοιπὸν τὸ κύριος, Ἑβραῖοι Ἀδωναῒ, ἐπὶ τοῦ κυρίου τάσσουσι ὁτὲ μὲν προφερόμενοι τὴν φωνὴν ἐπὶ τοῦ ἀρρήτου ὀνόματος, ὁτὲ δὲ οἱονεὶ ἐπὶ τοῦ κυρίου τῶν δούλων. τὸ οὖν Ἀδωναῒ κυρίου, τῷ νοήσαντι τὰ εἰρημένα περὶ τοῦ ἀρρήτου ὀνόματος, οὐδὲν διαφέρει τοῦ κυρίου, (f. κυρίου κυρίου,) ὡς ἐκδεδώκαμεν. Hoc est: *In quibusdam autem scriptum est,* Manus Domini Domini. *Atqui diximus alibi, sæpe quod exprimitur in voce* Dominus, *esse venerandum illud apud Hebræos nomen Dei, quod quidem non cito proferunt. Verumtamen est etiam cum nomen* Dominus *usurpatur de Domino servorum. Ubi igitur ponitur* Dominus Dominus, *sciendum est, alterum quidem esse quasi proprium & ineffabile nomen Dei. Reliquum vero* Dominus, *Hebræi* Adonai, *de domino ponunt: interdum quidem proferentes vocem istam in nomine ineffabili; interdum vero tamquam in domino servorum. Illud igitur* Adonai Domini, *intelligenti quæ dicta sunt de ineffabili nomine, nihil differt a* Domini Domini, *ut explicuimus.* Quocirca ex corruptis E exemplaribus (qualia memorantur in editione Romana ad Ezech. cap. 2.) *Dominus Adonai* citatur a Tertulliano cap. 20. libri de Resurrectione carnis, & ab Origene Homil. 4. & 12. in Ezechielem; falsumque est quod in dicta Homilia quarta subjungitur; *Prius nomen Dei quatuor litterarum est, quod interpretatur naturaliter Deus.* Quamquam his quoque in locis Librarii accusari queant, qui *Adonai Dominus* mutaverint in *Dominus Adonai*, & *posterius* in *prius*. Maxime cum Ms. Codex Homiliarum Origenis, ad Christianissimum Regem pertinens, Homilia illa quarta exhibeat, *Adonai Dominus*, &, *nomen Domini*. rectius sine dubio. Certe liber Regius 2431. in fragmento Constitutionum heic habet κύριος Ἀδωναῒ. COT. — In altero Ms. Vindobonensi κύριος ὁ Θεὸς expressa compendiaria scriptura κς ὁ θς. CLER.

3. Αὐτῶν, καί.] Insere: καὶ μετανοήσωσιν ἐκ καρδίας, ἐξευμενισάμενοι αὐτόν. & pœnitentiam ex corde agant, placantes eum. COT.

δῆλος ἡ ἔξοδός σου ἐκ τοῦ βίου ὑπάρχει, καὶ ἐν ἁμαρτίᾳ τελευτήσαντι μετάνοια οὐκ ἔσται· ὡς λέγει διὰ τοῦ Δαβίδ· Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; Δεῖ οὖν ἕτοιμον εἶναι ἐν ἀγαθοῖς· ἵνα ἄνευ λύπης τὴν ὁδὸν ἐκείνην στειλώμεθα. Διὸ καὶ παραινεῖ ὁ θεῖος λόγος διὰ Σολομῶντος τοῦ σοφοῦ λέγων σοι· Ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου, καὶ παρασκεύαζου εἰς τὸν ἀγρὸν, ἵνα μὴ ἐπιλείψῃ ἡμῖν τι τῶν καλῶν· ὥσπερ καὶ ταῖς πέντε ἐν τῷ εὐαγγελίῳ παρθένοις διὰ μωρίαν ἐπέλειπε τὸ τῆς εὐσεβείας ἔλαιον, καὶ ἀποσβέσασαι τὰς λαμπάδας τῆς θεογνωσίας ἀπεβλήθησαν τοῦ νυμφῶνος. Διὰ τοῦτο ἀκίνδυνος μένει πᾶς ὁ φειδόμενος τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς, καὶ μένων ἀναμάρτητος, ὅπως καὶ τὰς προγεγονυίας ὑπ' αὐτοῦ δικαιοσύνας αὐτῷ συντηρήσῃ. Σὺ οὖν οὕτω κρίνε, ὡς Θεῷ δικάζων. Τοῦ γὰρ κυρίου, φησὶν, ἡ κρίσις. Πρῶτον οὖν ἀπ' ἐξουσίας τὸν ἔνοχον καταδίκαζε· ἔπειτα μετὰ ἐλέου καὶ οἰκτιρμοῦ καὶ προσλήψεως, οἰκειοῦ ὑπισχνούμενος αὐτῷ σωτηρίαν, εἰ μετάθοιτο τοῦ τρόπου, καὶ πρὸς μετάνοιαν χωρήσῃ· μεταμελόμενον δὲ στύφων προσδέχου, μεμνημένος τοῦ κυρίου εἰπόντος, ὅτι χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

A rum, ut pœnitentiam agere possis? Incertum obitus tui tempus; & in peccato morienti nulla dabitur pœnitentia; ficuti per Davidem dicitur [a]: *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Oportet igitur parata habere bona; quo absque tristitia illud iter emetiamur. Unde sacra Scriptura per sapientem Salomonem suadet ac dicit tibi [b]: *Præpara in exitum opera tua, & præpara in agrum*, ne quid boni desit nobis; ut quinque Evangelii virginibus [c] propter fatuitatem defuit oleum pietatis, *seu* bonorum operum; & exstinctis divinæ cognitionis lampadibus, a thalamo sponsi sunt exclusæ. Quare securus vivit, quicumque vitæ suæ parcit, & peccati expers perseverat, ut præcedentia merita sua sibi conservet. Tu B vero, Episcope, ita in judicando te gere, quasi Deo judicans. [d] *Domini enim*, inquit, *est judicium*. Et primo quidem pro potestate reum condemna: deinde cum misericordia, miseratione & illecebris adjunge eum tibi, atque promitte ei salutem, dummodo mores commutet, & ad pœnitentiam concedat: resipiscentem autem, vehementer castigatum suscipe; memor Domini dicentis [e]: *Quod gaudium oritur in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Περὶ τῶν λεγόντων μὴ δέχεσθαι μετανοοῦντα, καὶ ὅτι δίκαιος, κἂν συνῇ ἐστιν ἁμαρτωλῷ, οὐ συναπόλλυται αὐτῷ.

CAPUT XIV.

C

De iis qui affirmant non debere recipi pœnitentem; & de justo, quod licet cum peccatore versetur, non tamen cum eo pereat.

Ἐὰν δὲ τὸν μετανοοῦντα μὴ προσδέξῃ, ἐπιβούλοις αὐτὸν ἔκδοτον παρέχεις, ἐπιλαθόμενος τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι. Διὸ παρορμῶν εἰς μετάνοιαν ὁ Ἱερεμίας λέγει· Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; τί, ὅτι ἀπέστρεψεν ὁ λαός μου ἀποστροφὴν ἀναιδῆ, καὶ κατεκρατήθησαν ἐν τῇ προαιρέσει αὐτῶν; Ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες, καὶ ἐγὼ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν. Δέξαι οὖν τὸν μετανοοῦντα, μὴ διστάζων ὅλως, μηδὲ παρεμποδιζόμενος [1] ὑπὸ τῶν ἀνηλεῶς λεγόντων, μὴ δεῖν τοιούτοις συμμολύνεσθαι, μήτε λόγου κοινωνεῖν. αὗται γὰρ αἱ συμβουλίαι ἀγνοούντων εἰσὶ Θεὸν καὶ τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν, ἀλόγων δὲ κριτῶν καὶ θηρίων ἀμειλίκτων. οὐ γὰρ γινώσκουσιν, ὅτι χρὴ φυλάσσεσθαι, οὐ τὴν ἐν λόγῳ κοινωνίαν πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ τὴν ἐν ἔργῳ. Δικαιοσύνη γὰρ δικαίου ἐπ' αὐτὸν ἔσται, καὶ ἀνομία ἀνόμου ἐπ' αὐτὸν ἔσται. Καὶ πάλιν· Γῆ ἐὰν ἁμάρτῃ μοι τοῦ ἀδικῆσαι ἀδίκημα, καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὴν, καὶ συντρίψω [2] ἐπ' αὐτῆς στήριγμα ἄρτου, καὶ ἐξαποστελῶ εἰς αὐτὴν λι-


SIN vero pœnitentem non admiseris, insidiatoribus deditītium præbes; oblitus Davidici sermonis: [f] *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi.* Ideo Jeremias incitans ad pœnitentiam, ait: [g] *Numquid qui cadit, non resurget? aut qui avertit se, non revertetur? Quare ergo aversus est populus meus aversione impudenti, & confirmati sunt in electione sua?* [h] *Revertimini filii rebelles, & ego sanabo contritiones vestras.* Igitur pœnitentem recipe; nec te ullatenus dubitare faciant, aut a proposito retrahant qui immisericorditer dicunt, non oportere cum hujusmodi coinquinari, neque vel D sermone communicare. Hæc quippe consilia Deum divinamque providentiam ignorantium sunt; & judicum ratione carentium, & immanium belluarum: nec enim intelligunt, fugiendam esse communionem operum cum peccatoribus, non sermonis societatem. [i] *Justitia* enim *justi super ipsum erit, & iniquitas iniqui super ipsum erit.* Et iterum [k]: *Terra si peccaverit mihi, delinquendo delictum, & extendam manum meam super eam, & conteram*

a Psal. VI. 6. *b* Prov. XXIV 27. *c* Matth. XXV. *d* Deut. I. 17. *e* Luc. XV. 7. *f* Psal. LXXIII. 19. *g* Jer. VIII. 4. 5. *h* Jer. III. 22. *i* Ezech. XVIII. 20. *k* Eaech. XIV. 13. 14.

1. Ὑπὸ τῶν ἀνηλεῶς λεγόντων &c.] Si quis cum viris doctis contenderit, ita non potuisse scribi ante exortum Montanum Hæresiarcham, tria inter nos non commutabimus verba. Attamen non intelligo, cur adeo negetur extitisse ante illud temporis Hæreticos sæviter de pœnitentia sentientes: cum credibile fiat, quod jam a primis sæculis, quemadmodum ex Hæresibus indulgentes multæ suis omnia permiserunt, adeo ut pœnitentia non egerent; sic & nonnullæ crudeles denegaverint veniam peccatoribus; quodque etiam in Ecclesiis variatum fuerit, aliis ad rigorem, ceteris ad facilitatem pronioribus; quibusdam severius, aliis mollius de pœnitentiæ fructu differentibus; quod denique inde manarint sequentium temporum variæ opiniones atque consuetudines. Equidem Adamiani, admodum antiqua Hæresis, in culpam lapsos ejiciebant penitus; uti refertur in Panario S. Epiphanii. Et severiora videri possunt illa Senioris Anonymi, qui audierat ab his qui Apostolos viderant, ac B. Irenæi lib. 4. c. 45. *Et illis quidem, justis ante Christi adventum viventibus, curatio & remissio peccatorum, mors Domini fuit. Propter eos* E *vero qui nunc peccant, Christus non jam morietur; jam enim mors non dominabitur ejus (Rom. 6. 9.): sed veniet Filius in gloria Patris, exquirens ab actoribus & dispensatoribus suis pecuniam quam eis credidit, cum usuris: & quibus plurimum dedit, plurimum ab eis exiget*, &c. Quid quod filium suum Marcionem pater Episcopus vir sanctissimus, etsi multum petentem, noluit admittere ad pœnitentiam? Consule observata ad caput 1. Mand. 4. lib. 2. Hermæ, ubi de pœnitentia: iisque adjunge cum Canone Apostolico 44. vel 52. observata in caput 3. Epistolæ S. Ignatii ad Philadelphenos. Quod si Montanus alicubi traditur primus Pœnitentiæ indixisse bellum; hoc ideo dictum est, quia ille error sub ipsius nomine potissimum cœpit fama celebrari. Alioqui forte non magis verum erit, quam quod a Vincentio Lirinensi affirmatur Commonitorii cap. 34. Neminem ante crudelissimum Novatianum, crudelem Deum dixisse; eo quod mallet mortem morientis, quam ut revertatur & vivat. COT.

2. Ἐπ'] Omittitur in utroque, ut in textu LXX. Intt. CLER.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.




μὸν, καὶ ἐξολοθρεύσω αὐτῆς ἄνθρωπον καὶ κτῆνος· κἂν ὦσιν οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐν μέσῳ αὐτῆς, Νῶε, καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ, οὗτοι ἐν τῇ δικαιοσύνῃ αὐτῶν σώσουσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν, λέγει Ἀδωναῒ κύριος. Σαφέστατα δεδήλωκεν ἡ γραφὴ, ὅτι συνὼν δίκαιος ἀδίκῳ οὐ συναπόλλυται μετ' αὐτοῦ. ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ τούτῳ καὶ δίκαιοι καὶ ἄδικοι ἀλλήλοις συναγελάζονται κοινωνίᾳ βίου, οὐ μὲν καὶ ὁσιότητος· καὶ τοῦτο οὐχ ἁμαρτάνουσιν οἱ θεοφιλεῖς· μιμηταὶ γάρ εἰσι τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τοῦ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλοντος ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ βρέχοντος αὐτοῦ τὸν ὑετὸν ἐπὶ πονηροὺς, καὶ ἀγαθούς. Καὶ οὐδὲν κινδυνεύει ὁ δίκαιος ἐκ τούτου· ἐν γὰρ τῷ σταδίῳ καὶ νικηταὶ, καὶ νικώμενοί εἰσιν, ἐν δὲ τῷ στεφάνῳ μόνοι οἱ γενναίως ἀγωνισάμενοι, οὐδεὶς δὲ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. ἕκαστος γὰρ περὶ ἑαυτοῦ [1] ἐξομολογήσεται, καὶ οὐ μὴ συναπολέσῃ ὁ Θεὸς τὸν δίκαιον μετὰ τοῦ ἀδίκου, ἐπείπερ παρ' αὐτῷ τὸ ἀναμάρτητον ἀτιμώρητον. οὔτε γὰρ τὸν Νῶε κατέκλυσεν, οὔτε τὸν Λὼτ κατέφλεξεν, οὔτε τὴν Ῥαὰβ συναπώλεσε· εἰ δὲ βούλεσθε γνῶναι καὶ τὰ ἐφ' ἡμῶν γενόμενα, Ἰούδας σὺν ἡμῖν ὢν, ἔλαβεν τὸ κλῆρον τῆς διακονίας, ὃν καὶ ἡμεῖς, καὶ Σίμων ὁ μάγος τὴν ἐν κυρίῳ σφραγῖδα· ἀλλ' ἑκάτερος αὐτῶν ἀναδειχθεὶς φαῦλος, ὁ μὲν ἀπήγξατο, ὁ δὲ παρὰ φύσιν ἱπτάμενος, συνετρίβη. καὶ ἐν τῇ κιβωτῷ, Νῶε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ὑπῆρχον· ἀλλὰ πονηρὸς ὁ Χὰμ εὑρεθεὶς μόνος, [2] εἰς τὸν υἱὸν ἐδέξατο τιμωρίαν. Εἰ δὲ καὶ πατέρες ὑπὲρ παίδων οὐ τιμωροῦνται, οὔτε υἱοὶ ὑπὲρ πατέρων, δῆλον, ὡς οὔτε γυναῖκες ὑπὲρ ἀνδρῶν, οὔτε οἰκέται ὑπὲρ δεσποτῶν, οὔτε συγγενεῖς ὑπὲρ συγγενῶν, οὔτε φίλοι ὑπὲρ φίλων, οὔτε δίκαιοι ὑπὲρ ἀδίκων· ἀλλ' ἕκαστος ὑπὲρ τοῦ οἰκείου ἔργου τὸν λόγον ἀπαιτηθήσεται. οὔτε γὰρ Νῶε ὑπὲρ τοῦ κόσμου δίκην εἰσεπράχθη, οὔτε Λὼτ ὑπὲρ Σοδόμων ἐπυρπολήθη, οὔτε Ῥαὰβ ὑπὲρ Ἱεριχουντείων ἐσφάγη, οὔτε ὁ Ἰσραὴλ ὑπὲρ [3] Αἰγυπτίων. οὐ γὰρ ἡ συνοίκησις κατακρίνει τοὺς δικαίους σὺν τοῖς ἀδίκοις, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης ὁμόνοια. οὐ χρὴ οὖν τοῖς ἑτοιμοθανάτοις, καὶ μισανθρώποις, καὶ φιλεγκλήμοσι, καὶ μετὰ προφάσεως θανατοποιοῖς προσέχειν. Ἕτερος γὰρ ὑπὲρ ἑτέρου οὐκ ἀποθανεῖται· ἀλλὰ σειραῖς τῶν ἑαυτοῦ ἁμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται. Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Δεῖ δὲ ἡμᾶς βοηθεῖν τοῖς [4] συνοῦσι καὶ κινδυνεύουσι, καὶ σφαλλομένοις, καὶ ὅσον οἷόν τε τῇ παραινέσει τοῦ λόγου ὑγιάζειν αὐτοὺς, καὶ ῥύεσθαι ἐκ θανάτου. Οὐ χρείαν γὰρ ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Ἐπειδὴ οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν. Οὐ γὰρ τὴν τῶν σκληροκαρδίων ἀνδρῶν βούλησιν ἱστᾶν χρὴ, ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τῶν ὅλων τὴν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Οὐδὲ γὰρ δίκαιον κεφαλὴν ὄντα σε, ὦ ἐπίσκοπε, οὐρᾷ προσέχειν, τουτέστι λαϊκῷ στασιώδει ἀνθρώπῳ, εἰς ἑτέρου ἀπώλειαν, ἀλλὰ Θεῷ μόνῳ. ἄρχειν γάρ σε χρὴ τῶν ὑπηκόων, οὐ μὲν καὶ ὑπ' αὐτῶν ἄρχεσθαι· οὔτε γὰρ υἱὸς ἄρχει πατρὸς, κατὰ τὸν τῆς γενέσεως λόγον, οὔτε δοῦλος τοῦ κυρίου αὐτοῦ, κατὰ τὸν τῆς ἐξουσίας, οὔτε μαθητὴς διδασκάλου, οὔτε στρατιώτης βασιλέως, οὔτε μὲν λαϊκὸς ἐπισκόπου. περὶ γὰρ τοῦ μὴ δο-

A *in ea fulcimentum panis; & immittam in eam famem, & delebo de ea hominem & jumentum. Et si fuerint tres viri in medio ejus, Noe, & Job, & Daniel; ipsi in sua justitia servabunt animas suas, ait Adonai Dominus.* Apertissime declaravit Scriptura, justum cum injusto conversantem, una cum eo non interire. Siquidem in hoc mundo justi & injusti simul congregantur, vitæ communitate, non etiam sanctitatis: qua in caussa amici Dei non peccant, quin immo [a] *patrem suum qui in cœlis est* imitantur, *qui solem suum oriri facit super justos & injustos, &* imbrem suum *pluit super malos & bonos*. Neque ullum inde periculum viro justo: nam in stadio victores victis sunt
B permisti; at in coronæ donatione soli adstant qui fortiter pugnaverunt, nec quisquam coronatur, nisi [b] qui legitime certaverit. Unusquisque de se ipso confitebitur ac respondebit, neque justum cum injusto Deus perdet; quandoquidem apud eum quidquid culpæ non est obnoxium, nec ultioni subjectum est. Neque enim Noem demersit, neque Lotum incendit, neque Raabam patriæ excidio comprehendit: & si libet nostra quoque cognoscere, Judas sodalis noster fortem ministerii nobiscum communem accepit, & Simon Magus baptismo Domini signatus fuit; verum cum uterque pravus exstitisset, ille quidem laqueo se suspendit, hic vero præter hominum naturam volitans, gravi casu fractus est. Ad
C hæc, Arca Noem & filios ejus complectebatur: sed solus Chamus nequam repertus, in filio pœnas dedit. Quod si patres pro filiis non puniuntur, neque filii pro patribus; liquet quod neque uxores pro maritis, neque famuli pro dominis, neque cognati pro cognatis, neque amici pro amicis, neque justi pro injustis; & quod singuli de suis operibus examinabuntur. Nam a Noe pro mundo pœnæ non sunt exactæ, nec Lotus pro Sodomis incendio conflagravit, nec Raaba pro Hierichuntinis jugulata est, nec Israelitæ pro Ægyptiis *submersi sunt*. Contubernium enim justos injustorum damnationi non involvit, sed unanimitas. Igitur attendere non debemus istis hominibus, ad cædem semper prom-
D tis, humanitatis osoribus, criminationis studiosis, & qui cum prætextu mortem inferunt. Alter pro altero non moritur, sed [c] *funibus suorum peccatorum unusquisque constringitur.* Et [d] *Ecce homo, & opus ejus ante faciem illius.* Nos autem oportet nostris infirmis & periclitantibus & deceptis opem ferre; & quoad fieri potest, sermonis exhortatione sanare eos, atque a morte eripere. [e] *Non* enim *opus habent medico, qui valent, sed qui male habent.* Quandoquidem [f] *non est voluntas coram Patre, ut pereat unus de pusillis.* Non enim perpendendum est, quæ stet hominum immiti corde sententia, sed quæ Dei & Patris omnium rerum, quæ est per Jesum Christum Dominum nostrum;
E cui gloria in sæcula. Amen. Neque etiam æquum est, o Episcope, ut tu [g] qui caput es, assentiaris caudæ, hoc est, Laico, homini seditioso, idque in alterius perniciem; sed Deo soli. Nam oportet te subjectos regere, non ab iis regi; cum nec fi-

a Matth. v. 45. *b* II. Tim. II. 5. *c* Prov. v. 22. *d* Isa. LXII. 11. *e* Matth. IX. 12. *f* Matth. XVIII. 14. *g* Leg. Deut. XXVIII. 13. 14.

1. Ἐξομολ.] Anast. ἀπολογήσεται. COT.
2. Εἰς τὸν υἱὸν ἐδέξατο τιμωρίαν.] *In filio pœnas dedit:* Chanaane, Genes. IX. 25. Notavi porro ad marginem, Anastasii Quæstiones carere voculis, εἰς τὸν υἱόν: sed tunc non videram Ms. Codicem valde antiquum & bonum Regiæ Bibliothecæ, in quo scriptum est, εἰς τῶν υἱῶν, quod & videtur legisse Gentianus Hervetus earum Quæstionum Interpres, magisque convenit sensui hujus loci. Postea simili ratione e Scripto, Versione, ac sensu, legendum in Anastasio, ut heic, οὔτε δίκαιοι ὑπὲρ τῶν ἀδίκων. Demum verbo κατεποντίσθη auctiores ac pleniores sunt Quæstiones. IDEM.
3. Αἰγυπτίων] Anast. Αἰγυπτίων κατεποντίσθη. ID.
4. Συνοῦσι.] Forte νοσοῦσι. ID. — Ita sane alter codex Vindob. &c. ut bene conjecit Cotelerius. CLER.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



κεῖν τοὺς πλησιάζοντας ἀδίκοις, [1] τῇ τοῦ λόγου διδαχῇ συμμολύνεσθαι ἢ κοινωνεῖν ταῖς ἁμαρτίαις, ὁ Ἰεζεκιὴλ ἐκκόπτων τὴν τῶν κακοήθων ὑπόνοιαν λέγει· Τί ὑμεῖς λέγετε αὐτοῖς τὴν παραβολὴν ταύτην ἐπὶ γῆς Ἰσραήλ· οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ἡμωδίασαν; ζῶ ἐγὼ λέγει Ἀδωναῒ κύριος, εἰ ἔτι ἔσται ἐν ὑμῖν λεγομένη ἡ παραβολὴ αὕτη ἐν τῷ Ἰσραήλ· ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ ἐμαί εἰσιν· ὃν τρόπον ἡ ψυχὴ τοῦ πατρὸς, οὕτως ἡ ψυχὴ τοῦ υἱοῦ ἐμή ἐστιν· ἡ ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται. ὁ δὲ ἄνθρωπος, ὃς ἔσται δίκαιος, ποιῶν κρίμα καὶ δικαιοσύνην· καὶ ἑξῆς ἐπιλέγων τὰς λοιπὰς ἀρετὰς, ἐπισφραγίζεται λέγων· Ὁ τοιοῦτος δίκαιος ὑπάρχει· ζωῇ ζήσεται· λέγει Ἀδωναῒ κύριος. καὶ ἐὰν γεννήσῃ υἱὸν λοιμὸν, ἐκχέοντα αἷμα, ἐν τῇ ὁδῷ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ δικαίου οὐκ ἐπορεύθη· καὶ ἐπαγαγὼν τὰ ἑξῆς, ἐπάγει τοῖς τελευταίοις· Ζωῇ οὐ ζήσεται· πάσας τὰς ἀνομίας ταύτας ἐποίησε, θανάτῳ ἀποθανεῖται· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἔσται, καὶ [2] ἐρεῖται· ὅτι οὐκ ἔλαβεν ὁ υἱὸς τὴν ἀδικίαν τοῦ πατρὸς, ἢ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, δικαιοσύνην καὶ ἔλεος πεποιηκώς; καὶ ἐρεῖς αὐτοῖς· ἡ ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται· υἱὸς οὐ λήψεται ἀδικίαν πατρὸς, καὶ πατὴρ οὐ λήψεται ἀδικίαν υἱοῦ· δικαιοσύνη δικαίου ἐπ' αὐτὸν ἔσται, καὶ ἀνομία ἀνόμου ἐπ' αὐτὸν ἔσται. Καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· Ἐν τῷ ἀποστρέψαι δίκαιον ἐκ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, καὶ ποιήσει ἀδικίαν, πᾶσαι αἱ δικαιοσύναι αὐτοῦ, κατὰ πάσας τὰς ἀνομίας αὐτοῦ, ἃς ἐποίησεν, οὐ μὴ μνησθῶσιν· ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτοῦ ᾗ ἠδίκησεν, καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ ᾗ ἥμαρτεν, ἐν αὐτῇ ἀποθανεῖται. Καὶ μετ' ὀλίγα ἐπάγει· Ἐν τῷ ἀποστρέψαι ἄνομον ἀπὸ τῆς ἀνομίας αὐτοῦ ἧς ἐποίησε, καὶ ποιήσει κρίμα καὶ δικαιοσύνην, οὗτος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐφύλαξε, καὶ ἀπέστρεψεν ἀπὸ πασῶν τῶν ἀσεβειῶν αὐτοῦ ὧν ἐποίησε, ζωῇ ζήσεται, καὶ οὐκ ἀποθανεῖται. Καὶ ἑξῆς· Ἕκαστον κατὰ τὰς ὁδοὺς ὑμῶν κρινῶ ὑμᾶς, οἶκος Ἰσραήλ, λέγει Ἀδωναῒ κύριος.

A lius imperet patri secundum rationem ortus; nec servus domino suo respectu potestatis, nec discipulus magistro, nec miles imperatori; nec ergo Laicus Episcopo. Ceterum ne existimetur, eos qui improbos frequentant, sermonis eorum documentis coinquinari, vel peccata eorum participare; Ezechiel præcidens hanc morosorum hominum suspicionem ait [a]: *Quare inter vos dicitis parabolam hanc in terra Israel; patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt? Vivo ego, dicit Adonai Dominus, si ultra in vobis erit, ut dicatur parabola hæc in Israele: quia omnes animæ meæ sunt: quo modo anima patris, ita anima filii mea est: anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* B *Homo autem qui fuerit justus, qui fecerit judicium & justitiam*; & deinceps reliquis virtutibus additis concludit, dicens [b]: *Hic justus est; vita vivet, ait Adonai Dominus. Quod si genuerit filium pestilentem, effundentem sanguinem; in via patris sui justi non ambulavit*; & sequentia subjungens, postremo subdit [c]: *Vita non vivet: omnes has iniquitates fecit; morte morietur: sanguis ejus super ipsum erit. Et dicitis: Quare non accepit filius iniquitatem patris; aut justitiam ejus, justitiam & misericordiam operatus? Et dices eis; Anima peccans, ipsa morietur: filius non accipiet iniquitatem patris; & pater non accipiet iniquitatem filii: justitia justi super ipsum erit, & ini-* C *quitas iniqui super ipsum erit.* Et paullo post [d]: *Cum* inquit, *averterit se justus a justitia sua, & fecerit iniquitatem: omnes justitiæ ejus, secundum omnes iniquitates quas fecit, non memorabuntur: in iniquitate sua qua inique egit, & in peccato suo quod peccavit, in ipsis morietur.* Et post pauca verba, adjicit [e]: *Cum averterit se iniquus ab iniquitate sua quam fecit, & fecerit judicium & justitiam; hic animam suam servavit, & avertit se ab omnibus impietatibus suis quas fecit; vita vivet, & non morietur.* Et infra [f]: *Unumquemque juxta vias vestras judicabo vos, domus Israel, dicit Adonai Dominus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Ὅτι χρὴ τὸν ἱερέα μήποτε παρορᾶν τὰ ἁμαρτήματα, μήτε πρόχειρον εἶναι ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι.

ΟΡᾶτε, τέκνα ἡμῶν ἠγαπημένα, πῶς εὔσπλαγχνος μετὰ δικαιοσύνης κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ [3] ἀθῳῶν οὐκ ἀθῳώσει τὸν ἔνοχον; καὶ τὸν ἐπιστρέφοντα προσιέμενος καὶ ζωοποιῶν, μὴ καταλιπὼν ὑπονοίας τοῖς ἀπηνῶς βουλομένοις κρίνειν, καὶ τέλεον ἀποστρέφεσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ μὴ κοινονεῖν αὐτοῖς λόγων παρακλητικῶν πρὸς μετάνοιαν ἐναγαγεῖν δυναμένων· οἷς ἐκ τῶν ἐναντίων ὁ Θεὸς διὰ Ἠσαΐου λέγει πρὸς τοὺς ἐπισκό-

D

CAPUT XV.

Quod Sacerdos nec peccata negligere debeat, nec promtus esse ad vindictam.

VIdete, filii nostri carissimi, quo pacto Dominus Deus noster, cum justitia misericors est, bonus & hominum amans: [g] *& absolvens non absolvet reum*; conversum admittens & vivificans, non relinquens suspicionis locum iis qui capiunt inclementer judicare, & peccatores omnino aversari, nec cum eis communicare vel in sermonibus hortativis & consolatoriis, quibus possent adduci ad pœnitentiam: contra quos Deus per Esaiam ait

a Ezech. XVIII. 2-5. *b* Ibid. ℣. 9. 10. *c* Ibid. 13. 19. 20. *d* Ibid. ℣. 24. *e* Ibid. ℣. 27. *f* Ibid. ℣. 30. *g* Nah. I. 3. Exod. XXXIV. 7. apud LXX.

1. Τῇ τοῦ λόγου διδαχῇ.] Potest quoque referri ad præcedentia, τοὺς πλησιάζοντας ἀδίκοις, ponendo virgulam post διδαχῇ, ut significetur, quod justi qui iniquis familiariter utuntur, quo eos in pietatis officiis instruant; non inquinentur cum illis, nec peccata eorum participent. Atque ea interpretatio nunc magis placet, ob ea quæ paullo ante ponuntur sic; δεῖ δὲ ὑμᾶς βοηθεῖν τοῖς νοσοῦσι, aut, ut legunt Interpretes, νοσοῦσι, καὶ κινδυνεύουσι καὶ σφαλλομένοις, καὶ ὅσον οἷόν τε τῇ παραινέσει τοῦ λόγου ὑγιάζειν αὐτούς. Cot.

2. Ἐρεῖται] Forte ἐρεῖτε. Id.

3. Καὶ ἀθῳῶν οὐκ ἀθῳώσει τὸν ἔνοχον.] Verba Hebraica Exod. XXXIV. 7. Nah. I. 3. ונקה לא ינקה *& absolvendo non absolvet*, Græci reddiderunt, priori loco ex sensu, καὶ οὐ καθαριεῖ τὸν ἔνοχον, altero ad verbum, καὶ ἀθῳῶν οὐκ E ἀθῳώσει. Quam utramque versionem conjunxit Noster. Scio Bovium & Turrianum Constitutionum Interpretes legisse ἀθῷον, atque ita impressum esse in editione Græco-Latina. Scio quoque eam scripturam confirmari editionibus LXX. & Commentario S. Hieronymi, licet in eo perperam & contra mentem magni Doctoris excudatur, καὶ ἀθῳῶν οὐκ ἀθῳώσει, atque *Et nocentem non faciens innocentem*, pro καὶ ἀθῷον, proque *Et innocentem*. Verum in Constitutionibus sensus exigit ἀθῳῶν, idque editio Græca repræsentat: in testimonio autem Nahumi ἀθῳῶν servant Cyrillus (si bene legatur) & Theodoritus, nec non Codex Regius 229. qui sedecim Prophetas una cum diversorum Græcorum Interpretatione complectitur; ut nihil dicam de Ms. Alexandrino, & aliis: a Theophylacto vero utraque lectio proponitur, ac explicatur. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

πους · Παρακαλεῖτε, παρακαλεῖτε τὸν λαόν μου ἱερεῖς, λαλήσατε εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ. Χρὴ οὖν ὑμᾶς αὐτοῦ ἀκούοντας, παρακαλεῖν τοὺς ἡμαρτηκότας, καὶ πρὸς μετάνοιαν παρορμᾷν, καὶ δ᾽ἐλπίδας ποιεῖν, καὶ μὴ ὑπονοεῖν, ὡς κοινωνοὺς γινομένους τῶν πλημμεληθέντων αὐτοῖς, ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτοὺς ἀγάπης. ἀσμένως δὲ τοὺς μετανοοῦντας προσδέχεσθε, χαίροντες ἐπ᾽ αὐτοῖς, μετὰ ἐλέους καὶ οἰκτιρμῶν κρίνοντες τοὺς ἁμαρτάνοντας. ἐὰν γὰρ τὸν παρὰ ποταμὸν βαδίζοντα καὶ μέλλοντα ὀλισθαίνειν κεραίαις ὤσας εἰς τὸν ποταμὸν ἐμβάλῃς ἀντὶ τοῦ χεῖρα μᾶλλον ὀρέξαι, ἐφόνευσάς σου τὸν ἀδελφόν. δέον μᾶλλον τῷ ὀλισθαίνοντι ἐπιδοῦναι δεξιὰν, ἵνα μὴ τελείως ἀπόληται, ὅπως καὶ ὁ λαὸς νουθετῆται, καὶ ὁ ἁμαρτήσας μὴ κατὰ πᾶν ἀπόληται. B δεῖ δέ σε, ὦ ἐπίσκοπε, μήτε παρορᾷν τὰ ἁμαρτήματα τοῦ λαοῦ, μήτε τοὺς μετανοοῦντας ἀποστρέφεσθαι, ὅπως μὴ διαφθείρῃς, ὡς ἄπειρος, τὸ ποίμνιον κυρίου, καὶ φαυλίσῃς αὐτοῦ τὸ ὄνομα τὸ καινὸν τὸ εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐπιτεθὲν, καὶ ὀνειδισθήσῃ, καθάπερ καὶ οἱ παλαιοὶ ποιμένες, περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ Θεὸς τῷ Ἱερεμίᾳ · Ποιμένες πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου, ἐμόλυναν τὴν κληρονομίαν μου. Καὶ ἐν ἄλλοις · Ἐπὶ τοὺς ποιμένας παρωξύνθη ὁ θυμός μου, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀμνοὺς ὀργισθήσομαι. Καὶ ἐν ἑτέροις · Ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς οἱ φαυλίζοντες τὸ ὄνομά μου.

A Episcopis : [a] *Consolamini, consolamini populum meum sacerdotes, loquimini ad cor Hierosolymæ.* Vos igitur oportet, Prophetam audientes, consolari & adhortari peccatores, ad pœnitentiam impellere, & ad optimam spem adducere; non autem suspicari quod per caritatem erga eos, peccatis eorum participabitis. Libenter ergo pœnitentes suscipite, de eorum conversione læti; peccatores cum misericordia & miserationibus judicate. Si enim ambulantem juxta flumen & labascentem, furcillis propellas ac in amnem dejicias, cum potius manum porrigere debuisses; fratrem tuum interemisti. Præstat itaque labanti, dexteram tradere, ne funditus intereat; ut & populus admoneatur, & peccator B non omnino pereat. Oportet autem te, Episcope, neque peccata populi negligere, neque pœnitentes fastidire; ne tamquam imperitus, Domini ovile disperdas, nomenque Christi novum quod populo illius impositum est, vile habeas, & ipse feras opprobrium, quemadmodum veteres illi pastores, de quibus Deus dicebat Jeremiæ [b]: *Pastores multi destruxerunt vineam meam, polluerunt hereditatem meam.* Et alibi [c]: *Super pastores concitatus est furor meus, & super agnos irascar.* Et alias [d]: *Vos sacerdotes, qui despicitis nomen meum.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ΄.

C

Περὶ μετανοίας, καὶ τίς αὐτῆς ὁ τρόπος, καὶ ὅπως κατορθοῦται.

Ἰδὼν δὲ σὺ τὸν ἡμαρτηκότα, πικρανθεὶς κέλευσον αὐτὸν ἔξω βληθῆναι, καὶ [1] ἐξελθόντι αὐτῷ πικρανέσθωσαν οἱ διάκονοι, καὶ ἐπιζητοῦντες κατεσχέτωσαν αὐτὸν ἔξω τῆς ἐκκλησίας, καὶ εἰσελθόντες ὑπὲρ αὐτοῦ σε ἐρωτάτωσαν. καὶ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων ὁ σωτὴρ τὸν πατέρα ἠξίου, ὡς γέγραπται ἐν τῷ εὐαγγελίῳ · Πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασιν ὃ ποιοῦσι. Τότε σὺ κελεύσεις εἰσελθεῖν αὐτὸν, καὶ ἀνακρίνας εἰ μετανοεῖ, καὶ ἄξιός ἐστιν εἰς ἐκκλησίαν ὅλως παραδεχθῆναι, στιβώσας αὐτὸν [2] ἡμέρας νηστειῶν κατὰ τὸ ἁμάρτημα, ἑβδομάδας δύο, ἢ D τρεῖς, ἢ πέντε, ἢ ἑπτὰ, οὕτως αὐτὸν ἀπόλυσον, εἰπὼν αὐτῷ ὅσα ἁρμόζει ἡμαρτηκότι εἰς νουθεσίαν ἐπιπλήσσοντα διδάσκειν καὶ παραινεῖν, ὅπως μείνῃ παρ᾽ ἑαυτῷ ταπεινοφρονῶν, καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ τυχεῖν αὐτοῦ εὐμενοῦς, καὶ [3] λέγειν · Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃ, κύριε, κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρά σοι ὁ ἱλασμός ἐστι. Τοιοῦτον γάρ τι ὑπεμφαίνει καὶ τὸ ἐν τῇ γενέσει εἰρημένον τῷ Κάϊν · Ἥμαρτες; ἡσύχασον · τουτέστι, μὴ προσθῇς. Ὅτι γὰρ τὸν ἁμαρτήσαντα δεῖ ὑπὲρ τοῦ οἰκείου πλημμελήματος αἰσχύνεσθαι, ἱκανὸν τὸ λόγιον τῷ Μωσεῖ ὑπὲρ Μαρίας εἰρημένον, ἡνίκα ἠξίου ἀφεθῆναι αὐτῇ. φησὶ γὰρ αὐτῷ ὁ Θεός · Εἰ ὁ πατὴρ αὐτῆς πτύων ἐνέπτυσεν εἰς

CAPUT XVI.

De pœnitentia, & quis illius modus, & quo pacto peragatur.

CUm videris aliquem deliquisse, acerbe ferens jube eum ejici foras; quo exeunte Diaconi moleste etiam ferant, & inquisitum detineant extra Ecclesiam; posteaque ingressi, pro ipso rogent te. Etenim Salvator pro peccatoribus Patrem oravit, ut in Evangelio scriptum est [e]: *Pater dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt.* Tunc jubebis eum intrare: & examine facto, an ducatur pœnitentia, dignusque sit qui in Ecclesiam omnino admittatur; afflictum jejuniis per dies hebdomada- D rum aut duarum, aut trium, aut quinque, aut septem, pro ratione delicti; ita illum dimittes, ea locutus quæ a castigatore salubriter doceri ac moneri convenit peccatorem; quo apud se humiliter maneat, Deum, ut sit sibi propitius, deprecans, ac dicens [f]: *Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? Quoniam apud te propitiatio est.* Nam tale quid innuit illud quoque, quod in Genesi Caino dictum est [g]: *Peccasti? Quiesce*: id est, ne pergas peccare. Quod enim eum qui deliquit, pudere errati proprii oporteat, satis demonstrat oraculum illud Mosi in caussa Mariæ datum, cum ut huic condonaretur, ille oraret. Ait enim Deus illi [h]: *Si pater ejus spuens*

a Isa. XL. 1. *b* Jer. XII. 10. *c* Zach. X. 3. *d* Mal. I. 6. *e* Luc. XXIII. 34. *f* Psal. CXXIX. 3. *g* Gen. IV. 7. apud LXX. *h* Num. XII. 14.

1. Ἐξελθόντι αὐτῷ] Al. ἐξελθόντος αὐτοῦ. Cot.

2. *Ἡμέρας νηστειῶν κατὰ τὸ ἁμάρτημα, ἑβδομάδας δύο, ἢ τρεῖς, ἢ πέντε, ἢ ἑπτά.*] Ajunt viri eruditi, ac pluribus documentis aggrediuntur demonstrare, ante Montani Hæresim, non diu exclusos fuisse a communione Ecclesiastica peccatores pœnitentes; per tempora autem inter Montanum ac Novatum media, crevisse severitatem; non tamen adeo, ut veniæ mora biennium umquam excederet. Nec ego contra tendo. Tantum dico, quod fidem non superet, hac quoque in parte variasse disciplinam. Quis enim putet, omnes eos qui semel dumtaxat pœnitentiam suscipi permittebant, breve tempus definivisse ad satisfaciendum Deo pro plurimis etiam ac gravissimis delictis? Præterea Victorinus Commentario in Apocalypsim, nescio unde mutuatus, Nicolaitis hunc errorem tribuit, *Ut quicum-* E *que fornicatus esset, octava die pacem acciperet.* Plures denique illi Episcopi, ad quos S. Cyprianus destinat Epistolam 153. dubitabant, in caussa favorabili trium lapsorum, qui cum nomen Domini fuissent confessi, & carcerem, minas, ac multa diutina, repetitaque tormenta, pro fide in Christum pertulissent, tandem diritate cruciatuum subacti, de gradu gloriæ deciderant, atque ab eo tempore per triennium a pœnitentia agenda non cessaverant; dubitabant, inquam, utrum fas esset, eos lapsos ad communionem admittere, insuperque volebant ea de quæstione Concilium Episcoporum agitari; non dispari vigore, atque conspicitur postea in Canonibus Synodi Ancyranæ ac Petri Alexandrini. Vide infra ad Canonem Apostolicum 17. seu 24. Id.

3. Λέγειν] Forte λέγων. Id.

τὸ πρόσωπον αὐτῆς, οὐκ ἐνετράπη; ἑπτὰ ἡμέρας ἀφορισθήτω ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελεύσεται. Οὕτως οὖν καὶ ἡμᾶς δέον ἐστὶ ποιεῖν, τοὺς ἐφ᾽ ἁμαρτίαις λέγοντας μετανοεῖν, ἀφορίζειν χρόνον ὡρισμένον κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ ἁμαρτήματος, ἔπειτα μετανοοῦντας προσλαμβάνεσθαι, [1] ὡς πατέρες υἱούς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ'.

Ὅτι ἀνεπίληπτον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τύπον τῶν ἀρχομένων.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος αὐτὸς ἐν προσκόμματι ὑπάρχει, πῶς ἔτι ἐπεξέλθοι ἐκζητῆσαι ἀδίκημά τινος, ἢ ἐπιτιμῆσαί τινι, διὰ προσωποληψίαν, ἢ διὰ δωροληψίαν, ἢ αὐτὸς, ἢ οἱ διάκονοι, οὐχ ὑπάρχοντες ἀσυνείδητοι; ὅταν γὰρ ὁ ἄρχων αἰτῇ, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνῃ, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρίσις. Κοινωνοὶ δὲ κλεπτῶν καὶ κρίσει χηρῶν οὐ προσέχοντες, οὐ δυνήσονται οἱ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον συνεπιμαχεῖν τῷ ἐπισκόπῳ· ἐροῦσι γὰρ αὐτῷ τὸ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γεγραμμένον· Τί βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς; Εὐλαβείσθω οὖν ὁ ἐπίσκοπος, σὺν τοῖς διακόνοις αὐτοῦ, ἀκοῦσαι ῥῆμά τι τοιοῦτον· τουτέστι, μὴ διδότω ἀφορμήν. ὁ γὰρ ἁμαρτάνων ἐπὰν ἴδῃ τινὰ ὅμοια αὐτῷ δρῶντα, οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ τὰ αὐτὰ ποιεῖν· εἶτα ὁ πονηρὸς δι᾽ ἑνὸς ἀφορμὴν λαβὼν, εἰς ἑτέρους ἐνεργεῖ· ὃ μὴ γένοιτο· καὶ οὕτως διαστραφήσεται τὸ ποίμνιον· πλειόνων γὰρ ὄντων τῶν ἁμαρτανόντων, πλείων ἔσται καὶ ἡ δι᾽ αὐτῶν ἐπιτελουμένη κακία. ἁμαρτία γὰρ ἀνέλεγκτος, χείρων ἑαυτῆς γίνεται, καὶ εἰς ἄλλους τὴν [2] διανομὴν λαμβάνει, ἐπεὶ καὶ ζύμη μικρὰ [3] πλήρωμα φυράματος [4] δολοῖ, καὶ εἷς κλέπτης εἰς ὅλον ἔθνος τὸ [5] μῦσος ἐπήγαγε, καὶ μυῖαι θανοῦσαι σαπροῦσι σκευασίαν ἡδύσματος ἐλαίου, καὶ βασιλέως ὑπακούοντος λόγον ἄδικον, πάντες οἱ ὑπ᾽ αὐτὸν ὑπηρέται παράνομοι· οὕτω καὶ πρόβατον ψωραλέον μεταδίδωσιν ἑτέροις τῆς νόσου, μὴ χωρισθὲν τῶν ὑγιεινῶν προβάτων, καὶ ἄνθρωπος λοιμώσσων πολλοῖς [6] φυλακταῖος, καὶ κύων λύσσῃ συσχεθεὶς ἐπικίνδυνος παντὶ, ᾧ δ᾽ ἂν προσάψῃ. ἐὰν οὖν καὶ ἄνθρωπον παράνομον μὴ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ χωρίσωμεν, ποιήσομεν τὸν οἶκον κυρίου σπήλαιον λῃστῶν. δεῖ γὰρ ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων μὴ παρασιωπᾷν, ἀλλ᾽ ἐλέγχειν, νουθετεῖν, ὑποπιέζειν, στιβοῦν νηστείαις, ὅπως καὶ τοῖς ἑτέροις εὐλάβειαν ἐμποιήσῃ. Εὐλαβεῖς γάρ φησιν ποιήσατε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Χρὴ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τῶν ἁμαρτιῶν κωλυτὴν διὰ τῆς νουθεσίας γίνεσθαι, καὶ τῆς δικαιοσύνης σκοπὸν, καὶ τῶν ἡτοιμασμένων ὑπὸ Θεοῦ ἀγαθῶν κήρυκα, καὶ τῆς μελλούσης ὀργῆς ἐν τῇ κρίσει διαγγελτῆρα· ὅπως μὴ καταφρονήσας τῆς τοῦ Θεοῦ φυτουργίας, ἀκούσῃ διὰ ἀμέλειαν τὸ ἐν τῷ Ὡσηὲ εἰρημένον· Ἵνα τί παρεσιωπήσατε ἀσέβειαν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἐτρυγήσατε;

A *spuisset in faciem illius, nonne erubuisset? Septem diebus segregetur extra castra, & postea ingredietur.* Sic ergo & nos necesse est facere, nimirum, eos qui se de peccato agere pœnitentiam profitentur, per tempus proportione delicti definitum segregare; postea pœnitentes suscipere, tamquam patres filios.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

CAPUT XVII.

Episcopum debere esse irreprehensibilem, ut pote formam subjectorum.

B Si vero Episcopus ipse quid offenderit, quo modo adhuc audebit in alterius crimen inquirere, aut aliquem increpare; si aut ipse, aut Diaconi in acceptione personæ vel muneris, conscientiam senserint accusatricem? Quando enim magistratus petit, & judex accipit, judicium non deducitur ad finem: [a] *Participes* autem *furum, & judicio viduarum non attendentes* qui sub Episcopo sunt, ei non poterunt in oppugnandis vitiis auxiliari: nam dicent Episcopo quod in Evangelio scriptum est: [b] *Quid vides festucam in oculo fratris tui; trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras?* Vereatur ergo Episcopus cum Diaconis suis, ut aliquod ejusmodi verbum audiat: hoc est, non præbeat occasionem. Siquidem peccator, cum C viderit aliquem sibi operibus similem, ad eadem perpetranda confirmabitur: ita improbus per unum hominem sumto prætextu, in alios operatur; quod absit! sicque pervertetur ovile; & quo plures erunt delinquentes, eo major exsistet per ipsos commissa nequitia. Delictum quippe non reprehensum, se ipso deterius fit, & in ceteros grassatur; quoniam [c] *modicum fermentum totam massam corrumpit*; & fur unus universam nationem infamat; & [d] *muscæ mortuæ putrefaciunt compositionem unguenti aromatici*; cumque [e] *rex sermoni iniquo aurem præbet, omnes illius ministri iniqui sunt*: sic ovis scabiosa, nisi a sanis separetur, morbum suum cum illis communicat; & homo peste laborans, D pluribus formidabilis est; & canis rabie possessus, omnibus quos attigerit periculum creat. Si ergo hominem nequam ab Ecclesia Dei non separemus, ex domo Dei faciemus [f] *speluncam latronum*. Non enim oportet peccatores conniventia ac silentio præterire; quin immo arguere, monere, comprimere, jejuniis macerare; quo ceteri ad sibi cavendum inducantur. [g] *Cautos* enim, inquit, *facite filios Israelis*. Decet quippe Episcopum delictorum propulsatorem per admonitionem effici, justitiæ speculatorem, bonorum a Deo præparatorum præconem, & futuræ in judicio iræ denunciatorem; ne contemta Dei plantatione audiat, propter negligentiam, quod apud Oseam dictum est: [h] *Quid reti-* E *cuistis impietatem, & fructum illius vindemiastis?*

a Isa. I. 23. *b* Luc. VI. 41. *c* Gal. V. 9. *d* Eccle. X. 1. *e* Prov. XXIX. 12. *f* Matth. XXI. 13. *g* Lev. XV. 31. *h* Os. X. 13. juxta LXX.

1. Ὡς πατέρες υἱούς. Al. πατέρας.] Corrigere autem oportet etiam ex Mss. ac ex Niconis ἀνεκδότοις Collectaneis serm. 52. vitium lectionis in Anastasianis Quæstionibus, [illegible] cui originem dedit abbreviata scriptura. COT.

2. Διανομὴν λαμβάνει.] Alter, ἡ νομὴ ἕρπει, *depastio serpit*. Νομὴ est ulceris virulentia, qua fit ut depascatur vicinam carnem, serpendo quaqua versus, ἀπὸ τοῦ νέμεσθαι [illegible]. Itaque εἰς ἀλλήλους νομὴ ἕρπει est *virus serpit vicissim*; hoc est, alios alii vitiis suis inficiunt. CLER.

3. Πλήρωμα φυράματος δολοῖ.] Tolle e libris Anastasii, verba, quæ a margine in textum irrepsere, quæque etiam absunt a Mss. suntque Apostoli I. Corinth. V. 6. & Gal. V. 9. ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. Pari modo iidem Codices Regii postea melius habent, χωρισθὲν, ut Constitutiones. Qui autem sequitur in Anastasio, Salomonis locus, ex parte petitus est e Constitutionum lib. 2. cap. 9. Reliqua vero omnia Anastasiana, non inveni in nostris Diataxibus.

4. Δολοῖ] Anast. Quæst. 60. ζυμοῖ.

5. Τὸ μῦσος.] Addit alter Cod. τολμήσας. Verte: *in totam gentem scelus inducit*; hoc est, eam ad latrocinandum exemplo pellicit. CLER.

6. Φυλ.] Anast. φυλακτέος.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη.

Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον φροντίζειν, ὅπως ὁ λαὸς μὴ πλημμελῇ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν σκοπόν.

ΠΑντων οὖν φροντιζέτω ὁ ἐπίσκοπος, καὶ τῶν μὴ ἡμαρτηκότων, ἵνα μείνωσιν ἀναμάρτητοι, καὶ τῶν ἁμαρτανόντων, ἵνα μετανοῶσι. Λέγει γὰρ ὁ κύριος πρὸς ὑμᾶς· Ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων. Καὶ τοῖς μετανοοῦσιν ἄφεσιν διδόναι χρή. ἅμα γὰρ τῷ εἰπεῖν τινα τῶν πλημμελησάντων γνησίᾳ διαθέσει· Ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ· ἀποκρίνεται τὸ ἅγιον πνεῦμα· Καὶ κύριος ἀφῆκέ σοι τὴν ἁμαρτίαν· θάρσει, οὐ μὴ ἀποθάνῃς. B Γνώριζε οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, τὸ ἀξίωμά σου, ὅτι ὡς τοῦ δεσμεῖν ἐκληρώσω τὴν ἐξουσίαν, οὕτω καὶ τοῦ λύειν. ἐξουσίαν οὖν ἔχων τοῦ λύειν, γνώριζε σεαυτὸν, καὶ ἀξίως τοῦ τόπου σου ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἀναστρέφου, εἰδὼς ὅτι πλείονα αὐτὸς ἀπαιτηθήσῃ τὸν λόγον. ᾧ γάρ φησι, παρέθεντο πολὺ, περισσότερον ἀπαιτήσουσι παρ' αὐτοῦ. Ἀναμάρτητος μὲν γὰρ ἀνθρώπων οὐδεὶς παρὲξ τοῦ γενομένου δι' ἡμᾶς ἀνθρώπου. ἐπεὶ γέγραπται· Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ. [1] Διὰ τοῦτο καὶ τῶν προγεγενημένων δικαίων τε καὶ πατριαρχῶν οἱ βίοι καὶ αἱ ἀναστροφαὶ ἀνεγράφησαν· οὐχ ἵνα ἐκείνους ὀνειδίζωμεν ἀναγινώσκοντες, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς μετανοῶμεν, καὶ εὐέλπιδες γενώμεθα ὡς ἀφέσεως τευξόμενοι. C τὰ γὰρ ἐκείνων ῥύπη, ἡμετέρα ἀσφάλεια καὶ παραίνεσις, ὅτι καὶ ἡμεῖς ἁμαρτήσαντες, ἐὰν μετανοήσωμεν, συγγνώμην ἕξομεν· ἐπεὶ γέγραπται· Τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν, ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; Οὐδεὶς οὖν ἀναμάρτητος. σὺ οὖν κατὰ δύναμιν, σπούδαζε ἀνεπίληπτος εἶναι· καὶ περὶ πάντων μερίμνα, μὴ διά σέ τις σκανδαλισθεὶς ἀπόληται. ὁ γὰρ λαϊκὸς περὶ ἑαυτοῦ μόνου μεριμνᾷ, σὺ δὲ περὶ πάντων, ὡς πλεῖον ἔχων βάρος, καὶ μεῖζον βαστάζων φορτίον. γέγραπται γάρ· Καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν· σὺ καὶ Ἀαρὼν λήψεσθε ἁμαρτίας τῆς ἱερατείας. Ὡς περὶ πλειόνων οὖν ἀπολογούμενος, περὶ πάντων φρόντιζε· καὶ τοὺς μὲν ὑγιεῖς, συντήρει· D τοὺς δὲ ἡμαρτηκότας, νουθέτει, καὶ ἐπιβῶν ἐν τῇ νηστείᾳ, ἐν τῇ ἀφέσει ἐλάφρυνον [2] καὶ προσκλαύσαντα εἰσδέχου, πάσης τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένης, καὶ χειροθετήσας αὐτὸν, ἔα λοιπὸν εἶναι ἐν τῷ ποιμνίῳ. τοὺς δὲ ὑπνώδεις καὶ παρειμένους ἐπίστρεφε, ὑποστήριζε, παρακάλει, θεράπευε, ἐπιστάμενος ἡλίκον μισθὸν ἔχεις τοῦτα ἐπιτελῶν, ὥσπερ οὖν καὶ κίνδυνον ἐὰν ἀμελήσῃς τούτων. λέγει γὰρ πρὸς τοὺς ἀμελοῦντας τοῦ λαοῦ ἐπισκόπους Ἰεζεκιήλ· Οὐαὶ τοῖς ποιμέσι τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐποίμαινον ἑαυτούς. οὐ τὰ πρόβατα ποιμαίνουσιν οἱ ποιμένες, ἀλλ' ἑαυτοὺς, τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε, τὸ ἰσχυρὸν σφάζετε, τὰ πρόβατα οὐ ποιμαίνετε· τὸ ἐνοχλούμενον οὐκ ἐνισχύσατε, καὶ τὸ ἄρρωστον οὐκ E

CAPUT XVIII.

Quod oportet Episcopum curare, ne peccet plebs, quia ipse est speculator.


OMnium itaque curam habeat Episcopus; tum eorum qui non peccarunt, ut tales esse perseverant; tum eorum qui deliquerunt, ut pœnitentia ducantur. Ad vos enim dicit Dominus: [a] *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis*. Pœnitentibus autem venia concedenda est. Nam simul ac peccator quispiam sincero affectu pronuntiavit: [b] *Peccavi Domino*; Spiritus Sanctus respondet: *Et* B *Dominus remisit tibi peccatum; confide, non morieris*. Agnosce igitur, Episcope, dignitatem tuam; quod sicut sortitus es potestatem ligandi, ita & solvendi. Quocirca potestate absolvendi præditus, cognosce te ipsum, & condignam loco tuo vitam age, non inscius quod majorem reposceris rationem: [c] *Cui enim*, inquit, *commendaverunt multum, plus petent ab eo*. Nullus siquidem hominum expers peccati reperitur, præter eum qui propter nos homo factus est: Scriptura dicente: [d] *Nullus mundus a sorde, neque si unus dies vita illius*. Propter hoc justorum ac Patriarcharum qui olim floruerunt, actus & mores conscripti sunt; non quidem ut piis hominibus, dum legimus, vitam exprobremus; sed C ut nos peccatorum nostrorum pœniteat, utque in certam remissionis adipiscendæ spem inducamur. Illorum enim nævi nostra securitas & consolatio sunt, quod nos quoque, si de peccatis nostris egerimus pœnitentiam, venia donabimur; quandoquidem scriptum est: [e] *Quis gloriabitur castum se habere cor; aut quis confidet mundum se esse a peccato?* Nemo igitur absque peccato est. Tu vero, quoad potes, inculpatus esse stude; & de omnibus esto solicitus; ne propter te offensus aliquis pereat. Laicus enim sui tantum curam gerit; tu omnium, ut qui plus oneris habeas & majore pondere graveris. Scriptum namque est: [f] *Et dixit Dominus ad Moysem: Tu & Aaron suscipietis peccata sa-* D *cerdotii*. Quapropter tamquam de pluribus rationem redditurus, curam omnium sustine: ac sanos quidem conserva; eos vero qui peccaverunt, increpa; jejunioque attritos, remissione leva; & ingemiscentem, universa precante pro eo Ecclesia, recipe, manuque imposita, permitte ut deinceps cum grege maneat. At somniculosos & ignavos versa, suffulci, incita, consolare, sana; edoctus quantam mercedem, si feceris hæc, capies; contra vero quantum discrimen, si neglexeris. Nam Episcopos populum parvipendentes hunc in modum alloquitur Ezechiel: [g] *Væ pastoribus Israelis, quia pascebant semet ipsos: pastores non pascunt oves suas, sed seipsos. Lac comeditis, & lanis vesti-* E *mini, quod validum est occiditis; oves non pasci-*

[a] Matth. XVIII. 10. [b] II. Reg. XII. 13. [c] Luc. XII. 48. [d] Job XIV. 4. in LXX. [e] Prov. XX. 9. [f] Num. XVIII. 1. [g] Ezech. XXXIV. 2-5.

1. *Διὰ τοῦτο καὶ τῶν προγεγενημένων* &c.] Lege, si vacat, quæ in hanc sententiam edisseruntur apud sanctos Patres, Irenæum lib. 4. cap. 45. Chrysostomum Homil. de pœnitentia & oratione tom. 1. Homil. 29. in Genesim tom. 2. Homil. in Psalmum 50. tom. 3. & Augustinum lib. 5. de doctrina Christiana cap. 23. atque libro de natura & gratia cap. 35. COT.

2. *Καὶ προσκλαύσαντα εἰσδέχου, πάσης τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένης.*] Heic, Cap. 16. 61. & lib. 8. cap. 8. multisque in locis Patrum, declaratur mos antiquus, secundum quem is qui innocentiam peccato amissam pœnitentia ductus deflebat, cunctis pro illo Deum ac Antistitem deprecantibus, Ecclesiæ restituebatur a Præsule. Lege ordinaria videlicet. Interdum enim Episcopi utebantur potestate sua; atque aut reluctante populo ad Ecclesiam revertentes admittebant, aut contra plebem pro peccatoribus postulantem recusabant audire. Prioris juris exemplum suppeditat Cyprianus in Epistola 55. ad Cornelium, ante finem, his verbis: *O si posses, frater carissime, istic interesse nobiscum*. Posteriori vero jure cum Lamponiano Presbytero egit Synesius, cujus vide sodes Epistolam 67. Nec omitti debet illustris locus apud Porphyrium de Styge. *ἐξομολογοῦνται ἐπὶ τῶν ἑτέρων εἴ τι ἥμαρτον· καὶ δέησιν ποιοῦνται, ἵνα οἱ λοιποὶ εὔξωνται περὶ αὐτῶν, καὶ νηστεύσωσι χρόνον τινὰ ἱκανόν.* Hoc est, *Confitentur* Indi ad antri ostium *coram aliis, si quid peccati commiserint; rogantque ut reliqui pro ipsis orent, & idoneum quoddam tempus jejunent*. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ἰάσασθε, καὶ τὸ συντετριμμένον οὐ κατεδήσατε, τὸ ἐξωσμένον οὐ κατεπεστρέψατε, καὶ τὸ ἀπολωλὸς οὐκ ἐζητήσατε· καὶ ἐν κράτει ἐπαιδεύσατε αὐτὰ μετὰ ἐμπαιγμοῦ· καὶ διεσπάρησαν παρὰ τὸ μὴ εἶναι ποιμένα, καὶ ἐγένοντο εἰς κατάβρωμα πᾶσι τοῖς θηρίοις τοῦ δρυμοῦ. Καὶ πάλιν· Καὶ οὐκ ἐξεζήτησαν οἱ ποιμένες τὰ πρόβατά μου· καὶ ἐποίμαινον οἱ ποιμένες ἑαυτοὺς, τὰ δὲ πρόβατά μου οὐκ ἐποίμαινον. Καὶ μετ' ὀλίγον· Ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς τοὺς ποιμένας, καὶ ἐκζητήσω ἐγὼ τὰ πρόβατά μου ἐκ χειρὸς αὐτῶν, καὶ καταπαύσω αὐτοὺς τοῦ ποιμαίνειν τὰ πρόβατά μου, καὶ οὐ ποιμανοῦσιν ἔτι οἱ ποιμένες ἑαυτοὺς, καὶ ῥύσομαι τὰ πρόβατά μου ἐκ χειρὸς αὐτῶν, καὶ οὐκ ἔσονται αὐτοῖς εἰς κατάβρωμα. Καὶ ἐπιφέρει καὶ πρὸς τὸν λαὸν λέγων· Ἰδοὺ ἐγὼ κρινῶ ἀνὰ μέσον προβάτου εἰς πρόβατον, καὶ κριὸν πρὸς κριόν. μὴ μικρὸν ἦν ὑμῖν, ὅτι τὴν νομὴν τὴν καλὴν ἐνέμεσθε, καὶ τὰ κατάλοιπα τῆς νομῆς κατεπατεῖτε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ τὰ πρόβατα τὰ πατήματα τῶν ποδῶν ὑμῶν ἤσθιον; Καὶ ἐπιφέρει μετ' ὀλίγα· Καὶ γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ κύριος, καὶ ὑμεῖς πρόβατα τῆς νομῆς μου, ἄνθρωποί μου ἐστὲ, καὶ ἐγὼ Θεὸς ὑμῶν, λέγει Ἀδωναῒ κύριος.

tis: quod infirmum est non roborastis, quod ægrotum non sanastis, quod confractum non alligastis, quod abjectum non reduxistis, & quod perditum non requisistis; & imperiose castigastis eas cum ludibrio: & dispersæ sunt, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in devorationem omnibus bestiis saltus. Et iterum: [a] *Et non quæsierunt pastores oves meas; & pascebant pastores se ipsos, oves autem meas non pascebant.* Et paullo post: [b] *Ecce ego ad pastores; & requiram ego oves meas de manu eorum; & faciam ut cessent pascere oves meas; & non amplius pastores pascent semet ipsos; & liberabo oves meas de manu eorum; & non erunt illis in devorationem.* Et ad populum etiam conversus ait: [c] *Ecce ego judicabo inter ovem ad ovem, & arietem ad arietem. Parumne erat vobis, quia bonam pascuam depascebatis; & reliquias pascuæ conculcabatis pedibus vestris, & oves conculcationes pedum vestrorum comedebant?* Et post pauca subjungit: [d] *Et cognoscetis, quia ego Dominus & vos oves pascuæ meæ; homines mei estis, & ego Deus vester, dicit Adonai Dominus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Ὅτι καὶ ὁ ποιμὴν ἀμελῶς φερόμενος περὶ τὰ πρόβατα, δίκην τίννυσιν, καὶ τὸ πρόβατον μὴ πειθαρχοῦν τῷ ποιμένι, κολάζεται.

Ἀκούσατε οἱ ἐπίσκοποι, καὶ ἀκούσατε οἱ λαϊκοὶ, ὥς φησιν ὁ Θεός· Κρινῶ κριὸν πρὸς κριὸν, καὶ πρόβατον πρὸς πρόβατον· καὶ πρὸς τοὺς ποιμένας λέγει· κριθήσεσθε ἕνεκεν τῆς ἀπειρίας αὐτῶν καὶ τῆς εἰς τὰ πρόβατα διαφθορᾶς· τουτέστιν, ἐπίσκοπον πρὸς ἐπίσκοπον κρινῶ, καὶ λαϊκὸν πρὸς λαϊκὸν, καὶ ἄρχοντα πρὸς ἄρχοντα. λογικὰ γὰρ τὰ πρόβατα, καὶ οἱ κριοὶ οὗτοι, ἀλλ' οὐκ ἄλογα· ἵνα μήποτε εἴπῃ ὁ λαϊκὸς, ὅτι ἐγὼ πρόβατον εἰμὶ, καὶ οὐ ποιμὴν, καὶ οὐδένα λόγον ἐμαυτοῦ πεποίημαι, ἀλλ' ὁ ποιμὴν ὄψεται, καὶ αὐτὸς μόνος εἰσπραχθήσεται τὴν ὑπὲρ ἐμοῦ δίκην. ὥσπερ γὰρ τῷ καλῷ ποιμένι τὸ μὴ ἀκολουθοῦν πρόβατον, λύκοις ἔκκειται εἰς διαφθορὰν, οὕτω τῷ πονηρῷ ποιμένι τὸ ἀκολουθοῦν, πρόδηλον ἔχει τὸν θάνατον, ὅτι κατατρώξεται αὐτό. διὸ φευκτέον ἀπὸ τῶν φθορέων ποιμένων.

CAPUT XIX.

Quod pastor, ovium negligens, pœnas solvat; & ovis non obediens pastori, puniatur.

Audite Episcopi, & audite Laici, quo modo dicit Deus: *Judicabo arietem ad arietem, & ovem ad ovem*; & quo modo pastoribus ait; Judicabimini propter imperitiam vestram, & propter ovium perditionem: hoc est, Episcopum ad Episcopum judicabo, & Laicum ad Laicum, & Principem ad Principem. Rationales enim sunt tam oves, quam arietes, non autem rationis expertes; ne forte Laicus dicat; Ego ovis sum, & non pastor; si nullam mei rationem habui, viderit pastor, is solus pœnas pro me dabit. Nam sicuti ovis quæ bonum pastorem non sequitur, lupis exposita est ad interitum; ita quæ malum pastorem sectatur, mortem vitare nequit; ab eo, scilicet, devorabitur. Quocirca fugiendi sunt perniciosi pastores.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Ὅπως χρὴ τοὺς ἀρχομένους πειθαρχεῖν τοῖς ἄρχουσιν ἐπισκόποις.

Τὸν μέντοι ποιμένα τὸν ἀγαθὸν ὁ λαϊκὸς τιμάτω, ἀγαπάτω, φοβείσθω, ὡς κύριον, ὡς δεσπότην, ὡς ἀρχιερέα Θεοῦ, ὡς διδάσκαλον εὐσεβείας. ὁ γὰρ αὐτοῦ ἀκούων, Χριστοῦ ἀκούει, καὶ ὁ αὐτὸν ἀθετῶν, Χριστὸν ἀθετεῖ, καὶ ὁ τὸν Χριστὸν μὴ δεχόμενος, οὐ δέχεται τὸν αὐτοῦ Θεὸν καὶ πατέρα. Ὁ ὑμῶν γάρ φησιν, ἀκούων, ἐμοῦ ἀκούει, καὶ ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν, ἐμὲ ἀθετεῖ, καὶ ὁ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. Ὁμοίως ὁ ἐπίσκοπος ὡς τέκνα τοὺς λαϊκοὺς ἀγαπάτω, θάλπων καὶ στέργων τῇ σπουδῇ τῆς ἀγάπης, ὡς ᾠὰ, εἰς περιποίησιν νοσσίων, ἢ ὡς νοσσία, ἀγκαλιζόμενος εἰς περιποίησιν ὀρνίθων· πάντας νουθετῶν, πᾶσι τοῖς πληκτισμοῦ ἐπιδεομένοις ἐπιπλήσσων, ἀλλὰ μὴ πλήσσων, ὑποπιέζων εἰς ἐντροπὴν, ἀλλὰ μὴ εἰς ἀνατροπὴν, νουθετῶν εἰς ἐπιστροφὴν, ἐπιτιμῶν εἰς διόρθωσιν, τὸ εὐθύτατα ποιεῖν· τὸ ἰσχυρὸν φυλάσσων, τουτέστι, τὸ ἑδραῖον τῇ πί-

CAPUT XX.

Quomodo subjecti præpositis sibi Episcopis obedire debeant.

Et quidem bonum pastorem laicus veneretur, amet, metuat, tamquam dominum, tamquam herum, tamquam Dei pontificem, tamquam magistrum pietatis. Qui enim audit eum, Christum audit; & qui spernit eum, Christum spernit; & qui non recipit Christum, non recipit illius Deum ac Patrem. Ait enim: [e] *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit; & qui me spernit, spernit eum qui misit me.* Similiter Episcopus Laicos ut filios diligat; naturalis studio caritatis prosequens, ac fovens, quasi ova ad exclusionem pullorum, aut quasi pullos ut in gallinas educentur sinu complectens: cunctos admonens; omnes qui castigatione indigent lædens, sed non illidens; ad conversionem premens, non autem ad eversionem; suadens ad regressum; increpans ut corrigat & in viam rectam deducat: quod firmum est retinens;

a Ezech. xxxiv. 8. b Ibid. ℣. 10. c Ibid. ℣. 17. 18. d Ibid. ℣. 30. 31. e Luc. x. 16.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

σει ἀσφαλὲς τηρῶν· τὸν λαὸν εἰρηνικῶς ποιμαίνων· τὸ ἐνοχλούμενον ἐνισχύων, τουτέστι, τὸ πειραζόμενον ἐν τῇ νουθεσίᾳ στερροποιῶν· τὸ ἀῤῥωστοῦν ἰώμενος, τουτέστι, τὸ νοσοῦν ἐκ τῆς πίστεως ἐν διχονοίᾳ, διὰ τῆς διδασκαλίας θεραπεύων· τὸ συντετριμμένον καταδεσμῶν, τουτέστι, τὸ πεπλανημένον, ἢ τὸ τεθραυσμένον, ἢ τὸ κατεαγμένον ἐν ἁμαρτίαις εἰς χωλείαν ὁδοῦ, [1] ἐπιδεύνων διὰ παρακλητικῆς νουθεσίας· Ἐλαφρύνων ἀπὸ παραπτωμάτων, καὶ εὔελπιν ποιῶν, οὕτω, ῥωμαλέον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀποκαθίστα, ἐπανάγων ἐν τῇ ποίμνῃ. Τὸ ἐξωσμένον ἐπίστρεφε, τουτέστι, τὸ ἐν ἁμαρτίαις γενόμενον καὶ εἰς ἐπιτίμησιν ἐκβεβλημένον μὴ ἐῶν ἔξω διαμένειν, ἀλλὰ προσλαμβανόμενος καὶ ἐπιστρέφων ἀποκαθίστα ἐν τῇ ποίμνῃ, τουτέστιν, ἐν τῷ λαῷ τῆς ἀμώμου ἐκκλησίας· τὸ δὲ ἀπολωλὸς ἐκζήτει, τουτέστι, τὸ ὑπὸ πλήθους παραπτωμάτων ἑαυτοῦ ἀπελπίσαν τῆς σωτηρίας, μὴ ἐάσῃς τελέως ἀπολέσθαι· τὸ ὑπὸ πολλῆς ψύξεως ψυχικῆς καὶ νωχελίας κάθυπνον γενόμενον, καὶ διὰ βάρος ὕπνου τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς ἐπιλαθόμενον, καὶ μακρὰν ἀποστατῆσαν τῆς ἰδίας ποίμνης, ὡς καὶ λύκοις περιπεσεῖν εἰς βορὰν, σὺ ἀναζήτει, καὶ νουθετῶν ἐπίστρεφε, καὶ νήφειν παρακάλει, καὶ ἐλπίδα ὑπόσπειρε, μὴ συγχωρῶν αὐτῷ λέγειν τὸ ὑπό τινων εἰρημένον, ὅτι τὰ ἀσεβήματα ἡμῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτοῖς τηκόμεθα, καὶ πῶς ζησόμεθα; Εἰ οἷόν τε οὖν, ἰδιοποιείσθω ὁ ἐπίσκοπος τὸ πλημμέλημα, καὶ λεγέτω τῷ ἡμαρτηκότι, ὅτι σὺ μόνον ἐπίστρεψον, κἀγὼ τὸν ὑπὲρ σου θάνατον ἀναδέξομαι, ὡς ὁ κύριος τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ πάντων. Ὁ ποιμὴν γὰρ ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· ὁ δὲ μισθωτὸς καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ ἔστι τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, τουτέστι, τὸν διάβολον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει, καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτά. Εἰδέναι οὖν προσήκει, ὅτι τοῖς ἡμαρτηκόσιν εὔσπλαγχνος ὢν ὁ Θεὸς, μετὰ ὅρκου μετάνοιαν ἐπηγγείλατο· ὁ δὲ ἁμαρτήσας καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ μετάνοιαν ἀγνοῶν, καὶ τὸ μακρόθυμον καὶ ἀνεξίκακον αὐτοῦ μὴ ἐπιστάμενος, ἔτι μὲν καὶ τὰς ἁγίας γραφὰς τὰς ταύτην κηρυσσούσας οὐ γινώσκων, ἅτε μὴ μεμαθηκὼς παρὰ σοῦ, [a] ἀπόλλυται· σὺ δὲ ὡς φιλόστοργος ποιμὴν καὶ ὡς σπουδαῖος νομεὺς ἀναζήτει ἀριθμῶν τὴν ποίμνην· τὸ λεῖπον ἐκζήτει, ὡς κύριος ὁ Θεὸς ὁ ἀγαθὸς πατὴρ ἡμῶν, ἀποστείλας τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ποιμένα καλὸν καὶ σωτῆρα τὸν διδάσκαλον ἡμῶν Ἰησοῦν, ἐπιτρέψας αὐτῷ ἐάσαι τὰ ἐννενηκονταεννέα ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ πορευθῆναι ἐπὶ τὴν ζήτησιν τοῦ πεπλανημένου, καὶ εὑρόντα ἆραι ἐπὶ τοὺς ἑαυτοῦ ὤμους, καὶ φέρειν ἐν τῇ ποίμνῃ, χαίροντα ἐπὶ τῇ εὑρέσει τοῦ ἀπολωλότος. Οὕτως οὖν ὑπήκοος γίνου καὶ σὺ, ὦ ἐπίσκοπε, ἐκζητῶν τὸ ἀπολωλὸς, κατευθύνων τὸ πεπλανημένον, ἐπιστρέφων τὸ ἀφεστός· ἐξουσίαν γὰρ ἔχεις ἐπιστρέφειν, καὶ ἀποστέλλειν τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει· διά σου ὁ σωτὴρ λέγει τῷ παρειμένῳ ἐν ἁμαρτίαις· Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην. Εἰρήνη δὲ καὶ λιμὴν γαληνός ἐστιν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία· εἰς ἣν λύων τοὺς ἡμαρτηκότας ἀποκαθίστα ὑγιεῖς καὶ ἀμώμους, εὐέλπιδας, σπουδαίους, ἐργοπόνους ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις· ὡς ἔμπειρος καὶ συμπαθὴς ἰατρὸς πάντας ἰῶ τοὺς ἐν ἁμαρτίᾳ πεπλανημένους. Οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Ἦλθεν γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι καὶ ζητῆσαι τὸ πεπλανημένον. Ἰατρὸς οὖν ὢν τῆς ἐκκλησίας τοῦ κυρίου, πρόσαγε θεραπείαν κατάλληλον


A id eſt, quod fide fundatum eſt, in tuto ſervans: populum pacifice paſcens: quod quaſſum eſt roborans; hoc eſt, quod tentatione concutitur, admonitione conſolidans: quod ægrotum eſt ſanans; id eſt, quod ex fide vacillante laborat, per doctrinam curans: quod contritum eſt ligans; hoc eſt, quod vagum eſt, vel colliſum, vel ita peccatis confractum ut in via claudicet, per exhortationem conſolatoriam vinciens. *Peccatorem Epiſcope* delictis deonerans, & optima ſpe replens, jam robuſtum in Eccleſiam reſtitue, atque reduc ad ovile. Quod expulſum fuit revoca; hoc eſt, quod in pœnam peccatorum ſuorum ejectum fuit, ne ſinas foris permanere; ſed aſſumtum & converſum, redde B gregi, ſeu immaculatæ Eccleſiæ populo: quod vero perierat require; id eſt, quod multitudine peccatorum ſuorum ſpem ſalutis amiſerat, funditus interire ne permiſeris: quod ex animi torpore ac ſupinitate in ſoporem venit & adeo gravem ſomnum, ut ſuam vitam non recordetur; quodque longe receſſit a proprio grege, ita ut inciderit in lupos ad eſcam; id tu perveſtiga, & monendo converte, ac ut vigilet hortare, & ſpem inſere; neque ipſe concedas ut dicat quod a quibuſdam dictum eſt: [a] *Impietates noſtræ ſuper nos, & nos in ipſis tabeſcimus, & quo modo vivemus?* Epiſcopus, ſi fieri poſſit, delictum alterius quaſi proprium conſideret, & peccatori dicat: Te modo fac conver- C tas, & ego mortem tibi debitam ſuſcipiam, quemadmodum Dominus pro me & pro omnibus mortuus eſt. Nam [b] *bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis: mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cujus non ſunt oves propriæ, videt lupum venientem*, hoc eſt, Diabolum, *& dimittit oves, & fugit; & lupus rapit eas*. Quocirca ſcire oportet, quod Deus qui miſericors eſt, delinquentibus pœnitentiam jurejurando promiſit. Qui vero deliquit, & hanc de pœnitentia profeſſionem Dei ignorat, & divinam manſuetudinem atque patientiam neſcit, inſuperque ſanctas Scripturas pœnitentiam prædicantes non cognoſcit, ſcilicet, a te non edoctus; is propter inſcitiam perit: at tu, tam- D quam indulgens paſtor & ſtudioſus pabulator, require, numerans gregem: quod deſideratur inveſtiga, ſicut Dominus Deus, bonus pater noſter, qui doctorem noſtrum Jeſum, Filium ſuum, paſtorem bonum ac Salvatorem miſit, & mandavit ei relinquere [c] nonaginta novem oves in montibus, & properare ad quærendam eam quæ erraverat, inventamque ſuper humeros ſuos attollere, & ad gregem portare, gaudendo de ovis perditæ recuperatione. Pari ergo modo, o Epiſcope, & tu Deo obedientiam præſta, dum quod perierat requiris, quod aberraverat dirigis, quod ſeceſſerat revocas: poteſtatem enim habes revocandi, & [d] *dimittendi confractos in remiſſionem*: per te Salvator, ad pa- E ralyſi delictorum laborantem ait: [e] *Remittuntur peccata tua.* [f] *Fides tua te ſalvum fecit; vade in pace.* Pax autem & tranquillus portus eſt Eccleſia Chriſti: ad quam peccatores abſolvendo reſtitue ſanos & immaculatos, bene ſperantes, ſtudioſos, in bonis operibus laborioſos: ut peritus & miſericors medicus omnibus in peccato verſantibus medere. [g] *Non enim opus habent medico qui valent, ſed qui male habent.* [h] *Venit enim filius*

a Ezech. XXXIII. 10. *b* Joan. X. 11. *c* Matth. XVIII. Luc. XV. *d* Luc. IV. 19. *e* Matth. IX. 2. *f* Marc. V. 34. *g* Matth. IX, 12. *h* Luc. XIX. 10.

1. Επιδεύνων.] Vox eſt nihili, pro qua legendum, aut ἐπιδέων, aut ἐπιδεσμῶν, ut eſt in altero Codice Vindobonenſi, ut poſtea reſcivimus; hoc eſt, *ligans*, ut ſolent ii qui membra fracta curare volunt. Miror *Cotelerium* hoc non vidiſſe, nam hoc verbi monſtrum in Indice Græco recenſuit. CLER.

2. Ἀπόλ.] Al. præmittunt ὑπὸ ἀγνοίας. COT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ἑκάστῳ τῶν νοσούντων, παντὶ τρόπῳ, θεράπευε, A ὑγίαζε, σώους ἀποκαθίστα τῇ ἐκκλησίᾳ. ποίμαινε τὸ ποίμνιον, μὴ ἐν κράτει μετὰ ἐμπαιγμοῦ, ὡς κατεξουσιάζων, ἀλλ' ὡς ποιμὴν χρηστὸς [1] τῷ κόλπῳ συνάγων τὰ ἀρνία, καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλῶν.

hominis salvare & quærere quod erraverat. Cum ergo sis Ecclesiæ Domini medicus, singulis ægrotis convenientem medicinam adhibe, omni modo, cura, sana, sospites redde Ecclesiæ: pasce gregem, non [a] *imperiose cum ludibrio*, quasi potestatem exercens; sed ut benignus pastor, [b] *in sinum agnos congregans, & fetas refocillans*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κά.

Ὅτι κίνδυνος μονομερῆ κρίσιν ποιήσασθαι, καὶ τιμωρίαν ὁρίσαι κατὰ τοῦ μηδέπω ἐλεγχθέντος.

CAPUT XXI.

Quod periculum sit una tantum parte audita judicare, & pœnam decernere contra eum, qui nondum convictus est.

ΕΣω δὲ χρηστὸς, ἀγαθὸς, ἤπιος, ἄδολος, ἀψευδὴς, B μὴ σκληρὸς, μὴ αὐθάδης, μὴ ἀπότομος, μὴ ἀλαζὼν, μὴ ἀνηλεὴς, μὴ τετυφωμένος, μὴ ἀνθρωπάρεσκος, μὴ δειλὸς, μὴ δίγνωμος, ἐμπαίζων τοῖς ὑπό σε λαοῖς, μὴ ἀποκρύπτων ἀπ' αὐτῶν τὰ τοῦ Θεοῦ νόμιμα καὶ τοὺς περὶ μετανοίας λόγους, μὴ πρόχειρος πρὸς τὸ ἐξῶσαι καὶ ἐκβαλεῖν, ἀλλ' ἀσφαλὴς, μὴ φιλεπιτιμητὴς προπετὴς, μὴ παραδεχόμενος κατά τινος μαρτυρίαν ἄνευ τριῶν πιστῶν μαρτύρων, καὶ τούτων ὧν ὁ τρόπος ᾖ μεμαρτυρημένος πάλαι, καὶ εἰ μὴ ἀπ' ἔχθρας κινούμενοι ἢ φθόνου. εἰσὶ γὰρ πολλοὶ ἐπιχαιρεσίκακοι, πρόγλωσσοι, [2] τρίτην γλῶσσαν ἔχοντες, μισάδελφοι, ἔργον τιθέμενοι σκορπίζειν τὰ Χριστοῦ πρόβατα. ὧν εἰ παραδέχεσθαι θέλεις τοὺς λόγους ἀκρίτως, C διασπερεῖς σου τὸ ποίμνιον, καὶ παραδώσεις λύκοις εἰς κατάβρωμα, τουτέστι δαίμοσι, καὶ πονηροῖς ἀνθρώποις, μᾶλλον δὲ οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ θηρίοις ἀνθρωποειδέσιν, [3] ἐθνικοῖς, καὶ Ἰουδαϊσταῖς, καὶ αἱρεσιώταις ἀθέοις. τῷ γὰρ ἐκβληθέντι τῆς ἐκκλησίας, εὐθὺς προσπελάζουσιν οἱ λυμεῶνες λύκοι, καὶ ὡς ἄρνα βορὰν ἡγοῦνται, κέρδος ἴδιον ἡγούμενοι τὴν ἐκείνου ἀπώλειαν. καὶ γὰρ ὁ τούτων πατὴρ διάβολος ἀνθρωποκτόνος ἐστί· καὶ ὁ διὰ τῆς σῆς ἀκρισίας, ἀδίκως ἀφορισθεὶς, καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς, καὶ ὀλιγοψυχήσας, ἢ εἰς ἔθνη ἀποπλανηθήσεται, ἢ εἰς αἱρέσεις συμποδισθήσεται, καὶ παντελῶς τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος ἀπαλλοτριωθήσεται, καὶ συμποδισθήσεται ὑπὸ ἀσεβείας, καὶ γενήσῃ σὺ τῆς ἐκείνου ἀπωλείας ἔνοχος. D οὐ γὰρ δίκαιόν ἐστι, ἕτοιμον μὲν εἶναι ἐκβάλλειν τὸν ἡμαρτηκότα, ὀκνηρὸν δὲ ὑπάρχειν εἰς τὸ προσδέχεσθαι τὸν ἐπιστρέφοντα, καὶ πρόχειρον μὲν εἰς τὸ ἀποκόπτειν, ἀνηλεῆ δὲ εἰς τὸ τὸν ἀλγοῦντα ἰᾶσθαι· περὶ γὰρ τῶν τοιούτων λέγει ἡ θεία γραφή· Οἱ πόδες αὐτῶν εἰς κακίαν τρέχουσι· ταχινοὶ εἰσι τοῦ ἐκχέειν αἷμα· σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν· οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Ὁδὸς

ESto autem humanus, bonus, lenis, sincerus, verax, non durus, non contumax, non rigidus, non arrogans, non immisericors, non inflatus, non assentator, non improbus, non versipellis, non illudens tibi subjectis populis, Dei leges atque de pœnitentia sermones illis non occultans, non promtus ad expellendum & ejiciendum, sed prudens; nec qui libenter ac procaciter increpes; nec qui testimonium adversus quempiam admittas, sine tribus fidelibus testibus, iisque quorum mores jampridem approbati sint, & dummodo neque inimicitiis neque invidia ducantur. Multi quippe sunt malevoli, dicaces, [c] tertiam linguam habentes, osores fratrum, id operam dantes, ut Christi oves dispergant: horum si delationes temere vis excipere, gregem tuum dissipabis, & devorandum trades lupis, hoc est, dæmonibus & pravis hominibus; immo vero non hominibus, sed feris humana forma præditis, Ethnicis nempe, Judæis, & impiis Hæreticis. Nam ad eum qui ex Ecclesia ejectus est, continuo accedunt truculenti lupi, & quasi agnum devorare gestiunt, in proprium lucrum mortem illius reputantes: [d] etenim illorum pater diabolus, homicida est: & qui per imprudentiam tuam injuste segregatus fuit, tum tristitia oppressus, & pusillo animo effectus; aut ad Gentes evagabitur, aut implicabitur Hæresibus; & ab Ecclesia, ac spe in Deum penitus abalienabitur, atque ab impietate compedietur; fiesque tu de illius interitu reus. Porro æquum non est, promtum quidem esse ad ejiciendum peccatorem, tardum vero ad recipiendum conversum; & temerarium quidem ad amputandum exsistere, immitem autem ad medendum dolenti: de talibus dicente Scriptura divina: [e] *Pedes eorum ad malitiam currunt: veloces sunt ad effundendum sanguinem:* [f] *contritio & miseria in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum*. Via autem pacis


a Ezech. XXXIV. 4. b Isa. XL. 11. c Eccli. XXVIII. 16. d Joan. VIII. 44. e Prov. I. 16. Isa. LIX. 7. f Psal. XIII. 3. Rom. III. 15.

1. *Τῷ κόλπῳ συνάγων τὰ ἀρνία, καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλῶν.*] Habes vestigia integræ versionis Senum Is. XL. 11. *τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ βαστάσει, καὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλέσει*. Hoc est apud Hieronymum: *In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo portabit, & prægnantes consolabitur*. Minus bene quotquot venerunt in manus meas libri sive excusi sive manu exarati, ut & Cyrillus ac Procopius, omittunt voces, *καὶ ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ βαστάσει*, quas Codex celeber. Renati Marchali tribuit Aquilæ & Symmacho, cum sint etiam Interpretum LXX. COT.

2. *Τρίτην γλῶσσαν ἔχοντες.*] Linguam tertiam Hebræi appellant, linguam oblocutoris, utpote mediam inter auditorem ac eum de quo sermo habetur: ajuntque lingua tertia tribus perniciem importari, detrahenti, auscultanti, & insimulato. Quæ *γλῶσσα τρίτη* quanta mala excitet, describitur Ecclesiastici cap. 28. Ubi tamen nonnulla exemplaria videntur habuisse *τρωτὴ*, hoc est, *τετρυπημένη* *perforata*; eodem sensu quo servus ille Terentianus joca- E tur, se quando mendacia tacere jubetur, plenum rimarum esse, hac atque illac perfluere. Egregie in Scholio 2. ad Gradum 10. Scalæ Joannis Climaci, *καταλάλος ψυχὴ, τρίβολον ἔχει γλῶσσαν· ἑαυτὴν γὰρ, καὶ τὸν ἀκούοντα, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὸν καταλαλούμενον βλάπτει*. *Anima quæ detractionibus est obnoxia, trisulcam habet linguam: nocet enim & sibi ipsi, & auditori, & illi quandoque cui detrabitur*. COT.

3. *Ἐθνικοῖς, καὶ Ἰουδαϊσταῖς, καὶ Αἱρεσιώταις.*] Judaistas, opinor, appellat, non tam Judæos, quam Judaizantes. Quocirca statim post, Gentium dumtaxat ac Hæreseon mentionem facit, Judaistas complectens in Hæreticis. *Ὅτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς Ἰουδαΐζειν*, est 29. Canon. Synodi Laodicenæ, *καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν ὡς Χριστιανοί. εἰ δὲ εὑρεθεῖεν Ἰουδαϊσταί, ἔστωσαν ἀνάθεμα παρὰ Χριστῷ*. Sic in Dialogis qui Origeni adscribuntur, Dialogo 2. Marcus Hæreticus Marcionista Catholicis nomen Judaistarum dat, eo quod Legem, Prophetas ac Deum Judæorum non aversentur. COT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



δὲ εἰρήνης ἐστὶν ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὃς (A) καὶ ἐδίδαξεν ἡμᾶς λέγων· Ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν, δίδοτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν· τουτέστι, δίδοτε ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν τὰ παραπτώματα· ὡς καὶ διὰ τῆς εὐχῆς ἡμᾶς ἐπαίδευσε λέγειν πρὸς τὸν Θεόν· Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. Ἐὰν οὖν μὴ ἀφῆτε τοῖς ἡμαρτηκόσι, πῶς ὑμεῖς λήψεσθε τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ὑμῶν; οὐχὶ τοὐναντίον ἑαυτοὺς δεσμεύετε, λέγοντες ἀφιέναι, καὶ μὴ ἀφιέντες; οὐ τῷ ἑαυτῶν στόματι ἐναντιωθήσεσθε, λέγοντες ἀφιέναι, καὶ μὴ ἀφιέντες; γινώσκετε γὰρ ὅτι ὁ τὸν μὴ ἀδικήσαντα ἐκβάλλων, ἢ τὸν ἐπιστρέφοντα μὴ προσδεχόμενος, φονεὺς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐστι, καὶ αἷμα ἐκχέει, ὡς Κάϊν Ἄβελ τοῦ ἀδελφοῦ, (B) καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ βοῶν πρὸς Θεὸν ἐκζητηθήσεται· δίκαιος γὰρ ἀδίκως φονευθεὶς ὑπό τινος, παρὰ Θεῷ ἐν ἀναπαύσει ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα· ὡσαύτως καὶ ὁ ματαίως ἀφορισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. ὁ μὲν ἐκβαλὼν ὡς λοιμὸν τὸν ἀναίτιον, πικρότερος φονέως ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἀφορῶν εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεος, οὐδὲ μνημονεύων αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τοῖς μετανοοῦσιν ἀγαθωσύνην, οὐδὲ λαμβάνων σκοποὺς τῶν τοιούτων τοὺς ἐκ πλήθους παραπτωμάτων ἐν μετανοίᾳ εἰληφότας ἄφεσιν. διὰ τοῦτο ἰταμώτερος σωματικοῦ φονέως ὁ τὸν ἀναίτιον ἀποῤῥίπτων. ὡσαύτως καὶ ὁ μὴ προσδεχόμενος τοὺς μετανοοῦντας, σκορπίζει τὰ τοῦ Χριστοῦ, κατ᾽ αὐτοῦ γινόμενος. ὡς γὰρ δίκαιός ἐστιν ὁ Θεὸς ἐν τῷ κρίνειν τοὺς ἁμαρτωλοὺς, οὕτως ἐλεήμων ἐν τῷ προσδέχεσθαι τοὺς (C) ἐπιστρέφοντας. ἔλεος γὰρ καὶ κρίσιν ᾖδεν αὐτῷ ὁ θεοφιλὴς Δαβίδ.

est Servator noster Jesus Christus, qui etiam nos docuit his verbis: [a] *Dimittite, & dimittetur vobis:* [b] *date, & dabitur vobis:* hoc est, date peccatorum remissionem, & remittentur vobis delicta: quemadmodum & per Orationem instituit nos, ut ad Deum diceremus: [c] *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quare si peccatoribus veniam non tribuitis, quo modo peccatorum vestrorum veniam accipietis? An non contra, vos ipsos ligatis, cum dicitis vos dimittere, & non dimittitis? An non vestro ori repugnabitis, dicendo *Dimittimus*, & non dimittendo? Scitote enim quod qui nulla iniquitate contactum abjicit, aut ad bonam frugem reversum non admittit, fratris sui interfector est, & sanguinem ejus fundit, ut Cainus Abeli fratris [d]; sanguisque illius clamans ad Deum, requiretur. Justus quippe injuste a quoquam occisus, apud Deum requiescet in æternum; & simili modo qui ab Episcopo perperam fuerit excommunicatus. Sed qui inculpatum, quasi esset scelerosus, eliminat; is interemtore sævior est, non respiciens ad misericordiam Dei, nec memor bonitatis ejus erga pœnitentes; nec hac in re eos tamquam exemplar considerans, qui multorum peccatorum veniam per pœnitentiam obtinuerunt. Quapropter qui innocentem ejicit, corporali homicida truculentior est. Similiter qui non recipit pœnitentes, quæ Christi sunt dissipat, fitque adversarius ejus. Quia ut justus est Deus in judicandis peccatoribus; ita & misericors est in excipiendis conversis. Misericordiam enim & judicium illi cecinit pius David.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ'.

Ὅτι μέγα παράδειγμα μετανοίας πρόκειται Δαβὶδ, καὶ Νινευῖται, Ἐζεκίας τε καὶ ὁ τούτου υἱὸς Μανασσῆς.

Χρὴ δὲ, ἐπίσκοπε, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν καὶ τὰ προωδευκότα, καὶ ἐμπείρως αὐτοῖς κεχρῆσθαι πρὸς νουθεσίαν τῶν συντιμητικῶν ἢ παρακλητικῶν δεομένων λόγων. ἔτι καὶ ἐν τῷ κρίνειν σε, δίκαιον τῷ τοῦ Θεοῦ (D) ἐξακολουθεῖν θελήματι, καὶ ᾗ Θεὸς δικάζει τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἐπιστρέφοντας, παραπλησίως καὶ σε κρίνειν. ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ τὸν Δαβὶδ ὀλισθήσαντα ὀνειδίσας διὰ τοῦ Νάθαν, καὶ εἰπόντα μετανοεῖν, εὐθὺς καὶ τοῦ θανάτου λυτροῦται, λέγων· Θάρσει, οὐ μὴ ἀποθάνῃς; Ἰωνᾶν μὴ θελήσαντα Νινευΐταις κηρύξαι, ὑπὸ θαλάσσης καὶ κήτους καταποθῆναι ποιήσας, εὐξάμενον ἐν κοιλίᾳ, ἀνήγαγεν ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν αὐτοῦ; Ἐζεκίαν πρὸς ὀλίγον τυφωθέντα, εὐξάμενον μετὰ δακρύων, ἀφῆκε τοῦ ἐγκλήματος; ἀκούσατε δὲ, ὦ ἐπίσκοποι, πρὸς τὰ τοιαῦτα ὠφέλιμον ὑπόδειγμα. γέγραπται γὰρ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν βασιλειῶν, καὶ ἐν [1] τῇ δευτέρᾳ τῶν παραλειπομένων, τῇ τῶν ἡμερῶν, (E) οὕτως· Καὶ ἀπέθανεν Ἐζεκίας· καὶ ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μανασσῆς· ἐτῶν δώδεκα ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ πεντήκοντα καὶ πέντε ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ ὄνομα τῇ μητρὶ αὐτοῦ [2] Ἐψιβά· καὶ ἐποίησε

CAPUT XXII.

Quod magnum pœnitentiæ exemplum in Davide proponatur; item in Ninivitis; in Ezechia, & in filio ejus Manasse.

Oportet autem, Episcope, te ante oculos habere etiam præterita, & eis perite uti ad erudiendos eos qui vel acerbis vel mitibus indigent sermonibus. Æquum quoque est ut in judicando, Dei obsequaris voluntati; & ut quo pacto Deus judicat aut peccatores aut conversos, eodem & tu judices. Nonne enim Davidem lapsum, cum increpasset per Nathanem, & ille pœnitere se profiteretur, statim morte liberat, dicens [e]: *Confide, non morieris*? Nonne cum Jonas Ninivitis prædicare recusans, & a mari atque a ceto absorberi jussus, in ventre piscis orasset; ex interitu eduxit vitam illius? Nonne [f] Ezechiam paullulum in superbiam elatum, sed postea lacrymose deprecantem, a crimine absolvit? Verum audite, Episcopi, exemplum ad hæc accommodatum. Ita scriptum est in quarto libro Regnorum, & in secundo Præteritorum, seu Dierum: [g] *Et mortuus est Ezechias: & regnavit filius ejus Manasse.* [h] *Duodecim annorum erat cum regnare cœpit, & quinquaginta quinque annos regnavit in Hierosolymis: & nomen*

a Marc. XI. 25. *b* Luc. VI. 38. *c* Matth. VI. 12. *d* Gen. IV. *e* II. Reg. XII. 13. *f* IV. Reg. XX. *g* IV. Reg. XX. 21. *h* Ibid. XXI. 1-16. II. Paral. XXXII. 33. & XXXIII.

1. Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν παραλειπομένων, τῇ τῶν ἡμερῶν.] In re clara corrige mendum typographicum, quod indignis modis contaminat Prologum S. Hilarii in Psalmorum Explanationem. *Paralipomenon duo, in decimum* librum Veteris Testamenti *sint: sermones dierum Esdræ, in undecimum.* Interpungi debet; *sint; sermones dierum: Esdræ, in undecimum.* COT. — Pro τῇ τῶν lege ἤτοι ἡμερῶν, *vel dierum*, quemadmodum hi libri apud Hebræos vocantur. CLER.

2. Ἐψιβά. Aliter Ἐψιβα. Αψιβά. Ὀφσιβία Ὀφσιβά.] Apud Georgium Syncellum Ἐψιβαάλ. In duobus Bibliorum exemplaribus Bibliothecæ Regiæ Ὀφσιβά. Latinus Interpres, *Haphsiba*. Hebraice הפציבה *Hepsiba*. Hoc est, *Voluntas mea in ea*, nomen aptum gratæ mulieri. Quamobrem Hieronymo, in libro de Nominibus Hebraicis, restituenda videtur, etiam ex simili Opere Venerabilis Bedæ, ista lectio, *Epsiba*, seu *Ephsiba*, *voluntas mea in ea.* Vulgo, *Ebsiba*, *voluntas mea in ea*. Similiterque forsan in Lucifero, libro de Regibus Apostaticis, legi debeat, *Epsiba*, non *Ebsibas*. Josephus Antiqu. Judaic. X. 4. διαδεξά-

τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, οὐκ ἀπέσχετο ἀπὸ τῶν βδελυγμάτων τῶν ἐθνῶν ὧν ἐξωλόθρευσε κύριος ἀπὸ προσώπου υἱῶν Ισραήλ. καὶ ἐπέστρεψε Μανασσῆς, καὶ ᾠκοδόμησε τὰ ὑψηλὰ, ἃ κατέσπασεν Ἐζεκίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ· καὶ ἔστησε στήλας τῇ Βάαλ, καὶ ἀνέστησε θυσιαστήριον τῇ Βάαλ· καὶ ἐποίησεν ἄλση, καθὼς ἐποίησεν Αχαὰβ βασιλεὺς Ισραήλ· καὶ ἐποίησε θυσιαστήρια ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν ᾧ εἶπε κύριος πρὸς Δαβὶδ, καὶ πρὸς Σολομῶντα τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων· ὅτι ἐν αὐτῷ θήσω τὸ ὄνομά μου. καὶ ἔστησε Μανασσῆς θυσιαστήρια, καὶ ἐν αὐτοῖς ἐδούλευσε τῇ Βάαλ· καὶ εἶπεν· ἔσται τὸ ὄνομά μου εἰς τὸν αἰῶνα. καὶ ᾠκοδόμησε θυσιαστήρια ἐν ταῖς δυσὶν αὐλαῖς οἴκου κυρίου, τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ αὐτὸς διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ ἐν [1] Γεβαναὶ ἐν ὀνόματι· καὶ ἐκληδονίζετο, καὶ ἐφαρμακεύετο· καὶ ἐποίησεν ἐγγαστριμύθους, καὶ ἐπαοιδοὺς, καὶ γνώστας, καὶ θεραφείν· καὶ ἐπλήθυνε τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου, τοῦ παροργίσαι αὐτόν· καὶ ἔθηκε τὸ χωνευτὸν καὶ τὸ γλυπτὸν τοῦ ἄλσους, τὴν εἰκόνα, ἣν ἐποίησεν ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν ᾧ ἐξελέξατο κύριος θέσθαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐκεῖ ἐν Ιερουσαλὴμ, τῇ ἁγίᾳ πόλει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἶπεν· οὐ προσθήσω τὸν πόδα μου σαλεῦσαι ἀπὸ τῆς γῆς τοῦ Ισραὴλ, ἣν ἔδωκα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, πλὴν ἐὰν φυλάξονται κατὰ πάντα ὅσα ἐνετειλάμην αὐτοῖς, κατὰ πᾶσαν ἐντολὴν, ἣν ἐνετείλατο ὁ δοῦλός μου Μωσῆς. καὶ οὐκ ἤκουσαν, καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς Μανασσῆς τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, ὑπὲρ τὰ ἔθνη ἃ ἐξῆρε κύριος ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ισραήλ. καὶ ἐλάλησε κύριος ἐπὶ Μανασσῆ, καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐν χειρὶ δούλων αὐτοῦ τῶν προφητῶν, λέγων· ἀνθ' ὧν ὅσα ἐποίησε Μανασσῆς ὁ βασιλεὺς Ιούδα τὰ βδελύγματα τὰ πονηρὰ ταῦτα, ἀπὸ πάντων ὧν ἐποίησεν ὁ Αμορραῖος ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ἐξήμαρτε τὸν Ιούδαν ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτοῦ, τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς Ισραήλ· ἰδοὺ ἐγὼ φέρω κακὰ ἐπὶ Ιερουσαλὴμ καὶ Ιούδαν, ὥστε παντὸς, ἀκούοντος αὐτὰ, ἠχῆσαι ἀμφότερα τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ ἐκτενῶ ἐπὶ Ιερουσαλὴμ τὸ μέτρον Σαμαρείας, καὶ τὸν σταθμὸν οἴκου Αχαὰβ, καὶ ἀπαλείψω τὴν Ιερουσαλὴμ [2] καθὼς ἀπαλείφεται τὸ πυξίον ἀπαλειφόμενον, καὶ καταστρέψω [3] ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἀποδώσομαι τὸ ὑπόλειμμα τῆς κληρονομίας μου, καὶ παραδώσω αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῶν, καὶ ἔσονται εἰς προνομὴν καὶ [4] δι' ἁρπαγὴν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, ἀνθ' ὧν ὅσα ἐποίησαν πονηρὰ ἐν ὀφθαλμοῖς μου, καὶ ἦσαν παροργίζοντές με, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐξήγαγον τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. καί γε αἷμα ἀθῶον ἐξέχεε Μανασσῆς πολὺ σφόδρα, ἕως οὗ [5] ἔπλησε τὴν Ιερουσαλὴμ στόμα ἐπὶ στόματι· πλὴν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ ὧν ἐξήμαρτε τὸν Ιούδαν, ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου. καὶ ἤγαγε κύριος ἐπ' αὐτὸν τοὺς

A *matri ejus Hepsiba: fecitque malum coram Domino; non abstinuit abominationibus gentium, quas delevit Dominus a facie filiorum Israel. Et conversus est Manasses, ac ædificavit excelsa, quæ destruxerat Ezechias pater ejus: & statuit cippos Baali, & erexit altare Baali: & fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israelis: & fecit altaria in domo Domini, de qua hæc dixit Dominus ad Davidem & ad filium ejus Salomonem: In illa ponam nomen meum. Et exstruxit Manasses altaria, & in eis servivit Baali. Et dixit: Erit nomen meum in sæculum. Et ædificavit altaria, in duobus atriis domus Domini, Militiæ cæli: & ipse traduxit filios suos per ignem in Ge Ben-Hennon: & hariolabatur, ac maleficis artibus inserviebat: fecitque ventriloquos & incantatores, & magos, &* [a] *Thera-* B *phim: & multiplicavit ut faceret malum in oculis Domini, ad irritandum eum: & posuit conflatile & sculptile luci, imaginem, quam fecit in domo Domini, in qua elegit Dominus ponere nomen suum, ibi in Hierosolymis, urbe sancta, in sæculum, & dixit: Non adjiciam commovere pedem meum à terra Israelis, quam dedi patribus eorum, si tamen servaverint quæcumque præcepi eis, & omne mandatum, quod mandavit servus meus Moses. Et non audierunt; & decepit eos Manasses, ut facerent malum coram Domino, super gentes quas sustulit Dominus a facie filiorum Israel. Et locutus est Dominus ad Manassem & ad populum ejus, in manu servorum suorum Prophetarum, dicens: Pro eo quod fecit Ma-* C *nasses rex Judæ abominationes istas malas, super omnia quæ fecit Amorrhæus coram eo; & peccare fecit Judam in idolis suis, hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego infero mala in Hierosolyma & Judam, ut quicumque ea audierit, tinniant ambæ aures ejus; & extendam super Hierusalem mensuram Samariæ, & pondus domus Achabi; & delebo Hierosolyma, sicut deletur tabula quæ deletur, & convertam super faciem suam; & dimittam residuum hereditatis meæ, & tradam eos in manus inimicorum suorum; eruntque in prædam & direptionem omnibus inimicis suis; eo quod fecerint mala in oculis meis, & fuerint irritantes me, a die qua eduxi patres eorum ex terra Ægypti, & usque ad hanc diem. Etiam sanguinem innoxium effudit Manasses multum valde, donec imple-* D *ret Hierosolymam os ad os; præter peccata sua, quibus peccare fecit Judam, ad faciendum malum in oculis Domini.* [b] *Et adduxit Dominus super eum principes exercitus regis Assyriorum; & ceperunt Manassem in vinculis, & ligaverunt eum in compedibus æreis, & abduxerunt eum in Babylonem; & erat ligatus ac ferro vinctus totus in domo carceris; & dabatur ei panis ex furfuribus, parvo pondere, & parva mensura aquæ cum aceto, ut viveret; erat-*

a Ex IV. Reg. XXIII. 24. *b* II. Paral. XXXIII. 11.

μενος δὲ τὴν βασιλείαν ὁ παῖς αὐτοῦ (Ἐζεκίου) Μανασσῆς, *ἐκ μητρὸς* Αχιβᾶς (Codex Regius 1051. Αἰχίβας) *οὔνομα πολὺ πταῖσας γεγονός*: Quo loci conjici potest, litteram χ tenere locum litteræ vicinæ ψ quamquam χ quoque lectum fuit a Rufino vetere Interprete. *Cui*, inquit, *successit in regnum filius proprius, nomine Manasses, de matre quidem Echibeive*. Ita libri Regii, pro voce nihil excusa, *Echibene*. Cot.

1. *Γεβαναὶ ἐν ὀνόματι.*] Unde monstrum lectionis? An ex vocabulo contextus, Γὲ Βενεννόμ, II. Paral. XXXIII. 6. & nonneminis ad illud nota marginali, *ὄνομά τι*, *quoddam nomen*, simul primo mistis, ac postea corruptis? Ita sentio. Corrigo etiam in hac voce Luciferum libro *De non parcendo in Deum delinquentibus*, pagina 239. extrema, quo loci producit testimonium sacræ Scripturæ IV. Reg. XXIII. 10. *Contaminavit quoque Thopheth, quod est in Convalle filii-Ennom*: Græce, *καὶ ἐμίανε τὸν Τοφὲθ τὸν ἐν φάραγγι υἱοῦ Εννόμ*: diciturque, si libris editis credimus; *Et coinquinavit Phem, quod erat in Cepenam*. Sed rescribendum; *Pheth, quod erat in Gebenam*, aut *Gebennam*, *Gebennom*, *Gebenennom*. Nimirum his nominibus donatur ea vallis. Et legebat Lucifer τὸ Φὲθ τὸ pro Τοφὲθ τὸ, quod

habet editio Complutensis; ubi in Ms. Alexandrino τὸν Θοφθὰ, in versionibus Syriaca & Arabica *Taphath*, in Scholio antiquo τὸν Θοφὸθ, apud Theodoritum τὸ Ταφὲθ,
E apud Procopium Gazæum perperam τὸ Αφὲθ, alibi Ταφὲθ. Cot.


2. *Καθὼς ἀπαλείφεται τὸ πυξίον ἀπαλειφόμενον, καὶ καταστρέψω ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ· καὶ ἀποδώσομαι* &c.] Nota varias lectiones, *καταστρέψω*, & *ἀποδώσομαι*. Nam *vertam* quoque exhibet Vulgata. *ἀποδώσομαι* autem æque ac editum *ἀπώσομαι* vel *ἀπώσομαι*, respondet verbo Hebraico. Quod si cum Ms. Alexandrino reponatur in LXX. *καθὼς ἀπαλείφεται τὸ ἀλάβαστρον ἀπαλειφόμενον, καὶ καταστρέφεται ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ*, vertaturque, *Sicut qui abstergit alabastrum, abstergit, & invertit in faciem ejus*, non erit Græcum inter & Hebræum discrepantia. Editio Complutensis, *καθὼς ἐξαλείφεται τὸ πυξίον, καὶ καταστρέφεται ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ ἀπαλείψω* (leg. *ἀπολείψω*) *τὸ ὑπόλειμμα τῆς κληρονομίας μου*. Cot.

3. Ἐπὶ.] Alter cod. Vind. *ἀπὸ προσώπου*. Cler.

4. Δι' ἁρπαγ.] Id. cod. *διαρπαγήν*. Atque ita legendum. Id.

5. Ἔπλησε] Ibid. *ἐπλήρωσεν*. Id.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



ἄρχοντας τῆς δυνάμεως τοῦ βασιλέως Ἀσσὺρ, καὶ κατελάβοντο τὸν Μανασσὴν ἐν δεσμοῖς, καὶ ἔδησαν αὐτὸν ἐν πέδαις χαλκαῖς, καὶ ἤγαγον αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα [1] καὶ ἦν δεδεμένος καὶ κατασεσιδηρωμένος ὅλος ἐν οἴκῳ φυλακῆς, καὶ ἐδίδοτο αὐτῷ ἐκ πιτύρων ἄρτος ἐν σταθμῷ βραχὺς, καὶ ὕδωρ σὺν ὄξει ὀλίγον ἐν μέτρῳ, ὥστε ζῆν αὐτὸν, καὶ ἦν συνεχόμενος καὶ ὀδυνώμενος σφόδρα. καὶ ὡς βιαίως ἐθλίβη, ἐζήτησε τὸ πρόσωπον κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐταπεινώθη σφόδρα ἀπὸ προσώπου κυρίου τοῦ Θεοῦ τῶν πατέρων αὐτοῦ, καὶ προσηύξατο πρὸς κύριον, [2] λέγων· Κύριε παντοκράτορ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῶν τοῦ δικαίου. [3] ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν· ὁ πεδήσας τὴν θάλασσαν τῷ λόγῳ τοῦ B προστάγματός σου· ὁ κλείσας τὴν ἄβυσσον, καὶ σφραγισάμενος αὐτὴν τῷ φοβερῷ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματί σου. ὃν πάντα φρίσσει, καὶ τρέμει ἀπὸ προσώπου τῆς δυνάμεώς σου, ὅτι ἄστεκτος ἡ μεγαλοπρέπεια τῆς δόξης σου, καὶ [4] ἀνυπόστατος ἡ ὀργὴ τῆς ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπειλῆς σου. ἀμέτρητόν τε καὶ ἀνεξιχνίαστον τὸ ἔλεος τῆς ἐπαγγελίας σου. ὅτι [5] σὺ εἶ κύριος εὔσπλαγχνος, μακρόθυμος, πολυέλεος, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις

A *que compressus ac mœstus valde.* [a] *Et ut vehementer coangustatus est, quæsivit faciem Domini Dei sui; ac humiliavit se valde a facie Domini Dei patrum suorum; & oravit ad Dominum, dicens: Domine omnipotens, Deus patrum nostrorum, Abrahami, Isaaci & Jacobi, & seminis eorum justi. Qui fecisti cælum & terram, cum omni ornatu eorum; qui ligasti mare verbo præcepti tui; qui clausisti abyssum, & signasti eam terribili ac glorioso nomine tuo. Quem omnia pavent, & tremunt a facie virtutis tuæ; quia impatibilis est magnificentia gloriæ tuæ, & intolerabilis ira comminationis tuæ in peccatores. Immensa vero & impervestigabilis misericordia promissionis tuæ. Quoniam tu es Dominus benignus, longanimis, multum misericors, & pœnitens super ma-* B *la hominum. Quoniam tu Deus, secundum indulgentiam bonitatis tuæ, promisisti pœnitentiæ remissionem iis qui peccaverunt, & multitudine miserationum tuarum decrevisti pœnitentiam peccatoribus, in salutem. Tu igitur, Domine Deus justorum, non posuisti pœnitentiam justis, Abrahamo, Isaaco & Jacobo, qui non peccaverunt tibi; sed posuisti pœnitentiam super me peccatore; quia peccavi supra numerum arenæ maris. Multiplicatæ sunt iniquitates meæ, Domine, mul-*

a II. Paral. XXXIII. 12. 13.

1. Καὶ ἦν δεδεμένος &c.] Hæc & alia non pauca quæ sequuntur, videntur ex Traditionibus Judaicis, & ex Apocryphis libris in sacrum Textum fuisse translata. Unde simili sanctarum profanarumque dictionum compactione, C Auctor Commentarii imperfecti ita loquitur, ad Matth. I. 10. *Cum multa gessisset impie Manasses, adduxit super eum Deus principes virtutis regis Assur: & comprehenderunt Manassen in vinculis, & ligaverunt eum in compedibus, & perduxerunt eum in Babyloniam: & erat ligatus & catenatus in domo carceris; & dabatur ei panis hordeaceus ad mensuram modicus, & aqua cum aceto modica ad mensuram, ut viveret tantum; & erat constrictus in doloribus valde. Et ideo cum vehementer affligeretur, quæsivit faciem Domini Dei sui, & oravit Deum qui omnibus adstat: & exaudivit Dominus vocem ejus, & misertus ei. Et facta est circa eum flamma ignis, & liquefacta sunt omnia vincula ejus. Liberavitque Dominus Manassen ex omni tribulatione ejus, & reversus est in Hierusalem in regnum suum. Et cognovit Dominum Manasses, dicens, Ipse est solus Deus. Et servivit soli Domino Deo in toto corde suo, & in tota anima sua, omnibus diebus vitæ suæ, & reputatus est justus.* Ajunt certe illud de pane surfureo & posca, (quod etiam referunt Suidas & Glycas, ubi de hoc Rege faciunt mentionem) in quibusdam Codicibus Græcis inseri inter vers. 11. & 12. cap. 33. libri 2. Paralipomenon. Ac forte ἡ Ἑβραίων παλαιὰ γραφὴ οὐ τῶν ἐκκλησιαζομένων (e quo Apocrypho in Sozomeni lib. 9. cap. 17. narratur de Joaso Rege, filio ipsius, & Zacharia Propheta) istas fabellas complectebatur: quemadmodum & similes: qualis illa quam verbis citatam præcedentibus adducit Pseudo-Chrysostomus. Quo modo Manassem occidere voluerit Ezechias Rex, pater ejus, ob prædictionem Isaiæ: qualisque alia apud Chronicum Eusebii, Georgium Syncellum, Georgium Hamartolum Monachum, Georgium Cedrenum, Suidam, Glycam, necnon S. Basilium de pœnitentia Homilia 28. Ut Manasses τετραπρόσωπα εἴδωλα, sive statuam vel suam, vel Jovis, vel τῆς ἀκολάστου δαίμονος, hoc est Veneris, eamque quatuor aut quinque facies habentem; posuerit in templo Dei. Porro Constitutionum locum inveni laudatum a Georgio illo Hamartolo, qui χρονογράφος ineditus exstat quoque in maxima maximi Regis Bibliotheca, & per μακαρίτην Leonem Allatium vulgandus credebatur. Ait: ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν ταῖς ἀποστόλων διατάξεσιν οὕτω γέγραπται· Μανασσῆς οὖν υἱὸς Ἐζεκίου, ποιήσας τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, ὑπὲρ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καθὼς φησιν ἡ γραφή. ἐπήγαγε κύριος ἐπ' αὐτὸν τοὺς ἄρχοντας τῆς δυνάμεως τοῦ βασιλέως· καὶ δήσαντες αὐτὸν ἐν πέδαις χαλκαῖς, ἀπήγαγον εἰς Βαβυλῶνα. καὶ ἦν δεδεμένος, καὶ σεσιδηρωμένος ὅλος ἐν οἴκῳ φυλακῆς· καὶ ἐδίδοτο αὐτῷ ἐκ πιτύρων ἄρτος βραχὺς, καὶ ὕδωρ ὀλίγον σὺν ὄξει ἐν μέτρῳ, πρὸς τὸ ζῆν αὐτὸν καὶ μόνον. συνεχόμενος δὲ σφόδρα καὶ ὀδυνώμενος, ἐζήτησε τὸ πρόσωπον κυρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ προσηύξατο λέγων· Κύριε παντοκράτορ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἐπακούσας ὁ Θεὸς τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ διαλύσας τὰ δεσμὰ αὐτοῦ, ἐπέστρεψεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. καὶ λατρεύσας κυρίῳ τῷ Θεῷ μόνῳ ἐξ ὅλης καρδίας αὐτοῦ, ἐλογίσθη δίκαιος, ὢ φιλανθρωπίας Θεοῦ. ὅτι μείζων εἰδωλολατρείας οὐκ ἔστιν ἁμαρτία· εἰς Θεὸν γάρ ἐστιν ἡ δυσσέβεια. ἀλλ' ὅμως καὶ αὕτη διὰ γνησίας καὶ ὁλοψύχου μετανοίας συγκεχώρηται. καὶ γὰρ ὄντως ἄξιον θαυμάσαι τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν, πῶς τὸν τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα πεπλημμεληκότα χρόνοις τοσούτοις, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ συγγνώμης ἠξίωσεν. Nec est quod aliquid post tot alios notem, circa panem furfuraceum modicum, & parvam mensuram aquæ aceto mistæ. Adduco dumtaxat locum illustrem S. Basilii Epistola ad Julianum Apostatam; τὰ βέλτιστα τῶν παρ' ἡμῖν βρωμάτων, θαλλὴ χόρτου φύλλα σὺν ἄρτῳ βραχυτάτῳ καὶ τῷ ἐξεστηκότι οἴνῳ, & versus elegantes B. Gregorii Nazianzeni Carmine Jambico 18. p. 214.

Φαγεῖν; μέγιστον ἄρτος ἐνδεῶς δοθείς.
Πιεῖν; ὕδωρ σοι δώσομεν, καὶ ὀξίνην. COT.

2. Λέγων.] Vera Manassæ Regis Oratio legebatur in Sermonibus Regum Israel, & in Sermonibus Hozai, ut docetur II. Paral. XXXIII. 18. 19. Ista autem fictitia est, ac extra Canonem librorum divinorum collocata: quamvis pro genuina habuerint etiam Scriptor Sermonis in Publicanum & Pharisæum tom. 6. Operum B. Chrysostomi, D Antonius Monachus lib. 2. Melissæ Serm. 94. Theodorus Studita Sermone Catechetico 93. Theophanes Cerameus Homil. 2. & 56. Freculfus, Georgii duo, Syncellus & Hamartolus, in Chronicis suis, atque Suidas in voce Μανασσῆς, ubi recte exemplar Regium numero 130. καὶ τότε προσηύξατο πρὸς κύριον τό, Κύριε παντοκράτορ. Quibus accedunt omnes ii, apud quos inter Cantica Scripturæ legebatur; quod factitatum patet ex Mss. Alexandrino & Regiis, & ex eo quod eam Freculfus appellat Canticum pœnitentiæ, Anastasius Sinaita in Psalmum VI. τὴν προσευχὴν τῆς ᾠδῆς, Georgius vero Syncellus, Michael Glycas, & Theophanes Cerameus ᾠδήν. En Græca Theodori Studitæ; ᾠδὴν ἧσε τῷ Θεῷ, ἣν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας ᾄδει ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία. Quare ad marginem alterius Ms. Georgii Monachi seu Hamartoli in Bibliotheca vere Regia Scholium istud comparet, ἱστόρηται παρὰ Ἀφρικανῷ, ὅτι ἐν τῷ ᾄδειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆν, τὰ δεσμὰ διεῤῥάγησαν σιδηρᾶ ὄντα. pro quo in Damasceni Parallelis lib. 2. c. 15. leges: *Memoriæ proditum* E *est ab Africano, quod dum orationem hanc funderet Manasses, vincula ferrea confracta fuerunt, atque ipse fuga saluti suæ consuluit.* Lib. III. Comment. *Pet. Lambecii* Cæsarei Bibliothecarii, e Cod. Mss. Vindobonensi inter Theol. Græcos 25. ἱστορεῖται παρὰ Ἀφρικανῷ, ὅτι ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆν, τὰ δεσμὰ διεῤῥάγησαν σιδηρᾶ ὄντα, καὶ ἔφυγεν. ID.

3. Ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν.] Theophanes Cerameus Homilia 56. κόσμος καὶ ἡ τοῦ κάλλους ἁρμονία, καὶ διακόσμησις, κατὰ τὸ ὑμνούμενον ἐν τῇ ᾠδῇ Μανασσῆ· Ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν. ID.

4. Ἀνυπόστατος ἡ ὀργὴ τῆς ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπειλῆς σου.] Inter Scripturæ testimonia hanc sententiam profert Antonius Melissa dictus lib. 2. serm. 94. legitque, ἐπὶ ἁμαρτωλοῖς, quo modo editio Veneta an. 1632. qua utor Horologii Græcorum in officio μεγάλου ἀποδείπνου, *magni Completorii*. ID.

5. Ὅτι σὺ εἶ κύριος εὔσπλαγχνος.] Alexandrinus Biblio-

τῶν ἀνθρώπων. ὅτι σὺ ὁ Θεὸς, κατὰ τὴν χρηστότητα τῆς ἀγαθωσύνης σου ἐπηγγείλω μετανοίας ἄφεσιν τοῖς ἡμαρτηκόσι, καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου ὥρισας μετάνοιαν ἁμαρτωλοῖς εἰς σωτηρίαν. σὺ οὖν, κύριε ὁ Θεὸς τῶν δικαίων, οὐκ ἔθου μετάνοιαν δικαίοις, τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, τοῖς οὐχ ἡμαρτηκόσι σοι· ἀλλ' ἔθου μετάνοιαν ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, διότι ἥμαρτον ὑπὲρ ἀριθμὸν ψάμμου θαλάσσης. ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου, κύριε, ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου, καὶ [1] οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος ἀτενίσαι καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ; ἀπὸ πλήθους τῶν ἀδικιῶν μου, κατακαμπτόμενος πολλῷ δεσμῷ σιδήρου. διότι παρώργισα τὸν θυμόν σου, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα, στήσας βδελύγματα, καὶ πληθύνας προσοχθίσματα. καὶ νῦν κλίνω γόνυ καρδίας μου, δεόμενος τῆς παρὰ σοῦ χρηστότητος. ἡμάρτηκα, κύριε, ἡμάρτηκα, καὶ τὰς ἀνομίας μου ἐγὼ γινώσκω· ἀλλ' αἰτοῦμαι δεόμενός σου· [2] ἄνες μοι κύριε, ἄνες μοι, καὶ μὴ συναπολέσῃς με ταῖς ἀνομίαις μου, μηδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνίσας τηρήσῃς τὰ κακά μοι, μηδὲ καταδικάσῃς με ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς. ὅτι σὺ Θεὸς, Θεὸς τῶν μετανοούντων, καὶ ἐπ' ἐμοὶ δείξεις [3] τὴν ἀγαθωσύνην σου. ὅτι ἀνάξιον ὄντα [4] σώσεις κατὰ τὸ πολὺ ἔλεός σου. καὶ αἰνέσω σε διαπαντὸς ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς μου. ὅτι σε ὑμνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Καὶ ἐπήκουσε τῆς φωνῆς αὐτοῦ κύριος, καὶ ᾠκτείρησεν αὐτόν. [5] καὶ ἐγένετο περὶ αὐτὸν φλὸξ πυρὸς, καὶ ἐτάκησαν πάντα τὰ περὶ αὐτὸν σίδηρα· καὶ ἰάσατο κύριος τὸν Μανασσῆν ἐκ τῆς θλίψεως αὐτοῦ, καὶ ἐπέστρεψεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. καὶ ἔγνω Μανασσῆς, ὅτι κύριος αὐτός ἐστι Θεὸς μόνος, καὶ ἐλάτρευσεν μόνῳ κυρίῳ τῷ Θεῷ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ· καὶ ἐλογίσθη δίκαιος. καὶ περιεῖλε τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ τὸ γλυπτὸν ἐξ οἴκου κυρίου, καὶ πάντα τὰ θυσιαστήρια ἃ ᾠκοδόμησεν ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ πάντα τὰ θυσιαστήρια τὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐξέβαλεν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ κατώρθωσε τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐθυσίασεν ἐπ' αὐτὸ θυσίαν σωτηρίου, καὶ αἰνέσεως. καὶ εἶπε Μανασσῆς τῷ Ἰούδᾳ, τοῦ δουλεύειν κυρίῳ τῷ Θεῷ Ἰσραήλ. καὶ ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ. καὶ ἐβασίλευσεν Ἀμὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ· καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησε Μανασσῆς ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν πρώτοις, καὶ παρώξυνε κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ. Ἠκούσατε, τέκνα ποθητὰ ἡμῶν, ὅπως κύριος ὁ Θεὸς [6] εἰδώλοις προσανασχόντα, καὶ πολλοὺς ἀθώους φονεύσαντα, βραχέως τιμωρησάμενος, μεταγνόντα προσελάβετο, καὶ ἀφεὶς αὐτῷ τὰ πλημμελήματα, ἐπέστρεψεν αὐτὸν [7] περὶ τὴν βασιλείαν. οὐ μόνον γὰρ ἀφίησι τοῖς μετανοοῦσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν αὐτοὺς ἐπανάγει.

A *tiplicatæ sunt iniquitates meæ; & non amplius dignus sum intueri & aspicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum, incurvatus multo vinculo ferreo. Quia irritavi iram tuam, & malum coram te feci, erigens abominationes, & multiplicans offendicula. Et nunc flecto genu cordis mei, deprecans bonitatem tuam. Peccavi, Domine, peccavi, & iniquitates meas ego cognosco: sed peto rogans te: Remitte mihi, Domine, remitte mihi, & ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in æternum iratus serves mala mihi, neque condemnes me in infimis terræ. Quia tu es Deus, Deus pœnitentium; & in me ostendes bonitatem tuam. Quoniam me indignum servabis, secundum multam misericordiam tuam: & laudabo te semper omnibus diebus* B *vitæ meæ. Quia te laudat omnis virtus cælorum; & tua est gloria, in sæcula. Amen. Et audivit Dominus vocem illius, ac miseratus est eum: & orta est circa ipsum flamma ignis; & liquefacta sunt omnia vincula ferrea, quæ circum eum: & sanavit Dominus Manassem ex afflictione ejus; & reduxit eum Hierosolymam ad regnum ipsius. Et cognovit Manasses, quia Dominus ipse est Deus solus; & servivit soli Domino Deo, ex toto corde suo, & ex tota anima sua, per omnes dies vitæ suæ; & reputatus est justus. Et abstulit deos alienos, & sculptile de domo Domini, & omnia altaria quæ ædificaverat in domo Domini, & omnia altaria quæ in Hierosolymis, & projecit extra civitatem; & instauravit altare,* C *& super illud sacrificavit sacrificium salutaris, & laudis. Et dixit Manasses ad Judam, ut serviret Domino Deo Israel. Et dormivit in pace cum patribus suis. Et regnavit Amon filius ejus pro eo: fecitque malum in conspectu Domini, secundum omnia quæ fecerat pater ejus in principio; & irritavit Dominum Deum suum.* Audistis, filii nobis carissimi, quemadmodum Dominus Deus eum qui idolis adhæserat, & multos insontes interemerat, leviter castigatum jamque resipiscentem susceperit, dimissisque illi peccatis in regnum restituerit. Non modo enim pœnitentiam agentibus concedit veniam, sed & eos ad pristinam dignitatem revocat.

rum Codex miræ antiquitatis, ὅτι σὺ εἶ κύριος ὕψιστος, εὔσπλαγχνος. *Quoniam tu es Dominus, altissimus, benignus*, ait Vetus Interpres. At in editionibus, in Horologio, & in quinque Mss. Regiis, σὺ γὰρ εἶ κύριος ὕψιστος, εὔσπλαγχνος. Mitto alias varietates, non majoris momenti. COT.

1. Οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος ἀτενίσαι καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ πλήθους τῶν ἀδικιῶν μου.] Ab Auctore Homiliæ de Publicano & Pharisæo, quam B. Chrysostomo attribuunt, citatur absque particula ἔτι, quæ etiam a reliquis exemplaribus abest. ID.

2. Ἄνες μοι κύριε, ἄνες μοι.] De hoc loco videnda Homilia 2. Ceramei Theophanis. ID.

3. Τὴν.] Alter Codex habet τὴν πᾶσαν, quod est ἐμφατικώτερον. CLER.

4. Σώσεις με.] Sic habet alter cod. Vind. ID.

5. Καὶ ἐγένετο περὶ αὐτὸν φλὸξ πυρός.] Ut mendacia instabilitate ac portentis gaudent, variis mirisque modis narratur Manassis liberatio, contra simplicitatem divinæ Scripturæ, & auctoritatem Josephi Historici. Non juvat D fabulatorum verba transscribere. Legat qui tempus & operam perdere volet, præter Damascenum ex Africano, & Auctorem Operis imperfecti, paucis ab hinc Notis citatos, Quæstiones seu Traditiones Hebraicas in II. Paralipomenon quæ cum Hieronymo excuduntur, Anastasium Sinaitam Homilia in Psalmum 6. laudatoremque ac sectatorem illius Glycam in Annalibus suis, Georgium Syncellum in Chronographia, & Suidam in Lexico. Cernet figmenti vices, ac tantum non taurum Phalaridis. Enimvero post hæc scripta venit in manus meas S. Gregorii Nazianzeni Codex Ms. optimæ notæ ac venerandæ antiquitatis, qui ditissimam magni Regis Bibliothecam ditiorem facit; estque octingentorum fere annorum, scriptus magna arte temporibus Leonis Imperatoris, filii Basilii Macedonis & Eudociæ Augustæ, quorum icones principio exhibet, ut & Alexandri fratris Leonis. In quo Codice circa finem, non sine voluptate vidi figuram Manassis Regis in tauro æneo positi. COT.

6. Εἰδώλοις.] Ambo Codd. τοῖς εἰδώλοις. CLER.

7. Περί:] Melius Cod. Vindob. ἐπί. ID. — Al. εἰς. COT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ'.

Πρὸς τοὺς ἐκ καταφρονήσεως ἁμαρτάνοντας ἔστω παράδειγμα [1] Ἀμών.

ΜΕίζων εἰδωλολατρείας οὐκ ἔστιν ἁμαρτία· εἰς Θεὸν γάρ ἐστι δυσσέβεια· ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ διὰ γνησίας μετανοίας συγκεχώρηται. [2] ἐὰν δέ τις ἐκ παρατάξεως ἁμαρτάνῃ, πειράζων τὸν Θεὸν, ὡς μὴ ἐπεξιόντα τοῖς πονηροῖς, ὁ τοιοῦτος ἄφεσιν οὐχ ἕξει, κἂν λέγῃ παρ' ἑαυτῷ, ὅσιά μοι γένοιτο, ὅτι πορεύσομαι ἐν τῇ ἀναστροφῇ τῆς καρδίας μου τῆς πονηρᾶς. τοιοῦτος γάρ τις ἐγένετο καὶ Ἀμὼν ὁ τοῦ Μανασσῆ υἱός. [3] φησὶ γὰρ ἡ γραφή· Καὶ παρελογίσατο Ἀμὼν λογισμὸν παραβάσεως κακὸν, καὶ εἶπεν· ὁ πατήρ μου ἐκ νεότητος πολλὰ παρηνόμησε, καὶ ἐν γήρᾳ μετέγνω· καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι καθὰ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς κύριον. καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, παρὰ [4] πάντας τοὺς γενομένους ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Καὶ ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν κύριος ὁ Θεὸς ἐν τάχει ἐκ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς αὐτοῦ. Καὶ ἐπέθεντο αὐτῷ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἐθανάτωσαν αὐτὸν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη δύο μόνα.

CAPUT XXIII.

In eos qui ex contemtu peccant, exemplum sit Amon.

GRavius delictum idololatria non reperitur: est enim in Deum impietas: nihilominus tamen & illud per sinceram pœnitentiam condonatum est. Si qui vero instructa veluti acie rebellis delinquat, tentans Deum, quasi malos non insectantem; hujusmodi venia carebit; licet secum ipse dicat; Bene mihi sit, ambulabo in consuetudine cordis mei pravi. Qualis exstitit Amon Manassis filius. B Ait enim Scriptura [a]: *Et decepit se Amon mala cogitatione transgressionis, & dixit; Pater meus a puero multa inique egit, & in senectute pœnitentia ductus est: & nunc ego ambulabo prout desiderat anima mea, & postea ad Dominum me convertam. Et fecit malum coram Domino, supra omnes qui ante eum vixerant. Et cito delevit eum Dominus Deus ex terra ejus bona. Et irruerunt in eum servi ejus, & interfecerunt eum in domo ipsius: & duos tantum annos regnavit.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

Ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς κύριος παρεγένετο ἁμαρτωλοὺς σῶσαι διὰ μετανοίας.

ΠΡοσέχετε οὖν, οἱ λαϊκοὶ, μήτις ἐξ ὑμῶν τὸν λογισμὸν τοῦ Ἀμὼν ἐπὶ καρδίαν αὐτοῦ στηρίξῃ, καὶ ἔσται [5] συντόμως ἀπολλύμενος· ὁμοίως ὁ ἐπίσκοπος συντηρείτω καθὸ δύναται, τοὺς μὴ ἡμαρτηκότας ἀναμαρτήτους μένειν· καὶ τοὺς ἀπὸ ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφοντας θεραπεύων δεχέσθω· ἐὰν δὲ τὸν μετεγνωκότα, ἀνηλεὴς ὢν, μὴ προσδέξηται, ἁμαρτήσει εἰς κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ, δικαιῶν ἑαυτὸν ὑπὲρ τὴν ἐκείνου δικαιοσύνην, καὶ μὴ προσλαμβανόμενος ὃν προσεδέξατο διὰ Χριστοῦ, δι' ὃν ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ γῆς τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπον, δι' ὃν εὐδόκησεν ἐκ γυναικὸς αὐτὸν γεννηθῆναι, τὸν ποιητὴν ἀν-

CAPUT XXIV.

C *Quod Christus Jesus Dominus ideo advenit, ut per pœnitentiam servaret peccatores.*

ATtendite ergo, Laici, ne quis vestrum cogitationem Amonis in cor suum imprimat, sicque pereat brevi. Parem in modum Episcopus observet quantum potest, ut qui non peccaverunt, sine peccato maneant: item conversos a peccatis, postquam sanaverit, recipiat: sin vero pœnitentem, immisericors ipse non admiserit, delinquet in Dominum Deum suum, justificans se ipsum supra illius justitiam; non suscipiens eum, quem Deus per Christum suscepit; eum, cujus gratia Filium suum in terram misit hominibus ut hominem; eum, pro- D pter quem placuit illi, ut qui erat viri ac mulieris

[a] IV. Reg. XXI. 23. 19. II. Paral. XXXIII. 24. 21.

1. Ἀμών.] Additur in altero Cod. καὶ ὅτι χεῖρον εἰδωλολατρείας οὐκ ἔστιν ἁμαρτία: *nec ullum peccatum esse idololatria deterius*. COT.

2. Ἐὰν δέ τις ἐκ παρατάξεως ἁμαρτάνῃ,] Quasi sua usurpavit Georgius Cedrenus in Compendio Historiarum (edit. reg. tom. 1. pag. 40.), ubi de Pharaone. Dicens: εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι ἐάν τις ἐκ παραπτώσεως ἁμαρτάνει, πειράζων τὸν Θεὸν, ὡς μὴ ἐπεξιόντα τοῖς πονηροῖς, ὁ τοιοῦτος οὔτε μετανοίας ἀξιοῦται, οὔτε ἀφέσεως· ὥσπερ γε καὶ ἄλλος πλείους, καὶ οὗτος ὁ Φαραώ. κἂν λέγῃ τις παρ' ἑαυτῷ, ὅσιά μοι γένοιτο, ὅτι πορεύσομαι ἐν τῇ ἀναστροφῇ τῆς καρδίας μου τῆς πονηρᾶς. καὶ ὀψέ ποτε μετανοήσω· ὥσπερ Ἀμὼς ὁ τοῦ Μανασσῆ· διὸ καὶ τὸ τάχος ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν ὁ Θεός. Allegat autem Georgius Hamartolus, hoc pacto; ὅπερ ὂν καὶ ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσιν ὑπεμφαίνων ὁ θεῖος λόγος οὕτω φησίν. ἐάν δέ τις ἐκ παρατάξεως (alter ex Codicibus Regius παραπτώσεως) ἁμαρτάνῃ, πειράζων τὸν Θεὸν, ὡς μὴ ἐπεξιόντα τοῖς πονηροῖς, ὁ τοιοῦτος ἄφεσιν οὐχ ἕξει, κἂν λέγῃ παρ' ἑαυτῷ, ὅσιά μοι γένοιτο, ὅτι πορεύσομαι ἐν τῇ ἀναστροφῇ τῆς πονηρᾶς μου καρδίας, καὶ τότε μετανοήσω. τοιοῦτος γὰρ ἐγένετο καὶ ὁ Ἀμὼς ὁ τοῦ Μανασσῆ υἱός. φησὶ γὰρ ἡ γραφή· Καὶ παρελογίσατο Ἀμὼς ὁ τοῦ Μανασσῆ υἱὸς λογισμὸν παραβάσεως πονηρὸν, καὶ εἶπεν· ὁ πατήρ μου πολλὰ ἐκ νεότητος παρηνόμησεν, καὶ ἐν γήρει μετενόησεν· καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι καθὼς ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς κύριον. καὶ ποιήσας τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν ἐν τάχει. Ostendunt ea loca, excidisse e Nostris Constitutionibus verba, καὶ ὀψέ ποτε (vel καὶ τότε) μετανοήσω. Videtur autem παραπτώσεως esse erratum scribarum, non sine dispendio sensus atque elegantiæ. Præclare enim dicitur ἐκ παρατάξεως ἁμαρτάνειν, qui Deum rebellis contemtorque peccando oppugnat, & dedita opera obstinatoque animo divinæ gratiæ reluctatur. ID.

3. Φησὶ γὰρ ἡ γραφή.] Idem feratur judicium de ibrida hoc textu, ac de illo Capitis superioris. Præter mox adductos Georgios, falsus Chrysostomus ad Matth. I. 10. *Fuit Amos valde iniquus, ut exstant opera sua maligna, quibus imitatus fuerat Manassem, ut etiam Deum posse se fallere æstimaret, dicens: Pater meus multa ex juventute sua iniqua fecit, & in senectute sua pœnituit: & ego nunc ambulabo, secundum quod desiderat anima mea, & postmodum convertar ad Dominum.* Michael Glycas parte 2. Annalium; φησὶ γὰρ ἡ γραφή· καὶ παρελογίσατο Ἀμμὼς λογισμὸν πονηρὸν, καὶ εἶπεν· ὁ πατήρ μου πολλὰ ἐκ νεότητος παρηνόμησε, καὶ ἐν γήρει μετενόησε. καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι καθὼς ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς κύριον. Cyrillus Alexandri- E nus Oratione de exitu animæ & de secundo adventu; οἱ λέγοντες, ἐν νεότητι ἁμαρτήσωμεν, καὶ ἐν γήρᾳ μετανοήσωμεν, ὑπὸ δαιμόνων ἐμπαίζονται καὶ χλευάζονται, καὶ ὡς ἑκουσίως ἁμαρτάνοντες, τῆς μετανοίας οὐκ ἀξιοῦνται, ἀλλ' ἐν νεότητι ὑπὸ τῆς τοῦ θανάτου δρεπάνης θερίζονται· ὡς Ἀμμὼν ὁ τοῦ Ἰσραὴλ βασιλεὺς, ὁ καὶ τὸν Θεὸν παροργίσας διὰ τοὺς πονηροὺς αὐτοῦ λογισμοὺς, καὶ τὰς βεβήλους αὐτοῦ ἐννοίας. οἱ γὰρ λέγοντες, σήμερον ἁμαρτήσωμεν, καὶ αὔριον μετανοήσωμεν, οἱ τοιοῦτοι ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν. Hoc est: *Qui dicunt, Peccemus in juventute, & in senectute pœnitentiam agemus, a dæmonibus illuduntur, atque deridentur; quoniamque ultro peccant, eis pœnitere non datur, sed in juventute mortis falce demetuntur: ut Ammon Israelitarum rex, qui etiam Deum suis pravis deliberationibus, profanisque mentis conceptibus irritavit. Nam qui dicunt, Hodie peccemus, & cras pœnitentia ducemur, ii evanuerunt in cogitationibus suis.* ID.

4. Πάντας.] Deest in altero Codd. Vienn. CLER.

5. Συντόμως.] Alter σὺν τῷ Ἀμὼς, quomodo heic vocatur *Amon*, in eo Cod. ID.


δρὸς καὶ γυναικὸς, οὗ χάριν μὴ φεισάμενος σταυροῦ καὶ θανάτου καὶ ταφῆς, συνεχώρησε παθεῖν τὸν τῇ φύσει ἀπαθῆ, τὸν υἱὸν τὸν ἀγαπητὸν, τὸν Θεὸν λόγον, τὸν τῆς μεγάλης αὐτοῦ βουλῆς ἄγγελον, ὅπως τοὺς ὑποκειμένους θανάτῳ ῥύσηται τοῦ θανάτου. τοῦτον παροργίζουσιν οἱ μὴ προσδεχόμενοι τοὺς μετανοοῦντας· οὗτος γὰρ Ματθαῖον ἐμὲ τελώνην ὄντα πρότερον, οὐκ ἐπαισχύνθη· καὶ Πέτρον ἀρνησάμενον αὐτὸν διὰ δέος τρίτον, καὶ διὰ μετανοίας ἐξιλεωσάμενον καὶ προσκλαύσαντα πικρῶς, προσήκατο, καὶ ποιμένα τῶν ἰδίων ἀρνῶν κατέστησε· καὶ Παῦλον δὲ τὸν συναπόστολον ἡμῶν, πολλὰ τὸ πρότερον εἰς ἡμᾶς ἐπιτριψάμενον κακὰ, καὶ βλασφημήσαντα εἰς τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον, ἀπόστολον ἀντὶ διώκτου προεχειρίσατο, σκεῦος αὐτὸν ἐκλογῆς ἀναδείξας· καὶ ἄλλῃ τινὶ B ἁμαρτωλῷ γυναικὶ λέγει· Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησας πολύ. [1] ἑτέραν δέ τινα ἡμαρτηκυῖαν ἔστησαν οἱ πρεσβύτεροι ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ἐπ' αὐτῷ θέμενοι τὴν κρίσιν, ἐξῆλθον, ὁ δὲ καρδιογνώστης κύριος πυθόμενος αὐτῆς, εἰ κατέκριναν αὐτὴν οἱ πρεσβύτεροι, καὶ εἰπούσης ὅτι οὐ, ἔφη πρὸς αὐτήν· Ὕπαγε οὖν, οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω. Τοῦτον τὸν σωτῆρα, βασιλέα, καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν, ὦ ἐπίσκοποι, σκοπὸν ἔχειν δεῖ, τούτου μιμητὰς εἶναι, πρᾳεῖς, ἡσυχίους, εὐσπλάγχνους, ἐλεήμονας, εἰρηνικοὺς, ἀοργήτους, διδακτικοὺς, ἐπιστρεπτικοὺς, εἰσδεκτικοὺς, παρακλητικοὺς, μὴ πλήκτας, μὴ ὀργίλους, μὴ ὑβριστὰς, μὴ ἀλαζόνας, μὴ ὑπεροπτικοὺς, μὴ οἰνόφλυγας, μὴ μεθύσους, μὴ εἰ- C καιοδαπάνους, μὴ τρυφητὰς, μὴ πολυδαπάνους, μὴ ὡς ἀλλοτρίοις ἀλλ' ὡς ἰδίοις τοῖς τοῦ Θεοῦ δόμασι χρωμένους, ὡς ἀγαθοὺς οἰκονόμους καθεστῶτας, ὡς μέλλοντας ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν λόγον. αὐτάρκη ἐχέτω τροφὴν, καὶ ἀμφιασμὸν, ὁ ἐπίσκοπος, τὸν τῇ χρείᾳ καὶ τῇ σεμνότητι προσήκοντα· μὴ τοῖς κυριακοῖς ὡς ἀλλοτρίοις κεχρήσθω, ἀλλὰ μεμετρημένως· Ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστι. Μὴ σπάταλος, μὴ πέρπερος, ἀλλὰ μόνων τῶν πρὸς σύστασιν ἐφιέμενος.

A conditor, ex muliere nasceretur; cujusque caussa, crucem, mortem ac sepulturam non condonans, permisit ut pateretur, natura impassibilis Filius dilectus, Deus Verbum, [a] *magni consilii* divini *Angelus*; quo, scilicet, morti obnoxios morte liberaret. Hunc ad iram provocant, qui pœnitentes excludunt. Ille siquidem me Matthæum, antea publicanum, non erubuit; & Petrum qui eum ter propter metum negaverat, & postea eumdem placaverat pœnitendo, atque amare fleverat, complexus est, ac pastorem agnorum suorum constituit; similiter Paullum coapostolum nostrum, etsi initio multis nos malis attrivisset, ac in nomen sanctum blasphemasset, Apostolum ex persecutore designavit, B eumque vas electionis declaravit: cuidam etiam mulieri peccatrici ait: [b] *Remittuntur tibi peccata multa, quoniam dilexisti multum*: alteram vero quæ deliquerat, cum Seniores ante eum statuissent, & relinquentes ei judicium, abiissent, cordium scrutator Dominus interrogatam, utrum a Senioribus condemnata fuisset, atque id negantem, his verbis allocutus est: [c] *Vade igitur; neque ego te condemno*. Hunc, o Episcopi, Salvatorem, Regem ac Deum nostrum Jesum, pro scopo habere convenit; hunc imitari, mites esse, quietos, humanos, misericordes, pacificos, expertes iræ; ad docendum, convertendum, recipiendum, hortandum & consolandum accommodatos; non percussores, non ira- C cundos, non contumeliosos, non arrogantes, non contemtores, non vinolentos, non ebriosos, non sumtuosos temere, non voluptarios, non consumtores; non utentes Dei donis tamquam alienis, sed tamquam propriis, ut constitutos in bonos dispensatores, utque rationem a Deo reposcendos. Episcopus moderato victu contentus sit; item vestitu ad necessitatem & honestatem apto: bonis Dominicis tamquam extraneis non abutatur, sed cum modo: [d] *Dignus est enim operarius mercede sua*. Non sit luxuriosus, non impensæ ac ornatus cupidus, sed necessariarum dumtaxat rerum appetens.

a Isa. IX. 6. *b* Luc. VII. 47. *c* Joan. VIII. 11. *d* Luc. X. 7.

1. Ἑτέραν δέ τινα ἡμαρτηκυῖαν.] Istum locum in mente habuit Græcus quidam Cod. Reg. 2375. ubi post Evangelium Joannis, positis versibus illius Evangelii ultimo capitis 7. & undecim sequentibus, subjungitur; τὰ ὠβελισμένα ἔν τισιν ἀντιγράφοις οὐ κεῖνται, οὐδὲ Ἀπολιναρίῳ· ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κεῖνται. μνημονεύουσι τῆς περικοπῆς ταύτης καὶ οἱ ἀπόστολοι πάντες ἐν αἷς ἐξέθεντο διατάξεσιν εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας. *Quæ obelo notata sunt, in quibusdam exemplaribus non exstant, neque apud Apollinarium: in vetustis autem libris tota habentur. Meminere hujus sectionis etiam omnes Apostoli in Constitutionibus, quas ad ædificationem Ecclesiæ ediderunt*. Gravi autem errore Interpres Homiliarum S. Chrysostomi in Joannem, nec non Croius Observationum in Novum Testamentum cap. 17. de muliere hac adultera accipiunt verba aurei Doctoris Homil. 60. seu 61. ad c. 10. vers. 24. ὅτι γὰρ πανταχοῦ διὰ τοῦτο ἠρώτων, οὐχ ἵνα μάθωσιν, ἀλλ' ἵνα τοῖς λεγομένοις ἐπισκήψωσιν, οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχόθεν πολλαχόθεν δῆλόν ἐστι. καὶ γὰρ ὅτε προσῆλθον ἐρωτῶντες, εἰ ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ· καὶ ὅτε [illegible] γυναικὸς διελέγοντο· καὶ ὅτε περὶ ἐκείνης ἐπυνθάνοντο, ἣν ἔφασαν ἑπτὰ ἄνδρας ἐσχηκέναι. ἑάλωσαν, οὐκ ἀπὸ φιλομαθείας, ἀλλ' ἀπὸ γνώμης σκαιᾶς πάσης. αὐτῷ [illegible]. Vidit erratum Savilius; sed dum castigare D vult, in aliud ipse incidit. Existimat quippe locum intelligi debere de dimittenda uxore: cum haud dubium sit, quin præ oculis S. Patris exstiterit textus Luc. VII. 47. &c. Itaque vertendum; *Quod enim ubique ideo interrogent, non ut discant, sed ut dicta culpent, non heic tantum, sed & alibi sæpe perspicuum est. Etenim quando accesserunt rogantes (Matth. 22. 17.), An liceret dare censum Cæsari, nec ne; & cum de remissione facta mulieri (Luc. 7. 47.) sermocinarentur; cumque percontati sunt de illa, quam ajebant (Matth. 22. 25.) septem viros habuisse; deprehensi sunt non discendi studio, sed prava voluntate interrogationes ad ipsum deferre*. Sed & circa historiam Evangelii Joannis, ingeniosa est B. Augustini conjectura lib. 2. de adulterinis conjugiis cap. 7. Eam e sacris codicibus ablatam fuisse a nonnullis, qui metuebant peccandi impunitatem dari mulieribus suis. Ad quam conjecturam pertinet spongia Armeniorum, qui totum Capitulum, tamquam multis perniciosum, delebant; quemadmodum docemur per libellum de eorum Religione: Qui E quidem non exigui momenti libellus S. Niconi solitus tribui, quia Latine tantum, nec semper feliciter conversus, exstat sub finem Balsamonis, utiliter, opinor, subjicietur e Ms. 1818. Gazæ Regiæ. COT. — Exstat infra in Appendice Constitutionibus subjecta, num. 1.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κέ.

Περὶ ἀπαρχῶν κ̀ δεκατῶν, κ̀ ὅπως ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος, ἢ αὐτὸς μεταλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν, ἢ ἑτέροις διανέμειν.

ΤΑ' διδόμενα κατ' ἐντολὴν Θεοῦ τῶν δεκατῶν καὶ τῶν ἀπαρχῶν, ὡς Θεοῦ ἄνθρωπ⊛ ἀναλισκέτω· τὰ εἰσφερόμενα ἐπὶ προφάσει πενήτων ἑκούσια, καλῶς οἰκονομείτω, ὀρφανοῖς, καὶ χήραις, καὶ θλιβομένοις, καὶ ξένοις ἀπορουμένοις, ὡς ἔχων Θεὸν λογιστὴν τούτων, τὸν ἐγχειρίσαντα αὐτῷ ταύτην τὴν οἰκονομίαν· πᾶσι δὲ τοῖς δεομένοις μετὰ δικαιοσύνης ἐπιμερίζοντες, καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ χρώμενοι ἐκ τῶν κυριακῶν, ἀλλὰ μὴ παραχρώμενοι, ἐσθίοντες ἐξ αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ κατεσθίοντες αὐτὰ μόνοι, κοινωνοῦντες δὲ τοῖς χρήζουσιν, ἀπρόσκοποι Θεῷ γίνεσθε· ἐὰν γὰρ μόνοι αὐτὰ ἀναλώσητε, ὀνειδισθήσεσθε παρὰ Θεοῦ, λέγοντος ὡς πρὸς ἀπλήστους καὶ μονοφάγους· Τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε. Καὶ ἐν ἄλλοις· Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; Διὸ καὶ ἐν τῷ νόμῳ προστέτακται ὑμῖν· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν. Καὶ ταῦτα λέγομεν, οὐχ ἵνα μὴ μεταλαμβάνητε ὑμῶν τῶν πόνων· γέγραπται γάρ. Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα· ἀλλ' ἵνα μεμετρημένως μετὰ δικαιοσύνης. ὃν τρόπον οὖν ὁ βοῦς ἐργαζόμενος ἐν τῇ ἅλῳ ἀκήμωτ⊛, ἐσθίει μὲν, ἀλλ' οὐ τὸ πᾶν κατεσθίει· οὕτω καὶ ὑμεῖς ἐργαζόμενοι εἰς τὴν ἅλω, τουτέστιν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐσθίετε· ὃν τρόπον καὶ οἱ Λευῖται οἱ λειτουργοῦντες τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ἥτις ἦν τύπος τῆς ἐκκλησίας κατὰ πάντα· προσέτι δὲ καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματ⊛ [1] μαρτύριον, τῆς ἐκκλησίας ἡ σκηνὴ προωρίζετο. ἐνταῦθα γοῦν καὶ Λευῖται τῇ σκηνῇ προσεδρεύοντες, ἐκ τῶν εἰς τὴν προσφορὰν τοῦ Θεοῦ διδομένων ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ δώρων, καὶ ἀφαιρεμάτων, καὶ ἀπαρχῶν, καὶ δεκατῶν, καὶ θυσιῶν, καὶ προσφορῶν, μετεῖχον ἀκωλύτως, αὐτοὶ, καὶ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ υἱοὶ καὶ θυγατέρες αὐτῶν. ἐπειδὴ δὲ τὸ ἔργον αὐτῶν ἦν λειτουργία τῆς σκηνῆς, διὰ τοῦτο κληροδοσίαν γῆς οὐκ ἔλαβον ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὅτι αἱ εἰσφοραὶ τοῦ λαοῦ, κληροδοσία τοῦ Λευὶ, καὶ κληρονομία τῆς φυλῆς αὐτῶν. ὑμεῖς οὖν σήμερον, ὦ ἐπίσκοποι, ἐστὲ τῷ λαῷ ὑμῶν ἱερεῖς, Λευῖται, οἱ λειτουργοῦντες τῇ ἱερᾷ σκηνῇ, τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ παρεστῶτες τῷ θυσιαστηρίῳ κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ προσάγοντες αὐτῷ τὰς λογικὰς καὶ ἀναιμάκτους θυσίας διὰ Ἰησοῦ, τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως· ὑμεῖς τοῖς ἐν ὑμῖν λαϊκοῖς ἐστε προφῆται, ἄρχοντες, καὶ ἡγούμενοι, κ̀ βασιλεῖς, [2] οἱ μεσῖται Θεοῦ καὶ τῶν πιστῶν αὐτοῦ, οἱ δοχεῖς τοῦ

CAPUT XXV.

De primitiis, & decimis; & quo modo debeat Episcopus, ex eis vel ipse accipere, vel aliis distribuere.

DEcimas & primitias, quæ juxta Dei mandatum erogantur, consumat, ut hominem Dei decet, quæ caussa pauperum sponte conferuntur, recte in pupillos, viduas, afflictos & peregrinos inopes dispenset; velut, qui habeat horum impendiorum ratiocinatorem Deum, a quo ipsi hæc procuratio est commissa. Quin etiam, o Episcopi, omnibus egentibus juste dispertientes; & ipsi Dominicis rebus utentes, sed non abutentes; ex iis cibum sumentes, sed non eas absumentes soli, immo cum egentibus communicantes; inoffensum Deum habetote. Nam si soli bona Dei consumseritis, hoc ab eo tamquam insatiabiles & solicomedones probrum reportabitis: [a] *Lac comeditis, & lanis operimini*. Et alio in loco: [b] *Numquid habitabitis soli in terra?* Quapropter & in Lege mandatum est vobis: [c] *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Atque hæc dicimus, non ut laboribus vestris nullatenus fruamini: scriptum est enim: [d] *Non alligabis os bovi trituranti*: sed ut moderate cum justitia utamini. Quemadmodum ergo bos in area operans, cami libero ore, pascitur quidem, sed non totum depascitur: ita & vos laborantes in area, hoc est, in Ecclesia Dei, ex Ecclesia vivite; instar quoque Levitarum, qui ministrabant testimonii tabernaculo, quod omni ex parte figura Ecclesiæ erat; quin etiam ipso nomine *testimonii*, Ecclesiæ tabernaculum designabatur. Huic itaque tabernaculo assidentes Levitæ, ex iis quæ ab omni populo offerenda Deo donabantur, muneribus, portionibus, primitiis, decimis, sacrificiis, & oblationibus, libere accipiebant, ipsi, eorumque uxores, & filii, & filiæ. Sed & quia eorum officium erat tabernaculo deservire, idcirco illis terra inter filios Israel sortito non obtigit; scilicet, populi collationes, sors Levitarum erant, tribusque eorum hereditas. Vos igitur, o Episcopi, hodie populo vestro estis Sacerdotes ac Levitæ, sacro tabernaculo, hoc est, sanctæ Catholicæ Ecclesiæ ministrantes, & adstantes ad altare Domini Dei nostri, cui rationales ac incruentas hostias offertis per Jesum Pontificem magnum. Vos Laicis vestris Prophetæ estis, principes, duces, reges; vos mediatores Dei & fidelium ejus, acceptores verbi & præcones, Scripturarum gnari, & voces Dei, ac testes voluntatis ejus; qui omnium delicta portatis,

[a] Ezech. xxxiv. 3. [b] Isa. v. 8 [c] Lev. xix. 18. [d] Deut. xxv. 4.

1. Μαρτύριον] Forte μαρτυρίου. Cot.

2. Οἱ μεσῖται Θεοῦ κ̀ τῶν πιστῶν αὐτοῦ.] Ita sæpe sancti Patres. Notavi in Adversariis, Origenem Homilia 2. in Leviticum, Basilium Constitutionum Monasticarum cap. 22. Chrysostomum in *vidi Dominum* Homil. 5. Hieronymum Epistola 128. & ad Malachiæ caput 2. Isidorum Pelusiotam lib. 3. Epist. 20. Andream Cæsariensem in Apocalypsim Serm. 7. cap. 21. Anastasium Sinaitam Oratione de sacra Synaxi, Historicos Ecclesiasticos Evagrium & Nicephorum, illum lib. 2. cap. 8. hunc lib. 15. cap. 17. sive Preces Episcoporum Ægyptiorum & Clericorum Alexandrinorum oblatas Leoni Augusto, Concilii Chalcedonensis parte 3. num. 22. Maximum ad caput 4. Libri de Ecclesiastica Hierarchia, Alchuinum de divinis Officiis libro, capitibus 13. 40. Leonem IV. in Concilio Romano Canone 17. apud eum Scriptorem de Vitis Romanorum Pontificum, qui Luitprandus esse creditur, Arnulfum Sermone habito in Concilio Turonensi, Zonaram ad Canonem 3. Carthaginiensem, Matthæum Blastarem Juris Græco-Romani lib. 8. pag. 517. seu Elemento Γ. cap. 18. & Gregentii Disputationem in fine. Immo ante Patres a Philone Judæo libro 2. de Monarchia litteris mandatum est, *βούλεται τὸν ἀρχιερέα ὁ νόμ⊛ μείζον⊛ μεμοιρᾶσθαι φύσεως, ἢ κατὰ ἄνθρωπον, ἐγγυτέρω προσιόντα τῆς θείας, μεθόριον, εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς λέγειν, ἀμφοῖν, ἵνα διά μέσου τινὸς ἄνθρωποι μὲν ἱλάσκωνται Θεὸν, Θεὸς δὲ τὰς χάριτας ἀνθρώποις ὑποδιακόνῳ τινὶ χρώμεν⊛ ὀρέγῃ καὶ χορηγῇ. Postulat Lex in Pontifice naturam humana majorem, ut qui ad divinam propius accedat, situs (si verum fateri licet) in utrisque confinio; ut per mediatorem aliquem homines quidem Deum propitient; Deus vero gratias hominibus, aliquo usus ministro, porrigat atque largiatur*. Attamen S. Gregorius Nazianzenus (quidquid explicetur per Eliam Cretensem) videtur dubitare Oratione I. an Sacerdos mediator Dei & hominum debeat appellari. *μεσιτείαν*, inquit *Θεοῦ κ̀ ἀνθρώπων· τοῦτο γὰρ ἴσως ὁ ἱερεύς*. Quæ ita vertuntur a Rufino ac si legisset *ἰδίως*, *Mediatorem effici populi apud Deum; quod est speciale officium Sacerdotis*. Quamquam Epist. xxxviii. Basilium appellat *τὸν Θεοῦ κ̀ ἀνθρώπων μεσίτην*. In Chrysostomo, *περὶ ἀκαταλήπτου* Or. 2. de Zacharia Luc. I. *καθάπερ μεσίτης τις ὢν Θεοῦ*

λόγου ϗ ἀγγελτῆρες, οἱ γνῶσται τῶν γραφῶν, καὶ φθόγγοι τοῦ Θεοῦ, καὶ μάρτυρες τοῦ θελήματ☉ αὐτȣ̃· οἱ πάντων τὰς ἁμαρτίας βαστάζοντες, ϗ περὶ πάντων ἀπολογούμενοι· οἷς, ὡς ἠκούσατε, ἐμβριθῶς ὁ λόγος ἀπειλεῖ, ἐὰν κρύψητε ἐξ ἀνθρώπων τὴν τῆς γνώσεως κλεῖδα· οἷς κίνδυνος ὀλέθριος, ἐὰν μὴ διαγγείλητε τὸ θέλημα αὐτȣ̃ τῷ ὑφ' ὑμᾶς λαῷ· οἷς παρὰ Θεοῦ μισθὸς ἀψευδὴς καὶ κλέος ἀνεκδιήγητον ἐν δόξῃ, καλῶς λειτουργήσασι τῇ σκηνῇ τῇ ἁγίᾳ. ὡς γὰρ τὸ βάρος ὑμέτερον, οὕτω καὶ τὰς διακονίας τῶν τροφῶν, καὶ τὰς ἄλλας χρείας ὑμεῖς καρποῦσθε. μιμηταὶ γάρ ἐστε Χριστȣ̃ τοῦ κυρίου· καὶ [1] ὥσαύτως πάντων τὰς ἁμαρτίας ἀνήνεγκεν ἐπὶ τὸ ξύλον, σταυρωθεὶς ὁ ἄμωμος ὑπὲρ τῶν κολάσεως ἀξίων, οὕτω ϗ ὑμᾶς τοῦ λαȣ̃ τὰς ἁμαρτίας ἐξιδιοποιεῖσθαι χρή. εἴρηται γὰρ περὶ τοῦ σωτῆρος ἐν Ησαΐᾳ, ὅτι οὗτ☉ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. Καὶ πάλιν· Αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε, καὶ διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη. Ὥσπερ οὖν ὑμεῖς σκοποί ἐστε, ȣ̃τω καὶ σκοπὸν ἔχετε τὸν Χριστόν· ὡς οὖν αὐτὸς πάντων ὑμῶν, οὕτω καὶ ὑμεῖς τῶν ὑφ' ὑμᾶς λαϊκῶν. μὴ γὰρ νόμιζε, ὅτι ἀχερὲς ἢ ἐλαφρὸν φορτίον ἐστὶν ἡ ἐπισκοπή. χρὴ οὖν ὡς τὸ βάρος φέρετε, οὕτως καὶ τῶν καρπῶν πρώτους μεταλαμβάνειν, καὶ τοῖς δεομένοις μεταδιδόναι, ὡς λόγον ὑφέξοντες τῷ ἀπαραλογίστως ὑμᾶς μέλλοντι λογιστεύειν. δεῖ γὰρ τοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ προσεδρεύοντας, ἐκ τῆς ἐκκλησίας διατρέφεσθαι, ἅτε ἱερεῖς, Λευΐτας, προέδρους, λειτουργοὺς Θεȣ̃· καθὼς ἐν βίβλῳ τῶν ἀριθμῶν γέγραπται περὶ τῶν ἱερέων· Καὶ εἶπε κύρι☉ πρὸς Ααρών· σὺ, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ ὁ οἶκος πατριᾶς σου λήψεσθε τὰς ἁμαρτίας τῶν ἁγίων, τῆς ἱερατείας ὑμῶν. ἰδȣ̀ δέδωκα ὑμῖν τὴν διατήρησιν τῶν ἀπαρχῶν· ἀπὸ πάντων τῶν ἡγιασμένων μοι παρὰ τῶν υἱῶν Ισραὴλ, σοὶ δέδωκα αὐτὰ εἰς γέρας, καὶ τοῖς υἱοῖς σου μετὰ σὲ, νόμιμον αἰώνιον. καὶ τοῦτο ἔσαι ὑμῖν ἀπὸ τῶν ἡγιασμένων, ἐκ τῶν καρπωμάτων, καὶ ἀπὸ τῶν δώρων, ϗ ἀπὸ πάντων τῶν θυσιῶν, ϗ ἀπὸ πάσης πλημμελείας, καὶ περὶ ἁμαρτιῶν· καὶ ὅσα ἀποδιδόασί μοι ἀπὸ πάντων τῶν ἁγίων, σοὶ ἔσαι ϗ τοῖς υἱοῖς σου. ἐν τῷ ἁγίῳ φάγεσθε αὐτά. Καὶ μετ' ὀλίγα· Πᾶσα ἀπαρχὴ ἐλαίου καὶ οἴνου καὶ σίτȣ, ὅσα ἂν δῶσι κυρίῳ, σοὶ δέδωκα αὐτά· καὶ τὰ πρωτογεννήματα πάντα σοι δέδωκα. καὶ συνέῤῥει πᾶν ἀνάθεμα· πᾶν πρωτότοκον ἀνθρώπου καὶ κτήνους καθαροῦ καὶ ἀκαθάρτου, καὶ [2] θυσίας, καὶ στηθηνίου, καὶ βραχίονος δεξιȣ̃ τοῖς ἱερεῦσι προσανήκει, ϗ τοῖς λοιποῖς τοῖς παραμένουσιν αὐτοῖς Λευΐταις. Ακούετε ταῦτα καὶ ὑμεῖς οἱ λαϊκοὶ, ἐκλεκτὴ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. καὶ γὰρ ὁ λαὸς πρότερον Θεοῦ λαὸς καὶ ἔθνος ἅγιον ὠνομάζετο· καὶ ὑμεῖς ȣ̃ν ἐστε ἁγία τοῦ Θεȣ̃ ἱερὰ ἐκκλησία ἀπογεγραμμένη ἐν οὐρανῷ, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, νύμφη κεκαλλωπισμένη κυρίῳ τῷ Θεῷ. ἐκκλησία μεγάλη, ἐκκλησία πιστὴ, ἃ πρότερον ἐῤῥέθη, νῦν ἐνωτίζȣ· ἀφαιρέματα, καὶ δεκάται, ἀπαρχαὶ τῷ ἀρχιερεῖ Χριστῷ καὶ τοῖς λειτȣργȣ̃σιν αὐτῷ δεκάται σωτηρίȣ, [3] ἀρχὴ ὀνόματος Ιησȣ̃. ἄκουε ἱερὰ καθολικὴ ἐκκλησία, ἡ

A quique de omnibus rationem debetis reddere; quibus, sicut audistis, horride sermo divinus minatur, si hominibus celaveritis [a] clavem scientiæ; & quibus mortis periculum imminet, si populo vobis supposito Dei voluntatem non annuntiaveritis; quibus *vice versa* reponitur apud Deum certa merces & decus inenarrabile in gloria, si pulcre sancto tabernaculo ministraveritis. Quemadmodum enim vestrum est onus; ita & cibos vobis suppeditatos, & alia necessaria colligitis. Imitatores siquidem estis Christi Domini; & sicut ille omnium nostrum peccata in ligno crucis portavit, immaculatus pro merentibus supplicium crucifixus; ita & vos plebis peccata vindicare oportet; cum de
B Salvatore in Esaia dictum sit: [b] *Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet*. Et post: *Ipse peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus est*. Ut ergo vos scopi estis, ita & Christum scopum habetis; & ut ille omnium vestrum exemplar est, ita & vos Laicorum quibus præestis. Non enim existimandum est, Episcopatum facile ac leve onus esse. Quocirca sicut pondus fertis; sic & decet ut primi fructus percipiatis, quos cum egentibus communicetis; ut pote rationem redditure ei qui cum ratiocinator vester sederit, nulla ratione poterit seduci. Oportet itaque eos qui Ecclesiæ assiduo incumbunt, ex Ecclesiæ bonis nutriri; quippe sacerdotes, Levitas, præsides, Dei ministros:
C sicut in Numerorum libro de sacerdotibus scriptum reperitur: [c] *Et dixit Dominus ab Aaronem: Tu, & filii tui, & domus patriæ tua, accipietis peccata sanctuarii, & sacerdotii vestri. Ecce dedi vobis custodiam primitiarum; de omnibus quæ sanctificata sunt mihi a filiis Israel, tibi dedi ea in honorem, & filiis tuis post te, legitimum sempiternum. Et hoc erit vobis de sanctificatis, de oblationibus, & de muneribus, & de omnibus sacrificiis, & de omni delicto, & de peccatis: & quæcumque reddunt mihi de omnibus sanctis, tibi erunt ac filiis tuis. In sancto comedetis illa*. Et paullo post: *Omnes primitiæ olei, & vini, & frumenti, quæcumque dederint Domino, tibi dedi*
D *ea: omnes primitias frugum tibi dedi. His accedit omnis consecratio. Præterea omne hominis ac pecudis sive mundæ sive immundæ primogenitum: item victimæ, earumque pectusculum ac brachium dextrum, ad sacerdotes pertinent, & ad Levitas reliquos, eorum comites*. Audite hæc vos etiam Laici, electa Dei Ecclesia. Nam & prior populus, [d] *Dei populus* & *gens sancta* vocabatur. Et vos igitur estis sacrosancta Dei Ecclesia [e] conscripta in cælis, [f] *regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis*, sponsa ornata Domino Deo. Ecclesia magna, Ecclesia fidelis, auribus percipe quæ prius dicta fuerunt: Exceptitia, & decimæ, & primitiæ Christo Pontifici & ministris ejus: decimæ
E salutaris, principium nominis Jesu: Audi, sacra Catholica Ecclesia, quæ decem illas plagas effugi-

[a] Luc. xi. 52. [b] Isa. LIII. 4-12. [c] Num. XVIII. 1. 8-13. [d] Exod. XIX. 5. 6. [e] Hebr. XII. 23. [f] I. Pet. II. 9.

ϗ ἀνθρώπων. B. vero Augustinus lib. 2. contra Parmenianum cap. 8. ex I. Timoth. II. 5. arguit eum Donatistam, quod quodam loco mediatorem potuisset Episcopum inter populum & Deum. Sed facilis conciliatio. Solus Christus, ajunt Theologi, mediator est naturæ ac redemtionis; Sacerdotes autem mediatores sunt ministerii & intercessionis. [illegible] Reginonem Lib. I. de Ecclesiast. Disciplinis, & Rel. C[illegible]ist. cap. 299. Synodos Romanas, sub Eugenio II. & Leone IV. cap. 17. Cot.

1. Ὡσαύτως.] Leg. ὡς αὐτός. Cot. — Bene conjecit Co[illegible]erius ὡς αὐτός. Sic enim legitur in altero Cod. Vind. Cler.

2. Καὶ θυσίας.] Non sine caussa Photio Criticorum maximo displicuit Constitutionum phrasis, ἀνακολούθοις aliisque vitiis sermonis abundans. Quamobrem heic coactus sum non tam ad verba attendere, quam ad sensum, & ad textum Numerorum, qui carptim citatur. Atque simili modo faciendum sæpe fuit Interpretibus hujusce Operis. Cot.

3. Αρχὴ ὀνόματ☉ Ιησȣ̃.] Forsitan iste locus occasionem præbuerit S. Epiphanio ita scribendi Hæresi 8. sectione 6. [illegible] ἵνα μὴ λάθῃ ὑμᾶς τὸ Ιῶτα ἢ δέκα, τὸ πρῶτον στοιχεῖον τοῦ Ιησοῦ ὀνόματ☉. Et erat ibi apud Judæos decimatio stabilita; ut non [illegible]

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

τὴν δεκάπληγον ἐκπεφευγυῖα, καὶ τὴν δεκάλογον εἰληφυῖα, καὶ τὸν νόμον μεμαθηκυῖα, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν πεπιστευκυῖα, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπονομαζομένη, καὶ ἐπὶ τῇ τελειώσει τῆς δόξης αὐτοῦ ἐστηριγμένη καὶ λάμπουσα· αἱ τότε θυσίαι, νῦν εὐχαὶ, καὶ δεήσεις, καὶ εὐχαριστίαι· αἱ τότε ἀπαρχαὶ, καὶ δεκάται, καὶ ἀφαιρέματα, καὶ δῶρα, νῦν προσφοραὶ, αἱ διὰ τῶν ὁσίων ἐπισκόπων προσφερόμεναι κυρίῳ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος. οὗτοι γάρ εἰσιν ὑμῶν οἱ ἀρχιερεῖς· οἱ δὲ ἱερεῖς ὑμῶν, οἱ πρεσβύτεροι· καὶ οἱ Λευῖται ὑμῶν, οἱ νῦν διάκονοι, καὶ [1] οἱ ἀναγινώσκοντες ὑμῖν, καὶ οἱ ᾠδοὶ, καὶ οἱ πυλωροὶ, αἱ διάκονοι ὑμῶν, καὶ αἱ χῆραι, καὶ αἱ παρθένοι, καὶ οἱ ὀρφανοὶ ὑμῶν· ὁ δὲ τούτων πάντων ἀνώτερος ὁ ἀρχιερεύς ἐστι.

A sti, & decem illos sermones seu Decalogum accepisti, & Legem didicisti, & in Jesum credidisti, illiusque nomine nuncuparis, atque in consummatione gloriæ ejus firmaris ac splendes: ea quæ olim victimæ erant, nunc sunt preces, & obsecrationes, & gratiarum actiones; quæ tunc primitiæ, & decimæ, & partes demtæ, & dona, nunc oblationes, quas sancti Episcopi Domino Deo offerunt per Jesum Christum, pro ipsis offerentibus mortuum. Hi namque vestri Pontifices sunt; sicut locum sacerdotum nunc apud vos tenent Presbyteri; ac Levitarum Diaconi, & Lectores, & Cantores, & Ostiarii, Diaconissæ, & Viduæ, & Virgines, & Orphani; his vero omnibus superior exsistit B Pontifex.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϛʹ.

Εἰς τίνος τύπον καὶ ἀξίαν ἕκαστος τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τέτακται παρὰ Θεῷ.

Ο Ἐπίσκοπος, οὗτος λόγου διάκονος, γνώσεως φύλαξ, μεσίτης Θεοῦ καὶ ὑμῶν ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν λατρείαις· οὗτος διδάσκαλος εὐσεβείας· οὗτος μετὰ Θεὸν πατὴρ ὑμῶν, δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννήσας ὑμᾶς εἰς υἱοθεσίαν· οὗτος ἄρχων καὶ ἡγούμενος ὑμῶν· οὗτος ὑμῶν βασιλεὺς καὶ δυνάστης· οὗτος ὑμῶν [2] ἐπίγειος θεὸς μετὰ Θεὸν, ὃς ὀφείλει τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς ἀπολαύειν· περὶ γὰρ τούτου καὶ τῶν C ὁμοίων αὐτῶν ὁ Θεὸς ἔλεγεν· [a] Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. Καί, [b] Θεοὺς οὐ κακολογήσεις. Ὁ γὰρ ἐπίσκοπος προκαθεζέσθω ὑμῶν, ὡς Θεοῦ ἀξίᾳ τετιμημένος, ᾗ κρατεῖ τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς ἄρχει. ὁ δὲ διάκονος τούτῳ παριστάσθω, ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρὶ, καὶ λειτουργείτω αὐτῷ ἐν πᾶσιν ἀμέμπτως, ὡς ὁ Χριστὸς ἀπ' ἑαυτοῦ ποιῶν οὐδὲν, τὰ ἀρεστὰ ποιεῖ τῷ πατρὶ πάντοτε. [3] ἡ δὲ διάκονος εἰς τύ-

CAPUT XXVI.

Ad cujus formam & dignitatem unusquisque de Clero, a Deo sit ordinatus.

QUI Episcopus est, hic verbi est minister, scientiæ custos, mediator Dei & vestrum in divino cultu: hic est magister pietatis: hic post Deum pater vester, quia per aquam & spiritum vos in adoptionem regeneravit: hic princeps & dux vester: hic vester rex & dynastes: hic vobis post Deum terrenus deus, cui honorem debetis præstare; de eo quippe & de similibus aiebat Deus: [a] *Ego dixi: Dii estis, & filii Excelsi omnes.* Et: [b] *Diis non maledices.* Igitur Episcopus vobis præsideat, tamquam Dei dignitate condecoratus, ob quam Clero præest, & plebi universæ imperat. Diaconus autem Episcopo assistat, ut Christus Patri; ipsique in omnibus inculpate ministret; quemadmodum Christus, nihil a se ipso faciens, quæ placita sunt Patri, semper operatur. At Diaconissa

a Psal. LXXXI. *6.* *b* Exod. XXII. 28.

littera Jota, quæ est signum numeri denarii, & primum elementum nominis Jesu. Alii ad litteram I primam in nomine Ἰησοῦς accommodant Decalogum. Ut Clemens Alexandrinus Strom. 6. p. 687. Auctor Operis imperfecti in D Matthæum ad vers. 19. cap. 24. & Maximus in Catena ad eumdem Evangelistam cap. 10. vers. 29. Quibus addere potes Interpretes ad Matthæi v. 18. cum loco Euthymii Panopliæ Parte 2. tit. 23. num. 36. Alia vero circa decussim, primamque litteram nominis Jesu commentantur Origenes in Matthæi XXV. 57. Epiphanius Hæres. 50. cap. 3. & Hær. 70. cap. 12. Hieronymus ad Zachariæ VIII. ult. atque jam citatus Pseudo-Chrysostomus ad Matth. I. 4. & 17. In fragmentis B. Irenæi e Catena in Judices ad cap. VI. vers. 27. Εἰρηναῖος καὶ τοῦτο οὐκ ἀργῶς, ἀλλ' ἵνα διὰ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δέκα ἀνδρῶν, Ἰησοῦν μεθ' ἑαυτοῦ ἔχων φανῇ βοηθόν. Denique ab Alexandrino Clemente Pædag. I. 9 Jota nominis Jesu, refertur ad rectitudinem & unitatem; juxta illud Corippi lib. 2. de laudibus Justini Imperatoris,

Ut sua rectus
Littera, quæ signo stabili non flectitur umquam:

juxta Methodium in Convivio Virginum, Oratione 6. E p. 75. 76. & juxta omnes eos qui testimonium Matth. v. 18. *Jota unum, aut unus apex non præteribit*; de Cruce interpretati sunt. Vide sis Catenam Græcorum Patrum in Lucam, ad cap. 16. vers. 17. atque inde & ex sensu corrige locum Clementis Pædag. I. p. 126. scribendo, τὰς ἐπιπλέξεις (male vulgo ἐπιπλήξεις) τῶν ἁμαρτωλῶν πλαγίας αἰνιττόμενος ὁδούς. Hoc est ad verbum, *implicationes peccantium, obliquas significans vias.* COT.

1. Οἱ ἀναγινώσκοντες.] Quo post Apostolos tempore minores Ordines, Diaconatu inferiores, cœperint in Ecclesia institui, adeo obscuritate involvitur, ut nulla possit certa conjectura deprehendi atque explicari. Aperte quidem S. Ignatius, qui initio secundi sæculi scripsit, agnoscit solummodo tres majores gradus, Episcopatum, Presbyteratum, Diaconatum. Primus vero, quod sciam, Lectores nominat Tertullianus libro de præscriptione Hæreticorum cap. 41. Hypodiaconi autem, Exorcistæ, & Acoluthi non comparent ante Cyprianicas Epistolas 24. 28. 78. 79. 80. 26. 55. & Epistolam Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum in Eusebio lib. 6. cap. 43. quæ etiam Ostiarios adjungit. Sed e media ætate nihil clari affertur. Augetque difficultatem, tum quod credi debeat quasdam Ecclesias hac in disciplina præivisse aliis, exemplo suo: tum quod in Diaconis soleant Clerici minoris loci comprehendi; unde Optatus multo post introductionem Clericorum Diaconis suppositorum, postquam posuisset lib. 1. p. 39. lib. 2. p. 53. Ecclesiæ membra, *Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Ministros, & Laicos* seu *turbam Fidelium*, eodem lib. 2. p. 59. subjungit; *Cum sint (sicut supra dixi) quatuor genera capitum in Ecclesia; Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & Fidelium*; pro quibus enumerantur quinque ordines Ecclesiæ apud Hieronymum in Esaiæ caput 19. Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Fideles, & Catechumeni. Itaque dubium remanet, an hic & similes Constitutionum loci, a primo earum Editore, vel ab earumdem Interpolatore profecti sint. Omisi parvæ auctoritatis librum de Romanis Pontificibus. Is in Hygino habet, *Hic Clerum composuit, & distribuit gradus.* Et in Victore, *Hic fecit sequentes Cleros.* ID.

2. Ἐπίγειος θεός.] Sic Petrum Apostolum θεὸν ἐπίγειον appellatum invenies in Epistola 1. Gregorio 2. ad Leonem Isaurum, quæ præponitur Concilio 7. generali. Sic Sacerdotem Χριστὸν ἐπιχθόνιον in Gregorio Nazianzeno Carm. 3. p. 61. Et Dei nomen Sacerdoti, Deorum nomen Sacerdotibus in sacris Eloquiis dari, docent cum aliis Joannes Chrysostomus Expositione in Psalmum 137. & Gregorius Papa lib. 4. Epistola 31. Apud Jornandem de rebus Geticis cap. 28. Atanaricus Rex, intuitus admirabilem urbem Constantinopolim, Theodosiique majoris militem recte ordinatum, hæc edit verba; *Deus sine dubio terrenus, est Imperator.* ID.

3. Ἡ δὲ διάκονος.] Multa Constitutionum, fœtorem Arianum & Macedonianum redolent, magisque redolerent, si constaret scripta fuisse post earum Hæreseωs exortum. Præsentem vero locum confodiunt præcipue ista S. Gregorii Nazianzeni Oratione 44. pag. 709. de Spiritu Sancto; πάντως δὲ παρέσται δεσποτικῶς, ἀλλ' οὐ δουλικῶς, οὐδὲ ἀναμένον ἐπίταγμα, ὥς τινες οἴονται. *Ac profecto aderit heriliter, non serviliter, nec jussum atque imperium, ut quibusdam videtur,*

που τοῦ ἁγίου πνεύματος τετιμήσθω ὑμῖν, μηδὲν ἄνευ τοῦ διακόνου πράττουσα, ἢ φθεγγομένη, ὡς οὐδὲ ὁ παράκλητος ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τι λαβεῖ ἢ ποιεῖ, ἀλλὰ δοξάζων τὸν Χριστὸν περιμένει τὸ ἐκείνου θέλημα. καὶ ὡς οὐκ ἔστιν εἰς τὸν Χριστὸν πιστεῦσαι ἄνευ τῆς τοῦ πνεύματος διδασκαλίας, οὕτως ἄνευ τῆς διακόνου μηδεμία προσίτω γυνὴ τῷ διακόνῳ, ἢ τῷ ἐπισκόπῳ. οἵ τε πρεσβύτεροι εἰς τύπον ἡμῶν τῶν ἀποστόλων ὑμῖν νενομίσθωσαν, διδάσκαλοι ἔστωσαν θεογνωσίας· ἐπειδὴ καὶ ὁ κύριος ἡμᾶς ἀποστέλλων ἔλεγε· [a] Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. Αἵ τε χῆραι καὶ ὀρφανοὶ [1] εἰς τύπον τοῦ θυσιαστηρίου λελογίσθωσαν ὑμῖν· αἵ τε παρθένοι εἰς τύπον τοῦ θυμιατηρίου τετιμήσθωσαν, καὶ τοῦ θυμιάματος.

A a vobis in figuram sancti Spiritus honoretur; quæ absque Diacono nihil agat, aut loquatur; sicut nec Paracletus a se quidquam loquitur aut facit, sed Christum glorificans, exspectat illius voluntatem. Ad hæc, ut in Christum non creditur, nisi per Spiritus doctrinam; sic nulla mulier, nisi per Diaconissam, ad Diaconum aut ad Episcopum accedat. Presbyteri vero nos Apostolos repræsentare videantur vobis; sintque doctores cognitionis Dei: quandoquidem Dominus, cum nos mitteret, [a] *Euntes*, dixit, *docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis*. Viduæ etiam & Orphani, in formam altaris a vo-B bis reputentur: denique Virgines ad instar thuribuli & thymiamatis seu suffitus honorentur.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ´.

Ὅτι φρικῶδες, ἄνθρωπον σαυτὸν ἐπιῤῥίπτειν ἀξιώματί τινι ἱερατικῷ· ὡς οἱ Κορεῖται, ὡς Σαοὺλ, ὡς Ὀζίας.

Ὡς οὖν οὐκ ἦν ἐξὸν ἀλλογενῆ, μὴ ὄντα Λευίτην, προσενέγκαί τι, ἢ προσελθεῖν εἰς τὸ θυσιαστήριον ἄνευ τοῦ ἱερέως, οὕτω καὶ ὑμεῖς [2] ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε. εἰ δέ τις ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου ποιεῖ τι, εἰς μάτην ποιεῖ αὐτό· οὐ γὰρ αὐτῷ εἰς ἔργον λογισθήσεται· ὡς γὰρ ὁ Σαοὺλ ἄνευ τοῦ Σαμουὴλ προσενέγκας, ἤκουσεν, [b] ὅτι μεματαίωταί σοι· οὕτω καὶ πᾶς λαϊκὸς ἄνευ τοῦ ἱερέως ἐπιτελῶν τι, μάταια πονεῖ. καὶ ὡς Ὀζίας [c] ὁ βασιλεὺς, οὐκ ὢν ἱερεὺς τὰ τῶν ἱερέων ἐπιτελῶν, ἐλεπρώθη διὰ παρανομίαν· οὕτω καὶ πᾶς λαϊκὸς οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται, καταφρονήσας Θεοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ καταμανεὶς ἱερέων, καὶ τὴν τιμὴν ἁρπάσας ἑαυτῷ, μὴ μιμησάμενος Χριστὸν, [d] ὃς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γεννηθῆναι ἀρχιερεὺς, ἀλλὰ περιέμεινεν ἀκοῦσαι τοῦ πατρός· [e] Ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Εἰ οὖν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὁ Χριστὸς οὐ δοξάζει ἑαυτὸν, πῶς οἷόν τε ἄνθρωπον [3] ἑαυτὸν εἰς ἱερωσύνην ἐπιῤῥίπτειν, μὴ λα-

CAPUT XXVII.

Quod horrenda res sit, hominem immittere se in aliquam dignitatem sacerdotalem: ut Coritæ, ut Saul, ut Ozias.

Quemadmodum igitur alienigenæ, qui non erat de tribu Levitica, non licebat offerre aliquid, aut ad aram accedere sine sacerdote; C ita & vos sine Episcopo nihil agite. Quod si quis sine Episcopo aliquid faciat, illud frustra facit; nec ipsi in opus reputabitur. Et sicut Saul cum absque Samuele obtulisset, audivit: [b] *Inaniter a te actum est*: sic quicumque Laicus sine Sacerdote quidpiam operatur, incassum laborat. Et ut rex Ozias [c], cum officia sacerdotum non sacerdos usurparet, propter transgressionem lepra tactus est: ita non impune feret Laicus, qui Deum contemserit, & in sacerdotes ejus insanierit, atque honorem sibi arripuerit; minime imitatus Christum, qui [d] *semet ipsum non clarificavit, ut fieret Pontifex*, sed exspectavit, ut Patrem audiret: [e] *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es sa-D cerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedeci*. Si ergo sine Patre Christus se ipsum non glori-

a Matth. XXVIII. 19. *b* I. Reg. XIII. 13. *c* II. Paral. XXVI. *d* Heb. V. 5. *e* Psal. CIX. 4.


exspectans. Nihilominus, quo juxta Photii judicium error circa Trinitatem utcumque a Diataxibus amoveatur, dici potest cum B. Hieronymo lib. 2. Apologiæ adversus Rufinum cap. 4. Scriptores Ecclesiasticos, antequam Arius nasceretur, innocenter quædam & minus caute locutos esse. Præterea ostendimus ad Hermam, Ministri nomen a quibusdam e sanctis Patribus Filio sanctoque Spiritui fuisse attributum. Comparatio autem Trinitatis atque Hierarchiæ producitur quidem ab Anomœo in fine Dialogi primi de sancta Trinitate tom. 2. Operum S. Athanasii, sed pie reducitur ad Catholicam fidem per Orthodoxum, qui consubstantialitatem Patris, Filii & sancti Spiritus infert ex consubstantialitate Episcopi, Presbyteri & Diaconi. Accedit huc, quod ab Antiquis passim Sacerdotes cum Deo & Christo componuntur, quodque B. Ignatius ad Trallianos cap. 3. & B. Polycarpus Epistolæ suæ c. 5. ajunt Diaconos esse instar Christi; quos tamen Gabriel Philadelphiensis cap. 5. lib. de Sacerdotio, ut sequentes Clericos, locum Angelorum tenere vult, ut Episcopum Dei, & Presbyterum Christi. *οἱ δὲ διάκονοι*, inquit Ignatianæ ad Trallianos Epistolæ Corruptor cap. 7. *ἀλλ᾽ ἢ μιμηταὶ τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων*; Vide Pseudo-Hieronymi Epistolam de 7. Ordinibus Ecclesiæ, & Acta Concilii Nicæni cap. 31. de Diatyposibus Ecclesiasticis n. 2. Verus Ignatius ad Smyrnæos 8. *πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρὶ, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις· τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπετε, ὡς Θεοῦ ἐντολήν*. Cot.

1. Εἰς τύπον τοῦ θυσιαστηρίου.] Mutuavit ex S. Polycarpo. Epistolæ vero de septem Ordinibus Ecclesiæ Auctor tom. 9. librorum B. Hieronymi, ait de Diaconis: *Altare Christi sunt, in quo conficiuntur Sacramenta, in quo offertur oratio. Quid ergo in templo Dei, ut ipse nosti, venerabilius altari esse potest? Quis non se ad mensam Domini accessurus humiliet?* Id.

2. Ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε.] A B. Ignatio habet ad Magnes. 4. ad Trall. 2. ad Philad. 7. ad Smyrn. 8. ad Polyc. 4. Lectu dignissimum est initium Epistolæ 27. S. Cypriani. *Dominus noster*, inquit, *cujus præcepta metuere & observare debemus, Episcopi honorem, & Ecclesiæ suæ rationem disponens in Evangelio loquitur, & dicit Petro: Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincent eam; & tibi dabo claves regni cælorum: & quæ ligaveris super terram, erunt ligata & in cælis. & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cælis. Inde per temporum & successionum vices, Episcoporum ordinatio, & Ecclesiæ ratio decurrit, ut Ecclesia super Episcopos constituatur, & omnis actus Ecclesiæ per eosdem Præpositos gubernetur*. Lege etiam Canonem ult. Concilii Toletani 1. Id.

3. Ἑαυτὸν εἰς ἱερωσύνην ἐπιῤῥίπτειν.] Arguuntur a Tertulliano Hæretici, libro de illorum præscriptione cap. 41. E quod Laicis sacerdotalia munera injungerent. Idem ex Orthodoxo factus Montanista, duriuscule loquitur. *Vani erimus, si putaverimus quod Sacerdotibus non liceat, Laicis licere. Nonne & Laici Sacerdotes sumus? Scriptum est, Regnum quoque nos & Sacerdotes Deo & Patri suo fecit. Differentiam inter Ordinem & Plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per Ordinis consessum sanctificatus. Adeo ubi Ecclesiastici Ordinis non est consessus, & offers, & tinguis, & Sacerdos es tibi solus. Sed ubi tres, Ecclesia est, licet Laici. Unusquisque enim sua fide vivit: nec est personarum acceptio apud Deum; quoniam non auditores Legis justificantur a Deo, sed factores, secundum quod & Apostolus dicit. Igitur si habes jus Sacerdotis in temet ipso, ubi necesse est; habeas etiam oportet disciplinam Sacerdotis, ubi necesse sit habere jus Sacerdotis. Digamus tinguis? Digamus offers? Quanto magis Laico Digamo capitale est agere pro Sacerdote, cum ... Sacerdoti Digamo facto auferatur agere Sac[illegible]* Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



βόντα τὸ ἀξίωμα παρὰ κρείττονος, καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα, ἃ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν ἔξεστιν; ἢ οὐχὶ [1] οἱ Κορεῖται, καίτοι τῆς Λευῒ φυλῆς ὄντες, πυρίκαυστοι ἐγένοντο, ἐπαναστάντες Μωσεῖ καὶ Ααρὼν, καὶ περὶ τῶν μὴ καθηκόντων αὐτοῖς ἁμιλλώμενοι; καὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν, ζῶντες κατέβησαν εἰς ᾅδου; καὶ ῥάβδος βλαστήσασα, ἔστειλε τῶν πολλῶν τὴν ἄνοιαν, καὶ τὸν ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθέντα ἀρχιερέα ἀνέδειξε; προσήκει οὖν καὶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, τὰς θυσίας ὑμῶν ἤτοι προσφορὰς τῷ ἐπισκόπῳ προσφέρειν ὡς ἀρχιερεῖ, ἢ δι' ἑαυτῶν, ἢ διὰ τῶν διακόνων· οὐ μὲν δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπαρχὰς, καὶ τὰς δεκάτας, καὶ τὰ ἑκούσια αὐτῷ προσάγετε· αὐτὸς γὰρ γινώσκει τοὺς θλιβομένους, καὶ ἑκάστῳ δίδωσι πρὸς τὸ ἁρμόζον, ὅπως μὴ [2] δὶς ἢ πλειστάκις τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἢ τῇ αὐτῇ ἑβδομάδι λαμβάνῃ, ἕτερος δὲ οὐδὲ ὅλως· δίκαιον γάρ ἐστι μᾶλλον τοῖς θλιβομένοις κατ' ἀλήθειαν ἐπαρκεῖν, ἢ τοῖς νομιζομένοις θλίβεσθαι.

A ficat; quo modo potest homo se in sacerdotium injicere, a potiore non accepta ea dignitate; & illa facere, quæ solis sacerdotibus licent? Nonne Coritæ [a], quamquam Leviticæ tribus essent, incendio conflagrarunt, quando Mosi & Aaroni insurrexerunt, ac de rebus ad se non pertinentibus digladiati sunt? Nonne Dathan & Abiron, vivi in infernum descenderunt? Et virga germinavit, multorum vesaniam repressit, simulque Pontificem quem Deus elegerat, demonstravit? Debetis ergo, fratres, sacrificia vestra & oblationes Episcopo velut Pontifici, vel per vos ipsi, vel per Diaconos offerre: quin etiam primitias quoque & decimas, & spontanea dona ei afferte: quia ipse cognoscit mi- B seros, & unicuique largitur, prout conveniens est; ne, scilicet, unus bis aut sæpius eodem die, aut eadem hebdomada accipiat, alter vero ne semel quidem: æquitas enim postulat, ut vere afflictis potius subministretur, quam iis qui tales videntur esse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κη'.

Περὶ δοχῆς, καὶ ὅπως χρὴ ἕκαστον τάγμα τοῦ κλήρου ὑπὸ τῶν προσκαλουμένων τιμᾶσθαι.

Τοῖς [3] εἰς ἀγάπην, ἤτοι δοχὴν, ὡς ὁ Κύριος ὠνόμασε, προαιρουμένοις καλεῖν [4] πρεσβυτέρας, ἣν ἐπίστανται οἱ διάκονοι θλιβομένην, αὐτῇ πλειστάκις πεμπέτωσαν. ἀφοριζέσθω δὲ ἐν τῇ δοχῇ τὸ C

CAPUT XXVIII.

De Convivio; & qua ratione quilibet Cleri ordo a vocatoribus honorandus sit.

QUI ad Agapen, seu, ut Dominus appellavit, [b] *Convivium*, anus invitare voluerint; ei quam Diaconi inopem esse sciunt, mittant persæpe. Ceterum in Convivio, illud quod

a Num. XVI. b Luc. XIV. 13.

exhortatione castitatis cap. 7. Lege libro de Monogamia cap. 12. Necnon (si vis) Epiphanium in Expositione fidei cap. 13. & in Anacephalæosi cap. 5. COT.


1. Οἱ Κορεῖται &c.] Additur lib. 6. cap. 1. & 3. Corem & Coritas, seu ducentos illos quinquaginta, qui cum Core adversus Aaronem conjuraverant, flammis ultricibus periisse; Rubenitas vero Dathanis & Abiromi socios in Moysem rebelles, dehiscente terra fuisse absorptos. Et quidem quod spectat ad Dathanem atque Abiromum filios Eliabi, & Onem Phelethi sive Phallu filium, ceterosque Rubenitas, certa res est ex ipsius Veritatis relatione. Qua constat minus commode ita scripsisse Auctorem Homiliæ in secundum Domini adventum, quæ exstat tomo 6. B. Chrysostomi; τίς τὴν συναγωγὴν Ἀβειράμ κατέφλεξε; τίς τὰς D περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν ἀνοῖξαι τῇ γῇ τὸ στόμα καὶ καταπιεῖν ἐκέλευσε; Moneo quoque, e Theodorito ac Josepho per levem mutationem tolli posse errores seu potius negligentias in hac historia. Quærit ille Interrogatione 32. in librum Numerorum, Quam seditionis occasionem habuerint Δαθὰν, καὶ Ἀβειρὼν, καὶ Ἐλιάβ. Sed legendum videtur οἱ (aut υἱοὶ) Ἐλιάβ, *Eliabi liberi*. Josephus autem Antiquit. Judaic. lib. 4. cap. 2. ponit simul nomina Δαθάμου καὶ Ἀβειράμου (ita Codices Regii) καὶ Φαλαοῦς, qui sunt Rufino interpreti Dathan & Abirom & Falas. (Corrupte editur Balas, cum vera lectio in Mss. Regiis servetur.) Forsan tamen a Josepho exaratum fuit, καὶ τοῦ (vel καὶ υἱοῦ) Φαλαοῦς, intellectusque On, de quo Numer. XVI. 1. Transeo ad alios factiosos. Sententia Constitutoris, itemque Optati lib. 1. de Schismate Donatistarum, paullo ante finem, Quod originem Leviticam habuerint ducenti quinquaginta homines memorati in Contradictione Coræ, nec aperte adstruitur per divina Oracula, nec confutatur clare. Tantum E sacra Scriptura liquido damnat quod imprudenter Cypriano Martyri Epistola 65. excidit, cujus verba transscribit Goffridus Vindocinensis Epist. 22. lib. 4. Dathanem Abiromumque Ministros fuisse, hoc est, Levitas; quodque ab Optato Milevitano in loco citato, & ab Ambrosio Epistola ad Vercellenses dicitur, Viris 250. mortem obtigisse per hiatum terræ. Jam vero circa Corem conflagratum, quamvis cum Nostro, cumque Ignatiano Interpolatore ad Magnesianos 3. consentiant Samaritani Codices Numer. XXVI. 10. Præterea Josephus ἀρχαιολογίας IV. 3. Gregorius Nyssenus libro de vita Mosis, sub finem, Joannes Chrysostomus Homil. 4. in Vidi Dominum tom. 3. Petrus Damiani Opusculo 18. cap. 4. & Zonaras in Annalibus; affirmari omnino debet post alios, Antiquos, Recentiores, supplicium de Core sumtum fuisse eodem modo, quo de Dathane & Abiromo, terra, nimirum, tres Schismaticos cum suis deglutiente. Quocirca arsisse Coritas, seu congregationem Coræ, dictum Constitutionum, & Theodoriti Quæstione 33. in Numeros, veritatem obtinet, si accipiatur de ducentis & quinquaginta; contra, si de iis qui cum Core versabantur, quando pessum abiit. Hoc enim qui vellet, perinde falleretur ac is qui ex S. Epiphanio Ancorati cap. 101. & S. Ambrosio Tractatu de 42. Mansionibus, Mansione 15. confundens filios & homines Coræ, contenderet primos cum patre suo ipsiusque hominibus a terra haustos descendisse vivos in infernum: referente Moyse Numerorum cap. 26. grande miraculum, ut Core pereunte, filii illius non perierint. Denique in illa dissensione civili alios Mosis imperio, Aaronis sacerdotio alios invidisse, docet etiam Gregorius Nyssenus in Vita Mosis pag. 185. Et revera, licet cuncti adversus Moysem & Aaronem insurgerent, plus tamen quidam primum, plus ceteri alterum petebant. ID.

2. Μὴ δὶς] Inserenda forte vox εἷς. ID.

3. Εἰς ἀγάπην, ἤτοι δοχήν.] Julianus Apostata in fine Fragmenti, διὰ τῆς λεγομένης παρ' αὐτοῖς ἀγάπης, καὶ ὑποδοχῆς, καὶ διακονίας τραπεζῶν. Videantur Clemens Alexandrinus Pædag. II. 1. p. 141. Interpretes ad Lucæ XIV. 13. Lexicographi, & Epistola Ignatii ad Smyrnæos num. 8. cum Interpolatione. Enimvero Agapas, publica convivia, optimo jure induxit Christianæ Religionis prima antiquitas; cum propter communionem & amicitiam: cujus ergo Lacedæmones συσσίτια sua appellabant φιδίτια, quasi φιλίτια, teste Porphyrio IV. de abstinentia: tum propter alimoniam Clericorum & pauperum; unde Agapes nomen Eleemosynæ donatum sæpe reperitur. Sed paullatim postea abrogata est consuetudo, quia irrepserant in eam ambitio, ebrietas, rixæ, nec non Judaismus atque Paganismus. Nam refertur a Philone, libro de plantatione Noæ, Veteres in templis post sacrificia sacras epulas celebrasse, hincque credi verbum μεθύειν trahere originem, eo quod sacrificio peracto, μετὰ τὸ θύειν, vino indulgeretur. Cui originationi consimilem habes in Etymologico magno. ἐτυμολογεῖται δὲ καὶ παρὰ τὸ ἐνιθύειν, (Sylburgius θύειν, Ego ἐνθύειν) ἤγουν σφαγιάζειν. Neminem porro latent Ethnicorum solemnes & sacræ cœnæ in delubris largiter sumi solitæ. De Judæis autem, præter Isaiæ LXII. 9. Malachiæ III. 10. loca Deuteronomii, & Theodoritum Quæst. 10. in eum librum, Cornutus ad Persii Satyram quintam; *Thynnus genus piscis est, quod ad templum diebus festis portare solebant, ut ibi pro die festo epulis vescerentur.* Memini etiam me alicubi legere hodiernum Arabum morem, certis diebus dapes apponendi egenis. ID.

4. Πρεσβυτέρας, & πρεσβυτίδων.] Quemadmodum πρεσβύτιδας Paulli Tit. II. 3. interpretati sunt alii anus, alii Diaconissas; ita & hoc loco πρεσβύτεραι & πρεσβύτιδες vel sunt anus illæ, quas (ut verba Hieronymi usurpem Epist. 2. & 49.) nutriebat suisque opibus sustentabat Ec-

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



τῷ ποιμένι [1] ἔθιμον, λέγω δὲ τὸ τῆς ἀπαρχῆς, A ὡς ἱερεῖ, κἂν μὴ παρῇ τῇ δοχῇ, εἰς τιμὴν Θεοῦ τοῦ τὴν ἱερατείαν αὐτῷ ἐγχειρίσαντος· ὅσον δὲ ἑκάστῃ τῶν πρεσβυτίδων δίδοται, [2] διπλοῦν διδόσθω τοῖς διακόνοις εἰς γέρας Χριστοῦ. τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, ὡς ἂν κάμνουσι περὶ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον διηνεκῶς, διπλῆ καὶ αὐτοῖς ἀφοριζέσθω ἡ μοῖρα, εἰς χάριν τῶν τοῦ κυρίου ἀποστόλων, ὧν καὶ τὸν τόπον φυλάσσουσιν, ὡς σύμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῆς ἐκκλησίας στέφανος· εἰσὶ γὰρ συνέδριον καὶ βουλὴ τῆς ἐκκλησίας. εἰ δὲ καὶ ἀναγνώστης ἐστὶ, λαμβανέτω καὶ αὐτὸς μοῖραν μίαν, εἰς τιμὴν τῶν προφητῶν· ὡσαύτως καὶ ψαλτῳδὸς, καὶ πυλωρός. ἑκάστῳ οὖν ἀξιώματι οἱ λαϊκοὶ τὴν προσήκουσαν τιμὴν νεμέτωσαν ἐν τοῖς δόμασι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐντροπῇ. B μὴ ῥᾳδίως δὲ ἐνοχλείτωσαν τῷ ἄρχοντι, ἀλλὰ [3] διὰ τῶν ὑπηρετῶν ἃ βούλονται σημαινέτωσαν, τουτέστι διὰ τῶν διακόνων, πρὸς οὓς πλέον παρρησιαζέσθωσαν. οὐδὲ γὰρ τῷ παντοκράτορι Θεῷ προσελθεῖν ἔστιν, ἐὰν μὴ διὰ τοῦ Χριστοῦ. οὕτως καὶ οἱ λαϊκοὶ πάντα ὅσα βούλονται, διὰ τοῦ διακόνου φανερὰ τῷ ἐπισκόπῳ ποιείτωσαν, καὶ οὕτω κατὰ τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ ἐπιτελείτωσαν· οὐδὲ γὰρ πρότερον ἐν τῷ ἱερῷ ἁγίασμά τι προσεφέρετο ἢ ἐγίνετο ἄνευ τοῦ ἱερέως. Χείλη γὰρ ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, φησί που ὁ προφήτης· ὅτι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστιν. Εἰ γὰρ οἱ τῶν δαιμόνων θεραπευταὶ ἐν τοῖς μυσαροῖς καὶ βδελυκτοῖς καὶ ἀκαθάρτοις προσοχθίσμασιν αὐτῶν ἄχρι C τοῦ δεῦρο τὰ ἅγια μιμοῦνται· καὶ μακρὰν μὲν ἐπὶ συγκρίσεως τὸ βδέλυγμα κεχωρίσθω τῶν ἁγίων· πλὴν ἐν τοῖς ἐμπαίγμασιν αὐτῶν, ἄνευ [4] τοῦ μιερέως οὐδὲν προσφέρουσιν, οὐδὲ ἐπιτελοῦσιν, ἀλλὰ στόμα νομίζουσι τῶν λίθων τὸν μιερέα, περιμένοντες τί προστάξει ποιεῖν αὐτοῖς, καὶ πάντα ἃ ἂν προστάξῃ αὐτοῖς, ἐκεῖνα ἐπιτελοῦσι, καὶ ἄνευ αὐτοῦ ποιοῦσιν οὐ-

A Pastori solitum est dari; id quod primitiarum est dico; ipsi, licet non sit Convivio præsens, tamquam sacerdoti seponatur, in honorem Dei, a quo sacerdotium accepit. Quantum autem unicuique anui tribuitur, ejus duplum Diaconis in Christi reverentiam concedatur. Presbyteris vero, quia assidue circa sermonem doctrinæ laborant, dupla etiam portio assignetur, in gratiam Apostolorum Domini, quorum & locum tenent, velut consiliarii Episcopi, & Ecclesiæ corona: sunt enim Synedrium & Senatus Ecclesiæ. Qui autem Lector est, ipse quoque partem ferat unam, ad Prophetarum honorem: parique modo Cantor, & Ostiarius. Unicuique ergo Ecclesiasticæ dignitati veneB rationem debitam impertiant Laici, in muneribus & in honorario ad vitam necessario. Nec vero facile Præposito molestiam inferant, sed cupita significent per Ministros, id est, Diaconos, quibus utantur liberius. Neque enim ad Deum omnipotentem acceditur, nisi per Christum. Quare ad eumdem modum quæcumque volunt Laici, per Diaconum Episcopo manifestent; atque ita sententiam illius adimpleant. Nam apud priorem quoque populum, nihil sacri in templo aut offerebatur, aut fiebat absque sacerdote. [a] *Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & Legem requirent ex ore ejus*, ait alicubi Propheta: *quia Angelus Domini omnipotentis est*. Quod si dæmoC num cultores in detestandis & abominandis ac impuris Deumque offendentibus sacris suis, huc usque sancta ac divina æmulantur: quamquam vero comparatione inita, longissime a sanctis cærimoniis secernenda sit exsecrabilis superstitio: si tamen in illusionibus suis, nihil sine falso sacerdote offerunt, neque efficiunt; immo illum pontificem pro Lapidum ac Idolorum ore habent, atque quid fa-

a Mal. II. 7.

clesia. Aniculæ appellantur in Gestis purgationis Cæciliani & Felicis. Infra lib. 3. cap. 13. *συγγήρῳ*. Vel sunt Diaconissæ, seu Viduæ, ætate senili jussæ ordinari. Quo secundo modo *τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, quæ dicuntur Presbyteræ*, in Canone Laodiceno 11. quidam intelligunt. Nec verum est, quod ex S. Epiphanio Hæresi 79. cap. 4. & contra Canonis Laodiceni Latinos Interpretes contendit multijugæ eruditionis homo Joannes Morinus, de sacris Ordinationibus, Exercitatione 10. Presbyterarum nomen Græcis esse ignotum. Nam Epiphanio sermo habetur dumtaxat de novo Testamento, in quo ait *πρεσβύτιδας* nominari, non *πρεσβυτερίδας*. Sed & Morinum memoria destituit. Paucis enim annis antequam ista scriberet, ediderat Pœnitentialia Opera Joannis Jejunatoris, & Joannis Monachi, ubi *πρεσβυτέρισσαι Presbyteræ, uxores Presbyterorum* non semel comparent. Adde quod a S. Basilio in Regulis brevioribus Quæst. 110. 111. *πρεσβυτέρας* (Antistitam vertunt: Rufinus Matrem Monasterii, seniorem matrem) mentio fit. Denique rem conficit, & dissentientes jugulat Photius; cui in Nomocanone, titulo 1. cap. penult. *πρεσβυτέρα* est, quæ Patribus Laodicenis *πρεσβῦτις*. Prætermisi locum Origenis ad Joannis XIII. 12. &c. quia dum viveret Morinus, nondum Græce in locum prodierant illa Commentaria. Eum vide p. 390. E. Huetianæ editionis. Vide etiam de Presbytidibus Palladium Præfatione Historiæ Lausiacæ, & Antiochum Homil. 21. COT.

1. Ἐθίμιον.] Alter. Codd. ἴδιμον. CLER.

2. Διπλοῦν διδόσθω τοῖς διακόνοις εἰς γέρας Χριστοῦ.] Antiquus ille Turriani Adnotator, cum putavit minorem Filio fieri Spiritum sanctum per unam portionem Diaconissæ, duplicem Diaconi, quia cap. 26. Diaconissa dicitur figura Spiritus sancti, Diaconus vero Filii; non consideraverat, hac præclara sua ratiocinatione conclusum iri, quod a Constitutore Apostoli præferantur Spiritui sancto, Christoque æquiparentur. Presbyteris quippe assignat quoque duplam partem, in gratiam Apostolorum, quorum locum tenent. Verum quis hoc credat: immo quis adeo obtusi sensus, ut non intelligat ejuscemodi comparationibus certos terminos esse præfigendos? Ceterum præter Diataxes & Ignatianas Epistolas, in Presbyteris Apostolos cogitat apud Hieronymum Scriptor Epistolæ ad Rusticum de septem gradibus Ecclesiæ, qui etiam cum Nostro Lectores ad Prophetas accommodat. De duplici parte legito 1. Timot. v. 17. ibique Chrysostomum, Oecumenium, Theophy-D lactum. Clara quoque sunt verba Tertulliani adversus Ecclesiam debacchantis: *Ad elogium gulæ tuæ pertinet, quod duplex apud te præsidentibus honor binis partibus deputatur; cum Apostolus duplicem honorem dederit, ut & fratribus & præpositis*, De jejuniis cap. ult. Apage ergo male ingeniosam Rigaltii interpretationem. Videndum libri 8. cap. 31. COT.

3. Διὰ τῶν ὑπηρετῶν, τουτέστι διὰ τῶν διακόνων.] Lib. 3. cap. 11. lib. 6. cap. 17. lib. 8. cap. 28. per *ὑπηρέτας* Subdiaconos intelligit. & cap. 10. lib. 8. *ὑπηρεσίαν* eodem in sensu (opinor) accipit, quam tamen ejusdem libri cap. 13. videtur usurpare pro cœtu omnium Clericorum Diaconis subjectorum. Scilicet *ὑπηρέται*, Latine Ministri, dicuntur aliquando Diaconi, aliquando Subdiaconi, aliquando Clerici non Sacerdotes a Diaconis ad infimos, aliquando demum Subdiaconi cum sequentibus. Exempla sunt obvia. De multis pauca indicabimus. Primam acceptionem invenies in Canone Sardicensi 8. in Victorino, Commentario E in Apocalypsim, ubi Nicolaum Diaconum appellat Ministrum, & in Ambrosio ad Lucæ IX. 60. Alchuinus, vel alius, de divinis Officiis cap. 36. *Subdiaconus, Subminister, eo quod sub Diacono sit, id est, sub Ministro*. Lege Sirmondum ad Ennodii Epist. 9. lib. 6. Secunda significatio cernitur in pluribus Canonibus Synodi Laodicenæ, nec non in 69. S. Basilii ex interpretatione Balsamonis, & in ejusdem Patris Epist. 181. ex Joanne Zonara & Matthæo Blastare ineditis. Juxta tertiam S. Hilarius in Psalm. CXXXIV. ad finem, totam Hierarchiam bifariam distribuit, in Sacerdotes & Ministros. Denique ultimo loquendi modo utitur Optatus lib. 1. pag. 39. & lib. 2. pag. 53. atque ex eo Theodorus Balsamon exponit Canonem 10. Neocæsariensem. Observarunt etiam viri docti, in Canone Eliberitano 33. Presbyteros *Ministros* appellari. ID.

4. Τοῦ μιερέως.] Dixi ad Barnabæ caput 9. Addo nunc, forsan ab Epiphanio Epimenidem appellatum fuisse *μιαρὸν τὸ παρὰ Κρησὶν εἴδωλον*, non *μίθρα*, quod sensu nullo aut falso ediderunt, Hæresi 42. p. 362. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

θὲν, καὶ τιμῶσιν αὐτὸν τὸν μιερέα, καὶ σεπτὸν αὐτοῦ ἡγοῦνται τὸ ὄνομα, εἰς τιμὴν τῶν ἀψύχων ξοάνων, καὶ εἰς λατρείαν τῶν πονηρῶν πνευμάτων. εἰ οὖν ἐκεῖνοι μάταια καὶ διεψευσμένα δοξάζοντες, καὶ ἐπ' οὐδενὶ βεβαίῳ ἔχοντες τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα, ἐπιτηδεύουσι μιμεῖσθαι τὰ ἅγια· πόσῳ δίκαιον ὑμᾶς τοὺς φανοτάτην πίστιν καὶ ἀψευδῆ ἐλπίδα ἔχοντας, καὶ ἔνδοξον καὶ αἰώνιον καὶ ἀδιάπτωτον ἐπαγγελίαν ἀπεκδεχομένους, τιμᾷν διὰ τῶν προεστώτων κύριον τὸν Θεὸν, ἡγουμένους στόμα Θεοῦ εἶναι τοὺς ἐπισκόπους;

A cere jubeat exspectant, ut quidquid jusserit perficiant, tum absque eo faciunt nihil, eumdemque flaminem honore prosequuntur, ipsius nomen quoque venerando, ad honorem inanimatarum statuarum, & ad cultum malignorum spirituum. Si illi, inquam, qui vana & falsa opinantur, spemque suam nulla in re solidant, imitari tamen sanctos ritus student: quanto æquius est vos, quorum fides evidentissima, spes certissima est, & a quibus exspectatur gloriosa, perpetua, ac stabilis repromissio; venerari in Antistitibus Dominum Deum, & existimare Episcopos esse os Dei?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κθ'.

Τίς ἡ ἀξία τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τοῦ διακόνου.

B

ΕΙ [1] γὰρ Ἀαρὼν, ἐπειδὴ ἤγγειλε τῷ Φαραὼ παρὰ Μωσέως τοὺς λόγους, προφήτης εἴρηται, Μωσῆς δὲ θεὸς τοῦ Φαραὼ, ὡς βασιλεὺς ὁμοῦ καὶ ἀρχιερεὺς, ὥς φησιν ὁ Θεὸς πρὸς αὐτόν· Θεὸν τέθεικά σε τῷ Φαραὼ, καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσται σου προφήτης· διατί μὴ καὶ ὑμεῖς τοὺς μεσίτας ὑμῶν τοῦ λόγου, προφήτας εἶναι νομίσητε, καὶ ὡς θεοὺς σεβασθήσεσθε;

CAPUT XXIX.

Quæ sit dignitas Episcopi, & Diaconi.

NAM si Aaron, quia verba, Moysis nomine detulit ad Pharaonem, Propheta dictus est; Moses vero Deus Pharaonis, ut rex simul & pontifex; quemadmodum ait illi Deus: [a] *Posui te Deum Pharaoni; & Aaron frater tuus erit tuus Propheta*: cur non vos quoque, internuntios verbi vestri, inter Prophetas reputabitis, atque tamquam Deos coletis?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Ὅπως χρὴ τοὺς λαϊκοὺς πειθαρχεῖν τοῖς διακόνοις.

C

ΝΥν γὰρ ὑμῖν μὲν ὁ Ἀαρὼν ἐστιν ὁ διάκονος, Μωσῆς δὲ ὁ ἐπίσκοπος· εἰ οὖν ἐῤῥέθη Μωυσῆς ὑπὸ κυρίου [2] θεὸς, καὶ ὑμῖν ὁ ἐπίσκοπος εἰς θεὸν τετιμήσθω, καὶ ὁ διάκονος ὡς προφήτης αὐτοῦ. ὡς γὰρ ὁ Χριστὸς ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ, οὕτως οὐδὲ ὁ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου· καὶ ὥσπερ υἱὸς ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐκ ἔστιν, οὕτως οὐδὲ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου· καὶ ὥσπερ ὑπόχρεως υἱὸς πατρὶ, οὕτω καὶ πᾶς διάκονος ἐπισκόπῳ· καὶ ὥσπερ ὁ υἱὸς ἄγγελός ἐστι καὶ προφήτης τοῦ πατρὸς, οὕτως καὶ [3] ὁ διάκονος ἄγγελος καὶ προφήτης ἐστὶ τοῦ ἐπισκόπου. διὸ καὶ πάντα τὰ ἐπιτελούμενα ὑπ' αὐτοῦ εἴς τινα, ἐμφανῆ τῷ ἐπισκόπῳ γινέσθω, καὶ δι' αὐτοῦ πληρούσθω.

CAPUT XXX.

Quo modo oportet Laicos obedire Diaconis.


NUnc enim vobis loco Aaronis est Diaconus, Moysis autem loco Episcopus. Cum igitur Moyses a Domino appellatus sit Deus; a vobis Episcopus tamquam Deus observetur, & Diaconus ut Propheta ejus. Nam sicuti Christus sine Patre nihil agit; ita nec Diaconus sine Episcopo: & sicut Filius sine Patre non subsistit; ita neque Diaconus sine Episcopo: & sicut Filius debitor est Patri; sic & omnis Diaconus Episcopo: atque ut Filius, Patris [b] Angelus ac [c] Propheta est; sic & Diaconus Angelus est ac Propheta Episcopi. Quocirca quæcumque Diaconus erga quempiam facit,
D manifesta fiant Episcopo, per quem & perficiantur.

[a] Exod. VII. 1. [b] Malach. III. 1. [c] Deut. XVIII. 15.

σιτευτὸν μόσχον ηὐφραίνετο μετὰ τῶν φίλων. οὕτως A οὖν καὶ σὺ ποίει, ὦ ἐπίσκοπε· ἀλλ' ὥσπερ τὸν ἐθνικὸν λούσας εἰσδέχῃ μετὰ τὴν διδασκαλίαν, οὕτω καὶ τοῦτον [1] χειροθετήσας, ὡς ἂν μετανοίᾳ κεκαθαρισμένον, πάντων ὑπὲρ αὐτοῦ προσευχομένων, ἀποκαταστήσεις αὐτὸν εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοῦ νομήν· καὶ ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ λούματος ἡ χειροθεσία· καὶ γὰρ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἐδίδοτο πνεῦμα ἅγιον τοῖς πιστεύουσι. κἂν τις τῶν μὴ σεσαλευμένων ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐπεγκαλέσῃ σοι, ὅτι δὴ κατηλλάγης αὐτῷ, εἰπὲ πρὸς αὐτόν· Σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν· εὐφρανθῆναι δὲ ἔδει καὶ χαρῆναι, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς, καὶ εὑρέθη. Ὅτι γὰρ οὐ μόνον προσδέχεται ὁ Θεὸς τοὺς μετανοοῦντας, ἀλλὰ καὶ [2] εἰς τὴν B προτέραν ἀξίαν ἀποκαθίστησιν, ἱκανὸς μάρτυς ὁ ἅγιος Δαβὶδ, ὃς μετὰ τὴν εἰς τὸν Οὐρίαν ἁμαρτίαν, ηὔχετο τῷ Θεῷ λέγων· Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. Καὶ πάλιν· Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον. καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ σὺ οὖν ὡς συμπαθὴς ἰατρὸς, τοὺς ἡμαρτηκότας πάντας θεράπευε, χρώμενος σωτηρίοις πρὸς βοήθειαν ἀγωγαῖς, μὴ μόνον [3] τέμνων, ἢ καίων, ἢ ξηρίω προσφέρων, ἀλλὰ καὶ ἐπιδεσμῶν, καὶ μοτῶν, καὶ ἐνιεὶς γλυκέα C φάρμακα ἐπουλωτικὰ, καὶ καταβρέχων λόγοις παρακλητικοῖς. ἐὰν δὲ κοῖλον ᾖ τὸ τραῦμα, θρέψον αὐτὸ ἡδεῖ ἐμπλάστρῳ, ἵνα γεμισθὲν, ἴσον τῷ ἀρτίῳ ἀποτελεσθῇ· ἐὰν δὲ ῥυπανθῇ, τότε κάθαρον

A tus epulabatur cum amicis. Ita igitur & tu facito, o Episcope: ac quemadmodum Ethnicum sacro lavacro tinctum, in Ecclesiam inducis post institutionem: sic & hunc, per manuum impositionem, utpote pœnitentia purgatum, cunctis pro eo deprecantibus, restitue in antiqua pascua; eritque in loco Baptismi, impositio manuum: etenim per impositionem manuum nostrarum, Spiritus sanctus dabatur credentibus. Et si quis fratrum numquam prolapsus, reprehenderit te, quod huic sis reconciliatus, dicito ei: [a] *Tu semper mecum es, & mea omnia tua sunt: epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit, perierat, & inventus est.* Nam quod Deus B non solum ignoscat pœnitentibus, sed & eos in pristinam dignitatem restituat, abunde testatur sanctus David, qui post peccatum in Uriam commissum, his verbis Deum precabatur: [b] *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me*: & iterum: *Averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, & spiritum tuum sanctum ne auferas a me.* Igitur & tu, sicut misericors medicus, omnes peccatores sana, utens salutiferis atque ad subsidium aptis remediis; non solum secans, aut urens, aut sicca & mordacia medicamenta adhibens; verum etiam alligans, & C linamentum indens, & pharmaca lenia ac cicatricem obducentia infundens, & verbis consolationis irrigans. Porro si vulnus altum fuerit, suavi emplastro fove illud, ut carne repletum parti integræ æquale reddatur: sin vero sordes contrahat, tunc

a Luc. xv. 31. *b* Psalm. L. 11-14.

1. Χειροθετήσας.] Hæc est impositio manuum reconciliatoria; de qua etiam cap. 18. & 43. quamque sæpe Patres, sæpe Concilia commemorant. Insigniter S. Cyprianus Epist. 9. *Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam justo tempore, & secundum disciplinæ ordinem ad Exomologesin veniant, & per manus impositionem Episcopi & Cleri jus communicationis accipiant; nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace, ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia acta, nondum Exomologesi facta, nondum manu eis ab Episcopo & Clero imposita, Eucharistia illis datur.* Optatus post medium libri 2. *Dum manum imponitis & delicta donatis.* Concilium Carthaginense 4. Canone 76. *Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Si supervixerit, admoneatur a supra dictis testibus, petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu Sacerdos qui pœnitentiam dedit, probaverit.* Et Canon 3. Concilii Arausicani 1. *Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari: quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. Quod si supervixerint, stent in ordine pœnitentium, & ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant.* Cot.

2. Εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν ἀποκαθίστησιν.] Et lib. 8. c. 9. cum Cypriano, Epist. 19. Eusebio, apud Damascenum lib. 2. Parallelorum cap. 86. & iis qui Pœnitentiam secundum Baptismum, Baptismum lacrymarum, Baptismum pœnitentiæ appellant. Quin etiam Chrysostomus Parænesi 1. ad Theodorum lapsum, Palladius Historiæ Lausiacæ cap. 140. & Joannes Climacus Scalæ Gradu 5. p. 127. asserunt quosdam pœnitentia acta sanctiores exstitisse, quam fuerant antequam deliquissent, atque felicitate ac pietate superasse eos qui in justitia baptismali perseveraverant. Scribitque Lactantius lib. 5. cap. 13. *Cum & Deo satisfacere liceat; & nullus sit tam malus Dei cultor, qui data facultate, ad placandum Deum non revertatur, & quidem devotione majori. Peccati enim conscientia, & metus pœnæ religiosiorem facit; & semper multo firmior est fides, quam reponit pœnitentia.* Sed alia videtur fuisse Ecclesiæ mens, cum Laicos lapsos ab Ordinibus sacris exclusit, Clericos vero pœnitentes pristinis gradibus non restituit. Item Concilii Eliberitani, quod Canone 38. jus baptizandi in necessitate, tribuit solummodo fidelibus qui Lavacrum suum integrum habent. Subscribit quoque Athanasius in illud, Quicumque dixerit &c. edit. Paris. tom. 1. p. 974. cum Hilario ad Psalm. CXXXVII. vers. 2. Epiphanio Hæres. 59. capp. 1. 2. 5. 9. 10. & Hieronymo lib. 2. adversus Jovinianum cap. ult. Hæc licet contraria appareant, vera nihilominus omnia sunt. Etenim Lapsus, post peractam pœnitenD tiam, justus iterum efficitur ac Dei filius, quemadmodum erat; cautior in posterum evadit ad vitandum peccatum, & aliquando seipso multisque Stantibus religiosior redditur. Verumtamen ratione status, gradum innocentiæ amittit, qui absque dubio gradu restitutionis sublimior est ac perfectior. Eodem plane modo, quo vidua, per continentiam iterum virgo audit, interdumque seipsa adhuc virgine & multis virginibus præstat; cum vidualis status virginali omnino postponatur. Vide præter allegatos, etiam Philastrium, Parte 2. Hæresi 42. & Isidorum Pelusiotam lib. 3. Epist. 157. Id.

3. Τέμνων, ἢ καίων, ἢ ξηρίω προσφέρων.] Tertullianus de Pœnitentia cap. 10. *Miserum est secari, & cauterio exuri, & pulveris alicujus mordacitate cruciari.* Libro 2. adversus Marcionem cap. 16. *Quid enim, si medicum quidem dicas esse debere, ferramenta vero ejus accuses, quod secent, & inurant, & amputent, & constrictent? quando sine instrumento artis, medicus esse non posset. Sed accusa male seE cantem, importune amputantem, temere inurentem; atque ita ferramenta quoque ejus, ut mala ministeria, reprehende.* De Scorpiaco cap. 5. *Et est plane quasi sævitia Medicinæ, de scalpello, deque cauterio, de sinapis incendio: non tamen secari, & inuri, & extendi*, (editiones Rigaltiana priores addunt *morderique*,) *idcirco malum, quia dolores utiles adfert.* Et imitator Tertulliani Lucifer in Tractatu, Quod moriendum sit pro Filio Dei, paullo ante finem: *Prospicimus quod, enim licet ferro medicus secet, cauterio urat, sinapis incendio ad omnem dolorem ægrum deducat, tamen nec secari, inuri, exedi, morderique esse inimicum: quippe quod idcirco bonum sit, quia dolores inutiles auferat per adhibitos salutis caussa dolores.* Quo ex ultimo loco, me etiam tacente, intelliges Lector, scribendum in Tertulliano, *exedi*, (pro *extendi*,) *morderique*. Adi, sodes, ad Joannem Climacum cap. 2. Epist. ad Pastorem. Id.

A ξηρίῳ, τυτέστι λόγῳ ἐπιτιμητικῷ· ἐὰν δὲ ὑπέρογκον γένηται, δριμεῖ κολλυρίῳ ἐξομάλισον αὐτὸ ἀπειλῇ κρίσεως· κἂν νομὴ γένηται, καυτηρίασον αὐτὸ, καὶ τὴν σηπεδόνα ἔκκοψον, στιβώσας νηστείαις. ἐὰν δὲ ταῦτα ποιήσῃς, καὶ γνῷς, ὅτι ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς ὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, ὔτε ἔλαιον, ὔτε καταδέσμυς, ἀλλ' ἐπεκτείνεται ἡ νομὴ καὶ προλαμβάνει πᾶσαν ἴασιν, ὡς ἡ γάγγραινα πᾶν μέλος σήπυσα· τότε μετὰ πολλῆς σκέψεως καὶ συμβυλίας καὶ ἑτέρων ἰατρῶν ἐμπείρων, ἀπόκοψον τὸ διασαπὲν μέλος, ἵνα μὴ τὸ πᾶν διαφθαρῇ σῶμα τῆς ἐκκλησίας. μὴ ῥαδίως ὖν ἴσθι πρόχειρος εἰς τὸ ἀποκόπτειν· μηδὲ ταχέως ἐπὶ τὸν [1] μυριόδοντα πρίονα ὅρμα· ἀλλὰ πρῶτα χρῶ σμίλῃ, τὰ ἀποστέματα B διαιρῶν, ὅπως τὸ ἐντὸς ἐγκείμενον αἴτιον τὸ τὸν πόνον ποιῦν ἐκκριθὲν, ἀναλγὲς τὸ σῶμα τηρήσῃ. ἐὰν δέ τινα ἀμετανοήτως ἔχοντα βλέπῃς καὶ ἀπεσκληρωκότα, τότε μετὰ λύπης καὶ πένθυς ἀνιάτως ἔχοντα, τῆς ἐκκλησίας ἀπόκοπτε. Ἐξαρεῖτε γὰρ τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. Καί· Εὐλαβεῖς ποιήσετε τὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν· Οὐ λήψῃ πρόσωπον πλυσίυ ἐν κρίσει, καὶ πένητα ὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει, ὅτι τῦ κυρίυ ἡ κρίσις.

A repurga mordaci pulvere, hoc est, objurgatorio sermone: si autem intumuerit, complana acri collyrio, nimirum, minis judicii: & si ulcus serpat, cauterio utere, & putredinem extrahe, jejuniis, scilicet, affligens. Hæc cum feceris, si deprehendis quod [a] a pedibus usque ad caput non est malagma imponere, nec oleum, nec ligamina; sed dilatatur ulcus, & omnem medicationem anticipat, ad modum gangrænæ cuncta membra putrefacientis: tunc multa cum circumspicientia & consultatione, adhibitisque aliis medicis experientibus, abscinde membrum putridum, ut non corrumpatur totum corpus Ecclesiæ. Ne igitur facilis ac promtus sis ad secandum: nec statim ad serram plurimis dentibus armatam B prosilias; sed prius utere scalpello, & scinde abscessum, ut egesta quæ intus resident caussa ægritudinis, corpus sanum & doloris expers remaneat. Si demum impœnitentem aliquem videris & obduratum, tunc cum dolore ac luctu ab Ecclesia insanabilem reseca. Ait enim Scriptura: [b] *Auferetis malum ex vobis ipsis.* Et: [c] *Cautos facietis filios Israel.* Et rursum: [d] *Non accipies personam divitis in judicio; & pauperis non misereberis in judicio; quoniam Domini est judicium.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μβ'.

Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν κριτήν.

C Ἐὰν δὲ ψευδὴς ᾖ ἡ κατηγορία τῆς διαβολῆς, καὶ [2] ὑμεῖς οἱ ποιμένες σὺν τοῖς διακόνοις τὸ ψεῦδος ὡς ἀλήθειαν παραδέξησθε, ἢ διὰ προσωποληψίαν, ἢ διὰ δώρων ἐξαλλαγὴν, βυλόμενοι τὸ ἀρεστὸν τῷ διαβόλῳ ποιεῖν, τὸν κατηγορύμενον μὲν, ὑπάρχοντα δὲ τῦ ἐγκλήματος ἀλλότριον, ἀπώσησθε τῆς ἐκκλησίας, λόγον ὑφέξετε ἐν τῇ ἡμέρᾳ κυρίου· ὅτι γέγραπται· Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· ὐ λήψῃ δῶρα, πατάξαι ψυχήν· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμὺς σοφῶν, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δικαίων. Καὶ πάλιν· Οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες. Προσέχετε οὖν, μήπως προσωπολῆπται γενόμενοι ὑποπέσητε τῇ φωνῇ τοῦ κυρίου ταύτῃ. φυλάσσεσθε οὖν τὸ D κατακρίνειν τινὰς ἀδίκως, καὶ συνηγορεῖν τοῖς πονηροῖς. Οὐαὶ γὰρ τῷ λέγοντι τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρὸν, τῷ τιθέντι τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς. Ἐὰν γὰρ ἑτέρους ἀδίκως κατακρίνητε, καθ' ἑαυτῶν ἀποφαίνεσθε· ὅτι λέγει κύριος· ᾧ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, καὶ ᾧ καταδικάζετε, καταδικασθήσεσθε. Εἰ οὖν ἀπροσωπολήπτως κρίνετε, ἐπιγνώσεσθε τὸν κατηγορῦντα κατὰ τῦ πλησίον αὐτοῦ μαρτυρήσαντα ψευδῆ, καὶ ἐπιδείξας αὐτὸν συκοφάντην, βάσκανον, φονέα, ταράσσοντα ὡς κακὸν ἀντιλογίαις, ἄστατον ἐν τοῖς λόγοις, ἑαυτῷ ἐναντίον ἐφ' οἷς φθέγγεται, καὶ ἁλισκόμενον ῥήμασιν ἰδίυ στόματος· παγὶς γὰρ αὐτῷ ἰσχυρὰ ἐφέστηκε, τὰ ἴδια χείλη. E ὃν μετὰ τὺς ἐλέγχυς τῆς ψευδολογίας κρινεῖς ἀποτόμως, καὶ τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πυρὸς παραδώσεις· καὶ ποιήσεις αὐτῷ, ὃν τρόπον ἐπονηρεύσατο ποιῆσαι τῷ πλησίον· ὅσον γὰρ [3] ἐλάλησεν ἐπ' αὐτῷ, ἐφόνευσε τὸν ἀδελφὸν, προλαβὼν τὰ ὦτα τοῦ κριτοῦ·

CAPUT XLII.

Judicem non debere esse acceptorem personarum.

C Si autem falsa sit & calumniosa accusatio; vosque Pastores una cum Diaconis, vel per acceptionem personarum, vel per munerum pactionem, volentes calumniatori gratum facere, mendacium tamquam veritatem amplexi fueritis, & accusatum, licet culpæ non affinem, expuleritis ab Ecclesia; rationem reddetis in die Domini: quoniam scriptum est: [e] *Innocentem & justum non occides: non accipies munera ad percutiendam animam: munera enim excæcant oculos sapientum, & pervertunt verba justorum.* Et rursus: [f] *Qui justificant impium propter munera, & justitiam justi auferunt.* Attendite igitur, ne acceptores personarum facti, huic D Domini voci subjiciamini. Quare injustam cujuslibet condemnationem, & improborum patrocinium vitate. [g] *Væ enim illi, qui dicit malum bonum & bonum malum; amarum dulce, & dulce amarum; qui ponit lumen tenebras, & tenebras lumen.* Nam quando alios injuste condemnabitis, ipsi contra vos sententiam feretis: quia Dominus ait: [h] *Quo judicio judicaveritis, judicabimini, & quo condemnaveritis, condemnabimini.* Ergo si absque personarum acceptione judicatis, agnoscetis accusatorem, qui adversus proximum suum falsum fert testimonium, & declarabitis eum delatorem, invidum, homicidam, malignis altercationibus & criminationibus cuncta turbantem, in verbis instabilem, sibimet in dictis E suis contrarium, & proprii oris verbis captum: ipsi quippe fortis laqueus incumbit, labia sua. Tu hunc virum, convictus cum fuerit falsi testimonii, judicabis severe, & gladio ignis trades: [i] faciesque ipsi quemadmodum proximo malitiose facere destinabat: quantum enim ipse potuit, fratrem necavit, aures


a Isa. I. 6. *b* Deut. XVII. 7. *c* Lev. XV. 31. *d* Deut. I. 17. Exod. XXIII. 3. Lev. XIX. 15. Deut. XVI. 19. *e* Exod. XXIII. 7. 8. Deut. XXVII. 25. & XVI. 19. *f* Isa. V. 23. *g* Isa. V. 20. *h* Matth. VII. 2. Luc. VI. 37. *i* Deut. XIX. 19.

1. Μυριόδοντα πρίονα.] Nonnus Paraphrastes de crurifragio duorum latronum cum Christo crucifixorum, πολυόδοντι πόδας ἀμύνετο σιδήρῳ. Cot.

2. Ὑμεῖς οἱ ποιμένες σὺν τοῖς διακόνοις.] Judicii Ecclesiastici erga peccatorum reos frequens mentio in libro hoc, ut & apud Veteres. Eo in judicio Sacerdotibus Diaconos jungit etiam B. Hieronymus ad illud Michææ: *Audite hoc principes domus Jacob, & judices domus Israel*, cap. 3. v. 9. Habitumque in conventu Clericorum dicunt Eliberitani Episcopi Canone 74. Cot.

3. Ἐλάλ.] Al. τὸ forte ἠλέγχησε. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



γέγραπται δὲ, ὅτι ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου, [1] ἀντὶ τοῦ αἵματος, αὐτοῦ ἐκχυθήσεται· καὶ ἐξαρεῖς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἀπό σοῦ, τὸ ἐκχυθὲν μάτην·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μγʹ.

Ὅπως χρὴ τοὺς συκοφάντας τιμωρεῖσθαι.

ΠΟιήσεις οὖν αὐτὸν ἀποσυνάγωγον, ὡς φονέα ἀδελφοῦ· ἔπειτα χρόνου διαστάντος, ἐὰν λέγῃ μετανοεῖν, στιβώσατε αὐτὸν νηστείαις· καὶ μετὰ ταῦτα χειροθετήσαντες αὐτὸν προσδέξασθε, ἀσφαλισάμενοι μέντοι αὐτὸν, μή τινα ταράξῃ πάλιν. εἰ δὲ πάλιν εἰσελθὼν, ὁμοίως στασιάζει, οὐ παυόμενος τοῦ ταράσσειν, καὶ κατακερτομεῖν τὸν ἀδελφὸν, ἐκ φιλονεικείας [2] μώμους ἐπιτηδεύων, ἐκβάλλετε αὐτὸν ὡς λοιμὸν, ἵνα μὴ τὴν ἐκκλησίαν λυμαίνηται τοῦ Θεοῦ. ὁ τοιοῦτος γὰρ ταραχὰς συνίστησι πόλεσιν· οὗτος γὰρ κἂν ἔσω ᾖ, μὴ πρέπων τῇ ἐκκλησίᾳ, περιττὸς καὶ μάταιος τυγχάνει, σπιλῶν, ὅσον [3] τὸ ἐπ' αὐτῷ, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. εἰ γάρ τινες τῶν σωμάτων μέλη προσηρτημένα ἔχοντες, οἷον δακτύλους, ἢ ὑπερσαρκώματα, περικόπτουσιν ἀφ' ἑαυτῶν ταῦτα, διὰ τὴν ἀπρέπειαν, καὶ οὐδεμία προσγίνεται ἀπρέπεια, ἀπολαβόντες τοῦ ἀνθρώπου διὰ τοῦ τεχνίτου τὴν φυσικὴν εὐκοσμίαν· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς οἱ ποιμένες τῆς ἐκκλησίας, ὑπαρχούσης σώματος ἀρτίου καὶ μελῶν ὑγιεινῶν, [4] ἐπὶ Θεὸν πιστευόντων ἐν φόβῳ κυρίου καὶ ἀγάπῃ, ὅταν εὑρεθῇ ἓν μέλος περισσὸν, πονηρὰ φρονοῦν, καὶ τῷ λοιπῷ σώματι ἀπρέπειαν ἐμποιοῦν, καὶ χειμάζον αὐτὸ στάσει καὶ μάχῃ καὶ καταλαλιᾷ, παρέχον αὐτῷ [5] φόβους, πράγματα, μώμους, καταλαλίας, ἐγκλήματα, ἀκαταστασίας, καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ διαβόλου ἐνεργήματα ἐκτελῶν, ὡσὰν κεχειροτονημένος ὑπὸ τοῦ διαβόλου σκυβαλίζειν τὴν ἐκκλησίαν διὰ βλασφημιῶν καὶ πολλῆς ἀκαταστασίας καὶ ἔριδος καὶ διχοστασίας, οὗτος οὖν δεύτερον ἔξω τῆς ἐκκλησίας βληθεὶς, ἀξίως ἀπετμήθη τῆς τοῦ κυρίου συναγωγῆς· καὶ μᾶλλον νῦν κεκόσμηται ἡ τοῦ κυρίου ἐκκλησία, ἢ τὸ πρῶτον, ὅτε τὸ περιττὸν ἐκέκτητο καὶ ἑαυτῇ ἀνοίκειον μέλος· διὸ ἀπὸ τοῦ νῦν ἀβλασφήμητός ἐστι καὶ ἀσκυβάλιστος, πονηρῶν ἀπαλλαγεῖσα, δολίων, λοιδόρων, ἀνημέρων, προδοτῶν, μισοκάλων, φιληδόνων, κενοδόξων, ἀπατηλῶν, δοξοσόφων, ἔργον θεμένων διασπείρειν, μᾶλλον δὲ διασκορπίζειν τὰ τοῦ κυρίου ἀρνία. σὺ οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, σπούδαζε ἅμα τῷ ὑπό σε κλήρῳ, ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· ὅτι λέγει κύριος· Ἐὰν πλάγιοι πορεύεσθε πρός με, κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς πλαγίως πορεύσομαι. Καὶ ἀλλαχοῦ· Μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, καὶ μετὰ ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ

A judicis occupando: scriptum autem est: [a] *Qui effuderit sanguinem hominis, pro eo sanguis ejus effundetur.* [b] *Et auferes sanguinem innoxium a te, qui effusus est sine caussa.*

CAPUT XLIII.

Quo modo oporteat punire calumniatores.

HUnc igitur Ecclesia extorrem efficies, velut fratricidam: interjecto dein tempore, si pœnitere se profiteatur, jejunia ipsi infligite; & postea manibus impositis admittite, præmunitum tamen ac edoctum molestiam iterum alteri non creare. Quod B si rursum in Ecclesiam ingressus, similem concitat seditionem, nec desinit turbas ciere, & fratri convicia ingerere, studio contendendi excogitans crimina; ejicite eum tamquam pestiferum, ne Ecclesiam Dei depopuletur. Hujusmodi enim homo tumultum facit in civitatibus: hic, licet intro consistat, Ecclesiæ indecorus, supervacuus est ac inanis, maculans, quoad ejus est, corpus Christi. Nam si nonnulli homines, ab ortu superflua quædam membra corpori connexa habentes, puta, digitos vel carnes supercrescentes, sponte ea accrementa, propter fœditatem, abscindunt; neque vero ullatenus indecens est, quod homo opera cujuspiam artificis naturalem recuperat pulcritudinem: quanto magis C vos pastores Ecclesiæ, quæ est corpus integrum, constans ex membris sanis, in Deum cum timore Domini & caritate credentibus, facere idem oportet, quando inventum fuerit membrum quoddam inutile, male erga alia affectum, & reliquo corpori deformitatem conficiens, illique vexationem, seditionem, bellum ac detractionem inferens, nec non eidem incutiens timores, molestias, vituperationes, obtrectationes, criminationes, tumultus, similiaque exsequens diaboli opera; quasi homo a diabolo electus ad Ecclesiam maledictis, multaque seditione, contentione, discordia inquinandam? Is igitur extra Ecclesiam iterum projectus, merito a Domini cœtu abscissus est: multoque ornatior nunc D apparuit Domini Ecclesia, quam antea, cum supervacaneum eique non affine membrum habebat: quocirca jam deinceps nulli detractioni, nulli contumeliæ fœtori subjacet, liberata hominibus improbis, fraudulentis, conviciatoribus, inhumanis, proditoribus, virtutis osoribus, voluptatis amantibus, inanis gloriæ cupidis, impostoribus, opinione sapientiæ inflatis, quique id operam dant ut Domini agnos dispergant, aut potius dissipent. Tu ergo, Episcope, satage una cum Clero tibi subjecto, verbum veritatis recte tractare: quia Dominus ait: [c] *Si obliqui ambulaveritis ad me, & ego*

a Gen. IX. 6. b Deut. XIX. 13. c Lev. XXVI. 27.

1. Ἀντὶ τοῦ αἵματος, αὐτοῦ ἐκχυθήσεται.] Genes. IX. 6. Pono virgulam in medio, & post eam subintelligo vel τὸ αἷμα, quod agnoscitur a Cedreno edit. Basil. p. 238. lin. 24. nec non ab Irenæo lib. 5. cap. 14. & Hieronymo ad Sophoniæ I. 17. vel τὸ dumtaxat, quemadmodum habetur in editione Complutensi, & in Chrysostomo Hom. 27. in Genesim. Textus Hebræus; *Qui effuderit sanguinem hominis, in homine*, aut *per hominem, sanguis ejus effundetur.* LXX. vulgo quidem, ut in hoc Constitutionum loco: at apud Complutenses, ἀντὶ τοῦ αἵματος ἀνθρώπου, τὸ αὐτοῦ ἐκχυθήσεται. Hoc est ex Ambrosiana versione, *pro sanguine hominis, ejus effundetur*. Quæ tamen verba Ambrosius c. 26. libri de Noe & arca, minus commode distinxit & explicavit, collocata distinctione post pronomen *ejus*, (ita quippe expositio illius postulat) acceptoque textu de effusione non sanguinis, sed hominis. In Cedreno autem, ἀντὶ τοῦ αἵματος ἐκείνου ἐκχυθήσεται τὸ αἷμα αὐτοῦ. Quod Hieronymus interpretatur, *pro sanguine ejus effundetur sanguis illius*. Et Irenæi Interpres verterat, (nisi me mea E fallit Critica) *sanguis illius pro sanguine ejus effundetur*. Denique in Chrysostomo, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὸ αὐτοῦ ἐκχυθήσεται: atque ita in Vita Nili junioris a Cariophyllo edita p. 137. Unde colligitur legisse Senes, בדם aut בדם האדם. Ceterum observabis, si id quoque dignum observatu videbitur, a Patribus Concilii Trosleiani c. 13. usurpari verba enarrationemque Hieronymi in loco citato. Omittebam imprudens locum exstantem in Synodo S. Patricii Canone 6. qui tamen animadversione dignus est. *Audi item Dominum dicentem: Qui effuderit sanguinem innocentem, sanguis ipsius effundetur.* Forte enim qui illum textum suggessit, legebat in Græco, αἷμα ἀθῷον, pro αἷμα ἀνθρώπου, non bene percipiens scripturam in compendium deductam. COT.

2. Μώμους.] In altero Vind. μωμῶν, quod est melius Verte: *studio contendendi irridere cum adgressus*. CLER.

3. Τὸ ἐπ' αὐτῷ.] Cod. Vind. καὶ ἐπ' αὐτῷ, παῦ. ID.

4. Ἐπὶ.] τῶν ἐπὶ Ms. Vind. ID.

5. Φόβους.] Alter Ms. φόγος, non male. ID.

διαστρέψεις. Οσίως οὖν πορεύεσθε, ἵνα μᾶλλον ἐπαίνου καταξιωθῆτε ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἢ μέμψεως ἐκ τοῦ ἐναντίου.

A *ad vos oblique ambulabo*, Et alio in loco: [a] *Cum sancto sanctus eris, & cum innocente innocens eris, & cum perverso perverteris*. Sancte igitur ambulate, ut potius ex hoc laudem a Domino consequamini, quam ex contrario reprehensionem.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μδʹ.

Οτι χρὴ τὸν διάκονον ἐπικουφίζειν τὸ βάρος τῶν ἐπισκόπων, καὶ διαθύνειν τὰ κουφότερα.

ΟΜόφρονες οὖν ὄντες πρὸς ἀλλήλους, ὦ ἐπίσκοποι, εἰρηνεύετε μετ' ἀλλήλων, σύμπαθεῖς, φιλάδελφοι, μετὰ ἀκριβείας ποιμαίνετε τὸν λαὸν, ὁμοφρόνως διδάσκοντες τοὺς ὑφ' ὑμᾶς ὁμογνωμονεῖν, B καὶ τὸ αὐτὸ περὶ τῶν αὐτῶν δοξάζειν, ὅπως μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ κατὰ τὴν κυριακὴν θέσιν. καὶ πάντα μὲν ὁ διάκονος τῷ ἐπισκόπῳ ἀναφερέτω, ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρί· ἀλλ' ὅσα δὲ δύναται, εὐθυνέτω δι' ἑαυτοῦ, λαβὼν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἐξουσίαν, ὡς ὁ κύριος παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ δημιουργεῖν, τὸ προνοεῖν· τὰ δ' ὑπέρογκα ὁ ἐπίσκοπος κρινέτω. πλὴν [1] ἔστω ὁ διάκονος ἐπισκόπου ἀκοὴ, καὶ ὀφθαλμὸς, καὶ στόμα, καρδία τε καὶ ψυχὴ, ἵνα μὴ ᾖ τὰ πολλὰ μεριμνῶν ὁ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ μόνα τὰ κυριώτερα· ὥσπερ καὶ ὁ [2] Ιωθὼρ τῷ Μωυσεῖ διετάξατο, καὶ ἀπεδέχθη αὐτοῦ ἡ συμβουλία.

CAPUT XLIV.

Quod debeat Diaconus sublevare onus Episcopi, & leviora quæque dirigere.

UNanimitatem igitur inter vos habentes, o Episcopi, pacem mutuam colite, misericordes, fratrum amantes, cum diligentia pascite populum; concorditer docentes eos qui vobis subjecti sunt, consentire, ac idem iisdem de rebus existimare, ut [b] *non sint in vobis schismata*, sitis autem [c] *unum corpus & unus spiritus, perfecti eadem mente & eadem sententia*, secundum dominicam sanctionem. Ac Diaconus quidem cuncta ad Episcopum referat, ut Christus ad Patrem: quæcumque tamen potest, per se moderetur, accepta ab Episcopo potestate, sicut Dominus a Patre creare ac providere accepit: at majores caussas Episcopus judicet. Ceterum sit Diaconus, Episcopi auris & oculus, & os, cor pariter & anima; ut Episcopus in pluribus quam par est ac minutioribus negotiis non occupetur, sed in solis gravioribus; quemadmodum & [d] Jethro Moysi digessit, acceptatumque fuit illius consilium. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μεʹ.

Οτι μὴ [3] προσῆκον Χριστιανοῖς ἀντιλογίαι καὶ διαπληκτισμοί.

ΚΑλὸν μὲν οὖν ἐστι τῷ Χριστιανῷ ἐγκώμιον, πρὸς μηδένα ἔχειν πράγματα· εἰ δὲ ἔκ τινος ἐνεργείας ἢ πειρασμοῦ ἐπισυμβῇ τινι πρᾶγμα, σπουδαζέτω διαλύεσθαι αὐτὸ, κἂν δέῃ βλαβῆναί τι, καὶ [4] μὴ ἐρχέσθω ἐπὶ κριτήριον ἐθνικόν. ἀλλὰ μὲν μηδὲ ἀνέχεσθε κοσμικοὺς ἄρχοντας κατὰ τῶν ὑμετέρων δικάζειν· διὰ γὰρ αὐτῶν ὁ διάβολος [5] ἐπιτηδεύει τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, καὶ ὄνειδος [6] ἐπεγείρει,

CAPUT XLV.

Quod Christianis non conveniant controversiæ & altercationes.

PRæclara sane Christiano homini laus est, [e] cum nemine contendere: sin autem alicujus impulsu vel vexatione, alicui negotium incidat, det operam ut dirimatur, quamvis sibi inde aliquid capiendum sit detrimenti; & ne adeat ad Gentilium tribunal. Sed nec patiamini ut sæculares Magistratus de caussis vestris judicium proferant: per eos D enim diabolus servis Dei facessit negotium, pro-

a Psal. xvii. 26. *b* I. Cor. I. 10. *c* Eph. iv. 4. *d* Exod. xviii. *e* I. Cor. vi. 1. &c.

1. Ἔστω ὁ διάκονος, τοῦ ἐπισκόπου ἀκοὴ, καὶ ὀφθαλμὸς, καὶ στόμα, καρδία τε καὶ ψυχή.] Et lib. 3. cap. penult. καὶ αἴσθησις. Diaconos, Episcopi oculos, præsertimque Archidiaconum, Episcopalem oculum, passim appellant Antiqui. Inter ceteros Auctor Epistolæ ad Jacobum cap. 12. Isidorus Pelusiota Epistola ad Lucium Archidiaconum Pelusii, quæ bis edita legitur, lib. 1. num. 29. & lib. 4. num. 188. ubi dicit quod Archidiaconus esse debeat totus oculus, cum Diaconi sint oculi Episcopi: item Fulbertus Epist. 34. & Arnulfus contra Girardum cap. 1. tom. 2. Spicilegii p. 341. Cujus locum ita restituo; *Engolismensem Abbatissam quidam tuus Archidiaconus gravidam pravo fecit accessu. Porro facinus ingravescentis uteri tumor excedens, & naturalis effectus aperuit. Quod dum propter insolentiam criminis, divinitatisque contemtum civibus incredibile videtur, parturientis Abbatissæ gemitus, & novi partus crepundia fidem fecerunt. Universa igitur civitas admiratione perculsa est: qua cogitatum impatientia, qua temeritate conceptum, qua denique impudentia posset esse completum; quod homo animarum custos, Episcopalis oculus, Ecclesiæ columna, sponsam Domini, Virginum ejus matrem atque custodem, non compellasset verbo tantum, sed opere polluisset.* Sic Ministri spiritales, Angeli, possunt teste Hilario in Psalm. cxxix. 2. haberi pro Dei oculis, vel auribus, vel manibus, vel pedibus. Atqui ex Origene ad Matth. xviii. 8. 9. Sacerdotes, Ecclesiæ oculus recte nominantur; Diaconi vero ceterique Ministri, manus. In quorum primo Adamantium sequitur Hilarius ad Psalm. cxxxviii. 16. ut in posteriori Zonaras interpretans Canonem Apostolicum 56. Symeoni autem Thessalonicensi de sacris Ordinationibus cap. 13. Chartophylax ἐστὶν ἐπὶ τῷ ἀρχιερεῖ δεξιά. Pontificis dextera. Ratio porro, propter quam tot præclaris nominibus decorati inveniuntur Diaconi, tangitur ab Epiphanio Hæresi 78. cap. 5. his verbis; ἄνευ διακόνου, ἐπίσκοπον ἀδύνατον εἶναι. *Sine Diacono Episcopus esse non potest*, & a Scriptore Epistolæ de gradibus Ecclesiæ tom. 9. Operum S. Hieronymi, istis; *Sine Diacono Sacerdos nomen non habet, ortum non habet, officium non habet*. Mitto τοὺς βασιλέως (seu βασιλέων aut βασιλέως) ὀφθαλμοὺς, καὶ τὰ βασιλέως ὦτα, apud Xenophontem & alios: praetereaque πρωρέα τῆς νεὼς τὸν ὀφθαλμὸν, Epistola 127. Gregorii Nazianzeni, & multa id genus obvia. Videto Notam ad caput 30. Cot.

2. Ιωθώρ.] Apud LXX. Ιωθόρ. Corrupte in Cœna quæ indigne adscribitur S. Cypriano, Lothor. *Vale fecit Lo-* E *thor*, pro *Jothor*. Exod. iv. 18. Id.

3. Προσῆκον.] Alter Codex προσήκουσι. Cler.

4. Μὴ ἐρχέσθω ἐπὶ κριτήριον ἐθνικόν.] Correctum velim Alexandrinum Clementem multo ante finem Stromatei penultimi pagina 750. quo loci enarrans textum Apostoli I. Cor. vi. 1. &c. de caussis & litibus Christianorum, atque inter se comparans eos qui judicio contendunt apud iniquos, eos qui apud sanctos, & eos qui nullatenus, dicit secundos primis esse meliores, sed tertios perfectionem attigisse: καὶ εἶναι μὲν τῶν προτέρων τοὺς δευτέρους ἀμείνους, ἐκείνω δὲ ἀπαθεῖς, (male edunt ἀπηθεῖς, male emendant ἀπαθεῖς, ut antecedentia & consequentia ostendunt) τοὺς μὴ ἀμυνομένους σιλλον γενόμενοι, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διδασκαλίαν προσεύχονται καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν. Cot.

5. Επιτηδεύει.] Alter Cod. Vindob. ἐνεδρεύει rectius, ut videtur. Cler.

6. Επεγείρει.] Idem habet ἐπιφέρει sententia commoda: *insidiatur servis Dei, probrumque infert*. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ὡς μὴ ἐχόντων ἡμῶν ἕνα σοφὸν τὸν δυνάμενον μεταξὺ βραβεῦσαι τὸ δίκαιον, ἢ τὰς ἀντιλογίας διαλῦσαι.

A brumque excitat, quaſi non habeamus nos virum ſapientem, qui poſſit inter partes jus dicere, & controverſias diſceptare.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μϛʹ.

Ὅτι οὐ χρὴ τοὺς πιστοὺς ἐπὶ τῶν ἀπίστων δικάζεσθαι, οὔτε μὲν ἐξ αὐτῶν τινα καλεῖν εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ Χριστιανῶν.

ΜΗ οὖν γινωσκέτωσαν τὰ ἔθνη τὰς πρὸς ἀλλήλους ὑμῶν διαφορὰς, μήτε καθ' ἑαυτῶν [1] εἰς μαρτυρίαν παραδέχεσθε τοὺς ἀπίστους, μήτε κρίνεσθε ἐπ' αὐτῶν· μήτε ὀφείλετέ τι τούτοις πρὸς συντέλειαν ἢ φόβον· ἀλλὰ ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ· οἷον φόρον, ἢ κῆνσον, ἢ δίδραχμον, ὡς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν δοὺς τὸν στατῆρα, ἀπηλλάγη πραγμάτων. αἱροῦ οὖν μᾶλλον βλάπτεσθαι, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην σπουδάζειν, οὐ μόνον πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀπίστους. βλαβεὶς γὰρ τῶν βιωτικῶν τι, τὰ πρὸς Θεὸν οὐ ζημιωθήσῃ, ἅτε θεοσεβὴς ὑπάρχων, καὶ κατ' ἐντολὴν Χριστοῦ ζῶν. εἰ δὲ ἀδελφοὶ εἰς ἀλλήλους ἔχουσιν, ὃ μὴ γένοιτο, αὐτόθεν νοεῖν ὀφείλετε οἱ προηγούμενοι, ὅτι οἱ τοιοῦτοι οὐκ ἀδελφῶν ἐν κυρίῳ ἔργον ἐπιτελοῦσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐχθρῶν πολεμίων. καὶ εἷς μὲν αὐτῶν εὑρεθήσεται ἤπιος, ἐπιεικὴς, φωτὸς τέκνον, ἕτερος δὲ ἀνήμερος, αὐθάδης, πλεονέκτης· ὁ οὖν καταγινωσκόμενος ἐπιτιμάσθω, ἀφοριζέσθω, δίκην τῆς μισαδελφίας τιννύτω· εἶτα μεταμελόμενος προσλαμβανέσθω· καὶ οὕτω σωφρονιζόμενοι, ἐπικουφίσουσιν ὑμῖν τὰ κριτήρια. χρὴ δὲ καὶ συγχωρεῖν τὰ εἰς ἀλλήλους ἀδικήματα· οὐ τοὺς κρίνοντας, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας εἰς ἑαυτούς· καθὼς ὁ κύριος ἀπεφήνατο, ἐμοῦ Πέτρου ἐρωτήσαντος αὐτόν· Ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ, ἕως ἑπτάκις; καὶ εἰπόντος· Οὐ λέγω σοι, ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Οὕτως γὰρ θέλει ὁ κύριος ἀληθῶς εἶναι αὐτοῦ μαθητὰς, καὶ μηδὲν ἔχειν κατὰ μηδενὸς πώποτε, οἷον ὀργὴν ἄμετρον, ἢ θυμὸν ἀνήμερον, ἢ ἐπιθυμίαν ἄδικον, ἢ μῖσος ἄσπονδον. τοὺς οὖν ὀργιζομένους συμβιβάζετε εἰς φιλίαν, τοὺς ἐχθραίνοντας εἰς ὁμόνοιαν· ὅτι λέγει κύριος· Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

CAPUT XLVI.

Quod non oporteat fideles litigare apud infideles; neque ex his quempiam vocare in teſtimonium adverſus Chriſtianos.

NE igitur Gentiles cognoſcant ortas inter vos lites, neque adverſum vos teſtimonium infidelium adhibeatis, neque ab eis judicemini; neque ipſis quidquam debeatis, quod ad tributum & B terrorem Poteſtatum pertineat; ſed [a] *reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo*; ut vectigal, aut cenſum, aut didrachmum; ſicut & [b] Dominus noſter tributo ſtatere, a moleſtia liberatus eſt. Elige igitur potius damno affici, & quæ ad pacem ſpectant ſectari, non ſolum cum fratribus, ſed etiam cum infidelibus. Nam cum aliquam in hujus vitæ commodis jacturam feceris, nullum divinorum bonorum damnum patieris, ut pote Dei cultor, & juxta Chriſti mandata vivens. Si vero, quod abſit! fratres habuerint aliquid inter ſe controverſiæ, inde intelligere debetis vos Præpoſiti, quod hujuſmodi homines non ſe gerunt ut fratres in Domino, ſed potius ut hoſtes infeſti. Ac forte C unus eorum reperietur lenis, æquus, filius lucis; alter vero immitis, contumax, fraudator: hic igitur agnitus puniatur, & ſegregetur, & pœnas fraterni odii luat: dein cum propoſitum mutaverit, aſſumatur in ſocietatem: atque ita caſtigati, tribunalia veſtra allevabunt ac infrequentia efficient. Oportet autem & mutuo injurias condonare; non quidem judices, ſed eos qui ſimultates habent; quemadmodum Dominus pronuntiavit, cum ego Petrus interrogarem eum: [c] *Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei; uſque ſepties?* & reſpondit: *Non dico tibi, uſque ſepties, ſed uſque ſeptuageſies ſepties.* Sic enim vult Dominus vere eſſe ſuos diſcipulos, nihilque illos contra aliquem habere umquam, exempli gratia, D iram immoderatam, aut furorem immanem, aut cupiditatem iniquam, aut odium irreconciliabile. Eos itaque qui ira jactantur, ad amicitiam; qui odio aſperantur, ad concordiam adducite: quia Dominus ait: [d] *Beati pacifici, quoniam ipſi filii Dei vocabuntur.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μζʹ.

Ὅτι χρὴ ἐν δευτέρᾳ σαββάτων ποιεῖσθαι τὰς δίκας.

ΤΑ δικαστήρια ὑμῶν γινέσθω [2] δευτέρᾳ σαββάτων, ὅπως ἐὰν ἀντιλογία τῇ ἀποφάσει ὑμῶν γένηται, ἕως σαββάτου ἔχοντες ἄδειαν, δυνηθῆτε εὐθῦναι τὴν ἀντιλογίαν, καὶ εἰρηνεῦσαι εἰς τὴν κυριακὴν τοὺς διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους. [3] συμπαρέστωσαν δὲ τῷ δικαστηρίῳ καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι, ἀπροσωπολήπτως κρίνοντες, ὡς Θεοῦ ἄνθρωποι, μετὰ δικαιοσύνης. παραγενομένων οὖν ἑκατέρων τῶν προσώπων, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει, στήσονται

CAPUT XLVII.

Quod oporteat in ſecunda Sabbatorum, forum agere.


FIant judicia veſtra, ſecunda poſt Sabbatum die; ut ſi veſtræ ſententiæ contradicatur, vacantes uſque ad Sabbatum, poſſitis contradictionem expendere, & inter ſe diſſentientes, in diem E Dominicum pacificare. Aſſiſtant autem tribunali Diaconi & Presbyteri, cum juſtitia ac citra perſonarum acceptionem judicantes, tamquam homines Dei. Cum igitur utraque perſona, ſicut & dicit Lex, advenerit; [e] ſtabunt partes adverſæ in me-

a Matth. XXII. 21. b Matth. XVII. c Matth. XVIII. 21. d Matth. V. 9. e Deut. XIX. 17.

1. Εἰς.] Deeſt in antiquiore cod. Vindob. & quidem recte. CLER.

2. Δευτέρα σαββάτων.] Hoc eſt, ſecundo die hebdomadis: nam Σάββατα heic *hebdomadam* ſignificat, non *Sabbatum*. Sic Dies Solis, ſive Dominicus dicitur μία Σαββάτων Matth. XXVIII. 1. ad quem locum vide Interpretes, & præſertim *H. Grotium*. ID.

3. Συμπαρέστωσαν δὲ τῷ δικαστηρίῳ καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι.] Interdum jus dicebant Epiſcopi ſoli; interdum advocatis in conſilium Clericis ſuis. Aliquando liberabant ſe ea moleſtia; inferioribuſque Ordinibus litium diremtionem relinquebant. Coacti etiam nonnumquam fuerunt Laicos hac in re Clericis præponere. Cujus ultimi exemplum habes apud Socratem, Hiſtor. Eccleſ. lib. 7. cap. 37. in Silvano Trojæ Epiſcopo. COT.



ἑκάτεροι ἐν μέσῳ τῷ κριτηρίῳ, οἷς ἐστιν ἡ ἀντιλογία· καὶ ἀκούσαντες αὐτῶν, ὁσίως ἀνενέγκατε τὰς ψήφους, σπουδάζοντες αὐτοὺς φίλους ἀμφοτέρους ποιῆσαι, πρὶν ἀποφάσεως τῆς τοῦ ἐπισκόπου, ὅπως μὴ ἐξέλθοι ἐπὶ γῆς κρίσις κατὰ τοῦ ἁμαρτήσαντος· καθότι καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ σύμψηφον ἔχει καὶ συνίστορα τῆς δίκης τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. εἰ δέ τινες ἐν βλασφημίαις τοῦ μὴ καλῶς ὁδεύειν ἐν κυρίῳ ἐλέγχοιντο ὑπό τινος, ὁμοίως ἀκούσαντες ἑκατέρων τῶν προσώπων, τοῦ τε κατηγοροῦντος, καὶ τοῦ κατηγορουμένου, ἀλλὰ μὴ προλήψει, μὴ δὲ μονομερῶς, ἀλλὰ μετὰ δικαιοσύνης, ὡς ὑπὲρ ζωῆς αἰωνίου ἢ θανάτου διδόντες ἀπόφασιν. Δικαίως γάρ, φησὶν ὁ Θεὸς, διώξει τὸ δίκαιον. Ο γὰρ δικαίως τιμωρηθεὶς καὶ ἀφορισθεὶς παρ' ὑμῶν, αἰωνίου ζωῆς καὶ δόξης ἀπόβλητος γέγονε, καὶ παρ' ἀνθρώποις ὁσίοις ἄτιμος, καὶ παρὰ Θεῷ κατάδικος.

A dio foro: & auditis iis, sancte ferte suffragia, conantes inter ambos conciliare amicitiam, ante Episcopi decretum, ne in publicum prodeat sententia adversus eum qui deliquit: quia Episcopus in tribunali approbatorem & conscium judicii habet Christum Dei. Si qui vero de infamia non recte ambulandi in Domino a quopiam arguantur; eumdem in modum utramque personam, & accusatoris & accusati, audite; & non ex præsumta opinione, neque ex studio unius partis, sed ex justitia, tamquam de æterna vita aut morte, dicite sententiam. [a] *Juste* enim, inquit Deus, *persequeris quod justum est*. Nam qui juste a vobis punitus est ac excommunicatus, a sempiterna vita & gloria rejiculus evasit, tum apud sanctos homines ignominiosus, tum
B obnoxius apud Deum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μη'.

Οτι μὴ χρὴ [1] ταύτην ἐπάγειν τιμωρίαν ἐπὶ πάσης πλημμελίας, ἀλλὰ διάφορον, πρὸς τὸ διάφορον τοῦ ἁμαρτάνοντος.

ΜΗ πάσης δὲ ἁμαρτίας τὴν αὐτὴν ποιεῖσθε ἀπόφασιν· ἀλλ' ἑκάστης ἰδίαν· μετὰ πολλῆς φρονήσεως κρίνοντες ἕκαστα τῶν πλημμελημάτων, τά τε σμικρὰ, καὶ τὰ μεγάλα, καὶ ἄλλως ἔργου, καὶ λόγου πάλιν ἑτέρως, [2] καὶ προθέσεως, ἢ λοιδορίας, ἢ ὑπολήψεως διαφόρως· καὶ τοὺς μὲν ὑποβαλεῖς μόναις ἀπειλαῖς, τοὺς δὲ πενήτων χορηγίαις, ἄλλους δὲ νηστείαις στιβώσεις, καὶ ἑτέρους ἀφορίσεις, πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ ἐγκλήματος αὐτῶν. καὶ γὰρ καὶ ὁ νόμος οὐ παντὸς ἁμαρτήματος τὴν αὐτὴν ἐποιεῖτο τιμωρίαν, ἀλλὰ ἄλλως μὲν τὰ εἰς Θεὸν καὶ εἰς ἱερέα καὶ εἰς ἱερὸν καὶ εἰς ἱερεῖον· ἑτέρως τὰ εἰς βασιλέα καὶ ἄρχοντα καὶ στρατιώτην καὶ ὑπήκοον, ὁμότιμον, ἢ οἰκέτην, ἢ εἰς κτῆμα, ἢ εἰς ἄλογον· καὶ πάλιν παρηλλαγμένως τὰ εἰς γονεῖς καὶ συγγενεῖς, ἄλλως τὰ ἐξ ἐφόδου, καὶ τὰ ἀκουσίως ἑτέρως· καὶ τοῖς μὲν θάνατον ἢ διὰ σταυροῦ, ἢ τὸν διὰ λίθων, τοῖς δὲ ζημίαν, ἢ μάστιγας, ἢ τὸ τὰ ὅμοια παθεῖν οἷς ἔδρασαν. οὐκοῦν καὶ ὑμεῖς τῶν διαφόρων ἁμαρτημάτων διαφόρους ποιεῖσθε καὶ τὰς τιμωρίας, ἵνα μή τις ἀδικία παρεμπεσοῦσα κινήσῃ τὸν Θεὸν πρὸς ἀγανάκτησιν. ἧς γὰρ ἂν ἀδίκου κρίσεως μεσῖται γένησθε, ταύτης καὶ τὸν ἀπὸ Θεοῦ λήψεσθε μισθόν· ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε.

CAPUT XLVIII.

Quod non oporteat eamdem pœnam in omni delicto irrogare, sed variam, pro varietate delinquentis.

NOlite de omni peccato eamdem proferre sententiam, sed de unoquoque propriam; cum multa prudentia judicantes singula delicta, cum parva, tum magna; atque aliter sancientes de peccato operis, iterumque aliter de peccato sermonis, diverse etiam de
C delictis propositi, aut convicii, aut suspicionis. Et quidem ex peccatoribus hos solis minis subjicies; illos eleemosynis erga pauperes; alios vero jejuniis comprimes, & alios pro gravitate criminis sui a fidelibus separabis. Neque enim Lex omni peccato eamdem decernebat pœnam; sed aliam quidem commissis in Deum, & in sacerdotem, & in templum, & in sanctuarium; alteram vero designatis adversus regem, & principem, & militem, & subjectum, adversus æqualem, vel famulum, sive contra possessionem, aut pecus; iterumque diversam delictis in parentes & cognatos; peccatis ex industria aliam, & aliam non voluntariis: atque aliquos quidem reos afficiebant morte, seu crucis, seu lapidationis; cete-
D ros mulcta, aut verberibus, aut talionis supplicio. Igitur vos quoque diversis peccatis diversas pœnas imponite, ne qua injuria incidens provocet Deum ad iracundiam. Cujus etenim iniqui judicii eritis arbitri, ejus & mercedem accipietis a Deo: [b] *Quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μθ'.

Οποίους εἶναι χρὴ τοὺς κατηγόρους, καὶ μάρτυρας.

ΚΑθίσαντες οὖν ἐπὶ τὸ κριτήριον, παρόντων ἑκατέρων τῶν προσώπων, οὐ γὰρ ἐροῦμεν ἀδελφῶν, μέχρις οὗ ἑαυτοὺς ἐν εἰρήνῃ ἀπολάβωσιν, ἐρευνᾶτε ἀκριβῶς περὶ τῶν ἐνεχομένων· καὶ πρῶτον περὶ τοῦ κατηγοροῦντος, εἰ πρώτου τούτου κατηγορεῖ, ἢ καὶ ἑτέροις τισὶν ἐγκλήματα κατενήνοχε, καὶ εἰ μὴ ἐκ μέμψεως αὐτῶν [3] ἡ φιλονεικία καὶ τὸ ἔγκλημα ὑπόκειται, καὶ ὁποία τις ἡ ἀναστροφὴ αὐτοῦ ὑπάρχει· καὶ τοιοῦτος δὲ ὢν ἀσυνείδητος, μὴ πιστευέσθω μόνος· παράνομον γὰρ τὸ τοιοῦτον· ἀλλ' ἐχέτω καὶ ἑτέρους μάρτυρας, ὁμοίους αὐτῷ τὸν τρόπον· καθὼς ὁ νόμος λέγει· Επὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. Διατί δὲ εἴπομεν, τὸν

CAPUT XLIX.

Quales esse decet accusatores, & testes.

SEdentes igitur in tribunali, præsentibus utrisque personis, (non enim eos appellabimus fratres, donec cum pace se in benevolentiam susceperint)
E exquirite diligenter de altercantibus; ac primo de accusatore, an hunc primum accuset, vel alius quoque crimina impegerit, & an non ex querela eorum ac contentione crimen suppositum sit, & quales sint mores accusantis: cui licet bona conscientia freto, soli tamen fides non habeatur; id quippe iniquum est; sed habeat & alios testes, ei probitate morum consimiles; quemadmodum Lex dicit: [c] *In ore duorum & trium testium stabit omne verbum*. Quare autem diximus, inquiri oportere quæ sit testium vi-

a Deut. XVI. 20. b Matth. VII. 2. c Deut. XIX. 15.

1. Ταύτην.] Lege ex cod. Vindob. & re ipsa τὴν αὐτήν. CLER.
2. Καὶ προθέσεως.] Dele καὶ ex eodem codice, & sic distingue ἑτέρως· προθέσεως &c. ID.
3. Η φιλονεικία] Leg. ἢ φιλονεικίας, vel ἢ φιλονεικίᾳ. COT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

τρόπον αὐτῶν ἐπιζητεῖσθαι, ὁποῖος τυγχάνει; ἐπειδὴ πολλάκις ἐγχωρεῖ, καὶ τοὺς δύο καὶ τοὺς πλείονας ἐπὶ κακῷ μαρτυρῆσαι, καὶ συμφώνως προστῆναι τοῦ ψεύδους· ὡς τοὺς δύο πρεσβυτέρους κατὰ Σωσάννης ἐν Βαβυλῶνι, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν παρανόμων κατὰ τοῦ Ναβουθαὶ ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ κυρίου ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ κατὰ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος αὐτοῦ. ἔστωσαν οὖν οἱ μάρτυρες πραεῖς, ἀόργητοι, ἐπιεικεῖς, ἀγαπητικοὶ, σώφρονες, ἐγκρατεῖς, ἀπόνηροι, πιστοὶ, θεοσεβεῖς· ἡ γὰρ τῶν τοιούτων μαρτυρία καὶ διὰ τοῦ τρόπου αὐτῶν βεβαία, καὶ διὰ τῆς ἀναστροφῆς αὐτῶν ἀληθὴς ὑπάρχει· τῶν δὲ μὴ τοιούτων μὴ παραδέχεσθε τὴν μαρτυρίαν, κἂν συμφωνεῖν δοκῶσιν ἐπὶ τῇ καταμαρτυρίᾳ· προστέτακται γὰρ ἐν τῷ νόμῳ· Οὐκ ἔσῃ μετὰ B πολλῶν ἐπὶ κακίᾳ· οὐ παραδέξῃ ἀκοὴν ματαίαν. οὐ συγκαταθήσῃ μετὰ πλήθους ἐκκλῖναι τὸ δίκαιον. Ἐν μέρει δὲ καὶ τὸν κρινόμενον εἰδέναι ὀφείλετε, ὁποῖός ἐστι τῇ τοῦ βίου συνηθείᾳ καὶ ἀναστροφῇ, εἰ μεμαρτυρημένος τὸν βίον, εἰ ἀνέγκλητος, εἰ ὁσιότητα ἐζηλωκὼς, εἰ φιλόχηρος, καὶ φιλόξενος, καὶ φιλόπτωχος, καὶ φιλάδελφος, εἰ μὴ αἰσχροκερδὴς, καὶ μὴ βρώτης καὶ χρηματολαίλαψ, εἰ σώφρων, καὶ μὴ ἄσωτος, ἢ μέθυσος, ἢ ἀργοφάγος, εἰ εὔσπλαγχνος, καὶ εὐμετάδοτος.

A ta? quia, scilicet, sæpenumero evenit, ut duo vel plures testimonium dicant in malo, & una voce mendacio suffragentur; ut [a] Babylone duo Senes contra Susannam, & [b] in Samaria filii iniquitatis contra Nabuthæum, & [c] Hierosolymis turba Judæorum adversus Dominum, [d] ejusque primum martyrem Stephanum. Sint igitur testes mansueti, iræ expertes, æqui, caritate præditi, temperantes, continentes, malitia vacui, fideles, religiosi: talium enim testimonium propter mores eorum firmum est, & propter eorum vitam verum: at testimonium hominum qui tales non sunt, nolite suscipere, quamvis ii in delatione consentire videantur. Nam in Lege præcipitur: [e] *Non eris cum multis in mali-* B *tia. Non suscipies auditionem vanam. Non consenties cum multitudine, ut declines a justitia.* Ex alia vero parte reum etiam a vobis oportet cognosci, qualem se in vitæ usu & consuetudine gesserit, an ex moribus laudem sibi compararit, an inculpatus sit, an pietatis sectator; an erga viduas, hospites & pauperes benignus, an fratrum amans; an turpis lucri non cupidus, non avidus depastionis, non pecuniæ raptor ac procella; an temperans, & non luxuriosus, aut vinolentus, aut otiosus frugum consumtor; an misericors, atque ad largiendum promtus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ν'.

C

Ὅτι ἐγχωρεῖ τινα καὶ ἐκ προτέρων κακῶν μὴ ἀπιστεῖσθαι τὰ ὕστερα.

Εἰ γὰρ αὐτῷ προϋπόκειται ἔργα φαῦλα, ἤδη ἐκ μέρους ἀληθεῖς ἂν εἶεν καὶ νῦν ἐπιφερόμεναι αὐτῷ κατηγορίαι, εἰ μὴ ἂν αὐτῷ τὸ δίκαιον ἔχει συναγωνιζόμενον· ἐγχωρεῖ γὰρ αὐτὸν ἡμαρτηκέναι μέν ποτε, τούτου δὲ τοῦ ἐγκλήματος ἀθῶον ὑπάρχειν. διὸ ἀκριβῶς περὶ τὰ τοιαῦτα νήφοντες, ἀσφαλεῖς καὶ βεβαίας ποιεῖσθε τὰς ἀποφάσεις κατὰ τοῦ ἐλεγχθέντος. καὶ ἐὰν μετὰ τὸν ἀφορισμὸν συγγνώμην αἰτῇ, καὶ προσπέσῃ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ ἡμαρτηκέναι ὁμολογῇ, προσδέξασθε αὐτόν. μήτε δὲ τὸν συκοφάντην D ἀτιμώρητον ἐάσητε, ἵνα μὴ καὶ ἕτερόν τινα καλῶς βιοῦντα βλασφημήσῃ, ἢ ἕτερόν τινα προτρέψηται τὰ ὅμοια αὐτῷ δρᾶσαι· μήτε μὴν τὸν ἐλεγχθέντα ἀνύβριστον, ὅπως μὴ ἕτερος τοῖς αὐτοῖς ἐνσχεθῇ. οὔτε γὰρ μάρτυς κακῶν ἀτιμώρητος ἔσται· [1] οὐθ' ὁ πλημμελῶν δίκης ἐκτός.

CAPUT L.

Quod usu veniat, ut conjectura ex prioribus malis ducta, aliquis facile credatur posteriora designasse.

NAM si in accusato præjacent prava opera, jam aliqua ex parte veræ videbuntur præsentes accusationes, nisi jus ei patrocinetur: fieri enim potest ut is olim deliquerit, hujus vero sceleris sit purus. Quare circa hujusmodi negotia diligenter & caute vos gerentes, certam indubiamque adversus reum convictum ferte sententiam. Et si post excommunicationem, veniam petat, & ad pedes Episcopi procidat, & peccasse se fateatur; recipite eum. D Porro delatorem impunitum non sinatis, ne adhuc alium quempiam recte viventem calumnietur, vel aliquem alium ad similia facienda provocet: rursumque eum qui convictus fuerit, nulla contumelia affectum non dimittatis; ne alius eodem crimine obstringatur. Neque enim [f] *testis* malorum *impunitus erit:* neque peccator pœnam evadet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ να'.

Ὅτι [a] οὐ χρὴ μονομερεῖς τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι.

Εἴπομεν δὲ ὅτι τὰς κρίσεις οὐ δίκαιον μονομερεῖς ποιεῖσθαι. ἐὰν γὰρ τοῦ ἑνὸς προσώπου ἀκούσητε, μὴ παρόντος τοῦ ἑτέρου, μηδὲ ἀπολογησαμένου E πρὸς τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα [2] προπετῶς ἐξενέγκητε ψῆφον κατακρίσεως, ἔνοχοι τῆς ἀναιρέσεως, καὶ συμμέτρηται τῷ συκοφάντῃ, παρὰ Θεῷ εὑρεθήσεσθε τῷ δικαίῳ κριτῇ. Ὡς γὰρ ὁ κρατῶν

CAPUT LI.

Quod non oporteat in judicando, uni parti favere.

DIximus jam, æquum non esse, ut ea judicia exerceantur, in quibus altera pars judicium E occupat. Nam si unam personam audieritis, altera absente, hacque ad objectum crimen non respondente, suffragium damnationis temere tuleritis; rei necis, & consortes calumniatoris, seu eadem cum illo mensura metientes reperiemini apud Deum, justum

a Dan. XIII. b III. Reg. XXI. c Matth. XXVI. d Act. VI. & VII. e Exod. XXIII. 2. 1. f Prov. XIX. 5. 9.

1. Οὐθ' ὁ πλημμελῶν δίκης ἐκτός.] Vide in LXX. Proverb. XXVIII. 20. Sap. I. 8. XIV. 31. Sir. XII. 7. XXIII. 13. COT.

2. Προπετῶς.] Καὶ προπετῶς rectius, in Vindob. CLER.

a Ὅτι οὐ χρὴ μονομ.] Ad hujusmodi Constitutionum sanctionem respexisse videtur S. Athanasius in *Apologia ad Imp. Constantium*, num. 1. pag. 295. tom. 1. edit. BB. Ubi doctissimus editor monet, hunc locum haud recte ab interprete fuisse intellectum; quum vertendum sit: *Quod non oporteat, altera absente parte, judicia reddi.* Sic in eamdem sententiam reddendum hujus capitis exordium: *Diximus autem æquum non esse, ut judicia altera absente parte reddantur.* Quod ex sequentibus ipsa luce lucidius est: ἐὰν γὰρ τοῦ ἑνὸς προσώπου ἀκούσητε μὴ παρόντος τοῦ ἑτέρου. *Si enim alteram personam, altera absente audiatis* &c. Vox μονομερεία eo sensu sæpissime usurpatur ab eodem S. Athanasio in *Apologia contra Arianos*. Vide Cangium in *Glossar. Græc.* tom. 1. pag. 952. v. Μονομερῶς.

κέρκου κυνὸς, οὕτως ὁ προεστῶς ἀλλοτρίας κρίσεως. Ἐὰν δὲ μιμηταὶ γένησθε τῶν ἐν Βαβυλῶνι πρεσβυτέρων, οἵτινες καταμαρτυρήσαντες τῆς Σωσάννης ἀδίκως κατεδίκασαν αὐτὴν εἰς θάνατον, ἔνοχοι τῆς ἐκείνων κρίσεως καὶ καταδίκης γένησθε. ὅτι τὴν μὲν Σωσάνναν ὁ κύριος διὰ τοῦ Δανιὴλ ἐῤῥύσατο ἐκ χειρὸς παρανόμων, τοὺς δὲ ἐνόχους τοῦ αἵματος αὐτῆς πρεσβυτέρους [1] ἐν πυρὶ κατεδίκασεν, ὑμᾶς δὲ δι᾽ αὐτοῦ ὠνείδισε λέγων· Οὕτως μωροὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ· οὐκ ἀνακρίναντες, οὐδὲ τὸ σαφὲς ἐπιγνόντες κατεκρίνατε θυγατέρα Ἰσραήλ; ἀναστρέψατε οὖν εἰς τὸ κριτήριον· ψευδῆ γὰρ οὗτοι κατεμαρτύρησαν αὐτῆς.

A judicem. [a] *Sicut enim qui tenet caudam canis, sic qui præsidet alieno judicio.* Quod si imitatores fueritis Senum illorum Babylonis incolarum, qui falso testimonio contra Susannam dicto, eam injusta mortis damnatione affecerunt; obnoxii eritis sententiæ & condemnationi adversum eos latæ. Quoniam Susannam quidem Dominus per Danielem eripuit e manibus iniquorum, reos autem sanguinis feminæ Senes ad ignem damnavit; vobis vero per Danielem exprobravit, dicens: [b] *Sic fatui filii Israel: non dijudicantes, neque quod manifestum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel? Revertimini ergo ad judicium: quia falsum testimonium isti locuti sunt adversus eam.*

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νβ'.

Παράδειγμα τοῦ δικαίου κρίματος ἡ τῶν ἔξωθεν δικαστῶν περὶ τὰς ἀποφάσεις ἀσφάλεια.

Θεάσασθε δὲ καὶ τὰ κοσμικὰ δικαστήρια, ὧν τῇ ἐξουσίᾳ ὁρῶμεν ἀγομένους φονεῖς, μοιχοὺς, φαρμακοὺς, τυμβωρύχους, λῃστάς· καὶ τὰς [2] ἀνακρίσεις αὐτῶν λαβόντες οἱ ἡγούμενοι ὑπὸ τῶν προσαγόντων, λέγουσι τῷ κακούργῳ, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει· κἀκείνου συγκαταθεμένου, οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὴν κόλασιν αὐτὸν ἐκπέμπουσιν, ἀλλὰ πλείοσιν ἡμέραις ποιοῦνται αὐτοῦ τὴν ἐξέτασιν [a] μετὰ συμβουλίου πολλοῦ, καὶ [3] παραπετάσματος μέσου. [4] τελευταῖον ὅρον καὶ ψῆφον θανάτου ὁ μέλλων ἐκφέρειν κατ᾽ αὐτοῦ, [5] πρὸς τὸν ἥλιον ἐπάρας τὰς χεῖρας, διαμαρτύρεται ἀθῶος ὑπάρχειν τοῦ αἵματος τοῦ ἀνθρώπου. καίτοι ὄντες ἐθνικοὶ, καὶ οὐ

CAPUT LII.

Exemplum justi judicii capiatur de cautione, quam in sententiis judices Gentiles adhibent.

Respicite etiam ad mundana judicia, quorum potestate videmus trahi homicidas, adulteros, veneficos, sepulcrorum prædatores, latrones. Etenim cum Magistratus ab iis qui reos in jus rapiunt, ea acceperint quæ ad horum pertinent caussam, quærunt ex malefico, an ita se res habeat: & licet confiteatur, non illico eum mittunt ad supplicium; sed pluribus diebus, cum multa consultatio-C ne, & interjecto velo, inquirunt de crimine. Postremo qui sententiam & suffragium de capite contra reum laturus est, sublatis ad solem manibus, contestatur, insontem se esse humani sanguinis. Atque illi ab hoc scelere abhorrent, quamvis sint Ethni-

a Prov. xxvi. 17. *b* Dan. xiii. 48. 49.

1. Ἐν πυρὶ κατεδίκασεν.] Juxta Hebræorum traditionem apud Origenem Epistola ἀμοιβαίᾳ ad Africanum, & apud Hieronymum tum Epist. 10. tum in Commentariis ad Jeremiæ xxix. 21. 22. 23. & ad Danielis xiii. 5. 62. quod Achabus & Sedecias pseudo-prophetæ, quos frixit rex Babylonis in igne, atque duo Senes judices Susannæ calumniatores, iidem exstiterint. De quo consulendi Interpretes. Cot. — Pro ἐν πυρὶ, in altero Vindob. Cod. est tantum πυρί. Cler.

2. Ἀνακρίσεις.] Quid in judiciis sit ἀνάκρισις docent Lexicographi. Totam autem judicialem scenam graphice de- D scriptam habes in Opere imperfecto, ad Matth. xxv. 31. hoc pacto: *Criminosas personas judex auditurus in publico, tribunal suum collocat in excelso, circa se constituit vexilla regalia, ante conspectum suum ponit super mensam calliculam, (f. caliculum) unde tribus digitis mortem hominum scribat aut vitam: hinc inde officiales ordinate consistunt; in medio secretario ponuntur genera horrenda pœnarum, quæ non solum pati, sed & videre tormentum est: stant juxta parati tortores, crudeliores aspectu quam manibus. Tota judicii facies cujusdam schematis terrore vestitur. Et cum ad medium productæ fuerint criminosæ personæ, ante interrogationem judicis ipsius, judicii terribili discutiuntur aspectu.* Et ad ejusdem capitis versiculum 33. *Quando aliquis ante conspectum regis aut judicis introducitur, ex ipso loco ubi stare jubetur, intelligit si propter bonum introductus est, aut propter malum. Si enim propter bonum, statim vocatur in proximo: si propter malum, longe stare jubetur.* Genuinus Chrysostomus Homil. 17. in Genesim, interpretans Dei interrogationem, *Adam ubi es?* ait, ἴστε γὰρ ὅτι ἐπειδὰν ἐφ᾽ ὑψηλοῦ τοῦ βήματος καθήμενοι δικασταὶ εἰσπράττωνται τοὺς τὰ φαῦλα ἐργασαμένους, οὐκ ἀξιοῦσιν αὐτοὺς τῆς οἰκείας ἀποκρίσεως, καὶ διὰ τούτου δεικνύντες αὐτοῖς, ὅσῃ ἀτιμίᾳ ἑαυτοὺς περιέβαλον διὰ τῆς τῶν πονηρῶν πραγμάτων ἐργασίας· ἀλλ᾽ ὁ μὲν δικαστὴς ἀποκρίνεται, ἕτερος δέ τις ἑτοίμως διαβιβάζει τὰ παρὰ τοῦ δικαστοῦ τῷ ὑπευθύνῳ, καὶ τὰ παρ᾽ ἐκείνου πάλιν διαπορθμεύει τῷ δικαστῇ· καὶ τοῦτον ἂν ἴδοι τις τῶν δικαζόντων πανταχοῦ τὸ ἔθος. Et Concione 2. de Lazaro, οἱ τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦντες, ἀεὶ μὲν ἐν κατηφείᾳ καὶ ὀδύναις εἰσί, μάλιστα δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθ᾽ ἣν ἂν μέλλωσιν ἐξάγεσθαι, καὶ παρ᾽ αὐτὰς τὰς τοῦ δικάζοντος ἄγεσθαι θύρας· καὶ πρὸ τῶν κιγκλίδων ἑστῶτες, καὶ τῆς τοῦ κρίνοντος φωνῆς ἔνδοθεν ἀκούοντες, ἀποπνίγονται τῷ φόβῳ, καὶ τῶν νεκρῶν οὐδὲν ἄμεινον διάκεινται. Concione vero 4. ἐπὶ τῶν ἔξωθεν δικαστηρίων τύπον, ὅταν ὦσί τινες ὑπεύθυνοι λῃσταὶ καὶ ἀνδροφόνοι, πόῤῥω τῆς ὄψεως τοῦ δικάζοντος ἀποστήσαντες τούτους οἱ νόμοι, τῆς τοῦ κρίνοντος οὐκ ἐπιτρέπουσιν ἀκοῦσαι φωνῆς, κἂν τούτῳ μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοὺς ἀτιμάζοντες, ἀλλὰ μέσος τις διακονεῖ ταῖς ἐρωτήσεσι τοῦ δικάζοντος, καὶ ταῖς ἀποκρίσεσι τῶν δικαζομένων. Noti sunt Prudentii versus Hamartigeniæ 440. &c.

Qui summum solidumque bonum putat, ambitionis
Crescere successu; præconum voce trementes
Examinare reos. Cot.

3. Παραπετάσματος μέσου.] Suidæ Lexicon, παραπέτασμα· παρακάλυμμα, παράπλωμα, τὸ λεγόμενον βῆλον. Basilius Epist. 79. circa finem, οἱ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχοντες, ὅταν τινὰ τῶν κακούργων θανάτῳ καταδικάζειν μέλλωσιν, ἐφέλκονται τὰ παραπετάσματα, καλοῦσι δὲ τοὺς ἐμπειροτάτους πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν προκειμένων σκέψιν, καὶ πολὺν ἐνσχολάζουσι χρόνον, &c. Ad quod ultimum pertinet etiam versus Juvenalis Sat. 6.

E *Nulla umquam de morte hominis cunctatio longa est.*

Ubi (ut id obiter indicem) supplendus est Vetus Scholiastes, sic, *De nece ingenui nulla est longa dubitatio.* Ceterum non habeo quod addi mereatur observationibus virorum doctorum de velis Judicum, Principum, Magnorum, Basilicarum, & de judiciis interjecto aut levato velo. Cot.

4. Τελευταῖον.] Ms. Vind. Εἶτα τελευταῖον. Cler.

5. Πρὸς τὸν ἥλιον ἐπάρας τὰς χεῖρας.] Oratorie dictum

a Μετὰ συμβουλίου πολλοῦ] Minus recte interpres, cum [illegible], judice Cl. Mazochio ad *Vetus marmor.* [illegible] *Neapol. Kalend.* vol. II. pag. 384. Vertit ipse: *non sine frequenti concilio.* Additque ad ea quæ statim sequuntur, παραπετάσματος μέσου, *velo interjecto*, velum heic intelligi, quod tribunal judicis a turbæ forensis oculis removebat. Velum enim in caussis gravioribus, ac potissimum criminalibus, prætendebatur; quo dabatur intelligi, quæstionem diutius esse duraturam. Idque colligitur ex epistola lix. S. Basilii ad Eustathium, cujus Græca heic recitat Cotelerius: *Principes*, inquit, *mundi hujus quotiescumque reum aliquem morte sunt damnaturi, adducunt vela, adhibentque peritos, in disceptando temporis multum insumunt.* Qui quidem locus verba Constitutoris illustrant.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

γινώσκοντες θειότητα, ἢ τὴν εἰς αὐτοὺς ἀπὸ Θεοῦ ἄμυναν ὑπὲρ τῶν ἀναιτίως κατακριθέντων, [1] ἀποφάγουσιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νγ'.

Οτι μὴ χρὴ κατ' ἀλλήλων ἔχειν τοὺς πιστούς.

ΥΜεῖς δὲ γινώσκοντες τίς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁποῖα τὰ κρίματα αὐτοῦ, πῶς ἂν κατ' ἐπήρειαν δυνήσεσθέ τινι ἀπόφασιν δοῦναι, τῆς κρίσεως ὑμῶν παραχρῆμα γινωσκομένης Θεῷ; καὶ εἰ μὲν δικαίως ἐκρίνατε, δικαίων ἀμοιβῶν καταξιωθήσεσθε καὶ νῦν καὶ εἰς αὖθις· εἰ δὲ ἀδίκως, πάλιν τῶν ὁμοίων τεύξεσθε. ἡμεῖς μὲν οὖν, ἀδελφοί, συμβουλεύομεν ὑμῖν, μᾶλλον ἐπαίνων ἀξιοῦσθαι παρὰ Θεῷ, ἢ ψόγων· ὅτι Θεοῦ ἔπαινος ζωὴ αἰώνιος ἀνθρώποις, ὥσπερ καὶ ὁ ψόγος θάνατος ἀΐδιος. διὸ γίνεσθε δίκαιοι κριταί, εἰρηνοποιοί, ἀόργητοι. Ο ὀργιζόμενος γὰρ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Εἰ δὲ καὶ συμβῇ ἐξ ἐνεργείας τινὸς ὀργισθῆναι ὑμᾶς κατά τινος, ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ [2] τῇ ὀργῇ ὑμῶν. Οργίζεσθε γάρ, φησιν ὁ Δαβίδ, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε· τουτέστι, ταχέως διαλλάσσεσθε, ὅπως μὴ ἡ ἐπίμονος ὀργὴ μνησικακία γένηται, καὶ ἁμαρτίαν ἀπεργάσηται. [3] Ψυχαὶ γὰρ μνησικάκων εἰς θάνατον, φησὶν ὁ Σολομών. λέγει δὲ ὁ κύριος ἡμῶν καὶ σωτὴρ Ιησοῦς ὁ Χριστὸς ἐν εὐαγγελίοις· Ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. Δῶρον δέ ἐστιν Θεῷ ἡ ἑκάστου προσευχὴ καὶ εὐχαριστία. ἐὰν οὖν ἔχῃς τι κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, ἢ αὐτὸς ἔχῃ τι κατά σου, οὔτε αἱ προσευχαί σου εἰσακουσθήσονται, οὔτε αἱ εὐχαριστίαι σου προσδεχθήσονται, διὰ τὴν ὑποκειμένην ὀργήν· χρὴ δὲ συνεχῶς προσεύχεσθαι ὑμᾶς, ἀδελφοί· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν ἐν ὀργαῖς ἀδίκως ἐχθραινόντων ἀδελφοῖς ὁ Θεὸς οὐκ ἐπακούει, κἂν τρὶς τῆς ὥρας προσεύξωνται, χρὴ διαλύειν πᾶσαν ἔχθραν καὶ μικροψυχίαν, ἵνα δυνώμεθα προσεύχεσθαι καθαρᾷ τῇ καρδίᾳ καὶ ἀρύπῳ. καί τοι γε καὶ ἐχθροὺς ὁ κύριος ἀγαπᾶν προσέταξεν, οὐχὶ δὲ καὶ τοὺς φίλους μισεῖν· καὶ ὁ νομοθέτης φησίν· Οὐ μισήσεις πάντα ἄνθρωπον· οὐ μισήσεις τὸν ἀδελφόν σου τῇ διανοίᾳ σου· ἐλεγμῷ ἐλέγξεις τὸν ἀδελφόν σου,

ci, & ignari tum divinitatis, tum ultionis divinæ adversum ipsos, si innocentes pœna multarint.

CAPUT LIII.

Quod non oportet fideles inter se discordare.

VOS autem, cognoscentes quis sit Deus noster, & qualia judicia ejus, quo modo poteritis sententiam adversus aliquem injuriose pronuntiare, cum vestrum judicium Deo confestim pateat? Et si quidem juste judicastis, justa præmia & nunc & posthac reportabitis: sin vero injuste, rursum actis paria consequemini. Nos igitur vobis, fratres, consilium damus, malitis a Deo laudem, quam vituperationem adipisci: quia a Deo laudari, hominibus vita æterna est; sicut & vituperari, sempiterna mors. Quocirca estote justi judices, pacifici, ira vacui. [a] *Qui* enim *irascitur fratri suo sine causa, reus erit judicio*. Quod si alicujus opera in quempiam irasci vos contingat, [b] *Sol non occidat super iram vestram*. [c] *Irascimini* enim, inquit David, *& nolite peccare*: hoc est, cito reconciliemini; ne ira constanter manens, in injuriæ recordationem evadat, & peccatum conficiat. Nam [d] *Animæ eorum qui memores sunt injuriarum, in mortem*, ait Salomon. Dominus autem noster & Salvator Jesus Christus dicit in Evangeliis: [e] *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te; relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo; & tunc veniens, offer munus tuum*. Munus vero est Deo, oratio cujusque & actio gratiarum. Si ergo habeas aliquid contra fratrem tuum, aut ipse aliquid habeat contra te; neque orationes tuæ exaudientur, neque gratiarum actiones suscipientur, propter subjacentem iram: oportet autem, fratres, vos assidue orare: & quia eos qui cum injustitia fratribus hostiliter irascuntur, Deus non exaudit, licet in hora ter oraverint, ideo dirimere debemus omnem inimicitiam & pusillum animum, quo possimus corde puro ac incontaminato orare. Atqui etiam inimicos diligere præcepit Dominus, non autem etiam amicos odisse: & Legislator ait: [f] *Ne oderis ullum hominem: ne odio habeas fratrem tuum, animo tuo: arguendo argue fratrem tuum, & ne suscipias peccatum pro-*

[a] Matth. v. 22. [b] Eph. iv. 26. [c] Psal. iv. 5. [d] Prov. xii. 28. apud LXX. [e] Matth. v. 23. [f] Lev. xix. 17.

puto. Quia scilicet solebant Judices tristitiam ac innocentiam suam aliqua exteriori actione, certisque quibusdam verbis attestari, quando reos extremo supplicio adjudicabant. Hinc famosum factum dictumque Pilati, (Matth. xxvii. 24.) qui in Historia Ecclesiastica Theodoriti lib. 4. cap. 7. & in Nicephoro lib. xi. cap. 30. per Theodoritum corrigendo ac intelligendo, dicitur etiam convertisse se ad Orientis partes. Cum quo iniquo judice scite B. Hieronymus comparat nautas Jonæ, (Jon. i. 14.) quique Hieronymum transcripsit Pseudo-Eusebius Emisenus Homil. 2. de Paschate. Hinc etiam Magistratuum perversa vestis, funesta & impura, maculam habens Θ. Κ. *θανάτου & κατακρίσεως*, nota ex Seneca lib. i. de ira cap. 16. Valerio Maximo lib. 9. cap. 12. & Servio ad Æneid. xii. 169. *πολλὰ στενάξαντες*, inquit de Judicibus S. Basilius in Epistola proxime citata, *καὶ τὴν ἀνάγκην ἀπολοφυρόμενοι, δῆλοι πᾶσι γίνονται, πρὸς ἀνάγκην ὑπηρετοῦντες τῷ νόμῳ, οὐ κατ' οἰκείαν ἡδονὴν ἐπάγοντες τὴν κατάκρισιν*. Sed & ad locum Constitutionum illustrandum facit notabilis ille Aurelii Victoris in Diocletiano: *Igitur Valerius prima ad exercitum concione, cum educto gladio, solem intuens, obtestaretur, ignarum cladis Numeriani, neque Imperii cupientem se fuisse; Aprum proxime adstantem ictu transegit; cujus dolo, uti supra docuimus, adolescens bonus facundusque & gener occiderat.* Insuperque iste personati Ambrosii libro de moribus Brachmanorum: *Nam & hoc interdum modo a regula veritatis abstrahimur; hoc est, tunc cum necessarium potum nostro corpori damus: ob quod postea oculos & manus nostras veluti sacrificium aliquod, ad radios Solis agentes extollimus*. Cot.

1. Αποφάγουσιν.] Ms. Vindob. τοῦτο ποιοῦσιν. Cler.

2. Τῇ ὀργῇ.] Codex Vindobonensis, τῷ παροργισμῷ. Idem.

3. *Ψυχαὶ γὰρ μνησικάκων εἰς θάνατον*.] Lib. 7. cap. 4. *ὁδοὶ γὰρ μνησικάκων εἰς θάνατον*. Ut in LXX. Proverb. xii. 28. quodque vertitur apud Cæsarium Arelatensem Homilia 9. quatuordecim illarum quas vir doctissimus ac de litteris nostris optime meritus, magis magisque in dies meriturus, Stephanus Baluzius, anno superiore in publico esse effecit; *Itinera eorum qui memoriam* (sic malim quam *injuriam*) *retinent malefacti, in morte*. Tamen pro voce *injuriam* militat ipse Cæsarius Homil. xi. de diligendis inimicis, in Bibliotheca Patrum, hoc modo citans; *Itinera eorum qui injuriam retinent malefacti, in mortem*: nec non Auctor Sermonis de Martyribus, apud Augustinum Serm. 47. de Sanctis, apud Leonem, Sermone qui præcedit antepenultimum, & in Miscellaneis Patrum a Vossio collectis ac una cum Gregorio Thaumaturgo Moguntiæ excusis. *Itinera eorum, qui injuriam retinent, Dominus labefecit in mortem*: vel ut in S. Augustino: *Itinera impiorum, qui injuriam retinent malefacti in mortem*. Contra, Cassianus Institut. lib. 8. cap. 14. *Itinera eorum, qui memoriam retinent malefacti, in mortem*. Cot.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

καὶ οὐ λήψῃ δι' αὐτὸν ἁμαρτίαν· οὐ μισήσεις Αἰγύπτιον, ὅτι πάροικος ἦσθα παρ' αὐτῷ· οὐ μισήσεις Ἰδουμαῖον, ὅτι ἀδελφός σου ἐστί. Καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά. Ὅθεν εἰ Χριστιανὸς θέλεις εἶναι, ἐξακολούθει τῷ τοῦ κυρίου νόμῳ· λῦε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας. ἐπὶ σοὶ γὰρ ὁ κύριος ἐξουσίαν ἔθετο ἀφιέναι ἁμαρτίας τῷ ἀδελφῷ τὰς εἰς σὲ γενομένας, ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· τουτέστι, τετρακοσίας ἐννενήκοντα. ποσάκις οὖν ἤδη ἀφῆκας τῷ ἀδελφῷ σου, ἵνα μὴ θελήσῃς αὐτῷ ἀφιέναι καὶ νῦν; καί τοι ἀκούσας τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος, ὅτι ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ πλησίον αὐτοῦ μὴ λογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Σὺ δὲ μνησικακεῖς, καὶ συντηρεῖς ἔχθραν, καὶ ἐπὶ κρίσιν ἔρχῃς, καὶ μῆνιν ὑφορᾷς, καὶ ἡ προσευχή σου ἐμποδίζεται. ἀλλ' εἰ καὶ τὰ τετρακόσια ἐννενήκοντα [1] ἀφεὶς τῷ ἀδελφῷ σου, πλεόνασον τὴν ἀοργησίαν ἐπὶ πλεῖον εἰς ἀγαθωσύνην δι' ἑαυτόν· κἂν ἐκεῖνος μὴ ποιεῖ, ἀλλά γε σὺ διὰ τὸν Θεὸν σπούδαζε ἀφιέναι τῷ πλησίον, ὅπως γένῃ υἱὸς τοῦ πατρός σου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσευχόμενος ὑπακούῃ, ὡς φίλος Θεοῦ.

A propter eum. [a] *Non odio habebis Ægyptium, quoniam incola fuisti apud eum: non habebis odio Idumæum, quoniam frater tuus est.* David quoque ait: [b] *Si reddidi retribuentibus mihi male.* Quare si Christianus esse vis, sequere legem Domini: [c] *Solve omnem colligationem impietatis.* In te enim Dominus [d] posuit potestatem remittendi fratri peccata contra te commissa, usque septuagies septies; hoc est, quadringenta nonaginta. Quoties ergo jam remisisti fratri tuo, ut nolis ei etiam nunc remittere? Cum & audias Jeremiam dicentem: [e] *Unusquisque malum proximi sui ne cogitetis in cordibus vestris.* Tu autem injuriæ memor es, & inimicitiam retines, & in judicium venis, & [f] iram in B te respicis, & oratio tua impeditur. Sed etsi quadringenta nonaginta remiseris fratri tuo, adhuc propter teipsum auge mansuetudinem tuam in benignitatem: & quamvis ille non faciat, tu tamen propter Deum satage dimittere proximo; ut [g] sis filius patris tui, qui in cælis est, utque dum oras, audiaris tamquam Dei amicus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νδ'.

Ὅτι χρὴ τοὺς ἐπισκόπους τὰ περὶ εἰρήνης διὰ τοῦ διακόνου ὑπομιμνήσκειν τῷ λαῷ.

Διὰ τοῦτο, ὦ ἐπίσκοποι, μελλόντων ὑμῶν εἰς προσευχὴν ἀπαντᾶν, μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν καὶ τὴν ψαλμῳδίαν, καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς γραφαῖς διδασκαλίαν, ὁ διάκονος ἑστὼς πλησίον ὑμῶν, μετὰ ὑψηλῆς φωνῆς λεγέτω· [2] μήτις κατά τινος· μήτις ἐν ὑποκρίσει· ἵνα ἐὰν εὑρεθῇ ἔν τισιν ἀντιλογία, συνειδήσει κρουσθέντες, δεηθῶσι τοῦ Θεοῦ, καὶ διαλλαγῶσι τοῖς ἀδελφοῖς. εἰ γὰρ τοὺς ἐν οἰκίᾳ τινὸς εἰσερχομένους, πρὸ πάντων δεῖ λέγειν· Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ· ὡς υἱοὺς εἰρήνης εἰρήνην χαριζομένους τοῖς ἀξίοις, καθὼς γέγραπται, τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακρὰν, οὓς ἔγνω κύριος ὄντας αὐτοῦ· πολὺ μᾶλλον τοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ Θεοῦ εἰσερχομένους χρὴ πρὸ πάντων ἐπεύχεσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ εἰρήνην. εἰ δὲ ἄλλοις ταύτην ἐπεύχεται, πολὺ μᾶλλον αὐτὸς αὐτῆς ἐντὸς ὑπαρχέτω, ὡς τέκνον φωτός. ὁ γὰρ μὴ ἔχων αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστος, ἄλλοις αὐτὴν χαρίζεσθαι. διὸ πρὸ πάντων χρὴ εἰς ἑαυτὸν εἰρηνεύειν αὐτόν. ὁ γὰρ μὴ πρὸς ἑαυτὸν στασιάζων, οὐδ' ἂν πρὸς ἄλλον διαμαχεσθήσεται· ἀλλ' ἔσται εἰρηνικὸς, φιλικὸς, συνάγων τὰ τοῦ κυρίου, καὶ συνεργὸς αὐτοῦ γιγνόμενος πρὸς τὸ πλεονάσαι αὐτῷ τοὺς σωζομένους ἐν ὁμονοίᾳ. οἱ γὰρ ἐπινοοῦντες ἔχθρας καὶ μάχας, ἀντιλογίας καὶ κρίσεις, πονηροὶ καὶ τοῦ Θεοῦ ἀλλότριοι τυγχάνουσιν.

CAPUT LIV.

Quod oporteat Episcopos de pace per Diaconum populo in memoriam suggerere.

Idcirco, o Episcopi, cum ad orationem proce- C detis; post lectionem & Psalmorum cantum, post enarratas Scripturas, Diaconus juxta vos stans, proclamet: Ne quis contra aliquem: Ne quis in hypocrisi: ut si in nonnullis dissidium reperiatur, conscientia pulsati, Deum rogent, & fratribus reconcilientur. Si enim qui cujuspiam domum ingrediuntur, ante omnia dicere debent: [h] *Pax huic domui*; & ut pacis filii, pacem dignis donare, quemadmodum scriptum est, [i] *Iis qui prope, & iis qui longe*, quos [k] novit Dominus suos esse: multo magis qui Ecclesiam Dei ingrediuntur, de- D bent ante omnia pacem Dei postulare. Cum autem eam aliis precetur, multo magis ipse intra se illius sit, tamquam filius lucis. Nam qui illam in se non habet, non est dignus cujus fidei committatur eam aliis conferre. Quocirca principio ipsum oportet secum pacem perficere. Qui enim secum non diffidet, neque cum alio pugnabit; sed erit pacis & amicitiæ studiosus, congregans quæ Domini sunt, ipsiusque adjutor ad multiplicandum ei numerum illorum, qui in unanimitate salvantur. Siquidem excogitatores inimicitiarum & pugnarum, controversiarum & litium, improbi sunt, & a Deo alieni.

a Deut. XXIII. 7. *b* Psal. VII. 5. *c* Isa. LVIII. 6. *d* Matth. XVIII. 22. *e* Zach. VIII. 17. *f* Matth. V. 22. *g* Matth. V. 45. *h* Matth. X. 12. *i* Isa. LVII. 19. Ephes. II. 17. *k* II. Tim. II. 19.

1. Ἀφεὶς.] Præmittitur in Cod. Vindob. συνεχώσας, *accumulasti*. CLER.

2. Μήτις κατά τινος· μήτις ἐν ὑποκρίσει.] Diaconorum has aliasque proclamationes plurimas continent præcipue Liturgiæ; etiam Nostri: μήτις τῶν κατηχουμένων· μή τις τῶν ἀκροωμένων· μήτις τῶν ἀπίστων· μήτις τῶν ἑτεροδόξων. προέλθετε οἱ κατηχούμενοι ἐν εἰρήνῃ. προέλθετε οἱ ἐνεργούμενοι. [illegible] φωτιζόμενοι. ἀπολύεσθε οἱ ἐν μετανοίᾳ. μήτις [illegible] μήτις τῶν μὴ δυναμένων ἡμῖν συνελθεῖν· [illegible] τὰς θύρας, τὰς θύρας. βλέπετε μήτις τῶν κατηχουμένων. ὅσοι κατηχούμενοι προέλθετε, &c. Timotheus Alexandrinus; οἱ ἀκοινώνητοι [illegible]. In S. Chrysostomo tom. 1. Orat. 1. ad [illegible] Judæos p. 440. ἐπιγινώσκετε ἀλλήλους. Et tom. 6. Homil. in Parabolam de filio prodigo post medium, μήτις τῶν κατηχουμένων, μήτις τῶν μὴ E [illegible]ντων, μήτις τῶν κατασκόπων, μή τις τῶν μὴ δυναμένων θεάσασθαι τὸν μόσχον ἐσθιόμενον, μήτις τῶν μὴ δυναμένων θεάσασθαι τὸ ἱερὸν αἷμα τὸ ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, μήτις ἀνάξιος [illegible], μή τις [illegible], μή τις μὴ δυνάμενος ἀκαθάρτοις χείλεσι προσψαῦσαι τῶν φρικτῶν μυστηρίων. Apud Latinos vero Isidorus lib. 6. Originum cap. 19. scribit; *Missa tempore sacrificii est: quando Catechumeni foras mittuntur, clamante Levita: Si quis Catechumenus remansit, exeat foras. Et inde Missa: quia sacramentis altaris [illegible] non possunt, qui nondum regenerati noscuntur.* Auctor [illegible] S. Martialis: *Postquam a Diacono ex more [illegible] si quis non posset communicare, ab [illegible].* Gregorius PP. Dialog. II. 23. *Atque ex more Diaconus [illegible]: Si quis non communicat, det locum.* COT.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νέ.

Απαρίθμησις διαφόρυ προνοίας, καὶ ὅπως ἐξ ἀρχῆς καθ᾽ ἑκάστην γενεὰν ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν πάντας.

Ο Γὰρ Θεὸς, Θεὸς ὢν ἐλέους, ἀπ᾽ ἀρχῆς ἑκάστην γενεὰν ἐπὶ μετάνοιαν καλεῖ διὰ τῶν δικαίων καὶ τῶν προφητῶν. καὶ τοὺς μὲν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, διὰ τοῦ Αβελ καὶ Σὴμ, καὶ Σὴθ, ἔτι δὲ Ενὼς, καὶ τοῦ μετατεθέντος Ενὼχ ἐσωφρόνιζε· τοὺς δὲ ἐν τῷ κατακλυσμῷ, διὰ τοῦ Νῶε· τοὺς ἐν Σοδόμοις, διὰ τοῦ φιλοξένυ Λώτ· τοὺς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, διὰ Μελχισεδὲκ, καὶ τῶν πατριαρχῶν, καὶ τοῦ θεοφιλοῦς Ιὼβ· τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ, διὰ Μωσέως· τοὺς Ισραηλίτας, δι᾽ αὐτῦ, καὶ Ιησοῦ, καὶ Χαλὲβ, καὶ Φινεὲς, καὶ τῶν λοιπῶν· τοὺς μετὰ νόμον, δι᾽ ἀγγέλων καὶ προφητῶν· τοὺς αὐτοὺς διὰ τῆς ἰδίας ἐνανθρωπήσεως τῆς [1] ἐκ παρθένου γενομένης· τοὺς πρὸ μικροῦ τῆς ἀναδείξεως αὐτοῦ τῆς σωματικῆς διὰ Ιωάννου τοῦ προδρόμυ· τὺς δ᾽ αὐτοὺς, διὰ τῦ αὐτῦ, καὶ μετὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ [2] λέγων· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν ὐρανῶν· τὺς μετὰ τὸ πάθος αὐτῦ, δι᾽ ἡμῶν τῶν δώδεκα, καὶ τῦ τῆς ἐκλογῆς σκεύυς Παύλυ. ἡμεῖς ὖν οἱ καταξιωθέντες εἶναι μάρτυρες τῆς παρυσίας αὐτῦ, [3] σὺν Ιακώβῳ τῷ τῦ κυρίυ ἀδελφῷ, καὶ ἑτέροις ἑβδομήκοντα δύο μαθηταῖς, καὶ τοῖς ἑπτὰ διακόνοις αὐτῦ, [4] ἐκ στόματος τοῦ κυρίυ ἡμῶν Ιησοῦ Χριστῦ ἠκύσαμεν, καὶ ἀκριβῶς εἰδότες λέγομεν, τί ἐστι τὸ θέλημα τῦ Θεῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον, τὸ διὰ Ιησῦ γνωρισθὲν ἡμῖν, ἵνα μηδεὶς ἀπόληται, ἀλλὰ αἶνον σύμφωνον ἀναπέμψαντες αὐτῷ, ζήσωσιν αἰωνίως.

CAPUT LV.

Enumeratio variæ providentiæ, & quemadmodum ab initio Deus per singulas generationes ad pœnitentiam omnes homines vocavit.

DEus enim, qui Deus misericordiæ est, a principio singulas generationes per justos ac Prophetas vocat ad pœnitentiam. Et eos quidem qui ante diluvium vixerunt, per Abelem, & Semum, & Sethum, itemque Enosum, ac translatum illum Enochum, ad sanam mentem revocavit; eos vero qui tempore diluvii, per Noem; Sodomitas, per hospi-
B talem Lotum; eos qui post diluvium fuerunt, per Melchisedecum, & Patriarchas, nec non per amicum Dei Jobum; Ægyptios, per Mosem; Israelitas, per eumdem, & per Jesum, Calebum, Phineem, reliquosque; eos qui Legis tempora consecuti sunt, per Angelos & Prophetas; eosdem, per propriam ex virgine incarnationem; eos qui paullo præcesserunt illius præsentiam corporalem, per Joannem præcursorem; eosdem, per seipsum, & post nativitatem suam dicens: [a] *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum Dei*: eos qui ejus passionem subsequuntur, per nos duodecim, & per vas electionis Paullum. Nos igitur digni habiti, testes esse dominici adventus, una cum Jacobo fratre Domini, & aliis septuaginta duobus di-
C scipulis, & septem Diaconis, audivimus ex ore Domini nostri Jesu Christi, & probe scientes dicimus, [b] *quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta*, per Jesum Christum nobis manifestata; ut, scilicet, nemo pereat, sed omnes homines uno consensu credentes ei, ac uno concentu laudibus eum prosequentes, vivant in æternum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νϛ´.

Οτι θέλημα Θεῦ, ὁμόφρονας εἶναι τοὺς ἀνθρώπυς περὶ τὴν εὐσέβειαν, παραπλησίως ταῖς ἐν οὐρανῷ δυνάμεσι.

ΤΟῦτο γάρ ἐστιν ὃ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ κύριος προσευχομένους λέγειν τῷ πατρὶ αὐτοῦ· Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ [5] ἐπὶ τῆς γῆς· ὅπως ὡς αἱ [6] ἐπουράνιοι φύσεις τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων πᾶσαι δοξάζουσι τὸν Θεὸν συμφώνως, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πάντες οἱ ἄνθρω-

CAPUT LVI.

Quod voluntas Dei sit, ut omnes homines in pietate consentiant, instar cœlestium Virtutum.

D HOC enim est, quod nos docuit Dominus: dicere Patri suo, dum oramus: [c] *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra*: ut sicut cœlestes naturæ incorporearum Virtutum, cunctæ una sententia Deum concelebrant; sic & in terra cuncti homines uno ore, unoque affectu, laudes in solum

a Marc. I. 15. *b* Rom. XII. 2. *c* Matth. VI. 10.

1. Ex παρθένυ.] In altero Codice Vindob. præmittitur: ἐκ πνεύματος ἁγίυ καί. Cler.

2. Λέγων.] Alter Mss. λέγοντος, quia refertur ad αὐτῦ, aut, si mavis ἑαυτῦ. Id.

3. Σὺν Ιακώβῳ τῷ τῦ κυρίυ ἀδελφῷ.] Ita solet Jacobum fratrem Domini, Episcopum primum Jerosolymorum, ex albo Apostolorum expungere; ac tres Jacobos enumerare, duos Apostolos, Zebedæi filium, & filium Alphæi, prætereaque hunc Jerosolymitanum. Quam sententiam Æthiopes, a quibus Constitutionum Codex pro sacro habetur, in Missa sua amplectuntur: consentientibus tum Syris, tum a tempore multo Græcis. Contra, Latini duos in Officio Ecclesiastico agnoscunt dumtaxat Jacobos, utrumque Apostolum, nempe Zebedæi illum, fratrem Joannis, & hunc Alphæo prognatum, qui sit etiam frater Domini, ac Episcopus sanctæ civitatis. Par dissidium apud Antiquos: nec adhuc lis conquievit. Vero similius divinisque eloquiis congruentius opinantur, qui ad posteriores accedunt. Quidquid sit, castigatione non mediocri dignus est magnus error, quo Jacobus frater Domini confunditur cum Jacobo fratre Joannis: secundum notam B. Hieronymi ad Galat. I. 19. *Vehementer erravit qui arbitratus est Jacobum hunc* fratrem Domini *de Evangelio esse Apostolum fratrem Joannis, quem constat post Stephanum, juxta fidem Actuum Apostolorum, sanguinem fudisse pro Christo*. Quibus similia libro adversus Helvidium cap. 7. Errasse eum errorem videtur Auctor incertus Quæstionum in sacram Scripturam, (male vulgo inscriptarum, *Dicta & Interpretationes Parabolarum sancti Evangelii*: omisso videlicet titulo generali, ac in illius loca assumta subdivisione prima) tom. 2. Ope-
E rum S. Athanasii, Quæst. 131. ubi vocem Apostoli Hebræorum XI. 35. ἄλλοι δὲ ἐτυμπανίσθησαν, de decollato Jacobo fratre Domini explicat, male accipiens (uti apparet) verba Interpretationis S. Chrysostomi. Ιάκωβον, inquit, λέγει τὸν ἀδελφὸν τῦ κυρίυ, καὶ τὺς λοιπὺς ὅσοι ἀπεκεφαλίσθησαν, τυμπανισμὸς γὰρ ὁ ἀποκεφαλισμὸς λέγεται. Namque constat ex Actorum XII. 2. Jacobum qui capite truncatus fuit, fratrem Joannis exstitisse. Hoc si quis sequi nolit, habet viri doctissimi ac hisce de litteris bene meriti Francisci Combefisii tom. 2. Auctarii Bibliothecæ Patrum pag. 848. emendationem sane probabilem, τὸν ἀδελφὸν τῦ Ιωάννυ, pro τὸν ἀδελφὸν τῦ κυρίυ. Cot.

4. Ἐκ.] Alter Vindobon. addit ἃ ante præpositionem, atque in proxime sequentibus verbis delet καί: *quæ ex ore D. N. J. C. audivimus, adcurate cognita dicimus*. Cler.

5. Επὶ τῆς γῆς.] Addit idem Codex ὡσπερ, *hoc est, ut sicut cœlestes naturæ* &c. Id.

6. Αἱ ἐπυράνιοι φύσεις τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων πᾶσαι.] Melius & simplicius habet Cod. Vindobon. αἱ ἀσώματοι δυνάμεις πᾶσαι ἐν ὐρανῷ. Id.

ποι ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ διαθέσι δοξάζωσι τὸν A μόνον Θεὸν, τὸν ἕνα καὶ ἀληθινὸν, διὰ τοῦ μονογενοῦς Χριστοῦ. Θέλημα οὖν αὐτοῦ ἐστιν αἰνεῖν αὐτὸν ὁμοφρόνως, καὶ προσκυνεῖν αὐτὸν συμφώνως. τοῦτο γὰρ αὐτοῦ ἐστι θέλημα ἐν Χριστῷ, πολλοὺς εἶναι τοὺς σωζομένους ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ μὴ ζημιοῦν αὐτὸν, μηδὲ [1] ἐλαττονεῖν ὑμᾶς τὴν ἐκκλησίαν, ἢ συστέλλειν τὸν ἀριθμὸν, διὰ μιᾶς ψυχῆς ἀνθρώπου ὑφ᾽ ὑμῶν ἀναιρεθείσης, ἥτις ἐδύνατο σωθῆναι διὰ μετανοίας, ἀπώλετο δὲ οὐ μόνον ἐξ ἰδίας ὀργῆς, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ ἐξ ὑμετέρας ἐπιβουλῆς· καὶ ἐπληρώσατε τὸ γεγραμμένον· Ὁ μὴ συνάγων μετ᾽ ἐμοῦ, σκορπίζει. Τοιοῦτος δὲ ὢν, σκορπιστὴς, προβάτων ἀντίδικος, Θεοῦ ἐχθρὸς, τῶν ἀρνίων [2] φθορεὺς, ὧν ὁ κύριος ποιμὴν ὑπῆρ- B ξε. καὶ ἡμεῖς συναγωγοὶ ἐκ διαφόρων ἐθνῶν καὶ γλωσσῶν, ἐν πολλῷ μόχθῳ, καὶ κινδύνῳ, καὶ κόπῳ διηνεκεῖ, ἀγρυπνίαις, ἀσιτίαις, χαμευνίαις, διωγμοῖς, πληγαῖς, φυλακαῖς, ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες, πληρώσωμεν τὸν τρίκλινον τῶν ἀνακειμένων, τουτέστι τὴν ἱερὰν καὶ καθολικὴν ἐκκλησίαν, εὐφραινομένων, τῶν κλητῶν, καὶ ἀγαλλιωμένων, ὑμνούντων καὶ δοξαζόντων τὸν καλέσαντα αὐτοὺς δι᾽ ἡμῶν εἰς ζωὴν, Θεόν· ὑμεῖς ὅσον τὸ ἐφ᾽ ὑμῖν διεσκορπίσατε. καὶ ὑμεῖς δὲ οἱ λαϊκοὶ, εἰρηνεύετε πρὸς ἀλλήλους, σπουδάζοντες ὡς φρόνιμοι τὴν ἐκκλησίαν αὔξειν, καὶ τὰ νομιζόμενα ἄγρια ἐπιστρέφειν εἰς αὐτὴν, ἐξημεροῦν, καὶ ἀποκαθιστᾷν. [3] καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ μέ- C γιστος ἐξ ἐπαγγελίας μισθὸς παρὰ [4] Θεοῦ· Ἐὰν ἐξαγάγῃς ἐξ ἀναξίου ἄξιον καὶ τίμιον, ὡς στόμα μου ἔσῃ.

Deum, unum & verum conferant, per unigenitum Christum. Voluntas ergo Dei est, ut ipsum concordi mente laudemus, & voce consona adoremus. Hæc quippe est Dei voluntas in Christo, ut multi in eo salventur, non autem ut ei detrimentum quis inferat, neque ut vos Ecclesiam minuatis, aut numerum fidelium contrahatis, una hominis anima a vobis occisa, quæ quidem per pœnitentiam servari poterat; periit tamen, non solum propter propriam iram seu merita sua, sed & jam ob vestras insidias; & implevistis quod scriptum est: [a] *Qui non congregat mecum, spargit*. Hic est dispersor, ovium adversarius, Dei hostis, agnorum laniator, quorum Dominus pastor exstitit. Et [b] nos ex variis gentibus & linguis congregationem fecimus, cum multo labore ac periculo, cum assidua molestia, pervigiliis, esurie, humi cubatibus, persecutionibus, plagis, carceribus; ut voluntati Dei obsequentes, triclinium, hoc est, sacram & Catholicam Ecclesiam repleremus accumbentibus, nempe vocatis, gaudentibus & exsultantibus, prædicantibus & magnificantibus Deum, qui per nos ad vitam illos vocavit. At vos, quantum in vobis fuit, dissipastis. Jam vero, vos Laici, pacem mutuo habete, & tamquam prudentes studete Ecclesiam adaugere, ac eos qui vel ferarum vel erraticarum ovium mores ac locum tenent, cicurate, & ad eam reducite, ac in pristinum statum restituite. Atque hæc est maxima in repromissione Dei merces: [c] *Si eduxeris ex indigno dignum & pretiosum, quasi os meum eris*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νζ´.

Διατύπωσις ἐκκλησίας καὶ κλήρου, καὶ τί ἕκαστος ἐπιτελεῖν ὀφείλει τῶν συναθροιζομένων κληρικῶν ἢ λαϊκῶν, ἐν τῇ συνάξει.

Σὺ δὲ ὁ ἐπίσκοπος, ἔσο ἅγιος, ἄμωμος, μὴ πλήκτης, μὴ ὀργίλος, μὴ ἀπηνής· ἀλλ᾽ οἰ- D κοδόμος, ἐπιστρεφεὺς, [5] διδακτικὸς, ἀνεξίκακος, ἠπιόθυμος, πρᾶος, μακρόθυμος, παραινετικὸς, παρακλητικός· ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος. ὅταν δὲ συναθροίζῃς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ὡς ἂν κυβερνήτης νηὸς μεγάλης, μετ᾽ ἐπιστήμης πάσης κέλευε ποιεῖσθαι τὰς συνόδους, παραγγέλλων τοῖς διακόνοις ὡσανεὶ ναύταις, τοὺς τόπους ἐκτάσσειν τοῖς ἀδελφοῖς, καθάπερ [6] ἐπιβάταις, μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ σεμνότητος. καὶ πρῶτον μὲν ὁ οἶκος ἔστω [7] ἐπιμήκης, [8] κατ᾽ ἀνατολὰς τετραμμένος, ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τὰ [9] παστοφόρια πρὸς

CAPUT LVII.

Descriptio Ecclesiæ & Cleri; & quid facere debeat unusquisque Clericus vel Laicus in Synaxi congregatus.

Tu vero, Episcope, sis sanctus, inculpatus, non percussor, non iracundus, non immitis; sed ædificandi, convertendi, ac docendi seu constituendi avidus, malorum tolerans, animo leni, mansuetus, æquanimis, ad hortandum & consolandum idoneus; tamquam homo Dei. Cum autem Ecclesiam Dei congregaveris, velut magnæ navis gubernator, cum omni prudentia & disciplina jube fieri conventus, præcipiens Diaconis, sicut nautis, ut loca fratribus, quasi vectoribus, adhibita omni cura & decentia, disponant. Ac primo quidem ædes sit oblonga, ad Orientem versa, ex utraque parte pastophoria versus Orientem habens, & quæ navi sit

a Matth. xii. 30. b II. Cor. xi. c Jer. xv. 19.

1. Ἐλαττονεῖν.] In altero est ἐλαττοῦν, forte melius. CLER.
2. Φθορεύς.] Addit idem ἐστιν, melius. ID.
3. Καὶ τοῦτο.] Οὗτος γάρ. Cod. Vind. ID.
4. Θεοῦ.] Idem addit. τοῦ λέγοντος. ID.
5. Διδακτικός.] Al. διακτικός. COT.
6. Ἐπιβάταις.] In Epistola ad Jacobum, Rufino interprete, *Epibatis*. Valentinianus sociique Monachi Epistola ad S. Augustinum; *Ora Domine & dulcissime Pater, ut fugiat de congregatione nostra*; (Deest *contentio*, aut quid simile,) *& amota omni alienarum quæstionum procella, navis propositi nostri Epibatis quietis onusta, intra stationem tutissimi portus secure consistat, dum navigat per hoc mare magnum & immensum; & in illo portu, intra quem jam non erit metuendum vitæ nuvigium*, (lego *naufragium*,) *mercium indiscrepans accipiat pretium placitarum*. ID.
7. Ἐπιμήκης.] Hæc una e formis templorum: ad quam constructa erat Ecclesia sanctæ Sophiæ, ἐπιμήκης τρίκογχος, & δρομικόν, uti loquuntur. ID
8. Κατ᾽ ἀνατολὰς τετραμμένος.] Juxta usitatiorem mo- E rem, quo Basilicarum prospectus ad Orientem spectabat; inquit S. Paulinus Epist. 12. ad Severum, ac multo post eum Stephanus Tornacensis Epist. 104. itemque Walafridus Strabo de rebus Ecclesiasticis cap. 4. Atque eam ob rationem; ut in amissam exoptatam patriam, Paradisum, quem Deus plantavit ad Orientem, precantes intuerentur; docet Scriptor Quæstionum ad Antiochum Resp. ad Quæst. 37. tom. 2. S. Athanasii. Vide Vitruvium lib. 4. cap. 5. & 8. Plutarchum in Numa, Lucianum libro de Domo, Apionem in Josephi libro 2. adversus illum, mox ab initio: item Sidonium lib. 2. Epist. 10. ibique doctos Interpretes. ID.
9. Τὰ παστοφόρια.] In templis quid sint Pastophoria, satis superque docent cum Antiqui, tum Recentiores. Superest itaque ut adnotem, videri vocem *Pastophorium* amissa syllaba transiisse in *Pastorium*, apud Luciferum libro de non parcendo in Deum delinquentibus pag. 240. in interpretatione vers. 11. cap. 23. lib. 4. Regum, loco miseris modis accepto; mutilatione, corruptione, transpositione afflicto, nec absque Mss. Codicibus sanabili. *Posuerant re-*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ἀνατολὴν, ὅς τις ἔοικε νηΐ. [1] κείσθω δὲ μέσος ὁ τοῦ ἐπισκόπου θρόνος. [2] παρ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ καθεζέσθω τὸ πρεσβυτέριον, καὶ [3] οἱ διάκονοι παρεστάσθωσαν [4] εὐσταλεῖς [5] τῆς πλείονος ἐσθῆτος· ἐοίκασι γὰρ ναύταις καὶ τοιχάρχοις. προνοίᾳ δὲ τούτων εἰς τὸ ἕτερον μέρος οἱ λαϊκοὶ καθεζέσθωσαν μετὰ πάσης ἡσυχίας καὶ εὐταξίας· καὶ [6] αἱ γυναῖκες κεχωρισμένως καὶ αὐταὶ καθεζέσθωσαν, σιωπὴν ἄγουσαι. μέσος δ' ὁ ἀναγνώστης ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἑστὼς, [7] ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, τὰ τῶν κριτῶν καὶ τῶν βασιλειῶν, τὰ τῶν παραλειπομένων καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου· πρὸς τούτοις τὰ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Σολομῶνος, καὶ τὰ τῶν ἑκκαίδεκα προφητῶν. ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγνωσμάτων, ἕτερός

A similis. In medio autem situm sit Episcopi solium; & utrimque sedeat Presbyterium, & adstent Diaconi expediti ac leviter induti; assimilantur enim nautis, ac iis qui lateribus navis præsunt. Eorum cura, ad alteram Ecclesiæ partem Laici omnino quiete & ordinatim sedeant; mulieres quoque separatim & ipsæ sedeant, a sermone abstinentes. Medius autem Lector, in quodam loco excelso stans, legat libros Mosis & Jesu filii Navis, Judicum & Regnorum, item Paralipomenon, & quæ de populi reditu conscripta sunt; ad hæc Jobi & Salomonis volumina, simulque sexdecim Prophetarum. Peractisque per binos lectionibus, quidam alius Davidis hymnos psallat, & populus extrema ver-

B

ges Juda Soli ab introitu domus Domini ad Pastorium, quos posuit tres equos, qui in Faradim. Et fontem Solis combussit in igne. Quis hæc intelligat, nisi conferantur cum Græcis? Unde hunc fere in modum possunt concinnari; *Et deposuit equos quos posuerant reges Juda Soli ab introitu domus Domini ad Pastophorium Nathan Regis Eunuchi, qui in Pharurim.* (vel *Farvadim.*) *Et fontem Solis combussit in igne.* Aut in istum; *Et combussit equos, quos posuerant reges Juda Soli ab introitu domus Domini ad Pastophorium, quod posuit Regis Eunuchus, qui in Farurim*, &c. (Nathan enim nomen proprium, significat *posuit*. Hoc est Græce, καὶ κατέπαυσε (seu κατέπαυσε, quemadmodum optime emendat Bochartus in Hierozoico,) ἵππους οὓς ἀνέθηκαν βασιλεῖς Ἰούδα τῷ ἡλίῳ ἐν τῇ εἰσόδῳ οἴκου κυρίου εἰς τὸ γαζοφυλάκιον (vel παστοφόριον) Ναθὰν βασιλέως τοῦ εὐνούχου, (sive ὃ ἀνέθηκε βασιλέως εὐνοῦχος,) ὃς ἐν Φαρουρίμ. (aut Φαρουδίμ.) καὶ τὸ νᾶμα τοῦ ἡλίου κατέκαυσεν ἐν πυρί. Cum hodie legatur; καὶ κατέκαυσε τοὺς ἵππους οὓς ἔδωκαν (editio Complutensis ἀνέθηκαν) βασιλεῖς Ἰούδα τῷ ἡλίῳ ἐν τῇ εἰσόδῳ οἴκου κυρίου εἰς τὸ γαζοφυλάκιον Ναθὰν βασιλέως τοῦ εὐνούχου ἐν Φαρουρίμ. καὶ τὸ ἅρμα τοῦ ἡλίου κατέκαυσεν πυρί. (al. ἐν πυρί.) Certe potuisse γαζοφυλάκιον mutari in παστοφόριον, aut verti *Pastophorium*, clarius est quam ut documento indigeat. Quare vice versa vetus Scholiastes ad παστοφόρια Ezech. XL. 17. annotat γαζοφυλάκια. Atque in eumdem textum S. Hieronymus; *Pro thalamis 30. quos vertere LXX. sive Gazophylaciis atque cellariis, ut interpretatus est Aquila, Symmachus posuit* ἐξέδρας, &c. *Intuitus est triginta thalamos, vel Gazophylacia, sive (ut Symmachus interpretatus est) Exedras, quæ habitationi Levitarum atque Sacerdotum fuerant præparatæ.* Et inferius, post exposita Gazophylacia: *Vel certe thalami qui Græce dicuntur* παστοφόρια, *ostendunt sponsi adventui cubicula præparata.* Et ad ejusdem Prophetæ cap. 42. initio: *Eductus est in Gazophylacium, sive ut Symmachus & LXX. transtulerunt, Exedram; vel ut Theodotio,* παστοφόριον, *quod in thalamum vertitur.* Ceterum heic, ubi locum Luciferi illustrare conatus sum, Auctoris omnium (quod nemo nescit) depravatissimi, utilissimi tamen ad cognitionem Scripturarum, admonitum te velim, Lector candide, me in purgando eo Augiæ stabulo plurimum laboris impendisse, paratumque esse ad procurandam editionem, si librum aliquem Ms. nactus fuero. Ut si forte in manus tuas, aut notitiam venerit, mecum communicare non dedigneris, hominem non ingratum singulari beneficio tibi devincturus. COT.

C

1. Κείσθω δὲ μέσος ὁ τοῦ ἐπισκόπου θρόνος.] In Historia Ecclesiastica Theodoriti lib. 5. cap. 3. Meletius Paullino dicit; εἰ δὲ ὁ μέσος θῶκος τὴν ἔριν γεννᾷ, ἐγὼ καὶ ταύτην ἐξελάσαι πειράσομαι. ἐν γὰρ τούτῳ τὸ θεῖον προτεθεικὼς εὐαγγέλιον, ἑκατέρωθεν ἡμᾶς καθῆσθαι παρεγγυῶ. ID.

D

2. Παρ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ καθεζέσθω τὸ πρεσβυτέριον.] De Sacerdotum primi & secundi Ordinis συνθρόνῳ multi multa. Addimus nos correctionem Harmenopuli in Epitome Canonum sect. 1. tit. 4. Scholio ad Canonem 16. Antiochenum, lib. 1. Juris Græco-Romani, hoc pacto: ἡ συνοδικὴ τοῦ πατριάρχου Μανουὴλ διάγνωσις συγχωρεῖ καὶ μεταθέσεις ἐπισκόπων γίνεσθαι, γνώμῃ τοῦ πρωτεύοντος αὐτῶν, χρείας κατεπειγούσης πρὸς τὸ λυσιτελέστερον· καὶ κατ' ἐπίδοσιν ἐπισκόπῳ καὶ ἑτέραν ἐπισκοπὴν δίδοσθαι παρὰ τοῦ πρωτεύοντος ἐν τῇ ἐνορίᾳ αὐτοῦ, ἐν ᾗ καὶ πάσῃ τῇ ἐνορίᾳ αὐτῆς τὴν διεξαγωγὴν τῶν ἀρχιερατικῶν ἁπάντων δικαίων ποιήσεται, ὅσα καὶ γνήσιος ἀρχιερεὺς αὐτῶν, πλὴν τοῦ ἐν τῷ ἱερῷ συνθρόνῳ ἐγκαθιδρύεσθαι. Male vulgo, Μιχαὴλ, & σὺν θρόνῳ. Exstat quippe ejusdem Juris Græco-Romani lib. 3. pag. 240. integra Synodalis sententia Manuelis Constantinopolitani: atque in ea habetur συνθρόνῳ: sicut & in Regiis Harmenopuli Codicibus. ID.

E

3. Οἱ διάκονοι παρεστάσθωσαν.] Quandoquidem liquido constat, Diaconos in Ecclesia non sedisse cum Episcopo & Presbyteris; mutari debet prava interpunctio in Missa S. Basilii, Euchologii seu Ritualis Græcorum pagina 181. καὶ καθέζεται ὁ ἀρχιερεὺς μετὰ τῶν ἱερέων, τῶν διακόνων, καὶ ὑπηρετῶν· τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ ἱσταμένων: distinguendo sic, καὶ καθέζεται ὁ ἀρχιερεὺς μετὰ τῶν ἱερέων· τῶν διακόνων, καὶ ὑπηρετῶν, τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ ἱσταμένων. Recte editio Latina tom. 6. Bibliothecæ Patrum: *Et sedet Pontifex cum Sacerdotibus, stantibus Diaconis, ac Subdiaconis, & Clero, & Populo.* ID.

4. Εὐσταλεῖς τῆς πλείονος ἐσθῆτος.] In Chrysostomo tom. 6. Homil. in Parabolam de filio prodigo, post medium, τῶν λειτουργῶν τῆς θείας ἱερουργίας, τῶν μιμουμένων τὰς τῶν ἀγγέλων πτέρυγας ταῖς λεπταῖς ὀθόναις ταῖς ἐπὶ τῶν ἀριστερῶν ὤμων κειμέναις, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περιτρεχόντων, &c. Alcuinus de divinis Officiis capite 39. *Diaconus qui non est indutus Dalmatica, Casula circumcinctus legit,* (forte *degit,*) *ut expedite possit ministrare, vel quia ipsius est ire ad Comitatum propter instantes necessitates.* ID.

5. Τῆς πλείονος.] Alter Cod. Vindobon. μετὰ σεμνῆς. CLER.

6. Αἱ γυναῖκες κεχωρισμένως.] Morem Judaicum pariter & Christianum declaratum invenies in Philone Judæo libro de vita contemplativa, Josepho lib. 6. de bello Judaico, Rabbinis, Inscriptionibus veteribus, Ecclesiarum Descriptionibus, Expositionibus rituum sacrorum, Libro Pontificali, & sanctis Patribus. Sed præ ceteris notatu dignus est locus S. Chrysostomi Homil. 74. in Matthæum. ἐχρῆν μὲν οὖν ἔνδον ἔχειν τὸ τεῖχος τὸ διεῖργον ὑμᾶς τῶν γυναικῶν. ἐπειδὴ δὲ οὐ βούλεσθε, ἀναγκαῖον ἐνόμισαν εἶναι οἱ πατέρες κἂν ταῖς σανίσιν ὑμᾶς ταύταις διατειχίσαι. ὡς ἔγωγε ἀκούω τῶν πρεσβυτέρων, ὅτι τὸ παλαιὸν οὐδὲ ταῦτα ἦν τὰ τειχία. ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὐκ ἔνι ἄρσεν ἢ θῆλυ, καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων δὲ ὁμοῦ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἦσαν, &c. οὐκ ἠκούσατε, ὅτι ἦσαν συνηγμένοι ἄνδρες καὶ γυναῖκες ἐν τῷ ὑπερῴῳ; *Oportebat quidem interiore pariete a mulieribus dissepatari. Verum quoniam non vultis, necessarium esse patres nostri putaverunt, saltem his ligneis parietibus vos dissepatare. Audivi autem ego a senioribus, non fuisse hos parietes ab initio. In Christo enim Jesu non est mas, neque femina (Gal. 3. 28.). Apostolorum etiam tempore una viri & mulieres orabant (Act. 1. 13.),* &c. *Num audistis viros ac mulieres in cænaculo congregatos fuisse?* Neque vero ad hunc ritum pertinet Licinii lex, relata ab Eusebio lib. 1. de vita Constantini cap. 53. qua vetabat, viros simul cum mulieribus ad precandum Deum convenire. Omnem enim volebat tollere precum communionem viros inter ac feminas, stulte non minus quam impie. COT.

7. Ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως &c.] Infra cap. 59. & lib. 5. cap. 19. lib. 8. cap. 5. Apud S. Basilium initio Homil. 21. quæ habita est in Lacizis, mentio fit Lectionum Psalmicarum, Proverbialium, Historicarum, Apostolicarum, & Evangelicarum. In Exhortatione vero ad sanctum Baptisma Homilia 13. paullo post initium, recitata fuisse eo die dicuntur loca Prophetica, Davidica, Apostolica Actorum, & Evangelica. Quæ omnia S. Maximus ad cap. 3. Ecclesiasticæ Hierarchiæ comprehendit per Vetus ac Novum Testamentum: Pachymeres autem, per Prophetias, Apostolum, ac Evangelium. Ad hæc in Gregorio Turonensi lib. 1. de miraculis S. Martini cap. 5. invenies Propheticam Lectionem Apostolicæ seu Paullinæ esse præmissam. Denique generaliter loquuntur Patres Laodicenæ Synodi Can. 16. Περὶ τοῦ ἐν σαββάτῳ εὐαγγέλια μεθ' ἑτέρων γραφῶν ἀναγινώσκεσθαι. *Ut in Sabbato Evangelia cum aliis Scripturis legantur.* Ad quem Canonem quod ait Zonaras, Circa illa tempora in conventibus fidelium Scripturas sacras lectitatas non fuisse, nisi restringatur ad diem Sabbati, quemadmodum fit a Balsamone, cum veritate pugnabit. Nam patet ex Apologetico Justini Martyris, multo ante Concilium Laodicenum partem Officii Ecclesiastici Dominicarum exstitisse Lectiones divinas. ID.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

τὰς τοῦ Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνους, [1] καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω. μετὰ τοῦτο αἱ πράξεις αἱ ἡμέτεραι ἀναγινωσκέσθωσαν, καὶ ἐπιστολαὶ Παύλου τοῦ συνεργοῦ ἡμῶν, ἃς ἐπέστειλε ταῖς ἐκκλησίαις καθ᾽ ὑφήγησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος. καὶ μετὰ ταῦτα [2] διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ εὐαγγέλια, ἃ ἐγὼ Ματθαῖος, καὶ Ἰωάννης παρεδώκαμεν ὑμῖν, καὶ [3] ἃ οἱ συνεργοὶ Παύλου παρειληφότες κατέλειψαν ὑμῖν Λουκᾶς καὶ Μάρκος. καὶ ὅταν ἀναγινωσκόμενον ᾖ τὸ εὐαγγέ-

A suum succinat. Dein Acta nostra recitentur, & Epistolæ Paulli adjutoris nostri, quas sancti Spiritus ductu ad Ecclesias misit. Postea Diaconus vel Presbyter legat Evangelia, quæ ego Matthæus & Joannes vobis tradidimus, & quæ adjutores Paulli Lucas & Marcus accepta reliquerunt vobis. Cumque recitabitur Evangelium, omnes Presbyteri ac Diaconi, universusque populus magno cum silentio stent: scriptum est enim: [a] *Tace, & audi*,

[a] Deut. IV. 1.

1. *Καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω.*] Qui ante me hosce libros in Latinam linguam converterunt, *ἀκροστίχια* initia versuum interpretati sunt, gravi sane errato, contrarioque sensu. Quamvis enim *ἀκροστιχὶς* ab Epiphanio Hæresi Audianorum cap. 12. dicatur prior littera vocis alicujus; quamvis notæ sint in Carminibus Acrostichides; hoc tamen loco aperte non prima, sed postrema indicantur. Siquidem præcinebant Cantores, Populus vero succinebat. Qui Psaltæ ideo in Socratis Historia Ecclesiastica lib. 5. cap. 22. appellantur *ὑποβολεῖς*, *Monitores*, *Suggestores*, *Psalmi Pronuntiatores ac Prænuntiatores*, quemadmodum docuit magnus Interpres. Atque inde Græcorum *Κανονάρχαι*, & Latinorum Præcentores. Quid clarius verbis Basilii Epist. 63. ad Clericos Neocæsarienses? *καὶ νῦν μὲν διχῇ διανεμηθέντες, ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις. ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες ἑνὶ κατάρχειν τοῦ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπηχοῦσι* &c. *Et modo quidem in duos choros divisi, alternatim psallunt. Deinde vero uni committentes ordiri Psalmum, reliqui succinunt.* Unde apud eumdem S. Doctorem Interrogatio 307. Regularum breviorum, *εἰ χρὴ ἐξ ἐρημερίας ἀπάρχεσθαι τῆς ψαλμῳδίας, ἢ τῆς προσευχῆς. An oporteat per vices inchoare Psalmodiam, aut orationem.* Nec minus liquido loquitur B. Chrysostomus Homil. 36. in I. ad Corinthios, sub finem; *καὶ ὁ ψάλλων, ψάλλει μόνος. κἂν πάντες ἀπηχῶσιν*, (vel *ὑπηχῶσιν*,) *ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ἡ φωνὴ φέρεται. Et is qui psallit, solus psallit: etiam si omnes respondendo resonent, tamquam ex uno ore vox fertur.* Id B. Ambrosio est; respondere Psalmum, ad Lucæ caput 15. circa finem; Cassiano de institutis Cœnobiorum lib. 3. cap. 8. Psalmos uno modulante respondere; Eucherio Serm. de oratione, respondere cum Psalmus canitur. Sozomenus lib. 5. c. 19. extremo, *ἐξῆρχον δὲ τῶν ψαλμῶν τοῖς ἄλλοις, οἱ τούτους ἀκριβοῦντες, καὶ ξυνεπήχει τὸ πλῆθος ἐν συμφωνίᾳ. Præcinebant autem ceteris ii qui Psalmos apprime callebant: multitudo deinde respondebat cum consentu.* Pseudo-Areopagita cap. 3. libri de Hierarchia Ecclesiastica; *ὁ ἱεράρχης ἀπάρχεται τῆς ἱερᾶς τῶν ψαλμῶν μελῳδίας, συνᾳδούσης αὐτῷ τὴν ψαλμικὴν ἱερολογίαν ἁπάσης τῆς ἐκκλησιαστικῆς διακοσμήσεως. Pontifex auspicatur sacrum Psalmorum melos: omni ordine Ecclesiastico sacram ipsi Psalmodiam succinente.* Legimus etiam in veteri Testamento, Exod. XV. 21. *ἐξῆρχε δὲ αὐτῶν Μαριάμ, λέγουσα· ᾄσωμεν* &c. *Præcinebat autem mulieribus Maria, dicens; Cantemus* &c. Et Judith. XV. ult. *καὶ ἐξῆρχεν Ἰουδὶθ τὴν ἐξομολόγησιν ταύτην ἐν παντὶ Ἰσραήλ, καὶ ὑπεφώνει πᾶς ὁ λαὸς τὴν αἴνεσιν ταύτην. Et inchoavit Judith Confessionem hanc in omni Israel, & subcinebat omnis populus laudem hanc.* Distingui porro debet hæc subpsallendi ratio ab alia affini, apud Cassianum de Cœnobiorum Institutis lib. 2. cap. 8. & ante apud Philonem Judæum ubi de Essenis; Ut unus Psalmos canat, cuncti clausulas Psalmis apponi solitas concinant. En verba Philonis, libro de vita contemplativa, non procul a fine, citati etiam ab Eusebio Histor. Eccles. II. 17. *καὶ ἔπειτα ὁ μὲν* (Ita Codd. Regii) *ἀναστάς, ὕμνον ᾄδει πεποιημένον εἰς τὸν Θεόν. μεθ᾽ ὃν καὶ οἱ ἄλλοι κατὰ τάξεις ἐν κόσμῳ προσήκοντι· πάντων κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἀκροωμένων, πλὴν ὁπότε τὰ ἀκροτελεύτια καὶ ἐφύμνια ᾄδειν δέοι. τότε γὰρ ἐξηχοῦσι πάντες τε καὶ πᾶσαι.* Hoc est: *Tum ille Præses assurgens, hymnum in laudem Dei compositum canit. Post quem & ceteri ordinatim decenti modo: omnibus magno cum silentio auscultantibus, præterquam cum clausulas & hymnis finem imponentia canere oportet. Tunc enim universi & universæ personant.* Ac de *ἀκροτελευτίοις*, sive clausulis Psalmorum, omitto quidem facile Sozomeni testimonia lib. 8. cap. 8. & lib. 5. cap. 19. sed non possum omittere insignem, qui a recentioribus intellectus non fuit, S. Athanasii locum Apologia de fuga sua, paullo ante finem, *καθεσθεὶς ἐπὶ τοῦ θρόνου, προετρεπον τὸν μὲν διάκονον ἀναγινώσκειν ψαλμόν· τοὺς δὲ λαοὺς ὑπακούειν; Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.* Id est, ex optima versione Epiphanii Scholastici lib. 5. Historiæ Tripartitæ cap. 2. *Residens in sede, præcepi ut Diaconus Psalmum legeret; populi responderent, Quoniam in sæculum misericordia ejus.* (*Psal.* 105. 1.) Male qui Athanasium, & Historiam Ecclesiasticam Theodoreti interpretati sunt (*lib.* 2. *cap.* 10.), verbum *ὑπακούειν* putaverunt esse *auscultare*, *audire*; cum heic, & alibi sæpe, significet *respondere*. Cot.

2. *Διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ εὐαγγέλια.*] B Id muneris injunctum fuisse Diaconis, ut sanctum Evangelium legerent, res est innumeris documentis certissima. De Presbyteris autem disces ex Liturgia S. Petri, ex Euchologio, ex Micrologo, & ex Historicis Socrate lib. 7. cap. 5. ac Sozomeno lib. 7. cap. 19. Qui ultimus etiam lectionis per Archidiaconum fieri consuetæ (moris apud Syros Maronitas servati) meminit; & lectionis per Episcopum certis diebus; quemadmodum Nicephorus lib. 12. cap. 34. Observarunt præterea viri docti, recitasse Evangelia in quibusdam Ecclesiis Lectores; citantque eo de ritu S. Cyprianum Epist. 33. & 34. Canones 2. & 4. Concilii Toletani 1. Pachymerem ad caput 3. Hierarchiæ Ecclesiasticæ, necnon Ordinem Romanum in Officio Feriæ 5. in Cœna Domini; ubi Evangelii recitatio demandatur Diacono aut Lectori, sicut heic Diacono aut Presbytero. Idem.

3. *Καὶ ἃ οἱ συνεργοὶ Παύλου παρειληφότες κατέλειψαν ὑμῖν Λουκᾶς καὶ Μάρκος.*] Apostolus Coloss. IV. 10. 11. inter ad- C jutores suos Marcum consobrinum Barnabæ nominat, Evangelistam, si credimus Dialogo primo de recta in Deum fide, non procul ab initio, apud Origenem; Victori Antiocheno, initio Commentariorum in Marcum; Oecumenio & Theophylacto ad Acta Apostolorum; Euthymio in Proœmio Evangelii secundum Marcum; & Haymoni ad Coloss. IV. 11. Ab eodem Apostolo Philem. 24. scribitur; *Μάρκος, Ἀρίσταρχος, Δημᾶς, Λουκᾶς, οἱ συνεργοί μου.* Qui Marcus ex Interpretatione Hieronymi, ac post eum Haymonis, Evangelii conditor est. Et vero de Luca consentiunt omnes, quod Paulli fuerit discipulus, comes & adjutor, quodque Lucæ Evangelium præcipue ad Paullum Apostolum debeat referri. Adeo ut inversio videatur facta in Pseudo-Dorothei Synopsi, in qua legitur Lucam Evangelium scripsisse ex commissione Petri, Acta vero committente Paullo; præsertim cum contrarium habeat Synopsis Athanasiana; scilicet Evangelium pertinere ad Paullum, Actus ad Petrum. De Marco Evangelista controvertitur. D Plurimi namque discipulum & interpretem Petri nuncupant, contenduntque recte, mea quidem sententia, illius mentionem fieri in sola Epist. 1. Petri cap. 5. vers. 13. Alii perperam Marcum a Petro memoratum confundunt cum Joanne Marco, & Marco consobrino Barnabæ, uno, vel (quod existimo) duobus hominibus, Act. XII. 12. 25. XV. 37. 39. Coloss. IV. 10. 11. secundæ Timothei IV. 11. & Philemonis 24. Nonnulli tres Marcos absque necessitate ponunt, Marcum Evangelistam apud Petrum, Marcum consobrinum Barnabæ apud Paullum, & Marcum seu Joannem, filium Mariæ, in Actis. Quæ est opinatio Scriptorum *ὑποβολιμαίων* Hippolyti ac Dorothei. Itaque ab aliis Evangelium Marci tribuitur Marco consobrino Barnabæ, Paulli adjutori; ab aliis Joanni Marco, filio Mariæ, propter quem dissenserunt Paullus & Barnabas; a ceteris melius, Marco filio, auditori, ac interpreti Petri, primo Alexandriæ Episcopo. Et verius loquuntur qui dicunt Mar- E ci Evangelium compositum fuisse sermonibus Petri, quam qui ajunt Marcum suggerente, dictante ac instruente Paullo scripsisse. Ita enim intelligo verba Græca jam citati Dialogi, in Mss. Regiis, *Μάρκος καὶ Λουκᾶς ἐκ τῶν οβ´. ὄντες, Παύλῳ τῷ ἀποστόλῳ εὐηγγελίσαντο.* Verum an unus, aut plures Marci in novo Testamento commemorentur, & quis Evangelium nomine Marci inscriptum confecerit, celebris Quæstio, apud Theologos fuse agitata, heic inutiliter disceptaretur. Sufficiet supplevisse locum Chrysostomi mancum contrarioque in sensu excusum ac scriptus fuit, Homilia 26. in Acta, ad cap. 12. vers. 12. ubi de Joanne qui cognominatus est Marcus. Editur; *τίς ἐστιν οὗτος ὁ Ἰωάννης; ἴσως ἐκεῖνος ὁ ἀεὶ αὐτοῖς συνών. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ παράσημον αὐτοῦ ἔθηκεν.* At ex Oecumenio & Theophylacto, nec non ex ipso contextu apparet addi debere particulam negantem *οὐκ*, ut dicat Chrysostomus: *Quis est hic Joannes? Videtur non esse ille qui semper cum ipsis erat. Idcirco enim indicium quo discerneretur, apposuit.* Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

λιον, [1] πάντες οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς στηκέτωσαν μετὰ πολλῆς ἡσυχίας· γέγραπται γάρ· Σιώπα, καὶ ἄκουε Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν· Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι, καὶ ἀκούσῃ. Καὶ ἑξῆς [2] παρακαλείτωσαν οἱ πρεσβύτεροι τὸν λαὸν, ὁ καθεὶς αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ ἅπαντες· καὶ τελευταῖος πάντων ὁ ἐπίσκοπος, ὃς ἔοικε κυβερνήτῃ. [3] στηκέτωσαν δὲ οἱ μὲν πυλωροὶ εἰς τὰς εἰσόδους τῶν ἀνδρῶν, φυλάσσοντες αὐτάς· αἱ δὲ διάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν, [4] δίκην ναυστολόγων. καὶ γὰρ καὶ [5] ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ὁ αὐτὸς παρηκολούθει λόγος καὶ τύπος, καὶ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ. εἰ δέ τις εὑρεθῇ παρὰ τόπον καθεζόμενος, ἐπιπληττέσθω ὑπὸ τοῦ διακόνου, ὡς [6] πρωρεὺς, καὶ εἰς τὸν καθήκοντα αὐτῷ τόπον μεταγέσθω· οὐ μόνον γὰρ νηῒ, ἀλλὰ καὶ μάνδρῃ ὡμοίωται ἡ ἐκκλησία. B ὡς γὰρ οἱ ποιμένες ἕκαστον τῶν ἀλόγων, αἰγῶν, φημὶ, καὶ προβάτων, κατὰ συγγένειαν καὶ ἡλικίαν ἱστῶσι, καὶ ἕκαστον αὐτῶν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ συντρέχει· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἱ μὲν νεώτεροι ἰδίᾳ καθεζέσθωσαν, ἐὰν ᾖ τόπος, εἰ δὲ μὴ, στηκέτωσαν ὀρθοί· οἱ δὲ τῇ ἡλικίᾳ ἤδη προβεβηκότες, καθεζέσθωσαν ἐν τάξει· [7] τὰ δὲ παιδία ἑστῶτα προσλαμβανέσθωσαν αὐτῶν οἱ πα-

A *Israel*. Et iterum: [a] *Tu autem heic sta, & audies*. Post hæc Presbyteri exhortentur populum, singuli nimirum, non autem omnes; & cunctorum postremus Episcopus, qui similis est rectori navis. At Ostiarii stent ad virorum introitus, quos custodiant; Diaconissæ vero ad mulierum; instar eorum qui naulum a vectoribus exigunt. Etenim [b] in tabernaculo testimonii, & in templo Dei, eadem ratio ac forma idemque ordo servabatur. Quod si quis extra locum suum sedens reperiatur, increpetur a Diacono, qui vice Proretæ fungitur, & ad locum convenientem traducatur. Ecclesia enim non solum navi, sed etiam caulæ comparatur. Nam sicut pastores singulas pe- B cudes, capras dico & oves, secundum genus & ætatem collocant, atque inter eas, similis simili concurrit: sic & in Ecclesia; juniores quidem, seorsum sedeant, modo sit locus, alioquin arrecti stent; ætate vero jam provecti, ordine sedeant; at stantes pueros, recipiant eorum patres & matres; rursus adolescentulæ separatim maneant, si locus fuerit; sin secus, pone mulieres statuantur:

a Deut. v. 31. *b* Deut. XXIII. 1. &c.

1. Πάντες οἱ πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς στηκέτωσαν.] Morem standi dum legitur Evangelium, longe meliorem ac generaliorem more sedendi, docebunt te Libri Rituum, tam Græci, quam Latini. Et Philostorgius C lib. 3. cap. 5. etiam a Nicephoro lib. 9. cap. 18. transscriptus. Item Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 136. Sozomenus lib. 7. cap. 19. & post hunc Nicephorus lib. 12. cap. 34. Denique Liber Pontificalis in vita Anastasii, nec non ei Papæ afficta Epistola ad Germaniæ ac Burgundiæ Episcopos. Loca inter se compones, si videbitur. Notabis autem præcipue illa, Isidori de Episcopo ad Lectionem Evangelicam assurgente, & Sozomeni de contrario ritu solius Ecclesiæ Alexandrinæ, ubi tunc temporis non assurgebat Episcopus. Nam in nostris Constitutionibus omittitur Antistes, forte ex industria. COT.

2. Παρακαλείτωσαν οἱ πρεσβύτεροι τὸν λαόν, &c.] Sic post Chrysostomum Presbyterum concionabatur Flavianus Episcopus. Quod ostendunt Homiliæ multæ ab aureo Doctore peroratæ. Sic multi, unus post alium, in eadem Collecta populum alloquebantur: testibus eodem Chrysostomo Homilia 2. in Psalm. XLVIII. 17. tom. 3. Hom. 36. in priorem ad Corinthios, Sermone in Eliam, tom. 6. & Tracta- D tu in Timores, quem edidit Combefisius; Severiano Gabalensi Tractatu in sanctam Crucem, qui ad superiorem per virum doctum adjunctus fuit; Basilio Magno Homil. in Barlaamum Martyrem; Gregorio Nysseno Oratione in suam Ordinationem; Hieronymo Epist. 61. in Joannem Hierosolymitanum cap. 4. Pseudo-Chrysostomo Homil. de Nativitate Domini ad Lucæ 2. ac Theodorito cum apud Photium Bibliothecæ Codice 273. extremo, ubi Interpres plane est talpa, tum ad 1. Corinth. XIV. 31. Verum Alexandriæ, ex quo Arius Hæresiarcha, illius Ecclesiæ Presbyter, in concionibus suis Orthodoxam fidem evertere conatus est, solus Episcopus sermonem habebat ad populum; inquiunt Historici, Socrates lib. 5. cap. 22. & Sozomenus lib. 7. cap. 19. Atque is mos videtur in Ecclesia Africana viguisse temporibus Cypriani & Optati. Ille enim scribit Epist. 56. *Nec quisquam, fratres dilectissimi, cum populum nostrum fugari conspexerit metu persecutionis & spargi, con-* E *turbetur, quod collectam fraternitatem non videat, nec tractantes Episcopos audiat*. Hic vero sub finem Operis adversus Donatistas; *Et locutum Macarium esse aliquid in populo constat, sed insinuandi alicujus rei caussa, non tamen tractandi, quod est Episcoporum*. Statim autem post Optatum Presbyteris jus verbi faciendi datum colligo ex Canone 33. Concilii Carthaginiensis 4. Ita tamen principio ut id coram Episcopis non fieret; quemadmodum significatur a Possidio in Vita S. Augustini cap. 5. & ab ipso Augustino Epist. 77. Quod postremum (usitatum adhuc in Hispania septimo sæculo ineunte, Concilii 2. Hispalensis tempore) valde displicuit B. Hieronymo ad Nepotianum scribenti, ac postea Alcuino Epist. 6. Ut & Episcopos irasci, si Presbyteri interdum exhortarentur plebem, ac in Ecclesiis prædicarent, grande nefas visum fuit Auctori Epistolæ de septem Ecclesiæ Ordinibus, quæ tom. 9. Hieronymi excusa est. Denique apud Gallos nostros anno 529. Patres Concilii Vasensis 2. Can. 2. Presbyteris potestatem verbum faciendi seu prædicandi dederunt. Nam antea Presbyteros vel omnino tacuisse, vel recitasse dumtaxat Homilias sanctorum Patrum, indicat Vita B. Cæsarii Arelatensis a Cypriano illius discipulo conscripta, cap. 28. ID.

3. Στηκέτωσαν δὲ &c.] Portarum custodia apud Græcos Ordo non est, sed Officium, quod legitur fuisse commissum Diaconis, Subdiaconis, aliisque Clericis, atque etiam non Clericis. Merito autem heic Diaconissæ stare jubentur ad mulierum introitus, & cap. sequenti mulieribus in Ecclesiam advenientibus locum facere: quia quæ ad minorem sexum pertinent pleraque, honestius per feminas administrantur. Vide lib. 8. cap. 20. & 28. Nota quoque apud Zonaram & Balsamonem ad Canonem Laodicenum 11. mulieres πρεσβύτιδας & προκαθημένας, ἐξαρχούσας τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν γυναικῶν, καὶ καθιστώσας αὐτὰς πρὸς εὐταξίαν, καὶ ὅπως καὶ ὅπου χρὴ ταύτας ἱστάναι παιδευούσας αὐτάς. Denique legito si lubet, in Jure Græco-Romano lib. 5. pag. 381. seu Responsione Theodori Balsamonis ad Interrogationem 35. Marci Alexandrini, de Diaconissis Constantinopolitanis, ἐκκλησιαζούσας τὰ πολλὰ, καὶ τὴν γυναικωνῖτιν ἐκκλησιαστικῶς διορθουμένας. ID.

4. Δίκην ναυστολόγων.] Erant ναυστολόγοι seu ναυτολόγοι, D qui in prora constituti, tum navem intrantes recipiebant, tum vero cum navigaturis de futuro itinere colloquebantur, de naulo paciscebantur. Hesychio enim, Grammaticorum facile principi, ναυσθλοῦν & ναυτολογεῖν, ναυσθλωσάμενος (ita legendum) & ναυστολογήσας, ναῦσθλον & ναῦλον, idem sunt. Quocirca Naustologos referunt partim Janitores, ratione videlicet primi Nautologorum officii; partim Catechistæ, ratione posterioris. Quam secundam comparationem videre est inferius Epistola dicta Clementis ad Jacobum cap. 14. & 15. in Ms. Regio 2392. hæc nactus sum. Ἐκ τῶν διαταξέων. Οὕτως ἔοικεν ἡ ἐκκλησία νηΐ. ὁ μὲν κυβερνήτης ἐστὶν ὁ Χριστός. ὁ δὲ πρωρεὺς, ὁ ἐπίσκοπος· οἱ ναῦται, οἱ πρεσβύτεροι· οἱ τοίχαρχοι, οἱ διάκονοι· οἱ ναυτολόγοι, τὸ τῶν ἀναγνωστῶν καὶ ὑπηρετῶν τάγμα. ID.

5. Καὶ γὰρ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου.] Et lib. 8 cap. 20. De Janitoribus in veteri Populo, præter sacras Scriptu- E ras, agunt Philo libro de Sacerdotum honoribus, & Josephus, præcipue lib. 2. contra Apionem. ID.

6. Πρωρεύς.] Forte πρόρεως. ID. —— Προσῆκον. Alter Cod. CLER.

7. Τὰ δὲ παιδία ἑστῶτα προσλαμβανέσθωσαν αὐτῶν οἱ πατέρες καὶ μητέρες.] Eleganter ac pie, in Homilia 6. contra Anomœos sub finem, tomo 1. B. Chrysostomi; κεφαλὴ τῆς γυναικός ἐστιν ὁ ἀνήρ· βοηθός ἐστιν ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρός. μὴ τοίνυν μήτε ἡ κεφαλὴ χωρὶς τοῦ σώματος ἀνεχέσθω τῶν οὐδῶν ἐπιβαίνειν τῶν ἁγίων τούτων, μήτε τὸ σῶμα χωρὶς τῆς κεφαλῆς φαινέσθω· ἀλλ᾽ ὁλόκληρος ἐνταῦθα εἰσίτω ὁ ἄνθρωπος. ἔχοντες καὶ τὰ παιδία μεθ᾽ ἑαυτῶν. εἰ γὰρ δένδρον τερπνὸν ἰδεῖν, ἀπὸ τῆς ῥίζης αὐτῆς νεόφυτον ἔχων ἀνεστηκός· πολλῷ μᾶλλον ἄνθρωπον τερπνὸν ἰδεῖν, καὶ ἐλαίας ἁπάσης τερπνότερον, ἀπὸ τῆς ῥίζης αὐτῆς τὸ παιδίον, ὥσπερ νεόφυτον, ἔχοντα πλησίον ἑστός. Id est: *Caput mulieris vir est: mulier adjutrix est viri. Ne igitur, aut caput absque corpore sustineat ad hæc sancta limina advenire, aut corpus absque capite compareat: sed integer huc ingrediatur homo. Habentes & liberos vobiscum. Nam si jucundum est videre arborem, quæ habet*

τέρες, καὶ μητέρες· αἱ δὲ νεώτεραι πάλιν ἰδίᾳ, ἐὰν ᾖ A τόπος, εἰ δὲ μήγε, ὄπισθεν τῶν γυναικῶν ἱστάσθωσαν· αἱ δὲ ἤδη γεγαμηκυῖαι, καὶ [1] τεκναρχοῦσαι, ἰδίᾳ ἱστάσθωσαν· αἱ παρθένοι δὲ καὶ αἱ χῆραι καὶ πρεσβύτιδες, πρῶται πασῶν στηκέτωσαν, ἢ καθεζέσθωσαν. ἔστω δὲ τῶν τόπων προνοῶν ὁ διάκονος, ἵν' ἕκαστος τῶν εἰσερχομένων εἰς τὸν ἴδιον τόπον ὁρμᾷ, καὶ μὴ παρὰ τὸ [2] ἰντροῖτον καθέζωνται. ὁμοίως [3] ὁ διάκονος ἐπισκοπείτω τὸν λαὸν, ὅπως μήτις ψιθυρίσῃ, ἢ νυστάξῃ, ἢ γελάσῃ, ἢ νεύσῃ. χρὴ γὰρ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐπιστημόνως, καὶ νηφαλέως, καὶ ἐγρηγορότως ἑστάναι, ἐντεταμένην ἔχοντα τὴν ἀκοὴν ἐπὶ τὸν τοῦ κυρίου λόγον. καὶ μετὰ τοῦτο συμφώνως ἅπαντες ἐξαναστάντες, καὶ [4] ἐπ' ἀνατολὰς κατανοήσαντες, μετὰ τὴν τῶν κατηχουμένων, καὶ τὴν τῶν μετανοούντων ἔξοδον, προσευξάσθωσαν τῷ B Θεῷ, τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ ἀνατολὰς, ὑπομιμνησκόμενοι καὶ τῆς ἀρχαίας νομῆς τοῦ κατὰ ἀνατολὰς παραδείσου, ὅθεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀθετήσας τὴν ἐντολὴν, ὄφεως συμβουλίᾳ πεισθεὶς, ἀπεβλήθη. οἱ δὲ διάκονοι μετὰ τὴν προσευχὴν, οἱ μὲν τῇ προσφορᾷ τῆς εὐχαριστίας σχολαζέτωσαν, ὑπηρετούμενοι τῷ τοῦ κυρίου σώματι μετὰ φόβου, οἱ δὲ τοὺς ὄχλους διασκοπείτωσαν, καὶ ἡσυχίαν αὐτοῖς ἐμποιείτωσαν. λεγέτω δὲ ὁ παρεστὼς τῷ ἀρχιερεῖ διάκονος τῷ λαῷ· μή τις κατά τινος· μή τις ἐν ὑποκρίσει· εἶτα καὶ [5] ἀσπα-

A quæ jam nupserunt, & liberos quibus imperent habent, privatim etiam locentur; at virgines, & viduæ, & anus, primæ omnium ſtent, aut ſedeant. Diaconus autem locis provideat, ut ingredientium quiſque locum ſuum petat, & nemo in introitu reſideat. Similiter Diaconus inſpiciat populum, ut nemo ſuſurret, aut dormitet, aut rideat, aut nutus faciat. Oportet enim in Eccleſia ſapienter, ſobrie ac vigilanter ſtare, auribus ad verbum Domini intentis. Deinde cuncti pariter conſurgentes, & in Orientem contemplantes, egreſſis Catechumenis & pœnitentibus, orent Deum, [a] *qui aſcendit ſuper cælum cæli, ad Orientem*, ac recordantes antiquam poſſeſſionem Paradiſi, ad B Orientem ſiti; unde primus homo, Dei mandato neglecto, perſuaſus conſilio ſerpentis, ejectus fuit. Atque Diaconi poſt orationem, alii quidem oblationi Euchariſtiæ vacent, corpori Domini cum timore miniſtrantes; alii turbam circumſpectent, eique ſilentia faciant, Qui autem Pontifici aſſiſtit Diaconus, plebi dicat: Ne quis contra aliquem: Ne quis in hypocriſi. His tranſactis, mutuo ſe ſalutent viri, mutuo ſe mulieres, oſculo in Domino; nemo tamen doloſe id agat, quemadmodum Judas Dominum oſculo tradidit. Et

a Pſal. LXVII. 34.

ſurculum ex ipſa radice exſurgentem; multo magis jucundum eſt, omnique olea jucundius, videre hominem, qui puerum, a ſe, velut a radice ipſa inſtar ſurculi productum, prope ſtantem habeat. Cot.

1. Τεκναρ.] Al. τὰ τέκνα ἔχουσαι. Id.

2. Ἰντροῖτον.] Alter Cod. Vind. προσήκον. Cler.

3. Ὁ διάκονος ἐπισκοπείτω τὸν λαὸν, &c.] Ex hac Conſtitutione, & ſimili lib. 8. cap. 11. intelligitur quare B. Chryſoſtomus Homilia 24. in Acta Apoſtolorum non multo ante finem, admoneat ut qui viderit aliquem ſeſe in Eccleſia immodeſte gerentem, appellet Diaconum κεῖνται πάντες νέοι ψυχροὶ καὶ γέροντες· καθάρματα μᾶλλον ἢ νέοι. γελῶντες, ἀνακαγχάζοντες, διαλεγόμενοι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἤκουσα γενόμενον, καὶ ἀλλήλους σκώπτοντες ἐπὶ γόνασι κείμενοι. σὺ παρέστηκας ὁ νέος, ἢ ὁ πρεσβύτης· ἐπίπληξον, ἂν ἴδῃς· ἐγκάλεσον σφοδρότερον. οὐκ ἀνεχομένου, τὸν διάκονον κάλεσον· ἀπείλησον· τὰ παρὰ σαυτοῦ ποίησον. Hoc eſt, quemadmodum vertendum arbitror: *Jacent omnes inepti ſenes ac juvenes; purgamenta magis quam juvenes; ridentes, cachinnantes, colloquentes; atque (id etenim quoque fieri audivi) mutuum ſe inter geniculandum inceſſentes ſcommatis. Tu aſſiſtis, juvenis, aut ſenex: increpa ſi videris, argue acriter. Si non fert, voca Diaconum; comminare; quæ in te ſunt facito.* Scilicet inter innumera Diaconorum munia unum erat, reverentiam in templis Dei procurare. Quæ tanta ſervabatur apud multos populos, ut referente eodem aureo Patre Homil. 36. in I. ad Corinthios, non liceret amicum, etſi a longo tempore non viſum, & juxta conſiſtentem, ſalutare in Eccleſia. Alibi tamen, quemadmodum nunc, profanabantur delubra garrulitate, tumultu, nutibus, geſtibus, riſu, oſcitatione, curſitatione, omnique inverecundia & nequitia. Tolle obiter leve mendum e Synodo Pariſienſi 6. lib. 2. cap. 12. ac lege in loco Origenis Homilia 12. in Exodum ibi citato: *Alii ne hoc ipſum quidem patienter exſpectant, quod Lectiones in Eccleſia recitentur.* Nam vulgata ſcriptura *quod* pro *quoad* refellitur ex Origenis libris, qui *uſquequo* exhibent. Cot.

4. Ἐπ' ἀνατολὰς κατανοήσαντες.] Ad Orientem, ſeu ad ſurgentem ſolem converſo vultu, orare ſolebant Ethnicorum multi; nec non veteres Chriſtiani. Ut de prioribus fidem faciunt plurima teſtimonia, potiſſimum Clementis Alexandrini Strom. 7. p. 724. ed. Pariſ. Tertulliani Apologetici cap. 16. Vitruvii lib. 4. cap. 5. & Virgilii Æneid. 12. verſ. 172. ubi conſulendus Servius: utque de poſterioribus teſtantur innumeri & antiquiſſimi Scriptores. Quos inter, rationes ritus a Conſtitutione productas, aliaſque multas afferunt Clemens Alexandrinus citatus, Baſilius de Spiritu ſancto cap. 27. Chryſoſtomus a me editus ad Danielis VI. 10. Pſeudo-Juſtinus Quæſt. 118. ad Orthodoxos, Pſeudo-Origenes ad Jobi I. 3. ementitus ſimiliter Athanaſius Quæſtione 37. earum quæ ad Antiochum inſcribuntur. Germanus Conſtantinopolitanus in Theoria Myſtica poſt initium, Joannes Damaſcenus, Orthodoxæ fidei lib. 4. cap. 12. Gregentius, Diſputationis cum Judæo fol. 61. & Auctor libri de divinis Officiis apud Alcuinum, cap. 39. Ini-

C tio Regii Ms. 394. σημειωτέον ὅτι τινὰς παραδόσεις, καὶ ἀγράφως παρέλαβεν ἡ ἐκκλησία· οἷον, τὸ κοινωνεῖν νηστικῶς, καὶ τὸ προσεύχεσθαι κατὰ ἀνατολὰς, καὶ ὅτι παρθένος ἔμεινε μετὰ τόκον, καὶ ἕτερα πολλά. Contra ad Occaſum lumina inter precandum flectebant, cum Judæi Ezech. VIII. 16. & apud Anaſtaſium Quæſtione 44. ac Gregentium; tum Gentiles multi, referente Porphyrio in Opere de antro Nympharum. At verſus Meridiem, nonnulli Idololatræ, ex Luciani Peregrino; Judæi, ex Quæſtionibus ad Antiochum; & Mohametani, ex Euthymio Zigabeno, Panopliæ Parte 2. titulo 24. Quemadmodum verſus Septentrionem, aliquando Manichæi, in S. Auguſtino lib. de Hæreſibus. Fuerunt & alii ſupplicandi Deo aut diis modi. Nam Judæi & Oſſeni oppoſitum ori habere volebant templum atque oppidum Hieroſolymitanum, II. Reg. VIII. 48. II. Paralip. VI. 34. &c. Dan. VI. 10. Euſebius Hiſtor. Eccleſ. III. 6. Epiphanius Hæreſi 19. cap. 3. Hieronymus ad Ezech. VIII. 16. & Dan. VI. 10. Theodoritus ad eumdem quarti majoris Pro- D phetæ textum. Samaritæ Garizimum montem: quod docemur a S. Epiphanio, tam in Panario, ubi de eorum Secta, quam apud Anaſtaſium Antiochenum Quæſt. 45. Qui ultimus locus legi ſic debet, partim ex Mſs. codicibus, partim ex Interprete: ὅπου δ' ἂν ὦσι, πρὸς τὸ ὄρος εὔχονται, οἱ ἀπὸ ἀνατολῆς πρὸς δυσμὰς ἀποστρεφόμενοι, καὶ οἱ ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἀνατολάς· καὶ οἱ ἀπὸ βορρᾶ πρὸς τὴν μεσημβρίαν, καὶ οἱ ἀπὸ μεσημβρίας πρὸς τὸ ἀρκτῷον τῷ ὄρει προσέχοντες, εὔχονται. *Ubicumque vero fuerint* Samaritæ, *verſus montem* Garizimum *orant; qui ſunt ab Oriente vertentes ſe ad Occidentem, & qui ab Occidente ad Orientem: item qui ſunt ab Aquilone ad Meridiem, quique a Meridie ad Septentrionem, in montem intenti precantur.* Præterea Brachmanos orantes, non Orientalem partem unde oritur ſol, aſpexiſſe, ſed cælum potius intuitos ſcribit Auctor libri de moribus illorum, tom. 5. B. Ambroſii. Et de περιστροφῇ circumactu adorantium, cærimonia per Numam Pompilium inducta, legendus eſt Plutarchus tom. 1. p. 69. Sic- E uti de converſione in Ortum mane, in Auſtrum meridie, in Occaſum veſperi, dum oratur, conſuli poteſt Mercurius cap. ult. Aſclepii. Denique conſuetudo Manichæorum, in precibus ſuis vertentium ſeſe ad locum in quo ſol & luna apparerent, notatur a S. Auguſtino in loco citato, & in Diſputat. contra Fortunatum non procul ab initio, & lib. 14. contra Fauſtum cap. 11. Qui ritus in ἀνεκδότοις Manichaiſmi Anathematiſmis hoc modo exprimitur: ἀναθεματίζω τοὺς μὴ πρὸς ἀνατολὰς μόνον, τῷ ἀληθεῖ Θεῷ εὐχομένους, ἀλλὰ τῇ τοῦ ἡλίου κινήσει συμπεριφερομένους, ἐν ταῖς μυρίαις αὐτῶν προσευχαῖς. Verum ut a diverticulo redeamus ad viam, mos inflectendi corpus verſus naſcentem Solem non placuit S. Leoni Serm. 7. de Chriſti nativitate cap. 4. Adeo in hujuſmodi rebus judicium uniuſcujuſque ceteris non facit præjudicium. Videatur Valfridus Strabo cap. 4. libri de exordiis & incrementis rerum Eccleſiaſticarum. Id.

5. Ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους.] Et lib. 8. cap. 11. Amalarius Diaconus lib. 3. de Eccleſiaſticis Officiis cap. 32. I-

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ζέσθωσαν ἀλλήλους οἱ ἄνδρες, καὶ ἀλλήλας αἱ γυναῖκες, [1] τὸ ἐν κυρίῳ φίλημα· ἀλλὰ μή τις δολίως, ὡς Ἰούδας τὸν κύριον φιλήματι παρέδωκε. καὶ μετὰ τοῦτο προσευχέσθω ὁ διάκονος ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν, καὶ ἐκφορίων, ὑπὲρ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν ἀρχόντων, ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τοῦ βασιλέως, καθόλου εἰρήνης. καὶ μετὰ τοῦτο [2] ὁ ἀρχιερεὺς ἐπευχόμενος τῷ λαῷ εἰρήνην, εὐλογείτω τοῦτον· ὡς καὶ Μωσῆς ἐνετείλατο ἱερεῦσιν εὐλογεῖν τὸν λαὸν τούτοις τοῖς ῥήμασιν· Εὐλογήσαι σε κύριος, καὶ φυλάξαι σε· ἐπιφάναι κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σε, καὶ δώη σοι εἰρήνην. Επευχέσθω οὖν καὶ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ λεγέτω· Σῶσον τὸν λαόν σου κύριε, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου· ἣν ἐκτήσω, καὶ περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ἐκάλεσας βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον. Μετὰ δὲ ταῦτα γινέσθω ἡ θυσία, ἑστῶτος παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ προσευχομένου ἡσύχως· καὶ ὅταν ἀνενεχθῇ, μεταλαμβανέτω ἑκάστη τάξις καθ' ἑαυτὴν τοῦ κυριακοῦ σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, ἐν τάξει, μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, ὡς βασιλέως προσερχόμενοι σώματι· καὶ αἱ γυναῖκες κατακεκαλυμμέναι τὴν κεφαλὴν, ὡς ἁρμόζει γυναικῶν τάξει, προσερχέσθωσαν. φυλαττέσθωσαν δὲ αἱ θύραι, μήτις ἄπιστος εἰσέλθοι, ἢ ἀμύητος.

A poſt hoc precetur Diaconus pro univerſa Eccleſia, pro toto mundo, & ejus partibus, & frugibus terræ, pro ſacerdotibus, & principibus, pro pontifice, ac rege, pro pace univerſali. Deinde Epiſcopus, populo pacem precatus, benedicat ei; ſicut & Moſes ſacerdotibus præcepit, ut populo his verbis benedicerent: [a] *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te; oſtendat Dominus faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem*. Precetur ergo Epiſcopus, & dicat: [b] *Salvum fac populum tuum, Domine; & benedic hereditati tuæ;* [c] *quam acquiſivisti ac poſſediſti pretioſo ſanguine Chriſti tui, & appellaſti* [d] *regale ſacerdotium, ac gentem ſanctam*. Poſt illa ſacrificium fiat, ſtante B omni populo, & tacite precante: cumque oblatum fuerit, unuſquiſque ordo ſeorſum, Dominicum corpus, ac pretioſum ſanguinem ſumat, accedentes ordinate, ac cum reverentia & timore, utpote ad corpus regis: mulieres etiam, velato capite, uti feminarum ordinem decet, accedant. Portæ autem cuſtodiantur, ne quis infidelis, aut nondum Baptiſmo initiatus ingrediatur.

a Num. VI. 24. *b* Pſal. XXVII. 9. *c* Act. XX. 28. *d* I. Pet. I. 19. & II. 9.

terrogatus ſum ab aliquibus, quare non invicem porrigant ſibi oſcula viri & feminæ in Officio Miſſæ. Quibus quamvis tunc non reſponderim, reſpondendum nunc fore arbitror. Carnales amplexus, quibus junguntur ſæpiſſime viri & feminæ, vitandi ſunt in Eccleſiæ conventu. Ac ideo ſequeſtrantur viri & feminæ in Eccleſia, non ſolum ab oſculo carnali, ſed etiam ſitu locali. Ab his perſonis dantur oſcula mutua in Eccleſia, quæ nullam titillationem libidinoſæ ſuggeſtionis cogunt excitare. Quæ poſtrema periodus legitur cap. 39. libri de Officiis divinis, Alcuino tributi. Atque hujus moris veſtigia inhærent Opuſculo ad virginem lapſam, apud Ambroſium, & apud Hieronymum. *Nonne*, inquit, *vel illum locum tabulis ſeparatum, in quo in Eccleſia ſtabas, recordari debuiſti: ad quem religioſæ & nobiles matronæ certatim currebant, tua oſcula petentes, quaſi ſanctioris, quaſi dignioris?* aut ut Codex Regius 31. *quæ ſanctiores & meliores ſteterant?* Contrariam conſuetudinem (ut in diſciplina variatum eſt) innuit Tertullianus lib. 2. ad uxorem cap. 4. his verbis: *Quis autem* Gentilis *ſinat conjugem ſuam viſitandorum fratrum gratia vicatim aliena, & quidem pauperiora quæque tuguria circuire?* &c. *Jam vero alicui fratrum ad oſculum convenire?* Item Severus Dialogo 2. cap. 7. ubi de B. Martino, & regina Maximi Imperatoris uxore, quæ Martino in convivio miniſtraverat: *Præclare, inquit Poſthumianus, noſtros iſtos, ut Martini non egrediantur exemplum, tua conſtringit oratio: ſed profiteor tibi, quia hæc ſurdis auribus audientur. Nam ſi Martini ſequerentur vias, numquam cauſſas de oſculo diceremus, & univerſis ſævæ opinionis opprobriis careremus.* ἀγάπη δὲ, verba ſunt Clementis Alexandrini Pædag. III. 11. paullo ante finem, οὐκ ἐν φιλήματι, ἀλλ' ἐν εὐνοίᾳ κρίνεται. οἱ δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ φιλήματι καταψοφοῦσι τὰς ἐκκλησίας, τὸ φιλοῦν ἔνδον οὐκ ἔχοντες αὐτό. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ἐκπέπληκεν ὑπονοίας αἰσχρὰς καὶ βλασφημίας, τὸ ἀναιδῶς χρῆσθαι τῷ φιλήματι, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι μυστικόν. *Dilectio autem non in oſculo cenſetur, ſed in benevolentia. Illi autem nihil aliud oſculo quam Eccleſias conturbant, cum ipſam intus non habeant amicitiam. Etenim hoc utique turpem incuſſit opinionem, & maledicentiam, quod impudenter oſculo uterentur, quod eſſe oportebat myſticum.* Hæc de oſculo pacis & dilectionis, inter Miſſarum ſolemnia dari ſolito. Præter quod, aliud, nempe recens baptizatis datum, obſervaſſe mihi videor in hoc S. Cypriani loco Epiſt. 59. *Nam & quod veſtigium infantis in primis partus ſui diebus conſtituti, mundum non eſſe dixiſti, quod unuſquiſque noſtrum adhuc horreat exoſculari, nec hoc putamus ad cæleſtem gratiam dandam impedimento eſſe oportere. Scriptum eſt enim* (Tit. 1. 15.) Omnia munda ſunt mundis. *Nec aliquis noſtrum id debet horrere, quod Deus dignatus eſt facere. Nam etſi adhuc infans a partu novus eſt, non ita eſt tamen, ut quiſquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat oſculari, quando in oſculo infantis unuſquiſque noſtrum pro ſua religione ipſas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato* C *& recens nato quodammodo exoſculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur.* Et in iſto B. Chryſoſtomi ad finem Sermonis de utilitate lectionis Scripturarum, tom. 5. οὐδαμοῦ θρῆνος, οὐδαμοῦ δάκρυα ἐνταῦθα, ἀλλ' ἀσπασμοὶ, καὶ φιλίαι, καὶ περιπλοκαὶ τῶν ἀδελφῶν, τὸ οἰκεῖον μέλος ἐπιγινωσκόντων, καὶ ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀπολαβόντων ἀποδημίας. ἐπειδὴ γὰρ πρὸ τοῦ φωτίσματος ἐχθρὸς ἦν, μετὰ δὲ τὸ φώτισμα γέγονε φίλος τοῦ κοινοῦ πάντων ἡμῶν δεσπότου· διὰ τοῦτο πάντες συνηδόμεθα, διὰ τοῦτο καὶ τὸ φίλημα εἰρήνη καλεῖται, ἵνα μάθωμεν ὅτι πόλεμον κατέλυσεν ὁ θεὸς, καὶ πρὸς τὴν οἰκείωσιν ἐπανήγαγε τὴν ἑαυτοῦ. *Nuſquam lamenta, nuſquam lacrymæ heic; ſed ſalutationes, & oſcula, & amplexus fratrum qui ſuum membrum agnoſcunt, & tamquam ex longinqua reverſum peregrinatione recipiunt. Nam quoniam ante Baptiſmum inimicus erat, poſt Baptiſmum autem amicus eſt factus omnium noſtrum communis Domini, propterea gratulamur omnes; idcirco etiam oſculum pax vocatur, ut diſcamus quod Deus bello finem impoſuerit, quodque ad ſuam reduxerit amicitiam.* D Quia autem in hac Nota, & alibi allego librum ad Virginem lapſam, quem viri docti abjudicant quidem Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, ſed nemini adjudicant; cujus parentis fetum illum eſſe autumem, aperiam. Puto eſſe Niceæ; adductus in eam opinionem, auctoritate Gennadii, illiuſque deſcriptorum Honorii Auguſtodunenſis & Trithemii. Ait in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum cap. 22. Gennadius; *Niceas Romatianæ civitatis Epiſcopus edidit ad lapſam Virginem libellum, pæne omnibus labentibus emendationis incentivum.* COT.

1. Τὸ ἐν κυρίῳ φίλημα.] Oſculum in Domino, ſive oſculum ſanctum interpretantur ſancti Patres, oſculum verum, ſincerum, ſine dolo, nequaquam ſimulatum, ex corde, non ex ore tantummodo, abſimile oſculo Judæ, & columbinum, ſcilicet ob columbarum ſimplicitatem. Quod poſtremum Epithetum uſurpat Auctor libri de Officiis divinis (inter Alcuini Opera) cap. 40. Prætereaque oſculum caſtum, religioſum, non impudicum, ſpiritale, non E carnale, (Clem. Alex.) διὰ στόματος καὶ μεμυκότος, atque, ut ab Haymone ad Roman. XVI. 16. dicitur, nullatenus columbinum, nempe propter ſalacitatem columbæ. ID.

2. Ο ἀρχιερεὺς ἐπευχόμενος τῷ λαῷ εἰρήνην, εὐλογείτω τοῦτον.] Inter varias Pacis prædicationes, ac populi benedictiones, hujus ante Sacrificium peragi ſolitæ meminit præter Liturgiographos, Rituumque Eccleſiaſticorum Collectores atque Explanatores, S. Chryſoſtomus, Sermone 1. de ſancta Pentecoſte, 36. Tomi 5. & Homilia 3. in Epiſtolam ad Coloſſenſes. Præclare ſub finem Commentar. in Epiſt. ad Rom. apud Hieronymum: *Ideo in Eccleſia pax primo annuntiatur; ut oſtendat ſe cum omnibus eſſe pacificum, qui corpori communicatus eſt Chriſti.* ID.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νή.

Περὶ συστατικῶν, ἤτοι ξένων, λαϊκῶν, κληρικῶν, ἐπισκόπων· καὶ ὡς οὐ χρεία διαφορεῖν.

Εἰ δέ τις ἀπὸ παροικίας ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ ἐπέλθῃ, [1] σύστασιν ἐπικομιζόμενοι· διάκονος ἐπικρινέτω τὰ κατ' αὐτοὺς, ἀνακρίνων εἰ πιστοὶ, εἰ ἐκκλησιαστικοὶ, εἰ μὴ ἀπὸ αἱρέσεως εἰσι μεμολυσμένοι· καὶ πάλιν, εἰ ὕπανδρος, ἢ χήρα· καὶ οὕτω γνοὺς τὰ κατ' αὐτοὺς, ὡς εἰσὶν ἀληθῶς πιστοὶ καὶ ὁμογνώμονες ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἀπαγέτω ἕκαστον εἰς τὸν προσήκοντα αὐτῷ τόπον· [2] εἰ δὲ καὶ πρεσβύτε- B ρος ἀπὸ παροικίας ἐπέλθοι, προσδεχέσθω ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων [3] κοινωνικός· εἰ δὲ διάκονος, ὑπὸ τῶν διακόνων· εἰ δὲ ἐπίσκοπος, σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καθεζέσθω, τῆς αὐτῆς ἀξιούμενος ὑπ' αὐτοῦ τιμῆς· καὶ ἐρωτήσεις αὐτὸν, ὦ ἐπίσκοπε, προσλαλῆσαι τῷ λαῷ λόγους διδακτικούς· ἡ γὰρ τῶν ξένων παράκλησις καὶ νουθεσία ἀπαράδεκτος καὶ ὠφελιμωτάτη σφόδρα· Οὐδεὶς γὰρ προφήτης, φησὶν, δεκτὸς ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι. Ἐπιτρέψεις δ' αὐτῷ καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀνοῖσαι· ἐὰν δὲ δι' εὐλάβειαν, ὡς σοφὸς, τὴν τιμήν σοι τηρῶν, μὴ θελήσῃ ἀνενέγκαι,

CAPUT LVIII.

De hominibus commendatis, peregrinis scilicet, Laicis, Clericis, aut Episcopis; & quod sine differentia sint recipiendi qui Ecclesiam ingrediuntur.

Quod si frater aut soror ex alia Parœcia advenerit, qui commendatitias afferant; Diaconus quæ ad eos spectant probet, inquirens, an fideles sint, an Ecclesiæ filii, an a nulla Hæresi contaminati: & rursum an illa nupta vel vidua sit; atque ita, cognito eorum statu, quod vere credant, & in Domini religione cum Ecclesia concordent, deducat singulos ad congruum eis locum. Si autem Presbyter ex Parœcia advenerit, excipiatur a Presbyteris in communitatem: & si Diaconus, a Diaconis: si vero Episcopus, cum Episcopo sedeat, a quo parem honorem obtinebit; rogabisque eum, o Episcope, ut populum alloquatur in sermone doctrinæ: peregrinorum enim cohortatio & admonitio acceptissima & utilissima est: [a] *Nullus* quippe *Propheta*, ait Dominus, *acceptus est in sua patria*. Permittes etiam arbitrio illius, ut offerat Eucharistiam: quam si, tamquam sapiens, propter reverentiam, & honorem tibi ha-

a Luc. IV. 24. Joan. IV. 44.

1. Σύστασιν ἐπικομιζόμενοι.] Quia mos Ecclesiasticus dan- C di litteras commendatitias, ceterasque Canonicas seu Regulares, ac Formatas, a multis & luculenter fuit explicatus; ne actum agendo, nihil egisse videar; contentus ero subjunxisse nonnullas quorumdam locorum citari solitorum correctiones, quas arbitror fuisse prætermissas, nequaquam tamen prætermittendas judico. Quatuor autem erunt: prima in Joanne Zonara, 2. in Theodoro Balsamone, 3. in Constantino Harmenopulo, postrema in Nicephoro Callisti. Etenim apud Zonaram legitur in Interpretatione ad 12. Canonem Apostolorum; *συστατικαὶ ἐπιστολαί εἰσιν, αἱ διδόμεναι κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀφωρισμένοις, ἢ ἀναγνώσαις, ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι, καὶ συνιστῶσαι τῷ ἐκεῖ ἐπισκόπῳ αὐτοὺς, ὡς λυθέντας τῶν ἐπιτιμίων, ἢ πιστοὺς ὄντας.* Cum ex sensu, ex Ms. Regio 277. & ex Canone 13. Synodi Chalcedonensis reponi debeat, *ἢ ἀγνώστοις*. Canon ita habet, in Zonara & Balsamone; *ξένους κληρικοὺς καὶ ἀγνώστους, ἐν ἑτέρᾳ πόλει δίχα συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μηδὲ ὅλως μηδαμῇ λειτουργεῖν.* Præterea libri Balsa- D monis editi, inverso ordine, collocant Canones Laodicenos 41. 42. uti ostendunt cum duo Regii scripti, tum utriusque Canonis Interpretationes, quarum prior competit Canoni qui illic postponitur, posterior vero Canoni qui primas tenet. Itaque locorum commutatio fieri debet, & Canon iste *ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν, ἄνευ κελεύσεως ἐπισκόπου ὁδεύειν*, quadragesimus primus haberi; hic vero, *ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν, ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων ὁδεύειν*, quadragesimus secundus. Scio dicta Decreta aliter ordinari solere. Verum Balsamonis ordo servatur in Versione Gentiani Herveti, in Ms. Codice viri clarissimi, nec umquam satis, ob propensam erga litteratos voluntatem, laudati Claudii Jolii Canonici Parisiensis, & in Zonara Bibliothecæ Regiæ Codd. 277. 566. favente ejusdem Zonaræ Interpretatione, innuiturque his verbis Matthæi Blastaris, *ἀλλ' οὐδὲ ὁ μα΄. τῆς ἐν Λαοδικείᾳ, ἔτι δὲ καὶ ὁ μβ΄, κληρικὸν ἢ ἱερατικὸν ὅλως ὁδεύειν οὐκ οἴεται δεῖν, δίχα κελεύσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἢ κανονικῶν τούτου ἐπιστολῶν.* E Ad hæc aut falsus est Harmenopulus, aut verba illius mutila legimus, aut scripsit in Epitome Canonum, sect. 2. tit. 3.


ὁ λγ΄. τῶν ἀποστόλων, ὁ ιγ΄. τῆς δ΄.
καὶ ὁ ζ΄. τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

ξένος ἄρδις ἅμα συστατικῷ, vel *μετὰ συστατικοῦ*, *ἀνακρινέσθω, καὶ εἰ ὀρθοτομεῖ, προσδεχέσθω, εἰδ' οὐκ, ἀποπεμπέσθω, τὰ πρὸς χρείαν λαβών.* Res est, non conjectura. Denique suppleo Nicephorum Histor. Eccles. lib. 12. cap. 30. unde excidit syllaba *αὐ*: & rescribo, *γραμμάτων δίχα, ἃ πρὸς αὐτοὺς* (vulgo *τοὺς*) *ὁμοδόξους δηλοῖ*. *Absque litteris, quæ illos ejusdem secum opinionis esse declarant.* Fundus supplementi, archetypa verba Sozomeni lib. 7. cap. 27. *δίχα γραμμάτων ἀφικνουμένους, ἃ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμοδόξους δηλοῖ.* Cot.

2. Εἰ δὲ καὶ πρεσβύτερος &c.] Enarrantur frequenter in Operibus Ecclesiasticis, quæ ad Episcopos ceterosque Clericos peregrinos spectant; honor illis haberi solitus; jura Synthroni, Sacrificii, Concionis, & Benedictionis delata; ususque in hujusmodi rebus & abusus. Sed præcipue cum Constitutione conferri debent loca Irenæi, apud Eusebium Hist. lib. 5. cap. 24. Cypriani Epist. 28. & 32. Athanasii Homilia de semente, edit. Paris. tom. 1. p. 1064. Basilii Epist. 72. 82. 85. Chrysostomi in fine Epistolæ 125. Hieronymi Epist. 61. cap. 4. Synesii sub finem Epistolæ 67. Socratis Eccl. Hist. lib. 6. cap. 14. Georgiique Alexandrini in vita Chrysostomi num. 43. & Scriptoris Anonymi, ejusdem vitæ num. 91. denique Gennadii de viris illustribus cap. 21. & penult. Notetur insuper quod in Gestis Collationis Carthaginiensis cum Donatistis dicitur, Cognitione 1. num. 16. *Poterit unusquisque nostrum honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius, sicut peregrino Episcopo juxta considente collega.* Quibus omnibus adjungi possunt Canones, Arelatensis 19. *De Episcopis peregrinis qui in urbem solent venire, placuit eis locum dari ut offerant.* In Capitularibus lib. 6. cap. 240. *Ut peregrino Episcopo locus sacrificandi detur, utque benigne suscipiatur.* Undecimus Sardicensis, 30. Patricii, Auxilii, & Isernini, Trullanus 20. & iste Concilii Carthaginiensis 4. num. 33. *Episcopi vel Presbyteri si caussa visitandæ Ecclesiæ ad alterius Ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur.* Ex locis porro citatis Critica nostra indigere videtur ille Athanasii, ut pote (nisi fallor) mancus & imperfectus. *παραγίνεται πολλάκις εἰς πόλιν ἀνὴρ δυνάμενος διδάσκειν ἑλληνιστί. ὁ τὴν ἀκοὴν θελγόμενος, σπεύδει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, οὐ τὴν ἰατρείαν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τῶν λόγων τὸ κάλλος μόνος ἁρπάσαι. ἀνεχώρησεν ὁ εὐγλώττως λαλῶν, ἀνεχώρησε καὶ τῆς ἐκκλησίας τὸ ζιζάνιον· οὐ γὰρ ἔχει τὸ σιτῶδες, τὸ πιστόν· ὁ δὲ πιστὸν, κἂν εὐγλώττως λέγῃ, τὰ λεγόμενα σπουδάζει κατακούειν, κἂν συριστὶ, κἂν ῥωμαϊστὶ, κἂν διαφόρῳ γλώττῃ· οὐ γὰρ ζητεῖ λόγους, ἀλλ' ἔργα.* Sensum integrum ac probum elicies, si post *εὐγλώττως* inserueris *κἂν ἀγλώττως*. *Venit sæpe in urbem vir Græce docendi peritus: ibi captator voluptatis aurium, in Ecclesiam deproperas, non ut medicinam animæ, sed ut dumtaxat pulcritudinem verborum rapiat. Recedit facundus ille habita oratione, recedit etiam ab Ecclesia zizanium: non enim habet quidquam frumentalem, quidquam fidei. Fidelis vero, sive quis diserte sive indiserte dicat, contendit audire ea quæ dicuntur, sive Syriaco, sive Latino, sive alio quovis sermone ille utatur: non enim verba quærit, sed opera.* Per Socratem vero corrigendus venit Nicephorus lib. 13. cap. 13. sic; *ἰδίᾳ αὐθεντίᾳ μὴ προσαγεὶς ἐλειτούργησας*. In Socrate lib. 6. cap. 14. *μὴ προσαγεὶς παρ' ἐμοῦ, ἐν αὐταῖς* (*ἐκκλησίαις*) *ἐλειτούργησας, οἰκείᾳ αὐθεντίᾳ χρησάμενος*. & cetera, a Nicephoro & ab Epiphanio Scholastico non intellecta. Id.

3. Κοινωνικός] Al. *κοινωνικῶς*. Id. — Sic alter cod. Vindob. Cler.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



κἂν εἰς τὸν λαὸν εὐλογίαν αὐτὸν ποιήσασθαι καταναγκάσεις. εἰ δὲ [1] ἐν τῷ καθέζεσθαι, ἕτερός τις ἐπέλθοι εὐσχήμων καὶ ἔνδοξος ἐν τῷ βίῳ, ἢ ξένος, ἢ ἐγχώριος· σὺ ὁ ἐπίσκοπος ὁ προσλαλῶν τὸν περὶ Θεοῦ λόγον, ἢ ὁ ἀκούων τοῦ ψάλλοντος, ἢ τοῦ ἀναγινώσκοντος, μὴ προσωποληπτῶν καταλίπῃς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου, ἵνα διατάξῃ αὐτῷ προεδρίαν· ἀλλὰ μένε ἡσύχιος, μὴ διακόπτων σου τὸν λόγον, ἢ τὴν ἀκοήν· οἱ δὲ ἀδελφοὶ διὰ τῶν διακόνων παραδεχέσθωσαν αὐτόν· εἰ δὲ τόπος οὐκ ἔστιν, ὁ διάκονος τὸν μᾶλλον νεώτερον ἐγείρας, μετὰ λόγου, ἀλλὰ μὴ μετ' ὀργῆς, ἐκεῖνον καθισάτω· δίκαιον δὲ τοῦτο καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν [2] φιλάδελφον ποιῆσαι· ἐὰν δὲ ἀνανεύῃ, [3] ἐγείρας αὐτὸν ἀναγκαστῶς, ὀπίσω πάντων στῆσον, ἵνα παιδευθῶσι καὶ οἱ λοιποὶ ἀντιπαραχωρεῖν τοῖς ἐντιμοτέροις. εἰ δὲ πτωχὸς, ἢ ἀγενὴς, ἢ ξένος ἐπέλθοι, πρεσβύτης ἢ νέος τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τόπος οὐχ ὑπάρχει, καὶ τούτοις τόπον ποιήσει ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτοῦ ὁ διάκονος· ἵνα μὴ πρὸς ἄνθρωπον αὐτοῦ γένηται ἡ προσωπόληψις, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν ἡ διακονία εὐάρεστος. [4] τῷ δ' αὐτῷ ποιείτω καὶ ἡ διάκονος, ταῖς ἐπερχομέναις γυναιξὶ, πτωχαῖς ἤτοι πλουσίαις.

A bitum, offerre noluerit; coges ut saltem populo benedicat. Quod si, dum sedetur, [a] vir quispiam superveniat honestus & in sæculo clarus, sive alterius sive ejusdem regionis; tu, Episcope, dum de Deo sermonem habes ad plebem, aut dum audis eum qui psallit vel legit; ne per acceptionem personæ relinquas verbi ministerium, ut illi locum inter primas sedes constituas; verum quietus mane, nec interrumpe sermonem tuum, vel auditionem; fratres vero eum per Diaconos recipiant; atque si locus desit, Diaconus, omnium juniorem, prudenter, non autem præfracte loco movens, honoratum illum sedere faciat; cui æquum est ut alter fraternæ caritati studiosus cedat sponte; quod B si renuerit, vi motum, post omnes colloca, quo etiam ceteri discant honoratioribus concedere. Cum autem pauper, vel ignobilis, vel peregrinus, isque senex, aut juvenis, intervenerit, sedibus occupatis, iis quoque Diaconus ex toto corde locum faciet, ut non gratificatio ejus homines spectet, sed Deo acceptum fiat ministerium ejus. Idem & servet Diaconissa, in advenientibus mulieribus, sive pauperibus sive divitibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ νθ'.

Ὅτι χρὴ ἕκαστον ὄρθρου καὶ ἑσπέρας σπουδαῖον εἶναι περὶ τὰς συνάξεις.

Διδάσκων δὲ, ὦ ἐπίσκοπε, κέλευε καὶ παραίνει τῷ λαῷ, [5] εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐνδελεχίζειν ὄρθρου καὶ ἑσπέρας ἑκάστης ἡμέρας, καὶ μὴ ἀπολείπεσθαι τὸ σύνολον, ἀλλὰ συνέρχεσθαι διηνεκῶς, καὶ μήτε τὴν ἐκκλησίαν κολοβοῦν ἑαυτὸν ὑφαιροῦντα, καὶ

CAPUT LIX.

Quod debeat unusquisque mane & vespere Collectarum esse studiosus.

C CUM autem doces, Episcope, jube & persuade populo, ut singulis diebus mane & vesperi Ecclesiam frequentet, nec ullatenus desistat, sed assidue conveniat; utque nullus subducendo se, Ecclesiam mutilet, corpusque Christi mancum faciat.

a Jac. II. 2. 3.

1. Ἐν τῷ καθέζεσθαι.] Si quem clam sunt diversi Antiquorum mores, ut concionatores sedentes aut stantes sermonem haberent ad populum, utque plebs conciones, lectiones, & psalmodiam audiret stans vel sedens; adeat ille ad Bernardini Ferrarii libros de sacris concionibus, & ad Jacobi Sirmondi Notas in Carmen 16. Apollinaris Sidonii. Noster in ea vivebat Ecclesia, in qua sessionis consuetudo obtinebat. Cernere licet heic, & capp. 11. 57. & lib. 8. cap. 5. Observatum adhæc fuit, ritus eos a Judæis ad Christianos pervenisse: citanturque eam in rem cum aliis testimoniis verba Philonis corrupta, libro Quod quisquis virtuti studet liber sit, circa medium; *εἰς ἱεροὺς ἀφικνούμενος τόπους, οἳ καλοῦνται συναγωγαὶ, καθ' ἡλικίας ἐν τάξεσιν ὑπὸ πρεσβυτέροις νέοι καθέζονται, μετὰ κόσμου τοῦ προσήκοντος ἔχοντες ἀκροατικῶς· εἶθ' ὁ μὲν τὰς βίβλους ἀναγινώσκει λαβὼν, ἕτερος δὲ τῶν ἐμπειροτάτων, ὅσα μὴ γνώριμα παρελθὼν ἀναγινώσκει.* Constabit sensus, si expulso ultimo *ἀναγινώσκει*, substituatur *ἀναδιδάσκει*, quo modo citatur ab Eusebio Præpar. Evang. lib. 8. c. 12. Consule, si placet, Micrologi caput 9. de Græcis non sedentibus, dum legitur Epistola. Consule etiam Opusculum 39. Petri Damiani contra eos qui sedent, quando vel Canonica Horarum celebrantur Officia, vel etiam ipsa Missarum offeruntur terribilia Sacramenta; ubi tamen probatur mos sedendi inter nocturni Officii Lectiones. Videre quoque poteris, ubi te ad magnificentissimam Regis Christianissimi Bibliothecam conferes, antiquissimum a me jam memoratum codicem Ms. S. Gregorii Nazianzeni seu Theologi, recensitum num. 155. in cujus variis tabellis unam reperies Theologi cum Diacono suo, opinor, stantis, & ad populum pariter stantem, mulieribus modico intervallo post viros collocatis, concionem habentis. Cot.


2. Φιλάδελφον.] In altero Vind. codice *ἀδελφὸν ὡς, ut fratrem*. Cler.

3. Ἐγείρας αὐτὸν ἀναγκαστῶς, ὀπίσω πάντων στῆσον.] In Regula S. Pachomii articulo 85. *Si quis iracundus & furiosus, frequenter irascatur sine caussa, & propter rem inanem & vacuam; per sex vices commonebitur, & in septima facient eum surgere de ordine sessionis suæ, & inter ultimos collocabitur*, &c. Et in Regula S. Benedicti cap. 43. *Quod si quis ad nocturnas vigilias post Gloriam Psalmi 94. (quem propter hoc omnino protrahendo & morose volumus dici) occurrerit, non stet in ordine suo in Choro, sed omnium ultimus stet, aut in loco quem talibus negligentibus seorsum constituerit Abbas*, &c. Cujus posterioris præcepti vestigia premit caput 131. libri 1. Synodi Aquisgranensis anno 816. congregatæ. Nec multum dissimilis est alia censura Concilii Trullani Can. 7. & Concilii Nicæni 2. Can. 5. per quam Clericus ad ultimum gradum ordinis sui amandatur, fitque sociorum omnium *ὑποβάθμιας*. Cot.

D 4. Τῷ δ' αὐτῷ] Al. *τὸ δ' αὐτό*. Cot. — Sic alter cod. Vindob. Cler.

5. Εἰς *τὴν ἐκκλησίαν ἐνδελεχίζειν ὄρθρου καὶ ἑσπέρας ἑκάστης ἡμέρας*.] Et capitibus 36. 39. Libri autem 8. cap. 12. oratur pro iis qui justam ob caussam a Synaxi absentes sunt. Ita passim Antiqui Christianos ad Collectas invitant, Ecclesiæ frequentationem suadent, queruntur de neglectu ea in re, eumque neglectum non paucis Canonibus castigant. Et vero celebrabantur conventus sacri, tempore Apostolorum, singulis diebus, Act. II. 46. sed sollemniores die Dominica, Act. xx. 7. & I. Corinth. xvi. 2. Postea effecerunt persecutiones; cum summe sævirent hostes veritatis; ut rarius conveniretur; tantumque in Dominicis diebus: quod colligitur ex Apologetico Justini Martyris, & ex Plinii Epistola. Invaluerunt deinde Synaxes Sabbati, quas fortassis infra illustrabimus; & stationes seu congregationes quartæ sextæque feriæ, de quibus Tertullianus in libro de jejuniis, Epiphanius in Expositione fidei, & Socrates lib. 5. cap. 22. E *τῶν δὲ λαῶν*, verba sunt Athanasii Epistola ad Solitarios p. 847. *ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνελθόντων, τετράρτη γὰρ ἦν σαββάτου*. Et in Protestatione populi Alexandrini p. 867. *σύναξις γὰρ ἔμελλε τῇ παρασκευῇ γίνεσθαι*. Prætereaque anniversariæ Martyrum commemorationes ex S. Cypriano notæ invectæ sunt, retentis semper cœtibus, quos Sacerdotes extra ordinem pro Ecclesiarum necessitatibus indicebant. Tandem mos inolevit, ut quotidie publicæ preces fierent, mane & vespere, *ἑωθινοὶ ὕμνοι, προσευχαὶ ἑωθιναὶ, λυχνικοί τε ἅμα ψαλμοὶ, καὶ προσευχαί*, inquit B. Epiphanius cap. antepenult. Expositionis fidei: utque recitarentur quas vocant Horas Canonicas, de quibus inferius: & ut multis in Ecclesiis quotidianum sacrificium, quotidiana Missa, quotidiana oblatio, locum haberet; quemadmodum docemur per Canonem 5. Concilii Toletani primi, per Sermonem Ambrosii 34. & per Epistolam Augustini 118. Id.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.



A παρὰ μέλος ποιεῖν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· οὐ γὰρ μόνον περὶ ἱερέων ἐῤῥέθη· ἀλλὰ καὶ ἕκαστος τῶν λαϊκῶν περὶ ἑαυτοῦ ἀκουέτω, λογιζόμενος ὅτι εἴρηται ὑπὸ τοῦ κυρίου· Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. Μὴ οὖν ἑαυτοὺς μέλη ὄντας τοῦ Χριστοῦ σκορπίζετε, μὴ συναθροιζόμενοι. Χριστὸν κεφαλὴν ἔχοντες, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ συνόντα καὶ κοινωνοῦντα ἡμῖν, μὴ ἀμελεῖτε ἑαυτῶν, μηδὲ ἀποστερεῖτε τὸν σωτῆρα τῶν οἰκείων μελῶν, μηδὲ διαιρεῖτε τὸ σῶμα αὐτοῦ, μηδὲ σκορπίζετε τὰ μέλη αὐτοῦ, μηδὲ προκρίνετε τοῦ θείου λόγου τὰς βιωτικὰς χρείας· ἀλλ' ἑκάστης ἡμέρας συναθροίζεσθε ὄρθρου καὶ ἑσπέρας, ψάλλοντες καὶ προσευχόμενοι ἐν τοῖς κυριακοῖς· [1] ὄρθρου μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξβ', ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ'. μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ B τοῦ σαββάτου, καὶ ἐν τῇ τοῦ κυρίου ἀναστασίμῳ, τῇ κυριακῇ, σπουδαιτέρως ἀπαντᾶτε, αἶνον ἀναπέμποντες τῷ Θεῷ τῷ ποιήσαντι τὰ ὅλα διὰ Ἰησοῦ, καὶ αὐτὸν εἰς ἡμᾶς ἐξαποστείλαντι, καὶ συγχωρήσαντι παθεῖν, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσαντι. ἐπεὶ τί ἀπολογήσεται τῷ Θεῷ ὁ μὴ συνερχόμενος ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἀκούειν τοῦ σωτηρίου περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγου; ἐν ᾗ καὶ [2] τρεῖς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελοῦμεν, μνήμης χάριν τοῦ διὰ τριῶν ἀναστάντος ἡμερῶν· ἐν ᾗ προφητῶν ἀνάγνωσις, καὶ εὐαγγελίου κηρυκία, καὶ θυσίας ἀναφορά, καὶ τροφῆς ἱερᾶς δωρεά.

A Non enim de Sacerdotibus dumtaxat dictum est; sed & quisque Laicus de se quoque intelligat, reputans quod a Domino dictum sit: [a] *Qui non est mecum, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit*. Igitur vos ipsos, qui estis membra Christi, nolite spargere, fratrum cœtus non adeundo. Qui caput habetis Christum, [b] juxta promissionem suam nobis fidelibus præsentem & consociatum, vestri curam ne projiciatis, nec Salvatorem suis membris privetis, nec illius corpus partiamini, nec membra ejusdem dispergatis, neque verbo Dei huic vitæ necessaria præponatis; sed singulis diebus congregemini, mane & vespere, psallentes & orantes in ædibus Dominicis; mane quidem dicentes Psalmum sexa-B gesimum secundum, vesperi vero centesimum quadragesimum. Præcipue autem die Sabbati, & die qua Dominus resurrexit, hoc est, Dominica, studiosius ad Ecclesiam occurrite, ut laudibus prosequamini Deum, qui condidit omnia per Jesum, eumque ad nos amandavit, pati permisit, ac ex mortuis suscitavit. Qua enim expurgatione apud Deum utetur, qui ad audiendum salutarem de resurrectione sermonem non convenit in die Dominico? in quo & tres precationes stando peragimus, ad memoriam illius, qui in triduo resurrexit: & in quo habentur lectio Prophetarum, Evangelii prædicatio, sacrificii obla-C tio, & sacri cibi donum.


a Matth. XII. 30. *b* Matth. XXVIII. 30.

1. Ὄρθρου μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξβ'. ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ'.] Lib. 8. cap. 35. τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμόν, & cap. 37. τὸν ὄρθρινον. De quibus Psalmis videndi præter Recentiores, Athanasius Epistola ad Marcellinum pag. 975. & libro de Virginitate, p. 1057. Chrysostomus in Psalmum CXL. paullo post initium, Cassianus de Cœnobiorum institutis lib. 3. cap. 3. 6. Benedictus Regulæ suæ cap. 12. 18. Aurelianus in Ordine psallendi, & Amalarius de Eccles. Off. lib. 4. cap. 10. Quod si mihi concedatur aliquid extra rem loqui, conabor medelam afferre loco S. Epiphanii circa Psal. CXL. qui locus non infeliciter per Joannem Croium tentatus fuit. En verba Cyprii Præsulis, posita in libro de ponderibus & mensuris cap. 6. ἐν τῷ ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ ψαλμῷ ἐκεῖνο ἐν τῷ ἑβραϊκῷ οὕτως· Αδωναΐ, Ηλιχὰ Καριθὶ, Ισμαὴλ Ιε'βιτὰ Ακώλ· ἅ ἐστιν ἑρμηνευόμενα, Κύριε, ἐξέκραξα πρός σε, εἰσάκουσόν μου, πρόσχες τῇ φωνῇ. *In centesimo quadragesimo Psalmo locus est qui sic Hebraice legitur: Adonai, Elicha Carithi, Ismael Jebbita Hacol. Hoc est: Domine, clamavi ad te, exaudi me, intende voci.* Ad quæ notat Croius cap. 12. Observationum in novum Testamentum, aliter in Hebræo Scripturæ contextu legi; nimirum Αδωναΐ, Κεραπχά, Οὖσα Λί, Ααζινά Κωλί, & Ισμαὴλ Ιεββιτὰ, voces nihili mutari debere in Σεμὰ Ηλὶ: Εκσιβά. Mihi vero longius petitum videtur verbum Εκσιβά: magisque placet Εββιτὰ pro Αββιθά הביטה. Cot.

2. Τρεῖς vel τρεῖς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελοῦμεν.] Et trium precum mentio in Canone 19. Laodicenæ Synodi. Et scripserat in libro de Paschate S. Irenæus, teste Auctore Quæstionum ad Orthodoxos cap. 115. apud Justinum Martyrem, cœpisse a temporibus Apostolicis consuetudinem non flectendi genu in die Dominico. *De geniculis non adorare*, inquit Hieronymus contra Luciferianos cap. 4. post Ter-E tullianum de Corona cap. 3. Is mos Apostolicus intermittendæ genuflexionis eo die, ac precandi corpore stante & erecto, non autem strato ac inclinato, indicatur etiam atque exponitur ab Hilario, Prologo in Psalmos, Petro Alexandrino, Oratione de Paschate, Basilio cap. 27. libri de Spiritu sancto, Augustino Epist. 119. cap. 15. 17. Cassiano lib. 2. de institutis Cœnobiorum cap. 18. & Collatione 21. cap. 20. Maximo Taurinensi, Sermone 3. de Pentecoste, qui est inter Ambrosianos 60. Martino Bracarensi, Collectionis Canonum cap. 57. Patribus Trullanæ Synodi Canone 90. Concilii Turonensis 3. Can. 37. & Scriptoribus librorum ritualium. Petri Alexandrini locus, sive Canon illius 15. apud Zonaram & Balsamonem ita compleri debet ac restitui etiam ex Mss. Regiis; οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευήν· ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται· τὴν μὲν τετράδα, διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ κυρίου· τὴν δὲ παρασκευήν, διὰ τὸ πεπονθέναι αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν· τὴν γὰρ κυριακήν, χαρμοσύνης ἡμέραν ἄγομεν, διὰ τὸν ἀναστάντα ἐν αὐτῇ· ἐν ᾗ οὐδὲ γόνατα κλίνειν παρειλήφαμεν. Sed cum paullatim res in desuetudinem abiret, renovari debuit per Canonem Nicænum ultimum. Addiderunt postea Græci Dominicæ diei diem Sabbati. τὰς δὲ πάσας σαββατοκυριακάς, dicitur in libello Pœnitentiali Joannis Jejunatoris, D & in Canonario Joannis Monachi, qui Tractatus subjunguntur Operi Joannis Morini de administratione Sacramenti Pœnitentiæ, καὶ ἑορτὰς (al. ἑορτὰς δεσποτικὰς) καὶ δωδεκαήμερον, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ πάσχα ἡμέρας ἕως τῶν ἁγίων πάντων μὴ γονυκλιτεῖν ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἀλλὰ μόνον προσκυνήσεις ποιεῖν κατὰ πάντα. *Omnibus autem Sabbatis & diebus Dominicis, & festis (Dominicis) & Dodecahemero, similiter & diebus a Paschate usque ad festum omnium Sanctorum, in orationibus genua non flectere, sed sese tantum inclinare.* Ad quod decretum obiter observo, aliter scivisse Episcopos Concilii Carthaginiensis 4. Can. 82. *Pœnitentes etiam diebus remissionis genua flectant.* In Juris Græco-Romani lib. 3. ubi de Luca Patriarcha, num. 9. οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες κολάζουσι τὸν ἐν τῷ τυχόντι σαββάτῳ ἢ τῇ κυριακῇ γονυκλιτοῦντα ἢ νηστεύοντα. *Apostolici Canones puniunt eum qui in quovis Sabbato, vel die Dominico genu flectit, vel jejunat.* Hoc tamen de genuflexione, videtur esse σφάλμα μνημονικόν: neque enim legitur in Canonibus Aposto-E lorum. Denique non omittam quem Codices Regii tres 912. 2381. 2419. & Codex V. Cl. Claudii Jolii continent inter alios, partim editos lib. 3. Juris Græco-Romani, partim ineditos, Canonem nondum publicatum Nicephori Confessoris & Synodi cum illo congregatæ, quod nostro proposito conducat. Sic autem habet: χρὴ χάριν ἀσπασμοῦ κλίνειν γόνυ ἐν κυριακῇ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ πεντηκοστῇ· οὐ μὲν τὰς ἐξ ἔθους γονυκλισίας ποιεῖν. Hoc est: *Oportet salutationis caussa genu flectere in die Dominico, & in tota Pentecoste: non vero sollemnes genuflexiones facere.* Lege Reginonem de Ecclesiastica Discipl. Lib. I. cap. 380. Item Nilum Ep. 92. aut Lib. III. Ep. 132. Cot.

A

Sæcul. III.
circa
Ann. Chr.
230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ξ.

Παράδειγμα πρὸς ζῆλον ἐνάγον. [1] ἡ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων μάταιος συνδρομὴ ἐπὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰς συναγωγάς.

ΠΩς δὲ οὐ πολέμιος Θεοῦ ὁ περὶ τὰ πρόσκαιρα μὲν νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν σπουδάζων, τῶν δὲ αἰωνίων ἀμελῶν; καὶ λουτρῶν μὲν καὶ προσκαίρου τροφῆς, [2] ἑκάστης μεταποιούμενος, τῶν δὲ ἀεὶ παραμόνων οὐκ ἐπιστρεφόμενος; πῶς δ' οὐχὶ καὶ νῦν ἐρεῖ τῷ τοιούτῳ ὁ κύριος· ἐδικαιώθη τὰ ἔθνη ὑπὲρ ὑμᾶς· ὥσπερ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνειδίζων ἔλεγεν· **B** Ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ. Εἰ γὰρ τὰ ἔθνη ἐξ ὕπνου αὐτῶν καθ' ἡμέραν ἀναστάντα, τρέχει ἐπὶ τὰ εἴδωλα, τοῦ λατρεύειν αὐτοῖς, καὶ πρὸ παντὸς ἔργου καὶ πάσης πράξεως πρῶτον αὐτοῖς προσεύχονται, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς, καὶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν αὐτῶν οὐκ [3] ἀφυστεροῦσιν, ἀλλὰ σχολάζουσιν· οὐχ [4] οἱ τοπικοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ πόρρωθεν οἰκοῦντες· καὶ ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῶν ὡς ἐν συναγωγῇ πάντες συνέρχονται. ὁμοίως καὶ οἱ μάτην λεγόμενοι Ἰουδαῖοι, καθ' ἓξ ἡμέρας ἀργοῦντες, [5] τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ συνίασιν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν, οὐδέποτε παραφθάνοντες ἢ παραμελοῦντες, οὔτε τῆς ἀργίας αὐτῶν, οὔτε τῆς συναγωγῆς αὐτῶν· οἱ τῆς δυνάμεως τοῦ λόγου ἐν τῇ ἀπιστίᾳ αὐτῶν κενωθέντες, προσέτι δὴ καὶ [6] οὗ ὀνόματος ἑαυτοὺς καλοῦσιν Ἰούδα· [7] Ἰούδας γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται· **C** οὗτοι δὲ οὐκ εἰσὶν ἐξομολογούμενοι Θεῷ, τὸ πάθημα τοῦ Χριστοῦ παρανόμως πεποιηκότες, ἵνα καὶ μετανοοῦντες σωθῶσιν. εἰ οὖν οἱ μὴ σωζόμενοι, ἐν οἷς οὐκ ὠφελοῦνται πυκνάζουσι· σὺ τί ἂν ἀπολογήσῃ κυρίῳ τῷ Θεῷ, ὁ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ ἀπολειπόμενος, καὶ μηδὲ τὰ ἔθνη μιμούμενος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἀπολείπεσθαι ῥαθυμῶν, ἢ ἀποστατῶν, ἢ κακοποιῶν; οἷς λέγει ὁ κύριος [8] διὰ τοῦ Ἱερεμίου· Τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐφυλάξατε, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν ἐπορεύθητε, παρ' ὀλίγον καὶ ὑπερβάλλετε αὐτούς. Καὶ πάλιν· Ἐδικαίωσε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Ἰσραὴλ ἀπὸ [9] τῆς ἀσυνθέτου Ἰούδα. Καὶ ἑξῆς· Εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν, καὶ οὗτοι οὐκ εἰσὶ θεοί· διότι διέλθετε εἰς νήσους Χεττιείμ, **D** καὶ ἴδετε, καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ νοήσατε σφόδρα, εἰ γέγονε τοιαῦτα· ὅτι ἐκεῖνα μὲν οὐκ ἀμείβουσι τὰ ἑαυτῶν νόμιμα· ὁ δὲ λαός μου, φησίν, ἠλλάξατο τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσεται. Πῶς οὖν ἀπολογήσεταί τις ὀλιγωρήσας ἢ ἐκστὰς τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ;

CAPUT LX.

Exemplum ad æmulationem inducens. Gentilium & Judæorum vanus ad delubra & Synagogas concursus.

QUO modo autem non est hostis Dei, qui rebus quidem temporariis per noctem & diem vacat, æternas vero negligit? qui quidem balnearum & cibi caduci quotidie satagit, perpetuo autem durantium curam non gerit? Et quo modo non etiam nunc dicet Dominus; Justificatæ sunt super vos Gentes; sicut exprobrans Hierosolymæ, aiebat: **B** [a] *Justificata est Sodoma ex te.* Nam si Gentiles quotidie, e somno surgentes, ad Idola properant, ut ea venerentur; & ante omne opus, omnemque actionem eis primum supplicant, atque in festis suis ac celebritatibus adeundis non negligentes sunt, sed admodum studiosi; non solum incolæ, sed etiam qui procul habitant: & in theatris suis tamquam in Synagoga omnes conveniunt. Similiter & qui abs re vocantur Judæi, post singulos quosque sex dies feriantur, septimo ad Synagogam suam conveniunt, numquam intermittentes aut negligentes, neque vacationem suam, neque suos conventus; cum tamen per incredulitatem suam sint exinaniti a virtute, tum Verbi, tum nominis *Judæ* quo se **C** nuncupant. *Judas* enim, *confessio* interpretatur: hi autem qui cædem Christi scelerate perpetrarunt, non confitentur Deo, ut & per pœnitentiam salvi fiant. Si ergo qui salutem non habent, in iis quibus nihil juvantur, frequentes adsunt; tu quid Domino Deo respondebis, qui Ecclesiam illius deseris, & ne gentes quidem imitaris, sed per desertionem tuam deses evadis, aut apostata, aut improbus? Quibus dicit Dominus per Jeremiam: *Justificationes meas non custodistis, sed neque secundum justificationes gentium ambulastis; prope & superastis eos.* Et iterum: [b] *Justificavit animam suam Israel præ prævaricatrice Juda.* Rursumque: [c] *Si mutaverint gentes deos suos; & isti non sunt dii. Idcirco transite ad insulas Chitiorum, & videte:* **D** *& in Cedar mittite, & considerate vehementer, si facta sunt hujusmodi:* quia illi quidem non commutant instituta sua; *Populus vero meus*, inquit, *mutavit gloriam suam in id ex quo nihil juvabitur.* Qua ergo ratione purgabit se, qui Ecclesiam Dei aut refugit aut neglectui habet?

a Ezech. xvi. 52. *b* Jer. III. 11. *c* Jer. II. 11. 10.

1. Η Ελλήνων &c.] In altero Cod. Vindob. horum loco legimus: *περὶ τοὺς πιστοὺς ἀπὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων ματαίας συνδρομῆς.* Quæ inscriptio melius Capiti convenit. Cler.

2. Ἑκάστης.] Addit idem Codex *ἡμέρας*, recte. Id.

3. Ἀφυστεροῦσιν.] Ἀποστεροῦσιν, alter Cod. Id.

4. Οἱ τοπικοί.] Habet idem *οἱ ἐγγὺς τοπικοί*, non male. Id.

5. Τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ συνίασιν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν.] Corrige Philonem Judæum in libro de somniis pag. 1125. sic; *μετὰ τοῦ συνήθους, σχήματος προελεύσεσθε, τὴν μὲν δεξιὰν εἴσω χεῖρα συναγαγόντες, τὴν δὲ ἑτέραν ὑπὸ τῆς ἀμπεχόνης παρὰ ταῖς λαγόσι πήξαντες, ἵνα μηδ' ἄκοντές τι τῶν εἰς τὸ σωθῆναι παράσχησθε; καὶ καθεδεῖσθε ἐν τοῖς συναγωγίοις ὑμῶν, τὸν εἰωθότα θίασον ἐγείροντες; καὶ ἀσφαλεῖς τε ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκοντες, κἂν εἴ τι μὴ τρανὲς εἴη διαπτύσσοντες, καὶ τῇ πατρίῳ φιλοσοφίᾳ διὰ μακρηγορίας ἐνδιατρίβοντές τε καὶ ἐνσχολάζοντες;* Ac verte: *An cum habitu consueto progrediemini*, (agitur de Judæis in Sabbato) *dextram quidem manum intra continentes, aliam vero sub veste ad ilia defigentes, ut neque inviti quidquam eorum quæ saluti vestræ conducant faciatis? Et residebitis in cœtibus vestris, agitantes solitos choros? Tutique legentes sacra volumina, & si quid non clarum complectantur explicantes, ac in patria philosophia longis sermonibus tempus terentes atque otium consumentes?* Male ediderunt, *διαπτύοντες*: totumque lo- **E** cum inepte interpretati sunt. Cot.

6. Οὗ] Idem *ἐξ οὗ*, melius. Cler.

7. Ἰούδας γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται.] Passim Auctores Judam de confessione & laude, confessore & laudatore interpretantur. At Clementi Alexandrino in Miscellaneo 1. p. 285. *Judas* etiam est *potens*, *δυνατός*. יד quippe significat robur ac potestatem, & ירה dejecit, quod est potentis. Cot.

8. Διὰ τοῦ Ἱερεμίου.] Turrianus legebat, aut potius legi volebat, *διὰ τοῦ εἰρημένου*. Vertit enim, *per eum qui dictus est*, ut intelligatur Ezechiel Propheta, paullo ante citatus, e cujus cap. 5. vers. 7. & cap. 16. vers. 47. factus est iste textus. Itaque Noster labitur memoria. Id.

9. Τῆς ἀσυνθέτου.] Alter Cod. *τοῦ*. Sed heic Juda *κατὰ τὴν προσωποποιίαν*, quasi mulier describitur, ut sæpe apud Jeremiam. Cler.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ξα´.

Οτι οὐχ ὅσιον προκρίνειν τὰ βιωτικὰ τῶν θείων.

ΕΙ δέ τις τὴν τῦ ἔργυ τῦ ἰδίυ πρόφασιν ἐπιφέρων, ὀλιγωρεῖ, προφασιζόμενος προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις· γινωσκέτω ὁ τοιοῦτος, ὡς αἱ τέχναι τῶν πιστῶν ἐπέργιά εἰσιν· ἔργον δὲ ἡ θεοσέβεια. τὰς οὖν τέχνας ὑμῶν ὡς ἐν παρέργῳ ποιεῖτε, εἰς διατροφὴν ὑμῶν· ἔργῳ δὲ τὴν θεοσέβειαν ἀσκεῖτε· ὡς καὶ ὁ κύριος ἔλεγεν· Εργάζεσθε, μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένυσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. Καὶ πάλιν· Τῦτο δέ ἐστι τὸ ἔργον τῦ Θεῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. Σπυδάζετε οὖν μηδέποτε τὴν ἐκκλησίαν τῦ Θεοῦ καταλιπεῖν. εἰ δέ τις ταύτην ὑπερίδοι, [1] εἰς μιαρὸν δὲ ἐθνῶν εἰσέλθοι, ἢ εἰς συναγωγὴν Ιυδαίων, ἢ αἱρετικῶν· ὁ τοιοῦτος τί ἀπολογήσεται τῷ Θεῷ, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως; λόγια Θεῦ ζῶντος καταλιπὼν, ζῶντα καὶ ζωοποιῦντα καὶ δυνάμενα ῥύσασθαι κολάσεως αἰωνίυ· καὶ πορευθεὶς εἰς οἶκον δαιμόνων, ἢ εἰς συναγωγὴν χριστοκτόνων, ἢ ἐκκλησίαν πονηρευομένων· ὐκ ἀκύσας τῦ εἰπόντος· Εμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, καὶ μετὰ παρανομύντων ὐ μὴ εἰσέλθω· ὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ μετὰ ἀσεβῶν ὐ μὴ καθίσω. Καὶ πάλιν· Μακάριος ἀνὴρ, ὃς ὐκ ἐπορεύθη ἐν βυλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν ὐκ ἔστη, καὶ [2] ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν ὐκ ἐκάθισεν· ἀλλ᾽ ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίυ τὸ θέλημα αὐτῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Σὺ δὲ καταλιπὼν τῶν πιστῶν τὸ συνάθροισμα, τῦ Θεῦ τὴν ἐκκλησίαν, τὺς ἐκείνυ νόμυς, ἐπιβλέπεις ἐπὶ τὰ σπήλαια τῶν λῃστῶν, ἅγια ἡγούμενος ἃ ἐκεῖνος βέβηλα ἀπεκάλεσε, καὶ κοινοποιῶν ἃ ἐκεῖνος ἀπεχώρισε· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ πομπαῖς Ελλήνων συντρέχεις, καὶ ἐπὶ τὰ θέατρα ἐπείγῃ, ἐπιθυμήσας εἷς τῶν εἰσπορευομένων ἐκεῖ λογισθῆναι, καὶ μετασχεῖν ἀκροαμάτων ἀπρεπῶν, ἵνα μὴ λέγωμεν μυσαρῶν· μὴ ἀκύσας τῦ Ιερεμίυ λέγοντος· Κύριε ὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων, ἀλλ᾽ εὐλαβύμην ἀπὸ προσώπυ χειρός συ· καὶ τῦ Ιωβ φάσκοντος τὰ ὅμοια· Εἰ δὲ καὶ μετὰ γελοιαστῶν ἐπορεύθην ποτέ· ἵσταμαι γὰρ ἐν ζυγῷ δικαίῳ. Τί δὲ βούλῃ μετασχεῖν τῶν Ελληνικῶν λόγων, ὄντων νεκρῶν ἀνθρώπων ἐξ ἐπινοίας διαβόλου ἀποφανθέντων νεκροποιὰ, καὶ πίστεως ἀνατρεπτικὰ, καὶ πρὸς πολυθείαν ἀπάγοντα τὺς προσανέχοντας αὐτοῖς; ὑμεῖς ὖν σχολάζοντες τοῖς τῦ Θεῦ νόμοις, καὶ τῶν βιωτικῶν χρειῶν τύτυς ἡγεῖσθε τιμιωτέρυς· καὶ πλείονα τιμὴν νέμοντες αὐτοῖς,

CAPUT LXI.

Quod non sit fas anteponere sæcularia divinis.

SI quis autem allato prætextu operis sui, minimum de Ecclesia laborat, [a] *excusans excusationes in peccatis*; sciat is, quod artes sint fidelium operæ subsecivæ; pietas vero opus. Artes ergo vestras tamquam subsecundarium opus, ad victum parandum colite; at pietatem tamquam primarium exercete; sicut Dominus aiebat: [b] *Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.* Et adhuc: *Hoc autem est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* Igitur studete ne umquam Ecclesiam Dei deseratis. Quod si quis eam despexerit, & in Gentilium profanum ac impurum fanum intraverit, aut in Synagogam Judæorum, vel Hæreticorum; is quam in die judicii Deo afferet defensionem? cum dereliquerit Dei viventis oracula, vitam & habentia & communicantia, quæque ab æterno supplicio possunt liberare; & ad ædem dæmonum, aut ad Synagogam Christicidarum, aut ad Ecclesiam malignantium se contulerit; non audito eo qui dicit: [c] *Odio habui ecclesiam malignantium; & cum iniqua gerentibus non introibo: non sedi cum concilio vanitatis, & cum impiis non sedebo.* Et iterum: [d] *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum; & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentium non sedit: sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Tu vero relinquens fidelium cœtum, Ecclesiam Dei, & leges divinas, respicis ad speluncas latronum; sancta ducis quæ ille profana vocavit, & communia facis quæ ille discrevit: neque id solum designas, sed & jam ad pompas Gentilium concurris, & ad theatra properas, cupisque unus eo accedentium reputari, nec non particeps fieri indecorarum recitationum, ne dicamus abominandarum; nec auscultas Jeremiæ dicenti: [e] *Domine, non sedi in consessu eorum ludentium; sed metuebam a facie manus tuæ*: neque Jobo paria loquenti: [f] *Si vero incessi cum scurris umquam: appendebar enim in statera justa.* Quid vero vis tecum communicari Gentilium litteras, quæ sunt hominum mortuorum, diaboli instinctu tradentium dogmata mortifera, fidem subvertentia; & ad errorem multitudinis deorum, in illas intentos abducentia? Vos itaque Dei legibus vacantes, has putate præstantiores usibus vitæ; & plus eis hono-

a Psal. CIV. 4. *b* Joan. VI. 27. 29. *c* Psal. XXV. 5. 4. *d* Psal. I. 1. *e* Jer. XV. 17. *f* Job XXXI. V.

1. Εἰς μιαρὸν δὲ ἐθνῶν εἰσέλθοι.] 1. Corinth. VIII. 10. *Si enim quis viderit eum qui habet scientiam, in Idolio recumbentem.* In Zonara ad Canonem 7. Ancyrani Concilii; εἰ δέ τινες ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ συνεστιάθησαν ἐθνικοῖς ἐν (lege cum libris Regiis καὶ) ἐπικοις ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἐν εἰδωλείῳ τυχὸν, ἢ ἄλλῳ τόπῳ εἰς τελετὰς αὐτοῖς τελυμένας ἀνειμένῳ. Scilicet multi e Christianis, partim curiosi animi vitio, partim noxiæ voluptatis aviditate, partim persecutionis metu, in templa Ethnicorum ingrediebantur, festisque eorum & spectaculis intererant. Unde frequentes Antiquorum querelæ ac censuræ. Unde etiam de Ægyptiis scribitur ab Hadriano Imperatore apud Vopiscum in vita Saturnini; *Qui Serapin colunt, Christiani sunt: & devoti sunt Serapi, qui se Christi Episcopos dicunt*, &c. Verum meliores Christiani omnia ejusmodi penitus vitabant & aversabantur. *Nec templa circumitis*, ait Tertullianus II. de cultu feminarum 11. *nec spectacula postulatis, nec festos dies Gentilium nostis.* Quin etiam in Severo negat S. Martinus se Gentilis domum adire posse. De voce autem μιαρὸν videto quod notavi ad caput 9. S. Barnabæ. Omitterem porro cum aliis testimoniis locum S. Irenæi lib. 1. cap. 1. nisi vetus illius Interpres aurem velleret, exigeretque opellam meam. Etenim Græcis apud Epiphanium Hæresi 31. cap. 21. καὶ ἐπὶ πᾶσαν ἑορτάσιμον τῶν ἐθνῶν τέρψιν εἰς τιμὴν τῶν εἰδώλων γινομένην πρῶτοι συνίασιν, ὡς μηδὲ τῆς παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις μεμισημένης τῆς τῶν θηριομάχων καὶ μονομαχίας ἀνδροφόνυ θέας ἀπέχεσθαι ἐνίυς αὐτῶν. His, inquam, Græcis non respondent Latina librorum impressorum; *Et in omnem diem festum Ethnicorum pro voluntate in honore Idolorum factum primi conveniunt*, Valentiniani; *uti in nihilo quidem abstineant, quod est apud Deum & apud homines odiosum muneris homicidiale spectaculum.* Itaque quo respondeant, sensumque probum obtineant, *voluntate* mutari debet in *voluptate*, quæ τέρψις Græce dicitur; & post *abstineant* addendum est, *ab eo*. Nihil certius. COT.

2. Επὶ καθέδραν λοιμῶν.] Post multos, λοιμῶν adjective, non substantive accepi. Apposite vero ad Constitutoris mentem Philastrius cap. 79. partis tertiæ, exponit verba Davidis, hunc in modum: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum; id est Paganorum: & in via peccatorum non stetit; quippe Judæorum: & in cathedra pestilentiæ non sedit; utique Hæreticorum.* ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

συντρέχετε εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου· ἣν περιεποιήσατο τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἠγαπημένου, τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως. αὕτη γὰρ θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ ὑψίστου, ἡ ὠδινήσασα ὑμᾶς διὰ τοῦ λόγου τῆς χάριτος, καὶ μορφώσασα ἐν ἡμῖν τὸν Χριστόν· οὗ μέτοχοι γενόμενοι, ἱερὰ μέλη ἐστέ, καὶ ἐκλεκτά, μὴ ἔχοντα σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ᾽ ἅγιοι καὶ ἄμωμοι ἐν πίστει τετελειωμένοι ἐστὲ ἐν αὐτῷ, κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ὑμᾶς Θεοῦ.

A ris impertientes, ad Eccleſiam Dei concurrite, quam [a] acquiſivit ſanguine Chriſti, dilecti, & [b] primogeniti omnium creaturarum. Hæc enim eſt filia Altiſſimi, quæ vos per verbum gratiæ parturivit, & formavit in nobis Chriſtum; cujus participes facti, ſacra membra eſtis, & electa, [c] non habentia maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi; ſed velut ſancti & immaculati in fide perfecti eſtis in ipſo, ſecundum imaginem Dei, creatoris veſtri.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ξβ'.

Ὅτι πάντα τὰ Ἑλλήνων ἀσεβήματα ἀποστρέφεσθαι χρή.

Φυλάσσεσθε οὖν τοῦ μὴ συσχολάζειν τοῖς ἀπολλυμένοις, ὅ ἐστι συναγωγὴ ἐθνῶν, εἰς ἀπάτην καὶ ἀπώλειαν. οὐδεμία γὰρ κοινωνία Θεῷ πρὸς διάβολον, ὁ γὰρ συναθροιζόμενος μετὰ τῶν τὰ διαβόλου φρονούντων, εἷς ἐξ αὐτῶν λογισθήσεται, καὶ τὸ οὐαὶ κληρονομήσει. φεύγετε δὴ καὶ τὰ ἀπρεπῆ τῶν θεαμάτων· τὰ θέατρα φημι, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς πομπάς, ἐπαοιδάς, κληδόνας, μαντείας, καθαρμούς, οἰωνισμούς, ὀρνιθοσκοπίας, νεκρομαντείας, ἐπιφωνήσεις· ὅτι γέγραπται· Οὐ γὰρ ἔστιν οἰωνισμὸς ἐν Ἰακώβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν· [1] Οἰώνισμα ἁμαρτία ἐστί. Καὶ ἀλλαχοῦ· Οὐκ οἰωνιεῖσθε, καὶ κληδόσι καὶ μαντείαις καὶ ἐγγαστριμύθοις οὐκ ἐπακολουθήσετε, φαρμακοὺς οὐ περιποιήσετε. Διὸ παραινεῖ καὶ ὁ Ἱερεμίας, λέγων· Κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν μὴ πορεύεσθε· καὶ ἀπὸ τῶν σημείων οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε. Διόπερ χρὴ τὸν πιστὸν φεύγειν τὰς συνόδους τῶν ἀσεβῶν, Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων καὶ τῶν λοιπῶν αἱρετικῶν· ἵνα μὴ τῷ συσχολάζειν αὐτοῖς, παγίδας λάβωμεν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς· ὅπως μὴ συναστρεφόμενοι ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, αἵτινες ἐπὶ τιμῇ τῶν δαιμόνων ἐπιτελοῦνται, κοινωνήσωμεν αὐτοῖς καὶ τῆς ἀσεβείας. φευκταῖαι δὲ αὐτῶν καὶ αἱ πανηγύρες, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἐπιτελούμενα. πιστὸν γὰρ ἐν πανηγύρει οὐ χρὴ παραβάλλειν, πλεῖον τοῦ [2] σωμάτιον πρίασθαι, καὶ ψυχὴν περιποιήσασθαι, καὶ ἕτερά τινα συνωνήσασθαι τῶν πρὸς σύστασιν ἁρμοζόντων. ἀπέχεσθε οὖν πάσης τῆς τῶν εἰδώλων πομπῆς, φαντασίας, πανηγύρεως, συμποσίων, μονομαχίας, καὶ πάσης θέας δαιμονικῆς.

C A P U T LXII.

Quod oporteat omnes Gentilium impietates averſari.

B

Cavete igitur ne cum perditis hominibus ferias celebretis, quod eſt ſynagoga Gentium, in fraudem & interitum. Nulla [d] quippe ſocietas Deo ad diabolum. Nam qui cum diaboli doctrinam tenentibus congregatur, unus ex ipſis computabitur, & Væ in hereditatem accipiet. Fugite etiam obſcena ſpectacula; theatra dico, & Gentilium celebritates, incantationes, omina, vaticinia, expiationes, auguria, auſpicia, evocationes mortuorum, invocationes; quia ſcriptum reperitur: [e] *Non eſt enim auguratio apud Jacob, neque divinatio apud Iſrael*. Et rurſus: [f] *Augurium, peccatum eſt*. Et alio in loco: [g] *Non augurabimini; & divi-* C *nationes, vaticinia & ventriloquos non ſequemini; magos non habebitis*. Quocirca & Jeremias admonet, dicens: [h] *Juxta vias Gentium nolite incedere; & a ſignis cœli nolite metuere*. Quapropter oportet fidelem declinare a conventibus impiorum, Gentilium & Judæorum & reliquorum Hæreticorum; ne cum eis feriando, animabus noſtris laqueos comparemus; neve feſta eorum quæ in dæmonum honorem peraguntur, una concelebrando, ipſorum quoque impietatis efficiamur participes. Fugiendi etiam ſunt Ethnicorum ſolennes mercatus, & quæ in iis ludicra fiunt. Fidelis enim ad nundinas accedere non debet, niſi ad mancipiolum emendum, acquirendamque animam, & ad quæ- D dam alia humanæ neceſſitati accommoda coemenda. Abſtinete ergo omni Idolorum pompa, oſtentatione, publico conventu, conviviis, gladiatoriis muneribus, univerſo denique ſpectaculo dæmoniaco.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ξγ'.

[3] Ὅτι ἀργὸν οὐ χρὴ ἐσθίειν τινὰ τῶν πιστῶν· [4] ὡς οἱ περὶ Πέτρον [5] ἁλιεῖς, καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, [6] οἱ δὲ περὶ Παῦλον καὶ Ἀκύλαν σκηνοποιοί, οἱ δὲ περὶ Ἰούδαν Ἰακώβου γῆς ἐργάται.

Οἱ δὲ νεώτεροι τῆς ἐκκλησίας, ἐν πάσαις ταῖς χρείαις ἀόκνως λειτουργεῖν σπουδάζετε· μετὰ

C A P U T LXIII.

Quod inter fideles qui otioſus fuerit, non debeat comedere: Petrus enim fuit piſcator, & reliqui Apoſtoli; Paullus autem & Aquila tabernaculorum artifices; Judas vero Jacobi, agricola.

At vos, Eccleſiæ juventus, ſtudete, in omnibus uſibus ac neceſſitatibus impigre miniſtra-

a Act. xx. 28. *b* Coloſſ. I. 15. *c* Epheſ. v. 27. *d* II. Cor. vi. 14. *e* Num. xxiii. 23. *f* I. Reg. xv. 23. in LXX. *g* Levit. xix. 26. Deut. xviii. 10. *h* Jer. x. 2.

1. *Οἰώνισμα ἁμαρτία ἐστί.*] In hoc Scripturæ textu librarii Luciferi Calaritani non putantes vocem *ominatio* locum habere poſſe, eam inepte mutaverunt, poſueruntque, *Peccatum abominatio eſt*. libro de Regibus Apoſtaticis pag. 162. Cot.

2. *Σωμάτιον.*] *Græci*, dicitur a S. Auguſtino libro Locutionis de Geneſi, ad cap. 34. *σωμάτια ſervos appellant uſitatiſſima locutione*. Inter varia autem teſtimonia, quæ ad explicandam hanc *σώματος* & *σωματίου* acceptionem proferunt Grammaticorum & Criticorum filii, duo ſunt Epiphanii in Ancorato depravata leviter, facilia correctu, nondum tamen (quod ſciam) emendata. Alterum cap. 59. *καὶ ἡ συνήθεια τοὺς δούλους σώματα εἴωθε καλεῖν, δεσπότης, φησίν, ἑκατὸν σωμάτων, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς ἐχόντων. ἐπειδὴ δὲ δεσποτεία τῶν ἀνθρώπων. σωμάτων κυριεύει, ἀλλ᾽ οὐ* E *ψυχῶν, διὰ τοῦτο τοὺς δούλους ἀλόγως σώματα ἐκάλεσαν, σὺν ψυχῇ, ἵνα δείξῃ τὴν χρῆσιν τῶν σωμάτων*. Conſtructionis leges poſtulant, *ἐκάλεσεν*. Alterum cap. 78. *καὶ πάλιν εἴωθεν ἡ ἀνθρωπότης καλεῖν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ὀνόματος*, (repono *σώματος*,) *ὅτι δεσπότης ἐστὶν ὀγδοήκοντα σωμάτων, οὐ πάντως ἄνευ ψυχῶν*. Cot.

3. *Ὅτι ἀργὸν* &c.] Eſt in altero: *ἱστορεῖ Ἡγήσιππος καὶ Τερτυλλιανὸς ὁ Ῥωμαῖος*; quaſi quæ habentur heic de Apoſtolis, petita eſſent ab *Hegeſippo*, & *Tertulliano*: quod verumne ſit, inquirere non vacat. Cler.

4. *Ὡς οἱ.*] Alter Cod. *ὡς οὐδὲ οἱ*, ut & poſtea pro *οἱ δὲ*, *οὐδὲ οἱ*, ſententia revera negationem poſtulat. Id.

5. *Ἁλιεῖς.*] Omittitur in altero, ac ſane reliqui Apoſtoli non erant piſcatores. Id.

6. *Οἱ δέ.*] *Οἱ μὲν γὰρ ἦσαν σκηνοποιοί, οἱ δὲ γῆς ἐργάται*, habet alter Codex. Idem.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

πάσης σεμνότητος τοῖς ἔργοις ὑμῶν σχολάζετε, ὅπως ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ὑμῶν ἦτε ἐπαρκοῦντες καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς πενομένοις, πρὸς τὸ μὴ ἐπιβαρεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν. [1] καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς σχολάζοντες τῷ λόγῳ τοῦ εὐαγγελίου, ὅμως καὶ τῶν ἐπεργιῶν οὐκ ἀμελοῦμεν· οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἐξ ἡμῶν ἁλιεῖς, οἱ δὲ σκηνοποιοὶ, οἱ δὲ γῆς ἐργάται, πρὸς τὸ μηδέποτε ἡμᾶς ἀργοὺς εἶναι. λέγει δέ που καὶ ὁ Σολομών· Ἴσθι πρὸς τὸν μύρμηκα, ὦ ὀκνηρὲ, καὶ ζήλωσον ἰδὼν τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ γενοῦ ἐκείνου σοφώτερος. ἐκείνῳ γὰρ γεωργίου μὴ ὑπάρχοντος, οὐδὲ τὸν ἀναγκάζοντα ἔχων, οὐδὲ ὑπὸ δεσπότην ὤν· ἑτοιμάζεται θέρους τὴν τροφὴν, πολλήν τε ἐν τῷ ἀμητῷ ποιεῖται τὴν παράθεσιν. ἢ πορεύθητι πρὸς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτης ἐστί· τήν τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ἐμπορεύεται· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται πρὸς ὑγείαν προσφέρονται· ποθεινὴ δέ ἐστι καὶ [2] ἐπίδοξος· [3] ὥσπερ οὖσα τῇ ῥώμῃ ἀσθενὴς, τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη. Καὶ ἑξῆς· Ἕως πότε, ὀκνηρὲ, κατάκεισαι, πότε δὲ ἐξ ὕπνου ἐγερθήσῃ; ὀλίγον μὲν ὑπνοῖς, ὀλίγον δὲ κάθησαι, μικρὸν δὲ νυστάζεις, ὀλίγον δὲ ἐναγκαλίζῃ χερσὶ στήθη· εἶτα παραγίνεταί σοι ὥσπερ κακὸς ὁδοιπόρος ἡ πενία, καὶ ἡ ἔνδεια ὥσπερ ἀγαθὸς δρομεύς. ἐὰν δὲ ἄοκνος ᾖς, ἥξει ὥσπερ πηγὴ ὁ ἀμητός σου, καὶ ἡ ἔνδεια ὥσπερ κακὸς ἀνὴρ ἀπαυτομολήσει. Καὶ πάλιν· Ὁ ἐργαζόμενος τὴν ἑαυτοῦ γῆν, πλησθήσεται ἄρτων. Καὶ ἐν ἄλλοις φησίν· Ὁ ἀργὸς περιέλαβε τὰς χεῖρας ἑαυτοῦ, καὶ ἔφαγε τὰς σάρκας αὐτοῦ. Καὶ ἑξῆς· Κρύψας ὀκνηρὸς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, οὐ δυνήσεται ἀπενεγκεῖν εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ. Καὶ πάλιν· Δι' ἀργίαν χειρῶν ταπεινωθήσεται ἡ δόκωσις. Ἐργάζεσθε οὖν ἐνδελεχῶς· ἀθεράπευτος γάρ ἐστιν ἀργοῦ μῶμος. εἰ δέ τις μὴ ἐργάζεται, οὗτος παρ' ὑμῖν μὴ ἐσθιέτω. ἀργοὺς γὰρ μισεῖ καὶ ὁ κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἀργὸς γὰρ εἶναι οὐκ ὀφείλει οὐδεὶς τῶν Θεῷ προσανεχόντων.

A re: operibus vestris cum omni sanctimonia vacate, ut per universum tempus vestrum, cum vobis, tum egentibus sufficienter provideatis, ne Ecclesiam Dei gravetis. Nam nos quoque, licet Evangelii verbo operam demus, non tamen subcesiva opera negligimus: alii enim ex nobis piscatores sunt, alii tentoriorum opifices, alii agricolæ; ut numquam otiosi simus. Ait autem & Salomon: [a] *Vade ad formicam, o piger, & æmulare videns vias ejus, & esto illa sapientior. Nam cum illi non sit agellus, neque habeat qui cogat, neque sub domino sit; parat æstate cibum, & multam in messe facit apparationem. Aut vade ad apem, & disce quo modo operaria est, & opus suum quam probum* B *negotiatur: cujus labores, reges & privati ad sanitatem sumunt: est autem desiderabilis & clara; & cum sit viribus infirma, sapientiam honorans evecta est.* Et in consequentibus: [b] *Usquequo piger jaces? quando autem e somno excitaberis? Paullum quidem dormis, paullum autem sedes, parum autem dormitas, paullum autem amplecteris manibus pectora: deinde advenit tibi tamquam malus viator paupertas, & egestas tamquam bonus cursor. Si vero impiger fueris, veniet ut fons messis tua, & egestas quasi malus vir aufugiet.* Et iterum: [c] *Qui operatur terram suam, replebitur panibus.* Et alio in loco ait: [d] *Otiosus complexus est manus suas, & comedit carnes suas.* Et præterea: C [e] *Piger qui abscondit manum suam, non poterit eam deferre ad os suum.* Et adhuc: [f] *Propter segnitiem manuum, inclinabitur contignatio.* Igitur operamini assidue: irreparabilis enim est pigri infamia. [g] Si quis autem non operatur, apud vos is non manducet. Otiosos enim odio prosequitur Dominus Deus noster; nec segnis esse debet quisquam eorum qui Deum colunt.

a Prov. VI. 6-8. apud LXX. *b* Ibid. ℣. 9-11. *c* Prov. XII. 11. *d* Eccle. IV. 5. *e* Prov. XIX. 24. *f* Eccle. X. 18. *g* II. Thess. III. 10.

1. *Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς* &c.] Itaque ab alia manu est titulus; potissimum ut concipitur in editione Boviana; *Quod non oportet otiosum comedere; sicuti Petrus piscator, & alii Apostoli; Paullus vero & Aquila scenas faciebant, Judas & Jacobus agricolæ erant. Narrat Hegesippus & Tertullianus Romanus*, hoc est, *Latinus*. Solum duo dicit Constitutor. Primum, Apostolos inter evangelizandum artes suas exercuisse. Id vero innuitur quoque a S. Hieronymo Epist. 4. ad Rusticum his verbis: *Apostoli habentes potestatem de Evangelio vivere, laborabant manibus suis, ne quem gravarent; & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia.* Et a S. Isidoro in Regula sua, sic: *Siquidem & Petrus princeps Apostolorum piscatoris gessit officium; & omnes Apostoli corporale opus faciebant, unde vitam corporis sustentabant.* Contra ex B. Augustini sententia, libro de opere Monachorum cap. 20. ceteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas manibus non operabantur, sed Paullus dumtaxat & Barnabas, 1. Corinth. IX. 4. &c. Alterum quod dicit Constitutor est, ex Apostolis opificibus exstitisse alios piscatores, alios fabricatores tabernaculorum, alios agricolas. Et quidem piscatoriam exercebant Petrus & Andreas, & filii Zebedæi Jacobus & Joannes, uti patet per Matthæi caput 4. Marci 1. & Lucæ 5. perque plurima Patrum testimonia, inque iis Origenis Homilia 17. in Numeros. Quamquam idem Adamantius tomo 1. in Celsum pag. 48. August. edit. videtur Jacobum & Joannem nautas facere, Petrum & Andream piscatores. Verum eo loci D magis ex mente Celsi sermonem instituit, quam ex sua. Etenim paullo post, pag. 49. cum aliis Ecclesiæ Doctoribus Apostolos dividit in piscatores & publicanos. In Chronico Hippolyti Thebani, & in Nicephoro lib. 2. c. 3. Zebedæus *ἰδιοναύκληρος* est, *navim propriam habens*. Jam vero Paullus & Aquila Actorum XVIII. 3. nuncupantur *σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην*: & nomen *σκηνοτόμου* tribuitur Paullo, per Theodoritum Quæstione 16. in Judices. De Juda autem Jacobi, agricola, seu (ut Bovius) Juda & Jacobo agricolis, nihil succurrit quo rem confirmem. Tantum memini hæc generalia me legere in Conciliis, scripta a Synodo Mediolanensi anni 679. ad Constantinum Pogonatum Imperatorem: *Nam si relegas*, (al. *recolas*) *insignissime Imperator, non cum Dialecticis, non cum Rhetoricis, non cum Grammaticis, sed cum ruricolis & piscatoribus, Dominus posuit rationem, & his tradidit sui secreta consilii, quos & principes ordinavit, quibus ligandi solvendique tribuit potestatem.* Immo Ms. Codex 1007. Bibliothecæ Regiæ, qui complectitur quatuor Evangelia, contrarium docet in observatione subjuncta Evangelio Matthæi. Integram illam adnotationem de duodecim Apostolis adducere ac interpretari minime E gravabor. — Infra in Appendice Constitutionibus subjecta, num. II.

2. Ἐπίδοξος] Al. ἐπίδωρος. Id.

3. Ὥσπερ] Al. καίπερ. Id. — Sic alter codex Vindob. Cler.

A

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τοῦ τρίτου βιβλίου.

* *

CAPITA

libri tertii.

* *

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

[1] περὶ χηρῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄.

ΧΗρας [a] δὲ καθιςᾶτε μὴ ἔλαττον ἐτῶν τῶν ἑξήκοντα, ἵνα τρόπῳ τινὶ τὸ τῆς διγαμίας αὐτῶν ἀνύποπτον βέβαιον ὑμῖν, διὰ τῆς ἡλικίας, ὑπάρχῃ. εἰ δὲ νεωτέραν καταστήσητε εἰς τὸ χηρικὸν, καὶ μὴ φέρουσα τὴν ἐν νεότητι χηρείαν, γαμηθῇ· ἀπρέπειαν ἐμποιήσει τῇ δόξῃ τοῦ χηρικοῦ, καὶ λόγον ὑφέξει τῷ Θεῷ· οὐχ ὅτι δευτέρῳ γάμῳ συνήφθη, ἀλλ᾽ ὅτι τὴν ἑαυτῆς ἐπαγγελίαν οὐκ ἐφύλαξε, καταστρηνιάσασα τοῦ Χριστοῦ· διότι μετὰ πίστεως καὶ φόβου Θεοῦ οὐκ ἦλθε φυλάξαι τὴν ἐπαγγελίαν. διὸ χρὴ μὴ προπετῶς ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγγελίαν, ἀλλὰ μετὰ ἀσφαλείας· κρεῖσσον γάρ αὐτῇ ἐςι μὴ εὔξασθαι, ἢ εὔξασθαι, καὶ μὴ ἀποδοῦναι. εἰ δέ τις νεωτέρα ὀλίγον χρόνον σὺν τῷ ἀνδρὶ ποιήσασα, καὶ ἀποβαλοῦσα αὐτὸν διὰ τελευτῆς, [3] ἢ δι᾽ ἀφορμῆς τινος ἑτέρας, καὶ μείνῃ ἐφ᾽ ἑαυτῆς, δῶρον ἔχουσα χηρείας, μακαρία εὑρεθήσεται, ὁμοιωθεῖσα τῇ [4] ἐν Σαρεφθοῖς Σιδωνίᾳ χήρᾳ, πρὸς ἣν ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ προφήτης Ηλίας ἐξενώθη· ἡ τοιαύτη ἐξομοιωθήσεται Αννῃ τῇ θυγατρὶ Φανουὴλ τῇ ἐκ φυλῆς Ασὴρ, ἣ οὐκ ἀφίστατο τοῦ ἱεροῦ, νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν προσμένουσα ταῖς δεήσεσι, καὶ ταῖς προσευχαῖς, οὖσα μὲν ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ζήσασα δὲ μετὰ ἀνδρὸς ἐκ τῆς παρθενίας αὐτῆς ἔτη ἑπτὰ, καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ δοξάσασα παρουσίαν ἀνθωμολογεῖτο τῷ κυρίῳ, καὶ ἐλάλει περὶ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς προσδοκῶσι λύτρωσιν ἐν Ισραήλ. ἡ τοιαύτη μαρτύριον λαβοῦσα τιμηθήσεται, κλέος ἔχουσα καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἐπὶ γῆς, καὶ παρὰ Θεῷ ἐν οὐρανοῖς τὸν αἰώνιον ἔπαινον.

LIBER TERTIUS.

De Viduis.

CAPUT PRIMUM.

A VIDUAS autem constituite [a] non minores annis sexaginta, ut quodammodo propter grandævitatem certi sitis ac nulla suspicio sit, eas secundum matrimonium contracturas. Quod si juniorem in Viduatu constitueritis, eaque non ferens viduitatem in juventute, nupserit, ignominiam afferet glorioso Viduarum gradui, atque rationem Deo reddet; non quod secundis nuptiis copulata sit, sed quod professionem suam non servarit, [b] luxuriata adversus Christum: quia cum fide ac Dei timore non venit ad tenendum promissum. Ideo non oportet temere ac præcipitanter promissionem facere, sed caute & considerate: [c] melius namque est ei, non vovere, quam vovere, & non reddere. Si autem aliqua B adolescentior, post exiguum tempus cum viro transactum, amisso eo per mortem aut per aliquem alium casum, manserit apud se singularis, habens donum viduitatis; beata censebitur; similis [d] viduæ Sarephthis Sidoniorum commoranti, ad quam sanctus Dei Propheta Elias divertit: similis quoque [e] Annæ Phanuelis filiæ, de tribu Aseris, quæ a templo non recedebat, nocte ac die perseverans in obsecrationibus & precibus, annos nata octoginta quatuor; quæque vixerat cum viro suo, a virginitate sua annis septem; & Christi adventum magnificans confitebatur Domino, ac loquebatur de illo omnibus qui exspectabant redemtionem in Israele. Talis vidua, testimonio accepto honorabitur; & C cum in terra ab hominibus gloriam, tum in cælis a Deo laudem immortalem consequetur.

a I. Tim. v. *9.* *b* Ibid. ℣. 11. *c* Eccle. v. 4. *d* III. Reg. XVII. *9.* *e* Luc. II. 36.

1. Περὶ χηρῶν.] In altero Cod. legere est: *ἐν ᾧ περὶ χηρῶν καὶ ὁποῖαί εἰσιν ἀληθῶς καὶ ὄντως χῆραι.* Cler.

2. Χήρας δὲ καθιςᾶτε.] Late patet Viduarum nomen. Significat cunctas marito superstites. Significat pauperculas, post viri obitum eleemosynis Ecclesiæ indigentes. Significat Deo sacratas, perpetuam professas viduitatem. Significat demum in ministerio Ecclesiastico constitutas, sive Diaconissas. Ultimarum gradum & dignitatem Constitutio heic *τὸ χηρικὸν* videtur appellare: vocabulo quo utitur Oecumenius ad 1. Tim. v. 9. *φασὶ*, inquit, *τὰς εἰς τὸ χηρικὸν τεταγμένας λέγειν.* In Clementinis Homil. 11. cap. ult. *καὶ χηρικὰ συνεστήσατο.* Hoc est, interprete Rufino, Recognit. lib. 6. cap. ult. *Instituit etiam Ordinem Viduarum.* Latini Viduatum dixere. Tertullianus de velandis virginibus cap. 9. *Plane scio alicubi virginem in Viduatu ab annis nondum viginti collocatam.* Hæ Viduæ salutari jubentur ab Ignatio in Epistola ad Smyrnæos. A Clemente Alexandrino Pædagogi III. cap. 12. p. 264. inter personas electas collocantur una cum Presbyteris, Episcopis, & Diaconis. A Tertulliano I. ad uxorem 7. de præscriptione Hæreticorum 3. de Monogamia 11. iisdem Ecclesiasticis hominibus junguntur. Ab Origene Homil. 6. in Esaiam dicuntur in Ecclesiastico honore constitutæ: Hom. 17. in Lucam, in Ecclesiastica dignitate, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi: tom. 32. in Joannem p. 390. *εἰς ἐκκλησιαστικὴν τιμήν.* Ab aliis simili modo agnoscuntur, Pseudo-Hieronymo ad 1. Tim. III. 11. & V. 9. 11. Patribus Concilii Epaonensis in can. 21. & fabricatore canonis 74. eo- D rum qui Concilio Nicæno tribuuntur, ac ex Arabico versi sunt. Ut taceam Leges 27. & 28. Cod. Theod. tit. de Episcopis & Clericis. Itaque vult Constitutor noster, secutus Apostolum 1. Tim. v. 9. ut viduæ annum sexagesimum attigerint: ut unicum habuerint conjugem: utque renuntiarint secundis nuptiis. Sed eam ordinationem ætas posterior abrogavit; sexagenarias nondum, atque etiam virgines, aut in primo matrimonio continenter viventes, ad Diaconissarum numerum referendo, tandemque tollendo totum id muneris & honoris. Falluntur Zonaras, Balsamon, & Blastares, qui ut concilient cum Paulli Apostoli decreto Canones Chalcedonensem 15. & Trullanos 14. 40. affirmant præscribi viduis Diaconissis annos ætatis sexaginta, virginibus autem Diaconissis quadraginta: cum Canones memorati generales sint, aperteque postremo citatus immutationem disciplinæ doceat: quæ constat etiam aliunde; ex Sozomeno lib. 8. cap. 9. atque ex Novellis Justiniani. Cot.

3. Η δι᾽ ἀφορμῆς τινος ἑτέρας.] Notavi ad Hermæ Pastorem, in Mandati 4. caput 1. Id.

4. Εν Σαρεφθοῖς.] Varie scriptum invenies. *Sarapta. Saraphtha. Sarephta. Sarephtha. Sarepta. Seraphtha. Σάρεφθα. Σαρεφθά. Σάρεπτα. Σαράφθα. Σαραφθά. Σάρεπτα. Σαρέπτα. Σαρεπτά. Σερεφθά.* Atque ejus civitatis mulier a Græcis appellatur *Σαρεπτία. Σαρεφθινή*, & *Σαρεφθία.* Pro quo ultimo media syllaba perperam omissa legitur in Athanasianis Operibus tom. 2. edit. Paris. p. 434. C. *Σαφθία.* Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Ὅτι παραιτητέον καθιστᾷν νεωτέρας χήρας, διὰ τὸ ὕποπτον.

A Αἱ δὲ νεώτεραι χῆραι εἰς χηρικὸν μὲν μὴ ἐντασσέσθωσαν, μήποτε προφάσει τοῦ μὴ δύνασθαι κρατεῖν τῆς ἀκμῆς, ἐπὶ δευτερογαμίαν ἐλθοῦσαι, ἐν πράγματι γένωνται. ἐπικουρείσθωσαν δὲ καὶ βοηθείσθωσαν, ἵνα μὴ προφάσει τοῦ λείπεσθαι, ἐπὶ δευτερογαμίαν ἐλθοῦσαι, ἐν πράγματι ἀπρεπεῖ ἐνσχεθῶσι. [1] καὶ τοῦτο γὰρ εἰδέναι ὀφείλετε, ὅτι μονογαμία μὲν κατὰ νόμον γινομένη, δικαία, ὡς ἂν κατὰ γνώμην Θεοῦ ὑπάρχουσα· διγαμία δὲ μετὰ ἐπαγγελίαν, παράνομον, οὐ διὰ τὴν συνάφειαν, ἀλλὰ διὰ τὸ ψεῦδος· τριγαμία δὲ, ἀκρασίας σημεῖον· τὸ δ' ὑπὲρ τὴν τριγαμίαν, προφανὴς πορνεία, καὶ ἀσέλγεια ἀναμφίβολος. ὁ γὰρ Θεὸς μίαν γυναῖκα ἑνὶ ἀνδρὶ δέδωκεν ἐν τῇ δημιουργίᾳ· Ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. B Νεωτέραις δὲ μετὰ τὴν τοῦ πρώτου τελευτὴν συγκεχωρήσθω καὶ ὁ δεύτερος, ἵνα μὴ εἰς κρίμα τοῦ διαβόλου ἐμπέσωσι, καὶ παγίδας πολλὰς, καὶ ἐπιθυμίας ἀνοήτους, καὶ ἐπιζημίους ψυχαῖς, αἵτινες κόλασιν προξενοῦσι μᾶλλον ἢ ἄνεσιν.

CAPUT II.

Quod cavendum sit, ne quis Viduas juniores constituat, propter suspicionem.

A Adolescentiores vero viduæ in ordinem Viduarum non cooptentur; ne forte prætextu quod non possint fervorem ætatis continere, ad secundas nuptias veniant, eoque negotium sibi facessant, ac in reatu sint. Adjuventur autem & subleventur; ne occasione desertionis suæ, ad secundas nuptias delapsæ, in negotio indecoro detineantur. Etenim id quoque scire debetis, primas quidem & unicas nuptias, quando secundum legem ac jus fiunt, justas esse, utpote juxta voluntatem Dei celebratas; secundas vero post professionem nuptias, esse illicitas, non propter conjugium, sed propter mendacium; tertias nuptias, intemperantiam demonstrare: at quodlibet post tertias nuptias matrimonium, B manifestam esse fornicationem, & indubitabilem petulantiam. Deus quippe unam uxorem uni viro tradidit, in mundi primordio: [a] *Erunt enim duo in carne una.* Adolescentioribus vero viduis post primi mariti obitum, secundus concedatur, [b] ne in judicium diaboli incidant, & in laqueos multos, & in desideria stulta animabusque damnosa, quæ supplicium potius quam laxamentum conciliant.

a Gen. II. 24. *b* I. Tim. III. 6. & VI. 9.

1. Καὶ τοῦτο γὰρ εἰδέναι ὀφείλετε.] Matrimonium primum laudat, cum omnibus Catholicis. Cum iisdem vitio vertit secundum, si post promissam continentiam contrahatur. Alioqui, tacite non improbat, aperteque concedit C feminis integra adhuc ætate: imitatus Apostolum, qui, ex observatione Photii in Auctarii Epistola 1. indulgentiam dedit mulieribus; de viris autem nihil locutus est: quo factum, ut nonnulli in Zonara ad Canonem primum Laodicenæ Synodi, existimarint permissionem ad solum minorem infirmioremque sexum pertinere. Ac de bigamia diximus in Hermæ lib. 2. Mand. 4. cap. 4. Nunc vero addimus correctiones tres. Josephi primam in lib. 4. ἀρχαιολογίας cap. ult. alteram Amphilochii in Oratione εἰς τὴν ὑπαπαντὴν &c. tertiam Epiphanii in Expositione fidei Catholicæ cap. 21. Ita loquitur Judæus vulgatus: *γαμείτωσαν δὲ ἐν ὥρᾳ γάμου γενόμενοι, παρθένους ἐλευθέρας γονέων ἀγαθῶν. ὁ δὲ μὴ μέλλων ἄγεσθαι παρθένον, μὴ ζευγνύσθω συνοικοῦσαν ἄλλῳ, μὴ δὲ λυπῶν τὸν πρότερον αὐτῆς ἄνδρα.* Nullo bono sensu. Conjiciebat vir doctus Samuel Petitus Variarum Lectionum lib. 2. cap. 9. *μηδὲ λιπόντος πρότερον αὐτῆς ἀνδρός.* omnino infeliciter, ut pleraque illius sunt. Veram integramque scripturam ex Mss. Regiis didici, D hanc; *μὴ ζευγνύσθω συνοικοῦσαν ἄλλῳ, νοθεύσας, μηδὲ λυπῶν τὸν πρότερον αὐτῆς ἄνδρα. Ubi ætas maturuerit, uxores ducant virgines ingenuas, ex honestis parentibus prognatas. Qui autem non ducet virginem, ne sibi conjungat alteri maritatam, quam corruperit; neve priorem ejus virum contristet.* Cujus lectionis vestigia in versione Rufini cernuntur. *Uxores autem ducant nubili* al. *nubiles jam tempore constituti* (hoc vocis exhibent libri Regii) *virgines liberas, bonis parentibus procreatas. Qui vero virginem ducturus non est, ei non jungatur quam discedere suasit ab alio, neque contristet priorem maritum ejus.* Hactenus de loco Josephi. Ampilochii autem verba in editione Combefisiana sunt: *ὅταν ὁρμήσασῃ χήρα πρὸς γάμον, τέκνα, περιττὸς λοιπὸν ὁ τοιοῦτος σπόρος, τῶν λογικῶν ἀσταχύων ἀντεριζόντων. Cum autem prosilienti ad secundas nuptias viduæ filii sunt, supervacanea deinceps ejusmodi sementis est, rationalibus spicis ex adverso pugnantibus.* In Bibliotheca Patrum, *ἐπεριζόντων. naturam atque conditionem sortientibus diversam.* Et pro *ἀντεριζόντων* quidem stat Regiæ Bibliothecæ Codex 205. pro *ἐπεριζόντων* vero Codex 1045. sed longe rectius ambobus, meo quidem judicio, Codices 106. & 143. habent *ἑταιριζόντων*, hoc est, *adulterinarum* spicarum rationalium. Denique in Epiphanio legendum videtur; *εἰ δέ τις τελευτησάσης τῆς αὐτῷ γυναικὸς, ἢ ἀνδρὸς τελευτήσαντος τῆς πρὸς γυναικὸς, ἐρᾶται, ἐφεῖται δευτέρᾳ συναφθῆναι, ἢ δευτέρῳ, μετὰ θάνατον τοῦ πρώτου, ἢ τῆς πρώτης. Quod si quis mortua uxore, aut aliqua mulier mortuo viro, cupit, licet cum secunda, vel cum secundo matrimonium contrahere, post mortem primæ aut primi.* Scilicet affinitas verborum *ἐρᾶται* & *ἐφεῖται* effecit ut librarii posterius tamquam inutile expungerent. Redeo ad Apostolicum Constitutorem. Pergit, ac tertiis nuptiis incontinentiæ signum attribuit. Quo in sensu S. Basilius Can. 4. eas C vocat *πορνείαν κεκολασμένην*, indignasque censet quæ mariti & uxoris nomina donent. Et Can. 50. scribit: *τριγαμίας νόμος οὐκ ἔστιν· ὥστε νόμῳ γάμος τρίτος οὐκ ἄγεται· τὰ μέντοι τοιαῦτα, ὡς ῥυπάσματα τῆς ἐκκλησίας ὁρῶμεν· δημοσίαις δὲ καταδίκαις οὐχ ὑποβάλλομεν, ὡς τῆς ἀνειμένης πορνείας αἱρετώτερα.* S. autem Gregorio Nazianzeno Orat. 31. trigamia est *παρανομία*. B. Hieronymo ad Jeremiæ XVI. 1. miseriarum solatium, & extrema tabula naufragorum. Herardo Turonensi Capitulo 111. adulterium. Concilio Toletano 1. Can. 4. in Subdiacono res nec dicenda, nec audienda. Apposite ad Constitutionem Valerius Maximus lib. 2. cap. 1. *Multorum matrimoniorum experientiam, quasi legitimæ cujusdam intemperantiæ signum esse credentes.* Profecto Græci trinubos nequaquam, aut vix tolerandos censuerunt, præsertim cum ex prioribus conjugiis liberos susceperant, aut erant ætate provectiores. Ut etiam videre est præcipue in Tomo Unionis, tempore Constantini Porphyrogennetæ, in Lege Basilii Macedonis, in Novella 90. D Leonis Sapientis, in Balsamone ad Canones Basilii 4. 50. 69. & 80. atque in Jure Græco-Romano tum lib. 3. ubi de Manuele p. 239. tum lib. 5. Responso 41. eorum quæ sunt Balsamonis ad Quæstiones Marci Alexandrini. Mitior tamen fuit sententia B. Epiphanii Hæresi 59. cap. 6. quemadmodum & Latinorum, si paucos excipias. Nam præter citatos heic & ad Pastorem, decernitur in Capitularibus lib. 7. cap. 321. *Ne quisquam amplius quam duas accipiat uxores; quia tertia superflua est.* Et Gregorius Papa tertius Epist. 1. ad Bonifacium Archiepiscopum, admonet illum, ut si valuerit, devitandum doceat, *ne cui uxor obierit, amplius quam duabus debeat copulari.* In Pœnitentiali autem Romano, apud Hugonem Menardum ad librum Sacramentorum S. Gregorii pag. 248. legitur: *Si cujuslibet hominis mortua fuerit uxor, habet potestatem accipere alteram: similiter & mulier. Si tertium acceperit, jejunet hebdomadas tres: si quartum aut quintum acceperit, jejunet hebdomadas 21.* Apud Fulgentium denique lib. de Fide ad Petrum Diaconum E cap. III. & XLII. ultra tertias nuptias non proceditur. Præclare, ut omnia, S. Augustinus capite 12. libri de bono viduitatis: *Nec ullas nuptias audeo damnare, nec eis verecundiam numerositatis auferre.* Tandem a Constitutore Nostro nuptiæ post tertias, quartæ & sequentes, notantur censura manifestæ scortationis ac indubiæ salacitatis. Id vero cur adeo mirum videatur nonnullis, nullus video. An eos clam sunt, quæ circa secundum tertiumque connubium differuimus? Nonne legerunt Canonem Basilianum 80. *τὴν πολυγαμίαν οἱ πατέρες ἀπεσιώπησαν, ὡς κτηνώδη, καὶ παντελῶς ἀλλοτρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. ἡμῖν δὲ παρίσταται πλέον τι πορνείας εἶναι ἁμάρτημα.* cum Interpreta-

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 320.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γʹ.

Οποίας εἶναι χρὴ τὰς [1] χήρας, καὶ ὅπως ἐπικουρεῖσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου.

A ΑΙ δὲ ἀληθιναὶ χῆραί εἰσιν, αἱ μόνανδροι ὑπάρξασαι, μαρτυρούμεναι ὑπὸ πλειόνων ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, χῆραι τῷ ὄντι, σώφρονες, ἁγναὶ, πισταὶ, εὐσεβεῖς, τεκνοτροφήσασαι καλῶς, καὶ ξενοδοχήσασαι ἀμέμπτως· ὧν καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι χρὴ ὡς Θεῷ ἀνακειμένων. ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν πενήτων, ὦ ἐπίσκοπε, μνημόνευε, καὶ αὐτοῖς χεῖρα ὀρέγων ἐπικουρίας, καὶ πρόνοιαν αὐτῶν ποιούμενος, ὡς Θεοῦ οἰκονόμος, εὐκαίρως ἑκάστῳ διανέμων τὰ πρόσφορα, χήραις καὶ ὀρφανοῖς καὶ ἀπεριστάτοις καὶ τοῖς ἐν θλίψει ἐξεταζομένοις.

CAPUT III.

Quales esse deceat viduas, & quo modo ab Episcopo debeant adjuvari.

VEræ autem viduæ sunt, quæ univiræ, a pluribus in bonis operibus comprobatæ, revera viduæ, bene moratæ, pudicæ, fideles, piæ, quæ liberos pulcre eduxerunt, & hospites receperunt laudabiliter; his tamquam Deo consecratis succurrendum est. Quin etiam, Episcope, pauperum quoque memento, illis auxiliarem manum porrigens, & eorum rebus providens, tamquam Dei dispensator, opportune singulis necessaria subsidia impertiens, viduis, pupillis, humana ope destitutis, & cum qualibet afflictione colluctantibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δʹ.

Ὅτι πάνθ' ὅντινα ἂν ἐνδεῆ εὖ ποιεῖν χρή.

B ΤΙ γὰρ, εἴ τινες μή εἰσι χῆραι ἢ χῆροι, βοηθείας δὲ χρήζουσι διὰ πενίαν, ἢ διὰ νόσον, ἢ διὰ τεκνοτροφίαν; πάντας σε δεῖ ἐφορᾷν, καὶ πάντων ἐπιμελεῖσθαι. οἱ γὰρ τὰ δόματα διδόντες, οὐκ αὐτοσχεδίως αὐτὰ διδόασι ταῖς χήραις, ἀλλὰ συνεισφέρουσιν ἁπλῶς, ἑκούσια αὐτὰ ὀνομάζοντες· ὅπως σὺ ὁ ἐπιστάμενος τοὺς θλιβομένους, ἀκριβῶς ὡς ἀγαθὸς οἰκονόμος μερίζῃς αὐτοῖς ἐκ τοῦ δόματος· ὁ γὰρ Θεὸς γινώσκει τὸν δεδωκότα, κἂν ἀπόντος αὐτοῦ, ὑπὸ σοῦ τοῖς δεομένοις μερίζηται· καὶ ὃς μὲν ἔχει τὸν τῆς εὐποιΐας μισθὸν, σὺ δὲ τὸν τῆς εὐσυνειδήτου οἰκονομίας μακαρισμόν. [2] λέγε δὲ αὐτοῖς, καὶ τίς ὁ δεδωκὼς, ἵνα καὶ ἐξ ὀνόματος ὑπὲρ αὐτοῦ προσεύχωνται. C χρὴ γὰρ εὖ ποιεῖν πάντας ἀνθρώπους, μὴ φιλοκρινοῦντας τοῦτον, ὅς τις ᾖ, ἢ ἐκεῖνον. ὁ γὰρ κύριος φησι· Παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· δῆλον δὲ ὡς τῷ χρήζοντι κατὰ ἀλήθειαν, κἂν φίλος ᾖ κἂν ἐχ-

CAPUT IV.

Quod oporteat unicuique indigenti benefacere.

QUid enim, si non viduæ aut non vidui exsistentes, auxilio tamen indigent propter paupertatem, vel propter morbum, vel ad alendos liberos? Cunctis oportet prospicere te, & cunctorum curam suscipere. Qui enim dona largiuntur, non ea statim ac temere viduis tribuunt, sed simpliciter in communem arcam conferunt, voluntaria ea appellantes; quo tu qui calamitosos cognoscis, accurate, ut bonum œconomum decet, distribuas illis de dono. Nam Deus largitorem novit, licet eo absente, distributio in egentes a te sit facta: ac ille quidem habet beneficentiæ mercedem, tu vero ob dispensationem recta conscientia administratam beatus prædicaberis. Dic autem inopibus, quis dederit, ut nominatim quoque pro eo precentur. Oporter ergo omnibus hominibus bene facere, non studiose pensantes hunc, quisnam sit, vel illum. Do-

tione Balsamonis. Item Elogium Gregorianum in loco citato, τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο, χοιρώδης βίος, οἷος οὐδὲ πολλὰ ἔχων τῆς κακίας τὰ παραδείγματα. (Ita scribas velim ex optimo antiquissimoque Codice 155. Gazæ Regiæ, & ex Matthæo Blastare littera γ. cap. 4. seu in Jure Græco-Romano lib. 8. p. 496.) Illudque Basilii Macedonis; τέταρτον γάμον, τὸν οὐ γάμον. Et hoc Pionii in vita S. Polycarpi cap. 3. n. 14. *Polygamiam nomen quidem γάμου, id est, matrimonii habere, esse vero honesta larva ornatum adulterium.* Ac Epithetum Photianum Epist. 1. sect. 95. ὑπέραισχρον καὶ μιαρὸν, καὶ τῆς τῶν ἀλόγων ἀκολασίας καὶ ἀκαθαρσίας. D Quid quod Lex Basilii Macedonis laudata, quæ exstat Juris Græco-Romani p. 86. 498. & Tomus Unionis, prohibent, condemnant, pro nullo haberi volunt quartum conjugium, τετραγάμους separari jubent, liberos ex τετραγαμίᾳ susceptos pro legitimis nolunt agnosci: consentientibus Græcis, tam hujus temporis, quam superioris, Theophylacto Epist. 41. Balsamone ad Photii tit. 13. cap. 2. aliis. Sciti sunt Mimi Publiani:

Habent locum maledicti, crebræ nuptiæ.
Mulier quæ nubit multis, multis non placet.

Ceterum in Mss. Regiis 507. 2392. Tomum Unionis, post voces εὐλάβειαν ἀνάθεμα in Jure Græco-Romano pag. 109. hoc inedito corollario conclusum reperi: τούτων οὕτω διωρισμένων πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, καὶ τοῦ ἀμέτοχον εἶναι τὸ εὐσεβὲς τῶν Χριστιανῶν πλήρωμα τῶν ἐξ ἀθεμίτων γάμων (Al. τὸν ἐκ ῥύπου.) ῥύπων, δεόμεθα τῆς σῆς E ἀγαθότητος Χριστὲ ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ ἔτι καὶ διαπαντὸς πᾶν σκάνδαλον, πᾶσαν διορισμοῦ (al. διαμερισμοῦ) αἰτίαν, τῆς σῆς ἐξελαύνειν ἐκκλησίας, καὶ συντηρεῖν αὐτῇ τὴν εἰρηναίαν κατάστασιν· πρεσβείαις τῆς δεσποίνης ἡμῶν καὶ ἀχράντου μητρός σου, τῶν πανιερῶν μαθητῶν σου καὶ ἀποστόλων, δι' ὧν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ τὴν σὴν κατεφύτευσας εἰρήνην, καὶ πάντων τῶν ἐξ αἰῶνος εὐαρεστησάντων ἁγίων. ἀμήν. Id est: *His ita definitis ad sanctæ Ecclesiæ [illegible], [illegible] Christianorum cœtus expers sit [illegible], quæ ex [illegible] nuptiis proveniunt; rogamus bonitatem tuam, Christe Deus noster, adhuc ac semper omne scandalum omnemque dissidii caussam a tua propellas Ecclesia, illique serves pacificum statum, intercessionibus Dominæ nostræ & immaculatæ matris tuæ, sacratissimorum discipulorum tuorum ac Apostolorum, per quos in toto orbe terrarum pacem tuam plantasti, omniumque sanctorum quibus a sæculo apparere dignatus es. Amen.* Cot.

1. Χήρας.] Alter τὰς ὄντως χήρας. Cler.

2. Λέγε δὲ αὐτοῖς, καὶ τίς ὁ δεδωκὼς, ἵνα καὶ ἐξ ὀνόματος ὑπὲρ αὐτοῦ προσεύχωνται.] Interdum eorum qui pauperibus D bene faciebant, aut aliquid offerebant Ecclesiæ, nomina celabantur, ex Domini præcepto Matth. vi. 2. *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere* &c. Qua de re Constitutor infra cap. 14. Interdum palam fiebant, & alio Dominico mandato Matth. v. 16. *Luceat lux vestra coram hominibus* &c. ut cernere est heic, & cap. 29. lib. 8. utque per testimonia plurima a viris doctis probatur. Insigniter & huic loco convenientissime Cyprianus Epist. 60. *Ut autem fratres nostros ac sorores, qui ad hoc opus tam necessarium promte ac libenter operati sunt, ut semper operentur, in mentem habeatis in orationibus vestris, & eis vicem boni operis in sacrificiis & precibus repræsentetis, subdidi nomina singulorum; sed & collegarum quoque & consacerdotum nostrorum, qui & ipsi cum præsentes essent, & suo, & plebis suæ nomine quædam pro viribus contulerunt, nomina addidi; & præter quantitatem propriam nostram, eorum quoque summulas significavi, & misi: quorum omnium secundum quod fides & cari-* E *tas exigunt, in orationibus & precibus vestris meminisse debetis.* In Gestis purgationis Cæciliani & Felicis: *Utique vel audisti vel vidisti si dictum est pauperibus, Date & [illegible] [illegible] Lucilla.* Hieronymus sub finem libri 2. Commentariorum in Jeremiam: *At nunc publice recitantur offerentium nomina, & redemtio peccatorum mutatur in laudem.* Et ad Ezechielis xviii. 16. *[illegible] Diaconus in Ecclesia recitat offerentium nomina [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]*, &c. Scilicet in hujusmodi [illegible] usus esse potest, & abusus. Hincque variatio disciplinæ pro prudentia Christiana. Cot.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

θρός, κἂν συγγενὴς κἂν ἀλλότριος, κἂν ἄγαμος κἂν γεγαμηκὼς ὑπάρχῃ. ἐν πάσῃ γὰρ γραφῇ ὁ κύριος περὶ τῶν πενήτων παραινεῖ, λέγων, διὰ μὲν Ἡσαΐου· Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου· καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. ἐὰν δὲ ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε· καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψῃ· καὶ διὰ τοῦ Δανιὴλ λέγει τῷ δυνάστῃ· Διὸ, βασιλεῦ, ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων· καὶ διὰ Σολομῶνός φησιν· Ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι· καὶ διὰ τοῦ Δαβὶδ πάλιν λέγει· Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν, καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος· καὶ πάλιν· Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ Σολομῶν φησίν· Ὁ ἐλεῶν πτωχὸν, κυρίῳ δανείζει· κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ, ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ· καὶ ἑξῆς· Ὃς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ μὴ εἰσακοῦσαι τοῦ δεομένου, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται εἰσακούων αὐτοῦ.

minus enim ait: [a] *Omni petenti te, tribue*: videlicet, revera egenti, sive amicus exsistat, sive inimicus; sive cognatus, sive alienus; cælebs, sive conjux. In omni siquidem Scriptura Dominus de pauperibus monet, dicens, per Esaiam quidem: [b] *Frange esurienti panem tuam; & pauperes sine tecto, induc in domum tuum. Si autem videris nudum, operi; & domesticos seminis tui ne despexeris*: & per Danielem dicit Principi: [c] *Idcirco rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas miserationibus pauperum*: & per Salomonem ait: [d] *Eleemosynis & fide purgantur peccata*: & per Davidem iterum dicit: [e] *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus*: & rursus: [f] *Dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sæculum*: Salomon etiam ait: [g] *Qui miseretur pauperis, Domino fœneratur: secundum autem datum ejus retribuetur ei*: & infra: [h] *Qui obturat aures suas, ne audiat indigentem; & ipse invocabit, & non erit qui exaudiat eum.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε΄.

Ὅτι καὶ τοῦ ἤθους ἐπιμελητέον τῇ χήρᾳ.

Ὑπαρχέτω δὲ πᾶσα χήρα πραεῖα, ἥσυχος, ἐπιεικὴς, ἄκακος, ἀόργητος, μὴ πολύλαλος, μὴ κραύγασος, μὴ πρόγλωσσος, μὴ κατάλαλος, μὴ λεξίθηρος, μὴ δισσολόγος, μὴ φιλοπράγμων. βλέπουσά τι σκολιὸν ἢ καὶ ἀκούουσα γινόμενον, ἔστω ὡς μὴ βλέπουσα, καὶ ὡς μὴ ἀκούουσα ὑπαρχέτω· καὶ μηδὲν ἕτερον τῇ χήρᾳ μελέτω, εἰ μὴ τὸ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν διδόντων καὶ ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας. ἐπερωτωμένη δέ τι ὑπό τινος, μὴ ῥᾳδίως ἀποκρινέσθω, πλὴν ὅσα περὶ πίστεως, καὶ δικαιοσύνης, καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος· ἀποστέλλουσα τοῖς ἡγουμένοις τοὺς θέλοντας κατηχεῖσθαι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα· μόνα δὲ ἀποκρινέσθω τὰ περὶ ἀνατροπῆς πολυθέου πλάνης, ἀποδεικνύουσα τὸν περὶ μοναρχίας Θεοῦ λόγον· περὶ δὲ τῶν ἑξῆς προπετῶς τι μὴ ἀποκρινέσθω, ὅπως μή τι ἀμαθῶς φθεγξαμένη βλασφημίαν προστρίψῃ τῷ λόγῳ. κόκκῳ γὰρ σινάπεως ἐοικέναι τὸν λόγον ὁ κύριος ἐδογμάτισε. τοῦτο δ' ἐστὶ διάπυρον, ᾧ ἐάν τις ἀπείρως χρήσηται, πικρὸν αὐτὸ εὑρήσει· χρὴ γὰρ ἐν τοῖς μυστικοῖς μὴ προδότην εἶναι, ἀλλ' ἀσφαλῆ· παραινεῖ γὰρ ἡμῖν ὁ κύριος λέγων· Μὴ βάλλετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶ αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. ἀκούσαντες γὰρ οἱ ἄπιστοι τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον, οὐ δεόντως, ἀλλ' ἐνδεῶς, καὶ μάλιστα τὸν περὶ ἐνσωματώσεως, ἢ τοῦ πάθους αὐτοῦ, μυκτηρίσαντες χλευάσουσι μᾶλλον ὡς ψευδῆ, ἢ δοξάσουσι. καὶ ἔνοχος ἔσται τῆς προπετείας ἡ πρεσβῦτις καὶ τῆς βλασφημίας, καὶ τὸ οὐαὶ κληρονομήσει· Οὐαὶ δέ, φησι, δι' οὗ τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

CAPUT V.

Quod viduæ probitas morum curæ esse debeat.

Ceterum omnis vidua mitis sit, quieta, moderata, malitiæ ac iræ expers, non garrula, non clamosa, non volubilis linguæ, non maledica, non dedita verborum aucupio, non duplicis sermonis, non sese in aliena negotia immittens. Cum viderit vel audierit aliquod indignum facinus, ita se gerat, quasi nec viderit nec audierit, nihilque aliud curet vidua, nisi orare pro beneficis & pro tota Ecclesia. Ab aliquo quidpiam rogata, ne facile respondeat, præterquam de rebus ad fidem, justitiam, & in Deum spem pertinentibus: eosque qui in pietatis dogmatibus instirui cupiunt, ad Præpositos remittat; in illis vero solum respondeat quæ ad evertendum de multitudine deorum errorem spectant, demonstrans doctrinam de Dei unitate; at in ceteris nihil temere reponat, ne aliquid inscite prolocuta, infamiam verbo Dei inurat. Docuit enim Dominus, [i] verbum simile esse grano sinapis: hoc autem acre & ardens est, quo si quis imperite abutatur, amarum illud inveniet: scilicet, in mysticis oportet non esse proditorem, sed cautum, quia nos his verbis Dominus admonet: [k] *Nolite mittere margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos*. Cum enim infideles, non pro dignitate, sed minus quam par sit, de Christo verbum acceperint, præsertimque quod incarnationem vel passionem ejus tradit, magis adunco naso irridebunt veluti mendax, quam laudibus celebrabunt; eritque anus rea temeritatis ac blasphemiæ, & væ sortietur. [l] *Væ autem*, inquit, *per quem nomen meum blasphematur in Gentibus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς΄.

Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας διδάσκειν, ἀπρεπὲς γάρ. καὶ ποῖαι γυναῖκες εἵποντο τῷ κυρίῳ.

Οὐκ ἐπιτρέπομεν οὖν γυναῖκας διδάσκειν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ μόνον προσεύχεσθαι, καὶ τῶν διδασκάλων ἐπακούειν. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν καὶ κύριος Ἰησοῦς ἡμᾶς τοὺς δώδεκα πέμψας

CAPUT VI.

Quod non oportet mulieres, docendi officio fungi; indecorum enim esse: & quales mulieres Dominum sequebantur.

NON igitur licere volumus mulieribus, [m] ut in Ecclesia doceant; precentur dumtaxat, & doctores audiant. Etenim ipse Doctor noster ac Dominus Jesus, nos duodecim ad docendum

a Luc. VI. 30. *b* Isa. LVIII. 7. *c* Dan. IV. 24. *d* Prov. XV. 27. *e* Psal. XL. 2. *f* Psal. CXI. 9. *g* Prov. XIX. 17. *h* Prov. XXI. 13. *i* Matth. XIII. 31. *k* Matth. VII. 6. *l* Isa. LII. 5. *m* I. Cor. XIV. 34.

μαθητεῦσαι τὸν λαὸν καὶ τὰ ἔθνη, γυναῖκας οὐδαμοῦ ἐξαπέστειλεν εἰς τὸ κήρυγμα· καίτοι οὐκ ἀπορῶν· συνῆν γὰρ ἡμῖν ἥτε μήτηρ τοῦ κυρίου καὶ [1] αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ· ἔτι δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου [2] καὶ Μάρθα καὶ Μαρία αἱ ἀδελφαὶ Λαζάρου, Σαλώμη, [3] καὶ ἕτεραί τινες. εἰ γὰρ ἦν ἀναγκαῖον γυναιξὶ διδάσκειν, αὐτὸς ἂν ἐκέλευσε πρῶτος καὶ ταύταις σὺν ἡμῖν κατηχεῖν τὸν λαόν. εἰ γὰρ κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, οὐκ ἔστι δίκαιον τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς κεφαλῆς ἐξάρχειν. γνωριζέτω οὖν ἡ χήρα, ὅτι θυσιαστήριόν ἐστι Θεοῦ, καὶ καθίσθω ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς· μὴ μετά τινος προφάσεως ἐν ταῖς τῶν πιστῶν οἰκίαις ἐπὶ τῷ λαμβάνειν εἰσπορευομένη· οὐδὲ γάρ ποτε τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ περιτρέχει, ἀλλ' ἐν ἑνὶ τόπῳ ἵδρυται· ὑπαρχέτω οὖν καὶ ἡ παρθένος καὶ ἡ χήρα μὴ περιτρέχουσα, ἢ ῥεμβομένη κατὰ τὰς τῶν ἀλλοτρίων οἰκίας· ὅτι ῥεμβοὶ καὶ ἀναιδεῖς, καὶ αἱ τοιαῦται, οὐχ ἡσυχάζουσι τοὺς πόδας ἐν ἑνὶ τόπῳ, διὰ τὸ μὴ χήρας, ἀλλὰ πήρας αὐτὰς ὑπάρχειν, ἑτοίμους εἰς τὸ λαμβάνειν, φλυάρους, καταλάλους, μαχοσυμβούλους, ἀναιδεῖς, ἀναισχύντους· αἵτινες τοιαῦται ὑπάρχουσαι, οὐκ ἄξιαι τοῦ καλέσαντος τυγχάνουσιν. οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ κοινὸν τῆς συναγωγῆς ἀνάπαυμα ἐν τῇ κυριακῇ καταντῶσιν, ὡς οἱ ἐγρηγορότες· ἀλλ' ἢ νυστάζουσιν, ἢ φλυαροῦσιν, ἢ μαστροπεύουσιν, ἢ αἰτοῦσιν, ἢ ἑτέρους αἰχμαλωτίζουσιν, προσάγοντες τῷ πονηρῷ, οὐκ ἐῶντες

A populum ac Gentes mittens, nusquam mulieres ad prædicationem destinavit, quamquam ipsi non deessent: erat enim nobiscum mater Domini, ejusdemque sorores; item Maria Magdalena, & Maria Jacobi, Martha & Maria sorores Lazari, Salome, & aliæ quædam. Sane si conveniens fuisset mulieribus, docere; ipse primus eas jussisset nobiscum, populum instruere. Si enim [a] vir caput mulieris censetur, æquum non est capiti præesse reliquum corpus. Sciat ergo vidua se Dei altare esse, & domi suæ sedeat, nec ullo prætextu in domos fidelium aliquid acceptura ingrediatur; numquam enim altare Dei circumambulat, sed uno in loco figitur. Itaque & virgo & vidua ne cir-B cumcursent, aut per alienas domos vagentur: quia vagæ, & impudentes, & tales, [b] pedes in uno loco non continent; eo quod non viduæ, sed viduli sunt, ad accipiendum faciles, vaniloquæ, maledicæ, rixarum consultrices, impudentes, inverecundæ; quæ cum tales sint, indignas se exhibent vocatore suo. Non enim ad communem congregationis stationem in Dominica conveniunt, ut ii qui vigilantes sunt; sed aut dormitant, aut garriunt, aut lenocinantur, aut petunt, aut alios in captivitatem agunt, & ad diabolum adducunt, non sinentes in Domino esse attentos, immo effi-

a I. Cor. xi. 3. *b* Prov. vii. 11.

1. Αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ.] Sorores Domini, hoc est, cognatæ illius, aut Josephi filiæ ex priore conjugio, Hieronymo impugnanti Helvidium, cap. 6. sunt innumeræ: quia (opinor) in novo Testamento nec numerantur, nec nominantur, Matth. xiii. 56. Marc. vi. 3. Filias Josephi Epiphanius Hæresi 78. cap. 8. & 9. duas facit, appellatque Mariam & Salomen; ut & refertur in Anastasii Antiocheni Quæstione 153. Quamquam Ms. liber Bibliothecæ Regiæ 750. in Anastasiano loco, qui illic subnectitur Interpretationi Chrysostomi ad Joannem, exhibet, Μάρθα καὶ Μαρία, non ἡ Μαρία καὶ ἡ Σαλώμη. Quod adnotavi; tum propter Hippolyti Thebani Chronicum, Josepho tribuens filias, τήν τε Ἐσθὴρ καὶ τὴν Μάρθαν, saltem in libris impressis tom. 3. Antiquæ Lectionis Henrici Canisii, & in Bibliothecæ Regiæ Mss. 1026. 2442. nam in ejusdem Bibliothecæ Codicibus 750. 2374. 2004. necnon in illo Thuanæ cujus memini ad Pastoris lib. 3. Sim. 9. cap. 16. itemque in Vindobonensi ex Lambecio lib. III. c. 46. pro Μάρθαν legitur Θάμαρ, quemadmodum in Pseudo-Hippolyto Portuensi apud Nicephorum Histor. Eccles. lib. 2. cap. 3. Lege infra heic fragmentum Chrysostomo adscriptum: Tum propter Infidelium objectionem, relatam ab eodem Anastasio Ὁδηγοῦ cap. 22. τοῦ Ἰωάννου λέγοντος Μάρθαν ἀδελφὴν Μαρίας τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν, (l. ὑμῶν,) πῶς ὑμεῖς τοῦτο οὐ λέγετε, *Cum Joannes dicat, Martham esse sororem Mariæ matris Domini vestri; quei fit, ut vos idem non dicatis?* objectionem, inquam, ortam fortassis etiam ex fama Marthæ istius, confusæ cum Martha sorore & Lazari & Mariæ unctricis. Sed Ancorati cap. 60. idem Epiphanius, retenta Salome, Annam loco Mariæ substituit: nisi si erratum est librariorum, qui Mariam in Annam mutaverint; quemadmodum Josem fratrem Christi eodem loci transformarunt in Joannem. Obstant tamen conjecturæ, quæ subjunxi ac Latina feci, cum reperissem in dicto Codice Regio 750. post Evangelium Matthæi, & in alio similiter 2375. ejusdem Bibliothecæ; quibus confirmatur vulgata lectio Ancorati, & Annæ nomen. — Vide infra in Appendice ad Constit. num. III. — Jam de Salome uxore Zebedæi, matre Jacobi & Joannis, (neque enim adhærendum opinioni Nicephori qui lib. 1. cap. 33. Joannam statuit matrem filiorum Zebedæi; dicendumque potius cum Beda, Joannam memoratam Luc. xxiv. 10. esse Joannam uxorem Chuzæ procuratoris Herodis, de qua ejusdem Evangelii cap. 8. vers. 3.) quod fuerit Christi soror, consentiunt vulgo: ridicule enim Haymo Histor. Eccles. lib. 2. cap. 3. Salomen virum putat, tertium maritum Annæ, patrem tertiæ Mariæ, uxoris Zebedæi. Maria autem apud Theophylactum ad Matth. xiii. 56. Joan. xix. 25. & Galat. 1. 19. est Maria Cleophæ, filia Josephi ex uxore dicti Cleophæ, fratris sui, absque liberis mortui. Eademque in sententia versari videbitur Nicephorus lib. 1. cap. 33. si verba illius ita legantur; Μαρίᾳ θυγατρὶ μὲν τοῦ μνήστορος Ἰωσήφ, ἐκ τῆς Κλωπᾶ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ γυναικός, ἀπαιδος C κότος αὐτῷ γεννηθείσῃ. vel sic; ἐν Κλωπᾶ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ τῆς γυναικός. Vulgo, ἐκ Κλωπᾶ δὲ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ γυναικός: quasi Cleopha femina fuerit, uxor fratris Josephi: cum a Nicephoro lib. 3. cap. 9. & 16. diserte Cleophas vir agnoscatur, & Josephi frater. Variat tamen in narratione Nicephorus. Nam lib. 3. cap. 16. post Anastasium Antiochenum & Georgium Cedrenum, nec non Symeonem Metaphrastem in Chronico Ms. de Maria Cleophæ loquitur, ut uxore Cleophæ, & filia Josephi. Eadem Maria Cleophæ, ἡ τοῦ Κλωπᾶ, soror matris Jesu, Euthymio putatur uxor Cleophæ, fratris Josephi. Auctori libri de infantia Salvatoris Cod. Reg. 1697. secunda filia Joachimi & Annæ parentum Deiparæ. Aliis uxor Cleophæ seu Alphæi. Aliis Cleophæ filia, uxor Alphæi, mater Domini fratrum Jacobi justi seu minoris, Josephi sive Josetis, Simonis & Judæ, nec non sororum. Nonnullis filia naturalis Joachimi, legalis Cleophæ. Ita præter Interpretem Joannis mox citandum, Hippolytus Thebanus in Chronico Opere, lib. D Reg. 1296. Cot. — Vid. infra in Append. ad Constitut. num. IV.


2. Μάρθα καὶ Μαρία.] Distinguunt quoque Mariam sororem Marthæ & Lazari a Maria Magdalena, ex qua Dominus septem dæmonia ejecit, Joannes Thessalonicensis sub finem Orationis de Dominica resurrectione, & Theophylactus ad Joan. xix. 25. nec non Nicephorus in his versibus:

> Αἱ μυροφόροι καὶ μαθήτριαι λόγου.
> πρώτη μέν ἐστι Μαγδαληνὴ Μαρία,
> ἡ δ' Ἰωάννα δευτέρα, καὶ Σαλώμη,
> μήτηρ Ἰωσῆ καὶ Ἰακώβου τρίτη, (l. τετάρτη,)
> Μάρθα, Μαρία σύγγονοι τοῦ Λαζάρου,
> καὶ Σωσάννα δ' ἔνεστιν ἑβδόμη πάλιν,
> ἄλλαι τε πολλαὶ μὴ γραφαῖς γεγραμμέναι.

E Unicam mulierem arbitrantur Apollinarius citatus in Catena in Joannem, ad cap. 12. vers. 3. Gregorius Papa Homilia 33. in Evangelia, Beda multis in locis, & Auctor Homiliæ de Maria Magdalena, Origeni sine caussa adscriptæ. Utrique probabiliter. Sed quinam vere, nunc ἐπέχω. Quæ enim ab Evangelistis referuntur, duas insinuant. Possunt tamen de una explicari; ex qua duæ factæ fuerint: sicut ex una Magdalena duas fecerunt, & ex una muliere quæ Dominum unxit, multas. Quo de ultimo apponam e Ms. Codice non ita pridem Mazarinianæ, nunc Regiæ Bibliothecæ, testimonium insigne Severi; quia Latine tantum, ac imperfecte, atque sub ementito nomine Servii exstat in Catena Lucæ, ad cap. 7. Cot. — Vide infra in Appendice ad Constit. num. V.

3. Καὶ ἕτεραί τινες.] Inter quas Maria mater Rufi, si audimus S. Epiphanium Panarii Hæresi 78. cap. 13. & Hæresi 79. cap. 7. ex lapsu memoriæ, ex Apocrypho, aut aliunde loquentem. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



αὐτοὺς νήφειν ἐν κυρίῳ, ἀλλὰ παρασκευάζοντες τοιούτους αὐτοὺς ἐξιέναι οἷοι καὶ εἰσίασι, διάκενοι διὰ τὸ μὴ ἀκούειν τῶν διδασκόντων ἢ τῶν ἀναγινωσκόντων τὸν τοῦ κυρίου λόγον. περὶ γὰρ τῶν τοιούτων καὶ Ησαΐας ὁ προφήτης λέγει· Ακοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε· ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Οἷαί εἰσιν αἱ ψευδοχῆραι.

ΤΟν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ τῶν τοιούτων χηρῶν ἐκλείσθη τὰ ὦτα τῆς καρδίας, εἰς τὸ μὴ καθεζομένας ἔνδον ἐν ταῖς στέγαις αὐτῶν, προσλαλεῖν τῷ κυρίῳ, ἀλλὰ περιτρεχούσας, ἐν ἐπινοίᾳ πορισμοῦ, διὰ τῶν [1] φλυαριῶν, τὰ τοῦ ἀντικειμένου ἐπιθυμήματα πράσσειν. αἱ τοιαῦται οὖν χῆραι οὐ προσήρτηνται τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ. εἰσὶ γὰρ ἔνιαι χῆραι ἐργασίαν ἡγούμεναι τὸ πρᾶγμα· καὶ ἐξ ὧν ἀναισχύντως αἰτοῦσι καὶ ἀπλήστως λαμβάνουσιν, ἤδη καὶ ὀκνηροτέρους τοὺς πολλοὺς πρὸς τὸ διδόναι κατέστησαν· δέον γὰρ αὐτὰς ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς διὰ μετριότητα γνώμης, ἐκ τῶν ἐναντίων, ἐμπεριτρέχουσαι τοὺς τῶν [2] πλησίων οἴκους διασείουσιν, ἀφορίαν χρημάτων ἑαυταῖς ἐπισωρεύουσαι, καὶ ἐπὶ πικροῖς τόκοις δανείζουσι, καὶ μόνου τοῦ μαμμωνᾶ φροντίζουσιν· ὧν ὁ θεὸς τὸ βαλλάντιον· αἳ τὸ φαγεῖν καὶ τὸ πιεῖν προκρίνουσι πάσης ἀρετῆς, λέγουσαι· Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· αἳ ὡς ἑστῶτα ταῦτα ἐλογίσαντο, καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα· ἡ γὰρ ἠσκηκυῖα περὶ τὸ χρηματολογεῖν, ἀντὶ τοῦ Θεοῦ λατρεύει τῷ μαμμωνᾷ, τουτέστι δουλεύει τῷ κέρδει· τῷ δὲ Θεῷ εὐάρεστος εἶναι οὐ δύναται, οὐδὲ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ ὑπήκοος, συνεχῶς οὐ δυναμένη ἐντυγχάνειν αὐτῷ, ἐπὶ τὸ ἀργυρολογεῖν τὸν νοῦν καὶ τὴν διάθεσιν ἔχουσα· ἐπείπερ ὅπου ὁ θησαυρὸς, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία αὐτῆς· ἐν τῷ γὰρ διαλαμβάνει, ποῦ πορευθῇ λήμματος χάριν, ἢ ὅτι ἡ δεῖνα ἡ φίλη αὐτῆς ἐπιλέλησται, καὶ λόγον τίνα ταύτῃ προσενεγκεῖν ὀφείλει. ἡ δὲ τοιαῦτα λογιζομένη, οὐκέτι τῇ προσευχῇ προσέξῃ, ἀλλὰ τῇ ἐμπιπτούσῃ ἐννοίᾳ. διὸ κἄν ποτε θελήσῃ προσεύξασθαι ὑπέρ τινος, οὐκ εἰσακουσθήσεται· οὐ γὰρ ἐξ ὅλης καρδίας προσφέρει τὴν δέησιν κυρίῳ, ἀλλὰ μεμερισμένῃ διανοίᾳ· ἡ δὲ Θεῷ βουλομένη προσανέχειν, καθημένη ἔνδον, φρονεῖ τὰ τοῦ κυρίου, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀκαταπαύστῳ στόματι δέησιν προσφέρουσα εἰλικρινῆ. ὥσπερ οὖν καὶ ἡ σοφωτάτη Ιουδὴθ, μαρτυρουμένη ἐπὶ σωφροσύνῃ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ Ισραὴλ· οὕτως οὖν καὶ ἡ ὁμοία αὐτῇ χήρα ἔντευξιν ἀκατάπαυστον ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας προσοίσει Θεῷ, καὶ εἰσακούσεται αὐτῆς, διὰ τὸ τὴν διάνοιαν αὐτῆς πρὸς μόνῳ τούτῳ ἠρτῆσθαι, καὶ μήτε πρὸς ἀπληστίαν, μήτε πρὸς ἐπιθυμίαν πολυδάπανον ἐκκεῖσθαι· ὅτε ὀφθαλμὸς αὐτῆς ἁγνὸς, καὶ ἡ ἀκοὴ καθαρὰ, καὶ αἱ χεῖρες ἀμόλυντοι, καὶ οἱ πόδες [3] ἥσυχοι, καὶ τὸ στόμα οὔτε πρὸς λαιμαργίαν, οὔτε πρὸς φλυαρίαν ἕτοιμον, ἀλλὰ λαλοῦν μὲν τὰ δέοντα, μεταλαμβάνον δὲ ὧν προσῆκε διὰ μόνην τὴν σύστασιν. οὕτω σεμνὴ καὶ ἀτάραχος ὑπάρχουσα, εὐάρεστος ἔσται τῷ Θεῷ· καὶ ἅμα τῷ αἰτήσασθαι αὐτὴν τι, προφθάσει αὐτὴν ἡ δόσις· Ἔτι γάρ σου, φησὶ, λαλοῦντος ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Τοιαύτη δὲ οὖσα, ὑπαρχέτω ἀφιλάργυρος, ἄτυφος, μὴ αἰσχροκερδὴς, μὴ ἄπληστος, μὴ λίχνος· ἀλλ' ἐγκρατὴς, πραεῖα, ἀτάραχος, εὐλα-

A cientes ut tales exeant quales intrarunt, nempe vacui, eo quod non audierint illos qui vel docent, vel legunt verbum Domini. Nam de hujusmodi Esaias Propheta dicit: [a] *Auditu audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non scietis: incrassatum est enim cor populi hujus.*

CAPUT VII.

Quales sunt falsæ viduæ.

AD eumdem ergo modum, hujusmodi viduæ obturatas habent aures cordis; ne intus in te- B ctis suis sedentes, Dominum alloquantur; sed circumcursantes, quæstus gratia, nugas agendo, perficiant Adversarii desideria. Hæ igitur viduæ, cum Christi altari non possunt comparari. Sunt enim nonnullæ viduæ, quæ in lucro omne studium suum ponunt; & quia impudenter petunt, ac insatiabiliter accipiunt, jam multos ad largiendum segniores reddiderunt; cumque oporteret, ut per animi moderationem contentæ essent ecclesiasticis subsidiis; contra, circumcurrentes concutiunt vicinorum ac divitum domos, affatim pecuniarum sibi congerendo, nec non acerbo fœnore mutuum dant, solisque Mammonæ curam habent; quarum deus est crumena; quæ cibum ac potum omni virtuti C anteponunt, aientes: [b] *Edamus, & bibamus; cras enim moriemur*; atque istas res tamquam stabiles putaverunt, & non tamquam fugaces. Nam in conquirendis nummis exercitata, pro Deo colit Mammonam, hoc est, servit lucro; at apud Deum gratiosa esse non potest, nec religioni illius obtemperare, cum assidue Numen adire supplex nequeat, quandoquidem mentem & voluntatem parandis opibus intentam habeat: quoniam [c] ubi thesaurus, ibi & cor illius: siquidem mente volutat, quo accedet capturæ gratia; aut quod illa quæpiam, amica, oblita est ejus, & quo illam aliam sermone compellare debeat. Ceterum quæ talia reputat, non amplius orationi vacabit, sed instanti cogitationi. D Quapropter si forte pro aliquo precari velit, non exaudietur: non enim ex toto corde, sed mente distracta, Domino offert precationem. Quæ autem Deo animum intendere desiderat, intra privatos parietes sedens, cogitat quæ ad Dominum pertinent, per noctem ac diem ore numquam cessante precem sinceram Deo deferens. Quemadmodum ergo sapientissima Juditha, [d] pudicitiæ testimonio celebris, nocte & die Deum pro Israele deprecabatur; ita quoque illi par vidua, indesinenter pro Ecclesia Deo supplicabit; qui exaudiet eam, quoniam in hoc solum mente alligata est, & neque ad insatiatam aviditatem, neque ad sumtuosam cupiditatem incumbit; atque oculus ejus est castus, auris munda, manus impollutæ, pedes quieti, os E denique neque ad ingluviem, neque ad ineptias promtum; sed loquens quidem quæ condecent, ea vero dumtaxat sumens quæ sustentandæ vitæ conveniunt. Quæ sic fuerit proba, gravis ac sedata, Deo complacebit; simulque ac aliquid postulaverit, prævenit eam largitio: [e] *Adhuc* enim, inquit, *loquente te, dicam; Ecce adsum*. Eadem igitur, sit divitiarum contemtrix, fastu carens, non turpi lucro dedita, non inexplebilis, non vorax; immo temperans, mansueta, tranquilla, religiosa, verecunda,

a Isa. VI. 9. b Isa. XXII. 13. c Matth. VI. 21. d Judith. IX. & XII. e Isa. LVIII. 9.

1. Φλυαρ.] Al. φλοιαριῶν. COT.
2. Πλησίων] Forte πλουσίων, ut Interpres. ID.
3. Ησυχοι.] Alter Cod. ἴσοι, quales sunt qui non nunc citato gradu, nunc tardo, incedunt; sed gravi & pari. CLER.

βὴς, αἰδήμων, καθημένη ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς, ψάλλουσα, προσευχομένη, ἀναγινώσκουσα, ἀγρυπνοῦσα, νηστεύουσα, Θεῷ πάντοτε προσομιλοῦσα ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις· ἔρια τε ἐκλαμβάνουσα, ἑτέροις μᾶλλον ἐπιχορηγείτω, ἤπερ αὐτή τινος δεέσθω· μιμνησκομένη τῆς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ μεμαρτυρημένης ὑπὸ τοῦ Κυρίου χήρας, ἥτις ἐλθοῦσα ἐν τῷ ἱερῷ, ἔβαλεν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον τὰ δύο λεπτὰ, ἅπερ ἐστὶ κοδράντης· καὶ θεασάμενος αὐτὴν ὁ καρδιογνώστης Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ διδάσκαλος, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι αὕτη ἡ χήρα πλεῖον πάντων ἔβαλεν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον· ὅτι οἱ πάντες ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν ἔβαλον, αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος ὅλον αὐτῆς τὸν βίον ὃν εἶχε. Σεμνὰς οὖν δεῖ εἶναι τὰς χήρας, πειθομένας τοῖς ἐπισκόποις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις, ἔτι μὴν καὶ ταῖς διακόνοις, εὐλαβουμένας, ἐντρεπομένας, φοβουμένας, μὴ κατεξουσιαζούσας, μήτε παρὰ τὴν διαταγὴν τι ποιεῖν θελούσας δίχα γνώμης τοῦ διακόνου, οἷον τὸ πρός τινα [1] ἀπελθούσας ἐπὶ τὸ φαγεῖν παρ᾽ αὐτῷ καὶ πιεῖν, ἢ λαβεῖν τι παρά τινος. εἰ δὲ μὴ κελευσθεῖσα ποιήσῃ ἕν τι τούτων, ἐπιτιμάσθω νηστείᾳ, ἢ ἀφοριζέσθω, ὡς προπετής.

A sedens domi suæ, psallens, orans, legens, vigilans, jejunans, cum Deo semper colloquens canticis & hymnis: lanam faciendo, aliis potius suppeditet, quam ipsa aliquo indigeat; memor viduæ a Domino in Evangelio comprobatæ, quæ veniens ad templum, in gazophylacium misit duo æra minuta, quod est quadrans; at eam intuitus cordis cognitor Christus Dominus noster ac Magister, ait: [a] *Amen dico vobis, quoniam hæc vidua plus omnibus misit in gazophylacium: quia omnes ex abundantia sua miserunt; hæc autem, de penuria, omnem victum suum quem habuit.* Itaque oportet viduas honeste ætatem agere, obedientes Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, insuperque & Diaconissis; reverentes, B pudibundas, metuentes, non liberius vivere ac in sua esse potestate nitentes, neque citra præscriptum volentes quidquam facere sine Diaconi voluntate; exempli caussa, si pergendum sit ad aliquem, ut cum eo manducent ac bibant, vel aliquid ab aliquo accipiant. Sin vero injussa horum quidquam perpetrarit, jejunio puniatur aut segregetur, tamquam proterva & inconsiderans.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.

Ὅτι οὐ χρὴ παρὰ ἀναξίων λαμβάνειν τὴν χήραν, ἢ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ ἄλλον πιστόν.

CAPUT VIII.

Quod non oportet, ut ab indignis accipiat vidua, vel Episcopus, vel alius fidelis.

C

ΤΙ γὰρ ἐπίσταται, ὁποῖα τίς ἐστι, παρ᾽ ἧς λαμβάνει, ἢ ἐκ ποταπῆς διακονίας [2] παραβάλλει τὴν τροφήν. πότερον ἐξ ἁρπαγῆς, ἢ ἑτέρας τινὸς οὐ καλῆς ἀγωγῆς; [3] οὐκ ἐπισταμένη ἡ χήρα ὅτι ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου τούτων δώσει λόγον Θεῷ, δεχομένη ἀναξίως Θεοῦ; οὔτε γὰρ οἱ ἱερεῖς τοιαύτης ἑκουσιαστικὸν δέξονταί ποτε, οἷον ἅρπαγος, ἢ πόρνης. γέγραπται γάρ· Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ πλησίον· καί· Οὐ προσοίσεις μίσθωμα πόρνης Κυρίῳ τῷ Θεῷ. [4] οὐ δεῖ ἂν δέχεσθαι παρὰ τῶν τοιούτων, οὔτε μὴν παρὰ ἀφωρισμένων. γινέσθωσαν δὲ αἱ χῆραι ἕτοιμοι πρὸς ὑπακοὴν τῶν ἐντεταλμένων αὐταῖς ὑπὸ τῶν κρειττόνων, καὶ κατὰ τὴν διάταξιν τοῦ ἐπισκόπου ποιείτωσαν, ὡς Θεῷ ὑπακούουσαι· ὁ γὰρ ἀπὸ τοιούτου ἐπιῤῥήτου, ἢ ἀποσυναγώγου δεχόμενος, καὶ ὑπὲρ τούτου προσευχόμενος, ἐμμένειν τοῖς κακοῖς προαιρουμένου, καὶ μὴ θέλοντος μεταμεληθῆναί ποτε, κοινωνεῖ τούτῳ τῇ προσευχῇ, καὶ λυπεῖ Χριστὸν τὸν τοὺς ἀδίκους ἀποστρεφόμενον, καὶ οἰκοδομεῖ αὐτοὺς διὰ τῆς ἀναξίου δόσεως, καὶ συμμολύνεται αὐτοῖς, μὴ ἀφίων αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν ἐλθεῖν, ὥστε προσκλαῦσαι, καὶ δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ.

UNde enim vidua novit, qualis sit ea mulier a qua accipit, aut ex quonam ministerio alimentum apponit; utrum ex rapina, aut ex alia quapiam arte illicita? Nescit vidua reddituram se Deo rationem de singulis hisce rebus, quando accipiet indigne Deo? Neque enim sacerdotes unquam admittent spontanea hujusmodi mulieris dona; veluti furis aut meretricis. Scriptum est enim: [b] *Non concupisces res proximi*: &: [c] *Non offeres mercedem meretricis Domino Deo.* A talibus igitur capiendum non est, neque etiam ab excommunicatis. Parent autem se viduæ ad obediendum mandatis sibi per superiores, atque juxta præscriptum Episcopi faciant, tamquam D Deo auscultantes. Certe cum quis non recusat munus viri infamis, aut ab Ecclesia ejecti ac pro eo orat, qui & in peccatis gestit perseverare, nec vult aut ad pœnitentiam umquam reverti; tunc cum illo in oratione communicat, & Christum iniquorum depulsorem contristat, hominesque eos per indignam quam faciunt donationem ædificat & in delicto stabilit: seque cum illis inquinat, non sinens ad pœnitentiam venire ipsos, ut defleant, & Deum precentur.

a Marc. XII. 43. Luc. XXI. 3. *b* Exod. XX. 17. *c* Deut. XXIII. 18.

1. Ἀπελθούσας.] Alter Cod. ἀπελθεῖν, quod melius videtur. CLER.
2. Παραβάλλει.] Alter χορηγεῖ, quod nescio an non sit glossa. Certe παραβάλλειν rarius hoc sensu occurrit. ID.
3. Οὐκ ἐπισταμένη.] Alter ἀγνοεῖ τοίνυν. ID.
4. Οὐ δεῖ ἂν δέχεσθαι παρὰ τῶν τοιούτων, οὔτε μὴν παρὰ ἀφωρισμένων.] Pluribus testimoniis, quæ apud alios congesta reperies, aut tute congeres facile, unum adjicio nondum visum, ex illis MSS. quorum memini antea. Est autem Canon 31. Nicephori Constantinopolitani, Confesso- E ris dicti, & Patrum cum illo congregatorum. εἴ τις παλλακὴν κεκτημένος, οὐ βούλεται ἢ καταλιπεῖν αὐτὴν, ἢ εὐλογηθῆναι, καὶ μετὰ ἱερολογίας ἔχειν, οὐ χρὴ δέχεσθαι τὰ παρ᾽ αὐτοῦ προσφερόμενα τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς τοὺς θείους θεσμοὺς διὰ τῶν ἔργων καταφρονῶν ἐνυβρίζει. Hoc est: *Si quis concubinam habens, non vult aut illam relinquere, aut retinendo accipere benedictionem sacramentalem; non oportet recipere quæ ab illo Ecclesiæ offeruntur, cujus divinas leges factis suis contemnit & contumelia afficit.* COT.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας βαπτίζειν· ἀσεβὲς γάρ, καὶ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἀλλότριον.

ΠΕρὶ δὲ τοῦ γυναῖκας βαπτίζειν, γνωρίζομεν ὑμῖν, ὅτι κίνδυνος οὐ μικρὸς ταῖς τοῦτο ἐπιχειρούσαις. διὸ οὐ συμβουλεύομεν· ἐπισφαλὲς γάρ, μᾶλλον δὲ παράνομον καὶ ἀσεβές. εἰ γὰρ κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, οὗτος δὲ προχειρίζεται εἰς ἱερωσύνην, οὐ δίκαιον, ἀθετῆσαι τὴν δημιουργίαν, καὶ καταλιπόντα τὴν ἀρχήν, ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἐλθεῖν σῶμα. γυνὴ γὰρ σῶμα ἀνδρός, ἐκ πλευρᾶς ὄν, καὶ ὑποκείμενον ἐκείνῳ, ἐξ οὗπερ καὶ διῃρέθη εἰς παίδων γένεσιν· [1] Αὐτὸς γάρ σου, φησί, κυριεύσει· ἀρχὴ γὰρ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, ἐπειδὴ καὶ κεφαλή. εἰ δὲ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διδάσκειν αὐταῖς οὐκ ἐπετρέψαμεν, πῶς [2] ἱερατεῦσαι ταύτας παρὰ φύσιν τις συγχωρήσει; τοῦτο γὰρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀθεότητος τὸ ἀγνόημα, θηλείαις θεαῖς [3] ἱερείας χειροτονεῖν, ἀλλ' οὐ τῆς Χριστοῦ διατάξεως. εἰ δὲ καὶ ἔδει ὑπὸ γυναικῶν βαπτίζεσθαι, πάντως ἂν καὶ ὁ Κύριος ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρὸς ἐβαπτίζετο, καὶ οὐχ ὑπὸ Ἰωάννου· ἢ καὶ ἡμᾶς ἀποστέλλων ἐπὶ τὸ βαπτίζειν, συναπέστειλεν ἂν

CAPUT IX.

Quod non oportet, ut mulieres baptizent: id enim impium, & a Christi doctrina alienum.

AN autem baptizare ad mulieres pertineat; notum vobis facimus, non medioeri in periculo versari eas quæ hoc præsumunt. Quare non tale consilium damus: periculosa quippe res est, immo vero illicita & impia. Nam si [a] vir est caput mulieris, & is eligitur ad sacerdotium; justitiæ repugnat, ut creationis regulæ præscribatur, & relicto principatu, ad extremum corpus veniatur. Mulier enim corpus viri est, ex costa ejus ortum ducens, eique subjectum, scilicet, a quo ad liberorum procreationem sectum fuit: [b] *Ipse*, inquit, *tui dominabitur*: at vir principatum mulieris tenet, ut pote illius caput. Quod si in præcedentibus, non permisimus feminis docere, quo pacto quispiam præter naturam eis fungi sacerdotio concedet? Nam deabus feminis sacerdotissas creare Gentilis impietatis erratum est, non autem Christi institutum. Quod si oportuisset a mulieribus Baptismum administrari, profecto Dominus a matre sua fuisset baptizatus, & non a Joanne [c]: aut quando nos ad baptizandum misit [d]:

a I. Cor. XI. 3. b Gen. III. 10. c Matth. III. 13. d Matth. XXVIII. 19.

1. Αὐτὸς &c.] In altero Cod. legitur *αὐτός σου, φησίν, ἔσται κεφαλὴ καὶ* &c. Cler.

2. Ἱερατεῦσαι.] Baptizare sacerdotale esse officium dicitur etiam infra capite 15. lib. 6. & Canone Apostolico 47. constatque multis auctoritatibus, præcipue Tertulliani de Baptismo cap. 17. Cypriani Epist. 69. 70. Concilii Carthaginiensis Cyprianici num. 17. 28. 79. Athanasii Epistola ad Dracontium p. 955. Hilarii in Psalm. LXVII. 32. Basilii Canone 1. Epiphanii Hæres. 7. cap. 3. 4. Hæres. 79. cap. 3. 7. (Cujus & legenda Vita cap. 6. & 11.) Joannis Moschi cap. 176. & Augustini lib. 2. adversus Epistolam Parmeniani cap. 13. Hanc ob rem Diaconis, utpote non sacerdotibus, sed sacerdotum ministris, ne Baptismum conferant interdicunt aperte Constitutiones hujus libri cap. ult. & lib. 8. cap. 28. & 46. Eaque interdictio comprobatur a Maximo ad caput 3. Cælestis Hierarchiæ, & a Balsamone ad 49. Canonem Apostolorum; nec non confirmatur Canone 7. eorum qui dicuntur, Synodi Romanorum ad Gallos Episcopos; de quibus Canonibus conjectura Clarissimi Sirmondi, videri Innocentii Papæ, corruet, si conferantur primus & secundus cum cap. 12. & 13. Epistolæ secundæ illius Pontificis. Integrum illum Can. 7. apponam, quemadmodum meo judicio debet constitui.

Quod Diaconi extra Paschæ tempus non baptizent. Non ergo nunc de Baptismi ratione, sed de tradentium persona rescribo. Paschæ tempore Presbyter & Diaconus per Parochias dare remissionem peccatorum, & ministerium implere consueverunt, etiam præsente Episcopo: in fontem quoque ipsi descendunt, illi in officio sunt: sed illius (al. *Episcopi*) *nomini facti summa conceditur. Reliquis vero temporibus, ubi ægritudinis necessitas consequi unumquemque compellit, specialiter Presbytero licentia est, per salutaris aquæ gratiam dare indulgentiam peccatorum, quoniam & munus ipsi licet caussa mundationis offerre: Diaconis vero nulla licentia invenitur esse concessa; sed quod semel forte contigit usurpare, per necessitatem dicuntur excusati, nec postea in securitate commissum.* Non ita commode cum Canone præcedente junguntur ista, *Non ergo nunc de Baptismi ratione, sed de tradentium persona rescribo.* Alii tamen Diaconis baptizandi jus concedunt, aut absolute, aut in necessitate solummodo, ac extra ordinem. Absolute, Tertullianus in loco citato, Cyrillus Hierosolymitanus circa finem Catecheseos 17. Hieronymus contra Luciferianos cap. 4. & Patres Synodi Illiberitanæ Can. 77. idque colligitur etiam ex Canone 12. Concilii Aurelianensis 1. In necessitate, ac extra ordinem, Gelasius Epist. 9. Concilium Eboracense anni 1194. cap. 4. Concilium Londoniense anni 1200. cap. 3. Nicephorus Confessor Juris Græco Romani p. 196. & Theodoritus ac Procopius ad II. Paral. XXIX. Quibus addere potes Hilarium supra citatum, & locum Constitutoris in fine cap. 46. lib. ult. Sequuntur Diaconos, inferiores Clerici. De illis Noster cap. 11. item Pseudo-Ambrosius. Sed notabilia sunt præ ceteris verba Scriptoris Anonymi de non denuo baptizandis qui semel in nomine Christi tincti fuerint, in Observationibus Nicolai Rigaltii ad S. Cyprianum pag. 134. *Et ideo cum salus nostra in Baptismate spiritus, quod plerumque cum Baptismate aquæ conjunctum est, sit constituta; si quidem per nos Baptisma tradetur, integre & sollemniter & per omnia quæ scripta sunt adsignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur: aut si a minore Clero per necessitatem traditum fuerit, eventum exspectemus, ut aut suppleatur a nobis, aut a Domino supplendum reservetur.* Jam vero circa Laicos eamdem diversitatem reperire est. Baptizabant initio cuncti Christiani, si fides falso Ambrosio. In necessitate, atque extra ordinem, licite hoc fieri a Laicis, opinio communis est Veterum ac Recentiorum. (Leg. Harmenop. Epit. sect. V. cap. 1.) Consule finem cap. 46. lib. 8. præsentis Operis. *χρὴ τὰ ἀβάπτιστα νήπια, ἐὰν εὑρεθῇ τις εἰς τόπον, μὴ ὄντος ἱερέως, βαπτισθῆναι. εἰ βαπτίσει δὲ καὶ ὁ ἴδιος πατήρ, ἢ οἱοσδήποτε ἄνθρωπος, μόνον ἵνα ἐστὶ Χριστιανός, οὐκ ἔστιν ἁμαρτία. Infantes non baptizatos, oportet, si quo loco reperiatur quis, ubi non sit sacerdos, baptizari. Quod si vel pater, aut quilibet alius, modo sit Christianus, baptizet, peccatum non committit.* Canon est Nicephori Confessoris, 16. in Jure Græco-Romano: at 51. apud Glycam Annalium Parte 3. p. 244. *ἀλλά*, inquit, *καὶ ὁ πεντηκοστὸς πρῶτος κανὼν τοῦ ἐν πατριάρχαις Κωνσταντινουπόλεως ἁγιωτάτου Νικηφόρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων πατέρων, τάδε διορίζεται. Τὰ ἀβάπτιστα νήπια, μὴ ὄντος ἱερέως, καὶ πατὴρ αὐτὰ βαπτίσει, δὲ οἷος ἕτερος τύχῃ, μόνον ἔσται* (al. *ἔστω*) *ὀρθόδοξος. Canon autem quinquagesimus primus sanctissimi Patriarchæ Constantinopolitani Nicephori, & aliorum sanctorum Patrum, qui præsentes ipsi adfuerunt, hæc decernit: Infantes nondum baptizatos, si sacerdos nullus adsit, & pater baptizare potest, & quivis alius, modo sit orthodoxus.* Scilicet, istius Concilii non pauca decreta perierunt, præter 17. edita, & 28. inedita quæ leguntur post Matthæum Blastarem in Mss. Regiis, atque in Joliano; corruptusque jacet numerus in Protheoria Harmenopuli ad Epit. Canon. ubi Nicephoro tribuuntur tantum Canones decem. Nam Epitomes ejusdem Sect. IV. tit. 2. laudatur Canon 14. qui apud Blastarem est 15. eique subjunguntur 13. & 16. hic noster. Baptisma vero per Laicos ordinarie datum, illicitum autumant omnes; invalidum, nonnulli, manifesto errore: sic Matthæus ille Blastares, Canonum Collector nondum typis mandatus, Littera *β*. cap. 3. & Synodus ab eo inibi memorata: sic etiam Theodorus Scutariota in Scholio ad Hæresim 22. lib. 4. Thesauri Nicetæ Choniatæ. Accipe verba Græca Matthæi Monachi cum Latina interpretatione Cot. — Ea cum aliis infra exhibentur in Append. ad Constitut. num. VI.

3. Ἱερείας.] Negat quoque S. Epiphanius in Christiana Religione esse debere *ἱερείας* & *ἱερίσσας*, ridetque Clerum Pepuzianorum Cataphrygum, Episcopos & Presbyteros

ἡμῖν καὶ γυναῖκας ἐπὶ τούτῳ· νῦν δὲ οὐδαμοῦ, οὔτε προσέταξεν, οὔτε ἐγγράφως παρέδωκεν, εἰδὼς καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως, καὶ τὴν εὐπρέπειαν τοῦ πράγματος, ὡς καὶ τῆς φύσεως δημιουργὸς, καὶ τῆς διατάξεως νομοθέτης.

A una quoque misisset & mulieres ad idem ministerium: jam vero nihil tale usquam neque injunxit, neque scripto tradidit; quippe qui & naturæ ordinem, & rei decentiam probe nosset, ut & naturæ conditor, & constitutionis legislator.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Ὅτι οὐ χρὴ λαϊκὸν ποιεῖν ἱερατικὸν ἔργον, βάπτισμα, ἢ θυσίαν, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν.

Ἀλλ' οὔτε λαϊκοῖς ἐπιτρέπομεν ποιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν ἔργων· οἷον θυσίαν, ἢ βάπτισμα, ἢ χειροθεσίαν, ἢ [1] εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην. Οὐχ ἑαυτῷ γάρ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Διὰ γὰρ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ ἐπισκόπου δίδοται ἡ τοιαύτη ἀξία· ὁ δὲ μὴ ἐγχειρισθεὶς ταύτην, ἀλλ' ἁρπάσας αὐτὴν ἑαυτῷ, τὴν τιμωρίαν τοῦ Ὀζίου ὑποστήσεται.

CAPUT X.

Quod non debeat Laicus opus sacerdotale facere; Baptisma, aut sacrificium, aut manus impositionem, aut benedictionem.

SED nec Laicis permittimus quamlibet sacerdotalium functionum usurpare; ut sacrificium, vel B Baptisma, vel impositionem manus, vel benedictionem tum parvam, tum magnam. [a] *Nec enim quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo.* Nam per impositionem manuum Episcopi, datur hæc dignitas: qui autem eam non habet sibi commissam, sed sibi illam rapuit, [b] Oziæ supplicium sustinebit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια.

Ὅτι πλὴν ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου, οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν ἐπιτέτραπται τὰ τῶν ἱερέων ἐνεργεῖν· τὸ δὲ χειροτονεῖν μόνῳ ἐπισκόπῳ προσήκει, ἑτέρῳ δὲ οὐδενί.

Ἀλλ' οὔτε τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν· οἷον ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ πυλωροῖς, ἢ ὑπηρέταις· [2] ἢ μόνοις ἐπισκόποις, καὶ πρεσβυτέροις, ἐξυπηρετουμένων αὐτοῖς τῶν διακόνων. οἱ δὲ τολμῶντες τοῦτο, τῶν Κορίτων ὑποίσουσι τὴν δίκην. οὐκ ἐπιτρέπομεν δὲ πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους, ἢ διακονίσσας, ἢ ἀναγνώστας, ἢ ὑπηρέτας, ἢ ᾠδοὺς, ἢ πυλωρούς· ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις. αὕτη γάρ ἐστι τάξις ἐκκλησιαστικὴ καὶ ἁρμονία.

CAPUT XI.

Quod præterquam Episcopo, vel Presbytero, nulli ceterorum Clericorum liceat quæ sunt Sacerdotum exercere: & quod ordinare, soli Episcopo conveniat, nulli vero alii.

C SED neque reliquos Clericos Baptismum conferre volumus; veluti Lectores, aut Psaltes, aut Janitores, aut Ministros; nisi solos Episcopos & Presbyteros, ministrantibus Diaconis. Qui autem id præsumserint, [c] Coritarum pœnas ferent. Non etiam potestatem damus Presbyteris, ordinandi Diaconos, vel Diaconissas, vel Lectores, vel Ministros, vel Cantores, vel Janitores; sed Episcopis solis. Hic enim est Ecclesiasticus ordo, & concentus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ.

Ἀποτροπὴ βασκανίας.

Περὶ δὲ φθόνου, ἢ ζήλου, ἢ καταλαλιᾶς, ἢ ἔριδος, ἢ φιλονεικίας, προείρηται ὑμῖν, ὅτι ταῦτα Χριστιανοῦ ἀλλότρια, καὶ μάλιστα ἐπὶ χηρῶν. ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐνεργῶν διάβολος πολύτροπος καὶ ποικίλος ὑπάρχων, εἰς τὰς μὴ χήρας ἐμπομπεύει, ὡς καί ποτε εἰς τὸν Κάϊν. ἔνιαι γὰρ λέγουσιν εἶναι

CAPUT XII.

Dehortatio ab invidia.

D DE invidia vero, æmulatione, maledicentia, discordia, & contentione, jam vobis diximus, aliena esse hæc a Christiano, maximeque a viduis. Cum tamen diabolus, impulsor versutus & mille nocendi artes callens, in falso viduas tamquam triumpho ejus paratas collimet; quemadmo-

a Hebr. v. 4. *b* II. Paral. XXVI. *c* Num. XVI.

mulieres, item sacerdotissas Antidicomarianitarum & Collyridianorum. Addit in hac postrema Hæresi num. 3. Diaconissas sacerdotio non fungi. Unde patet error ac erroris origo, tum Pseudo-Ambrosii ad I. Tim. III. 11. scribentis: *Sed Cataphrygæ erroris occasionem captantes, propter quod post Diaconos mulieres alloquitur, etiam ipsas Diaconas ordinari debere vana præsumtione defendunt, cum sciant Apostolos septem Diaconos elegisse. Numquid nulla mulier tunc idonea inventa est, cum inter undecim Apostolos sanctas mulieres fuisse legamus? Sed ut Heretici animum suum verbis, non sensu legis adstruere videantur, Apostoli verbis contra sensum innituntur Apostoli, ut cum ille mulierem in Ecclesia in silentio esse debere præcipiat, illi e contra etiam auctoritatem in Ecclesia vindicent ministerii*: tum Mariani Scoti, & Sigeberti, qui adnotant ann. Domini 525. 526. Acephalos Hæreticos dicere, *Paullum Apostolum in Epistolis præcepisse feminas Diaconas debere fieri, quia eas commemorat post Diaconos.* Nimirum, ignorarunt ordinem & functiones Diaconissarum, quas dubio procul in Ecclesiis suis nullas videbant. Et Ambrosiaster quidem Sacerdotissas mutavit in Diaconissas: Marianus autem ex Cataphrygibus fecit Acephalos, lapsu, ut videtur, memoriæ: at Sigebertus Marianum exscripsit. Doctius & melius ementito Ambrosio supposititius Hieronymus in eumdem Scripturæ textum: *Similiter eas ut Diaconos eligi jubet. Unde intelligitur quod de his dicat, quas adhuc hodie in Oriente Diaconissas appellant.* Et ad Roman. XVI. 1. *Sicut etiam nunc in Orientalibus Diaconissæ mulieres, in suo sexu ministrare videntur in Baptismo, sive in ministerio verbi, quia privatim docuisse feminas invenimus, sicut Priscillam, cujus vir Aquila vocabatur.* COT.

E 1. *Εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην.*] Benedictionem parvam interpretantur viri docti, quæ a Presbyteris datur; magnam, quæ ab Episcopis. Potuissent ex Canon. Basilii 27. Regensi 5. Agathensi 44. Herardi 78. & aliis, magnam de publica, parvam de privata accipere. Porro hujus capitis & sequentis varias lectiones ex Georgio Hamartolo habes paullo supra: easdemque exhibet codex Regius 1326. IDEM.

2. Ἢ *μόνοις*.] Hinc excidit *ἀλλὰ*, nam ἢ numquam significat *nisi*, sed *ἀλλ' ἢ* id significare nemo nescit. Repetitio voculæ ἢ festinantem librarium fefellit. Miror hoc fugisse diligentiam *Cotelerii*. His dudum editis, ex collatione Codd. Vindobonensium vidi unum esse in quo legitur *ἀλλ' ἤ*. CLER. — Attamen eadem particula ἢ nonnumquam *nisi* significare comperitur, eoque sensu illam reddit Interpres vulgatus *Joan.* XIII. 10. & *Act.* XXIV. 21. Neque aliter Schoettgenius in novo suo Lexico *Nov. Testament.*

SÆCUL.III. CIRCA ANN. CHR. 230.

χῆραι, τὰ δὲ τῆς χηρείας ἄξια παραγγέλματα οὐ A ποιοῦσιν, ὡς οὐδ' ὁ Κάϊν τὰ ἀδελφικὰ δικαιώματα. ἀγνοοῦσι γὰρ ὡς οὐ τὸ ὄνομα τῆς χηρείας εἰς βασιλείαν αὐτὰς εἰσάξει, ἀλλ' ἡ ἀληθὴ πίστις καὶ τὰ ὅσια ἔργα. εἰ δέ τις τὸ μὲν ὄνομα τῆς χηρείας κέκτηται, τὰ δὲ τοῦ ἀντικειμένου ἐπιτελεῖ ἐπιτηδεύματα· ἡ μὲν χηρεία αὐτῆς οὐ λογισθήσεται, ἐξωσθεῖσα δὲ τῆς βασιλείας, αἰωνίᾳ κολάσει παραδοθήσεται. ἀκούομεν γάρ τινας χήρας ζηλοτύπους, φθονερὰς, διαβόλους, βασκαινούσας ταῖς ἑτέρων ἀνέσεσιν· αἱ δὲ τοιαῦται, οὐκ εἰσὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας μαθήτριαι. δέον γὰρ αὐτὰς, ἐνδυθείσης αὐτῶν συγχήρας ὑπό τινος, ἢ λαβούσης ἀργύρια, ἢ τροφὴν, ἢ πόμα, ἢ ὑπόδεσιν, θεασαμένας τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν ἀναψύξασαν, εἰπεῖν· B

dum olim in Cainum. Nonnullæ enim se viduas A prædicant, at viduitate digna præcepta non servant; sicut nec Cainus jura fraterna. Ignorant enim, quod non viduitatis nomen illas in Regnum introducet, sed vera fides, & sancta opera. Si quæ vero nomen viduitatis obtinet, & Adversarii studia peragit; viduitas ejus non computabitur, & repulsa a Regno, æternæ pœnæ tradetur. Audimus enim quasdam esse viduas æmulas, invidas, calumniatrices, aliarum levamentis anxias. Quæ tales sunt, ad Christum non pertinent, nec discipulæ æstimantur doctrinæ Christianæ. Siquidem, cum aliqua pariter vidua a quopiam induta fuit, aut accepit vel pecuniam, vel cibum, vel potum, vel calceos; oportuisset eas, recreatam sororem suam intuitas, dicere: B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Ὅπως δεῖ προσεύχεσθαι τὰς χήρας ὑπὲρ τῶν διδόντων τὰ πρὸς τὰς χρείας.

Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς ὁ ἀναψύξας τὴν συγχήραν· εὐλόγησον, κύριε, καὶ δόξασον τὸν διακονήσαντα αὐτῇ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ ἀναβῆναι ἐν ἀληθείᾳ πρός σε· καὶ μνησθήσῃ αὐτοῦ εἰς ἀγαθὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς αὐτοῦ. καὶ τὸν ἐπίσκοπόν μου τὸν καλῶς σοι λειτουργήσαντα, καὶ διδάξαντα εὔκαιρον ἐλεημοσύνην γυμνῇ οὔσῃ τῇ συγχήρᾳ μου γενέσθαι. προσθεὶς C αὐτῷ δόξαν, καὶ δώσεις αὐτῷ στέφανον καυχήσεως ἐν ἡμέρᾳ ἀποκαλύψεως ἐπισκοπῆς σου. ὁμοίως καὶ ἡ λαβοῦσα χήρα τὸ ἔλεος, συμπροσευχέσθω τῷ διδόντι αὐτῇ [1] τὴν διακονίαν.

CAPUT XIII.

Quo modo oporteat viduas orare pro iis, qui necessaria tribuunt.

Benedictus es, Deus, qui conviduam recreasti: benedic Domine & clarifica eum, qui illi subministravit; ut opus ejus in veritate ascendat ad te: & memineris illius, in bonum, die visitationis ejus. Sed & benedic Episcopo meo, qui recte tibi ministravit, & opportunam eleemosynam C conveluæ meæ nudæ fieri docuit: addas ei gloriam, & des ei coronam exsultationis in die quo revelabitur visitatio tua. Similiter & vidua quæ misericordiam accepit, comprecetur pro eo qui illi præbuit ministerium.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Ὅτι οὐ χρὴ κομπάζειν, καὶ περιαγγέλλειν τὸ ἑαυτῆς ὄνομα, τὴν καρποφοροῦσαν, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.

Ἡ μέν τοι τοῦτο ποιοῦσα, ἀποκρυψάτω τὸ οἰκεῖον ὄνομα, ὡς σοφή· μὴ σαλπίζουσα ἔμπροσθεν αὐτῆς· ἵνα γένηται ἡ ἐλεημοσύνη πρὸς τὸν Θεὸν ἐν D κρυπτῷ· καθώς φησιν ὁ κύριος· ὅτι σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, [2] μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ

CAPUT XIV.

Quod secundum Domini constitutionem, non debeat jactare se, nec nomen suum prædicare, quæ munus tribuit.


At quæ beneficium largitur, nomen suum occultet, ut sapiens; nec tuba canat ante se; D quo fiat eleemosyna apud Deum in abscondito: sicut Dominus ait: [a] *Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua;*

[a] Matth. VI. 2.

1. Τὴν διακονίαν.] Locutio Scripturæ & Patrum in significanda eleemosyna. Nihil enim frequentius, quam διακονία & διακονεῖν, *ministerium* & *ministrare*, hoc sensu. Unum sufficiet, sed præ ceteris illustre testimonium, quod Joannes Damascenus ex Doctrina Petri excerpsit, ac in Parallelorum suorum lib. 2. cap. 16. retulit. *Dives est ille, qui multis misericordiam tribuit, & qui ad Dei imitationem, ea quæ habet impertit. Deus enim res a se conditas omnino nobis tribuit. Quocirca hoc scitote qui divitiis polletis, vos ministrare debere, cum plura quam vobis opus sint acceperitis. Intelligite deesse ea aliis, quæ vobis supersunt.* E *Erubescite qui aliena retinetis, atque æquitatem Dei vobis imitandam proponite, & nemo pauper erit.* Græce ex Bibliotheca Claromontana hujus Urbis: Ἐκ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Πλούσιος ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πολλοὺς ἐλεῶν, ὁ δὲ κατὰ Θεοῦ μίμησιν ἐπιδιδοὺς ἐξ ὧν ἔχει. Θεὸς γὰρ πάντα πᾶσιν ἔδωκεν ἐκ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. σύνετε δὴ πλούσιοι, ὅτι διακονεῖν ὀφείλετε, λαβόντες πλείονα, ὧν αὐτοὶ χρῄζετε. μάθετε ὅτι ἑτέροις λείπει τὰ ὑμῖν περισσεύοντα· αἰσχύνθητε κατέχοντες ἀλλότρια. μιμήσασθε ἰσότητα Θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης. Cujus loci postrema citata reperies in Gregorio Nazianzeno Orat. 16. p. 254. sic: μὴ γενώμεθα κακοὶ τῶν δοθέντων ἡμῖν οἰκονόμοι, ἵνα μὴ ἀκούσωμεν Πέτρου λέγοντος, Αἰσχύνθητε οἱ κατέχοντες τὰ ἀλλότρια, καὶ μιμήσασθε ἰσότητα Θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης. Sed fallitur Nicetas Interpres Græcus, dum adnotat: ἔστι δὲ ἡ χρῆσις ἐκ τῆς ὀκταβίβλου τῶν ἀποστολικῶν διαταξέων· (in uno Ms. διδαγμάτων) ἣν ὕστερον ἡ ἕκτη σύνοδος ἀπεδοκίμασεν ὡς ἐπιβουλευθεῖσαν καὶ νοθευθεῖσαν παρὰ τῶν αἱρετικῶν. *Est autem hic locus ex illo Apostolicarum Constitutionum Opere octo libros complectente, quod postea sexta Synodus improbavit, tamquam ab Hæreticis depravatum & adulteratum.* Sed & Latini Scriptores nomen Diaconiæ ita usurparunt. Cassianus Collatione 18. cap. 7. *Cum diaconiam nostris fratribus deferremus.* Similiterque Collat. 21. cap. 1. 8. 9. Et Gregorius Papa lib. 8. Epist. 20. lib. 9. Epist. 24. Quem ultimum locum operæ pretium fuerit conferre cum loco Joannis Diaconi lib. 2. de vita S. Gregorii cap. 51. ut alter per alterum corrigatur. Melius enim in Gregorio, *mensis pauperum, & exhibendæ diaconiæ.* Ac vice versa rectius in Joanne, *ad mensas pauperum, vel diaconiæ* E *exhibitionem.* Hinc Diaconiæ (quarum mentio passim) appellatæ sunt ædes erogandis eleemosynis consecratæ. Cot.

2. Μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου.] Matth. VI. 3. Citavimus in Testimoniis Veterum ista ex Commentariis Incerti ad Matthæum: *Aliter certe, sicut Apostoli interpretantur in libro Canonum qui est de Episcopis, dextra est populus Christianus qui est ad dextram Christi; sinistra autem omnis populus qui est ad sinistram. Hoc ergo dicit, ne Christianum facientem eleemosynam, qui est dextra, Infidelis aspiciat, qui est sinistra. Christianus autem si Christianum viderit eleemosynas facientem, non est contra Christi præceptum, quoniam ambo dextra sunt.* Ea vero cum nec in hoc loco, ubi textus Evangelicus profertur, nec in toto libro 2. qui peculiariter de Episcopis est, nec alibi Constitutionum reperiantur; procul dubio per posteriores sublata fuerunt, quemadmodum diximus initio Notarum; quia, scilicet, displicebant. Certe allatam interpretationem, probatam licet Pseudo-Theophilo Antiocheni, Joannes Chrysostomus arguit. Cot.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 320.



ἡ δεξιά σου, ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ. Καὶ ἡ χήρα προσευχέσθω ὑπὲρ τοῦ δεδωκότος, ὅς τις ποτ' ἂν ᾖ, ἅγιον θυσιαστήριον Χριστοῦ ὑπάρχουσα· καὶ ὁ πατὴρ ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει τῷ ἀγαθὸν ποιοῦντι ἐν τῷ φανερῷ. Ἀλλ' αἱ μὴ κατ' ἐντολὴν Θεοῦ ζῆν θέλουσαι χῆραι, φροντίζουσι πολυπραγμονεῖν, τίς ἡ διακονησαμένη, καὶ τίνες αἱ λαβοῦσαι. καὶ μαθοῦσα, ἐπιμέμφεται τῇ διακονησαμένῃ, λέγουσα· οὐκ ἴδης ὅτι ἐγώ σοι μᾶλλον παρ' ἐκείνην θλιβομένη; ὅτι οὖν προετίμησας ἐκείνην ἐμοῦ; ταῦτα δὲ λέγει ἄφρων ὑπάρχουσα, οὐ νοοῦσα ὅτι οὐκ ἀνθρώπου τοῦτο θέλημα γέγονεν, ἀλλὰ Θεοῦ πρόσταγμα. εἰ γὰρ μαρτυρεῖ αὕτη ὅτι ἐγγυτέρω ὑπῆρχε, καὶ ἐν πλείονι ἐνδείᾳ ἐξητάζετο, καὶ μᾶλλον αὐτὴ γυμνὴ ἢ ἐκείνη, ὀφείλει νοεῖν τὸν διαταξάμενον, καὶ ἀποσιγήσασα, καὶ μὴ μεμψαμένη τὴν διακονήσασαν, εἰσελθοῦσα εἰς οἶκον ἑαυτῆς, καὶ ἐπὶ πρόσωπον ἑαυτὴν βαλοῦσα, ἱκετεύσαι τὸν Θεὸν ἀφεθῆναι αὐτῇ τὸ πλημμέλημα. ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο τῇ ἀγαθοποιούσῃ μὴ τραγῳδεῖν τὴν εὐποιΐαν· ἡ δὲ ἐμέμφετο ὅτι μὴ ἐκήρυξεν αὐτῆς τὸ ὄνομα, ἵνα καὶ αὐτὴ μαθοῦσα δράμῃ εἰς τὸ λαβεῖν· καὶ οὐ μόνον ἐμέμφετο, ἀλλά γε, καὶ κατηρᾶτο αὐτῇ, ἐπιλαθομένη τοῦ εἰπόντος· Ὁ εὐλογῶν σε εὐλόγηται, καὶ ὁ καταρώμενός σε κεκατήραται. Λέγει δὲ ὁ κύριος· Ὅταν εἰσέρχησθε εἰς οἶκον, λέγετε· εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ· καὶ ἐὰν ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτόν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἄξιος, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστρέψει.

A *ut sit eleemosyna tua in abscondito*. Ac vidua precetur pro largitore, quicumque tandem ille sit, cum ipsa sanctum Christi altare exsistat: *Et Pater qui videt in abscondito, in aperto reddet* conferenti benignitatem. Sed viduæ quæ secundum Dei mandatum vivere nolunt, curam habent sciscitandi multum, quæ fuerit subministratrix, & quæ acceptrices. Quod cum vidua rescivit, queritur de illa quæ subministravit, dicens: An nesciebas me tibi esse illa calamitosiorem? Quid igitur illam mihi prætulisti? Talia dicendo, desipit; neque cogitat, non fuisse hanc voluntatem hominis, sed Dei mandatum. Si enim ipsa testatur, se propiorem ac nudiorem illa fuisse, majorique inopia afflictam; B considerare debet eum qui ita ordinavit, & cum silentio ac sine accusatione largitricis ingressa in domum suam, atque in faciem procumbens, supplicare Deo, ut peccatum ei remittatur. Nam Deus præcepit beneficæ, ne velut tragico boatu decantet beneficium: vidua vero conquesta est quod illa nomen suum non proclamarit, ut ipsa quoque eo audito ad accipiendum curreret: neque solum expostulavit, sed etiam ipsi maledixit, oblita illius qui ait: [a] *Qui benedicit tibi, benedictus est; & qui maledicit tibi, maledictus est*. Dicit autem Dominus: [b] *Cum intraveritis in domum, dicite; Pax huic domui: & si fuerit ibi filius pacis, pax vestra requiescet super illum:* [c] *sin autem non fuerit* C *dignus, pax vestra revertetur ad vos*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιέ.

Ὅτι ἀπρεπὲς τὸ λοιδορεῖν τὸν πλησίον· ἀλλότριον γὰρ Χριστιανῶν τὸ καταρᾶσθαι.

Εἰ οὖν ἡ εἰρήνη ἐπὶ τοὺς πέμψαντας αὐτὴν ἐπ' ἐκείνους, πάλιν ἐπιστρέφει ἐπὶ τοὺς προηκαμένους αὐτὴν, διὰ τὸ μὴ εὑρεῖν ἀξίους [1] αὐτῆς· πολὺ μᾶλλον ἡ κατάρα ἐπιστρέψει εἰς κεφαλὴν τοῦ ἀδίκως αὐτὴν ἐκπέμψαντος, ὡς οὐκ ἀξίου ὄντος λαβεῖν αὐτὴν ἐκείνου πρὸς ὅνπερ ἐξαπεστάλη. πᾶς γὰρ [2] ὁ μάτην λοιδορῶν, ἑαυτὸν ἀρᾶται, καθά φησιν ὁ Σολομών· Ὥσπερ ὄρνεα πέτονται καὶ στρουθοὶ, οὕτως ἀρὰ ματαία οὐκ ἐπελεύσεται ἐπ' οὐδενί. Καὶ πάλιν λέγει· Οἱ δὲ ἐκφέροντες λοιδορίας, ἀφρονέστατοί εἰσιν. Ὥσπερ [3] δὲ ἡ μέλισσα, ἐν τῇ δυνάμει αὐτῆς ἀσθενὴς οὖσα, ἐπὰν πλήξῃ τινὰ, τὸ κέντρον ἀποβάλλει, [4] καὶ γίνεται στεῖρα· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὑμεῖς ὃ ἐὰν ποιήσητε ἄδικον εἰς ἑτέρους, τοῦτο εἰς ἑαυτοὺς ἐνεργήσετε. Λάκκον γὰρ ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. Καὶ [5] πάλιν· Ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον αὐτοῦ, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν. Οὐκοῦν ὁ φεύγων κατάραν, ἕτερον μὴ καταράσθη· ὃ γὰρ μισεῖς σοὶ γενέσθαι, οὐδὲ ἄλλῳ σὺ ποιήσεις. διὸ νουθετεῖτε τὰς ἀπειθεῖς, ἐπιπλήσσετε ταῖς ἀναισχύντοις, παρακαλεῖτε τὰς ὀλιγοψύχους, ἰσχυροποιεῖτε τὰς ἀσθενούσας, ἐπαινεῖτε τὰς ἐν ὁσιότητι ὁδευούσας. εὐλογείτωσαν μᾶλλον, καὶ μὴ λοιδορείτωσαν· εἰρηνοποιεί-

CAPUT XV.

Quod non deceat conviciari proximo: alienum enim esse a Christianis, maledicere.

Si ergo pax apud eos, qui illam ad alios miserunt, rursum ad præmittentes redit, quod non invenerit dignos ipsa; multo magis maledictio revertetur in caput inique immittentis eam, quod is ad quem amandata est, non mereatur illam recipere. Quisquis enim sine caussa conviciatur, sibi maledicit; ut Salomon ait: [d] *Sicut aves volant,* D *& passeres; sic maledictum vanum non in nullum veniet*. Et iterum dicit: [e] *Qui autem proferunt convicia, insipientissimi sunt*. Quemadmodum vero apis, viribus infirma, cum pupugerit aliquem, aculeum amittit, efficiturque sterilis: pari modo & vos, quam injuriam aliis intuleritis, hanc vobis facietis. [f] *Lacum* enim *aperuit, & effodit eum; & incidet in foveam quam fecit*. Et rursus: [g] *Qui fodit foveam proximo suo, incidet in eam*. Ergo qui maledici refugit, ne alteri maledicat. Nam quod oderis tibi fieri, neque alteri tu feceris. Quocirca monete immorigeras, objurgate inverecundas, consolamini pusillo animo præditas, fortificate infirmas, laudate sanctitatis iter ingressas. E Benedicant potius, & non convicientur; pacem, non bellum faciant. Itaque nec Episcopus, nec

a Gen. VII. 29. *b* Luc. X. 5. *c* Matth. X. 13. *d* Prov. XXVI. 2. *e* Prov. X. 18. *f* Psal. VII. 16. *g* Prov. XXVI. 27.

1. Αὐτῆς.] Legit alter codex Vindobon. ἑαυτῆς, recte. CLER.


2. Πᾶς γὰρ ὁ μάτην λοιδορῶν, ἑαυτὸν ἀρᾶται.] Juxta illud Ecclesiastici XXI. 30. *Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam*. ἐν τῷ καταρᾶσθαι ἀσεβῆ τὸν σατανᾶν, αὐτὸς καταρᾶται τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. COT.

3. Δέ.] Idem Cod. Vind. οὖν, quod melius. CLER.

4. Καὶ γίνεται στεῖρα.] Tribus modis accipi potest. 1. simpliciter, ut sensus sit; apem cum pupugerit, sterilem evadere, nec amplius gignere. Id vero nullibi me legere memini. 2. Subintelligendo κέντρου. Hoc est, *privatur aculeo*. Quod traditur a multis. Unde proverbialis locutio in Platonis Phædone, ὥσπερ μέλιττα τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἰχήσομαι. *Velut apis aculeo relicto discedam*. 3. Improprie, & ratione mellis nequaquam conficiendi postea. Plinius lib. IX. cap. 18. *Aculeum apibus natura dedit, ventri consertum. Ad unum ictum hoc infixo, quidam eas statim emori putant. Aliqui, nonnisi in tantum adacto, ut intestini quippiam sequatur: sed fucos postea esse, nec mella facere, velut castratis viribus, pariterque & nocere & prodesse desinere*. COT.

5. Πάλιν.] In altero ὁ Σολομὼν, rectius: nam proxime superior locus est Davidis. ID.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.



τωσαν, καὶ μὴ πόλεμον ἐμποιείτωσαν. μήτε οὖν ἐπίσκοπος, μήτε πρεσβύτερος, μήτε διάκονος, μήτε ἄλλος τις ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ λοιδορίᾳ τὴν γλῶσσαν μολυνέτω· ἵνα μὴ ἀντὶ εὐλογίας κατάραν κληρονομήσῃ. ἔστω δὲ σπουδὴ καὶ ἐπιμέλεια τῷ ἐπισκόπῳ, ὅπως μηδὲ λαϊκὸς κατάραν ἐκφέρῃ· περὶ πάντων γὰρ αὐτῷ μέλλειν ὀφείλει, περὶ κληρικῶν, περὶ παρθένων, περὶ χηρῶν, περὶ λαϊκῶν. διὰ τοῦτο, ὦ ἐπίσκοπε, τοὺς συνεργούς σου τῆς ζωῆς καὶ τῆς δικαιοσύνης ἐργάτας, διακόνους εὐαρέστους Θεῷ προχειρίζου, οὓς ἐκ παντὸς τοῦ λαοῦ δοκιμάζεις εἶναι ἀξίους, καὶ εἰς τὰς τῆς διακονίας χρείας εὐσκύλτους. προχείρισαι δὲ καὶ [1] διάκονον πιστὴν καὶ ἁγίαν εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὑπηρεσίας. ἔστι γὰρ ὁπόταν ἔν τισιν οἰκίαις ἄνδρα διάκονον γυναιξὶν οὐ [2] δύναται πέμπειν, διὰ τοὺς ἀπίστους· ἀποστελεῖς οὖν γυναῖκα διάκονον, διὰ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. καὶ γὰρ [3] εἰς πολλὰς χρείας, γυναικὸς χρήζομεν διακόνου. καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας, [4] ὁ διάκονος [5] χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον

A Presbyter, nec Diaconus, nec quivis alius ſacri Ordinis, linguam convicio inquinet; ne pro benedictione maledictionem ſortiatur. Studeat autem & curet Epiſcopus, ut neque Laicus maledictum proferat: omnibus enim proſpicere debet, Clericis, Virginibus, Viduis, Laicis. Propterea, Epiſcope, tibi in vita adjutores, juſtitiæ operarios, Deoque gratos Diaconos elige, quos ex omni populo dignos eſſe probaris, & ſubeundis Diaconici officii laboribus maxime accommodatos. Etiam elige Diaconiſſam fidelem & ſanctam, ad mulierum miniſteria. Fit enim nonnumquam, ut in quibuſdam domibus, virum Diaconum ad mulieres non poſſis mittere, propter infideles: deſtinabis igitur mulie- B rem Diaconiſſam, ob improborum cogitationes. Diaconiſſa ſiquidem femina ad multos uſus indigemus. Ac in primis quidem cum baptizantur mulieres, Diaconus tantum earum frontem unget oleo ſancto, & poſt Diaconiſſa eas illinet: non enim

1. Διάκονον.] Alter Cod. Διακόνισσαν, ut & paullo poſt. Cler.

2. Δύναται] Forte δυνάσαι. Cot. — Sic cod. Vindob. Cler.

3. Εἰς πολλὰς χρείας, γυναικὸς χρήζομεν διακόνου.] Officia Diaconiſſarum, præter ea de quibus antea diximus, alia multa fuerunt. Diaconiſſa in Conſtitutionibus lib. 2. cap. 26. introducit mulieres ad Diaconum & ad Epiſcopum. Lib. 3. cap. 7. præeſt Viduis. Hoc capite, & 19. feminarum curam gerit, ad quas mittitur honeſtatis cauſſa, ubi miniſterio illius opus eſt. Atque ita Epiphanius cap. 3. Hæreſ. 79. & cap. 21. Expoſitionis fidei. In ſuo ſexu miniſtrat, in miniſterio verbi, & privatim docendo; dicitur in Commentariis ad Rom. xvi. 1. tom. 8. Hieronymi. Hoc etiam loco ad baptizandas feminas adhibentur Diaconiſſæ, ut eas inungant, neve a viris aſpiciantur nudæ. Et quidem quod ſpectat ad unctionem, illuſtre habemus in Joannis Moſchi Prato ſpirituali cap. 3. exemplum, de Conone Presbytero, cui in Cœnobio ibi memorato Baptiſmum accedentibus conferre demandatum fuerat. αὐτὸς δὲ ἔχριεν καὶ ἐβάπτιζεν τοὺς ἐπὶ τοῦτο παραγινομένους. καθ' ὅτι δὲ ἔχριεν γυναῖκα, ἐσκανδαλίζετο. *Ipſe autem ungebat & baptizabat eos qui ad hoc veniebant. Quoties ergo mulierem inungeret, ſcandalizabatur.* ἐν μιᾷ οὖν ἦλθεν κόρη Περσίς, ἐπὶ τὸ βαπτισθῆναι· ἦν δὲ εὐειδὴς πάνυ ὡραία, ὥστε μὴ δυνηθῆναι τὸν πρεσβύτερον αὐτὴν χρῖσαι τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ. καὶ ποιησάσης αὐτῆς δύο ἡμέρας, ἤκουσεν ἀρχιεπίσκοπος Πέτρος, ἐξεπλάγη ἐπὶ τῷ γεγονότι, καὶ ἠθέλησεν ἀφορίσαι διάκονον γυναῖκα ἐπὶ τῷ αὐτῷ· ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἐποίησεν, διὰ τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸν τόπον. *Quadam vero die venit puella orta ex Perſide, ut baptizaretur; quæ ita ſpecioſa erat, ac tantæ pulcritudinis, ut non poſſet Presbyter eam ſancto oleo inungere. Cum ſic vero illic puella manſiſſet duos dies, audiens Archiepiſcopus Petrus, obſtupuit ea de re vehementer, voluitque ad hoc opus delegare Diaconiſſam mulierem; ſed non fecit, quod locus*, Cœnobium videlicet, *id non pateretur*. Ambroſius Camaldulenſis vertit, *ne contra Canones feciſſe videretur*, quia male legebat τύπον, quemadmodum pro γεγονότι, γέροντι. Quod pertinet autem ad revelandas velandaſque feminas, & ad reliqua Diaconarum munia in Baptiſmo mulierum, conſuli poſſunt Epiphanius & Pſeudo-Hieronymus citati, Atto Vercellenſis Epiſtola ad Ambroſium, Juſtinianus Novella 6. Noſter cum lib. ult. cap. 28. tum hocce lib. 3. cap. 16. ubi Diaconiſſæ fiunt ſuſceptrices feminarum, ut & in Canone 74. Nicæno Arabico, & in vita S. Pelagiæ cap. 8. lib. 1. de vitis Patrum, Roſvveydi. *Et unam de Diaconiſſis*, inquit Jacobus Diaconus vitæ illius Scriptor, *juberet ejus beatitudo tranſmittere mecum*. Et mox: *Statim tranſmiſit mecum dominam Romanam primam Diaconiſſarum*. Poſteaque: *Sanctus Nonnus Epiſcopus exorcizavit eam*, Pelagiam, *& baptizavit, & impoſuit ei ſignum Domini, tradiditque illi corpus Chriſti: fuitque illi mater ſpiritalis ſancta domina Romana prima Diaconiſſarum*. In Matthæo Blaſtare Elemento γ'. cap. 13. αἱ μέντοι διάκονοι γυναῖκες τίνα τὴν ὑπηρεσίαν τῷ τότε ἐν τῷ κλήρῳ ἐπλήρουν, τοῖς πᾶσι σχεδὸν ἠγνόηται νῦν· πλὴν εἰσὶν οἱ λέγουσιν, ὅτι ταῖς βαπτιζομέναις τῶν γυναικῶν ὑπηρέτουν, ἀνδρῶν ὀφθαλμοῖς οὐ θεμιτὸν ὄν, γυμνουμένας ταύτας ὁρᾶσθαι, ὑπεράκμους ἤδη βαπτιζομένας. Hoc eſt: *Porro Diaconiſſæ quidnam miniſterii per illud tempus in Clero adimplerent, ab omnibus fere nunc ignoratur. Sunt tamen qui dicant, quod in Baptiſmo mulierum miniſtrarent, cum nefas ſit feminas in ætatis flore baptizandas, oculis virorum nudas objici*. Videre etiam potes in Canone 12. Synodi Carthagin. 4. quo modo eas quæ Baptiſmo initiabantur, docerent tam reſpondenda baptizatori, quam vitæ poſt lavacrum tranſmittendæ rationem. Denique ad Diaconas pertinuiſſe puto, viſitationem carcere detentorum, necnon collectionem pecuniæ ad liberandos eos. Id ſane innuunt Lucianus & Libanius. Ille hiſce verbis de Peregrino; καὶ ἕωθεν μὲν εὐθὺς ἦν ὁρᾶν παρὰ τῷ δεσμωτηρίῳ περιμένοντα γραΐδια, χήρας τινάς, καὶ παιδία ὀρφανά· οἱ δὲ ἐν τέλει αὐτῶν καὶ συνεκάθευδον ἔνδον μετ' αὐτοῦ, διαφθείροντες τοὺς δεσμοφύλακας. *Ac mane quidem illico videre erat juxta carcerem præſtolantes anus, viduas aliquas, & pueros orbos: qui autem apud ipſos in dignitate erant, cum ipſo intus dormiebant, corruptis cuſtodibus*. οἱ ἐν τέλει C mihi ſunt Diaconi Eccleſiaſtica dignitate ſufulti; quorum fuiſſe in carcerem commeare, diſcimus ex Epiſt. 10. S. Cypriani. Libanius vero Orat. 16. in Tiſamenum edit. Morell. p. 452. ſic loquitur: μητέρα δὲ γραῶν, εἴπερ εἴη τῷ δεδεμένῳ, πλανωμένην ἀγείρειν ὅσον προσαιτοῦσα δύνηται. *Matrem vero vetularum, ſi vincto contigerit, vagantem colligere quidquid mendicando poſſit*. Paucíſque interjectis: ἢ τοῖς ὑπηρέταις ἦν ἀναμιμνήσκων, πρὸς πολλῶν γόνατα προσπεσεῖν. Id eſt: *aut miniſtros* (Diaconos mea quidem ſententia) *commonefaceret ad multorum genua procidere*. Ac Oratione de Vinctis, quam Jacobo Gothofredo debemus; ταῦτα εἰπὼν ἀκούει· διατί οὐ καλεῖς διὰ τῶν δὲ τῶν (malim ita, quam ut editum eſt, διὰ τῶν δεσμῶν *per vinctos*) ἐξιόντων γυναῖκα δεῦρο τῶν ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ φιλοτιμουμένων, εἶτ' αὐτῆς πρὸς τὰ γόνατα προσπεσὼν πείθεις προσαιτοῦσαν ἄγειν τί σοι; *Poſteaquam hæc dixit, audit: Cur non vocas per hoſce qui egrediuntur, mulierem huc aliquam ex iis quæ pro humanitate ſua claræ habentur; indeque ad genua illius procidens, perſuades* D *ut mendicando aliquid tibi afferat?* Cot.

4. Ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, &c.] Unctio ante Baptiſmum facta oleo ſancto, benedicto, & exorcizato, mera cærimonia eſt; quæ ideo a Diacono, vel Presbytero, ſeu Epiſcopo, ſemel aut bis, hoc vel illo modo, in his aut illis, aut in omnibus corporis membris peracta invenitur, juxta variam Eccleſiarum ac gentium conſuetudinem. Innumera hujuſce rei poſſent proferri documenta, deſumta ex Ritualibus Æthiopum, Syrorum, Græcorum, Latinorum, ex Conciliis, & ex Patribus. Sed peculiarem merentur animadverſionem; præter textus Conſtitutionum heic, & lib. 7. c. 22. Recognitionum lib. 3. cap. 67. Joannis Moſchi, qui citatus fuit in Nota ſuperiore, ac Ritualium librorum; loca ſequentia; Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſi Myſtagogica 2. Chryſoſtomi ſub finem Orationis 6. in Epiſtolam ad Coloſs. Dionyſii cap. 2. Cæleſtis Hierarchiæ, Auctoris E Reſponſionum ad Orthodoxos in Operibus Juſtini Martyris Quæſt. 137. Ambroſii I. de ſacramentis 2. Auguſtini Sermone de illitu Neophytorum, & Serm. de myſterio Baptiſmatis, Theodulfi de ordine Baptiſmi cap. 10. Concilii Matiſconenſis 2. Can. 3. & Capitularium lib. 1. cap. 162. ſeu Concilii Meldenſis cap. 1. apud Ivonem parte 1. Decreti cap. 269. Infeliciter porro lacunam in Reſponſione ſuppoſititii Juſtini ſupplere tentarunt Interpretes. ἐπειδὴ ἃ ποιεῖ *** τὸν ἐνταφιασμὸν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ ποιεῖ τοῦ ἐνταφιαζομένου. reponendo, ſive ἡ Μαρία, πρὸς, ſive ἡ μυρίζουσα τὸν κύριον, πρὸς, contra contextus ſenſum, qui ſane hæc aut ſimilia poſtulat, ἡ ἐκκλησία, πρὸς, quemadmodum legenti clarum fiet. Nec felicius paullo poſt expungunt vocem παλαιῷ, ex iſto commate, χριόμεθα δὲ παλαιῷ ἐλαίῳ, ἵνα γινώμεθα χριστοί· ſubſtituuntque ἁπλῷ: non conſiderantes ſollemnem apud Patres alluſionem ad Veteris Teſtamenti oleum, quo Reges ac Sacerdotes ungebantur, ideoque appellabantur Chriſti. Codex Regius 2392. ἐκ τῶν διατάξεων. Ὅτι γυναῖκα βαπτιζομένην,

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς· οὐ γὰρ ἀνάγκη τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν κατοπτεύεσθαι· ἀλλὰ μόνον [1] ἐν τῇ χειροθεσίᾳ, τὴν κεφαλὴν αὐτῆς χρίσει ὁ ἐπίσκοπος· ὃν τρόπον οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ βασιλεῖς τὸ πρότερον ἐχρίοντο· οὐχ ὅτι καὶ οἱ νῦν βαπτιζόμενοι, ἱερεῖς χειροτονοῦνται, ἀλλ᾽ ὡς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ Χριστιανοί, βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον, ἐκκλησία Θεοῦ, στύλος καὶ ἑδραίωμα τοῦ [2] νυμφῶνος· οἱ ποτὲ οὐ λαός, νῦν δὲ [3] ἠγαπημένοι καὶ ἐκλεκτοί· οἷς ἐπεκλήθη τὸ καινὸν αὐτοῦ ὄνομα· ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης, λέγων· Καὶ καλέσουσι τὸν λαὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὸ καινόν, ὃ ὁ Κύριος ὀνομάσει αὐτόν.

A opus est, ut feminæ aspiciantur a viris. Verum dumtaxat in manus impositione, caput mulieris unget Episcopus: quemadmodum sacerdotes & reges antiquitus ungebantur: non quod qui nunc baptizantur, ordinentur sacerdotes; sed quia fiunt a Christo Christiani, *hoc est*, *unctionis cognomines*, [a] regale sacerdotium, & gens sancta, [b] Ecclesia Dei, columna & firmamentum præsentis luminis: qui [c] aliquando non populus; nunc autem dilecti & electi, super quos invocatum est novum nomen ejus; ut testatur Esaias propheta, dicens: [d] *Et vocabunt populum nomine ejus novo, quo Dominus nominabit illum.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ΄.

Περὶ μυήσεως θείας τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

Σὺ οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, ἐκείνῳ τῷ τύπῳ χρίσεις τὴν κεφαλὴν τῶν βαπτιζομένων, εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν, τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, [4] εἰς τύπον τοῦ πνευματικοῦ βαπτίσματος. ἔπειτα ἢ σὺ ὁ ἐπίσκοπος, ἢ ὁ ὑπὸ σὲ πρεσβύτερος τὴν ἱερὰν ἐπ᾽ αὐτοῖς εἰπὼν καὶ ἐπονομάσας ἐπίκλησιν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, βαπτίσεις αὐτοὺς ἐν τῷ ὕδατι· [5] καὶ τὸν μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ διάκονος· τὴν δὲ γυναῖκα ἡ [6] διάκονος· ὅπως σεμνοπρεπῶς ἡ μετάδοσις τῆς ἀθραύστου σφραγῖδος γένηται. [7] καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἐπίσκοπος χριέτω τοὺς βαπτισθέντας τῷ μύρῳ.

B CAPUT XVI.

De divina sancti Baptismi initiatione.

Tu igitur, Episcope, ad illam formam caput eorum qui baptizantur, sive viri sint, sive mulieres, unges oleo sancto, in figuram spiritualis Baptismi. Deinde aut tu, Episcope, aut tibi subjectus Presbyter, sacram super eos proferens nominatim invocationem Patris, & Filii, & Spiritus sancti, baptizabis eos in aqua. Ac virum quidem suscipiat Diaconus, mulierem vero Diaconissa; ut cum decenti gravitate collatio sigilli infragilis peragatur. Et postea Episcopus baptizatos C ungat chrismate.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ΄.

Ποίαν αἰτίαν ἔχει τὸ εἰς τὸν Χριστὸν βάπτισμα· καὶ διατί τῶν ἐν αὐτῷ ἕκαστον λέγεταί τε, καὶ πράττεται.

Ἔστι τοίνυν τὸ μὲν βάπτισμα, εἰς τὸν θάνατον τοῦ Ἰησοῦ διδόμενον· τὸ δὲ ὕδωρ, ἀντὶ ταφῆς· [8] καὶ τὸ ἔλαιον, ἀντὶ πνεύματος ἁγίου· ἡ σφραγίς, ἀντὶ τοῦ σταυροῦ· τὸ μύρον, βεβαίωσις τῆς ὁμολογίας· τοῦ πατρὸς ἡ μνήμη, ὡς αἰτίου καὶ ἀποστολέως· [9] τοῦ πνεύματος ἡ συμπαράληψις, ὡς μάρτυρος· ἡ κατάδυσις, τὸ συναποθανεῖν· ἡ ἀνάδυσις, τὸ συναναστῆναι· Πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· Χριστὸς ὁ μονογενὴς Θεός, ὁ ἀγαπητὸς υἱός, ὁ τῆς δόξης Κύ-

CAPUT XVII.

Quam caussam habeat Baptismus in Christum: & quare singula in eo, & dicantur, & fiant.

Baptismus igitur, [e] in mortem Jesu datur: & aqua adhibetur pro sepultura; oleum, pro Spiritu sancto; signum crucis, pro cruce: chrisma, confirmatio est confessionis: Pater commemoratur, ut auctor ac emissor; Spiritus coassumitur, D ut testis: dum mergimur, commorimur; dum emergimus, consuscitamur: Pater est super omnia Deus; Christus, unigenitus Deus, & dilectus Filius, & gloriæ Dominus; Spiritus sanctus, Para-

a I. Pet. II. 9. 10. *b* I. Tim. III. 15. *c* Rom. IX. 25. *d* Isa. LXII. 2. *e* Rom. VI. 3.

ὁ ἐπίσκοπος μόνην τὴν κεφαλὴν χρίει· ὁ δὲ διάκονος, τὸ στόμα καὶ τὸ στῆθος· ἡ δὲ διακόνισσα, ὅλον τὸ σῶμα. Cot.

5. Ὁ διάκ.] Melius ὁ γάρ, ut habet alter Cod. Vind. omisso μὲν quod sequitur. Cler.

1. Ἐν τῇ χειροθεσίᾳ.] Hæc impositio manuum super baptizandos, tempore Baptismi, nota est ex Ritualibus, ex Dionysio, ex aliis. Cot.

2. Νυμφῶνος] Al. τοῦ φωτός. Id.

3. Ἠγαπημένοι.] In singulari ἠγαπημένος καὶ ἐκλεκτός, in eodem. Cler.

4. Εἰς τύπον τοῦ πνευματικοῦ βαπτίσματος.] Et cap. seq. τὸ ἔλαιον, ἀντὶ πνεύματος ἁγίου. Libro autem 7. cap. 22. ἵνα τὸ μὲν χρίσμα μετοχὴ ᾖ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Quia, scilicet, teste Theodulfo lib. de ordine Baptismi cap. 10. *in olei nomine* [illegible] *unctio sancti Spiritus*. Origenes in fine Homiliæ 8. in Leviticum: *Donum autem gratiæ Spiritus, per olei imaginem designatur*. Cot.

5. Καὶ τὸν μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ διάκονος.] Masculi masculos, feminæ feminas de Baptismo suscipiebant: juxta Canonem 22. aut 24. Nicænum Arabicum, & Æthiopicum. In Actis S. Sebastiani: *Omnes isti sexaginta* [illegible], *a S. Polycarpo Presbytero baptizati*, [illegible] *S.* [illegible] *suscepti sunt: feminarum autem matres factæ sunt Beatrix* [illegible] *Lucina*. Vita S. Epiphanii sect. 8. ὃς καὶ πατὴρ αὐτοῦ (ita lego cum Interprete) ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ἁγίου φωτίσματος. *Qui Lucianus etiam fuit pater ejus* Epiphanii *in sancto Ba*[illegible] [illegible] interpositis: Βερνίκην τὴν ἁγίαν παρ[illegible] [illegible] αὐτοῦ τῆς ἀδελφῆς Ἐπιφανίου. Quæ sic vertenda: *Bernicem sanctam virginem*, *quæ mater*, spiritualis, intellige, *fuerat sororis Epiphanii*. Perperam enim Interpres, cum non posset concoquere in virgine nomen matris, transformavit matrem sororis in sororem matris. Id.

6. Διάκονος.] Heic & infra Διακόνισσα habet alter Cod. Vind. Cler.

7. Καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἐπίσκοπος χριέτω τοὺς βαπτισθέντας, τῷ μύρῳ. Seu illos Sacramento Confirmationis donet. Unde cap. seq. μύρον dicitur βεβαίωσις τῆς ὁμολογίας: *Confirmatio confessionis*. In Rituali Græcorum p. 368. τὸ χρίσμα E τοῦ μύρου βεβαιοῖ τὴν πίστιν. *Unguenti Chrisma fidem confirmat*. Ambrosiaster in caput 6. Epistolæ ad Hebræos: *Impositionis manuum per quam Spiritus sanctus accipi posse* (Primasius & Haymo videntur legisse *pientissime*) *creditur: quod post Baptismum ad confirmationem unitatis in Ecclesia Christi a Pontific*[illegible] *fieri solet*. Lege infra cap. 44. lib. 7. Cot.

8. Καὶ.] Dele cum altero Cod. Vindob. Cler.

9. Τοῦ πνεύματος ἡ συμπαράληψις, ὡς μάρτυρος.] Ita alibi. Quia, opinor, Spiritus sanctus in Christi Baptismo testis exstitit: sicuti docent S. Gregorius Nazianzenus Orat. 37. p. 610. Orat. 39. p. 634. & S. Epiphanius in Expositione fidei Catholicæ num. 16. Accedunt huc duo Scripturæ testimonia: Roman. VIII. 16. *Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei*. I. Joan. V. 8. *Tres sunt qui testimonium dant in terra*, *Spiritus*, *Aqua*, *& Sanguis*. Qui 2. locus a B. Ambrosio lib. 1. de Spiritu sancto cap. 6. & libro de initiandis cap. 4. ex[illegible]mitur de Baptismo. Cot.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ος· Πνεῦμα ἅγιον, ὁ παράκλητος, τὸ ὑπὸ Χριστοῦ πεμπόμενον, [1] καὶ ὑπ' ἐκείνου διδασκόμενον, καὶ ἐκεῖνον κηρύττον.

A cletus, qui a Christo mittitur ac docetur, quique Christum prædicat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη'.

Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ μεμυημένος.

Ο Δὲ βαπτιζόμενος, ὑπαρχέτω ἀλλότριος ἀσεβείας πάσης, ἀνενέργητος πρὸς ἁμαρτίαν, φίλος Θεοῦ, ἐχθρὸς διαβόλου, κληρονόμος Θεοῦ πατρὸς, συγκληρονόμος δὲ τοῦ υἱοῦ, [2] ἀποταξάμενος τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς δαίμοσι καὶ ταῖς ἀπάταις αὐτοῦ· ἁγνὸς, καθαρὸς, ὅσιος, θεοφιλὴς, υἱὸς τοῦ Θεοῦ· προσευχόμενος, ὡς υἱὸς πατρὶ, καὶ λέγων ὡς B ἀπὸ κοινοῦ τοῦ τῶν πιστῶν συναθροίσματος οὕτως· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· [3] ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

CAPUT XVIII.

Qualis esse debeat Baptismo initiatus.

CÆterum qui baptizatur, se præstet alienum ab omni impietate, inefficacem ad peccatum, amicum Dei, hostem diaboli, heredem Dei Patris, & coheredem Filii ejus; eumque qui renuntiaverit Satanæ, illiusque dæmonibus ac fallaciis. Sit castus, purus, sanctus, Deo amicus, filius Dei; orans, tamquam filius patrem; atque hoc modo, veluti nomine communis fidelium cœtus, proloquens: [a] *Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo: quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, in sæcula. Amen.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ διάκονος.

ΕΣτωσαν δὲ καὶ οἱ διάκονοι ἐν πᾶσιν ἄμωμοι, ὡς καὶ ὁ ἐπίσκοπος· μόνον δὲ εὐκινητότεροι· ἀνάλογοι πρὸς τὸ πλῆθος τῆς ἐκκλησίας· ἵνα καὶ τοῖς ἀδυνάτοις [4] ὑπηρετεῖσθαι δύνωνται, ὡς ἐργάται ἀνεπαίσχυντοι· καὶ ἡ μὲν γυνὴ τὰς γυναῖκας σπουδάζουσα θεραπεύειν· [5] ἀμφότεροι δὲ τὰ πρὸς ἀγγελίαν, ἐκδημίαν, ὑπηρεσίαν, δουλείαν· ὡς καὶ περὶ τοῦ κυρίου Ἡσαΐας ἔλεγε, φάσκων· Δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς. Ἕκαστος οὖν τὸν ἴδιον γνωριζέτω τόπον, καὶ ἐκτελείτω αὐτὸν σπουδαίως, ὁμοφρόνως, ὁμοψύχως· γινώσκοντες τὸν τῆς διακονίας μισθόν. ἔστωσαν δὲ καὶ ἀνεπαίσχυντοι εἰς τὸ ὑπηρετεῖσθαι τοῖς δεομένοις· ὡς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ D δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, λύτρον ἀντὶ πολλῶν· οὕτως οὖν καὶ αὐτοὺς δεῖ ποιεῖν. κἂν [6] δέῃ ψυχὴν ὑ-

CAPUT XIX.

Qualis esse debeat Diaconus.

C SInt autem Diaconi omni vitio immunes, sicut & Episcopus; tantummodo activiores; multitudini Ecclesiæ congruentes; ut & invalidis possint ministrare, tamquam operarii nihil pudore deterriti. Ac mulier quidem mulieribus providere studeat: utrique vero munia nuntiandi, digrediendi, ministrandi, serviendi obeant; quemadmodum de Domino dixit Esaias, [b] *Justificare*, inquit, *justum, bene servientem multis.* Singuli igitur locum suum ac munus agnoscant, impleantque diligenter, concordi mente & anima; scientes mercedem Ministerii. Nec vero pudeat eos egentibus ministrare: [c] *sicut Dominus noster Jesus Christus non venit ut sibi ministraretur; sed ut ministraret, & daret animam suam, redemtionem pro multis.* Hunc ergo in modum & ipsos facere oportet. Et quamvis ani-

a Matth. VI. 9-13. *b* Isa. LIII. 11. in LXX. *c* Matth. XX. 28.

1. Καὶ ὑπ' ἐκείνου διδασκόμενον.] Joan. cap. 16. vers. 13. 14. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur a semet ipso: sed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Dogma quidem Catholicum proponunt Ecclesiæ magistri Didymus, Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, & Theophylactus; Spiritum sanctum audire ea quæ non ignorat; unam esse Patris, Filii, & sancti Spiritus scientiam, ut & substantiam; audire Spiritum sanctum per unitatem substantiæ, & per proprietatem scientiæ; auditionem in illo esse scientiam, scientjam vero essentiam; nec indigere Spiritum sanctum doctrina, utpote αὐτοδίδακτον. Attamen, quia scientiam ceteraque omnia habet Spiritus a Filio, tamquam a processionis principio, utcumque ratione originis dici potest ab eo edoctus: quemadmodum eadem de caussa per B. Athanasium Oratione 2. contra Arianos p. 357. minor illo prædicatur. Periculosissime vero Origenes tomo 3. in Joannem, vocari vult in quæstionem, An Spiritus sanctus, quem doceri a Filio ex Joannis XVI. 14. colligit, omnia capiat quæ Filius cognoscit; quamvis S. Spiritus εὐλαβείαν *reverentiam* inibi profiteatur. COT.

2. Ἀποταξάμενος τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς δαίμοσι, καὶ ταῖς ἀπάταις αὐτοῦ.] Ita apud Anastasium Codices Regii: ubi in libris impressis inseritur, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ: & ubi Gentianus Hervetus legisse videtur, τοῖς δαίμοσι, καὶ ταῖς ἀπάταις αὐτῶν: vertit enim, *dæmonibus, & eorum fraudibus.* Vide infra cap. 41. lib. 7. ID.

3. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, &c.] Clausula Orationis Dominicæ Matth. VI. 13. in Græco dumtaxat. Quam tamen majori ex parte agnoscit Auctor Operis imperfecti in illud Evangelium, Latinus ut videtur. Eam viri docti plures censent ex Constitutionibus Apostolicis & ex Liturgiis in sacrum textum irrepsisse: probabili sane judicio: maxime quia varie effertur tam in Liturgiis & Euchologio, quam in aliis libris. Lege sis Chrysostomum tomo 5. Serm. 10. & ad locum Matthæi; Isidorum Pelusiotam lib. 4. Epist. 24. Cæsarium Dialogo 1. Respons. ad Interrog. 29. & Ambrosium lib. de Sacramentis ult. Porro apud Lucianum in Dialogo cui titulus Philopatris, initium ac finis iste Orationis indicantur. E τὴν εὐχὴν, ait nescio quis ille, ἀπὸ πατρὸς ἀρξάμενος, τὴν δὲ πολυώνυμον ᾠδὴν εἰς τέλος ἐπιθείς. *Orationem a Patre incipiens, & celebre Canticum ad finem apponens.* Adde ex Lambecio Scholium libri Cæsarei Theol. Græc. 29. τὸ δὲ ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, ἐν τισὶν οὐ κεῖται μέχρι τοῦ Ἀμήν. ID.

4. Ὑπηρετεῖσθαι.] Alter Cod. ὑπηρετεῖν, rectius; solet enim verbum hoc in activa conjugatione, non in media, adhiberi. Vide infra & Act. XX. 34. XXIV. 23. Sic passim apud *Xenophontem*, aliosque Græcos Scriptores. CLER.

5. Ἀμφότεροι δὲ τὰ πρὸς ἀγγελίαν, &c.] De Diaconissis egimus supra. Diaconorum vero officia & ministeria quis cuncta queat numerare? Notatu dignum illud, in Vita S. Epiphanii num. 56. quod pertinebat ad postremum Diaconum, ἐπικοσμεῖν τὸν θρόνον τοῦ ἐπισκόπου, exornare thronum seu cathedram Episcopalem. COT.

6. Δέῃ.] Alter Cod. addit τὴν ἑαυτῶν, *suam ipsorum animam.* CLER.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

πὲρ ἀδελφοῦ ἀποθέσθαι, μὴ διστάσωσιν· οὐδὲ γὰρ A ὁ κύριος ϗ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐδίστασε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι, ὡς αὐτὸς ἔφη, ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτῦ. εἰ οὖν ὁ κύριος τῦ οὐρανοῦ ϗ τῆς γῆς πάντα ὑπέμεινε δἰ ἡμᾶς· πῶς ἂν ὑμεῖς διακονῆσαι τοῖς δεομένοις ἐνδοιάσητε· μιμηταὶ ὀφείλοντες αὐτοῦ εἶναι, τοῦ ϗ δουλείαν, καὶ ἔνδειαν, ϗ πληγὰς, ϗ σταυρὸν δἰ ἡμᾶς ὑπομείναντος; χρὴ οὖν ϗ ἡμᾶς δουλεύειν τοῖς ἀδελφοῖς, ὡς Χριστοῦ μιμητάς. Ὁ θέλων γάρ, φησιν, ἐν ὑμῖν εἶναι μέγας, ἔσω ὑμῶν διάκονος· ϗ ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος. Οὕτω γὰρ ϗ αὐτὸς ἔργῳ πεπλήρωκε τὸ εὖ δουλεύειν πολλοῖς, ϗ οὐ λόγῳ. λαβὼν γὰρ λέντιον, διεζώσατο· εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα· ϗ ἡμῶν ἀνακειμένων ἐπελθὼν, πάντων ἡμῶν ἔνιψε B τὺς πόδας, ϗ τῷ λεντίῳ ἐξέμαξε. τῦτο δὲ ποιῶν, ἐπεδείκνυεν ἡμῖν τὸ τῆς φιλαδελφίας ἀγαπητικὸν, ἵνα ϗ ἡμεῖς εἰς ἀλλήλυς αὐτὸ ποιῶμεν. εἰ οὖν ὁ κύριος ἡμῶν, ϗ ὁ διδάσκαλος, οὕτως ἐταπείνωσεν ἑαυτόν· πῶς ἂν ὑμεῖς ἐπαισχυνθήσεσθε τῦτο ποιῆσαι τοῖς ἀδυνάτοις ϗ ἀσθενέσι τῶν ἀδελφῶν, ἐργάται ὄντες ἀληθείας, ϗ τῆς εὐσεβείας προστάται; ἐξυπηρετεῖτε οὖν ἀγαπητικῶς, μὴ ἐπιγογγύζοντες, μηδὲ διαστασιάζοντες. οὐ γὰρ διὰ ἄνθρωπον ποιεῖτε, ἀλλὰ διὰ τὸν Θεόν· καὶ τὸν μισθὸν τῆς διακονίας παρ᾽ ἐκείνυ ἀπολήψεσθε ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς ὑμῶν. χρὴ οὖν ὑμᾶς τὺς διακόνυς ἐπισκέπτεσθαι πάντας τὺς δεομένους ἐπισκέψεως· ϗ περὶ τῶν θλιβομένων ἀναγγέλλετε τῷ ἐπισκόπῳ ὑμῶν· ψυχὴ γὰρ αὐτοῦ, ϗ αἴ- C σθησις εἶναι ὀφείλετε· εὐσκυλτοι, καὶ εὐήκοοι εἰς πάντα ὄντες αὐτῷ, ὡς ἐπισκόπῳ ὑμῶν, ϗ πατρὶ, ϗ διδασκάλῳ.

ma pro fratre ponenda sit, nequaquam hæreant: neque enim Dominus & Salvator noster Jesus Christus, ut ipse ait [a], pro amicis suis hæsitavit animam suam ponere. Quod si cæli ac terræ Dominus omnia propter nos sustinuit; quo modo vos indigentibus ministrare dubitetis; cum teneamini eum imitari, qui servitutem, egestatem, verbera, & crucem propter nos pertulit? Oportet igitur & nos fratribus servire, tamquam Christi imitatores. [b] *Qui* enim, inquit, *vult inter vos esse magnus, sit vester minister: & qui vult inter vos esse primus, sit vester servus*. Nam sic ipse etiam, illud: [c] *Bene servire multis*, opere implevit, non verbis [d]. Siquidem accepto linteo, præcinxit se: deinde misit aquam in pelvim; & ad nos recumbentes accedens, omnium nostrum pedes lavit, ac linteo extersit. Quod faciens, ostendit nobis fraternæ benevolentiæ caritatem; ut & nos idem mutuo faciamus. Itaque si Dominus noster ac Præceptor tantum se demisit; quo pacto vos erubescetis hoc agere erga fratres debiles ac infirmos, cum sitis veritatis operarii, & præsides pietatis? Quocirca cum caritate ministrate, non murmurantes, nec dissidia commoventes: quia non propter hominem operamini, sed propter Deum; a quo mercedem Ministerii, in die visitationis vestræ, recipietis. Oportet itaque ut vos Diaconi, visitetis omnes qui visitationis indigent. De miseris etiam, ad Episcopum referte: debetis enim esse anima illius, ac sentiendi vis; parati ad ministrandum illi ac obediendum in omni opera, veluti Episcopo vestro, & patri, & magistro.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ΄.

Ὅτι ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος, ἀλλ᾽ οὐχ ὑπὸ ἑνός· ἀβέβαιον γάρ.

Ἐπίσκοπον [1] δὲ προστάσσομεν χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τριῶν ἐπισκόπων· ἢ τὸ γοῦν ἔλαττον, ὑπὸ δύο· μὴ ἐξεῖναι δὲ ὑπὸ ἑνὸς ὑμῖν καθίστασθαι. ἡ γὰρ τῶν δύο ϗ τριῶν μαρτυρία βεβαιοτέρα ϗ ἀσφαλής. D πρεσβύτερον δὲ ϗ διάκονον ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου,

CAPUT XX.

Quod Episcopus a tribus vel duobus Episcopis debeat ordinari; non autem ab uno: id enim esse irritum.

Episcopum vero præcipimus ordinari a tribus Episcopis; aut ut minimum a duobus; non licere autem vobis ab uno constitui. Nam [e] duorum & trium testimonium firmius est & indubium. Item jubemus ut Presbyter & Diaconus ab uno

a Joan. x. 15. & xv. 13. b Matth. xx. 26. c Isa. LIII. 11. d Joan. XIII. 4.
e Joan. VIII. 17. Matth. XVIII. 16.

1. Ἐπίσκοπον δὲ προστάσσομεν &c.] Episcoporum numerus Episcopum ordinantium, res est Ecclesiastici juris, quæ eapropter varietatem disciplinæ admittit. Et primo quidem Canonem Nicænum quartum ita acceperunt Patres Constantinopoli congregati, apud Theodoritum Hist. Eccl. lib. 5. cap. 9. ut liceret provinciæ Episcopis collegas finitimos ad Ordinationem convocare. Qui & addunt, a se ordinatum fuisse Nectarium. Patres vero Sardicenses Can. 6. quemadmodum & Nicæni Canone citato, & Antiocheni Can. 19. optant omnes provinciæ Antistites Ordinationi comprovincialis sui interesse. In Concilio autem E Carthaginiensi 3. Can. 39. legimus sententiam quorumdam de non celebrandis Ordinationibus, nisi a duodecim. Sed & octo Ordinatores, cum fieri potest, exigit Concilium Arelatense I. 20. Can. Ad hæc circa quatuor, testantur Ordinationes Græcorum impressæ, & duæ Gregorii Papæ, 1. respondentis ad interrogata Augustini n. 8. in Beda Hist. Eccles. I. 27. & lib. 3. Epistola 1. ad Bonifacium. Jam trium esse officium Coepiscopum consecrare, innumera Decreta ac testimonia loquuntur: quorum in plurimis tamquam minime sufficiens rejicitur minor numerus, præsertim singularis. Unde Novatianus tres Episcopos coegit, ut sibi manum imponerent: Julianitæ vero, cum tres tantum essent Episcopi, mortuo Juliano uno ex illis, quo alium substituerent, defuncti manum, suaque capiti hominis a se ordinandi imposuerunt; sicuti refertur in Narratione de rebus Armeniæ tom. 2. Auctarii Bibliothecæ Patrum Combefisiani. Atque hoc loco celatum nolim Lectorem errorem geminum, qui apparet in Breviatione [illegible] Ferrandi cap. 6. *Ut unus Episcop* [illegible] *ordinet: excepta Ecclesia Romana. Concilio Zellensi, ex Epistola Papæ Siricii*. Etenim duo prima Decreta Epistolæ 4. Siricii perperam commiscentur: & sedes Apostolica Primatis seu Metropolitana mutatur in sedem Apostolicam Romanam; non culpa (suspicor) Ferrandi, sed ignorantia vel fraude cujusdam recentioris. En Pontificia verba: I. *Ut extra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est, Primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim judicium est, quod plurimorum sententia consequitur*. II. *Ne unus Episcopus Episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtivum beneficium præstitum videatur. Hoc enim in Synodo Nicæna constat esse definitum*. Quæ hunc ad modum secutus est Innocentius Epist. 2. cap. 1. *Ut extra conscientiam Metropolitani Episcopi, nullus audeat ordinare Episcopum. Integrum enim est judicium, quod plurimorum sententiis confirmatur. Nec unus Episcopus ordinare præsumat Episcopum, ne furtivum præstitum beneficium videatur. Hoc enim & a Synodo Nicæna constitutum est atque definitum*. Verum, ut ad institutum sermonem revertar, narrant Pelagium Papam coactum fuisse Pontificiam dignitatem accipere a duobus Episcopis & uno Presbytero. Refertur quoque de aliis permissis in necessitate ordinari ab uno Episcopo & duobus aut pluribus Abbatibus. Denique, a quo ordiendum fuit, temporibus Apostolicis satis constat Episcopos fuisse constitutos interdum ab uno Apostolo, seu Apostolico; interdum a pluribus, juxta illud I. Tim. IV. 14. *Noli negligere gratiam quæ* [illegible] *data est tibi per prophetiam, cum* [illegible] *Presbyterii*: hoc est, ex interpretatione S. Chrysostomi. Episcoporum qui eum ordinaverant. [illegible] lib. 7. cap. 46. lib. 8. cap. 4. 27. & Can. Apost. 1 [illegible].

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

[1] καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν · [2] μήτε δὲ καὶ πρεσβύτερον, μήτε διάκονον, χειροτονεῖν ἐκ λαϊκῶν κληρικούς. ἀλλὰ μόνον, τὸν μὲν πρεσβύτερον διδάσκειν. ἀναφέρειν, βαπτίζειν, [3] εὐλογεῖν τὸν λαόν· τὸν δὲ διάκονον ἐξυπηρετεῖσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις· τουτέστι, διακονεῖν. οὐ μὴν καὶ τὰ λοιπὰ διενεργεῖν.

A Episcopo ordinetur; & reliqui Clerici: utque nec Presbyter, nec Diaconus Clericos ex Laicis ordinent; sed solummodo, Presbyter quidem doceat, offerat, baptizet, benedicat populo; Diaconus vero ministret Episcopo, ac Prebyteris; hoc est, Ministerium seu Diaconatum exerceat; sed non peragat cetera.

1. *Καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν.*] Omnino ex sensu, & ex Canone Apostolico 1. rescribendum, *καὶ τοὺς λοιποὺς κληρικούς*. Quod vertit Turrianus. At a Bovio lectum videtur, *καὶ τῶν λοιπῶν κλῆρον*. COT.

2. *Μήτε δὲ καὶ πρεσβύτερον μήτε διάκονον χειροτονεῖν ἐκ λαϊκῶν κληρικούς.*] Sequentia sæcula in collatione minoris Cleri variaverunt. Canon ἀνέκδοτος Nicephori Confessoris; *ὁ ἔχων εὐχὴν ἡγουμένου, πρεσβύτερος ὤν, χειροτονεῖ ἀναγνώστην καὶ ὑποδιάκονον ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ.* B *Qui habet consecrationem Hegumeni seu Abbatis, estque Presbyter, ordinare potest Lectorem & Subdiaconum in suo Monasterio.* ID.

3. *Εὐλογεῖν τὸν λαόν.*] In Responsionibus Synodi Constantinopolitanæ sub Patriarcha Nicolao ad Interrogationes quorumdam Monachorum, apud Balsamonem pag. 232.

Quæstio IX.

Quod dicit S. Basilius in parvis Pœnis: Sit a benedictione alienus pro lapsus proportione; quid est?

Responsio.

Privari aliquem benedictione, quæ datur in Ecclesia.

Scholium Balsamonis.

Benedictiones Ecclesiasticæ sunt omnia quæ fiunt, vel dantur ab Episcopis vel sacerdotibus in Ecclesiis, ad preces & stabilimentum fidelis populi. Unusquisque ergo pro sui lapsus proportione, Ecclesiastica benedictione privetur. Græca repræsento ex Mss. pluribus Christianissimi Regis, & uno viri clarissimi Claudii Jolii:

Ἐρώτησις.

Ὅπερ λέγει ὁ ἅγιος Βασίλειος ἐν τοῖς μικροῖς ἐπιτιμίοις, (al. εἰς τοὺς μικροὺς κανόνας) Ἔστω ἀπὸ εὐλογίας κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ σφάλματος, τί ἐστιν;

Ἀπόκρισις.

Τὸ ἀποστερηθῆναί τινα τῆς διδομένης εὐλογίας (al. προσφορᾶς) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Ἑρμηνεία.

Ἐκκλησιαστικαὶ εὐλογίαι εἰσί, τὰ παρὰ τῶν ἐπισκόπων καὶ τῶν ἱερέων ἐπ' ἐκκλησίας γινόμενα, ἢ διδόμενα πάντα εἰς εὐχὴν καὶ στηριγμὸν τοῦ κοινοῦ (al. πιστοῦ) λαοῦ. ἕκαστος γοῦν κατ' ἀναλογίαν τοῦ οἰκείου σφάλματος, στερηθῇ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐλογίας. COT.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τοῦ τετάρτου βιβλίου. [1]

* C

CAPITA

Libri quarti.

* *

1. In altero Cod. est: *βιβλίον δ'. ἐν ᾧ περὶ ὀρφανῶν καὶ ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν τῶν τοιούτων.*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

περὶ ὀρφανῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

A

ΟΡφανοῦ δέ τινος γενομένου Χριστιανοῦ, ἤτοι παιδὸς, ἢ παρθένου, καλὸν μὲν, ἵνα τις τῶν ἀδελφῶν, οὐκ ἔχων τέκνον, προσλαβόμενος τοῦτο, ἔχῃ εἰς παιδὸς τόπον· τὴν δὲ παρθένον, ὁ ἔχων υἱὸν δυνάμενον αὐτῷ ταῖς τοῦ γάμου ὥραις συγχρονῆσαι, συζεύξῃ· τοῦτο γὰρ οἱ ποιοῦντες ἔργον μέγα ἐπιτελοῦσιν, ὀρφανῶν πατέρες ὑπάρξαντες, καὶ παρὰ κυρίου τοῦ Θεοῦ λήψονται τὸν μισθὸν τῆς διακονίας ταύτης. εἰ δέ τις κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν περιπατῶν, ἐπαισχυνοῖτο, πλούσιος ὢν, τὰ τῆς ὀρφανίας μέλη· τοῦ μὲν ὀρφανοῦ πρόνοιαν ποιήσεται ὁ πατὴρ τῶν ὀρφανῶν, καὶ κριτὴς τῶν χηρῶν· αὐτῷ δὲ ἐμπεσεῖται τοιοῦτος, ὅς τις αὐτοῦ δαπανήσει τὴν φειδώ· καὶ γενήσεται [1] ἐπ' αὐτῷ [2] τὸ εἰρημένον· ἃ οὐκ ἔφαγον ἅγιοι, ταῦτα φάγονται Ἀσσύριοι· καθὼς καὶ Ἠσαΐας λέγει· Τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν τῶν ὀρφανῶν.

ΥΜεῖς οὖν, ὦ ἐπίσκοποι, μεριμνήσατε τὰ περὶ τῆς ἀνατροφῆς αὐτῶν, μηδὲν ἐλλείποντες αὐτοῖς. [3] τοῖς μὲν ὀρφανοῖς παρέχοντες τὰ γονέων, ταῖς δὲ χήραις τὰ ἀνδρῶν, τοῖς ἀκμαίοις τοὺς γάμους, τεχνίτῃ ἔργον, ἀδρανεῖ ἔλεος, ξένοις στέγος, πεινῶσι ψωμὸν, διψῶσι ποτὸν, γυμνοῖς ἔνδυμα, νοσοῦσι θέαν, [a] φυλακίταις βοήθειαν. πρὸς τούτοις πλείων ὑμῖν ἔστω φροντὶς περὶ τῶν ἐν ὀρφανίᾳ, ὅπως αὐτοῖς μηδὲν ἐνδέῃ· τῇ μὲν παρθένῳ, μέχρις ἂν ἔλθῃ εἰς ὥραν γάμου, καὶ ἐκδῶτε αὐτὴν ἀδελφῷ· τῷ δὲ παιδὶ χορηγίαν, πρὸς τὸ καὶ τέχνην ἐκμαθεῖν, καὶ διατρέφεσθαι ἐκ τῆς ἐπιχορηγίας· ἵν' ὅταν δεξιῶς τὴν τέχνην κατορθώσῃ, τὸ τηνικαῦτα δύνηται καὶ τὰ τῆς τέχνης ἐργαλεῖα ἑαυτῷ πρίασθαι, ὅπως μηκέτι βαρύνῃ [4] τινὰ τῶν ἀδελφῶν ἀνυπόκριτον εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἀλλ' ἑαυτῷ ἐπιχορηγῇ. καὶ γὰρ ἀληθῶς μακάριός ἐστιν, ὃς ἂν δυνάμενος βοηθεῖν ἑαυτῷ, μὴ θλίβῃ τόπον ὀρφανοῦ, ξένου τε καὶ χήρας.

C

LIBER QUARTUS.

De Orphanis.

CAPUT PRIMUM.

QUANDO autem Christianus aliquis relinquitur pupillus; sive puer, sive puella; egregium erit facinus, si quis Fratrum, liberis orbus, suscipiat puerum, & loco filii habeat: puellam vero filio collocet, si habuerit coætaneum, & ad nuptias pariter maturum. Qui enim hoc faciunt, insigne opus perpetrant, dum pupillorum parentes evadunt; consequenturque a Domino Deo tanti officii mercedem. Si quem vero divitem, hominibus dumtaxat placere studentem, pudeat pupilli qui Ecclesiæ membrum est; pupillo quidem prospiciet [a] Pater orphanorum & Judex viduarum; at diviti talis ingruet, qui cuncta per parsimoniam recondita consumet; accidetque ei quod dicitur; Quæ non comederunt sancti, hæc comedent Assyrii: sicut & ait Esaias: [b] *Regionem vestram in conspectu vestro; alieni devorant eam.*

CAPUT II.

Quo modo Episcopus debeat pupillis providere.

VOs igitur Episcopi, solicite cogitate de illorum alimonia, nullo modo deficientes eis: præbentes, pupillis quidem, paternam curam; viduis vero, tutelam maritalem; juventa fervidis, conjuges; artifici, opus; invalido, misericordiam; hospitibus, tectum; esurientibus, buccellam; sitientibus, potum; nudis, vestitum; ægrotantibus, visitationem; carcere detentis, auxilium. Ad hæc major vobis sit cura de orphanis, ut nihil ipsis desit: non virgini desit, quoad veniat ad nubilem ætatem, & Fratri in matrimonium detis: puero autem sumtum date, quo & artem discat, & ex ea erogatione nutriatur; ut cum artem dextere exercuerit, tunc & instrumenta artis sibi emere valeat, ne amplius gravet sinceram Fratrum erga ipsum caritatem, sed sibi suppeditet. Vere enim beatus ille, qui sibi opitulari valens, locum pupilli, hospitis ac viduæ non attriverit.

a Psal. LXVII. 6. *b* Isa. I. 7.


1. Επ'.] Deest hæc vocula in altero Cod. CLER,
2. Τὸ εἰρημένον· ἃ οὐκ ἔφαγον ἅγιοι, ταῦτα φάγονται Ἀσσύριοι.] Proverbiale dictum; ex Scripturarum sensu. Jeremiæ L. 12. *Grex dispersus Israel; leones ejecerunt eum: primus comedit eum rex Assur.* COT.

D

3. Τοῖς μὲν ὀρφανοῖς &c.] Videto heic Cap. 3. Epistolæ ad Jacobum. Sequitur notanda lectionis varietas. Etenim Bovius vertendo *medicinam*, significat se loco θέαν legisse θεραπείαν. ID.
4. Τινά] Al. τὴν. ID. — Sic & cod. Vind. CLER.

a Φυλακίταις] In Vet. Glossis *Carcerarius* est φυλακίτης & φυλακίτης. Sed posterius vocabulum ex isto Constitutionum loco eos significat qui detinentur. Quocirca quando in Glossis *Carcerarius* redditur per φυλακίτης, tunc *Carcerarius* ipsum detentum notat. Nam detenti etiam interdum *Carcerarii* vocantur apud Gregorium Turonensem & alios ævi sequioris scriptores. Hæc aliaque Mazochius V. C. ad *vet. marmor. Kalendar. Eccles. Neapol.* vol. II. pag. 490.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ΄.

Τίνες ὀφείλουσιν ἐπικουρεῖσθαι, κατὰ τὴν κυριακὴν διάταξιν.

A Ἐπεὶ καὶ [a] ὁ κύριος [1] μακάριον εἶπεν εἶναι τὸν διδόντα, ἤπερ τὸν λαμβάνοντα· [2] καὶ γὰρ εἴρηται πάλιν ὑπ' αὐτοῦ [3], [b] οὐαὶ τοῖς ἔχουσιν, καὶ ἐν ὑποκρίσει λαμβάνουσιν, ἢ δυναμένοις βοηθεῖν ἑαυτοῖς, καὶ λαμβάνειν παρ' ἑτέρων βουλομένοις· ἑκάτερος γὰρ ἀποδώσει λόγον κυρίῳ τῷ Θεῷ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. ὁ μὲν γὰρ δι' ἡλικίαν ὀρφανίας, ἢ γήρως ἀπονίαν, ἢ νόσου πρόσπτωσιν, ἢ τέκνων πολυτροφίαν λαμβάνων· ὁ τοιοῦτος οὐ μόνον οὐ μεμφθήσεται, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεθήσεται· θυσιαστήριον γὰρ τῷ Θεῷ λελογισμένος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τιμηθήσεται· ἀόκνως ὑπὲρ τῶν διδόντων αὐτῷ διηνεκῶς προσευχόμενος· οὐκ ἀργῶς λαμβάνων, ἀλλὰ, [4] τῆς δόσεως αὐτοῦ, ὅση δύναμις, τὸν μισθὸν διδοὺς διὰ τῆς προσευχῆς· ὁ τοιοῦτος οὖν ἐν τῇ αἰωνίῳ ζωῇ ὑπὸ Θεοῦ μακαρισθήσεται· ὁ δὲ ἔχων, B καὶ ἐν ὑποκρίσει λαμβάνων, ἢ δι' ἀργίαν, ἀντὶ τοῦ ἐργαζόμενον βοηθεῖν καὶ ἑτέροις, δίκην ὀφλήσει τῷ Θεῷ, ὅτι πενήτων ἥρπασε ψωμόν.

CAPUT III.

Quinam adjuvandi ſint, ſecundum Dominicam conſtitutionem.

A Quandoquidem & Dominus [a] beatiorem eſſe dixit eum qui dat, quam qui accipit: ſed & ab eo etiam dictum eſt, [b] Væ iis qui habent, & in hypocriſi accipiunt; aut qui cum ſibi poſſint ſuppetias afferre, ab aliis accipere volunt: uterque enim Domino Deo reddet rationem in die judicii. Sed qui accipit, aut propter ætatem pupillarem, aut ob ſenectutis debilitatem, aut propter morbum incidentem, aut propter alendorum liberorum multitudinem; is non modo non reprehendetur, verum etiam laudabitur: ſiquidem a Deo altare reputatus, ab eo honorabitur; impigre pro largitoribus ſuis ac aſſidue deprecans; non otioſe ſumens, ſed quoad ejus eſt, per preces ſuas, doni mercedem B præbitori tribuens. Hic igitur in vita ſempiterna beatus a Deo prædicabitur. Qui vero habet, & in hypocriſi capit, aut propter inertiam, cum deberet ex opere ſuo etiam alios adjuvare; is Deo pœnas perſolvet, quia pauperum buccellam rapuit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ΄.

Περὶ φιλαργυρίας.

Ὁ γὰρ ἔχων ἀργύρια, καὶ μὴ μεταδιδοὺς ἑτέροις, μήτε μὴν αὐτὸς χρώμενος, τόπον ὄφεως κεκλήρωκεν, [5] ὅν φασιν ἐν τοῖς θησαυροῖς καθεύδειν· καὶ ἐστι [6] καὶ ἐπ' αὐτῷ ἀληθὴς ἡ γραφὴ, ἡ φάσκουσα· [c] Συνήγαγε πλοῦτον ἐξ οὗ οὐ γεύσεται· καὶ C οὐδὲν αὐτῷ ὄφελος, ἀπολλυμένῳ παρὰ τῆς δίκης. [d] Οὐκ ὠφελήσει γὰρ, φησιν, ὑπάρχοντα ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς. Ὁ γὰρ τοιοῦτος, οὐ τῷ Θεῷ πεπίστευκεν, ἀλλὰ τῷ ἑαυτοῦ χρυσίῳ, θεὸν τοῦτο ἡγούμενος, καὶ ἐπ' αὐτῷ πεποιθώς. ὑποκριτὴς ἀληθείας ὁ τοιοῦτος, προσωπολήπτης, ἄπιστος, εἴρων, δειλὸς, ἄνανδρος, κοῦφος, ἀχρεὴς, μεμψίμοιρος, ἐπώδυνος, ἑαυτοῦ ἐχθρὸς καὶ οὐδενὸς φίλος. τούτου τὰ χρήματα ὀλεῖται· [e] καὶ ἀνὴρ ξένος ἔδεται αὐτὰ, ἢ ζῶντος ὑφελόμενος, ἢ θανόντος καρπωσάμενος. [f] πλοῦτος γὰρ ἀδίκως συναγόμενος, ἐξεμεθήσεται.

CAPUT IV.

De avaritia.

Nam qui habet pecunias, & aliis non impertitur, neque vero ipſe utitur; hic ſortitus eſt locum ſerpentis, quem aiunt theſauris incubare: ac de eo homine vera eſt Scriptura, quæ ait: [c] C *Congregavit divitias, ex quibus non guſtabit*; & nihil ei emolumenti, pereunti a ſupplicio: [d] *Non enim proderunt*, inquit, *opes in die iræ*. Siquidem qui talis eſt, non credidit Deo, ſed auro ſuo, quod deum putat, & in quo confidit. Idem, ſimulator veritatis eſt, perſonarum acceptor, infidelis, cavillator, timidus, ignavus, levis, ineptus, querulus, ſe ipſum excrucians, inimicus ſibi ac nemini amicus. Hujus bona peribunt; & [e] *homo extraneus comedet ea*; vel eo vivente auferens, vel mortuo, conſecutus. [f] *Divitiæ* enim *inique congregatæ, evomentur*.

a Act. xx. 35. *b* Matth. xxiii. 14. *c* Job xx. 18. apud LXX. *d* Prov. xi. 4.
e Eccle. vi. 2. *f* Job xx. 15. apud LXX.

1. *Ὁ κύριος μακάριον εἶπεν εἶναι τὸν διδόντα, ἤπερ τὸν λαμβάνοντα.*] In Anaſtaſianis Quæſtionibus, *ὑπὲρ τὸν λαμβάνοντα*. Act. xx. 35. *μνημονεύειν τε τῶν λόγων* (aut *τὸν λόγον*) *τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς εἶπε· Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. Ac meminiſſe verbi Domini Jeſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare quam accipere.* Quæ enarrans Joannes Chryſoſtomus, recurrendum arbitratur vel ad ea quæ Apoſtoli *ἀγράφως* tradiderunt, vel ad ſenſum ſimiliaque dicta. At aliis viſum eſt annotare locum Conſtitutionum; eodem errore, quo eas pro vere Apoſtolicis habebant. Ita Euthalius citatus a Turriano in Prolegomenis Græcis, & ad lib. 2. cap. 36. Unde in duobus Mſs. Regiis, 607. & 705. ad marginem memorati textus poſuerunt, *ἐκ τῶν διατάξεων*. Ceterum in Anaſtaſii Quæſtionibus Mſs. ejuſdem Librariæ, ſcriptum inveni, *δι' ἡλικίαν ὀρφανίας, ἢ γήρως, ἢ ἀδυναμίαν, ἢ νόσου πρόσπτωσιν*. Pro quibus Interpres legiſſe videtur, *δι' ἡλικίαν, ἢ ὀρφανίαν, ἢ γῆρας, ἢ ἀδυναμίαν* &c. Nicon Collector ineditus cap. 36. citat *ἢ γήρως ἀδυναμίαν*. al. *ἢ γήρως, ἢ ἀδυναμίαν*. COT.


D 2. *Καὶ γάρ*] Anaſtaſius Quæſt. 14. ubi hæc citantur, legit *οὐαὶ γὰρ τοῖς* &c. Alias varietates apud ipſum conſule. IDEM.

3. *Οὐαὶ τοῖς ἔχουσιν — βουλομένοις.*] Exſtant in membranis Regiis Codicis 2441. Eclogæ ſacræ ineditæ. Illic ſententia hæc *Κλήμεντος* nomine ſe offert. *λόγῳ ιέ.* qui inſcribitur *Ὅτι οὐ μόνον ἐργάζεσθαι ὀφείλομεν. πρὸς τὸ ἐπαρκεῖν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν δεομένων διατροφήν.* IDEM.

4. *Τῆς.*] Alter Codex *ὑπὲρ τῆς*. CLER.

5. *Ὅν φασιν ἐν τοῖς θησαυροῖς καθεύδειν.*] S. Baſilius de utiliter legendis Gentilium libris; *πλὴν εἰ μὴ κατὰ τοὺς ἐν τοῖς μύθοις δράκοντας, ἡδονήν τινα φέροι θησαυροῖς κατορυγμένοις ἐπαγρυπνεῖν*. Scilicet, docente cum aliis Macrobio Saturnal. lib. 1. cap. 20. theſaurorum cuſtodia draconibus aſſignatur. Vide ſi vacat & lubet, elegantem fabulam Phædri, 19. lib. 4. COT.

6. *Καί.*] Deeſt in altero Codice, & quidem melius. CLER.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Μετὰ ποίυ φόβυ χρὴ τῶν κυριακῶν μετέχειν συνεισφορῶν.

ΠΑραινῦμεν ὖν ταῖς χήραις ϰ̀ τοῖς ὀρφανοῖς, μετὰ παντὸς φόβυ ϰ̀ πάσης ἐυλαβείας μεταλαμβάνειν τῶν αὐτοῖς χορηγυμένων, ϰ̀ ἐυχαριστεῖν Θεῷ, τῷ διδόντι τοῖς πεινῶσι τροφὴν, ϰ̀ ἐπ᾽ αὐτῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκτείνειν. Τίς γάρ, φησιν, ὑμῶν φάγεται, ἢ τίς πίεται, παρὲξ αὐτῦ; Αὐτὸς γὰρ ἀνοίγει τὴν χεῖρα αὐτῦ, καὶ ἐμπιπλᾷ πᾶν ζῶον ἐυδοκίας· σῖτον νεανίσκοις, καὶ οἶνον παρθένοις, ϰ̀ ἔλαιον εἰς ἐυφροσύνην τῶν ζώντων· χόρτον τοῖς κτήνεσι, ϰ̀ χλόην τῇ δυλείᾳ τῶν ἀνθρώπων· κρέα τοῖς θηρίοις, σπέρματα τοῖς ὀρνέοις, ϰ̀ πᾶσι τὴν πρόσφορον τροφήν. διό φησι ϰ̀ ὁ κύριος· Καταμάθετε τὰ πετεινὰ τῦ ὐρανῦ, ὅτι ὐ σπείρυσιν, ὐδὲ θερίζυσιν, ὐδὲ συνάγυσιν εἰς ἀποθήκας· καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν τρέφει αὐτά· ὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; μὴ ὖν μεριμνήσητε, λέγοντες· τί φάγομεν, ἢ τί πίομεν; οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὅτι χρῄζετε τύτων ἁπάντων. Τοσαύτης ὖν τῆς παρ᾽ αὐτῦ προνοίας ἀπολαύοντες, ϰ̀ τῶν παρ᾽ αὐτῦ μεταλαμβάνοντες ἀγαθῶν, αἶνον ἀναπέμπειν ὀφείλετε τῷ ὀρφανὸν ϰ̀ χήραν ἀναλαμβάνοντι παντοκράτορι Θεῷ, διὰ τῦ ἠγαπημένυ υἱῦ αὐτῦ Ιησῦ Χριςῦ τῦ κυρίυ ἡμῶν· δι᾽ ὖ ἡ δόξα τῷ Θεῷ, ἐν πνεύματι ϰ̀ ἀληθείᾳ, εἰς τὺς αἰῶνας. Αμήν.

CAPUT V.

Cum quanto timore oporteat collationes Dominicas sumere.

A CONsilium igitur damus viduis & pupillis, ut cum summo metu, & summa reverentia capiant quæ eis suppeditantur, utque Deo, [a] escam danti esurientibus, gratias agant, & in eum oculos intendant. [b] *Quis enim*, inquit, *vestrum comedet, aut quis bibet sine ipso?* Ipse enim [c] aperit manum suam, & implet omne animal beneplacito: tribuit [d] frumentum juvenibus, & vinum virginibus, & oleum ad viventium hilaritatem: [e] fœnum jumentis, & herbam servituti hominum; carnes bestiis, semina avibus, & omnibus alimentum conveniens. Quare Dominus ait: [f] *Animadvertite volatilia cæli; quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea; & Pater vester nutrit* B *illa: nonne vos multo estis eis præstantiores? Nolite ergo soliciti esse, dicentes; Quid manducabimus, aut quid bibemus? Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.* Cum igitur tanta illius providentia fruamini, & bona illius percipiatis; debetis in omnipotentem Deum, [g] pupilli ac viduæ susceptorem, conferre laudes; per dilectum Filium ejus, Jesum Christum Dominum nostrum; per quem gloria Deo, in Spiritu & veritate, in sæcula. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Τίνων αἱ καρποφορίαι δεκτοί, καὶ τίνων ἄδεκτοι.

C

ΧΡὴ δὲ τὸν ἐπίσκοπον εἰδέναι τίνων ὀφείλει δέχεσθαι καρποφορίας, καὶ τίνων ὐκ ὀφείλει. φυλακταῖοι γὰρ αὐτῷ πρὸς δόσιν [1] κάπηλοι· ὐ δικαιωθήσεται γὰρ κάπηλος [2] περὶ ἁμαρτίας· περὶ αὐτῶν γάρ πυ καὶ Ησαΐας, ὀνειδίζων τὸν Ισραὴλ, ἔλεγεν· Οἱ κάπηλοί συ μίσγυσι τὸν οἶνον ὕδατι. Φυλακταῖοι δ᾽ αὐτῷ καὶ πόρνοι· Οὐ προσοίσεις γὰρ τῷ κυρίῳ μίσθωμα πόρνης· καὶ ἅρπαγες, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμηταὶ, καὶ μοιχοί· βδελυκταὶ γὰρ αἱ τύτων θυσίαι παρὰ Θεῷ. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκθλίβοντες χήραν, καὶ ὀρφανὸν καταδυναςεύοντες, καὶ τὰς φυλακὰς πληρῦντες ἀναιτίων, ἢ καὶ τοῖς ἑαυτῶν οἰκέταις πονηρῶς χρώμενοι, πληγαῖς φημὶ καὶ λιμῷ D καὶ κακοδυλίᾳ, ἢ καὶ πόλεις ὅλας λυμαινόμενοι, φυλακταῖοι ἔςωσάν σοι, ὦ ἐπίσκοπε, καὶ αἱ τύτων προσφοραὶ μυσαραί. παραιτήσῃ δὲ καὶ ῥᾳδιυργὺς, καὶ ῥήτορας ἀδικίᾳ συναγωνιζομένυς, καὶ [3] εἰδωλοποιὺς, καὶ κλέπτας, καὶ [4] τελώνας ἀδί-

CAPUT VI.

Quorum oblationes recipiendæ, & quorum rejiciendæ.

OPortet vero Episcopum scire, quorum debeat oblationes accipere, & quorum non debeat. Nam ad dandum non admittet caupones: quia [h] *non justificabitur caupo de peccato*: & de iisdem quodam in loco Esaias, Israeli exprobrans, ait: [i] *Caupones tui miscent vinum aqua.* Fugiendi etiam ei scortatores: [k] *Non enim offeres Domino mercedem scorti*: item rapaces, alienarumque rerum cupitores; & adulteri: horum quippe sacrificia Deus abominatur. Sed & qui viduam affligunt, & pupillum potentia sua opprimunt, & carceres innocentibus replent, aut famulos suos male tractant; verberibus dico, & fame, & dura servitute; vel qui totas urbes devastant: ii sint tibi aversandi, o Episcope; eorumque oblationes, exsecrabiles. Repudiabis etiam adulteratores, & oratores patrocinantes injustitiæ, & fabricatores idolorum, & fures, & publicanos injustos, & in ponderando sta-

a Psal. CXLV. 7. *b* Eccle. II. 25. in LXX. *c* Psal. CXLIV. 16. *d* Zach. IX. 17. in LXX. *e* Psal. CIII. 15. 14. *f* Matth. VI. 26. 31. *g* Psal. CXLV. 9. *h* Eccle. XXVI. 28. *i* Isa. I. 22. *k* Deut. XXIII. 18.


1. Κάπηλοι.] Cauponariam οἱ ἔξω sapientes parum honestam esse censuerunt; ut Plato XI. de legibus. Quid ergo mirum, si tam multa adversus caupones, mercatores, negotiatores, artesque institorias dicta legantur apud Philosophos Christianos? apud Tertullianum de Idololatria 11. Lactantium lib. 5. cap. 17. Hilarium in Psalm. CXVIII. 125. 139. CXXIV. 5. Pacianum Parænetico ad Pœnitentiam, Gregorium Nazianzenum Epist. 6. Epiphanium Expositione fidei num. 24. Auctorem Operis imperfecti, ad Matthæi XXI. 12. XXII. 5. & Valerianum Homil. 20. Proferre loca supersedeo, ne & meo tempore & Lectoris patientia abutar. Videndus etiam S. Leo Epist. 92. cap. 9. atque cum S. Gregorio paullo post citando conferendus. COT.

2. Περὶ ἁμ.] Anastasius qui caput hoc affert Quæst. 12. heic legit ἀπὸ ἁμ. Ita. — Sic etiam alter cod. Vindob. CLER.

3. Εἰδωλοποιύς.] Legito, si grave non est, Tertulliani librum de Idololatria. COT.

4. Τελώνας ἀδίκυς.] Epithetum perpetuum; ut patet ex E cap. 38. lib. 2. Scilicet publicanus vir justus, rara avis in terris. Quocirca in Evangeliis junguntur ii homines cum Ethnicis peccatoribus, ac meretricibus: & graves adversus totum genus invectivæ occurrunt sæpe in scriptis sanctorum Patrum, præsertim Chrysostomi. Tertullianus certe de Pudicitia 9. publicanos appellat *ex officio peccatores*: Epistola inter Zosimianas 13. telonarios, dæmonarios: Asterius apud Photium Cod. 271. *τελώνην, τὸ κακὸν ἀνυπέρβλητον*: & Cerameus Theophanes Homilia 15. *τῶν πάντων ἁμαρτωλῶν ἀχρότερον*. Audi verba insignia, judicio ac veritate condita, Gregorii Magni in Evangelia Homil. 24. quæ proinde repetiit Nicolaus Papa respondens

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



Ἀποταξώμεθα οὖν καὶ γονεῦσι, καὶ συγγενέσι, καὶ φίλοις, καὶ γυναικὶ, καὶ κτήμασι, καὶ σύμπαντι τῷ βίῳ, ὅταν ᾖ τι τούτων κώλυμα πρὸς εὐσέβειαν. δεῖ γὰρ προσεύχεσθαι μὲν ἡμᾶς, ἵνα μὴ εἰσέλθωμεν εἰς πειρασμόν. ἐὰν δὲ κληθῶμεν εἰς μαρτύριον, μετὰ ἐνστάσεως ὁμολογεῖν τὸ τίμιον ὄνομα· καὶ ἐὰν τούτου χάριν κολασθῶμεν, χαίρωμεν ὡς ἐπὶ ἀθανασίαν σπεύδοντες. διωκόμενοι, μὴ ξενιζώμεθα, μὴ ἀγαπήσωμεν τὸν νῦν αἰῶνα, μηδὲ τοὺς παρὰ ἀνθρώπων ἐπαίνους, μηδὲ τὴν τῶν ἀρχόντων δόξαν καὶ τιμὴν, καθάπερ καί τινες τῶν Ἰουδαίων, θαυμάζοντες τοῦ κυρίου τὰς ἐνεργείας, οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν, φόβῳ τῷ πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀρχόντων· Ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Ὁμολογήσαντες δὲ τὴν καλὴν ὁμολογίαν, οὐ μόνον ἑαυτοὺς σώζομεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς νεοφωτίστους βεβαιοῦμεν, καὶ τοὺς κατηχουμένους πιστοποιούμεθα. εἰ δὲ καθυφῶμέν τι τῆς ὁμολογίας, ἐξαρνησάμενοι τὴν εὐσέβειαν διὰ γνώμης χαυνότητα, καὶ φόβον βραχυτάτης τιμωρίας, οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἀποστεροῦμεν τῆς αἰωνίου δόξης, ἀλλ' ἤδη καὶ ἑτέροις αἴτιοι ἀπωλείας γενησόμεθα, καὶ διπλοτέραν ὑποίσομεν τὴν τίσιν, ὡς ὑποψίαν δόσαντες διὰ τῆς ἀρνήσεως, πλάνης διδαχὴν εἶναι τὴν ποτε ὑφ' ἡμῶν δοξαζομένην ἀλήθειαν. διὸ μήτε πρόχειροι ὦμεν καὶ ῥιψοκίνδυνοι· λέγει γὰρ ὁ κύριος· Προσεύχεσθε, μὴ ἐμπεσεῖν εἰς πειρασμόν· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· μηδὲ μὴν ἐμπεσόντες, δειλίᾳ καταισχύνωμεν τὴν ὁμολογίαν. εἰ γὰρ ἀρνησάμενός τις τὴν ἑαυτοῦ ἐλπίδα, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ἀπολυθῇ τοῦ προσκαίρου θανάτου, αὔριον δ' ἐπὶ κλίνης νόσῳ περιπέσῃ ὀξυτάτῃ, κοιλίας, ἢ στομάχου, ἢ κεφαλῆς, ἤ τινι πάθει τῶν ἀνιάτων, σήψεως, ἢ γαγγραίνης, ἢ ἀποστάσεως, ἢ ἰλεοῦ, ἢ ὕδερου, ἢ κόλου, ταχεῖαν ποιήσηται τὴν καταστροφὴν, καὶ τοῦ ζῆν ὑπεξέλθοι, οὐχὶ καὶ τῶν ἐνταῦθα ἐστερήθη, καὶ τῶν αἰωνίων ἐκπέπτωκε, μᾶλλον δὲ τῆς ἀϊδίου κολάσεως ἐντὸς κατέστη, πορευθεὶς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, οὗ ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων; ὁ δὲ ἀξιωθεὶς μαρτυρίου, χαιρέτω τὴν ἐν κυρίῳ χαρὰν, ὡς τηλικούτου ἐπιτυχὼν στεφάνου, καὶ δι' ὁμολογίας ποιούμενος τὴν ἔξοδον τοῦ βίου. κἂν κατηχούμενος ᾖ, ἄλυπος ἀπίτω· τὸ γὰρ πάθος τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, ἔσται αὐτῷ γνησιώτερον βάπτισμα· ὅτι αὐτὸς μὲν πείρᾳ συναποθνήσκει τῷ κυρίῳ, οἱ δὲ λοιποὶ, τύπῳ. χαιρέτω οὖν μιμούμενος τὸν διδάσκαλον· ἐπειδὴ καὶ προστέτακται· Κατηρτισμένος ἔστω πᾶς, ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ· ὁ δὲ διδάσκαλος αὐτοῦ καὶ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ κύριος δι' ἡμᾶς ἐπλήγη, βλασφημίας ὑπέμεινε καὶ ὀνειδισμοὺς μακροθύμως, ἐνεπτύσθη, ἐκολαφίσθη, ἐῤῥαπίσθη, σταυρῷ μετὰ τὸ μαστιχθῆναι προσηλώθη, ὄξος καὶ χολὴν ἐποτίσθη· τελειώσας πάντα γεγραμμένα,

CAPUT VI.

Quod oportet fidelem neque temerarium esse propter securitatem, neque meticulosum propter ignaviam: sed fugere propter cautionem; & cum in periculum inciderit, decertare ob repositam coronam.

B Renuntiemus ergo parentibus, cognatis, amicis, uxori, liberis, possessionibus, & omnibus vitæ bonis, quando eorum aliquid impedimento erit pietati. Siquidem orare debemus, ne ingrediamur in tentationem. Quod si ad martyrium vocemur, oportet ut cum fortitudine & constantia honorandum nomen confiteamur: & si ideo ad supplicium mittamur, gaudeamus tamquam qui ad immortalitatem properamus. Cum persecutionem patimur, ne quasi in re nova ac inaudita stupeamus. Non diligamus præsens sæculum, neque laudes ab hominibus, neque principum virorum gloriam & honorem; sicut nonnulli Judæi, cum Domini opera admirarentur, non crediderunt in eum, C metu Pontificum reliquorumque Optimatum: [b] *Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei*. Quando autem bonam confessionem confitemur, non modo nos ipsos servamus, sed & recens baptizatos confirmamus, atque Catechumenos in fide statuimus. Sin vero aliquid de confessione remiserimus, negata religione Dei ob animi mollitiem & brevissimæ pœnæ metum; non solum nos ipsi æterna gloria defraudabimus, sed jam aliis quoque auctores perditionis erimus; & duplum supplicium perferemus, quod negatione nostra, erroris suspectam reddiderimus quæ aliquando a nobis celebrabatur veritatem. Quocirca neque promti simus temere, atque ad pericula præcipites: Do- D minus enim dicit: [c] *Orate, ne incidatis in tentationem: spiritus quidem promtus est, caro autem infirma*: neque si intercepti fuerimus, confessionem timiditate maculemus. Nam qui abnegando spem suam, hoc est Jesum Filium Dei, a morte temporaria liberatus est; si cras in lecto incidat in morbum acutissimum, ventris, aut stomachi, aut capitis, vel in aliquod vitium insanabile, tabis, vel gangrænæ, vel abscessus, vel volvuli, vel aquæ intercutis, vel colici affectus; & celeri exitu e vita discedat; nonne & præsentibus bonis privatus est, & ab æternis excidit; quin immo æternum supplicium subiit, profectus [d] ad tenebras exteriores, ubi fletus & stridor dentium? Qui vero mar- E tyrio dignus est habitus, lætitia in Domino efferatur, quod tantam coronam nactus fuerit, & per confessionem ex hac vita migret. Quamvis Catechumenus sit, sine tristitia excedat: passio enim pro Christo perlata, erit ei sincerior Baptismus; quandoquidem ipse re vera & periculum faciendo, Christo commoritur; reliqui vero, *hoc est, qui baptizantur*, figura tantum. Gaudeat ergo de Magistri imitatione: siquidem præceptum est: [e] *Perfectus sit omnis, sicut magister ejus*: atqui Magister ejus & noster, Dominus Jesus, propter nos plagas sustinuit, convicia, & probra æquo animo toleravit, consputus est, colaphis & alapis percussus, cruci post flagra affixus, aceto & felle potatus; consum-

a Job XXXV. 7. *b* Joan. XII. 43. *c* Matth. XXVI. 41. *d* Matth. VIII. 12. *e* Luc. VI. 40.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

εἶπε τῷ Θεῷ καὶ πατρί· Εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου. Διὸ καὶ ὁ εὐχόμενος ἐκείνου μαθητὴς εἶναι, ζηλούτω τοὺς αὐτοῦ ἀγῶνας, μιμείσθω τὴν ὑπομονήν, γινώσκων ὅτι κἂν ἐν πυρὶ ὑπὸ ἀνθρώπων καῇ, οὐδὲν πείσεται, ὡς οἱ τρεῖς παῖδες· ἢ εἰ καὶ πάθῃ τι, μισθὸν παρὰ κυρίου λήψεται· πιστεύων τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ ἀληθινῷ Θεῷ καὶ πατρί, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως, καὶ λυτρωτοῦ τῶν ψυχῶν, καὶ μισθαποδότου τῶν ἄθλων· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A matisque omnibus quæ scripta erant, dixit Deo & Patri: [a] *In manus tuas commendo spiritum meum.* Quapropter qui optat illius esse discipulus, æmuletur ejus certamina, imitetur patientiam; sciens quod etsi in ignem ab hominibus conjiciatur, nihil patietur, sicut illi tres pueri [b]: aut si aliquid patiatur, mercedem a Domino accipiet; fidem habens uni & soli vero Deo ac Patri, per Jesum Christum, magnum pontificem, & redemtorem animarum, certaminumque remuneratorem; cui gloria, in sæcula. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

B *Περὶ ἀναστάσεως ἀποδείξεις διάφοροι· περὶ Σιβύλλης· καὶ τί [1] οἱ Στωϊκοὶ περὶ τοῦ φοίνικος τοῦ ὀρνέου.*

CAPUT VII.

De Resurrectione variæ demonstrationes; de Sibylla; & quid Stoici de Phœnice ave.

ΑΥτὸς γὰρ ἡμᾶς ἐγερεῖ ὁ παντοκράτωρ Θεός, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ τὴν ἀψευδῆ· καὶ ἀναστήσει ἡμᾶς σὺν πᾶσι τοῖς ἀπ' αἰῶνος κοιμηθεῖσι, τοιούτους, ὁποῖοι ὑπάρχομεν ἐν τῇ νῦν μορφῇ, μηδὲν ἐλλειπὲς ἔχοντας, ἢ τὴν φθοράν· ἐπείπερ ἄφθαρτοι ἀναστησόμεθα. κἄν τε γὰρ ἐν πελάγει πλατήσωμεν, κἂν ἐν γῇ διασπαρῶμεν, κἂν ὑπὸ θηρίων ἢ ὀρνέων διασπασθῶμεν, ἀναστήσει ἡμᾶς τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει· ὅτι ὁ πᾶς κόσμος τῇ τοῦ Θεοῦ συνέχεται χειρί. Θρὶξ δέ, φησιν, ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται. C Διὸ παραινεῖ, λέγων· Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Περὶ δὲ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς τῶν μαρτύρων μισθαποδοσίας λέγει [2] Γαβριὴλ τῷ Δανιήλ· Καὶ πολλοὶ τῶν κεκοιμένων, ἐκ γῆς χώματος ἀναστήσονται· οἱ μὲν εἰς ζωὴν αἰώνιον, οἱ δὲ εἰς αἰσχύνην καὶ ὀνειδισμὸν αἰώνιον. καὶ οἱ συνιέντες, ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος, καὶ ὡς τὸ στερέωμα καὶ οἱ ἀστέρες. Ὡς φωστῆρας τοίνυν ἐκλάμψειν τοὺς ἁγίους προεῖπεν ὁ πανάγιος Γαβριήλ· αὐτοῖς γὰρ τὸ συνιέναι τὴν ἀλήθειαν ἐμαρτύρησε καὶ [3] τὸ ἱερὸν αὐτοῦ ὄνομα. οὐ μόνον δὲ τοῖς μάρτυσιν ἐπήγγελται τὴν ἀνάστασιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, δικαίοις τε καὶ ἀδίκοις, εὐσεβέσι καὶ δυσσεβέσιν· ἵνα ἕκαστος τὰ πρὸς ἀξίαν τίσῃ. Ἄξει γάρ, D φησιν, ὁ Θεὸς σύμπαν τὸ ποίημα εἰς κρίσιν ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, ἐὰν ἀγαθὸν, καὶ ἐὰν πονηρόν. Ταύτην δὲ τὴν ἀνάστασιν μὴ πιστεύοντες Ἰουδαῖοι, τὸ παλαιὸν ἔλεγον· Ξηρὰ γέγονε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν, [4] διαπεφωνήκαμεν. Οἷς ὁ Θεὸς ἀποκριθεὶς ἔφη· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνοίγω τοὺς τάφους ὑμῶν, καὶ ἀνάξω ὑμᾶς ἐξ αὐτῶν· καὶ δώσω τὸ πνεῦμά μου ἐν ὑμῖν, καὶ ζήσεσθε· καὶ γνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ κύριος λελάληκα, καὶ ποιήσω. Καὶ διὰ Ἡσαΐου φησίν· Ἀναστήσονται οἱ νεκροί, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, καὶ εὐφρανθήσονται οἱ ἡσυχάζοντες ἐν τῇ γῇ· ὅτι ἡ δρόσος ἡ

IPse enim nos resuscitabit omnipotens Deus, per Dominum nostrum Jesum Christum, juxta promissionem suam veracem; & nos cum omnibus qui ab initio sæculi obierunt excitabit, tales, quales in præsenti forma exsistimus, nulla mutilatione vel corruptione affectos; quandoquidem incorrupti resurgemus. Sive enim in mari mortui fuerimus, sive in terra dissipati, sive a bestiis vel avibus discerpti; suscitabit nos sua potentia: quia totus mundus manu Dei continetur [c]. *Capillus* inquit, *de capite vestro non peribit.* Quapropter admonet, dicens: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Porro de resurrectione mortuorum, & de Martyrum remuneratione Gabriel Danieli dicit [d]: *Et multi de his qui dormierunt, ex terræ pulvere excitabuntur, alii quidem in vitam æternam, alii vero in ignominiam & opprobrium sempiternum.* [e] *Et qui intellexerunt, refulgebunt sicut sol, & sicut firmamentum ac stellæ.* Refulsuros ergo sanctos instar luminarium cælestium, prædixit omni sanctitate ornatus Gabriel; quippe quos veritatem intellexisse idem sacer Angelus testatus est. Non solum autem Martyribus promisit resurrectionem, sed & omnibus hominibus, justis pariter ac injustis, piis & impiis; ut unusquisque pro meritis exsolvat. [f] *Adducet enim*, inquit, *Deus omnem actionem in judicium, in omni imperceptо, sive bonum, sive malum sit.* Hanc resurrectionem non credentes Judæi, olim dicebant: [g] *Arida facta sunt ossa nostra; defecimus.* Quibus Deus respondens, ait: *Ecce ego aperio sepulcra vestra; & educam vos ex eis: & dabo spiritum meum in vobis, & vivetis; & cognoscetis quia ego Dominus locutus sum, & faciam.* Et per Esaiam: [h] *Resurgent*, inquit, *mortui, & expergiscentur qui sunt in monumentis, & lætabuntur qui in terra quiescunt; quia ros tuus*

a Luc. XXIII. 46. *b* Dan. III. *c* Luc. XXI. 18. 19. *d* Dan. XII. 2. *e* Matth. XIII. 43.
f Eccle. XII. 14. *g* Ezech. XXXVII. 11, &c. *h* Isa. XXVI. 19.

1. Οἱ Στωϊκοί.] Bovius invenerat solum in hoc titulo, περὶ ἀναστάσεως. Cetera addita sunt, ni fallor, a Turriano, ob versus Sibyllæ, fabulam Phœnicis, & Scholium Græcum de quo antea. Ubi cum nonnemo ad voces ἀνάστασιν & παλιγγενεσίαν apposuisset nomen Stoicorum, quorum celebris exstitit opinio de mundi innovatione, rerum ἀνακυκλήσει & ἀποκαταστάσει, hominum ceterorumque reditu, putavit Turrianus hoc Scholii narrationi de Phœnice debere aptari. Cot.

2. Γαβριήλ.] Non exprimitur in sacro contextu nomen Angeli. Verisimile tamen admodum fit, Gabrielem esse, de quo cap. 8. & 9. Prophetiæ; juxta sententiam Cassiani quoque Collat. 8. cap. 13. & Agobardi lib. de quorumdam illusione signorum, utque colligi potest ex verbis Hieronymi ad Dan. VIII. 16. Sic Angelum, Isaiæ XXXIII. 3. memoratum, Hebræi Gabrielem autumant; referente eodem Hieronymo. Id.

E 3. Τὸ ἱερὸν αὐτοῦ ὄνομα.] Dei nomen intelligit Turrianus; præter verba Gabrielis, atque orationis contextum. Malim de ipso Gabriele accipere. Non insolens enim est locutio, ὄνομα, nomen, pro persona & re. Act. I. 15. Apocal. III. 4. XI. 13. Θηβαίων ὄνομα de Thebanis. *Romanum nomen*, hoc est, Romani. *Felix nomen agelli* pro agello. *Nomen virginis*. aliaque per Criticos acervata. Id.

4. Διαπεφωνήκαμεν.] Hesychio διαπεφωνήκαμεν est ἀπωλόμεθα: Suidæ διαπεφώνηκεν· ἐσχάτην καὶ τελευταίαν φωνὴν ἀφῆκε, τουτέστιν ἀπώλετο. Unde hic Ezechielis III. 11. in Ambrosio vertitur *interivimus*, in Cypriano *exspiravimus*. Verum aliter apud LXX. videtur legisse Tertullianus. Habet enim cap. 29. libri de resurrectione carnis: *Avulsi sumus in eis.* quod est, opinor, διαπεφωνήκαμεν ἐν αὐτοῖς. Sed illud ἐν αὐτοῖς jam olim excidit: reddi autem debet ex Hebræo, *in nobis*. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

παρά σου ἴαμα αὐτοῖς ἐστι. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτερα περὶ τῆς ἀναστάσεως εἴρηται, καὶ περὶ τῆς τῶν δικαίων ἐν δόξῃ διαμονῆς, καὶ περὶ τῆς τῶν ἀσεβῶν τιμωρίας, πτώσεως, ἀποστροφῆς, καταδίκης, ἀδοξίας, πυρὸς αἰωνίου, καὶ σκώληκος ἀπελευτήτου. καὶ ὅτι εἰ ἐβούλετο πάντας ἀνθρώπους εἶναι ἀθανάτους, ἠδύνατο, ἔδειξε τὸν Ἐνὼχ καὶ τὸν Ἠλίαν, μὴ ἐάσας θανάτου πεῖραν λαβεῖν. εἰ δὲ καὶ κατὰ γενεὰν τοὺς τελευτῶντας ἀνιστᾷν ἤθελε, καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ δι' ἑτέρων τοῦτο δῆλον ἐποίησε· τὸν μὲν υἱὸν τῆς χήρας, διὰ Ἠλίου ἀναστήσας, καὶ τὸν τῆς Σωμανίτιδος διὰ Ἐλισσαίου. πειθόμεθα δὲ μὴ [1] μισθὸν τιμωρίας εἶναι τὸν θάνατον, ἐξ ὧν αὐτὸν καὶ ἅγιοι ὑπέστησαν, ἢ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ἁγίων κύριος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἡ ζωὴ τῶν πιστῶν καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. διὰ τοῦτο οὖν τέως ὡς ἂν ἐν [2] μεγαλοπόλει πολιτευομένοις, μετὰ τοὺς ἄθλους ἐπάγει πρὸς ὀλίγον τὴν διάλυσιν, ἵνα ἀναστήσας ἕκαστον ἀποκηρύξῃ ἢ στεφανώσῃ. ὁ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ τὸ σῶμα ἐκ γῆς ποιήσας, καὶ τῶν λοιπῶν καὶ τοῦ πρώτου μετὰ διάλυσιν τὸ σῶμα ἀναστήσει, πρὸς τὸ χρεωστεῖσθαι τοῦτο τῇ λογικῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει, λέγομεν δὴ τὸ διαιωνίζειν. ὁ τοίνυν τὴν διάλυσιν ἐπάγων, αὐτὸς καὶ τὴν ἀνάστασιν ποιεῖται· καὶ ὁ εἰπὼν, ὅτι ἔλαβε κύριος χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ὁ καὶ μετὰ τὴν ἀνηκουστίαν ἐπειπών· Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· αὐτὸς καὶ ὡς τὰ μετὰ ταῦτα ἐπηγγείλατο ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν. Ἀκούσονται γάρ, φησιν, πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται. Πρὸς δὲ τούτοις πιστεύομεν τὴν ἀνάστασιν γίνεσθαι, καὶ ἐκ τῆς τοῦ κυρίου ἀναστάσεως. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ καὶ Λάζαρον ἀναστήσας τετραήμερον, καὶ τὴν θυγατέρα Ἰαείρου, καὶ τὸν υἱὸν τῆς χήρας, καὶ ἑαυτὸν προστάγματι τοῦ πατρὸς διὰ τριῶν ἡμερῶν ἀνεγείρας, ὁ ἀῤῥαβὼν τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν. Ἐγὼ γάρ, φησιν, εἰμὶ ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. Ὁ τὸν Ἰωνᾶν διὰ τριῶν ἡμερῶν ζῶντα καὶ ἀπαθῆ ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ κήτους, καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκ καμίνου Βαβυλωνίας, καὶ τὸν Δανιὴλ ἐκ στόματος λεόντων· οὐκ ἀπορήσει δυνάμεως, καὶ ἡμᾶς ἀνεγεῖραι. εἰ δὲ χλευάζουσιν Ἕλληνες, ἀπιστοῦντες ταῖς ἡμετέ-

A *sanatio illis est*. Multa etiam alia de resurrectione dicta sunt, & de justorum gloria immortali, & de impiorum supplicio, casu, rejectione, damnatione, ignominia, [a] æterno igne, & verme perpetuo. Quod vero si voluisset omnes homines esse immortales, id facere potuerit, ostendit per Enochum & Eliam, quos [b] mortis periculum facere non permisit. Et quod pro voluntate potestatem habuerit, mortuos excitandi singulis sæculis; tum per se, tum per alios, id manifestum fecit, quando [c] filium viduæ per Eliam, & [d] filium Sunamitidis per Elisæum resuscitavit. Persuasum autem habemus, obitum non esse mercedem supplicii, cum & sancti illum subierint, immo & ipse sanctorum Dominus Jesus Chri- B stus, vita fidelium, ac resurrectio mortuorum. Idcirco igitur quasi in magna civitate degentibus, post certamina, inducit ad breve tempus mortem, ut singulos resuscitans aut reprobet, aut coronet. Nam qui Adami corpus ex terra fecit, post interitum corpus primi hominis & reliquorum excitabit; prout id debetur rationali hominum naturæ; aimus perpetuo vivere. Qui ergo dissolutionem corporis & animæ infert, idem & resurrectionem operatur: & qui dixit: [e] *Accepit Dominus pulverem de terra, & formavit hominem, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ; & factus est homo in animam viventem*; quique post inobedientiam, subjunxit: [f] *Terra es, & in terram* C *redibis*: idem & in posterum promisit nobis resurrectionem: [g] *Audient* enim, inquit, *omnes qui in monumentis sunt vocem Filii Dei; & qui audierint, vivent*. Præterea credimus resurrectionem fore, vel ob ipsam Domini resurrectionem. Ipse enim est, [h] qui Lazarum quatuor dierum mortuum resuscitavit; qui [i] filiam Jairi, filiumque viduæ ad vitam reduxit; qui de mandato Patris in tertia post mortem die excitavit se ipse, arrhabo resurrectionis nostræ: [k] *Ego* enim, inquit, *sum resurrectio & vita*. Qui [l] Jonam viventem ac illæsum, tertio die eduxit e ventre ceti, & [m] tres pueros ex fornace Babyloniæ, & Danielem ex ore leonis: is D non carebit viribus ad suscitandum nos quoque.

a Isa. LXVI. 24. *b* Hebr. XI. 5. Matth. XVII. 11. *c* III. Reg. XVII. *d* IV. Reg. IV. *e* Gen. II. 7. *f* Gen. III. 19. *g* Joan. V. 28. 25. *h* Joan. XI. *i* Marc. V. Luc. VII. *k* Joan. XI. 25. *l* Jon. II. *m* Dan. III. & VI. & XIV.

1. Μὴ μισθὸν τιμωρίας εἶναι τὸν θάνατον.] Rejicit lib. 8. cap. 12. Pelagianorum dogma; Adamum, sive peccasset, sive non peccasset, e vita migraturum. Hoc autem loco, obitum negat esse mercedem supplicii, seu supplicium ac pœnam. Quod eatenus verum est, ut mors non sit supplicium peccatorum propriorum; nec sit solummodo pœna, sed etiam occasio meriti, & gratia. *γίνεται φιλανθρωπία ἡ τιμωρία*, inquit Gregorius Theologus Orat. 38. & 42. Siquidem homines, moriendo, peccati originalis pœnas pendunt; bene moriendo, gloriam immortalitatis adipiscuntur. Et Deus, cum humanum genus ad mortem damna- E vit, suam quoque misericordiam patefecit: utpote qui ita malum compresserit, finem imposuerit peccato, viam fecerit revocationi ad meliorem resurrectionis statum, aliaque nobis apportarit commoda, quæ fuse a sanctis Patribus explicantur, potissimum a Gregorio Nysseno cap. 8. Catecheticæ magnæ Orationis, Chrysostomo lib. ad eos qui scandalizati sunt cap. 7. & Ambrosio Opere de bono mortis. Lepide Theodoritus Quæst. 40. in Genesim; *ἰατρεία τοίνυν ὁ θάνατος, οὐ τιμωρία ἐστίν. Medicina igitur mors est, non pœna*. Caveri tamen debet error eorum, qui nimiis laudibus mortem efferunt, noluntque agnoscere ortum illius a peccato. Qualis Theodorus Mopsuestenus, in Constituto Vigilii Papæ, in Collatione 4. Concilii generalis 5. & apud Photium Cod. 177. Qualis cum Theodoro Nestorius, tradente Mose Bar-Cepha Syro in parte 3. Commentariorum de Paradiso cap. 8. tom. 1. Bibliothecæ Patrum. Et quales Pelagiani, notissimi eo nomine. *Deus igitur consulens hominibus, cum sciret eos ad malitiam pronos, & voluptatum ac desideriorum carnis amatores, & vellet ad honestam potius revocare virtutem, sivit usque ad tempus aliquod dominationi mortis addici: quippe cum nihil aliud nosset tam facile homines coercere posse quam mortem*. Ac paullo post: *Non igitur hominibus mortem datam pro malorum vice dicimus, sicut ratiocinantur indocti, sed ad delendam penitus pravitatem. Nam si victuri perpetuo homines essent, numquam profecto eorum malitia finiretur. Rursus etiam cur pro malorum vicissitudine mortem datam esse credam, cum si quis centum homines fere vel amplius occiderit, tot & tantis homicidiis exæquare nullam valeat ultionem? Non igitur malignis tantum hominibus, ad delendam eorum pravitatem, bona mors esse dicitur, sed etiam justis utilis*. Aliisque pluribus in camdem sententiam interpositis: *Multis igitur testibus edocti, quod mors ista communis mala non sit, jam longe valere dicamus qui mortem malam appellant*. Hactenus verba Rufini Palæstinæ provinciæ Presbyteri, libro de fide; Auctoris, quem Jacobo Sirmondo debemus, quique cum Catholicis affirmat, primos homines Adamum & Evam, si mandatum Dei servassent, mortem non fuisse gustaturos: cum Hæreticis vero peccati traducem inficiatur, impugnat eos qui propter peccatum Adæ mori infantes, asserunt, aitque Henochum & Eliam ab Adami prævaricatione prohibitos non esse, permanere immortales. COT.

2. Ἐν μεγαλοπόλει.] Lux huic loco ex Zonara ad Canonem Trullanum 51. *ἐν ταῖς πόλεσι δὲ ταῖς μεγίσταις θηρία ἐτρέφοντο λέοντες καὶ ἄρκτοι, καὶ κατὰ τινὰς καιροὺς ἐξήγοντο εἰς τὰ θέατρα, καὶ ποτὲ μὲν ταύροις ἐμάχοντο, ποτὲ δὲ καὶ ἀνθρώποις, αἰχμαλώτοις τυχὸν, ἢ κατακρίτοις. Verum in maximis urbibus feræ bestiæ, leones, nimirum, ursique alebantur; & statis temporibus producebantur in theatra, atque nonnumquam cum tauris, nonnumquam cum hominibus, puta captivis, aut damnatis committebantur*. ID.

ρως γραφαῖς, πιστωσάτω αὐτοὺς, κἂν [1] ἡ αὐτῶν προφῆτις [a] Αβυλλα, οὕτω πῶς αὐτοῖς λέγουσα κατὰ λέξιν.

Αλλ' ὁπότ' ἤδη πάντα τέφρα σποδόεσσα γένηται,
Καὶ πῦρ κοιμίσῃ Θεὸς ἄφθιτος, ὥσπερ ἀνῆψεν,
Οςέα κ̀ σποδιὴν αὐτὸς Θεὸς [2] ἔμπαλιν αὐτοῖς
Ανδ' ἄρα μορφώσῃ, στήσῃ δὲ βροτοὺς πάλιν ὡς πάρος ἦσαν,
Καὶ τότε δὴ κρίσις ἔςαι, ἐφ' ᾗ δικάσει Θεὸς αὐτὸς,
Κρίνων ἔμπαλι κόσμον· ὅσοι δ' ὑπὸ δυσσεβίησιν
Ημαρτον θνητοὶ, τὺς δ' αὖ πάλι γαῖα καλύψει.
Οσσοι δ' εὐσεβέυσι, πάλιν ζήσοντ' ἐνὶ κόσμῳ,
Πνεῦμα Θεῦ δόντος, ζωήν θ' ἅμα κ̀ χάριν αὐτοῖς
Εὐσεβέσι. πάντες τὸ τότ' εἰσόψονται ἑαυτὺς.

Εἰ τοίνυν καὶ αὐτὴ τὴν ἀνάςασιν ὁμολογεῖ, καὶ τὴν παλιγγενεσίαν οὐκ ἀρνεῖται, διακρίνει δὲ τοὺς ἀσεβεῖς [3] ἐκ τῶν ἀσεβῶν, μάτην ἄρα τοῖς ἡμετέροις [4] ἀπιστοῦσι. καί [5] τοι φασὶ εἰδικὴν δεικνύειν τὴν ἀνάστασιν, μὴ πιστεύοντες οἷς αὐτοὶ διηγῦνται. φασὶ γὰρ [6] ὄρνεόν τι μονογενὲς ὑπάρχειν, πλουσίαν τῆς ἀναστάσεως παρέχον τὴν ἀπόδειξιν· ὃ λέγουσιν ἄζυγον ὑπάρχειν, καὶ μόνον ἐν δημιουργίᾳ· φοίνικα δὲ τῦτο προσαγορεύυσιν· [7] οἱ καὶ ἱςορῦσι κατὰ πεντακόσια ἔτη ἔρχεσθαι εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ τὸν λεγόμενον [8] ἡλίυ βωμὸν, φέροντα πλῆθος κινναμώμυ, κασσίας τὲ καὶ ξυλοβαλσάμυ· καὶ ςὰν πρὸς ἀνατολὰς [9] ὡς αὐτοί φασι, τῷ ἡλίῳ προσευξάμενον, αὐτομάτως φλεχθῆναι καὶ γενέσθαι κόνιν· ἐκ δὲ τῆς σποδιᾶς, σκώληκα ἀναφυῆναι, καὶ τῦτον θερμανθέντα μορφωθῆναι εἰς ἀρτιγενῆ φοίνικα, καὶ πτηνὸν γενόμενον, ἐπ' [10] Αραβίαν ςείλασθαι, ἥπερ ἐςὶ περαιτέρω τῦ Αἰγυπτιακῦ νομῦ. εἰ τοίνυν, ὡς καὶ αὐτοί φασι, διὰ τῦ ἀλόγου ὀρνέου δείκνυται ἡ ἀνάςασις, τί μάτην τὰ ἡμέτερα διαβάλλυσιν, ὅταν ὁμολογῶμεν, ὅτι ὁ δυνάμει τὸ μὴ ὂν εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, οὗτος ἰσχύει τῦτο κ̀ μετὰ τὴν διάλυσιν εἰς ἀνέγερσιν παραςῆσαι; διὰ γὰρ ταύτην τὴν πληροφορίαν, κ̀ μάςιγας, κ̀ διωγμοὺς, κ̀ θανάτυς ὑπομένομεν· ἐπεὶ μάτην τὰ τοιαῦτα κατεδεξάμεθα, μὴ τύτων ἔχοντες τὴν πληροφορίαν ὧν κήρυκες ἐπαγγελλόμεθα εἶναι. ὥσπερ ὖν ἐπείσθημεν Μωσῇ εἰπόντι, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· καὶ

A Quod si Græci seu Gentiles, nostris Scripturis non creduli, cachinnant; eis fidem faciat vel Prophetissa eorum Sibylla, ita illos ad verbum alloquens: SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

Omnia sed postquam in cineres collapsa jacebunt,
Æternusque Deus succensum exstinxerit ignem,
Inque hominem Deus ipse iterum formaverit ossa,
Et cineres, mortalibus ut fuerant renovatis:

Judicium tunc certo erit, in quo jus feret æquum
Ipse Deus, mundi judex: ac qui impietate
Peccarint, iterum injecta tellure tegentur:
Contra iterum in mundo vivent pietatis amici,
Sanctis dante Deo vitam, flatum atque favorem.
B *Se tunc agnoscent omnes, seseque videbunt.*

Cum ergo hæc quoque resurrectionem confiteatur, & instaurationem non neget, discernat autem pios ab impiis: temere nostra non credunt. Atqui referunt iidem specialem resurrectionem, qui tamen narrationi suæ nolunt credere. Aiunt enim, exsistere quamdam avem unigenam, quæ copiosam resurrectionis præbeat demonstrationem. Eam alitem faciunt paris ac conjugis expertem, & unicam in mundo: Phœnicem autem vocant: simulque narrant, quingentesimo anno venire in Ægyptum ad locum qui nuncupatur Ara solis; & ferre multum cinnamomi, cassiæ ac xylobalsami; & stare ad C Orientem: atque, ut ipsi dicunt, solem precari; nec non ultro incendi, redigique in cinerem: at ex cinere vermem nasci; qui calefactus formatur in parvum Phœnicem; factusque volucris in Arabiam tendit, quæ est ultra Ægyptiacam regionem. Si ergo, quod ipsi aiunt, per avem, animal rationis expers, declaratur resurrectio; quare nostra gratis calumniantur, quando confitemur, quod qui potentia sua quod non erat ad exsistentiam adduxit, valeat etiam illud quod fuit, post dissolutionem suscitatum repræsentare? Ob hanc enim certissimam persuasionem sustinemus plagas, persecutiones & mortes: frustra siquidem ista perferremus, nisi firma haberemus documenta rerum, quarum præcones esse D profitemur. Quemadmodum igitur Mosi credimus dicenti: [a] *In principio fecit Deus cælum & ter-*

a Gen. I. 1.

1. Η *αὐτῶν προφῆτις* Αβυλλα.] Altera editio Σίβυλλα. (Sic etiam codd. Vindob.) Si librariorum mendum non est, Sibylla nomen Abyllæ tulerit per irrisionem; ut quæ non fuerit juxta notationem nominis Σιοβύλη seu Θεοβύλη *Dei consilium & mens*, sed Αβύλη *absque mente & consilio*. Sic supra vidimus *μωρία*. Passimque similia in scriptoribus Ecclesiasticis occurrunt. Anoetus, Atactus, Asebius, Adoxius, Atyches, Amacarius, pro Noeto, Eutacto, Eusebio, Eudoxio, Eutyche, Macario. Dormitantius de Vigilantio; Scotinus de Photino, & Photio. Quin etiam in codice Ms. viri eruditissimi ac humanissimi Claudii Jolii Epistola S. Basilii 293. ubi Sebasteni nominantur, Asebasteni scribitur. Ceterum hi versus exstant in fine libri IV. Sibyllinorum. COT.

2. Εμπαλιν *αὐτοῖς* Ανδ' *ἄρα μορφώσῃ*.] Reponendum ex metri legibus, atque ex codice Sibyllino; *ἔμπαλιν ἄνδρα* Μορφώσῃ. Importuna vox *αὐτοῖς* abest etiam ab editione Græca Veneta. ID.

3. Εκ *τῶν*.] Alter cod. Vind. *ἀπὸ τῶν*. CLER.

4. Απιςῦσι.] Addit alter *λόγοις verbis*. Recte. ID.

5. Καί *τοι φασί*.] Sæpe repetit. Ut omnino extra culpam sit, dum fabula Phœnicis ab Ethnicis relata utitur ad probandum contra eos mysterium resurrectionis. COT.

6. Ορνεόν *τι μονογενές*.] Ultro fatemur, diversas narrationes de ave Phœnice, hanc, & illam in Epistola Clementis ad Corinthios positam, non ejusdem esse Auctoris. Quamquam nihil repugnat, ut idem Scriptor duobus in Operibus unam fabulam aliter atque aliter referat, alios atque alios secutus fabulatores. COT.

7. Οἱ.] Alter Cod. ὃ, ut referatur ad *ὄρνεον*. Rectius. CLER.

8. Επὶ *τὸν λεγόμενον ἡλίου βωμόν*.] Herodotus; *εἰς τὸ ἱρὸν τοῦ ἡλίου*. Tacitus; *Inque Solis aram*. Origenes contra Celsum; *ὅπυ τὸ ἡλίυ τέμενος*. Qui putatus est Lactantius:

Contendit Solis ad ortus,
Inque ara residens, ponit in æde sacra.


Non debuerunt igitur ineptiæ Constitutorem arguere. E COT.

9. Ως *αὐτοί φασι, τῷ ἡλίῳ προσευξάμενον*.]
Hic sedet, & blando Solem clangore salutat
Debilior, miscetque preces, ac supplice cantu
Præstatura novas vires incendia poscit.
Agnoscis versus Claudiani. ID.

10. Αραβίαν, *ἥπερ ἐςὶ περαιτέρω τῦ Αἰγυπτιακῦ νομῦ*, vel *βωμῦ*.] Cur hæc locutio in reprehensionem inciderit, nullus video. Quis enim ignorat, nomina generalia pro specialibus poni solere? In hac ipsa Phœnicis historia, verba Cyrilli Hierosolymitani sunt; *κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν, ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον*. Tzetzis vero; *παραγενόμενος ἐν τόποις τοῖς Αἰγύπτυ*. ID.

a Αβυλλα] *Inconsulta* prophetis. Solemne fuisse antiquis nomina in ludibrium & ignominiam detorquere, viris eruditis jamdiu observatum. Idque non solum reperire est apud Scriptores ecclesiasticos, ut heic docet Cotelerius; sed passim etiam apud profanos, quin & interdum apud sacros auctores, occurrit. Qua de re complura profert exempla Fabricius cum in *Codice Apocrypho Nov. Testam.* tom. 1. pag. 344. tum in *Bibl. Gr.* tom. 1. pag. 171. 1033.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



γινώσκομεν ὅτι οὐχ ὕλης ἦν ἐνδεὴς, ἀλλὰ βουλήσει μόνῃ, [1] ἃ προσετάγη Χριστὸς, ταῦτα καὶ παρήγαγε· λέγομεν δὴ οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν, φῶς, νύκτα, ἡμέραν, φωστῆρας, ἄστρα, πετεινὰ, νηκτὰ, τετράποδα, ἑρπετὰ, φυτὰ, βοτάνας· τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ πάντας ἀναστήσει θελήματι, συνεργείας μὴ δεόμενος· τῆς γὰρ αὐτῆς δυνάμεώς ἐστιν ἔργον, τὸ δημιουργῆσαι κόσμον, καὶ τὸ νεκροὺς ἀναστῆσαι. καὶ τότε μὲν μὴ ὄντα τὸν ἄνθρωπον, ἐκ διαφόρων ἐποίησεν ἄνθρωπον, δοὺς αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος· νῦν δὲ ταῖς οὔσαις ψυχαῖς τὰ διαλυθέντα σώματα ἀποτίσει. κειμένων γάρ ἐστιν ἡ ἀνάστασις, οὐχὶ δὲ μὴ ὑπαρχόντων. ὁ οὖν τὰ πρῶτα σώματα ἐκ μὴ ὄντων ποιήσας, καὶ ἐξ αὐτῶν διάφορα δημιουργήσας· οὗτος καὶ τοὺς θανόντας ζωοποιήσας ἀναστήσει. ὁ γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ τὸν ἄνθρωπον ἐκ μικροῦ σπέρματος μορφῶν, καὶ ψυχὴν αὐτῷ οὐκ οὖσαν ἐνδημιουργῶν· καὶ ὥς αὐτός που φησὶ τῷ Ἱερεμίᾳ· Πρὸ τοῦ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε. καὶ ἀλλαχοῦ· Ἐγὼ κύριος, στερεῶν οὐρανὸν, καὶ θεμελιῶν γῆν, καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ· αὐτὸς καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀναστήσει, αὐτοῦ ὄντας ποιήματα· καθὼς καὶ ἡ θεία γραφὴ μαρτυρεῖ λέγοντα τὸν Θεὸν τῷ μονογενεῖ Χριστῷ· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Καὶ ὁ θειότατος καὶ καρτερικὸς Ἰὼβ, περὶ οὗ φησιν ἡ γραφὴ, ὅτι γέγραπται [2] αὐτὸν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν· οὗτός φησι πρὸς τὸν Θεόν· Ἠ οὐχ ὥσπερ γάλα με ἤμελξας, ἔπηξας δέ με ἴσα τυρῷ; δέρμα καὶ κρέας με ἐνέδυσας· ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἐνεῖρας· ζωὴν δὲ καὶ ἔλεον ἔθου παρ' ἐμοί· ἡ δὲ ἐπισκοπή σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα. ταῦτα ἔχων ἐν ἐμαυτῷ, οἶδα ὅτι πάντα δύνασαι, ἀδυνατεῖ δέ σοι οὐδέν. Διό φησιν καὶ ὁ ἡμέτερος σωτὴρ καὶ διδάσκαλος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὅτι τὸ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, δυνατὸν παρὰ τῷ Θεῷ. Λέγει δὲ καὶ ὁ θεοφιλὴς Δαβίδ· Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με· καὶ πάλιν· Σὺ ἔγνως τὸ πλάσμα ἡμῶν· καὶ ἑξῆς· Σύ ἔπλασάς με, καὶ ἔθηκας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου· ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύναμαι πρὸς αὐτήν. τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγει προσευχόμενος αὐτῷ, ὅτι ἡμεῖς ὁ πηλὸς, καὶ [3] σὺ ὁ πλάστης ἡμῶν. Εἰ τοίνυν αὐτοῦ δημιούργημα ὁ ἄνθρωπος, διὰ Χριστοῦ γενόμενος, πάντως ὅτι καὶ θανὼν, δι' αὐτοῦ ἀναστήσεται· ἐπὶ τῷ ἢ στεφθῆναι ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν, ἢ κολασθῆναι ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασιν. εἰ δὲ δικαιοσύνη κρίνει, ὡς νομοθέτης· ὥσπερ κολάζει τοὺς ἀσεβεῖς, οὕτως εὐεργετῶν σώζει τοὺς πιστοὺς, καὶ τοὺς δι' αὐτὸν ὑπ' ἀνθρώπων σφαγέντας ἁγίους· τοὺς μὲν ὡς ἄστρα φαιδρύνων, τοὺς δὲ ὡς φωστῆρας λαμπρύνων· καθὼς ὁ Γαβριὴλ τῷ Δανιὴλ ἔλεγε· μαθηταὶ οὖν Χριστοῦ πάντες ὑπάρχοντες οἱ πιστοὶ, πιστεύομεν αὐτοῦ ταῖς ἐπαγγελίαις· ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος· λέγει δὲ ὁ μακάριος προφήτης Δαβίδ,

A *ram*; ac scimus Deum non indiguisse materia; sed Christum sola voluntate, ea quæ jussus est produxisse; cælum dicimus, terram, mare, lumen, noctem, diem, luminaria, stellas, volatilia, aquatica, quadrupedia, reptilia, arbores, herbas: eodem quoque modo universos sua voluntate suscitabit, opis non indigens: cum ejusdem potestatis opus sit, & mundum condere, & mortuos excitare. Ac tunc quidem hominem qui non erat, ex diversis in hominem constituit, data ei ex nihilo anima: nunc vero restituet exsistentibus animabus corpora dissoluta. Nam resurrectio eorum est quæ jacent, non autem eorum quæ non sunt. Itaque qui prima corpora ex nihilo effecit, & ex ipsis varia condi-B dit; hic etiam defunctos, vita reddita, suscitabit. Et qui in utero hominem ex semine exiguo format, & animam ex non ente creans ipsi indit; sicut ipse Jeremiæ ait: [a] *Priusquam te formarem in utero, novi te*. Et alibi: [b] *Ego Dominus, firmans cælum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo*: idem & omnes homines ad vitam revocabit, utpote quos fecit: sicut divina Scriptura Deum testatur Unigenito Christo dixisse: [c] *Faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem nostram. Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit eum: masculum & feminam fecit eos*. Et maxime divinus ac tolerans Job, de quo Scriptura dicit: [d] *Scriptum est, eum cum illis, cum* C *quibus resurgit Dominus, resurrecturum*; is ad Deum ait: [e] *Nonne sicut lac mulsisti me, & coagmentasti me æque ac caseum? Pelle & carne vestisti me; ossibusque & nervis innexuisti me; vitam autem ac misericordiam posuisti apud me; & visitatio tua custodivit spiritum meum. Hæc cum habeam in me ipso, scio quod omnia potes, & nihil tibi est impossibile*. Quare ait & noster Salvator ac Magister Jesus Christus: [f] *Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum*. Dicit etiam Deo carus David: [g] *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me*: & iterum: [h] *Tu cognovisti figmentum nostrum*: & deinceps: [i] *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam; mi-* D *rabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, non potero ad eam*. [k] *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur*. Sed & Esaias Deum deprecans: [l] *Nos* inquit, *lutum; & tu fictor noster*. Si ergo homo creatura Dei est, per Christum factus: profecto etiam per eum post mortem resurget; ut vel coronetur pro virtutibus, vel puniatur pro delictis. Quod si justitia judicat, ut legislator; quemadmodum punit impios, sic fideles & qui propter eum ab hominibus sunt mactati sanctos, beneficus salvat; partim sicut astra splendidos reddens, partim velut luminaria refulgentes, quod [m] Danieli prolocutus est Gabriel. Igitur fideles omnes, qui Christi sumus discipuli, pro-E missis ejus credimus: nam qui promisit, mentiri non potest: dicit autem beatus Propheta David:

a Jer. I. 5. *b* Zach. XII. 1. *c* Gen. I. 26. *d* in fine Job apud LXX. *e* Job X. 10-13. *f* Luc. XVIII. 27. *g* Psal. CXVIII. 73. *h* Psal. CII. 14. *i* Psal. CXXXVIII. 5. 6. *k* Ibid. ℣. 16. *l* Isa. LXIV. 8. *m* Dan. XII. 3.

1. Ἃ προσετάγη Χριστός.] Vide lib. 7. cap. 34. Ducum dictum, ac periculosum: jugulatum eapropter ab Orthodoxo Græco hac marginali nota; βλάσφημον. γυμνὸς γὰρ σαρκὸς οὐ προσετάγη ὁ υἱός. *Blasphemum. Nam Filius, antequam carnem induisset, jussus non est*. Similia tamen apud Auctores non suspectos reperiuntur; explicanturque ab iisdem de mandato paternæ auctoritatis, quod opponitur herilis dominationis imperio. Super qua re scripsit Theodorus Abucara. Sed in libris editis Opusculum illud num. 25. Latine solummodo exstat. Græca ego ex volumine Regio descripsi, quo heic cum interpretatione subjungerem. Cot. — Vide infra Appendicem ad Constit. num. IX.

2. Αὐτὸν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν.] *Ipsum resurrecturum cum illis, cum quibus resurgit Dominus*. vel, *cum illis quos resuscitat Dominus*. Aliud Ms. exemplar, teste Turriano, inter αὐτὸν & ἀναστήσεσθαι insertum habebat πάλιν, ut vulgo legunt. Eam tamen particulam non videtur agnoscere Theophanes Cerameus Homil. 27. p. 211. Cot.

3. Καὶ σὺ ὁ πλάστης ἡμῶν.] Non abhorret a vero, esse etiam τῶν ό. licet apud eos jam pridem non compareant, & sub asterisco quasi Aquilæ & Theodotionis, ponantur in editione Procopii ex Ms. Renati Marchali. Ac forte continebantur in codice quo usus fuit Theodoritus. Id.

ὅτι πιστὸς κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ὁ γὰρ ἐκ παρθένου ἑαυτῷ κατασκευάσας σῶμα, οὗτος καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων δημιουργός ἐστι· καὶ ὁ ἑαυτὸν ἀναστήσας ἐκ τῶν νεκρῶν, αὐτὸς καὶ πάντας τοὺς κειμένους ἀναστήσει· ὁ τὸν πυρὸν ἐξ ἑνὸς κόκκου πολύχουν ἐκ γῆς ἀνιστῶν, ὁ τὸ ἐκκοπὲν δένδρον εἰς ῥάδαμνον ἀναθάλλων, ὁ τὴν Ἀαρὼν ῥάβδον ξηράνασαν ἐκφύσας εἰς βλαστόν· αὐτὸς καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ ἐν δόξῃ, ὁ τὸν παραλυτικὸν σῶον ἀνεγείρας, καὶ τὸν ἐξηραμμένην ἔχοντα τὴν χεῖρα ἰασάμενος, καὶ τὸ λεῖπον μέρος ἐν τῷ ἐκ γενετῆς πηρῷ ἐκ γῆς καὶ σιέλου ἀποδούς· ὁ αὐτὸς καὶ ἡμᾶς ἀνεγερεῖ· ὁ ἐκ πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων πεντακισχιλίους κορέσας, καὶ περισσεύσας δώδεκα κοφίνους, καὶ ἐξ ὕδατος οἶνον μεταποιήσας, καὶ ἐκ στόματος ἰχθύος στατῆρα δι' ἐμοῦ Πέτρου τοῖς ἀπαιτοῦσι κῆνσον ἀποστείλας· οὗτος καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνεγερεῖ. ταῦτα γὰρ ἅπαντα ἡμεῖς περὶ αὐτοῦ μαρτυροῦμεν, τὰ δ' ἄλλα οἱ προφῆται. ἡμεῖς οἱ συμφαγόντες αὐτῷ καὶ συμπιόντες· καὶ θεαταὶ γενόμενοι τῶν αὐτοῦ τεραστίων, καὶ τῆς ζωῆς, καὶ τῆς πολιτείας, καὶ τῶν λόγων, καὶ τῶν παθημάτων, καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως· καὶ συναναστραφέντες αὐτῷ ἡμέρας τεσσαράκοντα μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ· καὶ λαβόντες ἐντολὴν παρ' αὐτοῦ κηρύξαι τὸ εὐαγγέλιον εἰς ὅλον τὸν κόσμον, καὶ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη, καὶ βαπτίσαι εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον, ἐπὶ αὐθεντίᾳ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ὅς ἐστιν αὐτοῦ πατὴρ, καὶ μαρτυρίᾳ πνεύματος, ὅς ἐστι παράκλητος· διδάσκομεν ὑμᾶς ταῦτα πάντα, ἃ διαταξάμενος ἡμῖν ἀνελήφθη ἐπ' ὄψει ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτόν· καὶ ἐὰν μὲν πιστεύσητε, μακάριοι γενήσεσθε· εἰ δὲ μὴ πιστεύσητε, ἀθῶοι ἡμεῖς εὑρεθησόμεθα καὶ καθαροὶ τῆς ὑμετέρας δυσπιστίας.

A [a] *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis; & sanctus in omnibus operibus suis.* Certe qui sibi corpus ex Virgine construxit, is & ceterorum hominum est conditor; & qui se a mortuis excitavit, idem & omnes in morte jacentes ad vitam eriget. Qui frumentum ex uno grano numerosum e terra educit; qui excisam arborem repullulare facit in surculum; qui [b] Aaronis virgam jam siccatam, in germen jussit prorumpere: ipse nos quoque suscitabit in gloria. Qui [c] Paralyticum sanum in pedes statuit; & [d] manus ariditate laborantem curavit; & [e] cæco a nativitate, quod deficiebat membrum, per terram & salivam reddidit: is ipse nos quoque ad vitam revocabit. Qui [f] ex quinque panibus & B duobus piscibus quinque millia virorum satiavit, faciens ut duodecim cophini superessent; & [g] ex aqua vinum confecit; & [h] ex ore piscis extractum staterem per me Petrum misit censûs exactoribus: idem & morte sublatos vitæ reddet. Hæc quippe omnia de eo attestamur; alia vero Prophetæ. Nos qui cum eo comedimus ac bibimus; & spectavimus miracula ejus, vitam, conversationem, sermones, passionem, mortem, atque ex mortuis resurrectionem; & [i] cum eo per quadraginta dies postquam rediit ad vitam, versati sumus; & [k] mandatum accepimus ab eo, prædicandi Evangelium in universo mundo, docendi omnes gentes, ac baptizandi in mortem ejus, in auctoritate Dei cun- C ctorum, qui est Pater ejus; nec non in testimonio Spiritus, qui est Paracletus: nos, inquam, hæc omnia docemus vos; quæ [l] cum edixisset nobis, in conspectu nostro assumtus est in cælum, ad eum qui ipsum miserat. Atque si credideritis, beati eritis; si contra non credideritis, nos innocentes & mundi a vestra incredulitate reperiemur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Περὶ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου, καὶ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος.

ΠΕρὶ δὲ τῶν μαρτύρων λέγομεν ὑμῖν, ὅπως ἐν πάσῃ τιμῇ ὦσι παρ' ὑμῖν, ὡς καὶ παρ' ἡμῖν τετίμηνται ὁ μακάριος Ἰάκωβος ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ ἅγιος ἡμῶν συνδιάκονος Στέφανος. οὗτοι γάρ εἰσι καὶ ὑπὸ Θεοῦ μεμακαρισμένοι, καὶ ὑπὸ ὁσίων ἀνδρῶν τετιμημένοι, καθαροὶ πάσης πλημμελίας, ἄτρεπτοι πρὸς ἁμαρτίαν, ἀμετάπιστοι τῶν καλῶν, ἀνενδοίαστοι πρὸς ἐγκώμια· περὶ ὧν καὶ ὁ Δαβὶδ ἔλεγε· Τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ· καὶ ὁ Σολομών· Μνήμη δικαίου μετ' ἐγκωμίου· περὶ ὧν καὶ ὁ προφήτης ἔλεγεν· Ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται.

CAPUT VIII.

De Jacobo fratre Domini, & Stephano Martyre primo.

D DE Martyribus vero præcipimus vobis, ut in omni honore sint apud vos; sicut Jacobus Episcopus, & sanctus Stephanus Condiaconus noster, apud nos honorati fuerunt. Ii enim sunt & a Deo beatitudine donati, & a sanctis viris honore affecti; puri ab omni delicto, inflexibiles ad peccatum, immutabiles a virtute, indubitanter laudabiles; de quibus & David dixit: [m] *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus*: & Salomon: [n] *Memoria justi cum laude*: de quibus & Propheta ait: [o] *Viri justi tolluntur.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Περὶ ψευδομαρτύρων.

ΤΑῦτα δὲ περὶ τῶν κατὰ ἀλήθειαν ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρησάντων, εἴρηται, ἀλλ' οὐ περὶ τῶν ψευδομαρτύρων, περὶ ὧν τὸ λόγιόν φησιν· Ὄνομα δὲ ἀσεβῶν σβέννυται. Μάρτυς γὰρ πιστὸς οὐ ψεύδεται· ἐκκαίει δὲ ψευδῆ μάρτυς ἄδικος. Ὁ γὰρ ἐν μαρτυρίῳ ἐξελθὼν ἀψευδῶς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, οὗτος ἀληθινὸς μάρτυς, ἀξιόπιστος ἐν οἷς συνηγωνίσατο τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας διὰ τοῦ οἰκείου αἵματος.

CAPUT IX.


De falsis Martyribus.

E ATque hæc dicta sunt de iis, qui vere pro Christo martyrium subierunt; non autem de falsis Martyribus, de quibus divinum oraculum pronuntiat: [p] *Nomen autem impiorum exstinguitur.* [q] *Testis* enim, seu Martyr *fidelis non mentitur; accendit autem mendacia testis iniquus.* Nam qui in martyrio non fallaciter pro veritate decessit, hic est verus Martyr ac testis, fide dignus in quibus per proprium sanguinem, verbum pietatis certando adjuvit.

a Psal. CXLIV. 13. b Num. XVII. 8. c Matth. IX. 2. d Marc. III. 1. e Joan. IX. 1. f Matth. XIV. 17. g Joan. II. 3. h Matth. XVII. 24. i Act. I. 3. k Matth. XXVIII. 18. l Act. I. 9. m Psal. CXV. 15. n Prov. X. 7. o Isa. LVII. 1. in LXX. p Prov. X. 7. q Prov. XIV. 5.

A

Sæcul. III.
circa
Ann. Chr.
230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Ἠθικὴ παραίνεσις, ὅτι δεῖ φεύγειν ματαιολογίας, αἰσχρολογίας, εὐτραπελίας, μέθην, λαγνείαν, θρύψιν.

ΠΑραινοῦμεν δὲ ὑμῖν ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι, φεύγειν τὰς ματαιολογίας, καὶ τὰς αἰσχρολογίας, καὶ τὰς εὐτραπελίας, μέθας, λαγνείας, θρύψεις, καὶ τὰς ἀμέτρους * ὀργὰς, σὺν ταῖς μωρολογίαις· ὅτι οὐδὲ ἐν ταῖς κυριακαῖς ἡμέραις, τῶν εὐφροσυνῶν, ἐπιτρέπομεν ὑμῖν ἄσεμνόν τι ἢ φθέγγεσθαι, ἢ πράττειν· λέγει γάρ που ἡ γραφή· Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Καὶ τὰς B ἀγαλλιάσεις οὖν ὑμῶν, μετὰ φόβου καὶ τρόμου γίνεσθαι χρή. ὁ γάρ τοι Χριστιανὸς ὁ πιστὸς οὐδὲ ᾠδὴν ἐθνικὴν ὀφείλει λέγειν, οὔτε ᾆσμα πορνικόν· ἐπεὶ συμβήσεται αὐτῷ, διὰ τῆς ᾠδῆς, εἰδώλων μνημονεύειν ὀνόματα δαιμονικὰ, καὶ ἀντὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰσφρήσει ἐν αὐτῷ τὸ πονηρόν.

CAPUT X.

Moralis admonitio; quod oporteat fugere vanos sermones, turpiloquia, dicacitates, ebrietatem, lasciviam, & delicias.

MOnemus autem vos, fratres & conservi, ut fugiatis sermones vanos, turpes ac scurriles; ebrietates, lascivias, mores effeminatos, immoderatos impetus, cum stultiloquiis: quoniam neque in Dominicis diebus, qui dies lætitiæ dicantur, permittimus vobis quidquam inhonesti aut loqui, aut facere: ait enim alicubi Scriptura: [a] *Servite Domino in timore; & exsultate ei in tremore.* Oportet ergo exsultationes vestras cum timore ac tremore peragi. Christianus quippe fidelis, neque cantilenam Ethnicam debet effari, neque canticum meretricium; siquidem continget ei, ut inter cantilenam memoret diabolica idolorum nomina; & pro Spiritu sancto, Spiritus nequam invadet eum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιά.

Παραίνεσις παιδεύουσα φεύγειν τῆς εἰδωλολατρείας τὸ μύσος.

ἈΠείρηται δὲ καὶ τὸ ὀμνύειν ἐν αὐτοῖς, καὶ τὸ διὰ στόματος αὐτῶν προφέρειν τὰ βδελυκτὰ C τὰ ὀνόματα, ἢ προσκυνεῖν αὐτοῖς, ἢ φοβεῖσθαι αὐτοὺς ὡς θεούς. οὐ γάρ εἰσι θεοὶ, ἀλλ' ἢ πονηροὶ δαίμονες, ἢ μεμωκημένα ἔργα. λέγει γάρ που ὁ Θεὸς περὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν· Ἐγκατέλιπόν με, καὶ ὤμνυον ἐν τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς· καὶ ἑξῆς· Ἐξαρῶ τὰ ὀνόματα τῶν εἰδώλων ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν· καὶ ἀλλαχοῦ· Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεοῖς, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Καὶ ἐν πάσαις δὲ ταῖς γραφαῖς ἀπηγόρευται ταῦτα ὑπὸ κυρίου τοῦ Θεοῦ.

CAPUT XI.

Admonitio, docens fugiendum esse idololatriæ scelus abominabile.

INterdictum quoque est jurare per idola, & eorum exsecrabilia nomina ore proferre; aut ea adorare, aut ut deos vereri. Non enim dii sunt; sed vel mali dæmones, vel opera per ludibrium facta. Siquidem Deus alicubi de Israelitis dicit: [b] *Dereliquerunt me, & juraverunt in his qui non sunt dii*; & adhuc: [c] *Auferam nomina idolorum ex ore eorum*: alioque in loco: [d] *Ipsi ad zelum me provocaverunt in non diis; & irritaverunt me in idolis suis.* Atque in omnibus Scripturis eadem a Domino Deo prohibentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Ὅτι μὴ καθήκει ᾠδὴν ἐθνικὴν ἢ πορνικὴν ᾄδειν, οὔτε ἐπόμνυσθαι εἴδωλον· ἀσεβὲς γὰρ τοῦτο, καὶ τῆς Θεοῦ γνώσεως ἐχθρόν. D

ΟΥ μόνον δὲ περὶ εἰδώλων ἀπαγορεύουσιν, ἀλλὰ καὶ περὶ φωστήρων, νομοθετοῦντες παραινοῦσι, μήτε ὀμνύειν ταῦτα, μήτε μὴν λατρεύειν αὐτοῖς. φασὶ γάρ· Μὴ ἰδὼν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς· καὶ ἀλλαχοῦ· Κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν μὴ μανθάνετε, καὶ ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε. Τὰ γὰρ ἄστρα καὶ οἱ φωστῆρες εἰς φαῦσιν ἀνθρώποις, ἀλλ' οὐκ εἰς προσκύνησιν ἐδόθησαν· εἰ καὶ οἱ Ἰσραηλῖται μοχθηρίᾳ τρόπου προσεκύνουν ἀντὶ τοῦ κτίστου τὴν κτίσιν· τὸν μὲν δημιουργὸν καθυβρίσαντες, τὴν δὲ κτίσιν πλεῖον ἢ E δεῖ θαυμάσαντες· καὶ ποτὲ μὲν μοσχοποιοῦντες, ὡς ἐν ἐρήμῳ· ποτὲ δὲ τὸν Βεελφεγὼρ προσκυνοῦντες· ἄλλοτε δὲ τὸν Βαὰλ, καὶ τὸν Θαμμοὺς, καὶ τὴν Σιδωνίαν Ἀστάρτην, καὶ πάλιν τὸν Μολὸχ, καὶ Χαμὼς, καὶ ἄλλοτε τὸν ἥλιον, ὡς παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ γέγραπται· ἤδη δὲ καὶ ἄλογα ζῶα, ὡς παρ' Αἰγυπτίοις τὸν Ἆπιν, καὶ τὸν Μενδήσιον τράγον· καὶ θεοὺς ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς, ὡς ἐν Ἰουδαίᾳ. δι' ἅπερ ἅπαντα ἀπειλῶν αὐτοῖς ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου· Μὴ μικρὸν τοῦτο τῷ οἴκῳ Ἰούδα, τοῦ ποιεῖν βδελύγματα ταῦτα, ἃ ἐποίησαν, ὅτι ἔπλησαν τὴν

CAPUT XII.

Quod non liceat cantilenam Ethnicam aut meretriciam canere; neque per idolum jurare: impium enim id esse, & cognitioni Dei repugnans.

NON solum autem Scripturæ vetant de idolis; sed & de luminaribus, lege lata cavent ne quis vel juret per ea, vel ipsis serviat. Dicunt enim: [e] *Ne videns solem & lunam & stellas, errore deceptus adores ea*: & alibi: [f] *Juxta vias Gentium nolite discere; & a signis cæli nolite metuere.* Nam astra & luminaria data sunt hominibus, ut luceant, non autem ut colantur: licet Israelitæ morum pravitate, creaturam pro Creatore adoraverint; mundi quidem fabricatorem contumelia afficientes, fabricæ vero plusquam oportuit admiratione capti: & aliquando quidem Vitulum facientes [g], ut in deserto; aliquando vero adorantes Beelphegorem [h]; alias autem Baalem [i], & Thammuzum, & Sidoniam Astarten; rursusque [k] Molochum ac Chamosum [l]; & interdum solem, ut apud Ezechielem scriptum est [m]: insuperque animalia rationis expertia, ut apud Ægyptios Apim, atque hircum Mendesium; item deos argenteos atque aureos, ut in Judæa. Propter quæ omnia minitans eis Dominus ait per Prophetam: [n] *Numquid parum est hoc domui Judæ, facere abominationes istas, quas fecerunt; quia repleverunt ter-*

a Psal. II. 11. b Jerem. v. 7. c Zach. XIII. 2. d Deut. XXXII. 21. e Deut. IV. 19. f Jer. X. 2. g Exod. XXXII. 4. h Num. XXV. 3. i Judic. II. 13. k Ezech. VIII. 14. l III. Reg. XI. 5. m Ezech. VIII. 16. n Ibid. ℣. 17. 18.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 320.

γῆν ἀνομίας, τοῦ παροργίσαι με; καὶ ἰδοὺ αὐτοί εἰσιν ὡς μυκτηρίζοντες. κ̀ ἐγὼ ποιήσω μετὰ θυμοῦ, οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός μου, οὐδ' οὐ μὴ ἐλεήσω· καὶ κεκράξονται ἐν τοῖς ὠσίν μου φωνῇ μεγάλῃ, καὶ οὐκ εἰσακούσομαι αὐτῶν. Ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, ὅσα κατὰ τῶν εἰδωλολατρῶν, καὶ τῶν σεβομένων ἥλιον κ̀ σελήνην ἀποφαίνεται ὁ κύριος. διὸ χρὴ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, ὡς χριστιανὸν, [1] μήτε ἥλιον ὀμνύναι, μήτε σελήνην, μήτε ἄστρα, μήτε μὴν τὸν οὐρανὸν, ἢ γῆν, ἤ τι τῶν στοιχείων, μικρὸν ἢ μέγα. εἰ γὰρ ὁ διδάσκαλος περὶ τοῦ ὄντος Θεοῦ παρήγγειλεν ἡμῖν, μὴ ὀμνύειν, ὅπως ὁ λόγος ἡμῶν πιστότερος ἢ τοῦ ὅρκου, μήτε μὴν τὸν οὐρανὸν αὐτὸν, Ἑλληνικὸν γὰρ τὸ δυσσέβημα, μήτε μὴν Ἱερουσαλὴμ, ἢ τὰ τοῦ Θεοῦ ἅγια, ἢ τὸ θυσιαστήριον, κ̀ τὸ δῶρον, ἢ τὴν τοῦ ναοῦ χρύσωσιν, ἢ τὴν οἰκείαν κεφαλὴν, Ἰουδαϊκῆς γὰρ παραφθορᾶς ἡ συνήθεια, διὸ κ̀ ἀπηγόρευται, εἶναι δὲ τὸ ναὶ, ναὶ, κ̀ τὸ οὐ, οὐ, τοῖς πιστοῖς παρεγγυᾷ, καὶ τὸ τούτων περισσὸν, τοῦ πονηροῦ εἶναι λέγει· πόσῳ μᾶλλον ὑπόδικοι οἱ τὰ ψευδώνυμα ὡς ὅρκια ἐπομνύμενοι, καὶ τὰ νομιζόμενα ἀντὶ τῶν ἀληθῶν δοξάζοντες, οὓς ὁ Θεὸς διὰ μοχθηρίαν παρέδωκεν εἰς ἀβουλίαν, ἐνεργεῖν τὰ μὴ δέοντα;

A *ram iniquitate, ut irritarent me? Et ecce ipsi sunt quasi subsannantes. Et ego faciam cum furore; non parcet oculus meus, neque miserebor: & clamabunt in auribus meis voce magna, & non exaudiam eos.* Videte, cariſſimi, quanta adverſus idololatras, & ſolis ac lunæ cultores pronuntiet Dominus. Quare oportet Dei hominem, tamquam Chriſtianum, neque jurare per ſolem, neque per lunam, neque per aſtra; neque etiam per cælum, vel terram, vel aliquod elementum, parvum ſive magnum. Si enim Magiſter propter verum Deum edixit nobis [a], non jurare, ut ſermo noſter certior ſit juramento; neque quidem per cælum ipſum jurare, quia Gentilis impietatis eſt; neque vero B per Hieroſolymam, vel per ſancta Dei, aut altare, ac donum, aut templi aurum, vel per proprium caput; Judaicæ enim corruptionis eſt conſuetudo, ideoque interdicta fuit; præcipit autem, fidelibus *ſermonem* eſſe, Etiam, Etiam, &, Non, Non; quodque hæc excedit, Mali eſſe declarat: quanto magis rei ſunt qui jurant per falſo cognominata, tamquam ea jurijurando præſideant; & cogitatione tantum exſiſtentia pro veris colunt; quos [b] Deus tradidit, pravitatis ergo, in conſilii inopiam, ut operentur quæ non oportet;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Κατάλογος τῶν τοῦ κυρίου ἑορτῶν, ἃς δεῖ φυλάσσειν· κ̀ πότε τούτων ἑκάστη ὀφείλει ἐπιτελεῖσθαι.

C CAPUT XIII.

Enumeratio Feſtorum Domini, quæ oportet obſervare; & quando eorum unumquodque debeat celebrari.

ΤΑς ἡμέρας [2] τῶν ἑορτῶν φυλάσσητε, ἀδελφοί, καὶ πρώτην γε τὴν γενέθλιον, ἥτις ὑμῖν ἐπιτελείσθω [3] εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐννάτου μηνός. μεθ' ἣν ἡ [4] ἐπιφάνιος ὑμῖν [5] ἔστω τιμιωτάτη, καθ' ἣν ὁ

DIes feſtos obſervate, fratres; ac primum quidem diem Domini Natalem; qui a vobis celebretur vigeſima quinta noni menſis. Poſt hunc diem, dies Epiphaniæ ſit vobis maxime honorabi-

a Matth. v. 34. & XXIII. 16. b Rom. I. 28.

1. Μήτε ἥλιον ὀμνύναι, &c.] Per cælum, cæleſtia, terram, ceteras creaturas, perque caput ſuum aut carorum jurare ſoliti Judæi, Ethnici, Chriſtiani. Quæ juramenta utramque librorum paginam implent. Philonis Judæi elegantem locum initio Operis de ſpecialibus legibus non aſſecutus eſt Interpres. ἀναγέγραπταί τις (inquit alter Plato) ἐν τοῖς νόμοις τῶν ἀρχιγενῶν κ̀ ἐπὶ σοφίᾳ μάλιστα θαυμασθέντων· ὀμνὺς κατὰ τοῦ φόβου τοῦ πατρὸς, ὑπὲρ ὠφελείας οἶμαι τῶν ἐπιόντων, καὶ διδαχῆς ἀναγκαίας, ἵνα τοὺς γονεῖς ὃν χρὴ τρόπον τιμῶσι, στέργοντες ὡς εὐεργέτας, καὶ εὐλαβούμενοι ὡς ὑπὸ φύσεως κατασταθέντας ἄρχοντας, καὶ μὴ ῥᾳδίως ἐπιχειρῶσιν ὀνομάζειν Θεόν. & cetera: in quibus permittit jurare per terram, ſolem, aſtra, cælum, & mundum. Verti debuit: *In Legibus*, (Geneſeos XXXI. 53.) *quidam ex priſcis illis, quorumque ſapientia maximam admirationem fecit, perſcribitur jurare per timorem patris ſui: pro utilitate (opinor) poſterorum, & propter neceſſarium documentum; ut homines honorent parentes ſuos eo quo decet modo, ament eos tamquam beneficos, ac revereantur velut a natura conſtitutos principes; neve temere Deum nominare audeant*. In Pœnitentialibus Ju- D daicis: *Poſtea admonebitur ne juret etiam pro veritate, neque per Legem, neque per animam patrum ſuorum. Verum vovebit per vitam capitis ſui*. Apud Athenæum vero lib. 2. conſuetudo jurandi per caput, refertur ad opinionem veterem de capite inter res ſacras numerato. Notum illud Sophoclis in Menalippa:

ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός.

Item Euripidis in Medea:

ὄμνυμι γαῖαν, λαμπρὸν ἡλίου τε φῶς.

De Chriſtianis denique lege ſis Canonem 61. Concilii Carthaginienſis 4. Epiphanium in Hæreſi Oſſenorum num. 1. Synodum Troſleianam cap. 11. & Nicolaum Papam c. 67. Reſponſorum ad Bulgarorum Conſulta: atque ad hunc poſtremum nota de juramento per templum; quemadmodum & in libello Pœnitentiali Græco qui per Joannem Morinum vulgatus fuit, p. 120. B. COT.

2. Τῶν ἑορτῶν] Citat hunc locum Anaſtaſius Quæſt. 64. apud quem heic τῶν τοῦ κυρίου ἑορτῶν. Mox forte legendum ὑμῖν ἔστω. Et paullo poſt ὑμῖν ἐστ. ID.

3. Εἰκάδι πέμπτῃ τοῦ ἐννάτου μηνός.] *Vigeſima quinta noni menſis*. Hoc eſt, Decembris: ut patet ex cap. ſequenti & 17. ac ex illo loco Conſtitutionibus attributo, quem in Nota præliminari ad hos libros poſui. *Ab æquinoctio vernali*, ait Auctor Operis imperfecti, ad Matth. XXIV. 22. *duodecimi menſis incipiunt paullatim tepeſcere aeres per ſingulos dies, uſque ad menſem tertium, & dies fieri noctibus longiores. Item ab æquinoctio autumnali menſis ſeptimi incipiunt paullatim iterum frigeſcere aeres per ſingulos dies, & noctes fieri longiores diebus, uſque ad menſem nonum, quando celebratur Chriſti Natalis*. Ea conſuetudo, ea ſententia quæ nunc obtinet, ſtatuendi feſtum & diem Natalis Dominici 25. Decembris, ſeu VIII. Calendas Januarias, a multis fuſe explicata fuit, nec lucem a me exſpectat. De contrariis vero legere licet præſertim Clementem Alexandrinum Strom. 1. p. 340. Epiphanium Hæreſi 50. n. 24. 27. 29. Photium Codice 232. Euthymii Panopliam P. 2. tit. 20. & Joannem Nicænum, Epiſtola de Chriſti nativitate, tom. 2. Auctarii Combefiſiani. Quare ſupereſt ut pro more quæ in Mſs. codicibus inedita reperi, in gratiam Lectorum adjiciam. Sunt autem duæ Chronologicæ obſervationes de Chriſto. COT. — Eas videas infra in Append. ad Conſtitut. num. X.

4. Ἡ ἐπιφάνιος.] Niconis Pandectes ineditus λόγῳ ϛζ. E τὴν ἐπιφάνειαν. Anaſtaſii Quæſtiones excuſæ, τὴν ἐπιφανειῶν: at manu ſcriptæ in Bibliotheca Regis, τὴν ἐπιφάνιον, Cod. 1326. 1789. τὴν ἐπιφάνειαν, Cod. 200. ut in Typico fol. 135. & τὴν ἐπιφάνιον, Cod. 1110. 2347. Vide infra lib. 8. cap. 33. Epiphaniorum & Epiphaniæ, Theophaniorum & Theophaniæ nomina ambigua ſunt apud Auctores. Interdum enim pro uno eodemque feſto ſumuntur: ut in Codino, in libro Sacramentorum S. Gregorii, in libro de divinis Officiis qui Alcuino tribuitur, & in Ordine Romano. Unde Codex viri clariſſimi Claudii Jolii loco tituli Orationis 39. Gregorii Nazianzeni, εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῶν ἐπιφανίων, oſtendit, εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια. & ejuſdem Patris Oratio 38. εἰς τὰ θεοφάνια, inſcribitur a Rufino Interprete, *De Epiphaniis*, citaturque a Leone Papa Epiſt. 97. cap. 9. *De Epiphania*. In Catalogo autem Gennadii cap. 21. 40. 58. editiones variant de nomine Theophaniæ ſeu Epiphaniæ. Interdum vero dicta nomina duos

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

κύριος ἀνάδειξιν ὑμῖν τῆς οἰκείας θεότητος ἐποιήσατο· γινέσθω δὲ καὶ αὐτὴ [1] ἕκτῃ τοῦ δεκάτου μηνός. μεθ' ἃς ὑμῖν φυλακτέα [2] ἡ νηστεία τῆς τεσσαρακοστῆς, μνήμην περιέχουσα τῆς τοῦ κυρίου πολι-

A lis, in quo Dominus nobis divinitatem suam patefecit: is autem agatur sexta decimi mensis. Post quos dies, servandum vobis est jejunium Quadragesimæ, continens recordationem conversationis Do-

festos dies significant. Quare Theodorus Studita Catechesim Post Lumina, quæ inter Latine cusas trigesima septima ita est, orditur in codice Regio 2340. αἱ ἑορταὶ ἤδη παρῆλθον, τά τε θεοφάνια, καὶ ἐπιφάνια. (Ms. 2376. τά τε θεοφάνεια καὶ ἐπιφάνεια.) Hoc est, Interprete Livineio; *Jam feriæ transiere, cum Natalis, tum Epiphania*. Aliquando sunt Natale Domini; aliquando dies Baptismi Christi, & adorationis Magorum. Sic invenias pro γενεθλίοις, τὰ θεοφάνια & θεοφάνεια apud Basilium Homil. 25. Nazianzenum Orat. 39. Epiphanium Hæres. 51. n. 29. Isidorum Pelusiotam lib. 3. Epist. 110. & τὰ ἐπιφάνια apud Epiphanium ibidem n. 16. 27. ac in Expositione fidei n. 22. Chrysostomum serm. 36. de diversis, & Suidam. Contra vero pro B altero festo τὰ θεοφάνια leges in Chrysostomo Homil. de B. Philogonio, in eo qui putatur Gregorius Thaumaturgus serm. 4. in Epiphaniana Oratione de Christi Assumtione, in S. Proclo Orat. 7. in Georgio Alexandrino de vita Chrysostomi n. 30. in Calendario Græcorum, & alibi: Theophaniam autem in S. Gregorio Homil. 38. in Evangelia, Amalario lib. 4. cap. 33. Martyrologio Wandalberti, & Capitulis Ahytonis. Denique Epiphaniæ & Epiphaniorum nomine hoc secundo sensu nihil usitatius. Immo juxta S. Chrysostomum Homilia de Baptismo Christi, dies nativitatis Dominicæ non appellatur ἐπιφάνεια. Et S. Hieronymus, initio Commentariorum in Ezechielem, hanc acceptionem Epiphaniorum videtur improbare; quia in Natali Christus absconditus est, & non apparuit. Latini Apparitionem, Ostensionem, & Manifestationem Domini nuncuparunt. Atque propter ea quæ diximus, Epiphania divisa fuit in primam & secundam. C *Duæ sunt autem Epiphaniæ:* ait Isidorus Originum VI. 18. *prima, in qua natus Christus pastoribus Hebræorum Angelo nuntiante apparuit: secunda, in qua ex gentium populis stella indice præsepis cunabula Magos adoraturos exhibuit*. Cui partitioni suffragatur Rufinus, dum Gregorii Nazianzeni Orationi 39. titulum facit, *De secundis Epiphaniis*, in codice Divionensi, quem ad Virgilium Tapsensem laudat Chiffletius, cujusque lectionem confirmat Hadrianus Papa scribens ad Carolum Magnum pro Synodo Nicæna 2. per citationem hujusmodi; *Item S. Gregorii Theologi de secundis Epiphaniis*. Pari vero ratione Natale Dominicum dividi potest in prius ac posterius, ex loco proxima Nota laudando, & ex Sermone Ambrosiano 17. quem consulat studiosus Lector. Cot.

5. Ἐστω τιμιωτάτη.] Hinc forte Æthiopes in Confessione fidei suæ adeo extollunt hoc festum Epiphaniorum Domini. *Nec prætereundum est*, apposite dicitur in Ordine Romano, & in Libro de Officiis divinis, *quod hæc secunda* D *Nativitas Christi, tot illustrata mysteriis, honoratior sit quam prima*. Quibus haud absimilia Proclus Oratione in sancta Theophania, qui dicitur Epiphanius Oratione in Domini Assumtionem, & Ambrosius in Sermone 18. Vide clarissimum Allatium de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum p. 1471. Id.

1. Ἕκτῃ τοῦ δεκάτου μηνός.] Ita semper Latini & fere omnes alii. Exceptis Basilidianis, apud Alexandrinum Clementem Strom. 1. p. 340. memoratis, qui XV. mensis Tybi hoc festum celebrabant, id est, X. Januarii; cum quidam in Tybi XI. Januarii VI. recte Baptismum Christi collocarent. Excepto præterea S. Epiphanio, cujus peculiaris sententia, de Christo baptizato die 8. Novembris, exstat in Panario Hær. 51. n. 16. 24. & 28. Item Asianis, circa quorum ritum Theophania peragendi Januar. V. operæ pretium fuerit legere præclaram observationem Jac. Usserii, de anno solari Macedonum & Asianorum Lib. 2. Ceterum E præsens locus exigit, ut saltem paucis agatur de celebri illa confusione solemnitatum Natalis & Epiphaniæ, apud Hierosolymitanos, Orientales, Ægyptios, & Armenios: cujus perturbationis in genere mentionem facit Auctor Homiliæ de Epiphania Domini, Parte 2. Operum Origenis. Quo & referendus forsan Ammiani Marcellini lib. 21. de Juliano Apostata locus: *Feriarum die, quem celebrantes mense Januario Christiani Epiphania dictitant, progressus in eorum Ecclesiam solemniter Numine orato discessit*: collatus cum verbis Zonaræ tom. 3. Annalium; αὐτὸς δὲ τῆς γενεθλίου τοῦ σωτῆρος ἡμέρας ἐφεστηκυίας εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν, καὶ προσκυνήσας ἵνα ὁμόδοξος τοῖς στρατιώταις δοκῇ ἀπῆλθε. *Ipse vero* Julianus *natali Salvatoris die, Ecclesiam ingressus, cum adorasset, quo ejusdem cum militibus religionis esse videretur, discessit*: ut idem dies, Marcellino sit Epiphania, Zonaræ Natalis. Quamquam quid vetat, ut a Juliano Ecclesia bis adita fuerit, & in utroque festo? cum in Galliis tunc versaretur, ubi more Occidentali dies illi separate observabantur. Itaque quod attinet ad Hierosolymitanos; quantum colligi datur ex Opere fabuloso Joannis Archiepiscopi Nicæni, videntur illi, quando VI. Januarii festum ipsis erat tam Natale quam Baptisma Domini, commenti fuisse Constitutionem Apostolicam Jacobi primi Hierosolymorum Episcopi super ea re: cum vero mutaverunt errorem veritate, aliam excogitasse fabellam; nimirum, Epistolam Hierosolymitani Episcopi ad Julium Romanum Pontificem, quæ caussa exstiterit mutationis in melius. Is Episcopus a Nicæno Cyrillus appellatur. At in Codice Regio *696*. e quo doctissimus Combefisius Joannis illius Nicæni Opusculum publicavit, habetur ejusdem rei altera narratiuncula non paullum diversa, ubi Episcopus ille dicitur Juvenalis: immani quidem metachronismo, si tempora Julii spectes; sed in quo tamen nonnihil eluceat veritatis. Siquidem ex Basilio Seleuciensi Laudatione S. Stephani, quæ etiam Combefisii opera & diligentia lucem aspexit, constat a Juvenali Natale Dominicum celebrari cœptum, separatim (ut interpretor) a die Epiphaniorum. Quocirca (id quoque obiter monebo) necesse est ut ante hoc Basilii Encomium habita fuerit Latini Auctoris Homilia de Nativitate Domini ad Luc. II. quam in Latinis Chrysostomi editionibus reperies: nam secundum illam tunc temporis adhuc & sola Hierosolymitana provincia in Epiphaniis Christum natum arbitrabatur. Quia autem fabellæ ineditæ memini, ex ea vero lucem accipiet tam Joannis Nicæni Epistola, quam Theoriani Legatio ad Armenios, non pigebit illam subdere. — Vide Append. ad Constitut. num. XI. — Ab Hierosolymitanis venio ad Ægyptios, transsultis Orientalibus, de quibus habeo nihil, præter vulgare testimonium B. Chrysostomi Homilia in Natalem Domini, tom. 5. Ægyptii, referente Cassiano Collatione 10. cap. 2. cujus locus citatur ab Isidoro lib. 1. de Offic. Ecclesiast. cap. 26. diem Epiphaniorum definiebant diem Baptismi Dominici & Dominicæ Nativitatis. Unde forsan Timotheus ille Episcopus, qui a Gennadio dicitur composuisse librum de Nativitate Domini, quam credebat in Epiphania factam, est Timotheus Alexandrinus. Ac nescio an non ad eumdem errorem pertineat illud quod ex Ægyptiacis Constitutionibus citat Abrahamus Ecchellensis, in Notis ad Præfationem Arabicam Concilii Nicæni; *In die autem Nativitatis & Epiphaniæ, eo tempore quo Concilium Nicænum coactum est, præceperunt ejus Patres, ut noctu celebretur Missa*. Sed quod Ægyptii, vivente adhuc Cassiano, rectam sententiam amplexi sint, & Natale Domini celebrare cœperint 25. Decembris, seu ut ipsi computabant 29. mensis Chœac, discimus ex titulo Homiliæ Pauli Emiseni, habitæ in civitate Alexandrina coram S. Cyrillo, Concilii Ephesini Parte 3. cap. 31. Denique in Armeniorum errore, corrigas velim ex Euthymio & aliis Nicephorum Hist. Eccles. lib. 18. cap. 53. ἀθετοῦντες δὲ καὶ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὡς φαντασιωδῶς γεγενῆσθαι λέγοντες, οὐχ ὡς ἡμεῖς ἀνὰ μέρος· ἀλλὰ κατὰ τὴν ιε. (immo ε.) τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς παρατείνοντες τὴν νηστείαν, τὸν εὐαγγελισμὸν ὁμοῦ καὶ τὴν γέννησιν καὶ τὸ βάπτισμα ἑορτάζουσι. *Atque fidem etiam nativitati Christi secundum carnem denegantes, & eam velut in speciem tantum, phantasmatis instar factam esse dicentes; non sicut nos per intervalla particulatim, sed ad quintam Januarii mensis diem jejunium extendentes, Annuntiationem simul & Nativitatem & Baptisma celebrant*. En Græca Euthymianæ Panopliæ; ἀθετοῦντες ἤτοι τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, καὶ φαντασιῶδες γεγονέναι τοῦτο λέγοντες, οὐχ ὅτε ἡμεῖς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς θεομήτορος ἑορτάζομεν, ἑορτάζουσιν, ἤτοι κατὰ τὴν εἰκοστὴν πέμπτην τοῦ Μαρτίου μηνός· ὡς οἱ θεοφόροι πατέρες παραδεδώκασιν, ὁ μέγας Ἀθανάσιος. καὶ Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους καὶ μετ' ἐκείνους· ἀλλ' ἐν τῇ πέμπτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς, ἐν βραχεῖ πάνυ καιρῷ φαντασιωδῶς τε καὶ ἀμυδρῶς τὸν εὐαγγελισμὸν καὶ τὴν Χριστοῦ γέννησιν καὶ τὴν βάπτισιν ἑορτάζειν ὑποκρίνονται. *Isti qui Christi ortum in carne, veræque humanitatis assumtæ mysterium rejiciunt, commentitiumque ac simulatum fuisse dicunt, non eodem quo nos die celebramus Dei genitricis Annuntiationem celebrant, nimirum 25. mensis Martii; ut tradiderunt divini Patres, magnus Athanasius, & Joannes Chrysostomus, & qui eodem tempore, quique post eos fuerunt: sed quinta Januarii mensis, in brevi omnino tempore imaginarie ac obscure tum Annuntiationem, tum Christi Nativitatem & Baptismum celebrare se fingunt*. Quo loco in S. Athanasio, utpote Ægyptio, errare arbitror Euthymium; deceptum videlicet Opere Pseudepigrapho Quæstionum ad Antiochum ἄρχοντα, vel ut habent Codices regii 1026. 1316. δοῦκα, Quæstione 54. de Conceptione 25. Martii. Cot. — Vide Append. ad Constitut. num. XII.

2. Ἡ νηστεία τῆς τεσσαρακοστῆς.] De Quadragesima præstat nihil, quam pauca dicere; multa vero profari, bre-

τείας τε καὶ νομοθεσίας· ἐπιτελείσθω δὲ ἡ νηστεία αὕτη πρὸ [1] τῆς νηστείας τοῦ πάσχα, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ δευτέρας, πληρουμένη δὲ εἰς παρασκευήν· μεθ' ἃς ἀπονηστεύσαντες, ἄρξασθε τῆς ἁγίας τοῦ πάσχα ἑβδομάδος, νηστεύοντες αὐτὴν πάντες μετὰ φόβου καὶ τρόμου, προσευχόμενοι ἐν αὐταῖς περὶ τῶν ἀπολλυμένων [2].

A minicæ, & Legis latæ: celebretur vero jejunium hoc ante jejunium Paschæ; incipiatque a secunda die, ac desinat in Parasceven: post quos dies finito jejunio, incipite sanctam Paschæ heddomadam, cuncti per eam jejunantes cum timore & tremore, orantes in iis diebus pro pereuntibus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Περὶ τοῦ πάθους τοῦ κυρίου· καὶ τί ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ ἐπράχθη τῶν ἐν τῷ πάθει· καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα· καὶ ὅτι οὐ συμπαρῆν Ἰούδας ἐν τῷ τὸν κύριον τοῖς μαθηταῖς παραδιδόναι τὰ μυστήρια.

CAPUT XIV.

De passione Domini; & quid in singulis diebus actum sit eorum quæ ad passionem pertinent; & de Juda; & quod quando Dominus tradidit discipulis Sacramenta, Judas non intererat.

Ἤρξαντο γὰρ τὴν κατὰ τοῦ κυρίου βουλὴν ποιεῖσθαι δευτέρᾳ σαββάτων, [3] μηνὶ πρώτῳ, ὅς ἐστι [a] Ξανθικός· καὶ τῇ τρίτῃ τοῦ σαββάτου παρέτεινεν ἡ σκέψις· τῇ δὲ τετράδι ὥρισαν τῷ σταυρῷ ἀνελεῖν αὐτόν· καὶ Ἰούδας γνοὺς τοῦτο, ἐκ πολλοῦ μὲν διεστραμμένος, τότε δὲ καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ διαβόλου βληθεὶς φιλαργυρίᾳ. καίτοι πάλαι τὸ γλωσσόκομον ἐγκεχειρισμένος, καὶ κλέπτων τὰ τῶν πενήτων, οὐκ ἀπεβλήθη ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ μακροθυμίαν· ἀλλὰ καί ποτε μὲν [4] ἐσθιομένων ἡμῶν σὺν αὐτῷ, βουλόμενος καὶ αὐτὸν σωφρονίσαι, καὶ ἡμᾶς παιδεῦσαι τὴν πρόγνωσιν αὐτοῦ, λέγει· Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με· καὶ ἑκάστου ἡμῶν λέγοντος· Μήτι ἐγώ; καὶ τοῦ κυρίου σιωπῶντος, ἀναστὰς ἐγὼ, εἷς ἐκ τῶν δώδεκα, φιλούμενος πλεῖον τῶν ἄλλων ὑπ' αὐτοῦ, ἐνστηρισάμενος, αὐτὸν ἱκέτευον εἰπεῖν τίς ἂν εἴη ὁ παραδώσων αὐτόν· καὶ οὐδ' οὕτως ἡμῖν εἴρηκεν αὐτοῦ τὸ ὄνομα ὁ ἀγαθὸς κύριος· ἀλλὰ δύο σημεῖα τοῦ προδότου ἔδωκεν· ἓν μὲν, εἰπών· Ὁ ἐμβαπτόμενος μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ· δεύτερον δέ· ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω· καί τοι κἀκείνου λέγοντος· Μήτι ἐγώ εἰμι, ῥαββί; [5] οὐκ

B Coeperunt enim consilium adversus Dominum capere, secunda Sabbatorum, mense primo, qui Xanthicus dicitur; & tertiam Sabbati occupavit deliberatio; quarta vero feria decreverunt cruce eum interimere. Quam rem Judas intellexit; a multo quidem tempore perversus, tunc vero etiam a diabolo avaritia sauciatus. Cum enim jamdiu [a] marsupii curam suscepisset, & pauperum res furaretur; a Domino, utpote patientissimo, non est abjectus. quin immo nobis cum illo comedentibus, volens Dominus eum corrigere, & nos præscientiam suam docere, dixit: [b] *Amen, Amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me*: & unoquoque nostrum dicente: [c] *Numquid ego?* ac Do-
C mino tacente; surgens ego, unus ex duodecim, quem plus ceteris adamabat, & incumbens in pectus ejus, orabam ut diceret, quis esset, qui eum erat traditurus; & neque sic nomen illius nobis aperuit bonus Dominus; sed duo signa proditoris dedit; unum quidem, dicendo: [d] *Qui intingit mecum in catino*; alterum vero, dicendo: [e] *Cui ego tinctam bucceam porrexero*; immo Juda interrogante: [f] *Numquid ego sum, Rabbi?* non respondit

a Joan. XII. 6. b Joan. XIII. 21. c Marc. XIV. 19. d Ibid. ℣. 20. e Joan. XIII. 26. f Matth. XXVI. 25.

vitas in Notis requisita non finit. Attamen, quod vitio non vertitur, antiquos Scriptores qualibet data occasione corrigere, Quæstiones Anastasii Græcas levi mendo absolvam, idque ex Mss. quæ certior est via. Quæstione 64. p. 430. κἀντεῦθεν, ὡς ἔοικε, καὶ παρ' ἡμῖν εἰκότως φυλάττονται αἱ τρεῖς τεσσαρακοσταί, ἃς προετύπουν αἱ ἑορταὶ ἐκεῖναι, καὶ προσθήκην τοῦ τριακοστοῦ ἀριθμοῦ μηδαμῶς ἐπιδεχόμεναι. Leg. τριαδικοῦ ἀριθμοῦ. *Hinc merito, ut videtur, etiam apud nos observantur tres Quadragesimæ, quas præsignabant illa festa* Hebræorum, *quæ additamentum ternarii numeri nullo modo admittunt*. Corrupta quoque sunt, insuperque transpositione laborant ista Valeriani Cemeliensis Homilia 19. de Quadragesima, *Qui dum ad sanctæ Paschæ dies desiderio instigante festinant, accusando vigiliarum studia, continentiæ bona, Paschæ convivia, & jejunia copiosa*. Nec dubito quin reponi debeat, *Qui dum ad sanctæ Paschæ dies, Paschæ convivia, desiderio instigante festinant, accusant vigiliarum studia, continentiæ bona, & jejunia copiosa*. Cot.

1. Νηστείας τοῦ πάσχα.] Quadragesimæ jejunium multi aperte a jejunio Paschæ, seu hebdomadis sanctæ & majoris separant. Quid clarius his Anastasii Antiocheni, mox citati, p. 424. τεσσαρακοστὴ πληροῦται εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν βαΐων. τὴν γὰρ μεγάλην ἑβδομάδα, χάριν τοῦ πάθους τοῦ κυρίου, καὶ τοῦ πάσχα νηστεύομεν, καὶ οὐχ ἕνεκεν τεσσαρακοστῆς. *Quadragesima finitur ad festum palmarum. Magnum enim hebdomadam jejunamus propter Domini passionem, & Pascha, non propter Quadragesimam*. Nec minus expresse Matthæus Monachus Nomocanonis, cito (ut audio) edendi, Auctor, ubi de Quadragesima: ἡμέρας τὸ σύμπαν εἰπεῖν τεσσαράκοντα καὶ ὀκτὼ νηστείαν ἄγειν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ προστεταγμεθα· τὰς μὲν τεσσαράκοντα, καθ' ἱστορίαν τῆς τοῦ κυρίου νηστείας, ἣ φραξάμενος κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, τὸν ἡμέτερον εἷλε πολέμιον· τὰς δὲ ἑπομένας ταύτας ὀκτὼ, κατ' ἀνάβασιν τῶν σωτηρίων αὐτοῦ παθημάτων. Id est: *Dies omnino quadraginta & octo jejunare hocce in tempore jussi sumus: quadraginta quidem, ex historia jejunii Domini, quo secundum humanam naturam hostem nostrum obsepsit, ac cepit: octo autem sequentes, in honorem salutiferarum illius perpessionum*. Reliquos Græcos prætermitto. Ex Latinis Isidorus Etymologiarum lib. 6. cap. ult. *Sicut in Evangelio dies illi, in quibus ablatus est sponsus, vel sicut observatio Quadragesimæ, quæ in universo orbe institutione Apostolica observatur circa*
D *confinium Dominicæ passionis*. Contra ab aliis in Quadragesima involvitur hebdomas passionis, velut illius clausula. Sic Canone Laodiceno 50. & passim. Id.

2. Ἀπολ.] Addit. Anastasius, Ἰουδαίων. Id.

3. Μηνὶ πρώτῳ, ὅς ἐστι Ξανθικός.] Consilium (ait Constitutio) & insidiæ Judæorum, proditio & comprehensio Christi, ac reliqua quæ consecuta sunt, contigerunt mense Aprili. Atqui ex fragmento Constitutionibus attributo, quod protulimus Nota prima & generali ad hos libros, quodque legitur etiam in Annotationibus collectaneis ad Clementem Alexandrinum pag. 49. cruci affixus est Dominus Phamenoth XXIX. hoc est Martii XXV. resurrexit vero Pharmuthi I. seu Martii XXVII. Non ergo idem est Constitutionis nostræ, & fragmenti illius parens. Constitutioni favetur a nonnullis apud Clementem Alexandrinum Strom. I. p. 340. Statur a fragmento in Chronico Alexandrino, in Nicephori Chronographia, & alibi. At Observatores superiori capite adducti (ut ceterorum mit-
E tam opiniones) referunt cum pluribus crucifixionem ad Martii XXIII. id est, Phamenoth XXVII. resurrectionem ad ejusdem Martii XXV. Phamenoth XXIX. ascensionem ad III. Maji, Pachon VIII. Atque ita arbitrabantur qui ad Chronicum Alexandrinum & ad fragmentum notas marginales apposuerunt, Μαρτίῳ vel Μαρτίου κγ'. Μαρτίῳ κε'. Μαΐῳ vel Μαΐου γ'. illæ enim Ægyptiacis computationibus nequaquam respondent. Id.

4. Ἐσθιομ.] Al. ἐστιωμένων. Id. — Sic & codd. Vind. Cler.

5. Οὐκ εἶπεν ὁ κύριος.] Hoc est quod eleganter dicit Tertullianus in laudem patientiæ Domini: *Etiam proditorem suum secum habuit, nec constanter denotavit*. Cot.

a Ξανθικός] Xanthicum Syromacedonicum Aprili Juliano æquatum, caput totius anni statuere Constitutorem, observat Cl. Abbas de Longuerue Dissert. *de var. Epoch. Vet. Orient.* cap. II. §. IX. pag. 61. Heic vero advertit, hunc auctorem vetustissimum a placitis veterum discedere, qui Christum mense Martio passum esse decernebant. Statuit enim Christum cruci affixum saltem post diem quartam Xanthici, Aprili Juliano æquati.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

εἶπεν ὁ κύριος, ὅτι ναὶ, ἀλλ' ὅτι σὺ εἶπας· καὶ A φοβῆσαι αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ βουληθεὶς, φησιν· Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη. [1] καὶ ταῦτα ἀκούσας, ἀπελθὼν εἶπε τοῖς ἱερεῦσιν· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, καὶ ἐγὼ ὑμῖν αὐτὸν παραδώσω; οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια· καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ὑπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς [2] τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως. καὶ τῇ πέμπτῃ, φαγόντες παρ' αὐτῷ τὸ πάσχα, βάψαντος ἐκείνου τὴν χεῖρα εἰς τὸ τρυβλίον, καὶ τὸ ψωμίον λαβόντος, καὶ ἐξελθόντος νυκτὸς, ἡμῖν εἶπεν ὁ κύριος· Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα σκορπισθῆτε, καὶ ἐμὲ μόνον B ἀφῆτε· καὶ ἑκάστου διϊσχυριζομένου μὴ ἐγκαταλεῖψαι αὐτὸν, ἐμοῦ Πέτρου ἐπαγγελλομένου καὶ συναποθανεῖν, εἶπεν· Ἀμὴν λέγω σοι, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με. Παραδοὺς δὲ ἡμῖν τὰ [3] ἀντίτυπα μυστήρια τοῦ τιμίου σώματος αὐτοῦ καὶ αἵματος, [4] Ἰούδα μὴ συμπαρόντος ἡμῖν, ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν πλησίον τοῦ χειμάρρου τῶν κέδρων, ὅπου ἦν κῆπος· συνῆμεν δὲ καὶ ἡμεῖς, καὶ ὑμνήσαμεν κατὰ τὸ ἔθος· καὶ χωρισθεὶς ἡμῶν, πολὺ προσηύχετο τῷ πατρὶ, λέγων· Πάτερ, παρένεγκε ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον· πλὴν μὴ [5] ἐμὸν θέλημα γενέσθω, ἀλλὰ τὸ σόν. καὶ τοῦτο ποιήσας τρίτον, ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἀθυμίας εἰς ὕπνον καταπεσόντων, ἐλθὼν λέγει· Ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ C ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν. καὶ ἰδοὺ Ἰούδας, καὶ μετ' αὐτοῦ [6] ὄχλος ἀσεβῶν· καὶ σημεῖον προδοσίας αὐτοῖς δείκνυσι, δόλιον φίλημα· οἱ δὲ δεξάμενοι τὸ σύνθημα, ἐκράτησαν τὸν κύριον· καὶ δέσμιον ποιησάμενοι, ἤγαγον εἰς τὴν οἰκίαν Καϊάφα τοῦ ἀρχιερέως· ἐν ᾗ πολὺς συγκεκρότητο, οὐ λαὸς, ἀλλ' ὄχλος, οὐδὲ πρεσβυτέριον ἱερὸν, ἀλλὰ συνέδριον παρανόμων καὶ βουλευτήριον ἀσεβῶν. οἳ καὶ πολλὰ ποιησάμενοι κατ' αὐτοῦ, πᾶν εἶδος ὕβρεως οὐ παρέλιπον, ἐμπτύοντες, κερτομοῦντες, τύπτοντες, ῥαπίζοντες, λοιδοροῦντες, πειράζοντες, μαντείας ἐπιζητοῦντες ἀντὶ προφητείας· εἴρωνα, βλάσφημον, Μωσέως παραβάτην, ἱεροῦ καθαιρέτην, θυσιῶν ἀναιρέτην, Ῥωμαίων πολέμιον, Καίσαρος D ἐναντίον ἀποκαλοῦντες. καὶ ταῦτα μέχρις ὄρθρου βαθέος ἐμπαροινήσαντες αὐτῷ, οἱ ταῦροι καὶ οἱ κύνες ἀπάγουσιν αὐτὸν [7] πρὸς Ἄνναν, ὃς ἦν πενθερὸς τοῦ Καϊάφα· κἀκεῖ τὰ ὅμοια δράσαντες, παρασκευῆς οὔσης, τῷ ἄρχοντι τῶν Ῥωμαίων παρέδωκαν αὐτὸν Πιλάτῳ, κατηγοροῦντες αὐτοῦ πολλὰ καὶ βαρέα, ὧν οὐδὲν ἴσχυον ἀπελέγξαι· ἐφ' οἷς ὁ ἄρχων δυσαναστχετήσας, ἔλεγεν· Οὐδεμίαν αἰτίαν κατ' αὐτοῦ εὑρίσκω. Οἱ δὲ [8] μάρτυρας δύο ψευδεῖς ἀγαγόντες, ἐβούλοντο συκοφαντεῖν τὸν κύριον· ἀσυμφώνων δὲ αὐτῶν εὑρεθέντων, εἰς [9] κα-

A Dominus, *Etiam*; sed, *Tu dixisti*: & cupiens metum illi ea in re incutere, *Væ*, iniquit, *homini illi, per quem filius hominis traditur*; *bonum erat ei, si natus non fuisset*. Quibus auditis abiit, dixitque sacerdotibus: [a] *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* illi vero constituerunt ei triginta argenteos; & impleta est Scriptura quæ dicit: [b] *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israelis; & dederunt eos in domum figuli*. Et quinta feria, cum apud eum comedissemus Pascha, & Judas manum intinxisset in catino, bucceam accepisset, ac nocte exiisset, nobis dixit Dominus: [c] *Venit hora, ut dispergamini, & me solum relinquatis*: & singulis B affirmantibus quod non relicturi essent eum, meque Petro promittente quod cum eo mori paratus essem, respondit: [d] *Amen dico tibi, priusquam gallus cantet, ter negabis me tibi notum esse*. Cum autem tradidisset nobis Antitypa Mysteria pretiosi corporis ac sanguinis sui, Juda nobiscum non consistente: [e] egressus est in montem Olivarum prope torrentem Cedrorum, ubi erat hortus: aderamus autem nos, & more nostro [f] hymnum diximus: ille vero a nobis remotus, multum orabat Patrem, dicens: [g] *Pater, transfer a me calicem; verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua*: quod [h] cum tertio fecisset, nosque præ mœstitia in somnum decidissemus, accedens dixit: [i] *Appropinquavit hora, & filius* C *hominis traditur in manus peccatorum*. Et ecce Judas, & cum eo turba impiorum; signumque proditionis illis indicat, osculum fraudulentum: illi vero accepta tessera, comprehenderunt Dominum; & vinctum, ad domum Caiphæ pontificis duxerunt; in quam frequens convenerat, non populus, sed turba, nec Seniorum cœtus sacer, sed consessus sceleratorum, & senatus impiorum. Hi plurima contra eum designantes, nullum contumeliæ genus omiserunt, conspuentes, ludificantes, verberantes, alapis percutientes, maledicta conjicientes, tentantes, divinationem loco Prophetiæ requirentes; appellantes simulatorem, blasphemum, Moysis transgressorem, templi eversorem, sacrificiorum D sublatorem, Romanorum hostem, Cæsaris adversarium. Quæ cum usque ad summum mane in eum petulanter commisissent, [k] tauri illi & canes abducunt eum ad Annam, socerum Caiphæ; ibique similia patrantes, cum esset Parasceve seu sexta feria, Pilato magistratui Romanorum tradiderunt eum, multa ac gravia crimina objicientes, quorum nullum probate poterant. Quapropter ægre ferens Judex dixit: [l] *Nullam caussam adversus eum invenio*. At illi duobus falsis testibus adductis, voluerunt Dominum calumniari: verum cum horum testimonia dissona reperta fuissent; illi ad cri-

a Matth. XXVI. 15. *b* Matth. XXVII. 9. *c* Joan. XVI. 32. Matth. XXVI. 31. *d* Luc. XXII. 34. *e* Joan. XVIII. 1. *f* Matth. XXVI. 30. *g* Luc. XXII. 41. *h* Matth. XXVI. 44. 43. *i* Luc. XXII. 45. Matth. XXVI. 45. *k* Psal. XXI. 13. 17. *l* Luc. XXIII. 14. Joan. XVIII. 38.

1. Καὶ ταῦτα ἀκούσας.] Immo antequam dixisset Dominus; *Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur*: cum Judæis pactus fuerat Judas. COT.

2. Τὸν οἶκον.] Melius in utroque Cod. τὸν ἀγρόν. CLER.

3. Ἀντίτυπα μυστήρια τοῦ τιμίου σώματος αὐτοῦ καὶ αἵματος.] Sacramenta corporis & sanguinis Domini. In Andreæ Cretensis Oratione de ramis palmarum; ἐν ἀντιτύποις συμβόλοις. Et tomo 2. Operum S. Epiphanii, Orat. in Christi resurrectionem; τὰ μὴ παλαιούμενα τοῦ νέου πάσχα ἀντὶ παλαιοῦ μυστήρια ἀντίτυπα. Minus ergo recte a Salmasio libro de transsubstantiatione p. 41. ἀντίτυπα μυστήρια indictum esse putatur, & ineptum, atque hoc loco ex glossa vel ex interpolatione profectum. COT.

4. Ἰούδα μὴ συμπαρόντος ἡμῖν.] Non est hujus loci expendere duas celebres contrariasque sententias, cum Veterum, tum Recentiorum, circa quæstionem, Adfuerit ne E Judas, vel absfuerit, quando Eucharistia instituta fuit. Videantur sacrorum Eloquiorum Interpretes. ID.

5. Ἐμόν.] In altero τὸ ἐμόν, quod melius convenit cum τὸ σόν quod sequitur. CLER.

6. Ὄχλος.] Alter addit πολύς *multa turba*. ID.

7. Πρὸς Ἄνναν.] A Joanne Evangelista traditur, Christum primo ductum fuisse ad Annam, deinde ad Caipham. Male itaque heic ordo invertitur. Male in Chronico Alexandrino p. 518. Pilatus mittit Dominum ad Herodem, Herodes ad Pilatum, Pilatus ad Annam, Annas ad Caipham. COT.

8. Μάρτυρας δύο.] Hoc pertinet ad judicium Caiphæ. Sed qui memoriter historias referunt, in circumstantiis sæpe numero inveniuntur aberrare. Idque Patribus non raro evenisse sciunt, qui evolverunt illorum scripta. ID.

9. Καθοσίωσιν.] Significationes nominis καθοσίωσις, verbi καθοσιόω, & derivatorum, plurimi hodie sciunt:

θατίωσιν ἀνῆγον τὸ πρᾶγμα, λέγοντες· Οὗτος ἑαυτὸν λέγει βασιλέα εἶναι, καὶ φόρους Καίσαρι διδόναι κωλύει. καὶ γίνονται αὐτοὶ κατήγοροι, καὶ μάρτυρες, καὶ κριταὶ, καὶ τῆς ἀποφάσεως ἐξουσιασταὶ, λέγοντες· Σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν· ἵνα πληρωθῇ ὅ, τι γέγραπται περὶ αὐτοῦ ἐν τοῖς προφήταις· Συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάρτυρες ἄδικοι, καὶ ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ· καὶ πάλιν· Περιεκύκλωσάν με κύνες πολλοὶ, συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με· καὶ ἐν ἑτέροις· Ἐγένετο ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ, ὡς λέων ἐν δρυμῷ, ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς. Ὁ οὖν Πιλάτος ἀνανδρίᾳ καταισχύνας τὴν ἀρχὴν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξελέγχει κακίας, πρὸ τοῦ δικαίου τὰ πλήθη θεραπεύσας, καὶ μαρτυρῶν μὲν αὐτῷ ὡς ἀναιτίῳ, ὡς αἴτιον δὲ κολάσει τοῦτον παραδιδοὺς σταυρῷ, καίτοι Ῥωμαίων νόμους [1] τιθεμένων, μηδένα ἀνεξέλεγκτον θνήσκειν. δήμιοι δὲ παραλαβόντες τὸν τῆς δόξης κύριον, ξύλῳ προσήλωσαν· ἕκτῃ μὲν ὥρᾳ σταυρώσαντες αὐτὸν, [2] τρίτῃ δὲ ὥρᾳ τὴν ἀπόφασιν δεξάμενοι τὴν περὶ αὐτοῦ. ἔπειτα ἔδωκαν αὐτῷ ὄξος πιεῖν μετὰ χολῆς. εἶτα τὰ ἱμάτια αὐτοῦ κλήρῳ διεμερίσαντο. ἔπειτα δύο κακούργους ἐσταύρωσαν σὺν αὐτῷ, ἐξ ἑκατέρου μέρους· ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον· Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος· καὶ πάλιν· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον· καὶ ἐν ἄλλοις· Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. Ἔπειτα ἐγένετο τρεῖς ὥρας σκότος, ἀπὸ ἕκτης ἕως ἐννάτης· καὶ πάλιν φῶς πρὸς δείλην· καθὼς γέγραπται· Καὶ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐ νὺξ, καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς. Ἅπερ ἅπαντα θεασάμενοι οἱ συσταυρωθέντες αὐτῷ κακοῦργοι· ὁ μὲν αὐτῶν ἐβλασφήμει, ὡσανεὶ δι' ἀσθένειαν μὴ δυνάμενον ἑαυτῷ ἐπαμύνειν· ὁ δὲ τούτῳ μὲν ἄγνοιαν ἐπετίμα, πρὸς δὲ τὸν κύριον στραφεὶς, ὡς ἂν φωτισθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ γνοὺς ὅς τις ὁ πάσχων, ἠξίου μνήμην αὐτοῦ γενέσθαι ἐν τῇ βασιλείᾳ εἰς τὰ μετὰ ταῦτα· ὁ δ' εὐθὺς ἀμνηστίαν αὐτῷ τῶν προγεγονότων χαρισάμενος, εἰς παράδεισον εἰσήγαγεν, ἀπολαύσοντα τῶν μυστικῶν· ὃς καὶ περὶ τὴν ἐννάτην ὥραν ἀναβοήσας εἶπε τῷ πατρί· Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; [3] καὶ μετ' ὀλίγον κράξας φωνῇ μεγάλῃ· Πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι· καὶ ἐπαγαγών· εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου· ἐξέπνευσεν· καὶ θάπτεται πρὸ ἡλίου δύσεως ἐν μνημείῳ καινῷ. ἐπιφωσκούσης δὲ τῆς μιᾶς σαβ-

A men majestatis, negotium retulerunt, dicentes: [a] *Hic se dicit regem esse, & tributa Cæsari dare prohibet*; fiuntque simul accusatores, & testes, & judices, & sententiæ auctores ac domini, aientes: [b] *Crucifige, crucifige eum*: ut impleretur quod de eo scriptum est in Prophetis: [c] *Congregati sunt super me testes iniqui; & mentita est iniquitas sibi*: & iterum: [d] *Circumdederunt me canes multi; synagoga malignantium obsedit me*: & in alio loco: [e] *Facta est hereditas mea mihi, quasi leo in silva; dedit contra me vocem suam*. Pilatus ergo præfecturam suam ignavia dedecorans, se ipse improbitatis convicit, qui plebi favere maluit quam viro justo; & eum cui testimonium innocentiæ B præbebat, tamquam nocentem supplicio crucis tradidit; quamvis Romani legibus vetuerint, ne in quemquam nisi convictum, morte animadvertatur. Carnifices vero sibi traditum gloriæ Dominum, ligno confixerunt; hora sexta crucifigentes eum, cum hora tertia sententiam de eo prolatam accepissent. Dederunt ei postea acetum cum felle ad bibendum. Deinde vestimenta ejus sorte jacta partiti sunt. Tum duos maleficos cum eo ex utraque parte in crucem sustulerunt. Ut impleretur quod scriptum fuit: [f] *Dederunt in escam meam fel; & in siti mea potaverunt me aceto*: & rursus: [g] *Diviserunt sibi vestimenta mea; & super vestem meam miserunt sortem*: & alio in loco: [h] *Et cum iniquis* C *reputatus sum*. Inde fuerunt tenebræ per tres horas, a sexta usque ad nonam; rursusque lux sub vesperam; sicut scriptum est: [i] *Et non dies, neque nox; & ad vesperam erit lux*. Quæ omnia cum spectassent facinorosi illi, una in crucem acti; alter quidem ex iis convicia jaciebat, quasi Christum propter infirmitatem sibi ipse opem ferre non posset; alter vero criminis socium increpabat ignorantiæ, atque ad Dominum conversus, ut ab eo illustratus, ac sciens qui esset qui pateretur, orabat, in posterum memoriam sui usurpari in regno: at Dominus confestim data ei præteritorum venia & oblivione, in Paradisum introduxit, ubi bonis mysticis frueretur. Porro circa horam nonam Christus D exclamavit, & Patri dixit: [k] *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Et paullo post cum clamasset voce ingenti: [l] *Pater dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt*; atque subjunxisset: *In manus tuas commendo spiritum meum*; exspiravit. Ac sepelitur ante solis occasum in sepulcro novo. Illucescente vero una Sabbatorum, resurgens a mor-

a Luc. XXIII. 2. *b* Ibid. ℣. 21. *c* Psal. XXVI. 12. *d* Psal. XXI. 17. *e* Jer. XII. 8. *f* Psal. LXVIII. 22. *g* Psal. XXI. 19. *h* Isa. LIII. 12. *i* Zach. XIV. 7. *k* Matth. XXVII. 46. *l* Luc. XXIII. 34. 46.

suntque hac in parte doctiores Zonara & Balsamone. Nam in Codice Canonum Ecclesiæ Africanæ, Can. 55. vocem, ἀκαδοσίωτος, Latine *indevotus*, eodem Canone, 45. Concilii Carthaginiensis 3. hoc est, *non addictus*, Balsamon nequaquam intellexit; Zonaras vero non satis accurate interpretatus est per ἀπειθὴς καὶ ἀνένδοτος. Locus Zonaræ p. 445. e duobus Mss. Bibliothecæ Regiæ hoc modo supplendus est; ἐκεῖνος δὲ ἀκαδοσίωτος ὠρίσθη· ἀντὶ τοῦ ἀπειθὴς καὶ ἀνένδοτος. τί δεῖ ποιῆσαι; καὶ οὐκ οἰκεῖα μὲν ταῦτα τῇ σημασίᾳ τῆς λέξεως· ὁ δὲ νοῦς τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου, τοιαύτην ἔννοιαν ἀπαιτεῖ· καὶ οὐκ ἀπροσφόρως ἐχρήσαντο τῇ λέξει, Λατῖνοι ὄντες οἱ ἐπίσκοποι, ἐκεῖνοι, καὶ μὴ τὴν γλῶτταν ἔχοντες ἀκριβῶς ἑλληνίζουσαν. *Is vero* ἀκαδοσίωτος *inventus fuerit; id est, difficilis, contumax, inexorabilis; quid est faciendum? Et hæc quidem cum significatione dictionis non conveniunt: sed sententia seriesque orationis ejusmodi dictionem postulat: nec incommode usi sunt ea voce, cum Latini essent illi Episcopi, in lingua Græca minus exercitati*. COT.

1. Τιθεμένων.] In Cod. Vindob. θεμένων in Conjug. Media, quæ heic elegantior est. Vide *Lud. Kusteri* Differt. de Verbo Medio. ID.

2. Τρίτῃ δὲ ὥρᾳ τὴν ἀπόφασιν δεξάμενοι τὴν περὶ αὐτοῦ.] Hallucinatur vir doctissimus Jacobus Usserius, dum c. 11. Dissertationis de scriptis S. Ignatii &c. non dubitandum

E censet, quin Constitutor legerit in Joannis Evangelio cap. 19. vers. 14. ὥρα ὡσεὶ τρίτη. Quid enim, si ex eorum numero fuit, qui, teste Theophylacto, cum legerent sicut nunc, Marc. XV. 25. ἦν δὲ ὥρα τρίτη, & Joan. XIX. 14. ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, Marcum exponebant de hora latæ adversus Christum sententiæ, Joannem vero de crucifixionis tempore? Quæ quidem explicatio probatur Theophani Cerameo Homil. 27. Hesychius Presbyter Hierosolymitanus a R. P. Francisco Combefisio editus tom. 1. Auctarii novi, p. 773. τίνος ἕνεκεν, ὁ μὲν Μάρκος, τρίτην ὥραν λέγει τὸν Χριστὸν σταυρωθῆναι· ὁ δὲ Ἰωάννης, ἕκτην; Μάρκος μὲν τὴν ὥραν τῆς ἀποφάσεως τοῦ σταυροῦ, σαφῶς καὶ ἀναμφιβόλως ἐκδέδωκε· ἐπεὶ οὖν σταυρῶσαι καὶ τιμωρήσασθαι ἔχουσι οἱ δικασταὶ λέγοντες, ἀφ' οὗ τὴν ἀπόφασιν ἐξενήνοχασιν, &c. Ita supplendum ex Theophylacto, atque ex Codice Regio 255. ex quo quibusdam interjectis, post πλέξαντες στέφανον ἐξ ἀκανθῶν, scribere oportet ἐπέθηκαν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτῷ: & infra, ὅσα καὶ παρέδωκεν, quod etiam habet Theophylactus. Loca compone: intelliges præterea in Theophylacto restitui debere Ἰωάννης δὲ, & ὥρισαντο. ID.

3. Καὶ μετ' ὀλίγον &c.] Frustra heic quoque labantem Pseudo Clementis memoriam fulcire conatus est Turrianus. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

βάτων, ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν ἐπλήρωσεν ἐκεῖνα, ἃ καὶ πρὸ τοῦ πάθους ἡμῖν προέλεγε, φάσκων, ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ποιῆσαι ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. καὶ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, πρώτῃ μὲν φανεροῦται Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ, καὶ Μαρίᾳ τῇ τοῦ Ἰακώβου· εἶτα Κλεόπᾳ ἐν ὁδῷ· καὶ μετὰ τοῦτο ἡμῖν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· φεύγουσι μὲν διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, λαθραίως δὲ περιεργαζομένοις τὰ κατ' αὐτόν. ταῦτα δὲ καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἐγράφη.

A tuis, complevit ea quæ ante passionem nobis prædixerat, dicens, [a] oportere filium hominis manere in corde terræ tres dies & tres noctes. Excitatusque a mortuis, [b] primum quidem apparuit Mariæ Magdalenæ, & Mariæ Jacobi: deinde [c] Cleophæ in via: & postea [d] nobis discipulis suis; fugientibus quidem propter metum Judæorum, clam vero de illo exquirentibus. Atque hæc in Evangelio etiam scripta sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιέ.

Περὶ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος· καὶ διὰ τί τετράδα καὶ παρασκευὴν ἐπιτρέπουσι νηστεύειν.

CAPUT XV.

B *De magna hebdomade; & cur quarta & sexta feria mandant jejunare.*

ΠΑρήγγειλεν οὖν ἡμῖν αὐτὸς νηστεύειν τὰς ἓξ ἡμέρας ταύτας, διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων δυσσέβειαν καὶ παρανομίαν, πενθεῖν αὐτοὺς καὶ ὀδύρεσθαι παρακελευσάμενος ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ αὐτῶν· καὶ γὰρ αὐτὸς αὐτοῖς ἐπεδάκρυσεν, ἀγνοήσασι τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς αὐτῶν. [1] τετράδα δὲ καὶ παρασκευὴν προσέταξεν ἡμῖν νηστεύειν· τὴν μὲν διὰ τὴν προδοσίαν, τὴν δὲ διὰ τὸ πάθος· ἀπονηστεῦσαι δὲ προσέταξε τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, [2] ἀλέκτορος φωνήσαντος· αὐτὸ δὲ νηστεῦσαι τὸ σάββατον· οὐχ ὅτι δεῖ τὸ σάββατον νηστεύειν, κατάπαυσιν δημιουργίας ὑπάρχον, ἀλλ' ὅτι [3] ἐκεῖνο μόνον χρὴ νη-

CHristus ergo præcepit nobis jejunare his sex diebus, propter Judæorum impietatem & scelus; admonens ut defleamus eos, & de eorum interitu lamentemur: nam [e] ipse etiam eis illacrymavit, ignorantibus tempus quo visitabantur. In quarta vero feria & in Parasceve jussit nos jejunare; in illa quidem propter proditionem, in hac vero propter passionem; mandavit autem solvere jejunium septima die ad galli cantum: & per ipsum Sabbatum jejunare; non quod jejunandum sit Sabbato, die quo a creatione est cessatum, sed quod illo solo jejunari oporteat, in quo scilicet

a Matth. XII. 40. *b* Matth. XXVIII. 9. *c* Luc. XXIV. 18. *d* Marc. XVI. 14. *e* Luc. XIX. 44.

1. *Τετράδα δὲ καὶ παρασκευήν.*] Et cap. ult. & lib. 7. cap. 23. & Can. Apost. 61. & in Pseudo-Ign. ad Phil. 13. Jejunium quartæ & sextæ feriæ, aut dierum Mercurii & Veneris, nec non rationem illius jejunii, crudele, videlicet, consilium decretumque Judæorum cum traditione Judæ, ac necem Christi, passim reperire est apud Veteres, tam Græcos quam Latinos. Adversatur quippe ut veritati, ita etiam ceterorum sententiæ Epiphanii opinio, qui refert jejunium τῆς τετράδος ad comprehensionem Domini, quæ contigerit inter 3. quartamque feriam, Hær. 51. n. 26. & Exposit. fid. n. 22. Alio respexit Clemens Alexandrinus Stromateo 7. p. 744. ad abstinentiam ab avaritia & libidine, rebus Mercurii & Veneris: ingeniose profecto. Hæc clara. Obscuritatis nonnihil prima fronte habere videbitur locus Philostorgianus, lib. 10. sect. 12. ὅτι τὴν τετράδος καὶ παρασκευῆς τὴν νηστείαν, ὁ Φιλοστόργιος φησὶν οὐκ ἐν μόνῃ τῶν κρεῶν ἀποχῇ περιορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸ μηδὲ τροφῆς ὅλως ἅπτεσθαι μέχρις τῆς ἑσπέρας, κανονίζεσθαι. λέγει γὰρ περί τινος Εὐδοξίου, συναιρεσιώτου μὲν, πρεσβυτέρου δὲ τὴν τάξιν, ἐψιλωμένου δὲ τῶν διῶν ἡ διαδοχῇ (In marg. τῶν ἰδιῶν, τῇ διαδοχῇ) τοῦ γένους· τοιάδε νηστευτικός τε (f. νηστευτικός τε) ὄντος ἦν, ὡς καὶ παρ' ὅλον μὲν τὸν χρόνον, μὴ μόνον τὰς κατὰ διάταξιν τὴν μνήμην τοῦ κυριακοῦ πάθους φερούσας *** sic ab Interprete conversus: *Ait Philostorgius, Quartæ feriæ & Parasceves jejunium, non in sola carnium abstinentia consistere; verum Canonibus definiri, Ne omnino alimenti quidquam ad vesperam usque sumatur. Narrat vero de Eudoxio quodam cohæretico (qui gradu Presbyter erat, macilentus vero maxime successione generis) adeo jejunatorem eum fuisse, ut toto tempore, non modo per dies juxta præceptum memoriam Dominicæ passionis præferentes* * *. Sed his e tenebris nullo negotio emerges, si διῶν diviseris in δι' ὧν, tunc enim nativus sensus elucescet; Eudoxium caruisse iis partibus, per quas constat generis successio; uno verbo, fuisse Eunuchum. COT.

2. *Ἀλέκτορος φωνήσαντος.*] Solvebant alii jejunium Paschale ad Sabbati sancti vesperam; alii circa mediam noctem consequentem; ceteri post, illucescente Dominica. Idque vel tardius, vel citius. Quemadmodum docemur per Epistolam Dionysii Alexandrini ad Basilidem: & per Eusebium Pamphili in Catena Græcorum Patrum ad Joann. cap. 20. vers. 1. (Nam ibi quoque Liber Regius 247. habet ἀπονηστίζεσθαι, non ἑορτάζειν) ac in tom. 1. Auctarii Bibl. PP. Combefisiani p. 781. Sententia autem hoc in loco Clementino posita, multorum est; Romanæ Ecclesiæ apud laudatum Dionysium, Epiphanii Hæres. 75. num. 6. & Expos. fid. n. 22. Cassiani Collat. 21. cap. 25. atque Gregorii Nysseni sive Hesychii Hierosolymitani in Dominicam resurrectionem. Initium Epistolæ Alexandrini Dionysii proferam, quo modo in Mss. non paucis jacet: Ἐπέστειλάς μοι, πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος καθ' ἣν ὥραν ἀπονηστίζεσθαι δεῖ τῇ τοῦ πάσχα περιλύσει. Vulgo τὴν τοῦ πάσχα ἡμέραν. Est περίλυσις τοῦ πάσχα, solutio Paschalis jejunii. τὰς τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις appellat Eusebius Hist. lib. 5. cap. 23. frequentiaque in hunc sensum apud Græcos verba περιλύειν, ἀπολύειν, ἐπιλύειν, καταλύειν. Nescio porro an omittere debuerim morem a Theodoro Balsamone in interpretatione Canonis 89. Trullani memoratum, eorum qui toto Sabbato & usque ad horam sextam noctis permanebant in Ecclesia; & hora sexta divinis sacramentis communicantes, gustabant panem & aquam, forsanque & modicum vini; septima vero hora matutinas Psalmodias audientes, quando alta voce pronuntiatur, *Christus resurrexit*, domum revertebantur, ubi magni Dominici Sacrum exspectarent. Vide Typicum cap. 45. IDEM.

3. *Ἐκεῖνο μόνον χρὴ νηστεύειν.*] Nullum mihi tempus, nulla Lectori patientia sufficeret, si quæ ad jejunium Sabbati spectant pleraque omnia, heic appositum irem. Itaque pro more pauca dumtaxat subjiciam, de quibusdam hac in re Auctorum Ecclesiasticorum locis depravatis, quo modo partim ope Mss. partim ex conjectura vindicari queant a librariorum corruptelis, & ad primam veramque lectionem reduci. Primo, Anastasii verba Quæstione 64. p. 424. sic se habent in Ms. Regio quantivis pretii; ὡς καί τινες πάλιν νηστεύουσι τεσσαρακοστὴν ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ, κατὰ τὸ δόγμα τῶν λεγομένων Εὐσταθιανῶν, καὶ Μαρκιανιστῶν, καὶ Λαμπετιανῶν, καὶ Μασσαλιανῶν, τῶν ἐν Παφλαγονίᾳ ποτὲ ἀναφανέντων. Ediderunt Μαρκιωνιστῶν, *Marcionistarum*. Sed Μαρκιανιστῶν tuetur Maximus ad caput 6. libri de Ecclesiastica Hierarchia, σημείωσαι, inquit, κατὰ Λαμπετιανῶν, ἤτοι Μεσσαλιανῶν, ἢ Ἀδελφιανῶν, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν Μαρκιανιστῶν. Item Timotheus Presbyter CP. De iis qui ad fidem Catholicam accedunt, variis verbis, prout ille tractatus diverse exstat. Nam tomo 6. Bibliothecæ Patrum, & apud Balsamonem legitur; *Marcianistæ qui a Marciano Trapezita, Messaliani, qui etiam Euchitæ, & Enthusiastæ, & Choreutæ, Lampetiani, Adelphiani, & Eustathiani.* Quæ Græce continet Pandectes Ms. Niconis Monachi sermone seu capite 63. & ultimo; Μαρκιανισταὶ, οἱ ἀπὸ Μαρκιανοῦ τοῦ τραπεζίτου, καὶ Μεσσαλιανοὶ, καὶ Εὐτυχῖται, (malim Εὐχῖται) καὶ Ἐνθουσιασταὶ, καὶ Χορευταὶ, καὶ Λαμπετιανοὶ, καὶ Ἀδελφιανοὶ, καὶ Εὐσταθιανοί. In Apparatu sacro Possevini; *Marcianistæ, & Messaliani, & Euchitæ, & Enthusiastæ, & Adelphiani, & Eustathiani, sic vocati sunt, quia Hæresis eorum fuit multiplicis nominis: vocati autem sunt Marcianistæ a Marciano trapezita, qui fuit tempore Justiniani, & Justini junioris. Scripsit contra Hæresim hanc multi nominis, Cyrillus Alex. Flavianus & Theodotus Episcopi Ant. Litoius Melitenes Episcopus.* Exemplari autem Regio 2336. Μαρκιανισταὶ, καὶ Μεσσαλιανοὶ, καὶ Εὐτυχῖται, (melius Εὐχῖται,) καὶ Ἐνθουσιασταὶ, καὶ Χορευταὶ, καὶ Λαμπετιανοὶ, καὶ

ςῆσαι, τοῦ δημιουργοῦ ἐν αὐτῷ ἔτι ὑπὸ γῆν ὄντος. ἐν αὐτῇ γὰρ αὐτῶν τῇ ἑορτῇ κατέσχον τὸν κύριον, ὅπως πληρωθῇ ἐκεῖνο τὸ φάσκον λόγιον· Ἔθεντο τὰ σημεῖα αὐτῶν ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν, καὶ οὐκ ἔγνωσαν. Δεῖ οὖν πενθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, ὅτι ἐλθόντος τοῦ κυρίου οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ, ἀλλ' ἀπεσείσαντο τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, ἀναξίους κρίναντες ἑαυτοὺς σωτηρίας. ὑμεῖς οὖν μακάριοι, οἱ ποτὲ οὐ λαὸς, νῦν δὲ ἔθνος ἅγιον, ῥυσθὲν ἀπὸ πλάνης εἰδώλων, ἀπὸ ἀγνοίας, ἀπὸ δυσσεβείας· οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐλεηθέντες διὰ τὴν ὑπακοὴν τῆς καρδίας ὑμῶν· ὑμῖν γὰρ ἠνοίγη ἡ πύλη τῆς ζωῆς τοῖς ἐξ ἐθνῶν· οἵ τινές ποτε οὐκ ἠγαπημένοι, νῦν δὲ πεφιλημένοι· λαὸς εἰς περιποίησιν Θεοῦ τεταγμένος, τῷ τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἐξαγγέλλειν· περὶ ὧν εἶπεν ὁ σωτήρ· Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν· ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν· εἶπα· ἰδού εἰμι, τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομά μου. μὴ ζητήσαντες γὰρ αὐτὸν, τότε ἐπεζητήθητε παρ' αὐτοῦ. καὶ ὑμεῖς πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν, ὑπηκούσατε τῇ κλήσει αὐτοῦ, καταλείψαντες τὴν πολύθεον μανίαν, καὶ τῇ ἀληθεῖ μοναρχίᾳ προσφυγόντες, τῷ παντοκράτορι Θεῷ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· πλήρωμα τοῦ ἀριθμοῦ τῶν σωζομένων γενόμενοι· Μύριαι μυριάδες, καὶ χίλιαι χιλιάδες· ὡς ἐν τῷ Δαβὶδ γέγραπται· Πεσεῖται ἐκ τοῦ κλίτους σου χιλιὰς, καὶ μυριὰς ἐκ δεξιῶν σου· καὶ πάλιν· Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες [1] εὐθηνούντων. Πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ, τὸν

Creator, adhuc sub terra erat. Dominum enim comprehenderunt in ipsa die, qua festum celebrabant, ut illud Scripturæ oraculum impleretur, quod ait: [a] *Posuerunt signa sua in medio sollemnitatis suæ; & non cognoverunt*. Oportet ergo lugere de ipsis, quod cum Dominus venisset, non crediderunt ei, sed repulerunt doctrinam ejus, & se indignos salute judicarunt. At vos beati estis, [b] qui aliquando non populus, nunc vero gens sancta, liberata ab idolorum errore, ab ignorantia, ab impietate; qui tunc non consecuti misericordiam, nunc autem eam adepti, propter obedientiam cordis vestri: vobis enim, qui ex Gentibus, aperta est vitæ janua: qui aliquando non dilecti, nunc vero amati; populus in acquisitionem Dei ordinatus, ad prædicandas virtutes ejus; de quibus Salvator dixit: [c] *Inventus sum ab his qui me non quærebant; manifestus factus sum iis qui me non interrogabant: dixi, Ecce ego, genti quæ non invocavit nomen meum*. Cum enim non quæsissetis eum, tunc ab eo inquisiti estis. Et vos credendo in eum, obedistis vocationi ejus, relicto vesano multorum deorum cultu, & ad veram Monarchiam, hoc est, ad unum verum principem, omnipotentem Deum, confugientes, per Jesum Christum; effecti plenitudo eorum numeri, qui salvi fiunt, [d] *Dena millia denum millium, & mille millia*: quemadmodum apud Davidem scriptum est: [e] *Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis*: & iterum: [f] *Currus*

a Psal. LXXIII. 4. *b* I. Pet. II. 10. 9. Rom. IX, 25. *c* Isa. LXV. 1. *d* Dan. VII. 10.
e Psal. XC. 7. *f* Psal. LXVII. 18.

[1] καὶ μετ' ἐκείνην, νηστεύσατε μίαν· δίκαιον γὰρ καὶ εὐφρανθῆναι ἐπὶ τῇ ἐκ Θεοῦ δωρεᾷ, καὶ νηστεῦσαι μετὰ τὴν ἄνεσιν. καὶ γὰρ καὶ Μωσῆς καὶ Ηλίας ἐνήστευσαν τεσσαράκοντα ἡμέρας· καὶ Δανιὴλ τρεῖς ἑβδομάδας ἡμερῶν, ἄρτον ἐπιθυμιῶν οὐκ ἔφαγε, καὶ κρέας καὶ οἶνος οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ· καὶ ἡ μακαρία Αννα αἰτουμένη τὸν Σαμουὴλ, λέγει· Οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ πέπωκα, καὶ ἐκχεῶ τὴν ψυχὴν ἐνώπιον κυρίου· καὶ Νινευῖται νηστεύσαντες [2] τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας, τῆς ὀργῆς τὴν πεῖραν ἀπέφυγον· καὶ Εσθὴρ, καὶ Μαρδοχαῖος, καὶ Ιουδὴθ, τὴν τῶν ἀσεβῶν ἐπανάστασιν νηστεύσαντες ἀπέφυγον Ολοφέρνου καὶ Αμάν· καὶ Δαβὶδ λέγει· Τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας, καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι' ἔλαιον. Καὶ ὑμεῖς οὖν νηστεύοντες αἰτεῖσθε παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ αἰτήματα ὑμῶν. μετὰ δὲ τὴν [3] ἑβδομάδα τῆς νηστείας, πᾶσαν τετράδα καὶ παρασκευὴν προστάσσομεν ὑμῖν νηστεύειν, καὶ τὴν περισσείαν ὑμῶν τῆς νηστείας πένησιν ἐπιχορηγεῖν. [4] πᾶν μέν τοι σάββατον, ἄνευ τοῦ ἑνὸς, καὶ πᾶσαν κυριακὴν, ἐπιτελοῦντες συνόδους, εὐφραίνεσθε· ἔνοχος γὰρ ἁμαρτίας ἔσται ὁ τὴν κυριακὴν νηστεύων, ἡμέραν ἀναστάσεως οὖσαν, ἢ τὴν πεντηκοστὴν, ἢ ὅλως ἡμέραν ἑορτῆς κυρίου κατηφῶν· εὐφρανθῆναι γὰρ δεῖ ἐν αὐταῖς, ἀλλ' οὐ πενθῆσαι.

A madem unam; & poſt illam jejunate eam quæ ſequitur: æquum enim eſt, ut & de divino munere lætemini, & poſt intermiſſionem jejunetis. Etenim [a] Moſes ac [b] Elias per quadraginta dies jejuni manſerunt: & [c] Daniel tribus hebdomadis dierum, panem deſideriorum non comedit; & caro ac vinum non introierunt in os ejus: nec non beata Anna, cum pro obtinendo Samuele precaretur, [d] *Vinum*, inquit, *& temetum non bibi: & effundo animam meam coram Domino*: & [e] Ninivitæ cum tribus diebus ac tribus noctibus jejunaſſent, iræ imminentis periculum effugerunt: item [f] Eſthera, & Mardochæus & [g] Juditha, inſultationem impiorum, Olofernis & Amanis, jejunando declinarunt; David B denique ait: [h] *Genua mea infirma ſunt a jejunio; & caro mea immutata eſt ab oleo*. Vos ergo quoque, in jejunio petite a Deo quæcumque petitis. Poſt hanc autem hebdomadam jejunii, in omnibus quartis & ſextis feriis vobis præcipimus jejunare; ac quod ob jejunium veſtrum ſuperfluit, pauperibus elargiri. Et quidem in omni Sabbato, præter unum, atque in omni Dominica lætos conventus celebrate: erit enim reus peccati, qui per Dominicam, ut pote diem Reſurrectionis, jejunaverit, aut qui Pentecoſten, vel quemlibet feſtum diem triſtitia funeſtaverit: tunc enim lætari oportet, non autem lugere.

a Exod. xxxiv. 28. *b* III. Reg. xix. 8. *c* Dan. x. 2. *d* I. Reg. I. 15. *e* Jon. III. 5. *f* Eſt. iv. 16. *g* Judith. viii. 6. *h* Pſal. cviii. 24.

1. Καὶ μετ' ἐκείνην, νηστεύσατε μίαν.] Abeſt *μίαν* ab Anaſtaſio, & a Tractatu acephalo de jejuniis Cod. Reg. 2434. ubi iſte locus citatur. Equidem cernimus in S. Athanaſio, Apologia de fuga ſua, paullo poſt initium, Alexandriæ jejunatum fuiſſe in hebdomade quæ ſubſequitur Pentecoſten. Quemadmodum Patres Concilii Turonenſis 2. Can. 17. ex antiquis inſtitutis præcipiunt Monachis, *ut poſt Quinquageſimam tota hebdomade ex aſſe jejunent*. At nunc Græci jejunium inchoant poſt octavam Pentecoſtes, & perducunt ad feſtum Apoſtolorum Petri & Paulli. Videturque hoc jejunium ſucceſſiſſe illi Conſtitutionis Pſeudo-Apoſtolicæ: conjunctis forſan in unum duobus jejuniis; Pentecoſtes, & Apoſtolorum: ſi quidem *νηστείαν τῶν ἁγίων ἀποστόλων* fuiſſe *ἑπταήμερον* teſtis eſt locuples Balſamon, in Reſponſis ad Marci Interrogationes Reſp. 53. Juris Græco-Romani pag. 388. (quo in Reſponſo me ſuaſore lacunam complebis, e Mſs. ac ex ejuſdem Balſamonis Canonum Collectione p. 227. & 228. repones, *κυρίου Νικολάου*) nec non in Interpretatione Reſponſionis Synodi Conſtan- D tinopolitanæ ſub Nicolao Patriarcha ad Quæſtionem 3. Monachorum quorumdam. Cujus loci Latinam verſionem ab Herveto habemus: Græca autem in lucem profero, accepta ab iiſdem Libris. — Ea inferius habes in Append. ad Conſtit. num. xiii. — Eccleſias Latinas mitto: quia quantopere a ſe invicem diſſenſerint, nemo neſcit. Cot.

2. Τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας.] Triduum, quo tranſacto perituri fuerant, niſi pœnitentiam egiſſent; juxta Græcos codices; quodque ſuffeciſſe ad placandum Deum obſervat ſæpe B. Chryſoſtomus.

Sic Ninive monitis Jonæ ſub tempore cladis
Credidit: & tribus in luctu jejuna diebus,
Promeruit morum excidio, conſiſtere regno.

Sunt verſus Carminis de divina Providentia, in Operibus S. Proſperi, eo etiam notabiles, quod Poeta ille cum Joſepho Ἀρχαιολογίας ix. 11. ſubverſionem Ninives a Jona prædicatam, intellexit de amiſſione imperii. Id.

3. Εβδομ. τ. ν.] Anaſt. Quæſt. 64. *νηστείαν ταύτην*. Id.

4. Πᾶν μέν τοι σάββατον &c.] Multa complectitur finis iſte ſatis cognita. Primo, Sabbatorum omnium excepto uno, ſancto videlicet, feſtum, cum jejunii vacuitate. Qua de re alibi Diataxes; & paſſim Scriptores Eccleſiaſtici, Latini etiam; quorum quidam Græcis non ſunt iniqui. At S. Gregorius Papa lib. 11. Epiſt. 3. dicit AntiChriſtum celebrationem Sabbati inducturum. Secundo, Sabbati Synaxim; ut lib. 2. cap. 59. Non numeratur iſta Collecta inter Apoſtolicas ab Epiphanio in compendiaria veraque doctrina de fide Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ: ubi dicitur uſitata quibuſdam in locis; cum Socrates lib. 5. cap 22. & Sozomenus lib. 7. cap. 19. ſolos excipiant Romanos & Alexandrinos. In eodem Sozomeno lib. 3. c. 14. de Regula S. Pachomii; *τῇ δὲ πρώτῃ καὶ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, ἐπὶ κοινωνίᾳ τῶν θείων μυστηρίων τῷ θυσιαστηρίῳ προσιόντας, τὰς ζώνας λύειν, καὶ τὰς διφθέρας ἀποτίθεσθαι*. *Ut primo autem ac poſtremo hebdomadis die, ad altare accedentes ad ſacrorum Myſteriorum communionem, zonas ſolverent, pelleſque deponerent*. Id eſt, Sabbato & Domini- C ca. Inconſiderate enim a Nicephoro lib. 9. cap. 14. *τῇ δὲ πρώτῃ καὶ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος* perverſum eſt in *τῇ δὲ πρώτῃ καὶ κυριωνύμῳ τῶν ἡμερῶν*. *prima & Dominica die*. Atque eumdem Nicephori errorem lib. 3. cap. 8. obſervavit eximii acuminis vir Henricus Valeſius in Sozom. viii. 8. obſervabitque poſthac quilibet lib. 11. cap. 38. ad Sozomeni lib. 6. cap. 31. Addo nunc iſta relegens, quod nuper inveni in Confeſſione fidei Claudii Regis Æthiopum, apud Hottingerum Ἀρχαιολογίας Orientalis parte 2. p. 77. *Nos autem ita celebramus Sabbatum, ut offeramus munera ad menſam, & faciamus in eo cœnam, ſicut præceperant nobis Patres noſtri, Apoſtoli in Διδασκαλίᾳ*. Tertio, heic Conſtitutionum agitur de feſto ac de celebri conventu diei Dominicæ. Quarto, contra jejunium eo die ſuſceptum: intellige ſtulta affectatione aut impia: quale Hæreticorum complurium, Manichæorum, Teſſareskædecatitarum, Aetianorum, Euſtathianorum, Priſcillianiſtarum. Alioqui licet per Dominicam, non quidem ſolam, ſed cum aliis diebus multis conjunctam jejunare. *Utinam*, pie exclamat Hieronymus Epiſt. 28. *omni tempore jejunare poſſimus, quod in Actibus Apoſtolorum, diebus Pentecoſtes & die Dominico Apoſtolum Paullum, & cum eo credentes feciſſe legimus*. Idque magni Doctoris votum Sancti quidam impleverunt: ut inſignis ille Monachus, quem per annos xl. ſol veſcentem non viderat. Ad hæc ſcribit ad Lucianum Celerinus in Cypriano: *Pro cujus factis ego in lætitia Paſchæ flens die ac nocte, in cilicio & cinere lacrymabundus dies exegi*. Quinto, adverſus jejunium in Pentecoſte, l. diebus poſt Paſcha. Remiſſionem Quinquageſimæ & Quinquageſimæ Paſchalis nuncupant Gennadius de Script. Eccleſ. cap. 61. & Beda Hiſt. Angl. III. 6. Ubi ego circa ritum ac ritus deſuetudinem, omittam quidem vulgaria atque edita; ponam vero ob oculos Lectorum quæ occulit Bibliotheca Regia, in tribus Mſs. ex Interrogationibus & Reſponſionibus Synodicis ſub Patriarcha Nicolao, multum diverſis ab illis Balſamonis p. 227. — Infra in Append. E ad Conſtitut. num. xiv. — Sexto damnatur pari modo jejunium feſtorum. Atque potiſſimum legendi Interpretes Canonum, ad Laodicenum 51. & Trullanum 52. Item Canon 17. Synodi Turonenſis 2. Nec vero tacitus debeo prætermittere ſententiam celebrem a Theophilo Alexandrino latam ſub tempus jejunii Theophaniorum, apud Balſamonem pag. 1067. in Typico fol. 105. 130. & in Matthæo Blaſtare litt. K. cap. 37. quia cum præclara eſt, tum homines in re Critica exercitos vexavit multum; qui male putaverunt loqui Theophilum de Theophaniis, etſi manifeſte ſatis Vigiliam Theophaniorum indicet. Sed proponam locum Joannis Citrii, ni fallor ineditum, de illo Theophili. Scribit Epiſcopus Citri, reſpondens Epiſcopo Dyrrachii cap. 16. in Mſs. Regiis atque Joliano — Utrumque opuſculum habes infra in Append. ad Conſtit. num. xv. — Denique librum his verbis claudit Conſtitutor; *εὐφρανθῆναι γὰρ δεῖ ἐν αὐταῖς, ἀλλ' οὐ πενθῆσαι*. Quibus ex adverſo reſpondent iſta Zonaræ in Canonem Trullanum 52. *ἐν ταῖς τῶν νηστειῶν ἡμέραις πενθεῖν, ἀλλ' οὐ χαίρειν χρεών*. Id.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τῦ ἕκτυ βιβλίυ.

α'. Τίνες σχίσματα ποιεῖν τολμήσαντες, ὐ διέφυγον τὴν τιμωρίαν.
β'. Οτι ὔτε βασιλείᾳ ὔτε ἱερωσύνῃ θεμιτὸν ἐπανίστασθαι.
γ'. Περὶ τῆς Μωϋσέως ἀρετῆς, καὶ ἀπιστίας τῶν Ιουδαίων ἔθνους, καὶ ὧν ὁ Θεὸς ἐθαυματύργησε [1] δὶ αὐτῶν.
δ'. Οτι ἀποσχίζει, ὐχ ὁ τῶν ἀσεβῶν χωριζόμενος, ἀλλ' ὁ τῶν εὐσεβῶν ἀφιστάμενος.
ε'. Τίνος χάριν ἀπεβλήθη ὁ ψευδώνυμος Ισραὴλ, ἀπόδειξις ἐκ προφητικῶν προῤῥήσεων.
ς'. Οτι καὶ παρὰ Ιυδαίοις συνέστη θεομισὴς διδασκαλία διαφόρων αἱρέσεων.
ζ'. Οπόθεν ἀνέφυσαν αἱ αἱρέσεις, καὶ ὅστις αὐτῶν ἀρχηγὸς τῆς ἀσεβείας γεγένηται.
η'. Τίνες τῆς Σίμωνος ἀσεβείας διάδοχοι, καὶ οἵων αἱρέσεων κατῆρξαν.
θ'. Οπως ὁ Σίμων γοητείαις τισὶ πτῆναι θελήσας, εὐχαῖς Πέτρου κατενεχθεὶς ἐξ ὕψους κάτω, συνετρίβη τὺς πόδας καὶ τὼ χεῖρε τὺς ταρσύς.
ι'. Οπως αἱ αἱρέσεις καὶ πρὸς ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἀλήθειαν διαφωνῦσιν.
ια'. Εξήγησις ἀποστολικῦ κηρύγματος.
ιβ'. Πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας, Ιουδαΐζειν δὲ θέλοντας.
ιγ'. Οπως χρὴ χωρίζεσθαι τῶν αἱρετικῶν.
ιδ'. Τίνες οἱ κηρύξαντες τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, καὶ τίνα τὰ δὶ αὐτῶν παραγγέλματα.
ιε'. Οτι ὔτε ἀναβαπτίζειν χρὴ, ὔτε μὴν παραδέχεσθαι τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν βάπτισμα δοθὲν, ὃ ὐκ ἔστι βάπτισμα, ἀλλὰ μόλυσμα.
ις'. Περὶ τῶν ψευδεπιγράφων βιβλίων.
ιζ'. Περὶ κληρικῶν γαμικὰ παραγγέλματα.
ιη'. Παραίνεσις κελεύυσα φεύγειν τὴν τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν κοινωνίαν.
ιθ'. Πρὸς φαυλίζοντας τὸν νόμον.
κ'. Τίς ὁ φυσικὸς νόμος, καὶ τίς ὁ ἐπείσακτος, καὶ δὶ ἣν αἰτίαν ἐπεισήχθη.
κα'. Οτι ὑπὸ χάριν ἐσμὲν, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ δουλείαν τοῦ ἐπεισάκτου νόμου, οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύοντες.
κβ'. Οτι ἐπείσακτος ὁ ἐπὶ θυσιῶν νόμος, ὃν περιεῖλε Χριστὸς παραγενόμενος.
κγ'. Πῶς πληρωτὴς τοῦ νόμου γέγονεν ὁ Χριστός· καὶ τίνα τούτου ἔπαυσεν, ἢ ἐνήλλαξεν, ἢ μετέθηκεν.
κδ'. Οτι καὶ διὰ Ρωμαίων εὐδόκησεν ὁ κύριος τὸν τῆς δικαιοσύνης νόμον ἐπιδείκνυσθαι.
κε'. Ως Θεὸς Ιουδαίυς διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, αἰχμαλώτους ποιησάμενος, ὑπὸ φόρον κατέστησεν.
κς'. Οτι χρὴ φεύγειν τοὺς αἱρεσιώτας, ὡς ψυχῶν φθορέας.
κζ'. Περὶ παρατηρημάτων Ιυδαϊκῶν καὶ Ελληνικῶν.
κη'. Περὶ παιδεραστίας, μοιχείας τε καὶ πορνείας.
κθ'. Οπως χρὴ τὰς γυναῖκας ὑποτάσσεσθαι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι, καὶ τοὺς ἄνδρας στέργειν τὰς ἑαυτῶν γαμετάς.
λ'. Οτι [illegible] Ιυδαίοις [illegible] Ελλησι, [illegible] τὰ [illegible] καθάρσεις, καὶ [illegible] τὰ λείψανα ἐβδελύττεσθαι· Χριστιανοῖς δὲ ἀλλότριον.


CAPITA

Libri sexti.

I. Quinam Schismata ausi facere, non effugerunt supplicium.
II. Quod neque regno, neque sacerdotio fas sit insurgere.
III. De virtute Moysis, & de infidelitate gentis Judaicæ, & de miraculis quæ Deus per illum edidit.
IV. Quod Schisma facit, non qui separat se ab impiis, sed qui a piis abscedit.
V. Qua de caussa rejectus fuerit qui falso nominatur Israel, demonstratio ex Propheticis prædictionibus.
VI. Quod etiam apud Judæos exstiterit diversarum Hæresium odiosa Deo doctrina.
VII. Unde prodierint Hæreses, & quis fuerit impietatis earum dux & auctor.
VIII. Quinam successerint impietati Simonis, & quas Hæreses induxerint.
IX. Quo modo Simon cum quibusdam præstigiis volare instituisset, precibus Petri ex alto deorsum præcipitatus, fregit pedum & manuum extremitates.
X. Quo modo Hæreses & inter se & a veritate discrepent.
XI. Enarratio Apostolicæ prædicationis.
XII. Contra eos qui Christianæ religioni cum assentiantur, volunt tamen Judaicos ritus observare.
XIII. Quo modo oporteat separari ab Hæreticis.
XIV. Qui prædicarint Catholicam doctrinam, & quæ sint illorum præcepta.
XV. Quod nec oporteat rebaptizare; nec recipere Baptismum ab impiis collatum, qui non est Baptismus, sed inquinamentum.
XVI. De libris falso inscriptis.
XVII. Conjugalia præcepta de Clericis.
XVIII. Cohortatio, invitans ad fugiendam impiorum Hæreticorum communionem.
XIX. Contra improbantes Legem.
XX. Quæ sit lex naturalis, & quæ invectitia, & quam ob caussam invecta fuit.
XXI. Quod simus sub gratia, non autem sub servitute Legis inductæ, qui in Christum credimus.
XXII. Quod ascititia erat lex de sacrificiis, quam Christus adveniens sustulit.
XXIII. Quo modo Christus fuerit perfector Legis; & quænam ex ea aboleverit, aut mutarit, aut transtulerit.
XXIV. Quod placuit Domino, etiam per Romanos, legem justitiæ demonstrari.
XXV. Quod, Deus Judæos, propter impietatem in Christum, ad captivitatem redactos, tributo subjecerit.
XXVI. Quod oporteat fugere Hæreticos, ut animarum perditores.
XXVII. De observationibus Judaicis ac Ethnicis.
XXVIII. De nefando amore puerorum, adulterio & fornicatione.
XXIX. Quo modo oporteat mulieres subjectas esse viris suis, & viros diligere uxores suas.
XXX. Quod Judæis & Gentilibus consuetudo sit, una observare naturales purgationes, & mortuorum reliquias abominari; a Christianis vero alienum.

1. Δὶ αὐτῶν.] Leg. δι' αὐτῶν.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

περὶ σχισμάτων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α′.

Τίνες σχίσματα ποιεῖν τολμήσαντες, οὐ διέφυγον τὴν τιμωρίαν.

ΠΡὸ πάντων φυλάττεσθε, ὦ ἐπίσκοποι, τὰς A δεινὰς καὶ χαλεπὰς καὶ ἀθεωτάτους αἱρέσεις, φεύγοντες αὐτὰς ὥσπερ πῦρ, φλέγον τοὺς αὐτῷ πλησιάζοντας. φεύγετε δὲ καὶ τὰ σχίσματα. οὔτε γὰρ πρὸς ἀνοσίους αἱρέσεις θεμιτὸν ἐκκλῖναι τὸν νοῦν, οὔτε τῶν ὁμογνωμόνων χωρίζεσθαι θεμιτὸν διὰ φιλαρχίαν. ταῦτα γὰρ καὶ τὸ παλαιόν τινες τολμήσαντες ἐπιχειρῆσαι, οὐ διέφυγον τὴν τιμωρίαν. Δαθὰν γὰρ καὶ Ἀβειρὼν ἀντιπρόσωποι γενόμενοι Μωσεῖ, κατεπόθησαν εἰς γῆν· Κορὲ δὲ καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ διακόσιοι πεντήκοντα, τῷ Ἀαρὼν διαστασιάσαντες, πυρὸς παρανάλωμα γεγόνασι. Μαρία δὲ [1] ὀνειδίσασα Μωσῆ, ἔξω τῆς παρεμβολῆς ἀπεβλήθη ἑπτὰ ἡμέρας· ἔλεγε γάρ, ὅτι γυναῖκα Μωϋσῆς Αἰθιόπισσαν ἔλαβεν. Οὐ μὴν δέ, ἀλλὰ καὶ Ἀζαρίας καὶ Ὀζίας, οὗτος B ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰούδα, κατατολμήσας τῆς ἱερωσύνης, καὶ θυμιάσαι βουληθεὶς τὸ θυμίαμα, ὃ οὐ προσῆκον αὐτῷ, κωλυόμενος ὑπὸ Ἀζαρίου τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν ὀγδοήκοντα ἱερέων, καὶ μὴ ὑπακούσας, ἐξανέτειλε λέπραν ἐν τῷ μετώπῳ, καὶ ἔσπευσεν ἐξελθεῖν, ὅτι ἤλεγξεν αὐτὸν ὁ κύριος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β′.

Ὅτι οὔτε βασιλείᾳ, οὔτε ἱερωσύνῃ θεμιτὸν ἐπανίστασθαι.

ΠΡοσέχωμεν οὖν, ἀγαπητοί, τί τὸ κλέος τῶν στασιασάντων, καὶ ποταπὴ ἡ ἀπόφασις αὐτῶν. εἰ C γὰρ ὁ βασιλεῦσιν ἐπεγειρόμενος, κολάσεως ἄξιος, κἂν υἱὸς ᾖ, κἂν φίλος· πόσῳ μᾶλλον ὁ ἱερεῦσιν ἐπανιστάμενος; ὅσῳ γὰρ ἱερωσύνη βασιλείας ἀμείνων, περὶ ψυχῆς ἔχουσα τὸν ἀγῶνα· τοσούτῳ καὶ βαρυτέραν ἔχει τὴν τιμωρίαν, ὁ ταύτῃ τολμήσας [2] ἀντομματεῖν, ἤπερ [3] ὅτι βασιλείᾳ· καί τοι γε οὐδὲ εἷς ἀτιμώρητος. οὔτε γὰρ Ἀβεσσαλὼμ καὶ [4] Ἀβεδαδὰν ἔμειναν ἀτιμώρητοι· οὐδὲ Κορὲ καὶ Δαθάν· οἱ μὲν γὰρ τῷ Δαβὶδ περὶ βασιλείας, οἱ δὲ τῷ Μωϋσεῖ περὶ πρωτείων ἐπανέστησαν ἁμιλλώμενοι. καὶ ἐκακολόγουν· ὁ μὲν Ἀβεσσαλὼμ Δαβὶδ τὸν πατέρα ὡς ἄδικον κριτήν, λέγων ἑκάστῳ· Οἱ λόγοι σου καλοί, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἀκουσόμενός σου, καὶ δικαιώσας D σε. τίς με ποιήσει ἄρχοντα; Ὁ δὲ Ἀβδαδάν, οὐκ ἔστι μοι, φησί, μέρος ἐν Δαβίδ, οὐδὲ κληρονομία ἐν υἱῷ Ἰεσσαί, δῆλον ὡς ἀναξιοπαθῶν ἄρχεσθαι ὑπὸ Δαβίδ, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Θεός, ὅτι εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει

LIBER SEXTUS.

De Schismatibus.

CAPUT PRIMUM.

Quinam Schismata ausi facere, non effugerunt supplicium.

ANte omnia cavete, Episcopi, importunas, sævas & impiissimas Hæreses, & fugite eas instar ignis, qui accedentes urit. Vitate etiam Schismata. Nec enim fas est mentem ad profanas Hæreses declinare; neque licet a concordibus per ambitionem separari. Hæc namque cum olim nonnulli tentare ausi fuissent, non effugerunt supplicium. Dathan quippe & Abiron, [a] quia Mosi in os restiterunt, absorpti sunt terræ hiatu: Core autem & qui cum eo ducenti quinquaginta, quia contra Aaronem seditiosi exstiterunt, ignis pabulum facti sunt. Et Maria cum Mosem tamquam Ethnicæ concubitorem increpasset, castris exclusa est per septem dies; dixerat enim: [b] *Moyses uxorem Æthiopissam duxit*. Quin etiam [c] Azarias seu Ozias, qui erat rex Judæ, quando nimia audacia in sacerdotium prorupit, voluitque suffimentum adolere, quod officium ad eum non pertinebat; prohibitusque ab Azaria pontifice & ab octoginta sacerdotibus, neglexit auscultare; tunc exortam in fronte lepram sensit; & egredi festinavit, quoniam punierat eum Dominus.

CAPUT II.

Quod neque regno neque sacerdotio fas sit insurgere.

ATtendamus ergo, dilecti, quæ sit seditiosorum gloria, & quale de iis decretum. Si enim is qui contra reges erigit se, supplicio dignus evadit, licet filius sit, licet amicus: quanto magis qui adversus sacerdotes insurgit? Nam quanto sacerdotium regno præstat, utpote quod de anima certandum habet; tanto & graviores pœnas dabit, qui in illud ausus fuerit obniti, quam qui in regnum. Quamquam neuter impune feret. Neque enim [d] Absalom & Abedadan manserunt impuniti; neque [e] Core & Dathan: quando illi quidem contra Davidem ob regnum; hi vero contra Moysem ob primatum insurrexerunt & certarunt. Maledicebant autem: Absalom quidem Davidi patri tamquam injusto judici, dicens singulis: [f] *Sermones tui boni sunt; sed non est qui audiat te, & jus tibi reddat. Quis me faciet principem?* Abdadan vero, [g] *Non est*, inquit, *mihi pars in Davide, nec hereditas in filio Jessæ*; videlicet, indigne ferens parere Davidi, de quo Deus dixit: [h] *Inveni Davidem*

a Num. xvi. *b* Num. xii. 1. *c* II. Paral. 20. *d* II. Reg. xviii. & xx. *e* Num. xvi. *f* II. Reg. xv. 3. *g* II. Reg. xx. 1. *h* Act. xiii. 22.


1. Ὀνειδ.] Al. add. ἀλλοφυλοκοίτην. Cot.

2. Ἀντομματεῖν.] Lucas, & post eum Barnabas, ac verus Clemens, Clemensque Alexandrinus, alii; ante vero Auctor libri Sapientiæ, ἀντοφθαλμεῖν. Dionysius Pseudo-Areopagita cum Alex. Clem. Method. Athanas. ἀντωπεῖν. ἀντωπῆσαι. Id.

3. Ὅτι] Leg. ὁ τῇ. Id.

4. Ἀβεδαδάν.] In B. Ἀβδαδάν. In Ignatio interpolato, Ἀβεδδαδάν. Immerito ita appellatur Seba, Latinis etiam Siba, Sabe, Sabæas; Græcis Σαβεέ, Σαβεαί, Σαβαῖος. Siquidem Abedadam, alius homo: nempe Obededom, apud Græcos Ἀβεδεδόμ, Ἀβεδδαδόμ, Ὀβὴδ Ἐδάμ, Ὠβάδαμος, Ὠβέδαμος, Ἀβεδεδάν, Ἀβεδδαδάν, & corruptius Ἀβεδαρά, Ἀβεδδαρά, Ἀβεδδαρᾶν. Leges Ἀβεδδαδάν in Procopio ad II. Reg. vi. Ἀβεδεδών in Chronico Alexandrino p. 200. Igitur σφάλμα est Constitutoris, aut si vis Corruptoris Constitutionum. Nam initio potuit scriptum haberi Ἀβεέ, ut in Ms. Alexandr. II. Reg. xx. 1. 7. vel etiam Σαβεέ, ita ut non nemo ad oram libri sui Ἀβελα Δάν posuerit e II. Reg. xx. 18. unde postea factum Ἀβεδαδάν. Idem.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



πάντα τὰ θελήματά μου. Ο δὲ Δαθὰν ϰ̀ Αβειρὼν ϰ̀ οἱ Κορεῖται λέγοντες Μωσεῖ· Μὴ μικρὸν ὅτι ἀνήγαγες ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐκ γῆς ῥεούσης μέλι ϰ̀ γάλα; ϰ̀ τί ὅτι ἐξέκοψας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν, ϰ̀ σὺ ἄρχεις ἡμῶν; ϰ̀ ἐπισυνέστησαν ἐπ' αὐτὸν ἐκκλησίαν μεγάλην· ϰ̀ οἱ Κορεῖται· Μὴ Μωσεῖ λελάληκε μόνῳ ὁ Θεός; τί ὅτι τῷ Ααρὼν δέδωκε τὴν ἀρχιερωσύνην μόνῳ; οὐχὶ πᾶσα ἡ συναγωγὴ κυρίου ἁγία; ϰ̀ τί ὅτι Ααρὼν ἱερατεύει μόνος; Καὶ πρὸ τούτων ἄλλος τις ἔλεγε· Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα ϰ̀ δικαστὴν ἐφ' ἡμῶν;

A *filium Jessæ, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*. At Dathan & Abiron & Coritæ obloquentes Mosi dicebant; ii quidem: [a] *Numquid parum est quod eduxisti nos e terra Ægypti, e terra lac & mel profundente? Et quid quod oculos nostros eruisti? Et tu imperas nobis?* Et coacervarunt adversus eum magnam concionem: Coritæ vero: [b] *Num solum Mosem allocutus est Deus?* [c] *Quid quod Aaroni soli dedit pontificatum? Nonne omnis Synagoga Domini sancta est? Et quare solus Aaron sacerdotio fungitur?* Ac ante hos alius quidam dixerat: [d] *Quis te constituit principem & judicem super nos?*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Περὶ τῆς Μωυσέως ἀρετῆς, ϰ̀ ἀπιστίας τῶν Ιουδαίων ἔθνους, καὶ ὧν ὁ Θεὸς ἐθαυματούργησε [1] δι' αὐτῶν.

KAὶ ἐπανέστησαν Μωσεῖ τῷ τοῦ Θεοῦ θεράποντι, τῷ παρὰ πάντας πρᾳοτάτῳ, ϰ̀ πιστῷ, ϰ̀ ἠτίμησαν τὸν τηλικοῦτον ἄνδρα οἱ ἀχαριστότατοι· τὸν νομοθέτην, τὸν φύλακα, τὸν ἀρχιερέα ϰ̀ βασιλέα, τὸν μύστην τῶν θείων, τὸν ὡς δημιουργὸν τὰς τοῦ δημιουργοῦ ἐπιδειξάμενον ἐνεργείας· τὸν πρᾳότατον, τὸν ἀτυφώτατον· τὸν καρτερικὸν, τὸν φιλανθρωπότατον· τὸν πολλῶν κινδύνων αὐτοὺς ἀπαλλάξαντα, καὶ διαφόρων θανάτων αὐτοὺς ῥυσάμενον, τῇ παρ' ἑαυτοῦ ὁσιότητι· τὸν τοσαῦτα παρὰ Θεοῦ σημεῖα καὶ τέρατα τῷ λαῷ πεποιηκότα· τὸν τὰ ἔνδοξα ϰ̀ θαυμαστὰ ἔργα εἰς εὐεργεσίαν αὐτῶν τετελεκότα, τὸν ἐπ' Αἰγυπτίους δεκάπληγον πεπληρωκότα, τὸν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διῃρηκότα, ϰ̀ ὡς τεῖχος τὰ ὕδατα ἔνθεν ϰ̀ ἔνθεν διαστήσαντα, ϰ̀ ὡς δι' ἐρήμου ξηρᾶς τὸν λαὸν ἀγηοχότα, ϰ̀ βυθίσαντα Φαραὼ ϰ̀ τοὺς Αἰγυπτίους ϰ̀ πάντας τοὺς [2] παρ' αὐτῶν μετ' αὐτῶν· τὸν γλυκάναντα πηγὴν αὐτοῖς διὰ ξύλου, ϰ̀ ἐκ πέτρας ἀκροτόμου αὐτοῖς προαγαγόντα ὕδωρ διψῶσι· τὸν ἐξ οὐρανοῦ μαννοδοτήσαντα αὐτοῖς, ϰ̀ ἐξ ἀέρος [3] κρεωλογήσαντα· τὸν στύλον πυρὸς ἐν νυκτὶ εἰς φωτισμὸν καὶ ὁδηγίαν παρεχόμενον αὐτοῖς, ϰ̀ στύλον νεφέλης εἰς σκιασμὸν ἡμέρας διὰ τὸν ἐξ ἡλίου φλογμόν· τὸν νόμον Θεοῦ ἐκ στόματος ϰ̀ χειρὸς καὶ γραφῆς Θεοῦ ἐν πλαξὶ λιθίναις κεκολαμμένον παρασχόμενον αὐτοῖς, τελείου ἀριθμοῦ δεκάλογον· ᾧ ὁ Θεὸς ἐνώπιος ἐνωπίῳ ὡμίλει, ὡσεί τις λαλῆσαι πρὸς ἑαυτοῦ φίλον· περὶ οὗ εἶπεν· Καὶ οὐκ ἀνέστη προφήτης ὡς Μωσῆς. Τούτῳ ἐπανέστησαν οἱ Κορεῖται ϰ̀ οἱ [4] Ρουβηνῖται, ϰ̀ [5] λίθους ἔβαλλον κατὰ τοῦ Μωσέως προσευχομένου ϰ̀ λέγοντος· Μὴ πρόσχῃς εἰς τὴν θυσίαν αὐτῶν. καὶ ὀφθεῖσα ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, τοὺς μὲν εἰς γῆν κατήνεγκε, τοὺς δὲ πυρὶ κατέφλεξε· ϰ̀ οὕτω τοὺς ἀρχηγοὺς τῆς πλάνης τοῦ σχίσματος, λέγοντας· Δῶμεν ἀρχηγὸν ἑαυτοῖς, ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς καὶ κατέπιεν αὐτοὺς, καὶ τὰς σκηνὰς αὐτῶν, ϰ̀ τὴν ἀποσκευὴν αὐτῶν, ϰ̀ κατῆλθον εἰς ᾅδου ζῶντες· τοὺς δὲ Κορείτας ἀπώλεσε διὰ πυρός.

B

CAPUT III.

De virtute Moysis, & de infidelitate gentis Judaicæ, & de miraculis quæ Deus per illum edidit.

ET rebellaverunt adversus Mosem Dei famulum, [e] omnium mansuetissimum hominem, ac fidelem; & ingratissimi tantum virum inhonestarunt; legislatorem, custodem, pontificem ac regem, interpretem divinorum mysteriorum; in modum conditoris, operum Creatoris monstratorem; mitissimum, minime ambitiosum, patientem, humanissimum; qui eos multis periculis liberaverat, & ex C multiplici mortis genere eripuerat, sanctitate sua; qui tot divina signa & prodigia populo ediderat; qui præclara & mirabilia opera in eorum beneficium ac emolumentum perfecerat; qui [f] Ægyptiis decem illas plagas intulerat; qui mare rubrum diviserat, & instar muri aquas hinc inde distraxerat, & populum per undas quasi per solitudinem siccam duxerat, & Pharaonem ac Ægyptios ceteramque turbam una demerserat; qui [g] per lignum eis fontem reddiderat dulcem, & [h] ex petra dura sitientibus elicuerat aquam; qui ipsis [i] mannam e cælo dederat, & ex aere carnes collegerat; qui tribuerat illis, [k] de nocte columnam ignis, in illuminationem ac deductionem, & de die columnam nubis, in umbraculum adversus solis ardorem; qui [l] D legem Dei ex ore & manu & scriptura Dei in tabulis lapideis sculptam eis præbuerat, perfecti numeri Decalogum: cum quo [m] Deus facie ad faciem colloquebatur; sicut aliquis loqueretur ad amicum suum; ac de quo dixit: [n] *Et non surrexit Propheta, sicut Moses*. Adversus hunc [o] insurrexerunt Coritæ & Rubenitæ; & lapides jecerunt in Mosem orantem ac dicentem: [p] *Ne attendas ad sacrificium eorum*: & gloria Dei quæ apparuit, alios quidem in terram intulit, alios vero igne consumsit: atque ita erroris schismatici magistros ac ductores, qui dixerant: [q] *Constituamus nobis ducem*; terra, aperto sinu suo devoravit, una cum tabernaculis ac E supellectile eorum, descenderuntque in infernum vivi: Coritas vero per ignem Deus pessum dedit.

a Num. xvi. 13. *b* Num. xii. 2. *c* Num. xvi. 3. *d* Exod. II. 14. *e* Num. xii. 3. *f* Exod. vii. &c. *g* Exod. xv. 25. *h* Exod. xvii. 6. *i* Exod. xvi. *k* Exod. xiii. 21. *l* Exod. xxxi. &c. *m* Exod. xxxiii. 11. *n* Deut. xxxiv. 10. *o* Num. xiv. 10. *p* Ibid. ℣. 15. *q* Ibid. ℣. 5.

1. Δι' αὐτῶν] Al. δι' αὐτοῦ. Cot.
2. Παρ' αὐτῶν μετ' αὐτῶν.] Posterius videtur esse prioris emendatio. Id.
3. Κρεωλογ.] Al. κρεωδοτήσαντα. Id. — Sic & alter cod. Vindob. Cler.

4. Ρουβηνῖται] Al. Ρουβηλῖται. Cot.
5. Καὶ λίθους ἔβαλλον κατὰ τοῦ Μωσέως.] In Josepho lib. 4. cap. 2. καὶ βάλλειν τὸν Μωσῆν ὡρμήκεσαν. *Tunc itaque populus*, ait Rufinus Interpres, *ut etiam Mosen lapidare aggressus est*. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Ὅτι ἀποσχίζει, οὐχ ὁ τῶν ἀσεβῶν χωριζόμενος, ἀλλ᾽ ὁ τῶν εὐσεβῶν ἀφιστάμενος.

Εἰ οὖν τοῖς διὰ φιλαρχίαν ἀποσχίσασιν, παραυτίκα Θεὸς ἐπήγαγε τὴν τιμωρίαν, πόσῳ μᾶλλον τοῖς αἱρέσεων ἀσεβῶν κατηγησαμένοις; οὐ σφοδροτέραν ἐπάξει τὴν τίσιν βλασφημοῦσιν αὐτοῦ πρόνοιαν ἢ τὴν δημιουργίαν; ἀλλ᾽ ὑμεῖς, ἀδελφοὶ, ἐκ τῆς γραφῆς παιδευόμενοι, φυλάσσεσθε μὴ ποιεῖν τὰ σχίσματα τῆς γνώμης, μήτε μὴν τῆς ἑνώσεως ὑμῶν· ὅτι σκοποὶ ἀπωλείας οἱ δόξης ἀθεμίτου ἄρξαντες καθίστανται τοῖς λαοῖς. ὁμοίως καὶ οἱ λαϊκοὶ, τοῖς τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ ἐναντία δογματίσασι μὴ πλησιάζετε, μηδὲ κοινωνοὶ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν γίνεσθε· λέγει γὰρ ὁ Θεός· Ἀποσχίσθητε ἐκ μέσου τῶν ἀνδρῶν τούτων, ἵνα μὴ συναπόλησθε αὐτοῖς· καὶ πάλιν· Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, ἀφορίσθητε, λέγει κύριος, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε, κἀγὼ εἰσδέξωμαι ὑμᾶς.

CAPUT IV.

Quod Schisma facit, non qui separat se ab impiis, sed qui a piis abscedit.

A SI ergo Schisma per ambitionem conflantibus, Deus confestim supplicium intulit; quanto magis hæresium impiarum auctoribus? Nonne vehementiorem inducet vindictam in eos, qui providentiam ejus aut creationem blasphemant? At vos fratres, ex Scriptura eruditi, cavete ne opinionum schismata faciatis, neque vero unitatis vestræ: quoniam qui nefariæ opinioni principes se præbuerunt, populis speculatores ad perditionem constituuntur. Similiter & vos Laici, iis qui contraria Dei consiliis tradunt dogmata ne accedatis, nec impietatis eorum fiatis participes: ait enim Deus: [a] *Disjungimini de medio horum virorum, ne cum eis pereatis*: & iterum: [b] *Exite de medio eorum, separamini,* [B] *dicit Dominus; & immundum ne tetigeritis; & ego recipiam vos.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε'.

Τίνος χάριν ἀπεβλήθη ὁ ψευδώνυμος Ἰσραὴλ, ἀπόδειξις ἐκ προφητικῶν προῤῥήσεων.

Φευκτέοι γάρ εἰσιν ὡς ἀληθῶς οἱ βλασφημοῦντες Θεόν. οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι τῶν ἀσεβῶν ἄγνοιαν ἔχουσι Θεοῦ· οὗτοι δὲ κακόνοιαν ὡς θεομάχοι νοσοῦσιν. ἐκ γὰρ τῆς κακίας τῶν [1] αἱρεσιωτῶν ἐξῆλθε μόλυσμα ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὥς φησιν Ἱερεμίας ὁ προφήτης. ἀποβληθείσης γὰρ τῆς συναγωγῆς τῆς πονηρᾶς ὑπὸ κυρίου τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ οἴκου ἀποῤῥιφέντος ὑπ᾽ αὐτοῦ, καθώς που φησίν· Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου· καὶ πάλιν Ἡσαΐας· Ἀνήσω τὸν ἀμπελῶνά μου, καὶ οὐ μὴ τμηθῇ, οὐδ᾽ οὐ μὴ σκαφῇ· καὶ ἀναβήσεται εἰς αὐτὸν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθα· καὶ ταῖς νεφέλαις ἐντελοῦμαι τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτὸν, ὑετόν. ἐγκαταλιπὼν οὖν τὸν λαὸν, ὡς σκηνὴν ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν [2] συκηλάτῳ, καὶ ὡς πόλιν πολιορκουμένην, περιελὼν δὲ ἀπ᾽ αὐτῶν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τὸν προφητικὸν ὑετὸν, ἐπλήρωσε τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν πνευματικῆς χάριτος, ὡς ποταμὸν Αἰγύπτου ἐν ἡμέραις νέων, καὶ ὑπερύψωσεν αὐτὴν ὡς οἶκον ἐπ᾽ ὄρους, ἢ ὡς ὄρος ὑπερφερὲς, ὡς ὄρος τετυρωμένον, καὶ ὄρος πῖον· ἐν ᾧ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ· καὶ γὰρ ὁ κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος· καὶ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ λέγει· Θρόνος δόξης ὑψωμένος, ἁγίασμα ἡμῶν· καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ λέγει· Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐπ᾽ ἄκρων τῶν ὀρέων, καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸν λαὸν ἐγκατέλιπε, καὶ τὸν ναὸν ἀφῆκεν ἔρημον, σχίσας τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ, καὶ λαβὼν ἀπ᾽ αὐτῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· Ἰδοὺ γάρ, φησιν, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος· καὶ δοὺς ἐφ᾽ ὑμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν τὴν πνευματικὴν χάριν, ὡς λέγει διὰ Ἰωὴλ· καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα, λέγει ὁ Θεὸς, καὶ ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται· πᾶ-

CAPUT V.

Qua de caussa rejectus fuerit, qui falso nominatur Israel, demonstratio ex propheticis prædictionibus.

VEre enim fugiendi sunt, qui Deo blasphemiam inferunt. Siquidem impiorum quamplurimi, Dei ignorantia tenentur: at hi malæ mentis vitio laborant, tamquam Dei hostes. Nam ex malitia hæreticorum [c] *egressa est pollutio in omnem terram*, [C] ut ait Jeremias propheta. Improba quippe synagoga repudiata a Domino Deo, & abjecta ab eodem domo; quemadmodum quodam in loco dicit: [d] *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam*; & iterum Esaias: [e] *Deseram vineam meam & non putabitur, neque fodietur; & ascendet in eam tamquam in terram incultam spina; & nubibus mandabo, ne pluant in eam imbrem*: derelicto, inquam, populo, instar tabernaculi in vinea, & instar [f] pomarii in cucumerario, & instar civitatis obsessæ; detractoque eis Spiritu sancto ac imbre prophetico; implevit Ecclesiam suam gratia spirituali, [g] velut fluvium Ægypti in diebus novorum, & valde exaltavit eam, sicut domum in montem [D] sitam, vel sicut montem excelsum, [h] sicut montem coagulatum, & montem pinguem; *in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus inhabitabit in finem*: & in Jeremia dicit: [i] *Thronus gloriæ elevatus, sanctuarium nostrum*; & in Esaia: [k] *Et erit*, inquit, *in novissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in vertice montium, & elevabitur super colles*. Quia ergo & populum reliquit, ac templum dimisit desolatum, velo templi scisso, ablatoque ab iis Spiritu sancto: [l] *Ecce* enim, inquit, *relinquetur vobis domus vestra deserta*; & dedit vobis, qui estis ex Gentibus, spiritualem gratiam, quemadmodum ait per Joelem: [m] *Et erit post hæc, dicit Deus; & effundam de* [E] *spiritu meo super omnem carnem; & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ visiones videbunt, & senes vestri somnia somniabunt*: omnem enim ver-

a Num. XVI. 21. *b* II. Cor. VI. 17. *c* Jer. XXIII. 15. *d* Jer. XII. 7. *e* Isa. V. 6. *f* Isa. I. 8. *g* Eccli. XXIV. 35. *h* Psal. LXVII. 16. *i* Jer. XVII. 12. *k* Isa. II. 2. *l* Matth. XXIII. 38. *m* Joel. II. 28.

1. Αἱρεσιωτῶν.] Natalibus hujus vocis interfuerint docti viri oportet: adeo negant Ignatio per tempora licuisse eam usurpare. Usurpat enim qui non diu post Ignatium scripsit Justinus in Dialogo cum Tryphone p. 306. Sed & multas similis terminationis agnoscit antiqua Græcia. ἡλικιῶται. θιασῶται. πατριῶται. νησιῶται. στασιῶται. στρατιῶται. &c. quod non debuerunt ignorare. COT.

2. Συκηλάτῳ.] Rectius σικυηλάτῳ. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

σαν γὰρ δύναμιν λόγου ϰ̀ ἐνέργειαν, ϰ̀ τὴν [1] ποίαν A δὲ ἐπισκοπὴν ἀπάρας ὁ Θεὸς ἐκ τȣ̃ λαȣ̃, εἰς ὑμᾶς τὰς ἐξ ἔθνων ἔθετο. διὰ γὰρ τȣ̃το ζηλώσας καὶ ὁ διάβολος τὴν ἁγίαν τȣ̃ Θεȣ̃ ἐκκλησίαν, μετέστη εἰς ὑμᾶς, ἐπεγείρας ὑμῖν θλίψεις, διωγμȣ̀ς, ἀκαταστασίας, βλασφημίας, σχίσματα, αἱρέσεις. ἐκεῖνον γὰρ τὸν λαὸν διὰ τῆς χριστοκτονίας εἰς ἑαυτὸν ἐπηγάγετο· ὑμᾶς δὲ ἀποστάντας αὐτȣ̃ τῆς ματαιότητος, ἄλλο τε ἄλλως πειράζει, ὡς ϰ̀ τὸν μακάριον Ἰώβ. καὶ γὰρ τῷ μεγάλῳ ἀρχιερεῖ Ἰησȣ̃ τῷ τȣ̃ Ἰωσεδὲκ [2] ἀντέκειτο· ϰ̀ ἡμᾶς πολλάκις ἐξῃτήσατο [3] ἐξυδαρωθῆναι, ὅπως ἐκλίπῃ ἡ πίστις ἡμῶν· ἀλλ᾽ ὁ ἡμέτερος κύριος ϰ̀ διδάσκαλος, ἐν δίκῃ καταστήσας αὐτὸν, ἔλεγεν αὐτῷ· Ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ, διάβολε, ϰ̀ ἐπιτιμήσαι κύριος ἐν σοὶ, ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἰερȣσαλήμ· B οὐκ ἰδȣ̀ τȣ̃το ἐξεσπασμένον, ὡς δαλός; Καὶ ὁ εἰπὼν τότε τοῖς παρεστῶσι τῷ ἀρχιερεῖ· Περιέλετε τὰ ἱμάτια τὰ ῥυπαρὰ ἀπ᾽ αὐτȣ̃· ϰ̀ ἐπειπών· Ἰδȣ̀ ἀφῄρηκα τὰς ἀνομίας σου ἀπὸ σου· ȣ̃τος ἐρεῖ ϰ̀ νῦν, ὡς ϰ̀ πάλαι συνηθροισμένων ἡμῶν, ἔλεγεν περὶ ἡμῶν, ὅτι ἐδεήθην, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις ὑμῶν.

A bi vim & efficacitatem & visitationem hujusmodi, Deus sublatam ex populo Judaico, in vobis qui eratis Gentiles, collocavit. Propter hoc, inquam, diabolus, invidens sanctæ Dei Ecclesiæ, ad vos se contulit, suscitavitque vobis afflictiones, persecutiones, seditiones, blasphemias, schismata, hæreses. Illum siquidem populum per Christi necem in potestatem redegerat: vos vero, qui ab illius vanitate defecistis, variis modis subinde tentat; ut beatum Jobum. Etenim [a] magno pontifici Jesu filio Josedeci adversabatur [ad breve tempus;] & [b] nos sæpe expetivit, ut instar aquæ difflueremus, quo deficeret fides nostra: sed noster Dominus ac Magister, illi in judicium statuto dixit: [c] *Increpet* B *Dominus in te, diabole, & increpet Dominus in te, qui elegit Hierosolymam: nonne ecce hoc erutum, ut torris?* Quique dixit tunc iis qui summo sacerdoti assistebant: *Detrahite vestimenta sordida ab eo*; & subjunxit: *Ecce abstuli iniquitates tuas a te*; is dicet etiam nunc, sicut & aliquando nobis congregatis, de nobis pronuntiavit: [d] *Rogavi ut non deficiat fides vestra.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ΄.

Ὅτι καὶ παρὰ Ἰουδαίοις συνέστη θεομισὴς διδασκαλία διαφόρων αἱρέσεων.

Εἶχε μὲν οὖν καὶ ὁ Ἰουδαϊκὸς ὄχλος αἱρέσεις κακίας. καὶ γὰρ καὶ Σαδδουκαῖοι ἐξ αὐτῶν, οἱ μὴ ὁμολογȣ̃ντες νεκρῶν ἀνάστασιν· καὶ Φαρισαῖοι, οἱ [4] τύχῃ ϰ̀ εἱμαρμένῃ ἐπιγράφοντες τὴν τῶν ἁμαρτανόντων πρᾶξιν· ϰ̀ [5] Βασμώθεοι, οἱ πρόνοιαν ἀρνούμενοι, ἐξ αὐτομάτου δὲ φορᾶς λέγοντες τὰ ὄντα συνεστάναι, καὶ ψυχῆς τὴν ἀθανασίαν περικόπτοντες· καὶ [6] Ἡμεροβαπτισταὶ, οἵτινες καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τοὺς πίνακας ἤτοι κρατῆρας ϰ̀ ποτήρια καὶ καθίσματα ἐὰν μὴ καθάρωσιν, ὕδατι, οὐδενὶ χρῶνται· καὶ οἱ ἐφ᾽ ἡμῶν [7] νῦν φανέντες Ἐβιωναῖοι, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι βουλόμενοι, ἐξ ἡδονῆς ἀνδρὸς καὶ συμπλοκῆς Ἰωσὴφ D

CAPUT VI.

Quod etiam apud Judæos exstiterit diversarum hæresium odiosa Deo doctrina.

C Scilicet Judaicus quoque populus habuit nequitiæ hæreses. Etenim [e] Sadducæi, qui non confitentur mortuorum resurrectionem, ex Judæis orti sunt; & Pharisæi, qui fortunæ ac fato opera peccantium adscribunt; & Masbothei, qui providentiam negant, afferunt autem cuncta ex fortuito motu constare, atque immortalitatem animi rescindunt; & Hemerobaptistæ, qui quotidie, nisi abluant se, non comedunt, immo & lectis, catinis, crateribus, poculis ac sedilibus, nisi aqua purgaverint, nullatenus utuntur; & Ebionæi nostra ætate nunc exorti, qui Filium Dei volunt esse nihil aliud quam hominem; ex voluptate viri, & D Josephi ac Mariæ conjunctione natum affirmantes.

a Zach. III. 1. *b* Luc. xxii. 31. *c* Zach. III. 2. 4. *d* Luc. xxii. 32. *e* Matth. xxii. 23 Act. v. 17.

1. Ποίαν.] Alter Cod. Vind. ποίαν, ut legit Int. Latinus. Cler.
2. Αντέ.] Al. add. βραχύ. Cot.
3. Ἐξυδαρωθῆναι.] Non ineleganter cribrationem frumenti Luc. xxii. 31. transtulit ad aquæ effluvium; velut in Danaidum fabula. Id.
4. Τύχῃ καὶ εἱμαρμένῃ ἐπιγράφοντες τὴν τῶν ἁμαρτανόντων πρᾶξιν.] *Pharisæorum est hoc supercilium ut peccata propriæ voluntatis referant ad Conditoris injuriam, & illius justitiam calumnientur*, inquit Hieronymus II. adversus Pelagianos 10. Scio Pharisæos Josephi Antiqq. Jud. xiii. 9. xviii. 2. Bell. Jud. II. 12. quædam humana fato tribuere, non omnia; & ita fato cuncta assignare, ut liberum arbitrium tolli nolint, utque fato ad singula adjuvante manere dicant in nobis plerumque potestatem bene aut male agendi. Verum illi quoque qui adeo perplexim proposuerunt E doctrinam suam; merito (quidquid senserint) suspecti exstitere, atque adhuc sunt. Legendus Epiphanius. Id.
5. Βασμώθεοι.] Per litterarum transpositionem. De Masbothæis, Masbotheanis, & Masbotheo vide Hegesippum in Hist. Eusebii lib. 4. cap. 22. & Nicephori lib. 4. cap. 7. Theodoritum Hæretic. fabul. lib. 1. cap. 1. Sophronium Epistola ad Sergium Actione 11. Concilii Generalis 6. Item Indiculum Hæreseon Hieronymo tributum, Isidorum Originum viii. 4. Rabanum II. de Instit. Cleric. 58. Honorium Augustodunensem de Hæresibus; quibus in locis perperam *Marbonæi*. *Marbones*. *Marbonenses*. Factæ autem sunt voces a Sabbati vocabulo, ut & nomen Φιλοσαββάτιος apud Epiphanium Hæres. 51. n. 8. Sabbatum enim colebant isti Hæretici: quod ex Indiculo discimus. Unde & Sabbatini vocantur. in Præfatione Arabica ad Concilium Nicænum, quam Abrahamus Ecchellensis Latine interpretatus est. Id.
6. Ἡμεροβαπτισταί.] Nominantur Baptistæ a Justino Martyre in Dialogo p. 307. Joannes Nicænus Epistola ad Zachariam tom. 2. Auctarii Combefisiani p. 300. τῶν δὲ ἑπτὰ αἱρέσεων ὀνόματα, ταῦτα· πρῶτον Γραμματεῖς· δεύτερον Φαρισαῖοι· τρίτον Σαδδȣκαῖοι· τέταρτον Ἡμεροβάπτισοι· πέμπτον Ασιανοί· ἕκτον Ναζαραῖοι· ἕβδομον Ἡρωδιανοί. Emenda ex Epiphanio, Ἡμεροβαπτισταί· Οσσηνοί. Νασαραῖοι. Idem.
7. Νῦν φανέντες Ἐβιωναῖοι.] Ebionitarum, Semi-Judæorum, Semi-Christianorum, ideoque modo Judæis adnumeratorum, modo Christianis, ortus melius refertur cum Epiphanio & Hieronymo ad tempora Joannis Apostoli, quam ut in Chronico Alexandrino ad annum proximum a morte illius. Et benigno interprete eget illud Paciani Epist. 1. ad Sympronianum: *Ut Judæorum Hæreticos prætermittam, Dositheum Samaritanum, Sadducæos, & Pharisæos; quanti Apostolorum temporibus emerserint, dinumerare perlongum est; Simon Magus, & Menander, & Nicolaus, & ceteri, quos fama recondit obscura. Quid postremis temporibus Ebion, & Apelles, & Marcion, & Valentinus, & Cerdon, nec longe post eos, Cataphryges, & Novatiani?* Hujus sectæ princeps Ebion docuit suos, pari modo atque Cerinthus & Carpocrates, Christum ex Josepho & Maria, instar ceterorum hominum, genitum fuisse. Ubi corrigere oportet Irenæum lib. 1. cap. 26. tollendo particulam negantem ex his verbis: *Qui autem dicuntur Ebionæi, consentiunt quidem mundum a Deo factum: ea autem quæ sunt erga Dominum, non similiter ut Cerinthus & Carpocrates opinantur*. Patet per alia Irenæi loca. Postea divisi sunt Ebionæi; quia illorum nonnulli partus virginei miraculum agnoverunt. Joculari porro menda, in Paschasio Ratberto ad Matth. xxvi. 17. pag. 1088. excusum invenies *Obionita* pro *Ebionitæ*. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

καὶ Μαρίας αὐτὸν γεννῶντες· οἱ δὲ τούτων πάντων A ἑαυτοὺς χωρίσαντες, καὶ [1] τὰ πάτρια φυλάσσοντες, εἰσὶν Ἐσσαῖοι. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ προτέρῳ λαῷ. καὶ νῦν ὁ πονηρὸς, σοφὸς ὢν τοῦ κακοποιῆσαι, καὶ τὸ καλὸν ὅτι ποτέ ἐστιν ἀγνοῶν, ἐξ ἡμῶν τινὰς ἐκβαλὼν, ἐνήργησεν ἐν αὐτοῖς αἱρέσεις καὶ σχίσματα.

Qui vero ab iis omnibus separarunt se, ac patrios ritus servant, Essæi sunt. Atque hæc [a] in priore populo. Nunc autem Malus seu diabolus, utpote ad malefaciendum sapiens, at boni omnino ignarus, ex nobis quosdam excussit, atque in iis hæreses ac schismata operatus est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Ὁπόθεν ἀνέφυσαν αἱ αἱρέσεις, καὶ ὅς τις αὐτῶν ἀρχηγὸς τῆς ἀσεβείας γεγένηται.

Ἡ Δὲ καταρχὴ τῶν νέων αἱρέσεων γέγονεν οὕτως. Σίμωνα τινὰ [2] ἀπὸ Γιτθῶν οὕτω καλουμένης κώμης, Σαμαρέα, τῇ τέχνῃ μάγον, ἐνδυσάμενος B ὁ διάβολος, ὑπηρέτην αὐτοῦ τῆς μοχθηρᾶς γνώμης ἐποιήσατο. ἡνίκα δὲ Φίλιππος, ὁ [3] συναπόστολος ἡμῶν, τῇ τοῦ κυρίου δόσει, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος

CAPUT VII.

Unde prodierint hæreses, & quis fuerit impietatis earum dux & auctor.

HÆreses vero novæ initium habuere isto modo. Simonem quemdam, ex vico Gitthorum dicto, Samaritanum, arte magum, diabolus cum invasisset, ministrum suæ pravæ voluntatis effecit. Quando enim [b] Philippus Coapostolus noster, Domini munere atque Dominici Spiritus vir-


a Jerem. IV. 22. *b* Act. VIII.

1. Τὰ πάτρια φυλάσσοντες.] Philo, describens Essæos actioni deditos, τὸ ἠθικὸν εὖ μάλα διαπονοῦσιν, ἀλείπταις χρώμενοι τοῖς πατρίοις νόμοις: & in descriptione Essæorum contemplatorum, φιλοσοφοῦσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν. Notabuntur a lectore studioso verba Georgii Cedreni edit. Basil. p. 164. Regiæ vero p. 199. μετὰ τῆς συνήθους σιωπῆς καὶ σεμνοπρεποῦς καταστάσεως, ἐπ' εὐχὰς πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχονται, τοὺς βραχυτάτους ὕπνους καὶ κουφοτάτους ἐκτιναξόμενοι. ὑπὲρ ἐστιν αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις, &c. hoc est; Esseni *cum solito silentio, & decora gravitate, rursus ad preces conveniunt, brevissimum ac levissimum somnum excussuri.* C *Cujus quidem rei caussa est sobrietas continua*: & committentur cum his Josephi, de Bello Judaico lib. 2. c. 12. p. 786. e quibus expressa sunt, quæque exstant etiam in Porphyrio lib. 4. de Abstinentia a rebus animatis, indeque apud Eusebium Præpar. Evangel. IX. 3. καὶ τοῖς ἔξωθεν ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν, ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. τούτου δὲ αἴτιον, ἡ διηνεκὴς νῆψις. *Eorumque silentium*, vertit Rufinus, *extra tectum constitutis, arcanum quoddam videatur horribile. Cujus quidem rei perpetua sobrietas caussa est.* Etenim in loco Josephi de somno ne verbum quidem: rectius tamen sobrietas dicitur esse caussa somni brevis levisque, quam silentii. Amplius cogitemus. Nollem vero tantopere peccasse Hieronymum, virum sane maximum, sed fatali illa sua properantia sæpe lapsum, quando Joviniano objicit: *Josephus in secunda Judaicæ Captivitatis Historia, & in octavo decimo Antiquitatum libro, & contra Apionem duobus voluminibus, tria describit Dogmata Judæorum, Pharisæos, Sadducæos, Essenos: quorum novissimos miris effert* D *laudibus, quod & ab uxoribus & vino & carnibus semper abstinuerint, & quotidianum jejunium verterint in naturam, Super quorum vita & Philo, vir doctissimus, proprium volumen edidit.* Scilicet, nec disputans adversus Apionem Josephus mentionem fecit Sectarum Judaicarum: nec ullibi tradit Essenos vino & carnibus abstinuisse, aut quotidie jejunasse: immo contrarium edocet περὶ ἁλώσεως lib. 2. cap. 12. Sed qui Esseni perpetuo jejunabant, nec umquam carne & vino utebantur, sunt illi a Philone Judæo litteris commendati. COT.

2. Ἀπὸ Γιτθῶν.] *E Gitthis.* Nam Γιτθῶν malim; quamvis apud Georgium Syncellum p. 331. Γηταὼν legatur. Nomen loci puto fuisse גת, unde Scriptoribus Ecclesiasticis κώμη Γίττων, vel Γιττῶν, Γιτθῶν, Γηθῶν. Pag. 333. Syncelli, Γηττῶν, Γαιτθὼν. In Eusebii autem Chronicis Γηθῶν, pro quo male excuderunt Γηθῶ. Et in Timotheo Presbytero de receptione Hæreticorum, Cod. Reg. 2336. E Γετθῶν, ut Clementinorum II. 22. nec non apud Palladium Dialogo de vita S. Chrysostomi paullo post initium, p. 6. editionis quam sub prælo habet Bigotius noster, variæ doctrinæ & felicis curiositatis nominibus celeberrimus. Sic Josephus גת Palæstinæ urbem; quæ ipsi, & apud Stephanum Polybio, Γίττα, Bibliorum Interpretibus Γὲθ, ac *Geth*, Plinio *Getta*; appellat etiam Γιττῶν πόλιν. ID.

3. Ὁ συναπόστολος ἡμῶν.] Eorum qui Ecclesiæ Magistros temere aut absolutos volunt, aut condemnant, insigne exemplum suppeditatur nobis per Rufinum, Cedrenum, & Nicephorum, in iis quæ apud Eusebium ad novi Testamenti Philippos, Apostolum & Diaconum pertinent. Etenim Rufinus interpretans illud Polycratis Ephesiorum Episcopi, relatum Historiæ Eusebianæ lib. 3. c. 31. & lib. 5. cap. 24. Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, quo tegeret errorem confusorum in unum duorum Philipporum, datarumque Apostolo filiarum, quæ erant Diaconi, in primo loco suppressit numerum; *qui fuit*, inquit, *unus ex Apostolis.* & in altero multo pejus unum e duodecim Apostolis mutavit in Evangelistam. Atque majori facinore idem hunc ad modum citatur a Cedreno edit. Basil. p. 203. Reg. 247. Φίλιππος ὁ ἐκ τῶν ἑπτὰ διακόνων. *Unus de septem Diaconis.* Contra Nicephorus Hist. lib. 3. cap. 20. non intellectis verbis Eusebii lib. 3. cap. ult. quæ etiam Rufinus contaminavit more suo, Papiam accusat, & cum Luca committit, quasi Philippum patrem filiarum Prophetidum scripserit fuisse unum duodecim Apostolorum, non autem, ut Lucas in Actis refert, unum e Diaconis septem. Venio jam ad Constitutionem; & dico, quod cum certum sit, & a multis etiam Veteribus observatum, Apostoli nomen indi quoque viris Apostolicis, qualis exstitit Philippus Diaconus & Evangelii prædicator; erroris forsan immunes fuerunt Constitutor hic, Clemens Alexandrinus Strom. III. p. 448. Tertullianus cap. 18. lib. de Baptismo, Chrysostomus Homil. 35. in Genesim, Burchardus in Descriptione terræ sanctæ, & si qui alii: si nempe Philippum Diaconum intelligentes, appellavere Apostolum, & cum majoribus Apostolis conjunxere. Infra certe lib. ult. cap. ult. qui Eunuchum Candaces Reginæ baptizavit Philippus, Diaconus dicitur: ut ne amplius post Bellarminum asseratur Noster ideo Philippum baptizatorem Simonis magi, fecisse Apostolum, quia per solos sacerdotes Baptismum conferri volebat. Alia ratio est cum Augustini, tum Pseudo-Epiphanii, Pseudo-Dorothei, Pseudo-Isidori vel Isidori, Græci qui nonnulla inseruit Catalogo Hieronymiano, & Freculfi. S. Augustinus Tractatu 6. in Joannem dubitat de Philippo Christi præcone in Samaria & Simonis ad fidem deductore, Act. VIII. fueritne unus ex Apostolis, sive ex Diaconis: & initio Operis de doctrina Christiana eum Apostolum vocat: at Sermone in Vigiliis Pentecostes, re diligentius expensa, favet veræ sententiæ. Ceteros memoratos in fraudem manifesto egit Historiæ Ecclesiasticæ auctoritas, & Catalogi Hieronymiani in Polycrate. Libellus cui titulus, τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου ἐπισκόπου Κύπρου περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ποῦ ἕκαστος ἐκήρυξε, καὶ πῶς καὶ ποῦ ἐτελεύτησαν, καὶ τὰ ἅγια αὐτῶν σώματα ποῦ κεῖνται καὶ ἐν ποίοις τόποις. Codice 1026. Regiæ Bibliothecæ; Φίλιππος δὲ ὁ ἀπόστολος· οὗτος ἦν ἀπὸ Βηθσαϊδὰ ἐκ τῆς κώμης Πέτρου καὶ Ἀνδρέου· ἐν δὲ τῇ ἄνω Φρυγίᾳ ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον· θνήσκει δὲ ἐν Ἱεραπόλει, καὶ ἐκεῖ θάπτεται ἐνδόξως μετὰ τῶν αὐτοῦ. Dictus Dorotheus, in membranis Regiis: Φίλιππος δὲ ὁ ἀπόστολος ἐν Φρυγίᾳ κηρύξας τὸ εὐαγγέλιον, θάπτεται ἐν Ἱεραπόλει μετὰ τῶν ἑπτὰ θυγατέρων αὐτοῦ, ὧν Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν ταῖς πράξεσιν τῶν ἀποστόλων ἀπεμνημόνευσεν. Non animadvertit, quemadmodum nec Eusebius lib. 3. cap. 31. quod recte objicitur a Notkero Martyrologo, ac per se patet, Lucam Act. XXI. 8. 9. loqui de Philippo uno e septem Diaconis. Unde a Dorotheo Latino abest Lucæ allegatio: atque Nicephorus lib. 2. cap. 44. verba Eusebii ad contrarium sensum deduxit. Porro suspectus mihi semper fuit interpolationis, locus Adonis libro de festivitatibus, ubi Philippus Apostolus dicitur *dormisse apud Hierapolim Asiæ civitatem cum patribus suis beato fine sepultus.* Idque duas ob caussas. Quarum prima, similes loci: Dorothei; (ut Hieronymum & Abdiam omittam) *Hierapoli vero cum filiabus suis honorifice sepultus est.* Quæ Græce habentur in Catalogi amplificatione: Rufini vertentis Eusebium; *cujus sepulcrum est apud Hierapolim Asiæ urbem, una cum filiabus suis:* Isidori de vita & morte sanctorum cap. 75. & Freculfi in Chronicis; *simul cum filiabus suis ibidem requiescit.* Secunda caussa, ejusdem Adonis verba hæc in Philippo Diacono; *Apud Cæsaream*

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 320.



αὐτῷ ἐνεργείᾳ δυνάμεις ἰαμάτων ἐπετέλει ἐν Σαμαρείᾳ, ὡς καταπλαγέντας τοὺς Σαμαρεῖς, εἰς πίστιν ἐλθεῖν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ καὶ τοῦ κυρίου, Ιησοῦ, καὶ βαπτίσασθαι εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ἤδη δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος σημεῖα καὶ τέρατα θεασαμένου ἄνευ μαγγανείας τινὸς γοητικῆς ἐπιτελούμενα, καὶ εἰς θαῦμα καταπεσόντος, καὶ πιστεύσαντος, καὶ βαπτισθέντος, καὶ προσκαρτεροῦντος τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ· ἀκούσαντες ἡμεῖς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπάρξασαν Σαμαρεῦσι διὰ Φιλίππου, παρεγενόμεθα πρὸς αὐτοὺς, καὶ πολὺ συμβαλλόμενοι τῷ λόγῳ τῆς διδασκαλίας, πᾶσι τοῖς βεβαπτισμένοις ἐπιτιθέντες τὰς χεῖρας, ἁγίαν τὴν τοῦ πνεύματος μετουσίαν ἐδωρούμεθα. ἰδὼν δὲ Σίμων ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν ἡμῶν δίδοται τὸ πνεῦμα τοῖς πιστεύουσι, λαβὼν χρήματα προσήνεγκεν ἡμῖν, λέγων· Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα κἀγὼ ᾧ ἂν ἐπιθῶ τὴν χεῖρα, λαμβάνῃ πνεῦμα ἅγιον· βουλόμενος ὡς τὸν Ἀδὰμ τῇ γεύσει τοῦ ξύλου, τῆς κατ' ἐπαγγελίαν ἀθανασίας [1] ἐστέρησεν, οὕτω καὶ ἡμᾶς τῇ λήψει τῶν χρημάτων θέλξας, τῆς δόσεως τοῦ Θεοῦ [2] περιγράψαι, ὅπως ἀντικαταλλαξάμενοι ἀποδώμεθα αὐτῷ χρημάτων τὴν ἀτίμητον τοῦ πνεύματος δωρεάν. πάντων δὲ ἡμῶν ἐπὶ τούτῳ ταραχθέντων, ἀτενίσας ἐγὼ Πέτρος εἰς τὸν ἐν αὐτῷ κακοῦργον ὄφιν, εἶπον τῷ Σίμωνι· Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι· οὐκ ἔστι σοι μερὶς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, οὐδὲ κλῆρος ἐν τῇ πίστει ταύτῃ· ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ κυρίου, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου· εἰς γὰρ χολὴν πικρίας, καὶ σύνδεσμον ἀδικίας θεωρῶ σε ὄντα. Ἀλλὰ τότε μὲν ὁ Σίμων ἔμφοβος γενόμενος, φησί· Παρακαλῶ, δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ, ὧν εἰρήκατε.

A tute miracula sanationum in Samaria perpetrabat; ita ut Samaritani obstupefacti, ad credendum in omnium rerum Deum ac in Dominum Jesum adducerentur, & in nomine ejus baptizarentur: cumque jam ipse quoque Simon signa & prodigia sine ullis præstigiis magicis perfici intuitus ac admiratus, credidisset, & baptizatus fuisset, & perseveraret in jejunio ac oratione: tunc nos, audientes de gratia Dei Samaritanis per Philippum concessa, ad eos venimus, multumque adauximus sermonem doctrinæ, ac impositis manibus super omnes baptizatos, per preces Spiritum sanctum illis communicabamus. Cernens autem Simon, quod nostrarum manuum impositione daretur credentibus Spiritus B sanctus, accipiens pecuniam, nobis obtulit, dicens: [a] *Date & mihi hanc potestatem, ut cuicumque etiam ego imposuero manum, accipiat Spiritum sanctum*: volens, *diabolus*, ut [b] quemadmodum Adamum per gustatum arboris pomum, promissa immortalitate privavit, sic nos captura pecuniæ delinitos, e dono Dei expungeret, dum permutatione facta traderemus ei pro pecunia inæstimabilem Spiritus gratiam. Ceterum nobis omnibus hanc ob rem commotis, ego Petrus intuens in maleficum serpentem qui hominem occupabat, dixi Simoni: [c] *Argentum tuum tecum sit in perditionem; quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars in sermone isto, neque sors in ista fide:* C *cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age, de hac nequitia tua; & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis cerno te esse.* Quo quidem tempore Simon perterritus, [d] *Obsecro*, inquit, *precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum quæ dixistis.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ή.

Τίνες τῆς Σίμωνος ἀσεβείας διάδοχοι, καὶ οἵων αἱρέσεων κατῆρξαν.

Ηνίκα δὲ ἐξήλθομεν ἐν τοῖς ἔθνεσι κηρύσσειν τὸν λόγον τῆς ζωῆς, τότε ἐνήργησεν ὁ διάβολος εἰς τὸν λαὸν ἀποστεῖλαι ὀπίσω ἡμῶν ψευδαποστόλους εἰς βεβήλωσιν τοῦ λόγου· καὶ προεβάλοντο [3] Κλεόβιόν τινα, καὶ παρέζευξαν τῷ Σίμωνι· οὗτοι δὲ μαθητεύουσιν [4] Δοσιθέῳ τινὶ, ὃν καὶ παραδοκι-

CAPUT VIII.

Quinam successerint Simonis impietati, & quas hæreses induxerint.

D Cum vero digressi sumus ad prædicandum in Gentibus verbum vitæ, tunc diabolus effecit in populo, ut post nos mitteret Pseudoapostolos ad verbi profanationem. Ac præmissus est Cleobius quidam, & Simoni adjunctus: ii autem discipuli erant cujusdam Dosithei, quem & superatum e pri-

a Act. VIII. 19. b Gen. III. c Act. VIII. 20-23. d Ibid. ℣. 24.

requievit. Juxta quem tres virgines filiæ ipsius Prophetissæ tumulatæ jacent: nam quarta filia illius plena Spiritu sancto in Ephese occubuit. Quidam tamen putant apud Hierapolim eas tumulatas, ubi Apostolus Philippus unus de duodecim quiescit: cujus fuisse filiæ ab aliquibus Scriptoribus putatæ sunt. Conjectabam, a recentiore quodam expunctum *filiabus*, inductumque *patribus*. Sed doctiorum ac prudentiorum esto judicium. Cot.

1. Ἐστέρησεν.] In utroque Cod. Vind. sequitur ὁ Διάβολος & pro θέλξας legitur ἀπατήσας. Cler.

2. Περιγράψαι.] Uterque στερῆσαι, &, sequitur: ὑπὸ τοῦ διαβόλου πεισθεὶς καὶ ὁ Σίμων κινηθεὶς προσήνεγκε χρήματα ὅπως &c. Quæ re vera a librariis omissa videntur. Id.

3. Κλεόβιον.] Ad loca quæ de Cleobio sive Cleobulo doctissimus Usserius citat in Epistolam Ignatianam ad Trallianos, adde duo Theodoriti, Hæreticarum Fabularum lib. 1. cap. 1. ubi non scripserim ut vulgo Κλεοβιανοὶ, sed Κλεοβιανοὶ, quod etiam apud Eusebium legebant Rufinus ac Nicephorus: & lib. 2. in præfatione. Item alium Sophronii in Synodo Generali sexta, & alium Nicetæ Pectorati libro contra Latinos. Auctor Operis imperfecti, ad Matth. XXIV. 5. *Hoc & Apostolus dixit his qui fuerant antequam caperetur Hierusalem, quia prius venturi fuerant Pseudo-Christi. Etenim hoc erat signum primum destructionis Hierusalem. Quod vere factum est. Venerunt enim Dositheus, & Simon, & Cleonius, & Varisuas in nomine Christi, & alii multi, quos Apostolus in Epistolis suis tangit.* Quis non videat statim veram lectionem, *Cleovius*, qui est Cleobius? Sed in nominis sequentis reconditiori emendatione aliquamdiu hæsi, nescius quo me pacto expedirem: donec non infeliciter, ni fallor, subierunt mentem famosi impostores *Varjesus*, Barjesus, & *Varchosivas*, Barchosibas, Barchozibas, aliter Barchochebas. Cot.

E 4. Δοσιθέῳ.] Qui & Δοσθῆς ab Eulogio vocatur apud Photium: unde Δοσθηνοὶ ibidem, & in Damasceni libro de Hæresibus membraneo Bibliothecæ Regiæ. Super Dositheo & Dositheanis conciliabuntur levi negotio quæ in speciem pugnantia occurrunt apud Scriptores varios, Pseudo-Clementem, Tertullianum, Origenem, Eusebium, Pacianum, Epiphanium, Chrysostomum in Catena ad Matthæum, Pseudo-Chrysostomum in eumdem Evangelistam, Hieronymum, Theodoritum, Vigilium Tapsensem, Sophronium, Damascenum, Photium, Theophanem Cerameum, Theophylactum, Nicetam Choniatem, Nicephorum, & Auctorem Chronici Samaritani citatum ab Ecchellensi ad Hebedjesu; si duo admittantur Dosithei, uterque Hæresiarcha, impugnator librorum Propheticorum, & sacræ Scripturæ corruptor. Primus ante Christum, ex Judæo Samaritanus, & origo Sadducæorum, qui resurrectionem carnis agnoverit, docueritque severitatem morum, abstinentiam ab animatis, jejunium, virginitatem & continentiam. Alter post ortum Christi, Pseudo-Christus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

μήσαντες ἐξώσαντο τῆς ἀρχῆς. εἶτα καὶ ἕτεροι ἑτέρων κατῆρξαν ἐκτόπων δογμάτων, [1] Κήρινθος, καὶ [2] Μάρκος, καὶ [3] Μένανδρος, καὶ [4] Βασιλείδης, καὶ [5] Σατορνῖλος. τούτων [6] οἱ μὲν πολλοὺς θεοὺς, οἱ δὲ, [7] τρεῖς ἐναντίους, ἀνάρχους, ἀεὶ συνόντας ἐ-

A matu ejecerunt. Postea alii quoque aliorum absurdorum dogmatum auctores exstiterunt, Cerinthus, Marcus, Menander, Basilides, & Saturnilus. Ex iis alii quidem celebrant plures deos; alii vero tres contrarios, principio carentes, semper una exsisten-

Samarita, Simonis magi primo magister, postea discipulus, qui negaverit resurrectionem corporum, animæ immortalitatem, substantiam Angelorum ac Dæmonum, asseruerit vero mundum esse incorruptibilem. His ita constitutis, erroris arguemus Philastrium, quod veteri Dositheo ea assignet quæ recentiori fuerant tribuenda. Quin etiam a Theodorito ac Sophronio minus accurate Dositheus & Dositheani ponuntur post Simonem & Simonianos. COT.

1. Κήρινθος.] Nescit S. Epiphanius an Merinthus idem sit cum Cerintho, an alter ab illo ejusdem sententiæ Hæreticus. Suspicari vero quis posset, Cerinthum per ludibrium & opprobrium accepisse nomen Merinthi, μηρίνθυ, id est, laquei. Sed arbitrarium hoc sit. Haud dubium certe, quin Cerinthi nomen exciderit e Scholiis Maximi ad Dionysii Epistolam 8. quod Paraphrasis Georgii Pachymeræ retinet, atque etiam Mss. codices. ID.

2. Μάρκος.] De multis quæ ad Marcum hunc magum pertinentia discimus ex Irenæi Martyris Opere adversus Hæreses, unum est, deceptio complurium feminarum ad Rhodanum per illius discipulos. Id mirum in modum verbis auget & amplificat Hieronymus Epistola 29. & sub finem 17. Commentariorum in Esaiam: nimiumque confidens memoriæ suæ, cum alia Irenæo affingit, tum profectionem Marci Ægyptii in Gallias & Hispanias. Jam quod Hæresim Gnosticorum primus Hispanis intulerit Marcus Memphites, cujus auditores Agape & Helpidius Priscillianum instituerint, refertur a Severo: magna incuria temporum, si magum nostrum intelligit: incerta vero ac falsæ propiori fama, si alium: cum longe verisimilius fiat, immo tantum non constet, eam Hæresim a Marci discipulis aut aliis Gnosticis in Hispania seminatam; forsanque ibi conservatam latenter, pravo Agapes, Helpidii, Priscilliani, nec non aliorum studio repullulasse. Adeo ut occasione veteris Marci non satis cogniti, recentior iste Marcus hypobolimæus prodierit: nescio an creditus quoque Idacio apud Isidorum cap. 2. libri de viris illustribus, tamquam Memphiticus, magiæ scientissimus, discipulus Manis, & magister Priscilliani: ita enim quidam Codices Isidori; cum alii nonnulli Codices ejusdem tractatus faciant Marcum Manis & Priscilliani magistrum, quod de antiquo dici queat. Confirmatur nostra opinio auctoritate Hieronymi, in locis citatis; itemque in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, ubi Priscillianus dicitur accusari Gnosticæ, id est, Basilidis & Marci (ita veteres editiones cum libris Regiis) Hæreseos, de quibus Irenæus scripsit. Ceterum a Marco Hæretici, Justino sunt Marciani, Epiphanio Marcosii, Augustino Marcitæ, Marcunii in canone Nicæno Arabico 30. Turrianinæ editionis, denique Marcosæi Damasceno atque Timotheo Presbytero. ID.

3. Μένανδρος.] Huic patria fuit כפרת, opinor: Græce κώμη Καππαρετωίας, Καπαραττοῖκς, Καππαρατταίας, Καπαρατέας, (sic præstat legere in Nicephoro, quam Καπαρατεως,) Καππαρατλέας, Καππαραδέας, & Timotheo Presbytero Ms. Καπαρέτας. Longius abit Theodoritus. Μένανδρος, inquit, Σαμαρείτης, ἀπὸ Χαβραὶ κώμης. Quid si scriptum ab eo, Χαφρὰτ, & postea ex φ. factum β. ex τ. Dicti autem sunt Menandri sectatores, Menandriani. Item Menandrianistæ ab Hegesippo Eusebianæ Historiæ lib. 4. cap. 22. ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταί: cujus vocis divisio in duas, quasi prima syllaba esset particula μὲν, peperit Adrianistas hæreticos, cum Adriano hæresiarcha; ut videre est apud Theodoritum, Hæreticarum Fabularum lib. 1. cap. 1. lib. 2. in præfatione, apud Sophronium Epistola ad Sergium, & apud Nicephorum Hist. Eccles. IV. 7. ID.

4. Βασιλείδης.] Accipe verba S. Hieronymi libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, sed emendatiora, meo quidem judicio, quam excusa sint. *Agrippa, cognomento Castor, vir valde doctus, adversum viginti quatuor Basilidis Hæretici volumina, quæ in Evangelium confecerat, fortissime disseruit, prodens ejus universa mysteria, & Prophetas enumerans, Barcabam, & Barcop; & ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina; & Deum maximum ejus Abraxas, qui quasi annum continens, juxta Græcorum numerum supputetur. Moratus est autem Basilides, a quo Gnostici, in Alexandria, temporibus Hadriani: qua tempestate & Chochebas* (Ms. S. Germani *Chozebas*, ut in Historia Miscella.) *dux Judaicæ factionis, Christianos variis suppliciis enecavit.* Posui primo *Barcop*, loco *Marcob*, *Barchob*, vel *Barchon* in Freculfo; ut responderet Βαρκωφ Eusebii Hist. IV. 7. ac Theodoriti Hæret. Fabul. I. 4. quod ex Eusebio Præpar. Evang. X. 5. & Hieronymo Epist. 155. interpretari licet filium vocationis. Secundo posui *moratus est*, non ut vulgo *mortuus est*: quia sic reperi in quinque codicibus manu exaratis, Regiis quatuor, & uno Bibliothecæ Monachorum S. Germani: & quia idem Hieronymus vertens Chronica Eusebii hoc modo loquitur; *Basilides Hæresiarches in Alexandria commoratur: a quo Gnostici. Chochebas dux Judaicæ factionis nolentes sibi Christianos adversum Romanum militem ferre subsidium, omnimodis cruciatibus necat.* Nec enim ovum B ovo similius, quam hæc duo loca inter se sunt. Quia denique ex Stromateo Clemente colligi datur lib. 7. p. 764. Basilidem usque ad tempora Antonini Pii vitam produxisse. Atque hinc patet, quemadmodum legi debeat in Haereseon Indiculo, qui Hieronymo tribuitur: scilicet; *contra hunc Basilidem Agrippa, cognomento Castor, vir valde doctus, scribit, prodens universa ejus mysteria, & Prophetas enumerans, Barcabbam, & Barcop, & ad terrorem audientium alia etiam nomina barbara, religione composita; nominans etiam Deum maximum Abraxas, quasi annum continentem, si juxta Græcorum numerum computetur.* Nec minus claret, mendose apud Philastrium, ubi de Nicolao & Gnosticis, Barrabam vel Barrabbam locum occupare Barcabæ seu Barcabbæ: quod nominis auctore Epiphanio Hæresi 26. num. 2. significat Syriace filium stupri, Hebraice filium homicidii. Retrahendo denique syllabam fugitivam, ut scribendum in Anonymo, quem Sirmondus sub C titulo Prædestinati vulgavit, Hæresi 3. *Quod nomen Græca ratione litterarum in hanc summam supputando pertingit.* ID.

5. Σατορνῖλος.] Al. Στρατόνικος. Quanto notissimus Saturninus, tanto obscurissimus Stratonicus, fictitius ut videtur Hæreticus: nisi quis huc hariolando referre velit Stratioticos Epiphanii, Theodoriti, Sophronii, *Milites* dictos Philastrio, *quia de militaribus fuerunt*, affines forsan Hæmatitis apud Clementem Alexandrinum Stromateo 7. extremo. ID.

6. Οἱ μὲν πολλοὺς θεούς.] Id est αἰῶνας, cap. 10. Epiphanius Hæresi 31. num. 2. de Valentino, τριάκοντα αἰῶνας, οὓς καὶ θεοὺς ὀνομάζει. Ante Epiphanium, Origenes Homilia in librum Regnorum: *Hæreticorum quidam derelinquentes creatorem mundi, & filium ejus, fingunt sibi alium, nescio quem, excelsiorem Deum, & alios similiter introducunt, sive quos αἰῶνας, sive quos Deos appellant.* Vide Tertullianum I. adversus Marcionem 5. & 3. adversus Praxeam. D Vide etiam Ambrosium libro de Incarnationis Dominicæ Mysterio cap. 4, & Epistola 17.

Tantos esse Deos Basilidem credere jussit,
Quantos & dies annus habet.

Poeta incertus lib. 1. contra Marcionem. Emendabis autem ex Tertulliano & Philastrio Augustinum. *Ptolemæus quatuor Æonas, & alios quatuor asserere maluit.* Quod si splenem exercere utile est, leges inepta hæc inepti libelli quem Synodicum vocant, cap. 6. Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ, συναθροισθεῖσα ἀπὸ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Ἀχιλῶν (voluit dicere Ἀγχιάλου. Euseb. Hist. Eccl. V. 19.) Σωτᾶ, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα ἐπισκόπων· ἥτις ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε τὸν σκυτέα Θεόδοτον, καὶ Μόντανον σὺν Μαξιμίλλῃ, ὀκτακοσίους καὶ ἑβδομήκοντα ὀκτὼ αἰῶνας δογματίζοντα, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἶναι ἐπιφημίζοντα. Quot verba, tot jocularia figmenta. Et ad rem præsentem, E confunduntur Theodotus Coriarius, Theodotus Montanista, & Theodotus Valentinianus, procuduntur que Æones 878. quia plures vel pauciores non placebat. ID.

7. Τρεῖς.] Marcion, Marcionistæ, Lucianistæ, Ptolemaitæ, Syneros, Setianus, aut forte Sethiani, Theodotus, Manichæi, & Euchitæ in ea fuisse Hæresi dicuntur ab Auctore Dialogorum, apud Origenem, Eusebio Hist. V. 13. Athanasio de decretis Nicænæ Synodi pag. 275. & Oratione 4. adversus Arianos pag. 467. Cyrillo Hierosol. Catechesi 16. Epiphanio, Augustino, & Anonymo de Hæresibus, Gennadio cap. 52. de Dogmatibus, & Alcuino parte 3. Confessionis fidei num. 35. Psello sub initium Dialogi de operatione dæmonum, atque Scriptore Præfationis Arabicæ in Concilium Nicænum. Sed in mendo cubat Anonymus Sirmondi, Hæresi 21. Habet quippe *Syrinum* pro Augustini *Synerum*, qui Eusebio, Theodorito, Nicephoro, Σύνερος, Sophronio Σωηρός in libris impressis, (Σωήρως in codice Regio) Rufino quoque *Synerus*. ID.

SÆCUL.III. CIRCA ANN. CHR. 230.

αὐτοῖς, οἱ δὲ [1] ἀπείρους καὶ ἀγνώστους δοξάζουσι. καὶ οἱ μὲν [2] τὸν γάμον ἀθετοῦσιν, οὐκ εἶναι τοῦ Θεοῦ ἔργον δοξάζοντες· ἄλλοι δέ τινα τῶν βρωμάτων βδελύσσονται· οἱ δὲ ἀναίδην ἐκπορνεύουσιν, οἷοι οἱ νῦν [3] ψευδώνυμοι Νικολαῖται· [4] ὁ μέντοι Σίμων ἐμοὶ Πέτρῳ πρῶτον ἐν Καισαρείᾳ τῇ Στράτωνος, ἔνθα Κορνήλιος ὁ πιστὸς ἐπίστευσεν, ὢν ἐθνικὸς, ἐπὶ τὸν κύριον Ιησοῦν, δι' ἐμοῦ, συντυχών μοι ἐπειρᾶτο διαστρέφειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, συμπαρόντων μοι τῶν ἱερῶν τέκνων, Ζακχαίου τοῦ ποτὲ τελώνου, καὶ Βαρνάβα, καὶ Νικήτου καὶ Ακύλα ἀδελφῶν Κλήμεντος τοῦ Ρωμαίων ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου, [5] μαθητευθέντος δὲ καὶ Παύλῳ τῷ συναποστόλῳ ἡμῶν καὶ συνεργῷ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· καὶ τρίτον ἐπ' αὐτῶν διαλεχθεὶς αὐτῷ εἰς τὸν περὶ προφήτου λόγον, καὶ περὶ Θεοῦ μοναρχίας, ἡττήσας αὐτὸν δυνάμει κυρίου, καὶ [6] εἰς ἀφωνίαν καταβαλὼν, φυγάδα κατέστησα εἰς τὴν Ιταλίαν.

A tes; at alii innumeros ac ignotos: & nonnulli quidem nuptias rejiciunt, opinati eas non esse opus Dei; alii autem quædam ciborum genera abominantur; quidam vero impudenter fornicantur; quales qui nunc falso nomine dicti Nicolaitæ. Porro Simon cum mihi Petro primum obvius fuisset in Cæsarea Stratonis, ubi ille fidelis Cornelius [a], qui antea Gentilis erat, in Dominum Jesum per me credidit; verbum Dei conabatur pervertere; mecum autem aderant sancti filii: [b] Zacchæus olim publicanus, & Barnabas, & Nicetas atque Aquila fratres Clementis Romanorum Episcopi & civis, quique edoctus fuit a Paullo coapostolo nostro & ad Evangelium adjutore: cumque ter coram iis disceB ptassem quæstionem de Propheta, & de Monarchia, seu unitate Dei, atque illum virtute Domini devicissem, prostratumque obmutescere coegissem, effeci ut in Italiam fugeret.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Οπως ὁ Σίμων γοητείαις ποτὲ πτῆναι θελήσας, εὐχαῖς Πέτρου κατενεχθεὶς ἐξ ὕψους κάτω, συνετρίβη τοὺς πόδας καὶ [7] τὰς χεῖρε τοὺς [8] ταρσούς.

CAPUT IX.

Quo modo Simon cum quibusdam præstigiis volare instituisset, precibus Petri ex alto deorsum præcipitatus, pedum & manuum extremitates fregit.

Γενόμενος [9] δὲ ἐν Ρώμῃ, πολὺ τὴν ἐκκλησίαν ἔσκυλε, [10] πολλοὺς ἀνατρέπων, καὶ ἑαυτῷ περιποιούμενος, τὰ δὲ ἔθνη ἐξιστῶν [11] μαγικῇ ἐμπειρίᾳ· ὡς καί ποτε μέσης ἡμέρας προελθὼν εἰς [a] τὸ

Romam autem adveniens, Ecclesiam magnopere vexavit, multos evertens, ac sibi comparans, Gentilesque peritia magica percellens: ita ut aliquando, cum in eorum theatrum meridie pro-

a Act. x. *b* Luc. xix. 2.

1. Απείρους.] *Secundus, Æonas similiter docens factos, adserit tamen infinitos.* Philastrii verba. Cot.

2. Τὸν γάμον ἀθετοῦσιν.] Saturnianos intelligit hoc & capp. 10. 26. Nam, teste Irenæo, & post eum Epiphanio, nuptiis conjungi ac liberos gignere, a Satana esse dixit Saturninus. Idque primus; ex Theodorito: quia, opinor, Simoniani, Menandriani, Nicolaitæ, matrimonium impugnabant, non studio fictæ castitatis, ut Saturniliani, sed libidinis gratia, invehendo, scilicet, promiscuos concubitus communitatemque feminarum, quo quid connubio magis adversum? Quocirca in Commentariis in Apocalypsim inter Opera S. Ambrosii, ubi de Nicolaitis, recte conjunguntur nuptiarum detestatio, atque obvia copula. Quamquam, ut dicam quod verisimillimum arbitror, edoctus a Tertulliano de præscriptione Hæreticorum cap. 33. Hæresis nuptiis interdicentium, aut sub Apostolis fuit, aut ex doctrinis quæ jam tunc fuerunt; sumsit seminium. Id.

3. Ψευδώνυμοι Νικολαῖται.] Habuit Nicolaus Diaconus D accusatores suos, habuit & defensores: utrosque ex parte dictos Stephano Gobaro in Bibliotheca Photii: priores quidem, Hippolytum, & Epiphanium; posteriores vero, Ignatium Theophorum, (interpolatum, videlicet, ex hisce Constitutionibus) Clementem Stromateum, Eusebium Pamphili, ac Theodoritum. Addi possunt criminantibus multi, Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Pacianus, Gregorius Nyssenus, Philastrius, Hieronymus, Gelasius, Gildas, Anastasius, Pseudo-Dorotheus, Agobardus, illiusque exscriptor Rabanus, Auctor Catalogi Hæresium per Sirmondum publici juris factus, Humbertus Sylvæ candidæ, & alii plerique. Patronorum autem numerus crescit Victorino Petabionensi, Haymone Halberstatensi, Nicephoro, & quibusdam illis a Cassiano memoratis Collat. 18. cap. 16. Sed & mitius cum Nicolao agere videntur Augustinus, Isidorus, ac Patres Concilii Turonensis 2. can. 19. insuperque Sophronius, dum in Hæreticis omittit Nicolaum, collocatis inter Hæreses Nicolaitis. Itaque juxta benigniorem opinionem, Nicolaitæ falso assumto nomine Nicolai, erant ψευδώνυμοι, *ficti homines*, ut loquar cum Victorino in Apocalypsim, *qui sub nomine Nicolai Ministri fecerunt sibi Hæresim*. aut cum Theodorito Hæret. Fabul. lib. 3. cap. 1. ψευδῶς σφᾶς αὐτοὺς ἐκ τοῦ τοῦδε (Νικολάου) προσηγορίας ὀνομάζοντες. Porro inter legendum Auctores citatos in hac Nota, observavi tria, scitu forte non indigna. Primum est, levicula menda apud Gregorium Nyssenum Oratione 11. contra Eunomium, edit. Pa-C ris. an. 1638. Tom. 2. p. 704. Μανιχαῖον, Νικόλαον, Ακόλουθον, (scrib. Κόλουθον ex summariis Operi præfixis, ex Athanasio, aliisque) Αέτιον, Αρειον. Secundum, varians lectio in Epistolis Hieronymi 1. & 48. ubi docetur, ex Nicolao ortam Hæresim *Nicolaitarum*, vel *Ophitarum*: sic enim nonnulli codices, rectius quam alii quidam, *Neophytorum*, aut *Neophitarum*; cum Epiphanius, Indiculi Auctor, & Augustinus a Nicolaitis Ophitas deducant. Tertium, error Humberti Cardinalis, qui adversus Græcum Nicetam profert tamquam Patris Græci Epiphanii, testimonium hominis Latini ac futilis, Anonymi Sirmondiani, Hæresi 4. nimirum, titulo mendacis libri deceptus. Id.

4. Ο μέντοι Σίμων &c.] Indiligens ad hæc Cedrenus. Id.

5. Μαθητευθέντος δὲ καὶ Παύλῳ.] Respiciebat ad hunc locum Blastares, quando in præfatione Nomocanonis exarabat de Clemente; Πέτρου δὲ ἦν ἄρα ὁμιλητὴς τοῦ μεγάλου· ἀλλὰ δὴ καὶ Παύλου τοῦ θείου· ὡς αὐτὸς δήπου περὶ ἑαυτοῦ ἱστορεῖ. Id.

6. Εἰς ἀφωνίαν καταβαλών.] Pacianus Epist. 2. de uno e certaminibus Petri cum Simone; *Nonne Simonem Petrus, judice adstipulante, confundit?* Id.

7. Τὰ χεῖρε.] Melius τῶν χειρῶν. Cler.

8. Ταρσούς.] Additum est in margine utriusque Codicis: ἱστορεῖ Κλήμης, Ηγήσιππος, Ιουστῖνος, Ειρηναῖος. Id.


9. Γενόμενος δὲ ἐν Ρώμῃ, &c.] Romam venisse Petrum Apostolum, ut Simoni mago obsisteret, docent Eusebius Historiæ lib. 2. cap. 14. Hieronymus in Catalogo, Ado in Chronicis, alii. *Clemens Romanus Episcopus, Petri discipulus, Christi dignissimus Martyr, Simonis Hæresim a Petro Apostolo cum ipso Simone superatam edocuit.* Verba Anonymi Prædestinatorum oppugnatoris, in præfatione. Cot.

10. Πολλοὺς ἀνατρέπων.] Male in Cedreno p. 174. edit. Basil. 212. Reg. πολλὰ ἀνατρέπων. Id.

11. Μαγικῇ ἐμπειρίᾳ.] Titulus, γοητείαις. Nihil heic esset adnotandum, nisi imperiti librarii corrupissent barbaram inscitamque interpretationem veterem libelli Mona-E chorum Imperatori Justiniano oblati, & lecti Actione 1. Concilii Constantinopolitani sub Menna, ad finem istorum Græcorum, ἐξαπέσταλεν ὁ Θεὸς τῇδε τῇ πόλει, Αγαπητὸν, τὸν ὄντως ἀγαπητὸν Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ἀρχιερέα τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης, ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ Ανθίμου τε καὶ τῶν εἰρημένων αἱρετικῶν, ὥσπερ ποτὲ Πέτρον τὸν μέγαν, τοῖς Ρωμαίοις, ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Σίμωνος γοητείας. *in depositione Simonis Goetiani* vel *Goetici*; typis mandando, *Simonis Cretiam*, & ad marginem, *Zoetici*. Cot. — Legimus in Vindob. Codd. μαγικῇ, καὶ δαιμόνων ἐνεργείᾳ. Cler.

a Εἰς τὸ θέατρον αὐτῶν] *Theatri* nomine, quo ad spectandum multitudo conflueret, Clemens iste intellexisse videri poterat, (est enim nonnumquam γενικωτέρα ejus vocis acceptio) nisi illud αὐτῶν, nimirum Romano-

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



θέατρον αὐτῶν, κελεύσας τοῖς δήμοις ἁρπαγῆναι κἀμὲ ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐπηγγέλλετο πτῆναι δι' ἀέρος· πάντων δὲ ἐπὶ τούτῳ μετεώρων τυγχανόντων, [1] ἐγὼ προσηυχόμην κατ' ἐμαυτόν· ϗ δὴ μετεωρισθεὶς ὑπὸ δαιμόνων [2] ἵπτατο μετάρσιος εἰς ἀέρα, λέγων εἰς οὐρανοὺς ἀνιέναι, κἀκεῖθεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ ἐπιχορηγήσειν· [3] τῶν δὲ δήμων ἐπευφημούντων ὡς Θεὸν, ἐκτείνας ἐγὼ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν [4] σὺν αὐτῇ διανοίᾳ, ἱκέτευον τὸν Θεὸν διὰ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ῥῆξαι τὸν λυμεῶνα, ϗ τὴν ἰσχὺν τῶν δαιμόνων περικόψαι, ἐπ' ἀπάτῃ ϗ ἀπωλείᾳ ἀνθρώπων κεχρημένων αὐτῇ, [5] ῥάξαντα δὲ μὴ θανατῶσαι, ἀλλὰ συντρίψαι, ϗ ὑπολαβὼν, ἀτενίσας εἶπον τῷ Σίμωνι· εἰ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐγὼ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀληθὴς, ϗ διδάσκαλος εὐσεβείας, [6] ἀλλ' οὐ πλάνης, οἷος σὺ B Σίμων, προστάσσω ταῖς πονηραῖς δυνάμεσι τοῦ τῆς εὐσεβείας ἀποστάτου, ἐφ' αἷς ὀχεῖται Σίμων ὁ μάγος, ἀφεῖναι τῆς κρατήσεως, ὅπως ἐξ ὕψους κατενεχθῇ, εἰς γέλωτα τῶν ἀπατηθέντων ὑπ' αὐτοῦ. καὶ εἰπόντος μου ταῦτα, περικοπεὶς τῶν δυνάμεων ὁ Σίμων, κατηνέχθη μετὰ μεγάλου ἤχου, ϗ ῥαγεὶς [7] ἐξαίσιον, [8] συντρίβεται [a] τὸ ἰσχίον ϗ τῶν ποδῶν τοὺς ταρ-

A cessisset, præcepissetque multitudini ut me quoque in theatrum raperent; se promitteret in aere volaturum: cunctis vero eam in rem intendentibus, ego apud me precabar: jamque a dæmonibus in altum sublatus, volabat sublimis per aerem, dicens se in cælum ascendere, indeque ipsis bona suppeditaturum: cumque universa turba illum faustis acclamationibus ut Deum prosequeretur, ego mente ac manibus ad cælum protentis, supplicabam Deo per Jesum Dominum, ut exitiosum hominem deturbaret, & dæmonum vim accideret, qui viribus ad hominum fraudem ac interitum uterentur; deturbando autem non occideret, sed confringeret; & subjiciens, ac intuitus ad Simonem dixi: Si ego homo Dei B sum, & verus Apostolus Jesu Christi, ac pietatis doctor, non autem erroris, qualis tu Simon, jubeo malis Potestatibus illius qui a pietate descivit, Simonem magum vehentibus, ut vectionem & occupationem dimittant, quo ex alto collabatur, & iis quos deceperat, habeatur ludibrio. His a me pronuntiatis, Simon spoliatus Potestatibus, cum magno fragore corruit, ac vehementi casu elisus,

1. Ἐγὼ προσηυχόμην.] Ita cum aliis Philastrius in Simone mago, Ambrosius Hexaemeron IV. 8. Augustinus lib. de Hæresibus Hær. 1. Auctor incertus libri contra Fulgentium Donatistam cap. 23. & Anonymus citatus Nota 3. pag. super. Hæresi 1. Sed multis placuit Paullum Petro adjungere: Cyrillo Hierosolym. Catechesi 6. Severo Sulpicio in Historia sacra, Prospero in libello cui titulus *Dimidium temporis*, cap. 13. Gregorio Turonensi Historiarum C lib. 1. cap. 25. & Miraculorum lib. 1. cap. 28. Isidoro in Chronico, Abboni serm. 5. tom. 9. Spicilegii, fabricatori Actorum Petri & Paulli, & Marcello cum apud Sigebertum de viris illustribus cap. 1. tum apud Surium 12. Maji in vita Nerei & Achillei. Consule Maximum Taurinensem Homilia 5. in Natali Petri & Paulli, quam inseruerunt quoque Sermonibus Ambrosii & Augustini, Freculfum parte 2. lib. 1. cap. 20. Petrum Damiani Epist. 20. lib. 1. Epist. 14. lib. 5. Nicephorum, &c. Legito etiam Dungalum ad finem libri adversus Claudium Taurinensem, ubi solius Paulli mentionem facit. Pari modo additum per nonnullos orationi jejunium: ut videre est in Augustino Epist. 86. Cassiano de institutis Cœnobiorum III. 10. & Scriptore περὶ Φράγκων ϗ τῶν λοιπῶν Λατίνων; qui tamen minus probabiliter diem eumdem statuit jejunii atque conflictus, opinionem amplexus Glycæ & Cedreni. Melius interpunge locum Ratramni lib. 4. contra Græcos cap. 3. Spicilegii II. D p. 120. COT.

2. Ἵπτατο.] Alis sibi ad Icarium modum aptatis; si fides Hegesippo lib. 3. de bello Judaico cap. 2. Abdiæ Historiæ Apostolicæ lib. 1. non multo ante finem, Patribus 6. Synodi ad Imperatorem Constantinum Actione 18. Maximo Taurinensi: vel conscensis quadrigis igneis, aut fabricato curru, juxta Arnobium lib. 2. & Præfationem Arabicam Concilii Nicæni. ID.

3. Τῶν δὲ δήμων.] Apud Cedrenum, τῶν δὲ δαιμόνων. manifesto vitio. ID.

4. Σὺν.] Ἐν, in Vind. Codice melius. CLER.

5. Ῥάξαντα, vel ῥήξαντα.] Perinde est. Ideoque hac ipsa in narratione Pseudo-Chrysostomus Serm. de Pseudo-Prophetis tom. 6. ῥήξας. Basilius Seleuciensis lib. 1. de vita S. Theclæ edit. Paris. p. 268. καταῤῥήξας. Nicephorus Callisti filius lib. 2. cap. 36. & Anonymus qui de Francis aliisque Latinis scripsit tom. 2. Auctarii Combefisiani p. 429. διεῤῥάγη. Cedrenus vero, καταῤῥάξαι. Theodoritus Hæret. Fabularum I. 1. κατέῤῥαξε. COT.

6. Ἀλλ' οὐ πλάνης.] Notanda varia lectio Georgii Cedreni loco citato, nec non Michaelis Glycæ Annalium parte 2. p. 235. D. πλάνος. ID.

7. Ῥαγεὶς] Al. add. πτῶμα. ID.

8. Συντρίβεται τὸ ἰσχίον ϗ τῶν ποδῶν τοὺς ταρσούς.] Lib. 2. cap. 14. Cedrenus, Glycas, συνετρίβη. Capitis hujus lemma, heic, συνετρίβη τοὺς πόδας ϗ τὸ χεῖρε τοὺς ταρσούς: in Versione Bovii, *fregit pedes & manus. Narrat Clemens, Hegesippus, Justinus, Irenæus*: de Justino ac Irenæo, falso: de Pseudo-Clemente, en locum: at Pseudo-Hegesippus laudatus etiam ab Hincmaro Opusculo 1. cap. 32. & Arnobius crurifragii solummodo meminere; Maximus Taurin. crurum confractorum, plantarumque amissarum. Aliter in Niceta Choniate Thesauri lib. 4. cap. 1. nempe quod Simon in caput collapsus cerebro viam disperserit. Apud Damascenum vero Parallelorum lib. 1. cap. 56. Eusebii nescio cujus sententia est, Mago corpus omnino perfractum. *Totus fractus corpore, debilitatisque cruribus*. Abdias. Græca Metaphrastis; ὁ Σίμων τοῦ ἀέρος ἐξολισθήσας, κατὰ γῆς ἐλεεινῶς, al. ἐλεεινῷ, φέρεται ϗ ἀθλίῳ τῷ πτώματι· ϗ συντριβεὶς ἅπαν τὸ δύστηνον σῶμα, διαπεραίως τὴν ἀθλίαν ψυχὴν ἀποῤῥήγνυσι, δεινῶς ἀλγηδόσι κατατεινόμενος. Et Carmine Walafridi Strabi, vel Fortunati, de S. Petro, tom. 6. Antiquæ Lectionis Canisii p. 659. 660. ubi vers. penultimo, quid sit *ambro* Festus docet.

Insuper & magicum falsi phantasma Simonis,
Funditus evacuans, tetras detrusit in umbras,


rum, adjecisset. Quo aperte significat se de certo Romanæ urbis loco narrasse, qui *Theatrum* nuncupabatur, quod esset ad ludos scenicos spectandos destinatus. Nec dubium mihi videtur, quin Apostolicus Constitutor Græcorum mori obsecutus fuerit, dum in theatro ea gesta significat. E Apud Græcos enim theatra non ludis tantum inserviebant, sed & audiendis orationibus (quo illud Juvenalis de Demosthene pertinet: *Pleni moderantem frena theatri*) & ad disceptandum de summa reipublicæ. Confer *Luc.* Act. XIX. 29. Diodorum lib. XVI. Plutarchum in Arato, Livium lib. XXIV. de Ennensibus in theatrum coactis, & quæ plura similium loca Heraldus collegit in Adversariis. Ex Græcorum igitur more res Romanorum æstimabat scriptor ceteroqui antiquus & minime ineptus. MAZOCH. *comment. in marmor. Neapol. Kalend.* vol. III. pag. 883. not. 754.

a Συντρίβεται κ. τ. λ.] In hunc locum plura erudite observat Cl. Mazochius in *Comment.* modo citato pagg. 877. seqq. Ex quibus duo tantum excerpere libet, quæ observationes Cotelerianas respiciunt. Et primum quidem ad Græca illa spectat, quæ protulit doctissimus editor ex codice regio 1045. ubi pro συνήνωσεν, *coadunavit*, mallet συνῄμωσεν, *concruentavit*. Sed refragatur Pseudo-Marcellus, inquit Mazochius, qui συνήνωσεν se legisse profitetur, dum vertit *adunavit*. Hoc autem, subdit, credo scriptor sibi voluit, quatuor Sacræ viæ silices Simonis sanguine sanieque in tantum fuisse concretos, ut unum videretur continens saxum, juncturis non apparentibus. Id autem hinc novi discitur, lapides illos ab Simone disrupto cruentatos, Romæ aliquando asservatos fuisse. Alterum vero ad judicium pertinet de casu Simonis a Coteleriο in sequenti nota prolatum; qui dum utriusque partis argumenta proponit, in negantem aliquanto proclivior videtur, licet præclarum illud effatum in medium adferat, *Periculosum est credere & non credere*. Universe quidem, inquit laudatus Mazochius, ea γνώμη verissima est. At in hoc facto longe periculosius est τὸ ἀπιθὲς, quam credulitas: ac præstabilius cum Tillemontio (in S. Petro in fine Artic. 34.) decernere: *Quand il seroit vrai que cette histoire seroit une fiction, nous aimerions mieux, tant qu'on n'aura point de preuve claire & convaincante de sa fausseté, nous tromper en ce point avec Arnobe, S. Cyrille* (& ceteris quos testes produximus) .... *que d'être obligés d'accuser d'une credulité indiscrete un grand nombre de plus illustres & de plus graves maîtres de l'Eglise Latine & Gréque, sans autre raison, sinon qu'il n'est pas absolument certain qu'il disent vrai*. Cui quidem sententiæ nos quoque libenter accedimus.

στῦς · ϰ φωνὴ τῶν ὄχλων λέγουσα · εἷς ὁ Θεὸς, ὃν Πέτρος διϰαίως ϰαταγγέλλει τῇ ἀληθείᾳ μόνον · ϰαὶ πολλοὶ ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ · τινὲς δὲ ἄξιοι τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ ὄντες, παρέμειναν αὐτοῦ τῇ μοχθηρᾷ διδασϰαλίᾳ. ϰ οὕτω πρώτη [1] ἐπάγη ἡ τῶν Σιμωνιανῶν ἀθεωτάτη αἵρεσις ἐν Ῥώμῃ. ϰ διὰ τῶν λοιπῶν ψευδαποστόλων ἐνήργει ὁ διάβολος.

A coxam & pedum extrema frangit. Tunc vulgus exclamavit; Unus Deus, quem Petrus juste annuntiat re vera solum: & multi a Simone defecerunt; aliqui tamen, digni illius interitu, in doctrina ejus nefarie perseverarunt. Atque hoc pacto prima & impiissima Simonianorum hæresis recepta est Romæ. Sed & per reliquos pseudoapostolos diabolus operabatur.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Ὅπως αἱ αἱρέσεις ϰ πρὸς ἑαυτὰς ϰ πρὸς ἀλήθειαν διαφωνοῦσιν.

Τούτοις δὲ πᾶσιν ἐπίσης σϰοπὸς ἦν εἷς ϰαὶ ὁ αὐτὸς ἀθεότητος, [2] τὸν μὲν παντοϰράτορα Θεὸν βλασφημεῖν, ἄγνωστον δοξάζειν, ϰαὶ μὴ εἶναι πατέρα τοῦ Χριστοῦ, μηδὲ τοῦ ϰόσμου δημιουργὸν, ἀλλ' ἄλεϰτον, ἄῤῥητον, ἀϰατανόμαστον, αὐτογένεθλον · νόμῳ ϰαὶ προφήταις μὴ χρᾶσθαι · πρόνοιαν μὴ εἶναι · ἀνάστασιν μὴ πιστεύειν · ϰρίσιν μὴ εἶναι ϰαὶ ἀνταπόδοσιν · [3] ψυχὴν ἀθάνατον μὴ ὑπάρχειν · ἡδονῇ χαίρειν μόνῃ · ϰαὶ [4] πρὸς πᾶσαν θρησϰείαν ἀδιαφόρως ἐϰϰλίνειν. Οἱ μὲν γὰρ, πλείους εἶναι θεοὺς λέγουσιν · οἱ δὲ, τρεῖς ἀνάρχους · οἱ δὲ, δύο ἀγεννήτους · οἱ δὲ, αἰῶνας ἀπείρους. ϰαὶ οἱ μὲν αὐτῶν, ἀγαμίαν διδάσϰουσι, ϰ ϰρεῶν ἀποχὴν ϰαὶ οἴνου · βδελυϰτὰ λέγοντες εἶναι ϰαὶ γάμον ϰαὶ παίδων γένεσιν, ϰαὶ βρωμάτων μετάληψιν · ἵν' ὡς σεμνοί τινες τὴν πονηρὰν αὐτῶν γνώμην ὡς ἀξιόπιστον παραδεχθῆναι ποιήσωσι. τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν νομοθετοῦσι ϰρεῶν ἀπέχεσθαι · [5] οὐχ ὡς ἀλόγων ζώων, ἀλλ' ὡς λογιϰὴν ἐχόντων ψυχὴν,

CAPUT X.

Quo modo Hæreses & inter se & a veritate discrepent.

B HIS autem omnibus unus ac idem pariter erat scopus impietatis, ut omnipotentem Deum blasphemarent, censendo ignotum esse, & non esse Patrem Christi, neque mundi conditorem; sed ineffabilem, impronuntiabilem, innominabilem, a se natum; Lege ac Prophetis non esse utendum; nullam exsistere providentiam; resurrectionem non credendam; non futurum judicium, nec retributionem; non esse animam immortalem; sola voluptate lætandum; atque licere ad omnem religionem indifferenter deflectere. Et alii quidem multos esse deos asserunt; alii vero tres principii expertes; alii autem duos ingenitos; & alii innumeros Æones. Quidam etiam eorum docent non esse nubendum, C & abstinendum esse a carne & vino; affirmantes nuptias liberorumque procreationem, & ciborum sumtionem res esse abominabiles: ut tamquam viri graves ac severi pravam suam opinionem quasi fide dignam suscipi faciant. Ex iis autem nonnulli san-

Romanum vulgus solvens errore vetusto:
Qui præcelsa rudis scandit fastigia turris,
Atque coronatus lauri de fronde volavit:
Sed mox ætherias dimittens furcifer auras,
Cernuus ad terras confractis ossibus ambro
Corruit; & Petro cessit victoria bello.

A quibus omnibus discedere licet per hæc, sumta ex Actis Mss. Petri & Paulli, Cod. Reg. 1045. *ἔπεσεν εἰς τόπον ϰαλούμενον σάρϰα βία, ὅ ἐστιν ἱερὰ ὁδός· ϰαὶ τέσσαρα μέρη γενόμενος, τέσσαρας στήλιϰας συνῄμωσεν· οἵ εἰσιν εἰς μαρτύριον τῆς τῶν ἀποστόλων νιϰήσεως, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.* Leg. f. *συνῄμωσεν*, hoc est, *cruore conspersit*. quamquam Acta Latina nomine Marcelli, quæ Lucæ anno 1668. in publicum protulit Franciscus Maria Florentinius ad vetustius Ecclesiæ Occidentalis Martyrologium; *cecidit in locum, qui Sacra Via dicitur; & in quatuor partes fractus* (vel potius *factus*) *quatuor silices adunavit, qui sunt ad testimonium victoriæ Apostolorum, usque in hodiernum diem*. COT.

1. *Ἐπάγη. Ἀπήγω, πηγύνω.*] Verum Cedrenus accepisse videtur quasi esset ab *ἐπάγω, ἐπάγνυμι*: non parvo errore. Ita enim Nostrum exscribit, *οὕτως ἡ πρώτη ϰατελύθη τῶν Σιμωνιανῶν αἵρεσις ἐν Ῥώμῃ*.

Quæres dubio procul, quid sentiendum videatur de stupendo, & ut Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 13. appellat celeberrimo Simonis interitu. Ego præclaræ illius sententiæ memor, *Periculosum est credere, & non credere*: nec assevero, neque pernego, sed *ἐπέχω* plerumque. Cui cordi erunt hujusmodi miracula, (sunt autem non paucis) habet in præsenti auctoritatem plurimorum gravissimorumque utriusque Ecclesiæ Magistrorum; etiam, præter hisce Notis indicatos, Epiphanii Hæresi 21. n. 5. Hieronymi aut alterius ad Psalmum 9. Pseudo-Ambrosii ad Roman. VIII. 38. & Græcorum XXIX. Junii. Qui vero ad diffidentiam propendebit magis; quo morbo magna pars eruditorum hodie jactatur; retardabitur ab assensu; partim narrationis origine, e libris Apocryphis & Pseudepigraphis; partim discrepantia referentium; partim silentio multorum, præsertimque Romanorum Pontificum, qui sua tacere non solent; partim ob annotationem S. Augustini scribentis ad Casulanum: *Est quidem & hæc opinio plurimorum; quamvis eam perhibeant esse falsam plerique Romani; quod Apostolus Petrus cum Simone mago die Dominico certaturus, [illegible] per ipsum magnæ tentationis periculum, [illegible] cum ejusdem urbis Ecclesia jejunaverit, & consecuto [illegible] prospero gloriosoque successu, eumdem morem tenuerit, [illegible]*

nonnullæ Occidentis Ecclesiæ. Certe obscuram valde ac incertam Romæ fuisse eam famam innuit satis Liber Pontificalis, cum habet dumtaxat in Petro; idque juxta quædam exemplaria: alia enim iis carent; *Et dum diutius altercarentur, Simon divino nutu interemtus est*. Similia Simonianis leges in Historia Ecclesiastica Eusebii lib. 5. cap. 16. de Theodoto Montani socio. ID.

2. *Τὸν μὲν παντοϰράτορα* &c.] Primi Hæretici Deum verum & omnipotentem blasphemiis appetebant; quia infitiabantur esse Patrem Christi, mundique opificem; D superducebant vero falsum Deum, quem dicebant ignotum, ineffabilem, &c. Habent sensum hunc obscuriora verba, interpositu utriusque Numinis, minus bene constructa. De ignoto Deo eadem impietas Hæresi Elcesæorum tribuitur in Jure Græco-Romano p. 180. ubi *Ἀλϰεσίων* perperam leges. Sed & ibidem manifesto pugnat cum veritate quod dicitur; *Οὐαλεντῖνος ϰαὶ Κέρδων ἐλθόντες ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐδίδασϰον τὸν τῆς παλαιᾶς θεόν*. Proinde locus depravatus est & imperfectus. Scribendum forsan, *ϰατὰ τοῦ τῆς παλαιᾶς θεοῦ*. *Valentinus & Cerdon Romam profecti, docebant adversus veteris Testamenti Deum*. ID.

3. *Ψυχὴν ἀθάνατον μὴ ὑπάρχειν.*] Permirum mihi videtur quod refert vir doctissimus Gilbertus Gaulminus lib. 1. Notarum ad Opus Hebraicum de vita & morte Mosis cap. 12. Historicos Arabes sententiam, quæ animas cum corporibus exstingui affirmat, Origeni adscribere. Cum ex Eusebii Historia lib. 6. cap. 37. constet, eum errorem de animi morte, in Arabia ortum, ab Origene fuisse confu- E tatum. Ut taceam scripta Origenis, in quibus animæ immortalitas docetur. ID.

4. *Πρὸς πᾶσαν θρησϰείαν ἀδιαφόρως ἐϰϰλίνειν.*] Apelles apud Eusebium, nullius in Christum sperantis fidem examinari vult, aut mutari. Idemque, ni fallor, fuit error Rhetorii cunctarum Hæresium approbatoris: sed male expressus a Philastrio, quasi dixerit Rhetorius omnia Hæreticorum dogmata pro veris habenda; quo quid absurdius? unde merito res B. Augustino incredibilis visa est. Mentionem facit Rhetorii S. Athanasius libro de Incarnatione adversus Apollinarium. Lege Anonymum crebro a me citatum, Hæresi 72. ID.

5. *Οὐχ ὡς ἀλόγων ζώων.*] Epiphanium consule Hæresi 26. n. 10. Hær. 42. p. 130. & Philastrium parte 3. Hæresi 53. Gennadius de Dogmatibus cap. 17. *Animalium animæ non sunt substantivæ, sed cum carne ipsa carnis in nativitate [illegible]*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

A καὶ φόνου δίκην εἰσπράσσεσθαι μελλόντων τῶν ταῦτα κατατολμώντων σφάζειν· ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν, [1] ἔλεγον μόνου δεῖν φάσκοντες χοιρείου ἀπέχεσθαι· τὰ δὲ κατὰ νόμον καθαρὰ ἐσθίειν· καὶ περιτέμνεσθαι νομίμως· πιστεύειν δὲ εἰς Ἰησοῦν, [2] ὡς εἰς ὅσιον ἄνδρα καὶ προφήτην. ἄλλοι δὲ [3] ἀναίδην ἐκπορνεύειν, καὶ παραχρᾶσθαι τῇ σαρκὶ ἐδίδασκον, καὶ [4] διὰ πάσης ἀνοσιουργίας ἰέναι, ὡς οὕτω καὶ μόνως ἐκφεύξεσθαι τὴν ψυχὴν τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας· οὗτοι δὲ πάντες τοῦ διαβόλου ὄργανα τυγχάνουσι, καὶ υἱοὶ ὀργῆς.

ciunt abstinere a carnibus: non tamquam eæ sint animalium ratione carentium; sed veluti animam rationalem habentium; & quasi qui ea mactare audent, pœnas daturi sint homicidii. Alii vero ex iis ajebant sola suilla abstinendum; comedenda quæ secundum Legem munda habentur: Circumcisionem ex Lege usurpandam; & credi oportere in Jesum, ut in virum sanctum ac Prophetam. Alteri scortari sine verecundia, & carne abuti docebant, & per omne nequiter factum volutari, quod hac solum ratione anima mundanos Principes effugeret. Atque hi omnes sunt diaboli instrumenta, & filii iræ.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια΄.

Ἐξήγησις ἀποστολικοῦ κηρύγματος.

Ἡμεῖς δὲ τέκνα Θεοῦ καὶ υἱοὶ εἰρήνης, τὸν ἱερὸν καὶ ὀρθὸν λόγον κηρύσσοντες τῆς εὐσεβείας, ἕνα μόνον Θεὸν καταγγέλλομεν, νόμου καὶ προφητῶν κύριον, τῶν ὄντων δημιουργὸν, τοῦ Χριστοῦ πατέρα· [5] οὐκ αὐταίτιον καὶ αὐτογένεθλον, ὡς ἐκεῖνοι οἴονται, ἀλλ' ἀΐδιον καὶ ἄναρχον, καὶ φῶς οἰκοῦντα ἀπρόσιτον· οὐ δεύτερον ὄντα, ἢ τρίτον, ἢ πολλοστὸν, ἀλλὰ μόνον ἀϊδίως· οὐκ ἄγνωστον, ἢ ἄλεκτον, ἀλλὰ διὰ νόμου καὶ προφητῶν κηρυσσόμενον· παντοκράτορα, παντάρχην, παντεξούσιον· Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ μονογενοῦς, καὶ πρωτοτόκου πάσης [6] δημιουργίας· ἕνα Θεὸν, C ἑνὸς υἱοῦ πατέρα, [7] οὐ πλειόνων, ἑνὸς παρακλήτου διὰ Χριστοῦ, τῶν ἄλλων ταγμάτων ποιητὴν, ἕνα δημιουργὸν, διαφόρου κτίσεως διὰ Χρι-

CAPUT XI.

Enarratio Apostolicæ prædicationis.

Nos vero Dei proles, & filii pacis, qui sacrum ac rectum pietatis verbum prædicamus, unum solum Deum annuntiamus, Legis ac Prophetarum Dominum, rerum creatorem, Christi Patrem; non sui caussam, nec a se genitum, quod illi arbitrantur, sed æternum, & principio carentem, & [a] lumen inaccessibile habitantem; non secundum, aut tertium, aut multiplicem, sed solum æterne; non ignotum vel ineffabilem, sed per Legem & Prophetas prædicatum; omnipotentem, omnibus imperantem, cunctorum dominium habentem; Deum ac Patrem unigeniti, & [b] omnis creaturæ primogeniti; unum Deum, unius Filii Patrem, non plurium, unius Paracleti per Christum, aliorum Ordinum effectorem, unum mundi fabricatorem; factorem diversarum crea-

a I. Tim. VI. 16. *b* Coloss. I. 15.

sed ad omnia naturæ incitamento. Quem locum plurimis abjectis, ideo protuli, ut indicarem, Alexandri in eo memorati caussa Philonem Judæum libro suo Quod bruta animalia ratione sunt prædita, titulum etiam fecisse Ἀλέξανδρος. *De Alexandro*, in Eusebii Historia, & Catalogo Hieronymi. COT.

1. Ἔλεγον μόνου δεῖν φάσκοντες χοιρείου ἀπέχεσθαι.] An deest aliquid? Post multum tempus Moameth (quemadmodum leges in Euthymii Panoplia) laudato esu ceterorum animalium, porcum solum abominatus est. Et ridentur a S. Basilio Canone 28. qui abstinentiam a carne suilla vovebant. Vide Julianum Apostatam Orat. 5. p. 332. IDEM.

2. Ὡς εἰς ὅσιον ἄνδρα.] Dicti idcirco, ut videtur, Anthropiani a Cypriano Epist. 73. & Lactantio lib. 4. cap. ult. Item Homuncionitæ: quod liquet per Prudentium in Apotheosi, Pseudo-Hieronymi Indiculum ubi de Pneumatomachis seu Macedonianis, Bedam ad Philipp. II. 6. necnon per Vigilium Tapsensem lib. 3. de Trinitate, circa medium. Chiffletii quippe lectio *Homousionista*, aperte pugnat cum sensu & verbis Vigilii, eo loco disputantis adversus Photinum, qui (inquit) Christum verum Deum abnegat, & hominem purum tantummodo confitetur. Sed & Codex Regius 358. *Homuncionita* retinet. Objiciuntur a doctissimo Chiffletio verba Anonymi Sirmondiani; *Septuagesimam & sextam Hæresim fecerunt Homuncionitæ, qui dicunt in corpore hominis esse imaginem Dei, non in anima.* Verum tenebrio ille cum ex jecore suo sapit, numquam non desipit: hic vero rem mutuatus a Philastrio & Augustino, nomen ipse adjecit. Ab Homuncionitis differunt quam maxime Homuntionates, utpote Orthodoxi ita per Hæreticos appellati. In Conflictu Arnobii Catholici & Serapionis Hæretici, initio; *Serapion dixit: Antequam ad hoc veniamus, quod vos Homuntionates arguamus, dicentes, duas naturas esse in Christo, duasque substantias, cupio scire quis sis.* Forte Homuntionates, ἀπὸ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου ἐν Χριστῷ ὁμοῦ ὄντων. nisi sit legendum *Homusionates* aut *Homousionates*, ab ὁμοῦ οὐσιῶν, vel ab ὁμοουσίων. ID.

3. Ἀναίδην ἐκπορνεύειν, καὶ παραχρᾶσθαι τῇ σαρκί.] Eadem Clemens Alexandrinus, ubi de Nicolao & Nicolaitis. In Lexico Suidæ; παραχρᾶται, πολὺ σφοδρῶς συνουσιάζει, ἀκολάστως μίγνυται. εἴρηται δὲ καὶ περὶ ἑκάστου πράγματος ἐκ περιουσίας γενομένου. περὶ Ὠριγένους· σοὶ δὲ κακομηχανία εἰς αἰσχρότατον ἄνδρα ἐπενοήθη. Αἰθίοπα γὰρ αὐτῷ παρεσκεύασαν εἰς παράχρησιν τοῦ σώματος. Sic lego e Mss. Regiis, ex ipso Suida in voce Ὠριγένης, ex Epiphanio Hæresi 64. num. 2. & Georgio Cedreno. ID.

4. Διὰ πάσης ἀνοσιουργίας &c.] Simoniani, Carpocratiani, Cajani, Gnostici. Corrige Præfationem Arabicam Concilii Nicæni: *Octava secta Barbarorum dicitur, qui obscenitatibus, adulteriis, fornicationibus, & omnis immunditiæ generibus sunt dediti;* &c. Ista sunt Borbororum: qui Borboriani, & Borboritæ. ID.

5. Οὐκ αὐταίτιον καὶ αὐτογένεθλον.] Quia nihil sui ipsius caussa & pater esse potest; & quia quod ingenitum est, nec a se, nec ab alio est genitum: ut liquido constat, D observaturque a pluribus, etiam antiquis. Verumtamen Deus, apud Auctores qua sacros qua profanos, appellari solet, αὐταίτιος, αὐτογένεθλος, αὐτογενής, αὐτογένητος, αὐτογέννητος, αὐτόγονος, αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ γενόμενος, αὐτολόχευτος, αὐτοπάτωρ, αὐτομήτωρ, αὐτοφυής, αὐτόφυτος, αὐτοπάρακτος, αὐτοποίητος, &c. Sed qui eas voces usurpant, ostendere volunt Deum a nullo esse. Unde in Hesychio αὐτογένεθλος, αὐτογέννητος, αὐτογενής, αὐτολόχευτος, exponuntur οὐκ ἔκ τινος γεννώμενος, θεὸς ἀγέννητος. Vide Hilarium de Synodis, ad Anathematismum 12. p. 366. & Faustum Ep. 5. ad Ruricium. Legito quoque Recognit. III. 3. 4. 11. necnon Clementina XVI. 16. ID.

6. Δημιουργίας.] Κτίσεως in altero Vindob. & sic loquitur Paullus. CLER.

7. Οὐ πλειόνων, ἑνὸς παρακλήτου.] Contra Hæreticos. Valentiniani quippe & Marcion duos Filios, duos Christos inducebant. De primis docet Irenæus lib. 1. cap. 1. De Marcione Justinus Apologetico 2. Tertullianus IV. adversus illum 6. Athanasius in Sabellianos, & Optatus lib. 4. E Præterea feriuntur anathemate Gnostici cap. 2. Concilii Bracarensis 1. quod in Divinitate Trinitatem Trinitatis ponerent. Et infra Canone Apostolico 41. al. 49. damnatur qui baptizaverit in tres Filios, aut in tres Paracletos: ubi vide quæ adnotabimus. Non sum nescius Origenem lib. 2. de principiis cap. 7. citatum etiam in Apologia Pamphili, ita loqui; *Et duos quidem Deos ausos esse Hæreticos dicere, & duos Christos audivimus: duos autem Spiritus sanctos numquam cognovimus ab aliquo prædicari.* Verum idem Origenes ad Titi III. 10. referente Pamphilo, contra scripserat; *Sed & sunt qui Spiritum sanctum alium quidem dicant esse, qui fuit in Prophetis, alium autem qui fuit in Apostolis Domini nostri Jesu Christi.* Porro hunc Constitutionum locum Græcus a Turriano memoratus tamquam rejiciendum atque fugiendum nota marginali proscribit: cum tamen, si mutilus non est, obscuritate laborare videatur, non errore. COT.

στοῦ ποιητὴν, τὸν αὐτὸν προνοητὴν, νομοθέτην A δι' αὐτοῦ· ἀναστάσεως αἴτιον, καὶ κρίσεως, καὶ ἀνταποδόσεως, δι' αὐτοῦ γινομένων· τοῦτον αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον εὐδοκήσαντα γενέσθαι, καὶ πολιτευσάμενον ἄνευ ἁμαρτίας, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν ἀποστείλαντα· καὶ πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν φαμὲν, καὶ οὐδὲν βδελυκτόν· πᾶν τὸ πρὸς σύστασιν δικαίως μεταλαμβανόμενον, ἄριστον· πάντα γὰρ, κατὰ τὴν γραφὴν, καλὰ λίαν. γάμον νόμιμον καὶ παίδων γένεσιν, τίμιον καὶ ἀμόλυντον εἶναι πιστεύομεν· ἐπ' αὐξήσει γὰρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, [1] διαφορὰ σχημάτων διεπλάσθη ἐν τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ. ψυχὴν ἀσώματον ἐν ἡμῖν καὶ ἀθάνατον ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' οὐ φθαρτὴν ὡς τὰ σώ- B ματα, ἀλλ' ἀθάνατον, ὡς λογικὴν καὶ αὐτεξούσιον· πᾶσαν μίξιν παράνομον, καὶ τὴν παρὰ φύσιν γινομένην ὑπό τινων, βδελυσσόμεθα ὡς ἀθέμιτον καὶ ἀνοσίαν. ἀνάστασιν γένεσθαι ὁμολογοῦμεν δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ μισθαποδοσίαν. τὸν Χριστὸν οὐ ψιλὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦμεν, ἀλλὰ Θεὸν λόγον καὶ ἄνθρωπον, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀρχιερέα τοῦ πατρός· οὔτε μὴν μετὰ Ἰουδαίων περιτεμνόμεθα, εἰδότες, ὅτι ἐλήλυθεν, [2] ᾧ ἀπέκειτο, καὶ δι' ὃν [3] ἐφυλάσσετο τὰ γένη, ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας, ὁ ἐκ βλαστοῦ υἱὸς, τὸ ἐξ Ἰεσσαὶ ἄνθος· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου.

A turarum per Christum; item provisorem; legislatorem, per eumdem Christum; auctorem resurrectionis, judicii ac remunerationis, quæ per eumdem fiunt. Huic ipsi Filio placuisse hominem se facere, prædicamus; eumque sine peccato vixisse, tum passum esse, & resurrexisse a mortuis, & adscendisse ad illum a quo missus fuerat. Dicimus quoque omnem Dei creaturam esse bonam; nihil abominari oportere; quidquid ad sustentandos nos sumimus juste, optimum esse: omnia enim, secundum Scripturam, [a] valde bona sunt. Credimus [b] legitimum matrimonium & liberorum procreationem, honorem mereri, atque inquinamento vacare: ad augmentum enim humani generis, in Adamo ac B Eva diversitas sexuum formata fuit. Animam nostram incorpoream & immortalem confitemur, non autem interitui obnoxiam ut corpora, immo mortis expertem, utpote rationalem ac liberæ potestatis. Omnem concubitum legibus adversum, una cum eo quem contra naturam nonnulli usurpant, tamquam nefandum & impium exsecramur. Futuram justorum ac injustorum resurrectionem, atque mercedis solutionem confitemur. Christum non tantummodo hominem profitemur, sed Deum Verbum, & hominem, [c] mediatorem Dei & hominum, pontificem Patris. Neque vero cum Judæis circumcidimur; scientes quod venerit is, [d] cui repositum erat, & propter quem servabantur proge-
C nies, qui erat [e] exspectatio gentium, Jesus Christus, qui ex Juda originem duxit, filius ex germine, [f] flos ex Jesse: [g] *Cujus principatus super humerum.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας, Ἰουδαΐζειν δὲ θέλοντας.

ΑΛλ' ἐπεὶ τότε αὕτη ἡ αἵρεσις ἰσχυροτέρα πρὸς πλάνην ἔδοξεν εἶναι, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης κινδυνευούσης, ἡμεῖς οἱ δώδεκα, συνελθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ, (ἀντὶ γὰρ τοῦ προδότου Ματθίας σὺν ἡμῖν κατεψηφίσθη ἀπόστολος εἶναι, λαβὼν τὸν κλῆρον Ἰούδα· ὡς εἴρηται· Τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος) ἐπεσκεπτόμεθα ἅμα Ἰακώβῳ τῷ τοῦ κυρίου ἀδελφῷ, τί γένηται· καὶ ἔδοξεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, λόγους διδασκαλίας προσλαλῆσαι τῷ λαῷ. καὶ γὰρ καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς Ἀντιόχειαν ἐδίδασκον τοὺς ἐκεῖ ἀδελφοὺς, λέγοντες· ὅτι ἐὰν μὴ περιτμηθῆτε τῷ ἔθει Μωϋσέως, καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθεσιν οἷς διετάξατο περιπατῆτε, οὐ δύ-

CAPUT XII.

Contra eos qui Christianæ religioni cum assentiantur, volunt tamen Judaicos ritus observare.

VErum quia tunc ea Hæresis ad fraudem validior visa est, & universa Ecclesia periclitabatur; [h] congregati Hierosolymis nos duodecim, (nam loco proditoris [i] Matthias electus fuit, ut nobiscum esset Apostolus, accepta sorte Judæ; sicut dixit Scri-
D ptura: [k] *Episcopatum ejus accipiat alter*) dispiciebamus una cum Jacobo fratre Domini, quid fieri oporteret: [l] placuitque illi ac Presbyteris, ut de sermonibus doctrinæ allocutio haberetur ad populum. Etenim quidam ex Judæa Antiochiam degressi, docebant fratres ibi consistentes, his verbis: [m] *Nisi circumcidamini ritu Mosaico, & in aliis ritibus quos idem constituit incedatis, non potestis salvi*

a Gen. I. 31. *b* Hebr. XIII. 4. *c* I. Tim. II. 5. *d* Gen. XLIX. 10. *e* Gen. XLIX. 9. in LXX.
f Isa. XI. 1. *g* Isa. IX. 6. *h* Act. XV. 1. *i* Act. 1. *k* Psal. CVIII. 8. *l* Act. XV. *m* Ibid. ℣. 1.

1. Διαφορὰ σχημάτων.] Pari modo σχῆμα accipiendum puto in Isaiæ Prophetia cap. 3. vers. 17. καὶ ταπεινώσει ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιὼν· καὶ κύριος ἀνακαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν. ut respondeat Hebraico פתחן. Atque de sexu locum intellexerunt Syrus & Arabs Interpretes. COT.

2. Ὧ ἀπέκειτο.] Et cap. 23. legebat Gen. XLIX. 10. ᾧ ἀπόκειται. quæ est verisimilior scriptura, & apud Veteres usitatior; nec non ad Christum maxime accommodata, ideoque a Juliano Apostata apud Cyrillum lib. 8. contra eum, fraudi Christianorum adscripta. Nolim tamen rejicere penitus ceteras, præsertim frequentem quoque in scriptis SS. Patrum, τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, licet a Judæis orta videri possit, ex Justini Martyris Dialogo p. 348. 349. Certe utraque utitur Justinus ipse p. 73. 271. 348. utuntur Origenes, Eusebius, Athanasius, Rufinus, Augustinus, & C[illegible]illus Alexandrinus. Aliæ lectiones sunt I. ᾧ τὰ ἀποκείμενα. Epiphanius Hæresi 20. n. 1. ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· οἱ δὲ ἔχει τὰ ἄλλα ἀντίγραφα, ἕως ἔλθῃ ᾧ τὰ ἀποκείμενα. Leg. Hæres. 29. n. 3. Hær. 42. p. 332. D. II. ᾧ ἀπό[illegible] in Justini Dialogo pag. 349. l. 1. Vetus Interpres [illegible] interpolatæ Ignatii ad Philadelphenos cap. 9. in Codice Petaviano: *Donec veniat cui reposita sunt.* atque E ita apud S. Leonem Serm. 5. in Epiphania: at Serm. 3. in eadem sollemnitate, *cui repositum est.* III. ὃ ἀπόκειται. apud Ignatium interpolatum loco citato, ex Ms. Joliano; Justinum p. 73. & 89. in exemplari, Origenem ad Matth. XIV. 3. Epiphanium Hæresi 66. n. 74. Gregorium Nyssenum in libro Testimoniorum, tom. 1. edit. Paris. ann. 1638. p. 154. Theodoritum ad hunc Genes. locum, in Ms. teste Nobilio; Hesychium Presbyterum Hierosolymæ Serm. 1. de Deipara, sub finem; Cedrenum edit. Basil. p. 151. l. 12. & Gregentium fol. 15. p. 2. IV. si ad verbum & non potius ex sensu citatur. ὃ ἐστιν. infra Clementinorum lib. 3. c. 49. Denique simili modo, ὅς ἐστιν. aut ὃ ἐστιν. in Disputatione Archelai adversus Manichæum, quam ad calcem Socratis & Sozomeni edendam curavit clarissimus Valesius, p. 202. col. 2. *Ait enim, intellige; Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femore ejus, usquequo veniat qui est, & ipse erit exspectatio Gentium.* ID.

3. Ἐφυλάσσετο τὰ γένη.] Josephus de vita sua, ipso statim libri exordio, & 1. adversus Apionem, paullo post initium: Africanus apud Eusebium Histor. Eccles. lib. 1. cap 7. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



νασθε σωθῆναι. Γενομένης οὖν στάσεως καὶ ζητήσεως οὐκ ὀλίγης, οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀδελφοί, γνόντες ὅτι συνεληλύθαμεν πάντες περὶ τούτου [1] ζητήσαντες, ἐξαπέστειλαν πρὸς ἡμᾶς ἄνδρας πιστοὺς καὶ τῶν γραφῶν εἰδήμονας, μαθεῖν περὶ τοῦ ζητήματος τούτου· οἱ δὲ, παραγενόμενοι εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀνήγγειλαν ἡμῖν τὰ ζητηθέντα καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ, ὡς ὅτι τινὲς ἔλεγον, ὅτι δεῖ περιτέμνεσθαι, καὶ τὰς ἄλλας ἁγνείας παραφυλάττειν. ἄλλων δὲ ἄλλο τι λεγόντων, ἐγὼ Πέτρος ἀναστὰς εἶπον πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες ἀδελφοί· ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, [2] ἐν ὑμῖν ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου, καὶ πιστεῦσαι· καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς. Κορνηλίῳ γάρ ποτε ἑκατοντάρχῃ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ὤφθη ἄγγελος κυρίου, καὶ περὶ ἐμοῦ εἶπεν αὐτῷ, ὅπως μεταστείληταί με, καὶ ἀκούσῃ ῥῆμα ζωῆς ἐκ τοῦ στόματός μου. ὁ δὲ, μετεπέμψατό με ἀπὸ Ἰόππης εἰς Καισάρειαν τὴν Στράτωνος. ὁπότε δὲ ἔμελλον πρὸς αὐτὸν ἐκπορεύεσθαι, ἐβουλήθην τροφῆς μεταλαβεῖν· καὶ παρασκευαζόντων, ἤμην ἐν τῷ ὑπερῴῳ προσευχόμενος· καὶ θεωρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον σκεῦός τι, ὡς ὀθόνην λαμπρὰν, καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ τῆς γῆς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἐγένετο φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πρός με λέγουσα· Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον, καὶ φάγε. Κἀγὼ εἶπον· Μηδαμῶς, κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον. Καὶ ἐγένετο φωνὴ ἐκ δευτέρου, λέγουσα· Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανόν. ὡς δὲ διηπόρουν, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα, εἶπέ μοι τὸ πνεῦμα· Ἰδοὺ ἄνδρες ζητοῦσί σε· ἀλλὰ ἀναστὰς πορεύθητι σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος, διότι ἐγὼ ἀπέστειλα αὐτούς. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ παρὰ τοῦ ἑκατοντάρχου. καὶ οὕτως ἀναλογισάμενος, ἔγνων τὸ ῥῆμα [3] κυρίου τὸ γεγραμμένον· ὅτι πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται· καὶ πάλιν· Μνησθήσεται, καὶ ἐπιστραφήσεται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· ὅτι τοῦ κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. Καὶ ὡς πανταχοῦ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν εἴρηται, ἐννοήσας, ἀναστὰς ἐπορεύθην σὺν αὐτοῖς, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός· καὶ ἔτι μου διαγγέλλοντος τὸν λόγον, ἔπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὸν καὶ ἐπὶ τοὺς παρόντας σὺν αὐτῷ, καθὼς καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν. καὶ ἔγνων ἐγὼ ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ [4] ἔσται· ἐξέστησαν δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί. Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν βαρὺν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε ἡμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν ἰσχύσαμεν βαστάσαι; ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος τοῦ κυρίου πιστεύομεν σωθῆναι, καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι. ἔλυσε γὰρ ἡμᾶς ὁ κύριος ἐκ τῶν δεσμῶν, καὶ ἠλάφρυνε τὸ φορτίον ἡμῶν, καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ βάρους πραότητι ἔλυσεν ἀφ' ἡμῶν. ταῦτα δέ μου εἰπόντος, ἐσίγησεν ἅπαν τὸ πλῆθος. ἀπεκρίθη δὲ Ἰάκωβος ὁ τοῦ κυρίου ἀδελφὸς, λέγων· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἀκούσατε. Συμεὼν ἐξηγήσατο, καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς

A *fieri*. Orta igitur contentione & quæstione non parva, Antiochenses fratres: certiores facti quod omnes ea de re disquisituri conveneramus, miserunt nobis viros fideles ac Scripturarum peritos, ut de hac quæstione edocerentur: at illi Hierosolymam advenientes, nuntiaverunt nobis ea quæ in Ecclesia quoque Antiochena disputabantur; scilicet, quod quidam dicerent, oportere circumcidi, & reliquas cærimonias ac sanctimonias Legis observare. Cumque aliud alii proferrent, ego Petrus surgens dixi ad eos: [a] *Viri fratres; vos scitis, quoniam ab antiquis diebus, Deus in vobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere; & qui novit corda Deus, testimonium perhibuit ipsis.* B [b] Cornelio enim qui erat Romani imperii Centurio, Angelus Domini apparuit; & de me dixit ei, ut arcesseret me, & ex ore meo audiret verbum vitæ. Ille vero accersivit me a Joppe in Cæsaream Stratonis. Cum autem ad eum essem perventurus, volui cibum capere; quem dum pararent, eram in cœnaculo orans; & video cælum apertum; atque quatuor initiis illigatum vas quoddam, velut linteum splendidum, in terram demitti, in quo erant omnia quadrupedia, & terræ reptilia, & volatilia cæli. Exstititque vox e cælo ad me dicens: [c] *Surge, Petre, occide, & manduca.* Ego autem respondi: *Nequaquam, Domine; quia numquam manducavi quidquam commune &* C *immundum*. Tum vox secundo edita est, dicens: *Quæ Deus purificavit, tu communia ne putato.* Hoc autem factum est ter: & receptum est vas in cælum. Dumque hæsitarem, quid sibi vellet illud visum, dixit mihi Spiritus: *Ecce viri quærunt te. Surge itaque & vade cum eis, nihil dubitans; quia ego misi illos.* Ii autem erant illi qui a Centurione veniebant. Atque ita mecum reputans, intellexi verbum Domini quod scriptum est: [d] *Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit:* & iterum: [e] *Reminiscentur, & convertentur ad Dominum omnes fines terræ, & adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ Gentium: quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur Gentibus.* D Et cogitans, ubique de vocatione Gentium mentionem fieri, [f] surrexi, ac ivi cum eis; & intravi in domum viri; cumque adhuc verbum annuntiarem, [g] cecidit Spiritus sanctus in eum atque in illos qui cum eo aderant, quemadmodum in nos initio; [h] nihilque discrevit inter nos ac illos, fide purificans corda illorum. Et ego agnovi, [i] quod Deus non est acceptor personarum; sed in omni gente, qui timet eum ac operatur justitiam, acceptus erit illi: & de hoc [k] obstupuerunt etiam qui ex Circumcisione fideles. [l] *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum grave super cervices discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? sed per gratiam Domini credi-* E *mus salvari, sicut & illi*: solvit enim nos Dominus ex vinculis, & onus nostrum leve effecit, & jugum gravitatis ac molestiæ dissolvit a nobis lenitate sua. Hæc me dicente, universa multitudo silentium tenuit. Atque Jacobus frater Domini respondit, dicens: [m] *Viri fratres, audite me. Simon narravit, quemadmodum primum Deus visitavit*

a Act. xv. 7. 8. *b* Act. x. *c* Ibid. ℣. 13. 14. 15. 19. *d* Joel. II. 32. *e* Psal. xxi. 28. 29. *f* Act. xi. 12. *g* Act. x. 44. xi. 15. *h* Act. xv. 9. *i* Act. x. 34. *k* Ibid. ℣. 45. *l* Act. xv. 10. 11. *m* Ibid. ℣. 14-20.

1. Ζητήσαντες.] Vir doctus Joannes Dallæus, ζητήσοντες. COT.
2. Ἐν ὑμῖν.] Ita Alexandrinus codex omnium vetustissimus. Ita Irenæus lib. 3. cap. 12. Sic etiam Chrysostomus: ex quo corrigendæ editiones Oecumenii & Theophylacti. IDEM.
3. Κυρίου.] τοῦ Κυρίου. CLER.
4. Ἔσται.] In altero Cod. ἐστιν. ID.

ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν [1] λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν, καθὼς γέγραπται· μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτὴν, ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς, λέγει κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα. γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. διὸ ἐγὼ [2] ἔκρινα μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν· ἀλλ' ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν ἐθνῶν εἰδωλοθύτου, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας· [3] ἅπερ καὶ τοῖς πάλαι νενομοθέτητο τοῖς πρὸ τοῦ νόμου φυσικοῖς, Ἐνὼς, Ἐνὼχ, Νῶε, Μελχισεδὲκ, Ἰὼβ, καὶ εἴ τις τοιοῦτος ἐγεγόνει. τότε ἔδοξεν ἡμῖν τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Ἰακώβῳ, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ ἡμῶν αὐτῶν πέμψαι σὺν τοῖς περὶ Βαρνάβαν, καὶ Παῦλον, τὸν τῶν ἐθνῶν ἀπόστολον, τὸν Ταρσέα, καὶ Ἰούδαν τὸν καλούμενον Βαρσαββᾶν, καὶ Σίλαν, ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε· Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν, χαίρειν. ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, οἷς οὐ διεστειλάμεθα· ἔδοξεν γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐκπέμψαι πρὸς ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ καὶ Παύλῳ, ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' ὧν ἐπεστείλατε. ἀπεστάλκαμεν δὲ μετ' αὐτῶν Ἰούδαν καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τούτων τῶν ἐπ' ἀνάγκαις, ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας· ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. ἔρρωσθε. Τὴν μὲν οὖν ἐπιστολὴν ἐξαπεστείλαμεν· αὐτοὶ δὲ ἐν ἱκαναῖς ἡμέραις ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπεμείναμεν ἅμα συζητοῦντες πρὸς τὸ κοινωφελὲς εἰς διόρθωσιν.

A *sumere ex Gentibus populum nomini suo: & huic concordant verba Prophetarum; sicut scriptum est:* [a] *Post hæc revertar, & reædificabo tabernaculum Davidis, quod decidit, & diruta ejus reædificabo, & erigam illud; ut requirant ceteri hominum Dominum; & omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus, faciens hæc. Nota a sæculo sunt Domino omnia opera sua. Propter quod ego judicavi, non inquietandos eos qui ex Gentibus convertuntur ad Deum; sed scribendum ad eos, ut abstineant se a contaminationibus Gentilis Idolothyti, & sanguine, & suffocatis, & fornicatione:* quæ etiam antiquis illis, qui ante Legem secundum naturam vivebant, sancita B fuerant, Enoso, Henocho, Noæ, Melchisedeco, Jobo, & si quis hujusmodi fuit. Tunc placuit nobis Apostolis, & Episcopo Jacobo, & Senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex nobis, & mittere cum Barnaba, & cum Paullo Gentium Apostolo ac Tarsensi, Judam qui vocatur Barsabbas, & Silam, viros primarios in fratribus, atque scribere per manus eorum hæc: [b] *Apostoli & Seniores, & Fratres, his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ Fratribus ex Gentibus, salutem. Quoniam audivimus quod quidam ex nobis turbaverunt vos verbis, evertentes animas vestras; quibus non mandavimus; placuit collectis in unum, eligere viros, & mittere ad vos cum carissimis nostris Bar-* C *naba & Paullo, hominibus qui tradiderunt animas suas pro Domino nostro Jesu Christo, per quos scripsistis. Misimus autem cum ipsis Judam & Silam, qui & ipsi verbis referent eadem. Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria; ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione; a quibus custodientes vos, bene agetis. Valete.* Hanc igitur Epistolam misimus: ipsi autem sat multis diebus remansimus Hierosolymis, una conquirentes quæ ad communem utilitatem & ad censuram pertinerent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγʹ.

Ὅπως χρὴ χωρίζεσθαι τῶν αἱρετικῶν.

ΜΕτὰ δὲ χρόνον ἱκανὸν ἐπισκεψάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ στηρίξαντες αὐτοὺς τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας, καὶ παρεγγυησάμενοι φεύγειν αὐτοὺς, τοὺς ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ καὶ Μωσέως, πολεμοῦσι Χριστῷ καὶ Μωσεῖ, καὶ ἐν δορᾷ προβάτων τὸν λύκον κατακρύπτουσιν. οὗτοι γάρ εἰσι ψευδόχριστοι, καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ ψευδαπόστολοι, πλάνοι καὶ φθορεῖς, ἀλωπέκων μερίδες καὶ χαμαιζήλων ἀμπελώνων ἀφανισταί· δι' οὓς ψυχθήσεται ἡ τῶν πολλῶν ἀγάπη· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος ἀδιάστροφος, οὗτος σωθήσεται· περὶ ὧν ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς ὁ κύριος, παρήγγειλεν, ἐλεύσονται, λέγων, πρὸς ὑμᾶς ἄνθρωποι ἐν ἐνδύμασι

D

CAPUT XIII.

Quo modo oporteat separari ab Hæreticis.

POst vero satis longum tempus, visitavimus fratres, & confirmavimus eos verbo pietatis, & hortati sumus ut Hæreticos fugerent, qui in nomine Christi ac Mosis, cum Christo ac Mose bellant, & in ovium pelle lupum occulunt. Hi namque sunt Pseudochristi, & Pseudoprophetæ, & Pseudoapostoli, fallaces & corruptores; vulpium partes, & vinearum humiliorum vastatores; per quos [c] *refrigescet caritas multorum: qui autem perseveraverit usque in finem* indeflexus; *hic salvus* E *erit.* De iisdem Dominus nos cautos reddens, ista denuntiavit: [d] *Venient ad vos viri in vestimentis*


a Amos IX. 11. b Act. XV. 23-29. c Matth. XXIV. 12. d Matth. VII. 15.

1. *Λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.*] Lectio quorumdam Interpretum, quorumdam Mss. quarumdam editionum, nonnullorum Patrum. In his B. Chrysostomi: eoque forsan Oecumenio reddenda; Theophylacto autem non forsan, sed omnino, quod ex ipsius expositione manifestum fit. Alias hujus capitis variantes scripturas similiter nota: neque enim exemplis carent. COT.

2. *Ἔκρινα.*] In altero cod. *κρίνω*. CLER.

3. *Ἅπερ καὶ τοῖς πάλαι νενομοθέτητο.*] Ut homines sanctos qui ante Moysem vixerunt, nemo dixerit comedisse Idolothyta, aut fuisse fornicatores: ita non abhorret a vero, eosdem abstinuisse sanguine & suffocato. Siquidem ante diluvium vescendæ carnis copiam non esse factam docetur a Tertulliano 4. de jejuniis, Origene ad Genes. I. 29. Basilio Orat. 1. de jejunio, Chrysostomo, Homil 27. in Genesim, Hieronymo adversus Jovinianum lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 10. Theodoro ac Theodorito in hujus Quæstionibus in Genesim num. 39. 51. 55. Et post diluvium audierunt Noe ac filii ejus a Deo; *carnem cum sanguine non comedetis*. In interdictione autem sanguinis continetur interdictum suffocati, juxta illud Chrysostomi loco laudato; *οὐ ἐστι κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς; τοῦτ' ἐστι, πνικτόν. τῷ γὰρ ἀλόγῳ ἡ ψυχὴ τὸ αἷμα τυγχάνει.* Tertullianus Apologetici cap. 9. *Propterea quoque suffocatis, & morticinis abstinemus, ne quo sanguine contaminemur, vel* [illegible]. Consulantur quæ superius in Recognit. I. 30. COT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



προβάτων· ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. προσέχετε ἀπ' αὐτῶν. ἀναστήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ πλανήσουσι πολλούς.

A ovium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos: attendite ab eis. [a] *Exsurgent enim Pseudochristi, & Pseudoprophetæ, & seducent multos.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδʹ.

Τίνες οἱ κηρύξαντες τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, καὶ τίνα τὰ δι' αὐτῶν παραγγέλματα.

ΔΙ' οὓς καὶ ἡμεῖς νῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, Πέτρος καὶ Ἀνδρέας, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης υἱοὶ Ζεβεδαίου, Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος, Θωμᾶς καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, καὶ Σίμων ὁ Κανανίτης, καὶ Ματθίας ὁ ἀντὶ Ἰούδα καταψηφισθεὶς [1] ἡμῖν· Ἰάκωβός τε ὁ τοῦ κυρίου ἀδελφὸς καὶ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, καὶ Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ἅμα πάντες καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, ἐγράψαμεν ὑμῖν τὴν καθολικὴν ταύτην διδασκαλίαν, εἰς ἐπιστηριγμὸν ὑμῶν, τῶν [2] τὴν καθόλου ἐπισκοπὴν πεπιστευμένων· ἐν ᾗ δηλοῦμεν ὑμῖν, Θεὸν παντοκράτορα ἕνα μόνον ὑπάρχειν, παρ' ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι· καὶ αὐτὸν μόνον σέβειν καὶ προσκυνεῖν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἐν τῷ παναγίῳ πνεύματι· καὶ ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς χρῆσθαι, νόμῳ καὶ προφήταις· γονεῖς τιμᾶν· ἅπασαν ἔκθεσμον πρᾶξιν φεύγειν· ἀνάστασιν πιστεύειν, καὶ κρίσιν· καὶ ἀνταπόδοσιν προσδοκᾶν· καὶ τοῖς κτίσμασιν αὐτοῦ πᾶσιν εὐχαρίστως προσέρχεσθαι, ὡς Θεοῦ ἔργοις, καὶ μηδὲν ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι φαῦλον· καὶ γαμεῖν νομίμως, ἄμεμπτος γὰρ ὁ τοιοῦτος γάμος· ὅτι καὶ παρὰ κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί· καὶ ὁ κύριος λέγει· Ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς, καὶ εἶπεν· Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Μήτε μὴν μετὰ γάμον ἐκβάλλειν ἀκατάγνωστον ἐξέσω. Φυλάξῃ γάρ, φησι, τῷ πνεύματί σου· καὶ γυναῖκα νεότητός σου μὴ ἐγκαταλίπῃς· ὅτι αὐτὴ κοινωνὸς βίου σου, καὶ [3] ὑπόλειμμα πνεύματός σου· καὶ ἐγὼ ἐποίησα, καὶ οὐκ ἄλλος. Φάσκει γὰρ ὁ κύριος, ὅτι ἃ ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Ἡ γὰρ γυνὴ κοινωνός ἐστι βίου, ἑνουμένη εἰς ἓν σῶμα ἐκ δύο παρὰ Θεοῦ· ὁ δὲ τὸ ἓν ἀνάπαλιν διαιρῶν εἰς δύο, ἐχθρὸς δημιουργίας Θεοῦ, καὶ προνοίας τῆς ἐκείνου ἀντίπαλος. ὡσαύτως ὁ κατέχων τὴν παραφθαρεῖσαν, [4] φύσεως θεσμοῦ παράνομος· ἐπείπερ ὁ κατέχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής. Ἀπότεμε γὰρ αὐτήν, φησιν, ἀπὸ τῶν σαρκῶν σου. Οὐ γάρ ἐστι βοηθός, ἀλλ' ἐπίβουλος, πρὸς ἄλλον ἀποκλίνασα τὴν διάνοιαν. μήτε δὲ περιτέμνεσθαι τὴν σάρκα, ἀρκεῖσθαι δὲ πιστοῖς τὴν τῆς καρδίας περιτομὴν ἐν πνεύματι. Περιτμήθητε γάρ, φησι, τῷ Θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν.

CAPUT XIV.

Qui prædicarint Catholicam Doctrinam, & quæ sint illorum præcepta.


PRopter quos, nunc in unum congregati nos, [b] Petrus & Andreas, Jacobus & Joannes filii Zebedæi, Philippus & Bartholomæus, Thomas & Matthæus, Jacobus Alphæi & Lebbæus cognomen-
B to Thaddæus, ac Simon Cananæus & [c] Matthias loco Judæ annumeratus nobiscum; item Jacobus frater Domini, Episcopus Hierosolymitanus, nec non Paullus [d] Gentium doctor, [e] vas electionis; una omnes congregati, hanc Catholicam Doctrinam scripsimus vobis, ad confirmandos & corroborandos vos, quibus universalis Episcopatus creditus est: in qua significamus vobis, Deum omnipotentem unum dumtaxat exsistere, præter quem non sit alius; hunc solum colendum ac adorandum, per Jesum Christum Dominum nostrum, in sanctissimo Spiritu; utendum sacris Scripruris, Lege ac Prophetis; honorandos parentes; fugiendam omnem actionem iniquam; credendum, resurrectionem ac
C judicium fore; exspectandam retributionem; cum gratiarum actione utendum in cibo cunctis Dei creaturis, utpote a Deo factis, nihilque pravi in se habentibus; matrimonium legitime contrahendum; tale enim culpa vacat; quia & [f] *a Domino aptatur uxor viro*; & Dominus ait: [g] *Qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos, & dixit: Propter hoc relinquet homo patrem suum ac matrem, & adhærebit uxori suæ; & erunt duo in carnem unam.* Non ergo, post nuptias liceat ejicere inculpatam. [h] *Custodies* enim, inquit, *spiritum tuum; & uxorem adolescentiæ tuæ ne derelinquas: quoniam hæc particeps tuæ vitæ; & reliquiæ spiritus tui; & ego feci, & non alius.* Nam Do-
D minus dicit: [i] *Quæ Deus junxit, homo non separet.* Uxor quippe, consors est vitæ, ex duobus in unum corpus a Deo adunata: qui autem unum rursus in duo dirimit, hostis est creationis Dei, & divinæ providentiæ adversarius. Similiter qui corruptam retinet, naturæ legem violat; quandoquidem [k] *qui retinet adulteram, stultus est & impius.* [l] *Abscinde* enim *eam*, inquit, *a carnibus tuis.* Nam [m] adjutrix non est, sed insidiatrix, quæ mentem ad alium declinarit. Significamus etiam carnem non oportere circumcidi, sed fidelibus sufficere circumcisionem cordis in spiritu. [n] *Circumcidimini* enim, inquit, *Deo vestro, & circumcidite præputium cordis vestri.*

a Matth. xxiv. 11. *b* Matth. x. 2. *c* Act. I. 26. *d* I. Tim. II. 7. *e* Act. ix. 15. *f* Prov. xix. 14. *g* Matth. xix. 4. *h* Mal. II. 15. 14. *i* Matth. xix. 6. *k* Prov. xviii. 22. *l* Eccli. xxv. 36. *m* Gen. II. 18. *n* Jer. iv. 4.

1. Ἡμῖν] Al. σὺν ἡμῖν. Cot.
2. Τὴν καθόλου ἐπισκοπήν.] In Liturgiis, etiam Clementis infra, πάσης ἐπισκοπῆς. *Quia Episcopatus unus est atque indivisus, Episcoporum multorum concordi numerositate diffusus, & unum per diversos Antistites Sacerdotium.* Id.
3. Ὑπόλειμμα] Al. λῆμμα pro λεῖμμα.

E 4. Φύσεως θεσμοῦ παράνομος.] Subjicitur ratio; quod adultera sit etiam insidiatrix, & ut ajebat ille, venefica. Addo ex Isidoro Pelusiota Epist. 76. lib. 3. ἡ μοιχεία πάντα τὸν βίον ἀνατρέπει τὸν ἀνθρώπινον. Cetera superius ad Hermæ Mand. 4. cap. 1. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Οτι οὔτε ἀναβαπτίζειν χρὴ, οὔτε μὴν παραδέχεσθαι τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν βάπτισμα δοθὲν, ὃ οὐκ ἔστι βάπτισμα, ἀλλὰ μόλυσμα.

ΟΜοίως καὶ βαπτίσματι ἑνὶ ἀρκεῖσθαι μόνῳ, τῷ εἰς τὸν τοῦ κυρίου θάνατον δεδομένῳ· οὐ τῷ παρὰ τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν, ἀλλὰ τῷ παρὰ τῶν ἀμέμπτων ἱερέων δεδομένῳ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. μήτε δὲ τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν, δεκτὸν ὑμῖν ἔστω· μήτε τὸ παρὰ τῶν ὁσίων, ἀκυρούσθω διὰ δευτέρου. ὡς γὰρ εἷς ὁ Θεὸς, εἷς ὁ Χριστὸς, καὶ εἷς ὁ παράκλητος, εἷς δὲ καὶ ὁ τοῦ κυρίου ἐν σώματι θάνατος· οὕτως ἓν ἔστω καὶ τὸ εἰς αὐτὸν διδόμενον βάπτισμα. οἱ δὲ παρὰ ἀσεβῶν δεχόμενοι μόλυσμα, κοινωνοὶ τῆς γνώμης αὐτῶν γενήσονται· [1] οὐ γάρ εἰσιν ἐκεῖνοι ἱερεῖς. λέγει γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεός· Ἐπεὶ καὶ σὺ ἀπώσω γνῶσιν· ἀπώσομαί σε κἀγὼ, τοῦ ἱερατεύειν μοι. Οὔτε μὴν οἱ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτῶν, μεμύηνται, ἀλλὰ μεμολυσμένοι ὑπάρχουσιν, οὐκ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνοντες, ἀλλὰ δεσμὸν ἀσεβείας. οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεμυημένους, ἐκ δευτέρου βαπτίζειν πειρώμενοι, ἀνασταυροῦσι τὸν κύριον, ἀναιροῦσιν αὐτὸν ἐκ δευτέρου, γελῶσι τὰ θεῖα, μυκτηρίζουσι τὰ ἅγια, ὑβρίζουσι [2] τὸ πνεῦμα, τὸ αἷμα τὸ ἅγιον ὡς κοινὸν ἀτιμάζουσιν, ἀσεβοῦσιν εἰς τὸν ἀποστείλαντα, εἰς τὸν παθόντα, εἰς τὸν μαρτυρήσαντα. ἀλλὰ καὶ ὁ ἐκ καταφρονήσεως μὴ βουλόμενος βαπτισθῆναι, ὡς ἄπιστος κατακριθήσεται, καὶ ὀνειδισθήσεται ὡς ἀχάριστος καὶ ἀγνώμων. λέγει γὰρ ὁ κύριος· Ἐὰν μή τις βαπτισθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. καὶ πάλιν· Ὁ πιστεύσας, καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται. Ὁ δὲ λέγων, ὅτι [3] ὅταν τελευτῶ, βαπτίζομαι, ἵνα μὴ ἁμαρτήσω, καὶ ῥυπανῶ τὸ βάπτισμα, οὗτος ἄγνοιαν ἔχει Θεοῦ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπιλήσμων τυγχάνει. Μὴ ἀναβάλλου γὰρ [4] ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. [5] Βαπτίζετε δὲ ὑμῶν καὶ τὰ νήπια, καὶ ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Θεοῦ. Ἄφετε γὰρ, φησι, τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά.

CAPUT XV.

Quod nec oporteat rebaptizare; nec recipere Baptismum ab impiis collatum, qui non est Baptismus seu lavatio, sed inquinamentum.

A ITidem contentos esse debere uno Baptismo solo, [a] in mortem Domini tradito; non illo quem infausti Hæretici, sed quem irreprehensi Sacerdotes conferunt in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Neque igitur, ab impiis datus, vobis probetur; neque a sanctis concessus, per secundum Baptismum infirmetur. Sicut enim [b] unus Deus est, unus Christus, & unus Paracletus, una quoque mors Domini in corpore; ita & unum sit Baptisma in eam mortem datum. Qui autem ab impiis illis inquinamentum accipiunt, participes eorum damnationis fient. Illi enim non sunt sacerdotes. Dicit quippe Dominus ad eos: [c] *Quoniam & tu scientiam repulisti, repellam & ego te, ne sacerdotio* B *fungaris mihi.* Nec vero qui ab iis baptizati sunt, initiati fuerunt, sed sunt inquinati, accipiuntque non remissionem peccatorum, sed vinculum impietatis. Neque hoc solum, verum etiam qui Baptismo initiatos secundo nituntur baptizare, [d] iterum Dominum crucifigunt, iterum eum interficiunt, divina irrident, deludunt sancta, contumelia afficiunt Spiritum, sanctum illum sanguinem ut communem inhonestant; impie agunt in eum qui misit, in eum qui passus est, in eum qui testimonium perhibuit. Quin etiam qui propter contemtum noluerit baptizari, tamquam infidelis condemnabitur, & probrum feret tamquam ingratus ac incogitans. Dicit enim Dominus: [e] *Nisi quis baptizatus fuerit ex* C *aqua & Spiritu, non ingredietur in regnum cælorum:* & rursus: [f] *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur:* Qui autem dicit; Cum moriar, curabo ut baptizer, ne interim peccem, & Baptismum contaminem; is Deum ignorat, & naturæ suæ est immemor. [g] *Ne differas* enim *converti ad Dominum:* [h] *nescis enim quid superventura pariet dies.* Sed & baptizate vestros pueros, atque eos educate in disciplina ac monitis Dei. [i] *Sinite* enim, inquit, *parvulos venire ad me, & nolite eos probibere.*

a Rom. VI. 3. *b* Ephes. IV. 5. *c* Os. IV. 6. *d* Hebr. VI. 6. *e* Joan. III. 5. *f* Marc. XVI. 16. *g* Eccli. V. 8. *h* Prov. XXVII. 1. & III. 28. *i* Matth. XIX. 14.

1. Οὐ γάρ εἰσιν ἐκεῖνοι ἱερεῖς.] Et can. Apost. 47. Basilius can. 1. *οἱ δὲ ἀποῤῥαγέντες, λαϊκοὶ γενόμενοι οὔτε τοῦ βαπτίζειν, οὔτε χειροτονεῖν εἶχον τὴν ἐξουσίαν*, & reliqua, quæ lege, ut & notata heic supra. Prætermitto, ne longior sim, loca multa Veterum, in quibus aut generaliter Baptismus Hæreticorum impugnatur, aut de eo velut de re tantummodo disciplinæ agitur. Pauci quippe ad ima profundæ quæstionis penetrarunt, quod mira follertia fecit B. Augustinus. COT.

2. Τὸ πνεῦμα.] In altero cod. Vind. additur *τὸ ἅγιον*, & postea *ἀντὶ τοῦ ἅγιον* legitur *τίμιον*. Quæ lectio præferenda Vulgatæ videtur. CLER.

3. Ὅταν τελευτῶ, βαπτίζομαι.] In dilationem tum Baptismi, tum pœnitentiæ ad mortem usque, SS. Patres passim invehuntur; cum quibus jungendus Tertullianus de pœnitentia cap. 6. licet libro de Baptismo cap. 18. utiliorem esse putet Baptismi cunctationem. Hinc Clinicos, seu ægros in lecto perfusos baptizatosque, ad Sacerdotium & D ad Clerum non solebant promovere, uti docemur per Canonem 12. Synodi Neocæsariensis, perque Epistolam Cornelii in Eusebio lib. 6. cap. 43. COT.

4. Ἐπιστρέψαι.] In eodem præponitur *φησί*. Citatur Ecclesiasticus, quamvis suppresso nomine, & *φησί* refertur ad eum qui verba, quæ leguntur heic, scripsit. Sic sæpe fit apud Scriptores Ecclesiasticos, ut viri docti notarunt in Epist. *Barnabæ*. Sic & Latini, *inquit*, non addito nomine inquientis, quod sæpe in *Seneca* occurrit. CLER.

5. Βαπτίζετε δὲ ὑμῶν καὶ τὰ νήπια.] Apostoli & Apostolici viri in periculo mortis constitutos infantes baptizabant statim; ceteros tardius aut citius, pro arbitrio parentum, certisque circumstantiis: quo factum ut variæ postea viguerint consuetudines in ætate baptizandorum puerorum. Eas colliges ex Tertulliano lib. de Baptismo cap. antepenult. Cypriano Epist. 59. & Gregorio Nazianzeno Orat. 40. p. 658. Sane ab Origene & Augustino Baptismus parvulorum Apostolica dicitur traditio. COT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Περὶ τῶν ψευδεπιγράφων βιβλίων.

Ταῦτα πάντα ἐπεστείλαμεν ὑμῖν, ἵνα εἰδέναι ἔχοιτε τὴν ἡμετέραν γνώμην, οἵα τίς ἐστι, καὶ τὰ ἐπ' ὀνόματι ἡμῶν παρὰ τῶν ἀσεβῶν κρατυνθέντα βιβλία μὴ παραδέχεσθαι. οὐ γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρὴ ἡμᾶς προσέχειν τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, καὶ τῇ γνώμῃ τῇ ἀδιαστρόφῳ· οἴδαμεν γὰρ ὅτι [1] οἱ περὶ Σίμωνα καὶ Κλεόβιον, ἰώδη συντάξαντες βιβλία [2] ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, περιφέρουσιν εἰς ἀπάτην ὑμῶν τῶν πεφιληκότων Χριστὸν καὶ ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ δούλους. καὶ [3] ἐν τοῖς παλαιοῖς δέ τινες συνέγραψαν βιβλία ἀπόκρυφα [4] Μωσέως, καὶ [5] Ἐνὼχ,

CAPUT XVI.

De libris falso inscriptis.

A HÆC omnia scripsimus vobis, ut notum haberetis qualis sit nostra sententia, & ne libros qui ab impiis nominis nostri inscriptione sunt firmati, reciperetis. Non enim attendere debetis nomina Apostolorum; sed naturam rerum, & rectam indeflexamque sententiam. Scimus quippe Simonem & Cleobium venenatos libros nomine Christi ac discipulorum ejus composuisse, atque circumferre, ad decipiendos vos, qui Christum nosque servos ejus dilexistis. Et vero apud veteres nonnulli conscripserunt Mosis, Enochi, Adami, Esaiæ, Davidis, Eliæ & trium Patriarcharum libros Apocry-

1. Οἱ περὶ Σίμωνα καὶ Κλεόβιον.] Recognit. lib. 2. n. 38. Hieronymus in Matthæi xxiv. 5. *Quorum unus est Simon* B *Samaritanus, quem in Actibus Apostolorum legimus, qui se magnam dicebat esse virtutem: hæc quoque inter cetera in suis voluminibus scripta dimittens; Ego sum sermo Dei, ego sum speciosus, ego Paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei.* Auctor libri de divinis nominibus cap. 6. Σίμωνος ἀντιρρητικοὶ λόγοι. Et in Præfatione Arabica ad Concilium Nicænum; *Sibi autem perfidi isti* Simonitæ *Evangelium effinxerunt, quod in quatuor tomos secantes, librum quatuor angulorum & cardinum mundi appellarunt.* De Cleobii scriptis alibi non legi; sed vero simile est ipsum quoque venenis suis chartas infecisse; ut a Dositheo factum auctores sunt Origenes in Joannis iv. 25. ac Eulogius apud Photium Cod. 230. COT.

2. Ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ.] *Salvator nullum volumen doctrinæ suæ proprium dereliquit: quod in plerisque Apocryphorum deliramenta confingunt.* Hieronymus ad Ezech. xliv. 29. Scilicet, Domini & Servatoris nostri Jesu Christi nomen pleraque Apocrypha gerebant in fronte. Verbi gratia, Epi- C stola Jesu ad Abgarum regem, a multis post Eusebium memorata. Et in Synodo Romana Gelasii, cum dicta Epistola, Liber de infantia Salvatoris; Liber de nativitate Salvatoris; Centimetrum de Christo. Apud S. Augustinum Epist. ad Ceretinum, Hymnus Domini; & lib. 1. de consensu Evangelistarum cap. 9. Christi Epistolæ ad Petrum & Paullum, de magicis artibus. Actione 2. Concilii Romani anno 745. habiti, Epistola Jesu Christi quæ de cælo cecidit. Præterea ediderunt ex Suidæ Philologia Historiam Apocrypham de Jesu Christo Filio Dei, mundi Salvatore, quæ habetur in ejus Lexico, voce Ἰησοῦς. Denique in Anastasii Ὁδηγῷ cap. 13. p. 260. ut falsa rejiciuntur τὰ λεγόμενα παιδικὰ θαύματα τοῦ Χριστοῦ. *quæ vocantur puerilia Christi miracula.* Atque hujus vel congeneris Apocryphi initium extrema tenet Regii Mss. 2279. (—— Vid. Append. ad Constitut. num. xvi. ——) Non enim unus dumtaxat nebulo circa Servatoris infantiam comminisci D sibi permisit: sed ejusdem Bibliothecæ Codice 2276. legitur; *Incipit Historia de Joachim & Anna, & de nativitate B. Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, & de infantia Salvatoris. Ego Jacobus filius Joseph*, &c. finitoque Opere; *Explicit liber de infantia Salvatoris.* Codice vero 1697. exstat Liber tamquam Matthæi Evangelistæ de infantia Salvatoris, narrationis cum præcedentibus partim similis, partim dissimilis; ineptus quidem instar illorum, in eo tamen consideratione dignus, quod etiam continet, non tamen absque interpolatione, responsionem Christi pueri litteras discentis ad magistrum, relatam ex falsa Scriptura ab Irenæo lib. 1. cap. 17. Sed & in eodem Apocrypho refertur quoque fabella de passeribus; quam lectam fuisse a Mohamede discimus per Nicetam Choniatem, atque adeo per Impostorem ipsum Alcorani Sur. 3. & 5. Ceterum nuper hic Parisiis doctissimus Dominicanus Vanslebius publico proposuit edendam cum aliis Operibus Æthiopicis Liturgiam D. N. Jesu Christo adscriptam. ID. E

3. Ἐν τοῖς παλαιοῖς.] Talis liber, Prophetia Chami, quam a Pherecyde expressam refert Clemens Alexandrinus Centone 6. p. 642. *Quod autem*, ait Tertullianus de anima cap. 2. *si Philosophi etiam illa incursaverunt, quæ penes nos Apocryphorum confessione damnantur*, &c. Talis quoque, τῶν παρ' Ἑβραίοις φερομένων ἀποκρύφων ἡ ἐπιγραφομένη Ἰωσὴφ προσευχή, apud Origenem tom. 5. in Joannis Evangelium; qui alibi sæpe secretorum, apud Judæos, voluminum mentionem facit. Additur a S. Epiphanio in libro de mensuris & ponderibus; quam vere, non excutio nunc; per LXX. in Græcum sermonem translatos fuisse libros Apocryphos 72. seu potius 22. probabilius enim corrigetur numerus capitis decimi per numerum capitis quinti, οβ'. per κβ'. quam vice versa. Sed cogitent viri docti de loco deplorato in dicto cap. 5. αὗται αἱ βίβλοι τὸν τρόπον ὃν εἴπομεν ἡρμηνεύθησαν, κατὰ περίοδον ἑκάστῃ ζυγῇ ἑρμηνευτῶν ἐπιδιδόμεναι, καὶ ἀπὸ τῆς πρώτης ζυγῆς τῇ δευτέρᾳ, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς δευτέρας τρίτῃ, καὶ οὕτως περιῆλθον" κελλίνουσαι ἑκάστῃ τριακοντάκις ἑξάκις ἑρμηνευθεῖσαι, ὡς ἄδεται λόγος, καὶ εἰκοσιδύο τῶν ἀποκρύφων. Nihil succurrit, præter κελλῆ ἐνοῦσαι ἑκάστῃ (Corrupta dictio.) *Hi libri* sacræ Scripturæ *eo quem diximus modo translati sunt, in orbem unicuique pari Interpretum tributi, a primo pari ad secundum, rursusque a secundo ad tertium; atque ita per singulas cellas fuerunt ac transierunt, trigesies sexies conversi, ut fama percrebuit. Una cum viginti duobus Apocryphis.* Quid si quis harioletur κελλιώσει ἑκάστῃ, hoc est, *per unamquamque*, ut æque barbare loquar, *cellationem?* Præter hæc Apocrypha confixere alia Hæretici, & maximis antiquissimisque nominibus donavere, Evæ, Sethi ac septem ejus liberorum, Abrahami, Moysis, aliorum; tradente Epiphanio. ID.

C 4. Μωσέως.] Gaudebant illustri nomine quatuor secretæ ac occultæ Scripturæ, Sermones Mystici, Testamentum, Assumtio vel Ascensio, atque Revelatio. Habes βίβλον λόγων μυστικῶν Μωσέως in Actis Concilii Nicæni editionis Morellianæ in 8. p. 110. 111. Commelinianæ in fol. p. 28. l. 6. διαθήκην Μωυσέως in Synopsi Athanasiana, in Nicephori Constantinopolitani Stichometria, & in Laterculo supra posito initio Notarum ad hoc opus Constitutionum: item ἀνάληψιν apud Origenem περὶ ἀρχῶν III. 2. Athanasium & Nicephorum ubi mox, Acta Concilii Nicæni edit. Morell. p. 110. 131. 134. Commel. p. 28. & 33. eamque intelligere videtur Evodius Epistola ad S. Augustinum, inter Augustinianas 258. Denique ἀποκάλυψιν Mosis citat Georgius Cedrenus, in Compendio Historiarum: atque inde sumtum vult versiculum 15. cap. 6. Epistolæ ad Galatas, Georgius Syncellus Chronographiæ p. 27. ad quod Paulli testimonium in Cod. Reg. 607. & 1253. ad- D notatur esse ex Mosis Apocrypho. Observabis præcipue verba Cedreni edit. Basil. p. 3. l. 32. ὡς ἐν λεπτῇ φέρεται γενέσει, ἣν καὶ Μωσέως εἶναί φασί τινες ἀποκάλυψιν. & p. 6. l. 39. ὡς ἡ λεπτὴ Μωσέως γένεσίς φησιν. Nam parva Genesis, λεπτὴ γένεσις, λεπτογένεσις, μικρογένεσις memoratur a Hieronymo Epist. 127. mans. 18. & 24. qui id Geneseos Apocryphum Hebraice legerat. Memoratur a Gelasio his verbis; *Liber de filiabus Adæ, hoc est, Leptogenesis, Apocryphus.* Item a Georgio Syncello, Zonara, Glyca. Sed insigniter ab Epiphanio Hæresi 39. n. 6. nec sine difficultate. ὡς δὲ ἐν Ἰωβηλαίοις εὑρίσκεται, τῇ καὶ λεπτογενέσει καλουμένῃ, &c. Obscurum quippe, cur τῇ λεπτῇ γενέσει nomen τὰ Ἰωβηλαῖα inditum fuerit; tacuitque qui docere poterat doctissimus Petavius. Conjecerim, quia verbum יבל significat deducere, & nomen יובל rivum, aquarum processum: quæ Genesi atque originibus conveniunt, ut fusius videre est in R. Mose Nachmanide, ubi de Jubileo disserit. Vide Jos. Scaligerum Anim. in Euseb. p. 16. ID.

E 5. Ἐνώχ.] Aliquid ne ad hunc locum observaremus, effecit doctorum hominum diligentia. Quæ enim subjunctum imus, observationum nomen non merentur. Duo autem sunt. I. citatio ejusdem loci per Clementem Alexandrinum, ejusque discipulum Origenem. ὁμοδοξῶν τῷ Ἐνὼχ ait primus p. 801. col. 2. in Hypotyposibus τῷ εἰρηκότι· καὶ εἶδον τὰς ὕλας πάσας. Alter vero iv. de principiis cap. ult. ex versione Rufini; *Dicente Enoch; Universas materias perspexi.* II. collatio verborum S. Hilarii ad Psal. cxxxii. 3. *Hermon mons est in Phœnice, cujus interpretatio anathema est: quod enim nobis anathema nuncupatur, id Hebraice Hermon dicitur. Fertur autem id, de quo etiam nescio cujus liber exstat, quod Angeli concupiscentes filias hominum, cum de cæ-*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

καὶ [1] Αδὰμ, [2] Ησαΐου τε καὶ [3] Δαβὶδ, καὶ [4] Ηλία, καὶ τῶν [5] τριῶν πατριαρχῶν, φθοροποιὰ, καὶ τῆς ἀληθείας [6] ἐχθρά. τοιαῦτα καὶ νῦν ἐποίησαν οἱ δυσώνυμοι, διαβάλλοντες δημιουργίαν, γάμον, πρόνοιαν, τεκνογονίαν, νόμον, προφήτας· [7] βάρβαρά τινα ὀνόματα ἐγγράφοντες, καὶ ὡς αὐτοί φασιν, ἀγγέλων, τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν, δαιμόνων, τῶν αὐτοῖς ὑπηχούντων· ὧν ἀποφεύγετε τὴν διδασκαλίαν, ἵνα μὴ μετάσχητε τῆς τιμωρίας τῶν αὐτὰ συγγραψαμένων ἐπ' ἀπάτῃ καὶ ἀπωλείᾳ τῶν πιστῶν καὶ ἀμέμπτων τοῦ κυρίου [8] Ἰησοῦ μαθητῶν.

phos, exitiales, ac repugnantes veritati. Consimiles libros nunc quoque ediderunt inauspicati homines, calumniantes creationem, nuptias, providentiam, procreationem liberorum, Legem, Prophetas, adscribentes barbara quædam nomina, scilicet, ut ipsi dicunt Angelorum, ut verum autem proferatur, dæmonum, quorum afflatu loquuntur. Fugite doctrinam eorum, ne participes efficiamini supplicii parati iis qui hæc, ut fallerent ac perderent fideles & inculpatos Christi Jesu discipulos, [filios ac heredes,] conscripserunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ.

Περὶ κληρικῶν γαμικὰ παραγγέλματα.

Ἐπίσκοπον [9] καὶ πρεσβύτερον καὶ διάκονον εἴπομεν μονογάμους καθίστασθαι, κἂν ζῶσιν αὐ-

CAPUT XVII.

De Clericis conjugalia præcepta.

IN [a] Episcopum, Presbyterum, & Diaconum constitui præcipimus viros unius matrimonii,

[a] I. Tim. III. 2. 12. Tit. I. 6.

lo descenderent, in hunc montem maxime convenirent excelsum. Horum, inquam, comparatio cum istis libri Henoch; *ἦσαν δὲ οὗτοι (ἐγρήγοροι) διακόσιοι, οἱ καταβάντες ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰάρεδ εἰς τὴν κορυφὴν Ερμονιεὶμ ὄρους. καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὄρος Ερμών, καθότι ὤμοσαν καὶ ἀνεθεμάτισαν ἀλλήλους ἐν αὐτῷ.* Georgii Syncelli pag. 12. A. Vides nescio quem illum, esse supposititium Henochum. COT.

1. Αδάμ.] Hujus reconditi scripti mentio in exemplaris Regii 1789. Indiculo. Epiphanius Hæresi 26. n. 8. *ἀποκαλύψεις τοῦ Αδάμ.* Apud Gelasium; *Pœnitentia Adæ.* Idem enim esse Opus colligi datur ex Cedreno, non multo post initium; unde nugatorii voluminis specimen accipies. Sed & libro Adami, hoc aut similis farinæ alio, se adhuc jactitant qui appellantur Chaldæi, Mandaitæ, Sabaitæ, & Christiani S. Joannis Baptistæ, referente Abrahamo Ecchellensi ad Præfationem Concilii Nicæni, & ad Hebedjesu Catalogum. ID.

2. Ησαΐου.] Generatim, Origenes in Matth. XIII. 57. XXIII. 37. cujus & videnda Epistola ad Julium Africanum. Specialiter, nomine *τοῦ ἀναβατικοῦ Ησαΐου*, Epiphanius Hæres. XL. 2. LXVII. 3. Hieronymo in Esaiæ LXIV. 4. *Ascensio Esaiæ.* Item nomine *Ησαΐου ὁράσεως*, in paullo ante laudato Catalogo exemplaris Regii 1789. Quia vero (ut id obiter moneam) teste Hieronymo legebatur in Ascensione Isaiæ illud quod ab Apostolo citatur I. Corinth. II. 9. *Quod oculus non vidit*, &c. accusat autem Hegesippum Stephanus Gobarus apud Photium, quod hoc esse falsum putaverit; suspicari quis posset ita factum ab Hegesippo in contemtum voluminis Apocryphi. Verum aliter ego conjicio, ac Hegesippum culpa carere arbitror: ut qui non neget verum aliquando extitisse, ea quæ Deus suis præparavit, invisa esse, inaudita, & incognita; sed qui velit, amplius verum non esse post incarnationem Christi, & missionem S. Spiritus: subjungente Paullo; *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum*; atque Hegesippo confirmante sententiam suam per testimonium Matth. XIII. 16. En verba Stephani Tritheitæ cum aliquantulum exactiori versione; *ὅτι τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς δικαίοις ἀγαθὰ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Ἡγήσιππος μέν τοι, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ ἀποστολικὸς, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων, οὐκ οἶδα ὅ, τι καὶ παθὼν, μάτην μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα λέγει, καὶ καταψεύδεσθαι τοὺς ταῦτα φαμένους τῶν τε θείων γραφῶν, καὶ τοῦ κυρίου λέγοντος· Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα, καὶ τὰ ἑξῆς. Quod bona quæ præparata sunt justis nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Quamquam Hegesippus vir antiquus & Apostolicus, libro quinto Commentariorum, haud scio quid in animo habens* aut *quanam ratione permotus, frustra hæc dici ait, & eos qui hæc loquuntur mentiri adversus sacram Scripturam, & contra Christum dicentem; Beati oculi vestri qui vident, & aures vestræ quæ audiunt, &c.* ID.

3. Δαβίδ.] Ut Psalmus qui apud Græcos sequitur centesimum quinquagesimum. Quo de Psalmo dicemus forsan aliquid in Notis ad Ignatianas Epistolas. ID.

4. Ηλία.] Tim. Ηλίου. Meminit Georgius Syncellus Chronici pag. 27. post Origenem ad Matthæi XXVII. 9. & Athanasium in Synopsi sacræ Scripturæ. Canone Scripturarum Nicephori Patriarchæ, Ηλίας προφήτης. pro quo ab Anastasio Bibliothecario interprete legebatur Ηλία προφήτου. Verum Hieronymus Epist. 101. ad Pammachium de optimo genere interpretandi cap. 4. & lib. 17. Commentariorum in Esaiam non multo ante finem, Apocryphum Eliæ appellat; quo etiam nomine donatur in Ms. Canone, seu Indiculo sæpe citato. Ceterum positum fuisse eo in Apocrypho testimonium quod exstat I. Corinth. II. 9. docent Origenes, Hieronymus, Syncellus, & Cod. Reg. 607. 1523. idemque de altero testimonio Ephes. V. 14. colligitur ex Epiphanii verbis Hæresi 42. quæ est Marcionistarum p. 372. quod tamen a Georgio Syncello & in dictis Mss. tribuitur Pseudo-Jeremiæ, sed potuit ad utrumque Apocryphum pertinere, ut de priori Apostoli textu ait Hieronymus. An autem ex hoc libro, vel unde Hebræi hauserint fabulam ab Origene relatam in Joan. I. 21. quod Phinees sit etiam Elias, quis valeat divinare? ID.

5. Τριῶν πατριαρχῶν.] Opinor, Abrahami, Isaaci, & Jacobi. Atque is est forsan liber qui inscribitur *πατριάρχαι.* in Athanasii Synopsi, in Nicephori CP. Canone, & in MS. Laterculo. *Et si tibi placuerit*, Hieronymus Vigilantio, *legito fictas revelationes omnium Patriarcharum & Prophetarum.* ID.


6. Εχθρά] Tim. *ἀνάθημα.* Et mox *ἐπενόησαν* pro *ἐποίησαν.* ID.

7. *Βάρβαρά τινα ὀνόματα.*] Hæc fuerunt primorum Hæreticorum deliramenta, Simonianorum, Nicolaitarum, Basilidianorum, Gnosticorum, Phibionitarum, Ophitarum, &c. compilantium tum vocabula Hebraica sacræ Scripturæ, tum nomina Magicis libris inserta; uti discimus ab Origene tomo 6. contra Celsum p. 306. Augustanæ editionis; quem tamen locum Fullerus Miscellaneorum sacrorum lib. 4. cap. 13. ac post eum Capellus Oratione de nomine Tetragrammato, ex mendaci Ms. tribuunt ejusdem Patris Operi *περὶ ἀρχῶν.* Atque hinc lux oritur Gennadii verbis de Dogmatibus Ecclesiasticis c. 52. *Duo principia sibi ignota introducunt, ut Cerdon & Marcion: vel contraria, ut Manichæus: vel tria & barbara, ut Sethianus & Theodotus: vel multa, ut Valentinus.* Pari modo nomina Angelorum habent Esseni apud Josephum lib. 2. de bello Judaico cap. 12. multaque invenies in Apocrypho Henochi, in Oratione Aldeberti Act. 3. Concilii Romani ann. 745. in libris Magorum, Hebræorum, Mohametanorum. ID.

8. Ἰησοῦ] Deest in Timotheo. Et post *μαθητῶν* al. addunt *καὶ υἱῶν καὶ κληρονόμων.* ID.

9. *Ἐπίσκοπον καὶ πρεσβύτερον* &c.] Imitatur atque explicat Pseudo-Apostolica lex præceptum Apostolicum de ordinandis monogamis: quos vult manere cælibes, si uxorem ante ordinationem amiserint, vel postea amittant. Verum Constitutionem Nicetas Pectoratus libro contra Latinos detorquet ad Græcorum morem; apud quos prohibentur quidem a nuptiis qui antequam uxorem ducerent ordinati sunt, sed permittitur in conjugio ordinatis, uti conjugibus suis. Injuria sane, quod spectat ad posteriorem partem: cum nihil a Nostro de licentia maritali dicatur. Hic est, quantum ex ipsa re conjecturam facio, sensus Nicetæ, pessime expressus a barbaro & inepto Interprete, ad hunc modum; *Quis ille est, qui tradidit vobis [illegible] sacerdotum? quis ex doctoribus [illegible] S. quidem nisi* (al. [illegible] *manus impositionis* [illegible], *& ita ad nuptias* [illegible] *est innuptus, legitime, hoc & secundum Canones facitis, hujusmodi nuptias prohibentes. Si autem* [illegible] *uxorem* [illegible] *ordinatus est sacerdos,* [illegible] *in castitate,* [illegible] (al. [illegible]) [illegible] *canonum ostendam vobis.* [illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



τῶν αἱ γαμεταί, [1] κἂν τεθνᾶσι· μὴ ἐξεῖναι δὲ A αὐτοῖς μετὰ χειροτονίαν ἀγάμοις οὖσιν, ἔτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, ἢ γεγαμηκόσιν, ἑτέραις συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι, [2] ἣ ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. ὑπηρέτας δὲ, καὶ ψαλτῳδοὺς, καὶ ἀναγνώστας, καὶ πυλωροὺς, καὶ αὐτοὺς μονογάμους εἶναι κελεύομεν· εἰ δὲ πρὸ γάμου εἰς κλῆρον παρέλθωσιν, [3] ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν, εἴγε πρὸς τοῦτο πρόσθεσιν ἔχουσιν, ἵνα μὴ ἁμαρτήσαντες, κολάσεως τύχωσιν. οὐδενὶ δὲ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κελεύομεν ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ χήραν, καὶ ἐκβεβλημένην λαμβάνειν, ὡς καὶ ὁ νόμος λέγει. [4] διακόνισσα δὲ γινέσθω παρθένος ἁγνή· εἰ δὲ μήγε, κἂν χήρα μονόγαμος, πιστὴ καὶ τιμία.

sive vivant eorum uxores, sive obierint; non licere autem illis post ordinationem, si uxores non habent, matrimonium contrahere, aut si uxores habeant, cum aliis copulari; sed contentos esse ea, quam habentes, ad ordinationem venerunt. Ministros vero, Cantores, Lectores & Ostiarios, ipsos quoque monogamos esse jubemus: quod si ante conjugium ad Clerum accesserint, permittimus eis uxores accipere, si quidem ad id propensionem habent, ne cum deliquerint, in castigationem incurrant. Nulli autem Clerico permittimus ducere aut meretricem, aut ancillam, aut viduam, aut repudiatam, sicut etiam Lex ait [a]. Diaconissa vero eligatur virgo pudica; sin minus, saltem [b] vidua, unius B quondam viri uxor, fidelis & digna honore.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη΄.

Παραίνεσις κελεύουσα φεύγειν τὴν τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν κοινωνίαν.

Τοὺς δὲ μετανοοῦντας προσδέχεσθε· τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ. τοὺς κατηχουμένους στοιχειώσαντες βαπτίσατε, τοὺς ἀθέους αἱρεσιώτας ἀμετανοήτως ἔχοντας διαστείλαντες, ἀφορίσατε ἀπὸ τῶν πιστῶν, καὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἐκκηρύκτους ποιήσατε, καὶ παραγγείλατε τοῖς πιστοῖς παντοίως αὐτῶν ἀπέχεσθαι, καὶ μήτε λόγοις, μήτε προσευχαῖς κοινωνεῖν αὐτοῖς. οὗτοι γάρ εἰσιν ἀντίδικοι καὶ C ἐπίβουλοι τῆς ἐκκλησίας, οἱ διαφθείροντες τὸ ποίμνιον, καὶ μολύνοντες τὴν κληρονομίαν, οἱ δοξόσοφοι, καὶ παμπόνηροι· περὶ ὧν ἔλεγε Σολομὼν ὁ σοφὸς, ὅτι δυσσεβοῦντες ὑποκρίνονται εὐσεβεῖν. Ἔστι γὰρ, φησιν, ὁδὸς ἣ δοκεῖ τισιν ὀρθὴ εἶναι, τὰ δὲ τελευταῖα αὐτῆς βλέπει εἰς πυθμένα ᾅδου. Οὗτοί εἰσι περὶ ὧν ὁ Κύριος πικρῶς καὶ ἀποτόμως ἀπεφήνατο, λέγων ὅτι εἰσὶ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι· οἱ βλασφημήσαντες τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος, καὶ ἀποπτύσαντες τὴν παρ' αὐτοῦ δωρεὰν μετὰ τὴν χάριν· οἷς οὐκ ἀφεθήσεται οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· οἱ καὶ Ἰουδαίων δυσσεβέστεροι, καὶ [5] Ἑλλήνων ἀθεώτεροι· οἱ Θεὸν D

CAPUT XVIII.

Cohortatio invitans ad fugiendam impiorum Hæreticorum communionem.

PORRO suscipite pœnitentes: hæc est enim voluntas Dei in Christo. Catechumenos elementa religionis docete, ac postea baptizate. Impios Hæreticos resipiscere nolentes diducite, & a fidelibus separate, & Ecclesia Dei palam expellite; simulque denuntiate fidelibus, ut eos devitent, neve cum eis vel in sermone, vel in precibus habeant C communionem. Hi enim sunt adversarii & insidiatores Ecclesiæ, corruptores gregis, hereditatis contaminatores, opinione sua sapientes, & omni ex parte improbi; de quibus sapiens Salomon ajebat, quod cum impii sint; pietatem colere simulant. [c] *Est* enim, inquit, *via, quæ videtur quibusdam recta esse; extrema vero ejus spectant ad profundum inferni.* Hi sunt, de quibus Dominus acerbe ac rigide pronuntiavit, [d] dicens eos esse Pseudochristos & falsos doctores: qui Spiritum gratiæ blasphemia affecerunt, ejusque donum post gratiam contemserunt; quibus [e] non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro: qui magis irreligiosi D sunt quam Judæi, & magis impii ac athei quam

a Levit. XXI. 7. 14. *b* I. Tim. V. 9. *c* Prov. XIV. 12. *d* Matth. XXIV. 24. *e* Matth. XII. 32.

Ordinationum, quæ ab eo conscriptæ sunt, juxta septimum decimum caput, Apostoli hæc dicunt; Episcopum & Presbyterum & Diaconum dicimus qui unam habent uxorem ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ; non licet eos post manus impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire, aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere quas habent cum ad ordinationem venerunt. Proinde mirum videri non debet, quod res aliter accepta fuerit ab Humberto Sylvæ candidæ, in Responsione ad Nicetam. *Ante omnia autem*, inquit, *comprobemus te esse mentitum ipsi veritati, in eo quod dixisti, nostros prius ordinari, deinde uxores sortiri. Quia apud nos nec ad Subdiaconatus gradum quisquam admittitur, nisi perpetuam continentiam etiam a propria conjuge profiteatur; nec post gradum cuiquam uxorem ducere umquam conceditur. Sed tu Ecclesiam Dei volens efficere Synagogam Satanæ, & prostibulum Balaam & Jezabel, cum Nicolao dicis: Episcopum & Presbyterum & Diaconum dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ: nec licet eos post manus impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire, aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere eis quas habent, cum ad ordinationem venerunt. O abominabilis Cynice, quo modo non erubuisti tantum nefas evomere? Ergo non licet aliquem post manus impositionem, sine uxore esse? Si ita est, ipse Joannes Apostolus, & Paullus, & Barnabas, & omnis continens in gradu Ecclesiastico in culpa est procul dubio. Unde necesse est, ut futurus Episcopus, Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus prius uxorem sortiatur, quæ sibi sufficere debeat ad carnales amplexus. Numquid Laicis non sufficit una? nisi forte discipulus* (ita lego) *maligni Muhamed, cujus farinæ totus es, tu quoque, quia Presbyter es, sine uxore esse non debes, secundum assertiones tuas.* Ceterum notabilis est varia lectio Cod. Reg. 1326. ἀλλ' ἀρκεῖσθαι αἱ ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. COT.

1. Κἂν.] Alter Vindob. κἄντε, melius. CLER.

2. Ἣ] Al. ἢ vel ἣ. COT.

3. Ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν.] Ministri sive Subdiaconi ab ineundo matrimonio arcentur, per antiquam traditionem, in Sozomeno Hist. Eccles. lib. 1. cap. 24. Canones, Apostolicum 26. heic 19. Trullanum 6. plurima Ecclesiæ Latinæ decreta, leges Justiniani & Leonis Sapientis, Epiphanium in Expositione fidei cap. 21. Auctores qui de Canonibus aut Ordinibus sacris scripsere, & alios. Verum mos contrarius hoc loco demonstratus, innuitur a S. Basilio Canone 69. quamquam Zonaras, Balsamon, & Blastarius eum Canonem aliter explicent; Harmenopulus vero, Aristinus & Symeon cauda truncent. Eo etiam duci potest Socrates lib. 1. cap. 11. ID.

E

4. Διακόνισσα δὲ &c.] Justinianus Novella 6. ἢ παρθένους καθεστώσας, ἢ ἑνὸς ἀνδρὸς γαμετὰς γενομένας. & εἴτε ἐκ χηρείας, εἴτε ἐκ παρθενίας. Atqui præter has Diaconissas, vel virgines, vel unius matrimonii viduas; tertium genus habes apud Epiphanium in Expositione fidei num. 21. scilicet in nuptiis unicis continentes. καὶ αὗται δὲ, inquit, μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι, ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, ἢ ἀειπάρθενοι οὖσαι. Quarum tertiarum mentio Canone Trullano 48. & alibi, sicut aliarum multis in locis. ID.

5. Ἑλλήνων ἀθεώτεροι.] Hanc ob rationem ex B. Irenæo lib. 2. cap. 9. quia Ethnici primum Divinitatis locum attribuunt Creatori: Hæretici vero (majorem partem primarum Hæreseon intellige) alium superiorem Deum comminiscuntur. *Hæreticos Gentibus esse pejores dubitat nemo. Primum quia Gentiles per ignorantiam Christum blasphemant, Hæretici autem scientes Christi laniant veritatem. Deinde quia in illis vel spes (f. species) fidei est, in istis autem incessabilis pugna & discordia.* Auctor Operis imperfecti in Matthæum, ad cap. 13. vers. 45. ID.

τὸν ἐπὶ πάντων βλασφημοῦντες, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καταπατοῦντες, καὶ τὴν διδασκαλίαν τοῦ πνεύματος διαπτύοντες· οἱ τοὺς θείους λόγους ἀρνούμενοι, ἢ μεθ' ὑποκρίσεως προσποιούμενοι δέχεσθαι, ἐφ' ὕβρει Θεοῦ καὶ ἀπάτῃ τῶν αὐτοῖς προσιόντων· οἱ τὰς ἱερὰς γραφὰς ἐνυβρίζοντες, καὶ τὴν δικαιοσύνην ὅτι ποτέ ἐστιν ἀγνοοῦντες· οἱ τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ διαφθείροντες, ὡς ἀλώπεκες μικροὶ ἀμπελῶνα· οὓς φεύγειν ὑμᾶς παρακαλοῦμεν, ἵνα μὴ λάβητε βρόχους ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς. Ὁ συμπορευόμενος [1] μὲν σοφοῖς, σοφὸς ἔσται, ὁ δὲ συμπορευόμενος ἄφροσι, γνωσθήσεται. Οὔτε γὰρ κλέπτῃ δεῖ συντρέχειν, οὐδὲ μετὰ μοιχοῦ τὴν μερίδα τίθεσθαι· ἐπείπερ καὶ ὁ ὅσιός φησι Δαβίδ· Κύριε τοὺς μισοῦντάς σε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην, τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. Καὶ [2] τῷ Ἰωσαφὰτ ὁ Θεὸς ὀνειδίζει διὰ τὴν πρὸς Ἀχαὰβ φιλίαν καὶ συμμαχίαν, [3] καὶ τὴν πρὸς Ὀχοζίαν, λέγων διὰ [4] Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου· Εἰ ἁμαρτωλῷ σὺ φιλιάζεις, ἢ μισουμένῳ ὑπὸ κυρίου βοηθεῖς; διὰ τοῦτο ἐξαίφνης ὀργὴ κυρίου ἐγένετο ἐπί σε, εἰ μὴ ὅτι εὑρέθη ἡ καρδία σου τελεία πρὸς κύριον· [5] διὰ τοῦτο ἐφείσατό σου κύριος· πλὴν ὅτι διεκόπη τὰ ἔργα σου, καὶ συνετρίβησαν αἱ νῆές σου. Φεύγετε οὖν τῆς κοινωνίας αὐτῶν, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς εἰρήνης ἀλλότριοι τυγχάνετε· περὶ αὐτῶν γὰρ ὁ προφήτης ἀπεφήνατο λέγων, ὅτι οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει κύριος· Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ κρύφιοι λύκοι, οἱ ἐνεοὶ κύνες, οἱ οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, οἱ νῦν μέν εἰσιν ὀλίγοι, προκόψαντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς συντελείας ἐγγιζούσης, πλείονες καὶ χαλεπώτεροι ἔσονται· περὶ ὧν ὁ κύριος ἔλεγεν, ὅτι ἆρα ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. καὶ ἐλεύσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα ἐν οὐρανῷ, ὥστε, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἀπατῆσαι· ὧν τῆς ἀπάτης ῥύσεται ἡμᾶς ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς διερχόμενοι τὰ ἔθνη, καὶ ἐπιστηρίζοντες τὰς ἐκκλησίας, τοὺς μὲν ἐν πολλῇ νουθεσίᾳ καὶ λόγῳ ἰατικῷ ὑγιάσαντες, ἐπανηγάγομεν, μέλλοντας ὅσον οὐδέπω θνήσκειν ἀπάτῃ· τοὺς δὲ ἀνιάτως ἔχοντας, ἐξεβάλομεν ἀπὸ τῆς ποίμνης, ἵνα μὴ ψωραλέας νόσου μεταδῶσι καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀρνίοις, ἀλλὰ καθαρὰ καὶ ἄχραντα, ὑγιᾶ καὶ ἄσπιλα διαμείνῃ κυρίῳ τῷ Θεῷ. καὶ ταῦτα κατὰ πόλιν πανταχοῦ εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην τοῦ κόσμου πεποιήκαμεν, καταλιπόντες ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ λοιποῖς ἱερεῦσι τήνδε τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, ἀξίως καὶ δικαίως, εἰς μνημόσυνον ἐπιστηριγμοῦ τοῖς πεπιστευκόσι Θεῷ· διαπεμψάμενοι διὰ τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Κλήμεντος τοῦ πιστοτάτου καὶ ὁμοψύχου τέκνου ἡμῶν ἐν κυρίῳ, ἅμα καὶ Βαρνάβᾳ, καὶ Τιμοθέῳ τῷ ποθεινοτάτῳ υἱῷ, καὶ Μάρκῳ τῷ γνησίῳ, σὺν οἷς καὶ Τίτον ὑμῖν γνωρίζομεν, καὶ Λουκᾶν, Ἰάσονά τε καὶ Λούκιον, καὶ Σωσίπατρον· δι' ὧν καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς ἐν κυρίῳ, ἀπέχεσθαι παλαιᾶς συνηθείας, δεσμῶν ματαίων, ἀφωρισμῶν, παρατηρήσεων, βρωμάτων διορισμοῦ, [6] βαπτισμάτων

A Gentiles: qui Deum super omnia exsistentem maledictis appetunt, & Filium ejus conculcant, & Spiritus doctrinam despuunt: qui divinos sermones negant, aut per simulationem recipere se profitentur, in contumeliam Dei, ac fraudem ad eos accedentium: qui sacras Scripturas contumeliose tractant, & justitia quid sit ignorant: qui Dei Ecclesiam devastant, sicut [a] parvæ vulpes vineam: quos uti fugiatis hortamur, ne animabus vestris laqueos injiciatis. Nam [b] *qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; qui vero graditur cum insipientibus, agnoscetur*. Neque enim oportet [c] cum fure currere, neque cum adultero portionem ponere: quandoquidem & sanctus David ait: [d] *Domine, eos*
B *qui te oderunt, odio habui; & super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam illos; inimici facti sunt mihi*. Et Josaphato Deus exprobrat, ob amicitiam & commilitium cum Achabo & Ochozia, dicens per Jehum filium Hananis, Prophetam: [e] *Tune cum peccatore amicitiam jungis, vel ei qui odio habetur a Domino, auxiliaris? Idcirco confestim ira Domini facta esset super te; nisi quod inventum est perfectum cor tuum erga Dominum: propter hoc pepercit tibi Dominus:* [f] *verumtamen interrupta sunt opera tua, & contritæ sunt naves tuæ*. Fugite ergo communionem Hæreticorum, & ne faciatis pacem cum illis. Nam de ipsis Propheta enuntiavit dicens: [g] *Non est gaudere*
C *impiis, dicit Dominus*. Hi enim sunt occulti lupi, canes muti non valentes latrare, qui nunc quidem pauci sunt; procedente vero tempore, & mundi consummatione appropinquante, plures ac molestiores erunt. De quibus Dominus ajebat: [h] *Putas, filius hominis, veniens, inveniet fidem in terra?* [i] *Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Et venient Pseudochristi & Pseudoprophetæ; & dabunt signa in cælo, ita ut, si fieri potest, etiam electi decipiantur*: a quorum fraude eripiet nos Deus per Jesum Christum, [k] spem nostram. Etenim nos quoque cum per gentes proficisceremur, & Ecclesias confirmaremus, alios quidem in multa admonitione & sermone salubri ad
D sanitatem revocavimus, atque fraude mox interituros restituimus; alios vero, qui immedicabili morbo laborabant, a grege ejecimus, ne agnos sanos scabie contagiosa inficerent, utque agni puri, immaculati, sani & illibati Domino Deo servarentur. Atque hæc per civitates in toto orbe terrarum gessimus; & vobis Episcopis, ceterisque sacerdotibus hanc doctrinam catholicam reliquimus, merito & juste, in monumentum corroborationis eorum qui Deo crediderunt: quam misimus per comministrum nostrum Clementem fidelissimum ac unanimem filium nostrum in Domino, una cum Barnaba, & exoptatissimo filio Timotheo, & Marco nostro; cum quibus notos ac commendatos vobis esse volumus Titum, Lucam, [l] Jasonem, Lucium, & Sosipa-
E trum; per quos & hortamur vos in Domino; ut abstineatis vetere consuetudine, vanis vinculis, se-

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

a Cant. II. 15. *b* Prov. XIII. 20. *c* Psal. XLIX. 18. *d* Psal. CXXXVIII. 21. *e* II. Paralip. XIX. 2. 3. *f* II. Paral. XX. 37. *g* Isa. LVII. 21. Isa. LVI. 10. *h* Luc. XVIII. 8. *i* Matth. XXIV. 12. 24. *k* I. Tim. I. 1. *l* Rom. XVI. 21.

1. Μὲν.] Est in altero Vind. γάρ, non male traditur heic ratio fugæ. CLER.

2. Καὶ τῷ Ἰωσαφὰτ &c.] Excuso heic & accuso Catholicæ Doctrinæ patrem. Excuso in nomine Prophetæ; quia arbitror positum fuisse primitus Ἰοῦ Ἀνανί, sed id postea ob lectu difficilem aut compendiosam scripturam mutatum ab imperitis librariis in Ἰωνᾶ, Ἰωὴλ, & Ἡσαΐα. Accuso autem, quod Prophetas & loca Scripturæ confuderit. COT.


3. Καὶ τὴν πρὸς Ὀχ.] Non habentur in Anast. Quæst. 52. Id.

4. Ἰωνᾶ.] Al. Ἰωὴλ. Anast. Ἡσαΐα. ID. — In Ms. Vindobon. ιου, lineola imposita, pro Ἰοῦ, Hebraice יהוא *jehou*. CLER.

5. Διὰ τοῦτο] In Anastasio præmittitur, καὶ λόγοι καλοὶ εὑρέθησαν ἐν σοί. COT.

6. Βαπτισμάτων.] Una littera minus habet Gregentii locus in Disputatione cum Herbano f. 131. p. 2. [illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



καθημερινῶν. Τὰ ἀρχαῖα γὰρ παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα.

A parationibus, observationibus, ciborum distinctione, baptismatibus quotidianis. Nam [a] *vetera transierunt; ecce facta sint omnia nova.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Πρὸς φαυλίζοντας τὸν νόμον.

ΓΝόντες γὰρ Θεὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν σύμπασαν αὐτοῦ οἰκονομίαν ἄρχηθεν γεγενημένην, ὅτι δέδωκεν νόμον ἁπλοῦν εἰς βοήθειαν τοῦ φυσικοῦ, καθαρὸν, σωτήριον, ἅγιον, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἴδιον ὄνομα ἐγκατέθετο, τέλειον, ἀνελλειπῆ, δέκα λογίων πλήρη, ἄμωμον, ἐπιστρέφοντα ψυχάς· ὅπερ καὶ ἐπιλαθομένους Ἑβραίους ὑπομιμνήσκει διὰ Μαλαχίου B τοῦ προφήτου λέγων· Μνήσθητε νόμου Μωσῆ, ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐνετείλατο ὑμῖν προστάγματα καὶ δικαιώματα. Ὃς τοσοῦτόν ἐστιν ἅγιος καὶ δίκαιος, ὡς καὶ τὸν σωτῆρα ποτὲ θεραπεύσαντα [1] λεπρὸν ἕνα, καὶ πάλιν ἐννέα, εἰπεῖν τῷ πρώτῳ· Πορευθεὶς δεῖξον σεαυτὸν ἀρχιερεῖ, καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον ὃ προσέταξε Μωσῆς εἰς μαρτύριον αὐτοῖς· τοῖς δὲ ἐννέα πάλιν· Πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσιν. Οὐ γάρ που κατέλυσε τὸν νόμον, ὡς Σίμων δοξάζει, ἀλλ᾽ ἐπλήρωσε· λέγει γάρ· Ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία, οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. Οὐ γὰρ ἦλθον, φησὶ, καταλῦσαι τὸν [2] νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι. Καὶ γὰρ καὶ Μωσῆς νομοθέτης ὁμοῦ, καὶ ἀρχιερεὺς, καὶ προφήτης, καὶ βασιλεὺς, C καὶ Ἠλίας ὁ ζηλωτὴς τῶν προφητῶν, συνῆσαν ἐν τῇ μεταμορφώσει τοῦ κυρίου ἐν τῷ ὄρει, μάρτυρες αὐτοῦ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῶν παθημάτων, ὡς φίλοι Χριστοῦ καὶ οἰκεῖοι, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ἐχθροὶ ἢ ἀλλότριοι. ἐξ ὧν δείκνυται, ὅτι καὶ ὁ νόμος καλὸς καὶ ἅγιος, καὶ οἱ προφῆται.

CAPUT XIX.

Contra improbantes Legem.

DEum enim per Jesum Christum cognovistis, omnemque ejus dispensationem a principio factam, quemadmodum simplicem [b] Legem dederit in subsidium legis naturalis, puram, salutarem, sanctam, in qua & [c] nomen proprium reposuerit, perfectam, nullo præditam defectu, per decem illa B mandata plenam, [d] immaculatam, animas convertentem; cujus quidem oblitos Hebræos commonefacit per Malachiam Prophetam dicens: [e] *Mementote legis Moysi, hominis Dei, qui mandavit vobis præcepta & justificationes.* Quæ adeo sancta est ac justa, ut cum Salvator aliquando unum leprosum curasset, & rursus novem alios; dixerit primo: [f] *Abi, ostende te summo sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moses, in testimonium illis*; novem autem illis iterum: [g] *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Non enim solvit Legem, ut Simon arbitratur; sed adimplevit: ait enim: [h] *Jota unum, aut unus apex non præteribit a Lege, donec omnia fiant. Non* enim, inquit, *veni solvere Legem, sed* C *adimplere.* Quandoquidem Moses, legislator simul & Propheta, ac rex, atque [i] Elias, ille Prophetarum zelotes, adfuerunt [k] transfigurationi Domini in monte, testes incarnationis ac passionum illius, tamquam amici & familiares Christi, non autem tamquam hostes & alieni. Ex quibus rebus palam fit, Legem bonam esse & sanctam, atque etiam Prophetas.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Τίς ὁ φυσικὸς νόμος, καὶ τίς ὁ ἐπείσακτος, καὶ δι᾽ ἣν αἰτίαν ἐπεισήχθη.

ΝΟμος [3] δέ ἐστιν ἡ δεκάλογος, ἣν πρὸ τοῦ τὸν D λαὸν μοσχοποιῆσαι τὸν παρ᾽ Αἰγυπτίοις Ἆπιν, Θεὸς αὐτοῖς ἐνομοθέτησεν ἀκουστῇ φωνῇ. οὗτος δὲ δίκαιός ἐστι· [4] διὸ καὶ νόμος λέγεται, διὰ τὸ φύσει δικαίως τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι· ὃν οἱ περὶ Σίμωνα φαυλίζουσιν, οἰόμενοι μὴ κριθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ, τὴν κόλασιν ἐκφεύγειν. οὗτος ὁ νόμος ἀγαθὸς, ὅσιος, ἀκαταναγκαστος· φησὶ γάρ· Ἐὰν δὲ ποιήσῃς μοι θυσιαστήριον, ἐκ γῆς ποιήσεις μοι αὐτό. [5] οὐκ εἶπε, ποίησον, ἀλλὰ, ἐὰν ποιήσῃς· οὐκ ἀνάγκην περιέθηκεν, ἀλλὰ τῇ ἐξουσίᾳ ἐπέτρεψεν, ἅτε ἐλευθέρᾳ. οὐ γὰρ θυσιῶν δέεται Θεὸς, ἀνενδεὴς ὑπάρχων τῇ

CAPUT XX.

Quæ sit Lex naturalis, & quæ invectitia, & quam ob caussam invecta fuit.

LEX vero est Decalogus, decem illa præcepta, quæ antequam [l] populus vitulum conflaret, Apin, scilicet, Ægyptiorum, Deus illis sonora voce sanxit. Hæc autem lex justa est; quare & Lex dicitur, quod secundum naturam juste judicia fiant. Quam Legem Simon improbat ac deridet, existimans quod ab ea non judicatus, supplicium effugiet. Hæc bona est, sancta, minime coacta: Deus enim ait: [m] *Si autem feceris mihi altare, ex terra facies mihi illud*: non dixit; *fac*; sed; *si feceris*: non imposuit necessitatem; sed potestati permisit, utpote liberæ. Non enim sacrificiis eget Deus; qui

a II. Cor. v. 17. *b* Isa. VIII. 20. in LXX. *c* Deut. XII. 5. *d* Psal. XVIII. 8. *e* Malach. IV. 4. *f* Matth. VIII. 4. Marc. I. 44. *g* Luc. XVII. 14. *h* Matth. v. 18. 17. *i* III. Reg. XIX. 10. *k* Luc. IX. 30. 31. *l* Exod. XX. 32. *m* Ibid. ℣. 24.

πτῶσμα ἀφορίζεται τοῦ εἰς τὸν ναὸν εἰσιέναι· καὶ πληρωθέντος τοῦ ὅρου ἀπολυόμενος, κατὰ ψυχὴν ἰατρευθεὶς, οὕτω λοιπὸν εἰς τὸν ναὸν ἀδεῶς εἰσελαύνων, ἐπιτελεῖ τὰς λατρείας αὐτοῦ. Quis non videt certam lectionem ἀπολυόμενος? COT.

1. Λέπρον ἕνα, καὶ πάλιν ἐννέα.] Iterum permiscet Historias: nempe unius leprosi Matth. VIII. Marc. I. Luc. v. & aliorum decem eodem morbo laborantium Luc. XVII. De prima exstat locus Epiphanii Hæres. 66. sect. 57. valde obscurus, ab Interpretibus in mendo cubare judicatus, eoque minus plene conversus, cum potuisset saltem ex sensu magis integre transferri. Atque eccum; μακάριαι ἡμῶν αἱ ἐλπίδες, ὅτι ἄρχοντι τοῦ σκότους ὁ Χριστὸς ἐλθὼν προσφέρειν ἠνάγκαζε· καθαρίσας γὰρ τὸν λεπρὸν τὸν ἐν τῷ νόμῳ γραφέντα ὑπ᾽ αὐτοῦ λαλήσαντος, τὸ ἐν τῷ νόμῳ ἐπιτελεῖσθαι δῶρον, ἀπελθὼν προσένεγκε τὸ δῶρόν σου, τῷ καθαρισθέντι ὑπ᾽ αὐτοῦ λεπρῷ λέγων, καθὼς προσέταξε Μωϋσῆς. Hoc est, ni fallor: *O felices spes nostras! quod Principi tenebrarum Chri-* E *stus veniens offerre coegerit: purgato scilicet leproso, qui in Lege eodem loquente Domino descriptus est; ac volens ut munus quod Lege præscriptum fuit exhibeatur, dicensque leproso quem purgaverat; Vade, offer munus tuum, sicut præcepit Moyses.* ID.

2. Νόμον.] Addit Cod. Vind. ἢ τοὺς Προφήτας. CLER.

3. Νόμος κ. τ. λ.] Laudat Anastasius Quæst. 45. COT.

4. Διὸ καὶ νόμος λέγεται.] Basilicon lib. 2. tit. 1. L. 1. ὁ νόμος ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης ὠνόμασται. ἔστι γὰρ νόμος τέχνη τοῦ καλοῦ καὶ ἴσου. a νέμω, id est μερίζω, ἀπὸ τοῦ μερισμοῦ τῆς δικαιοσύνης. ait Scholiastes ibidem. Quod sequitur, διὰ τὸ φύσει δικαίως τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι, verti etiam potest, *quod ex natura & proprietate sua juste faciat judicia.* IDEM.

5. Οὐκ εἶπε ποίησον.] Citari magna incuria textum Exod. XX. 24. & assumi ἐὰν ex sequenti versiculo 25. observatum est a viris doctis. IDEM.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

φύσει · ἀλλὰ γινώσκων, καθάπερ καὶ ἤδη πρόπρον A τὸν φιλόθεον [1] Αβελ, καὶ Νῶε, καὶ Αβραὰμ, καὶ τοὺς καθεξῆς, οὐκ αἰτηθέντας, φυσικῷ δὲ νόμῳ κινηθέντας ἀφ' ἑαυτῶν, προσενέγκαι θυσίαν Θεῷ ἀπὸ γνώμης εὐχαρίστου, ἐπιτρέπει καὶ νῦν Εβραίοις, οὐ προστάσσων, ἀλλ' εἰ βουληθῶσι, συγχωρῶν, καὶ εἰ ἀπὸ ὀρθῆς προσοίσωσι γνώμης, εὐδοκῶν ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτῶν. διὰ τοῦτό φησιν, εἰ θύειν ἐπιθυμεῖς, οὐ δεομένῳ μοι θύε · οὐδενὸς γὰρ ἐν χρείᾳ καθέστηκα · Εμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Οπότε δὲ οἱ τοῦ λαοῦ, τούτου ἀμνήμονες ὑπῆρξαν, καὶ μόσχον ἀντὶ Θεοῦ θεὸν ἐπεκαλέσαντο, καὶ τούτῳ τὴν αἰτίαν τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας ἐπέγραψαν, λέγοντες · Οὗτοι οἱ θεοί σου Ισραὴλ, οἱ ἐξαγαγόντες σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου · καὶ δυσσεβήσαντες B εἰς ὁμοίωμα μόσχου ἐσθίοντος χόρτον, ἐπηρνήσαντο Θεὸν, τὸν διὰ Μωσέως ἐπισκεψάμενον αὐτοὺς ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν · τὸν τὰ σημεῖα ἐπὶ χειρὸς καὶ ῥάβδου ποιησάμενον, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους δεκαπλήγῳ πατάξαντα · τὸν τὴν ἐρυθρὰν διελόντα θάλασσαν εἰς διαιρέσεις ὑδάτων · τὸν διαγαγόντα αὐτοὺς ἐν μέσῳ ὕδατος, ὡς ἵππον ἐν πεδίῳ · τὸν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν καὶ ἐπιβούλους βυθίσαντα · τὸν [2] εἰς Μερρὰν τὴν πικρὰν πηγὴν γλυκάναντα · τὸν ἐκ πέτρας ἀκροτόμου καταγαγόντα ὕδωρ εἰς πλησμονήν · τὸν στύλῳ νεφέλης καὶ στύλῳ πυρὸς σκιάζοντα αὐτοῖς διὰ θάλπος ἄμετρον, καὶ φωτίζοντα καὶ ὁδηγοῦντα τοὺς οὐκ εἰδότας ὅπου πορευθῶσι · τὸν ἐξ οὐρανοῦ μαννοδοτήσαντα αὐτοῖς, καὶ ἐκ θαλάσσης κρεωδοτήσαντα ὀρτυγο- C μήτραν · τὸν ἐν τῷ ὄρει νομοθετήσαντα αὐτοῖς · οὗ τῆς φωνῆς ἠξιώθησαν ἐπακοῦσαι · τοῦτον ἀπηρνήσαντο, εἰπόντες τῷ Ααρών · Ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν · καὶ ἐμοσχοποίησαν χωνευτὸν, καὶ ἔθυσαν τῷ εἰδώλῳ · τότε ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς, ἅτε ἀχαριστηθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἔδησεν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀλύτοις, [3] στιβώσει φορτισμοῦ, καὶ σκληρότητι κλοιοῦ · καὶ οὐκέτι εἶπεν · Εὰν δὲ ποιῇς, ἀλλὰ, Ποίησον θυσιαστήριον, καὶ θύε διηνεκῶς, ἐπιλήσμων γὰρ τυγχάνεις καὶ ἀχάριστος · ὁλοκαύτει οὖν συνεχῶς, ἵν' ὑπομιμνήσκῃς μου · ἐπειδὴ γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ κακῶς ἀπεχρήσω, ἀνάγκην ἐπιτίθημί σοι λοιπὸν, καὶ βρωμάτων ἀφιστῶ τοιῶνδε, καὶ ζώων σοι διαφορὰς καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων διαστέλλομαι, καί τοι παντὸς ζώου καλοῦ τυγχάνοντος, D ἅτε ὑπ' ἐμοῦ γενομένου · καὶ ἀφορισμοὺς τοιούσδε σοι προστάσσω, καθαρισμοὺς, συνεχῆ βαπτίσματα, ῥαντισμοὺς, ἁγνείας τοιάσδε, ἀργίας διαφόρους · καὶ τούτων ἐφ' ἑκάστῳ ἐὰν παρακούσῃς, τιμωρίαν ὁρίζω, [4] ὡς ἔοικε, τῷ ἀπειθεῖ · ὅπως πιεζόμενος καὶ ὑπὸ τοῦ κλοιοῦ ἀγχόμενος, τῆς πολυθέου πλάνης ἐκστῇς · καὶ παρεὶς τὸ, Οὗτοι οἱ θεοί σου Ισραὴλ, ὑπομνησθῇς τὸ, Ακουε Ισραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστι, καὶ ἀναδράμῃς ἐπ' ἐκεῖνον τὸν νόμον τὸν ὑπ' ἐμοῦ τῇ φύσει καταβληθέντα [5] τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις · ἕνα μόνον ὑπάρχειν Θεὸν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς · καὶ τοῦτον ἀγαπᾷν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας · καὶ πλὴν αὐτοῦ μὴ φοβεῖσθαι ἄλλον · μήτε ὄνομα θεῶν ἑτέρων ἐπὶ διανοίας λαμβάνειν, μήτε προφέρειν γλώσσῃ διὰ στόματος. E

A natura sua nullius rei est indigus: sed cum sciret quod jam antea Dei amans Abel, & Noe, & Abraham, & alii deinceps, non jussi, sed naturali lege moti, sponte Deo obtulerant sacrificium ex grato animo; eodem modo & nunc id permittit Hebræis; non præcipiens, sed si voluerint, concedens; atque si recto animo obtulerint, acceptans eorum sacrificia. Ideo ait; Si sacrificare cupias, mihi non indigenti sacrifica; in nullius quippe rei inopia sum constitutus: [a] *Meus enim est orbis terræ, & plenitudo ejus.* Postquam vero hujus rei immemor fuit populus; & pro Deo vitulum vocaverunt deum, eique caussam egressionis ex Ægypto adscripserunt, dicentes: [b] *Hi dii tui, Israel, qui* B *te eduxerunt de terra Ægypti*; & impie adorato simulacro vituli fœnum comedentis, negaverunt Deum, qui [c] per Mosem eos dum affligerentur visitaverat; qui signa in manu & virga ediderat, ac Ægyptios plagis decem percusserat; qui mare rubrum diviserat in aquarum divisiones; qui eos traduxerat per medium undæ, ut equum in campo; qui hostes eorum ac insidiatores demerserat; qui in Mara fontem amarum effecerat dulcem: qui ex petra dura aquam ad satietatem elicuerat; qui per columnam nubis eos a nimio æstu protexerat, & per columnam ignis illuminaverat, nescientesque quo proficiscerentur, deduxerat; qui Mannam ex cælo ipsis dederat, & [d] ex mari carnem C seu Ortygometram præbuerat; qui [e] in monte Legem illis tulerat; cujus vocem audire digni facti fuerant: hunc postquam abnegarunt, dicentes Aaroni: [f] *Fac nobis deos, qui præcedent nos*; & fecerunt vitulum conflatilem, & idolo sacrificaverunt: tunc iratus Deus; quod, nempe, ab iis gratiam non ferret; ligavit eos vinculis insolubilibus, oppressione oneris, & duritie catenæ; neque amplius dixit: [g] *Si autem feceris*; sed; *Fac altare, & sacrifica continue*; obliviosus enim es ac ingratus; offer igitur assidue holocaustum, ut memineris mei: quia enim libera potestate male abusus es, impono tibi posthac necessitatem; atque talibus cibis interdico, & denuntio tibi differentias animalium, mun- D dorum & immundorum, licet omne animal bonum sit, ut pote a me factum; item præcipio tibi tales separationes, purificationes, continua baptismata, aspersiones, tales lustrationes, vacationes diversas; quod si in singulis horum non obedieris, supplicium definio, ut decet, contumaci; quo pressus, & a collari constrictus, errorem de multitudine deorum relinquas; ac prætermisso illo dicto: [h] *Hi dii tui, Israel*, illud memineris: [i] *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est*; recurrasque ad eam legem, a me cunctis hominibus natura insitam; Unum tantum exsistere Deum in cælo & in terra; Eum diligendum ex toto corde, & ex totis viribus, & ex tota mente; Excepto illo alium non timendum; Nomen ceterorum deo- E rum neque cogitatione percipiendum, neque lingua

a Psal. XLIX. 12. *b* Exod. XXXII. 4. *c* Exod. IV. &c. *d* Num. XI. 31. *e* Exod. XX.
f Exod. XXXII. 1. *g* Exod. XX. 24. *h* Exod. XXXII. 4. *i* Deut. VI. 4.

1. Αβελ καὶ Νῶε.] Nihil certius. Et tamen a Philastrio Parte 3. Hæresi 62. scribitur; *Vita etiam non alia priores illi sancti nisi hac, in qua nos vivimus utebantur: usque ad Abraham enim non circumcisionem habentes, non sacrificiis gaudentes, Deo placebant*. Co..


2. Εἰς Μερράν.] מרה Latine Mara, Græcis est aut Μερὰ seu Μερᾶ, in Macario Homil. 47. Gregentio f. 185. & Epiphanio Hagiopolita, de Syria & sacris locis; aut Μερρὰ sive Μερρᾶ vulgo. Hoc nescientes plerique librorum Latinorum exscriptores, notum autem habentes myrrhæ amarorem, quando memorari inveniebant Merrhæ amaritudinem, myrrhæ nomen substituendum arbitrabantur: uti cernere est apud Cyprianum, sub finem libri de zelo & livore, Julium Firmicum Maternum, de errore profanarum religionum ante finem, Hieronymum Epist. 4. ad Rusticum, 151. ad Algasiam, & in Nahum III. 8. Disces reliqua ex Notis ad Paullini Carmen 30. Id.

3. Στυβώσει.] Ita Codices Regii Anastasianarum Quæstionum. Emendandus igitur Georgius Cedrenus. Postea notabis varias lectiones: καθαρῶ loco καλοῦ in Anastasio; & δικαιωμοὺς pro ῥαντισμοὺς apud Cedrenum. Id.

4. Ως ἔοικε, τῷ ἀπειθεῖ.] Vind. Codex: ὡς οἰκείῳ ἀπειθεῖ, quod melius. Cler.

5. Τοῖς.] Dele cum Cod. Vind. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



[1] διὰ τὴν σκληροκαρδίαν αὐτῶν ἐπέδησεν αὐτοὺς, A ἵνα διὰ τοῦ θύειν, καὶ ἀργεῖν, καὶ ἁγνίζεσθαι, καὶ τὰ τοιάδε παρατηρεῖσθαι, εἰς ἔννοιαν ἔλθωσι τοῦ Θεοῦ, τοῦ ταῦτα διαταξαμένου αὐτοῖς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κά.

Ὅτι ὑπὸ χάριν ἐσμὲν, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ δουλείαν τοῦ ἐπεισάκτου νόμου, οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύοντες.

ΥΜῶν δὲ, τῶν πιστευσάντων εἰς τὸν ἕνα Θεὸν οὐκ ἀπὸ ἀνάγκης, ἀλλὰ ἀπὸ γνώμης ὑγιοῦς ὑπακουσάντων τῷ καλέσαντι, μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσι, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι ἀκούουσιν· ἀνείθητε γὰρ τῶν δεσμῶν, καὶ ἠλευθερώθητε δουλείας. B Οὐκέτι γάρ, φησιν, λέγω ὑμᾶς δούλους, ἀλλὰ φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν. Ἐκείνοις γὰρ μὴ θελήσασιν ἰδεῖν, μήτε ἀκοῦσαι, οὐ στερήσει μορίων, ἀλλὰ κακίας ὑπερβολῇ, ἔδωκα προστάγματα οὐ καλὰ, καὶ δικαιώματα, ἐν οἷς οὐ ζήσονται ἐν αὐτοῖς· οὐ καλὰ δὲ, τῷ σκοπῷ αὐτῶν· ἐπειδὴ καὶ οἱ καυτῆρες καὶ τὸ ξίφος καὶ τὰ φάρμακα, ἐχθρὰ τοῖς οὐχ ὑγιαίνουσιν· ἀφύλακτα δὲ διὰ τὴν αὐτῶν παρακοήν· ὅθεν καὶ θάνατον αὐτοῖς ἐπάγει μὴ φυλασσόμενα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ'.

Ὅτι ἐπείσακτος ὁ [2] ἐπὶ θυσιῶν νόμος, ὃν περιεῖλε C Χριστὸς παραγενόμενος.

ΥΜεῖς οὖν μακάριοι, οἱ λυθέντες τῆς κατάρας· Χριστὸς γὰρ παραγενόμενος, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, τὸν νόμον κυρώσας ἐπλήρωσε· τὰ ἐπείσακτα περιεῖλεν, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἀλλά γε τὰ βαρύτερα, τὰ μὲν βεβαιώσας, τὰ δὲ παύσας· καὶ τὸ αὐτεξούσιον τῶν ἀνθρώπων πάλιν ἀφῆκεν ἐλεύθερον, οὐ προσκαίρῳ θανάτῳ δικάζων, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ καταστάσει λογοθετῶν αὐτό· διὸ λέγει· Εἴτις θέλῃ ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἐρχέσθω· καὶ πάλιν· Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; Ἤδη δὲ καὶ [3] πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ παρῃτεῖτο τὰς τοῦ λαοῦ θυσίας, πολλάκις εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτόντος, καὶ οἰομένου διὰ θυσιῶν, ἀλλ' οὐ διὰ μετανοίας αὐτὸν D ἐξευμενίζεσθαι. λέγει γὰρ οὕτως· Ἵνα τί μοι λίβανον ἐκ Σαβᾶ φέρεις, καὶ κιννάμωμον ἐκ γῆς μακρόθεν; τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν οὐκ ἔστι δεκτὰ, καὶ αἱ θυσίαι ὑμῶν οὐχ ἥδυνάν μοι· καὶ ἑξῆς· τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν συναγάγετε μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε [4] κρέα· ὅτι οὐκ ἐνετειλάμην ὑμῖν, ἡνίκα ἐξήγαγον ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν. Καὶ διὰ Ἡσαΐου λέγει· Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει κύριος; πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν· καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε ἔτι. ἐὰν φέρητέ μοι σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα, βδέλυγμά E μοι ἐστί. τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα ὑμῶν, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι· νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονήν. Καὶ δι' ἑτέρου λέγει· Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ ἦχον ᾠδῶν σου, καὶ ψαλμὸν ὀργάνων σου οὐκ ἀκούσομαι. Καὶ τῷ Σαοὺλ ὁ Σαμουὴλ λέγει θῦσαι νενομικότι· Ἀγαθὴ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν· καὶ ἀκρόαμα, ὑπὲρ στέαρ κριῶν. ἰδοὺ γὰρ οὐ θέλει κύριος θυσίαν, ὡς τὸ

A & ore proferendum. Propter cordis eorum duritiem alligavit eos; ut sacrificando, feriando, purgando se, ac observando similia, venirent ad cogitationem de Deo, qui hæc illis præcepit.

CAPUT XXI.

Quod simus sub gratia, non autem sub servitute Legis inductæ, qui in Christum credimus.

VEstri autem, qui in unum Deum, non necessitate credidistis, sed sano arbitrio, vocanti obtemperastis, [a] beati sunt oculi, quia vident; item aures vestræ, quoniam audiunt: nam relaxati estis B a vinculis, & liberati a servitute. [b] *Jam enim*, inquit, *non dico vos servos, sed amicos: quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Illis quippe qui videre noluerunt, neque audire, non ob partium defectum, sed ob excessum malitiæ: [c] *dedi præcepta non bona; & justificationes, in quibus non vivent in eis: non bona* autem, proposito eorum; quandoquidem & cauteria & scalpellum & medicamenta, inimica sunt male se habentibus; *non* etiam *servantur*, propter eorum contumaciam; unde & ipsis mortem non servata inferunt.

CAPUT XXII.

Quod adscititia erat lex de sacrificiis, quam Christus adveniens sustulit.

VOs ergo beati, qui soluti estis maledicto: adveniens enim Christus, Dei Filius, Legem ratam habuit, & implevit; adscita amputavit, etsi non omnia, sed graviora; illa quidem confirmata; his vero abdicatis. Rursusque potestatem hominum dimisit liberam, non temporariæ morti condemnans, sed in altero statu rationem ab eo reposcens: quapropter ait: [d] *Si quis vult post me venire, veniat*: & iterum: [e] *Numquid & vos vultis abire?* Jam vero etiam ante adventum suum aversabatur sacrificia populi, qui sæpe in eum peccabat, & arbitrabatur per sacrificia, & non potius per pœnitentiam eum placari. Ita enim loquitur: [f] *Ut quid mihi tbus de Saba affers, & cinnamomum de terra longinqua? Holocaustomata vestra non sunt accepta, & sacrificia vestra non mihi fuerunt jucunda*: & deinceps: [g] *Holocaustomata vestra congregate cum sacrificiis vestris, & comedite carnes: quia non præcepi vobis, quando eduxi vos ex terra Ægypti, de holocaustomatibus & sacrificiis.* Et per Esaiam dicit: [h] *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? plenus sum holocaustis arietum; & adipem agnorum, ac sanguinem taurorum atque hircorum nolo; neque si veniatis, ut appareatis mihi. Quis enim quæsivit hæc de manibus vestris? Calcare atrium meum non apponetis amplius. Si afferatis mihi similam, vanum: incensum abominatio mihi est. Neomenias vestras, & Sabbata vestra, & diem magnum non fero: jejunium, & otium, & solennitates vestras odit anima mea. Facti estis mihi in satietatem.* Et per alium dicit: [i] *Amove a me sonitum carminum tuorum: & psalmum organorum tuorum non audiam.* Et Samuel Sauli, qui sacrificium se obtulisse putabat, ait: [k] *Bona est obedientia, super sacrifi-*

a Matth. XIII. 16. *b* Joan. XV. 15. *c* Ezech. XX. 25. *d* Matth. XVI. 24. *e* Joan. VI. 67. *f* Jer. VI. 20. *g* Jer. VII. 21. *h* Isa. I. 11-14. *i* Amos. V. 23. *k* I. Reg. XV. 22.


1. Διὰ τὴν.] Idem *διὰ γὰρ τὴν*, ut ratio superiorum reddatur. CLER.

2. Ἐπὶ.] Περὶ in Vind. Cod. rectius. ID.

3. Πρό.] Corrupte in Cedreno περὶ. COT.

4. Κρέα.] Τὰ κρέα rectius in Cod. Vind. CLER.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



εἰσακούειν αὐτῷ. Καὶ διὰ τοῦ Δαβὶδ λέγει· Οὐ δέξομαι ἐκ τοῦ οἴκου σου μόσχους· οὐδὲ ἐκ τῶν ποιμνίων σου χιμάρους. ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω· ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. μὴ φάγομαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίομαι; Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου. Καὶ ἐν πάσαις δὲ ταῖς γραφαῖς ὁμοίως αὐτῶν τὰς θυσίας ἀπαναίνεται. διὰ τὸ ἐξαμαρτεῖν αὐτοὺς εἰς αὐτόν. Θυσίαι γὰρ ἀσεβῶν, βδέλυγμα παρὰ κυρίῳ· καὶ γὰρ παρανόμως προσφέρουσιν αὐτάς· καὶ πάλιν· Αἱ θυσίαι αὐτῶν ὡς ἄρτος πένθους αὐτοῖς· πάντες οἱ ἐσθίοντες αὐτὰς, μολυνθήσονται. Εἰ οὖν καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ, ὑπὲρ θυσίας καρδίαν καθαρὰν ἐπεζήτει, καὶ πνεῦμα συντετριμμένον, πολλῷ μᾶλλον ἐλθὼν ἔπαυσε ταύτας, φαμὲν τὰς δι' αἱμάτων· ἔπαυσε δὲ αὐτὰς, διὰ τοῦ πρότερον πληρῶσαι· καὶ γὰρ περιετμήθη, καὶ ἐῤῥαντίσθη, θυσίας τε προσήνεγκε καὶ ὁλοκαυτώσεις, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐθισμοῖς ἐχρήσατο· καὶ ἐγένετο ὁ νομοθέτης αὐτὸς, πλήρωμα τοῦ νόμου· οὐκ ἀνελὼν τὸν φυσικὸν νόμον, ἀλλὰ παύσας τὰ διὰ τῆς δευτερώσεως ἐπείσακτα, εἰ καὶ μὴ πάντα.

cium; *& auditio, super adipem arietum. Ecce enim non vult Dominus sacrificium, sicut ut obediamus ei.* Et per Davidem ait: [a] *Non accipiam de domo tua vitulos; neque de gregibus tuis hircos. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo ejus. Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis; & redde Altissimo vota tua.* Et vero in omnibus Scripturis similiter eorum sacrificia renuit; quia in eum ipsi peccarant. [b] *Sacrificia* enim *impiorum, abominatio apud Dominum: etenim inique offerunt ea:* & iterum: [c] *Sacrificia eorum, quasi panis luctus eis: omnes qui comedent ea, inquinabuntur.* Si ergo etiam ante adventum suum, super sacrificia quærebat [d] cor mundum, & spiritum contritum; multo magis, postquam venit, illa abrogavit; sacrificia, dicimus, cruenta: ea vero cessare fecit, implendo illa prius: siquidem & [e] circumcisus est, & aspersus; item sacrificia & holocausta obtulit, aliosque ritus usurpavit; fuitque ipse Legislator, plenitudo Legis; non sublata Lege naturali, sed abolitis iis, quæ per Deuterosim adscita erant, tametsi non omnibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγʹ.

Πῶς πληρωτὴς τοῦ νόμου γέγονεν ὁ Χριστός· καὶ τίνα τούτου ἔπαυσεν, ἢ ἐνήλλαξεν, ἢ μετέθηκεν.

ΤΟν τε γὰρ φυσικὸν νόμον οὐκ ἀνεῖλεν, ἀλλ' ἐβεβαίωσεν. ὁ γὰρ εἰρηκὼς ἐν τῷ νόμῳ· Κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστιν· ὁ αὐτὸς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. Καὶ ὁ εἰρηκώς· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει ἀνανεούμενος· [1] Ἐντολὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Ὁ φόνον τότε ἀπαγορεύσας, νῦν εἰκαίαν ὀργήν· ὁ μοιχείαν, νῦν καὶ ἐπιθυμίαν ἔκνομον· ὁ λῃστείαν, νῦν ἐμακάρισε μᾶλλον τὸν ἐξ οἰκείων πόνων ἐπιχορηγοῦντα τοῖς δεομένοις· [2] ὁ μῖσος, νῦν καὶ πρὸς ἐχθροὺς ἀγάπην· ὁ ἄμυναν, νῦν ἀνεξικακίαν, οὐκ ἀδίκου τῆς δικαίας ἀμύνης οὔσης, ἀλλὰ κρείττονος τῆς ἀνεξικακίας. οὔτε δὲ τὰ φυσικὰ πάθη ἐκκόπτειν ἐνομοθέτησεν, ἀλλὰ τὴν τούτων ἀμετρίαν. ὁ γονεῖς προστάξας τιμᾶν, αὐτὸς τούτοις ὑπετάγη· ὁ σαββατίζειν δι' ἀργίας νομοθετήσας διὰ τὴν τῶν νόμων μελέτην, νῦν καθημέραν ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀναλογιζομένους δημιουργίας καὶ προνοίας νόμον, εὐχαριστεῖν Θεῷ. τὴν περιτομὴν ἔπαυσεν, εἰς ἑαυτὸν πληρώσας· αὐτὸς γὰρ ἦν ᾧ ἀπέκειτο, ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν. ὁ εὐορκεῖν νομοθετήσας, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν ἀπαγορεύσας, τὸ [3] μὴ δ' ὀμνύναι παρήγγειλε. τὸ βάπτισμα, τὴν θυσίαν, τὴν ἱερωσύνην, τὴν τοπικὴν λατρείαν, ἑτέρως μετεποίησεν· ἀντὶ μὲν καθημερινοῦ, ἓν μό-

CAPUT XXIII.

Quo modo Christus fuerit perfector Legis; & quænam ex ea aboleverit, aut mutarit, aut transtulerit.

LEgem enim naturalem non sustulit, sed confirmavit. Nam qui in Lege dixerat: [f] *Dominus Deus tuus, Dominus unus est*: idem in Evangelio ait: [g] *Ut cognoscant te solum verum Deum.* Et qui dixerat: [h] *Diliges proximum tuum, sicut teipsum:* in Evangelio id renovans ait: [i] *Mandatum do vobis, ut diligatis invicem.* Qui tunc vetuit homicidium; nunc [k] etiam iram immerito susceptam vetat: qui adulterium; nunc pravam quoque cupiditatem: qui furtum: nunc [l] beatiorem prædicavit eum, qui ex suis laboribus suppeditat pauperibus: qui tunc odium inimicorum præcepit; nunc [m] eorum amorem jubet: qui ultionem, nunc tolerantiam; non quod injusta sit omnis ultio, sed quod præstantior est tolerantia. Neque vero per has leges voluit affectus naturales exscindere, sed eorum immoderationem. Qui præscripsit, honorem parentibus tribuere: [n] ipse iis subjectus fuit: qui legem sanxit de Sabbati vacatione propter Legum meditationem habenda; nunc jussit, nos quotidie leges creationis ac providentiæ reputantes, gratias Deo agere. Circumcisionem abolevit, implendo eam in seipso; ipse enim erat is [o] cui erat repositum, exspectatio gentium. Qui lege sanxit ut sancte juraretur; & pejerare vetuit; nunc [p] neque jurare admonuit. Baptisma, sacrificium, sacerdotium, cultum certo

a Psal. XLIX. 9. 12-14. *b* Prov. XXI. 27. *c* Os. IV. 9. *d* Psal. L. 12. 19. *e* Luc. II. 21.
f Deut. VI. 4. *g* Joan. XVII. 3. *h* Levit. XIX. 18. *i* Joan. XIII. 34. *k* Matth. V. 22.
l Act. XX. 35. *m* Matth. V. 7. 43. 38. *n* Luc. II. 51. *o* Gen. XLIX. 10. *p* Matth. V. 33.

1. Ἐντολὴν.] Addit Codex Vind. καινὴν, recte. CLER.
2. Ὁ μῖσος.] Locus plane ἐκλειπτικός. Igitur qui ante me interpretati sunt, repetito ex superioribus verbo vetandi in odio, suppleverunt verbum jubendi in dilectione inimicorum. Ego vero propter Matthæi cap. 5. quo manifeste respicitur, aliter vertendum putavi, & adjeci utrobique verbum præceptionis: juxta illud Auctoris qui dicitur, nec est, Eusebius Emisenus Hom. 2. de Epiphania: *Bonum vinum, id est, bonum præceptum est Legis, quando audis; Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Sed melius & fortius vinum est Evangelii, quando audis; Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos.* Forsan tamen melius usus fuissem permissionis verbo, in priori parte: quo modo explicant Evangelistam Hilarius Canone 4. & Augustinus lib. 1. de sermone Dei in monte cap. 21. Castigandus autem hic venit Casaubonus, dum Gregorium Nyssenum ipse vult castigare, sic scribentem in Epistola ad Eustathiam, Ambrosiam, & Basilissam, paullo post initium; κατὰ τοῦ τὴν ἐντολὴν δεδωκότος. ὁ μὲν γάρ φησιν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. Neque enim per datorem mandati Nyssenus intelligit Christum, quod visum Casaubono, sed Deum, ut ex antecedentibus facile datur colligi. COT.
3. Μὴ δ'.] Codice Vindobonensis μηδ' ὅλως, melius. CLER.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

νον δοὺς βάπτισμα, τὸ εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον. ἀντὶ δὲ μιᾶς φυλῆς, ἀφ' ἑκάστου ἔθνους προστάξας τοὺς ἀρίστους εἰς ἱερωσύνην προχειρίζεσθαι, καὶ οὐ τὰ σώματα μωμοσκοπεῖσθαι, ἀλλὰ θρησκείαν καὶ βίους· ἀντὶ θυσίας τῆς δι' αἱμάτων, [1] λογικὴν καὶ ἀναίμακτον καὶ τὴν μυστικὴν, ἥτις εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου [2] συμβόλων χάριν ἐπιτελεῖται, τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος· ἀντὶ δὲ τοπικῆς λατρείας, ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ μέχρι δυσμῶν ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ προσέταξε δοξάζεσθαι αὐτὸν, καὶ ἐδικαίωσεν. οὐ νόμον οὖν περιεῖλεν ἀφ' ἡμῶν, ἀλλὰ δεσμά. περὶ γὰρ τοῦ νόμου Μωσῆς λέγει· Μελετήσεις τὸ ῥῆμα ὃ ἐγώ σοι ἐντέλλομαι, καθήμενος ἐν οἴκῳ, καὶ ἀνιστάμενος, καὶ περιπατῶν ἐν ὁδῷ. Καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· Ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ· καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Πανταχοῦ γὰρ ἐννόμους ἡμᾶς εἶναι βούλεται, ἀλλ' οὐχὶ παρανόμους. Μακάριοι γάρ, φησιν, οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ κυρίου· μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητοῦσιν αὐτόν· καὶ πάλιν· Μακάριοί ἐσμεν, Ἰσραὴλ, ὅτι τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ ἡμῖν γνωστά ἐστι· καὶ ὁ κύριός φησιν. Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε ἐὰν ποιῆτε αὐτά.

A loco addictum, aliter mutavit: siquidem pro quotidiana lavatione, unum solummodo Baptisma dedit, quod in ipsius mortem peragitur: & pro una tribu, jussit ex unaquaque gente optimos ad sacerdotium eligi; & non inspici an corpora labem contraxerint, sed quæ sit eorum qui deliguntur religio ac vita: pro sacrificio cruento, rationale, incruentum & mysticum instituit, quod in mortem ejus propter symbola celebratur, sacrificium corporis & sanguinis Domini: denique pro cultu ad locum quemdam adstricto, præcepit ac æquum censuit, [a] ut a solis ortu usque ad occasum in omni loco dominationis suæ eum laudibus prosequamur. Non ergo Legem a nobis abstulit, sed vincula. Nam de B Lege Moses dicit: [b] *Meditaberis verbum quod ego præcipio tibi, sedens in domo, & surgens, & ambulans in via.* David quoque ait: [c] *In lege Domini voluntas ejus; & in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Ubique enim vult nos legi obtemperare, non legem transgredi. [d] *Beati* enim, inquit, *immaculati in via, qui ambulant in lege Domini: beati qui scrutantur testimonia ejus; in toto corde exquirent eum*: & rursus: [e] *Beati sumus, Israel, quia quæ placita sunt Deo, manifesta sunt nobis*: & Dominus ait: [f] *Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

C

Ὅτι καὶ διὰ Ῥωμαίων εὐδόκησεν ὁ κύριος τὸν τῆς δικαιοσύνης νόμον ἐπιδείκνυσθαι.

CAPUT XXIV.

Quod placuit Domino, etiam per Romanos legem justitiæ demonstrari.

ΟΥ μόνον δὲ τῆς δικαιοσύνης νόμον [3] δι' ἡμῶν ἐπιδείκνυσθαι βούλεται, ἀλλὰ καὶ [4] διὰ Ῥωμαίων εὐδόκησεν αὐτὸν φαίνεσθαι καὶ λάμπειν. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι πιστεύσαντες ἐπὶ τὸν [5] κύριον, καὶ πολυθεΐας ἀπέστησαν καὶ ἀδικίας· καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἀποδέχονται, καὶ τοὺς φαύλους κολάζουσιν. Ἰουδαίους δὲ ὑποφόρους ἔχουσι, καὶ τοῖς ἰδίοις δικαιώμασιν οὐκ ἐῶσι κεχρῆσθαι.

NOn modo autem justitiæ legem per nos vult manifestam fieri, verum etiam per Romanos eam conspici ac resplendere cupivit. Etenim illi quoque fide in Dominum suscepta, desciverunt a multorum deorum cultu, & ab injustitia; atque bonos laudant, & pravos puniunt; Judæos vero tributarios habent, ac propriis juribus uti non sinunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κε'.

D

Ὡς Θεὸς Ἰουδαίους διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀσέβειαν, αἰχμαλώτους ποιησάμενος, ὑπὸ φόρον κατέστησεν.

CAPUT XXV.

Quod Deus Judæos propter impietatem in Christum, ad captivitatem redactos, tributo subjecerit.

ΕΠειδὴ καὶ ἑκούσιον ἐπεσπάσαντο τὴν δουλείαν, εἰπόντες· Οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα· καὶ ἐὰν μὴ ἀποκτείνωμεν, φησι, τὸν Χριστὸν, πάντες εἰς αὐτὸν πιστεύσουσι· καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος·

QUoniam servitutem ultro sibi attraxerunt, dicentes: [g] *Non habemus regem, nisi Cæsarem*: &; Nisi occidamus Christum, inquit Synagoga, [h] *omnes in eum credent; & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem nostram*: atque

a Psal. cxii. 3. Malach. I. 11. *b* Deut. vi. 6. *c* Psal. I. 2. *d* Psal. cxviii. 1. *e* Bar. iv. 4. *f* Joan. xiii. 17. *g* Joan. xix. 15. *h* Joan. xi. 48.

1. *Λογικὴν.*] Præfigit Cod. Vind. *δεικτικῶς*, articulum *τὴν* rectius. Cler.

2. *Συμβόλων χάριν.*] Quia quod est Symbolicum & Sacramentale in Eucharistia, mortis Dominicæ signum est: juxta illud S Chrysostomi ad Matthæi xxvi. 28. *εἰ γὰρ μὴ ἀπέθανεν ὁ Ἰησοῦς, τίνος σύμβολα τὰ τελούμενα*; & Eusebii Hist. Eccl. lib. 10. cap. 3. *σωτηρίου πάθους ἀπόρρητα σύμβολα.* Cot.

3. *Δι' ἡμῶν.*] In margine habet Cod. Vind. *τῶν Ἀποστόλων δηλονότι.* Vere. Cler.

4. *Διὰ Ῥωμαίων.*] Certum ac manifestum est non potuisse hæc ab Apostolis scribi. Sed an deduci debeant usque ad tempora Imperatorum Christianorum, id vero ut parvi momenti, ita ambiguum, obscurumque mihi videtur. Quidni enim conveniant ætati Tertulliani, verbi gratia? Cum Ethnici mœrebant omnem sexum, ætatem, conditionem, & dignitatem transgredi ad Christianum no- E men. *Apologetici cap.* 1. Christiani impleverant urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum. *cap.* 37. erantque pars pæne major civitatis cujusque. *Ad Scapulam* 2. Cum Præsides multi favebant nobis, ipseque Imperator Severus. *ibid. cap.* 4. Cum denique Judæi post expugnationem Jerosolymæ, dispersi, palabundi, cæli & soli sui extorres vagabantur per orbem, sine homine, sine Deo Rege; prohibiti etiam vel advenarum jure terram patriam ingredi, & saltem vestigio salutare. *Apologet.* 21. *Adversus Judæos* 13. Tunc, inquam, in pace ac honore Ecclesiæ, Romani dici utcumque poterant justitiæ legem conspicuam reddere, fidem suscepisse, desciviste ab Idololatria, bonos laudare, in malos animadvertere, Judæos habere vectigales propriisque legibus privatos. Cot.

5. *Κύριον.*] Addit. Cod. Vind. *Ἰησοῦν.* Cler.

καὶ ἄκοντες προεφήτευσαν· καὶ γὰρ καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν τὰ ἔθνη· καὶ αὐτοὶ ὑπὸ Ῥωμαίων τῆς ἐξουσίας περιῃρέθησαν, καὶ τῆς νομικῆς λατρείας· κεκωλυμένοι δέ εἰσι, καὶ ἀναιρεῖν οὓς ἂν θέλωσι, καὶ θύειν ὅταν θέλωσι· διὸ καὶ εἰσὶν ἐπικατάρατοι, μὴ δυνάμενοι ποιεῖν τὰ διατεταγμένα· Ἐπικατάρατος γάρ, φησιν, [1] ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά. ἀδύνατον δέ ἐστιν ἐν διασπορᾷ μεταξὺ ἐθνῶν ὄντας, πάντα τὰ τοῦ νόμου ἐπιτελεῖν αὐτούς. ἀπαγορεύει γὰρ αὐτοῖς ὁ θεῖος Μωσῆς καὶ θυσιαστήριον ἔξω Ἱερουσαλὴμ ἱστᾶν, [2] καὶ τὸν νόμον ἔξω τῶν ὅρων τῆς Ἰουδαίας ἀναγινώσκειν. ἑπόμενοι οὖν ἡμεῖς Χριστῷ, τὰς εὐλογίας κληρονομήσωμεν· νόμῳ καὶ προφήταις διὰ τοῦ εὐαγγελίου στοιχήσωμεν· φύγωμεν τοὺς πολυθέους, καὶ τοὺς χριστοκτόνους καὶ τοὺς προφητοφόντας, καὶ τοὺς δυσωνύμους καὶ ἀθέους αἱρεσιώτας· [3] πειθαρχήσωμεν ὡς βασιλεῖ, ὡς ἐξουσίαν ἔχοντι μετατιθέναι διατάξεις διαφόρους, καὶ ἔχοντι, ὡς νομοθέτῃ, σοφίαν τοῦ διατάσσεσθαι διαφόρως, πανταχοῦ τῶν φυσικῶν ἀμεταθέτων φυλαττομένων.

A inviti prophetarunt: siquidem & crediderunt in eum Gentes; & ipsi a Romanis potestate, ac Legis cultu sunt privati; prohibiti etiam sunt, & interimere quos vellent, & sacrificare quando vellent: quocirca maledicti exsistunt, cum non possint imperata facere. [a] *Maledictus* enim, inquit, *qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro Legis, ut faciat ea*: fieri autem nequit, ut qui in dispersione inter Gentes versantur, omnia Legis mandata perficiant. Nam interdicit eis divinus Moses, [b] & altare extra Hierosolymam statuere, & Legem extra terminos Judææ legere. Nos igitur Christum sequentes, benedictiones in hereditatem consequamur: Legi ac Prophetis per Evangelium
B adhæreamus: fugiamus, tum deorum multitudini addictos, tum Christi ac Prophetarum interfectores, tum infames ac impios Hæreticos: Christo pareamus, ut regi, ut prædito potestate retractandi diversas constitutiones; &, quatenus legislator, habenti sapientiam constituendi varie; naturalibus ubique absque ulla mutatione servatis.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϛ'.

Ὅτι χρὴ φεύγειν τοὺς αἱρεσιώτας, ὡς ψυχῶν φθορέας.

ΑΠέχεσθε οὖν αἱρεσιωτῶν πάντων, ὦ ἐπίσκοποι καὶ λαϊκοί, τῶν φαυλιζόντων τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας· Θεῷ γὰρ παντοκράτορι ἐχθραίνοντες, ἀπειθοῦσι· καὶ Χριστὸν οὐχ ὁμολογοῦσιν υἱὸν Θεοῦ· [4] ἀρνοῦνται γὰρ καὶ τὴν κατὰ σάρκα αὐτοῦ γέννησιν, τὸν σταυρὸν ἐπαισχύνονται, τὸ πάθος καὶ τὸν θάνατον ἀδοξοῦσι, τὴν ἀνάστασιν ἀγνοοῦσι, τὴν πρὸ αἰώνων αὐτοῦ γέννησιν περικόπτουσι· τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἑτέρως ἀσεβοῦσι, [5] ψιλὸν ἄνθρωπον φανταζόμενοι τὸν κύριον, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος αὐτὸν εἶναι νομίζοντες. ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν, [6] αὐτὸν εἶναι τὸν

CAPUT XXVI.

Quod oporteat fugere Hæreticos, ut animarum perditores.

C ABstinete igitur, Episcopi & Laici, ab omnibus Hæreticis; qui Legem ac Prophetas improbant: nam omnipotenti Deo infesti, non credunt; & Christum non confitentur filium Dei; negant enim generationem ejus secundum carnem, crucem erubescunt; inhonestam putant passionem ac mortem, resurrectionem ignorant, ejus nativitatem quæ ante sæcula, resecant. Quidam vero eorum alio modo impii sunt, Dominum imaginati hominem tantummodo, ex corpore & anima eum constare existimantes. At ex iis alii eumdem Je-

a Gal. III. 10. Deut. XXVII. 26. *b* Deut. XII.

1. Ὅς.] Cod. Vind. πᾶς ὅς, ut est in Textu. CLER.

2. Καὶ τὸν νόμον ἔξω τῶν ὅρων τῆς Ἰουδαίας ἀναγινώσκειν.] Interpretatio est legis Mosaicæ; quod discere licet ex B. Chrysostomo contra Judæos Oratione 2. & allusio ad locum Amos IV. 5. juxta Septuaginta. πῶς γὰρ ἀναγγεῖλαι τοῦ θεοῦ τὴν δόξαν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὁ μηδὲ νόμον ἀναγινώσκειν ἔξω τῶν ὅρων τῶν οἰκείων συγχωρούμενος; τοῦτο γὰρ αὐτὸ Ἀμὼν ὁ προφήτης ἐφθέγγετο· Καὶ ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον, καὶ ἐπεκαλέσαντο ὁμολογίας. *Quo modo enim* populus Judæorum posset *annuntiare gloriam Dei inter Gentes, qui ne Legem quidem extra proprios terminos legere permissus est? Hoc ipsum enim Amos Propheta pronuntiavit: Et legerunt foris Legem, & invocaverunt confessiones.* Incertus ad Psalm. XCV. 3. relatus in Catena. οὔτε γὰρ στῆσαι βωμόν, οὔτε θυσίαν ἀνενεγκεῖν, οὐ σπεῖσαι, οὐ πρόβατον ἐπιθεῖναι, οὐ θυμίαμα, οὐκ ἀναγνῶναι νόμον, οὐχ ἑορτὴν ἐπιτελέσαι, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων αὐτοῖς ἐκτὸς τῶν προθύρων ἐκείνων ἐξῆν. Et postea; καὶ τί λέγω θύειν καὶ σπένδειν; οὐδὲ ἁπλῶς ἀναγνῶναι τὸν νόμον ἔξω αὐτοῖς· καὶ τοῦτό ποτε ἐγκαλῶν ἕτερος προφήτης ἔλεγεν. Καὶ ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον, καὶ ἐπεκαλέσαντο ὁμολογίαν. Joannes Chrysostomus libro quod Christus sit Deus cap. ult. Cujus & legi debet Oratio 5. adversus Judæos, paullo post initium. Sed consuli etiam debet Methodius, in Virginum Convivio p. 56. edit. Par. COT.


3. Πειθαρχήσωμεν.] Addit alter Codex Χριστῷ ut legit Interpres, & quidem recte. CLER.

4. Ἀρνοῦνται γὰρ &c.] De Simone mago Additamentum ad Apostolorum canonem 50. in Collectione Joannis Antiocheni tit. 36. τινὲς δὲ καὶ τὸ πάθος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν γέννησιν περικόψαι. Et in Epistola Apocrypha Corinthiorum ad Paullum, quam una cum responsione Apostoli seu Epistola tertia ad Corinthios, pariter pseudepigrapha, ferri apud Armenios testatur Jacobus Usserius, in Epistolam Ignatii ad Trallianos. Simoni & Cleobio hi tribuuntur errores, citante eodem viro doctissimo; *Prophetas non esse legendos: Deum non esse omnipotentem; Non esse futuram* [illegible], *Hominem a Deo non fuisse creatum;* [illegible] *Christum ex corpore Mariæ Virginis natum non fuisse;*
D *neque a Deo creatum fuisse mundum, sed a quibusdam Angelis.* Lege Epistolam ad Philippenses Ignatio martyri tributam cap. 5. Post hæc exarata, didici ab illustrissimo Archiepiscopo Armeno, qui in hac regia urbe versabatur, haberi apud suos dictas Epistolas, & Apocryphas haberi. COT.

5. Ψιλὸν ἄνθρωπον φανταζόμενοι τὸν κύριον, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος αὐτὸν εἶναι νομίζοντες.] Sensum Catholicum admittunt hæc, & sensum Arianum; quia adversus Ebionæos similesque pestes dici possunt ab Orthodoxo & ab Ariomanita. A primo quidem, qui, videlicet, arbitretur in Christo præter corpus & animam esse etiam Dei Verbum. A posteriori vero, qui existimet loco animæ in Domino extitisse patibilem divinitatem. Ario quippe ac Arianis a pluribus tribuitur is error; qui, tempore S. Augustini, apud Latinos minus erat notus, videturque ab eruditissimo & diligentissimo Usserio ignoratus, aut non animadversus, illustrante B. Ignatium. Obiter emenda in Operibus S. Hieronymi Auctorem Commentariorum ad
E Paullinas Epistolas, in I. Corinth. II. 8. *Hoc loco ad defensionem perversi dogmatis, duæ Hæreses abutuntur, Apollinarii, scilicet, & Arii. Una ut perfectam assumti hominis naturam destruat: alia ut Dei Verbum asserat esse passibile. Neque erat* (lego *ea*) *intelligens, majestatis Dominum* [illegible] *assumtum hominem dictum: neque ista sciens, non divinitatis, sed humanitatis passibilem esse naturam.* Observatu quoque dignum est, quod cum idem error Eunomio adscribatur, per Theodoritum, in fine Interpretationis Psalmi 15. Epistola 145. Dialogo 2. & Hæreticarum fabularum lib. 5. cap. 11. quod ultimum testimonium Nicetas Choniates transcribit Thesauri lib. 3. c. 39. itemque per Gennadium cap. 2. de Ecclesiasticis Dogmatibus; Eunomius tamen ipse in fidei suæ Expositione, a Valesio τῷ τά[illegible] ad Socratem publicata, Christum suum proponit ἀναλαβόντα τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον. *Qui hominem ex anima constantem & corpore assump*[illegible]. COT.

6. Αὐτὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν.] Sane etiam [illegible] ex more notissimo Theolog[illegible], tam veterum

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



Ἰησοῦ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ὑποπτεύουσιν, αὐτὸν ἑαυτοῦ πατέρα δοξάζοντες, αὐτὸν υἱὸν καὶ παράκλητον ὑποπτεύοντες· ὧν τί ἂν εἴη ἐναγέστερον; ἄλλοι δ' αὖ πάλιν αὐτῶν, βρώματά τινα φαυλίζουσι· καὶ γάμον κακὸν σὺν παιδοποιΐᾳ λέγουσιν εἶναι, διαβόλου τε μηχάνημα· καὶ διὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν ἀσεβεῖς ὄντες, οὐ θέλουσιν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι, διὸ καὶ τὴν ἀνάστασιν διαβάλλουσι· φάσκοντες, ὅτι σεμνοί τινές ἐσμεν· ἐσθίειν καὶ πίνειν μὴ βουλόμενοι, δαιμόνια δὲ ἄσαρκα φαντάζομενοι ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεσθαι. οἵτινες καταδικασθήσονται δι' αἰῶνος ἐν τῷ αἰωνίῳ πυρί. φεύγετε οὖν ἀπ' αὐτῶν, ἵνα μὴ συναπόλησθε ταῖς αὐτῶν ἀσεβείαις.

A sum esse Deum super omnia exsistentem suspicantur, eum sui ipsius Patrem opinati, eum Filium simul & Paracletum conjicientes; quibus quid potest esse exsecrabilius? Alii rursus eorum, damnant quosdam cibos; & nuptias cum procreatione liberorum malas ac diaboli commentum dicunt: & propter malitiam suam impii cum sint, nolunt a mortuis excitari, ideoque resurrectionem criminantur: ajunt; Sancti & casti viri sumus; comedere ac bibere nolunt; imaginantur vero se dæmonia carne carentia suscitandos a mortuis. Qui omnes in perpetuum & ad ignem æternum damnabuntur. Fugite igitur ab eis, ne pariter eorum impietatibus pereatis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ'.

Περὶ παρατηρημάτων Ἰουδαϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν.

Εἰ δέ τινες παρατηρούμενοι, φυλάσσουσιν ἔθιμα Ἰουδαϊκὰ, [1] γονοῤῥύας, ὀνειρώξεις, πλησιασμοὺς τοὺς κατὰ νόμον, λεγέτωσαν ὑμῖν, εἰ ἐν αἷς ὥραις ἢ ἡμέραις ἔν τι τούτων ὑπομείνωσι, παραιτοῦνται προσεύξασθαι, ἢ [2] βιβλίου θίγειν καὶ ἐὰν συνθῶνται, δῆλον ὡς τοῦ ἁγίου πνεύματος κενοὶ τυγχάνουσι, τοῦ ἀεὶ παραμένοντος τοῖς πιστοῖς. περὶ γὰρ τῶν ὁσίων λέγει ὁ Σολομών· ἵν' ἕκαστος ἑαυτὸν εὐτρεπίζῃ, ὅπως ὅταν καθεύδῃ, φυλάσσῃ αὐτὸν, καὶ ὅταν ἐγείρηται, συλλαλῇ αὐτῷ. εἰ γὰρ νομίζεις, ὦ γύναι, ἑπτὰ ἡμέρας ἐν ἀφέδρῳ οὖσα, τοῦ ἁγίου πνεύματος κενὴ τυγχάνειν, ἄρα τελευτήσασα ἐξαίφνης, κενὴ πνεύματος, καὶ ἀπαῤῥησίαστος τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος ἀπελεύσῃ· ἢ μὲν τὸ πνεῦμα ἔχεις πάντως ἀχώριστον, ὅτε μὴ ἐν τόπῳ ὄν· δεῖ δέ σοι [3] προσευχῆς καὶ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσεως, ὡς οὐδὲν ἐν τούτῳ παρανομούσα. οὔτε γὰρ νόμιμος μίξις, οὔτε λέχος, οὔτε αἵματος φορὰ, οὐκ ὀνείρωξις, μιᾶναι δύναται ἀνθρώπου φύσιν, ἢ τὸ ἅγιον πνεῦμα χωρίσαι· ἢ μόνη ἀσέβεια, καὶ παράνομος πρᾶξις. τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦ-

B

CAPUT XXVII.

De observationibus Judaicis ac Ethnicis.

Si qui vero superstitiose observantes, custodiunt ritus Judaicos, [a] fluxus seminis, pollutiones in somno, legitimos concubitus; dicant nobis, utrum horis aut diebus quibus quidpiam horum patiuntur, a precibus abstinant, aut a tactione sacri libri, [aut a sumtione Eucharistiæ:] atque si fateantur, patet eos Spiritu sancto, qui semper cum fidelibus manet, vacuos esse. De sanctis enim ait Salomon: [b] ut se quisque præparet, quo quando dormierit custodiat eum, & quando evigilaverit, loquatur cum eo. Nam si existimas mulier, cum [c] per septem C dies ob menstruum separata es, Spiritu sancto esse vacua: ergo si repente moriaris, decedes vacua Spiritu, ac nullam fiduciam & spem in Deum habens; sed Spiritum quidem omnino indiscretum possides, ut pote qui loco non comprehenditur; indiges autem oratione, [& Eucharistia] & Spiritus sancti adventu, ut quæ nihil hac in re peccaveris. Neque enim [d] legitimus concubitus, neque puerperium, neque sanguinis menstruus cursus, neque in somniis pollutio, naturam hominis inquinare pos-

a Levit. xv. *b* Prov. vi. 22. *c* Levit. xv. 16. *d* Levit. xii.

quam recentiorum, juxta quem nomina quædam toti Trinitati communia, uni personæ accommodantur: exempli gratia, Patri *Deus*, ὁ τῶν ὅλων Θεός, *Omnipotens*, aliaque, & in iis ὁ ἐπὶ πάντων Θεός. Gregorius Nyssenus περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως ante medium; ὁ δὲ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ἐξαιρετόν τι γνώρισμα τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως, τὸ πατὴρ εἶναι, τὸ ἐκ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑφεστάναι, μόνος ἔχει. Illius frater in sanctum Baptisma, sub finem; οὔτε οὖν ἀλλότριον τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ ἀῤῥήτου στόματος ἀῤῥήτως ἐκπεφηνὸς, οὔτε αὐτὸς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ Θεοῦ πνεῦμα, καὶ παρὰ Θεῷ, ἀποστελλόμενον δὲ παρὰ Θεοῦ, καὶ διὰ υἱοῦ χορηγούμενον. Ecce, magno Basilio Spiritus sanctus non est *Deus*, ut Nostro Filius non est *Qui super omnia exsistit Deus*: quia neuter est prima sanctissimæ Trinitatis persona. Videtur autem Constitutio jugulum petere Simonis magi; utpote personas confundentis, quod colligere datur ex Irenæo, Augustino ac Theodorito. In Appendice Canonis 50. Apostolici, de qua in adnotatione proximam præcedente; ἐφ' ἡμῶν γὰρ Σίμων ὁ μάγος ἐξηρεύξατο σπάσας τὸ ἄλαλον (Codex Seguerianus τῷ λαῷ) πλάνον καὶ ἄστατον καὶ πονηρὸν εἰς ἑαυτὸν πνεῦμα, καὶ ἕνα τριώνυμον εἶναι φλυαρήσας τὸν Θεόν. Id est; *Temporibus enim nostris Simon magus eructavit, attracto in seipsum Spiritu loquendi ignaro, erroneo, instabili & malo, atque Deum esse unum trinominem deblateravit*. Sed forte legi debeat λάλον, aut potius, quo manu ducimur per Ms. Segu. λαοπλάνον, ut apud Ignatium interpolatum ad Ephes. 9. ad Philadelph. 5. favente etiam Cedreno p. 173. l. 37. Consule Epiphanium Hæresi 62. sectione 2. ubi de Sabellianismo ex Ægyptiaco Evangelio. Cot.

1. Γονοῤῥύας, ὀνειρώξεις.] Dupliciter hæc quæstio potest pertractari, vel secundum dogma, vel secundum disciplinam. Et quidem quod ad doctrinam spectat, certum est involuntarias γονοῤῥύας & ὀνειρώξεις, legitimos concubitus, ἐμμήνια, puerperium, & similia nequaquam polluere, a solo peccato hominem contaminari. In disciplina vero considerare oportet loca, tempora, personas, Ec- D clesiarum consuetudines, ceteras circumstantias: quibus omnibus perpensis, licuit aliter atque aliter censere, sancire, agere; damnando semper ac vitando ex una parte superstitionem Ethnicam & Judaicam, ex alia irreverentiam malis Christianis sollemnem. Atque hæc notiora sunt apud Theologos, quam ut in iis enarrandis diutius immorari necesse sit. Id.

2. Βιβλίου θίγειν.] Al. add. ἢ εὐχαριστίας μεταλαβεῖν. Solebant veteres melioresque Christiani libros sacros singulis diebus lectitare. Sic Gnostico Clementis Alexandrini lib. 7. p. 728. εὐχαί τε καὶ αἶνοι, καὶ αἱ πρὸ τῆς ἑστιάσεως ἐντεύξεις τῶν γραφῶν. Idem Clemens Pædagogi 2. cap. 10. p. 194. ἀλλ' οἷς γε συγκεχώρηται γῆμαι, τούτοις ἐδέησεν παιδαγωγοῦ, ὡς μὴ μεθ' ἡμέραν τὰ μυστικὰ τῆς φύσεως ἐκτελεῖσθαι ὄργια· μηδὲ ἐξ ἐκκλησίας, φέρε, ἢ ἀγορᾶς ἥκοντα ἑωθινὸν, ἀλεκτρυόνος ὀχεύειν δίκην, ὁπηνίκα εὐχῆς καὶ ἀναγνώσεως καὶ τῶν μεθ' ἡμέραν εὐεργῶν ἔργων ὁ καιρός. Vide Chrysostomum Homil. 3. de Lazaro, nec non Hieronymum multis E satque cognitis in locis. Quod additur heic de Eucharistia, in quibusdam exemplaribus, forte in aliis præteritum fuit ab hominibus, qui contrariam consuetudinem ætate sua observari cernebant. Obiter moneo, ut vitia duo lectionis tollas e loco hac in re celebrato Theodori Balsamonis Respons. ad Interrog. 9. Marci Alexandrini, Juris Græco-Romani p. 367. φησὶ γὰρ τοῦ ἁγίου Διονυσίου ἀπόκρισις, immo Τιμοθέου, quæ in Collectione Canonica Balsamonis exstat p. 1064. D. Et infra; τῇ νυκτὶ γὰρ συντριβείη. pro quo bene Mss. codices, τηνικαῦτα vel τηνικαῦτα γάρ. Joannes Citrius ad Constantinum Cabasilam Responsione 19. in Mss. quæ a Jure Græco-Romano p. 323. &c. abest; ἱερεῦσιν ἢ λαϊκοῖς ὀνειρώξασι, κατ' ἐκείνην μόνην τὴν ἡμέραν τῶν ἁγιασμάτων ἀπέχεσθαι θέμις, διὰ τὸ τῆς ἱερωσύνης σεβάσμιον. εἰ δὲ κίνδυνον ἡ ὑπέρθεσις ἀπειλεῖ, ἢ ἡμέρα ἐφέστηκε περιφανὴς ἀπαραίτητον εἰσπράττουσα τὴν ἱερουργίαν, τηνικαῦτα συντριβείη ἡ παγὶς τοῦ ἐπηρεαστοῦ, ὑψωθείη δὲ τῆς ἱερωσύνης ἡ δύναμις. Id.

3. Προσευχῆς] Al. add. καὶ εὐχαριστίας. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

μα τοῖς κεκτημένοις αὐτὸ ἀεὶ παραμένον ἐστὶν ἕως ἂν ὦσιν ἄξιοι· καὶ ὧν ἂν χωρισθῇ, τούτους ἐρήμους καθίστησι, καὶ τῷ πονηρῷ πνεύματι ἐκδότους. πᾶς δὲ ἄνθρωπος, ὁ μὲν τῷ πνεύματι πεπλήρωται τῷ ἁγίῳ, ὁ δὲ τῷ ἀκαθάρτῳ· καὶ οὐχ οἷόν τε φυγεῖν αὐτῶν ἑκάτερον, εἰ μὴ ἐναντίον τι πάθωσιν· ὅτε γὰρ παράκλητος μισεῖ πᾶν ψεῦδος, ὅτε διάβολος πᾶσαν ἀλήθειαν· πᾶς δὲ βεβαπτισμένος κατὰ ἀλήθειαν, τοῦ μὲν διαβολικοῦ πνεύματος κεχώρισται, τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος ἐντὸς καθέστηκε· καὶ ἀγαθοεργοῦντι μὲν παραμένει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πληροῦν αὐτὸν σοφίας καὶ συνέσεως, καὶ τὸ πονηρὸν πνεῦμα οὐκ ἐᾷ αὐτῷ πλησιάσαι, ἐπιτηροῦν αὐτοῦ τὰς ἐφόδους. σὺ οὖν, ὦ γύναι καθὼς λέγεις, εἰ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀφέδρου κενὴ τυγχάνεις τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ ἀκαθάρτου πεπλήρωσαι. μὴ προσευχομένη γὰρ, μηδὲ ἀναγινώσκουσα, [1] ἄκοντα αὐτὸν προσκαλέσῃ· φιλεῖ γὰρ οὗτος τοὺς ἀχαρίστους, εἰ καί τις ἄλλος, τοὺς ῥαθύμους, τοὺς ἀμελεῖς, τοὺς ὑπνώδεις· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἀχαριστίᾳ κακόνοιαν νοσήσας, ἐγυμνώθη παρὰ Θεοῦ τῆς ἀξίας, [2] ἀντὶ ἀρχαγγέλου διάβολος αἱρετισάμενος εἶναι. διὸ τῶν ματαίων ἀπόσχου λόγων, ὦ γύναι· καὶ ἔσο μεμνημένη πάντοτε Θεοῦ, τοῦ σὲ δημιουργήσαντος, καὶ προσεύχου τούτῳ· ἔστι γὰρ σοῦ καὶ τῶν ὅλων κύριος· καὶ μελέτα τοὺς αὐτοῦ νόμους, μηδὲν παρατηρουμένη, μὴ κάθαρσιν φυσικὴν, μὴ μίξιν νόμιμον, μὴ τοκετὸν ἢ ἀποβολὴν, μὴ μῶμον σώματος· ἐπείπερ τὰ τοιαῦτα παρατηρήματα, μωρῶν ἀνθρώπων ἐφευρέματα μάταια, καὶ νοῦν οὐκ ἔχοντα. οὔτε δὲ κῆδος ἀνθρώπου, οὔτε ὀστέον νεκροῦ, οὔτε μνῆμα, οὔτε τοιόνδε βρῶμα, οὔτε ὀνειρωγμὸς, μιᾶναι δύναται ἀνθρώπου ψυχήν· ἀλλὰ μόνη ἀσέβεια ἡ εἰς Θεὸν, καὶ παρανομία, καὶ εἰς τὸν πλησίον ἀδικία· λέγω δὴ ἁρπαγὴ, ἢ βία, ἢ εἴ τι ἐναντίον τῆς αὐτοῦ δικαιοσύνης, μοιχεία, ἢ πορνεία. ὅθεν τὰ τοιαῦτα περιϊστάμενοι παρατηρήματα, φεύγετε ἀγαπητοί· [3] Ἑλληνικὰ γὰρ τυγχάνει. οὔτε γὰρ τὸν τεθνεῶτα βδελυσσόμεθα, ὡς ἐκεῖνοι· ἐλπίζοντες αὐτὸν πάλιν ἀναβιῶναι· οὔτε τὴν νόμιμον μίξιν κακίζομεν· ἔθος γὰρ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα ἀσεβεῖν. Θεοῦ γὰρ γνώμῃ, ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνέλευσις γίνεται, ἡ μετὰ δικαιοσύνης· ὁ ποιήσας γὰρ ἀπ᾽ ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς, καὶ εἶπεν· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. Εἰ τοίνυν Θεοῦ βουλήσει παραλλαγὴ σχημάτων γέγονε, πρὸς γένεσιν πλήθους· ἄρα κατὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην, καὶ ἡ συνέλευσις τοῦ ἄρρενος τῷ θήλυ.

A sunt, aut Spiritum sanctum dirimere; sed sola impietas, & actio iniqua. Sanctus quippe Spiritus perpetuo manet in illis qui eum obtinuerunt; quamdiu digni fuerint: a quibus autem separatus est, hos vacuos & malo Spiritui deditios exhibet. Porro hominum, alii quidem pleni sunt Spiritu sancto, alii vero Spiritu immundo; neque fieri potest, ut alterutrum eorum vitent, nisi aliquid sibimet contrarium patiantur: siquidem Paracletus odit quodlibet mendacium; diabolus quamlibet veritatem: quicumque autem vere baptizatus fuit, a Spiritu quidem diabolico separatus est, intra vero Spiritum sanctum consistit; & in eo quidem qui bona opera exercet, sanctus Spiritus permanet, implens eum sapientia & intellectu, nec sinit B Spiritum malignum ei appropinquare, observans illius hostiles accessus. Tu itaque mulier, si, quemadmodum dicis, in diebus menstrui vacua es Spiritu sancto, debes plena esse immundo Spiritu. Nam dum non precaris, nec legis; vel nolentem eum advocas: amat enim ille, si qui alius, ingratos, segnes, negligentes, somniculosos; quandoquidem & ipse cum per ingratum animum malevolentia laboraret, a Deo spoliatus est dignitate, elegitque pro Archangelo esse diabolus. Quapropter a vanis sermonibus abstine, mulier; semperque memineris Dei creatoris tui, ac eum precare: Dominus quippe tuus est, atque omnium rerum: meditare etiam leges illius, nihil observans, non purgationem naturalem, non copulationem legitimam, non C partum aut abortionem, non [a] corporis maculam: siquidem hujusmodi observationes, sunt hominum stultorum inventa inania, & ratione carentia. Neque vero [b] hominis funus, neque ossa mortui, neque sepulcrum, neque [c] certus quidam cibus, neque nocturnum seminis profluvium, polluere animam hominis possunt; verum sola impietas in Deum, & iniquitas, & erga proximum injustitia; rapina, inquam, vis, vel si quid justitiæ divinæ repugnat, adulterium aut fornicatio. Quare has observationes vitate ac fugite, dilecti: quoniam ad Gentiles pertinent: neque enim mortuum abominamur, ut illi; cum speremus eum rursus victurum: neque legitimam conjunctionem accusamus: [d] solent enim illi D in hujusmodi rebus impie agere. Nam Dei voluntate, viri ac mulieris fit illa copula, quæ justa est: siquidem [e] *qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos*. [f] *Et benedixit eis, ac dixit: Crescite, & multiplicamini, & replete terram*. Atqui si voluntate Dei differentia sexuum facta est, ad propagandam sobolem; ergo & congressus maris ac feminæ concordat cum illius proposito.


a Levit. XIII. &c. b Num. XIX. c Levit. XI. d Levit. XVIII. 24. e Matth. XIX. 4. f Gen. I. 28.

1. Ἀκοντα] Forte ἀπόντα vel ἑκόντα. Cot.

2. Ἀντὶ ἀρχαγγέλου διάβολος.] Docent SS. Patres, diabolum Archangelum fuisse, πρωτοστάτην, ἐπίσημον ἐν ἀγγέλοις καὶ ἐν ταῖς ἄνω δυνάμεσιν περιφανῆ, πρώτην ἀρχὴν παρ᾽ ἀγγέλοις ἔχοντα, ἕνα τῶν πρώτων ἀρχόντων, eminentissimum Angelorum, dominum novem ordinum Angelorum, primum omnium Angelorum, Angelorum primogenitum, reliquis Angelis eminentiorem, & cunctis agminibus Angelorum prælatum. Ita Cyrillus Hierosolymitanus, Gregorius Nyssenus, Cæsarius, Theodoritus, Jobius, Cyrillus Alexandrinus, Theophylactus, nonnulli in Catena ad Jobum, Tertullianus, Augustinus; inter Opera Hieronymi Auctor Commentariorum in Psalmos, quippe in Jobum scripsit; cum Fausto Rejensi, & Gregorio Papa. Cæsarius Arelatensis, in Homilia de humilitate & E superbia, editore V. Cl. Stephano Baluzio; *Ipsum Archangelum superbia de cælo deposuit*. Vide etiam Consultationes Zacchæi & Apollonii lib. 1. cap. 31. tom. 10. Spicilegii Acheriani. Id.

3. Ἑλληνικὰ γὰρ τυγχάνει.] S. Joannes Chrysostomus Homil. 12. in Epistolam ad Ephesios; Ἕλληνες τὰ μὲν ὄντα ἁμαρτήματα δεδοίκασιν, οἷον ῥύπον σώματος, κῆδος, λέχος, καὶ ἡμερῶν παρατηρήσεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἃ δέ ἐστιν ὄντως ἁμαρτήματα, παιδεραστία, μοιχεία, πορνεία, τούτων οὐδὲ λόγον ἔχουσιν. Et quid ego in re notissima allegem Theophrastum, Porphyrium, Laertium, alios innumeros? Sufficiet observasse ex Josepho lib. 2. adversus Apionem, ac Tertulliano de præscriptione Hæreticorum c. 40. Ethnicos a Judæis ista accepisse. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κη'.

Περὶ παιδεραστίας, μοιχείας τε καὶ πορνείας.

Οὐκέτι δὲ καὶ ἡ παρὰ φύσιν βδελυκτὴ μίξις, ἢ ἡ παράνομος πρᾶξις, ἐχθρὰ γὰρ Θεοῦ ὑπάρχουσα· καὶ γὰρ παρὰ φύσιν ἐστὶν ἡ Σοδόμων [1] ἁμαρτία, καὶ ἡ πρὸς ἄλογα· παράνομον δὲ, μοιχεία καὶ πορνεία· ὧν τὰ μὲν, ἀσεβήματα. τὰ δὲ, ἀδικία· καὶ τὸ τελευταῖον, ἁμάρτημα· οὐδέτερον δὲ αὐτῶν ἀτιμώρητον, κατὰ τὴν οἰκείαν διάθεσιν. οἵτε γὰρ πρῶτοι, διάλυσιν κόσμου μηχανῶνται, τὰ κατὰ φύσιν παρὰ φύσιν ἐπιχειροῦντες ποιεῖν· οἱ δὲ δεύτεροι, οἱ μὲν ἀδικοῦσιν, ἀλλοτρίους γάμους φθείροντες, καὶ τὸ ὑπὸ Θεοῦ γενόμενον ἓν, διαιροῦσιν εἰς δύο, τούς τε παῖδας ὑπόπτους, καὶ τὸν φυσικὸν ἄνδρα ἐπιβούλευτον· ἥτε πορνεία, φθορὰ τῆς οἰκείας ἐστὶ σαρκὸς, οὐκ ἐπὶ παιδοποιΐᾳ γινομένη, ἀλλ' ἡδονῇ χαριζομένη τὸ πᾶν· ὅπερ ἐστὶν ἀκρασίας σύμβολον, ἀλλ' οὐκ ἀρετῆς σημεῖον. ἀπηγόρευται δὲ τοῖς νόμοις ἅπαντα ταῦτα. φησὶ γὰρ τὰ λόγια οὕτως· Οὐ κοιμηθήσῃ μετὰ ἄρρενος κοίτην γυναικείαν· ἐπικατάρατος γὰρ ὁ τοιοῦτος· καὶ [2] λίθοις λιθοβολήσατε αὐτούς· βδέλυγμα ἐποίησαν. πάντα κοιμώμενον μετὰ κτήνους, ἀποκτείνατε αὐτὸν, ἀνομίαν ἐποίησαν ἐν τῷ λαῷ. καὶ ἐάν τις γυναῖκα ὕπανδρον μιάνῃ, ἀποκτείνατε ἀμφοτέρους· ἀνομίαν ἐποίησαν, ἔνοχοί εἰσιν, ἀποθανέτωσαν. Καὶ ἑξῆς· Οὐκ ἔσται πορνεύων ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ· καὶ οὐκ ἔσται πορνεύουσα ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραήλ. οὐ προσοίσεις μίσθωμα πόρνης Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, οὔτε ἄλλαγμα κυνός. Οὐ γὰρ ἁγναί, φησιν, εὐχαὶ ἐκ μισθώματος ἑταίρας. Ταῦτα μὲν ἀπηγόρευσαν οἱ νόμοι· τὸν δὲ γάμον ἐσέμνυναν, εὐλογημένον αὐτὸν ἀποκαλέσαντες· ἐπειδὴ καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς ὁ συζεύξας τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι. λέγει δέ που καὶ ὁ σοφὸς Σολομών· Παρὰ Κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί· καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· Ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐθηνοῦσα ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας σου· οἱ υἱοί σου ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν, κύκλῳ τῆς τραπέζης σου. ἰδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον. οὐκοῦν ὁ γάμος τίμιος καὶ σεμνὸς, καὶ ἡ τῶν παίδων γένεσις, καθαρά· οὐδὲν γὰρ κακὸν ἐν καλῷ ὑπάρχει. οὔτε οὖν ἡ φυσικὴ κάθαρσις, βδελυκτὴ παρὰ Θεῷ, ὃς αὐτὴν ᾠκονόμησε συμβαίνειν γυναιξὶν ἐν τριακονθημέρῳ, συστάσεως χάριν καὶ εὐρωστίας, ἀκινητοτέραις ὑπαρχούσαις, ἅτε ἐν οἰκίᾳ καθημέναις τὸ πλεῖον. οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ὁ Κύριος, τῆς αἱμοῤῥοούσης ἁψαμένης τοῦ σωτηρίου κρασπέδου ὑγείας χάριν, οὐκ ἠχθέσθη ἐπ' αὐτῇ, οὔτε μὴν ὅλως ᾐτιάσατο· τοὐναντίον δὲ καὶ ἰάσατο αὐτὴν, φήσας· Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ φυσικῶν μὲν φαινομένων ταῖς γυναιξὶν, οἱ ἄνδρες μὴ συνερχέσθωσαν, [3] προνοίας ἕνεκα τῶν γεννωμένων.

CAPUT XXVIII.

De nefando amore puerorum, adulterio, & fornicatione.

A Contra vero exſecrabilis illa ac naturæ repugnans conjunctio, aut illa iniqua actio, utpote Deo inviſa. Etenim naturæ adverſatur, nequitia Sodomorum, & illa quæ cum beſtiis patratur; æquitati autem repugnat adulterium, & fornicatio: quorum flagitiorum, illa quidem, impietates ſunt; iſtud vero, injuria; at ultimum, peccatum: nullum autem eorum impunitum manet, ſecundum propriam rationem. Nam primi, diſſolutionem ac finem mundi procurant, dum quæ naturalia ſunt, contra naturam nituntur perpetrare: ſecundi vero injurioſi ſunt, cum aliorum matrimonia corrumpunt; & quod a Deo factum fuit unum, dividunt in duo; & efficiunt, ut liberi ſuſpecti habeantur, virque naturalis ac legiti-
B mus inſidiis pereat: fornicatio autem, corruptio eſt propriæ carnis; non enim ſpectat generationem prolis, ſed ſoli indulget voluptati; quod incontinentiæ eſt indicium, non ſignum virtutis. Legibus autem hæc omnia interdicuntur. Ita enim pronuntiant Scripturæ: [a] *Non cubabis cum maſculo concubitum muliebrem; maledictus enim eſt talis vir; & lapidibus lapidabitis eos; abominationem fecerunt.* [b] *Omnem concumbentem cum jumento, occidite eum; iniquitatem fecit in populo.* [c] *Et ſi quis mulierem viro traditam, inquinaverit, occidite utrumque; iniquitatem fecerunt, rei ſunt, moriantur.* Et deinceps: [d] *Non erit fornicator in filiis Iſraelis; & non erit fornicatrix ex filiabus Iſraelis. Non offeres mercedem proſtibuli Domino Deo*
C *tuo ſuper altare, neque pretium canis.* [e] *Non enim pura ſunt*, inquit, *vota ex mercede meretricis*. Hæc quidem Leges vetuerunt; connubium vero extulerunt, benedictum appellantes; quandoquidem benedixit Deus, [f] qui conjunxit feminam cum maſculo. Dicit autem ſapiens Salomon: [g] *A Domino aptatur uxor viro*: & David ait: [h] *Uxor tua, ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ: filii tui, ſicut novellæ olivarum, in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Itaque [i] connubium honorabile eſt ac venerandum; & generatio filiorum pura: nihil enim mali ineſt in bono. Neque igitur purgatio naturalis horrorem Deo incutit, qui ſapienter conſtituit, ut ea omnibus tricenis diebus, firmitatis ac ſanitatis
D gratia, mulieribus accideret; quæ, ſcilicet, minus moventur, quod domi plurimum ſedeant. Quin etiam in Evangelio Dominus; cum ſalutarem fimbriam mulier ſanguinis profluvio laborans tetigiſſet, ut ſanaretur; non ſuccenſuit illi, neque ullatenus accuſavit; immo vero curavit eam, dicens: [k] *Fides tua te ſalvam fecit.* Verumtamen quando uxoribus naturalia illa, ſeu menſtrua prodeunt, mariti ad eas non accedant; ut gignendorum ſaluti provideatur. Idque Lex [l] prohibuit. Ait enim: [m] *Ad mulierem quæ pro-*

a Levit. XVIII. 22. & XX. 13. *b* Exod. XXII. 19. *c* Levit. XX. 10. & Deut. XXII. 22. *d* Deut. XXIII. 17. *e* Prov. XIX. 13. juxta LXX. *f* Gen. I. 28. *g* Prov. XIX. 14. *h* Pſal. CXXVII. 3. 4. *i* Hebr. XIII. 4. *k* Matth. IX. 22. *l* Levit. XVIII. 19. *m* Ezech. XVIII. 6.

1. Ἁμαρτία] Al. ἀσέλγεια. Et mox forte τὸ δέ. COT.

2. Λίθοις λιθοβολήσατε αὐτούς.] Secundum ſenſum & verba Scripturæ Levitici XX. ubi θανάτῳ θανατούσθωσαν *moriantur* & λίθοις λιθοβολήσετε αὐτούς. *lapidibus lapidabitis eos* idem ſignificant; quemadmodum colligere eſt ex eodem capite, præſertim ſi conferatur cum Ezech. XVI. 38. 40. Joan. VIII. 5. cum Philone apud Euſebium Præpar. Evang. lib. 8. cap. 7. & cum Joſepho contra Apionem lib. 2. p. 1075. ID.

3. Προνοίας ἕνεκα τῶν γεννωμένων.] Hunc & ſuperiorem locum illuſtrabunt verba Æneæ Gazæi (vel Αἰνέου σοφι-

E στοῦ & Πλατωνικοῦ Χριστιανοῦ, ſi fides duobus libris Mſs. Regiæ Bibliothecæ) in Dialogo, ante medium; ἐπεὶ καὶ τῶν Ἑβραίων τὸν νόμον προσίεμαι, ὃς τοῦ λελωβημένου τὸν πατέρα κατέλευσεν, ὅτι δι' ἀκρασίαν τῆς γυναικὸς τὸν καθαρμὸν οὐχ ὑπέμεινεν, ὅθεν ἡ τῆς ὕλης πλεονεξία, καὶ ἡ αἴσχιστη τοῦ παιδὸς νόσος. Hoc eſt; *Nam & Hebræorum legem admitto, quæ corpore fœde vitiati hominis patrem adjudicavit lapidationi, eo quod ob intemperantiam purgationem conjugis non exſpectaverit: unde materiæ redundantia; & turpiſſimus prolis morbus exſtitit.* Quæ confer cum Levit. XX. 18. & Theodorito Quæſt. 21. in Leviticum. Appoſite etiam præ ce-

ἀπεῖπε γὰρ ὁ νόμος· Πρὸς γυναῖκα γάρ, φησιν, ἐν ἀφέδρῳ οὖσαν, οὐ προσεγγιεῖ. [1] Μήτε μὴν ἐγκυμονούσαις ὁμιλείτωσαν αὐταῖς· οὐκ ἐπὶ παίδων γὰρ γενέσει τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλ' ἡδονῆς χάριν· οὐ δεῖ δὲ φιλήδονον, τὸν φιλόθεον ὑπάρχειν.

A *pter menstruum separata est, non appropinquabis.* Neque etiam cum gravidis uxoribus consuetudinem habeant; id enim non ad suscipiendos liberos faciunt, sed voluptatis caussa: non oportet autem ut [a] qui Dei studiosus est, ducatur studio voluptatis.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κθ'.

Ὅπως χρὴ τὰς γυναῖκας ὑποτάσσεσθαι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι, καὶ τοὺς ἄνδρας στέργειν τὰς ἑαυτῶν γαμετάς.

Αἱ γυναῖκες ὑποτάσσεσθε τοῖς ἰδίοις ἀνδράσι, καὶ διὰ τιμῆς αὐτοὺς ἔχετε, καὶ φόβῳ καὶ ἀγάπῃ δουλεύετε αὐτοῖς· ὡς ἡ ἁγία Σάῤῥα τὸν Ἀβραὰμ ἐτίμα, οὐδὲ ἐξ ὀνόματος αὐτὸν ὑπομείνασα καλεῖν, ἀλλὰ κύριον αὐτὸν προσαγορεύουσα, ἐν τῷ λέγειν· Ὁ δὲ κύριός μου, πρεσβύτης. Ὁμοίως οἱ ἄνδρες στέργετε τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς ἴδια μέλη, ὡς κοινωνοὺς βίου, καὶ συνεργοὺς πρὸς γένεσιν παίδων. Συνευφραίνου γάρ, φησι, μετὰ γυναικὸς τῆς ἐκ νεότητός σου· ἔλαφος τῆς φιλίας, καὶ πῶλος τῶν χαρίτων ὁμιλείτω σοι· ἡ δὲ ἰδία ἡγείσθω σου, καὶ συνέστω σοι ἐν παντὶ καιρῷ· ἐν γὰρ τῇ ταύτης φιλίᾳ συμπεριφερόμενος, πολλοστὸς ἔσῃ. Ἀγαπᾶτε οὖν αὐτὰς ὡς οἰκεῖα μέλη, ὡς ὑμέτερα σώματα. γέγραπται γὰρ οὕτω· Κύριος διεμαρτύρατο ἀνὰ μέσον σου καὶ ἀνὰ μέσον γυναικὸς νεότητός σου· καὶ αὕτη κοινωνός σου· καὶ οὐκ ἄλλος ἐποίησε· καὶ ὑπόλειμμα πνεύματός σου· καὶ φυλάξασθε τῷ πνεύματι ὑμῶν· καὶ γυναῖκα νεότητός σου μὴ ἐγκαταλίπῃς. Ἀνὴρ οὖν καὶ γυνή, νομίμῳ γάμῳ συνερχόμενοι, καὶ ἀπ' ἀλλήλων ἐγειρόμενοι, [2] ἀπαρατηρήτως προσευχέσθωσαν· καὶ μὴ λουσάμενοι, καθαροί εἰσιν· ὃς δ' ἂν ἀλλοτρίαν γυναῖκα ὑποφθείρας μιάνῃ, ἢ συμμιανθῇ πόρνῃ, ἀναστὰς ἀπ' αὐτῆς, οὐδ' ἂν τὸ πέλαγος ὅλον καὶ τοὺς ποταμοὺς πάντας ἀπολούσηται, καθαρὸς εἶναι δυνήσεται.

CAPUT XXIX.

Quo modo oporteat mulieres subjectas esse viris suis, & viros diligere uxores suas.

Mulieres, [b] estote subjectæ viris vestris, eosque in honore habete, ac in timore & caritate B servite illis; quemadmodum [c] sancta mulier Sarra Abrahamum honorabat, ne ex nomine quidem eum ausa appellare, sed dominum eum vocans, dicendo: [d] *Dominus autem meus senex est.* Similiter viri, [e] amate uxores vestras, ut propria membra, ut vitæ socias, & ad liberorum susceptionem adjutrices. [f] *Lætare enim*, inquit, *cum uxore adolescentiæ tuæ: cerva tuæ amicitiæ, & pullus gratiarum tuarum conversetur tecum; propria vero ducat te, & adsit tibi in omni tempore: in ejus enim amicitia oblectatus, diuturnus eris.* Diligite igitur eas, tamquam vestra membra, tamquam vestra corpora. Ita enim scriptum est: [g] *Dominus testificatus est inter te, & inter uxorem adolescentiæ tuæ; & ipsa socia tua; & non alius fecit; &* C *reliquiæ spiritus tui: & custodite spiritum vestrum; & uxorem adolescentiæ tuæ ne derelinquas.* Igitur vir ac mulier, cum in legitimo matrimonio liberis operam dant, & a communi lecto exsurgunt, precentur, nulla superstitione deterriti; etsi non laverint, puri sunt: qui vero alienam uxorem corruperit ac maculaverit: vel cum meretrice se commacularit; ab ea surgens, neque si toto pelago, & fluviis omnibus abluerit se, purus esse poterit.

a II. Tim. III. 4. *b* Coloss. III. 18. *c* I. Pet. III. 6. *d* Gen. XVIII. 12. *e* Ephes. V. 25. 28. *f* Prov. V. 18. 19. *g* Mal. II. 14.

teris ad Constitutionem Hieronymus in Ezechielis XVIII. 6. *Per singulos menses, gravia atque torpentia mulierum corpora, immundi sanguinis effusione relevantur. Quo tempore si vir coierit cum muliere, dicuntur concepti fetus vitium seminis trahere; ita ut leprosi & elephantiaci ex hac conceptione nascantur, & fœda (f. & in fœda) in utroque sexu corpora parvitate* (al. *pravitate*) *vel enormitate membrorum, sanies corrupta degeneret.* Nam præter explicatam liberorum sortem (de qua Philo Judæus de legibus specialibus p. 781. Isidorus Pelusiota multis Epistolis, Augustinus III. super Leviticum 64. & Sermone 244. de Tempore, atque alii) illud *gravia atque torpentia corpora* respondet verbis nostri Auctoris, ἀκινητοτέραις ὑπαρχούσαις, quæ allata paullo superius præcedunt. COT.

1. Μήτε μὴν ἐγκυμονούσαις ὁμιλείτωσαν αὐταῖς.] Ut omittam satis nota non paucorum Patrum & Canonum testimonia, quæ ad Christianos spectant; habes de Abrahamo, Jacobo, Amramo patre Aaronis & Mosis, Levitica tribu, veteribus Hebræis Patribus seu Patriarchis, apud Philonem Judæum libro de Abrahamo, Clementem Alexandrinum Pædagogi 2. cap. 10. p. 192. Stromatei 3. p. 456. Joannem Chrysostomum Homil. 38. in Geneseos cap. 16. Procopium Gazæum ad idem caput, & Jonam Aurelianensem De institutione Laicali lib. 2. cap. 7. Item habes D de Essenis sive Essæis, in Josepho lib. 2. ἁλώσεως cap. 12. & in Historia Hierosolymitana Jacobi de Vitriaco cap. 81. de Seribus, Recognitionum VIII. 48. de Pescennio denique ac Zenobia, apud Scriptores Historiæ Augustæ. IDEM.

2. Ἀπαρατηρήτως προσευχέσθωσαν.] Theanus Pythagoricæ elegans fertur Apophthegma, laudatum a Clemente Alexandrino, postque eum a Theodorito: quæ interrogata, ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν, respondit, ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, καὶ παραχρῆμα, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδεπώποτε. Quod sequitur de lavatione, accipiet lucem ex his B. Chrysostomi Homil. 18. in I. ad Corinthios: τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν ἔθος· ἀπὸ μὲν γὰρ πλεονεξίας καὶ ἁρπαγῆς οὐκ ἄν τις σπουδάσειεν ἐπὶ βαλανεῖον ἐλθεῖν, ἀλλ' ἀδιαφόρως ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἄνεισιν· ἀπὸ δὲ μίξεως πόρνης, καθάπερ ὅλως γενόμενος ἀκάθαρτος, ἐπὶ τὸ λούσασθαι ἔρχεται. *Est autem hic quoque noster mos: nam ab avaritia quidem, fraude, & rapina non curarit quisquam ire in bal-* E *neum, sed citra ullum discrimen redit domum: a concubitu autem cum meretrice, tamquam totus effectus immundus, venit ad lavandum.* Vide Luciani Amores. Tertullianus de Oratione cap. 11. *Omnibus licet membris lavet quotidie Israel, numquam tamen mundus est.* ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Οτι ἔθος Ιȣδαίοις τε καὶ Ελλησι, συμπαρατηρεῖσθαι τὰς φυσικὰς καθάρσεις, καὶ τῶν τεθνεώτων τὰ λείψανα βδελύσσεσθαι· Χριςιανῶν δὲ ἀλλότριον.

ΜΗ παρατηρεῖσθε ȣ̓͂ν τὰ ἔννομα καὶ φυσικὰ, νομίζοντες μολύνεσθαι δι' αὐτῶν· μηδὲ ἐπιζητεῖτε Ιȣδαϊκȣ̀ς ἀφορισμȣ̀ς, ἢ συνεχῆ βαπτίσματα, ἢ καθαρισμȣ̀ς ἐπὶ θίξει νεκρȣ̃· [1] ἀπαρατηρήτως δὲ συναθροίζεσθε ἐν τοῖς κοιμητηρίοις, τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἱερῶν βιβλίων ποιȣ́μενοι, καὶ [2] ψάλλοντες ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων μαρτύρων καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων, καὶ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν τῶν ἐν κυρίῳ κεκοιμημένων· καὶ τὴν ἀντίτυπον τȣ̃ βασιλείȣ σώματος Χριςȣ̃ δεκτὴν εὐχαριςίαν προσφέρετε ἔν τε ταῖς ἐκκλησίαις ὑμῶν, καὶ ἐν τοῖς κοιμητηρίοις· καὶ ἐν ταῖς ἐξόδοις τῶν κεκοιμημένων, [3] ψάλλοντες προπέμπετε αὐτȣ̀ς, ἐὰν ὦσι πιςοὶ ἐν κυρίῳ· Τίμιος γὰρ ἐναντίον κυρίȣ ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτȣ̃· καὶ πάλιν· Ἐπίςρεψον ἡ ψυχή μου εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, ὅτι κύριος εὐεργέτησέ σε· καὶ ἐν ἄλλοις· Μνήμη δικαίων μετ' ἐγκωμίων· καί· Δικαίων ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ. Οἱ γὰρ Θεῷ πεπιςευκότες, ἐὰν καὶ κοιμηθῶσιν, ȣ̓κ εἰσὶν νεκροί· λέγει γὰρ ὁ σωτὴρ τοῖς Σαδδȣκαίοις· Περὶ δὲ τῆς ἀναςάσεως τῶν νεκρῶν ȣ̓κ ἀνέγνωτε τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἐγὼ ὁ Θεὸς Αβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ισαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ιακὼβ; ȣ̓κ ἔςιν ȣ̓͂ν ὁ Θεὸς, Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων· πάντες γὰρ αὐτῷ ζῶσιν. Οὐκȣ̃ν τῶν παρὰ Θεῷ ζώντων ȣ̓δὲ τὰ λείψανα ἄτιμα. καὶ γὰρ καὶ Ελισσαῖος ὁ προφήτης μετὰ τὸ κοιμηθῆναι αὐτὸν, νεκρὸν ἤγειρε [4] πεφονευμένον ὑπὸ πειρατῶν Συρίας· ἔψαυσε γὰρ τὸ σῶμα αὐτȣ̃ τῶν Ελισσαίȣ ὀςέων, καὶ ἀναςὰς ἔζησεν· ȣ̓κ ἂν δὲ ἐγεγόνει τȣ̃το,

CAPUT XXX.

Quod Judæis ac Gentilibus consuetudo sit, una observare naturales purgationes, & mortuorum reliquias abominari; a Christianis vero alienum.

NE igitur observetis hujusmodi legalia & naturalia, existimantes contaminari per ea: neque requiratis Judaicas separationes, [a] aut assiduas lavationes, aut [b] expiationes de tactu mortui: sed absque ulla observatione congregamini in Cœmeteriis, lectionem sacrorum librorum facientes, atque psallentes pro defunctis Martyribus & omnibus a sæculo sanctis, & pro fratribus vestris qui in Domino dormierunt: item antitypam regalis corporis Christi & acceptam seu gratam Eucharistiam offerte in Ecclesiis vestris, & in Cœmeteriis; atque in funeribus mortuorum, cum Psalmis deducite eos, si fuerint fideles in Domino: [c] *Pretiosa* enim *in conspectu Domini mors sanctorum ejus*: & iterum: [d] *Convertere anima mea in requiem tuam; quia Dominus benefecit tibi*: & alio in loco: [e] *Memoria justorum cum laudibus*: & : [f] *Justorum animæ in manu Dei*. Nam qui Deo crediderunt, licet obierint, mortui non censentur: ait quippe Salvator Sadducæis: [g] *De resurrectione autem mortuorum non legistis quod scriptum est*: [h] *Ego sum Deus Abrahami, & Deus Isaaci, & Deus Jacobi?* [i] *Non est igitur Deus, mortuorum Deus, sed vivorum: omnes enim vivunt ei*. Igitur eorum qui apud Deum vivunt, nec reliquiæ pretio ac honore carent. Etenim Propheta Elisæus, [k] postquam morte sublatus est, suscitavit mortuum, a prædonibus Syriæ trucidatum: tetigit enim corpus

a Levit. XII. &c. *b* Num. XIX. *c* Psal. CXV. 15. *d* Psal. CXIV. 7. *e* Prov. X. 7. *f* Sap. III. 1. *g* Matth. XXII. 31. *h* Exod. III. 6. *i* Luc. XX. 38. *k* IV. Reg. XIII. 21.

1. *Ἀπαρατηρήτως δὲ συναθροίζεσθε ἐν τοῖς κοιμητηρίοις.*] Conventuum qui in Cœmeteriis fieri solebant meminit Eusebius Histor. Eccles. lib. 9. cap. 2. estque mos ille longe notissimus. Sed nolim eo trahi locum S. Athanasii Apologia de fuga sua p. 704. *τῇ γὰρ ἑβδομάδι μετὰ τὴν ἁγίαν πεντηκοςὴν ὁ λαὸς νηςεύσας ἐξῆλθε περὶ* (ita quoque apud Socratem ac Theodoritum, at in Nicephoro *παρὰ*) *τὸ κοιμητήριον εὔξασθαι*. Nam *περὶ* illud seu *παρὰ*, quod Historiæ Tripartitæ lib. 5. cap. 3. vertitur *ad*, significat *prope* sive *juxta*. *ἐν ἐρήμῳ τόπῳ πλησίον τȣ̃ κοιμητηρίȣ*, dicitur ab eodem magno Patre Apologia ad Imperatorem p. 692. COT.

2. *Ψάλλοντες ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων μαρτύρων.*] Pro Martyribus ceterisque beatitudine fruentibus psallere ac offerre, non est precari ut remissionem delictorum consequantur & salvi fiant, quæ preces illos injuria afficerent: est tum orare ut eorum meriti fiamus participes, utque ipsorum deprecationibus nostræ exaudiantur, tum gratias agere Deo in memoriam illorum, laudem, gloriam, atque honorem. Sic explicant Liturgiæ, etiam Clementis nostri, Constantinus Imperator Oratione ad sanctorum cœtum cap. 12. quo loci memorantur *ὕμνοι καὶ ψαλτήρια καὶ εὐφημίαι καὶ εὐχαριςίας θυσία*, Cyrillus Hierosol. Catechesi Mystagogica 5. Epiphanius Hæresi 75. quæ est Aerii, sect. 7. Chrysostomus in Acta Homil. 21. Augustinus Tractatu 84. in Joannem, & Sermone 17. de verbis Apostoli, Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia cap. 3. Innocentius PP. 3. Nicolaus Cabasilas, Symeon Thessalonicensis, cum aliis. Noti sunt Versus Hildeberti;

Nam dum pro justo sacris assistitur aris,
Pro justo grates ipse Minister agit. ID.

3. *Ψάλλοντες προπέμπετε αὐτȣ̀ς.*] Socrates lib. 7. cap. 46. *αὐτȣ̃ τὸ σῶμα ἄχρι τȣ̃ μνήματος σὺν ψαλμῳδίαις παρέπεμπον*. Chrysostomus Homil. 4. in Epistolam ad Hebræos, *ὡς ἀθλητὰς αὐτȣ̀ς προπέμπομεν*, & Sermone in textum Apostoli I. Thessal. IV. 13. tom. 5. *καθάπερ τȣ̀ς ἐπ' ἀρχὴν καλȣμένȣς*. Unde Gregorio Nysseno in Vita Macrinæ, *μυςικὴ πομπὴ* dicitur. Scilicet, Christianorum est lætari in funere piorum: uti docetur a S. Chrysostomo multis in locis, & significatur per Hieronymum in Epitaphio Fabiolæ, dum exprimitur mos canendi Alleluja in exsequiis. Mitto insignem Canonem 22. Concilii Toletani 3. aliaque testimonia, quia Christianam hanc traditionem (quemadmodum appellat Hieronymus in Vita Paulli Eremitæ) nemo nescit. Quod autem *προπέμπειν* est multis, id non paucis est *προκομίζειν*, atque Auctori incerto de Persica captivitate, quem R. P. Francisco Combefisio acceptum ferimus, p. 366. *τȣ̀ς ἀδελφȣ̀ς ἡμῶν*, inquit, *πολλάκις προκομίζοντες, ἢ λιτὰς καὶ ἱκεσίαν τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῶν ἀπελθῶν* (conjicio *ἀπελθόντων*) *προσφέροντες, καὶ ἐκεῖσε τοῖς προειρημένοις ἐνασχολȣ́μεθα*. Id est; *Sæpe cum fratres nostros efferimus, aut Deo preces ac supplicationes pro defunctis offerimus, etiam illic in supra dictis rebus occupamur*. delictis videlicet. ID.

4. *Πεφονευμένον ὑπὸ πειρατῶν Συρίας.*] In LXX. IV. Reg. XIII. 20. *Καὶ ἀπέθανεν Ελισσαιὲ, καὶ ἔθαψαν αὐτόν· καὶ μονόζωνοι Μωὰβ ἦλθον ἐν τῇ γῇ, ἐλθόντος τȣ̃ ἐνιαυτȣ̃. Καὶ ἐγένετο αὐτῶν θαπτόντων τὸν ἄνδρα, καὶ ἰδȣ̀ εἶδον τὸν μονόζωνον, καὶ ἔρριψαν τὸν ἄνδρα ἐν τῷ τάφῳ Ελισσαιέ· καὶ ἐπορεύθη, καὶ ἥψατο τῶν ὀςέων Ελισσαιὲ, καὶ ἔζησε, καὶ ἀνέςη ἐπὶ τȣ̀ς πόδας αὐτȣ̃*. Eo inquam in loco ambiguitas vocis *αὐτῶν*, respondentis Hebraico הם, quod ex sensu optime redditur a Latino Interprete per *quidam*, turbavit non paucos, ut sepultores istos arbitrarentur esse ipsos grassatores, qui terræ mandarent aut hominem a se occisum, aut commilitem suum & collatronem. Prima sententia est etiam illius qui Chronicum vocatum Alexandrinum composuit p. 242. nec non Auctoris Tractatus de resurrectione Domini tom. 9. Operum S. Hieronymi: secunda est Nostri, & Zonaræ in Annalibus, post Josephum Antiqu. Judaic. lib. 9. cap. 9. tertia, Athanasii in Synopsi Scripturæ, Pseudo-Epiphanii in vita Elisæi, ubi *μονόζωος* una littera minus legitur, itemque Georgii Cedreni in Compendio Historiarum. Rectius e Græcis Asterius Encomio in sanctos Martyres, ac Eulogius Alexandrinus lib. 5. adversus Novatianos apud Photium Cod. 280. Vide in hoc Opere p. 842. C. ID.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.

A εἰ μὴ ἦν τὸ σῶμα Ελισσαίου ἅγιον. καὶ Ιωσὴφ ὁ σώφρων, περιεπλέκετο τῷ Ιακὼβ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὄντι ἐπὶ τῆς κλίνης. καὶ Μωσῆς καὶ Ιησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ἐπεφέροντο τὰ λείψανα [1] Ιωσὴφ, μολυσμὸν οὐχ ἡγούμενοι τοῦτο. ὅθεν καὶ ὑμεῖς, ὦ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ λοιποὶ, ἀπαρατηρήτως ἁπτόμενοι τῶν κεκοιμημένων, μὴ νομίσητε μιαίνεσθαι, μηδὲ βδελύσσεσθε τὰ τούτων λείψανα· περιϊστάμενοι τὰς τοιαύτας παρατηρήσεις, μωρὰς οὔσας· καὶ κοσμεῖτε [2] αὐτοὺς ἐν ἁγιασμῷ καὶ σωφροσύνῃ, ὅπως μέτοχοι τῆς ἀθανασίας καὶ κοινωνοὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ γένησθε, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ λάβητε, ἀναπαυόμενοι διὰ Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος, αἰωνίως. [3] τῷ οὖν δυναμένῳ ἀνοῖξαι τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν ὑμῶν εἰς τὸ καταδέχεσθαι τὰ διηκονημένα τοῦ Θεοῦ λόγια διά τε τοῦ εὐαγγελίου καὶ διὰ τῆς B διδασκαλίας Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζωραίου, τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ Ηρώδου, καὶ κοιμηθέντος καὶ ἀναστάντος ἐκ νεκρῶν, καὶ πάλιν ἐρχομένου ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως πολλῆς, καὶ τοὺς μὲν νεκροὺς ἀνεγείροντος, τῷ κόσμῳ δὲ τέλος ἐπάγοντος, ἑκάστῳ δὲ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀπονέμοντος· τῷ δόντι ἡμῖν ἀῤῥαβῶνα τῆς ἀναστάσεως ἑαυτὸν, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθέντι διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτοῦ ἐπ' ὄψεσιν ἡμετέραις τοῖς συμφαγοῦσιν αὐτῷ καὶ συμπιοῦσιν ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ καθεσθέντι ἐκ δεξιῶν τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, τῷ ἀκούσαντι· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν C ποδῶν σου· ὃν ἐθεάσατο Στέφανος ὁ μακαριώτατος ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως, καὶ ἀναβοήσας εἶπεν· Ιδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ Θεοῦ, ὡς [4] ἀρχιερέα πάντων τῶν λογικῶν ταγμάτων· δι' οὗ τὸ σέβας, καὶ ἡ μεγαλωσύνη, καὶ ἡ δόξα τῷ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Αμήν.

A ejus offa Elifæi, & excitatus vixit: quod certe non accidiffet, nifi corpus Elifæi fanctum effet. Et Jofephus, [a] ille caftus, Jacobum poft mortem in lecto pofitum complexus eft. Et Mofes, [b] ac Jefus [c] filius Nave deferebant reliquias Jofephi, hoc non arbitrati effe inquinamentum. Quocirca & vos, Epifcopi ac reliqui, fine religione ac metu contingite mortuos, nec putetis vos ideo pollui, nec eorum reliquias abominemini; & declinate ab hujufmodi obfervationibus ftultis; ac ornate vos fanctitate atque continentia; ut participes immortalitatis, ac regni Dei confortes efficiamini, atque promiffionem Dei capiatis, requiefcentes perpetuo per Jefum Chriftum Salvatorem. *Ad-* B *hærete* ergo ei qui poteft aperire aures cordium veftrorum ad recipienda Dei eloquia, miniftrata per Evangelium & per doctrinam Jefu Chrifti Nazareni, fub Pontio Pilato ac Herode crucifixi, mortui atque a mortuis excitati, [d] iterum venturi cum gloria & virtute multa in fæculi confummatione, fufcitaturi mortuos, inducturi finem mundo, & retributuri unicuique pro meritis: item ei qui dedit nobis feipfum pignus refurrectionis; qui [e] in cælum per poteftatem Dei ac Patris fui affumtus eft in confpectu noftro, cum [f] poftquam a mortuis refurrexiffet comediffemus ac bibiffemus cum eo per dies quadraginta: [g] qui fedet a dextris throni majeftatis Dei omnipotentis, [h] fuper C Cherubinos; qui audivit: [i] *Sede a dextris meis; donec ponam inimicos tuos fcabellum pedum tuorum;* quem vidit beatiffimus Stephanus ftantem a dextris Virtutis, & exclamans dixit: [k] *Ecce video cælos apertos, & filium hominis ftantem a dextris Dei*, tamquam pontificem univerforum rationalium Ordinum: per quem adoratio, & magnificentia, & gloria omnipotenti Deo, & nunc, & in fæcula. Amen.

a Gen. L. 1. *b* Exod. XIII. 19. *c* Jof. XXIV. 32. *d* Marc. XIII. 26. *e* Marc. XVI. 19. *f* Act. I. 2. &c. *g* Hebr. VIII. 1. *h* Pfal. LXXIX. 2. *i* Pfal. CIX. 1. *k* Act. VII. 56.


1. Ιωσήφ.] Τοῦ Ιωσήφ melius in Cod. Vind. CLER.

2. Αὐτούς.] Melius, fine dubio ἑαυτούς. in Cod. Vindob. IDEM.

3. Τῷ οὖν δυναμένῳ, &c.] Defideratur ad fenfum in hac longa periodo nonnihil. Ac forte, quod contingere folet fcribentibus negligenter, nec femel fcripta relegentibus, Noftro ufu venit, ut longius abreptus, fuperiorum immemor putaverit fe dixiffe quod non dixerat. ἀνακόλουθον & ἀναπόδοτον vocant Grammaticorum filii. COT.

D 4. Αρχιερέα πάντων τῶν λογικῶν ταγμάτων.] Nifi fobrie intelligatur, ad Origenifmum accedit; affine his Origenis tom. 1. in Joannem; μέγας ἐστὶν ἀρχιερεὺς, οὐχ ὑπὲρ ἀνθρώπων μόνων, ἀλλὰ καὶ παντὸς λογικοῦ, τὴν ἅπαξ θυσίαν προσενεχθεῖσαν ἑαυτὸν ἀνενεγκών. Chriftus *magnus eft Pontifex, non pro folis hominibus, fed etiam pro omni quod rationis eft capax, hoftiam femel oblatam feipfum offerens.* Vide fis doctiffimi clariffimique viri Danielis Huetii Origeniana: & nos infra. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ΚΕΦΑΛΑΙΑ

τοῦ ἑβδόμου βιβλίου.

α'. Ὅτι δύο ὁδοί εἰσι, μία τῆς ζωῆς ἡ φυσική, καὶ μία τοῦ θανάτου ἡ ἐπείσακτος, καὶ ὅτι ἡ μὲν ἐκ Θεοῦ, ἡ δὲ ἐκ τροπῆς κατ' ἐπιβουλὴν τοῦ ἀλλοτρίου.

β'. Ἠθικαὶ παραινέσεις κυριακῶν διατάξεων, συμφωνοῦσαι τῇ παλαιᾷ παρακελεύσει τῶν θείων νόμων. ἀπαγόρευσις θυμοῦ, [1] φθόνου, διαφθορᾶς, μοιχείας, καὶ πάσης ἀπηγορευμένης πράξεως.

γ'. Ἀπαγόρευσις γοητείας, τεκνοκτονίας, ἐπιορκίας, ψευδομαρτυρίας.

δ'. Ἀπαγόρευσις κακολογίας, μήνιδος, καὶ ἤθους ὑπούλου, ἀργολογίας, ψεύδους, πλεονεξίας, ὑποκρίσεως.

ε'. Ἀπαγόρευσις κακοηθείας, προσωποληψίας, ὀργῆς, μισανθρωπίας, βασκανίας.

ς'. Περὶ οἰωνοσκοπικῆς, ἐπαοιδῆς.

ζ'. Ἀπαγόρευσις γογγυσμοῦ, καὶ αὐθαδείας, καὶ ὑπερηφανίας, καὶ θρασύτητος.

η'. Περὶ μακροθυμίας, ἀκακίας, πρᾳότητος, ὑπομονῆς.

θ'. Ὅτι χρὴ τοὺς κατὰ Χριστὸν διδασκάλους, γονέων πλεῖον ἡγεῖσθαι· οἱ μὲν γὰρ τὸ εὖ εἶναι, οἱ δὲ τὸ εἶναι μόνον παρέχουσιν.

ι'. Ὅτι χρὴ μὴ ἀποσχίζειν τῶν ἁγίων, ἀλλ' εἰρηνεύειν μαχομένους, κρίνειν τε δικαίως, καὶ μὴ προσωποληπτεῖν.

ια'. Περὶ διψύχου, [2] ὀλιγοπίστου.

ιβ'. Περὶ εὐποιΐας.

ιγ'. Ὅπως δεῖ προσφέρεσθαι τοῖς οἰκέταις τοὺς κυρίους· καὶ ὅπως χρὴ ὑποτάσσεσθαι τοὺς οἰκέτας.

ιδ'. Περὶ ὑποκρίσεως, καὶ προσοχῆς νόμου, καὶ ἐξομολογήσεων.

ιε'. Περὶ τῆς πρὸς γονέας θεραπείας.

ις'. Περὶ τῆς πρὸς βασιλέα καὶ ἄρχοντας ὑποταγῆς.

ιζ'. Περὶ καθαροῦ συνειδότος τῶν προσευχομένων.

ιη'. Ὅτι ἡ ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀλλοτρίου ἐπεισαχθεῖσα ὁδὸς, ἀσεβείας καὶ παρανομίας πεπλήρωται.

ιθ'. Ὅτι μὴ χρὴ τῆς εὐσεβείας ἐκκλίνειν δεξιὰ ἢ εὐώνυμα, παραινεῖ ὁ νομοθέτης.

κ'. Ὅτι μὴ χρὴ φαυλίζειν τι τῶν προσφόρων βρωμάτων, ἀλλ' εὐχαρίστως μεταλαμβάνειν καὶ τεταγμένως.

κα'. Ὅτι χρὴ φεύγειν τὴν τῶν εἰδωλοθύτων βρῶσιν.

κβ'. Διάταξις κυριακὴ, ὅπως χρὴ βαπτίζειν, καὶ εἰς τὸν τίνος θάνατον.

κγ'. Ποίας νηστευτέον τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας, ἢ τίνας οὐ νηστευτέον· καὶ οὗ χάριν.

κδ'. Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς προσευχομένους τὴν ὑπὸ τοῦ κυρίου δοθεῖσαν προσευχήν.

κε'. Εὐχαριστία μυστική.

κς'. Εὐχαριστία ἐπὶ τῇ θείᾳ μεταλήψει.

κζ'. Εὐχαριστία περὶ τοῦ μυστικοῦ μύρου.

CAPITA

Libri septimi.

I. Quod duæ sint viæ; una vitæ, naturalis; altera mortis, adscititia: & quod illa quidem ex Deo est; hæc vero ex depravatione, secundum insidias Adversarii.

II. Morales admonitiones Dominicarum constitutionum, concordantes cum antiqua exhortatione divinarum Legum. Interdictio iræ, homicidii, abominandæ Veneris, adulterii, omnisque vetitæ actionis.

III. Interdictio magicarum artium, interfectionis filiorum, perjurii, falsi testimonii.

IV. Interdictio maledicentiæ, iræ permanentis, moris subdoli, otiosi sermonis, mendacii, fraudis, simulationis.

V. Interdictio malignitatis, acceptionis personarum, iræ, odii erga homines, invidiæ.

VI. De arte augurali, incantatione, &c.

VII. Interdictio murmurationis, pervicaciæ, superbiæ, feritatis.

VIII. De longanimitate, innocentia, mansuetudine, patientia.

IX. Quod oporteat doctrinæ Christi magistros pluris ducere quam parentes: illi siquidem, bene esse: hi vero esse tantum præstant.

X. Quod non oporteat disjungere se a sanctis, sed pacificare contendentes, & judicare juste, & personas non accipere.

XI. De homine duplicis animi, seu modicæ fidei.

XII. De beneficentia.

XIII. Quales se exhibere debeant famulis domini; & quo modo oporteat famulos esse subjectos.

XIV. De hypocrisi, & Legum observantia, & confessionibus.

XV. De cultu erga parentes.

XVI. De subjectione erga Regem & Magistratus.

XVII. De munda conscientia precantium.

XVIII. Quod via quæ ex insidiis Adversarii adscita fuit, impietate ac iniquitate sit plena.

XIX. Quod non oporteat a pietate declinare dextrorsum vel sinistrorsum, admonet Legislator.

XX. Quod non oporteat improbare cibum quemlibet usui accommodatum, sed cum gratiarum actione & ordinate sumere.

XXI. Quod oporteat abstinere ab esu Idolothytorum.

XXII. Constitutio Dominica, quo modo oporteat baptizare, & in cujus mortem.

XXIII. Quibus diebus hebdomadis jejunandum sit, & quibus non jejunandum; & cujus rei gratia.

XXIV. Quales esse oporteat eos qui orant a Domino traditam orationem.

XXV. Gratiarum actio sacramentalis.


XXVI. Gratiarum actio super divina communione.

XXVII. Gratiarum actio pro mystico & sacramentali unguento.

1. Φθόνου] Al. φόνου.

2. Ὀλιγοπίστου] Al. ὀλιγοψύχου.

Sæcul. III.
circa
Ann. Chr.
230.



κή. Ὅτι οὐ χρὴ ἀδιαφορεῖν περὶ τὴν κοινωνίαν.

κθ΄. Περὶ καρποφοριῶν διάταξις.

λ΄. Ὅπως χρὴ τὴν ἀναστάσιμον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραν, συναθροιζομένους, ἑορτάζειν.

λά. Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς χειροτονουμένους.

λβ΄. Πρόῤῥησις περὶ τῶν μελλόντων.

λγ΄. Προσευχὴ ἐξαγγελτικὴ προνοίας διαφόρου.

λδ΄. Προσευχὴ ἐξαγγελτικὴ δημιουργίας διαφόρου.

λέ. Προσευχὴ μετὰ εὐχαριστίας ἐξαγγέλλουσα τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ τὰ ὄντα κηδεμονίαν.

λϛ΄. Προσευχὴ ὑπομιμνήσκουσα τὴν γενομένην Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἁγίους διάφορον πρόνοιαν.

λζ΄. Προσευχὴ περιέχουσα μνήμην προνοίας, καὶ ἀπαρίθμησιν εὐεργεσιῶν διαφόρων τῶν προνοίᾳ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ παρασχεθεισῶν τοῖς ἁγίοις.

λή. Προσευχὴ ἀντιλήψεως δικαίων.

λθ΄. Ὅπως χρὴ τοὺς κατηχουμένους στοιχειοῦσθαι.

μ΄. Διάταξις, ὅπως χρὴ τοὺς κατηχουμένους ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐν τῇ μυήσει εὐλογεῖσθαι, καὶ τίνα διδάσκεσθαι αὐτούς.

μά. Ἀποταγὴ πρὸς τὸν ἐναντίον, καὶ συνταγὴ πρὸς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

μβ΄. Περὶ χρίσματος τοῦ μυστικοῦ ἐλαίου εὐχαριστία.

μγ΄. Περὶ τοῦ μυστικοῦ ὕδατος εὐχαριστία.

μδ΄. Περὶ τοῦ μυστικοῦ μύρου εὐχαριστία.

μέ. Προσευχὴ τῶν νεοτελῶν.

μϛ΄. Τίνας πέμποντες ἐχειροτόνησαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι.

μζ΄. Προσευχὴ ἑωθινή.

μή. Ἑσπερινή.

μθ΄. Εὐχὴ ἐπ' ἀρίστῳ.

XXVIII. Quod non oporteat indifferenter ad communionem admittere.

XXIX. De oblationibus Constitutio.

XXX. Quo modo oporteat diem Dominicum, nostri Salvatoris resurrectioni dicatum, congregatos celebrare.

XXXI. Quales esse oporteat eos, qui ordinantur.

XXXII. Denuntiatio de futuris.

XXXIII. Oratio variam providentiam prædicans.

XXXIV. Oratio variam creationem prædicans.

XXXV. Oratio cum gratiarum actione prædicans Dei erga creaturas solicitudinem.

XXXVI. Oratio commemorans incarnationem Christi, & variam erga sanctos providentiam.

XXXVII. Oratio continens memoriam providentiæ, ac enumerationem variorum beneficiorum, quæ Dei providentia sanctis collata sunt per Christum.

XXXVIII. Oratio pro ope justis allata.

XXXIX. Quo modo oporteat Catechumenos institui.

XL. Constitutio, quo modo oporteat Catechumenos a sacerdotibus in initiatione benedici, & quænam eos doceri conveniat.

XLI. Renuntiatio in Adversarium, & adscriptio ad Christum Dei.

XLII. De unctione olei mystici actio gratiarum.

XLIII. Gratiarum actio de mystica aqua.

XLIV. De mystico unguento actio gratiarum.

XLV. Oratio recenter initiatorum.

XLVI. Quosnam sancti Apostoli miserunt & ordinarunt.


XLVII. Oratio matutina.

XLVIII. Oratio vespertina.

XLIX. Oratio in prandio.



SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΒΔΟΜΟΝ.

περὶ πολιτείας, καὶ εὐχαριστίας, καὶ τῆς κατὰ Χριστὸν μυήσεως.

LIBER SEPTIMUS.

De ratione vitæ, actione gratiarum, & Christiana initiatione.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Ὅτι δύο ὁδοί εἰσι, μία τῆς ζωῆς ἡ φυσικὴ, καὶ μία τοῦ θανάτου ἡ ἐπείσακτος· καὶ ὅτι ἡ μὲν ἐκ Θεοῦ, ἡ δὲ ἐκ τροπῆς κατ᾽ ἐπιβουλὴν τοῦ ἀλλοτρίου.

Τοῦ νομοθέτου Μωσέως εἰρηκότος τοῖς Ἰσραηλίταις· Ἰδοὺ δέδωκα πρὸ προσώπου ὑμῶν τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου· καὶ ἐπιφέροντος· Ἔκλεξαι τὴν ζωὴν, ἵνα ζήσῃς· καὶ [1] τοῦ προφήτου Ἠλία λέγοντος τῷ λαῷ· ἕως πότε χωλανεῖτε ἐπ᾽ ἀμφοτέραις ταῖς [2] ἰγνύαις ὑμῶν; εἰ Θεός ἐστι κύριος, πορεύεσθε ὀπίσω αὐτοῦ· εἰκότως ἔλεγε καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς· Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει· ἀναγκαίως καὶ ἡμεῖς, ἑπόμενοι τῷ διδασκάλῳ Χριστῷ, ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα πιστῶν, φαμὲν, ὡς δύο ὁδοί εἰσι, μία τῆς ζωῆς, καὶ μία τοῦ θανάτου· οὐδεμίαν δὲ σύγκρισιν ἔχουσιν πρὸς ἑαυτάς· πολὺ γὰρ τὸ διάφορον, μᾶλλον δὲ πάντη κεχωρισμέναι τυγχάνουσι· καὶ φυσικὴ μέν ἐστιν ἡ τῆς ζωῆς ὁδὸς, ἐπείσακτος δὲ ἡ τοῦ θανάτου· οὐ τοῦ κατὰ γνώμην Θεοῦ ὑπάρξαντος, ἀλλὰ τοῦ ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀλλοτρίου.

CAPUT PRIMUM.

Quod duæ sint viæ; una vitæ, naturalis; altera mortis, adscititia: & quod illa quidem ex Deo est; hæc vero ex depravatione secundum insidias Adversarii.

A CUM legislator Moses dixerit Israelitis: [a] *Ecce dedi ante faciem vestram, viam vitæ, & viam mortis*: ac subjunxerit; *Elige vitam, ut vivas*: Et Propheta Elias populo denuntiarit: [b] *Usquequo claudicabitis in ambobus poplitibus vestris; Si Deus est Dominus; ite post eum*: merito dixit quoque Dominus Jesus: [c] *Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut uni adhærebit, & alterum contemnet*: necessario & nos, secuti magistrum Christum, [d] *qui est salvator omnium hominum, maxime fidelium*, pronuntiamus, quod duæ sunt viæ, vitæ una, mortis altera; illæ autem nullam habent inter se convenientiam, sed magnum B discrimen, immo vero prorsus disjunctæ consistunt: ac naturale quidem est vitæ iter; adscitum autem iter mortis; non [e] illius quæ ex voluntate Dei extitit, verum illius quæ ex insidiis Adversarii.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Ἠθικαὶ παραινέσεις κυριακῶν διατάξεων, συμφωνοῦσαι τῇ παλαιᾷ παρακελεύσει τῶν θείων νόμων. ἀπαγόρευσις θυμοῦ, [3] φθόνου, διαφθορᾶς, μοιχείας, καὶ πάσης ἀπηγορευμένης πράξεως.

Πρώτη οὖν τυγχάνει ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς· καί ἐστιν αὕτη ἣν καὶ ὁ νόμος διαγορεύει· ἀγαπᾷν κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης τῆς διανοίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, τὸν ἕνα καὶ μόνον, παρ᾽ ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν· καί· Πᾶν ὃ μὴ θέλεις γενέσθαι σοι, καὶ σὺ τοῦτο ἄλλῳ οὐ ποιήσεις· εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς· προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· ποία γὰρ [4] ὑμῖν χάρις, ἐὰν φιλεῖτε τοὺς φιλοῦντας ὑμᾶς; καὶ γὰρ καὶ οἱ ἐθνικοὶ τοῦτο ποιοῦσιν· ὑμεῖς δὲ φιλεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς. καί· ἐχθρὸν οὐχ ἕξετε· οὐ μισήσεις γάρ, φησι, πάντα ἄνθρωπον, οὐκ Αἰγύπτιον, οὐκ Ἰδουμαῖον· ἅπαντες γάρ εἰσι τοῦ Θεοῦ ἔργα. φεύγετε δὲ οὐ τὰς φύσεις, ἀλλὰ τὰς γνώμας τῶν πονηρῶν. ἀπέχου τῶν σαρκικῶν καὶ κοσμικῶν ἐπιθυμιῶν. ἐάν τίς σοι δῷ ῥάπισμα εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην· οὐ φαύλης οὔσης τῆς ἀμύνης, ἀλλὰ τιμιωτέρας τῆς ἀνεξικακίας. λέγει γὰρ ὁ Δαβίδ· Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι

CAPUT II.

Morales admonitiones Dominicarum constitutionum, concordantes cum antiqua exhortatione divinarum Legum. Interdictio iræ, homicidii, abominandæ Veneris, adulterii, omnisque vetitæ actionis.

C PRima igitur est via vitæ; eaque est, quam & Lex præcipit: [f] *Diligere Dominum Deum ex tota mente, & ex tota anima, unum ac solum, præter quem alius non est*, [g] *& proximum sicut seipsum*: & : [h] *Omne quod non vis tibi fieri, & tu hoc alteri ne facias.* [i] *Benedicite iis qui vobis maledicunt; orate pro calumniantibus vos; diligite inimicos vestros.* [k] *Quæ enim vobis gratia, si amatis eos qui vos amant? etenim* [l] *Ethnici quoque hoc faciunt: vos autem amate eos qui vos oderunt.* Et, Inimicum non habebitis: ait enim: [m] *Ne oderis ullum hominem, non Ægyptium, non Idumæum*; nam omnes sunt Dei opus. Ceterum fugite non naturas, sed voluntates improborum. [n] *Abstine a carnalibus & mundanis cupiditatibus.* [o] D *Si quis incusserit tibi colaphum in dexteram maxillam, obverte illi & alteram*: non quod mala sit ultio, sed quod pluris fieri debeat patientia. David enim dicit: [p] *Si reddidi retribuentibus mihi*

a Deut. xxx. 15. 19. *b* III. Reg. xviii. 21. *c* Matth. vi. 24. *d* I. Tim. iv. 10. *e* Sap. I. 13. & II. 24. *f* Deut. vi. 5. Marc. xii. 32. *g* Levit. xix. 18. *h* Tob. iv. 16. *i* Matth. v. 44. *k* Luc. vi. 32. *l* Matth. v. 47. *m* Deut. xxiii. *n* I. Pet. II. 11. *o* Matth. v. 39. *p* Psal. vii. 5.

1. Τοῦ προφήτου Ἠλία.] In Anastasii Quæstion. 15. Bibliothecæ Regiæ Mss. 200. 1789. 2206. Ἠλία: ubi impressæ Ἠλιοῦ, & Ms. 1107. Ἠλιοῦ. Græci enim quoque in hoc nomine sæpe aspirationem ponunt, minus bene: solentque genitivum facere, Ἠλία, aut Ἠλιοῦ, Ἠλιοῦ, & Ἠλίου, nominativum vero Ἠλίας aut Ἠλιοῦ: pro quo ultimo cum imperitus librarius in Oratione Nicetæ de Archangelis Michaele & Gabriele exarasset Ἠλίου, putavit vir doctus Petrus Possinus corrigendum esse Ἠλίας. COT.

2. Ἰγνύαις.] Vox ambigua videtur, uti est Hebraica. Hesychius; ἰγνύα· ψυχή, ἢ τὸ τοῦ γόνατος ὄπισθεν μέρος Unde in dubium revocari potest quod conjiciunt, Luciferum, quia lib. 1. pro Athanasio p. 33. vertit, *sensu vestro*, legisse ἐννοίαις (non ἰγνύαις) ὑμῶν. III. Reg. xviii. 21. ID.

3. Φθόνου] Leg. φόνου. ID.

4. Ποία γὰρ] Post has voces inserit Anast. πέφυκεν. Et mox apud eumdem πλεῖον pro ἐθνικοί. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

κακά. Ἐὰν ἀγγαρεύσῃ σέ τις μίλιον ἓν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο, καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει. τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου· καὶ ἀπὸ τοῦ θέλοντος δανείσασθαι παρὰ σοῦ, μὴ ἀποστραφεὶς ἀποκλείσῃς τὴν χεῖρα· δίκαιος γὰρ ἀνὴρ οἰκτείρει καὶ κιχρᾷ· πᾶσι γὰρ θέλει δίδοσθαι ὁ πατὴρ, ὁ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλων ἐπὶ πονηροὺς, καὶ ἀγαθοὺς, καὶ τὸν ὑετὸν αὐτοῦ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. πᾶσιν οὖν δίκαιον διδόναι ἐξ οἰκείων πόνων· Τίμα γὰρ, φησι, τὸν κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων. προτιμητέον δὲ τοὺς ἁγίους. Οὐ φονεύσεις· τοῦτ' ἔστιν, οὐ φθερεῖς τὸν ὅμοιόν σοι ἄνθρωπον· διαλύεις γὰρ τὰ καλῶς γινόμενα· οὐχ ὡς παντὸς φόνου φαύλου τυγχάνοντος, ἀλλὰ μόνου τοῦ ἀθώου, τοῦδ' ἐνδίκου ἄρχουσι μόνοις ἀφωρισμένου. Οὐ μοιχεύσεις· διαιρεῖς γὰρ μίαν σάρκα εἰς δύο· ἔσονται γὰρ, φησιν, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ἓν γάρ εἰσιν ἀνὴρ καὶ γυνὴ τῇ φύσει, τῇ συμπνοίᾳ, τῇ ἑνώσει, τῇ διαθέσει, τῷ βίῳ, τῷ τρόπῳ· κεχωρισμένοι δέ εἰσι τῷ σχήματι καὶ τῷ ἀριθμῷ. [1] οὐ παιδοφθορήσεις· παρὰ φύσιν γὰρ τὸ κακὸν ἐκ Σοδόμων φυὲν, ἥτις πυρὸς θεηλάτου παρανάλωμα γέγονεν· ἐπικατάρατος δὲ ὁ τοιοῦτος· καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός· γένοιτο. οὐ πορνεύσεις· Οὐκ ἔσται γὰρ, φησι, πορνεύων ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. Οὐ κλέψεις· [2] Ἀχαρ γὰρ κλέψας ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐν Ἱεριχῷ, λίθοις βληθεὶς τοῦ ζῆν ὑπεξῆλθε· καὶ Γιεζεῖ, κλέψας καὶ ψευσάμενος, ἐκληρονόμησε [3] τοῦ Νεεμὰν τὴν λέπραν· καὶ Ἰούδας, κλέπτων τὰ τῶν πενήτων, τὸν κύριον τῆς δόξης παρέδωκεν Ἰουδαίοις, καὶ μεταμεληθεὶς ἀπήγξατο, καὶ ἐλάκησε μέσος, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ· καὶ Ἀνανίας, καὶ Σαπφείρα ἡ τούτου γυνὴ, κλέψαντες τὰ ἴδια, καὶ πειράσαντες τὸ πνεῦμα κυρίου, παραχρῆμα ἀποφάσει Πέτρου τοῦ συναποστόλου ἡμῶν, ἐθανατώθησαν.

A *mala*. [a] *Si angariaverit te aliquis unum milliare, vade cum illo duo: & ei qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.* [b] *Petenti a te, da; & volenti mutuari a te, ne aversus claudas manum*: vir [c] enim justus miseretur & commodat: siquidem omnibus vult tribui Pater, [d] qui solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluviam suam demittit super justos & injustos. Æquum igitur est, ut omnibus demus, ex propriis laboribus: [e] *Honora* enim, inquit, *Dominum de tuis justis laboribus*: [f] oportet autem præferre sanctos. [g] *Non occides*: id est, non destrues similem tibi hominem: dissolvis enim quæ recte facta sunt: non B quod omnis cædes sit vitiosa; sed innocentis solius; cum justa cædes Magistratibus solis reservetur. *Non mœchaberis*: dividis enim unam carnem in duo; ait quippe: [h] *Erunt duo in carnem unam*: siquidem maritus & uxor unum sunt natura, conspiratione, unione, affectu, vita, more: separantur vero sexu ac numero. [i] Non corrumpes pueros: naturæ enim adversatur vitium ex Sodomis ortum, [k] quæ civitas igne divinitus immisso consumta fuit: [l] maledictus autem qui talis est; & dicet omnis populus; Fiat. Non fornicaberis: [m] *Non erit* enim, inquit, *fornicator in filiis Israelis*. [n] *Non furaberis*. Achar [o] namque cum in Israele, apud Hierichuntem furatus esset, lapidibus obrutus excessit e vita: & [p] Giezis, C quod furtum ac mendacium commisisset, Naamanis lepram in hereditatem accepit: & [q] Judas, res pauperum surripiens, Dominum gloriæ prodidit Judæis, [r] ac pœnitentia ductus laqueo se suspendit, & crepuit medius, diffusaque sunt omnia viscera ejus: & [s] Ananias, atque Sapphira uxor ejus, quoniam propria bona rapuerant, & tentaverant Spiritum Domini, statim sententia Petri coapostoli nostri, morte mulctati fuerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Ἀπαγόρευσις γοητείας, τεκνοκτονίας, ἐπιορκίας, ψευδομαρτυρίας.

ΟΥ μαγεύσεις· οὐ φαρμακεύσεις· φαρμακοὺς γὰρ, φησιν, οὐ περιβιώσετε. [4] Οὐ φονεύσεις τέκνον σου ἐν φθορᾷ, οὐδὲ τὸ γεννηθὲν ἀποκτενεῖς· πᾶν

CAPUT III.

Interdictio magicarum artium, interfectionis filiorum, perjurii, falsi testimonii.

D NON uteris magia, neque præstigiis: ait enim: [t] *Præstigiatores non sinetis vivere*. Non interficies filium tuum in abortione, neque quod natum est

a Matth. v. 41. 40. *b* Luc. vi. 30. *c* Psal. cxi. 5. *d* Matth. v. 45. *e* Prov. III. 9. *f* Gal. vi. 10. *g* Exod. xx. 13. *h* Gen. II. 24. *i* Levit. xviii. 22. *k* Gen. xix. *l* Deut. xxvii. *m* Deut. xxiii. 17. *n* Exod. xx. 15. *o* Jos. vii. *p* iv. Reg. v. *q* Joan. xii. 6. *r* Matth. xxvii. Act. I. *s* Act. v. *t* Exod. xxii. 18.

1. Οὐ παιδοφθορήσεις.] Infandum scelus dicitur διαφθορὰ in titulo, proprie, ex dictato Hesychii magni Magistri, διαφθορᾶς, ἐχθρᾶς βδελυρίας. Lexicon Cyrilli; διαφθορὰ, παιδὸς ἢ παρθένου. *Stuprum*. ἀῤῥενοφθορεῖν apud Gregorium Nyssenum de vita Mosis, & Cæsarium Quæstione 109. Alio sensu Joannes Monachus in Canonario παιδοφθορίαν definit, τὸ κόρην παρθένον νεᾶνιν πρὸ τῆς ἥβης, ἤγουν πρὸ τῶν δώδεκα χρόνων διαφθαρῆναι. Porro istud οὐ παιδοφθορήσεις junctum cum οὐ μοιχεύσεις & οὐ πορνεύσεις, a Barnaba cap. 19. habet quoque Clemens Alexandrinus Admonitione ad Gentes p. 67. & Pædagogi lib. 2. cap. 10. COT.

2. Ἀχαρ] Anast. Ἀχαν. Mox idem Γιέζυ. Al. Γιεζῆ. IDEM.

3. Τοῦ Νεεμὰν τὴν λέπραν.] Hoc nomen, quod scribitur etiam Ναιμὰν, Νεαιμὰν, Νααμὰν, Νεεμμὰν, & Νεεμᾶν, restituendum videtur, in formula Juramenti Judaici lib. 2. Juris Græco-Romani p. 120. δώῃ μοι κύριος ὁ θεὸς τὴν λέπραν τοῦ Γιεζῆ, καὶ τοῦ Αμμᾶ. ID.

4. Οὐ φονεύσεις τέκνον σου ἐν φθορᾷ.] Optime, ex Barnaba: licet Anastasii Quæstiones manu scriptæ exhibeant, οὐ φονεύσεις βρέφος ἐν διαφθορᾷ· πᾶν γὰρ τὸ ἐξεικονισμένον, ψυχὴν λαβὸν παρὰ θεοῦ, φονευθὲν ἀδίκως, ἐκδικηθήσεται. Voces φθορὰ, διαφθορὰ, φθείρειν, διαφθείρειν, φθορεὺς, φθόριος, &c. in explicando abortu frequenter occurrere, apud sacros & profanos Auctores, notius est, quam ut loca proferre sit necesse, si demas pauca, quæ aut illustria sunt, aut opis Criticæ videntur indigere. Qualis præ oculis habeo ista Clementis Alexandrini Pædag. II. 10. p. 194. αὗται γὰρ πορνείας ἐπικαλύμματα (vel ἐπὶ καλύμματι) τοῖς ἐν παντελῆ κατασπῶσι φθορὰν φθορίοις συγχρώμεναι φαρμάκοις, ἐξαναλίσκουσιν ἅμα τῷ ἐμβρύῳ τὴν φιλανθρωπίαν. Basilii Canone 2. φθείρασα κατ' ἐπιτήδευσιν, φόνου δίκην ὑπέχει, &c. E Lexici Græco-Latini veteris, διαφθορὰ, ἐπὶ ἀμβλώσεως, *Abortus*. Concilii Ancyrani Can. 21. περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορνευουσῶν, καὶ ἀναιρουσῶν τὰ γεννώμενα, καὶ σπουδαζουσῶν τὰ φθόρια ποιεῖν. Suidæ, ἀμβλωθρίδια· ἐκτρώματα, (sic constituo etiam ex veteribus libris) τὰ ἐξημβλωμένα ἔμβρυα. καὶ ἀμβλωθρίδιον, αὐτό τε τὸ φθόριον φάρμακον. καὶ δὴ καὶ τὸ διαφθαρέν. Hesychii, Ἀμβλώσσειν· ἀμοτοκεῖν. Ἀμβλωθρίδια· τὰ ἐξηπλωμένα (pro ἐξημβλωμένα) ἔμβρυα. Denique Josephi lib. 2. contra Apionem p. 1074. ὁ νόμος γυναιξὶν ἀπεῖπεν, μήτε ἀμφιβάλλειν τοὺς ἐν γαστρὶ τὸν αὐτῆς, μήτε διαφθείρειν. ἀλλὰ μηχανῇ τινὶ προσίεσθαι αὐτῷ. (vel αὐτῷ) τεκνοκτόνος γὰρ ἂν εἴη, ψυχὴν ἀφανίζουσα, καὶ τὸ γένος ἐλαττοῦσα. τοιγαροῦν οὐδ' ἐπὶ λέχος ἢ φθορὰν παρέλθοι, καθαρὸς εἶναι οὐ δύναται, ὃ καὶ μετὰ τὴν νόμιμον συνουσίαν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἀπολούεσθαι κελεύει ὁ νόμος. ψυχῆς τε γὰρ καὶ σώματος ἐγγίνεται μολυσμὸς, ὡς [illegible] [illegible] [illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

γὰρ τὸ ἐξεικονισμένον, ψυχὴν λαβὸν παρὰ Θεοῦ, φονευθὲν, ἐκδικηθήσεται, ἀδίκως ἀναιρεθέν. Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ πλησίον σου, οἷον τὴν γυναῖκα, ἢ τὸν παῖδα, ἢ τὸν βοῦν, ἢ τὸν ἀγρόν. Οὐκ ἐπιορκήσεις· ἐῤῥέθη γὰρ, μὴ [1] ὀμῶσαι ὅλως· εἰ δὲ μήγε, κἂν εὐορκήσῃς· ὅτι ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις· ὅτι ὁ συκοφαντῶν πένητα, παροξύνει τὸν ποιήσαντα αὐτόν.

A necabis: [a] omne enim formatum, quod animam a Deo accepit, si perimatur, vindicabitur, utpote injuste occisum. [b] *Non concupisces quæ ad proximum tuum pertinent, ut uxorem, aut servum, aut bovem, aut agrum*. Non pejerabis: dictum enim est: [c] *Non jurabis omnino*; sin minus, saltem pie ac vere jura; quia [d] *Laudabitur omnis qui jurat in eo*. [e] *Non dices falsum testimonium*: quoniam [f] *Qui calumniatur pauperem, lacessit eum qui illum fecit*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ΄.

Απαγόρευσις κακολογίας, μνησικακίας, καὶ ἤθους ὑπούλου, ἀργολογίας, ψεύδους, πλεονεξίας, ὑποκρίσεως.

ΟΥ κακολογήσεις· μὴ ἀγάπα γὰρ, φησι, [2] κακολογεῖν, ἵνα μὴ ἐξαρθῇς. οὐδὲ μνησικακήσεις· ὁδοὶ γὰρ μνησικάκων, εἰς θάνατον. Οὐκ ἔσῃ δίγνωμος, οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ ἰσχυρὰ ἀνδρὶ τὰ ἴδια χείλη· καὶ ἀνὴρ γλωσσώδης οὐ κατευθυνθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς. Οὐκ ἔσαι ὁ λόγος σου κενός· περὶ παντὸς γὰρ λόγου ἀργοῦ δώσετε λόγον. Οὐ ψεύσῃ· ἀπολεῖς γὰρ, φησι, πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. Οὐκ ἔσῃ πλεονέκτης, οὐδὲ ἅρπαξ· [3] οὐαὶ γὰρ, φησιν, ὁ πλεονεκτῶν τὸν πλησίον πλεονεξίαν κακήν. Οὐκ ἔσῃ ὑποκριτὴς, ἵνα μὴ τὸ μέρος σου μετ' αὐτῶν θῇς.

CAPUT IV.

Interdictio maledicentiæ, iræ permanentis, moris subdoli, otiosi sermonis, mendacii, fraudis, simulationis.

B

NON maledices: Ne diligas enim, inquit, maledicere, ne tollaris. Neque injurias recordaberis: [g] *Viæ* enim *eorum qui memores sunt injuriarum, in mortem*. Non eris duplicis sententiæ, neque duplicis linguæ: [h] *Laqueus* enim *fortis viro propria labia*; & : [i] *Vir linguosus non dirigetur in terra*. Non erit sermo tuus vanus: [k] *De omni* enim *verbo otioso reddetis rationem*. [l] Non mentieris: [m] *Perdes* enim, inquit, *omnes qui loquuntur mendacium*. Non eris fraudator, neque rapax: *Væ* enim, inquit, *ei qui proximum fraudat fraude mala*. Non eris hypocrita: ne [n] partem tuam cum eis ponas.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Απαγόρευσις κακοηθείας, προσωποληψίας, ὀργῆς, μισανθρωπίας, βασκανίας.

ΟΥκ ἔσῃ κακοήθης, οὐδὲ ὑπερήφανος· ὑπερηφάνοις γὰρ ὁ Θεὸς ἀντιτάσσεται. Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ὅτι τοῦ κυρίου ἡ κρίσις. Οὐ μισήσεις [4] πάντα ἄνθρωπον. Ελεγμῷ ἐλέγξεις τὸν ἀδελφόν σου, καὶ οὐ λήψῃ δι' αὐτὸν ἁμαρτίαν· καὶ· ἔλεγχε σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε. Φεῦγε ἀπὸ παντὸς κακοῦ, καὶ ἀπὸ παντὸς ὁμοίου αὐτῷ· ἄπεχε γάρ, φησιν, ἀπὸ ἀδίκου· καὶ τρόμος οὐκ ἐγγιεῖ σοι. Μὴ γίνου ὀργίλος, μηδὲ βάσκανος, μηδὲ ζηλωτὴς, μηδὲ μανικὸς, μηδὲ θρασύς· [5] μὴ πάθῃς τὰ τοῦ Κάϊν, καὶ τὰ τοῦ Σαοὺλ, καὶ τὰ τοῦ Ιωάβ· ὅτι ὃς μὲν ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Αβελ, διὰ

CAPUT V.

Interdictio malignitatis, acceptionis personarum, iræ, odii erga homines, invidiæ.

NON eris malignus, neque superbus: [o] *Superbis* enim *Deus resistit*. [p] *Non accipies personam in judicio: quia Domini est judicium*. [q] *Non odio habebis ullum hominem. Arguendo argues fratrem tuum; & non accipies propter eum peccatum*: & : [r] *Argue sapientem, & diliget te*. Fuge ab omni malo, & ab omni re simili illius: [s] *Recede*, enim inquit, *ab iniquo; & tremor non appropinquabit tibi*. D Ne sis iracundus, neque invidus, neque æmulator, neque furiosus, neque ferox: ne tibi accidant, quæ Caino, Sauli, Joabo; quoniam [t] primus quidem occidit fratrem suum Abelem, quod

a Exod. xxi. 22. in LXX. *b* Exod. xx. 17. *c* Matth. v. 34. *d* Psal. lxii. 12. *e* Exod. xx. 16. *f* Prov. xiv. 31. *g* Prov. xii. 28. *h* Prov. vi. 2. *i* Psal. cxxxix. 12. *k* Matth. xii. 36. *l* Levit. xix. 11. *m* Psal. v. 7. *n* Matth. xxiv. 51. *o* Jac. iv. 6. Prov. III. 34. *p* Deut. I. 17. *q* Levit. xix. 17. *r* Prov. ix. 8. *s* Isa. liv. 14. *t* Gen. iv.

ἁγνείας ἐπίτασιν τοῖς τοιούτοις προσέταξεν. Latine Rufino interprete; *Lex mulieribus interdixit vel celare quod statum est*, (Cod. Reg. *statutum*) *vel aliam machinationem corrumpere filii. Namque mœchatrix est anima demoliens, & genus imminuens. Igitur si quis ad concubitum corruptionemque transierit; immundus*. (Add. in Mss. *est*) *Oportet autem etiam* (Abest a Ms.) *post legalem commixtionem viri, mulieres* (Codex, *& mulieris*) *lavari. Hoc enim partem animæ polluere judicavit. Inflata namque corporibus vulneratur. Dum hoc* (Ms. *ob hoc*) *fit aliquam* (Ms. *aliqua*) *propter purificationis causam talibus imperavit*. Videtur in Græco emendandum, ἢ ἄλλῃ μηχανῇ τινὶ προσαχθῆσθαι αὐτά. Ut sensus sit hujusmodi; *Lex mulieribus interdixit, vel hæsitare aliquando in quoquam eorum quæ in illis concepta sunt, vel illud corrumpere ac interimere, aut alia quapiam machinatione exponere. Prolis enim interfectrix fit; animam nempe auferens, ac genus imminuens. Ergo si quis ad concubitum vel corruptionem stuprumque processerit, mundus esse non potest. Certe & post viri ac mulieris legitimam conjunctionem, lavare Lex jubet. Animæ siquidem & corporis pollutio innascitur, velut quasi ad aliam regionem* animam *demittant. Etenim anima corporibus insita, male habet, atque ab iis iterum per mortem velut secernitur: ideoque puritatis augmentum talibus præcepit*. Latina vero Rufini sic constituerim; *Lex mulieribus interdixit vel celare quod satum est, vel alia machinatione corrumpere. Filii namque necatrix est, animam demoliens, & genus imminuens. Igitur si quis ad concubitum corruptionemque transierit, immundus est. Oportet autem etiam post legalem commixtionem viri & mulieris lavari. Hoc enim partem animæ polluere judicavit. Inflata* (ἐμφυσωμένη) vel *innata namque corporibus, vulneratur. Dum hoc fit, aliqua propter purificationis causam talibus imperavit*. Nec prætermitti debent ista Balsamonis ad canonem Basilii citatum; E μὴ ὑποκεῖσθαι δὲ φόνου ἑκουσίου ἐπιτιμίῳ, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐν φύσει τὸ κυοφορούμενον, καὶ διὰ τὸ μὴ ἐκ διαθέσεως κακῆς μελετηθῆναι τὸν φόνον, ἀλλὰ διὰ φόβον ἢ ἀγωνίαν (Matthæus Blastares legebat φόβον ἀγωνίᾳ, aliquanto melius: Nomocanonis Littera γ. cap. 28.) γονέως τυχὸν, ἢ δεσπότου, ἢ ἄλλου τινὸς κίνδυνον ἀπειλοῦντος· ὅτι δὲ διαφορά ἐστι (Ista sensus exigit, & habent codices Regii, non διαφθορὰ, quod inepte ediderunt ac interpretati sunt) τοῦ κυοφορουμένου, καὶ τοῦ εἰς φῶς ἐξελθόντος βρέφους, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῆς βίβλου τῆς Εξόδου. Cot.

1. Ομῶσαι] Anast. ὀμόσαι. Id.
2. Κακολογεῖν.] In LXX. Proverb. xx. 13. καταλαλεῖν. Cot. —— Sic & Ms. Vindob. Cler.
3. Οὐαὶ ὁ πλεονεκτῶν τὸν πλησίον πλεονεξίαν κακήν.] Ex Habac. II. 9. Cot.
4. Πάντα ἄνθ.] Anastas. τὸν ἀδελφόν σου. Id.
5. Μὴ πάθῃς.] Præpone ἵνα ex Anastasio. Id.

τὸ πρόκριτον αὐτὸν εὑρεθῆναι παρὰ Θεῷ, καὶ διὰ τὸ προκριθῆναι τὴν θυσίαν αὐτοῦ· ὃς δὲ τὸν ὅσιον Δαβὶδ ἐδίωκε, νικήσαντα τὸν [1] Γολιὰδ τὸν Φιλιστιαῖον, ζηλώσας ἐπὶ τῇ τῶν χορευτριῶν εὐφημίᾳ· ὃς δὲ τοὺς δύο στρατάρχας ἀνεῖλε, τὸν [2] Αβεννὴρ τὸν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ Ἀμεσσὰ τὸν τοῦ Ἰούδα.

A is apud Deum præstantior esset inventus, quodque ejusdem sacrificium prælatum fuisset; secundus vero [a] sanctum Davidem persequebatur, victorem Goliathi Philistæi, invidens ob saltatricum faustam acclamationem; tertius denique [b] duos exercitus duces confodit, Abnerem ducem Israelis, & Amasam ducem Judæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ οἰωνοσκοπικῆς, ἐπαοιδῆς.

ΜΗ γίνου οἰωνοσκόπος· ὅτι ὁδηγεῖ πρὸς εἰδωλολατρείαν· Οἰώνισμα δὲ, φησὶν ὁ Σαμουὴλ, ἁμαρτία ἐστί· καὶ· Οὐκ ἔσται οἰωνισμὸς ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ. Οὐκ ἔσῃ ἐπάδων, ἢ περικαθαίρων τὸν υἱόν σου. Οὐ κληδονιεῖς· οὐδὲ οἰωνισθήσῃ· οὐδὲ ὀρνεοσκοπήσεις· οὐδὲ μαθήσῃ μαθήματα πονηρά· ταῦτα γὰρ ἅπαντα καὶ ὁ νόμος ἀπεῖπε. Μὴ γίνου ἐπιθυμητὴς κακῶν· ὁδηγηθήσῃ γὰρ εἰς ἀμετρίαν ἁμαρτημάτων. Οὐκ ἔσῃ αἰσχρολόγος· οὐδὲ ῥιψόφθαλμος· οὐδὲ μέθυσος· ἐκ γὰρ τούτων πορνεῖαι καὶ μοιχεῖαι γίνονται. Μὴ γίνου φιλάργυρος· ἵνα μὴ ἀντὶ Θεοῦ δουλεύσῃς τῷ μαμωνᾷ. Μὴ γίνου κενόδοξος, μηδὲ μετέωρος, μηδὲ ὑψηλόφρων· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων ἀλαζονίαι γίνονται· μνήσθητι τοῦ εἰπόντος· Κύριε οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου· οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου· οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ. [3] εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν.

CAPUT VI.

De arte augurali, incantatione, &c.

NE sis augur: quia id ducit ad idololatriam: [c] *Augurium* enim, inquit Samuel, *peccatum*
B *est*: &: [d] *Non erit auguratio in Jacobeis, neque divinatio in Israelitis.* Non eris incantator, [e] aut filium tuum lustrans. Non ominaberis; neque auguraberis; neque auspicaberis; neque disces pravas disciplinas: hæc enim omnia etiam Lex [f] prohibuit. Ne sis cupitor malorum: deduceris enim in peccatorum nimietatem. Non eris turpiloquus; neque emissitiis oculis; neque vinolentus: inde enim fornicationes & adulteria oriuntur. Ne sis avarus; ut non vice Dei, [g] servias Mammonæ. Ne sis inanis gloriæ cupidus, neque elatus, neque altum sapiens: ex his quippe omnibus superbiæ prodeunt: memento illius qui dixit: [h] *Domine non est exaltatum cor meum; neque elati sunt oculi mei; neque*
C *ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Ἀπαγόρευσις γογγυσμοῦ, καὶ αὐθαδείας, καὶ ὑπερηφανίας, καὶ θρασύτητος.

ΜΗ γίνου γόγγυσος, μνησθεὶς τῆς τιμωρίας ἧς ὑπέστησαν οἱ καταγογγύσαντες Μωσέως. Μὴ ἔσο αὐθάδης, μηδὲ πονηρόφρων, μηδὲ σκληροκάρδιος, μηδὲ θυμώδης, μηδὲ μικρόψυχος· πάντα γὰρ ταῦτα ὁδηγεῖ πρὸς βλασφημίαν· ἴσθι δὲ πρᾷος, ὡς Μωϋσῆς καὶ Δαβίδ· ἐπεὶ οἱ πρᾳεῖς κληρονομήσουσι γῆν.

CAPUT VII.

Interdictio murmurationis, pervicaciæ, superbiæ, feritatis.

NE sis murmurator; memor pœnarum quas dederunt [i] qui Mosi obmurmurarunt. Ne sis pervicax, nec malitiosus, nec duro corde, nec iracundus, nec pusilli animi: omnia enim hæc ducunt ad blasphemiam: sis vero mitis, ut [k] Moyses & [l] David; quandoquidem [m] *mites possidebunt*
D *terram.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Περὶ μακροθυμίας, ἀκακίας, πραότητος, ὑπομονῆς.

ΓΙνου μακρόθυμος· ὁ γὰρ τοιοῦτος, πολὺς ἐν φρονήσει· ἐπείπερ ὀλιγόψυχος ἰσχυρὸς ἄφρων. Γίνου ἐλεήμων· μακάριοι γὰρ οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Ἔσο ἄκακος, ἥσυχος, ἀγαθὸς, τρέμων τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ. Οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν, ὡς ὁ Φαρισαῖος· ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· καὶ· τὸ ὑψηλὸν ἐν ἀνθρώποις, βδέλυγμα παρὰ τῷ Θεῷ. Οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος· ὅτι θρασὺς ἀνὴρ ἐμπεσεῖται εἰς κακά. Οὐ συμπορεύσῃ μετὰ ἀφρόνων, ἀλλὰ μετὰ σοφῶν καὶ δικαίων· ὁ συμπορευόμενος γὰρ σοφοῖς, σοφὸς

CAPUT VIII.

De longanimitate, innocentia, mansuetudine, patientia.

SIS longanimis: qui enim talis est, [n] *multus est in prudentia*; siquidem *pusillanimis vehementi stultitia tenetur.* Sis misericors: [o] *Beati* enim *misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Esto innocens, [p] quietus, bonus, tremens sermones Dei. Non te exaltabis, ut Pharisæus: [q] *quia omnis qui se exaltat, humiliabitur*; &: *Quod altum est in ho-*
E *minibus, abominatio est apud Deum.* Non dabis animæ tuæ audaciam: quia vir [r] *audax incidet in mala.* Non gradieris cum insipientibus, sed cum sapientibus ac justis: [s] *Qui enim graditur cum sa-*


a I. Reg. XVII. 18. b III. Reg. II. 32. c I. Reg. XV. 23. d Num. XXIII. 23. e Deut. XVIII. 11. 10. f Levit. XIX. 26. 31. g Matth. VI. 24. h Ps. CXXX. 1. 2. i Num. XII. &c. k Num. XII. 3. l Ps. CXXXI. 1. m Matth. V. 4. n Prov. XIV. 29. o Matth. V. 7. p Isa. LXVI. 2. q Luc. XVIII. 14. & XVI. 15. r Prov. XIII. 17. apud LXX. s Prov. XIII. 20.

1. Γολιάδ.] In quibusdam exemplaribus sacris corrupte scriptum fuisse olim *Goliad*, loco *Goliath*, fidem faciunt Versiones Syriaca & Arabica, hodierni Codices Græci Psalm. CXLIII. 1. CLI. 1. una cum Gregorio Nazianzeno Orat. 30. Chrysostomo Orat. 1. de precatione, ac Theodorito Quæst. 41. in Genesim. At Apollinari Goliatus dicitur, Cypriano aliisque Golias. COT.

2. Ἀβεννήρ] Anastas. Ἀβεννήρ. Et mox Ἀμεσσάν. ID.

3. Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν.] Data utcumque occasione, admonitum velim lectorem, ut Davidici dicti Symmachianam versionem petat potius ex Catena Corderii, in qua εἰ μὴ ἐξίσωσα, *si non exequavi* positum habetur, quam ex Theodoriti libris, in quibus, indeque in Notis LXX. legitur εἰ μὴ ἐξίσωσα. Quamquam hoc quoque tolerari potest, sensu isto, *si non exæquavi consilium*. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ἔσται· ὁ δὲ συμπορευόμενος ἄφροσι, γνωσθήσεται. Τὰ συμβαίνοντά σοι πάθη, εὐμενῶς δέχου, καὶ τὰς περιστάσεις ἀλύπως· εἰδὼς ὅτι μισθὸς παρὰ Θεοῦ σοι δοθήσεται, ὡς τῷ Ιὼβ καὶ τῷ Λαζάρῳ.

A pientibus, sapiens erit; qui vero graditur cum insipientibus, agnoscetur. Morbos & casus qui tibi acciderint, placide accipito; & adversa fer, absque ægritudine: sciens quod tibi a Deo dabitur merces, quemadmodum [a] Jobo & [b] Lazaro.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Οτι χρὴ τοὺς κατὰ Χριστὸν διδασκάλους, γονέων πλεῖον ἡγεῖσθαι· οἱ μὲν γὰρ τὸ εὖ εἶναι, οἱ δὲ τὸ εἶναι μόνον παρέχουσιν.

ΤΟν λαλοῦντά σοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ δοξάσεις, μνησθήσῃ δὲ αὐτοῦ ἡμέρας καὶ νυκτός· τιμήσεις δὲ αὐτὸν, οὐχ ὡς γενέσεως αἴτιον, ἀλλ' ὡς τοῦ εὖ εἶναί σοι πρόξενον γινόμενον· ὅπου γὰρ ἡ περὶ Θεοῦ διδασκαλία, ἐκεῖ ὁ Θεὸς πάρεστιν. ἐκζητήσεις καθημέραν τὸ πρόσωπον τῶν ἁγίων, ἵν' ἐπαναπαύῃ τοῖς λόγοις αὐτῶν.

CAPUT IX.

Quod oporteat doctrinæ Christi magistros pluris ducere quam parentes: illi siquidem, bene esse; hi vero, esse tantum, præstant.

EUM qui sermonem Dei tibi loquitur coles: ejusque eris memor die ac nocte: honorabis B autem eum, non tamquam originis auctorem, sed tamquam illum qui tibi ut bene esses conciliator exstitit: ubi enim doctrina de Deo, ibi Deus adest. Exquires quotidie faciem sanctorum, ut acquiescas sermonibus eorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι'.

Οτι χρὴ μὴ ἀποσχίζειν τῶν ἁγίων, ἀλλ' εἰρηνεύειν μαχομένους, κρίνειν τε δικαίως, καὶ μὴ προσωποληπτεῖν.

ΟΥ ποιήσεις σχίσματα πρὸς τοὺς ἁγίους, μνησθεὶς τῶν Κορειτῶν. εἰρηνεύσεις μαχομένους, ὡς Μωσῆς, συναλλάσσων εἰς φιλίαν. κρινεῖς δικαίως· Τοῦ γὰρ κυρίου ἡ κρίσις. Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξαι ἐπὶ παραπτώματι, ὡς Ηλίας καὶ Μιχαίας τὸν Αχαὰβ, καὶ Αβδεμέλεχ ὁ Αἰθίοψ τὸν Σεδεκίαν, καὶ Νάθαν τὸν Δαβὶδ, καὶ Ιωάννης τὸν Ηρώδην.

CAPUT X.

Quod non oporteat disjungere se a sanctis, sed pacificare contendentes, & judicare juste, & personas non accipere.

NON facies schismata adversum sanctos, recordatus [c] Coritarum. Pacem inter diffidentes C compones, ut [d] Moses, eosque in amicitiam reconciliabis. Judicabis juste: [e] *Domini* enim *est judicium*. Non accipies personam in arguendo de peccato; ut [f] Elias & Michæas Achabum arguerunt, [g] Abdemelechus Æthiops Sedeciam, [h] Nathan Davidem, & [i] Joannes Herodem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια'.

Περὶ διψύχου, ἤτοι [1] ὀλιγοψύχου.

ΜΗ γίνου δίψυχος ἐν προσευχῇ σου, εἰ ἔσται, ἢ οὔ· λέγει γὰρ ὁ κύριος ἐμοὶ Πέτρῳ ἐπὶ τῆς θαλάσσης· Ολιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὴν χεῖρα, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συστέλλων.

CAPUT XI.

De homine duplicis animi, seu modicæ fidei.

NE sis duplici animo in precatione tua, utrum futurum sit, an non: dixit enim Dominus mihi Petro, in mari: [k] *Modicæ fidei, quare du-* D *bitasti?* [l] Noli ad accipiendum quidem manum porrigere; ad dandum vero contrahere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Περὶ εὐποιΐας.

ΕΑν ἔχεις, διὰ τῶν χειρῶν σου δὸς, ἵνα ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν σου· Ελεημοσύναις γὰρ καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι. Οὐ διστάσεις δοῦναι πτωχῷ· οὐδὲ διδοὺς, γογγύσεις· γνώσῃ γὰρ τίς ἐστιν ὁ τοῦ μισθοῦ ἀνταποδότης. ὁ ἐλεῶν γὰρ, φησι, πτωχὸν, κυρίῳ δανείζει· κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ. Οὐκ ἀποστραφήσῃ ἐνδεόμενον· Ος φράσσει γὰρ, φησι, τὰ ὦτα αὐτοῦ μὴ εἰσακοῦσαι τοῦ δεομένου, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ εἰσακούων αὐτοῦ· κοινωνήσεις εἰς πάντα τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι· κοινὴ γὰρ ἡ μετάληψις παρὰ Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις παρεσκευάσθη. οὐκ ἀρεῖς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου, ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου· ἀλλὰ ἀπὸ νεότητος διδάξεις αὐτοὺς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ· Παίδευε γὰρ, φησι, τὸν υἱόν σου· οὕτω γὰρ ἔσται σοι εὔελπις.

CAPUT XII.

De beneficentia.

SI habes, manibus tuis præbe, ut opereris in redemtionem peccatorum tuorum: [m] *Eleemosynis* enim *ac fide purgantur peccata*. Non dubitabis largiri pauperi; neque largiens, murmurabis: cognosces enim quis sit qui mercedem retribuit: ait quippe: [n] *Qui miseretur pauperis, Domino fœnerat: secundum autem datum illius, sic retribuetur* E *ei*. Ne avertas te ab indigente: [o] *Qui obturat* enim, inquit, *aures suas, ne audiat egentem; & ipse invocabit; & non erit qui exaudiat eum*. Communicabis omnia cum fratre tuo, & non dices propria esse: communis enim participatio a Deo omnibus hominibus præparata fuit. Non tolles manum tuam a filio tuo, aut a filia tua; sed a juventute doce eos timorem Dei: [p] *Castiga* enim, inquit, *filium tuum; sic enim erit tibi bonæ spei*.

a Job XLII. *b* Luc. XVI. *c* Num. XVI. *d* Exod. II. *e* Deut. I. 17. *f* III. Reg. XVIII. 21. 22. *g* Jer. XXXVIII. *h* II. Reg. XII. *i* Matth. XIV. *k* Matth. XIV. 31. *l* Eccli. IV. 36. *m* Prov. XV. 27. & XVI. 6. *n* Prov. XIX. 17. *o* Prov. XXI. 13. *p* Prov. XIX. 18.

1. Ολιγοψ.] Al. ὀλιγοπίστου. COT.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Ὅπως δεῖ προσφέρεσθαι τοῖς οἰκέταις τοὺς κυρίους· καὶ ὅπως χρὴ ὑποτάσσεσθαι τοὺς οἰκέτας.

A Οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου ἢ παιδίσκῃ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν Θεὸν πεποιθόσιν, ἐν πικρίᾳ ψυχῆς· μή ποτε στενάξωσιν ἐπί σοι, καὶ ἔσται σοι ὀργὴ παρὰ Θεοῦ· καὶ ὑμεῖς οἱ δοῦλοι ὑποτάγητε τοῖς κυρίοις ὑμῶν, ὡς τύποις Θεοῦ, ἐν προσοχῇ καὶ φόβῳ, ὡς τῷ κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις.

CAPUT XIII.

Quales se exhibere debeant famulis domini; & quo modo oporteat famulos esse subjectos.

Servo tuo aut ancillæ, in eumdem Deum fidem ac fiduciam habentibus, non imperabis in amaritudine animæ: ne forte ingemiscant adversus te; & tibi ira a Deo incumbet. Et vos servi, dominis vestris tamquam Deum repræsentantibus estote subjecti cum attentione, reverentia & metu; sicut Domino, & non hominibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Περὶ ὑποκρίσεως, καὶ προσοχῆς νόμων, καὶ [1] ἐξομολογήσεων.

B Μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν· καὶ πᾶν ὃ ἐὰν ᾖ ἀρεστὸν κυρίῳ, ποιήσεις. οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς κυρίου· φυλάξεις δὲ ἃ παρέλαβες παρ' αὐτοῦ, μήτε προστιθεὶς ἐπ' αὐτοῖς, μήτε ἀφαιρῶν ἀπ' αὐτῶν· Οὐ προσθήσεις γὰρ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ σε, καὶ ψευδὴς γένῃ. Ἐξομολογήσῃ κυρίῳ τῷ Θεῷ σου τὰ ἁμαρτήματά σου· καὶ οὐκ ἔτι προσθήσεις ἐπ' αὐτοῖς· ἵνα εὖ σοι γένηται παρὰ κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, ὃς οὐ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν.

CAPUT XIV.

De hypocrisi, & Legum observantia, & confessionibus.

Odio habebis omnem hypocrisim; & quidquid Domino fuerit placitum, facies. Ne deseras mandata Domini: servabis autem quæ accepisti ab eo, neque addens in iis, neque ab iis detrahens: [a] *Non addes* enim *verbis illius, ne arguat te, & mendax fias.* Confiteberis Domino Deo tuo peccata tua; & non amplius adjicies ad ea; ut bene sit tibi a Domino Deo tuo, [b] qui non vult mortem peccatoris, sed pœnitentiam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

C

Περὶ τῆς πρὸς γονέας θεραπείας.

Τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα θεραπεύσεις, ὡς αἰτίους σοι γενέσεως· ἵνα γένῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι. τοὺς ἀδελφούς σου καὶ τοὺς συγγενεῖς σου μὴ ὑπερίδῃς. Τοὺς γὰρ οἰκείους τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει.

CAPUT XV.

De cultu erga parentes.

Patrem [c] tuum & matrem coles, tamquam tibi ortus auctores, ut fias longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Fratres tuos & cognatos tuos ne despicias: [d] *Domesticos* enim *seminis tui ne despexeris.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Περὶ τῆς πρὸς βασιλέα καὶ ἄρχοντας ὑποταγῆς.

D Τὸν βασιλέα φοβηθήσῃ, εἰδὼς ὅτι τοῦ κυρίου ἐστὶν ἡ χειροτονία. τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ τιμήσεις, ὡς λειτουργοὺς Θεοῦ· ἔκδικοι γάρ εἰσι πάσης ἀδικίας· οἷς ἀποτίσατε τέλος, φόρον, καὶ πᾶσαν εἰσφορὰν, εὐγνωμόνως.

CAPUT XVI.

De subjectione erga Regem & Magistratus.

Regem vereberis, sciens a Domino esse electionem. [e] Magistratus ejus honorabis, ut ministros Dei: vindices enim sunt omnis injuriæ, quibus grato animo exsolvite vectigal, tributum omnemque collationem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ'.

Περὶ καθαροῦ συνειδότος τῶν προσευχομένων.

Οὐ προσελεύσῃ ἐπὶ προσευχήν σου, ἐν ἡμέρᾳ πονηρίας σου, πρὶν ἂν λύσῃς τὴν πικρίαν σου. αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς· ἧς γένοιτο ἐντὸς ὑμᾶς εὑρεθῆναι, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

CAPUT XVII.

De munda conscientia precantium.

Non accedas ad precationem tuam, in die improbitatis tuæ, priusquam amaritudinem tuam deponas. Hæc est via vitæ; intra quam vos utinam inveniamini, per Jesum Christum Dominum nostrum!

E

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη'.

Ὅτι ἡ ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀλλοτρίου ἐπεισαχθεῖσα ὁδὸς, ἀσεβείας καὶ παρανομίας πεπλήρωται.

Ἡ δὲ ὁδὸς τοῦ θανάτου ἐστὶν ἐν πράξεσιν πονηραῖς θεωρουμένη· ἐν αὐτῇ γὰρ ἄγνοια Θεοῦ,

CAPUT XVIII.


Quod via quæ ex insidiis Adversarii adscita fuit, impietate ac iniquitate sit plena.

At via mortis in pravis actionibus cernitur: in ea enim est ignoratio Dei, & introductio

a Prov. xxx. 6. b Ezech. xviii. 23. 32. & xxxiii. 11. & II. Pet. III. 9. c Exod. xx. 12. d Isa. lviii. 7. e Rom. xiii. 4.

1. Ἐξομολογήσεων] Forte ἐξομολογήσεως. Cot. — Ita cod. Vind. Cler.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.



καὶ πολλῶν κακῶν καὶ θολῶν καὶ ταραχῶν ἐπεισαγωγή· δι' ὧν φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, ἐπιορκίαι, ἐπιθυμίαι παράνομοι, κλοπαὶ, εἰδωλολατρεῖαι, μαγίαι, φαρμακεῖαι, ἁρπαγαὶ, ψευδομαρτυρίαι, ὑποκρίσεις, διπλοκαρδίαι, δόλος, ὑπερηφανία, κακία, αὐθάδεια, πλεονεξία, αἰσχρολογία, ζηλοτυπία, θρασύτης, ὑψηλοφροσύνη, ἀλαζονεία, ἀφοβία, διωγμὸς ἀγαθῶν, ἀληθείας ἔχθρα, ψεύδους ἀγάπη, ἄγνοια δικαιοσύνης. οἱ γὰρ τούτων [1] ποιηταὶ, οὐ κολλῶνται ἀγαθῷ, οὐδὲ κρίσει δικαίᾳ· ἀγρυπνῶσιν, οὐκ εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' εἰς τὸ πονηρόν· ὧν μακρὰν πρᾳότης καὶ ὑπομονή· μάταια ἀγαπῶντες, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ καταπονουμένῳ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος Θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ὑπερόπται, πανθαμάρτητοι. ῥυσθείητε, τέκνα, ἀπὸ τούτων ἁπάντων.

A multorum malorum, turbinum ac tumultuum: unde cædes, adulteria, scortationes, perjuria, cupiditates iniquæ, furta, idololatriæ, magiæ, præstigiæ, rapinæ, falsa testimonia, simulationes, corda duplicia, dolus, superbia, malitia, pervicacia, alieni aviditas, turpiloquium, zelotypia, feritas, elatio mentis, superbia, timoris vacuitas, bonorum vexatio, veritatis odium, mendacii amor, ignorantia justitiæ. Horum quippe factores & affectatores, non adhærent bono, neque justo judicio; vigilant, non ad bonum, sed ad malum: a quibus longe est mansuetudo & patientia: vana diligentes, consectantes remunerationem, non miserantes pauperem, non dolentes de afflicto, non agnoscentes creatorem B suum, interfectores liberorum, per embryonis cædem corruptores plasmatis Dei, aversantes egenum, opprimentes calamitosum, divitum advocati, pauperum contemtores, omni ex parte peccatores. Liberemini, filii, ab his omnibus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Ὅτι μὴ χρὴ τῆς εὐσεβείας ἐκκλίνειν δεξιὰ ἢ εὐώνυμα, παραινεῖ ὁ νομοθέτης.

ΟΡΑ μήτις σε πλανήσῃ ἀπὸ τῆς εὐσεβείας· Οὐκ ἐκκλίνῃς γάρ, φησιν, ἀπ' αὐτῆς δεξιὰ ἢ εὐώνυμα· ἵνα συνῇς ἐν πᾶσιν οἷς ἐὰν πράσσῃς· οὐ γάρ, ἐὰν μὴ ἐκτραπῇς ἔξω τῆς εὐθείας ὁδοῦ, δυσσεβήσεις.

CAPUT XIX.

Quod non oporteat a pietate declinare dextrorsum, vel sinistrorsum, admonet Legislator.

VIde ne quis te faciat a pietate aberrare: [a] *Ne declines* enim, inquit, *ab ea ad dexteram, vel ad sinistram:* ut in omnibus quæ feceC ris, intelligas: nisi enim a via recta deflectas, non eris impius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Ὅτι μὴ χρὴ φαυλίζειν τι τῶν προσφόρων βρωμάτων, ἀλλ' εὐχαρίστως μεταλαμβάνειν καὶ τεταγμένως.

ΠΕρὶ δὲ βρωμάτων λέγει σοι ὁ κύριος· Τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· καί· Πᾶν κρέας ἔδεσθε, ὡς λάχανα χλόης· τὸ δὲ αἷμα ἐκχεεῖς· οὐ γὰρ τὰ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα, κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα· λέγω δὴ, βλασφημίαι, καταλαλιαὶ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. σὺ δὲ φαγῇ τὸν μυελὸν τῆς γῆς μετὰ δικαιοσύνης· ὅτι [2] εἴ τι καλὸν, αὐτοῦ· καὶ εἴ τι ἀγαθὸν, αὐτοῦ· σῖτος νεανίσκοις, καὶ οἶνος εὐωδιάζων παρθένοις· τίς γὰρ φάγεται, ἢ τίς πίεται, παρὲξ αὐτοῦ; Παραινεῖ δέ σοι καὶ ὁ σοφὸς Ἔσδρας, λέγων· Πορεύεσθε, καὶ φάγετε λιπάσματα, καὶ πίετε γλυκάσματα, καὶ μὴ λυπεῖσθε.

CAPUT XX.

Quod non oporteat improbare cibum ullum usui accommodatum, sed cum gratiarum actione & ordinate sumere.

DE cibis vero tibi ait Dominus: [b] *Bona terræ comedetis:* & : [c] *Omnem carnem edetis, ut olera herbæ:* [d] *sanguinem vero effundes:* [e] *Non enim quæ intrant in os, coinquinant hominem; sed quæ ex ore procedunt; blasphemiæ*, inquam, D obtrectationes, & si quid hujusmodi. Tu vero comede [f] medullam terræ in justitia: [g] *Quoniam si quid pulcrum, ejus est; & si quid bonum, ejusdem: frumentum juvenibus, & vinum odoratum virginibus.* [h] *Quis enim comedet, aut quis bibet, sine ipso?* Sed & admonet te sapiens Esdras, dicens: [i] *Ite, & comedite pinguedines, & bibite dulcedines, & nolite contristari.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα'.

Ὅτι χρὴ φεύγειν τὴν τῶν εἰδωλοθύτων βρῶσιν.

ΑΠὸ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων φεύγετε· ἐπὶ τιμῇ γὰρ δαιμόνων θύουσι ταῦτα· ἐφ' ὕβρει δηλαδὴ τοῦ μόνου Θεοῦ· ὅπως μὴ γένησθε κοινωνοὶ δαιμόνων.

CAPUT XXI.

Quod oporteat abstinere ab esu Idolothytorum.

E POrro ab Idolothytis abstinete: [k] in honorem enim dæmonum immolant ea; ad contumeliam, scilicet, solius Dei: ut non efficiamini participes dæmonum.

a Deut. v. 32. *b* Isa. I. 9. *c* Gen. IX. 3. *d* Deut. XV. 23. *e* Matth. XV, 11. Marc. VII. 22. *f* Gen. XLV. 18. *g* Zach. IX. 17. *h* Eccle. II, 25. in LXX. *i* II. Esdr. VIII. 10. *k* I. Cor. X. 20.

1. Ποιηταὶ] Al. ἀντιποιηταί. Cor.

2. Εἴ τι καλὸν, αὐτοῦ.] Corrige ex Vet. Cod. Maximum ad caput 2. libri de divinis nominibus: ubi vitiose ἰσόν editum est, pro εἴ τι. Id.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ΄.

Διάταξις κυριακὴ, ὅπως χρὴ βαπτίζειν, καὶ εἰς τὸν τίνος θάνατον.

A Περὶ δὲ βαπτίσματος, ὦ ἐπίσκοπε, ἢ πρεσβύτερε, ἤδη μὲν καὶ πρότερον διετάξάμεθα· καὶ νῦν δέ φαμεν, ὅτι οὕτω βαπτίσεις, ὡς ὁ κύριος διετάξατο ἡμῖν λέγων· Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· τοῦ ἀποστείλαντος πατρός· τοῦ ἐλθόντος Χριστοῦ· τοῦ μαρτυρήσαντος παρακλήτου. χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ· ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι [1] καὶ τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ· ἵνα τὸ μὲν χρίσμα μετοχὴ ᾖ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὸ δὲ ὕδωρ σύμβολον τοῦ θανάτου, τὸ δὲ μύρον σφραγὶς τῶν συνθηκῶν. εἰ δὲ μήτε ἔλαιον ᾖ, μήτε μύρον, ἀρκεῖ ὕδωρ, καὶ πρὸς χρῖσιν, καὶ πρὸς σφραγῖδα, καὶ πρὸς ὁμολογίαν τοῦ ἀποθανόντος, ἤτοι B συναποθνήσκοντος. [2] πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος, νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος· [3] καὶ γὰρ ὁ κύριος πρῶτον βαπτισθεὶς ὑπὸ Ἰωάννου, καὶ εἰς τὴν ἔρημον αὐλισθεὶς, μετέπειτα ἐνήστευσε τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας· ἐβαπτίσθη δὲ καὶ ἐνήστευσεν· οὐκ αὐτὸς ἀπορυπώσεως, ἢ νηστείας χρείαν ἔχων, ἢ καθάρσεως, ὁ τῇ φύσει καθαρὸς καὶ ἅγιος· ἀλλ' ἵνα καὶ Ἰωάννῃ ἀλήθειαν προσμαρτυρήσῃ, καὶ ἡμῖν ὑπογραμμὸν παράσχηται. οὐκοῦν ὁ μὲν κύριος, οὐκ εἰς ἑαυτοῦ πάθος ἐβαπτίσατο, ἢ θάνατον, ἢ ἀνάστασιν· οὐδέπω γὰρ οὐδὲν τούτων ἐγεγόνει· ἀλλ' εἰς διάταξιν ἑτέραν. διὸ καὶ ἀπ' ἐξουσίας μετὰ τὸ βάπτισμα νηστεύει, ὡς κύριος Ἰωάννου· ὁ δὲ εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον μυούμενος, C πρότερον ὀφείλει νηστεῦσαι, καὶ τότε βαπτίσασθαι. οὐ γὰρ δίκαιον τὸν συνταφέντα καὶ συναναστάντα, παρ' αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν κατηφεῖν· οὐ γὰρ κύριος ὁ ἄνθρωπος, τῆς διατάξεως τῆς τοῦ σωτῆρος· ἐπείπερ ὁ μὲν δεσπότης, ὁ δὲ ὑπήκοος.

CAPUT XXII.

Constitutio Dominica, quo modo oporteat baptizare, & in cujus mortem.

DE Baptismo autem, Episcope, aut Presbyter, jam quidem antea constituimus; & nunc vero dicimus, quod ita baptizabis, sicut Dominus injunxit nobis dicens: [a] *Euntes, docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis*: in nomine Patris, qui misit; Christi, qui venit; Spiritus sancti, qui testimonium perhibuit. Unges autem prius oleo sancto; deinde baptizabis aqua; & tandem signabis unguento; ut oleum quidem sit participatio Spiritus sancti, aqua vero symbolum mortis, unguentum autem sigillum pactionum. Quod si neque oleum adsit, neque unguentum, sufficit aqua, & ad unctionem, & ad sigillum, & ad confessionem morientis, seu commorientis. Ceterum ante Baptisma, jejunet qui baptizatur: etenim [b] Dominus primum a Joanne baptizatus, & in deserto commoratus postea, jejunavit quadraginta diebus & quadraginta noctibus: baptizatus autem fuit ac jejunavit; non quod ipse opus haberet ablutione sordium, vel jejunio, vel purgatione, qui natura purus & sanctus est; sed partim ut Joanni veritatem attestaretur, partim ut nobis præscriptum ac exemplum præberet. Igitur Dominus non equidem baptizatus est in passionem suam, aut mortem, aut resurrectionem: nondum enim quidpiam horum acciderat: sed in aliam ordinationem. Quapropter ex potestate jejunat post Baptisma, ut Dominus Joannis: qui vero in mortem illius per Baptismum initiatur, debet prius jejunare, & tum baptizari. Æquum quippe non est, ut qui consepultus est & consurrexit, sub ipsam resurrectionem mœreat. Non enim homo constitutionis ad Servatorem pertinentis dominus est: quandoquidem Christus, Dominus est; homo vero, subjectus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ΄.

Ποίας νηστευτέον τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας, ἢ τίνας οὐ νηστευτέον· καὶ οὗ χάριν.

Αἱ δὲ νηστεῖαι ὑμῶν μὴ ἔστωσαν μετὰ τῶν ὑποκριτῶν· [4] νηστεύουσι γὰρ [5] δευτέρᾳ σαβ- D

CAPUT XXIII.

Quibus diebus hebdomadis jejunandum sit, & quibus non jejunandum; & cujus rei gratia.

JEjunia [c] vero vestra ne sint cum hypocritis: jejunant enim secunda & quinta Sabbatorum: vos

a Matth. XXVIII. 19. *b* Matth. III. & IV. *c* Matth. VI. 16.

1. Καί.] Καὶ τὸ in Vind. Cod. recte. Cler.

2. Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος, νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος.] Antiquissima consuetudo, a Justino Martyre & Tertulliano, indeque a pluribus memorata; qui ei ante Baptismum jejunio assignant diem vel triduum, unam vel duas hebdomadas, quadraginta aut plures dies; pro prudentia, videlicet, baptizantium ac fide baptizandorum, & secundum varios usus. Eo trahunt multijuga eruditione celebres viri versus Paschales Ausonii,

Sancta salutiferi redeunt sollemnia Christi,
Et devota pii celebrant jejunia mystæ.
At nos æternum cohibentes pectore cultum,
Intemeratorum vim continuamus honorum.

E in quibus per mystas intelligunt Catechumenos, & *nos* post particulam adversativam, inquiunt, *at*, exponunt de baptizatis. Quam vere hæc, aliorum esto judicium. Certe cum Paschale jejunium non solis conveniat Catechumenis, nec solis Sacerdotibus aut Clericis, sed ad cunctos fideles pertineat; cum mystæ appellari soleant tum qui initiantur, tum initiati, tum initiatores, hoc est, Catechumeni, Christiani, & Clerici; cumque *at* non semper opponat, interdum vero affirmet, explanet, copulet, continuet, idemque sit ac *verum*, *atque*, *atqui*; verisimile sit, quatuor allatos versus de fidelibus universis accipi debere, nullatenus de Catechumenis, nec de Clericis. Cot.

3. Καὶ γὰρ ὁ κύριος &c.] Omnino Tertullianum vide cap. ult. lib. de Baptismo. Id.

4. Νηστεύουσι γὰρ δευτέρᾳ σαββάτων καὶ πέμπτῃ.] Jejunare secunda & quinta Sabbati, secunda & quinta feria, seu die Lunæ ac die Jovis, jejunium est Pharisaicum atque Judaicum, de quo Rabbini sæpe: ex nostris Epiphanius Hæresi 16. quæ est Pharisæorum cap. 1. Theophylactus ad textum Luc. XVIII. 12. *Jejuno bis in Sabbato*; Nicetas in Matth. III. 7. Sed & Manichæos 2. feria in honorem Lunæ jejunasse constat testimonio Leonis PP. Serm. 4. de Quadragesima cap. 5. Paganos autem 5. feria celebrasse jejunium dicitur in vita Melchiadis. Hos ergo duos dies esuriales non habebant Christiani Catholici, præcipue postremum, quo Christus Dominus Eucharistiæ instituit sacramentum, atque in cælum ascendit. Unde a multis tempore Quadragesimæ feria quinta jejunium solvebatur; a multis servabatur jejunium perpetuum, exceptis quinta Sabbati & die Dominico. Id.

5. Δευτέρᾳ] Anast. Quæst. 64. δευτέραν, καὶ πέμπτην τῶν σαββάτων. Cetera confer, si lubet.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

βάτων καὶ πέμπτην · ὑμεῖς δὲ ἢ [1] τὰς πέντε νηστεύσατε ἡμέρας, ἢ τετράδα καὶ παρασκευήν · ὅτι τῇ μὲν τετράδι [2] ἡ κρίσις ἐξῆλθεν ἡ κατὰ τοῦ κυρίου, Ἰούδα χρήμασιν ἐπαγγειλαμένου τὴν προδοσίαν · τὴν δὲ παρασκευὴν, ὅτι ἔπαθεν ὁ κύριος ἐν αὐτῇ πάθος τὸ διὰ σταυροῦ, ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου, τὸ σάββατον μέν τοι καὶ τὴν κυριακὴν ἑορτάζετε, ὅτι τὸ μὲν, δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνημα · ἡ δὲ, ἀναστάσεως · ἓν δὲ μόνον σάββατον ὑμῖν φυλακτέον ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, [3] τὸ τῆς τοῦ κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ᾽ οὐχ ἑορτάζειν. ἐν ὅσῳ γὰρ ὁ δημιουργὸς ὑπὸ γῆν τυγχάνει, ἰσχυρότερον τὸ περὶ αὐτοῦ πένθος, τῆς κατὰ τὴν δημιουργίαν χαρᾶς · ὅτι ὁ δημιουργὸς τῶν ἑαυτοῦ δημιουργημάτων φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τιμιώτερος.

A vero aut quinque diebus jejunate, aut quarta feria & Parafceve: quoniam quarto quidem hebdomadis die, judicium Dominum condemnans prodiit, cum Judas pecunia proditionem effet pollicitus: Parafceve autem; quia eo die Dominus mortem crucis paffus eft, fub Pontio Pilato. Atqui Sabbatum & Dominicam, feftos dies habete; quia illud quidem, creationis recordatio eft; hæc vero, refurrectionis. Unum vero dumtaxat Sabbatum vobis obfervandum eft in toto anno; illud quo Dominus fepultus fuit; quo jejunare decuit, non autem feftum agere: quamdiu enim Creator fub terra degit, plus valet luctus de eo fufceptus; quam lætitia de creatione: quoniam Creator creaturis B fuis natura ac dignitate præftat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς προσευχομένους τὴν ὑπὸ τοῦ κυρίου δοθεῖσαν προσευχήν.

Ὅταν δὲ προσεύχησθε, μὴ γίνεσθε ὡς οἱ ὑποκριταί · ἀλλ᾽ ὡς ὁ κύριος ἡμῖν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διετάξατο, οὕτω προσεύχεσθε · Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου · ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου · γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς · τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον · καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν · καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ · ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. [4] Τρὶς τῆς ἡμέρας οὕτω προσεύχεσθε · προπαρασκευάζοντες ἑαυτοὺς ἀξίους τῆς υἱοθεσίας τοῦ πατρὸς, ἵνα μὴ ἀναξίως ὑμῶν αὐτὸν πατέρα καλούντων, ὀνειδισθῆτε ὑπ᾽ αὐτοῦ · ὡς καὶ ὁ Ἰσραὴλ ὅποτε πρωτότοκος υἱὸς ἤκουσεν, ὅτι [5] εἰ πατήρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου; δόξα γὰρ πατέρων, ὁσιότης παίδων, καὶ τιμὴ δεσποτῶν, οἰκετῶν φόβος. ὥσπερ οὖν τὸ ἐναντίον ἀδοξία καὶ ἀναρχία. Δι᾽ ὑμᾶς γάρ, φησι, τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι.

CAPUT XXIV.

Quales effe oporteat eos qui orant a Domino traditam orationem.

Cum [a] autem oraveritis, ne fitis quemadmodum hypocritæ: fed, ficut Dominus nobis in Evangelio præcepit, ita orate: *Pater nofter qui es in cœlis, fanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, ficut in cælo, & in terra: panem noftrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita noftra; ficut & nos di-* C *mittimus debitoribus noftris: & ne nos inducas in tentationem; fed libera nos a malo: quia tuum eft regnum, in fæcula. Amen.* Ter in die fic orate: & præparate vos, ut fitis digni adoptione Patris; ne fi eum indigne Patrem appelletis, probrum ab eo referatis; ficut & Ifrael, qui olim erat primogenitus filius, audivit: [b] *Si Pater ego fum, ubi eft honor meus? & fi Dominus fum, ubi eft timor meus?* Honor enim patrum eft, fanctitas filiorum; & honor herorum, famulorum metus: quemadmodum utique quod contrarium eft, defpectio & imperii abjectio cenfetur. [c] *Propter vos enim, inquit, nomen meum blafphematur in* D *gentibus.*

a Matth. VI. 5. 9-13. *b* Malach. I. 6. *c* Ifa. LII. 5.

1. Τὰς πέντε νηστεύσατε ἡμέρας.] Eleganter hanc πέντε ἡμερῶν νηστείαν appellat S. Bafilius πενθημέρους σπονδάς. *quinque dierum inducias*. Teftatur vero B. Auguftinus Epift. 86. ad Cafulanum, multos, præfertim Monachos, per totam vitam jejunaffe quinquies in hebdomade, ac femper, demto Sabbato & Dominica; quod & legere eft apud Caffianum lib. 3. de inftit. Cœnob. cap. 9. Poft hæc edita, cum incidiffem in locum apud Chryfoftomum Græcæ feu Savilianæ editionis tom. 5. p. 821. in eoque legerem l. 14. 15. πενθημέρους σπονδάς, ftatim arbitrabar imitationem effe Bafilianam. fed re examinata, vifoque Ms. illo Regio, qui numeratur 1010. comperi, initium illius Homiliæ 126. in venerandam Crucem, a p. 819. ufque ad nomen ἰδιώματα l. 16. 17. pag. 820. effe principium Orationis Jofephi Theffalonicenfis, quam edidit Gretferus tom. 2. Operis de Cruce: quod vero ἰδιώματα fequitur, πᾶσιν ὁμοίως ἐπιτρέπει &c. ufque ad νηφαλίῳ p. 821. l. 10. ad Bafilii Homiliam fecundam de jejunio pertinere, ubi habetur edit. Parif. ann. 1638. tom. 1. a p. 191. B. 7. 8. ad p. 292. D. 8. 9. & quod νηφαλίῳ excipit, τῶν τεμμάτων &c. ufque ad κολάζουσά σε p. 822. l. 43. effe pariter Bafilii Homiliæ 1. de jejunio p. 281. D. 11. &c. ufque ad p. 284. D. 4. reliquæ demum, τῷ ὤρειν &c. claudere Narrationem de facris imaginibus & fefto Orthodoxiæ, in Auctario Combefifiano T. 2. p. 742. E. 4. &c. Cot.

2. Ἡ κρίσις ἐξῆλθεν ἡ κατὰ τοῦ κυρίου.] Expone per illud lib. 5. cap. 14. ὥρισαν τῷ σταυρῷ ἀνελεῖν αὐτόν. Et per Anaftafium heic, ἡ κατὰ τοῦ κυρίου κρίσις ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐμελετήθη. quo etiam modo in Typico S. Sabæ. B. Auguftinus Epift. 86. *Quarta Sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, confilium reperiuntur ad occidendum Dominum feciffe Judæi.* τῇ μὲν κατὰ τοῦ λυτρωτοῦ τὸ παράνομον συνείχθη συνέδριον. Leo Auguftus Oratione in laudem S. Nicolai. Id.

3. Τὸ τῆς τοῦ κυρίου ταφῆς.] Ita expreſſerat Balfamon ad Canonem Trullanum 89. ὅτι τότε κατέκειτο ἐν τῷ τάφῳ τὸ τεθεωμένον σῶμα αὐτοῦ, (Χριστοῦ fcilicet) concordante in hanc lectionem fenfu cum exaratis manu Codicibus. Unde ejici debet e Theodoro edito inconcinnum plane illud, τεθεωμένον. Sequitur in Conftitutione; ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ᾽ οὐχ ἑορτάζειν, quod inepte & contra fidem E Mff. Regiorum adjecerunt loco Eufebii in Anaftafii Quæftione 65. p. 450. l. 6. 7. Id.

4. Τρὶς τῆς ἡμέρας.] In honorem fanctiffimæ Trinitatis: ut colligo ex Theodorito Epift. 145. & Ifidoro Originum lib. 6. cap. ult. Euthymium confule ad Pfalm. LIV. 18. *Dicendum illis*, fidelibus, *ut fingulis diebus, qui amplius non poteft, faltem duabus vicibus oret, mane, fcilicet, & vefpere, dicens Symbolum, vel Orationem Dominicam*, &c. Quæ verba Capitularis Theodulfi capitulo 23. ideo appofui, ut monerem capitulum illud & fequentia duo cum præcedentibus feptem, in Conciliorum Collectionibus fubjici Canonibus Trullanis, nec indicari cujus fint. Idem.

5. Ὅτι εἰ πατήρ] Anaft. Quæft. 1. ὅτι υἱὸς δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ φοβηθήσεται, καὶ εἰ, cet. Id.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κέ.

Εὐχαριστία μυστική.

Γίνεσθε δὲ πάντοτε εὐχάριστοι, ὡς πιστοὶ καὶ εὐγνώμονες δοῦλοι· περὶ μὲν τῆς εὐχαριστίας οὕτω λέγοντες· [1] εὐχαριστοῦμέν σοι, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ ζωῆς ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου· δι᾽ οὗ καὶ τὰ πάντα ἐποίησας, καὶ τῶν ὅλων προνοεῖς· ὃν καὶ ἀπέστειλας περὶ σωτηρίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ γενέσθαι ἄνθρωπον· ὃν καὶ συνεχώρησας παθεῖν καὶ ἀποθανεῖν, ὃν καὶ ἀναστήσας εὐδόκησας δοξάσαι, καὶ ἐκάθισας ἐκ δεξιῶν σου· δι᾽ οὗ καὶ ἐπηγγείλω ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν. σὺ δέσποτα παντοκράτορ Θεὲ αἰώνιε· ὥσπερ ἦν τοῦτο διεσκορπισμένον, καὶ συναχθὲν ἐγένετο εἷς ἄρτος, οὕτω συνάγαγέ σου τὴν ἐκκλησίαν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς [2] τὴν βασιλείαν. ἔτι εὐχαριστοῦμεν, πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ τιμίου αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐκχυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τοῦ τιμίου σώματος· οὗ καὶ ἀντίτυπα ταῦτα ἐπιτελοῦμεν, αὐτοῦ διαταξαμένου ἡμῖν καταγγέλλειν τὸν αὐτοῦ θάνατον· δι᾽ αὐτοῦ γάρ σοι καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν· μηδεὶς δὲ ἐσθιέτω ἐξ αὐτῶν, τῶν ἀμυήτων· ἀλλὰ μόνοι οἱ βεβαπτισμένοι εἰς τὸν τοῦ κυρίου θάνατον. εἰ δέ τις ἀμύητος κρύψας ἑαυτὸν μεταλάβῃ, κρίμα αἰώνιον φάγεται· ὅτι μὴ ὢν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, μετέλαβεν ὧν οὐ θέμις, εἰς τιμωρίαν ἑαυτοῦ. [3] εἰ δέ τις κατὰ ἄγνοιαν μεταλάβοι, τοῦτον τάχιον στοιχειώσαντες μυήσατε, ὅπως μὴ καταφρονητὴς ἐξέλθοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κϛ΄.

Εὐχαριστία ἐπὶ τῇ θείᾳ μεταλήψει.

Μετὰ δὲ τὴν μετάληψιν, οὕτως εὐχαριστήσατε· εὐχαριστοῦμέν σοι, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ Ἰησοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, οὗ κατεσκήνωσας ἐν ἡμῖν· καὶ ὑπὲρ τῆς γνώσεως, καὶ πίστεως, καὶ ἀγάπης, καὶ ἀθανασίας· ἧς ἔδωκας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου. σὺ δέσποτα παντοκράτορ, ὁ Θεὸς τῶν ὅλων, ἔκτισας τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, δι᾽ αὐτοῦ· καὶ νόμον κατεφύτευσας ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν· καὶ τὰ πρὸς μετάληψιν προευτρέπισας ἀνθρώποις· ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν, Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, τῶν πιστῶν δούλων σου. ὁ δυνατὸς Θεὸς, ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, καὶ ἀψευδὴς ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις· ὁ ἀποστείλας ἐπὶ γῆς Ἰησοῦν τὸν Χριστόν σου, ἀνθρώποις συναναστραφῆναι ὡς ἄνθρωπον, Θεὸν ὄντα λόγον καὶ ἄνθρωπον, καὶ τὴν πλάνην πρόρριζον ἀνελεῖν. αὐτὸς καὶ νῦν δι᾽ αὐτοῦ μνήσθητι τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας ταύτης, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου· καὶ ῥῦσαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ· καὶ τελείωσον αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου, καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου· καὶ συνάγαγε πάντας ἡμᾶς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας· [4] αὕτη μαρὰν ἀθά. ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυ-

CAPUT XXV.

Gratiarum actio sacramentalis.

Estote autem semper ad gratias agendas intenti, ut fideles & grati servi: & de Eucharistia quidem ita dicite; Gratias agimus tibi, Pater noster, pro vita quam manifestasti nobis per Jesum Filium tuum; per quem tum omnia creasti, tum universis provides; quem & misisti, ut ad salutem nostram homo fieret; quem etiam permisisti pati & mori; quem & resuscitans glorificare voluisti, & sedere fecisti ad dexteram tuam: per quem & promisisti nobis resurrectionem mortuorum. Tu Domine omnipotens, Deus æterne: quemadmodum hoc erat dispersum, & cum fuit congregatum, factus est unus panis; ita congrega Ecclesiam tuam a finibus terræ in Regnum. Adhuc gratias agimus, Pater noster, pro pretioso sanguine Jesu Christi effuso nostra caussa; & pro pretioso corpore, cujus & hæc Antitypa celebramus, cum ipse nobis constituerit, [a] mortem illius annuntiare: per ipsum enim tibi gloria, in sæcula. Amen. Nullus porro ex iis qui initiati seu baptizati non sunt, ex eis comedat; sed soli ii qui baptizati fuerunt in Domini mortem. Si quis vero non initiatus, celaverit se ipsum, & sic communicaverit: [b] judicium æternum manducabit; quod non addictus fidei in Christum, quæ fas non erat sumsit, in supplicium suum. Si quis autem per ignorantiam participaverit; hunc cito instruite, ac Baptismo initiate, ne contemtor exeat.

CAPUT XXVI.

Gratiarum actio, super divina communione.

Post communionem vero, sic gratias agite; Gratias agimus tibi, Deus & Pater Jesu Salvatoris nostri, pro sancto nomine tuo, quod habitare fecisti in nobis; & pro cognitione, fide, caritate & immortalitate, quæ dedisti nobis per Jesum filium tuum. Tu, Domine omnipotens, Deus universorum, creasti mundum & quæ sunt in eo, per ipsum; & legem insevisti in animabus nostris; & victui accommoda præparasti hominibus. Deus sanctorum & inculpatorum patrum nostrorum, Abrahami, Isaaci & Jacobi, fidelium servorum tuorum. Deus potens, fidelis & verax, & in promissis non mendax; qui misisti in terram Jesum Christum tuum, ut cum hominibus conversaretur tamquam homo, cum sit & Deus Verbum, & homo, utque errorem radicitus evelleret. Ipse & nunc per eum memento hujusce sanctæ Ecclesiæ tuæ, quam acquisiisti pretioso sanguine Christi tui; atque eam ab omni malo libera; & perfice illam in caritate tua, & veritate tua; nosque omnes congrega in regnum tuum, quod præparasti: [c] hoc Maranatha. [d] Hosanna filio Davidis. Benedictus qui venit in nomine Domini:

a 1. Cor. xi. 26. *b* 1. Cor. xi. 29. *c* 1. Cor. xvi. 22. *d* Matth. xxi. 9. Marc. xi. 10.


1. Εὐχαριστοῦμεν &c.] Confer sodes cum libro Athanasiano de virginitate p. 1051. piget enim transscribere. Cot.

2. Τὴν.] Melius σὴν in Ms. Vind. *in regnum suum*. *Regnum Dei* aut *cælorum* non solet simpliciter βασιλεία dici. Vide infra cap. xxvi. sub finem. Cler.

3. Εἰ δέ τις κατὰ ἄγνοιαν μεταλάβοι.] In Responsis Canonicis Timothei Alexandrini ad Interrogationes ipsi per Episcopos & Clericos propositas cap. 1. apud Balsamonem p. 1059. ad interrogationem Quid agendum sit, si puer Catechumenus, aut homo adultus, dum oblatio fieret, opportune adfuerit, ejusque nescius factus sit particeps, respondetur baptizandum eum esse, ut pote a Deo vocatum. Sed cum ratione Constitutoris, *ne contemtor exeat*, congruit Canon 57. Synodi Toletanæ 4. quo decernitur ut Judæi qui per vim baptizati fuerant, aliisque Sacramentis donati, Christianam religionem retinere cogantur, *ne nomen divinum blasphemetur, & fides quam susceperunt, vilis ac contemtibilis habeatur*. Cot.

4. Αὕτη μαρὰν ἀθά.] Hoc est, *Regnum Dei*, *Dominus noster venit*, aut si vis, *veniet*, vel *veniat*. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



A ρίου· Θεὸς κύριος ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν ἐν σαρκί. εἴ τις ἅγιος, προσερχέσθω· εἰ δέ τις οὐκ ἔστι, γινέσθω διὰ μετανοίας. ἐπιτρέπετε δὲ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ὑμῶν, εὐχαριστεῖν.

A Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne. Si quis sanctus est, accedat: si quis vero talis non est, fiat per pœnitentiam. Committite autem & Presbyteris vestris, ut gratias agant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ΄.

Εὐχαριστία περὶ τοῦ μυστικοῦ μύρου.

CAPUT XXVII.

Gratiarum actio pro mystico & sacramentali unguento.

ΠΕρὶ δὲ τοῦ μύρου οὕτως εὐχαριστήσατε· εὐχαριστοῦμέν σοι, Θεὲ δημιουργὲ τῶν ὅλων, καὶ ὑπὲρ τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου· καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀθανάτου αἰῶνος, οὗ ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ παιδός σου. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα, καὶ ἡ δύναμις, B εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. Ὃς ἐὰν ἐλθὼν οὕτως εὐχαριστῇ, προσδέξασθαι αὐτὸν ὡς Χριστοῦ μαθητήν· ἐὰν δὲ ἄλλην διδαχὴν κηρύσσῃ, παρ' ἣν ὑμῖν παρέδωκεν ὁ Χριστὸς δι' ἡμῶν, τῷ τοιούτῳ μὴ συγχωρεῖτε εὐχαριστεῖν· ὑβρίζει γὰρ ὁ τοιοῦτος τὸν Θεόν, ἤπερ δοξάζει.

PRO unguento autem, hunc in modum gratias agite: Gratias agimus tibi, Deus creator omnium, etiam pro fragrantia unguenti; & pro immortali sæculo, quod notificasti nobis per Jesum B filium tuum. Quoniam ad te pertinet gloria & potestas, in sæcula. Amen. Qui accedens, hoc modo gratias egerit, recipite illum ut discipulum Christi: sin vero aliam doctrinam prædicet, præter eam quam vobis per nos Christus tradidit; huic ne permittatis gratias agere: is enim contumelia afficit Deum, potius quam honorat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κη΄.

Ὅτι οὐ χρὴ ἀδιαφορεῖν περὶ τὴν κοινωνίαν.

CAPUT XXVIII.

Quod non oporteat indifferenter ad communionem admittere.

ΠΑς δὲ ὁ ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, δοκιμασθεὶς, οὕτω δεχέσθω· σύνεσιν γὰρ ἔχετε, καὶ δύνασθε C γνῶναι δεξιὰν, ἢ ἀριστερὰν, καὶ διακρίναι ψευδοδιδασκάλους διδασκάλων. ἐλθόντι μέντοι τῷ διδασκάλῳ, ἐκ ψυχῆς ἐπιχορηγήσατε τὰ δέοντα· τῷ δὲ ψευδοδιδασκάλῳ δώσετε μὲν τὰ πρὸς χρείαν, οὐ παραδέξεσθε δὲ αὐτοῦ τὴν πλάνην· οὔτε μὴν συμπροσεύξησθε αὐτῷ, ἵνα μὴ συμμιανθῆτε αὐτῷ· πᾶς προφήτης ἀληθινὸς, ἢ διδάσκαλος, ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἄξιός ἐστι τῆς τροφῆς, ὡς ἐργάτης λόγου δικαιοσύνης.

QUicumque vero ad vos venit, probetur, & C sic admittatur: [a] intelligentiam enim habetis, & potestis agnoscere dexteram vel sinistram, atque discernere falsos doctores a doctoribus. Venienti equidem doctori, ex animo suppeditate necessaria: falso autem doctori tribuetis quidem quæ opus sunt; at non recipietis errorem illius: neque etiam una cum eo oretis, ne ejus societate inquinemini. Omnis propheta verus, vel magister, qui venit ad vos, dignus est cibo, ut operarius sermonis justitiæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κθ΄.

Περὶ καρποφοριῶν διάταξις.

CAPUT XXIX.

De oblationibus Constitutio.

D ΠΑσαν ἀπαρχὴν γεννημάτων ληνοῦ, ἅλωνος, βοῶν τε καὶ προβάτων, δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν ἵνα εὐλογηθῶσιν αἱ ἀποθῆκαι τῶν ταμείων σου, καὶ τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς σου, καὶ στηριχθῇς σίτῳ καὶ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, καὶ αὐξηθῇ τὰ βουκόλια τῶν βοῶν σου, καὶ τὰ ποίμνια τῶν προβάτων σου. πᾶσαν δεκάτην δώσεις τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ, τῷ πτωχῷ καὶ τῷ προσηλύτῳ· πᾶσαν ἀπαρχὴν ἄρτων θερμῶν, κεραμίου οἴνου, ἢ ἐλαίου, ἢ μέλιτος, ἢ ἀκροδρύων, σταφυλῆς, ἢ τῶν ἄλλων τὴν ἀπαρχὴν δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν· ἀργυρίου δὲ καὶ ἱματισμοῦ, καὶ παντὸς κτήματος, τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ.

D OMnes [b] primitias provenientes e torculari, area, & bobus atque ovibus, sacerdotibus dabis; ut benedicantur reposita in cellariis tuis, & fructus terræ tuæ; utque innitaris frumento, vino & oleo; augeanturque armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum. Omnem decimam dabis pupillo ac viduæ, pauperi & advenæ: omnes primitias panum calidorum, vini e dolio, aut olei, aut mellis, aut fructuum, uvæ, aut aliorum primitias dabis sacerdotibus; argenti vero & vestimenti, omnisque possessionis, orphano ac viduæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ΄.

E Ὅπως χρὴ τὴν ἀναστάσιμον τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραν, συναθροιζομένους, ἑορτάζειν.

CAPUT XXX.

Quo modo oporteat diem Dominicum, nostri Salvatoris resurrectioni dicatum, congregatos, celebrare.

THν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμέραν, τὴν κυριακήν φαμεν, συνέρχεσθε ἀδιαλείπτως, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ ἐξομολογούμενοι ἐφ' οἷς εὐηργέτησεν ὑμᾶς ὁ Θεὸς διὰ Χριστοῦ, ῥυσάμενος ἀγνοίας, πλάνης, δεσμῶν· ὅπως ἄμεμπτος ᾖ ἡ θυσία ὑμῶν, καὶ εὐανάφορος Θεῷ, τῷ εἰπόντι περὶ τῆς οἰκουμενικῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας, ὅτι ἐν παντὶ τόπῳ μοι προσενεχθήσεται θυμίαμα, καὶ θυσία καθαρά· ὅτι βασιλεὺς

DIE resurrectionis Domini, hoc est, Dominica, convenite assidue, gratias agentes Deo, & confitentes de beneficiis quæ in vos contulit Deus per Christum, liberando ignorantia, errore, vinculis; ut sacrificium vestrum sit irreprehensum, & Deo acceptum, qui de Ecclesia sua œcumenica, seu per totum orbem diffusa dixit: [c] *In omni loco mibi offeretur incensum, & sacrificium mundum: quia*

a Jon. IV. 11. b Num. XVIII. c Malach. I. 11. 14.

μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι.

A *rex magnus ego sum; dicit Dominus omnipotens; & nomen meum admirabile in gentibus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λα΄.

Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς χειροτονουμένους.

Προχειρίσασθε δὲ ἐπισκόπους ἀξίους τοῦ κυρίου, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, ἄνδρας [1] εὐσεβεῖς, δικαίους, πραεῖς, ἀφιλαργύρους, φιλαλήθεις, δεδοκιμασμένους, ὁσίους, ἀπροσωπολήπτους, δυναμένους διδάσκειν τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, ὀρθοτομοῦντας ἐν τοῖς τοῦ κυρίου δόγμασιν. ὑμεῖς δὲ τιμᾶτε τούτους ὡς πατέρας, ὡς κυρίους, ὡς εὐεργέτας, ὡς τοῦ εὖ εἶναι αἰτίους. ἐλέγχετε δὲ ἀλλήλους, μὴ ἐν ὀργῇ, ἀλλ᾽ ἐν μακροθυμίᾳ, μετὰ χρηστότητος καὶ εἰρήνης. πάντα τὰ προστεταγμένα ὑμῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου φυλάξατε. γρηγορεῖτε ὑπὲρ τῆς ζωῆς ὑμῶν. Ἔστωσαν αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι· καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἥξει, ἑσπέρας ἢ πρωῒ, ἀλεκτοροφωνίας ἢ μεσονυκτίου· ᾗ γὰρ ὥρᾳ οὐ προσδοκῶσιν, ἐλεύσεται ὁ κύριος· καὶ ἐὰν αὐτῷ ἀνοίξωσι· μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, ὅτι εὑρέθησαν γρηγοροῦντες· ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς. νήφετε οὖν, καὶ προσεύχεσθε μὴ ὑπνῶσαι εἰς θάνατον· οὐ γὰρ ὀνήσει ὑμᾶς τὰ πρότερα κατορθώματα, ἐὰν εἰς τὰ ἔσχατα ὑμῶν ἀποπλανηθῆτε τῆς πίστεως τῆς ἀληθοῦς.

CAPUT XXXI.

Quales esse oporteat eos qui ordinantur.

Eligite autem Episcopos dignos Domino, & Presbyteros, ac Diaconos, viros pios, justos, mites, non avaros, amantes veritatis, probatos, sanctos, non acceptores personarum, qui valeant docere sermonem pietatis, [a] qui recte secent ac tractent dogmata Domini. Vos vero hos honorate, ut patres, ut dominos, ut beneficos, ut auctores B quod bene estis. Arguite etiam vos mutuo, non in ira, sed in æquanimitate, cum benignitate ac pace. Omnia vobis a Domino præcepta servate. Vigilate pro vita vestra. [b] *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes; & vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando veniet, vespere an mane, galli cantu an media nocte: qua enim hora non exspectant, veniet Dominus: & ei si aperuerint; beati servi illi, quia inventi sunt vigilantes: quoniam præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Vigilate igitur, & orate ne dormiatis in mortem: non enim juvabunt vos priora recte facta, si in extremis vestris a fide vera aberraveritis.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λβ΄.

Πρόῤῥησις περὶ τῶν μελλόντων.

Ἐν γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδοπροφῆται, καὶ οἱ φθορεῖς τοῦ λόγου· καὶ στραφήσονται πρόβατα εἰς λύκους καὶ ἡ ἀγάπη εἰς μῖσος· πληθυνθείσης γὰρ τῆς ἀνομίας, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν· μισήσουσι γὰρ ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι, καὶ διώξουσι, καὶ προδώσουσι. καὶ τότε φανήσεται ὁ κοσμοπλάνος, ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς, ὁ τοῦ ψεύδους προστάτης· ὃν ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, ὁ διὰ χειλέων ἀναιρῶν ἀσεβῆ. καὶ πολλοὶ σκανδαλισθήσονται ἐπ᾽ αὐτῷ· οἱ δὲ ὑπομείναντες εἰς τέλος, οὗτοι σωθήσονται. καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· εἶτα φωνὴ σάλπιγγος ἔσται δι᾽ ἀρχαγγέλου· καὶ μεταξὺ ἀναβίωσις τῶν κεκοιμημένων· καὶ τότε ἥξει ὁ κύριος, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ᾽ αὐτοῦ, ἐν συσσεισμῷ, ἐπάνω τῶν νεφελῶν, μετ᾽ ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, ἐπὶ θρόνου βασιλείας, κατακρῖναι τὸν κοσμοπλάνον διάβολον, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ πρᾶξιν αὐτοῦ. τότε ἀπελεύσονται οἱ μὲν πονηροὶ, εἰς αἰώνιον κόλασιν· οἱ δὲ δίκαιοι πορεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον, κληρονομοῦντες ἐκεῖνα ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ χαρήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. τοσούτων δὲ ἠξιωμένοι τῶν παρ᾽ αὐτοῦ ἀγαθῶν, γενώμεθα αὐτοῦ ἱκέται, ἐπικαλούμενοι αὐτὸν διὰ συνεχοῦς δεήσεως, καὶ λέγοντες·


CAPUT XXXII.

Denuntiatio de futuris.

In ultimis enim diebus [c] multiplicabuntur falsi Prophetæ, & corruptores sermonis; & convertentur oves in lupos, & caritas in odium: nam multiplicata iniquitate, refrigescet caritas multorum: scilicet, homines odio se invicem habebunt, & persequentur, & prodent. Ac [d] tunc apparebit orbis deceptor, inimicus veritatis, propugnator mendacii; quem [e] spiritu oris sui interficiet Jesus, qui per labia interimet impium. [f] Et multi in eo D scandalum patientur: qui autem perseveraverint usque in finem, hi salvi erunt. Tuncque apparebit signum filii hominis in cælo. Deinde [g] vox tubæ erit per Archangelum: & interea reviviscent qui obierunt: & tunc veniet Dominus, ac omnes sancti cum eo, in terræ motu, super nubes, cum Angelis virtutis suæ, in solio regni, ad condemnandum orbis deceptorem diabolum, & [h] ad reddendum unicuique pro operibus. Tunc abibunt: [i] mali quidem, in æternum supplicium; justi autem ibunt in vitam æternam, hereditatem adeuntes eorum [k] *quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum*: & gaudebunt in regno Dei, quod est in Christo Jesu. E Porro tot tantisque ejus bonis dignati, supplices ei efficiamur, invocantes illum assidua deprecatione, ac dicentes:

a I. Tim. II. 15. *b* Luc. XII. 35. Marc. XIII. 35. *c* Matth. XXIV. *d* II. Thess. II. *e* Isa. XI, 4. *f* Matth. XXIV. *g* 1. Thess. IV. 16. *h* Matth. XVI. 27. *i* Matth. XXV. 46. *k* I. Cor. II, 9.

1. Εὐσεβεῖς] Al. εὐλαβεῖς. Cot. — Sic & Cod. Vind. Cler.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λγ'.

Προσευχὴ ἐξαγγελτικὴ προνοίας διαφόρου.

Αἰώνιε σῶτερ ἡμῶν, ὁ βασιλεὺς τῶν θεῶν· ὁ ὢν μόνος παντοκράτωρ καὶ κύριος· ὁ Θεὸς πάντων τῶν ὄντων, καὶ Θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν καὶ τῶν πρὸ ἡμῶν· ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· ὁ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, ὁ μακρόθυμος καὶ πολυέλεος· ᾧ πᾶσα γυμνοφανὴς βλέπεται καρδία, καὶ πᾶν κρύφιον ἐνθύμημα ἀποκαλύπτεται· πρὸς σὲ βοῶσι ψυχαὶ δικαίων· ἐπὶ σοὶ πεποίθασιν ἐλπίδες ὁσίων. ὁ τῶν ἀμέμπτων πατὴρ, ὁ τῶν μετ' εὐθύτητος ἐπικαλουμένων σε ἐπήκοος, ὁ καὶ σιωπωμένας ἐπιστάμενος ἐντεύξεις· χωρεῖ γὰρ μέχρι σπλάγχνων ἀνθρωπίνων ἡ σὴ πρόνοια, καὶ διὰ συνειδήσεως ἐρευνᾷς ἑκάστου τὴν γνώμην, καὶ κατὰ πᾶν κλίμα τῆς οἰκουμένης τὸ διὰ προσευχῆς καὶ λόγων ἀναπέμπεταί σοι θυμίαμα· ὁ τὸν παρόντα αἰῶνα, στάδιον δικαιοσύνης ἐνστησάμενος· πᾶσι δὲ ἀνοίξας πύλην ἐλεημοσύνης· ὑποδείξας δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τῆς ἐμφύτου γνώσεως καὶ φυσικῆς κρίσεως, καὶ ἐκ τῆς τοῦ νόμου ὑποφωνήσεως, ὡς πλούτου μὲν οὐκ ἀΐδιον τὸ κτῆμα, εὐπρεπείας οὐκ ἀέναον τὸ κάλλος· δυνάμεως εὐδιάλυτος ἡ ἰσχύς· καὶ ἀτμὸς μὲν καὶ ματαιότης τὰ σύνολα, μόνη δὲ συνείδησις πίστεως [1] ἀνύπουλος διαβαίνει, διὰ μέσον οὐρανῶν μετ' ἀληθείας ἀνερχομένη, τῆς μελλούσης τροφῆς δεξιὰν ἀπολαμβάνει· ἅμα καὶ πρὸ τοῦ παραστῆναι ὑπόσχεσιν τῆς παλιγγενεσίας, αὐτὴ ἡ ψυχὴ τῇ ἐλπίδι γαυρουμένη εὐφραίνεται. ἐξ [2] ὑπαρχῆς γὰρ, τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀβραὰμ μεταποιουμένου τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, ὁραματισμῷ ὡδήγησας, διδάξας ὅ τί ποτέ ἐστιν ὁ αἰὼν οὗτος· καὶ τῆς μὲν πίστεως αὐτοῦ προώδευσεν ἡ γνῶσις, τῆς δὲ γνώσεως ἀκόλουθος γέγονεν ἡ πίστις, τῆς δὲ πίστεως ἦν ἐπακολούθημα ἡ συνθήκη· εἶπας γάρ· Ποιήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τοὺς ἀστέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν Ἰσαὰκ αὐτῷ δωρησάμενος, καὶ ὅμοιον αὐτὸν εἰδὼς ἐκείνου τῷ τρόπῳ, καὶ αὐτοῦ ἐπεκλήθης Θεὸς, εἰπών· Ἔσομαί σου Θεὸς, καὶ τοῦ σπέρματός σου μετὰ σέ. Καὶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ ἐπὶ Μεσοποταμίαν στελλομένου, δείξας τὸν Χριστὸν, δι' αὐτοῦ ἐλάλησας, εἰπών· Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ αὐξανῶ σε, καὶ πληθυνῶ σε σφόδρα. Καὶ οὕτως εἶπας πρὸς Μωυσῆν τὸν πιστὸν καὶ ἅγιόν σου θεράποντα, ἐπὶ τῆς ὀπτασίας τῆς βάτου· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· τοῦτό μοι ὄνομά ἐστιν αἰώνιον, καὶ μνημόσυνον γενεαῖς γενεῶν. Ὑπέρμαχε γένους Ἀβραὰμ, εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

CAPUT XXXIII.

Oratio prædicans variam providentiam.

A Æterne Salvator noster, [a] rex deorum; qui solus es omnipotens ac Dominus; Deus omnium rerum, & [b] Deus sanctorum ac inculpatorum patrum nostrorum ac majorum; Deus Abrahami, & Isaaci, & Jacobi; misericors & miserator, longanimis & multæ misericordiæ; cui omne cor patet nudum, & omnis occulta cogitatio apparet: ad te clamant animæ justorum; in te spes sanctorum nituntur. Pater irreprehensorum, te recte invocantium auditor, qui etiam tacitas appellationes intelligis: pertingit enim usque ad humana viscera providentia tua, & per conscientiam scrutaris uniuscujusque voluntatem. Atque per omnem regionem orbis mittitur tibi thymiama preca- B tionis ac sermonum. Qui sæculum præsens, stadium [c] justitiæ instituisti; omnibus autem aperuisti januam misericordiæ; singulis vero hominibus, per insitam cognitionem ac naturale judicium, & ex legis instigatione, ostendisti quod divitiarum non est perpetua possessio, venustatis non perenne decus; quod virium facile dissolvitur firmitudo; quodque cuncta quidem [d] sunt vapor ac vanitas, sola vero conscientia fidei non subdolæ evadit, per medios cælos [e] cum veritate ascendens, futurarum deliciarum dexteram prehendit; simul & antequam promissum iteratæ per resurrectionem nativitatis præstetur, ipsa anima spe exsultans lætatur. [f] Ab initio enim, progenitore nostro Abrahamo viam C veritatis capessente, eum apparendo duxisti, docens quidnam esset hoc sæculum: & illius quidem fidei præivit cognitio, cognitioni autem consequens fuit fides, fidei vero consequentia exstitit pactum: dixisti enim: [g] *Faciam semen tuum sicut stellas cæli; & sicut arenam quæ est in litore maris*. Sed & Isaacum illi donans, sciensque eum illi moribus similem, ejus quoque Deus appellatus es, dicens: [h] *Ero Deus tuus, & seminis tui post te*. Atqui cum pater noster Jacobus in Mesopotamiam iret, per Christum quem ei ostendisti, locutus es, dicens: [i] *Ecce ego sum tecum; & augebo te, & multiplicabo te valde*. Et Moysi fideli ac sancto famulo tuo sic dixisti, D in rubi viso: [k] *Ego sum qui sum. Hoc mihi nomen est æternum, & memoriale generationibus generationum*. Propugnator generis Abrahami, benedictus es in sæcula.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λδ'.

Προσευχὴ ἐξαγγελτικὴ δημιουργίας διαφόρου.

Εὐλογητὸς εἶ, κύριε βασιλεῦ τῶν αἰώνων· ὁ διὰ Χριστοῦ ποιήσας τὰ ὅλα, καὶ δι' αὐτοῦ ἐν ἀρχῇ κοσμήσας τὰ ἀκατασκεύαστα· ὁ διαχωρίσας ὕδατα ὑδάτων στερεώματι, καὶ πνεῦμα ζωτικὸν τούτοις ἐμβαλών· ὁ γῆν ἑδράσας, καὶ οὐρανὸν ἐκτείνας, καὶ τὴν ἑκάστου τῶν κτισμάτων ἀκριβῆ διάταξιν κοσμήσας· σῇ γὰρ [3] δυνάμει, δέσποτα, κόσμος πεφαίδρυνται· οὐρανὸς δὲ ὡς καμάρα πεπηγμένος, ἠγλάϊσται ἄστροις, ἕνεκεν παραμυθίας τοῦ σκότους· φῶς δὲ καὶ ἥλιος εἰς ἡμέρας καὶ καρπῶν γο-

CAPUT XXXIV.

Oratio prædicans variam creationem.

Benedictus es, Domine, rex sæculorum; qui per Christum fecisti universa, & [l] per eum in principio ornasti informia; qui aquas ab aquis firmamento separasti, & his spiritum vitalem indidisti; qui terram stabilisti, & cælum extendisti, & singulas creaturas exacta dispositione ornasti. Tua enim E potentia, Domine, mundus in hunc nitorem constitutus est: [m] cælum vero instar cameræ compactum, astris illustratum est, ad solatium in tenebris; lumen autem & sol propter dies & fructuum

a Esth. XIV. 12. *b* Exod. III. 6. *c* 1. Cor. IX. 24. *d* Eccle. I. 2. Jac. IV. 14. *e* Psal. XV. 10. *f* Gen. XII. *g* Gen. XIII. 16. & XXII. 17. *h* Gen. XXVI. & XVII. 7. *i* Gen. XXVIII. 15. & XLVIII. 4. *k* Exod. III. 14. 15. *l* Gen. I. *m* IV. Esd. XVI. 60.

1. Ἀνύπουλος] Al. ἀνυπόλου. Et mox forte τρυφῆς. COT.
2. Ὑπαρχῆς] Al. ὑπαρχούσης. ID.
3. Δυνάμει] Al. ἐνθυμήσει. ID. — Sic & cod. Vindob. CLER.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



νὰς γεγέννηνται· σελήνη δὲ εἰς καιρῶν τροπὴν, αὔξουσα καὶ μειουμένη· καὶ νὺξ ὠνομάζετο, καὶ ἡμέρα προσηγορεύετο, στερέωμα δὲ διὰ μέσου τῶν ἀβύσσων ἐδείκνυτο· καὶ εἶπας συναχθῆναι τὰ ὕδατα, καὶ ὀφθῆναι τὴν ξηράν. αὐτὴν δὲ τὴν θάλασσαν πῶς ἄν τις ἐκφράσειεν; ἥτις ἔρχεται μὲν ἀπὸ πελάγους μαινομένη· παλινδρομεῖ δὲ, ἀπὸ ψάμμου τῇ σῇ προσταγῇ κωλυομένη· εἶπες γὰρ, ἐν αὐτῇ συντριβήσεσθαι αὐτῆς τὰ κύματα· ζώοις δὲ μικροῖς καὶ μεγάλοις, καὶ πλοίοις πορευτὴν αὐτὴν ἐποίησας. εἶτ' ἐχλοαίνετο γῆ, παντοίοις ἄνθεσι καταγραφομένη, καὶ ποικιλίᾳ δένδρων διαφόρων· παμφαεῖς τε φωστῆρες τούτων τιθηνοὶ, ἀπαράβατον σώζοντες τὸν δολιχὸν, καὶ κατ' οὐδὲν παραλλάσσοντες τῆς σῆς προσταγῆς· ἀλλ' ὅπη ἂν κελεύσῃς, ταύτῃ ἀνίσχουσι καὶ δύουσιν, εἰς σημεῖα καιρῶν καὶ ἐνιαυτῶν, ἀμειβόμενοι τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπηρεσίαν. ἔπειτα διαφόρων ζώων κατεσκευάζετο γένη, χερσαίων, ἐνύδρων, ἀεροπόρων, ἀμφιβίων· καὶ τῆς σῆς προνοίας ἡ ἔντεχνος σοφία τὴν κατάλληλον ἑκάστῳ πρόνοιαν δωρεῖται· ὥσπερ γὰρ διάφορα γένη οὐκ ἠτόνησε παραγαγεῖν, οὕτως οὐδὲ διάφορον πρόνοιαν ἑκάστου ποιήσασθαι κατωλιγώρησε. καὶ τέλος τῆς δημιουργίας, τὸ λογικὸν ζῶον, τὸν κοσμοπολίτην, τῇ σῇ σοφίᾳ διαταξάμενος, κατεσκεύασας, εἰπών· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα, καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, [1] κόσμου κόσμον αὐτὸν ἀναδείξας· ἐκ μὲν τῶν τεσσάρων στοιχείων, πρώτων σωμάτων, διαπλάσας αὐτῷ σῶμα, κατασκευάσας δ' αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, αἴσθησιν δ' αὐτῷ πένταθλον χαρισάμενος, καὶ νοῦν τὸν τῆς ψυχῆς ἡνίοχον [2] ταῖς αἰσθήσεσιν ἐπιστήσας, καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, δέσποτα κύριε, τίς ἐπαξίως διηγήσεται νεφῶν ὀμβροτόκων φορὰν, ἀστραπῆς ἔκλαμψιν, βροντῶν πάταγον, εἰς τροφῆς καταλλήλου χορηγίαν, καὶ κράσιν ἀέρων παναρμόνιον. παρακούσαντα δὲ τὸν ἄνθρωπον, ἐμμίσθου ζωῆς ἐστέρησας· οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀφανίσας, ἀλλὰ χρόνῳ πρὸς ὀλίγον κοιμίσας, ὅρκῳ εἰς παλιγγενεσίαν ἐκάλεσας. ὅρον θανάτου ἔλυσας, ὁ ζωοποιὸς τῶν νεκρῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λέ.

Προσευχὴ μετὰ εὐχαριστίας ἐξαγγέλλουσα τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ τὰ ὄντα κηδεμονίαν.

ΜΕγας εἶ, κύριε παντοκράτορ, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχύς σου, καὶ τῆς συνέσεώς σου οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κτίστα, σωτὴρ, πλούσιε ἐν χάρισι, μακρόθυμε, καὶ ἐλέους χορηγέ· ὁ μὴ ἀφιστῶν τῶν σῶν κτισμάτων τὴν σωτηρίαν· φύσει γὰρ ἀγαθὸς ὑπάρχεις· φείδῃ δὲ ἁμαρτανόντων, εἰς μετάνοιαν προσκαλούμενος· οἰκτιρμῶν γάρ σου ἡ νουθέτησις. πῶς γὰρ ἂν [3] ὑπέστημεν, ἐπειγομένην ἀπαιτούμενοι κρίσιν, ὁπότε μακροθυμούμενοι, μόλις ἀνανεύομεν τῆς ἀσθενείας; σοῦ τὸ κράτος ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ γῆ κραδαινομένη, τὴν ἀσφάλειαν ἐπ' οὐδενὸς κρεμαμένη. θάλασσα κυμαινομένη, καὶ μυρίαν βόσκουσα ζώων ἀγέλην, πεπέδηται ἄμμῳ, τὴν σὴν βούλησιν πεφρικυῖα· καὶ πάντας ἀναγκάζει βοᾷν· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου. Καὶ στρατὸς ἀγγέλων φλεγόμενος, καὶ πνεύματα νοερὰ, λέγουσιν· εἷς ἅγιος τῷ Φελμονεί· καὶ Σε-

A generationes prodierunt; at luna, in converſionem temporum, dum creſcit ac decreſcit: & nox vocabatur, & dies appellabatur, firmamentum vero in medio abyſſorum patebat. Et dixiſti, ut congregarentur aquæ, & appareret arida. Ipſum autem mare quo modo quis enarraret? quod quidem venit a pelago furens; recurrit autem, ab arena juſſu tuo prohibitum; dixiſti enim, [a] quod in ipſa confringentur fluctus ejus: animalibus vero parvis & magnis, item navigiis illud feciſti pervium. Poſtea germinabat terra, omnigenis floribus, ac varietate arborum multiplicium depicta: & cunctis lucentia luminaria horum nutritii, eumdem ſemper curſum tenent, nec ullatenus a tuo mandato variant; ſed quacumque B juſſeris, ibi oriuntur ac occidunt, in ſigna temporum atque annorum, & hominum miniſterium alternant. Deinde animalium diverſorum conficiebantur genera, terreſtrium, aquatilium, volucrum, amphibiorum: tuæque providentiæ artificioſa ſapientia idoneam unicuique proviſionem largitur: ſicut enim ad varia genera producenda non fuit invalida; ſic neque diverſam uniuſcujuſque curam ſuſcipere neglexit. Atque ad extremum creationis, mandans tuæ Sapientiæ, condidiſti rationale animal, mundi civem, dicens: [b] *Faciamus hominem ad imaginem, & ad ſimilitudinem noſtram*; mundi mundum, ſeu ornamenti ornatum, conſtituens illum; ex quatuor quidem elementis, primis corporibus, formando cor- C pus illius, creando autem ei animam ex nihilo; & donando ei quinquertium ſenſuum; mentemque aurigam animæ, præficiendo ſenſibus. Jam ad hæc omnia, dominator Domine, quis condigne explicabit nubium imbribus feracium motum, fulguris ſplendorem, tonitruum fragorem; ad convenientis alimenti ſuppeditationem, & ad aeris temperationem maxime concinnam? Hominem vero inobſequentem factum, vita ad mercedem propoſita privaſti; nec ex toto exſtinxiſti illum, ſed brevi tempore morte ſoporatum, [c] jurejurando ad ſecundam nativitatem vocaſti. Decretum mortis ſolviſti, qui mortuos ad vitam reducis per Jeſum Chriſtum, [d] ſpem noſtram.

D

CAPUT XXXV.

Oratio cum gratiarum actione prædicans Dei erga creaturas ſolicitudinem.

MAgnus es, Domine omnipotens, [e] & magna virtus tua, & ſapientiæ tuæ non eſt numerus; creator, ſalvator, dives in gratiis, longanimis, & miſericordiæ largitor; qui creaturarum tuarum ſalutem non deſeris; natura enim bonus es: parcis autem delinquentibus, eos ad pœnitentiam provocans: tuarum quippe miſerationum effectus eſt admonitio. Etenim quo modo ſuſtineremus, ſi ad cauſſam dicendam ſtatim repeteremur, quando longa patientia exſpectati, vix ab infirmitate re- E ſpiramus? Tuam potentiam annuntiaverunt cæli; & terra concuſſa, firmata ac ſuſpenſa ſuper nihilum. Mare fluctibus agitatum, ac innumerabiles nutriens animalium copias, arena conſtringitur, tuam voluntatem veritum; omneſque cogit vociferari: [f] *Quam magnificata ſunt opera tua, Domine! omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra creatura tua*. Et exercitus Angelorum ardens, ac in-


[a] Job XXXVIII. 11. [b] Gen. I. 26. [c] Hebr. VI. [d] I. Tim. I. 1. [e] Pſal. CXLVI. 5. [f] Pſal. CIII. 24.

1. Κόσμου κόσμον.] Elogio eodem homo decoratur a Methodio apud Epiphanium Hæreſi 64. Origeniana, cap. 18. & ab incerto auctore Commentariorum in Job. Philoni autem de Abrahamo ſcribenti, cælum eſt κόσμος ἐν κόσμῳ. *Poſt voces illas*, Commentariorum in Job. *interponere queas*. Vide Nilum lib. 2. Epiſt. 119. Cot.

2. Ταῖς.] Addit Codex Vind. αὐτοῦ, nec male. Cler.

3. Ὑπέστημεν] Al. ὑποστῶμεν. Cot.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ραφὶμ ἅγια, ἅμα τοῖς Χερουβὶμ, τοῖς ἑξαπτερύγοις, σοὶ τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν ψάλλοντα, [1] ἀσιγήτοις φωναῖς βοῶσιν· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου· καὶ τὰ ἕτερα τῶν ταγμάτων πλήθη, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, δυνάμεις, ἐπιβοῶντα λέγουσιν· Εὐλογημένη ἡ δόξα κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Ἰσραὴλ δὲ, ἡ ἐπίγειός σου ἐκκλησία, ἡ ἐξ ἐθνῶν, ταῖς κατ' οὐρανὸν δυνάμεσιν ἁμιλλωμένη, νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, ἐν καρδίᾳ πλήρει καὶ ψυχῇ θελούσῃ, ψάλλει· Τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθηνούντων, κύριος ἐν αὐτοῖς, ἐν Σινᾶ, ἐν τῷ ἁγίῳ. Οἶδεν οὐρανὸς τὸν ἐπὶ μηδενὸς αὐτὸν καμαρώσαντα, ὡς λιθόκυβον· καὶ γῆν καὶ ὕδωρ ἑαυτοῖς ἑνώσαντα· καὶ ἀέρα διαχέαντα, ζωοτρόφον, καὶ τούτῳ πῦρ συμπλέξαντα, εἰς θάλπος, καὶ σκότους παραμυθίαν. ἐκπλήσσει χορὸς ἀστέρων, τὸν ἀριθμήσαντα σημαίνων, καὶ τὸν ὀνομάσαντα δεικνύων· ζῶα τὸν ψυχώσαντα· δένδρα τὸν ἐκφύσαντα. ἅπερ ἅπαντα, τῷ σῷ λόγῳ γενόμενα, παριστᾷ τῆς σῆς δυνάμεως τὸ κράτος. διὸ καὶ ὀφείλει πᾶς ἄνθρωπος, ἐξ αὐτῶν στέρνων, σοὶ διὰ Χριστοῦ [2] τῶν ὑπὲρ πάντων ὕμνον ἀναπέμπειν, διὰ σὲ τῶν ἁπάντων κρατῶν. σὺ γὰρ εἶ ὁ χρηστὸς ἐν εὐεργεσίαις, καὶ φιλόδωρος ἐν οἰκτιρμοῖς· ὁ μόνος παντοκράτωρ· ὅτε γὰρ θέλεις, πάρεστί σοι τὸ δύνασθαι· τὸ γὰρ σὸν αἰώνιον κράτος καὶ φλόγα καταψύχει, καὶ λέοντας φιμοῖ, καὶ κήτη καταπραΰνει, καὶ νοσοῦντας ἐγείρει, καὶ δυνάμεις μετατρέπει· καὶ στρατὸν ἐχθρῶν, καὶ λαὸν ἀριθμούμενον, ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι, καταστρώννυσι. σὺ εἶ ὁ ἐν οὐρανῷ, ὁ ἐπὶ γῆς, ὁ ἐν θαλάσσῃ, ὁ ἐν περατουμένοις, ὑπὸ μηδενὸς περατούμενος· τῆς γὰρ μεγαλοσύνης σου οὐκ ἔστι πέρας. μὴ γὰρ ἡμέτερόν ἐστι τοῦτο, δέσποτα· τοῦ θεράποντός σου ἐστὶ λόγιον, φάσκοντος· Καὶ γνώσῃ τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν αὐτοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἔστι Θεὸς πλὴν σου μόνου· ἅγιος οὐκ ἔστι πλήν σου, κύριος Θεὸς γνώσεων, Θεὸς ἁγίων, ἅγιος ὑπὲρ πάντας ἁγίους· οἱ γὰρ ἡγιασμένοι, ὑπὸ τὰς χεῖράς σου εἰσίν. ἔνδοξος καὶ ὑπερυψούμενος, ἀόρατος τῇ φύσει, ἀνεξιχνίαστος κρίμασιν· οὗ ἀνενδεὴς ἡ ζωὴ, ἄτρεπτος καὶ ἀνελλειπὴς ἡ διαμονὴ, ἀκάματος ἡ ἐνέργεια, ἀπερίγραπτος ἡ μεγαλειότης, ἀέναος ἡ εὐπρέπεια, ἀπρόσιτος ἡ κατοικία, ἀμετανάστευτος ἡ κατασκήνωσις, ἄναρχος ἡ γνῶσις, ἀναλλοίωτος ἡ ἀλήθεια, [3] ἀμεσίτευτον τὸ ἔργον, ἀνεπιβούλευτον τὸ κράτος, ἀδιάδοχος ἡ μοναρχία, ἀτελεύτητος ἡ βασιλεία, ἀνανταγώνιστος ἡ ἰσχὺς, πολυάριθμος ἡ στρατιά. σὺ γὰρ εἶ ὁ σοφίας πατὴρ, ὁ δημιουργίας τῆς διὰ μεσίτου κτίστης, ὡς αἴτιος· ὁ προνοίας χορηγὸς, ὁ νόμων δοτὴρ, ὁ ἐνδείας πληρωτής· ὁ τῶν ἀσεβῶν τιμωρὸς, καὶ τῶν δικαίων μισθαποδότης· ὁ τοῦ Χριστοῦ Θεὸς καὶ πατὴρ, καὶ τῶν εἰς αὐτὸν εὐσεβούντων κύριος· οὗ ἀδιάψευστος ἡ ἐπαγγελία, ἀδωροδόκητος ἡ κρίσις, ἀμετάπιστος ἡ γνώμη, ἄπαυστος ἡ εὐσέβεια, ἀΐδιος ἡ εὐχαριστία· δι' οὗ σοι καὶ ἡ ἐπάξιος προσκύνησις ὀφείλεται παρὰ πάσης λογικῆς καὶ ἁγίας φύσεως.

A telligentes spiritus, dicunt: [a] *Unus sanctus*, *Phelmoni*: & sancti Seraphini, una cum Cherubinis, sex alas habentibus, tibi victoriæ canticum psallentes, vocibus numquam cessantibus clamant: [b] *Sanctus*, *sanctus*, *sanctus*, *Dominus Sabaoth*: *pleni sunt cæli & terra gloria tua*: & aliæ Ordinum multitudines, Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, exclamantes dicunt: [c] *Benedicta gloria Domini de loco suo*. Israel vero, terrena Ecclesia tua, ex gentibus congregata, certans cum cælestibus Virtutibus, nocte ac die, in corde pleno & anima volente, canit: [d] *Currus Dei decem millibus multiplex*, *millia lætantium*; *Dominus in eis*, *in Sinai*, *in sancto*. Novit cælum B eum, [e] qui super nihilum cameravit illud, tamquam lapideum cubum: [f] qui terram & aquam inter se adunavit; qui aerem, animalium nutritium, diffudit, eique ignem connexuit, ad calorem, & ad solatium de tenebris. Obstupefacit chorus stellarum, qui [g] numerantem eas significat, & nominantem ostendit; ut animalia demonstrant eum a quo animata sunt, & arbores eum qui illas produxit. Quæ omnia, verbo tuo facta, potestatis tuæ vim repræsentant. Atque ideo debet omnis homo, utpote per te Dominus universorum, ex pectore tibi laudem pro cunctis mittere per Christum. Tu enim es facilis in beneficentiis, & munificus in commiserationibus; qui solus es omnipotens: cum enim vis, C adest tibi potestas: nam æternum tuum robur etiam flammam refrigerat, & [h] leonibus os constringit, & [i] cetos demulcet, & ægrotantes erigit, & facultates rerum convertit; & [k] hostium copias, [l] populumque numeratum, dum superbia exoritur, prosternit. Tu es qui in cælo exsistis, qui in terra, qui in mari, qui in terminatis, a nullo terminatus: [m] magnitudinis enim tuæ non est terminus. Neque vero nostrum est illud, Domine; famuli tui oraculum est, dicentis: [n] *Et cognosces corde tuo*, *quod Dominus Deus tuus*, *Deus in cælo sursum*, *& in terra deorsum*, *& non est amplius præter eum*. Neque enim est Deus, præter te solum; sanctus non est præter te, [o] Dominus Deus scientiarum, Deus sancto- D rum, sanctus supra omnes sanctos: nam sanctificati sub manibus tuis sunt. [p] Gloriosus & superexaltatus, natura invisibilis, [q] impervestigabilis in judiciis; cujus vita non indiga, duratio immutabilis ac indeficiens, operatio infatigabilis, incircumscripta magnitudo, perennis decor, inaccessa habitatio, intransmigrabilis mansio, cognitio æterna, veritas permanens, opus nullo interventu factum, potentia nullis insidiis exposita, monarchia sine successione, regnum sine fine, robur inexpugnabile, exercitus numerosissimus. Tu enim es Sapientiæ Pater, Creationis per Mediatorem factæ conditor, tamquam caussa; providentiæ largitor, legum dator, indigentiæ expletor; ultor impiorum, & justorum remunerator; Christi Deus E & Pater, atque pie erga eum se gerentium Dominus: cujus Christi non fallit promissio, muneribus non corrumpitur judicium, nulla persuasione mutatur sententia, numquam cessat pietas, gratiarum actio non finitur: per quem tibi adoratio condigna debetur ab omni rationali & sancta natura.

a Dan. VIII. 13. *b* Isa. VI. 3. *c* Ezech. III. 12. *d* Psal. LXVII. 18. *e* Isa. XL. 22. IV. Esd. XVI. 60. *f* Job XXXVIII. 38. in LXX. *g* Psal. CXLVI. 6. *h* Dan. III. 6. *i* Jon. II. *k* IV. Reg. XIX. *l* II. Reg. XXIV. *m* Psal. CXLIV. 3. *n* Deut. IV. 39. *o* I. Reg. II. 3. *p* Dan. III. *q* Rom. XI. 33.

1. Ἀσιγήτοις φωναῖς βοῶσιν &c.] S. Joannes Chrysostomus de instituenda secundum Deum vita, tom. 5. Serm. 10. ἀσιγήτοις βοῶντα κραυγαῖς, &c. Hippolytus Portuensis in Collectaneis Anastasii Bibliothecarii p. 209. ἀσιγήτῳ φωνῇ βοῶντα. COT.

2. Τῶν] Forte τόν. ID. — Sic & cod. Vind. CLER.

3. Ἀμεσίτευτον τὸ ἔργον.] Et quibusdam interpositis, ὁ δημιουργίας τῆς διὰ μεσίτου κτίστης. Quæres quo modo creatio intermedio careat, quæ mediatorem, seu medium habet Filium Dei? Responderi potest, creationem esse quidem absque medio alieno a Divinitate; agnoscere tamen personam Divinitatis mediam, Filium: mediatorem productionis, per quem, scilicet, Pater omnia creavit; sed non mediatorem naturæ, id est, participem increati & creati, quod exstitit post assumtam naturam humanam. COT.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λϛʹ.

Προσευχὴ ὑπομιμνήσκουσα τὴν γενομένην Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἁγίους διάφορον πρόνοιαν.

Κύριε παντοκράτορ, κόσμον ἔκτισας διὰ Χριστοῦ, καὶ σάββατον ὥρισας εἰς μνήμην τούτου· ὅτι ἐν αὐτῷ κατέπαυσας ἀπὸ τῶν ἔργων, εἰς μελέτην τῶν σῶν νόμων· καὶ ἑορτὰς διετάξω, εἰς εὐφροσύνην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὅπως εἰς μνήμην ἐρχώμεθα τῆς ὑπὸ σοῦ κτισθείσης σοφίας· ὡς δι' ἡμᾶς γένεσιν ὑπέστη τὴν διὰ γυναικός· ἐπεφάνη τῷ βίῳ, ἀναδεικνὺς ἑαυτὸν ἐν τῷ βαπτίσματι, ὡς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος ὁ φανείς· ἔπαθε δι' ἡμᾶς σῇ συγχωρήσει, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη σῷ κράτει· διὸ καὶ τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν πανηγυρίζοντες τῇ κυριακῇ, χαίρομεν ἐπὶ τῷ νικήσαντι μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντι δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν· δι' αὐτοῦ γὰρ προσηγάγου τὰ ἔθνη ἑαυτῷ, εἰς λαὸν περιούσιον, τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ, τὸν θεοφιλῆ, [1] τὸν ὁρῶντα Θεόν. σὺ γὰρ, κύριε, καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐρρύσω ἐκ καμίνου σιδηρᾶς, καὶ ἐκ πηλοῦ, καὶ πλινθουργίας· ἐλυτρώσω ἐκ χειρὸς Φαραὼ καὶ τῶν ὑπ' αὐτόν· καὶ διὰ θαλάσσης ὡς διὰ ξηρᾶς αὐτοὺς παρήγαγες· καὶ ἐτροποφόρησας αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ παντοίοις ἀγαθοῖς· νόμον αὐτοῖς ἐδωρήσω, ἢ [2] δέκα λογίων, σῇ φωνῇ φθεγχθέντα, καὶ χειρὶ καταγραφέντα· σαββατίζειν ἐνετείλω, οὐ πρόφασιν ἀργίας διδοὺς, ἀλλ' ἀφορμὴν εὐσεβείας, εἰς γνῶσιν τῆς σῆς δυνάμεως, εἰς κώλυσιν κακῶν ὡς ἐν ἱερῷ καθείρξας περιβόλῳ, διδασκαλίας χάριν, εἰς ἀγαλλίαμα ἑβδομάδος· διὰ τοῦτο ἑβδομὰς μία, καὶ ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ μὴν ἕβδομος· καὶ ἐνιαυτὸς ἕβδομος· καὶ τούτου ἀνακύκλησις, ἰωβηλαῖος, ὅ ἐστιν ἔτος πεντηκοστὸν, εἰς ἄφεσιν· ὅπως μηδεμίαν ἔχωσι πρόφασιν οἱ ἄνθρωποι ἄγνοιαν σκήψασθαι, τούτου χάριν πᾶν σάββατον ἐπέτρεψας ἀργεῖν, ὅπως μηδὲ λόγον τις ἐν ὀργῇ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ προέσθαι θελήσῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων. σάββατον γάρ ἐστι κατάπαυσις δημιουργίας, τελείωσις κόσμου, νόμων ζήτησις, αἶνος εἰς Θεὸν εὐχάριστος ὑπὲρ ὧν ἀνθρώποις ἐδωρήσατο. ὧν ἁπάντων ἡ κυριακὴ προὔχουσα, αὐτὸν τὸν μεσίτην, τὸν προνοητὴν, τὸν νομοθέτην, τὸν ἀναστάσεως αἴτιον, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄνθρωπον, τὸν ἐκ Μαρίας γεννηθέντα μόνον δίχα ἀνδρὸς, τὸν πολιτευσάμενον ὁσίως, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν ὑποδεικνύουσα. ὡς κυριακὴ παρακελεύεται, σοὶ δέσποτα, τὴν ὑπὲρ πάντων εὐχαριστίαν προσφέρειν· αὕτη γὰρ ἡ ὑπὸ σοῦ παρασχεθεῖσα χάρις, ἥτις διὰ μέγεθος πᾶσαν εὐεργεσίαν ἐκάλυψεν.

CAPUT XXXVI.

Oratio commemorans incarnationem Christi, & variam erga sanctos providentiam.

A Domine omnipotens, mundum creasti per Christum, & sabbatum in hujus rei memoriam sanxisti: quia in eo ab operibus quiescere fecisti, ad meditationem legum tuarum: & festos dies constituisti, in lætitiam animarum nostrarum, ut in recordationem veniremus [a] Sapientiæ a te conditæ: quo modo propter nos nasci ex muliere sustinuit; apparuit in vita hac, ostendens in Baptismo suo quod ipse qui apparebat, esset Deus ac homo; passus est propter nos permissione tua, & mortuus est, ac potestate tua resurrexit: ideoque festum resurrectionis, dominica die celebrantes, lætamur de eo qui vicit quidem mortem, patefecit autem vitam ac immortalitatem: per ipsum B enim gentes ad te adduxisti, [b] in populum peculiarem, verum Israelem, Deo carum, quique Deum videt. Nam tu Domine, etiam patres nostros eduxisti de terra Ægypti, & eripuisti [c] ex fornace ferrea, atque ex luto & laterum confectione: liberasti [d] de manu Pharaonis & subjectorum ei; ac per mare quasi per aridam eos deduxisti: [e] & morem gessisti eis in deserto per multiplicia bona: Legem, scilicet, Decalogi, tua voce pronuntiatam, ac tua manu descriptam donasti: sabbatum servare præcepisti, non dans occasionem vacationis, sed opportunitatem pietatis, ad cognitionem potentiæ tuæ, atque eos tamquam in sacro septo concludens, ut male agere prohiberentur, & ut doceren- C tur, [f] utque de septenario exsultarent: propter hoc [g] una hebdomas, & hebdomades septem, & mensis septimus, & annus septimus, & hujus anni septimi reciproca seu septima revolutio, Jubilæus, hoc est, annus quinquagesimus, qui remissionis: ut nullam haberent homines occasionem excusandi ignorantiam, idcirco in omni sabbato feriari voluit, quo ne verbum quidem irate quisquam ex ore suo vellet emittere in die sabbatorum. Sabbatum enim est requies a creatione, mundi absolutio, legum inquisitio, laus Dei grata pro iis quæ hominibus donavit. Supra quæ omnia eminet Dominicus dies; ut pote qui repræsentet ipsum mediatorem, provisorem, legislatorem; auctorem resurrectionis, primo- D genitum omnis creaturæ: Deum Verbum, ac hominem, ex Maria natum solum sine viro, sancte in vita versatum, crucifixum sub Pontio Pilato, mortuum, & a mortuis excitatum. Quare dominica dies, tibi, Domine, gratiarum actionem pro cunctis offerre suadet: hæc quippe est a te exhibita gratia, quæ magnitudine sua omne beneficium obtexit.

[a] Prov. VIII. 22. [b] Deut. VII. 6. [c] Deut. IV. 20. [d] Exod. I. & V. &c. [e] Deut. I. 31. Act. XIII. 18. [f] Levit. XXIII. [g] Levit. XXV.

1. Τὸν ὁρῶντα Θεόν.] Intuentur ac tradunt sæpe sancti Patres Græci & Latini hanc etymologiæ rationem, secuti Philonem Judæum; qua Israel exponitur *videns Deum*. *Homo aut mens cernens Deum*. a verbo ראה. Sed longe præstat alia e sacris Scripturis petita, a verbo שרה & nomine שר, secundum quam Israel Josepho est *ἀντιστὰς ἀγγέλῳ θείῳ*. *Reluctans Angelo sacro*. *Adversus Angelum divinum stans*. Justino Martyri *ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν*. *Homo vincens virtutem*. Tertulliano *Cum Deo invalescens*. Hieronymo *Princeps cum Deo*. *Princeps Dei*. Qui Hieronymus aliam quoque profert significationem, *εὐθύτατος Θεοῦ*. *Rectissimus Dei*. *Directus Dei*. *Rectus Dei*. ab ישר. Locum Justini, Dialogi p. 354. me vindice, ita supplebis; τὸ Ἰσραὴλ ὄνομα τοῦτο σημαίνει. ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. τὸ γὰρ Ἰσρα ἄνθρωπος νικῶν ἐστί· τὸ δὲ Ἠλ δύναμις. Repeti quippe participium [illegible] plane necessarium est. Parum feliciter vir doctus Mericus Casaubonus primam & postremam notationem conjungere tentavit in Optato Milevitano sub finem libri 2. sollicitando probam lectionem, *Israel, id est, qui mente Deum videat*, ut hanc non nauci induceret, *qui recte vel erecte Deum videat*. Cot.

2. Δέκα λογίων] Forte δεκαλόγιον. Id.

SÆCUL.III.
CIRCA
ANN.CHR.
230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λζ.

Προσευχὴ περιέχουσα μνήμην προνοίας, καὶ ἀπαρίθμησιν εὐεργεσιῶν διαφόρων τῶν προνοίᾳ Θεοῦ διὰ Χριστοῦ παρασχεθεισῶν τοῖς ἁγίοις.

A Ὁ τὰς ἐπαγγελίας τὰς διὰ τῶν προφητῶν πληρώσας, καὶ ἐλεήσας τὴν Σιὼν, καὶ οἰκτειρήσας τὴν Ἱερουσαλὴμ, τῷ τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ παιδός σου ἀνυψῶσαι ἐν μέσῳ αὐτῆς, τῇ γενέσει τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τὸ κατὰ σάρκα γεννηθέντος ἐκ μόνης παρθένου. αὐτὸς καὶ νῦν, δέσποτα ὁ Θεὸς, πρόσδεξαι τὰς διὰ χειλέων δεήσεις τοῦ λαοῦ σου τοῦ ἐξ ἐθνῶν, τῶν ἐπικαλουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς προσεδέξω τὰ δῶρα τῶν δικαίων ἐν ταῖς γενεαῖς αὐτῶν· Ἀβελ ἐν πρώτοις τὴν θυσίαν ἐπεῖδες καὶ προσεδέξω, Νῶε ἐξελθόντος τῆς κιβωτοῦ, Ἀβραὰμ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ γῆς Χαλδαίων, Ἰσαὰκ ἐν τῷ φρέατι τοῦ ὅρκου, [1] Ἰακὼβ ἐν Βηθλεὲμ, Μωσέως ἐν τῇ ἐρήμῳ, Ἀαρὼν ἀνὰ μέσον τῶν ζώντων καὶ τῶν τεθνεώτων, B Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐν Γαλγάλοις, Γεδεὼν ἐπὶ τῆς πέτρας καὶ τῶν πόκων πρὸ τῆς ἁμαρτίας, Μανωὲ καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἐν τῷ πεδίῳ, Σαμψὼν ἐν τῷ δίψει πρὸ τῆς πλημμελείας, Ἰεφθάε ἐν τῷ πολέμῳ πρὸ τῆς ἀσκέπτου ἐπαγγελίας, Βαρὰκ καὶ Δεββώρας ἐπὶ τοῦ Σισάρα, Σαμουὴλ ἐν Μασσηφᾷ, Δαβὶδ ἐν ἅλῳ Ὀρνᾶ τοῦ Ἰεβουσαίου, Σολομῶντος ἐν Γαβαὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ, Ἠλία ἐν τῷ ὄρει τῷ Καρμηλίῳ, Ἐλισσαίου ἐπὶ τῆς ἀτεκνούσης πηγῆς, Ἰωσαφὰτ ἐν πολέμῳ, Ἐζεκία ἐν ἀῤῥωστίᾳ καὶ ἐπὶ τοῦ Σενναχηρεὶμ, Μανασσῆ ἐν γῇ Χαλδαίων μετὰ τὴν πλημμέλειαν, Ἰωσία [2] ἐν τῷ Φασσᾷ, Ἔσδρα ἐν τῇ ἐπανόδῳ, Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων, Ἰωνᾶ ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους, τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς, C Ἄννης ἐν τῇ σκηνῇ ἐνώπιον τῆς κιβωτοῦ, Νεεμία ἐπὶ τῇ ἀνεγέρσει τῶν τειχῶν καὶ τοῦ Ζοροβάβελ, Ματταθία καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐν τῷ ζήλῳ σου, [3] Ἰαβὴλ ἐν εὐλογίαις. καὶ νῦν οὖν πρόσδεξαι τὰς τοῦ λαοῦ σου προσευχὰς, μετ' ἐπιγνώσεώς σοι διὰ Χριστοῦ προσφερομένας ἐν τῷ πνεύματι.

CAPUT XXXVII.

Oratio continens memoriam providentiæ, ac enumerationem variorum beneficiorum, quæ Dei providentia sanctis collata sunt per Christum.

A QUI promissa per Prophetas, implevisti, & miseratus es Sionem, & Hierosolymæ misertus es, [a] extollendo solium Davidis [b] pueri tui in medio ejus, per nativitatem Christi, qui ex genere Davidis secundum carnem natus est ex sola virgine. Tu Domine Deus, nunc quoque suscipe preces labiis prolatas populi tui congregati ex gentibus, quæ te in veritate invocant; sicut suscepisti munera justorum in eorum sæculis: [c] Abelis in primis respexisti ac suscepisti sacrificium, [d] & Noæ ex arca egressi, [e] Abrahami postquam exiisset ex terra Chaldæorum, [f] Isaaci in puteo juramenti, [g] Jacobi in Bethlehem, [h] Mosis in solitudine, [i] Aaronis inter viventes ac mortuos, [k] B Jesu Nave in Galgalis, [l] Gedeonis in petra & velleribus ante peccatum, [m] Manoæ & uxoris ejus in campo, [n] Samsonis in siti ante delictum, [o] Jephthæ in bello ante inconsideratam promissionem, [p] Baraci & Deboræ in Sisara, [q] Samuelis in Maspha, [r] Davidis in area Ornæ Jebusæi, [s] Salomonis in Gabaone & in Hierosolymis, [t] Eliæ in monte Carmelo, [u] Elisæi in fonte sterili, [x] Josaphati in bello, [y] Ezechiæ in morbo & in Senacheribo, [z] Manassis in terra Chaldæorum post delictum, Josiæ [aa] in Pascha, [bb] Esdræ in reditu, [cc] Danielis in lacu leonum, [dd] Jonæ in ventre ceti, [ee] trium puerorum in fornace ignis, [ff] Annæ in tabernaculo coram arca, [gg] Nehemiæ ac Zorobabelis in exstru- C ctione murorum, [hh] Mattathiæ & filiorum ejus in zelo tuo, [ii] Jaelis in benedictionibus. Et nunc ergo suscipe populi tui preces, tibi cum scientia per Christum in Spiritu oblatas.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λη.

Προσευχὴ ἀντιλήψεως δικαίων.

Εὐχαριστοῦμέν σοι περὶ πάντων, δέσποτα παντοκράτορ· ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τὰ ἐλέη σου καὶ τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀφ' ἡμῶν· ἀλλὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν καὶ γενεὰν σώζεις, ῥύῃ, ἀντιλαμβάνῃ, σκεπάζεις. ἀντελάβου γὰρ ἐν ἡμέραις Ἐνὼς καὶ Ἐνὼχ, ἐν ἡμέραις Μωσῆ καὶ Ἰησοῦ, ἐν ἡμέραις τῶν κριτῶν, ἐν ἡμέραις Δαυὶδ καὶ τῶν βασιλέων, ἐν ἡμέραις Σαμουὴλ καὶ Ἠλία καὶ τῶν προφητῶν, ἐν ἡμέραις Ἐσθὴρ καὶ Μαρδοχαίου, ἐν ἡμέραις Ἰουδεὶθ, ἐν ἡμέραις Ἰούδα Μακκαβαίου καὶ

CAPUT XXXVIII.

Oratio pro ope justis allata.

AGimus tibi gratias de universis, Domine omnipotens; quod misericordias tuas & miserationes tuas non removisti a nobis; sed per singu- D las ætates ac generationes servas, eripis, opitularis, protegis. Opem enim tulisti in diebus Enosi & Henochi, in diebus Mosis ac Jesu, in diebus Judicum, in diebus Samuelis & Eliæ atque Prophetarum, in diebus Davidis ac Regum, in diebus Estheræ & Mardochæi, in diebus Judithæ, in diebus Judæ Machabæi & fratrum ejus. Etiam in diebus nostris auxilium

a Luc. I. 32. *b* Act. II. 30. *c* Gen. IV. *d* Gen. VIII. *e* Gen. XII. *f* Gen. XXII. *g* Gen. XXXV. *h* Exod. XII. *i* Num. XVI. *k* Jos. V. *l* Judic. VI. & VIII. *m* Judic. XIII. *n* Judic. XV. & XVI. *o* Judic. XI. *p* Judic. IV. *q* I. Reg. VII. *r* I. Paral. XXI. *s* III. Reg. III. & VIII. *t* III. Reg. 18. *u* IV. Reg. II. *x* II. Paral. XVIII. *y* IV. Reg. XX. & XIX. *z* II. Paral. XXXIII. *aa* II. Par. XXXV. *bb* I. Esdr. VIII. *cc* Dan. VI. & XIV. *dd* Jon. II. *ee* Dan. III. *ff* I. Reg. I. *gg* I. Esdr. III. *hh* I. Mach. II. &c. *ii* Judic. V. 24.

1. Ἰακὼβ ἐν Βηθλεέμ.] Bovius, *in Bethel.* optime, sive ita repererit, sive emendarit. Notum hæc duo nomina ubi per compendium scribuntur, confundi facile, ac librariis fraudi esse: quod cernere licet in Chronico Alexandrino p. 218. Sane ob eumdem errorem S. Ambrosius lib. 2. de Jacob cap. 7. pro *Bethel*, Gen. XXXV. dum legit *Bethlehem*, sic loquitur; *Exsurgens ascende in locum Bethlehem*, (eo modo prorsus scribi debere docent sequentia) *hoc est in domum panis, ubi natus est Christus; sicut Michæas Propheta testatus est, dicens; Et tu Bethlehem domus Ephrata* &c. COT.

2. Ἐν τῷ Φασσᾷ.] Forte φασχᾷ. Non infeliciter mihi videor vocem nihili Φασσᾷ hoc loco mutasse in præclarum vocabulum Φάσκα, quod est Φασὲκ II. Paralip. XXXV. & XXX. seu Pascha, docente magno Theologo Gregorio Nazianzeno in Oratione 42. p. 682. 683. At a doctissimo Turriano, qui vertit, *in Sappha*, intelligitur, ni fallor, Saphan Σαφὰν sive Σαπφὰν, scriba templi Domini temporibus Josiæ Regis. ID.

3. Ἰαβήλ.] Est Ἰαήλ. Jael, aut Jahel. Josepho Ἰάλη IDEM.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

A τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν ἀντελάβου ἡμῶν διὰ τοῦ μεγάλου σου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ παιδός σου. καὶ ἀπὸ μαχαίρας γὰρ ἐῤῥύσατο, καὶ ἐκ λιμοῦ ἐξείλατο διαθρέψας, ἐκ νόσου ἰάσατο, ἐκ γλώσσης πονηρᾶς ἐσκέπασε. περὶ πάντων σοι διὰ Χριστοῦ εὐχαριστοῦμεν· ὁ καὶ φωνὴν ἔναρθρον εἰς ἐξομολόγησιν δωρησάμενος· καὶ γλῶσσαν εὐάρμοστον, δίκην πλήκτρου, ὡς ὄργανον ὑποθείς· καὶ γεῦσιν πρόσφορον, καὶ ἁφὴν κατάλληλον, καὶ ὅρασιν θέας, καὶ ἀκοὴν φωνῆς, καὶ ὄσφρησιν ἀτμῶν, καὶ χεῖρας εἰς ἔργον, καὶ πόδας πρὸς ὁδοιπορίαν. καὶ ταῦτα πάντα ἐκ μικρᾶς σταγόνος διαπλάττεις ἐν μήτρᾳ, καὶ ψυχὴν ἀθάνατον μετὰ τὴν μόρφωσιν χαρίζῃ· καὶ προάγεις εἰς φῶς. B τὸ λογικὸν ζῶον, τὸν ἄνθρωπον, νόμοις ἐπαίδευσας, δικαιώμασιν ἐφαίδρυνας· πρὸς ὀλίγον ἐπάγων διάλυσιν, τὴν ἀνάστασιν ἐπηγγείλω. ποῖος τοιγαροῦν αὐτάρκης βίος, αἰώνων δὲ μῆκος πόσον διαρκέσει ἀνθρώποις πρὸς εὐχαριστίαν; ἢ τὸ μὲν πρὸς ἀξίαν ἀδύνατον, τὸ δὲ κατὰ δύναμιν εὐαγές. ἐῤῥύσω γὰρ ἀσεβείας πολυθέων, καὶ χριστοκτόνων αἱρέσεως ἐξείλω, πεπλανημένης ἀγνοίας ἠλευθέρωσας· τὸν Χριστὸν ἀπέστειλας εἰς ἀνθρώπους ὡς ἄνθρωπον, Θεὸν ὄντα μονογενῆ· τὸν παράκλητον ἐνῴκισας ἡμῖν· ἀγγέλους ἐπέστησας, τὸν διάβολον ᾔσχυνας· οὐκ ὄντας ἐποίησας, γενομένους φυλάσσεις· ζωὴν ἐπιμετρεῖς, χορηγεῖς τροφήν· μετάνοιαν ἐπηγγείλω. ὑπὲρ ἁπάντων σοι ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, νῦν, καὶ C ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. ταῦτα μελετᾶτε, ἀδελφοί· καὶ εἴη ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν ἐπὶ γῆς, καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, τοῦ καὶ αὐτὸν ἀποστείλαντος, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ἐλευθερώσαντος ἐκ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης, καὶ ζωὴν ἐπαγγειλαμένου τοῖς δι' αὐτοῦ πιστεύσασιν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεόν. ὅπως μὲν οὖν ὀφείλουσι ζῆν οἱ κατὰ Χριστὸν μεμυημένοι, καὶ οἵας εὐχαριστίας ἀναπέμπειν τῷ Θεῷ διὰ Χριστοῦ, εἴρηται διὰ τῶν προλαβόντων· δίκαιον δὲ, μηδὲ τοὺς ἀμυήτους καταλιπεῖν ἀβοηθήτους.

A nobis tuliſti, per magnum tuum pontificem Jeſum Chriſtum Filium tuum. Etenim ex gladio liberavit, & alendo eripuit a fame, ex morbo ſanavit, a lingua mala protexit. De omnibus tibi per Chriſtum gratias agimus. Qui & vocem articulatam dediſti ad confeſſionem; & linguam aptam, plectri ſimilem, tamquam organum ſubjeciſti; & guſtum commodum, & tactum convenientem, & viſum ad ſpectandum, & auditum ad percipiendam vocem, & odoratum ad odores hauriendos, & manus ad opus, & pedes ad ambulationem. Atque hæc omnia ex parva gutta formas in utero, ac poſt figurationem animam immortalem donas; & in lucem producis. Animal rationale, hominem, legibus erudiviſti, B juſtificationibus illuſtraſti: inducens diſſolutionem ad breve tempus, reſurrectionem promiſiſti. Quæ igitur vita ſufficiens & ſæculorum quanta longinquitas hominibus ſatis erit ad gratiarum actionem? Sed id quidem pro dignitate agere, impoſſibile eſt; pro viribus autem præſtare, ſanctum ac pium. Nam exemiſti nos ex impietate eorum qui plures deos colunt, & eripuiſti a ſecta illorum qui Chriſtum occiderunt, liberaſti ab ignorantiæ errore: Chriſtum ad homines, quaſi hominem miſiſti, qui etiam eſt Deus unigenitus: Paracletum in nobis feciſti habitare: Angelos nobis præfeciſti: diabolum dedecore aſperſiſti: nos, cum non eſſemus, feciſti, factos conſervas; vitam admetiris, C ſuppeditas nutrimentum; pœnitentiam pollicitus es. Pro omnibus tibi gloria & veneratio, per Jeſum Chriſtum, nunc, & ſemper, & in ſæcula. Amen. Hæc meditamini, fratres: & ſit Dominus vobiſcum in terra, & in regno Patris ejus, qui & illum miſit, & [a] nos per eum liberavit ex ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ, ac promiſit vitam iis qui per eumdem in Deum univerſitatis crediderunt. Quemadmodum igitur vivere debeant qui in Chriſti religione ſunt initiati, & quas gratiarum actiones Deo per Chriſtum deſtinare; dictum eſt in ſuperioribus: æquum vero eſt, ut & eos qui initiati non ſunt, auxilio deſtitutos non relinquamus.

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λθʹ.

Ὅπως χρὴ τοὺς κατηχουμένους στοιχειοῦσθαι.

Ὁ μέλλων τοίνυν κατηχεῖσθαι τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, παιδευέσθω πρὸ τοῦ βαπτίσματος τὴν περὶ τοῦ ἀγεννήτου γνῶσιν, τὴν περὶ υἱοῦ μονογενοῦς ἐπίγνωσιν, τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πληροφορίαν. μανθανέτω δημιουργίας διαφόρου τάξιν, προνοίας εἱρμὸν, νομοθεσίας διαφόρου δικαιωτήρια. παιδευέσθω διατί κόσμος γέγονε, καὶ δι' ὃ [1] κοσμοπολίτης ὁ ἄνθρωπος κατέστη. ἐπιγινωσκέτω τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, οἵα τις ὑπάρχει. παιδευέσθω ὅπως ὁ Θεὸς τοὺς πονηροὺς ἐκόλασεν ὕδατι καὶ πυρὶ, τοὺς δ' ἁγίους ἐδό- E ξασε καθ' ἑκάστην γενεάν· λέγω δὴ τὸν Ζὴθ, τὸν Ἐνὼς, τὸν Ἐνὼχ, τὸν Νῶε, τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ, τὸν Μελχισεδὲκ, καὶ τὸν Ἰὼβ, καὶ τὸν Μωσέα, Ἰησοῦν τε, καὶ Χαλὲβ, καὶ Φινεὲς τὸν ἱερέα, καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην γενεὰν ὁσίους. ὅπως τε προνοούμενος οὐκ ἀπεστράφη ὁ Θεὸς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· ἀλλὰ ἀπὸ πλάνης καὶ ματαιότητος εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐκάλει κατὰ διαφόρους καιροὺς, ἀπὸ τῆς δουλείας καὶ ἀσεβείας εἰς ἐλευθερίαν καὶ εὐσέβειαν ἐπανάγων,


CAPUT XXXIX.

Quo modo oporteat Catechumenos inſtitui.

QUI ergo ad doctrinam pietatis inſtruendus eſt, erudiatur ante Baptiſmum, in ſcientia de Ingenito, in cognitione de Filio unigenito, in perſuaſione certa de Spiritu ſancto. Diſcat creationis diverſæ ordinem, providentiæ ſeriem, variæ legiſlationis tribunalia. Erudiatur quare mundus ſit factus, & cur mundi civis homo conſtitutus ſit. Agnoſcat naturam ſuam, quænam ſit. Doceatur quo modo [b] Deus improbos aqua & E igne punierit; ſanctos vero, per ſingulas ætates, honore ac gloria decoraverit: Sethum dico, Enoſum, Henochum, Noam, Abrahamum & poſteros ejus, Melchiſedecum, Jobum, Moſem, Jeſum, Chalebum, & Phineem ſacerdotem, ſanctoſque ſingularum ætatum. Item edoceatur quemadmodum per providentiam, Deus humanum genus non averſatus fuerit; immo ab errore ac vanitate ad agnitionem veritatis diverſis temporibus vocarit, reducens a ſervitute ac impietate ad

[a] Rom. VIII. 21. [b] Gen. VII. & XIX.

1. Κοσμοπολίτης.] Hoc eſt, juxta Ciceronem V. Tuſculanarum, & S. Ambroſium Enarratione ad Sabinum, *totius mundi incola & civis*. κόσμιος Socrati apud Plutarchum, libro de exſilio: *mundanus* interprete Tullio ubi ſupra. Tertullianus Apologetici cap. 38. *Unam omnium rempublicam agnoſcimus, mundum*. Cot.



ἀπὸ ἀδικίας εἰς δικαιοσύνην, ἀπὸ θανάτου αἰωνίου εἰς ζωὴν ἀΐδιον. ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα μανθανέτω ἐν τῇ κατηχήσει, ὁ προσιών. προσκυνείτω δὲ ὁ [1] χειροθετῶν αὐτὸν, τὸν Θεὸν τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, εὐχαριστῶν ὑπὲρ τοῦ πλάσματος· ὅτι κατέπεμψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ Χριστὸν, ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον, ἐξαλείψας τὰς ἀνομίας. καὶ ἵνα ἀφῇ τὰς ἀσεβείας καὶ τὰς ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· ἁγιάσῃ δὲ τὸν ἄνθρωπον κατ' εὐδοκίαν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, [2] συνετίσῃ δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ φωτίσῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς κατανόησιν τῶν θαυμασίων αὐτοῦ· γνωρίσῃ αὐτῷ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης, ὅπως ἂν μισήσῃ πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας, πορεύηται δὲ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας· εἰς τὸ καταξιωθῆναι αὐτὸν τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, εἰς υἱοθεσίαν τὴν ἐν Χριστῷ· ἵνα σύμφυτος γενόμενος τῇ ὁμοιότητι τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ, ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐνδόξου κοινωνίας, νεκρωθῇ μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζήσῃ δὲ τῷ Θεῷ κατά τε νοῦν καὶ λόγον καὶ πρᾶξιν, καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ζώντων συναριθμηθῇ. καὶ μετὰ τὴν εὐχαριστίαν ταύτην, παιδευσάτω αὐτὸν τὰ περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως, τά τε περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ ἀναλήψεως.

libertatem & pietatem, ab injustitia ad justitiam, a morte æterna ad vitam perpetuam. Hæc & his consentanea discat in Catechesi, qui accedit. Qui autem manus ei imponit, adoret Deum, universorum Dominum, gratias agens pro creatura ejus; quod miserit Filium suum unigenitum Christum, ut salvet hominem, deletis iniquitatibus, utque remittat impietates ac peccata, & purget [a] ab omni inquinamento carnis & spiritus, hominemque sanctificet, secundum beneplacitum bonitatis suæ, atque indicet voluntatem suam, ac illuminet oculos cordis ejus ad consideranda mirabilia ejus; nec non manifestet ei judicia justitiæ, ut odio habeat omnem viam injustitiæ, ambulet autem viam veritatis: quo ille dignus habeatur regenerationis lavacro, in adoptionem in Christo; ut [b] complantatus similitudini mortis Christi, in spe gloriosæ societatis, necetur quidem peccato, vivat autem Deo secundum mentem, sermonem & actionem, atque annumeretur in libro viventium. Post vero gratiarum actionem hanc, doceat eum de Domini incarnatione, & de passione ejus, resurrectione ex mortuis, & assumtione.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μ'.

Διάταξις, ὅπως χρὴ τοὺς κατηχουμένους ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐν τῇ μυήσει εὐλογεῖσθαι, καὶ τίνα διδάσκεσθαι αὐτούς.

ΚΑὶ ὅταν ᾖ πρὸς αὐτὸ λοιπὸν τὸ βαπτισθῆναι ὁ κατηχηθεὶς, μανθανέτω τὰ περὶ τῆς ἀποταγῆς τοῦ διαβόλου, καὶ τὰ περὶ τῆς συνταγῆς τοῦ Χριστοῦ. δεῖ γὰρ αὐτὸν πρῶτον μὲν ἀπέχεσθαι τῶν ἐναντίων· καὶ τότε ἐντὸς γενέσθαι τῶν μυστηρίων, προκαθάραντα ἑαυτοῦ τὴν καρδίαν πάσης κακοηθείας, σπίλου τε καὶ ῥυτίδος· καὶ τότε τῶν ἁγίων μεταλαχεῖν. ὡς γὰρ γεωργὸς ἄριστος ἐκκαθαίρει τὴν ἄρουραν πρότερον τῶν [3] ὑπερφυησῶν ἐν αὐτῇ ἀκανθῶν, καὶ τότε σπείρει τὸν πυρόν· οὕτω δεῖ καὶ ὑμᾶς πρότερον πᾶσαν ἀσέβειαν ἐξελόντας ἀπ' αὐτῶν, τότε τὴν εὐσέβειαν αὐτοῖς ἐγκαταβάλλεσθαι, καὶ τοῦ βαπτίσματος ἀξιῶσαι. καὶ γὰρ καὶ ὁ κύριος ὑμῶν οὕτως ἡμῖν παρῄνεσεν, εἰπών· μαθητεύσατε πρότερον πάντα τὰ ἔθνη· καὶ τότε ἐπήγαγε, τό· καὶ βαπτίσατε αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ἀπαγγελλέτω οὖν ὁ βαπτιζόμενος ἐν τῷ ἀποτάσσεσθαι.

CAPUT XL.

Constitutio, quo modo oporteat Catechumenos a sacerdotibus in initiatione benedici, & quænam eos doceri conveniat.

CUmque jamjam erit baptizandus Catechumenus, discat quæ ad renuntiandum diabolo; & quæ ad se adscribendum Christo pertinent. Oportet enim illum primo quidem abstinere a contrariis; & deinde ingredi ad mysteria, cum prius cor suum purgaverit ab omni perversitate, macula & ruga; atque tunc demum ad sacramenta percipienda accedere. Nam ut optimus agricola repurgat prius arvum a supercrescentibus in eo spinis, tuncque serit triticum; ita oportet etiam vos prius omni impietate ab eis extracta, tunc pietatem inseminare, & Baptismo donare. Sic etenim Dominus noster nobis præcepit, dicens: [c] *Docete prius omnes gentes*: post quod subjunxit illud: *Et baptizate eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Cum ergo renuntiat qui baptizatur, ita recitet.

a II. Cor. VII. 1. *b* Rom. VI. 5. *c* Matth. XXVIII. 19.

1. Ὁ χειροθετῶν.] Manus imponebant Catechumenis, quando eos faciebant Catechumenos. Severus Dialogo 2. cap. 5. *Nec cunctatus Martinus, in medio ut erat campo, cunctos, imposita universis manu, Catechumenos fecit.* Vide in libris Ritualibus orationes ad faciendum Catechumenum. Ac si mecum sentire vis, hunc ritum intellige expressum, in Conciliis Arelatensi & Eliberitano, ubi frustra digladiantur Interpretes, alii accipientes de Baptismo, alii de Confirmatione. Ajunt Patres Arelatenses in Epistola ad Silvestrum PP. *De his qui in infirmitate sunt constituti, & credere volunt, placuit eis manum imponi.* Et canone 6. *De his qui in infirmitate credere volunt, placuit eis debere manum imponi.* Eliberitani vero can. 39. *Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi, si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta, placuit eis manum imponi, & fieri Christianos.* Neque enim dicitur, *in gravi infirmitate*, aut *in periculo mortis*, sed *in infirmitate* tantum. Verum objicit vir hac præsertim in parte longe doctissimus Joannes Morinus de Pœnitentia lib. 10. cap. 8. dogma esse in Ecclesia inauditum, aliquem non baptizatum esse posse Christianum, Quasi vero Canonis Eliberitani 45. verba non sint, quæ eodem loci a Morino laudantur; *Qui aliquando fuerit Catechumenus, & per infinita tempora numquam ad Ecclesiam accesserit, si eum de Clero quisque cognoverit esse Christianum, aut testes aliqui exstiterint fideles, placuit ei Baptismum non negari, eo quod in veterem hominem deliquisse videatur.* Quid quod Græci ex Canone CP. 7. eum qui accedit ad Ecclesiam antequam baptizent, faciunt primo Christianum, hoc est Χριστιανὸν ἀβάπτιστον, οἷα τυχόν ἐστι τὰ τῶν Χριστιανῶν παιδία τὰ μέλλοντα βαπτίζεσθαι, docetur Euchologii pag. 345. ac deinde Catechumenum? Præterea manus imponebant Catechumenis, inter tempus initi Catechumenatus, & tempus Baptismi: qua de manus impositione, vel quotidiana, vel crebra, vel certis Quadragesimæ diebus, agitur præcipue in Clementinis lib. 3. cap. ult. in Concilio Carthaginensi 4. cap. 85. & in Concilio Matisconensi 2. can. 3. COT.

2. Συνετίσῃ.] In Cod. Vind. συστήσῃ καὶ συνετίσῃ εἰς τὸ θέλημα αὐτοῦ, *commendet & suam intelligere faciat voluntatem*. CLER.

3. Ὑπερφ.] Al. ὑφερπυσῶν. COT.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μα'.

Ἀποταγὴ πρὸς τὸν ἐναντίον, καὶ συνταγὴ πρὸς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

A Ἀποτάσσομαι [1] τῷ Σατανᾷ, καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς πομπαῖς αὐτοῦ, καὶ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐφευρέσεσιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτόν. μετὰ δὲ τὴν ἀποταγὴν, συντασσόμενος λεγέτω, ὅτι καὶ συντάσσομαι τῷ Χριστῷ, καὶ πιστεύω, καὶ βαπτίζομαι εἰς ἕνα ἀγέννητον, μόνον ἀληθινὸν Θεὸν παντοκράτορα, τὸν πατέρα τοῦ Χριστοῦ, κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν πρὸ αἰώνων εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα, [2] οὐ κτισθέντα [3], δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, τὸν ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν κατελθόντα ἐξ οὐρανῶν, καὶ σάρκα ἀναλαβόντα, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας γεννηθέντα, B καὶ πολιτευσάμενον ὁσίως κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀποθανόντα ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν μετὰ τὸ παθεῖν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος· βαπτίζομαι καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι τὸν παράκλητον, τὸ ἐνεργῆσαν ἐν πᾶσι τοῖς ἀπ' αἰῶνος ἁγίοις, ὕστερον δὲ ἀποσταλὲν καὶ τοῖς ἀποστόλοις [4] παρὰ τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ μετὰ τοὺς ἀποστόλους δὲ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν, ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, [5] εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, C καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. καὶ μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην, κατ' ἀκολουθίαν ἔρχεται καὶ εἰς τὴν τοῦ ἐλαίου χρῖσιν.

CAPUT XLI.

Renuntiatio in Adversarium, & adscriptio ad Christum Dei.

Renuntio Satanæ, & operibus ejus, & pompis ejus, & cultibus ejus, & Angelis ejus, & inventis ejus, ac omnibus quæ sub eo sunt. Post renuntiationem vero, dum adscribit se, dicat: Et adscribor Christo, & credo, & baptizor in unum Ingenitum, solum verum Deum omnipotentem, Patrem Christi, creatorem atque opificem universorum, ex quo omnia; & in Dominum Jesum Christum, unigenitum illius Filium, primogenitum omnis creaturæ, qui ante sæcula beneplacito Patris genitus est, [non creatus,] per quem omnia facta sunt quæ in cælis & in terra, visibilia & invisibilia; qui in novissimis diebus descendit de cælis, & carnem assumsit, ac ex sancta B virgine Maria natus est, sancteque se gessit in vita secundum leges Dei ac Patris sui, & crucifixus est sub Pontio Pilato, & mortuus est pro nobis; & postquam passus est, tertia die resurrexit a mortuis; ascendit ad cælos, & sedet ad dexteram Patris; & iterum venturus est in consummatione sæculi cum gloria, ad judicandos vivos ac mortuos, cujus regni non erit finis: baptizor etiam in Spiritum sanctum, id est, Paracletum; qui Spiritus operatus est in omnibus ab initio mundi sanctis, postea vero missus quoque est Apostolis à Patre, secundum promissionem Salvatoris nostri Domini Jesu Christi, & post Apostolos etiam omnibus, qui in sancta catholica Ecclesia credunt in C carnis resurrectionem, in remissionem peccatorum, in regnum cælorum, & in vitam futuri sæculi. Post hanc autem professionem, ordine venit ad olei unctionem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μβ'.

Περὶ χρίσματος τοῦ μυστικοῦ ἐλαίου εὐχαριστία.

Εὐλογεῖται δὲ τοῦτο παρὰ τοῦ ἀρχιερέως εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ προκατασκευὴν τοῦ βαπτίσματος. ἐπικαλεῖται γὰρ οὕτω τὸν ἀγέννητον Θεὸν, τὸν πατέρα τοῦ Χριστοῦ, τὸν βασιλέα πάσης αἰσθητῆς καὶ νοητῆς φύσεως, ἵνα ἁγιάσῃ τὸ ἔλαιον τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ δώσῃ χάριν πνευματικὴν, καὶ δύναμιν D ἐνεργητικὴν, ἄφεσίν τε ἁμαρτιῶν, καὶ προπαρασκευὴν ὁμολογίας βαπτίσματος, ὥστε τὸν χριόμενον ἀπολυθέντα πάσης ἀσεβείας, ἄξιον γενέσθαι τῆς μυήσεως κατ' ἐντολὴν τοῦ μονογενοῦς.

CAPUT XLII.

De unctione mystici olei actio gratiarum.

Benedicitur autem hoc a Pontifice in remissionem peccatorum, & præparationem Baptismi. Sic enim invocat ingenitum Deum, Patrem Christi, regem omnis naturæ in sensum ac intelligentiam cadentis; ut sanctificet oleum nomine Domini D Jesu, & det gratiam spiritualem, & vim efficacem, ac remissionem delictorum, atque præparationem confessionis Baptismi; ut is qui ungitur, solutus omni impietate, fiat dignus initiatione secundum Unigeniti præceptum.

1. Ἀποτάσσομαι &c.] Juverit fortassis ad illustrationem aliquam celeberrimi ritus, ex innumeris locis duo decerpere, insignia & brevia, unum Græci Doctoris, alterum Latini. Ergo apud Joannem Chrysostomum Homil. 21. ad populum Antiochenum in fine dicitur; *ἀποτάσσομαί σοι, Σατανᾶ, καὶ τῇ πομπῇ σου, καὶ τῇ λατρείᾳ σου, καὶ συντάσσομαί σοι, Χριστέ.* Hieronymus vero ad finem capitis 6. Amos; *In Mysteriis*, inquit, *primum renuntiamus ei qui in Occidente est, nobisque moritur cum peccatis, & sic versi ad Orientem, pactum inimus cum sole justitiæ, & ei servituros nos esse promittimus*. Cum quibus Hieronymi conferri E debent quæ habet Isaac Catholicus Invectiva I. in Armenios cap. 8. COT.


2. Οὐ κτισθέντα.] Videtur e margine irrepsisse in textum. Legito quæ notavi ad Recognit. lib 3. cap. 8. Quod autem solerent baptizandi recitare ac reddere Symbolum, res est longe notissima ex Canonibus, Patribus & Rituum libris. Paullo ante citatus Isaac; *ὁ Χριστὸς τὸ σύμβολον τῆς πίστεως τῶν τιη. ἁγίων πατέρων οὐκ εἶπε μέλλων βαπτισθῆναι· μεθ' αὐτοὶ ὁμολογήσωσιν*. Auctarii Combefisiani tom. 2. col. 348. ID.

3. Οὐ κτισθέντα] Desunt in al. ID. — Sic & in altero cod. Vind. CLER.

4. Ἀποστόλοις] Al. add. *ἡμῶν*. COT.

5. Εἰς *σαρκὸς ἀνάστασιν*.] Frustra asserit Franciscus Turrianus respexisse ad hæc verba Sophronium Hierosolymitanum, in Epistola illa sua quæ refertur Actione XI. Sextæ Synodi, ubi aliquem sapientum citat. (Editionis Binianæ ann. 1618. tom. 3. part. 1. sect. 1. p. 126. A.) Quæ enim laudantur, hæc, *ἵνα καὶ τὴν εἰκόνα σώσῃ, καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ*, exstant in Gregorio Nazianzeno Orat. 38. p. 620. C. Orat. 42. p. 682. C. ID.

Sæcul. III.
circa
Ann. Chr.
230.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μγ'.

Περὶ τοῦ μυστικοῦ ὕδατος εὐχαριστία.

Εἶτα ἔρχεται εἰς τὸ ὕδωρ. εὐλογεῖ καὶ δοξάζει A τὸν δεσπότην Θεὸν τὸν παντοκράτορα, τὸν πατέρα τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ, εὐχαριστῶν, ὁ ἱερεύς· ὅτι ἀπέστειλεν ἐνανθρωπῆσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς σώσῃ· ὅτι ἠνέσχετο τῆς ἐνανθρωπήσεως ὑπήκοον αὐτὸν γενέσθαι ἐν πᾶσι, κηρύξαι βασιλείαν οὐρανῶν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, νεκρῶν ἀνάστασιν. ἐπὶ τούτοις προσκυνεῖ αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν μετ' αὐτόν, καὶ δι' αὐτὸν εὐχαριστῶν αὐτῷ, τῷ ἀναδέξασθαι αὐτὸν [1] τῶν ὑπὲρ πάντων θάνατον διὰ τοῦ σταυροῦ, οὗ τύπον ἔδωκε τὸ βάπτισμα τῆς παλιγγενεσίας. δοξάζει τε ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, Θεὸς ὁ τῶν ὅλων κύριος, ἐν ἁγίῳ πνεύματι οὐκ ἀπέρριψε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἀλλὰ διαφόροις καιροῖς διαφόρους προνοίας ἐποιήσατο· τότε Ἀδὰμ αὐτῷ ἐν παραδείσῳ, πρῶτον μὲν τρυ- B φῆς λόγῳ τὸν παράδεισον οἰκητήριον δούς, ἔπειτα προνοίας λόγῳ ἐντολὴν ποιησάμενος· ἁμαρτόντα δέ, δικαιοσύνῃ ἐξώσας, ἀγαθότητι δὲ μὴ ἀπορρίψας εἰς τὸ παντελές, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν διαφόρως παιδεύσας· δι' ὃν ἐπὶ τὸ τέρμα τοῦ αἰῶνος ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἄνθρωπον γενέσθαι δι' ἀνθρώπους, καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη ἀναδέξασθαι, χωρὶς ἁμαρτίας. αὐτὸν οὖν καὶ νῦν παρακαλείτω ὁ ἱερεὺς πρὸς τῷ βαπτίσματι, καὶ λεγέτω· ὅτι κάτιδε ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο· δὸς δὲ χάριν καὶ δύναμιν, ὥστε τὸν βαπτιζόμενον, κατ' ἐντολὴν τοῦ Χριστοῦ σου, αὐτῷ συσταυρωθῆναι, καὶ συναποθανεῖν, καὶ συνταφῆναι, καὶ συναναστῆναι εἰς υἱοθεσίαν τὴν ἐν αὐτῷ, τῷ νε- C κρωθῆναι μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῆσαι δὲ τῇ δικαιοσύνῃ. καὶ μετὰ τοῦτο, βαπτίσας αὐτὸν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, χρισάτω μύρῳ, ἐπιλέγων·

CAPUT XLIII.

Gratiarum actio de myſtica aqua.

Deinde venit ad aquam. Sacerdos autem benedicit ac laudat Dominum Deum omnipotentem, Patrem unigeniti Dei, & gratias agit; quia miſit Filium ſuum, qui homo fieret propter nos, ut nos ſalvaret; quia ſuſtinuit ut ille in Incarnatione fieret per omnia obediens, prædicaret regnum cælorum, remiſſionem peccatorum, mortuorum reſurrectionem. Ad hæc adorat ipſum unigenitum Deum poſt eum, & per illum gratias huic agens, quod ille mortem pro omnibus per crucem ſubierit, cujus mortis figuram dedit Baptiſmum regenerationis. Laudat etiam quia in nomine Chriſti, Deus cunctorum Dominus, in Spiritu ſancto non abjecit humanum genus; ſed variis temporibus variam providentiam adhibuit: tunc ipſi Adamo in Paradiſo; primum quidem ratione deliciarum dedit illi Paradiſum in habitationem; deinde ratione providentiæ mandatum tradidit; poſt peccatum autem, per juſtitiam eum expulit, per bonitatem vero non ex toto abjecit, ſed & poſteros ejus viciſſim erudivit diverſis modis: propter quem in extremo ſæculi miſit Filium ſuum, ut homo fieret hominum cauſſa, & omnes humanos affectus, excepto peccato, ſuſciperet. Ipſum ergo & nunc invocet ſacerdos ſub Baptiſmum, ac dicat: Reſpice de cælo, & ſanctifica hanc aquam; da vero gratiam & virtutem, ut qui baptizatur, ſecundum mandatum Chriſti tui, cum eodem crucifigatur, & commoriatur, & conſepeliatur, & conſuſcitetur in adoptionem quæ in eo fit, ut perimatur quidem peccato, vivat autem juſtitiæ. Et poſt hoc, cum baptizaverit eum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, linat unguento, ac dicat:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μδ'.

Περὶ τοῦ μυστικοῦ μύρου εὐχαριστία.

Κύριε, ὁ Θεός, ὁ ἀγέννητος, καὶ ἀδέσποτος, ὁ τῶν ὅλων κύριος, ὁ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως τοῦ εὐαγγελίου ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν εὔοσμον παρασχόμενος· σὺ καὶ νῦν τοῦτο τὸ μύρον δὸς ἐνεργὲς γενέσθαι ἐπὶ τῷ βαπτιζομένῳ, ὥστε βεβαίαν καὶ πά- D γιον ἐν αὐτῷ τὴν εὐωδίαν μεῖναι τοῦ Χριστοῦ σου, [2] καὶ συναποθανόντα αὐτὸν συναναστῆναι καὶ συζῆσαι αὐτῷ. ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα λεγέτω· ἑκάστου γὰρ ἡ δύναμις τῆς χειροθεσίας ἐστὶν αὕτη· [3] ἐὰν γὰρ μὴ εἰς ἕκαστον τούτων ἐπίκλησις γένηται παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς ἱερέως τοιαύτη τις, εἰς ὕδωρ μόνον καταβαίνει ὁ βαπτιζόμενος, ὡς [4] Ἰουδαῖοι, καὶ ἀποτίθεται μόνον τὸν ῥύπον τοῦ σώματος, οὐ τὸν ῥύπον τῆς ψυχῆς. [5] μετὰ τοῦτο, ἑστὼς προσευχέσθω τὴν εὐχὴν ἣν ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ κύριος· ἀναγκαίως δὲ τὸν ἀναστάντα δεῖ ἑστάναι καὶ προσεύχεσθαι, διὰ τὸ τὸν ἐγειρόμενον

CAPUT XLIV.

De myſtico unguento actio gratiarum.

Domine Deus, qui ingenitus es, & dominum non habes, ipſe omnium Dominus; qui odorem cognitionis Evangelii in omnibus gentibus ſuavem præbuiſti: tu & nunc præſta ut hoc unguentum efficax fiat in baptizato; quo firma & ſtabilis maneat in ipſo fragrantia Chriſti tui, cui ipſe commortuus, conſuſcitetur ac convivat. Hæc & his conſentanea proferat. Nam hæc eſt poteſtas impoſitionis manuum unicuique factæ: niſi enim in unumquodque eorum talis quæpiam invocatio a pio ſacerdote adhibeatur; qui baptizatur, in aquam tantum deſcendit, ut Judæi, & corporis tantum ſordes, non autem animæ deponit. Poſt hoc, ſtans dicat orationem, quam [a] docuit nos Dominus: ſcilicet, qui reſurrexit, neceſſario debet ſtare ac orare, quoniam qui exſurgit, erectus eſt: &

[a] Matth. VI. 9.

1. Τῶν] Forte τόν. Cot.

2. Καὶ συναποθανόντα αὐτὸν συναναστῆναι καὶ συζῆσαι αὐτῷ.] Recte cum iſto loco conjunges Interpretationem Balſamonis ad Canonem Laodicenum 48. Id.

3. Ἐὰν γὰρ μὴ εἰς ἕκαστον &c.] Loquitur de Baptiſmate ordinario adultorum; quod niſi ſedulo ac rite juxta totam cærimoniam tradatur a pio Sacerdote, & ſuſcipiatur a pio Catechumeno, animæ ſordes non depellit, nec ſuum obtinet effectum. Id.

4. Ἰουδαῖοι.] Rectius in cod. Vind. οἱ Ἰουδαῖοι. Cler.

5. Μετὰ τοῦτο ἑστὼς προσευχέσθω τὴν εὐχὴν ἣν ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ κύριος.] Joannes Chryſoſtomus Homil. 6. in Epiſtolam ad Coloſſenſes; εὐθέως γὰρ ἀνελθών, ταῦτα φθέγ- E γεται τὰ ῥήματα· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, &c. ubi, (hoc ut obiter moneam) quod ſequitur, οὐκ ἐπ' ὄψιν πίπτει τὸ παιδίον, οὐ ξύλον ὁρᾷς, οὐδὲ πηγήν, corruptum videtur, atque corrigendum ſcribendo πεδίον, quia ad Paradiſum alludit S. Doctor. Et vero ſolis fidelibus licebat orationem Dominicam proferre, nondum initiatis non licebat: ut exſerte docet Theodoritus Hær. Fab. lib. 5. cap. 28. poſt Chryſoſtomum ad Matth. VI. 12. & Homil. 2. in poſteriorem ad Corinthios, utque colligitur ex Auguſtini Sermonibus. Quamquam id orationis recitatum fuiſſe a Catechumenis paullo ante Baptiſmum, legimus in Ritualibus libris. Id.

ὄρθιον εἶναι· καὶ αὐτὸς ὁ συναποθανὼν τῷ Χριστῷ καὶ συνεγερθεὶς, στηκέτω. προσευχέσθω δὲ [1] κατὰ ἀνατολάς· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο γέγραπται ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν παραλειπομένων, ὅτι μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὸν ναὸν τοῦ κυρίου ὑπὸ τοῦ βασιλέως Σολομῶνος, ἐν αὐτῷ τῷ ἐγκαινισμῷ οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ Λευῖται, καὶ οἱ ψαλτῳδοὶ, μετὰ κυμβάλων καὶ ψαλτηρίων εἱστήκεισαν κατὰ ἀνατολὰς, αἰνοῦντες, καὶ ἐξομολογούμενοι, καὶ λέγοντες· Αἰνεῖτε τὸν κύριον, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

ipse igitur, qui una cum Christo mortuus est ac resurrexit, stet. Precetur vero ad Orientem: etenim hoc quoque scriptum est in secundo Paralipomenon, quod, postquam templum Domini a rege Salomone consummatum fuit, in ipsa dedicatione Sacerdotes, & Levitæ, & Cantores, cum cymbalis & psalteriis steterunt ad Orientem, laudantes, & confitentes, ac dicentes: [a] *Laudate Dominum, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μέ.

Προσευχὴ τῶν νεοτελῶν.

ΠΡοσευχέσθω δὲ ταῦτα μετὰ τὴν προτέραν εὐχὴν, λέγων· ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ σου, τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου, δός μοι σῶμα ἄσπιλον, καρδίαν καθαρὰν, νοῦν γρήγορον, γνῶσιν ἀπλανῆ, πνεύματος ἁγίου ἐπιφοίτησιν πρὸς κτῆσιν καὶ πληροφορίαν τῆς ἀληθείας, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου. δι᾽ οὗ σοι δόξα ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. ταῦτα καὶ περὶ τῶν κατηχουμένων δίκαιον ἡγησάμεθα διατάξασθαι.

CAPUT XLV.

Oratio recenter initiatorum.

PRecetur vero hæc, post priorem orationem, dicens: Deus omnipotens, Pater Christi tui, unigeniti Filii tui; da mihi corpus immaculatum, cor mundum, mentem vigilem, cognitionem non errantem, Spiritus sancti adventum ad possessionem & certam fidem veritatis, per Christum tuum; per quem tibi gloria in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Atque hæc de Catechumenis constituere, æquum duximus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μς΄.

Τίνας πέμποντες ἐχειροτόνησαν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι.

ΠΕρὶ δὲ τῶν ὑφ᾽ ἡμῶν χειροτονηθέντων ἐπισκόπων [2] ἐν τῇ ζωῇ τῇ ἡμετέρᾳ, γνωρίζομεν ὑμῖν, ὅτι εἰσὶν οὗτοι· Ἱεροσολύμων μὲν [3] Ἰάκωβος ὁ τοῦ κυρίου ἀδελφὸς, οὗ τελευτήσαντος δεύτερος [4] Συμεὼν ὁ τοῦ Κλεόπα, μεθ᾽ ὃν τρίτος [5] Ἰούδας Ἰακώβου·

CAPUT XLVI.

Quosnam sancti Apostoli miserunt & ordinarunt.

DE Episcopis vero qui a nobis in vita nostra ordinati sunt, indicamus vobis, quod hi sunt: Hierosolymorum quidem Jacobus frater Domini; quo mortuo secundus fuit Symeon Cleopæ filius; post quem tertius Judas Jacobi: Cæsareæ

[a] II. Paral. v. 13.

1. Κατὰ ἀνατολάς.] Ita in Ms. Alexandrino II. Paralip. V. 12. COT.

2. Ἐν τῇ ζωῇ ἡμετέρᾳ.] Imprudenter Apostolos Scriptor hic loquentes inducit, quasi post mortem, aut certe morti vicini scriberent, quippe nullos postea Episcopos creaturi. Ii vero numquam ita convenerunt omnes, ut sic, morte instante, loqui possent. ID.

3. Ἰάκωβος.] Ex placitis Veterum, Jacobus constitutus est Hierosolymorum Episcopus, vel ab ipso Domino, vel ab Apostolis, vel a Christo & Apostolis, vel a Petro, aut denique a Petro, Jacobo & Joanne. Quod cum doctorum hominum disputationibus satis superque fuerit ventilatum, restat mihi perstringendus locus Chronici Alexandrini pag. 580. τῷ αὐτῷ ἔτει ὁ ἅγιος Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος καὶ πατριάρχης Ἱεροσολύμων, ὃν ἐνεθρόνισεν ὁ ἅγιος Πέτρος εἰς τόπον ἑαυτοῦ ἀνιὼν ἐπὶ τὴν Ῥώμην, ἐτελεύτησεν· καὶ παρέλαβε τὸ σχῆμα τῆς ἐπισκοπῆς Ἱεροσολύμων Συμεὼν ὁ καὶ Σίμων, καὶ γέγονε πατριάρχης. qui sic interpungi debet, verti autem ad hunc modum: *Eodem anno sanctus Jacobus Apostolus, & Patriarcha Hierosolymitanus, quem sanctus Petrus Romam petiturus, in locum suum in sede sua collocaverat, mortuus est: & dignitatem Episcopalem Hierosolymorum suscepit Symeon, qui & Simon, factusque fuit Patriarcha.* IDEM.

4. Συμεὼν ὁ τοῦ Κλεόπα.] Qui & apud Græcos appellatus reperitur Σίμων, ὁ τοῦ Κλεοπᾶ, Κλεώπα, Κλεωπᾶ, Κλωπᾶ, Κλοπᾶ: apud Latinos, Symeon, aut Simeon, & Simon, filius Cleopæ, vel Cleophæ, vel Clopæ. Hunc Pseudo-Dorotheus agens de Apostolis vocat Judam, & eumdem facit cum Jacobo Alphæi: accepta forsan occasione, partim ex iis qui Symeoni Cleophæ dant Judæ nomen, in quam sententiam discedunt Pseudo-Hippolytus in Catalogo Apostolorum, Auctor Adnotationis de 12. Apostolis adductæ supra ad cap. ult. lib. 2. & qui Indiculum Apostolorum composuit initio Oecumenii exstantem; partim ex Epiphanio, apud quem sub finem tomi 1. libri 1. & in Anacephalæosi Judas dicitur is qui Evangelistis est Jacobus Alphæi. *Simon*, inquit Dorotheus excusus, *Judas cognominatus, qui & post Jacobum Hierosolymorum Episcopus factus est (arbitror eum esse Jacobum Alphæi) sub Trajano rege cruci alligatus, occisus est in Ostracina civitate Ægypti Cæsariæ, cum annos vixisset* 102. Dixi *excusus*, nam in Græce scripto habetur; Σίμων δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Ἰούδας, ἐν Ἐλευθεροπόλει, καὶ ἀπὸ Γάζης ἕως Αἰγύπτου κηρύξας τὸν Χριστὸν, θάπτεται ἐν τῇ Ὀστρακίνῃ πόλει τῆς Αἰγύπτου, σταυρωθεὶς ἐπὶ Τραϊανοῦ τοῦ βασιλέως. Ast ubi de Discipulis disserit, Simonem Cleopæ cum Clopa confundit, dicens: *Cleopas, qui & Simon, consobrinus Domini fuit. Hic cum una cum Luca proficisceretur, Dominum post resurrectionem ex mortuis vidit, cumque illo locutus est, quemadmodum in Evangelio scribitur. Tandem alter Hierosolymorum Episcopus factus est.* Græce; Κλεώπας, ὁ καὶ Συμεὼν, ἀνεψιὸς τοῦ κυρίου γενόμενος, καὶ δεύτερος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων, ὃς καὶ ἴδεν αὐτὸν μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Erroris tamen socium habet non modo citatum Adnotatorem, sed etiam Symeonem Metaphrastem, in Chronico nondum publici juris facto. Κλεώπας ὁ ἀνεψιὸς τοῦ κυρίου, ὁ γαμβρὸς Ἰωσὴφ τοῦ δικαίου, ἀνὴρ δὲ Μαρίας τῆς καλουμένης ἀδελφῆς μητρὸς τοῦ κυρίου· οὗτινος εἰς τὸν γάμον τὸ ὕδωρ οἶνον ἐποίησεν ὁ Χριστός. ὃς καὶ ἴδεν αὐτὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, μετὰ Λουκᾶ εἰς πόλιν Ἐμμαοῦς. οὗτος δεύτερος ἐπίσκοπος γέγονεν Ἱεροσολύμων. Id est: *Cleopas consobrinus Domini, gener Josephi justi, & maritus Mariæ quæ vocabatur soror matris Domini: in cujus nuptiis aquam Christus vertit in vinum. Qui & cum Luca eumdem Dominum post resurrectionem vidit ad oppidum Emmaus. Is secundus exstitit Episcopus Hierosolymorum.* Ac de Cleopa subjungam observatiunculam ex Lib. Regio 2374. ubi de fratribus Domini; ὁ Κλεόπας υἱὸς ἦν Ἰωσὴφ τοῦ μνήστορος. *Cleopas filius erat Josephi sponsi.* Græci 30. Junii, Σίμων ὁ καὶ Συμεὼν, ὁ καὶ Κλεώπας, υἱὸς Ἰωσὴφ, ἀδελφὸς Ἰακώβου. In Ms. Regio 2423. Συμεὼν ὁ Κλεόπας. Jam vero multi Simonem Apostolum & Symeonem Episcopum pro eodem habent. Ab aliis autem noster Symeon, Jacobi justi cui successit, aut patruelis dicitur, aut frater. Tolle leve mendum, διοκληθεὶς pro διαβληθεὶς, e Chronici Alexandrini loco p. 594. sic edito: Τραϊανοῦ κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν κινήσαντος, Σίμων ὁ τοῦ Κλεώπα τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἐπίσκοπος γενόμενος ἐμαρτύρησεν, γενόμενος ἐτῶν ρκ΄. ἐπὶ Ἀττικοῦ ὑπατικοῦ διοκληθεὶς ὑπὸ τῶν τῆς μοίρας Κηρίνθου καὶ τῶν λεγομένων Νικολαϊτῶν, &c. ID.

5. Ἰούδας Ἰακώβου.] Tertium Hierosolymæ Episcopum

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

[1] Καισαρείας τε τῆς Παλαιστίνης πρότερον μὲν Ζακχαῖος ὅποτε τελώνης, μεθ᾽ ὃν Κορνήλιος, καὶ τρίτος Θεόφιλος. Αντιοχείας δὲ [2] Εὐόδιος μὲν ὑπ᾽ ἐμοῦ Πέτρου, Ιγνάτιος δὲ ὑπὸ Παύλου. τῆς δὲ Αλεξανδρέων Αννιανὸς πρῶτος ἀπὸ Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, κεχειροτόνηται, δεύτερος δὲ [3] Αβίλλιος ὑπὸ Λουκᾶ καὶ αὐτοῦ

A autem Palæſtinæ primum quidem Zacchæus olim publicanus, poſt quem Cornelius, & tertius Theophilus: Antiochiæ vero Evodius quidem a me Petro, Ignatius autem a Paullo. At urbis Alexandrinorum Annianus primus a Marco Evangeliſta ordinatus eſt, ſecundus vero Avilius a Luca &

Judam nuncupat Euſebius lib. 1. Chronicorum p. 80. ultimæ editionis, Epiphanius Hæreſi 66. ſeu Manichæorum ſect. 20. & Georgius Syncellus in Chronographia: Juſtum idem Euſebius in Chronicis & in Hiſtoria, ambo Nicephori Chronographus & Hiſtoricus, Auctor Raderiani Chronici, Zonaras, & alii: Judam Jacobi nullus, quod ſciam, præter Conſtitutorem hunc, & Pſeudo-Epiphanium in Apoſtolorum ἀνεκδότῳ Indiculo: Ιούδας ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου μετὰ Ιάκωβον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, καὶ Συμεὼν ἐξάδελφον τοῦ κυρίου. λιπὸν (f. λίπον pro ἔλιπον) δὲ καὶ αὐτὸν ἐπίσκοπον ἐν Ιεροσολύμοις ἔτη ζ´. ἐκήρυξε δὲ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ ἐν πάσῃ τῇ Ιουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ. ἐποίησε δὲ καὶ καθολικὴν ἐπιστολήν· καὶ πρώην ἔσχε δύο υἱὺς, Ιάκωβον καὶ Ζωκήρ. ἀπέθανε δὲ ἐν Ιερουσαλὴμ ἐνδόξως. Immo adverſari videtur ei ſententiæ Hegeſippus, apud Euſebium Hiſtoriæ l. 3. c. 20. & 32. Innuit enim Judam e vita migraſſe ante Symeonem. GOT.

1. Καισαρείας δὲ τῆς Παλαιστίνης.] Concordant in Zacchæo alia Clementi pariter adſcripta, itemque Rufinus Præfatione ad Recognitiones, ac Hæreſiographus Sirmondianus Hær. XI. XIII. In Cornelio Martyrologia, nec non Hegeſippus, Tractatu de diſtantiis locorum terræ ſanctæ. Theophili autem Epiſcopi, hujus aut alterius, ad quem Evangeliſta Lucas ſcripſerit, mentio fit ab Iſidoro, Originum lib. 6. cap. 2. Verum Pſeudo-Clementis apocryphos libros aut non legit, aut potius lectos ſprevit Euſebius Cæſarienſis; alias tanta Eccleſiæ ſuæ ornamenta nequaquam in Operibus ſuis omiſſurus. Vide in Epiſtola tertia ſuppoſititii Anacleti, de Zacchæo, primo Epiſcopo Antiochenſi, falſam totique Antiquitati contrariam opinionem. Apud Metaphraſtem Petrus Apoſtolus dicitur in Ilio civitate Helleſponti Cornelium Centurionem conſtituiſſe Epiſcopum. ID.

2. Εὐόδιος &c] A multis Εὔοδος, minus bene. Item Εὔωδος, & Εὐώδιος, quemadmodum legi forte debeat Oratione de Pſeudo-prophetis tom. 6. B. Chryſoſtomi, ubi nunc, Εὐόδιος, ἡ εὐωδία τῆς ἐκκλησίας. Pari modo, quo Philipp. IV. 2. habetur Εὐοδίαν, aut Εὐωδίαν. Etenim Græci, in libris ſuis Ritualibus & Eccleſiaſticis, ac Latini nonnulli, Evodium Antiochenum & Evodiam Paulli pro uno homine ducunt: fitque veriſimile eo Apoſtoli loco quædam exemplaria cum Græca tum Latina, prætuliſſe Evodium, non Evodiam. Certe in Martyrologio Notkeri, apud Henricum Caniſium tom. 6. editum eſt; *II. Non. Maji. Nativitas B. Evodii Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopi, qui primus ab Apoſtolis ibi eſt ordinatus Epiſcopus. De quo ipſe Paullus Philippenſibus ſcribens ait; Evodium rogo, & Syntychen deprecor, idipſum ſapere in Domino Jeſu Chriſto.* Is quem Dorotheum vocant, in Cod. Regio 1789. Εὔοδος, (Ms. 2363. Εὔωδος) ὃς μετὰ Πέτρον τὸν ἀπόστολον ἐπίσκοπος γέγονεν ἐν Αντιοχείᾳ· οὗ καὶ αὐτὸς ὁ ἀπόστολος μέμνηται. At in Lib. 607. habetur tantum; Εὔοδος, (Εὐόδιος. Vol. 1026.) ὃς μετὰ Πέτρον τὸν ἀπόστολον Αντιοχείας ἐπίσκοπος γέγονεν. Ubi Latina verſio impreſſa: *Evodus. Meminit etiam hujus Paullus. Primus poſt Petrum Apoſtolum Coryphæum Antiochiæ Epiſcopus fuit.* Apud Uſuardum ſupple ex aliis Martyrologiis nomen Lucii illius, de quo Act. XIII. 1. *Pridie Nonas Maji, Antiochiæ S. Evodii; qui, ut B. Ignatius ſcribit, primus ibidem Epiſcopus a SS. Apoſtolis inſtitutus eſt, quem in Actibus Apoſtolorum B. Lucas commemorat.* Sed ad rem veniamus. Evodium Antiochiæ Epiſcopum collocatum & ordinatum fuiſſe a Petro ajunt etiam Græci, memoriam illius celebrantes; item Balſamon de Patriarcharum privilegiis, & Suidas in Ναζιραῖος (ſic Cod. Regii, non Ναζηραῖος) & Χριστιανοί: ab Apoſtolis generatim, Martyrologia, & Pſeudo-Ignatius ad Antiochenos 7. Ordinatorem autem Ignatii Paullum, alibi non memini me legere: tantum Chryſoſtomus in ejus Martyris Encomio, Paullum quoque manus ipſi impoſuiſſe innuit; atque Chryſoſtomum ex parte ſequitur Auctor Chronici Alexandrini appellati p. 526. qui dicit Ignatium Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum ab Apoſtolis fuiſſe conſtitutum. A ceteris id Petro tribuitur; a Theodorito, Felice PP. 3. Joanne Malela apud Uſſerium, in falſi Ignatii Epiſtolam ad Antiochenos, Hincmaro, Petro Damiani, &c. Sic de Polycarpo per Joannem aut per Apoſtolos ordinato, conſtituto, collocato, non pauca exſtant Antiquorum teſtimonia. Jam vero ex Apoſtolici Conſtitutoris verbis concludunt viri docti, Evodium & Ignatium ſimul fuiſſe Antiochiæ Epiſcopos, illum Gentibus datum, hunc Judæis; qui & ceſſerit primo, iterumque poſt illius obitum ſederit; adeo ut ante & poſt Evodium ſit Ignatius, ſecundus pariter ac tertius a Petro: ſimiliterque de Timotheo & Joanne Epheſinis paullo poſt hocce in loco memoratis, quod ſimul Epiſcopatum geſſerint, affirmare debent. Subtiliter profecto & ingenioſe hæc, ac ſi vis etiam veriſimiliter; mihi tamen res non perſuadetur facile. Quia quod volunt, non dicit aperte Conſtitutio: immo magis videtur exponenda, per communem ſucceſſionis morem. Et quia tum ξυνωρίδος iſtius, tum ceſſionis, Antiquorum nullus meminit: ſucceſſiſſe vero Ignatium Evodio paſſim legas. Cur ergo, inquies, Origenes Homil. 6. in Lucam, Orientales apud Facundum lib. 8. cap. 1. nec non Thomas Metropolita Tyri Protothronus Antiochiæ, & Helias Preſbyter legatus Theodoſii Hieroſolymitani, in Definitione quæ refertur Actione 1. Synodi 8. Ignatium appellant Epiſcopum Antiochiæ ſecundum, poſt Petrum? Cur Athanaſius Epiſtola de Synodis Arimini & Seleuciæ p. 922. eumdem vult poſt Apoſtolos Antiochiæ Epiſcopum fuiſſe conſtitutum? Cur Chryſoſtomus laudans eum, Maximus ad caput 4. libri de divinis nominibus, & Hincmarus Remenſis adverſus Hincmarum Laudunenſem cap. 16. affirmant, in Petri diſceſſu Ignatio Antiochiæ Eccleſiam fuiſſe commiſſam? Cur a Petro Damiani lib. 1. Epiſt. 20. ſcribitur quod Petrus poſtquam ipſe ſe in Antiochena ſede fidei poſuit fundamentum, Ignatium vice ſua mox ordinavit Epiſcopum? Et quare a pleriſque ordinator Ignatii dicitur Petrus? His objectionibus occurretur, ſi Evodii mors ponatur ante principis Apoſtolorum mortem; juxta narrationem Joannis Malelæ Antiocheni; ἐν τῷ δὲ ἀνιέναι αὐτὸν ἐν τῇ Ρώμῃ, διερχομένου αὐτοῦ δι᾽ Αντιοχείας τῆς μεγάλης, συνέβη τελευτῆσαι Εὔοδον τὸν ἐπίσκοπον καὶ πατριάρχην Αντιοχείας· καὶ ἔλαβε τὸ σχῆμα τῆς ἐπισκοπῆς Αντιοχείας μεγάλης Ιγνάτιος, τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου χειροτονήσαντος αὐτὸν καὶ ἐνθρονίσαντος. *Petro Romam contendente, & per Antiochiam magnam iter faciente, Evodum Epiſcopum & Patriarcham Antiochenum mori contigit: & Epiſcopatus magnæ Antiochiæ dignitatem ſuſcepit Ignatius, eodem S. Petro Apoſtolo ordinante illum ac in ſedem collocante.* Eo quippe poſito, prædicta omnia nullam parient difficultatem; atque poterit B. Ignatius nuncupari Antiochiæ Epiſcopus primus, aut ſecundus, aut tertius, diverſa ratione: tertius, numeratis Petro ac Evodio; ſecundus, ſive præterito Evodio, quod Epiſcopatum ſolus non tenuerit, ſed tantum una cum Petro; ſive omiſſo Petro, propter cauſſam mox dicendam: primus, expunctis e catalogo Evodio ob prolatam rationem, & Petro tamquam Apoſtolo: quandoquidem celebris mos eſt Apoſtolos, pro poteſtate eorum ordinaria vel extraordinaria, Epiſcopali vel Apoſtolica, Indiculis Antiſtitum præfigere, aut ex iis eximere. Quo factum arbitror, ut Theophilus, qui Hieronymo in libro de viris illuſtribus, poſt Euſebium Hiſt. IV. 20. ſextus Antiochenſis Eccleſiæ Epiſcopus eſt, ab eodem Hieronymo Epiſtola 151. ad Algaſiam quæſt. 6. (quem ſequuntur Guillelmus Tyrius & Jacobus de Vitriaco) Antiochenæ Eccleſiæ ſeptimus poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus vocetur. Sicuti, juxta Irenæum, Hyginus Papa octavum & nonum locum ab Apoſtolis inter Romanos Epiſcopos obtinet. Poſterius enim docet beatus Martyr lib. 1. cap. 28. in eamque loquendi formam ducit S. Cyprianum Epiſt. 74. & S. Epiphanium Hæreſ. 41. 42. editionis Petavianæ p. 300. 302. 364. quo ultimo loco perperam Ανικήτου pro Υγίνου ſcriptum invenies. Prius autem traditur ab Irenæo lib. 3. cap. 3. & 4. licet Euſebius Hiſt. Eccl. lib. 4. cap. 11. in poſterioris capitis verbis referat ἔνατος, ſive corruptis deceptus exemplaribus, ſive dum vult Irenæum Irenæo conciliare: ſed jugulat eam lectionem, quod ibidem decimus Epiſcopatus locus aſſignatur Aniceto, inter quem & Hyginum ſedit Pius; ut nihil dicam de expreſſiſſimo teſtimonio capitis 3. relato quoque per Euſebium lib. 5. cap. 6. Longioris Notæ finem facio, errorem per ſuperiora facilem confutatu; Græcorum neſcio quorum apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Scholio ad locum citatum Octavæ Synodi, quod Apoſtoli auſi non fuerint Ignatio, cum ad Eccleſiæ præſulatum promoveretur, amplius manus imponere; nimirum, quem ore Dei laudatum, & ipſius tactu ſanctificatum cognoverint. Matth. XVIII. 2. *Et advocans Jeſus parvulum* &c. quem puerum eſſe Ignatium comminiſcuntur poſteriores Græci IDEM.

3. Αβίλλιος.] Ita Nicephorus Calliſti. Alii Αβίλιος. (Sic alter Cod. Vind.) Sic Flaccus Avilius Euſebio Αβίλιος,

Ἐυαγγελιςȣ̃. [1] τῆς δὲ Ρωμαίων ἐκκλησίας Λῖν۞ μὲν ὁ Κλαυδίας πρῶτ۞, ὑπὸ Παύλȣ, Κλήμης δὲ μετὰ τὸν Λίνȣ θάνατον ὑπ' ἐμȣ̃ Πέτρȣ, δεύτερος κεχειροτόνηται· [2] τῆς δὲ Εφέσȣ Τιμόθε۞ μὲν ὑπὸ Παύλȣ, Ιωάννης δὲ ὑπ' ἐμȣ̃ Ιωάννȣ· [3] Σμύρνης δὲ Αρίςων πρῶτος, μεθ' ὃν Στραταίας ὁ Λωΐδος, ϗ τρίτος Αρίςων· Περγάμȣ δὲ [4] Γάϊ۞· ϗ Φιλαδελφείας

A ipſo Evangeliſta. Romanorum Eccleſiæ primus quidem Linus Claudiæ filius, a Paullo; ſecundus autem, a me Petro poſt mortem Lini ordinatus fuit Clemens: & Epheſi Timotheus a Paullo, Joannes a me Joanne: Smyrnæ Ariſto primus, poſt quem Stratæas Loidis filius, & tertius Ariſto: Pergami Gajus: Philadelphiæ Demetrius a

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.

Philoni eſt Αἰλιος. In Martyrio autem Petri Alexandrini Μίλιος legitur pro Αβίλιος: ingenti quidem corruptione, ſed non inſueta in hoc nomine. Nam Milo dicitur lib. 9. cap. 19. Catalogi Petri de Natalibus;. & ad calcem Regii Ms. 2423. in Patriarcharum Indiculo ſcriptum habetur Αἰμιλιανός. Quod ſequitur heic de Luca ordinatore Avilii illuſtrari poteſt per titulum Evangelii ſecundum Lucam, in Verſione Syriaca; *Evangelium Lucæ Evangeliſtæ, quod protulit & evangelizavit Græce in Alexandria magna.* & in Perſica, *Evangelium Lucæ quod lingua Græca Ægyptiaca in Alexandria ſcripſit.* Quibus titulis conſona reperi Scholia in Codicibus Regiæ Bibliothecæ 1489. 1782. ἐγράφη ἑλλωιςὶ μετὰ ἔτη ιέ. τῆς ἀναλήψεως τȣ̃ κυρίȣ, εἰς Αλεξάνδρειαν τὴν μεγάλην. Evangelium Lucæ *Græce ſcriptum fuit poſt quindecim annos ab Aſcenſione Domini, in Alexandria magna.* Et, Ευαγγέλιον κατὰ Λȣκᾶν ἐγράφη Συριςὶ εἰς Αλεξάνδρειαν τὴν μεγάλην μετὰ ιέ. ἔτη τῆς ἀναλήψεως τȣ̃ κυρίȣ. Vide ὑπόμνημα ad eum Evangeliſtam in fine Oecumenii. COT.

1. Τῆς δὲ Ρωμαίων ἐκκλησίας.] Linum a Petro primum Romanæ Eccleſiæ Pontificem collocant Veteres ac Recentiores: Claudiæ filium fuiſſe, illius (ut videtur) quæ in ſalutatione ipſi jungitur II. Tim. IV. 21. & a Paullo eſſe ordinatum, dicit alius nemo, ſi bene memini: quin immo qui librum Pontificalem compoſuit, & Nicephorus, aliique, ſed parvæ fidei Scriptores, Lini, quemadmodum Cleti ſeu Anacleti & Clementis, conſecratorem faciunt Petrum. At Irenæus lib. 3. cap. 3. ſcribit, Petrum & Paullum Apoſtolos Lino Epiſcopatus officium tradidiſſe: Zonaras autem & Balſamon, ad Canones Carthaginienſes, Linum a Petro Pontificem fuiſſe conſtitutum. Jam quod Linus mortem oppetierit ante Petrum, affirmatur a multis, negatur ab Euſebio Hiſt. Eccl. lib. 3. cap. 2. (quod caput in ſua Interpretatione omiſit Rufinus, forte de induſtria) in medio relinquitur per Epiphanium Hæreſi 27. cap. 6. Hactenus de Lino. Ejus ſucceſſor, ex mente Auctoris noſtri, exſtitit Clemens, a Petro ordinatus. Et quidem in ordinatione conſentiunt vulgo, exſtatque inſigne hujuſce rei teſtimonium in Tertulliani libro de præſcriptione Hæreticorum cap. 32. Additur ab aliis poſt Pſeudo-Clementis Epiſtolam ad Jacobum, quam Rufinus in Latinum ſermonem tranſtulit, & poſt Epitomen Recognitionum, id contigiſſe paullo ante quam Apoſtolorum Coryphæus migraret e vita. Quamquam Epiphanii conſimilis priori dubitatio eſt, fueritne Clemens a Petro vel a Cleto conſecratus Pontifex. Circa ſucceſſionem major oritur difficultas: multis multæque auctoritatis Doctoribus Linum inter & Clementem interponentibus Cletum, ſeu Anacletum, aut Anencletum; (ſententiæ enim unum eumdemque eſſe affirmanti calculum meum addo) quorum agmen ducit Martyr Irenæus: nec parte Noſtri magnis vindicibus deſtituta, utpote etiam Optati lib. 2. & Auguſtini Epiſt. 165. Pſeudo-Tertulliano autem ita numerante in Carmine 3. adverſus Marcionem, *Linus. Cletus. Anacletus. Clemens*: ſed parum probabiliter. Tertulliano denique ubi ſupra, falſo Clemente jam citato & apud Nicephorum Hiſt. II. 35. Proclo in Tractatu de traditione divinæ Miſſæ, Rufino de adulteratione librorum Origenis, Hieronymo I. in Jovinianum 7. & ad caput 52. Iſaiæ, pleriſque Latinorum apud eumdem Hieronymum in Catalogo ubi de Clemente, qui locus & Photii Cod. 112. 113. conferendi ſunt; Eucherio in Epiſtola Parænetica, Beda Hiſt. lib. 2. cap. 4. Adhelmo de laudibus virginitatis c. 12. Gualtero Laudunenſi Epiſtola ad Petrum Abaelardum Spicilegii tomo 2. Auctore Chronici Epiſcoporum Metenſium, paullo poſt initium, ejuſdem optimæ Collectionis tom. 6. & Paſchali II. Epiſtola ad Norigaudum, quam hoc anno emiſit in lucem Stephanus Baluzius clariſſimus vir, dicentibus aut innuentibus Clementem primum fuiſſe Petri ſucceſſorem, & ſecundum ab eo Pontificem; juxta titulum ſepulcralem, qui exſtat in Chronico Caſaurienſi ad annum 1103. Spicilegii laudati tomo 5. p. 475. *Heic jacet ſanctus Clemens Petri diſcipulus, & a Petro Papa ſecundus, qui juſſu Trajani Imperatoris, anchora ad ejus collum [illegible], fuit in pelago merſus.* Quæ opinio poteſt ſubſiſtere, & cum ſententia Conſtitutoris, ſi Linus præteritus credatur, quod ſuperſtite Petro deceſſerit; & cum ſententia Irenæi, [illegible] Linus & Cletus putentur omiſſi, quod ex nonnullorum [illegible] cum Petro & ſub Petro [illegible] Epiſcopatum Urbis, qua de re alibi; ſive poſtpoſiti Clementi exiſtimentur, ex opinione apud Epiphanium, a Petro ordinatum Clementem ceſſiſſe Lino, Lino ſucceſſiſſe Cletum, Cleto Clementem reſumto Pontificatu. Atque dummodo illa ceſſio ſtatuatur, poſt obitum Lini, una cum reſumtione Cleto mortuo; conciliabuntur duæ ſententiæ, Conſtitutoris, & Irenæi, hunc ad modum ſeriem ac ſupputationem componendo; Petrus, Linus, Clemens, (a Noſtro heic poſitus ob ordinationem; a Martyre prætermiſſus ceſſionis ergo) Cletus, idem Clemens. (in Irenæo locum iſtum nactus, propter Epiſcopatus reſumtionem & functionem.) Nec velim dictam ceſſionem, ſi vera eſt, ad ignominiam cum Clementis, tum principis Apoſtolorum trahi, quaſi reliqui Apoſtoli illius electionem ab hoc factam improbaverint, ut pudore omni abjecto dicitur a Joanne Antiocheno, in Opuſculo quod continet Appendix Concilii Baſileenſis: ſed omnino accipi cum Epiphanio in laudem & Petri, qui tantum virum promoverit, & Clementis, qui humiliter depoſuerit ſuſceptum officium; nec non in opprobrium quorumdam ſeditioſorum, cum quibus contendere benigne noluerint ſanctiſſimi homines. Porro celebre τȣ̃ Παναρίȣ caput, ſæpius hac Nota memoratum, una ſyllaba, copula ϗ redundare videtur in his verbis; ἡ τῶν ἐν Ρώμῃ ἐπισκόπων διαδοχὴ ταύτην ἔχει τὴν ἀκολουθίαν. Πέτρ۞ ϗ Παῦλ۞, Λῖν۞ ϗ Κλῆτ۞, Κλήμης. ſcripſiſſe enim Epiphanium, Λῖν۞, Κλῆτ۞, ſuadent quæ initio capitis habentur; ἐν Ρώμῃ γὰρ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρ۞ ϗ Παῦλος οἱ ἀπόςολοι αὐτοὶ ϗ ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος, εἶτα Κλήμης. & multis interjectis, Λῖνον ϗ Κλῆτον ἐπισκοπεύσαντας πρὸς δεκαδύο ἔτη ἕκαςον μετὰ τὴν τȣ̃ ἁγίȣ Πέτρȣ ϗ Παύλȣ τελευτήν. Denique tacere non debeo ſupplementum quod reperi in Mſs. codicibus Scholiorum Maximi, ad caput 5. libri de divinis nominibus, ubi de Clemente, poſt voces, ȣ̃ μέμνηται ὁ ἀπόςολος. Ecce illud; τὸν ϗ ἐν Ρώμῃ τρίτον ἀπὸ τȣ̃ ἁγίȣ Πέτρȣ ἐπισκοπεύσαντα. ID.

2. Τῆς δὲ Εφέσȣ.] Timotheum primum Epheſiorum, ſive, ut ex Scriptura loquitur Theodoritus, Aſianorum Antiſtitem a Paullo factum, pluribus Veterum teſtimoniis accepimus; Joannem a Joanne Apoſtolo eidem Eccleſiæ præfectum non item. Eſt quidem Joannes hic mea conjectura Joannes ille Presbyter apud Euſebium, atque ex eo apud Hieronymum. A quo tamen S. Doctore meus Cæſarienſis capta non fuit. Comprobat hic lib. 3. Hiſt. cap. 39. narrationem illorum qui duos eodem Joannis nomine appellatos in Aſia vixiſſe dixerant, duoque eſſe apud Epheſium ſepulcra, ϗ ἑκάτερον Ιωάννȣ ἔτι νῦν λέγεσθαι. *& utrumque Joannis hactenus nominari.* At Hieronymus his poſtremis non perpenſis, quod de nomine Joannis in genere dictum erat, ad Joannem Apoſtolum & Evangeliſtam detorſit, ſcribens libro de viris illuſtribus; *Joannis Presbyteri & hodie alterum ſepulcrum apud Epheſum oſtenditur: & nonnulli putant duas memorias ejuſdem Joannis Evangeliſtæ eſſe.* Alia conjectura ſeu potius mera divinatione, ex Nicephori Hiſtoria lib. 4. cap. 14. putabitur Joannes Senior idem eſſe cum Anonymo illo Seniore ſeu Presbytero Apoſtolico, cujus verba non raro laudat B. Irenæus. Quod vero tradit Catholicus noſter Doctor Joannem minorem a majori accepiſſe Epiſcopatus ordinem, veriſimile admodum fit; quoniam ut refertur, totius Aſiæ Eccleſias potiſſimumque Epheſinam rexit Theologus. Ceterum neſcio an ὁμωνυμία evenerit, ut Apoſtolus Joannes ſucceſſor habitus ſit Timothei, in Metaphraſte apud Surium 24. Januarii, & in Martyrio Timothei Codice 254. Bibliothecæ Photii. ID.

3. Σμύρνης.] Suſpicio oriri poteſt, alterum ex his Ariſtonibus eſſe celebrem Papiæ Hierapolitani Ariſtonem, in Euſebio, Hieronymo, (apud quem codex Gemblacenſis ſcriptum habet, *Ariſton*) & Martyrologiis. Poſt ſecundum Ariſtonem numerare licet Bucolum, indeque Polycarpum ab Apoſtolo Joanne Smyrnæis præpoſitum, inquiunt Veteres, quique ideo poterat hoc loco memorari. Verum Græcorum ad 6. Februarii calculus fert, ſecundum a primo Bucolo Polycarpus Smyrnæorum Epiſcopum exſtitiſſe. Lege Suidam in Πολύκαρπος. Mitto Apellem [illegible] & κατάπλάτα Dorothei, Smyrnæ Epiſcopum ante Polycarpum. ID.

4. Γά[illegible].] Non Gaius Corinthius Rom. XVI. 23. I Cor. [illegible] 1. 14. quem [illegible] Epiſcopum Theſſalonicenſis Ec[illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

[1] Δημήτριος ὑπ' ἐμοῦ, [2] ὑπὸ δὲ Παύλου Λούκιος Κεγχρεῶν· καὶ τῆς Κρήτης Τίτος· [3] Διονύσιος δὲ ἐν Ἀθήναις· τῆς δὲ ἐν Φοινίκῃ Τριπόλεως [4] Μαραθώνης· τῆς δὲ ἐν Φρυγίᾳ Λαοδικείας [5] Ἄρχιππος· Κολοσσαέων δὲ [6] Φιλήμων· Βεροίας [a] δὲ τῆς κατὰ Μακεδονίαν Ὀνήσιμος ὁ Φιλήμονος· Κρήσκης δὲ τῶν κατὰ Γαλατίαν ἐκκλησιῶν. [7] Ἀκύλας δὲ καὶ Νικήτης τῶν κατὰ Ἀσίαν παροικιῶν· Κρίσπος δὲ τῆς κατὰ Αἴγιναν ἐκκλησίας. οὗτοι οἱ ὑφ' ἡμῶν ἐμπιστευθέντες τὰς ἐν κυρίῳ παροικίας· ὧν τῆς διδασκαλίας μνημονεύοντες πάντοτε παραφυλάσσεσθε τοὺς ἡμετέρους λόγους· καὶ εἴη ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν, νῦν τε καὶ εἰς τοὺς ἀπεράντους χρόνους· ὡς αὐτὸς εἴρηκεν ἡμῖν, μέλλων ἀναλαμβάνεσθαι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν καὶ πατέρα· Ἰδοὺ γάρ, φησιν, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἀμήν.

A me: a Paullo autem Lucius, Cenchrearum: Cretæ Titus: Dionysius Athenis: Tripoleos in Phœnicia Maroones: Laodiceæ in Phrygia Archippus: Colossensium Philemon: Berœæ apud Macedoniam [a] Onesimus Philemonis: Ecclesiarum Galatiæ Crescens: Asiæ Parœciarum Aquila & Nicetas: & Ecclesiæ Æginensis Crispus. Hi sunt quibus Parœciarum cura a nobis concredita est: quorum doctrinæ memores, semper observate sermones nostros: & sit Dominus vobiscum, nunc & in tempora infinita; quemadmodum ipse nobis dixit, cum esset ad suum Deum ac Patrem assumendus: [b] *Ecce* enim, inquit, *ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* B *Amen.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μζ'.

Προσευχὴ ἑωθινή.

[8] ΔΟξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. αἰνοῦμέν σε, ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, διὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως· σὲ τὸν ὄντα Θεόν, ἀγέννητον ἕνα, ἀπρόσιτον μόνον· διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν· κύριε βασιλεῦ ἐπουράνιε, Θεὲ πάτερ παντοκράτορ· κύριε ὁ Θεὸς ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀμώμου ἀμνοῦ, ὃς αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· πρόσδεξαι τὴν δέησιν ἡμῶν· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ. ὅτι [9] σὺ μόνος

CAPUT XLVII.

Oratio matutina.

G*Loria* [c] *in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Laudamus te, hymnis celebramus te, benedicimus te, glorificamus te, adoramus te, per magnum Pontificem, te verum Deum, ingenitum unum, solum inaccessum; C propter magnam gloriam tuam: Domine rex cælestis, Deus Pater omnipotens; Domine Deus, Pater Christi, agni immaculati, qui tollit peccatum mundi: suscipe deprecationem nostram: qui sedes super Cherubinos. Quoniam tu solus sanctus; tu

a Philem. ℣. 10. *b* Matth. XXVIII. 10. *c* Luc. II. 14.

clesiæ facit apud Origenem; Ambrosiaster vero, Beda, Ado, &c. eumdem arbitrantur cum illo ad quem Joannes Apostolus scripsit Epistolam 3. sed vel Cajus Macedo Act. XIX. 29. vel Cajus Derbensis Act. XX. 4. si duo homines fuerunt; aut alius ejusdem nominis. COT.

1. Δημήτριος ὑπ' ἐμοῦ.] *Demetrius a me.* Joanne repetendum ex superioribus. Demetrii hujus, vel alterius mentio cum laude habetur Epist. 3. Joannis vers. 12. ID.

2. Ὑπὸ δὲ Παύλου Λούκιος Κεγχρεῶν.] Forte Lucius Paulli cognatus, & Corinthi sectator illius, cum Apostolus ad Romanos scriberet, Rom. XVI. 21. alius a Luca Evangelista (quidquid videatur nonnullis apud Origenem, atque adeo ipsi Origeni) supra lib. 6. cap. 18. in fine. A fabulatore Dorotheo Lucius (Mss. 2. Λουκᾶς) Paulli in Laodicæa Syriæ Episcopus collocatur. Lucium quoque Cyrenæum nominat Lucas Act. XIII. 1. quem quidam eumdem credunt ac Apostoli affinem, alii alium; Latini 6. Maji Cyrenarum Episcopum. Et Λευκίου, *Leucii* sive *Lucii* Apostolici hominis meminit Epiphanius Hær. 51. cap. 6. ID.

3. Διονύσιος.] S. Maximus, in Prologo ad Opera Dionysii crediti istius; *καθίσταται κατὰ τὸ φερόμενον ἐν ἑβδόμῳ βιβλίῳ τῶν ἀποστολικῶν διαταγμάτων ὁ Διονύσιος ἐπίσκοπος ὑπὸ Παύλου τοῦ Χριστοφόρου τῶν ἐν Ἀθήναις πιστευσάντων.* Et ad §. 5. Epist. 8. *ἱεροθέτην δὲ καλεῖ τὸν ἅγιον ἀπόστολον Παῦλον, ὡς χειροτονήσαντα* (hoc est, ad verbum, eum qui suffragio suo detulerat, & in manus tradiderat) *αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς ἐκκλησίας τῶν Ἀθηνῶν, καθὼς ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν Ἀποστόλων γέγραπται διαταγαῖς.* Verum aperte non dicitur in Constitutione, Dionysium a Paullo fuisse ordinatum; nec necesse est ut cuncta quæ sequuntur postremum ὑπὸ Παύλου, ad Paullum referantur, sufficit ut ad aliquem ex Apostolis. Pari modo verbo Dionysii Corinthii apud Eusebium non intelligentes Rufinus & Nicephorus, eamdem Dionysii Areopagitæ ab Apostolo promotionem ex eo retulerunt. Atque hæc cum ita habeant, non negaverim tamen rem ipsam; quam scio & verisimilem, & a multis mediæ infimæque ætatis Scriptoribus traditam. Vide subsequentia. ID.

4. Μαραθώνης.] Immo Μαροώνης, seu potius Μαρωνης, ex Recognitionibus, Epitome, & Clementinis Episcopus Tripolitanus creatus a Petro Apostolo. Maronem hunc aut Maroonem vitiose appellatum *Marcum* invenies in fragmento, quod sub nomine Sophronii Hierosolymitani exstat tomo 7. Bibliothecæ Patrum, quodque non adverterunt viri docti excerptum fuisse per Epitomen ex Commentario de certaminibus, peregrinationibus, & consummatione SS. Petri & Paulli apud Surium die Junii 29. Nec rectius ipse Commentarius *Marsonem* præfert. De Marone Flaviæ Domitillæ, Latini 15. Aprilis, nec non Acta Nerei & Achillei in Surio 12. Maji. ID.

5. Ἄρχιππος.] Coloss. IV. 16. *Et cum lecta fuerit apud* D *vos Epistola hæc, facite ut & in Laodicensium Ecclesia legatur: & ea quæ Laodicensium est, ut vobis legatur. Et dicite Archippo, vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas.* Quo in loco interpretando variantes Antiqui, alii Archippum Colossensium Ecclesiæ addixerunt, ut Episcopum quidam, ut Diaconum nonnulli, ut Clericum aliqui; alii Laodicensium fecere Antistitem, quod cernere est apud Theodoritum ad eum textum. In Ms. Regio 1253. post Epistolam ad Philemonem scriptum reperi; Πρὸς Φιλήμονα καὶ Ἀπφίαν δεσπότας Ὀνησίμου, καὶ πρὸς Ἄρχιππον διάκονον τῆς ἐν Κολοσσαῖς ἐκκλησίας, ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ὀνησίμου οἰκέτου. στίχ. λζ. ID.

6. Φιλήμων.] Quando Philemon litteras Apostoli accepit, Clericus non erat, nec ulla Ecclesiasticæ ordinationis dignitate præditus, teste Ambrosiastro. Sed postea creatus fuisse Episcopus creditur: Colossensium, ait Constitutor; Gazæ, fingit Dorotheus. ID.

7. Ἀκύλας δὲ καὶ Νικήτης.] Ut Petri comites, a Petro E ordinatos fuisse crediderim. ID.

8. Huic capiti de oratione matutina, doxologia magna, & hymno Angelico, unice splendorem afferent verba Tractatus de virginitate in Athanasio p. 1057. *πρὸς ὄρθρον δὲ τὸν ψαλμὸν τοῦτον λέγετε· ὁ Θεός, ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ὀρθρίζω· ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου· διάφαυμα (l. διαφαῦμα) δὲ εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν κύριον· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε· καὶ τὰ ἑξῆς.* Quæ sic verto; *Matutino autem tempore hunc Psalmum dicite; Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo; sitivit te anima mea: Diluculo autem; Benedicite omnia opera Domini Domino: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas: laudamus te, benedicimus te, adoramus te: & reliqua.* Libri Rituales videantur. Item sedulus, solidusque Scriptor Jacobus Usserius de Symbolis &c. ID.

9. Σὺ μόνος κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς τοῦ Θεοῦ &c.] Tota orationis series postularet Ἰησοῦ Χριστοῦ. Non ausim tamen quidquam mutare; præsertim ob illud cap. 13. lib. 8. εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, εἷς Ἰησοῦς Χριστός. ID.

a Βεροίας —— Ὀνήσιμος ὁ Φιλήμονος.] In hunc locum legere præstat quæ Mazochius V. C. observat ad *Kalend. Eccles. Neapol.* vol. I. pag. 95. not. 13.

ἅγιος· σὺ μόνος κύριος Ἰησοῦς, Χριστὸς τοῦ Θεοῦ A πάσης γενητῆς φύσεως, τοῦ βασιλέως ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ, καὶ σέβας.

solus Dominus Jesus, Christus Dei universæ naturæ creatæ regis nostri; per illum tibi gloria, honor & adoratio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μή.

Ἑσπερινός.

[1] Αἰνεῖτε παῖδες κύριον· αἰνεῖτε τὸ ὄνομα κυρίου. Αἰνοῦμέν σε, ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν· κύριε βασιλεῦ, ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀμώμου ἀμνοῦ, ὃς αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· σοὶ πρέπει αἶνος· σοὶ πρέπει ὕμνος· σοὶ δόξα πρέπει τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ· διὰ τοῦ υἱοῦ, ἐν πνεύματι τῷ παναγίῳ, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν B αἰώνων. ἀμήν. Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλον σου, δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.

CAPUT XLVIII.

Oratio vespertina.

Laudate [a] *pueri Dominum; laudate nomen Domini.* Laudamus te, hymnis celebramus te, benedicimus te, propter magnam gloriam tuam: Domine rex, Pater Christi, agni immaculati, qui tollit peccatum mundi: te decet laus; te decet gloria Deum & Patrem; per Filium, in Spiritu sanctissimo, in sæcula sæculorum. Amen. [b] *Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad revelationem Gentium, & gloriam populi tui Israelis.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μθ'.

Εὐχὴ ἐπ' ἀρίστῳ.

Εὐλογητὸς εἶ κύριε, ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου, ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί· πλήρωσον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν· ἵνα πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύομεν εἰς C πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

CAPUT XLIX.


Oratio in prandio.

Benedictus es [c] Domine, [d] qui nutris me a pueritia mea, [e] qui das escam omni carni: [f] imple gaudio & lætitia corda nostra: [g] ut semper omnem sufficientiam habentes, abundemus in omne opus bonum, in Christo Jesu Domino nostro; per quem tibi gloria, honor & imperium, in sæcula. Amen.

a Psal. CXII. 1. *b* Luc. II. 29-32 *c* Psal. CXVIII. 12. *d* Gen. XLVIII. 15. *e* Psal. CXXXV. 25. *f* Act. XIV. 16. *g* II. Cor. IX. 8.

1. Eamdem orationem leges apud Athanasium περὶ παρθενίας, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως pag. 1051. De Essenis Josephus Belli Judaici lib. 2. cap. 7. προκατεύχεται δὲ ὁ ἱερεὺς τῆς τροφῆς, καὶ γεύσασθαί τινα πρὶν τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον ἀριστοποιησάμενος (ita quoque in Euseb. Præp. Evang. IX. 3. sed rectius apud Porphyrium de abstinentia ab animatis lib. 4. ἀριστοποιησαμένοις) ἐπεύχεται πάλιν· ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν Θεόν. COT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ΚΕΦΑΛΑΙΑ τοῦ ὀγδόου βιβλίου.	CAPITA Libri octavi.
α΄. Τίνων χάριν ἐπιτελοῦνται αἱ τῶν σημείων δυνάμεις.	I. Quare & propter quoſnam edantur ſigna & miracula.
β΄. Περὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ἀναξίων.	II. De Epiſcopis, & Presbyteris indignis.
γ΄. Ὅτι τὸ διατάσσεσθαι τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιτελούμενα κορυφαιότατόν ἐστι.	III. Quod conſtituere ea quæ in Eccleſiis peraguntur, ſummum ac potiſſimum ſit.
δ΄. Περὶ χειροτονιῶν.	IV. De Ordinationibus.
ε΄. Ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας ἐπισκόπων.	V. Invocatio in ordinatione Epiſcoporum.
ς΄. Ἡ θεία λειτουργία, ἐν ᾗ προσφώνησις ὑπὲρ κατηχουμένων.	VI. Divina Liturgia; in qua oratio pro Catechumenis.
ζ΄. Ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων.	VII. Oratio pro Energumenis.
η΄. Ὑπὲρ τῶν βαπτιζομένων.	VIII. Oratio pro iis qui jamjam baptizandi ſunt.
θ΄. Χειροθεσία, καὶ εὐχὴ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ.	IX. Impoſitio manuum, & oratio pro pœnitentibus.
ι΄. Προσφώνησις ὑπὲρ τῶν πιστῶν.	X. Oratio pro fidelibus.
ια΄. Ἐπίκλησις τῶν πιστῶν.	XI. Invocatio pro fidelibus.
ιβ΄. Διάταξις Ἰακώβου, τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου.	XII. Conſtitutio Jacobi, fratris Joannis Zebedæi.
ιγ΄. Προσφώνησις ἐπὶ τῶν πιστῶν μετὰ τὴν θείαν ἀναφοράν.	XIII. Oratio pro fidelibus, poſt divinam oblationem.
ιδ΄. Προσφώνησις μετὰ τὴν μετάληψιν.	XIV. Oratio poſt communionem.
ιε΄. Ἐπίκλησις μετὰ τὴν μετάληψιν.	XV. Invocatio poſt communionem.
ις΄. Περὶ χειροτονίας πρεσβυτέρων διάταξις Ἰωάννου τοῦ φιλουμένου ὑπὸ κυρίου.	XVI. De ordinatione Presbyterorum, conſtitutio Joannis a Domino dilecti.
ιζ΄. Περὶ χειροτονίας διακόνων, τοῦ Φιλίππου διάταξις.	XVII. De ordinatione Diaconorum conſtitutio Philippi.
ιη΄. Ἐπίκλησις χειροτονίας διακόνου.	XVIII. Invocatio ordinationis Diaconi.
ιθ΄. Περὶ διακονίσσης, Βαρθολομαίου διάταξις.	XIX. De Diaconiſſa conſtitutio Bartholomæi.
κ΄. Ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας διακονίσσης.	XX. Invocatio in ordinatione Diaconiſſæ.
κα΄. Περὶ ὑποδιακόνων διάταξις τοῦ Θωμᾶ.	XXI. De Subdiaconis conſtitutio Thomæ.
κβ΄. Περὶ ἀναγνωστῶν, τοῦ Ματθαίου διάταξις.	XXII. De Lectoribus conſtitutio Matthæi.
κγ΄. Ἰακώβου τοῦ Ἀλφαίου περὶ ὁμολογητῶν διάταξις.	XXIII. Jacobi Alphæi conſtitutio de confeſſoribus.
κδ΄. Τοῦ αὐτοῦ περὶ παρθένων.	XXIV. Ejuſdem de virginibus.
κε΄. Λεββαίου τοῦ ἐπικληθέντος Θαδδαίου περὶ χηρῶν διάταξις.	XXV. Lebbæi cognomento Thaddæi conſtitutio de viduis.
κς΄. Ὁ αὐτὸς περὶ ἐπορκιστοῦ.	XXVI. Idem de Exorciſta.
κζ΄. Σίμων ὁ Κανανίτης, περὶ τοῦ ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος.	XXVII. Simon Cananita, de Epiſcopo, a quot debeat ordinari.
κη΄. Τοῦ αὐτοῦ κανόνες περὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, καὶ λοιπῶν κληρικῶν.	XXVIII. Ejuſdem Canones de Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, & reliquis Clericis.
κθ΄. Περὶ εὐλογίας ὕδατος καὶ ἐλαίου, τοῦ Ματθαίου διάταξις.	XXIX. De benedictione aquæ & olei, Matthæi conſtitutio.
λ΄. Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν.	XXX. Ejuſdem, de primitiis & decimis.
λα΄. Τοῦ αὐτοῦ περὶ περισσευμάτων.	XXXI. Ejuſdem, de iis quæ ſuperſunt.
λβ΄. Κανόνες διαφόροι Παύλου τοῦ ἀποστόλου, περὶ τῶν προσιόντων τῷ βαπτίσματι, τίνας δεῖ προσδέχεσθαι, καὶ τίνας ἀποβάλλεσθαι.	XXXII. Varii canones Paulli Apoſtoli, de iis qui accedunt ad Baptiſmum, quos oporteat admittere, & quos rejicere.
λγ΄. Οἵας ἡμέρας δεῖ ἀργεῖν τοὺς οἰκέτας.	XXXIII. Quibus diebus famuli debeant feriari.
λδ΄. Ποίας ὥρας, καὶ διατί ἐν ταύταις δεῖ προσεύχεσθαι.	XXXIV. Quibus horis, & quare in eis precandum ſit.
λε΄. Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ Χριστοῦ διάταξις περὶ ἑσπερινοῦ.	XXXV. Jacobi fratris Domini conſtitutio de veſpertino officio.
λς΄. Προσφώνησις ἐπιλύχνιος.	XXXVI. Oratio lucernalis.
λζ΄. Εὐχαριστία ἐπιλύχνιος.	XXXVII. Gratiarum actio lucernalis.
λη΄. Εὐχαριστία ὀρθρινή.	XXXVIII. Gratiarum actio matutina.
λθ΄. Χειροθεσία ὀρθρινή.	XXXIX. Impoſitio manus matutina.
μ΄. Ἐπίκλησις ἐπὶ ἀπαρχῶν.	XL. Invocatio pro primitiis.
μα΄. Προσφώνησις ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων.	XLI. Oratio pro mortuis.
μβ΄. Πῶς δεῖ καὶ πότε γίνεσθαι τὰς τῶν κοιμηθέντων πιστῶν μνείας· καὶ ὅτι ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς, δεῖ παρέχεσθαι πένησι.	XLII. Quo modo & quando oporteat fidelium defunctorum fieri memorias; & quod ex eorum facultatibus ſit pauperibus largiendum.
μγ΄. Ὅτι τοὺς ἀσεβεῖς τελευτῶντας οὐδὲν ὠφελοῦσι μνεῖαι, ἢ ἐντολαί.	XLIII. Quod impios ex vita decedentes nihil juvent memoriæ, vel mandata.
μδ΄. Περὶ μεθύσων.	XLIV. De ebrioſis.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ.

Περὶ [a] χαρισμάτων, καὶ χειροτονιῶν, καὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄.

Τίνων χάριν ἐπιπλοῦνται αἱ τῶν σημείων δυνάμεις.

Τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ A μέγα τῆς εὐσεβείας ἡμῖν παραδιδόντος μυστήριον, καὶ προσκαλουμένου Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καθὼς αὐτός που φησὶν εὐχαριστῶν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν πιστευσάντων· ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, τὸ ἔργον ὃ ἔδωκάς μοι, ἐτελείωσα· καὶ περὶ ἡμῶν λέγοντος τῷ πατρὶ, πάτερ ἅγιε, εἰ καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἀλλ' ἐγώ σε ἔγνων, καὶ [1] οὗτοί σε ἔγνωσαν· εἰκότως, ὡς ἂν τετελειωμένων ἡμῶν, φησὶ πᾶσιν ἅμα, περὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ διὰ τοῦ πνεύματος διδομένων χαρισμάτων· Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασιν, ταῦτα παρακολουθήσει· ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι· γλώσσαις καιναῖς λαλήσουσιν· ὄφεις ἀροῦσι· κἂν B θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει· ἐπὶ ἀῤῥώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσι. Τούτων τῶν χαρισμάτων πρότερον μὲν ἡμῖν δοθέντων τοῖς ἀποστόλοις, μέλλουσι τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλειν πάσῃ τῇ κτίσει· ἔπειτα δὲ τοῖς δι' ἡμῶν πιστεύσασιν ἀναγκαίως χορηγουμένων· οὐκ εἰς τὴν τῶν ἐνεργούντων ὠφέλειαν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀπίστων συγκατάθεσιν, ἵνα οὓς οὐκ ἔπεισεν ὁ λόγος, τούτους ἡ τῶν σημείων δυσωπήσῃ δύναμις· τὰ γὰρ σημεῖα οὐ τοῖς πιστοῖς ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις, Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων· οὔτε γὰρ τὸ δαίμονας ἐκβάλλειν ἡμέτερον κέρδος, ἀλλὰ τῶν ἐνεργείᾳ κυρίου καθαιρομένων· καθὼς αὐτός που παιδεύων ἡμᾶς ὁ κύριος δείκνυσι λέγων· μὴ χαίρετε ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν [b] ὑπακούεται, C ἀλλὰ χαίρετε ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τῷ οὐρανῷ· ἐπειδὴ τὸ μὲν αὐτοῦ δυνάμει γίνεται, τὸ δὲ ἡμετέρᾳ εὐνοίᾳ καὶ σπουδῇ, δῆλον ὅτι βοηθουμένοις ὑπ' αὐτοῦ. οὐκ ἐπάναγκες οὖν πάντα πιστὸν δαίμονας ἐκβάλλειν, ἢ νεκροὺς ἀνιστᾷν, ἢ γλώσσαις λαλεῖν· ἀλλὰ τὸν ἀξιωθέντα χαρίσματος ἐπί τινι αἰτίᾳ χρησίμῃ, εἰς σωτηρίαν τῶν ἀπίστων, δυσωπουμένων πολλάκις οὐ τῇ τῶν λόγων ἀποδείξει, ἀλλὰ τῇ τῶν σημείων ἐνεργείᾳ, ἀξίων ὄντων σωτηρίας· οὐδὲ γὰρ πάντες οἱ ἀσεβεῖς ὑπὸ τῶν θαυμάτων ἐντρέπονται· καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ Θεὸς, ὡς ὅταν λέγῃ ἐν τῷ νόμῳ· Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις, καὶ D

LIBER OCTAVUS.

De Charismatibus, & ordinationibus, & Ecclesiasticis canonibus.

CAPUT PRIMUM.

Quare & propter quosnam edantur signa & miracula.

Cum Deus & Salvator noster Jesus Christus [a] magnum pietatis sacramentum nobis tradat, & Judæos Gentilesque invitet ad agnitionem unius ac solius veri Dei Patris sui; quemadmodum ipse alicubi, gratias de salute credentium agens, ait: [b] *Manifestavi nomen tuum hominibus; opus quod dedisti mihi, consummavi;* cumque de nobis dicat Patri: [c] *Pater sancte, etsi mundus te non cognovit; at ego te cognovi, & hi te cognoverunt:* merito omnibus simul, ut pote qui simus consummati, ait de Charismatibus, quæ ipse per Spiritum dedit: [d] *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur; in nomine meo dæmonia ejicient; linguis novis loquentur; serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Quæ Charismata seu dona prius quidem nobis Apostolis tradita sunt, qui omni creaturæ prædicaturi eramus Evangelium; postea vero necessario iis qui per nos crediderunt, præbentur; non ad utilitatem ea operantium, sed ad infidelium assensionem; ut quibus non persuasit sermo, hos virtus signorum flectat ac pudore afficiat. Signa enim non nobis fidelibus eduntur, sed infidelibus, cum Judæorum tum Græcorum. Neque enim dæmones ejicere, nostrum emolumentum est, sed eorum qui per Domini operationem purgantur; sicut ipse Dominus nos erudiens, ostendit dicendo: [e] *Nolite gaudere, quia spiritus vobis obediunt; sed gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cælo:* quando illud quidem ipsius virtute fit; hoc autem nostro affectu ac studio, nobis videlicet ab eo adjutis. Non ergo necesse est, ut omnis fidelis dæmones expellat, aut suscitet mortuos, aut linguis loquatur; sed is qui Charismate dignatus est propter aliquam caussam utilem, ad salutem infidelium: qui sæpe non sermonum demonstratione, sed signorum operatione commoventur, quique digni sunt salute: non enim omnes impii miraculis convertuntur; cujus rei testis ipse Deus; ut dum dicit in Lege: [f] *Quoniam in aliis linguis loquar populo huic, & in labiis aliis; & non credent.* Nec

a I. Tim. III. 16. *b* Joan. XVII. 6. 4. *c* Ibid. ℣℣. 11. 25. *d* Marc. XVI. 17, 18. *e* Luc. X. 20. *f* Isa. XXVIII. 11. 1. Cor. XIV. 21.

1. Καὶ οὗτοί σε ἔγνωσαν.] Joannis XVII. 25. καὶ οὗτοι ἔγνωσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. *Et hi cognoverunt, quia tu me misisti.* At enim Nonni Paraphrasis;
Καί σε σοφὸς χορὸς οὗτος ἐμῶν δεδάηκεν ἑταίρων.
Chrysostomus in Catena Joannis; καὶ οὗτοι δέ σε ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. ubi in editionibus S. Doctoris, σὲ illud non comparet. Cot.

a Περὶ χαρισμ.] Vid. tom. II. nostræ Biblioth. p. 503. seqq.

b Ὑπακούεται] Forte legendum ὑποτάσσεται, ut habet textus hodiernus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

οὐ μὴ πιστεύσωσιν. Οὔτε γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι ἐπίστευσαν τῷ Θεῷ, Μωϋσέως τοσαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα πεποιηκότος· οὔτε τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων τῷ ὡς Μωϋσεῖ Χριστῷ, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν αὐτοῖς θεραπεύσαντι· καὶ οὔτε ἐκείνους ἐδυσώπησε ῥάβδος ἐμψυχουμένη εἰς ὄφιν, καὶ χεὶρ λευκαινομένη, καὶ Νεῖλος αἱματούμενος· οὔτε τούτους τυφλοὶ ἀναβλέποντες, καὶ χωλοὶ περιπατοῦντες, καὶ νεκροὶ ἀνιστάμενοι· καὶ τῷ μὲν ἀνθίσταντο [1] Ἰαννὴς καὶ Μαμβρής· τῷ δὲ Ἄννας καὶ Καϊάφας. οὕτως οὐ πάντας δυσωπεῖ τὰ σημεῖα, ἀλλὰ μόνους τοὺς εὐγνώμονας, ὧν καὶ χάριν εὐδοκεῖ ὁ Θεὸς ἐπιτελεῖσθαι δυνάμεις, ὡς σοφὸς οἰκονόμος· οὐ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἰσχύϊ, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει. ταῦτα δέ φαμεν, ἐπὶ τὸ μὴ ἐπαίρεσθαι τοὺς λαβόντας χαρίσματα τοιάδε, κατὰ τῶν μὴ λαβόντων· χαρίσματα δὲ λέγομεν, τὰ διὰ τῶν σημείων· ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος πιστεύσας διὰ Χριστοῦ εἰς τὸν Θεὸν, ὃς οὐκ εἴληφε χάρισμα πνευματικόν· αὐτό τε γὰρ τὸ ἀπαλλαγῆναι πολυθέου ἀσεβείας, καὶ πιστεῦσαι Θεῷ πατρὶ διὰ Χριστοῦ, χάρισμά ἐστι Θεοῦ· τό τε ἀποῤῥίψαι τὸ Ἰουδαϊκὸν κάλυμμα, καὶ πιστεῦσαι ὅτι εὐδοκίᾳ Θεοῦ ὁ πρὸ αἰώνων μονογενὴς, ἐν ὑστέρῳ καιρῷ ἐκ παρθένου γεγέννηται, δίχα ὁμιλίας ἀνδρός· καὶ ὅτι ἐπολιτεύσατο ὡς ἄνθρωπος ἄνευ ἁμαρτίας, πληρώσας πᾶσαν δικαιοσύνην τὴν τοῦ νόμου· καὶ ὅτι συγχωρήσει Θεοῦ σταυρὸν ὑπέμεινεν, αἰσχύνης καταφρονήσας ὁ Θεὸς λόγος· καὶ ὅτι ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἀνέστη διὰ τριῶν ἡμερῶν, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τεσσαράκοντα ἡμέρας παραμείνας τοῖς ἀποστόλοις, καὶ πληρώσας πᾶσαν διάταξιν ἀνελήφθη ἐπ᾿ ὄψεσιν αὐτῶν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν Θεὸν καὶ πατέρα. ὁ ταῦτα πιστεύσας, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀλόγως, ἀλλὰ κρίσει καὶ πληροφορίᾳ, χάρισμα εἴληφεν ἐκ Θεοῦ· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ πάσης αἱρέσεως ἀπαλλαγείς. μὴ οὖν τις τῶν ποιούντων σημεῖα, καὶ τέρατα, κρινέτω τινὰ τῶν πιστῶν μὴ ἀξιωθέντα ἐνεργεῖν· διάφορα γάρ ἐστι τὰ τοῦ Θεοῦ χαρίσματα, παρ᾿ αὐτοῦ διὰ Χριστοῦ διδόμενα· καὶ σὺ μὲν εἴληφας τοῦτο· ἐκεῖνος δὲ ἄλλο τι· ἢ γὰρ λόγον σοφίας, ἢ γνώσεως, ἢ διακρίσεως πνευμάτων, ἢ πρόγνωσιν τῶν μελλόντων, ἢ λόγον διδακτικὸν, ἢ ἀνεξικακίαν, ἢ ἐγκράτειαν ἔννομον. καὶ γὰρ καὶ Μωϋσῆς ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιτελῶν τὰ σημεῖα, οὐ κατεπήρθη τῶν ὁμοφύλων· καὶ θεὸς κληθεὶς, οὐκ ἠλαζονεύσατο μετὰ τοῦ ἰδίου προφήτου Ἀαρών. ἀλλ᾿ οὔτε ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, ἡγησάμενος μετ᾿ αὐτὸν τοῦ λαοῦ, κἂν τῷ πρὸς τοὺς Ἰεβουσαίους πολέμῳ στήσας τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼν, καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα Αἰλὼν, διὰ τὸ μὴ αὐταρκεῖν πρὸς τὴν νίκην τὴν ἡμέραν, ἐπήρθη κατὰ τοῦ Φινεὲς, ἢ τοῦ Χαλέβ. οὔτε Σαμουὴλ τοσαῦτα παράδοξα ποιήσας, παρ᾿ οὐδὲν ἡγήσατο τὸν θεοφιλῆ Δαβίδ· καί τοι ἀμφότεροι προφῆται· [2] καὶ ὁ μὲν, ἀρχιερεὺς, ὁ δὲ, βασιλεύς. καὶ ἑπτὰ χιλιάδων ὑπαρχουσῶν ἐν Ἰσραὴλ ἁγίων, τῶν μὴ καμψάντων γόνυ τῇ Βάαλ, μόνος Ἠλίας ἐν αὐτοῖς, καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Ἐλισσαῖος θαυματοποιοὶ γεγένηνται· ἀλλ᾿ οὔτε Ἠλίας τὸν οἰκονόμον Ἀβδιοὺ ἐξεμυκτήρισε, φο-


A enim Ægyptii crediderunt Deo, [a] cum Moyses tot tantaque signa & prodigia faceret: neque multitudo Judæorum credidit Christo, Moysis simili, cum omnem morbum omnemque infirmitatem curaret: & neque illos permovit [b] virga in serpentem animata, & manus alba facta, Nilus in sanguinem versus; neque hos [c] cæci videntes, claudi ambulantes, & mortui suscitati: ac illi quidem [d] resistebant Jannes & Mambres; huic vero Annas & Caiphas. Sic non omnibus signa persuadent, sed iis dumtaxat qui candide de rebus judicant; quorum & caussa Deo tamquam sapienti moderatori placet ut miracula perpetrentur; non hominum viribus, sed illius voluntate. Hæc autem ideo memoramus, B ut qui Charismata hujusmodi acceperunt, non se in eos qui non acceperunt efferant; Charismata dicimus, quæ per miracula: quoniam nemo est, per Christum in Deum credens, qui non acceperit Charisma spirituale: ipsum etenim hoc, liberatum esse impio multorum deorum cultu, & credidisse Deo Patri per Christum, Charisma Dei est; ut &, abjecisse Judaicum velamen; ac credidisse quod Dei beneplacito Unigenitus qui ante sæcula exsistebat, in extremo tempore ex virgine natus est, sine viri concubitu; & quod in vita tamquam homo versatus est, absque peccato, impleta omni justitia Legis; quodque permissione Dei Deus Verbum, [e] spreto dedecore, crucem sustinuit; & quod mor- C tuus est ac sepultus, & resurrexit in triduo; atque post resurrectionem cum Apostolis diebus quadraginta permansit, completaque omni constitutione, assumtus est in eorum conspectu ad Deum & Patrem qui eum miserat. Qui hæc credidit, non stolide ac citra rationem, sed cum judicio ac certitudine, is Charisma a Deo consecutus est: similiter etiam qui ab omni hæresi servatus fuit. Non ergo quispiam eorum qui signa & portenta faciunt, judicet ac damnet quemquam fidelium, qui donum ea operandi non sit adeptus: diversa quippe sunt Dei Charismata, ab ipso per Christum tributa: [f] ac tu quidem accepisti hoc; ille vero aliud quoddam; aut enim sermonem sapientiæ, vel scientiæ, aut D rationem discernendorum spirituum, aut præcognitionem futurorum, aut sermonem aptum ad docendum, aut patientiam, aut continentiam legitimam. Etenim Moyses homo Dei, cum [g] in Ægypto signa perficeret, non se in populares suos extulit; cumque deus appellatus fuisset, non superbivit in suum Prophetam Aaronem. Sed & [h] Jesus Nave filius, qui post Moysem ductor fuit populi, quamvis in bello adversum Jebusæos, quod non sufficeret dies ad victoriam, solem stitisset ad Gabaonem, & lunam ad vallem Aialonem; non tamen in Phineem aut Chalebum arrogantia elatus est. Neque Samuel qui tot mira & inopinata fecit, pium ac Deo carum Davidem nihili duxit: sed ambo erant Prophetæ; & ille quidem pontifex, E hic vero rex. Et cum [i] in Israele essent septem millia sanctorum, qui non curvaverant genu Baali;

a Deut. XVIII. *b* Exod. VII. & IV. *c* Matth. XI. 5. *d* II. Tim. III. 8. *e* Heb. XII. 2. *f* I. Cor. XII. 8. *g* Exod. VII. 1. *h* Jos. X. *i* III. Reg. XIX. 18. Rom. XI. 4.

1. Ἰαννὴς καὶ Μαμβρής.] Apud Niconem Ms. in Pandecte Serm. 43. ubi citat istum locum cum hoc titulo, ἐκ τῶν διατάξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων, διὰ Κλήμεντος, περὶ χαρισμάτων, legitur Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς. Magno certe cum discrimine, nomina Magorum istorum efferunt scribuntque Auctores, Hebræi, Græci & Latini; his fere modis; Johane, Janne, & Mamre, Jamre, Ἰαννὴς, Ἰάννης, Ἰαννῆς, Ἰαννὶς, Ἰωάννης, Ἰάμνης, & Ἰαμβρὴς, Ἰάμβρης, Ἰαμβρῆς, Ἰαμβρεὶς, Μαμβρῆς iisdem accentibus, Μαμβρεὶς, apud Glycam Ζαμβρῆς inversa forte prima littera M. sicque mutata in Z. Jannes, Jamnes, Joannes, & Mambres, Jambres. Emendandum forsan initium conflictus Arnobii cum Serapione: *Supervenientes Ægyptii, qui ut ostenderent se antiquorum provinciæ suæ Magistrorum discipulos, Jannis videlicet & Mambris* (non *Jannes Mambres*) *quos memorat Apostolus famulo Dei Mosea quibusdam præstigiis restitisse &c.* COT.

2. Καὶ ὁ μὲν, ἀρχιερεὺς.] Super celebri quæstione, fuerit ne Samuel summus Pontifex, Sacerdos tantum, an Levita merus, multa a multis scripta sunt, quæ proferre nihil est necesse. ID.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.



βέμενον μὲν τὸν Θεὸν, οὐ ποιοῦντα δὲ σημεῖα· οὔτε Ἐλισσαῖος τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν φρίττοντα τοὺς πολεμίους ὑπερεῖδεν. ἀλλὰ γὰρ οὔτε Δανιὴλ ὁ σοφὸς, ῥυσθεὶς δεύτερον ἐκ στόματος λεόντων, οὔτε οἱ τρεῖς παῖδες ἐκ καμίνου πυρὸς, ἐξουδένωσαν τοὺς λοιποὺς τῶν ὁμοφύλων. ἠπίσταντο γὰρ ὅτι οὐ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει περιεγένοντο τῶν δεινῶν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ ἰσχύϊ, καὶ σημεῖα ἐπετέλουν, καὶ τῶν δυσχερῶν ἀπηλλάττοντο. οὐκοῦν μηδεὶς ὑμῶν ἐπαιρέσθω κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, κἂν προφήτης ᾖ, κἂν θαυματοποιός. εἰ γὰρ δοθῇ μηκέτι εἶναί που ἄπιστον, περιττὴ λοιπὸν ἔσται πᾶσα σημείων ἐνέργεια. τὸ μὲν γὰρ εἶναι εὐσεβῆ, ἐκ τῆς τοῦ τινος εὐνοίας· τὸ δὲ θαυματοποιεῖν, ἐκ τῆς τοῦ ἐνεργοῦντος δυνάμεως· ὧν, τὸ μὲν πρῶτον ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρᾷ, τὸ δὲ δεύτερον Θεὸν τὸν ἐνεργοῦντα, δι' ἃς προείπομεν αἰτίας. οὐκοῦν μήτε βασιλεὺς ἐξουθενείτω τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρατηγούς· μήτε ἄρχοντες τοὺς ὑπηκόους. μὴ ὄντων γὰρ τῶν ἀρχομένων, περιττοὶ οἱ ἄρχοντες· καὶ μὴ ὄντων στρατηγῶν, οὐ στήσεται βασιλεία. ἀλλὰ μηδὲ ἐπίσκοπος ἐπαιρέσθω κατὰ τῶν διακόνων, ἢ τῶν πρεσβυτέρων· μήτε μὴν οἱ πρεσβύτεροι κατὰ τοῦ λαοῦ· ἐξ ἀλλήλων γάρ ἐστιν ἡ σύστασις τοῦ συναθροίσματος. οἵ τε γὰρ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, τινῶν εἰσιν ἱερεῖς· καὶ οἱ λαϊκοὶ, τινῶν εἰσι λαϊκοί· καὶ τὸ μὲν εἶναι χριστιανὸν, ἐφ' ἡμῖν· τὸ δὲ ἀπόστολον, ἢ ἐπίσκοπον, ἢ ἄλλο τι, οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διδόντι Θεῷ τὰ χαρίσματα. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω διὰ τοὺς ἀξιωθέντας χαρισμάτων ἢ ἀξιωμάτων.

ex ipsis solus Elias, ejusque discipulus Elisæus miraculorum effectores fuerunt: non tamen Elias derisit Abdiam œconomum, timentem quidem Deum, at signa non facientem; neque [a] Elisæus discipulum suum hostes perhorrescentem despexit. Sed enim neque [b] sapiens Daniel, bis ex ore leonum ereptus, neque tres pueri, ex ignis fornace liberati, nihili fecerunt reliquos suæ gentis homines. Sciebant enim se non suis viribus pericula evasisse, sed Dei virtute cum signa peregisse, tum ab angustiis fuisse servatos. Itaque nemo vestrum, licet sit Propheta, licet miraculorum operator, se adversus fratrem extollat. Si enim id detur, ut nullus amplius sit infidelis, superflua deinceps erit omnis signorum operatio. Etenim esse pium, ex bona cujuspiam voluntate oritur; at miracula patrare, ex virtute illius qui operatur: quorum primum quidem nos ipsos respicit; secundum vero Deum, ob caussas supra dictas operantem. Igitur neque imperator nihili pendat exercitus duces qui sub ipso sunt; neque præfecti eos qui ipsis parent. Nam si non sint quibus præficiatur, supervacui erunt præfecti; & si non sint duces exercitus, non stabit imperium. Quin etiam nec Episcopus in Diaconos vel Presbyteros extollat se; nec Presbyteri in plebem: ex utriusque enim cœtus compositio exstat. Episcopi quippe ac Presbyteri, quorumdam sunt sacerdotes; & laici, quorumdam sunt laici: ac esse quidem Christianum, in nostra consistit potestate; at esse Apostolum, aut Episcopum, aut quid simile, nostræ non est potestatis, verum ad Deum largitorem Charismatum pertinet. Hæc igitur hactenus dicta sint, propter eos qui digni habiti sunt, ut Charismata vel dignitates acciperent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Περὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ἀναξίων.

Ἐκεῖνο [1] δὲ προστίθεμεν τῷ λόγῳ, ὅτι οὔτε πᾶς ὁ προφητεύων, ὅσιος· οὔτε πᾶς ὁ δαίμονας ἐλαύνων, ἅγιος. καὶ γὰρ καὶ Βαλαὰμ ὁ τοῦ Βεὼρ ὁ μάντις προεφήτευσεν, δυσσεβὴς ὤν· [2] καὶ Καϊάφας, ὁ ψευδώνυμος ἀρχιερεύς· πολλὰ δὲ καὶ ὁ διάβολος προλέγει, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν δαίμονες· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο [3] μένεστιν αὐτοῖς εὐσεβείας σπινθήρ· ἀγνοίᾳ γάρ εἰσι πεπιεσμένοι δι' ἑκούσιον μοχθηρίαν. δῆλον οὖν ὅτι οἱ ἀσεβεῖς, κἂν προφητεύωσιν, [4] οὐ καλύπτουσι διὰ τῆς προφητείας τὴν ἑαυτῶν ἀσέβειαν· οὐδὲ οἱ δαίμονας ἐλαύνοντες, ἐκ τῆς τούτων ὑποχωρήσεως ὁσιωθήσονται· ἀλλήλους γὰρ ἀπατῶσι· καθάπερ οἱ τὰς παιδίας γέλωτος ἕνεκα ἐπιδεικνύμενοι· καὶ τοὺς προσανέχοντας αὐτοῖς, ἀπολλύουσιν. οὔτε δὲ βασιλεὺς δυσσεβὴς, ἔτι βασιλεὺς ὑπάρχει, ἀλλὰ τύραννος· [5] οὔτε ἐπίσκοπος ἀγνοίᾳ ἢ κακονοίᾳ πεπιεσμένος, [6] ἐπίσκοπός ἐστιν, ἀλλὰ ψευδώνυμος, οὐ παρὰ Θεοῦ, ἀλλὰ παρὰ ἀνθρώπων προβληθείς· ὡς [7] Ἀνανίας,

CAPUT II.

De Episcopis & Presbyteris indignis.

Illud vero sermoni addimus; quod nec omnis qui prophetat, pius est; nec omnis qui dæmones expellit, sanctus. Etenim & [c] Balaamus filius Beoris vates, prophetavit, licet impius; & [d] Caiphas, falso nominatus pontifex: multa quoque diabolus prædicit, & illius dæmones; neque ideo quidem inest illis pietatis scintilla: ignorantia quippe opprimuntur, propter voluntariam improbitatem. Liquet igitur quod impii, quamvis prophetent, non obducunt per prophetiam impietatem suam; quodque qui dæmones expellunt, ex eorum discessu non efficiuntur sancti: nam se mutuo decipiunt; sicut qui ludicra risus caussa ostentant; eosque qui ad illos advertunt animum, perdunt. Neque vero rex impius, amplius rex est, sed tyrannus; neque Episcopus inscitia vel animi pravitate constrictus, Episcopus est, sed falsum nomen gerit, non a Deo, verum ab hominibus promo-

[a] IV. Reg. VI. [b] Dan. VI. & XIV. & III. [c] Num. XXIII. & XXIV. [d] Joan. XI. 51.

1. Ἐκεῖνο δὲ κ. τ. λ.] Laudat Anastasius, Quæst. 20. Cot.

2. Καὶ K.] Anast. καὶ Σαὺλ, καὶ K. Id.

3. Μένεστιν] Anast. Quæst. 16. μένεστιν. Id.


4. Οὐ καλύπτουσι διὰ τῆς προφητείας τὴν ἑαυτῶν ἀσέβειαν.] Pari modo Anastasii Quæstiones manu descriptæ, ac typis mandatæ, οὐκ ἀποκαλύπτουσι διὰ τῆς προφητείας αὐτῶν ἀσέβειαν. Id.

5. Οὔτε ἐπίσκοπος &c.] Hunc locum indicat magis quam citat Auctor Operis imperfecti in Matthæum, relatus in Testimoniis Veterum. Quid porro frequentius apud omnis generis Scriptores, quam eos qui indigne in aliqua vivunt dignitate, nomine honorifico privare? Nonne solemus flagitiosum hominem negare hominem esse? similiterque loquimur de malis Christianis, aut Monachis, aut Clericis, &c. Athanasius; οἱ παρ' αὐτοῖς κακόσχολοι, οὐ γάρ ἐπίσκοποι. Et alibi; κακοήθεις κακοσκόπους· οὐ γάρ ἄν τις ἐπισκόπους εἴποι. Hieronymus; *Non omnes Episcopi, Episcopi sunt.* interpositisque nonnullis; *Non facit Ecclesiastica dignitas Christianum.* Ac eadem ratione, ut innumeros omittam, negatur a Nilo sacerdos esse, qui pro sacerdotis dignitate non vivit. Id.

6. Ἐστιν.] Anast. addit ἐν. Et mox legit Σαμαίας. Idem.

7. Ὡς Ἀνανίας καὶ Σαμαίας ἐν Ἱερουσαλήμ.] Ita Anastasius in Mss. Regiis 200. 938. 1789. At in 1107. & 2106. ὡς Ἀνανίας καὶ Σαμαίας vel Σαμίας ἐν Ἰσραήλ. Apud Niconem Scriptorem ineditum Πανδέκτην Serm. 41. Σ...

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



καὶ Σαμαίας ἐν [1] Ἱερουσαλὴμ, καὶ Σεδεκίας καὶ Ἀχίας οἱ ἐν Βαβυλῶνι ψευδοπροφῆται. ἀλλὰ καὶ Βαλαὰμ ὁ μάντις τιμωρίαν ἔτισε διαφθείρας τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῷ Βεελφεγὼρ· καὶ [2] Καϊάφας ὕστερον αὐτοφονευτὴς ἑαυτοῦ ἐγένετο· καὶ οἱ υἱοὶ Σκευᾶ ἐπιχειροῦντες δαίμονας ἐλαύνειν, ὑπ' αὐτῶν τραυματίαι γενόμενοι, ἔφυγον ἀπρεπῶς· καὶ οἱ βασιλεῖς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Ἰούδα ἀσεβήσαντες, παντοίας τιμωρίας ἔτισαν. δῆλον οὖν ὡς καὶ οἱ ψευδώνυμοι ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβύτεροι, οὐκ ἐκφεύξονται τὴν παρὰ Θεοῦ δίκην· ῥηθήσεται γὰρ αὐτοῖς καὶ νῦν· Ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, οἱ φαυλίζοντές μου τὸ ὄνομα· παραδώσω ὑμᾶς εἰς σφαγὴν· ὡς Σεδεκίαν, καὶ Ἀχίαν, οὓς ἀπετηγάνισε βασιλεὺς Βαβυλῶνος, ὥς φησιν Ἱερεμίας ὁ προφήτης. ταῦτα δέ φαμεν, οὐ τὰς ἀληθεῖς προφητείας ἐξουθενοῦντες, ἴσμεν γὰρ αὐτὰς κατ' ἐπίπνοιαν Θεοῦ ἐν τοῖς ὁσίοις ἐνεργεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ θράσος τῶν ἀλαζονευομένων καταστέλλοντες· καὶ προστιθέντες ἐκεῖνο, ὅτι τῶν τοιούτων Θεὸς περιαιρεῖ τὴν χάριν· ὑπερηφάνοις γὰρ ὁ Θεὸς ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Σίλας μὲν οὖν καὶ Ἄγαβος ἐφ' ἡμῶν προφητεύσαντες, οὐ παρεξέτειναν ἑαυτοὺς τοῖς ἀποστόλοις, οὐδὲ ὑπερέβησαν τὰ ἑαυτῶν μέτρα, καίτοι θεοφιλεῖς ὄντες. προεφήτευσαν δὲ καὶ γυναῖκες· τὸ μὲν παλαιὸν Μαριὰμ ἡ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν ἀδελφή· μετὰ δὲ ταύτην Δεββώῤῥα· καὶ μετὰ ταύτας, Ὀλδὰ καὶ Ἰουδὴθ, ἡ μὲν ἐπὶ Ἰωσίου, ἡ δὲ [3] ἐπὶ Δαρείου· καὶ ἡ μήτηρ δὲ τοῦ κυρίου προεφήτευσε, καὶ Ἐλισάβετ ἡ συγγενὴς αὐτῆς, καὶ Ἄννα· καὶ ἐφ' ἡμῶν αἱ Φιλίππου θυγατέρες. ἀλλ' οὐκ ἐπήρθησαν κατὰ τῶν ἀνδρῶν αὗται, ἀλλ' ἐφύλαξαν τὰ οἰκεῖα μέτρα. οὐκοῦν καὶ ἐν ὑμῖν κἂν ἀνήρ τις ᾖ, κἂν γυνὴ, καὶ τύχῃ τοιαύτης τινὸς χάριτος, ταπεινοφρονείτω, ἵνα ἐπ' αὐτῷ εὐδοκῇ ὁ Θεός· ἐπὶ τίνα γάρ, φησιν, ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους;

A tus; ut [a] Ananias, & Samæas Hierosolymis, & Sedecias atque Achias Pseudoprophetæ Babylone. Sed & [b] Balaamus vates pœnas dedit, cum Israelem in Beelphegore corrupisset: & Caiphas postea sui ipsius interfector exstitit: ac [c] filii Scevæ aggressi expellere dæmones, ab iis vulnerati fugerunt turpiter: & reges Israelis ac Judæ, cum impie viverent, diversa supplicia pependerunt. Constat igitur ementiti nominis Episcopos ac Presbyteros, non evasuros Dei vindictam: dicetur enim illis nunc quoque: [d] *Vos sacerdotes, qui despicitis nomen meum: tradam vos in occisionem; ut Sedeciam & Achiam, quos frixit rex Babylonis;* sicuti ait [e] Jeremias Propheta. Hæc B autem dicimus, non quod veras Prophetias contemnamus, quas scimus Dei afflatu in sanctis fieri, sed ut confidentiam arrogantium cohibeamus: illud addentes, Deum auferre gratiam his: [f] *Superbis* enim *Deus resistit; humilibus autem dat gratiam*. Sane quidem [g] Silas, & Agabus, nostri temporis Prophetæ, non se coæquarunt Apostolis, neque supergressi sunt fines suos, etsi a Deo amarentur. Sed & mulieres prophetaverunt: olim quidem [h] Maria Moysis & Aaronis soror; post eam vero [i] Debora; postque illas Holda & Juditha, illa sub Josia [k], hæc sub Dario [l]. Mater etiam Domini [m] prophetavit; & Elisabeta cognata ejus, & Anna; ac nostra ætate [n] filiæ Philippi. Verum C tamen illæ non se adversum viros extulerunt, sed custodierunt modum suum. Itaque si & in vobis vir quispiam sit aut mulier, alicujus hujusmodi gratiæ particeps, humiliter de se sentiat, ut Deum habeat benevolum: [o] *Super quem* enim, inquit, *respiciam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γʹ.

Ὅτι τὸ διατάσσεσθαι τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιτελούμενα κορυφαιότατόν ἐστι.

Τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοῦ λόγου ἐξεθέμεθα, περὶ τῶν χαρισμάτων, ἅσπερ ὁ Θεὸς κατ' ἰδίαν βούλησιν παρέσχεν ἀνθρώποις· καὶ ὅπως τῶν ψευδῆ ἐπιχειρούντων λέγειν, ἢ ἀλλοτρίῳ πνεύματι κινουμένων, ἤλεγξε τὸν τρόπον· καὶ ὅτι πονηροῖς πολλάκις [4] ἀπεχαρίσατο ὁ Θεὸς πρός τε προφητείαν καὶ τερατοποιΐαν. νυνὶ δὲ ἐπὶ τὸ κορυφαιότατον τῆς ἐκκλησιαστικῆς διατυπώσεως ὁ λόγος ἡμᾶς ἐπείγει· ὅπως καὶ ταύτην παρ' ἡμῶν μαθόντες τὴν διάταξιν, οἱ ταχθέντες δι' ἡμῶν γνώμῃ Χριστοῦ ἐπίσκοποι, πάντα κατὰ τὰς παραδοθείσας ἡμῖν ἐντολὰς ποιῆσθε· εἰδότες ὅτι ὁ ἡμῶν ἀκούων, Χριστοῦ ἀκούει· ὁ δὲ Χριστοῦ ἀκούων, τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ καὶ πατρὸς ἀκούει· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT III.

Quod constituere ea quæ in Ecclesiis peraguntur, summum ac potissimum sit.

D QUÆ igitur prima erant hujus orationis exposuimus, de Charismatibus, quæcumque Deus juxta voluntatem suam præbuit hominibus; & quo modo eorum qui mendacia loqui aggrediebantur, aut alieno spiritu movebantur, mores confutavit; & quod sæpe Deus improbis ad Prophetiam & miraculorum editionem elargitus est gratiam suam. Nunc vero ad præcipuum Ecclesiasticæ dispositionis oratio nos pertrahit; ut & hanc a nobis discentes constitutionem, vos qui Christi nutu per nos ordinati estis Episcopi, omnia faciatis secundum mandata a nobis tradita; scientes quod [p] qui nos audit, Christum audit; qui vero Christum audit, Deum ejus ac Patrem audit; cui E gloria in sæcula. Amen.

a Jerem. XXVIII. & XXIX. b Num. XXV. & XXXI. c Act. XIX. 14. d Mal. I. 6. e Jer. XXIX. 22. f Jac. IV. 6. II. Pet. V. 5. g Act. XV. 32. & XXI. 10. h Exod. XV. 20. i Judic. IV. 4. k IV. Reg. XXII. 14. l Judith VIII. m Luc. I. & II. n Act. XXI. 9. o Isa. LXVI. 2. p Luc. X. 16.

ἐν Ἰσραὴλ, καὶ Σεδεκίας, καὶ Ἀχίας, καὶ οἱ ἐν Βαβυλῶνι ψευδοπροφῆται. Et vero Samæas cum ceteris Babylonem abductus, illic populum Israeliticum falsis prophetiis vanaque spe lactabat. COT.

1. Ἱερουσ.] Al. Ἰσραὴλ. ID.

2. Καὶ Κ.] Anast. καὶ Σαοὺλ καὶ Καϊάφας αὐτοφονευταὶ γεγόνασι. ID.

3. Ἐπὶ Δαρείου.] Huc specialiter, in difficili multumque ac varie agitata quæstione Chronologica, pertinet ingens error Cedreni, ubi de Judithæ temporibus ac Historia, quod Cambyses Cyri filius Darius etiam appellatus fuerit. Ideo quippe ita confinxisse videtur, ut sententiam Apostolici Constitutoris conciliaret cum Julii Africani opinione. Eusebius; Καμβύσην τινές φασι εἶναι Ναβουχοδονόσορ δεύτερον, τὸν κατὰ Ὀλοφέρνην καὶ τὴν Ἰουδίθ. ὥσπερ Ἀφρικανός. eademque Georgius Syncellus: ex quibus emaculabis Suidam in voce Ἰουδίθ, ad hunc modum; Ἰούλιος δὲ Ἀφρικανὸς λέγει, ὅτι Ναβουχοδονόσορ ὁ Καμβύσης (vel ὁ καὶ Καμβύσης) (male vulgo ὁ Καμβύσου) ἀναιρεῖται ὑπ' αὐτῆς. Atque ita veteres Codices Regis. COT.

4. Ἀπεχαρίσατο] Al. ἀποχρήσατο, usus est. ID.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Περὶ χειροτονιῶν.

Ἅμα τοίνυν ὑπάρχοντες ἡμεῖς οἱ δεκαδύο τοῦ κυρίου ἀπόστολοι τάσδε [1] τὰς θείας ἡμῶν ἐντελλόμεθα διατάξεις περὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ τύπου, συμπαρόντων ἡμῖν καὶ τοῦ τῆς ἐκλογῆς σκεύους Παύλου τοῦ συναποστόλου ἡμῶν, καὶ Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν ἑπτὰ διακόνων· πρῶτος οὖν ἐγώ φημι Πέτρος, ἐπίσκοπον χειροτονεῖσθαι ὡς ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἅμα πάντες διεταξάμεθα, ἐν πᾶσιν ἄμεμπτον, ἀριστίνδην ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐκλελεγμένον. οὗ ὀνομασθέντος καὶ ἀρέσαντος, συνελθὼν ὁ λαὸς ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις, [2] ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ, συνευδοκείτω. ὁ δὲ πρόκριτος τῶν λοιπῶν, ἐρωτάτω πρεσβυτέριον καὶ τὸν λαὸν, εἰ αὐτός ἐστιν, ὃν αἰτοῦνται εἰς ἄρχοντα· καὶ ἐπινευσάντων, προσεπερωτάτω εἰ μαρτυρεῖται ὑπὸ πάντων ἄξιος εἶναι τῆς μεγάλης ταύτης καὶ λαμπρᾶς ἡγεμονίας, εἰ τὰ κατὰ τὴν εἰς Θεὸν αὐτῷ εὐσέβειαν κατώρθωται, εἰ τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια πεφύλακται, εἰ τὰ κατὰ τὸν οἶκον αὐτοῦ καλῶς ᾠκονόμηται, εἰ τὰ κατὰ τὸν βίον ἀνεπιλήπτως. καὶ πάντων ἅμα κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ' οὐ κατὰ πρόληψιν μαρτυρησάντων τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι, ὡς ἐπὶ δικαστῇ Θεῷ καὶ Χριστῷ, παρόντος δηλαδὴ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, [3] καὶ πάντων τῶν ἁγίων καὶ λειτουργικῶν πνευμάτων, ἐκ τρίτου πάλιν πυθέσθωσαν, εἰ ἄξιός ἐστιν ἀληθῶς τῆς λειτουργίας· ἵνα ἐπὶ στόματος δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθῇ πᾶν ῥῆμα· καὶ συνθεμένων αὐτῶν ἐκ τρίτου ἄξιον εἶναι, ἀπαιτείσθωσαν οἱ πάντες [4] σύνθημα· καὶ δόντες προθύμως, ἀκουέσθωσαν· καὶ σιωπῆς γενομένης, εἷς τῶν πρώτων ἐπισκόπων ἅμα καὶ δυσὶν ἑτέροις, πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου ἑστὼς, τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων σιωπῇ προσευχομένων, τῶν δὲ διακόνων τὰ θεῖα εὐαγγέλια ἐπὶ τῆς τοῦ χειροτονουμένου κεφαλῆς ἀνεπτυγμένα κατεχόντων, λεγέτω πρὸς Θεόν·

CAPUT IV.

De Ordinationibus.

A Simul igitur exſiſtentes, nos duodecim Domini Apoſtoli, haſce divinas Conſtitutiones noſtras de omni Eccleſiaſtico ordine injungimus; una præſentibus, tum electionis vaſe Paullo coapoſtolo noſtro, tum Jacobo Epiſcopo, tum reliquis Presbyteris, ac ſeptem Diaconis. Primus igitur ego Petrus aio, ordinandum eſſe Epiſcopum, ut in ſuperioribus omnes pariter conſtituimus, inculpatum in omnibus, electum a cuncto populo ut præſtantiſſimum. Quo nominato & placente, congregatus populus una cum Presbyterio ac Epiſcopis qui præſentes erunt, in die Dominica, conſentiat. Qui vero inter reliquos præcipuus eſt, interroget Presbyterium ac plebem, an ipſe eſt, quem in B præſidem poſtulant: & illis annuentibus, iterum roget, an ab omnibus teſtimonium habeat, quod dignus ſit magna hac & illuſtri præfectura; an quæ ad pietatem in Deum ſpectant, ab ipſo ſint recte facta; an jura erga homines ſervata; an domeſticæ res pulcre diſpenſatæ, an vitæ inſtituta ſine reprehenſione. Cumque univerſi pariter ſecundum veritatem, non autem ſecundum anticipatam opinionem, teſtificati fuerint talem eum eſſe; quaſi ante judicem Deum ac Chriſtum, præſente ſcilicet etiam ſancto Spiritu, & omnibus ſanctis ac adminiſtratoriis Spiritibus; rurſus tertio ſciſcitentur, an vere dignus ſit miniſterio: [a] ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum: atque iis tertio C aſſentientibus, dignum eſſe; a cunctis petatur ſignum aſſenſionis; & alacriter dantes, audiantur: ſilentioque facto, unus ex primis Epiſcopis una cum duobus aliis prope altare ſtans, reliquis Epiſcopis ac Presbyteris tacite orantibus, atque Diaconis divina Evangelia ſuper caput ejus qui ordinatur aperta tenentibus, dicat ad Deum:

a Matth. XVIII. 16.

1. Τὰς θείας ἡμῶν.] Aliter ὑμῶν. Cot.

2. Ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ.] In tritis & vulgatis non eſt immorandum. Itaque proponam ſolummodo corruptum canonem Concilii Cæſarauguſtani tertii, ut emendem. Legitur; *In ſanctum & ſatis venerabile Concilium reſidentibus nuntiatum eſt nobis, eo quod aliqui Pontifices regulam veritatis prætermittentes, Eccleſias quæ a fidelibus pia devotione conſtruuntur, extra diebus Dominicis conſecrent. Si ergo cum quiſque noſtrum mortalium ad ſacerdotale promovetur officium, nullatenus patimur ut in reliquis diebus, niſi tantum Dominicis feſtivitatibus, ii qui honoris digni habentur officio, in ordine præficiantur Eccleſiaſtico, quanto magis ut deificata ſancta templa, quæ ab hominibus fidelibus cenſentur honorificanda, ſine diebus Dominicis perhibeantur conſecranda? cujuſque non talium præſumtiones Pontificum, non ſolum ſanctorum Patrum cohiberemur prohibere ſententiam, ſed propria deliberatione cenſemus: ut nulli penitus Pontificum, in quibuſcumque provinciis conſtitutis, amodo liceat, præter certis diebus Dominicis, Eccleſias ſanctas conſecrare.* Scribi debet; *Cujuſque nos talium præſumtiones Pontificum, non ſolum ſanctorum Patrum cohibemur prohibere ſententia: ſed propria deliberatione cenſemus, ut nulli penitus* &c. Id.


3. Καὶ πάντων τῶν ἁγίων καὶ λειτουργικῶν πνευμάτων.] Etenim juxta ſententiam SS. Patrum, Angelis plenæ ſunt Eccleſiæ, præſertim tempore divini Officii, & in ſolemnitatibus: quos inter principem obtinent locum Angeli præſides ac patroni Eccleſiarum. Angeli altaribus aſſiſtentes atque præſidentes. Insigniter Tertullianus de pudicitia cap. 14. *Laſit igitur & de ſuo ſpiritu, & de Eccleſiæ Angelo,* &c. Origenes Homil. 11. in Numeros; *Offerunt & Angeli primitias, unusquiſque credo gentis ſuæ, & D rurſum unuſquiſque Eccleſiæ ſuæ.* & reliqua, quæ lege, ſi vacat. Homil. 20. *Secundum ea quæ Joannes in Apocalypſi ſcribit, unicuique Eccleſiæ generaliter Angelus præeſt.* Homilia 13. in Lucam binos Epiſcopos ſingulis Eccleſiis præponit, viſibilem ac inviſibilem, hominem atque Angelum. Mitto alia loca, alios auctores. Adjungo dumtaxat gemella Baſilii & Palladii: illius, Epiſt. 191. καὶ ὁ ἄγγελος ὁ τῆς ἐκκλησίας ἔφορος συμπαρέσται ὑμῖν. hujus, in vita Chryſoſtomi; *Egreſſus eſt cum illo Angelus quoque Eccleſiæ.* Jam de Angelis altarium, præter Pratum ſpirituale cap. 4. teſtatur S. Epiphanius Hæreſi 25. cap. 3. hiſce verbis; ἀπὸ τῆς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἀποκαλύψεως, ὅς γράφων μιᾷ τῶν ἐκκλησιῶν ἐκ προσώπου κυρίου, τουτέστι τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἐκεῖσε κατασταθέντι, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου ἀγγέλου τοῦ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, φησί. *Et ſancti Joannis Apocalypſi, qui ad unam Eccleſiarum ex Domini perſona ſcribens, id eſt, ad Epiſcopum illic conſtitutum, cum Angeli ſancti virtute qui eſt ſuper altare, ait.* De templo Hieroſolymitano iſta B. Hilarii ſunt in Matthæum Canone ult. *Velum templi ſcinditur; quia exinde populus eſt diviſus in partes, et ... honor cum cuſtodia Angeli protegentis aufertur.* Auctoris E vero Sermonis 3. in Dominicam Aſcenſionem, apud Chryſoſtomum tom. 6. ἄγγελος ἐξῆλθε τεταραγμένος ἐκ τοῦ ναοῦ, περιεσχισμένου τοῦ καταπετάσματος τοῦ οἴκου. *Angelus e templo, conſciſſo velo ædis, territus exſiluit.* Id.

4. Σύνθημα.] In præclara illa Synesii Epiſcopi Epiſtola 67. Συνθήματα ... Semel autem Lectorem ... velim, a me de multis ritibus ideo pauca vel nihil adnotari, quia per homines doctos præventus, eorum ſcripta compilare nequaquam ſuſtineo. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Επίκλησις ἐπὶ χειροτονίας ἐπισκόπων.



A Ο Ὢν, δέσποτα, κύριε, ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ μόνος ἀγέννητος, καὶ ἀβασίλευτος· ὁ ἀεὶ ὢν, καὶ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων· ὁ [1] παντὶ ἀνενδεὴς, καὶ πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττων· ὁ μόνος ἀληθινὸς, ὁ μόνος σοφός· ὁ ὢν μόνος ὕψιστος· ὁ τῇ φύσει ἀόρατος· οὗ ἡ γνῶσις ἄναρχος· ὁ μόνος ἀγαθὸς, καὶ ἀσύγκριτος· ὁ τὰ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως αὐτῶν· ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης· ὁ ἀπρόσιτος· ὁ ἀδέσποτος· ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου, τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν· ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων δι' αὐτοῦ· ὁ προνοητὴς, ὁ κηδεμών· ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως· ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν. σὺ ὁ δοὺς ὅρους ἐκκλησίας, διὰ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ Χριστοῦ σου, ὑπὸ μάρτυρι τῷ παρακλήτῳ, διὰ τῶν σῶν ἀποB στόλων, καὶ ἡμῶν τῶν χάριτι σῇ παρεστώτων ἐπισκόπων· ὁ προορίσας ἐξ ἀρχῆς ἱερεῖς εἰς ἐπιστασίαν λαοῦ σου, Ἄβελ ἐν πρώτοις, Σὴθ, καὶ Ἐνὼς, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Νῶε, καὶ Μελχισεδὲκ, καὶ Ἰώβ· ὁ ἀναδείξας Ἀβραὰμ καὶ τοὺς λοιποὺς πατριάρχας σὺν τοῖς πιστοῖς σου θεράπουσιν Μωϋσεῖ καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ἐλεαζάρῳ καὶ Φινεές· ὁ ἐξ αὐτῶν προχειρισάμενος ἄρχοντας, καὶ ἱερεῖς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου· ὁ τὸν Σαμουὴλ ἐκλεξάμενος εἰς ἱερέα καὶ προφήτην· [2] τῷ ἁγιάσματί σου ἀλειτούργητον μὴ ἐγκαταλιπών· ὁ εὐδοκήσας ἐν οἷς ἡρετίσω δοξασθῆναι. αὐτὸς καὶ νῦν μεσιτείᾳ τοῦ C Χριστοῦ σου, δι' ἡμῶν ἐπίχεε τὴν δύναμιν τοῦ ἡγεμονικοῦ σου πνεύματος, ὅπερ διακονεῖται τῷ ἠγαπημένῳ σου παιδὶ Ἰησοῦ Χριστῷ, ὅπερ ἐδωρήσατο γνώμῃ σου τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις σου τοῦ αἰωνίου Θεοῦ· δὸς ἐν τῷ ὀνόματί σου, καρδιογνῶστα Θεὲ, ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, ὃν ἐξελέξω εἰς ἐπίσκοπον, ποιμαίνειν τὴν ἁγίαν σου ποίμνην, καὶ ἀρχιερατεύειν σοι, ἀμέμπτως λειτουργοῦντα νυκτὸς καὶ ἡμέρας· καὶ ἐξιλασκόμενόν σου τὸ πρόσωπον, ἐπισυναγαγεῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν σωζομένων, καὶ προσφέρειν σοι τὰ δῶρα τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας· δὸς αὐτῷ, δέσποτα παντοκράτορ, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου, τὴν μετουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὥστε ἔχειν ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας κατὰ τὴν ἐντολήν σου, [3] διδόναι κλήρους κατὰ τὸ πρόσταγμά σου, λύειν δὲ πάντα σύνδεσμον κατὰ D τὴν ἐξουσίαν ἣν ἔδωκας τοῖς ἀποστόλοις· εὐαρεστεῖν δέ σοι ἐν πρᾳότητι, καὶ καθαρᾷ καρδίᾳ, ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, προσφέροντά σοι καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον θυσίαν, ἣν διὰ Χριστοῦ διετάξω τὸ μυστήριον τῆς καινῆς διαθήκης, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, διὰ τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ ταῦτα ἐπευξαμένου, οἱ λοιποὶ ἱερεῖς ἐπιλεγέτωσαν, [4] ἀμήν· καὶ σὺν αὐτοῖς ἅπας ὁ λαός. καὶ μετὰ τὴν προσευχὴν, [5] εἷς τῶν ἐπισκόπων ἀναφερέτω τὴν θυσίαν ἐπὶ τῶν χειρῶν τοῦ

CAPUT V.

Invocatio in ordinatione Episcoporum.

A QUI es, Here, Domine, Deus, omnipotens, solus ingenitus ac regem non habens; qui semper es, & ante sæcula exsistis; qui nullo indiges, omnemque caussam atque ortum superas; solus verus, solus sapiens; qui solus altissimus es, natura invisibilis; cujus cognitio, expers principii; solus bonus, ac incomparabilis: [a] qui omnia nosti, antequam fiant; occultorum cognitor, inaccessus; domino carens: Deus & Pater unigeniti Filii tui, Dei ac servatoris nostri; conditor universorum per ipsum; provisor, tutor: [b] pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: [c] qui in altis habitas, & humilia respicis. Tu qui dedisti leges ac regulas Ecclesiæ, per Christi tui adventum B in carne, sub teste Paracleto, per Apostolos tuos, ac nos gratia tua adstantes Episcopos; qui ab initio præstituisti sacerdotes in populi tui curationem, Abelem in primis, Sethum, Enosum, Henochum, Noam, Melchisedecum & Jobum; qui constituisti Abrahamum, & ceteros Patriarchas, cum fidelibus tuis famulis, Moyse, Aarone, Eleazaro, Phinee; qui ex ipsis desumsisti principes & sacerdotes in tabernaculo testimonii; qui Samuelem elegisti in sacerdotem ac Prophetam; qui sanctuarium tuum sine ministris non reliquisti; qui benevolentia prosecutus es eos, in quibus voC luisti celebrari. Ipse nunc quoque, intercessu Christi tui, per nos infunde virtutem principalis tui Spiritus, qui subministratur per dilectum Filium tuum Jesum Christum, quemque voluntate tua donavit sanctis Apostolis ad te æternum Deum pertinentibus. Da in nomine tuo, Deus cognitor cordis, huic servo tuo, electo a te in Episcopum, pascere sanctum tuum gregem, & pontificem tuum agere, inculpate ministrantem nocte ac die; & placando faciem tuam, congregare numerum eorum qui salvi fiunt, ac offerre tibi dona sanctæ tuæ Ecclesiæ. Da illi, Domine omnipotens, per Christum tuum participationem sancti Spiritus; ut habeat potestatem remittendi peccata secundum manD datum tuum, dandi Cleros seu ordines Ecclesiasticos juxta præceptum tuum, & solvendi omne vinculum secundum potestatem [d] quam tribuisti Apostolis; utque tibi placeat in mansuetudine & mundo corde, constanter, inculpate ac irreprehensibiliter, offerendo tibi purum & incruentum sacrificium, quod per Christum constituisti Mysterium novi Testamenti, in odorem suavitatis; per sanctum Filium tuum Jesum Christum, Deum ac Salvatorem nostrum; per quem tibi gloria, honor & cultus, in sancto Spiritu, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Et postquam ita oraverit; reliqui sacerdotes respondeant, Amen; atque cum

a Dan. XIII. 42. *b* II. Cor. I. 3. *c* Psal. CXII. 5. *d* Matth. XVIII. 18.

1. Παντὶ] Forte πάντη. COT.
2. Τῷ ἁγιάσματι] Forte τὸ ἁγίασμα. ID.
3. Διδόναι κλήρους.] Primitus de forte ac sortitione usurpata vox κλῆρος, postea ad multa quæ sortito obtingebant, significationem suam extendit; ad dignitatem, locum, numerum, ordinem, possessionem, aliaque. Atque heic κλῆροι sunt, vel speciatim ordines & gradus Clericorum; vel generatim loca Christianorum, inter Clericos, Laicos; stantes, lapsos; virgines, viduas; &c. ID.
4. Ἀμήν.] Concilium Toletanum 4. Can. 4. *Unus ex Episcopis senioribus surgens, orationem palam fundat ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus. Finita autem oratione, & responso ab omnibus Amen*, &c. Legenda Hincmari Epistola ad Adventium. ID.

E 5. Εἷς τῶν ἐπισκόπων ἀναφερέτω τὴν θυσίαν ἐπὶ τῶν χειρῶν τοῦ χειροτονηθέντος.] Aliquatenus similia continent Ordinationes Presbyterorum Græcæ, & Episcoporum ac Presbyterorum Latinæ. Lege Fulberti Epistolam 2. quæ est ad Finardum: ac si in Ms. codicem illius Patris incideris, vide in isto loco depravato; *Ad hoc Episcopi responsum, cum ego familiaritatis ausu studiosus perquirerem, num idem mysterium supplere potuisset panis a Presbytero quotidiana celebratione sacratus, uti in eo passionis Dominicæ & resuscitati corporis & manifestati discipulis speciem, satisfuisset nobis, Perpende, ait*, &c. vide inquam, scriptum ne sit pro *satisfuisset*, *satisfecit*, uti suspicor emendandum. Sed & absque Ms. fidenter ita constitue ac restitue Epistolæ finem; *Hæc pauca de multis, quæ repetita memoria, & mul-*

χειροτονηθέντος· καὶ τῇ ἕωθεν ἐνθρονιζέσθω εἰς τὸν αὐτῷ διαφέροντα τόπον παρὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων, πάντων αὐτὸν φιλησάντων τῷ ἐν κυρίῳ φιλήματι. καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, τῶν τε ἐπιστολῶν ἡμῶν καὶ τῶν πράξεων καὶ τῶν εὐαγγελίων, ἀσπασάσθω ὁ χειροτονηθεὶς τὴν ἐκκλησίαν, λέγων· [1] ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος, μετὰ πάντων ὑμῶν· καὶ πάντες ἀποκρινέσθωσαν· καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου· καὶ μετὰ τὴν πρόσρησιν, [2] προσλαλησάτω τῷ λαῷ λόγους παρακλήσεως. καὶ πληρώσαντος αὐτοῦ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον· φημὶ ἐγὼ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Πέτρου· ἀναστάντων ἁπάντων [3] ὁ διάκονος, ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἀνελθὼν, κηρυττέτω· μή τις τῶν ἀκροωμένων. μή τις τῶν ἀπίστων. καὶ ἡσυχίας γενομένης, λεγέτω·

A eis omnis populus. Et post precationem, unus ex Episcopis hostiam offerat in manus Ordinati. Et mane in loco ac throno ad ipsum pertinente a ceteris Episcopis collocetur, cunctis eum osculantibus, osculo in Domino. Postque lectionem Legis, & Prophetarum, ac Epistolarum nostrarum, & Actorum, atque Evangeliorum, Ordinatus Ecclesiam salutet, dicens: [a] Gratia Domini nostri Jesu Christi, caritas Dei ac Patris, & communicatio Spiritus sancti, cum omnibus vobis: ac universi respondeant: Et cum spiritu tuo. Et post salutationem, populum alloquatur verbis exhortationis. Cumque doctrinæ sermonem finierit; aio ego Andreas frater Petri; ut universis consurgentibus, B Diaconus in excelsum locum ascendens, proclamet: *Ne quis Audientium. Ne quis infidelium.* Ac silentio facto, dicat:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

[4] Ἡ θεία λειτουργία, ἐν ᾗ προσφώνησις ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων.

Εὔξασθε οἱ κατηχούμενοι. καὶ πάντες οἱ πιστοὶ κατὰ διάνοιαν ὑπὲρ αὐτῶν προσευχέσθωσαν, λέγοντες· κύριε ἐλέησον. διακονείτω δὲ ὑπὲρ αὐτῶν, λέγων· ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων πάντες τὸν Θεὸν παρακαλέσωμεν, ἵνα ὁ ἀγαθὸς, φιλάνθρωπος, εὐμενῶς εἰσακούσῃ τῶν δεήσεων αὐτῶν καὶ τῶν παρακλήσεων, καὶ προσδεξάμενος αὐτῶν τὴν ἱκεσίαν ἀντιλάβηται αὐτῶν, καὶ δῷ αὐτοῖς τὰ αἰτήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν πρὸς τὸ συμφέρον, ἀποκαλύψῃ αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, φωτίσῃ αὐτοὺς καὶ συνετίσῃ, παιδεύσῃ αὐτοὺς τὴν θεογνωσίαν, διδάξῃ αὐτοὺς τὰ προστάγματα αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα, ἐγκαταφυτεύσῃ ἐν αὐτοῖς τὸν ἁγνὸν αὐτοῦ καὶ σωτήριον φόβον, διανοίξῃ τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν αὐτῶν πρὸς τὸ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ καταγίνεσθαι ἡμέρας καὶ νυκτὸς, βεβαιώσῃ δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, ἑνώσῃ καὶ ἐγκαταριθμήσῃ αὐτοὺς τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ποιμνίῳ, καταξιώσας αὐτοὺς τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, [5] τοῦ ἐνδύματος τῆς

CAPUT VI.

Divina Liturgia, in qua Oratio pro Catechumenis.

Orate Catechumeni. Et omnes fideles pro illis cum attentione orent, dicentes: Kyrie eleison. Diaconus vero pro eis precetur, dicens: Pro Catechumenis omnes Deum invocemus; ut, qui bonus ac hominum amans est, C benigne exaudiat eorum obsecrationes ac preces; & suscepta eorum supplicatione, opem illis ferat, detque petitiones cordis ipsorum, prout eis expedit; revelet eisdem Evangelium Christi sui; illuminet eos ac instituat; erudiat cognitione ac religione divina; doceat mandata sua & justificationes; inserat in eis castum ac salutarem timorem suum; aperiat aures cordis eorum, ut in ejus lege die ac nocte occupentur; & confirmet eos in pietate; adunet atque annumeret eos sancto suo gregi, donatis iis lavacro regenerationis, indumento immortalitatis, vera vita; liberet vero illos ab omni impietate, & non det

a II. Cor. XIII. 13.

to ex tempore diffuta licet, recitasse ad præsens sufficiat, dum ego codicem de ejusmodi exemplaribus a Romano scrinio prolatum perlegam. Vobis facile est de paucis multa cogitare, aut certe quod irrationabiliter factum videtur, sanioris consilii ratione corrigere. Cot.

1. Η χάρις τοῦ κυρίου, &c.] Ita etiam Liturgiæ. Ex Apostolo II. Corinth. XIII. 13. In Ordinationibus; *εἰρήνευει τὸν ἀπόστολον*, aut *εἰς τὸν ἀπόστολον. δίδωσιν εἰρήνην εἰς τὸν ἀπόστολον*. de hujusmodi salutatione. Id.

2. Προσλαλησάτω τῷ λαῷ λόγους παρακλήσεως.] Rituale Cophtitarum in Ordinatione Sacerdotis: *Et juramento præstito osculetur altare, Episcopum, & præsentes. Deinde explanet aliquid de mysteriis.* Huic primo novi Antistitis Sermoni nomen Enthronistici dari potest ex Liberato cap. 19. Breviarii. *Fertur* inquit *expositio ejus* Severi Antiocheni, *quæ ab eo dicta est in Inthronismo.* sicut Enthronisticas Epistolas memorat Evagrius lib. 4. cap. 4. agens de eodem Severo. Adi ad Socratem lib. 2. cap. 43. & lib. 7. cap. 29. Idem.


3. Ο διάκονος ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἀνελθὼν, κηρυττέτω· μή τις τῶν ἀκροωμένων. μή τις τῶν ἀπίστων.] Et cap. 12. *εἶτ' εὐθὺς ὁ διάκονος λέγῃ. μή τις τῶν κατηχουμένων. μή τις τῶν ἀκροωμένων. μή τις τῶν ἀπίστων. μή τις τῶν ἑτεροδόξων.* Apud Chrysostomum, Homilia de filio prodigo; *τῶν λειτουργῶν τῆς θείας ἱερουργίας, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περιτρεχόντων καὶ βοώντων· μή τις τῶν κατηχουμένων*, &c. supra ad cap. 54. lib. 2. Vox autem *ἀκροώμενοι*, ex usu Scriptorum Ecclesiasticorum, significat tum omnes eos quibus placebat verbum Dei lectum vel prædicatum in Ecclesia audire, nec licebat Mysteriis interesse: tum Catechumenos generatim sumtos pro omnibus iis qui Christianam religionem ambiebant, etsi nomen Ecclesiæ nondum dedissent: tum Catechumenos proprie dictos, ad quos Missa Catechumenorum pertinebat: tum denique pœnitentes in Auditione, quæ est secunda pœnitentiæ statio, positos. Sed heic in primo sensu acceperim: quemadmodum & Canone Laodiceno 5.

D a Græcis Interpretibus non intellecto; *περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι. Quod non oporteat Ordinationes sub conspectu Audientium celebrari. ἀκροωμένους* etiam Concilii Nicæni non intellexit Rufinus, suaque versione alios in fraudem egit. Ceterum Latinis Auditores & Audientes sunt Catechumeni, sive perfectiores sive imperfectiores, juxta illud Tractatus de non rebaptizandis semel tinctis, quem Rigaltius in Observationibus ad S. Cyprianum edidit, p. 136. *vel audiens, aut audire incipiens.* Id.

4. Η θεία λειτουργία, ἐν ᾗ προσφώνησις ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων.] Proclus de divina Missa; *πολλοὶ μέν τινες καὶ ἄλλοι τῶν τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους διαδεξαμένων θεῖοι ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας, τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες, τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν· ἐξ ὧν δὲ πρῶτοι οὗτοι καὶ διαπρύσιοι τυγχάνουσιν, ὅτε μακάριος Κλήμης, ὁ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων μαθητὴς καὶ διάδοχος, αὐτῷ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ὑπαγορευσάντων·* &c. *Multi quidem* E *& alii divini Ecclesiæ pastores & doctores qui sacris successerunt Apostolis, Mysticæ Missæ expositionem scriptis demandantes tradiderunt Ecclesiæ: quorum primi iique præclarissimi sunt hi; beatus, nimirum, Clemens, principis Apostolorum discipulus & successor, qui sacris Apostolis ei dictantibus, illam edidit*, &c. Similiaque Nicolaus Methonensis. At Cardinalis Bessarion scribens de sacramento Eucharistiæ, profitetur Liturgiam Clementis inter Apocrypha commemorari solere. Et vero quia monitore nemo indiget de conferendis inter se variis Liturgiis, suadebo tantum ut in hoc capite adeatur Chrysostomus Homil. 2. in II. ad Corinthios, cum Augustino Epist. 107. & 119. nec non Basilius Epist. 241. ubi *κηρύγματα ἐκκλησιαστικὰ* nuncupat, quæ heic & alibi dicuntur *προσφωνήσεις*. Id.

5. Τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας.] Hinc Gregorium Nazianzenum accepisse suum *ἔνδυμα ἀφθαρσίας* Orat. 42. p. 685. adnotat Nicetas: an vere, dubito: potuit enim habere ab aliis Liturgiis, verbi gratia ab illa apud Chrysostomum

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ἀφθαρσίας, τῆς ὄντως ζωῆς, ῥύσηται δὲ αὐτοὺς ἀπὸ A πάσης ἀσεβείας, καὶ μὴ δῷ τόπον τῷ ἀλλοτρίῳ κατ' αὐτῶν, καθαρίσῃ δὲ αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐνοικήσῃ τε ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσῃ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, εὐλογήσῃ τὰς εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδους, καὶ κατευθύνῃ αὐτοῖς τὰ προκείμενα εἰς τὸ συμφέρον. ἔτι ἐκτενῶς ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετεύσωμεν, ἵνα ἀφέσεως τυχόντες τῶν πλημμελημάτων διὰ τῆς μυήσεως, ἀξιωθῶσι τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ τῆς μετὰ τῶν ἁγίων διαμονῆς. ἐγείρεσθε οἱ κατηχούμενοι. τὴν εἰρήνην τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ αἰτήσασθε, εἰρηνικὴν ἡμέραν καὶ ἀναμάρτητον καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ὑμῶν, χριστιανὰ ὑμῶν τὰ τέλη, ἵλεων καὶ εὐμενῆ τὸν Θεὸν, ἄφεσιν πλημμελημάτων. ἑαυτοὺς τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ B Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παράθεσθε. κλίνατε, καὶ εὐλογεῖσθε. ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τούτων ὧν ὁ διάκονος προσφωνεῖ, ὡς προείπομεν, λεγέτω ὁ λαός· κύριε ἐλέησον· καὶ πρὸ πάντων [1] τὰ παιδία. κλινόντων δὲ αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, εὐλογείτω αὐτοὺς ὁ χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος εὐλογίαν τοιάνδε· ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀγέννητος καὶ ἀπρόσιτος, ὁ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ σου τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου, ὁ Θεὸς τοῦ παρακλήτου, καὶ τῶν ὅλων κύριος· ὁ διὰ Χριστοῦ διδασκάλους τοὺς μαθητὰς ἐπιστήσας πρὸς μάθησιν τῆς εὐσεβείας· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου, τοὺς κατηχουμένους τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ σου· καὶ δὸς αὐτοῖς καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις C αὐτῶν, πρὸς τὸ εἰδέναι καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ἐν καρδίᾳ πλήρει καὶ ψυχῇ θελούσῃ· καταξίωσον αὐτοὺς τῆς ἁγίας μυήσεως, καὶ ἕνωσον αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, καὶ μετόχους ποίησον τῶν θείων μυστηρίων, διὰ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος· δι' οὗ σοι δόξα καὶ τὸ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ μετὰ τοῦτο ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε, οἱ κατηχούμενοι, ἐν εἰρήνῃ· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτοὺς, λεγέτω· εὔξασθε, οἱ ἐνεργούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων. ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, διὰ Χριστοῦ ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἀκαθάρτοις καὶ πονηροῖς πνεύμασι, καὶ ῥύσηται τοὺς αὐτοῦ ἱκέτας ἀπὸ τῆς τοῦ ἀλλοτρίου καταδυναστείας· ὁ D ἐπιτιμήσας τῷ λεγεῶνι τῶν δαιμόνων, καὶ τῷ ἀρχεκάκῳ διαβόλῳ, ἐπιτιμήσῃ αὐτὸς καὶ νῦν τοῖς ἀποστάταις τῆς εὐσεβείας, καὶ ῥύσηται τὰ ἑαυτοῦ πλάσματα ἀπὸ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, καὶ καθαρίσῃ αὐτὰ ἃ μετὰ πολλῆς σοφίας ἐποίησεν. ἔτι ἐκτενῶς ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν. σῶσον καὶ ἀνάστησον αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἐν τῇ δυνάμει σου. κλίνατε, οἱ ἐνεργούμενοι, καὶ εὐλογεῖσθε. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω, λέγων·

locum Adversario contra illos; mundet autem ipsos [a] ab omni inquinamento carnis & spiritus: [b] inhabitetque in eis ac inambulet, per Christum suum: [c] benedicat introitus ac exitus eorum, atque proposita moderetur iis ad commodum. Adhuc intente pro illis supplicemus, ut remissionem delictorum consecuti per Baptismi initiationem, digni fiant sanctis Mysteriis, & permansione cum sanctis. Surgite Catechumeni. Pacem Dei, per Christum ejus petite; diem quietum, ac sine peccato, itidem omne tempus vitæ vestræ; mortem Christianam; propitium ac benevolum Deum; veniam delictorum. Vos ipsos soli Ingenito Deo per Christum ejus commendate. Inclinate, & accipite benedictionem. Porro in singulis horum quæ Diaconus proloquitur, ut jam diximus, populus respondeat: Kyrie eleison; & ante cunctos pueri. Catechumenis autem capita inclinantibus, Episcopus ordinatus benedicat eis benedictione hujusmodi: Deus omnipotens, ingenitus & inaccessus, solus verus Deus, Deus & Pater Christi tui unigeniti Filii tui, Deus Paracleti, ac omnium Dominus; qui per Christum discipulos in doctores constituisti, ad pietatis disciplinam: ipse & nunc respice super servos tuos, catechizatos in Christi tui Evangelio; & da eis [d] cor novum, & spiritum rectum innova in visceribus eorum, ut cognoscant ac faciant voluntatem tuam, [e] in corde pleno & anima volente: dignare illos initiatione sancta; & aduna illos ad sanctam Ecclesiam tuam, & fac participes divinorum mysteriorum; [f] per Christum spem nostram, qui pro ipsis mortuus est; per quem tibi gloria & adoratio, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Et post hoc Diaconus dicat: Exite, Catechumeni, in pace. Cumque ii exierint, dicat: Orate, Energumeni & vexati a spiritibus immundis. Intente cuncti pro ipsis deprecemur; ut benignus Deus, per Christum increpet immundos ac malos spiritus, & liberet supplices suos ab oppressione ac tyrannide Adversarii: [g] qui increpavit legionem dæmonum, & originem mali diabolum; [h] increpet ipse nunc quoque Apostatas pietatis, & liberet creaturas suas a diaboli vexatione, & mundet eas, quas magna cum sapientia condidit. Adhuc intente pro ipsis precemur. Serva & erige illos Deus, in virtute tua. Inclinate, Energumeni, atque benedictionem accipite. Et Episcopus deprecetur, dicens:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων.

Ο Τὸν ἰσχυρὸν δήσας, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσας· ὁ δοὺς ἡμῖν ἐξουσίαν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων πατεῖν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· ὁ τὸν ἀνθρωποκτόνον ὄφιν, δεσμώτην παραδοὺς ἡμῖν, ὡς στρουθίον παιδίοις· ὃν πάντα φρίττει καὶ τρέμει, ἀπὸ προσώπου δυνά-

CAPUT VII.

Oratio pro Energumenis.

E QUI [i] fortem ligasti, & cuncta vasa ejus diripuisti; qui [k] dedisti nobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem Inimici; qui homicidam serpentem, [l] vinctum tradidisti nobis, sicut passerem pueris; quem omnia horrent, ac tremunt a facie

a II. Coc. VII. 1. *b* II. Cor. VI. 16. *c* Psal. CXX. 8. *d* Psal. L. 12. *e* II. Macc. I. 3. *f* I. Tim. I. 1. *g* Marc. V. 9. *h* Zach. III. 2. *i* Matth. XII. 29. *k* Luc. X. 19. *l* Job XL. 24. apud LXX.

Homil. 2. in II. ad Corinthios. En Græca Nicetæ e codicibus Regiis: εἴληπται δὲ τὸ, ἔνδυμα τῆς ἀφθαρσίας, ἀπὸ τῆς ὀκταβίβλου τῆς διὰ Κλήμεντος· ἵνα γάρ φησι καταξιώσῃ αὐτοὺς τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας. Idem Theologi Explanator ad Orat. 40. n. 4. sic loquitur; ἀφθαρσίας δὲ ἔνδυμα, κατὰ τὰς ἀποστολικὰς διατάξεις· ὡς τῆς αἰσχύνης συγκάλυμμα. συγκαλύπτον γὰρ ταύτην, ἀφθαρσίας ἐνδύει. διὰ τὸ ἀποφαίνειν τὴν ψυχὴν ἄφθαρτον ἀπὸ ἁμαρτίας, καὶ καθαρὰν ὡς τὸ ἀπαρχῆς. COT.

1. Τὰ παιδία.] Vel pueri omnes: quemadmodum apud Basilium, Homilia in famem & siccitatem, itemque Chrysostomum Homil. 72. in Matthæum; vel pueri sacræ symphoniæ: de quibus multi docuerunt, quique in Euchologio R. P. virique doctissimi Jacobi Goar p. 359. appellantur ὀρφανοὶ, procul dubio quod e pupillis ac destitutis Ecclesiæque eleemosyna indigentibus assumi solerent. ID.

μεώς σου : ὁ ῥήξας αὐτὸν ὡς ἀστραπὴν ἐξ οὐρανοῦ A εἰς γῆν, οὐ τοπικῷ ῥήγματι, ἀλλὰ ἀπὸ τιμῆς εἰς ἀτιμίαν, δι' ἑκούσιον αὐτοῦ κακόνοιαν· οὗ τὸ βλέμμα ξηραίνει ἀβύσσους, καὶ ἡ ἀπειλὴ τήκει ὄρη, καὶ ἡ ἀλήθεια μένει εἰς τὸν αἰῶνα· ὃν αἰνεῖ τὰ νήπια, καὶ εὐλογεῖ τὰ θηλάζοντα· ὃν ὑμνοῦσι καὶ προσκυνοῦσιν ἄγγελοι· ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν· ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται· ὁ ἀπειλῶν θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτὴν, καὶ πάντας τοὺς ποταμοὺς αὐτῆς ἐξερημῶν· οὗ νεφέλαι, κονιορτὸς τῶν ποδῶν· ὁ περιπατῶν ἐπὶ θαλάσσης, ὡς ἐπ' ἐδάφους· μονογενὴς Θεὲ, μεγάλου πατρὸς υἱέ· ἐπιτίμησον τοῖς πονηροῖς πνεύμασι, καὶ ῥῦσαι τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου ἐκ τῆς τοῦ ἀλλοτρίου πνεύματος ἐνεργείας· ὅτι σοι δόξα, B τιμὴ καὶ σέβας, καὶ διὰ σοῦ τῷ σῷ πατρὶ, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε οἱ ἐνεργούμενοι· καὶ μετ' αὐτοὺς, προσφωνείτω· εὔξασθε, οἱ [1] φωτιζόμενοι. ἐκτενῶς οἱ πιστοὶ πάντες ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλέσωμεν, ὅπως ὁ κύριος καταξιώσῃ αὐτοὺς μυηθέντας εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον συναναστῆναι αὐτῷ, καὶ μετόχους γενέσθαι τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ κοινωνοὺς τῶν μυστηρίων αὐτοῦ· ἑνώσῃ καὶ συγκαταλέξῃ αὐτοὺς μετὰ τῶν σωζομένων ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. σῶσον καὶ ἀνάστησον αὐτοὺς ἐν τῇ σῇ χάριτι. κατασφραγισάμενοι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, κλίναντες εὐλογείσθωσαν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τήνδε τὴν εὐλογίαν·

A potestatis tuæ; qui [a] eumdem e cælo in terram sicut fulgur decidere fecisti, non casu locali, sed ab honore in ignominiam, propter voluntariam ipsius malitiam; cujus aspectus [b] exsiccat abyssos, & [c] minæ liquefaciunt montes, & [d] veritas manet in æternum; quem [e] laudant infantes, & benedicunt lactentes; quem [f] celebrant atque adorant Angeli; qui [g] respicis super terram, & facis eam tremere; qui tangis montes, & fumant; qui [h] increpas mare, & exsiccas illud, & omnia flumina ipsa deserta reddis; cujus nubes, pulvis pedum; qui [i] ambulas super mare, tamquam super pavimentum: Unigenite Deus, magni Patris Fili: increpa malos spiritus; & libera opera ma- B nuum tuarum ab alieni spiritus vexatione: quia tibi gloria, honor ac veneratio, & per te Patri tuo, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Tum Diaconus dicat: Exite Energumeni. Et iis egressis, proclamet: Orate, illuminandi Baptismo, seu Competentes. Intente cuncti fideles pro ipsis deprecemur; ut Dominus dignos eos faciat, qui Baptismate initiati in Christi mortem cum ipso resurgant, fiantque participes regni ipsius, ac mysteriorum ejus consortes; adunet & annumeret eos cum iis qui salvi fiunt in sancta ipsius Ecclesia. Serva & suscita eos in gratia tua. Consignati Deo per Christum ejus, inclinantes se, benedicantur ab Episcopo hac benedictione:

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ή.

Ὑπὲρ τῶν βαπτιζομένων.

Ὁ Προειπὼν διὰ τῶν ἁγίων σου προφητῶν τοῖς μυουμένοις· λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε· καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ νομοθετήσας τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τοὺς βαπτιζομένους, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς, καὶ ἁγίασον, καὶ παρασκεύασον ἀξίους γενέσθαι τῆς πνευματικῆς σου δωρεᾶς, καὶ τῆς ἀληθινῆς υἱοθεσίας, τῶν πνευματικῶν σου μυστηρίων, τῆς μετὰ τῶν σωζομένων ἐπισυναγωγῆς, διὰ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. D ἀμήν. καὶ λεγέτω ὁ διάκονος· προέλθετε οἱ φωτιζόμενοι. καὶ μετὰ τοῦτο κηρυττέτω. [2] εὔξασθε οἱ ἐν τῇ μετανοίᾳ. ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἀδελφῶν παρακαλέσωμεν· ὅπως ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς ὑποδείξῃ αὐτοῖς ὁδὸν μετανοίας· προσδέξηται αὐτῶν τὴν παλινῳδίαν καὶ τὴν ἐξομολόγησιν, καὶ συντρίψῃ τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν ἐν τάχει, καὶ λυτρώσηται αὐτοὺς ἀπὸ τῆς παγίδος τοῦ διαβόλου καὶ τῆς ἐπηρείας τῶν δαιμόνων, καὶ ἐξέληται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς ἀθεμίτου λόγου, καὶ πάσης ἀτόπου πράξεως, καὶ πονηρᾶς ἐννοίας· συγχω-

CAPUT VIII.

Oratio pro iis qui jamjam baptizandi sunt.

QUI per sanctos Prophetas tuos prædixisti iis qui initiantur ac baptizantur: [k] *Lavamini, mundi estote*; & per Christum sanxisti spiritualem regenerationem: ipse nunc etiam respice in hos baptizandos, & benedic eis, & sanctifica, ac præpara ut digni fiant spirituali dono tuo, ac vera adoptione, tuisque spiritualibus mysteriis, atque aggregatione cum iis qui salvantur, per Christum Salvatorem nostrum; per quem tibi gloria, honor D & reverentia, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Et dicat Diaconus: Exite qui illuminandi estis. Et post hoc edicat: Orate, Pœnitentes. Intente universi pro fratribus nostris in pœnitentia versantibus precemur; ut misericordiæ studiosus Deus illis ostendat viam pœnitentiæ; admittat eorum palinodiam, seu retractationem, atque confessionem, & [l] conterat satanam sub pedibus eorum velociter, liberetque illos a laqueo diaboli, & violentia dæmonum, atque ipsos eripiat ab omni sermone illicito, & omni actione turpi, & mala cogitatione: [m] condonet vero illis omnia delicta eo-

a Luc. x. 18. *b* Psal. cv. 9. Isa. ii. 10. *c* Psal. xcvi. 5. Isa. lxiv. 1. *d* Psal. cxvi. 2. *e* Psal. viii. 3. *f* Psal. xcvi. 7. *g* Psal. ciii. 32. *h* Nah. I. 4. 3. *i* Job ix. 8. apud LXX. *k* Isa. I. 16. *l* Rom. xvi. 20. *m* Coloss. II. 13. 14.

1. Οἱ φωτιζόμενοι.] Distinguuntur apud Cyrillum Hierosolymitanum φωτιζόμενοι a κατηχουμένοις, & νεοφωτίστοις, & πιστοῖς, appellanturque etiam, οἱ τῷ βαπτίσματι προσερχόμενοι. *Qui ad Baptismum accedunt*. Interprete vero Zonara ad canonem Trullanum 78. sunt, οἱ πρὸς τὸ φώτισμα ἑτοιμαζόμενοι. *Qui ad illuminationem & Baptismum se præparant*. In Euchologio autem, sive Rituali Græcorum p. 195. 196. 343. 344. φωτιζόμενοι dicuntur, οἱ πρὸς τὸ φώτισμα, οἱ πρὸς τὸ φώτισμα εὐτρεπιζόμενοι. *Qui ad illuminationem, qui ad sanctum Baptisma se disponunt*. insuperque assignatur tempus istius eorum Officii, nempe ἀπὸ τῆς τεσσαρακοστῆς τοῦ μυστηρίου. Respondent Græcorum φωτιζομένοις Latinorum Competentes. Cot.

2. Εὔξασθε οἱ ἐν μετανοίᾳ.] Inter sexcenta ritus longe celeberrimi testimonia, succurrunt duo depravata leviter, quæ corrigere operæ pretium fuerit. Theodori Balsamonis E alterum ad canonem Laodicenum 19. Κατηχούμενοι μὲν λέγονται, οἱ πρὸς τὸ βάπτισμα ἑτοιμαζόμενοι· ἐν μετανοίᾳ δὲ εἰσιν, οἱ διά τινα ἁμαρτήματα ἐπιτιμηθέντες πιστοὶ, οἱ ἀξιούμενοι καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως. alterum Nicephori Callisti lib. 12. cap. 28. ἢ νηστείαις καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ πυκναῖς προσευχαῖς τε καὶ μετανοίαις, ἢ ἀλυσίαις καὶ ἀποχαῖς τρυφῶν. Ego priori loco legerim per modicam trajectionem; οἱ διά τινα ἁμαρτήματα ἐπιτιμηθέντες· καὶ πιστοὶ, οἱ ἀξιούμενοι τῆς ἁγίας μεταλήψεως. *Pœnitentes vero sunt, quibus propter peccata pœna injuncta est: at fideles, qui sancta communione digni habentur*. vel ut in lib. Reg. 2431. ἐπιτιμηθέντες· πιστοὶ, οἱ ἀξιούμενοι καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως. posteriori autem scripserim; καὶ ἀποχαῖς τροφῶν, ut respondeat ὡρισμένων ἀποχῇ apud Sozomenum lib. 7. cap. 16. quo loci Epiphanius Scholasticus invenerat forte, ἐποχῇ; vertit enim, [illegible].

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ρήσῃ δὲ αὐτοῖς πάντα τὰ παραπτώματα αὐτῶν, τά τε ἑκούσια καὶ τὰ ἀκούσια, καὶ ἐξαλείψῃ τὸ κατ' αὐτῶν χειρόγραφον, καὶ ἐγγράψηται αὐτοὺς ἐν βίβλῳ ζωῆς· καθαρῇ δὲ αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, καὶ ἑνώσῃ αὐτοὺς ἀποκαταστήσας εἰς τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ποίμνην. ὅτι αὐτὸς γινώσκει τὸ πλάσμα ἡμῶν. ὅτι τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; πάντες γάρ ἐσμεν ἐν ἐπιτιμίοις. ἔτι ὑπὲρ αὐτῶν ἐκτενέστερον δεηθῶμεν· ὅτι χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· ὅπως ἀποστραφέντες παντὸς ἔργου ἀθεμίτου, προσοικειωθῶσι πάσῃ πράξει ἀγαθῇ· ἵνα ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἢ τάχος εὐμενῶς προσδεξάμενος αὐτῶν τὰς λιτὰς, ἀποκαταστήσῃ αὐτοῖς ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στηρίξῃ αὐτοὺς, ἵνα μηκέτι σαλευθῶσι· κοινωνοὶ γενέσθαι τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἱερῶν, καὶ μέτοχοι τῶν θείων μυστηρίων· ἵνα ἄξιοι ἀποφανθέντες τῆς υἱοθεσίας, τύχωσι τῆς αἰωνίου ζωῆς. ἔτι ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ αὐτῶν εἴπωμεν· κύριε ἐλέησον. σῶσον αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἀνάστησον τῷ ἐλέει σου. ἀναστάντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, κλίνατε καὶ εὐλογεῖσθε. ἐπευχέσθω οὖν ὁ ἐπίσκοπος τοιάδε·

A rum, voluntaria pariter ac involuntaria, & deleat quod adversum eos erat, chirographum, & adscribat eos in libro vitæ; mundet autem ipsos [a] ab omni inquinamento carnis ac spiritus, atque uniat illos, restituens in sanctum ovile suum. [b] Quia ipse cognoscit conformationem nostram. Quoniam [c] *quis gloriabitur mundum se habere cor; aut quis poterit dicere purum se esse a peccato?* universi namque pœnis subjacemus. Adhuc pro iisdem intentius deprecemur: quia [d] *gaudium oritur in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente:* ut aversi ab omni opere illicito, adjungant se ad omnem actionem bonam; quo hominum amator Deus obsecrationes eorum cito suscipiat placide, [e] restituat B eis lætitiam salutaris, & spiritu principali confirmet illos, ne amplius labantur: consortes fiant sacrosanctorum ejus, & participes divinorum mysteriorum: ut redditi digni adoptione, consequantur vitam æternam. Adhuc intente omnes pro ipsis dicamus: Kyrie eleison. Salva eos Deus, & erige misericordia tua. Suscitati Deo per Christum ejus, inclinate, & accipite benedictionem. Episcopus igitur has preces fundat:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

[1] Χειροθεσία, καὶ εὐχὴ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ.

Παντοκράτορ Θεὲ αἰώνιε, δέσποτα τῶν ὅλων, κτίστα καὶ πρύτανι τῶν πάντων· ὁ τὸν ἄνθρωπον κόσμου κόσμον ἀναδείξας διὰ Χριστοῦ, καὶ νόμον δοὺς αὐτῷ ἔμφυτον καὶ γραπτὸν, πρὸς τὸ ζῆν αὐτὸν ἐνθέσμως, ὡς λογικόν· καὶ ἁμαρτόντι ὑποθήκην δοὺς πρὸς μετάνοιαν τὴν σαυτοῦ ἀγαθότητα· ἔπιδε ἐπὶ τοὺς κεκλικότας σοι αὐχένα ψυχῆς καὶ σώματος· ὅτι οὐ βούλει τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν, ὥστε ἀποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν. ὁ Νινευϊτῶν προσδεξάμενος τὴν μετάνοιαν· ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὁ τὸν υἱὸν προσδεξάμενος, τὸν καταφαγόντα τὸν βίον αὐτοῦ ἀσώτως, D πατρικοῖς σπλάγχνοις, διὰ τὴν μετάνοιαν· αὐτὸς καὶ νῦν πρόσδεξαι τῶν ἱκετῶν σου τὴν μετάγνωσιν· ὅτι οὐκ ἔστιν ὃς οὐχ ἁμαρτήσεταί σοι· ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃ, κύριε, κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστι· καὶ ἀποκατάστησον αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ σου ἐκκλησίᾳ, ἐν τῇ προτέρᾳ ἀξίᾳ καὶ τιμῇ, διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις, ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· ἀπο-

CAPUT IX.

Impositio manuum, & oratio pro pœnitentibus.

C

Omnipotens Deus æterne, Domine universorum, creator & rector cunctorum; qui hominem mundi mundum, sive ornamenti ornamentum effecisti per Christum, & legem ei dedisti innatam & scriptam, ut legitime viveret, tamquam ratione præditus; quique ei postquam peccavit, tribuisti bonitatem tuam, incitamentum ad pœnitentiam: respice in eos qui cervicem animæ & corporis inclinaverunt tibi: quia [f] non vis mortem peccatoris, sed pœnitentiam; ut avertat se a via sua mala, & vivat. Qui [g] Ninivitarum pœnitentiam recepisti; qui [h] vis omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; qui [i] paternis visceribus suscepisti filium illum, bonorum suorum decoctorem prodigum ac luxuriosum, quod eum pœniteret facti: ipse nunc quoque accipe supplicum tuorum pœnitentiam; quia [k] non est qui non peccet tibi: [l] *Si enim iniquitates observaveris, Domine; Domine, quis sustinebit? quoniam apud te propitiatio est:* & restitue illos sanctæ Ecclesiæ tuæ, in priorem dignitatem ac honorem, per Christum Deum ac Salvatorem nostrum; per quem tibi

a II. Cor. VII. 1. b Psal. CII. 14. c Prov. XX. 9. d Luc. XV. 7. e Psal. L. 14. f Exech. XXVIII. & XXXIII. g Jon. III. h I. Tim. II. 4. i Luc. XV. k III. Reg. VIII. 46. l Psal. CXXIX. 3.

1. Χειροθεσία.] Partim quia orationi, ut cum manuum impositione conjungi solitæ, nomen impositionis manuum aliquando datur, ex Matth. XIX. 13. 15. in Concilio Milevitano 2. can. 12. apud Augustinum lib. 3. de Baptismo contra Donatistas cap. 16. & juxta Leonem Epist. 92. c. 2. Unde Clemens Alexandrinus p. 801. l. 1. εὐχαὶ χειρῶν. & p. 793. c. 1. B. ἐν τῇ χειροθεσίᾳ λέγουσιν ἐπὶ τέλους. Εἰς λύτρωσιν ἀγγελικήν. Eusebius Histor. libro 1. cap. ult. εὐχάς τε διὰ χειρός. (quod est Nicephoro, εὐχῇ τε ἅμα καὶ τῇ ἁφῇ. non male.) & lib. 7. cap. 2. τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ. ubi in Nicephoro, τῇ διὰ χειρὸς εὐχῇ. in Rufino quemadmodum loco superiori, *manus impositione*. Augustinus vero de peccatorum meritis & remissione c. 26. lib. 2. *orationem manus impositionis*. Partim quia in benedictione manus imponebatur. Genes. XLVIII. 14. 15. Marc. X. 16. τὴν χειροθεσίαν ἐπ' εὐλογίαν, ait Tarasius Patriarcha Actione 1. Synodi 7. qua de re videnda præcipue Epistola 59. S. Augustini: notarique debet istud citati Clementis cap. 11. Pædagogi 3. p. 248. τίνι γὰρ ὁ πρεσβύτερος ἐπιτίθησι χεῖρα; τίνα δὲ εὐλογήσει; οὐ τὴν γυναῖκα τὴν κεκοσμημένην, ἀλ- E λὰ τὰς ἀλλοτρίας τρίχας, καὶ τὴν αὐτῶν ἄλλην κεφαλήν. Partim denique ob notissimam consuetudinem, pœnitentibus manus imponendi in Missa ante celebrationem mysteriorum. Lege infra cap. 37. 38. 39. & supra lib. 7. c. 44. Exstat hujusmodi *Oratio manus impositionis*, seu *Oratio: manus impositio*, ad pœnitentiam pertinens, ex Romano Pœnitentiali, apud Halitgarium; sed corrupta, atque restituenda sic ope Antiquorum Pœnitentialium Joannis Morini pag. 70. col. 2. *Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jesum Christum filium tuum, Dominum nostrum vulnera nostra curare dignatus es, te supplices rogamus & petimus nos humiles tui Sacerdotes, ut precibus nostris aurem tuæ petitionis inclinare digneris, remittasque omnia crimina, & peccata universa condones, desque huic famulo tuo pro suppliciis veniam, pro mœrore lætitiam, pro morte vitam. Ipse a spe cælestis apicis devolutus est; & de tua misericordia confidens, ab bonam pacem* (vel *ad bonum pacis* sive *ad bona paciferi*) *præmii tui, atque cælestia* (vel *adque cælestia dona*) *pervenire mereatur, ad vitam æternam. Per Dominum.* COT.

λύεσθε οἱ ἐν μετανοίᾳ. καὶ προστιθέτω· [1] μή τις τῶν μὴ δυναμένων προελθέτω· [2] ὅσοι πιστοὶ, κλίνωμεν γόνυ· δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. πάντες συντόνως τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παρακαλέσωμεν.

A gloria, & adoratio, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Et Diaconus dicat: Abite qui estis in pœnitentia. Et addat: Nemo eorum quibus non licet, exeat. Qui fideles sumus, flectamus genu: precemur Deum per Christum ejus. Omnes contente Deum per Christum ejus appellemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Προσφώνησις ὑπὲρ τῶν πιστῶν.

ΥΠὲρ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς εὐσταθείας τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ ὅλων Θεὸς ἀΐδιον καὶ ἀναφαίρετον τὴν ἑαυτοῦ εἰρήνην ἡμῖν παράσχοιτο, ἵνα ἐν πληροφορίᾳ τῆς κατ᾽ εὐσέβειαν ἀρετῆς διατελοῦντας ἡμᾶς συντηρήσῃ. ὑπὲρ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος ἄσειστον αὐτὴν καὶ ἀκλυδώνιστον διαφυλάξῃ καὶ διατηρήσῃ μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, τεθεμελιωμένην ἐπὶ τὴν πέτραν. καὶ ὑπὲρ τῆς ἐνθάδε ἁγίας παροικίας δεηθῶμεν· ὅπως καταξιώσῃ ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων κύριος ἀνενδότως τὴν ἐπουράνιον αὐτοῦ ἐλπίδα μεταδιώκειν, καὶ ἀδιάλειπτον αὐτῷ τῆς δεήσεως ἀποδιδόναι τὴν ὀφειλήν. ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τῶν ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας δεηθῶμεν· καὶ [3] ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ιακώβου καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Κλήμεντος καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Εὐοδίου καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὅπως ὁ οἰκτίρμων Θεὸς χαρίσηται αὐτοὺς ταῖς ἁγίαις αὐτοῦ ἐκκλησίαις σώους, ἐντίμους, μακροημερεύοντας· καὶ τίμιον αὐτοῖς τὸ γῆρας παράσχηται ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ. καὶ ὑπὲρ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος ῥύσηται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς ἀτόπου καὶ πονηροῦ πράγματος, καὶ σῶον καὶ ἔντιμον τὸ πρεσβυτέριον αὐτοῖς παράσχοι. ὑπὲρ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας καὶ ὑπηρεσίας δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος ἄμεμπτον τὴν διακονίαν αὐτοῖς παράσχηται. ὑπὲρ ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν, παρθένων, χηρῶν τε καὶ ὀρφανῶν δεηθῶμεν. ὑπὲρ τῶν ἐν συζυγίαις καὶ τεκνογονίαις δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος τοὺς πάντας αὐτοὺς ἐλεήσῃ. ὑπὲρ εὐνούχων ὁσίως πορευομένων δεηθῶμεν. ὑπὲρ τῶν ἐν ἐγκρατείᾳ, καὶ εὐλαβείᾳ δεηθῶμεν. ὑπὲρ τῶν καρποφορούντων ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ, καὶ ποιούντων τοῖς πένησι τὰς ἐλεημοσύνας δεηθῶμεν· καὶ ὑπὲρ τῶν τὰς θυσίας καὶ τὰς ἀπαρχὰς προσφερόντων κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ πανάγαθος Θεὸς ἀμείψηται αὐτοὺς ταῖς ἐπουρανίαις αὐτοῦ δωρεαῖς, καὶ δῷ αὐτοῖς ἐν τῷ παρόντι ἑκατονταπλασίονα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον, καὶ χαρίσηται αὐτοῖς ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια, ἀντὶ τῶν ἐπιγείων τὰ ἐπουράνια. ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος στηρίξῃ αὐτοὺς καὶ βεβαιώσῃ. ὑπὲρ τῶν ἐν ἀῤῥωστίᾳ ἐξεταζομένων ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος ῥύσηται αὐτοὺς πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας, καὶ σώους ἀποκαταστήσῃ τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. ὑπὲρ

CAPUT X.

Oratio pro fidelibus.

PRO pace & tranquillitate mundi atque sanctarum Ecclesiarum oremus; ut Deus universitatis, perpetuam & stabilem suam pacem nobis tri- B buat; ut nos conservet perseverantes in plenitudine piæ ac religiosæ virtutis. Pro sancta Catholica & Apostolica Ecclesia, a finibus usque ad fines extensa, oremus; ut Dominus eam inconcussam & fluctibus non agitatam conservet atque tueatur, usque ad consummationem sæculi, fundatam super petram. Et pro sancta hac Parœcia oremus; ut cunctorum Dominus nobis donet consectari sine remissione cælestem ipsius spem, & reddere ipsi assiduum precationis debitum. Pro universo sub cælis exsistente Episcopatu eorum, qui [a] recte dispertiunt verbum veritatis tuæ, oremus: & pro Episcopo nostro Jacobo ac Parœciis ejus oremus: pro Episcopo nostro Clemente ac Parœciis C ejus oremus: pro Episcopo nostro Evodio & Parœciis ejus oremus: ut misericors Deus illos Ecclesiis sanctis suis præstet incolumes, honoratos, longævos; & præbeat eis honoratam senectutem in pietate ac justitia. Etiam pro Presbyteris nostris oremus; ut Dominus liberet illos ab omni turpi ac prava re, & concedat illis integrum & honoratum Presbyterium. Pro universo Christi Diaconio ac Ministerio oremus; ut Dominus inculpatam ipsis largiatur ministrationem. Pro Lectoribus, Cantoribus, virginibus, viduis & pupillis oremus. Pro iis qui in matrimonio & liberorum procreatione vivunt, oremus: ut Dominus misereatur eorum omnium. Pro Eunuchis in sancti- D tate ambulantibus oremus. Pro iis qui continentem & religiosam agunt vitam, oremus. Pro iis qui in sancta Ecclesia oblationes faciunt, ac eleemosynas pauperibus dant, oremus: & pro iis qui Domino Deo nostro hostias & primitias offerunt, oremus: ut Deus optimus remuneretur eos cælestibus suis gratiis; detque [b] iis in præsenti centuplum, & in futuro vitam æternam; atque donet ipsis pro temporariis æterna, pro terrenis cælestia. Oremus pro recens baptizatis fratribus nostris; ut Dominus eos stabiliat ac firmet. Pro fratribus nostris mala valetudine afflictis oremus; ut Dominus liberet illos omni morbo & omni languore, sanosque restituat sanctæ suæ Ecclesiæ. E Pro navigantibus ac iter habentibus oremus. Pro iis qui in metallis, exsiliis, custodiis & vinculis propter nomen Domini versantur, oremus. Pro


a II. Tim. II. 15. *b* Matth. xix. 29.

1. Μή τις τῶν μὴ δυναμένων προελθέτω.] Interpres Bovius legisse videtur προσελθέτω. *Nullus*, inquit, *ex prohibitis accedat*. Quæ scriptio nequaquam est aspernanda. Lib. 2. cap. 57. φυλαττέσθωσαν δὲ αἱ θύραι, μή τις ἄπιστος εἰσέλθοι, ἢ ἀμύητος. & lib. hoc ult. cap. 11. οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν· ὅπως μή τις ἐξέλθοι. Lege Can. Apost. 9. & supra ad II. 54. Cot.

2. Ὅσοι πιστοί.] Non solum Diaconi & Subdiaconi ita edicunt; quod observatum multis: sed etiam Lectores, in Euchologio Allatiano, apud Morinum de Ordinationibus Græcorum p. 106. Id.

3. Ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ιακώβου &c.] Per occasionem corrigo Symeonem Thessalonicensem cap. 6. libri de sacris Ordinationibus; καὶ τῶν βασιλέων μνησθεὶς, ὡς ἐκδίκων τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ὡς ποιμαίνοντος ἐν Χριστῷ &c. ubi doctissimus Morinus edidit, ὡς πτωχοῦ ὄντος ἐν Χριστῷ. vertitque, *Imperatorum quoque meminit, ut Ecclesiæ defensorum; & Archiepiscopi, ut in Christo pauperis.* legendo πένητος. Quod autem hic oratur pro senectute Episcopi, cernere etiam est apud Chrysostomum Homil. 2. de Prophetarum obscuritate, tom. 3. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



πλεόντων, καὶ ὁδοιπορούντων δεηθῶμεν. ὑπὲρ τῶν ἐν μετάλλοις καὶ ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ὄντων διὰ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, δεηθῶμεν. ὑπὲρ τῶν ἐν πικρᾷ δουλείᾳ καταπονουμένων δεηθῶμεν. ὑπὲρ ἐχθρῶν καὶ μισούντων ἡμᾶς δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν διωκόντων ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου, δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος πραΰνας τὸν θυμὸν αὐτῶν διασκεδάσῃ τὴν καθ' ἡμῶν ὀργήν. ὑπὲρ τῶν ἔξω ὄντων καὶ πεπλανημένων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος αὐτοὺς ἐπιστρέψῃ. τῶν νηπίων τῆς ἐκκλησίας μνημονεύσωμεν· ὅπως ὁ κύριος τελειώσας αὐτὰ ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ, εἰς μέτρον ἡλικίας ἀγάγῃ. ὑπὲρ ἀλλήλων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος τηρήσῃ ἡμᾶς καὶ φυλάξῃ τῇ αὐτοῦ χάριτι εἰς τέλος, καὶ ῥύσηται ἡμᾶς τοῦ πονηροῦ καὶ πάντων τῶν σκανδάλων τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ σώσῃ εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον. ὑπὲρ πάσης ψυχῆς χριστιανῆς δεηθῶμεν. σῶσον καὶ ἀνάστησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῷ ἐλέει σου. ἐγειρώμεθα. δεηθέντες ἐκτενῶς ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα. ἐπευχέσθω δὲ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ λεγέτω·

A acerba servitute oppressis oremus. Pro inimicis & odio habentibus nos, oremus: pro persequentibus nos propter nomen Domini, oremus: ut Dominus, mitigato eorum furore, dissipet iram adversus nos concitatam. Pro iis qui foris sunt, ac errore ducuntur, oremus; ut Dominus illos convertat. Infantium Ecclesiæ recordemur; uti Dominus eos in timore suo reddat perfectos, & ad mensuram ætatis perducat. Pro nobis invicem oremus; ut Dominus gratia sua [a] servet nos ac custodiat usque ad finem, & liberet nos a malo, & ab omnibus scandalis operantium iniquitatem, & salvos nos ducat in regnum suum cæleste. Pro omni anima Christiana oremus. Salva B & erige nos Deus misericordia tua. Surgamus. Orantes intente, nos ipsos atque mutuo, viventi Deo, per Christum ejus commendemus. Precetur autem Pontifex, & dicat:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιά.

Επίκλησις τῶν πιστῶν.

Κύριε παντοκράτορ, ὕψιστε, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, ἅγιε ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενε, ἄναρχε, μόναρχε· ὁ διὰ Χριστοῦ κήρυγμα γνώσεως δοὺς ἡμῖν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς δόξης καὶ τοῦ ὀνόματός σου, ὃ ἐφανέρωσεν ἡμῖν εἰς κατάληψιν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε δι' αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ποίμνιόν σου τοῦτο· καὶ λύτρωσαι αὐτὸ πάσης ἀγνοίας, καὶ πονηρᾶς πράξεως· καὶ δὸς φόβῳ φοβεῖσθαί σε, καὶ ἀγάπῃ ἀγαπᾶν σε, καὶ στέλλεσθαι ἀπὸ προσώπου δόξης σου· εὐμενὴς αὐτοῖς γενοῦ, καὶ ἵλεως, καὶ ἐπήκοος ἐν ταῖς προσευχαῖς αὐτῶν· καὶ φύλαξον αὐτοὺς ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· ἵνα ὦσιν ἅγιοι σώματι καὶ ψυχῇ, μὴ ἔχοντες σπίλον ἢ ῥυτίδα ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἵνα ὦσιν ἄρτιοι, καὶ μηδεὶς ἐν αὐτοῖς ᾖ κολοβὸς ἢ ἀτελής. ἀρωγὲ, δυνατὲ, ἀπροσωπόληπτε, γενοῦ ἀντιλήπτωρ τοῦ λαοῦ σου τούτου, ὃν ἐξηγόρασας τῷ τιμίῳ τοῦ Χριστοῦ σου αἵματι· προστάτης, ἐπίκουρος, ταμίας, φύλαξ, τεῖχος ἐρυμνότατον, φραγμὸς, ἀσφάλεια· ὅτι ἐκ τῆς σῆς χειρὸς οὐδεὶς ἁρπάσαι δύναται· οὐδὲ γάρ ἐστι Θεὸς ὥσπερ σὺ ἕτερος· ὅτι ἐν σοὶ ἡ ὑπομονὴ ἡμῶν. ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, ὅτι ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστιν. ἀπροσχάριστε, ἀπαραλόγιστε· ῥῦσαι αὐτοὺς πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας, παντὸς παραπτώματος, πάσης ἐπηρείας καὶ ἀπάτης, ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου· καὶ καταξίωσον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, τῆς ἐν Χριστῷ τῷ υἱῷ σου τῷ μονογενεῖ, τῷ Θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. καὶ μετὰ τοῦτο λεγέτω ὁ διάκονος· πρόσχωμεν. καὶ ἀσπαζέσθω ὁ ἐπίσκοπος τὴν ἐκκλησίαν, καὶ λεγέτω· ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. καὶ ὁ λαὸς ἀποκρινάσθω· καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. καὶ ὁ διάκονος εἰπάτω πᾶσιν· ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. καὶ [1] ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον, οἱ λαϊκοὶ ἄνδρες τοὺς λαϊκοὺς, αἱ γυναῖκες τὰς γυναῖκας. τὰ παιδία δὲ στηκέτωσαν πρὸς τῷ βήματι. καὶ διάκονος αὐτοῖς ἕτερος ἔστω ἐφεστὼς, ὅπως μὴ ἀτακτῶσι.

CAPUT XI.

Invocatio pro fidelibus.

Domine omnipotens, celsissime, qui in altis habitas, sancte, qui in sanctis requiescis, C originis expers, monarcha; qui per Christum dedisti nobis cognitionis prædicationem in agnitionem gloriæ tuæ ac nominis tui, quod manifestavit nobis ad comprehensionem: ipse nunc quoque respice per ipsum in hoc ovile tuum; & libera illud omni ignorantia, & prava actione; & da ut te timore timeat, ac dilectione te diligat, & contremiscat a facie gloriæ tuæ: sis eis clemens, propitius ac exauditor in precibus eorum; & custodi illos immutabiles, irreprehensos, inculpatos: ut sint sancti corpore atque anima, non habentes maculam aut rugam aut aliquid hujusmodi; sed ut sint integri, nullusque inter eos sit mutilus vel imD perfectus. Defensor, potens, personarum non acceptor; sis auxiliator populi tui hujus, quem redemisti pretioso Christi tui sanguine: patronus, adjutor, propugnator, custos, murus tutissimus, vallum, firmum præsidium: quoniam [b] ex manu tua nemo potest rapere: non enim est alius Deus sicut tu: quia in te est nostra exspectatio. [c] Sanctifica eos in veritate tua; quoniam sermo tuus veritas est. Qui gratiæ caussa nihil agis, qui decipi non potes; libera eos omni morbo & omni infirmitate, omni delicto, omni injuria & fraude, [d] a timore inimici, [e] a sagitta volante per diem, a negotio in tenebris perambulante; & dignare illos æterna vita, quæ in Christo Filio tuo unigenito, Deo E ac Salvatore nostro; per quem tibi gloria & cultus, in sancto Spiritu, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Postea Diaconus dicat: Attendamus. Et salutet Episcopus Ecclesiam, ac dicat: Pax Dei cum omnibus vobis. Et populus respondeat: Et cum spiritu tuo. Diaconus vero dicat omnibus: Salutate vos invicem in osculo sancto: & Clerici osculentur Episcopum, laici viri laicos, feminæ feminas. Pueri

a Psal. CXL. 9. *b* Joan. X. 29. *c* Joan. XVII. 17. *d* Psal. LXIII. 2. *e* Psal. XC. 6.

1. Ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον.] Canone Laodiceno 19. δεῖ ὅπως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι, καὶ μετὰ τὸ πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι. quod postremum Zonaras interpretatur de salutatione Sacerdotum a laicis, Dionysius Exiguus de salutatione laicorum inter se; utrumque autem factum fuisse satis constat. COT.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
230.

καὶ ἄλλοι διάκονοι περιπατείτωσαν, καὶ σκοπείτωσαν A τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας, ὅπως μὴ θόρυβός τις γένηται, καὶ μή τις νεύσῃ, ἢ ψιθυρίσῃ, ἢ νυστάξῃ. οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν· ὅπως μήτις ἐξέλθοι, μήτε ἀνοιχθῇ ἡ θύρα, κἂν πιστός τις ᾖ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναφορᾶς. [1] εἷς δὲ ὑποδιάκονος διδότω ἀπόνιψιν χειρῶν τοῖς ἱερεῦσι, σύμβολον καθαρότητος ψυχῶν Θεῷ ἀνακειμένων.

autem stent ad suggestum. Ac Diaconus alius ipsis præsit, ne inordinate se gerant. At alii Diaconi deambulent, inspiciantque viros ac mulieres, ne strepitus aliquis oriatur, & ne quis nutum faciat, vel susurret, vel dormitet. Diaconi vero stent ad januas virorum, & Subdiaconi ad januas mulierum; ut nemo egrediatur, neve aperiatur janua tempore oblationis, licet adveniat quispiam fidelis. Unus autem Subdiaconus det Sacerdotibus aquam, ad lavandum manus; quæ res signum est puritatis animarum Deo consecratarum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Διάταξις Ἰακώβου, τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου. B

ΦΗμὶ δὴ κἀγὼ Ἰάκωβος, ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου, ἵν' εὐθὺς ὁ διάκονος λέγῃ· μή τις τῶν κατηχουμένων. μή τις τῶν ἀκροωμένων. μή τις τῶν ἑτεροδόξων. [2] οἱ τὴν πρώτην εὐχὴν εὐχόμενοι προέλθετε. τὰ παιδία προσλαμβάνεσθε αἱ μητέρες. μή τις κατά τινος. μή τις ἐν ὑποκρίσει. ὀρθοὶ πρὸς κύριον μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἑστῶτες ὦμεν προσφέρειν. ὧν γενομένων οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον· καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων στηκέτωσαν, ὡς ἂν μαθηταὶ παρεστῶτες διδασκάλῳ. δύο δὲ διάκονοι ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τοῦ θυσιαστηρίου κατεχέτωσαν ἐξ ὑμένων λεπτῶν [3] ῥιπίδιον, ἢ πτερῶν ταῶ- C νος, ἢ ὀθόνης· καὶ ἠρέμα ἀποσοβείτωσαν τὰ μικρὰ τῶν ἱπταμένων ζώων, ὅπως ἂν μὴ ἐγχρίμπτωνται [4] εἰς τὰ κύπελλα. εὐξάμενος οὖν καθ' ἑαυτὸν ὁ ἀρχιερεὺς ἅμα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα μετενδὺς, καὶ στὰς πρὸς τῷ θυσιαστηρίῳ, τὸ τρόπαιον τοῦ σταυροῦ κατὰ τοῦ μετώπου τῇ χειρὶ ποιησάμενος εἰς πάντας, εἰπάτω· ἡ χάρις τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἔστω μετὰ πάντων ὑμῶν. καὶ πάντες συμφώνως λεγέτωσαν, ὅτι καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. καὶ ὁ ἀρχιερεύς· ἄνω τὸν νοῦν. καὶ πάντες· ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον. καὶ ὁ ἀρχιερεύς· εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ. καὶ πάντες· ἄξιον καὶ δίκαιον. καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰπάτω· ἄξιον ὡς ἀληθῶς D καὶ δίκαιον, πρὸ πάντων ἀνυμνεῖν σε τὸν ὄντως ὄντα

CAPUT XII.

Constitutio Jacobi, fratris Joannis Zebedæi.

POrro ego Jacobus, frater Joannis Zebedæi aio; ut statim Diaconus dicat: Ne quis ex Catechumenis. Ne quis ex Audientibus. Ne quis ex Infidelibus. Ne quis ex Heterodoxis. Qui priorem precationem fecistis, exite. Matres assumite pueros. Ne quis contra aliquem. Ne quis in hypocrisi. Erecti ad Dominum cum timore ac tremore stemus ad offerendum. Quibus peractis, Diaconi dona ad altare admoveant Episcopo: ac Presbyteri a dextris illius & a sinistris stent, ut discipuli magistro assistentes. Duo autem Diaconi ex utraque parte altaris, teneant flabellum ex tenuibus membranis, aut ex pennis pavonis, aut ex linteo; & sensim abigant parva animalia volitantia, ne in calices incidant. Orans igitur apud se Pontifex una cum Sacerdotibus, & splendidam vestem indutus, stansque ad altare; tropæum crucis in fronte manu faciat coram omnibus, ac dicat: [a] Gratia omnipotentis Dei, & caritas Domini nostri Jesu Christi, & communicatio sancti Spiritus, sit cum omnibus vobis. Atque omnes una voce respondeant: Et cum spiritu tuo. Tum Pontifex: Sursum mentem. Et omnes: Habemus ad Dominum. Et Pontifex: Gratias agamus Domino. Et cuncti: Dignum & justum est. Et Pontifex dicat: Vere dignum & justum est, ante omnia laudare te verum Deum, ante creaturas exsistentem, [b] ex quo omnis paternitas in cælo & in

a II. Cor. XIII. 13. *b* Ephes. III. 15.

1. Εἷς δὲ ὑποδιάκονος &c.] Rem, idemque rei symbolum tradit Cyrillus Hierosolymitanus initio ultimæ Catecheseos Mystagogicæ; sed ministrum facit Diaconum. *Ut autem*, ait Auctor Quæstionum veteris & novi Testamenti, tom. 4. Operum S. Augustini, Quæstione 101. *non omnia ministeria obsequiorum per ordinem agant*, Romanæ Ecclesiæ Diaconi, *multitudo facit Clericorum. Nam utique & altare portarent & vasa ejus, & aquam in manus funderent Sacerdoti, sicut videmus per omnes Ecclesias*. In vita S. Marcelli auctore Fortunato apud Surium 1. Novemb. Subdiaconale ministerium esse dicitur, aquam Episcopo manibus abluendis offerre. COT.

2. Οἱ τὴν πρώτην εὐχὴν εὐχόμενοι προέλθετε.] Intelligi debent preces eorum, qui Mysteriis adesse non sinuntur. E Nam si accipere velis de oratione fidelium mox præcedente, ut sumitur capite 35. προσέλθετε legendum tibi erit, *accedite*: quia Munera offerebantur coram fidelibus. IDEM.

3. Ῥιπίδιον.] Abstinebo inutili expositione & citatione erga consuetudinem a non paucis descriptam, a plurimis memoratam, ut Græcis familiarem, ita Latinis non omnino ignotam: contentus adduxisse duo loca, Latinum unum, quocum illo Hildeberti conjungatur; alterum Græcum, quia obscurus, a docto Interprete minus bene conversus, atque in mendo cubans, ope nostra indiget. Igitur in Consuetudinibus Monasterii Cluniacensis lib. 2. cap 30. Spicilegii Acheriani, tom. 4. p. 142. scriptum habetur; *Unus autem ministrorum, qui semper duo debent esse, stans cum flabello prope sacerdotem, ex quo muscarum infestatio ... incipit, donec finiatur, eas arcere a sacrificio, ... ab altari, seu ab ipso sacerdote non negligit*. In Chronico autem quod Alexandrinum vocant, p. 892. ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐπενοήθη ψάλλεσθαι μετὰ τὸ μεταλαβεῖν πάντας τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἐν τῷ μέλλειν τοὺς κληρικοὺς ἐπὶ τὸ σκευοφυλάκιον ἀποκαθιστάναι τὰ τίμια ῥιπίδια, δισκάρια, καὶ ποτήρια, καὶ ἄλλα ἱερὰ σκεύη, μετὰ τὸ ἐκ τῶν παρὰ τραπεζίων καὶ τὴν διάδοσιν ἀποτεθῆναι πάντα εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ ψαλθῆναι τὸν τελευταῖον στίχον τοῦ κοινωνικοῦ. λέγεται καὶ τοῦτο τὸ τροπάριον· Πληρωθήτω τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεως, κύριε, ὅπως ἀνυμνήσωμεν τὴν δόξαν σου, ὅτι ἠξίωσας ἁγίων σου μετασχεῖν μυστηρίων. τήρησον ἡμᾶς ἐν τῷ σῷ ἁγιασμῷ ὅλην τὴν ἡμέραν μελετῶντας τὴν δικαιοσύνην σου. ἀλληλούια. Legendum videtur, ἐκ τῶν παρατραπεζίων καὶ τὴν διάδοσιν ἀποτεθῆναι καὶ πάντα. post, λέγεται δὲ τοῦτο. Ac vertendum; *Sub Sergio Patriarcha Constantinopolitano institutum est psallere, postquam a cunctis sacra Mysteria percepta sunt, cum per Clericos in sacrarium referenda sunt veneranda flabella, disci, calices, aliaque sacra vasa, postquam e mensulis & distributionis reliquiæ, & omnia in sacram mensam sunt reposita, atque ultimus Com... versus cantatus fuit. Dicitur autem hoc Tropari... seu M...; Impleatur os nostrum laude, Domine, ut ... gloriam tuam, quia nos participes facere sancti... tuorum Mysteriorum dignatus es. Serva nos in tua sanctificatione toto die meditantes justitiam tuam. Alleluja*. παρατράπεζον habes in Liturgia Jacobo ἀδελφοθέῳ tributa: ut & de Tropario illo ibidem, atque in Liturgiis aliis. ID.

4. Εἰς τὰ κύπελλα.] Sic in Liturgiis, & in Ordinationum Ritibus invenies, τὰ ποτήρια, τοὺς κρατῆρας, τὰ ἅγια ποτήρια, τὸ πρῶτον ποτήριον, δύο ποτήρια. Interdum enim non unum calicem adhibebant Græci sacrum celebrantes. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

Θεὸν, τὸν πρὸ τῶν γενητῶν ὄντα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· τὸν μόνον ἀγέννητον, καὶ ἄναρχον, καὶ ἀβασίλευτον, καὶ ἀδέσποτον, τὸν ἀνενδεῆ· τὸν παντὸς ἀγαθοῦ χορηγὸν, τὸν πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττονα, τὸν πάντοτε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα· ἐξ οὗ τὰ πάντα, καθάπερ ἔκ τινος ἀφετηρίας, εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν. σὺ γὰρ εἶ ἡ ἄναρχος γνῶσις, ἡ ἀΐδιος ὅρασις, ἡ ἀγέννητος ἀκοὴ, ἡ ἀδίδακτος σοφία· [1] ὁ πρῶτος τῇ φύσει, καὶ νόμος τῷ εἶναι, καὶ κρείττων παντὸς ἀριθμοῦ. [2] τὰ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ· αὐτὸν δὲ πρὸ πάντων αἰώνων γεννήσας [3] βουλήσει, καὶ δυνάμει, καὶ ἀγαθότητι, [4] ἀμεσιτεύτως, υἱὸν μονογενῆ, λόγον Θεὸν, σοφίαν ζῶσαν, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, ἄγγελον τῆς μεγάλης βουλῆς σου, ἀρχιερέα σὸν, βασιλέα δὲ καὶ κύριον πάσης νοητῆς καὶ αἰσθητῆς φύσεως, τὸν πρὸ πάντων, δι' οὗ τὰ πάντα. σὺ γὰρ Θεὲ αἰώνιε, δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκας, καὶ δι' αὐτοῦ τῆς προσηκούσης προνοίας τὰ ὅλα ἀξιοῖς· δι' οὗ γὰρ τὸ εἶναι ἐχαρίσω, δι' αὐτοῦ καὶ τὸ εὖ εἶναι ἐδωρήσω. ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου· ὁ δι' αὐτοῦ πρὸ πάντων [5] ποιήσας τὰ Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφὶμ, [6] αἰῶνάς τε καὶ στρατιὰς, δυνάμεις τε καὶ ἐξουσίας, ἀρχάς τε καὶ θρόνους, ἀρχαγγέλους τε καὶ ἀγγέλους· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα, ποιήσας δι' αὐτοῦ τὸν φαινόμενον τοῦ-

A terra nominatur; ſolum ingenitum, principii expertem, rege ac domino carentem, nullo indigentem, omnis boni largitorem, omni cauſſa & origine ſuperiorem, ſemper uno eodemque modo te habentem; a quo cuncta tamquam e carceribus quibuſdam ad exſiſtendum proceſſerunt. Tu enim es originis expers cognitio, perpetuus viſus, auditus ingenitus, ſapientia non edocta; primus natura, & lex exſiſtendi, ac omnem numerum ſuperans. Qui omnia ex nihilo in rerum naturam protuliſti per unigenitum Filium tuum: ipſum vero ante omnia ſæcula genuiſti voluntate, & potentia, & bonitate, abſque intermedio, Filium unigenitum, Verbum Deum, Sapientiam viventem, [a] B primogenitum omnis creaturæ, [b] Angelum magni conſilii tui, pontificem tuum, regem autem & dominum omnis naturæ, quæ intelligi ac ſentiri poteſt, quique ante omnia, & per quem omnia. Tu namque, Deus æterne, cuncta per ipſum condidiſti, & per ipſum cuncta dignaris convenienti providentia: per quem enim ut eſſent donaſti, per eumdem etiam ut bene eſſent dediſti. Deus & Pater unigeniti Filii tui; qui per eum ante omnia feciſti Cherubinos & Seraphinos, Sæcula & Exercitus, Virtutes & Poteſtates, Principatus & Thronos, Archangelos & Angelos; atque poſt hæc omnia, per eum fabricaſti hunc qui apparet mundum,

a Coloſſ. I. 15. *b* Iſa. IX. 6. ex LXX.

1. Πρῶτος τῇ φύσει, καὶ νόμος τῷ εἶναι.] Juxta vulgivagum Axioma, *Quod eſt primum, regula eſt ceterorum*. Male itaque Petrus Faber doctiſſimus vir Dodecameri cap. 11. id lectionis ſolicitat, ut ſufficiat μόνος τῷ εἶναι, quod ad πρῶτος τῇ φύσει minime quadrat. COT.

2. Τά.] Vind. Cod. ὃ τὰ, recte. CLER.

3. Βουλήσει καὶ δυνάμει.] Simili modo Juſtinus Martyr cum diſcipulo ſuo Tatiano. Quod ſimplicius dictum in Orthodoxo caret ſuſpicione; uti docet S. Athanaſius Oratione 4. contra Arianos p. 509. 510. ſed cavenda eſt, addit prudentiſſimus Pater, hæreſis cum Valentinianorum, tum Arianorum. Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Οὐαλεντίνου ἔφη, δύο ζυγοὺς ἔχειν τὸν ἀγέννητον, ἔννοιαν καὶ θέλησιν &c. ubi reſcripſerim, συζύγους, ex Irenæo lib. 1. cap. 6. Tertulliano adverſus Valentinianos cap. 3. & Epiphanio Hæreſi 33. n. 1. COT.

4. Ἀμεσιτεύτως.] Gregorius Nazianzenus Oratione 29. pag. 490. C ἀρχὴν δ' ὅταν εἴπω, μὴ χρόνον παρενθῇς, μηδὲ μέσον τι τάξῃς τοῦ γεγεννηκότος, καὶ τοῦ γεννήματος· μηδὲ διέλῃς τὴν φύσιν τῷ κακῶς παρενσεθέντι τοῖς συναϊδίοις, καὶ συνημμένοις. εἰ γὰρ χρόνος ἦν πρεσβύτερον, ἐκείνου δηλαδὴ πρῶτος (l. πρώτως e Codicibus Reg.) ἂν ᾖ αἴτιος ὁ πατήρ· καὶ πῶς ποιητὴς χρόνων ὁ ὑπὸ χρόνον; ID.

5. Πρὸ πάντων ποιήσας &c.] Ex ſententia multorum Patrum, Angeli ante mundum exſtiterunt. Per ſæcula plurima; additur a Hieronymo ad Tit. I. 2. Verum dogma contrarium ſanctorum quoque Patrum prævaluit, ut exiſtimentur Angeli creati primo mundi die una cum cælo, terra & luce. ID.

6. Αἰῶνάς τε καὶ στρατιάς.] Nihil incertius magiſque diverſum in ſcriptis veterum Theologorum numero ac diſpoſitione Angelicorum Ordinum. Ut enim a diſpoſitione ordiar: invertitur illa paſſim, maxime circa medios Ordines; etiam aliquando ab eodem Auctore. Verbi gratia, (taceo Apoſtolum Roman. VIII. 38. Epheſ. I. 21. III. 10. VI. 12. & Coloſs. I. 16. aliter atque aliter collocantem) Gregorius magnus lib. 32. in Job. cap. 18. hoc ordine recenſet; *Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubim & Seraphim*: at Homil. 34. in Evangelia enumerat *Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim atque Seraphim*. Præterea omnium primatus a Syris datur Angelis, in Dionyſio Pſeudo-Areopagita ultimum locum tenentibus: a Baſilio Seleucienſi Orat. in Deiparam, & Nicephoro CP. Diſputatione de ſacris imaginibus tribuitur Cherubimis; quos etiam Chryſoſtomus Homil. 3. de Incomprehenſibili, Seraphimis præponit; cum Dionyſii ſectatores in duas claſſes ſcindantur; nempe conſtituentium Hierarchiam primam ex Thronis 1. Cherubimis 2. Seraphimis 3. atque ad hunc modum cum Maximo Interprete Auctor Quæſtionum ad Antiochum inter Athanaſii Opera editarum, Quæſt. 8. & convertentium eamdem ταξιαρχίαν ſeriemque in Seraphimos, Cherubimos ac Thro-

C nos. Origeni demum primum genus ſunt Dii. Locum illius inſignem apponam, ſumtum ex tomo 1. in Joannem, editionis ultimæ ac Græco-Latinæ p. 32. ὁ τοίνυν τῶν ὅλων Θεὸς πρῶτόν τι τῇ τιμῇ γένος λογικὸν πεποίηκεν, ὅπερ οἶμαι τοὺς καλουμένους θεοὺς, καὶ δεύτερον ἐπὶ τοῦ παρόντος καλείσθωσαν θρόνοι, καὶ τρίτον χωρὶς διαστάσεως ἀρχαί. Reddit Ferrarius; *Univerſorum ergo Deus, genus primum quoddam rationale, quod ceteris honore excelleret, fecit; quod mea ſententia eos complectatur qui vocantur Dii; alterum in præſentia vocentur Throni; tertium vero Principatus ſine diſſidio*. Legebat χωρὶς διαστάσεως, quemadmodum legi debet; hoc eſt, abſque ullo intermedio. ubi alter Interpres Perionius ponendo, *ſine ordine*, transfert, χωρὶς διατάξεως, ſenſu ridiculo. A diſpoſitione ad numerum tranſeo. Eſſe eum incertum tradunt non pauci; quidam infinitum. Ex novenario autem Dionyſiano multi detrahunt, non ſolum omiſſione, ſed & dum Ordines duos compingunt in unum. Ita Cherubim & Seraphim confundi videntur Catecheſi D Myſtagogica 5. Cyrilli Hieroſolymitani. Sic Virtutes & Seraphim miſcentur per Gregorium Nyſſenum lib. 1. adverſus Eunomium: itemque Throni & Cherubim, ſuffragante Theodorito ad Coloſs. I. 16. Quin etiam magis turbat Auguſtinus Enarratione in Pſalmum 79. & capite 58. Enchiridii ad Laurentium. Quid quod aperta Cæſarii verba ſunt de ſeptem dumtaxat Ordinibus, Dialogo 1. Reſponſ. ad Interrog. 44. Jam præteriti a Dionyſio, ab aliis memorati Angelorum gradus invenientur hi: *Vigiles*, apud Syros. Βασιλεῖαι, in Clementis Alexandrini Hypotheſibus. Θεότητες ac θεοί, ibidem, nec non in diſcipulo Origene tom. 1. in Joannem, conſentientibus Hebræis. Πνεύματα, Cyrillo Catecheſi 16. atque *Spirituales*, Maronitis, qui & *Ignitos* ſive *Igneos* a Seraphimis diſtinctos agnoſcunt. Supra lib. 7. cap. 35. πνεύματα νοερά. Λειτουργοί, λειτουργίαι: de quibus Clemens Alexandr. libro citato p. 796. col. 1. A. Methodius de Reſurrectione apud Epiphanium Hæreſ. 64. E n. 33. nec non Gregorius Nyſſenus Homil. 15. in Canticum Canticorum. Λαμπρότητες, ἀναβάσεις, νοεραὶ δυνάμεις ἢ νόες, apud Gregorium Nazianzenum Oratione 34. extrema, loco notando, quia ἀναβάσεις illæ, *Aſcenſiones* & *Aſcenſus* ex famoſa Origenis doctrina deſcendunt. Στρατιαὶ, hoc capite, indeque Epiſtola interpolata Ignatii ad Trallianos, n. 5. Αἰῶνες, αἰώνια, ibidem, & alibi. Hilarius II. de Trinitate, ante medium; *Archangeli neſciunt, Angeli non audierunt, Sæcula non tenent*. Euſebio de laudibus Conſtantini p. 606. dicuntur, δυνάμεις ἀφανεῖς, οὐρανίων ἁψίδων ὑπέρτεροι χοροί, ἀγγέλων στρατιαὶ, πνεύματα νοεροῦ φωτὸς ἔγγονα, αἰῶνες ἄχρονοι, ἄλλοι ἄπειροι αἰῶνες αἰώνων. Et a Hieronymo Epheſ. III. 9. *Sæcula* exponuntur *omnes ſpirituales & rationabiles creaturæ quæ in ſæculis fuerunt*. Adde Dionyſium de divinis nominibus cap. 5. & 10. ibique Interpretes, ac præſertim iſtud eorum Scholium, αἰῶνες γὰρ λέγονται καὶ οἱ ἄγγελοι. Unde mirum a Jacobo Uſſerio, tantæ lectionis ac doctrinæ viro, ad Ignatianam

τον κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ. σὺ γάρ εἶ ὁ τὸν οὐρανὸν ὡς καμάραν στήσας, καὶ ὡς δέῤῥιν ἐκτείνας, καὶ τὴν γῆν ἐπ' οὐδενὸς ἱδρύσας γνώμῃ μόνῃ· ὁ πήξας στερέωμα, καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν κατασκευάσας· ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θησαυρῶν, καὶ τῇ τούτου στολῇ ἐπαγαγὼν τὸ σκότος, εἰς ἀνάπαυλαν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κινουμένων ζώων· ὁ τὸν ἥλιον τάξας εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, ἐν οὐρανῷ, καὶ τὴν σελήνην εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τὸν χορὸν τῶν ἀστέρων ἐν οὐρανῷ καταγράψας, εἰς αἶνον τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας· ὁ ποιήσας ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν, ἀέρα ζωτικὸν πρὸς [1] εἰσπνοὴν καὶ φωνῆς ἀπόδοσιν διὰ γλώττης πληττούσης τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοὴν συνεργουμένην ὑπ' αὐτοῦ ὡς ἐπαΐειν εἰσδεχομένην τὴν προσπίπτουσαν αὐτῇ λαλιάν· ὁ ποιήσας πῦρ πρὸς σκότους παραμυθίαν, πρὸς ἐνδείας ἀναπλήρωσιν, καὶ τὸ θερμαίνεσθαι ἡμᾶς καὶ φωτίζεσθαι ὑπ' αὐτοῦ· ὁ τὴν μεγάλην θάλασσαν χωρίσας τῆς γῆς, καὶ τὴν μὲν ἀναδείξας πλωτὴν, τὴν δὲ ποσὶ βάσιμον ποιήσας, καὶ τὴν μὲν ζώοις μικροῖς καὶ μεγάλοις πληθύνας, τὴν δὲ ἡμέροις καὶ ἀτιθάσσοις πληρώσας, φυτοῖς τε διαφόροις στέψας, καὶ βοτάναις στεφανώσας, καὶ ἄνθεσι καλλύνας, καὶ σπέρμασι πλουτίσας· ὁ συστησάμενος ἄβυσσον, καὶ μέγα [2] κῆτος αὐτῇ περιθεὶς, ἁλμυρῶν ὑδάτων σεσωρευμένα πελάγη, περιφράξας δὲ αὐτὴν πύλαις ἄμμου λεπτοτάτης· ὁ πνεύμασί ποτε μὲν αὐτὴν κορυφῶν εἰς ὀρέων μέγεθος, ποτὲ δὲ στρωννύων αὐτὴν [3] εἰς πεδίον, καί ποτε μὲν ἐκμαίνων χειμῶνι, ποτὲ δὲ πραΰνων γαλήνῃ, ὡς ναυσιπόροις πλωτῆρσιν εὔκολον εἶναι πρὸς πορείαν· ὁ ποταμοῖς διαζώσας τὸν ὑπὸ σοῦ διὰ Χριστοῦ γενόμενον κόσμον, καὶ χειμάῤῥοις ἐπικλύσας, καὶ πηγαῖς ἀενάοις μεθύσας, ὄρεσι δὲ περισφίγξας εἰς ἕδραν ἀτρεμῆ γῆς ἀσφαλεστάτην. ἐπλήρωσας γάρ σου τὸν κόσμον, καὶ διεκόσμησας αὐτὸν βοτάναις εὐόσμοις καὶ ἰασίμοις· ζώοις πολλοῖς καὶ διαφόροις, ἀλκίμοις καὶ ἀσθενεστέροις, ἐδωδίμοις καὶ ἐνεργοῖς, ἡμέροις καὶ ἀτιθάσσοις· ἑρπετῶν συριγμοῖς, πτηνῶν ποικίλων κλαγγαῖς· ἐνιαυτῶν κύκλοις, μηνῶν καὶ ἡμερῶν ἀριθμοῖς, τροπῶν τάξεσι. νεφῶν ὀμβροτόκων διαδρομαῖς, εἰς καρπῶν γονὰς, καὶ ζώων σύστασιν, σταθμὸν ἀνέμων διαπνεόντων ὅτε προσταχθῶσι παρὰ σοῦ, τῶν φυτῶν καὶ τῶν βοτανῶν τὸ πλῆθος. καὶ οὐ μόνον τὸν κόσμον ἐδημιούργησας· ἀλλὰ καὶ τὸν κοσμοπολίτην ἄνθρωπον ἐν αὐτῷ ἐποίησας, κόσμου κόσμον αὐτὸν ἀναδείξας. εἶπας γὰρ τῇ σῇ σοφίᾳ· **Ποιήσωμεν** ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ. Διὸ καὶ πεποίηκας αὐτὸν ἐκ ψυχῆς ἀθανάτου καὶ σώματος σκεδαστοῦ· τῆς μὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, τοῦ δὲ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων· καὶ δέδωκας αὐτῷ, κατὰ μὲν τὴν ψυχὴν, τὴν λογικὴν διάγνωσιν, εὐσεβείας καὶ ἀσεβείας διάκρισιν, δικαίου καὶ ἀδίκου παρατήρησιν· κατὰ δὲ τὸ σῶμα τὴν πένταθλον ἐχαρίσω αἴσθησιν, καὶ τὴν μεταβατικὴν κίνησιν. σὺ γὰρ Θεὲ παντοκράτορ, διὰ Χριστοῦ παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς ἐφύτευσας, παντοίων ἐδωδίμων κοσμῳ, καὶ ἐν αὐτῷ ὡς ἂν ἐν ἑστίᾳ πολυτελεῖ εἰσήγαγες αὐτόν· κἂν τῷ ποιεῖν νόμον δέδωκας αὐτῷ ἔμφυτον, ὅπως οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ ἔχοι τὰ σπέρματα τῆς θεογνωσίας. εἰσαγαγὼν δὲ εἰς τὸν τῆς τρυφῆς παράδεισον, πάντων μὲν

cunctaque quæ in eo sunt. Nam tu es [a] qui cælum ut cameram statuisti, ac [b] ut pellem extendisti; & terram supra nihilum collocasti sola voluntate: qui fixisti firmamentum; & noctem ac diem fabricatus es: qui lucem ex thesauris eduxisti; & illius amictu induxisti tenebras, ad requiem animalium quæ in mundo moventur: qui in cælo solem posuisti ad dominium diei, & lunam ad dominium noctis; atque chorum stellarum in cælo delineasti, in laudem magnificentiæ tuæ: qui fecisti aquam ad potum ac expurgationem; vitalem aerem, ad aspirationem, & ad editionem vocis, dum lingua aerem ferit, & ad auditum quem adjuvat in sentienda loquela incumbente ac penetrante: qui fecisti ignem ad solatium de tenebris, ad indigentiæ expletionem, & ut calefieremus ac illuminaremur ab eo: qui mare magnum a terra separasti; & illud quidem reddidisti navigabile, hanc vero pedibus perviam effecisti; & illud quidem animalibus parvis ac magnis refersisti, hanc autem cicuribus ac indomitis replevisti; variis stirpibus redimisti, herbis coronasti, floribus decorasti, seminibus ditasti: qui constituisti abyssum, & ingentem molem ei circumposuisti, acervata salsarum aquarum æquora: [c] eamque circumsepsisti tenuissimæ arenæ portis: qui abyssum eamdem seu pelagum modo ventis in altitudinem montium attollis, modo in planitiem sternis; modo in furorem tempestatis agis, modo ut navigio cursum facientibus sit ad profectionem facilis, in lenitatem serenitatis ducis: qui mundum creatum a te per Christum, fluviis cinxisti, torrentibus proluisti, perennibus fontibus perfudisti, &, ad terræ inconcussam ac firmissimam sedem, montibus constrinxisti. Implevisti mundum tuum ac exornasti herbis odoratis & salubribus; multis variisque animantibus, robustis ac infirmioribus, esculentis ac operariis, cicuribus ac feris; & serpentum sibilis, atque diversarum volucrum clangoribus; annorum circulis, mensium ac dierum numeris, tempestatum serie; nubium, imbres procreantium cursibus, ad fructuum fetus, ad animalium conservationem; [d] libramentum ventorum flantium cum a te jubentur, multitudinem stirpium ac herbarum. Neque solum condidisti mundum, sed & in ipso, mundi civem hominem effecisti, ac eum mundi mundum, seu ornatus ornatum constituisti. Dixisti enim Sapientiæ tuæ: [e] *Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem: & dominentur piscibus maris, & volatilibus cæli.* Ideoque fecisti eum ex anima immortali & corpore dissipabili; illa quidem ex nihilo effecta, hoc vero ex quatuor elementis: & dedisti ei, in anima quidem rationalem dijudicationem, pietatis ac impietatis discretionem, justi ac injusti animadversionem; in corpore autem donasti quinquertium sensuum, atque motum progressivum. Tu namque, Deus omnipotens, per Christum, [f] in Edene ad Orientem plantasti paradisum, omni genere esculentarum plantarum ornatum, & in eum tamquam in opiparam domum induxisti hominem; quem, cum efficeres, lege naturali ac insita donasti, quo intus ac ex se haberet cognitionis Dei semina. Introducens autem

a Gen. I. -- IV. Esdr. XVI. 63. b Psal. CIII. 2. c Job XXXVIII. & Jerem. V. d Job XXVIII. 25.
e Gen. I. 26. f Gen. II.


Epistolam affirmari potuisse, Æonum istorum mentionem non occurrere. Denique Σαβαί: Origenis verba sunt, ubi supra, ὃν ἐν τῷ γένει ἐκάλει Σαβαὶ Ἑβραῖος, παρὰ ἐσχηματίσθαι τὸν Σαβαώθ, ἄρχοντα ἐκεῖνον τυγχάνοντα, οὐχ ἕτερον τοῦ Θεοῦ. Verum hi ab Exercitibus στρατιαῖς minime differunt. COT.

1. Εἰσπνοὴν.] Addit Codex Vind. καὶ ἀναπνοὴν, ad inspirationem & respirationem, recte. CLER.

2. Κῆτος vel κύτος.] Phavorini Lexicon, κῆτος, ἀπὸ τοῦ χάος (f. κύτος) τὸ πλάτος· ὡς τὸ ἔμπαλιν ἀπὸ τοῦ ἵστημι, στῦλος καὶ στύλος. COT. — Legendum Κύτος, hoc est, capacitatem, amplitudinem, ex Cod. Vind. CLER.

3. Εἰς.] Quamvis minime inepta sit hæc lectio, attamen nequaquam spernenda est Cod. Vind. lectio ὡς, sternens ut planitiem. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ἀνῆκας αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν πρὸς μετάληψιν, ἑνὸς δὲ μόνου τὴν γεῦσιν ἀπεῖπας ἐπ' ἐλπίδι κρειττόνων, ἵνα ἐὰν φυλάξῃ τὴν ἐντολὴν, μισθὸν ταύτης τὴν ἀθανασίαν κομίσηται. ἀμελήσαντα δὲ τῆς ἐντολῆς, καὶ γευσάμενον ἀπηγορευμένου καρποῦ ἀπάτῃ ὄφεως καὶ συμβουλίᾳ γυναικὸς, τοῦ μὲν παραδείσου δικαίως ἐξώσας αὐτὸν, ἀγαθότητι δὲ εἰς τὸ παντελὲς ἀπολλύμενον οὐχ ὑπερεῖδες· σὸν γὰρ ἦν δημιούργημα· ἀλλὰ καθυποτάξας αὐτῷ τὴν κτίσιν, δέδωκας αὐτῷ οἰκείοις ἱδρῶσι καὶ πόνοις πορίζειν ἑαυτῷ τὴν τροφὴν, σοῦ πάντα φύοντος καὶ αὔξοντος καὶ πεπαίνοντος· χρόνῳ δὲ πρὸς ὀλίγον αὐτὸν κοιμίσας, ὅρκῳ εἰς παλιγγενεσίαν ἐκάλεσας· ὅρον θανάτου λύσας, ζωὴν ἐξ ἀναστάσεως ἐπηγγείλω. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ εἰς πλῆθος [1] ἀνάριθμον χέας, τοὺς ἐμμείναντάς σοι ἐδόξασας, τοὺς δὲ ἀποστάντας σου ἐκόλασας· καὶ τοῦ μὲν Ἄβελ, ὡς ὁσίου προσδεξάμενος τὴν θυσίαν, τοῦ δὲ ἀδελφοκτόνου Κάϊν ἀποστραφεὶς τὸ δῶρον, ὡς ἐναγοῦς. καὶ πρὸς τούτοις τὸν Σὴθ καὶ τὸν Ἐνὼς προσελάβου, καὶ τὸν Ἐνὼχ μετατέθεικας. σὺ γὰρ εἶ ὁ δημιουργὸς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῆς ζωῆς χορηγὸς, καὶ τῆς ἐνδείας πληρωτής· καὶ τῶν νόμων δοτὴρ, καὶ τῶν φυλαττόντων αὐτοὺς μισθαποδότης, καὶ τῶν παραβαινόντων αὐτοὺς ἔκδικος. ὁ τὸν μέγαν κατακλυσμὸν ἐπαγαγὼν τῷ κόσμῳ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβησάντων, καὶ τὸν δίκαιον Νῶε ῥυσάμενος ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐν λάρνακι σὺν ὀκτὼ ψυχαῖς, τέλος μὲν τῶν παρῳχηκότων, ἀρχὴν δὲ τῶν μελλόντων ἐπιγίνεσθαι. ὁ τὸ φοβερὸν πῦρ κατὰ τῆς Σοδομηνῆς πενταπόλεως ἐξάψας, καὶ γῆν καρποφόρον εἰς ἅλμην θέμενος ἀπὸ κακίας τῶν κατοικούντων ἐν αὐτῇ, καὶ τὸν ὅσιον Λὼτ ἐξαρπάσας τοῦ ἐμπρησμοῦ. σὺ εἶ ὁ τὸν Ἀβραὰμ ῥυσάμενος προγονικῆς ἀσεβείας, καὶ κληρονόμον τοῦ κόσμου καταστήσας. καὶ ἐμφανίσας αὐτῷ τὸν Χριστόν σου. ὁ τὸν Μελχισεδὲκ, ἀρχιερέα τῆς λατρείας προχειρισάμενος. ὁ τὸν πολύτλαν θεράποντά σου Ἰὼβ νικητὴν τοῦ ἀρχεκάκου ὄφεως ἀναδείξας. ὁ τὸν Ἰσαὰκ ἐπαγγελίας υἱὸν ποιησάμενος. ὁ τὸν Ἰακὼβ πατέρα δώδεκα παίδων, καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ εἰς πλῆθος χέας, καὶ εἰσαγαγὼν εἰς Αἴγυπτον ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς. σὺ κύριε, [2] Ἰωσὴφ οὐχ ὑπερεῖδες· ἀλλὰ μισθὸν τῆς διὰ σὲ σωφροσύνης ἔδωκας αὐτῷ τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἄρχειν. σὺ κύριε, Ἑβραίους ὑπὸ Αἰγυπτίων καταπονουμένους οὐ περιεῖδες, διὰ τὰς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐπαγγελίας· ἀλλ' ἐρρύσω, κολάσας Αἰγυπτίους. παραφθειράντων δὲ τῶν ἀνθρώπων τὸν φυσικὸν νόμον, καὶ τὴν κτίσιν, ποτὲ μὲν αὐτόματον νομισάντων, ποτὲ δὲ πλέον ἢ δεῖ τιμησάντων, καί σοι τῷ Θεῷ τῶν πάντων συνταττόντων· οὐκ εἴασας πλανᾶσθαι, ἀλλὰ ἀναδείξας τὸν ἅγιόν σου θεράποντα Μωϋσῆν, δι' αὐτοῦ πρὸς βοήθειαν τοῦ φυσικοῦ τὸν γραπτὸν νόμον δέδωκας, καὶ τὴν κτίσιν ἔδειξας σὸν ἔργον εἶναι, τὴν δὲ πολύθεον πλάνην ἐξώρισας. τὸν Ἀαρὼν καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ ἱερατικῇ τιμῇ ἐδόξασας. Ἑβραίους ἁμαρτόντας ἐκόλασας, ἐπιστρέφοντας ἐδέξω. τοὺς Αἰγυπτίους δεκαπλήγῳ ἐτιμωρήσω· θάλασσαν διελὼν, Ἰσραηλίτας διεβίβασας· Αἰγυπτίους ἐπιδιώξαντας ὑποβρυχίους ἀπώλεσας· ξύλῳ πικρὸν ὕδωρ ἐγλύκανας· ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ ἀνέχεας· ἐξ οὐρανοῦ τὸ μάννα ὕσας· τροφὴν ἐξ ἀέρος ὀρτυγομήτραν. στύλον πυρὸς τὴν νύκτα πρὸς φωτισμὸν, καὶ στύλον νεφέλης ἡμέραν πρὸς σκιασμὸν θάλπους. τὸν Ἰησοῦν στρατηγὸν ἀναδείξας, ἑπτὰ ἔθνη Χαναναίων δι' αὐτοῦ καθεῖλες, Ἰορδάνην διέρρηξας, τοὺς ποταμοὺς Ἠθὰμ ἐξήρανας, τείχη

A eum in paradisum deliciarum, potestatem quidem omnium ad participandum concessisti, unius vero solius gustatum in spem meliorum rerum interdixisti; ut si mandatum custodiret, illius servati mercedem ferret immortalitatem. Cum [a] autem mandatum neglexit, & fraude serpentis mulierisque consilio, gustavit prohibitum fructum; ex paradiso quidem juste illum expulisti, bonitate vero tua, funditus pereuntem non despexisti: erat enim opificium tuum: sed qui ei subjeceras creaturam, dedisti ut suis sudoribus ac laboribus sibi pararet victum, te omnia producente, augente ac maturante: atque eum brevi mortis somno affectum, [b] per jusjurandum ad regenerationem vocasti; decreto mortis soluto, vitam ex resurrectione promisisti. Neque hoc solum;

B verum etiam ex posteris ejus, a te in multitudinem innumerabilem effusis, eos qui tibi adhæserunt, glorificasti; eos vero qui a te defecerunt, punivisti: [c] admisso quidem Abelis sacrificio, ut innocentis; fratricidæ autem Caini munere, ut detestandi, fastidito. Et ad hæc [d] Sethum ac Enosum suscepisti, atque Henochum transtulisti. Tu enim es opifex hominum, vitæ largitor, indigentiæ expletor; legum dator, easque servantium remunerator, transgredientium vindex. Qui [e] diluvium ingens mundo propter impie viventium multitudinem intulisti, & eo ex diluvio in arca eripuisti una cum octo animabus justum Noam, finem

C quidem eorum qui præterierant, originem vero successurorum. Qui [f] horrendum ignem adversus Sodomitanam Pentapolim concitasti, & terram frugiferam in salsuginem propter nequitiam illius incolarum redegisti, ac sanctum Lotum ex incendio eruisti. Tu es [g] qui Abrahamum liberasti avita impietate, & mundi heredem constituisti, ipsique Christum tuum apparere fecisti. Qui Melchisedecum pontificem divini cultus designasti. Qui multa passum famulum tuum Jobum, victorem serpentis, originis malorum, declarasti. Qui Isaacum effecisti filium promissionis. Qui [h] Jacobum duodecim filiorum patrem, ejusque posteros in multitudinem propagasti, & ad Ægyptum in septuaginta quinque

D animabus introduxisti. Tu, Domine, non despexisti Josephum; sed illi, pro mercede castitatis tua caussa servatæ, dedisti ut Ægyptiis præesset. Tu Domine, [i] Hebræos ab Ægyptiis oppressos, ob promissa patribus eorum facta, non neglexisti; verum Ægyptiis punitis, liberasti. Cumque homines legem naturalem corrupissent, & creaturam, modo quidem fortuitam arbitrarentur, modo autem plusquam oportet honorarent, ac tibi omnium Deo compararent; non sivisti errore duci; quin potius edito sancto famulo tuo Moyse, [k] per eum legem scriptam in naturalis adjutorium tribuisti; & creaturas ostendisti opus tuum esse, errorem vero de multitudine deorum, exterminasti. Aaronem &

E posteros ejus honore sacerdotali decorasti. Hebræos cum peccarent castigasti, cum reverterentur suscepisti. Ægyptios decem plagis ultus es: mari diviso trajecisti Israelitas: insecutos Ægyptios delevisti submersione: ligno amaram aquam dulcescere fecisti: ex petra dura aquam profudisti; e cælo mannam depluisti: præbuisti ex aere escam, ortygometram: constituisti nocte columnam ignis ad illustrationem, & die columnam nubis ad umbraculum in æstu. Per Jesum ducem exercitus a te declaratum, [l] septem gentes Chananæorum evertisti, [m] Jorda-

[a] Gen. III. [b] Heb. VI. [c] Gen. IV. [d] Eccli. XLIX. 19. Gen. IV. & V. [e] Gen. VI. & VII. I. Pet. III. 20. [f] Gen. XIX. Sap. X. 6. Psal. CVI. 34. [g] Gen. XII. &c. [h] Gen. XLVI. 27. apud LXX. [i] Exod. I. &c. [k] Isa. VIII. 20. in LXX. [l] Jos. III. 10. &c. [m] Psal. LXXIII. 15.

1. Ἀνάριθμον.] Vind. Cod. ἀναρίθμητον. CLER.

2. Ἰωσήφ.] Melius τὸν Ἰωσήφ, in Cod. Vind. ID.

κατέῤῥιψας ἄνευ μηχανημάτων καὶ χειρὸς ἀνθρωπίνης... ὑπὲρ ἁπάντων σοι ἡ δόξα, δέσποτα παντοκράτορ. σὲ προσκυνοῦσιν ἀναρίθμοι στρατιαὶ ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν, δυνάμεων, στρατιῶν, αἰώνων· τὰ Χερουβὶμ, καὶ τὰ ἑξαπτέρυγα Σεραφὶμ, ταῖς μὲν δυσὶ κατακαλύπτοντα τοὺς πόδας, ταῖς δὲ δυσὶ τὰς κεφαλὰς, ταῖς δὲ δυσὶ πετόμενα, καὶ λέγοντα, ἅμα χιλίαις χιλιάσιν ἀρχαγγέλων, καὶ μυρίαις μυριάσιν ἀγγέλων, ἀκαταπαύστως καὶ ἀσιγήτως βοώσαις· καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἅμα εἰπάτω· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἑξῆς λεγέτω· ἅγιος γὰρ εἶ ὡς ἀληθῶς, καὶ πανάγιος, ὕψιστος καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. ἅγιος δὲ καὶ ὁ μονογενής σου υἱὸς ὁ κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός· ὃς εἰς πάντα ὑπηρετησάμενός σοι τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ πατρὶ, εἴς τε δημιουργίαν διάφορον, καὶ πρόνοιαν κατάλληλον, οὐ περιεῖδε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπολλύμενον, ἀλλὰ μετὰ φυσικὸν νόμον, μετὰ νομικὴν παραίνεσιν, μετὰ προφητικοὺς ἐλέγχους, καὶ τὰς τῶν ἀγγέλων ἐπιστασίας, παραφθειρόντων σὺν τῷ θετῷ καὶ τὸν φυσικὸν νόμον, καὶ τῆς μνήμης ἐκβαλλόντων τὸν κατακλυσμὸν, τὴν ἐκπύρωσιν, τὰς κατ' Αἰγυπτίων πληγὰς, τὰς κατὰ Παλαιστινῶν σφαγὰς, καὶ μελλόντων ὅσον οὐδέπω ἀπόλλυσθαι πάντων, εὐδόκησεν αὐτὸς γνώμῃ σῇ ὁ δημιουργὸς ἀνθρώπου, ἄνθρωπος γενέσθαι, ὁ νομοθέτης ὑπὸ νόμους, ὁ ἀρχιερεὺς ἱερεῖον, ὁ ποιμὴν πρόβατον, καὶ ἐξευμενίσατό σε τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ τῷ κόσμῳ κατήλλαξε, καὶ τῆς ἐπικειμένης ὀργῆς τοὺς πάντας ἠλευθέρωσε, γενόμενος ἐκ παρθένου, γενόμενος ἐν σαρκὶ, ὁ Θεὸς λόγος, ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς, ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ ὑπ' αὐτοῦ προῤῥηθείσας προφητείας ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ Ἀβραὰμ, φυλῆς Ἰούδα· καὶ γέγονεν ἐν μήτρᾳ παρθένου ὁ διαπλάσσων πάντας τοὺς γεννωμένους, καὶ ἐσαρκώθη ὁ ἄσαρκος, ὁ ἀχρόνως γεννηθεὶς ἐν χρόνῳ γεγένηται· πολιτευσάμενος ὁσίως καὶ παιδεύσας ἐνθέσμως, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐξ ἀνθρώπων ἀπελάσας, σημεῖά τε καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ ποιήσας· τροφῆς καὶ ποτοῦ καὶ ὕπνου μεταλαβὼν, ὁ τρέφων πάντας τοὺς χρήζοντας τροφῆς, καὶ ἐμπιπλῶν πᾶν ζῶον εὐδοκίας· ἐφανέρωσέ σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀγνοοῦσιν αὐτὸ, τὴν ἄγνοιαν ἐφυγάδευσε, τὴν εὐσέβειαν ἀνεζωπύρωσε, τὸ θέλημά σου ἐπλήρωσε, τὸ ἔργον ὃ ἔδωκας αὐτῷ ἐτελείωσε. καὶ ταῦτα πάντα κατορθώσας, χερσὶν ἀνόμων κατασχεθεὶς, ἱερέων καὶ ἀρχιερέων ψευδωνύμων καὶ λαοῦ παρανόμου, προδοσίᾳ τοῦ τὴν κακίαν νοσήσαντος, καὶ πολλὰ παθὼν ὑπ' αὐτῶν, καὶ πᾶσαν ἀτιμίαν ὑποστὰς σῇ συγχωρήσει, παραδοθεὶς Πιλάτῳ τῷ ἡγεμόνι, καὶ κριθεὶς ὁ κριτὴς, καὶ κατακριθεὶς ὁ σωτὴρ, σταυρῷ προσηλώθη ὁ ἀπαθὴς, καὶ ἀπέθανεν ὁ τῇ φύσει ἀθάνατος, καὶ ἐτάφη ὁ ζωοποιὸς, ἵνα πάθους λύσῃ καὶ θανάτου ἐξέληται τούτους [1] τοὺς δι' οὓς παρεγένετο, καὶ ῥήξῃ τὰ δεσμὰ τοῦ διαβόλου, καὶ ῥύσηται τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῆς ἀπάτης αὐτοῦ· καὶ ἀνέστη ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας [2] ἐνδιατρίψας τοῖς μαθηταῖς, ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐκαθέσθη ἐκ δεξιῶν σου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτοῦ. μεμνημένοι οὖν ὧν δι' ἡμᾶς ὑπέμεινεν, εὐχαριστοῦμέν σοι, Θεὲ παντοκράτορ, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, ἀλλ' ὅσον δυνάμεθα, καὶ τὴν διάταξιν αὐ-

A nem dirupisti, fluvios Ethan ficcasti, [a] muros prostravisti absque machinis & absque manu humana. Pro omnibus tibi gloria, Domine omnipotens. Te adorant innumerabiles copiæ Angelorum, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Principatuum, Potestatum, Virtutum, Exercituum, Sæculorum seu Æternorum; & Cherubimi; item [b] Seraphini senis alis præditi, binis quidem velantes pedes suos, binis vero capita, & duabus aliis volantes, ac dicentes una cum [c] mille millibus Archangelorum & denis millibus denum millium Angelorum, indesinenter ac sine vocis intermissione clamantibus: (& omnis populus simul dicat) [d] *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth: pleni* B *sunt cæli & terra gloria ejus:* [e] *Benedictus in sæcula. Amen.* Et Pontifex postea dicat: Sanctus enim vere es, ac sanctissimus, [f] altissimus & superexaltatus in sæcula. Sanctus quoque unigenitus tuus Filius, Dominus noster & Deus, Jesus Christus; qui ad omnia tibi Deo suo & Patri, tum in varia creatione, tum in providentia convenienti ministrans, non despexit genus humanum quod peribat: sed post naturalem legem, post Legalem admonitionem, post Propheticas reprehensiones, & Angelorum præfecturas; cum legem naturalem una cum lege scripta seu posita violarent, atque e memoria abjicerent diluvium, conflagrationem Sodomiticam, plagas Ægyptiis, & cædes Palæstinis illa- C tas, cumque illico perituri essent omnes; ex sententia tua ipse elegit, creator hominis, homo fieri; legislator, sub legibus: Pontifex, hostia; pastor, ovis; & te suum Deum ac Patrem placavit atque mundo reconciliavit, cunctosque ab imminente ira liberavit, factus ex virgine, factus in carne, Deus Verbum, dilectus Filius, [g] primogenitus omnis creaturæ, & secundum Prophetias ab ipso de se prædictas ortus ex semine Davidis & Abrahami ac de tribu Judæ: & factus est in utero virginis, formator omnium qui gignuntur; incarnatus est, qui carnis expers; qui sine tempore genitus, in tempore natus est: sancte vixit, & legitime docuit; omnem morbum & omnem in- D firmitatem ab hominibus expulit; signa & prodigia in populo edidit: cibum, potum, somnum cepit is, qui cunctos alimento indigentes nutrit, [h] omneque animal implet beneplacito: [i] manifestavit nomen tuum iis qui illud ignorabant; fugavit ignorantiam; pietatem exsuscitavit; voluntatem tuam implevit; opus quod ei dedisti consummavit: atque his omnibus feliciter gestis, per proditionem illius qui malitiæ morbo languebat, comprehensus est manibus flagitiosorum, nempe falso nomine gaudentium sacerdotum ac pontificum, & populi iniqui; a quibus multa passus est, & omnem ignominiam sustinuit, permissu tuo; traditus est Pilato præsidi; judicatus est, ju- E dex; condemnatus est, Salvator; cruci affixus est, qui pati non potest; mortuus est, natura immortalis; sepultus est, vitæ effector; ut illos propter quos advenerat, a passione solveret, & a morte eriperet, ut diaboli vincula rumperet, illiusque ex fallacia liberaret homines: resurrexit e mortuis tertia die: quadraginta diebus commoratus cum discipulis, assumtus est in cælos; & ad dexteram assidet tibi, Deo ac Patri suo. Memores igitur eorum quæ propter nos pertulit, gratias agimus tibi, Deus omnipotens, non quantum debemus,


SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

a Jos. VI. b Isa. VI. 2. c Dan. VII. 10. d Isa. VI. 3. e Rom. I. 25. f Dan. III. g Coloss. I. 15. h Psal. CXLIV. 16. i Joan. XVII. 6. 4.

1. Τούς.] Deest rectius in Cod. Vind. CLER.

2. Ἐνδιατρίψας.] Συνδιατρίψας melius in Cod. Vindob. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



τοῦ πληροῦμεν. ἐν ᾗ γὰρ νυκτὶ παρεδίδοτο, λαβὼν A ἄρτον ταῖς ἁγίαις καὶ ἀμώμοις αὐτοῦ χερσὶ, καὶ ἀναβλέψας πρὸς σὲ τὸν Θεὸν αὐτοῦ καὶ πατέρα, καὶ κλάσας, ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς εἰπών· τοῦτο τὸ μυστήριον τῆς καινῆς διαθήκης· λάβετε ἐξ αὐτοῦ, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ περὶ πολλῶν θρυπτόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. ὡσαύτως καὶ [1] τὸ ποτήριον κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ ἁγιάσας, ἐπέδωκεν [2] αὐτοῖς, λέγων· πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. ὁσάκις γὰρ ἐὰν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ πίνητε τὸ ποτήριον τοῦτο, τὸν θάνατον τὸν ἐμὸν καταγγέλλετε, ἄχρις ἂν ἔλθω. μεμνημένοι τοίνυν τοῦ πάθους αὐτοῦ, καὶ τοῦ θανάτου, B καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἐπανόδου, καὶ τῆς μελλούσης αὐτοῦ δευτέρας παρουσίας, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, προσφέρομέν σοι τῷ Βασιλεῖ καὶ Θεῷ, κατὰ τὴν αὐτοῦ διάταξιν, τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, εὐχαριστοῦντές σοι δι' αὐτοῦ, ἐφ' οἷς κατηξίωσας ἡμᾶς ἑστάναι ἐνώπιόν σου, καὶ ἱερατεύειν σοι· καὶ ἀξιοῦμέν σε, ὅπως εὐμενῶς ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα ἐνώπιόν σου, σὺ ὁ ἀνενδεὴς Θεὸς, καὶ εὐδοκήσῃς ἐπ' αὐτοῖς εἰς τιμὴν τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ καταπέμψῃς τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἐπὶ τὴν θυσίαν ταύτην, τὸν μάρτυρα τῶν παθημάτων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρ- C τον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο αἷμα τοῦ Χριστοῦ σου, ἵνα οἱ μεταλαβόντες αὐτοῦ, βεβαιωθῶσι πρὸς εὐσέβειαν, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων τύχωσι, τοῦ διαβόλου καὶ τῆς πλάνης αὐτοῦ ῥυσθῶσι, πνεύματος ἁγίου πληρωθῶσιν, ἄξιοι τοῦ Χριστοῦ σου γένωνται, ζωῆς αἰωνίου τύχωσι, σοῦ καταλλαγέντος αὐτοῖς, δέσποτα παντοκράτορ. ἔτι δεόμεθά σου, κύριε, καὶ ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου, ὅπως αὐτὴν διαφυλάξῃς ἄσειστον καὶ ἀκλυδώνιστον, ἄχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· καὶ ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς τῆς ὀρθοτομούσης τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῆς ἐμῆς τοῦ D προσφέροντός σοι οὐδενείας, καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ πρεσβυτερίου, ὑπὲρ τῶν διακόνων καὶ παντὸς τοῦ κλήρου, ἵνα πάντας σοφίσας, πνεύματος ἁγίου πληρώσῃς. ἔτι παρακαλοῦμέν σε, κύριε, ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ καὶ παντὸς τοῦ στρατοπέδου, ἵνα εἰρηνεύωνται τὰ πρὸς ἡμᾶς, ὅπως ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ διάγοντες τὸν πάντα χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, δοξάζωμέν σε διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων σοι ἁγίων, πατριαρχῶν, προφητῶν, δικαίων, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, ὑποδιακόνων, ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν, παρθένων, χηρῶν, λαϊκῶν, καὶ πάντων ὧν αὐτὸς ἐπίστασαι τὰ ὀνόματα. E ἔτι προσφέρομέν σοι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου, ἵνα ἀναδείξῃς αὐτὸν εἰς ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον· ὑπὲρ τῶν ἐν παρθενίᾳ καὶ ἁγνείᾳ, ὑπὲρ τῶν χηρῶν τῆς ἐκκλησίας, ὑπὲρ τῶν ἐν σεμνοῖς γάμοις καὶ τεκνογο-

A at quantum possumus; & constitutionem ejus implemus. [a] In qua enim nocte tradebatur, pane sanctis ac immaculatis manibus suis accepto, & elevatis oculis ad te Deum suum ac Patrem, fregit, & dedit Discipulis, dicens: Hoc est mysterium novi Testamenti: accipite ex eo, manducate: Hoc est corpus meum, quod pro multis frangitur, in remissionem peccatorum. Similiter calicem miscuit ex vino & aqua, sanctificavit, ac dedit iisdem, dicens: Bibite ex eo omnis: Hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & bibetis hunc calicem, mortem meam B annuntiabitis, donec veniam. Itaque memores passionis ejus, & mortis, & a mortuis resurrectionis, atque in cælum reditus; nec non secundi adventus, quem idem facturus est, in quo [b] cum gloria & potestate veniet judicare vivos & mortuos, & [c] reddere singulis juxta opera eorum; tibi regi ac Deo panem hunc, & calicem hunc offerimus, secundum constitutionem ejus, gratias tibi per eum agentes, quia nos dignos habuisti, qui staremus coram te, ac sacerdotio fungeremur tibi: & poscimus te, ut super hæc dona in conspectu tuo proposita placate respicias, tu qui nullius indiges Deus, & beneplaceas in eis ad honorem Christi tui, atque supra hoc sacrificium C mittas sanctum tuum Spiritum, testem passionum Domini Jesu, ut exhibeat panem hunc corpus Christi tui, & calicem hunc sanguinem Christi tui; quo participes illius, ad pietatem confirmentur, remissionem peccatorum consequantur, diabolo ejusque errore liberentur, Spiritu sancto repleantur, digni Christo tuo fiant, vitam sempiternam impetrent, te illis reconciliato, Domine omnipotens. Adhuc oramus te, Domine, pro sancta Ecclesia tua, quæ a finibus ad fines extenditur, quam acquisisti pretioso sanguine Christi tui; ut eam inconcussam ac minime fluctuantem conserves usque in sæculi consummationem: item pro universo Episcopatu, [d] recte verbum veritatis tractante ac D distribuente. Adhuc rogamus te pro me nullius pretii homine, qui tibi offero; & pro omni Presbyterio, pro Diaconis, ac universo Clero; ut omnes sapientiam a te edoctos, Spiritu sancto impleas. Adhuc rogamus te, Domine, [e] pro rege & iis qui in sublimitate sunt, & pro cuncto exercitu; ut res nostræ in pace versentur; quo totum vitæ nostræ tempus in quiete & concordia trajicientes, te per Jesum Christum [f] spem nostram gloria afficiamus. Adhuc offerimus tibi pro omnibus sanctis, qui a sæculo placuerunt tibi, Patriarchis, Prophetis, justis, Apostolis, Martyribus, Confessoribus, Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus, Cantoribus, E virginibus, viduis, laicis, & omnibus quorum tu nosti nomina. Adhuc offerimus tibi pro populo hoc; ut eum in laudem Christi tui exhibeas [g] regale sacerdotium, gentem sanctam: pro iis qui in virginitate & castitate vivunt; pro viduis Ecclesiæ; pro iis qui in nuptiis honestis, ac

a I. Cor. XI. Matth. XXVI. Marc. XIV. Luc. XXII. *b* Marc. XIII. 26. II. Tim. IV. 1. *c* Rom. II. 6. *d* II. Tim. II. 15. *e* I. Tim. II. 2. *f* I. Tim. I. 1. *g* I. Pet. II. 9.

1. Τὸ *ποτήριον κεράσας ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος*.] Contra duas Hæreses ex adverso pugnantes; Monophysitarum & Armeniorum solo vino in Mysteriis utentium, atque Aquariorum sive Hydroparastatarum sola aqua. De his observabilis est varia lectio ad Leg. Novell. Theodosii tit. 3. de Judæis, *Hydroparastatas*, & *Hydrophobas*: prima in Novellis; altera citante Rabano vel alio cap. 47. lib. contra Judæos: quæ explicari potest per Epiphanium ubi de Ebionæis: docet enim eos Hæreticos aquam pro Deo habuisse, illamque meram in sanctum calicem immisisse. Erunt itaque Hydrophobæ vel Hydrophobi, qui aquam reverentur. Hydrotheitas habes apud Anonymum de Hæresibus scriptorem, a Sirmondo in lucem emissum, Hæresi 75. COT.

2. Αὐτοῖς] Nicolaus Methonensis qui locum istum recitat in lib. *de corpore & sanguine Christi*, heic legit *ἡμῖν* IDEM.

νίαις, ὑπὲρ τῶν νηπίων τοῦ λαοῦ σου, ὅπως μηδένα ἡμῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς. ἔτι ἀξιοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης καὶ τῶν ἐνοικούντων, ὑπὲρ τῶν ἐν ἀῤῥωστίαις, ὑπὲρ τῶν ἐν πικρᾷ δουλείᾳ, ὑπὲρ τῶν ἐν ἐξορίαις, ὑπὲρ τῶν ἐν δημεύσει, ὑπὲρ πλεόντων καὶ ὁδοιπορούντων· ὅπως ἐπίκουρος γένῃ πάντων, βοηθὸς καὶ ἀντιλήπτωρ. ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν μισούντων ἡμᾶς καὶ διωκόντων ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομά σου, ὑπὲρ τῶν ἔξω ὄντων καὶ πεπλανημένων· ὅπως ἐπιστρέψῃς αὐτοὺς εἰς ἀγαθὸν, καὶ τὸν θυμὸν αὐτῶν πραΰνῃς. ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων τῆς ἐκκλησίας, καὶ ὑπὲρ τῶν [1] χειμαζομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἀδελφῶν ἡμῶν· ὅπως τοὺς μὲν τελειώσῃς ἐν τῇ πίστει, τοὺς δὲ καθαρίσῃς ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ πονηροῦ, τῶν δὲ τὴν μετάνοιαν προσδέξῃ, καὶ συγχωρήσῃς καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν τὰ παραπτώματα ἡμῶν. ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τοῦ ἀέρος καὶ τῆς εὐφορίας τῶν καρπῶν· ὅπως ἀνελλειπῶς μεταλαμβάνοντες τῶν παρὰ σοῦ ἀγαθῶν, αἰνῶμέν σε ἀπαύστως, τὸν διδόντα τροφὴν πάσῃ σαρκί. ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν δι' εὔλογον αἰτίαν ἀπόντων· ὅπως ἅπαντας ἡμᾶς διατηρήσας ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, ἐπισυναγάγῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ σου, τοῦ Θεοῦ πάσης αἰσθητῆς καὶ νοητῆς φύσεως, τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· ὅτι σοὶ πᾶσα δόξα, σέβας καὶ εὐχαριστία, τιμὴ καὶ προσκύνησις, τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀνελλειπεῖς καὶ ἀπελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· ἀμήν. καὶ ὁ ἐπίσκοπος εἰπάτω· ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν. καὶ πᾶς ὁ λαὸς λεγέτω· καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. καὶ ὁ διάκονος κηρυσσέτω πάλιν·

A in progeneratione liberorum degunt; pro infantibus plebis tuæ, uti nostrum neminem rejiciendum habeas. Adhuc poscimus te pro urbe hac, & habitantibus in ea; pro ægrotis, pro dura servitute afflictis; pro exsulibus; pro proscriptis; pro navigantibus, & iter facientibus; ut sis auxiliator omnium, adjutor ac defensor. Adhuc rogamus te pro iis, qui oderunt nos & propter nomen tuum nos persequuntur, pro iis qui foris sunt ac errant: ut adducas eos ad bonum, & furorem eorum mitiges. Iterum rogamus te pro Ecclesiæ Catechumenis; & pro iis qui ab Adversario jactantur; & pro pœnitentiam agentibus fratribus nostris: ut primos quidem perficias in fide; alteros vero mundes a vexatione Mali; B tertiorum autem pœnitentiam suscipias, condonesque cum iis, tum nobis quæ deliquimus. Offerimus quoque tibi pro aeris temperatura, & frugum ubertate; ut indesinenter bona a te collata percipientes, assidue laudemus te, qui [a] das escam omni carni. Etiam rogamus te pro iis, qui ob caussam probabilem absentes sunt: ut omnes nos in pietate conservatos a te, in Christi tui, Dei universæ naturæ sub sensum & intelligentiam cadentis, regisque nostri regno congreges, immutabiles, inculpatos, irreprehensos: quoniam tibi omnis gloria, veneratio, gratiarum actio, honor, adoratio, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc, & semper, & in C infinita ac sempiterna sæcula sæculorum. Atque omnis populus, Amen respondeat. Et dicat Episcopus: Pax Dei sit cum omnibus vobis. Cunctusque populus respondeat: Et cum Spiritu tuo. Ac Diaconus iterum prædicet:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Προσφώνησις ἐπὶ τῶν πιστῶν μετὰ τὴν θείαν ἀναφοράν.

ΕΤΙ καὶ ἔτι δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ὑπὲρ τοῦ δώρου τοῦ προσκομισθέντος κυρίῳ τῷ Θεῷ· ὅπως ὁ ἀγαθὸς Θεὸς προσδέξηται D αὐτὸ διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ἐπουράνιον αὐτοῦ θυσιαστήριον, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ταύτης καὶ τοῦ λαοῦ δεηθῶμεν, ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς, παντὸς πρεσβυτερίου, πάσης τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας καὶ ὑπηρεσίας, παντὸς τοῦ πληρώματος τῆς ἐκκλησίας δεηθῶμεν· ὅπως ὁ κύριος πάντας διατηρήσῃ καὶ διαφυλάξῃ. ὑπὲρ βασιλέων καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ δεηθῶμεν· ἵνα εἰρηνεύωνται τὰ πρὸς ἡμᾶς, ὅπως ἤπιον καὶ ἡσύχιον βίον ἔχοντες, διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. τῶν ἁγίων μαρτύρων μνημονεύσωμεν· ὅπως κοινωνοὶ γενέσθαι τῆς ἀθλήσεως αὐτῶν καταξιωθῶμεν. ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων δεηθῶμεν. ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τῶν ἀέρων καὶ τελεσφορίας τῶν καρπῶν δεηθῶμεν. E ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων δεηθῶμεν· ὅπως βεβαιωθῶσιν ἐν τῇ πίστει. πάντες ὑπ' ἀλλήλων παρακαλέσθωσαν. ἀνάστησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν τῇ χάριτί σου· ἀναστάντες ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα. καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ μεγαλώνυμος, ὁ μέγας τῇ βουλῇ, καὶ κραταιὸς τοῖς ἔργοις, ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὸ ποίμνιόν

CAPUT XIII.


Oratio pro fidelibus post divinam oblationem.

ADhuc atque adhuc oremus Deum per Christum ejus, pro munere quod Domino Deo D oblatum est; ut Deus qui bonus est, illud mediante Christo suo recipiat in cæleste suum altare, ad odorem suavitatis. Pro Ecclesia hac, & populo oremus; pro universo Episcopatu, omni Presbyterio, cuncto Christi Diaconio ac Ministerio, omni Ecclesiæ cœtu oremus; ut Dominus universos conservet atque custodiat. [b] Pro regibus, & in sublimi potestate constitutis oremus, ut res nostræ pacificæ sint; quo vitam quietam & tranquillam nacti, in omni pietate ac morum castitate degamus. Sanctorum Martyrum memores simus; ut digni habeamur participes fieri eorum certaminis. Pro iis qui in fide requieverunt oremus. Pro cæli temperatura, & frugum maturitate oremus. Pro E recenter Baptismo illuminatis oremus; ut confirmentur in fide. Omnes, alii ab aliis incitentur. Suscita nos Deus in gratia tua. Suscitati, nos ipsos Deo per Christum ejus commendemus. Et Episcopus dicat: Deus, qui magnus & magni nominis es, [c] magnus consilio, & potens operibus: Deus & Pater sancti Filii tui Jesu Salvatoris nostri; respice super nos ac super gregem tuum hunc, quem per eum delegisti ad nominis tui glo-

a Psal. cxxxv. 25. b I. Tim. II. 2. c Jer. xxxii. 19.

1. Χειμαζομένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου.] Qui cap. 35. & 37. χειμαζόμενοι simpliciter dicuntur, ut Canone Ancyrano 17. & a Maximo ad caput 6. Ecclesiasticæ Hierarchiæ. Χειμαζόμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, aut ὑπὸ πνεύματι ἀκαθάρτῳ, in Euchologiis. Sic eosdem Energumenos invenies appellatos ἐνοχλουμένους, & ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐνοχλουμένους. COT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



σου τοῦτο, ὃ δι' αὐτοῦ ἐξελέξω εἰς δόξαν τοῦ ὀνόματός σου, καὶ ἁγιάσας ἡμῶν τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καταξίωσον καθαροὺς γενομένους ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, τυχεῖν τῶν προκειμένων ἀγαθῶν, καὶ μηδένα ἡμῶν ἀνάξιον κρίνῃς, ἀλλὰ βοηθὸς ἡμῶν γενοῦ, ἀντιλήπτωρ, ὑπερασπιστής, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμή, αἶνος, δοξολογία, εὐχαριστία, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. καὶ μετὰ τὸ πάντας εἰπεῖν, ἀμήν· ὁ διάκονος λεγέτω· πρόσχωμεν. καὶ ὁ ἐπίσκοπος προσφωνησάτω τῷ λαῷ οὕτω· τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις· καὶ ὁ λαὸς [1] ὑπακουέτω· εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, εἷς Ἰησοῦς Χριστός, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου Θεὸς κύριος, καὶ ἐπεφάνη ἡμῖν· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. καὶ μετὰ τοῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος, ἔπειτα οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι, καὶ οἱ ἀναγνῶσται, καὶ οἱ ψάλται, καὶ οἱ [2] ἀσκηταί, καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶν αἱ διακόνισσαι, καὶ αἱ παρθένοι, καὶ αἱ χῆραι, εἶτα τὰ παιδία, καὶ τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τάξιν μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας ἄνευ θορύβου. [3] καὶ ὁ μὲν ἐπίσκοπος διδότω τὴν προσφοράν, [4] λέγων· σῶμα Χριστοῦ· καὶ ὁ δεχόμενος λεγέτω· ἀμήν. ὁ δὲ διάκονος κατεχέτω τὸ ποτήριον, καὶ ἐπιδιδοὺς λεγέτω· αἷμα Χριστοῦ, ποτήριον ζωῆς· καὶ ὁ πίνων λεγέτω· ἀμήν. [5] ψαλμὸς δὲ λεγέσθω τριακοστὸς τρίτος, ἐν τῷ μεταλαμβάνειν πάντας τοὺς λοιπούς. καὶ ὅταν πάντες μεταλάβωσι καὶ πᾶσαι, λαβόντες οἱ διάκονοι τὰ περισσεύσαντα, εἰσφερέτωσαν εἰς τὰ παστοφόρια. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω, παυσαμένου τοῦ ψάλλοντος·

riam; & sanctificans corpus nostrum & animam nostram, concede, ut effecti puri [a] ab omni inquinamento carnis ac spiritus, proposita bona consequamur; neminemque nostrum, indignum judices, verum sis noster adjutor, opitulator, propugnator, per Christum tuum; cum quo tibi gloria, honor, laus, glorificatio, gratiarum actio, & sancto Spiritui, in sæcula. Amen. Et postquam omnes dixerint, Amen: Diaconus dicat: Attendamus. Ac Episcopus ita ad populum proloquatur: Sancta sanctis. Populusque respondeat: Unus sanctus, unus Dominus, unus Jesus Christus, in gloriam Dei Patris, benedictus in sæcula, Amen. [b] *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* [c] *Hosanna filio Davidis: benedictus qui venit in nomine Domini* Deus Dominus; & apparuit nobis: *Hosanna in altissimis.* Post hoc sumat & communicet Episcopus; deinde Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, Cantores & Ascetæ; & in feminis Diaconissæ, virgines, & viduæ; postea pueri; tuncque omnis populus ordine, cum pudore & reverentia, absque strepitu. Ac Episcopus quidem tribuat Oblatam, dicens: Corpus Christi; & qui recipit, respondeat, Amen. Diaconus vero teneat calicem, ac tradendo dicat: Sanguis Christi, calix vitæ; & qui bibit, Amen respondeat. Psalmus autem trigesimus tertius dicatur, dum reliqui omnes communicant. Cumque universi & universæ communicaverint, accipientes Diaconi quæ supersunt, inferant in Pastophoria. Et Diaconus, quando qui psallit fecerit finem, pronuntiet:

a II. Cor. VII. 1. *b* Luc. II. 14. *c* Matth. XXI. 9.

1. Ὑπακουέτω.] Dixi nonnihil supra. Nunc adjicio emendationem in S. Athanasio, Apologia ad Constantium Imperat. p. 683. ποῦ πρέπον ἦν καὶ ὅσιον ὑπακοῦσαι τὸν λαὸν τὸ Ἀμήν. *Ubi conveniens erat & sanctum, ut populus responderet Amen.* non ἐπακοῦσαι, *ut audiret*. Patet ex eo quod sequitur eadem pag. ἐὰν τοσούτων λαῶν συνελθόντων μία γένηται φωνή, λεγόντων τῷ Θεῷ τὸ Ἀμήν. *Ubi ex tot tantisque populis in unum congregatis, una vox oriatur, dicentium Deo Amen.* COT.

2. Οἱ ἀσκηταί.] Non Monachi Ascetæ; sed Laici, in severioribus pietatis officiis sese exercentes: quales semper inter Christianos exstitisse dubitari non debet; ut & Ecclesiasticas Virgines nequaquam Moniales Ascetrias. Nam Opus quod Notis imus illustratum, ante exortum vitæ Monasticæ conscriptum fuit: unde in eo nulla illius mentio; multa habenda, si per tempus licuisset. Vocabulorum autem ἀσκήσεως & ἀσκητῶν in austeriori vita, absque Monachatu tamen, exempla sunt obvia. Ut, ταῦτα γνωστικῆς ἀσκήσεως προγυμνάσματα. apud Clementem Alexandrinum Strom. 4. Τῶν ἐν ἡμῖν ἀσκητῶν. in Origene tom. 5. contra Celsum p. 272. Consulenda ejusdem Homilia 19. in Jeremiam, ultimæ editionis p. 193. E. Sic Hierosolymitano Cyrillo Catechesi 10. Anna prophetissa filia Phanuelis est ἀσκήτρια. Parique modo populus Alexandrinus, referente Alexandrina Synodo, Athanasium in Episcopum flagitans, appellabat ἕνα τῶν ἀσκητῶν. Et in Synopseos Athanasianæ fine, Lucianus Martyr vocatur magnus Asceta. Hæc plus satis. ID.

3. Καὶ ὁ μὲν ἐπίσκοπος.] Dant Corpus Christi, Eucharisticum panem, jure ordinario Sacerdotes, sive primi sive secundi ordinis, hoc est, Episcopi aut Presbyteri. Post mille Scriptores Incertus a R. P. Francisco Combefisio editus de captivitate Persica p. 346. ἱερεῖς, οἱ τῶν Σεραφὶμ μειζότερον ἀξίωμα περικείμενοι. ἐκεῖνος οὐκ ἐτόλμησεν τῇ χειρὶ τοῦ ἄνθρακος ἅψασθαι, ἀλλ' ἐν τῇ λαβίδι αὐτὸν προσέψαυσεν· σὺ δὲ ταῖς χερσίν σου ταῖς πηλίναις τὰ τοῖς Σεραφὶμ ἄθικτα (hoc malim quam ἀθέατα) διαδίδοις μυστήρια. *Sacerdotes, qui præ Seraphim majorem dignitatem consecuti estis. Ille non ausus est carbonem manu contingere, sed eum forcipe strinxit: tu vero luteis tuis manibus, intacta Seraphimis Mysteria distribuis.* Simili jure, dabant quoque Diaconi tempore Justini Martyris: cujus exstat insigne testimonium Apologia 2. sed postea id potestatis restrictum fuit canone 15. Concilii Arelatensis 2. canone 38. Carthaginiensis 4. Gelasii Decreto &c. Lege S. Basilii Epistolam 289. Hugo a S. Victore de sacramentis cap. 38. *Horum* Diaconorum *officium est, corpus & sanguinem Domini distribuere; licet non ubique hoc observetur.* Prætereo usum & abusum Laicorum, repressamque quarumdam feminarum insolentiam: quæ ab aliis fuse explicata sunt. ID.

4. Λέγων.] Simplici formulæ sequens ætas varie addidit, tam apud Græcos, quam apud Latinos. Insignem inter alia locum S. Augustini Sermone ad infantes de Sacramento, invenies quoque in Hincmari Opusculo 2. cap. 12. p. 97. & in Bertramo paullo ante finem. ID.

5. Ψαλμὸς δὲ λεγέσθω τριακοστὸς τρίτος.] Cyrillus Catechesi Mystagogica ult. μετὰ ταῦτα ἀκούετε τοῦ ψάλλοντος μετὰ μέλους θείου, προτρεπομένου ὑμᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ λέγοντος, Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος. In Missa Appendicis ad librum Sacramentorum S. Gregorii p. 265. canitur tunc temporis Psalmus 138. *Domine probasti me.* In Marci autem Liturgia Psalmus 41. Καὶ μεταλαμβάνει ὁ ἱερεύς, εὐχ· τῆς κατὰ φιλανθρωπίας ἄλλος. (Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγάς. Legunt εὐχίτης, vertuntque, *Hinc participat Sacerdos Euchites, seu Orator, pro humanitate alius.*) *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, &c.* Rectius forsan; ὁ ἱερεύς. εὐχ· (pro εὐχή) Τῆς κατὰ φιλανθρωπίας. ψαλμός· Ὃν τρόπον. *Et communicat Sacerdos. Oratio. Pro humanitate. Psalmus: Quemadmodum &c.* ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Προσφώνησις μετὰ τὴν μετάληψιν.

A Μεταλαβόντες τοῦ τιμίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, εὐχαριστήσωμεν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων αὐτοῦ μυστηρίων, καὶ παρακαλέσωμεν, μὴ εἰς κρίμα, ἀλλ' εἰς σωτηρίαν ἡμῖν γενέσθαι, εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς καὶ σώματος, εἰς φυλακὴν εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἐγειρώμεθα· ἐν χάριτι Χριστοῦ ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ, καὶ τῷ Χριστῷ αὐτοῦ παραθώμεθα. καὶ ὁ ἐπίσκοπος εὐχαριστείτω.

CAPUT XIV.

Oratio post communionem.

Percepto pretioso corpore, & pretioso sanguine Christi, agamus gratias ei, qui dignos effecit nos, ut participes essemus sanctorum ejus Mysteriorum; rogemusque id nobis non [a] in judicium ac damnationem fieri, sed in salutem, in utilitatem animæ &, corporis, in custodiam pietatis, in remissionem peccatorum, in vitam futuri sæculi. Surgamus. In gratia Christi, nos ipsos Deo, soli ingenito Deo, & Christo ejus commendemus. Atque Episcopus gratiarum actionem proferat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Ἐπίκλησις μετὰ τὴν μετάληψιν.

Δέσποτα ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ σου τοῦ εὐλογητοῦ παιδὸς, ὁ τῶν μετ' εὐθύτητος ἐπικαλουμένων σε ἐπήκοος, ὁ καὶ τῶν σιωπώντων ἐπιστάμενος τὰς ἐντεύξεις· εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων σου μυστηρίων, ἃ παρέσχου ἡμῖν, πληροφορίαν τῶν καλῶς ἐγνωσμένων, εἰς φυλακὴν τῆς εὐσεβείας, εἰς ἄφεσιν πλημμελημάτων· ὅτι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ σου ἐπικέκληται ἐφ' ἡμᾶς, καὶ σοι προσῳκειώμεθα. ὁ χωρίσας ἡμᾶς τῆς τῶν ἀσεβῶν κοινωνίας, ἕνωσον ἡμᾶς μετὰ τῶν καθωσιωμένων σοι, στήριξον ἡμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσει, τὰ ἀγνοούμενα ἀποκάλυψον, τὰ λείποντα προσαναπλήρωσον, τὰ ἐγνωσμένα κράτυνον. τοὺς ἱερεῖς ἀμώμους διαφύλαξον ἐν τῇ λατρείᾳ σου· τοὺς βασιλεῖς διατήρησον ἐν εἰρήνῃ, τοὺς ἄρχοντας ἐν δικαιοσύνῃ, τοὺς ἀέρας ἐν εὐκρασίᾳ, τοὺς καρποὺς ἐν εὐφορίᾳ, τὸν κόσμον ἐν παναλκεῖ προνοίᾳ. τὰ ἔθνη τὰ πολεμικὰ πράϋνον· τὰ πεπλανημένα ἐπίστρεψον· τὸν λαόν σου ἁγίασον· τοὺς ἐν παρθενίᾳ διατήρησον· τοὺς ἐν γάμῳ διαφύλαξον ἐν πίστει· τοὺς ἐν ἁγνείᾳ ἐνδυνάμωσον· τὰ νήπια ἅδρυνον· τοὺς νεοτελεῖς βεβαίωσον· τοὺς ἐν κατηχήσει παίδευσον, καὶ τῆς μυήσεως ἀξίους ἀνάδειξον· καὶ πάντας ἡμᾶς ἐπισυνάγαγε εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ κλίνατε, καὶ εὐλογεῖσθε. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω, λέγων· ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀσύγκριτος, ὁ πανταχοῦ ὢν καὶ τοῖς πᾶσι παρὼν καὶ ἐν οὐδενὶ ὡς ἐνόντι ὑπάρχων, ὁ τόποις μὴ περιγραφόμενος, ὁ χρόνοις μὴ παλαιούμενος, ὁ αἰῶσι μὴ περατούμενος, ὁ λόγοις μὴ παραγόμενος, ὁ γενέσει μὴ ὑποκείμενος, ὁ φυλακῆς μὴ δεόμενος, ὁ φθορᾶς ἀνώτερος, ὁ τροπῆς ἀνεπίδεκτος, ὁ φύσει ἀναλλοίωτος, ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ τῇ φύσει ἀόρατος, ὁ γνωστὸς πάσαις ταῖς μετ' εὐνοίας ἐκζητούσαις σε λογικαῖς φύσεσιν, ὁ καταλαμβανόμενος ὑπὸ τῶν ἐν εὐνοίᾳ ἐπιζητούντων σε· ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, τοῦ ἀληθινῶς ὁρῶντος, τοῦ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντος λαοῦ σου· εὐμενὴς γενόμενος ἐπάκουσόν μου διὰ τὸ ὄνομά σου, καὶ εὐλόγησον τοὺς σοι κεκλικότας τοὺς ἑαυτῶν αὐχένας, καὶ δὸς αὐτοῖς τὰ αἰτήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν τὰ ἐπὶ συμφέροντι, καὶ μηδένα αὐτῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς ἐκ τῆς βασιλείας σου· ἀλλὰ ἁγίασον αὐτοὺς, φρούρησον, σκέπασον, ἀντιλαβοῦ, ῥῦσαι τοῦ ἀλλοτρίου, παντὸς ἐχθροῦ, τοὺς οἴκους αὐτῶν φύλαξον, τὰς εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξό-

CAPUT XV.

Invocatio post communionem.

B Domine Deus omnipotens, Pater Christi tui, benedicti Filii; exauditor eorum qui recte invocant te, cognitor precum etiam eorum qui tacent; gratias agimus tibi, quod nos dignos censuisti qui participaremus sancta tua Mysteria, quæ præbuisti nobis ad plenam eorum quæ bene cognovimus persuasionem, ad custodiam pietatis, ad remissionem delictorum; quoniam nomen Christi tui invocatum est super nos, & tibi adjuncti sumus. Qui segregasti nos ab impiorum communione, aduna cum iis qui tibi sunt consecrati, firma nos in veritate per sancti Spiritus adventum, quæ ignoramus revela, quæ deficiunt supple, quæ C novimus corrobora. Sacerdotes inculpatos conserva in cultu tuo: reges tuere in pace; magistratus in justitia; aerem in temperie; fruges in ubertate; mundum in omnipotente providentia. Gentes bellicosas seda: errantes converte: populum tuum sanctifica: virgines conserva; conjuges custodi in fide: castos robora: infantes ad maturam ætatem perduc: nuper initiatos firma: Catechumenos erudi, ac dignos initiatione redde: nosque omnes congrega in regnum cælorum, in Christo Jesu Domino nostro; cum quo tibi gloria, honor ac veneratio, & sancto Spiritui, in sæcula. Amen. Et Diaconus dicat: Deo per Christum ejus inclinate, & accipite benedictionem. Tum Episcopus D precetur, his verbis: Deus omnipotens, verax, & incomparabilis; qui ubique exsistis, ac omnibus præsens es, & in nullo instar eorum quæ insunt contineris; qui locis non circumscriberis, temporibus non vetustescis, sæculis non terminaris, verbis non seduceris; qui ortui non es subjectus, & custodia non indiges, & supra extraque interitum es, ac conversionem recipere nequis, atque natura es immutabilis: [b] qui lucem habitas inaccessam, & natura invisibilis es; qui omnibus naturis rationalibus te benevole requirentibus notus es, & deprehenderis ab iis qui in benevolentia vestigant te: Deus Israelis, vere videntis, in Christum credentis populi tui: propitius factus, exaudi E me propter nomen tuum; ac benedic iis qui tibi inclinarunt cervices suas; atque da eis cordis eorum petitiones quæ utiles sunt, & neminem eorum abjici facias a regno tuo; verum sanctifica illos, custodi, protege, adjuva, libera ab Adversario, ab omni inimico; domos eorum serva; eorum [c] introitus & exitus tuere: quoniam tibi gloria, laus, majestas, cultus, adoratio; & Filio tuo

a 1. Cor. xi. 29. b 1. Tim. vi. 16. c Psal. cxx. 8.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.

δους φρύρητον· ὅτι σοὶ δόξα, αἶνος, μεγαλοπρέπεια, σέβας, προσκύνησις, καὶ τῷ σῷ παιδὶ Ἰησοῦ τῷ Χριστῷ σου τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ Θεῷ καὶ βασιλεῖ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος ἐρεῖ· [1] ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ. ταῦτα περὶ τῆς [2] μυστικῆς λατρείας διατασσόμεθα ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς διακόνοις.

A Jesu, Christo tuo, nostro Domino, Deo, ac regi; & sancto Spiritui; nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Et Diaconus dicat: Ite in pace. Hæc de Mystico cultu nos Apostoli constituimus vobis Episcopis, Presbyteris & Diaconis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιϛ'.

Περὶ χειροτονίας πρεσβυτέρων διάταξις Ἰωάννου τοῦ φιλουμένου ὑπὸ κυρίου.

Περὶ δὲ χειροτονίας πρεσβυτέρων, [3] ἐγὼ ὁ φιλούμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου, διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις. πρεσβύτερον χειροτονῶν, ὦ ἐπίσκοπε, τὴν χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιτίθει αὐτὸς, τοῦ πρεσβυτερίου παρεστῶτός σοι καὶ τῶν διακόνων· καὶ εὐχόμενος λέγε· κύριε παντοκράτωρ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ διὰ Χριστοῦ τὰ πάντα δημιουργήσας, καὶ δι' αὐτοῦ τῶν ὅλων προνοῶν καταλλήλως. ᾧ γὰρ δύναμις διάφορα ποιῆσαι, τούτῳ δύναμις καὶ διαφόρως προνοῆσαι. διὰ γὰρ τοῦτο ὁ Θεὸς προνοεῖς, τῶν μὲν ἀθανάτων φυλακῇ μόνῃ, τῶν δὲ θνητῶν, διαδοχῇ, τῆς ψυχῆς φροντίδι νόμων, τοῦ σώματος ἀναπληρώσει τῆς ἐνδείας. αὐτὸς οὖν καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν, καὶ αὔξησον αὐτὴν, καὶ πλήθυνον τοὺς ἐν αὐτῇ προεστῶτας, καὶ δὸς δύναμιν πρὸς τὸ κοπιᾷν αὐτοὺς λόγῳ καὶ ἔργῳ εἰς οἰκοδομὴν τοῦ λαοῦ σου. αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον, τὸν [4] ψήφῳ καὶ κρίσει τοῦ κλήρου παντὸς πρεσβυτέριον ἐπιδοθέντα, καὶ ἔμπλησον αὐτὸν πνεύματος χάριτος καὶ συμβουλίας, τοῦ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κυβερνᾷν τὸν λαόν σου ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ· ὃν τρόπον ἐπίδες ἐπὶ λαὸν ἐκλογῆς σου, καὶ προσέταξας Μωϋσεῖ αἱρεῖσθαι πρεσβυτέρους, οὓς ἔπλησας πνεύματος. καὶ νῦν, κύριε, παράσχου, ἀνελλιπὲς τηρῶν ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα τῆς χάριτός σου· ὅπως πλησθεὶς ἐνεργημάτων ἰατικῶν, καὶ λόγου διδακτικοῦ, ἐν πραότητι παιδεύῃ σου τὸν λαὸν, καὶ δουλεύῃ σοι εἰλικρινῶς ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ καὶ ψυχῇ θελούσῃ, καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἱερουργίας ἀμώμως ἐκτελῇ, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT XVI.

De Ordinatione Presbyterorum constitutio Joannis a Domino dilecti.

B Porro de ordinatione Presbyterorum, ego dilectus a Domino, constituo vobis Episcopis. Cum Presbyterum ordinas, Episcope, manum super caput ejus ipse impone, adstante tibi Presbyterio, nec non Diaconis; & orans, dic: Domine omnipotens, Deus noster; qui per Christum universa condidisti, & per ipsum cunctis provides convenienter: In quo enim potestas est efficiendi varia, in eo & inest potestas providendi variis modis. Nam idcirco, Deus, provides; immortalibus quidem, sola conservatione; mortalibus vero, successione; animæ, cura legum; corpori, expletione indigentiæ. Ipse igitur & nunc respice in sanctam tuam Ecclesiam; C auge illam; ac eos qui in ea præsunt multiplica, virtutemque da ut ii verbo ac opere ad ædificationem populi tui laborent. Ipse nunc quoque respice hunc famulum tuum, qui suffragio ac judicio totius Cleri in Presbyterium cooptatus est; & imple illum spiritu gratiæ & consilii, ut adjuvet ac gubernet populum tuum in corde mundo: quemadmodum respexisti in populum electum tuum, & sicut [a] Moysi præcepisti eligere Seniores, quos implevisti spiritu. Et nunc, Domine, præsta, servans in nobis spiritum gratiæ tuæ non deficientem: ut repletus operationibus vim sanandi habentibus, ac sermone ad docendum apto, erudiat cum mansuetudine populum tuum; serviat tibi sincere, mente D pura & anima volente; atque sacra quæ pro populo celebrantur, inculpate perficiat; per Christum tuum; cum quo tibi gloria, honor ac veneratio, & sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

[a] Exod. XVIII. & XXIV. & XXVIII.

1. Ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ.] Verbum *ἀπολύειν* hoc sensu solet usurpari. Atque ita sumo p. 100. Ordinationum Græcarum, ubi de Diaconissa; *μετὰ δὲ τὸ μεταλαβεῖν αὐτὴν ἐπιδίδωσιν αὐτῇ ὁ ἱερεὺς τὸ ἅγιον ποτήριον, ὅπερ δεχομένη οὐδενὶ μεταδίδωσιν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ ἀποτίθησι. καὶ ἀπολύει. Postquam autem ipsa communicavit, tradit ipsi Sacerdos sanctum poculum; quod accipiens, nulli ex eo impertitur, sed in sancta mensa reponit: & dimittit.* hoc est, dat Diaconissæ veniam discedendi is qui ordinat. COT.

2. Μυστικῆς λατρείας.] Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi Mystag. 5. *ἀπαρτισθῆναι τὴν πνευματικὴν θυσίαν, τὴν ἀναίμακτον λατρείαν ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ.* Dicitur etiam, *λατρεία. λογικὴ καὶ ἀναίμακτος λατρεία, λογικὴ λατρεία, ἀναίμακτος θυσία. οἰκονομία λατρείας.* & *λατρεία οἰκονομίας.* Eusebio cap. 71. lib. 4. de vita Constantini; *ἔνθεος λατρεία.* atque *μυστικὴ λειτουργία.* In Epistola Synodica Cyrilli Alexandrini ad Nestorium; *τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν·* (vel juxta aliam lectionem quam sequitur Macarius Antiochenus, Actione 8. E Concilii generalis 6. *λατρείαν.* vel quod vertitur a Dionysio Exiguo, *θυσίας λατρείαν, sacrificii servitutem*) *πρόσιμέν τε οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις.* ID.

3. Ἐγὼ ὁ φιλούμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου.] Imitationem Constitutionum in Ordinationibus Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, circa nomina Apostolorum Joannis, Philippi ac Thomæ, exhibebit Euchologium Allatianum. ID.

4. Ψήφῳ καὶ κρίσει τοῦ κλήρου παντός.] Memorabilis est hanc in rem Canon Theophili Alexandrini; quo formam Ordinandis istam præscribit; *πᾶν τὸ ἱερατεῖον συμφωνεῖν καὶ αἱρεῖσθαι, καὶ τότε τὸν ἐπίσκοπον δοκιμάζειν, ἢ καὶ συνευνοῦντος αὐτῷ τοῦ ἱερατείου, χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, παρόντος τοῦ λαοῦ, καὶ προσφωνοῦντος τοῦ ἐπισκόπου, εἰ καὶ ὁ λαὸς δύναται αὐτῷ μαρτυρεῖν.* En Cleri electio, & populi testimonium. Auctor vero Quæstionum veteris & novi Testamenti, tomo 4. S. Augustini, Quæst. 101. dicit testimonio Diaconi fieri Presbyterum: quam consuetudinem unius urbis Romæ esse docemur a Hieronymo Epist. 85. Vide si lubet Concilium Carthaginiense 4. canone 22. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ'.

Περὶ χειροτονίας διακόνων, τοῦ Φιλίππου διάταξις.

Περὶ δὲ χειροτονίας διακόνων, ἐγὼ Φίλιππος A διατάσσομαι. διάκονον καταστήσεις, ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὰς χεῖρας, παρεστῶτός σοι παντὸς τοῦ πρεσβυτερίου καὶ τῶν διακόνων, καὶ ἐπευξάμενος ἐρεῖς·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη'.

Ἐπίκλησις χειροτονίας διακόνου.

Ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀψευδὴς, ὁ πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους σε ἐν ἀληθείᾳ, ὁ φοβερὸς ἐν βουλαῖς, ὁ σοφὸς διανοίᾳ, ὁ κραταιὸς καὶ μέγας· εἰσάκουσον προσευχῆς ἡμῶν, κύριε, καὶ ἐνώτισαι τὴν δέησιν B ἡμῶν, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προχειριζόμενόν σοι εἰς διακονίαν, καὶ πλῆσον αὐτὸν πνεύματος ἁγίου, καὶ δυνάμεως, ὡς ἔπλησας Στέφανον τὸν μάρτυρα καὶ μιμητὴν τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ καταξίωσον αὐτὸν εὐαρέστως λειτουργήσαντα τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ διακονίαν, ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, μείζονος ἀξιωθῆναι βαθμοῦ, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

C

Περὶ διακονίσσης, Βαρθολομαίου διάταξις.

Περὶ δὲ διακονίσσης, Βαρθολομαῖος διατάσσομαι· ὦ ἐπίσκοπε, [1] ἐπιθήσεις αὐτῇ τὰς χεῖρας, παρεστῶτος τοῦ πρεσβυτερίου καὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ἐρεῖς·

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας διακονίσσης.

Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς δημιουργὸς, ὁ πληρώσας πνεύματος Μαριὰμ καὶ [2] Δεβόρραν, καὶ D Ἄνναν, καὶ Ὀλδὰν, ὁ μὴ ἀπαξιώσας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν γεννηθῆναι ἐκ γυναικὸς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου καὶ ἐν τῷ ναῷ προχειρισάμενος τὰς φρουρὰς τῶν ἁγίων σου πυλῶν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου τήνδε, τὴν προχειριζομένην εἰς διακονίαν, καὶ δὸς αὐτῇ πνεῦμα ἅγιον, καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐπιτελεῖν αὐτὴν τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῇ ἔργον, εἰς δόξαν σὴν, καὶ ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT XVII.

De ordinatione Diaconorum, Constitutio Philippi.

De ordinatione vero Diaconorum, ego Philippus constituo. Diaconum efficies, Episcope, imponens ei manus, adstante tibi cuncto Presbyterio cum Diaconis; & orans, dices:

CAPUT XVIII.

Invocatio ordinationis Diaconi.

Deus omnipotens, verax, & neque fallens neque falsus; [a] dives erga omnes te in veritate invocantes; [b] terribilis in consiliis; sapiens cogitatione: fortis, & magnus: exaudi orationem nostram, Domine, & auribus percipe deprecationem nostram; & ostende faciem tuam super servum tuum hunc, electum tibi in Diaconatus ministerium; & imple eum Spiritu sancto, & virtute, sicut [c] implevisti Stephanum, martyrem ac passionum Christi tui imitatorem: & concede ei, ut cum sibi traditum ministerium, probe, constanter, innocue ac inculpabiliter administraverit, majore gradu dignus habeatur; mediatore unigenito Filio tuo; cum quo tibi gloria, honor, ac veneratio, & sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

CAPUT XIX.

De Diaconissa, Constitutio Bartholomæi.

De Diaconissa vero, Bartholomæus constituo. Episcope, impones ei manus, adstante Presbyterio una cum Diaconis ac Diaconissis; & dices:

CAPUT XX.

Invocatio in ordinatione Diaconissæ.

Deus æterne, pater Domini nostri Jesu Christi, creator viri ac mulieris; qui Spiritu implevisti [d] Mariam, [e] Deboram, [f] Annam, & [g] Holdam; qui non dedignatus es, ex muliere nasci unigenitum Filium tuum; qui in tabernaculo testimonii & in templo feminas custodes sanctarum januarum tuarum instituisti: ipse nunc quoque respice in famulam tuam hanc, electam ad ministerium; & da ei Spiritum sanctum; & munda eam [h] ab omni inquinamento carnis & spiritus; ut opus sibi commissum perficiat condigne, in gloriam tuam, & laudem Christi tui; cum quo tibi gloria atque adoratio, & sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

a Rom. x. 12. b Psal. lxv. 5. c Act. vi. & vii. d Exod. xv. 20. e Judic. iv. 4. f Luc. II. 36. g iv. Reg. xxii. 14. h II. Cor. vii. 1.

1. Ἐπιθήσεις αὐτῇ τὰς χεῖρας.] Frequentissime Græci, rarissime Latini. Præter Wormatienses Patres ex Concilio Chalcedonensi, Fortunatus in Vita Radegundis, *manu superposita consecravit Diaconam* Medardus Episcopus. Vide supra. Cot.

2. Δεβόρραν.] Varie effertur hoc nomen: Δεβώρα. Δεββόρα. Δεββῶρα. Δεββώρα. Δεβόρρα. Δεβώρρα. Δεββόρρα. & Δεβώρρα. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κα΄.

Περὶ ὑποδιακόνων διάταξις τῦ Θωμᾶ.

ΠΕρὶ δὲ ὑποδιακόνων, ἐγὼ Θωμᾶς διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις. ὑποδιάκονον χειροτονῶν, ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις ἐπ᾽ αὐτῷ τὰς χεῖρας, καὶ ἐρεῖς· δέσποτα Θεὲ, οὐρανοῦ καὶ γῆς δημιουργὲ καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τῦ μαρτυρίου τὰς νεωκόρυς ἀναδείξας τῶν ἁγίων σου σκευῶν φύλακας· αὐτὸς καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προχειρισθέντα ὑποδιάκονον, καὶ δὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον, πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐφάπτεσθαι τῶν λειτουργικῶν σου σκευῶν, καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου διαπαντὸς, διὰ τῦ Χριστῦ σου· μεθ᾽ οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τὰς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT XXI.

De Subdiaconis, Constitutio Thomæ.

DE Subdiaconis autem, ego Thomas vobis Episcopis constituo. Quando Subdiaconum ordinas, Episcope, impones super eum manus, & dices: Domine Deus, conditor cæli, & terræ, omniumque quæ in eis continentur, [a] qui in tabernaculo testimonii æedituos designasti, custodes sanctorum vasorum tuorum: ipse nunc etiam aspice super hunc famulum tuum qui Subdiaconus creatus est, & da illi Spiritum sanctum; ut vasa ministerio tuo dicata attrectet pro dignitate, semperque voluntatem tuam faciat; per Christum tuum; cum quo tibi gloria, honor ac veneratio, & sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ΄.

Περὶ ἀναγνωστῶν, τοῦ Ματθαίυ διάταξις.

ΠΕρὶ δὲ ἀναγνωστῶν, ἐγὼ [1] Ματθαῖος, ὁ καὶ Λευΐς, ὁ ποτὲ τελώνης, διατάσσομαι. ἀναγνώστην προχείρισαι, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, καὶ ἐπευξάμενος πρὸς τὸν Θεὸν, λέγε· ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ πολὺς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὁ τὴν τῦ κόσμου σύστασιν διὰ τῶν ἐνεργουμένων φανεροποιήσας, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν σου διαφυλάττων· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δῦλόν σου τὸν ἐγχειριζόμενον τὰς ἁγίας σου γραφὰς ἀναγινώσκειν τῷ λαῷ σου, καὶ δὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα προφητικόν. ὁ σοφίσας Ἔσδραν τὸν θεράποντά σου ἐπὶ τὸ ἀναγινώσκειν τοὺς νόμους σου τῷ λαῷ σου· καὶ νῦν παρακαλύμενος ὑφ᾽ ἡμῶν, σόφισον τὸν δοῦλόν σου, καὶ δὸς αὐτῷ, ἔργον ἀκατάγνωστον διανύσαντα τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῷ, ἄξιον ἀναδειχθῆναι μείζονος

CAPUT XXII.

De Lectoribus, Constitutio Matthæi.

DE Lectoribus vero, ego Matthæus, qui & Levis, olim publicanus, constituo. Lectorum crea, imponens ei manum; & Deum orans, dicito: Deus æterne, multus in misericordia & miserationibus; qui mundi structuram per ea quæ facta sunt perfecisti, quique numerum electorum tuorum conservas: ipse & nunc respice super famulum tuum, cui committitur ut sanctas tuas Scripturas legat populo tuo, & da ei Spiritum sanctum, Spiritum Propheticum. Qui [b] Esdram famulum tuum instruxisti, ad legendas populo tuo leges tuas: nunc quoque a nobis rogatus, instrue famulum tuum; & da ei, ut opus traditum perficiendo sine reprehensione, dignus majore gradu declaretur; per Christum; cum quo tibi glo-

[a] Num. III. & 1. Paral. IX. [b] II. Esdr. VIII.

1. Ματθαῖος, ὁ καὶ Λευΐς.] Consentiunt Antiqui & Recentiores; id recte ex Evangeliorum comparatione colligentes: etiam Origenes, cum loco relato in Catena Matthæi, tum præfatione Explanationis in Epistolam ad Romanos. Quocirca ejus locus tom. 1. in Celsum p. 48. a docto Scripturarum Interprete Hugone Grotio objectus, ἔστω δὲ καὶ ὁ Λεβὴς τελώνης ἀκολυθήσας τῷ Ἰησῦ· ἀλλ᾽ ὅτε γε τῦ ἀριθμῦ τῶν ἀποστόλων αὐτῦ ἦν, εἰ μὴ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων τῦ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίυ. *Sit & Levi publicanus, qui Jesum secutus est: non erat tamen ex Apostolorum nume… si juxta quædam exemplaria secundum Marcum Evan…* explicandus videtur per concessionem, ac de nomi… hoc in sensu: Detur Levin publicanum asseclam Chri…, alium esse a Matthæo pariter publicano: at nomen Levis in Catalogis Apostolorum non exstat, si excipias quosdam Marci Evangelistæ codices. Qui codices, ni fallor, cap. 3. vers. 18. Levin Alphæi, non Jacobum Alphæi exhibebant; aut potius Λεβῆν pro Λεββαῖον: quemadmodum in editione Græca Theodoriti Quæstionum, Quæst. 16. in Numeros, habetur Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεβί, ubi in Græco-Latino, Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεββαῖος. Græci posteriores Λευΐν dicunt. Opponit adhuc Grotius Heracleonem Valentinianum Hæreticum, cui in Clementis Alexandrini Stromateo 4. p. 502. Ματθαῖος & Λευΐς duo sunt. Sed forsan ab Heracleone non intelligitur Levi publicanus, Marc. II. 14. & Luc. V. 27. memoratus, intelligitur autem Levi Lebbæus, ut dictum est. Certe Auctor Laterculi Apostolorum supra positi ad libri 2. finem, Levin τὸν καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον confundit cum Lebbæo, qui & Thaddæus ac Judas Jacobi. Atque ita defendi possunt Origenes & Heracleon. Verum excusationem nullam admittit quod in codice 1048. uno e multis Regiis Commentariorum Victoris Antiocheni in Marci Evangelium, nactus sum, ad textum laudatum II. 14. Μάρκος μὲν καὶ Λῦκας συγκαλύπτυσι τὸ ὄνομα τῇ ἀρχαίᾳ προσηγορίᾳ. αὐτὸς δὲ Ματθαῖος εὐαγγελιζόμενος τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν ἀπαγγέλλων λέγει· Καὶ ἐθεάσατο Ματθαῖον τὸν τελώνην· ἐλέγχων ἑαυτῦ τὸ τραῦμα. ζητητέον ἂν εἰ ὁ αὐτὸς τελώνης ἐστὶ παρὰ τοῖς τρισὶ καλύμενος Ματθαῖος, Λευΐς, Ἰάκωβος, καὶ εἰ υἱὸς ἦν Ἀλφαίυ. δυωνυμίας δὲ κατὰ τὴν γραφὴν καὶ ἐπ᾽ ἄλλων ἐστὶν εὑρεῖν· ὡς ἐπὶ τοῦ πενθερῦ Μωσέως, ποτὲ μὲν ὀνομαζομένυ Ἰοθὸρ, ποτὲ δὲ Ραγυήλ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν περὶ Ἀδὲρ καὶ Ἱεροβοάμ· ὐ γάρ εἰσι δύο, ἀλλ᾽ εἷς ἀμφοτέροις ὀνόμασι καλύμενος. ἐκ τῦ ὖν διαφωνίαν ἔχειν τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον τῶν καταλόγων τῶν ιβ΄. ἀποστόλων, καὶ ὡς ἐν τισὶ μὲν, παράγων εἶδε Ἰάκωβον τὸν τῦ Ἀλφαίυ καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, ἐν τισὶ δὲ, Ματθαῖον τὸν τελώνην, ἐρεῖ τις ὅτι δύο ἦσαν ἐκ τῶν δώδεκα, τελῶναι, Ματθαῖος καὶ Ἰάκωβος Ἀλφαίυ· ὅπερ ὐκ ἔστι· εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτός ἐστι. Hoc est: *Marcus quidem & Lucas nomen veteri appellatione obtegunt. Ipse vero Matthæus in Evangelio suo quæ ad se pertinebant enuntians ait (Matth. 9. 9.): Et vidit Matthæum publicanum: manifestando vulnus suum. Quæri ergo debet, an idem publicanus sit, a tribus appellatus, Matthæus, Levis, Jacobus; & utrum filius fuerit Alphæi. Enimvero duo nomina in aliis etiam hominibus apud Scripturam invenias: ut in socero Moysis, qui interdum nuncupatur Jethro, interdum Raguel. Simili quoque modo in 3. Regum libro circa Aderem & Jeroboamum: non enim duo sunt, sed unus utroque nomine vocatus. Itaque ex eo quod Evangelium secundum Marcum contineat discrepantiam ab enumerationibus Apostolorum duodecim; & quia in quibusdam quidem, Cum præteriret, vidit Jacobum Alphæi sedentem ad telonium, in quibusdam vero, Publicanum Matthæum; dicet aliquis, duos exstitisse e duodenis publicanos, Matthæum & Jacobum Alphæi: quod ita non habet: unus enim idemque est.* En ut gravissimo errore, directe contra Evangelia & Apostolorum Acta militante, Jacobus Alphæi a Matthæo seu Levi non distinguitur. Errandi occasionem dedit mendosa lectio, apud Marcum, εἶδε Ἰάκωβον τὸν τῦ Ἀλφαίυ καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον. a Victore indicata. Ceterum de Victoris Presbyteri Antiocheni Commentariis in Marci Evangelium, præter ea quæ viri eruditi docuere, notandum est exstare eam interpretationem in Biblioth. Cæsarea Vindobonensi Codice Ms. inter Lambecianos Lib. III. 38. sed sine auctoris nomine. COT.

βαθμοῦ, διὰ Χριστοῦ· μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ria; & cultus, ac Spiritui sancto, in sæcula. Amen.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κγ'.

Ιακώβου τοῦ Αλφαίου περὶ ὁμολογητῶν διάταξις.

ΙΑκωβος δὲ ὁ Αλφαίου, κἀγὼ διατάσσομαι περὶ ὁμολογητῶν. ὁμολογητὴς οὐ χειροτονεῖται· γνώμης γὰρ τοῦτο καὶ ὑπομονῆς δὲ μεγάλης ἐπάξιος, ὡς ὁμολογήσας τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων. [1] ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ ᾖ εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, χειροτονεῖται. εἰ δέ τις ὁμολογητὴς, μὴ χειροτονηθεὶς, ἁρπάσῃ ἑαυτῷ ἀξίωμά τι τοιοῦτον, ὡς διὰ τὴν ὁμολογίαν, οὗτος καθαιρείσθω καὶ ἀποβαλλέσθω. οὐ γάρ ἐστιν· ἐπείπερ ἤρνηται τὴν Χριστοῦ διάταξιν. καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

CAPUT XXIII.

Jacobi Alphæi Constitutio de Confessoribus.

EGo vero Jacobus Alphæi constituo de Confessoribus. Confessor non fit ordinatione: res enim est voluntatis ac tolerantiæ: magno autem honore dignus est, ut qui coram gentibus & regibus confessus sit nomen Dei, & Christi ejus. Quod si opus eo fuerit in Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, ordinatur. Si vero aliquis Confessor, non ordinatus, aliquam hujusmodi dignitatem sibi prætextu confessionis vendicaverit & arripuerit; is deponatur, & ejiciatur. Non enim est Confessor; quandoquidem [a] negavit Christi constitutionem: ac est infideli deterior.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κδ'.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ παρθένων.

Ο Αὐτὸς, περὶ παρθένων διατάσσομαι· παρθένος οὐ χειροτονεῖται. ἐπιταγὴν γὰρ κυρίου οὐκ ἔχομεν· γνώμης γάρ ἐστι τὸ ἔπαθλον· οὐκ ἐπὶ διαβολῇ τοῦ γάμου, ἀλλ' ἐπὶ σχολῇ τῆς εὐσεβείας.

CAPUT XXIV.

Ejusdem de Virginibus.

IPse ego constituo de virginibus. Non ordinatur virgo. [b] Præceptum enim Domini non habemus. Siquidem voluntatis est, hæc certaminis gloria; non ad criminandum matrimonium, sed ad vacandum pietati.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κε'.

Λεββαίου τοῦ ἐπικληθέντος Θαδδαίου, περὶ χηρῶν διάταξις.

ΚΑγὼ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, τάδε [2] περὶ χηρῶν διατάσσομαι. χήρα οὐ χειροτονεῖται· ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ πολλοῦ ἀπέβαλε τὸν ἄνδρα, καὶ σωφρόνως καὶ ἀκαταγνώστως ἔζησε, καὶ τῶν οἰκείων ἄριστα ἐπεμελήθη, ὡς Ιουδὶθ, καὶ Αννα, αἱ σεμνόταται, καταταττέσθω εἰς τὸ χηρικόν. εἰ δὲ νεωστὶ ἀπέβαλε τὸν ὁμόζυγον, μὴ πιστευέσθω, ἀλλὰ χρόνῳ νεότης κρινέσθω. τὰ γὰρ πάθη ἔσθ' ὅτε καὶ [3] συγγηρᾷ ἀνθρώποις, εἰ μὴ ὑπὸ κρείττονος χαλινοῦ [4] εἰργόμεθα.

CAPUT XXV.

Lebbæi cognomento Thaddæi, Constitutio de viduis.

ET ego Lebbæus, cognominatus Thaddæus, hæc de viduis constituo. Vidua non ordinatur: sed si multo ante amisit virum; & caste ac inculpabiliter vixit, ac domesticorum optime curam gessit, ut [c] Juditha, & [d] Anna, sanctissimæ feminæ, coöptetur in gradum vidualem. Quod si nuper amisit conjugem; ne illi credatur, sed tempore adolescentia dijudicetur. Perturbationes enim interdum cum hominibus consenescunt, nisi potiori freno coerceamur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κς'.

Ο αὐτὸς περὶ ἐπορκιστοῦ.

Ο Αὐτὸς, περὶ ἐπορκιστοῦ διατάσσομαι· [5] ἐπορκιστὴς οὐ χειροτονεῖται. εὐνοίας γὰρ ἑκουσίου τὸ ἔπαθλον, καὶ χάριτος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ, ἐπι-

CAPUT XXVI.

Idem de Exorcista.

IPse egomet, de Exorcista constituo. Exorcista non ordinatur. Hæc enim certaminis laus pendet a libera & bona voluntate, & a gratia Dei

a 1. Tim. v. 8. *b* 1. Cor. vii. 25. *c* Judith viii. *d* Luc. II.

1. Ἐὰν δὲ χρεία &c.] Ad sacrorum Ordinum honores promoveri solebant Confessores, teste Cypriano Epist. 33. 34. 35. & ante illum Tertulliano adversus Valentinianos cap. 4. Cujus locum, utpote memorabilem brevemque adscribam; *Speraverat Episcopatum Valentinus, quia & ingenio poterat & eloquio: sed alium ex martyrii prærogativa loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticæ regulæ abrupit.* Ex Constitutione vir multæ doctrinæ Joannes Morinus de sacris Ordinationibus, Exercitatione 11. cap. 3. num. ult. concludere nititur, Confessores ordinatos fuisse in Diaconos & Presbyteros, absque susceptione inferiorum graduum; itemque Exorcistas, ex Constitut. cap. 26. conclusurus eodem modo de Episcopatu, si voluisset: cum nihil tale Noster. Cot.

2. Περὶ χηρῶν.] Inter multa Decreta ad hasce Viduas pertinentia, est quoque Canon 27. Concilii Arausicani 1. ita habens in editione Sirmondiana: *De Viduis professis, si nupserint, aut raptæ fuerint. Viduitatis servandæ professionem, coram Episcopo in secretario habitam, imposita ab Episcopo veste viduali indicandam. Raptores vero talium, vel ipsam talis professionis desertricem, merito esse damnandam.*

Ubi *indicandam* exponet alius: ego autem mutabo in, *vindicandam*, cujus loco ceteræ editiones, *non esse violandam*; legamque, *imposita ab Episcopo veste viduali, vindicandam*. Id.

3. Συγγηρᾷ.] Al. συνηγορεῖ ἀνθρώποις, μή. Lectio diversa, συνηγορεῖ, corrupta est ex συγγηρᾷ. Id.

4. Εἰργόμεθα] Al. εἰργόμενα. Id. — Sic & cod. Vind. Cler.

5. Ἐπορκιστής.] Initio fungebantur hoc munere omnes Christiani. In Tertulliano de Idololatria cap. 11. *Quo ore Christianus turarius, si per templa transibit, fumantes aras despuet, & exsufflabit, quibus ipse prospexit? qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam cellarium præstat? Ille quidem si excluserit dæmonium, non sibi placeat de fide, neque enim inimicum exclusit; facile debuit de eo impetrare quem quotidie pascit.* Quem locum e multis unum selegi, ut indicarem cujusdam viri docti jocularem errorem: quod Tertullianus illic doceat, solitos a parenti-

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



φοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμα ἰαμάτων, δι' ἀποκαλύψεως ὑπὸ Θεοῦ ἀναδείκνυται, φανερᾶς οὔσης πᾶσι τῆς ἐν αὐτῷ χάριτος. ἐὰν δὲ χρεία αὐτῷ γένηται εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, χειροτονεῖται.

A per Christum, adventu Spiritus sancti. Qui enim accepit Charisma seu donum sanationum, per revelationem a Deo declaratur, cunctisque manifesta est gratia quæ est in ipso. Si autem opus eo fuerit in Episcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum, ordinatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ'.

Σίμων ὁ Κανανίτης, περὶ τοῦ ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος.

Σίμων δὲ ὁ Κανανίτης, κἀγὼ διατάσσομαι ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος. ἐπίσκοπος ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων χειροτονείσθω. ἐὰν δέ τις ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῇ ἐπισκόπου, καθαιρείσθω, καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτόν. ἐὰν δὲ ἀνάγκη καταλάβῃ ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῆναι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πλείονας παραγενέσθαι διωγμοῦ ὄντος, ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ψήφισμα κομιζέσθω τῆς ἐπιτροπῆς πλειόνων ἐπισκόπων.

CAPUT XXVII.

Simon Cananita de Episcopo, a quot debeat ordinari.

Et vero ego Simon Cananæus constituo, a quot ordinari Episcopus debeat. Episcopus a tri-
B bus vel duobus Episcopis ordinetur. Si quis autem ordinatus fuerit ab uno Episcopo, deponatur, & ipse, & is qui ordinavit eum. Quod si necessitas incidens coegerit, ab uno ordinari, eo quod propter persecutionem, aut aliam similem caussam plures interesse non possint; afferat auctoritatem mandati plurium Episcoporum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κη'.

Τοῦ αὐτοῦ κανόνες περὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, καὶ λοιπῶν κληρικῶν.

Ὁ Αὐτὸς, διατάσσομαι περὶ κανόνων. ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· χειροθετεῖ, χειροτονεῖ, προσφέρει, εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει, [1] παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς· [2] ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικὸν ἄξιον ὄντα καθαιρέσεως, πλὴν ἐπισκόπου· μόνος γὰρ οὐχ οἷός τε. πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· εὐλογίας δέχεται παρὰ ἐπισκόπου, καὶ συμπρεσβυτέρου, ὡσαύτως ἐπιδίδωσι συμπρεσβυτέρῳ· χειροθετεῖ, οὐ χειροτονεῖ· οὐ καθαίρει, ἀφορίζει δὲ τοὺς ὑποβεβηκότας, ἐὰν ὦσιν ὑπεύθυνοι τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ. διάκονος οὐκ εὐλογεῖ, οὐ δίδωσιν εὐλογίαν, λαμβάνει δὲ παρὰ ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου· [3] οὐ βαπτίζει. οὐ προσφέρει, τοῦ δὲ ἐπισκόπου προσενεγκόντος ἢ τοῦ πρεσβυτέρου, αὐτὸς ἐπιδίδωσι τῷ λαῷ, οὐχ ὡς ἱερεὺς, ἀλλ' ὡς διακονούμενος ἱερεῦσι. τῶν δὲ ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ διακόνου ἔργον ποιῆσαι οὐδενὶ ἐξόν. διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ· ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ διάκονοι, ἐπιτελεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦ φυλάττειν τὰς θύρας, καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας, διὰ τὸ εὐπρεπές. διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον, ἀναγνώστην, ψάλτην, διακόνισσαν, ἐὰν ᾖ τι τοιοῦτον μὴ παρόντος πρεσβυτέρου· ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι, οὔτε μὴν [4] ἀναγνώστην, οὔτε ψάλ-

CAPUT XXVIII.

Ejusdem Canones de Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & reliquis Clericis.

C Idem ipse, constituo de Canonibus. Episcopus benedicit, non benedicitur; manus imponit, ordinat, offert; benedictionem ab Episcopis accipit, a Presbyteris vero nequaquam. Episcopus deponit omnem Clericum dignum qui deponatur, excepto Episcopo: id enim solus non potest. Presbyter benedicit, non benedicitur: benedictionem recipit ab Episcopo, & a Compresbytero; eamque pariter, Compresbytero dat: manus imponit; non ordinat: non deponit; segregat autem ac excommunicat inferiores, si eam pœnam mereantur. Diaconus non benedicit, non dat benedictionem, accipit vero ab Episcopo, & Presbytero: non baptizat: non offert; ipse vero, cum Episcopus aut Presbyter obtulit, dat populo, non tamquam sa-
D cerdos, sed tamquam ministrans sacerdotibus. Nulli autem ex reliquis Clericis licet opus Diaconi facere. Diaconissa non benedicit: sed nec peragit quidquam eorum, quæ Presbyteri aut Diaconi faciunt; dumtaxat januas custodit; & Presbyteris, quando baptizantur mulieres, ministrat, propter decorum. Diaconus excommunicat Subdiaconum, Lectorem, Cantorem, Diaconissam; si absente Presbytero res id postulet. Subdiacono non licet segregare, neque Lectorem, neque Cantorem,

bus exorcizari proprios filios: quasi per *alumnos*, Afrorum doctissimus intelligeret liberos; cum ita vocet dæmones, quod mercibus turarii pascerentur. Idem Septimius de præscriptione Hæreticorum cap. 41. procacitatem mulierum Hæreticarum insectatur, quæ exorcismos agere audebant. Postea charisma expellendi dæmones paucioribus a Deo concessum est, sive ex Clero, sive de plebe: Origenes lib. 7. contra Celsum paullo post initium. Atque hos solos Exorcistas agnoscebat Ecclesia Pseudo-Clementis nostri, carens, instar plurimarum, Exorcistis certo genere Clericorum. Cot.

1. Παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς.] *Sine ulla contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur.* Hebr. VII. 7 Additur a Nicolao Papa Epist. 8. nullum jus inferiores habere ut benedicant præpositis suis. Interdum tamen per humilitatem majores minoribus virtute præstantibus caput submittebant. Ut de quodam sancto Monacho refertur apud Severum Dialogo 1. cap. 14. *Episcopi quoque sanctissimi*, inquit, *sacerdotali auctoritate deposita, contingi se ab eo, atque benedici humiliter postulantes, sanctificatos se, ac divino munere illustratos, quoties manum illius vestemque contigerant, non immerito crediderunt.* Id.

2. Ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικόν.] Hoc jus primum fuisse discimus etiam ex Epist. Cypriani 65. & Hieronymi 53. 61. Sed ei postea derogatum est, ob quorumdam tyrannicam licentiam: juxta effatum Concilii Hispa-
E lensis 2. *Episcopus Sacerdotibus ac Ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest*: can. 6. Cujus canonis extrema, mutile ac depravate leguntur apud Reginonem Appendice 1. cap. 31. sic, *sed præstanti Synodali judicio quod Canon de illis præceperit.* pro, *sed præsentati Synodali judicio, quod Canon de illis præceperit, definiri.* (repete ex præcedentibus, *poterit.*) Ceterum circa celeberrimam depositionem Arii Presbyteri, & sociorum, nactus in Bibliotheca Regis, Codice 2417. Alexandri Alexandrini Allocutionem ineditam, dignissimam quæ heic attexeretur judicavi. Cot. — Exstat infra in Append. num. XVII.

3. Οὐ βαπτίζει &c. usque ad οὐδενὶ ἐξόν.] Citatur in fine Responsionum Nicetæ Heracleensis ad Interrogationes Constantini Episcopi, prout exstant in Mss. tribus ad calcem Matthæi Blastaris, duobus Regiis, tertio Joliano. Cot.

4. Ἀναγνώστην, οὔτε ψάλτην, οὔτε διακόνισσαν.] Silentio tegi non debet varia lectio Codicis Regii qui notatur numero 2392. ἀναγνώστῃ, ἢ ψάλτῃ, ἢ διακονίσσῃ. Id.

τὴν, οὔτε διακόνισσαν, οὐ κληρικὸν, οὐ λαϊκόν. ὑπηρέται γάρ εἰσι διακόνων.

A neque Diaconissam; non Clericum, non Laicum: ministri enim sunt Diaconorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κθ'.

Περὶ εὐλογίας ὕδατος καὶ ἐλαίου, τοῦ Ματθαίου διάταξις.

Περὶ δὲ ὕδατος καὶ ἐλαίου, ἐγὼ Ματθαῖος διατάσσομαι. εὐλογείτω ὁ ἐπίσκοπος τὸ ὕδωρ, ἢ τὸ ἔλαιον· ἐὰν δὲ μὴ παρῇ, εὐλογείτω ὁ πρεσβύτερος, παρεστῶτος τοῦ διακόνου. ἐπὰν δὲ ὁ ἐπίσκοπος παρῇ, παριστάσθω ὁ πρεσβύτερος καὶ ὁ διάκονος· λεγέτω δὲ οὕτως· κύριε Σαβαὼθ, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, κτίστα τῶν ὑδάτων καὶ χορηγὲ τοῦ ἐλαίου, οἰκτίρμον καὶ φιλάνθρωπε, ὁ δοὺς τὸ ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν, καὶ ἔλαιον τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον εἰς ἀγαλλίαμα εὐφροσύνης· αὐτὸς καὶ νῦν διὰ Χριστοῦ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο καὶ ἔλαιον, ἐπ' ὀνόματι τοῦ προσκομίσαντος, ἢ τῆς προσκομισάσης, καὶ δὸς δύναμιν ὑγείας ἐμποιητικὴν, νόσων ἀπελαστικὴν, δαιμόνων φυγαδευτικὴν, πάσης ἐπιβουλῆς διωκτικὴν, διὰ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT XXIX.

De benedictione aquæ & olei, Matthæi Constitutio.

De aqua autem & oleo, constituo ego Matthæus. Benedicat Episcopus aquam, & oleum. Sin vero non adsit; benedicat Presbyter, præsente Diacono. Quando autem aderit Episcopus; assistant Presbyter, & Diaconus: hunc vero in modum dicat: Domine Sabaoth, Deus virtu-
B tum; creator aquarum, & largitor olei: misericors, & hominum studiose; qui dedisti aquam ad potum ac expurgationem, & oleum ad exhilarandum vultum in exsultationem lætitiæ: ipse & nunc per Christum sanctifica hanc aquam atque hoc oleum, nomine illius qui obtulit, aut illius quæ obtulit; & da vim effectricem sanitatis, morborum expultricem, dæmonum fugatricem, omnium insidiarum profligatricem, per Christum [a] spem nostram; cum quo tibi gloria, honor ac veneratio, & sancto Spiritui, in sæcula. Amen:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λ'.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν.

C

Ὁ Αὐτὸς, περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν. ἔτι προστάσσω, πᾶσαν ἀπαρχὴν προσκομίζεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις, εἰς διατροφὴν αὐτῶν· πᾶσαν δὲ δεκάτην προσφέρεσθαι, εἰς διατροφὴν τῶν λοιπῶν κληρικῶν, καὶ τῶν παρθένων, καὶ τῶν χηρῶν, καὶ τῶν ἐν πενίᾳ ἐξεταζομένων. αἱ γὰρ ἀπαρχαὶ τῶν ἱερέων εἰσὶ, καὶ τῶν αὐτοῖς ἐξυπηρετουμένων διακόνων.

CAPUT XXX.

Ejusdem, de primitiis & decimis.

Idem, de primitiis & decimis. Adhuc injungo, ut omnes primitiæ afferantur Episcopo, & Presbyteris, & Diaconis, ad eorum alimentum; utque omnes decimæ offerantur, ad alendos reliquos Clericos, & virgines, ac viduas, & paupertate afflictos. Primitiæ enim, sacerdotum sunt, atque iis ministrantium Diaconorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λα'.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ περισσευμάτων.

D

Ὁ Αὐτὸς, περὶ περισσευμάτων διατάσσομαι· [1] τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ· τῷ ἐπισκόπῳ μέρη τέσσαρα, πρεσβυτέρῳ μέρη τρία, διακόνῳ μέρη δύο· τοῖς δὲ ἄλλοις, ὑποδιακόνοις, ἢ ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ διακονίσσαις, μέρος ἕν. τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ἕκαστον τιμᾶσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν· ἡ γὰρ ἐκκλησία οὐκ ἀταξίας, ἀλλ' εὐταξίας ἐστὶ διδασκαλεῖον.

CAPUT XXXI.

Ejusdem, de iis quæ supersunt.

Idem, de reliquiis constituo. Eulogias quæ in mysticis oblationibus supersunt, Diaconi ex voluntate Episcopi aut Presbyterorum distribuant Clero; Episcopo partes quatuor, Presbytero partes tres, Diacono partes duas; cæteris vero, Subdiaconis, vel Lectoribus, vel Cantoribus, vel Diaconissis, partem unam. Id enim pulcrum & coram Deo acceptum est, unumquemque secundum suam dignitatem honorari: nam Ecclesia non confusionis, sed ordinis est schola.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λβ'.

Κανόνες διάφοροι Παύλου τοῦ ἀποστόλου, περὶ τῶν προσιόντων τῷ βαπτίσματι, τίνας δεῖ προσδέχεσθαι, καὶ τίνας ἀποβάλλεσθαι.

E

Κἀγὼ Παῦλος ὁ τῶν ἀποστόλων ἐλάχιστος, τάδε διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυ-

CAPUT XXXII.

Varii Canones Paulli Apostoli de iis qui accedunt ad Baptismum; quos oporteat admittere, & quos rejicere.

Et ego Paullus, [b] Apostolorum minimus, hæc de Canonibus constituo vobis Episcopis, & Pres-

a I. Tim. I. 1. b 1. Cor. xv. 9.

1. Τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας.] Intellige quidquid panis & vini oblatum fuerit a populo, nec fuerit a sacerdote consecratum. Joannes Moschus Prati spiritualis cap. 25. ἐπέμφθη ἐνέγκαι εὐλογίας ἀπὸ Ἱεριχοῦ, καὶ βαστάζων τὰς εὐλογίας, & cetera, quæ velim legas. In Socrate Hist. lib. 7. cap. 2. de Chrysantho Novatiano Episcopo; ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν οὐδὲν ἐδέξατο, πλὴν κατὰ κυριακὴν δύο ἄρτους τῶν εὐλογιῶν ἐλάμβανεν. *Ab Ecclesiis nihil accepit, præter duos panes Eulogiarum, singulis diebus Dominicis.* Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν, οἱ κληρικοὶ διανεμέσθωσαν, &c. *Quæ ad sacrificium offeruntur, post ea quæ in mysteriorum usum consumuntur, Clerici dividant*, est canon 7. Theophili Alexandrini; ad quem operæ pretium fuerit consulere Theodorum Balsamonem. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

τέροις, περὶ κανόνων. οἱ πρώτως προσιόντες τῷ μυστηρίῳ τῆς εὐσεβείας, διὰ τῶν διακόνων προσαγέσθωσαν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις· καὶ τὰς αἰτίας ἐξεταζέσθωσαν, οὗ χάριν προσῆλθον τῷ κυριακῷ λόγῳ· οἵτε προσενεγκόντες μαρτυρείτωσαν αὐτοῖς, ἀκριβώσαντες τὰ κατ' αὐτούς. ἐξεταζέσθωσαν δὲ αὐτῶν καὶ οἱ τρόποι, καὶ ὁ βίος, καὶ εἰ δοῦλοί εἰσιν ἢ ἐλεύθεροι. καὶ ἐὰν πιστοῦ δοῦλος ᾖ, ἐρωτάσθω ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰ μαρτυρεῖ αὐτῷ· ἐὰν δὲ μή, ἀποβαλλέσθω, ἕως ἂν ἑαυτὸν ἄξιον ἐπιδείξῃ τῷ δεσπότῃ· εἰ δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, προσδεχέσθω. εἰ δὲ ἐθνικοῦ ᾖ οἰκέτης, διδασκέσθω ἀρέσκειν τῷ δεσπότῃ, ἵνα μὴ βλασφημῆται ὁ λόγος. εἰ μὲν οὖν ἔχει γυναῖκα, ἢ ἡ γυνὴ ἄνδρα, διδασκέσθωσαν ἀρκεῖσθαι ἑαυτοῖς· εἰ δ' ἄγαμοί εἰσι, μανθανέτωσαν μὴ πορνεύειν, ἀλλὰ γαμεῖν νόμῳ. εἰ δ' ὁ δεσπότης αὐτοῦ πιστὸς ὤν, καὶ εἰδὼς ὅτι πορνεύει, οὐ δίδωσιν αὐτῷ γυναῖκα, ἢ τῇ γυναικὶ ἄνδρα, ἀφοριζέσθω. ἐὰν δέ τις δαίμονα ἔχῃ, διδασκέσθω μὲν τὴν εὐσέβειαν, μὴ προσδεχέσθω δὲ [1] εἰς κοινωνίαν πρὶν ἂν καθαρισθῇ· εἰ δὲ θάνατος κατεπείγοι, προσδεχέσθω. εἴ τις πορνοβοσκός· ἢ παυσάσθω τοῦ μαστροπεύειν, ἢ ἀποβαλλέσθω. πόρνη προσιοῦσα, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. εἰδωλοποιὸς προσιών, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσίῃ ἀνήρ, ἢ γυνή, ἢ [2] ἡνίοχος, ἢ μονομάχος, ἢ σταδιοδρόμος, ἢ [3] λουδεμπιστής. ἢ Ὀλυμπικός, ἢ χοραύλης, ἢ [4] κιθαριστής, ἢ λυριστής, ἢ ὁ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος, ἢ κάπηλος· ἢ παυσάσθωσαν, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν. στρατιώτης προσιών, διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις· πειθόμενος, προσδεχέσθω· ἀντιλέγων δέ, ἀποβαλλέσθω. ἀρρητοποιὸς κίναιδος, [5] βλάξ, μάγος, ἐπαοιδός, ἀστρολόγος, μάντις, θηρεπῳδός, [6] λώταξ, ὀχλαγωγός, [7] περιάμματα ποιῶν, περικα-

byteris. Qui primo ad Mysterium pietatis accedunt; Episcopo vel Presbyteris per Diaconos adducantur; & caussas exquirantur, quare se ad verbum Domini adjunxerint: quique obtulerunt, testimonium eis præbeant, diligenter exploratis quæ ad eos spectant. Examinentur autem eorum mores ac vita; & an servi sint, vel liberi. Atque si fidelis seu Christiani servus fuerit; interrogetur dominus ejus, utrum ei testimonium perhibeat: si non perhibet, rejiciatur, donec domino probaverit, dignum se esse; si vero ei perhibet testimonium, admittatur. Quod si Ethnici sit famulus; doceatur [a] placere domino, ut verbum & Christiana religio non aspergatur infamia. Rursus si habet uxorem, aut mulier virum; edoceantur se mutuo, conjuges, esse contenti: sin vero non sunt matrimonio conjuncti; discant non scortari, sed legitimo sociari connubio. Si autem dominus ejus, cum sit fidelis, & sciat quod ille scortetur, non dat ei uxorem, aut mulieri virum, excommunicetur. Si quis vero dæmonem habeat: doceatur quidem pietatem, sed non recipiatur ad communionem, antequam mundetur: tamen si mors urgeat, recipiatur. Si quis est leno; aut definat perductorem agere, aut repellatur. Meretrix quæ accedit; aut desistat, aut rejiciatur. Idolorum artifex, cum accedit, aut desistat, aut rejiciatur. Scenicorum si quis accedat, vir sive femina; vel auriga, vel gladiator, vel stadii cursor, vel lanista seu ludorum curator, vel Olympicus, vel choraules, vel citharista, vel lyristes, vel saltationem ostentans, vel caupo; hi aut finem faciant, aut rejiciantur. Miles accedens, doceatur [b] nemini injuriam inferre, non calumniari, contentus esse sibi datis stipendiis: obtemperans his, admittatur; repugnans, rejiciatur. Nefandæ libidinis perpetrator,

a Tit. II. 9. 5. b Luc. III. 14.

1. Εἰς κοινωνίαν.] Id est, fidelium societatem per Baptismum, ut legenti patebit. Falluntur itaque Monachi illi apud Balsamonem p. 229. qui de communione Eucharistiæ accipiunt; sic interrogantes Constantinopolitanam Synodum sub Nicolao Patriarcha habitam; εἰ δεῖ τὸν δαιμονιζόμενον μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων· ὁ μὲν γὰρ ἅγιος Τιμόθεος εἰς τὰς πρὸς αὐτὸν ἐρωτήσεις εἶπεν ἄλλως, καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἄλλως, καὶ οἱ μεταγενέστεροι ἄλλως. *An oporteat dæmoniacum communicare sacramentis. Sanctus enim Timotheus in sibi propositis Quæstionibus aliter dixit, & sancti Apostoli aliter, & recentiores aliter.* De Baptismo Energumenorum agitur etiam, Canone Eliberitano 37. Quæstione 2. laudati Timothei pag. 1060. Balsamonis canone 15. Concilii Arausicani 1. & cap. 76. Capitularis Attonis tom. 1. Acheriani Spicilegii. COT.

2. Ἡνίοχος.] Ad hunc canonem, & Eliberitanum, ac Arelatenses, apposite adjungetur elegans Historia ex vita Hilarionis per Hieronymum: *Auriga Gazensis, in curru percussus a dæmone, totus obriguit, ita ut nec manus agitare, nec cervicem posset reflectere. Delatus ergo in lecto, cum solam linguam moveret ad preces, audivit non prius posse sanari, quam crederet in Jesum, & se sponderet arti pristinæ renuntiaturum. Credidit, spopondit, sanatus est, magisque de animæ quam de corporis salute exsultavit.* Augustinus de opere Monachorum cap. 13. *Nec effractor aut latro erat, nec auriga, aut venator, aut histrio, aut turpilucrus.* Tertullianum prætereo, cum aliis. ID.

3. Λουδεμπιστής.] Codice Regio 772. qui continet λέξεις ἐκ τῶν διατάξεων, cum acuto in penultima λουδεμπίστης, est aut lanista, qui Glossis λουδοτρόφος; aut potius ludi procurator, ut appellatur a Tacito; is cui ludorum ac munerum publicorum cura credita est. Lexicon Phavorini, λουδεμπιστής, ὁ ἄρχων τῶν παιγνίων. λοῦδοι γὰρ τὰ παίγνια παρὰ Ῥωμαίοις. Hinc Glossa marginalis Libri Regii 2392. ad locum Constitutionum, quantum fugientem scripturam assequi mihi licuit, τουτέστι ὁ πρῶτος τῶν παιγνιωτῶν, ὁ καί τινα θεάματα ποιῶν πρὸς γέλωτα, λοῦδα τοῖς Ῥωμαίοις εἰρημένα. Vide supra Constit. lib. 5. Nimirum errant Græci, qui ad libidinem hoc vocis trahunt. In Lexico Stephani apud Meursium; λουδεμπιστής ἀρρητοποιός. Et Ms. Regio 2392. λουδεμπιστής, ἑρμηνεύεται ὁ διακοριστής, ἤγουν ὁ παρθενοφθόρος· λοῦδος γὰρ παρὰ τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ ἡ φθορά. ID.

4. Κιθαριστής, ἢ λυριστής.] Notat Helladius apud Photium Bibliothecæ codice penult. Græcos dicere κιθάραν & κιθαριστὴν, dicere λύραν, sed non dicere λυριστήν. Hoc de Prima Græcia: postea enim λυριστὴς quoque in usu fuit. Lexicon Græco-Latinum vetus, λυριστής, fidicinarius. Pari modo Latini mediæ ætatis Lyristem usurpant. Unde Lyristria Augustino III. contra Julianum cap. 11. ID.

5. Βλάξ.] Significat mollem, lascivum, ignavum, supinum, jactatorem, fatuum. Optima Glossa heic, ἄλλως οἱ Ἀθηναῖοι τὸν προβατώδη λέγουσι. ID.

6. Λώταξ.] Docente Eustathio, qui circa lotum laborabat, λώταξ dicebatur. Id vero hominum genus, quia vile fuit, malum ac erroneum, eapropter λώτακες dicti mendici vagantes atque nebulones. οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς προσαιτοῦντας, οὓς λώτακας ἡμῖν ἔθος καλεῖν; πῶς περίιασι, πῶς καὶ αὐτοὺς ἐλεοῦμεν; ἀλλ' ὅμως τούτοις οὐδὲ συγγνώμη τίς ἐστιν. οὐδὲ γὰρ συγγινώσκομεν αὐτοῖς, ὅταν κυβεύοντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἀπολλύωσι. *Non vides hos mendicos, quos solemus vocare Lotagas? quo modo circumeant, quo modo etiam eorum misereamur? Sed tamen iis non datur ulla venia. Neque enim iis ignoscimus, quando alea ludentes, suas vestes perdunt.* Chrysostomus Homilia 13. in Epistolam ad Ephesios. In Scholiis nostris ad λώταξ annotatur, si bene tantum non deleta lego, καὶ οἷον τις παιγνιώτης θυμελικὸς δι' εὐτραπελίαν γέλωτα ποιῶν. At alterius Græci eodem in Ms. 2392. alibi observatio est, ἡ δὲ λώταξ φωνὴ ποιά τις ἐστὶν ἐκ τοῦ ἀποτελουμένου λεγομένη. ἔστι δὲ τοιοῦτόν τι τὸ λεγόμενον· ἐπιδεικνύμενοί τινες τὸ παλαιὸν τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην, βοκόλια (lege aut intellige βαυκάλια) στρογγύλα πληροῦντες οἴνου, εἰς ὕψος ἀνέπεμπον. καὶ εἴπερ ἠχή τις ἐγένετο τῷ ἀναφέρεσθαι τὸ καυκάλιον, σημεῖον τοῦτο ἐποιοῦντο ἀγάπης, τῷ ποιῷ τοῦ ἤχου τὸ ποσὸν συμμετροῦντες αὐτῆς. Lexicon Phavorini; λώταξ; ὁ ληστής, ἢ ὁ μῦρα ἀλειφόμενος, ἢ ὁ καταδαπανῶν ἐν τοῖς αἰσχροῖς τὸν βίον αὐτοῦ, ὡς ὁ πόρνος, καὶ ὁ ἀνδρόγυνος· ἢ ὁ αὐλητής, &c. Aliud Lexicon Græco-Latinum Cod. Reg. 85. λωτοφάγοι. delicate viventes. Apud Hesychium, λωτός, τρώγημά τι, καὶ αὐλὸς &c. ID.

7. Περιάμματα ποιῶν.] Corrige etiam e Ms. Regio 18. 8. locum in Euchologio, seu Græcorum Rituali, p. 341. τὰς γοητείας, καὶ τὰς ἐπῳδάς, καὶ τοῖς περιάσμασι, καὶ τοῖς φυλακαρίοις. leg. περιάμμασι, & φυλακτηρίοις. Quid sint περιάμματα, ut & φυλακτήρια, si ignores, docebunt te plurimi. A Scholiaste memorato Regii codicis, περιάμ-

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

θαίρων, οἰωνιστὴς, [1] συμβολοδείκτης, [2] παλμῶν ἑρμηνεὺς, [3] φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως, ἢ ποδῶν, ἢ ὀρνίθων, γαλῶν, ἢ ἐπιφωνήσεων, ἢ παρακροαμάτων συμβολικῶν· χρόνῳ δοκιμαζέσθωσαν· δυσέκνιπτος γὰρ ἡ κακία· παυσάμενοι οὖν προσδεχέσθωσαν, μὴ πειθόμενοι δὲ ἀποβαλλέσθωσαν. [4] παλλακή τινος ἀπίστου δούλη, ἐκείνῳ μόνῳ σχολάζουσα, προσδεχέσθω· εἰ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους ἀσελγαίνει, ἀποβαλλέσθω. πιστὸς ἐὰν ἔχῃ παλλακὴν, εἰ μὲν δούλην, [5] παυσάσθω, καὶ νόμῳ γαμείτω· εἰ δὲ ἐλευθέραν, ἐκγαμείτω αὐτὴν νόμῳ· εἰ δὲ μὴ, ἀποβαλλέσθω. Ἑλληνικοῖς τις ἔθεσιν ἐξακολουθῶν, ἢ Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, ἢ μεταθέσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. θεατρομανίᾳ εἴ τις πρόσκειται, ἢ κυνηγίοις, ἢ [6] ἱπποδρομίοις, ἢ ἀγῶσιν· ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. ὁ μέλλων κατηχεῖσθαι, τρία ἔτη κατηχείσθω· εἰ δὲ σπουδαῖός τις ᾖ, καὶ εὔνοιαν ἔχει περὶ τὸ πρᾶγμα, προσδεχέσθω· ὅτι οὐχ ὁ χρόνος, ἀλλ' ὁ τρόπος κρίνεται· [7] ὁ διδάσκων, εἰ καὶ λαϊκὸς ᾖ, ἔμπειρος δὲ τοῦ λόγου, καὶ τὸν τρόπον σεμνὸς, διδασκέτω· ἔσονται γὰρ πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. πᾶς πιστὸς ἢ πιστὴ, ἕωθεν ἀναστάντες ἐξ ὕπνου, πρὸ τοῦ ἔργον ἐπιτελέσαι, [8] νιψάμε-

cinædus, lascivus, magus, incantator, astrologus, vates, captator carminum magicorum, mendicus, agyrta, circulator, amuleta faciens, lustrans, augur, ominum & signorum monstrator, palpitationum interpres; in occursu observans vitia oculorum aut pedum, vel observans aves, aut mustelas, aut voces, aut symbolicas auditiones: probentur tempore: vix enim elui potest malitia: cum igitur desierint, admittantur; si non pareant, rejiciantur. Concubina cujuspiam infidelis mancipium, illi soli dedita, admittatur; si autem etiam cum aliis petulanter agit, rejiciatur. Fidelis, qui habet concubinam; si servam, desinat, & legitime ducat uxorem; si liberam, eam in uxorem legitimam accipiat; si nolit, rejiciatur. Qui Gentilium mores sectatur vel Judaicas fabulas, aut mutet vitam, aut repellatur. Si quis animum addicit insaniæ theatri, aut venationibus, aut equestribus cursibus, aut ludorum certaminibus; vel cesset, vel rejiciatur. Qui erit Catechumenus, per tres annos Catechesi informetur: quod si studiose se gerit, & rei desiderio tenetur, admittatur: quia non tempus, sed vitæ institutum perpenditur. Qui docet, quamvis

ματα ποιῶν exponitur, περικρεμάσας ἐν νόσοις ἢ ἐν φίλτροις. COT.

1. Συμβολοδείκτης.] Commemorat S. Gregorius Nyssenus συμβολομαντείας, in Epistola de Pythonissa. οἰωνοσκοπίας, συμβολομαντείας, χρηστήρια, ἡπατοσκοπίας, νεκυίας, ἐνθουσιασμοὺς, κατὰ κωλιὰς ἐμπνεύσεις. quo loci doctissimus interpres frustra solicitat κατὰ κωλιὰς, ut substituat κατοχικὰς *numinis instinctus*. κατὰ κωλιὰς enim *per pudenda* significat. *Auguria, divinationes per symbola, oracula, haruspicia, mortuorum evocationes, furiosos afflatus, per pudenda inspirationes*. Aperta sunt verba Origenis tom. 3. in Celsum; διὰ τοῦ Πυθίου στομίου περικαθεζομένῃ τῇ καλουμένῃ προφήτιδι πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων ὑπεισέρχεται τὸ μαντικὸν ὁ Ἀπόλλων τὸ καθαρὸν ἀπὸ γηΐνου σώματος. Vide Chrysostomum initio Catenæ in Jeremiam apud Ghislerium. συμβολικός. συμβολικῶς μαντεύεσθαι. in Cyrillo lib. 10. contra Julianum, ad finem. Porro nihil frequentius in libris omnium gentium linguarumque omnium occurrit symbolis, seu signis superstitiosis. Scholiastes noster ad περικαθαίρων. διὰ θυσιῶν δοκῶν κωλύειν νόσους ἢ ἁμαρτίας. ad οἰωνιστής. ἤτοι ὀρνεοσκόπος. ad συμβολοδείκτης. ὁ διὰ συμβόλου τι ὑποδεικνύων πονηρόν. ID.

2. Παλμῶν ἑρμηνεύς.] Epiphanius in Expositione fidei num. 24. παλμῶν παρατηρήσεις. Quæ duo loca infeliciter tractavit infelix Magnus Miscellaneorum lib. 4. cap. ult. exponens de extispicibus, extorum inspectione ac palpitatione. Nec felicius in editione Petaviana Epiphanii, παλμῶν παρατηρήσεις vertitur *sortitiones*. παλμὸς est alicujus membri palpitatio & subsultatio, dicta saltus, saltio, & salissatio; unde salitores & salissatores, qui inde aliquid fausti vel infausti augurabantur; augurio quod appellant παλμικὸν, παλματικὸν, & παλμαστικόν. Scripserant ea de re Sibylla Erythræa, Posidonius, & alii multi: citatque Meursius Exercitationum Criticarum parte 1. p. 114. 115. verba Melampodis Hierogrammatei ex Opere inscripto, περὶ παλμῶν μαντικὴ, πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα. De παλμῶν παρατηρήσει optime omnium Auctor Quæstionum ad Orthodoxos, inter Opera Justini Martyris, Quæst. 19. IDEM.

3. Φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως, (al. ὄψεων) ἢ ποδῶν] Pari modo S. Chrysostomus Homil. 21. ad populum Antiochenum; πολλάκις ἐξελθὼν τις τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ, εἶδεν ἄνθρωπον ἑτερόφθαλμον, ἢ χωλεύοντα, καὶ οἰωνίσατο. *Sæpe domum quis suam egressus hominem* [illegible] *culum, vel claudicantem, & ominatus est*. Item S. Basilius ad Esaiæ II. 6. ID.

4. Παλλακή τινος ἀπίστου δούλη.] Nota sunt ex multis Auctoribus, eoque non pluribus explicanda, duo concubinarum genera: illicitum plane, earum quæ clam, ad tempus, libidinis solius caussa assumuntur: aliudque permissum aliquando atque toleratum, feminarum publice in perpetuum ad suscipiendos liberos ductarum, [illegible] tamen dotalibus instrumentis. Sed [illegible] non adscribere B. Augustini locum, qui [illegible] ad Consultationem facit. [illegible]

5. Παυσάσθω, [illegible]

cere, *& uxorem certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis*. respondet Leo Papa inquirenti Rustico Narbonensi, Epist. 92. ID.

6. Ἱπποδρομίοις, ἢ ἀγῶσιν.] Tres veteres libri habent in hoc fragmento, ἱπποδρομικοῖς ἀγῶσιν. Et infra, εἰ δέ τις λόγος κατηχήσεως γίνεται, πρωτιμησάτωσαν &c. Ac postea unus ex illis, ἀμενῶς προσκείσθωσαν. ID.

7. Ὁ διδάσκων &c.] Codice Regio 1026. Ἐκ τῶν διατάξεων Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου· περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν.

Ὁ διδάσκων, εἰ καὶ λαϊκὸς εἴη, &c. Hic canon canoni 64. Trullano opponitur in alio Ms. Regis 1818. his verbis; τούτῳ δέ τινες ἀντιτύπτοντες, κανόνα παραφέρουσιν ἕτερον, ἐκτεθειμένον, ὅς φασι, ὑπὸ τοῦ μεγίστου τῶν ἀποστόλων Παύλου, οὕτως ἔχοντα· ὁ διδάσκων εἰ καὶ λαϊκὸς εἴη, &c. usque ad διδακτοὶ θεοῦ. Hoc est; *Huic autem canoni sextæ Synodi quidam repugnantes, canonem alium proferunt, expositum, ut ajunt, a maximo Apostolorum Paullo, sic habentem; Qui docet, etsi laicus sit*, &c. Respondet ille nescio quis, diversitatem oriri ex temporum diversitate: quando pauci erant Christiani, iique inter alia charismata accipiebant donum doctrinæ; & quando multi facti sunt Christiani, & charisma illud cessavit cum aliis donis. Subdit posteriores canones legesque prævalere prioribus. Nicon Monachus in Pandecte, Opere inedito. Ejusdem Gazæ Regiæ χειμηλίῳ cap. 8. Ἐκ τῆς διατάξεως τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Παύλου. Ὁ διδάσκων εἰ καὶ λαϊκὸς εἴη, &c. [illegible] Ὅρα πῶς ἐπιτρέπει λαϊκοὺς διδάσκειν, ὅπερ ἡ ἕκτη σύνοδος ἐν τῷ ἑξηκοστῷ τετάρτῳ κανόνι κωλύει, καὶ ἐπιτιμᾷ τοὺς φιλαρχίαν νοσοῦντας, καὶ [illegible] ἐπιτροπῆς αὐθαδῶς τῷ διδάσκειν δημοσίᾳ ἐπιτηδεύοντας. Legere potes super ea quæstione, in utramque partem, Eusebii Historiam Eccles. lib. 6. c. 19. Concilii Carthaginiensis 4. canonem 98. & Leonis PP. Epistolas 62. & 63. qui ultimus locus citatur in Capitularibus Addit. 4. cap. 19. Atqui lib. 3. cap. ult. docere Presbyterorum esse officium Noster dicit. Interpretor de [illegible] ordinario, aut de concionibus publicis in Ecclesia, ad fideles. ID.

8. Νιψάμενοι.] Lavatione ad puritatem corporis, non item animæ. Nam supra lib 6. cap. 6. damnantur Hemerobaptistæ. [illegible] ait Os aureum Hom. 21. in Genesim, τὴν ὄψιν τοῦ σώματος [illegible] Facit [illegible] Apud incertum Auctorem Operis imperfecti in Matthæum, Homilia [illegible] seu potius ad cap. 6. vers. 17. *Et* [illegible] Sic a S. Augustino lib. 2. de sermone Domini in monte cap. 12. dicitur, faciem quotidiana consuetudine [illegible] Atque eodem trahitur a Livineio locus Theodori Studitæ in Catechesi 5. quem sic scriptum reperit [illegible] correxit autem hoc [illegible] ac vert [illegible] Verum mutandum duntaxat e Codice Regio, [illegible] in [illegible] unde exsurgit [illegible] In [illegible] quæ debentur diligentiæ viri doctissimi [illegible]

SÆCUL.III. CIRCA ANN. CHR. 230.

νοι, προσλεχέσθωσαν· εἰ δέ τις λόγου κατήχησις γένηται, [1] προτιμησάτω τοῦ ἔργου τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας. ὁ πιστὸς, ἢ ἡ πιστὴ, τοῖς οἰκέταις εὐμενῶς προσεχέτωσαν· καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διεταξάμεθα, καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐδιδάξαμεν.

A laicus sit, modo peritus in sermone ac morum probitate ornatus, doceat: [a] *Erunt* enim *omnes a Deo docti*. Omnis Christianus, vel Christiana, mane ex somno surgentes, antequam opus faciant, lavent ac precentur: si autem aliqua sermonis Catechesis agatur, operi quisque anteponat verbum pietatis. Fidelis vir, vel fidelis mulier, benigne se habeant erga famulos: sicut & in præcedentibus constituimus, & in Epistolis [b] docuimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λγ'.

Οἵας ἡμέρας δεῖ ἀργεῖν τοὺς οἰκέτας.

[2] ΕΓὼ Παῦλος, καὶ ἐγὼ Πέτρος, διατασσόμεθα. [3] ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας· [4] σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας. τὸ μὲν γὰρ σάββατον [5] εἴπομεν, δημιουργίας λόγον ἔχειν· τὴν δὲ κυριακὴν, ἀναστάσεως. [6] τὴν μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν οἱ δοῦλοι· ὅτι ἡ μὲν πάθους ἐστὶν, ἡ δὲ ἀναστάσεως, καὶ χρεία διδασκαλίας, τίς ὁ παθὼν καὶ ἀναστὰς, ἢ τίς ὁ συγχωρήσας, ἢ καὶ [7] ἀναστήσας. τὴν ἀνάληψιν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ πέρας τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας. τὴν πεντηκοστὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν δωρηθεῖσαν τοῖς πιστεύσασιν εἰς Χριστόν. τὴν [8] τῶν γενεθλίων ἑορτὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τὴν ἀπροσδόκητον C χάριν δεδόσθαι ἀνθρώποις, γεννηθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου. [9] τὴν τῶν ἐπιφανίων ἑορτὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀνάδειξιν γεγενῆσθαι τῆς Χριστοῦ θεότητος, μαρτυρήσαντος αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ τοῦ παρακλήτου ἐν εἴδει περιστερᾶς ὑποδείξαντος τοῖς παρεστῶσι τὸν μαρτυρηθέντα. [10] τὰς ἡμέρας τῶν ἀποστόλων ἀργείτωσαν· διδάσκαλοι γὰρ ὑμῶν εἰς Χριστὸν [11] κατέστησαν, καὶ πνεύματος ὑμᾶς ἠξίωσαν. τὴν ἡμέραν Στεφάνου

CAPUT XXXIII.

Quibus diebus famuli debeant feriari.

B EGo Paullus, & ego Petrus, constituimus. Servi operentur quinque diebus: Sabbato autem & Dominica, vacent in Ecclesia, propter doctrinam pietatis. Dicimus enim Sabbatum quidem rationem habere creationis: Dominicam vero, resurrectionis. Magna hebdomade tota, & ea quæ illam sequitur, servi otientur: quia illa, passionis est; hæc, resurrectionis; & opus est doceri, quis sit qui passus est ac resurrexit, item quis sit qui pati permisit, quique resuscitavit. Ascensio sit dies feriatus; propter finitam tunc œconomiam Christi. In Pentecoste ferientur; ob Spiritus sancti adventum, concessum iis qui in Christum crediderunt. Festo Natalis cessent ab opere; eo quod tunc hominibus tributum fuit inexspectatum beneficium (*vel* gaudium) ut, nempe, Dei Verbum Jesus Christus ex Maria virgine nasceretur ad mundi salutem. In Epiphaniæ festo vacent; quia in eo demonstrata est Christi divinitas, quando Pater testimonium ei præbuit in Baptismo, & [c] Paracletus in specie columbæ ostendit eum, cui perhibitum erat testimonium. In Apostolorum diebus opus non faciant: doctores enim vestri fuerunt in Christo, vosque Spiritu donarunt. In die Stephani, primi Martyris ferientur, atque in diebus ceterorum san-

a Joan. VI. 45. *b* Ephes. VI. Coloss. IV. Philem. *c* Luc. III.

fisii, pag. 160. ἀναστὰς τῷ πρωῒ, περιζώννυται κατὰ τὸ ἔθος τῆς Χριστιανικῆς πολιτείας τὴν ἰδίαν αὐτοῦ ζώνην, καὶ νιψάμενος τὸ πρόσωπον, ἐξήει τοῦ οἴκου, πορευόμενος θεῷ προσεύξασθαι. Aristeas; ὡς δὲ ἔθος ἐστὶ πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις, ἀπονιψάμενοι τῇ θαλάσσῃ τὰς χεῖρας, ὡς ἂν ηὔξαντο πρὸς τὸν θεὸν, ἐτρέποντο πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν. COT.

1. Προτιμησάτω] Al. προτιμησάσθωσαν. ID.

2. Ἐγὼ Παῦλος καὶ ἐγὼ Πέτρος.] Anastasius editus Quæst. 64. ἡμεῖς Πέτρος καὶ Παῦλος. At Ms. ἐγὼ Πέτρος καὶ Παῦλος, quemadmodum in Typico S. Sabæ fol. 135. in Regis Mss. 1110. 2336. 2392. 2430. & in Niconis inedito Pandecte serm. 57. & 58. Interdum, licet rarius, Paullus nominatur ante Petrum. Sic in Ignatio interpolato ad Magnesianos 10. ad Trallianos 5. in Pseudo-Ignatio ad Antiochenos 7. Sic etiam apud alios, verbi gratia Origenem Homil. 25. in Numeros, 2. in Judices, 2. in Ezechielem; Eusebium Hist. lib. 7. cap. 18. ubi tamen a Rufino & Nicephoro Paullus postponitur; Gregorium Nazianzenum Orat. 16. sub finem, Chrysostomum lib. de Virginitate cap. 82. & serm. de mansuetudine non multo ante finem. Paullus Silentiarius de magna Ecclesia, seu sancta Sophia, editus a diffusissimæ lectionis viro stupendæque doctrinæ Carolo *Du Fresne*, post Notas ad Historiam Joannis Cinnami p. 518.

Ἱστάμενοι δ' ἑκάτερθε δύω κήρυκε Θεοῖο,
Παῦλος ὅλης σοφίης θεοδέγμονος ἔμπλεος ἀνὴρ,
Καὶ σθεναρὸς κληδοῦχος ἐπουρανίων πυλεώνων,
Αἰθερίοις δεσμοῖσιν ἐπιχθονίοις τε κελεύων.
Ab utraque parte stant duo Dei præcones,
Paullus vir omni divina sapientia plenus,
Et cælestium januarum fortis claviger,
Cælestibus & terrestribus imperans vinculis. ID.

3. Ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι.] Cod. Reg. 2392. 2430. & Niconis Pandectes, ἐργάζεσθαι τοὺς λαοὺς. Membranæ notatæ num. 2336. ἐργάζεσθαι τοὺς λαϊκοὺς. Al. ἐργάζεσθαι τοὺς D δούλους. IDEM.

4. Σάββατον δὲ σχολαζέτωσαν.] Aliter visum Patribus Laodicenis can. 29. Lege Ignatii Epist. interpol. ad Magnes. cap. 9. ibique diligentissimum Usserium. Pro eo quod sequitur, διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας, Anastasii libri impressi exhibent, διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας. manifesto vitio. nam ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας correctio marginalis est vocis corruptæ, τῆς ἐκκλησίας. Mox ex varia lectione scribi potest, τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἴπομεν, διὰ τὸ δημιουργίας λόγον ἔχειν. ID.

5. Εἴπομεν] Al. εἴπωμεν διὰ τό. ID.

6. Τὴν μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν, καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν.] Huc præter leges Imperatorum, pertinent loca Epiphanii Hæresi 70. cap. 12. Chrysostomi Homilia in magnam hebdomadam tom. 3. & Augustini Sermone habito Dominica in Albis, 19. Sirmondianorum; item Canones, Concilii Matisconensis 2. 2. Trullanus 66. cum interpretatione Balsamonis, Meldensis 77. Triburiensis 12. Engelenheimensis 6. Theodulfi 41. Nicephori confessoris 9. E Hebdomas autem passionis appellatur magna, major, authentica, sancta, aurea, pœnosa, & simpliciter Hebdomas. IDEM.

7. Ἀναστήσας] Al. ἀναστήσας ἡμᾶς. Et statim Anastas. τρίτον, τὴν ἀνάλ. ID.

8. Τὴν —— ἑορτὴν] Anastas. τὴν γενέθλιον ἑορτήν. Mox al. χαράν. ID.

9. Τὴν τῶν ἐπιφανίων ἑορτὴν.] Anastas. impress. & Cod. Reg. 200. ut in Typico, τὴν ἐπιφάνειαν. Cod. vero Reg. 1110. 1789. τὴν ἐπιφανίαν. Supra Mss. 2336. 2392. 2430. θεοφανίων, ut Nicon Monachus; & Liber Synodicus Ms. Reipublicæ Augustanæ citatus ab Hœschelio in Notatiunculis ad Ὁμιλίας quorumdam Patrum p. 550. 551. ID.

10. Τὰς ἡμέρας τῶν ἀποστόλων &c.] Anastas. τῶν ἁγίων ἀπ. IDEM.

11. Κατέστησαν] Al. κατεστάθησαν. Anastas. γεγόνασι. Mox idem Anastas. πνεύματος ἁγίου. ID.

τοῦ πρωτομάρτυρος ἀργείτωσαν, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων μαρτύρων, τῶν προτιμησάντων Χριστὸν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς.

A ctorum Martyrum, qui Christum prætulerunt vitæ suæ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λδ'.

Ποίας ὥρας, καὶ διατὶ ἐν ταύταις δεῖ προσεύχεσθαι.

[1] Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου, καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ, καὶ ἐννάτῃ, καὶ ἑσπέρᾳ, καὶ ἀλεκτοροφωνίᾳ. ὄρθρου μὲν, εὐχαριστοῦντες ὅτι ἐφώτισεν [2] ὑμῖν ὁ κύριος, παραγαγὼν τὴν νύκτα, καὶ ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν. τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ κύριος. ἕκτῃ δὲ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη. ἐννάτῃ δὲ, ὅτι πάντα κεκίνητο τοῦ δεσπότου ἐσταυρωμένου, φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ κυρίου τὴν ὕβριν. ἑσπέρᾳ δὲ, εὐχαριστοῦντες ὅτι ὑμῖν ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῶν μεθημερινῶν κόπων, τὴν νύκτα· ἀλεκτρυόνων δὲ κραυγῇ, διὰ τὸ τὴν [3] ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν, τῆς ἡμέρας, εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων. [4] εἰ μὴ δυνατὸν ἐν ἐκκλησίᾳ προϊέναι διὰ τοὺς ἀπίστους, κατ' οἶκον συνάξεις, ὦ ἐπίσκοπε· ἵνα μὴ εἰσέρχηται εὐσεβὴς εἰς ἐκκλησίαν ἀσεβῶν· οὐχ ὁ τόπος γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἁγιάζει, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τὸν τόπον. ἐὰν δὲ ἀσεβεῖς κατέχωσι τὸν τόπον, φευκταῖος σοι ἔστω, διὰ τὸ βεβηλῶσθαι ὑπ' αὐτῶν· ὡς γὰρ οἱ ὅσιοι ἱερεῖς ἁγιάζουσιν, οὕτως οἱ ἐναγεῖς μιαίνουσιν. εἰ μήτε ἐν οἴκῳ, μήτε ἐν ἐκκλησίᾳ συναθροισθῆναι δυνατὸν, ἕκαστος παρ' ἑαυτῷ ψαλλέτω, ἀναγινωσκέτω, προσευχέσθω ἢ καὶ ἅμα δύο, ἢ τρεῖς· ὅπου γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. πιστὸς, μετὰ κατηχουμένου μήτε κατ' οἶκον προσευχέσθω. οὐ γὰρ δίκαιον τὸν μεμυημένον μετὰ τοῦ ἀμυήτου συμμολύνεσθαι· εὐσεβὴς μετὰ αἱρετικοῦ, μήτε κατ' οἶκον συμπροσευχέσθω· τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; πιστὸς ἢ πιστὴ δοῦλοι [5] συναφθέντες, ἢ ἀφιστάσθωσαν, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν.

CAPUT XXXIV.

Quibus horis, & quare in eis precandum sit.

PRecationes facite mane, & tertia hora, ac sexta, & nona, & vespere, atque in gallicinio. Mane: gratias agentes, quod Dominus, abducta nocte, & inducto die, illuminavit nos. Tertia hora: quoniam in ea Dominus sententiam B damnationis excepit a Pilato. Sexta: quod in ea crucifixus est. Nona: quia cuncta, crucifixo Domino, commota sunt, dum horrent impiorum Judæorum temeritatem, nec ferre possunt contumeliam Domino illatam. Vespere: gratias agentes, quod nobis noctem dederit, laborum diurnorum requietem. In gallorum cantu: eo quod illa hora nuntiet adventum diei, ad facienda opera lucis. Si propter infideles impossibile est ad Ecclesiam procedere, in domo aliqua congregationem facies, Episcope; ne pius ingrediatur in ecclesiam impiorum: non enim locus hominem sanctificat; sed homo locum. Quod si impii locum detineant; fugiendus tibi sit, ut pote ab iis profanatus: quemC admodum enim pii sacerdotes sanctificant; ita impuri polluunt. Si neque in domo, neque in Ecclesia congregatio potest agitari; unusquisque apud se psallat, legat, precetur; vel duo aut tres simul: [a] *Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Fidelis, ne domi quidem oret cum Catechumeno: non enim æquum est, initiatum cum non initiato coinquinari. Pius, cum Hæretico nec domi comprecetur: [b] *Quæ enim societas luci ad tenebras?* Christianus vel Christiana, conditionis servilis, conjuncti; aut separentur, aut rejiciantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λε'.

Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ Χριστοῦ διάταξις περὶ ἑσπερινοῦ.

ΚΑγὼ Ἰάκωβος, ἀδελφὸς μὲν κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ, δοῦλος δὲ ὡς Θεοῦ μονογενοῦς, ἐπίσκοπος δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων Ἱεροσολύμων χειροτονηθεὶς, τάδε φημί· ἑσπέρας γενομένης, συναθροίσεις τὴν ἐκκλησίαν, ὦ ἐπίσκοπε, καὶ μετὰ τὸ ῥηθῆναι [6] τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμὸν, [7] προσφωνήσει ὁ διάκονος ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων, καὶ χειμαζομένων, καὶ τῶν φωτιζομένων, καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ, ὡς προείπομεν. μετὰ δὲ τὸ ἀπολυθῆναι αὐ-

D

CAPUT XXXV.

Jacobi fratris Christi Constitutio de Vespertino Officio.

ET ego Jacobus, frater quidem Christi secundum carnem, servus autem ejus ut Dei unigeniti, Episcopus vero Hierosolymorum ab ipso Domino & ab Apostolis ordinatus, hæc dico: Cum fuerit vespera, congregabis Ecclesiam, o Episcope; & postquam dictus fuerit Psalmus Lucernalis, recitabit Diaconus orationes pro Catechumenis, Energumenis, Competentibus & Pœnitentibus, ut supra diximus (Cap. v. &c.). Cumque ii

a Matth. xviii. 20. *b* II. Cor. vi. 14.

1. Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου, &c.] Hieronymus in Epitaphio Paullæ Epist 27. cap. 10. *Mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per ordinem Psalterium cantabant*. similiterque Epist. 7. & 8. Idem aut alius, exponens Psalm. 119. sub finem Commentariorum in Psalmos; *Hora tertia oramus: hora sexta oramus: nona lucernarium facimus:* (præstat sic distinguere, quam cum Menardo Concord. Regul. p. 368. legere, *Nona oramus, Vespera Lucernarium facimus*. aut post Goarum Euchologii p. 30. *nona* explicare, post nonam) *media nocte consurgimus: deinde gallicinio oramus*. Moxque: *Hora tertia; sexta; nona; lucernarium; me[illegible] ctis; gallicinio, mane primo*. ad eum mod[illegible] punxi, ut hæc præcedentibus responderent; quod non a[illegible] fiet, ni mane primum sit velut explicatio gallicinii. Vide Cassianum lib. 3. de Cœnob. instit. cap. 4. De horis canonicis viri docti plures accurate disputarunt. Cot.

2. Ὑμῖν] Al. ἡμᾶς. Et ita Anastasius, qui & paullo E post ὑμῖν. Id.

3. Ὥραν] Anastas. ὥραν ἐκείνην. Id.

4. Εἰ] Anastas. καὶ εἰ. Et mox προϊέναι — κατ' οἶκον. Id.

5. Συναφθέντες.] Haud dubitandum quin loquatur de illicita conjunctione, qui præcepit cap. 32. ut domini servis scortantibus conjuges dent. Sed perplacet lectio duorum Codicum, δοῦλοι συναφθέντες. Id.

6. Τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμόν.] Dixi ad lib. 2. cap. 59. Nec assentior magnæ doctrinæ viro Usserio: qui in Diatriba de Symbolis &c. non satis distinxit Psalmum lucernalem ab Hymno vespertino. Id.

7. Προσφωνήσει.] Intelligit edicta precesque Diaconi cum orationibus Episcopi. Ita sæpe in hoc Opere [illegible] φωνεῖν & προσφωνεῖν, quando indicuntur preces, [illegible] cum aliis oratur. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

τοὺς, ὁ διάκονος ἐρεῖ· ὅσοι πιστοὶ, δεηθῶμεν τοῦ κυρίου. καὶ μετὰ τὸ προσφωνῆσαι αὐτὸν τὰ τῆς πρώτης εὐχῆς, ἐρεῖ·

A dimissi fuerint, Diaconus dicet: Qui fideles sumus, oremus Dominum. Et postquam recitaverit illa quæ in prima oratione, dicet:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λϛʹ.

Προσφώνησις ἐπιλύχνιος.

ΣΩσον καὶ ἀνάστησον ἡμᾶς, ὁ Θεὸς, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου. ἀναστάντες αἰτησώμεθα τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ, [1] τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα, Χριστιανὰ τὰ τέλη. τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν νύκτα εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀκατάγνωστον αἰτησώμεθα. ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι Θεῷ, διὰ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθῶμεν, καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχόμενος, λεγέτω·

CAPUT XXXVI.

Oratio Lucernalis.

SErva & suscitati nos, Deus, per Christum tuum. Suscitati, postulemus misericordias Domini atque miserationes ejus, Angelum paci præpositum, bona & conducibilia, finem vitæ Christianum. Vesperam noctemque pacatam ac peccato vacuam, cunctumque vitæ nostræ tempus irreprehen- B sum postulemus. Nos ipsos, atque invicem viventi Deo, per Christum ejus commendemus. Ac Episcopus orans, dicat:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λζʹ.

Εὐχαριστία ἐπιλύχνιος.

Ο Ἄναρχος Θεὸς καὶ ἀτελεύτητος, ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς διὰ Χριστοῦ καὶ κηδεμὼν πρὸ δὲ πάντων αὐτοῦ Θεὸς καὶ πατὴρ, [2] ὁ τοῦ πνεύματος κύριος, καὶ τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν βασιλεὺς, ποιήσας ἡμέραν πρὸς ἔργα φωτὸς, καὶ νύκτα εἰς ἀνάπαυσιν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν· σὴ γάρ ἐστιν ἡμέρα, καὶ σή ἐστιν ἡ νὺξ, σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον· αὐτὸς νῦν, δέσποτα, φιλάνθρωπε καὶ πανάγαθε, εὐμενῶς πρόσδεξαι τὴν ἑσπερινὴν εὐχαριστίαν ἡμῶν ταύτην. ὁ διαγαγὼν ἡμᾶς τὸ μῆκος τῆς ἡμέρας, καὶ ἀγαγὼν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, φύλαξον ἡμᾶς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου, εἰρηνικὴν παράσχου τὴν ἑσπέραν, καὶ τὴν νύκτα ἀναμάρτητον, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς τῆς αἰωνίου ζωῆς, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· κλίνατε τῇ χειροθεσίᾳ. καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· Θεὲ πατέρων, καὶ κύριε τοῦ ἐλέους, ὁ τῇ σοφίᾳ σου κατασκευάσας ἄνθρωπον τὸ λογικὸν ζῶον, τὸ θεοφιλὲς τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ δοὺς αὐτῷ τῶν ἐπὶ τῆς χθονὸς ἄρχειν, καὶ καταστήσας γνώμῃ σῇ ἄρχοντας καὶ ἱερεῖς, τοὺς μὲν πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ζωῆς, τοὺς δὲ πρὸς λατρείαν ἔννομον· αὐτὸς καὶ νῦν ἐπικάμφθητι, κύριε παντοκράτωρ, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν λαόν σου, τοὺς κάμψαντας αὐχένα καρδίας αὐτῶν, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς διὰ Χριστοῦ, δι' οὗ ἐφώτισας ἡμᾶς φῶς γνώσεως, καὶ ἀπεκάλυψας ἡμῖν σαυτόν· μεθ' οὗ σοι καὶ ἡ ἐπάξιος ὀφείλεται προσκύνησις παρὰ πάσης λογικῆς καὶ ἁγίας φύσεως, καὶ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε ἐν εἰρήνῃ. ὡσαύτως ὄρθρου, ὁ διάκονος, μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ὀρθρινὸν, καὶ ἀπολῦσαι αὐτὸν τοὺς κατηχουμένους, καὶ χειμαζομένους, καὶ βαπτιζομένους, καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ, καὶ τὴν ὀφειλομένην ποιήσασθαι προσφώνησιν, ἵνα μὴ πάλιν λέγωμεν τὰ αὐτὰ, ἐπιφερέτω μετὰ τό· σῶσον αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἀνάστησον ἐν τῇ χάριτί σου· αἰτησώμεθα παρὰ κυρίου τὰ ἐλέη αὐτοῦ καὶ τοὺς οἰκτιρμοὺς, τὸν ὄρθρον τοῦτον καὶ τὴν ἡμέραν, εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς παρεπιδημίας ἡμῶν, τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης,

CAPUT XXXVII.

Gratiarum actio Lucernalis.

DEus, principii expers ac fine carens, omnium per Christum opifex & rector, ante cuncta vero illius Deus ac Pater, Spiritus Dominus, & eorum quæ intelligi ac sentiri possunt rex; qui fecisti diem ad opera lucis, & noctem ad requiem infirmitatis nostræ: [a] *Tuus enim est dies, & tua* C *est nox; tu aptasti lucem & solem*: ipse & nunc, Domine, hominum amator, ac optime, suscipe clementer hanc nostram gratiarum actionem vespertinam. Qui traduxisti nos per diei longitudinem, & duxisti ad noctis initia; custodi nos, per Christum tuum; tranquillam præbe vesperam, & noctem peccato liberam; atque nos vita æterna dignare, per Christum tuum; per quem tibi gloria, honor ac veneratio, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Et Diaconus dicat: Inclinate ad manuum impositionem. Ac dicat Episcopus: Deus patrum, ac Domine misericordiæ, qui Sapientia tua fabricatus es hominem, animal ratione præditum, maxime ex iis quæ in terra sunt carum Deo; & D tribuisti ei, ut imperaret rebus terrestribus; quique voluntate tua principes ac sacerdotes constituisti; illos quidem ad vitæ securitatem; hos vero ad legitimum cultum: ipse nunc etiam inflectere, Domine omnipotens, & ostende faciem tuam super populum tuum, eos qui cervicem cordis sui incurvarunt; & benedic eis per Christum, per quem illustrasti nos lumine cognitionis, ac revelasti nobis te ipsum; cum quo ab omni rationali & sancta natura debetur tibi adoratio condigna, & Spiritui Paracleto, in sæcula. Amen. Et Diaconus dicat: Exite in pace. Similem in modum mane, Diaconus, cum dictus fuerit Psalmus matutinus, cumque ipse dimiserit Catechumenos, Energumenos, Com- E petentes ac Pœnitentes, feceritque solemnem precationem; (ne iterum eadem referamus;) post illud; Serva nos Deus, & suscita in gratia tua; subjungat: Postulemus a Domino misericordias ejus atque miserationes, hoc matutinum & hunc diem, cunctumque peregrinationis nostræ tempus pacatum ac peccato vacuum, Angelum paci præpositum, fi-

[a] Psal. LXXIII. 16.

1. Τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης.] Celebratur Angelus pacificus seu pacis a Basilio Epist. 239. a Chrysostomo sæpe, a Liturgiis passim. In antiquis Pœnitentialibus Joan. Morini p. 22. *Det tibi Dominus Angelum pacis custodem*, &c. Similes vero Angelos ex SS. Patribus disces: Angelum orationis, ex Tertulliano de oratione cap. 12. Angelos matrimonii, ex eodem ad uxorem lib. 2. cap. ult. Angelum Baptismi, lib. de Baptismo cap. 4. 5. puerperii, seu humanæ structuræ in utero, ex eodem de anima cap. 37. consentientibus Rabbinis; Angelos vocationis Gentium, ex Origene ad Matthæi XXII. 8. Angelum gratiæ Hanaelem, ab eodem Adamantio ad Rom. XII. 3. S. Basilii Liturgia ex Arabico versa, sub finem; *& Angelus hujus diei benedicti*. Lege quod notavi ad finem procemii lib. 2. Hermæ. COT.

2. Ὁ τοῦ πνεύματος κύριος.] Durissima locutio, Macedonianismum redolens. ID.

χριστιανὰ τὰ τέλη, ἵλεων καὶ εὐμενῆ τὸν Θεόν. ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι Θεῷ διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ παραθώμεθα. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχόμενος, λεγέτω·

A nem vitæ Chriſtianum, Deum propitium & clementem. Nos ipſos, & mutuo, viventi Deo commendemus per Unigenitum ejus. Ac Epiſcopus orans, dicat:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λη'.

Εὐχαριστία ὀρθρινή.

Ο Θεὸς ὁ τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκὸς, ὁ ἀσύγκριτος καὶ ἀπροσδεὴς, ὁ δοὺς τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, τὴν δὲ σελήνην καὶ τὰ ἄστρα εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς, καὶ πρόσδεξαι τὰς ἑωθινὰς ἡμῶν εὐχαριστίας, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς· οὐ γὰρ διεπετάσαμεν τὰς χεῖρας ἡμῶν πρὸς θεὸν ἀλλότριον· οὐ γάρ ἐστιν ἐν ἡμῖν θεὸς πρόσφατος, ἀλλὰ σὺ ὁ αἰώνιος καὶ ἀτελεύτητος. ὁ τὸ εἶναι ἡμῖν διὰ Χριστοῦ παρασχόμενος, καὶ τὸ εὖ εἶναι δι' αὐτοῦ δωρησάμενος· αὐτὸς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ καταξίωσον καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς· μεθ' οὗ σοι δόξα καὶ τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· κλίνατε τῇ χειροθεσίᾳ. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω, λέγων·

CAPUT XXXVIII.

Gratiarum actio matutina.

Spirituum [a] & omnis carnis Deus, incomparabilis ac nullius rei indigus; qui dediſti ſolem, ut præeſſet diei; lunam vero & ſtellas, ut præeſſent nocti: ipſe & nunc reſpice ſuper nos oculis benevolis; ac ſuſcipe matutinas noſtras gratiarum actio-
B nes; & miſerere noſtri: [b] non enim expandimus manus noſtras ad deum alienum; ſiquidem non eſt in nobis deus recens, ſed tu æternus ac immortalis. Qui nobis per Chriſtum præbuiſti ut eſſemus, quique per eumdem donaſti ut bene eſſemus; ipſe nos per eum dignare æterna vita: cum quo tibi gloria, honor, veneratio, & ſancto Spiritui, in ſæcula. Amen. Tum Diaconus dicat: Inclinate ad manus impoſitionem. Ac Epiſcopus oret, his verbis:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ λθ'.

Χειροθεσία ὀρθρινή.

Ο Θεὸς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, ὁ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας καὶ μυριάδας τοῖς ἀγαπῶσί σε, ὁ φίλος ταπεινῶν, καὶ πενήτων προστάτης, οὗ πάντα ἐν χρείᾳ καθέστηκεν, ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σου· ἔπιδε τὸν λαόν σου τοῦτον, τοὺς κεκλικότας σοι τὰς ἑαυτῶν κεφαλὰς, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς εὐλογίαν πνευματικὴν, φύλαξον αὐτοὺς ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ, διατήρησον αὐτοὺς ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ καταξίωσον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ ἠγαπημένῳ σου παιδί· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· προέλθετε ἐν εἰρήνῃ. ἐπὶ δὲ ταῖς προσφερομέναις ἀπαρχαῖς, οὕτως εὐχαριστεῖ ὁ ἐπίσκοπος·

CAPUT XXXIX.

C *Impoſitio manus matutina.*

Deus fidelis, & verax; [c] qui facis miſericordiam in millia & dena millia, diligentibus te; amicus humilium, & pauperum defenſor; quo univerſa opus habent, quia cuncta tibi ſerva ſunt: reſpice in populum tuum hunc, in hos qui inclinarunt tibi capita ſua, & benedic eis benedictione ſpirituali; [d] cuſtodi eos, ut pupillam oculi; conſerva eos in pietate ac juſtitia; & eos vita æterna dignare, in Chriſto Jeſu dilecto Filio tuo; cum quo tibi gloria, honor atque cultus, & ſancto Spiritui, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Et Diaconus dicat: Exite in pace.
D Ceterum pro primitiis quæ offeruntur, Epiſcopus gratias agit hunc in modum:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μ'.

Ἐπίκλησις ἐπὶ ἀπαρχῶν.

Εὐχαριστοῦμέν σοι, κύριε παντοκράτωρ, δημιουργὲ τῶν ὅλων καὶ προνοητὰ, διὰ τοῦ μονογενοῦς σου παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ἐπὶ ταῖς προσενεχθείσαις σοι ἀπαρχαῖς, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν, ἀλλ' ὅσον δυνάμεθα. τίς γὰρ ἀνθρώπων ἐπαξίως εὐχαριστῆσαί σοι δύναται, ὑπὲρ ὧν δέδωκας αὐτοῖς εἰς μετάληψιν; ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντων τῶν ἁγίων· ὁ πάντα τελεσφορήσας διὰ τοῦ λόγου σου, καὶ κελεύσας τῇ γῇ παντοδαποὺς ἐκφῦσαι καρποὺς εἰς εὐφροσύνην καὶ τροφὴν ἡμετέραν· ὁ δοὺς τοῖς νωθεστέροις καὶ βληχώδεσι [1] χεῖλον, χλοηφάγοις χλόην· καὶ τοῖς μὲν κρέα, τοῖς δὲ σπέρματα, ἡμῖν δὲ σῖτον πρὸς τροφὴν πρόσφορον καὶ κατάλληλον, καὶ ἕτερα διάφορα, τὰ μὲν πρὸς χρῆσιν, τὰ δὲ πρὸς ὑγείαν, τὰ δὲ πρὸς τέρψιν. ἐπὶ τούτοις οὖν ἅπασιν ὑπερύμνητος ὑπάρχεις, τῆς εἰς πάντας εὐεργεσίας, διὰ Χριστοῦ· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. ἐπὶ δὲ τῶν ἐν Χριστῷ ἀναπαυσαμένων, μετὰ

CAPUT XL.

Invocatio pro primitiis.

Gratias agimus tibi, Domine omnipotens, omnium opifex ac proviſor, per unigenitum Filium tuum Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, pro oblatis tibi primitiis; non quantum debemus, ſed quantum poſſumus. Quis enim hominum condigne poteſt gratias tibi agere, pro iis quæ dediſti ipſis ad participandum? Deus Abrahami, &
E Iſaaci, & Jacobi, omniumque ſanctorum: qui cuncta ad perfectionem ac maturitatem perduxiſti per Verbum tuum, & terræ juſſiſti progignere omnis generis fructus ad lætitiam & alimoniam noſtram: qui dediſti hebetioribus ac ſtupidioribus pabulum ſucci, herbivoris herbam: & aliis quidem carnes, aliis vero ſemina, nobis autem frumentum ad cibum aptum ac convenientem: item diverſa alia, partim ad uſum, partim ad ſanitatem, partim ad oblectationem. Pro his igitur omnibus, ſumme laudandus es, de tua erga omnes beneficentia, pei Chriſtum; per quem tibi gloria, honor & ve-


a Num. XVI. 22. b Pſal. LXXX. 10. c Exod. XXXIV. & XX. d Pſal. XVI. 8.

1. Χεῖλον] Forte χόλον. Cot.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

τὸ φωνῆσαι τὰ τῆς προσευχῆς, ἵνα μὴ πάλιν λέγωμεν, ὁ διάκονος προσθήσει καὶ ταῦτα·

neratio, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Porro de iis qui in Christo requieverunt; postquam Diaconus clara voce protulerit ea quæ Oratio complectitur, (ne eadem repetamus,) adjiciet etiam hæc:



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μα'.

Προσφώνησις ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων.

Ὑπὲρ ἀναπαυσαμένων ἐν Χριστῷ ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ὁ προσδεξάμενος αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, [1] παρείδῃ αὐτῷ πᾶν ἁμάρτημα ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον, καὶ ἵλεως καὶ εὐμενὴς γενόμενος, κατατάξῃ εἰς χώραν εὐσεβῶν, ἀνειμένων εἰς κόλπον Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, μετὰ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων, καὶ ποιησάντων τὸ θέλημα αὐτοῦ· ἔνθα ἀπέδρα, ὀδύνη, καὶ λύπη καὶ στεναγμός. ἐγειρώμεθα. ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ἀϊδίῳ Θεῷ διὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ λόγου παραθώμεθα. καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· ὁ τῇ φύσει ἀθάνατος καὶ ἀτελεύτητος, παρ' οὗ πᾶν ἀθάνατον καὶ θνητὸν γέγονεν· ὁ τὸ λογικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον τὸν κοσμοπολίτην, θνητὸν ἐν κατασκευῇ ποιήσας, καὶ ἀνάστασιν ἐπαγγειλάμενος· ὁ τὸν Ἐνὼχ καὶ τὸν Ἠλίαν θανάτου πεῖραν μὴ ἐάσας λαβεῖν· [a] ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, οὐχ ὡς νεκρῶν, ἀλλ' ὡς ζώντων Θεὸς εἶ· ὅτι πάντων αἱ ψυχαὶ παρὰ σοὶ ζῶσι, [b] καὶ τῶν δικαίων τὰ πνεύματα ἐν τῇ χειρί σου εἰσὶν, ὧν οὐ μὴ ἅψηται βάσανος· [c] πάντες γὰρ ἡγιασμένοι ὑπὸ τὰς χεῖράς σου εἰσίν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, ὃν ἐξελέξω, καὶ προσελάβου εἰς ἑτέραν λῆξιν, καὶ συγχώρησον αὐτῷ εἴ τι ἑκὼν ἢ ἄκων ἐξήμαρτε, [2] ἀγγέλους εὐμενεῖς παράστησον αὐτῷ, καὶ κατάταξον αὐτὸν ἐν τῷ κόλπῳ τῶν πατριαρχῶν καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀποστόλων καὶ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων, ὅπου οὐκ ἔνι λύπη, ὀδύνη καὶ στεναγμὸς, ἀλλὰ χῶρος εὐσεβῶν ἀνειμένος, καὶ γῆ εὐθείων συνανειμένη· καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ὁρώντων τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ σου· δι' οὗ σοὶ δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, εὐχαριστία, προσκύνησις, ἐν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· κλίνατε, καὶ εὐλογεῖσθε. καὶ ὁ ἐπίσκοπος εὐχαριστείτω ὑπὲρ αὐτῶν, λέγων τοιάδε· [d] σῶσον, κύριε, τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου· ποίμανον αὐτοὺς ὑπὸ τὴν δεξιάν σου, καὶ σκέπασον αὐτοὺς ὑπὸ τὰς πτέρυγάς σου, καὶ δὸς αὐτοῖς [e] τὸν ἀγῶνα ἀγωνίσασθαι καλὸν, τὸν δρόμον τελέσαι, τὴν πίστιν τηρῆσαι ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου παιδός· μεθ' οὗ σοὶ δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

CAPUT XLI.

Oratio pro mortuis.

PRO fratribus nostris qui in Christo requieverunt, oremus: ut hominum amans Deus, qui animam defuncti suscepit, ei remittat omne peccatum voluntarium ac non voluntarium, & propitius clemensque factus, collocet eum in regione piorum, quiescentium in sinu Abrahami, Isaaci & Jacobi, cum omnibus qui a sæculo placuerunt Deo, ac ejus voluntatem fecerunt; unde aufugit dolor, tristitia & gemitus. Surgamus. Nos ipsos, & invicem, æterno Deo commendemus, per Verbum quod erat in principio. Ac Episcopus dicat: Qui natura es immortalis, ac fine carens; a quo cuncta immortalia & mortalia orta sunt; qui animal rationale hominem, civem mundi, in fabricatione effecisti mortalem, & resurrectionem promisisti; qui Henochum ac Eliam non sivisti mortis experimentum capere: [a] Deus Abrahami, Deus Isaaci & Deus Jacobi; non tamquam mortuorum, sed tamquam viventium es Deus; quia cunctorum animæ apud te vivunt, & [b] spiritus justorum in manu tua sunt, quos non tanget cruciatus; omnes enim sanctificati, [c] sub manibus tuis sunt: ipse & nunc respice super servum tuum hunc, quem selegisti, & assumsisti in aliam sortem; & condona ei, si quid volens aut invitus deliquit; atque Angelos ei exhibe placidos; atque colloca eum in sinu Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, omniumque qui tibi a sæculo placuerunt; ubi non est tristitia, dolor, gemitus, immo locus piorum sedatus, & pariter quieta terra rectorum, eorumque qui in ea vident gloriam Christi tui; per quem tibi gloria, honor, cultus, actio gratiarum, adoratio, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Et Diaconus dicat: Inclinate, & accipite benedictionem. Et Episcopus gratias pro eis agat, hæc dicens: [d] *Salvum fac, Domine, populum tuum, & benedic hereditati tuæ*, quam acquisiisti pretioso Christi tui sanguine; pasce illos sub dextera tua, protege illos sub alis tuis; & tribue illis, ut [e] certamen bonum certent, cursum consumment, fidem servent, absque mutatione, culpa & crimine; per Dominum nostrum Jesum Christum dilectum Filium tuum; cum quo tibi gloria, honor & veneratio, atque sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

a Matth. XXII. 32. b Sap. III. 1. c Deut. XXXIII. 3. d Psal. XXVII. 9. e II. Tim. IV. 7.

1. Παρείδῃ] Forte παρίῃ. ID.

2. Ἀγγέλους εὐμενεῖς παράστησον αὐτῷ.] Angelorum officia in hominum morte, ex doctrina SS. Patrum sunt; assistere morientibus, eosque pro viribus adjuvare: piis esse ἀγγέλους εἰρήνης, placidos animæ evocatores, acceptores, exuentes eam corruptibile corporis indumentum, in cælum portantes, ad Deum deducentes δορυφοροῦντας, viæ duces ac comites, propugnatores, occursatores; impiis vero tristes, horribiles, ἀπηλιφόρους, exactores, & raptores, ad judicium acerbe pertrahentes. Ab Anastasio Sinaita Orat. in Psalmum 6. usurpatur nomen ἐκσπηλαστῶν: aut mea quidem suspicione, factum a verbo *expilo*, significans expilatores; aut, juxta conjecturam doctissimi Combefisii, formatum ex voce σπήλαιον. Prætereo externæ sapientiæ ψυχοπομπὰς, cum Mercurio πομπαίῳ, cumque Angelo mortis Samaele, seu Adriele, Asraele. Quem mortis Angelum commemorat Auctor Operis imperfecti in Matthæum, ad XXIV. 43. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μβʹ.

Πῶς δεῖ καὶ πότε γίνεσθαι τὰς τῶν κοιμηθέντων πιστῶν μνείας· καὶ ὅτι ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς, δεῖ παρέχεσθαι πένησι.

1 Ἐπιτελείσθω δὲ τρίτα τῶν κεκοιμημένων, ἐν ψαλμοῖς, καὶ ἀναγνώσεσι, καὶ προσευχαῖς, διὰ τὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐγερθέντα· καὶ 2 ἔννατα, εἰς ὑπόμνησιν τῶν περιόντων καὶ τῶν κεκοιμημένων· καὶ 3 τεσσαρακοστὰ, κατὰ τὸν παλαιὸν 4 τύπον· Μωσῆν γὰρ οὕτως ὁ λαὸς ἐπένθησε· καὶ ἐνιαύσια, ὑπὲρ μνείας αὐτοῦ. καὶ διδόσθω ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, πένησιν εἰς ἀνάμνησιν αὐτοῦ.

CAPUT XLII.

Quo modo & quando oporteat fidelium defunctorum fieri memorias; & quod ex eorum facultatibus sit pauperibus largiendum.

A Quod spectat ad mortuos; celebretur dies tertius, in Psalmis, lectionibus & precibus, ob eum qui tertia die resurrexit; item dies nonus, in recordationem superstitum & defunctorum; atque etiam dies quadragesimus, juxta veterem typum: [a] Mosem enim ita luxit populus; denique anniversarius dies, pro memoria ipsius. Ex bonis vero ejusdem detur pauperibus, ad illius commemorationem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μγʹ.

Ὅτι τοὺς ἀσεβεῖς τελευτῶντας οὐδὲν ὠφελοῦσι μνεῖαι, ἢ ἐντολαί.

Ταῦτα δὲ περὶ εὐσεβῶν λέγομεν. περὶ γὰρ ἀσεβῶν, τὰ τοῦ κόσμου δῷς πένησιν, οὐδὲν ὀνήσεις 5 αὐτόν. ᾧ γὰρ περιόντι ἐχθρὸν ἦν τὸ θεῖον, δῆλον ὅτι καὶ μεταστάντι. οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία παρ' αὐτῷ· δίκαιος γὰρ ὁ κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησε. καί· ἰδοὺ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ.

CAPUT XLIII.

Quod impios ex vita decedentes, nihil juvent memoriæ, vel mandata.

B Porro hæc de piis dicimus. Nam de impiis; licet omnia mundi bona pauperibus dederis, nihil juvabis impium. Cui enim superstiti inimicum erat Numen, manifestum est quod etiam defuncto sit infensum: neque enim [b] injustitia est apud Deum: [c] *Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit.* Et: [d] *Ecce homo, & opus ejus.*

a Deut. xxxiv. 8. *b* Joan. vii. 18. *c* Psal. x. 8. *d* Isa. lxii. 11.

1. Ἐπιτελείσθω δὲ τρίτα τῶν κεκοιμημένων, &c.] Hinc ista & sequentia sumta esse ab Orientalibus, Melchitis, Maronitis, Cophtitis & Jacobitis, præfixaque Collectionibus Conciliorum apud eos, discere est ex Abrahami Ecchellensis Maronitæ Notis ad Catalogum librorum Chaldæorum, quem Hebedjesu composuit, p. 167. &c. Eadem cum aliis itidem Apostolicarum Constitutionum cernere est, in Codicibus Conciliorum & Canonum, Arabico, & Græcis, penes Christianissimum Regem. Citantur autem ab Anastasio Quæst. 22. absque ulla diversitate primarum linearum in Ms. Regio 2206. Ad rem ipsam quod attinet, plurima congeri possent: sed ego indicatis potioribus locis, illa solummodo describam, quæ aut novitatem habent, aut lucem ab aliquo exspectant. Igitur consulat qui volet Palladii Historiam Lausiacam cap. 26. sub finem, Isidorum Pelusiotam lib. 1. Epist. 114. Justiniani Novellam 133. Damascenum Oratione de fidelibus defunctis, editionis Græcæ fol. 147. 150. Eustratium in Bibliothecæ Photianæ codice 171. Niconem de erroribus Armeniorum apud Balsamonem p. 1098. & supra ad lib. 2. cap. 24. Ambrosium Concione de obitu Theodosii, Epistolam inter Augustinianas 258. Alcuinum aut alium lib. de divinis officiis cap. 50. 51. Capitula selecta Theodori Cantuariensis n. 19. 37. 90. in ix. Spicilegio, Meletii Epistolam de Borussis, Meursii Glossarium voce τριτεννάται, Hugonem Menardum Concordiæ Regularum p. 218. & Jacobum Goar Euchologii p. 540. Jam Philippus Solitarius lib. 4. Dioptræ manu scriptæ in Regia Bibliotheca, ad hunc modum loquitur: —Locus exstat infra in Append. num. xviii.— Ad hæc corrigi debent ista apud Hincmarum capite 14. Capitulorum Presbyteris datorum anno dccclii. *Ut nullus Presbyterorum ad anniversariam diem, vel tricesimam tertiam, vel septimam alicujus defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam Presbyteri convenerint, se inebriare præsumat.* Scribo, etiam ex Reginone, Burchardo, Ivone, Gratiano; *Ut nullus Presbyterorum, ad anniversariam diem vel tricesimam, tertiam vel septimam* &c. Denique indicatum Capitulum 19. Theodori accipe, prout legendum & constituendum videtur: *Pro defuncto Monacho Missa agitur in die sepulturæ ejus, tertia die, & postea quamdiu voluerit* E *Abbas. pro Laico bono tertia vel septima,* (3. vel 7. unde tactum, *tres vel septem*) [illegible] *pro pœnitente trigesima* [illegible] (aut *propinquos*) *ejus* [illegible] *filii Israel jejunaverunt* [illegible] *voluerit Presbyter*. Respici puto id verba Ecclesiastici xxii. 13. *Luctus mortui septem dies*, & xxxviii. 16. 17. 18. quod magis patebit lecto cap. 50. libri citati de divinis officiis. Cot.

2. Ἔννατα.] Ratio, quam profert Philippus, post Eu- C stratium, evertitur a S. Cyrillo lib. 12. in Joan. p. 1104. ubi docet, μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ, Joan. xx. 26. significare diem octavum, non vero diem nonum: qua de re dixi supra. Nicephorus tamen consentit errori, scribens lib. 1. Hist. Eccl. cap. 34. p. 118. C. ἐπεὶ δ' ὀγδόη ἐξ ἐκείνης ἡμέρα διέδραμε. Hoc est, juxta meam versionem; *Postquam autem octavus ab illo dies præteriit*. Malo more, doctus Interpres in contrarium sensum reddidit; *Postquam autem deinceps octava advenit dies*. Porro ritus iste ignotus fuit Augustino; ut patet ex illius libro Quæstionum super Genesim Quæst. penult. ignotus Ambrosio, & plerisque Latinorum; damnatus autem ab eo qui putatur Alcuinus, ex loco memorato S. Augustini. Id.

3. Τεσσαρακοστά.] Al. τριακοστά, quam lectionem sequuntur Orientales nationes, & Collectio Arabica. Ea etiam confirmatur testimonio *Deut.* xxxiv. 8. in quo legimus triginta, legebantque Philo, Josephus, & alii: concordantibus Scripturæ locis duobus, Num. xx. 13. nec non Jo- D sepho lib. 4. cap. 4. p. 109. G. & Procopio Gazæo ad Genes. l. Nihilominus tamen τεσσαρακοστὰ præfero: quia Græci antiqui cum recentioribus diem quadragesimum in mortuis celebrant, tricesimum non agnoscunt. Ad Deuteronomium respondeo, quosdam codices Græcos eo loci habuisse τεσσαράκοντα, pro τριάκοντα. Id vero ostenditur per verba S. Chrysostomi Panegyrico Bernices & Prosdoces; (quæ conferenda cum Ambrosianis initio Concionis in obitu Theodosii) ἔκλαυσαν τὸν Ἰακὼβ τεσσαράκοντα ἡμέρας· ἔκλαυσαν καὶ τὸν Μωσῆν ἑτέρας τοσαύτας οἱ Ἰουδαῖοι. *Fleverunt Jacob quadraginta diebus; fleverunt & Moysem totidem aliis Judæi.* Ubi vides respici ad Gen. l. 3. & Deuteron. xxxiv. 8. Idem Chrysostomus, ut id obiter moneam, videtur invenisse cap. 11. Judicum vers. 40. τεσσαράκοντα corrupte, non τέσσαρας, quando Homil. 14. ad populum Antiochenum scribebat de filia Jephthæ; ἐγένετο [illegible] τοῖς Ἰουδαίοις, συνερχομένας τὰς παρθένους κατὰ τὸν [illegible] ἐκεῖνον ἡμέρας τεσσαράκοντα [illegible] γεγενημένην [illegible]. *Apud Judæos lex est lata, ut virgines illo tempore convenientes quadraginta diebus commissam cædem* [illegible]. nisi si error memoriæ est in sancto doctore, aut τέσσαρας mutatum fuit in τεσσαράκοντα vitio librariorum. Id.

4. Τύπον] Anastas. Quæst. 22. νόμον καὶ τύπον. Id.

5. Αὐτόν] Anast. αὐτῷ. Mox idem παρὰ τῷ Θεῷ. Locum consule. Id.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μδʹ.

Περὶ μεθύσων.

[1] ΕΝ δὲ ταῖς μνείαις αὐτῶν καλούμενοι, μετὰ εὐταξίας ἑστιᾶσθε καὶ φόβου Θεοῦ, ὡς δυνάμενοι καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ τῶν μεταστάντων. πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι Χριστοῦ ὑπάρχοντες, νήφειν ὀφείλετε πάντοτε, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἑτέρους, ἵνα δυνήσθε τοὺς ἀτακτοῦντας νουθετεῖν. λέγει δὲ ἡ γραφή, [2] Οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσίν· οἶνον δὲ μὴ πινέτωσαν, ἵνα μὴ πιόντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας, καὶ ὀρθὰ κρίνειν οὐ μὴ δύνωνται. Οὐκοῦν καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ [3] οἱ διάκονοι, μετὰ Θεὸν τὸν παντοκράτορα καὶ τὸν ἠγαπημένον αὐτοῦ υἱὸν δυνάσται ὑπάρχουσι τῆς ἐκκλησίας. τοῦτο δέ φαμεν, οὐχ ἵνα μὴ πίνωσιν· ἄλλως γὰρ καὶ ἔστιν ὑβρίσαι τὸ ὑπὸ Θεοῦ γενόμενον εἰς εὐφροσύνην· ἀλλὰ ἵνα μὴ παροινῶσι. οὐ γὰρ εἶπεν ἡ γραφὴ, μὴ πίνειν οἶνον, ἀλλὰ τί φησιν; Μὴ πίνε οἶνον εἰς μέθην· καὶ πάλιν· Ακανθαι φύονται ἐν χειρὶ μεθύσου. Τοῦτο δὲ οὐ περὶ τῶν ἐν κλήρῳ μόνον φαμὲν, ἀλλὰ καὶ περὶ παντὸς λαϊκοῦ Χριστιανοῦ, ἐφ᾽ οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ αὐτοῖς γὰρ εἴρηται· Τίνι οὐαί; τίνι θόρυβος; τίνι ἀηδίαι καὶ λέσχαι; τίνος πελίδνοι οἱ ὀφθαλμοί; τίνι συντρίμματα διακενῆς; οὐ τῶν ἐγχρονιζόντων ἐν οἴνῳ, καὶ τῶν [4] κατασκοπουμένων, ποῦ πότοι γίνονται;

CAPUT XLIV.

De ebriosis.

A IN mortuorum vero memoriis, invitati, cum moderatione ac Dei metu epulamini, ut possitis etiam deprecari pro iis, qui e vita migrarunt. Qui Presbyteri & Diaconi Christi estis, semper debetis esse sobrii, tam vobis, quam aliis; ut eos qui flagitiose vivunt, valeatis admonere. Ait quippe Scriptura: [a] *Potentes, iracundi sunt: vinum autem non bibant; ne bibentes obliviscantur sapientiæ, & recta judicare non possint.* Et certe Presbyteri ac Diaconi, post Deum omnipotentem, illiusque dilectum Filium, sunt Potentes ac Dynastæ Ecclesiæ. Hoc autem dicimus; non ut vinum nequaquam bibant; eo enim modo contumelia afficerent id quod a Deo factum est ad lætitiam; sed ut non ine- B brientur. Siquidem non dixit Scriptura; vinum non bibendum: sed quid ait? [b] *Ne bibe vinum ad ebrietatem*: & iterum: [c] *Spinæ nascuntur in manu temulenti.* Id vero non de iis tantum, qui sunt in Clero, dicimus; verum etiam [d] de omni Laico Christiano, [e] super quem invocatum est nomen Domini nostri Jesu Christi: nam ipsis quoque dictum est: [f] *Cui Væ? Cui tumultus? Cui tædia & garrulitas? Cujus oculi lividi? Cui contusiones frustra? Nonne hæc eorum sunt, qui in vino immorantur, quique explorant, ubi fiant compotationes?*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μεʹ.

Περὶ τοῦ ὑποδέχεσθαι τοὺς διὰ Χριστὸν διωκομένους.

ΤΟὺς διωκομένους διὰ πίστιν, καὶ εἰς πόλιν ἐκ πόλεως φεύγοντας, διὰ τὸ μεμνῆσθαι τῶν λόγων τοῦ κυρίου, προσλαμβάνεσθε. ἐπιστάμενοι γὰρ, ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς, ἀποδιδράσκουσι, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων προΐενται, ἵνα ἀνεξάρνητον ἐν ἑαυτοῖς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ διατηρήσωσιν. ἐπικουρεῖτε οὖν αὐτοῖς τὰ πρὸς χρείαν, ἐντολὴν κυριακὴν πληροῦντες.

CAPUT XLV.

C *De recipiendis iis, qui propter Christum patiuntur persecutionem.*

EOS qui persecutionem patiuntur fidei caussa, & [g] de civitate in civitatem fugiunt, quod meminerint verborum Domini, suscipite. Cum enim norint, [h] spiritum quidem promtum esse, carnem vero infirmam: aufugiunt, & facultatum suarum direptionem permittunt ac negligunt, ut in se ipsis nomen Christi illibatum & negatione non proditum conservent. Suppeditate ergo illis, quæ sunt necessaria; mandatum Dominicum adimplentes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ μϛʹ.

Ὅτι ἕκαστος ἐν ᾧ ἐτάχθη κλήρῳ, ὀφείλει ἐμμένειν, καὶ φυλάττειν τὴν τάξιν· ἀλλὰ μὴ ἑαυτῷ ἁρπάζειν τὰ μὴ ἐγχειρισθέντα,

ΕΚεῖνο δὲ [5] κοινῇ πάντες παραγγέλλομεν, ἕκαστον ἐμμένειν τάξει τῇ δοθείσῃ αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους· οὐ γάρ εἰσιν ἡμέτεροι, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. Ὁ ὑμῶν γὰρ, φησὶν ὁ κύριος, ἀκούων, ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὁ ἐμοῦ ἀκούων, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με· καὶ ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν, ἐμὲ ἀθετεῖ· ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. Εἰ γὰρ τὰ ἄψυχα γενόμενα, τὴν εὐταξίαν ἀποσώζει· οἷον νὺξ, ἡμέρα, ἥλιος, σελήνη, ἄστρα, στοιχεῖα, τροπαὶ, μῆνες, ἑβδομάδες, ἡμέραι, ὧραι, καὶ δουλεύει τῇ διατυπωθείσῃ χρείᾳ, κατὰ τὸ εἰρημένον· ὅριον ἔθου, ὃ οὐ παρελεύσονται· καὶ πάλιν, περὶ

CAPUT XLVI.

D *Quod unusquisque, in eo gradu Cleri, in quo est constitutus, debeat permanere; & ordinem servare; non vero ad se rapere quæ commissa non sunt.*

ILlud autem communiter omnes præcipimus; ut unusquisque in ordine sibi dato permaneat, neque regularum terminos transscendat: non enim nostri sunt, sed Dei: [i] *Qui* enim *vos*, inquit Dominus, *audit, me audit; & qui me audit, audit eum qui misit me: & qui vos spernit, me spernit; qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.* Nam si ea quæ inanima condita sunt, pulcrum ordinem conservant; ut nox, dies, sol, luna, stellæ, elementa, tempestates, menses, E hebdomades, dies, horæ; ac usui constituto serviunt, juxta illud dictum: [k] *Terminum posuisti,*

a Prov. xxxi. 4. in LXX. b Eccli. xxxi. 35. c Prov. xxvi. 9. d Ephes. V. 18. e Jac. II. 7. f Prov. xxiii. 29. g Matth. x. 23. h Matth. xxvi. 41. i Luc. x. 16. Matth. x. 40. Joan. xiii. 20. k Psal. ciii. 9.

1. Ἐν δὲ ταῖς μνείαις αὐτῶν καλούμενοι.] Nihil dico de funebribus epulis, ritu etiam minus doctis notissimo. Cot.


2. Γραφή] In Eclog. Mazar. additur, περὶ τοῦ μὴ πολλῷ οἴνῳ χρῆσθαι τοὺς ἱερεῖς. Id.

3. Οἱ διάκονοι.] Additamentum Eclogarum Mazarinianarum, nunc Codicis Regii 2347. σὺν τοῖς ἐπισκόποις, habet quoque Liber 2392. Eadem Exemplaria & tertium, post οὐκ ἔστιν ὑβρίσαι. & μὴ πίνειν οἶνον εἰς μέθην. Id.

4. Κατασκοπουμένων.] Sic quoque citatur in Antiocho Homilia 5. Unum exemplar Ms. κατασκοπευόντων. aliud, κατασκοπούντων. Id.

5. Κοινῇ πάντες.] In duobus scriptis libris, κοινῇ πᾶσι. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



τῆς θαλάττης· ἐθέμην αὐτῇ ὅρια, περιθεὶς καὶ κλεῖθρα, καὶ πύλας, εἶπα δὲ αὐτῇ, μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς οὐδὲν ὀφείλετε τολμᾶν παρακινεῖν τῶν ὑμῖν κατὰ γνώμην Θεοῦ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντων; ἀλλ' ἐπειδὴ πάρεργον οἱ πολλοὶ καὶ τοῦτο ἡγήσαντο εἶναι, συγχέειν δὲ τὰς τάξεις καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστου χειροτονίαν παρακινεῖν τολμῶσιν, ὑφαρπάζοντες ἑαυτοῖς ἀξιώματα τὰ μὴ διδόμενα, καὶ ἐπιτρέποντες ἑαυτοῖς τυραννικῶς ἃ μὴ ἔχουσιν ἐξουσίαν διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο παροργίζουσι μὲν Θεὸν, ὥσπερ οἱ Κορεῖται, καὶ ὁ βασιλεὺς Ὀζίας, παρ' ἀξίαν ἐπιθέμενοι ἄνευ Θεοῦ τῇ ἀρχιερωσύνῃ, καὶ γενόμενοι, οἱ μὲν πυρίφλεκτοι, ὁ δὲ κατὰ τοῦ μετώπου λεπρὸς, παροξύνουσι δὲ [1] Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν διαταξάμενον, λυποῦσι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀκυροῦντες αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν· εἰκότως, τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον τοῖς τὰ τοιαῦτα πράττουσι προειδόμενοι, καὶ τὴν εἰς τὰς θυσίας καὶ εὐχαριστίας ἀμέλειαν, ἐκ τοῦ ὑφ' ὧν μὴ χρὴ προσαγομένας ἀσεβῶς, παιδιὰν ἡγουμένων τὴν ἀρχιερατικὴν, ἥτις μίμησιν περιέχει τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀνάγκην ἔσχομεν καὶ τοῦτο παραινέσαι· ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τῆς ἑαυτῶν ματαιότητος. λέγομεν ὡς Μωσῆς, ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, ᾧ ὁ Θεὸς ἐνώπιος ἐνωπίῳ ὡμίλει, ὡς εἴ τις λαλήσῃ πρὸς ἑαυτοῦ φίλον, ᾧ εἶπεν· οἶδά σε παρὰ πάντας· ᾧ κατὰ πρόσωπον ὡμίλει καὶ οὐ [2] δι' ἀδήλων, ἢ ἐνυπνίων, ἢ ἀγγέλων, ἢ αἰνιγμάτων· οὗτος ἡνίκα τὴν θείαν νομοθεσίαν διετάσσετο, διεῖλε τίνα μὲν χρὴ ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων ἐπιτελεῖσθαι, τίνα δὲ ὑπὸ τῶν ἱερέων, τίνα δὲ ὑπὸ τῶν Λευϊτῶν, ἑκάστῳ τὴν οἰκείαν καὶ ἀνήκουσαν τῇ λειτουργίᾳ θρησκείαν ἀπονείμας· καὶ ἅπερ μὲν τοῖς ἀρχιερεῦσι προσέτακτο ἐπιτελεῖν, τούτοις τοὺς ἱερέας οὐ θεμιτὸν ἦν προσιέναι· ἅπερ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ὥριστο, τούτοις οἱ Λευῖται οὐ προσίεσαν· ἀλλ' ἕκαστοι ἅπερ παρειλήφεισαν ὑπηρεσίας περιγεγραμμένας, ἐφύλαττον· εἰ δέ τις πέρα τῆς παραδόσεως προσιέναι ἐβούλετο, [3] θάνατος ἦν τὸ ἐπιτίμιον. τοῦτο δὲ μάλιστα διέδειξε καὶ ἡ κατὰ τὸν Σαοὺλ πεῖρα· ὃς θῦσαι νενομικὼς δίχα τοῦ προφήτου καὶ ἀρχιερέως Σαμουὴλ, ἔσπασεν εἰς ἑαυτὸν ἁμαρτίαν καὶ κατάραν ἀναπόβλητον· καὶ οὐδὲ τὸ κεχρῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ εἰς βασιλέα, ἐδυσώπησε τὸν προφήτην. [4] ἐνεργεστέρᾳ δὲ τῇ πράξει διέδειξεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ὀζίαν, οὐκ ἐν μελισμῷ τὰς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ εἰσπραξάμενος δίκας· καὶ ὁ τῆς ἀρχιερωσύνης καταμανεὶς, καὶ καὶ τῆς βασιλείας ἀλλότριος κατέστη. τὰ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἴσως οὐκ ἀγνοεῖτε. ἴστε γὰρ πάντως ἐπισκόπους παρ' ἡμῶν ὀνομασθέντας, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, εὐχῇ καὶ χειρῶν ἐπιθέσει, τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων [5] καὶ τὴν διαφορὰν τῶν πραγμάτων δεικνύοντας. οὐ γὰρ ὁ βουλόμενος παρ' ἡμῖν ἐπλήρου τὴν χεῖρα, ὥσπερ ἐπὶ τῆς κιβδήλου τῶν δαμάλεων ἐπὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ παρακεκομμένης ἱερωσύνης, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. εἰ μὲν γὰρ μὴ θεσμός τις ἦν, καὶ τάξεων διαφορὰ, ἤρκει ἂν δι' ἑνὸς ὀνόματος τὰ ὅλα πλεῖσθαι. ἀλλ' ὑπὸ τοῦ κυρίου διδαχθέντες ἀκολουθίαν πραγμάτων, τοῖς μὲν ἐπισκόποις τὰ τῆς ἀρχιερωσύνης [6] ἐνείμαμεν, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις τὰ τῆς ἱερωσύνης, τοῖς δὲ διακόνοις τὰ τῆς πρὸς ἀμφοτέρους διακονίας· ἵν' ᾖ καθαρῶς τὰ τῆς θρησκείας ἐπιτελούμενα· οὔτε γὰρ διακόνῳ προσφέρειν θυσίαν θεμιτὸν,

Περιεῖλον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων τὴν λέγουσαν φωνὴν, ὅτι καὶ ἐγένετο ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ, ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν· ἀσθένειαν τοῦτο ὑπολαμβάνοντες τῆς τοῦ κυρίου μεγαλειότητος. ἀλλὰ καὶ τὴν ἱστορίαν τὴν διδάσκουσαν ἡμᾶς, ὡς προσηνέχθη τῷ Ἰησοῦ γυνὴ ἡ μοιχευθεῖσα, τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅστις οὐχ ἥμαρτε βαλέτω λίθον ἐπ᾽ αὐτὴν, ἀνεχώρησαν ἅπαντες, καὶ οὐδὲ παρὰ τοῦ Χριστοῦ κατακέκριται, ἐκβάλλουσι, βλαβερὰν εἶναι λέγοντες τοῖς πολλοῖς τὴν τοιαύτην ἀκρόασιν. ἐσθίουσι δὲ καὶ ἐν τοῖς σάββασι, καὶ ἐν ταῖς κυριακαῖς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, ὠὸν, καὶ τυρὸν, καὶ βούτυρον, καὶ πρὸ πάντων αὐτὸς ὁ καθολικός· καὶ κανών ἐστι παρ᾽ αὐτοῖς ὁ λέγων· εἴ τις οὐκ ἴσον οἴεται τὸ βούτυρον, καὶ τὸν τυρὸν, καὶ τὸ ὠὸν [1] καὶ τῷ οἴνῳ, καὶ τῷ ἐλαίῳ, ἀνάθεμα ἔστω. ἐσθίουσι δὲ καὶ ἑβδομάδι τῆς τυροφάγου, τὸ κρέας· νηστεύοντες τῇ πρὸ τῆς ἀποκρέου ἑβδομάδι νηστείαν ἐπιτεταμένην, ἐκτὸς ἄρτου καὶ ὕδατος, μηδενὸς γευόμενοι. καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἑβδομάδα, Αρτζιβούρτζια· οὐκ οἴδασι μέντοι τί βούλεται ἡ τοῦ ὀνόματος τούτου δύναμις· ἀλλά τινες μέν φασιν [2] Αργίου τινὸς εἶναι τὴν νηστείαν· τινὲς δὲ τῶν Νινευιτῶν· τινὲς δὲ τοῦ Αδὰμ, ὅτε τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς ἀποβέβληται. κἀντεῦθεν ἁλίσκονται ἀλόγως νηστεύοντες. ὡς δέ τινες διηγοῦνται, καὶ ἔοικεν ὁ λόγος αὐτῶν ἀληθὴς εἶναι, τῶν παρ᾽ αὐτοῖς τις ἐπισκόπων κυνιδίῳ ἐκέχρητο, ᾧ τὸ ἐπώνυμον Αρτζιβούρτζης· τοῦτο δὲ προηγήτωρ εἴτουν πρόδρομος ἐξελληνιζόμενον λέγεται· προηγεῖτο γὰρ τοῦ ἐπισκόπου, μέλλοντος εἰσιέναι εἰς τινὰ κώμην ἢ πόλιν. οὗ θανόντος, νηστεία ἑπταήμερος παρὰ τοῦ ἐπισκόπου νενομοθέτηται, εἰς μνήμην τοῦ ἐπὶ κυνὶ πένθους. λειτουργοῦντες δὲ, οὐ μόνον τὸ κάλυμμα τῆς κεφαλῆς οὐ καθαιροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ κουκούλιον τῷ καλύμματι ἐπιτιθέασι· καί τοι τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Παύλου διαῤῥήδην βοῶντος, ἀνακεκαλύφθαι ἡμᾶς ἐν τῷ τῆς προσευχῆς καιρῷ. σεπταῖς εἰκόσιν οὐ προσκυνοῦσιν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὁ καθολικὸς αὐτῶν καὶ οἱ τούτων ἐπίσκοποι ἀναθεματίζουσι τοὺς προσκυνοῦντας. οὔτε δὲ τὸν σταυρὸν προσκυνοῦσιν, εἰ μὴ ἧλον ἐν τῷ μέσῳ τούτου ἐμβάλλουσι, καὶ μέντοι καὶ βαπτίζουσιν αὐτόν. μετὰ δὲ τὸ καθηλωθῆναι καὶ βαπτισθῆναι τὸν σταυρὸν, εἰ καὶ τύχῃ τὸ ἕτερον τῶν δύο ξύλων διαιρεθῆναι, καὶ καταλειφθῆναι τὸ ἕτερον, τὸ ὄρθιον δηλαδὴ, ἢ τὸ ἐγκάρσιον, προσκυνοῦσι τῷ καταλειφθέντι μόνῳ.

II. Ad hæc, abstulerunt a sacris Evangeliis vocem, quæ dicit ; [a] *Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentes in terram* : hoc pro imbecillitate accipientes in Domini majestate. Sed & Historiam, quæ nos docet [b] ; quod mulier adultera ad Jesum adducta est, cum is autem dixisset, *Qui non peccavit, lapidem in illam mittat*, recesserunt omnes, & nec a Christo condemnata est ; ejiciunt, hanc recitationem multis esse noxiam dicentes. Comedunt autem & in Sabbatis, & in Dominicis sanctæ Quadragesimæ, ovum, & caseum, & butyrum ; & ante omnes ipse Catholicus : & est apud eos Canon qui dicit ; Si quis butyrum, & caseum, & ovum non æquivalere existimet vino & oleo, anathema sit. Hebdomada quoque Lacticiniorum, carne vescuntur : jejunantes septimana quæ est ante Carnisprivium, intenso jejunio ; præter panem & aquam nihil gustantes. Vocant autem hanc septimanam, Artziburtzia : nesciunt tamen quid sibi velit vis hujus nominis : sed nonnulli quidem dicunt Sergii cujusdam esse jejunium, vel Argii ; nonnulli vero Ninivitarum : aliqui vero Adami, quando ex paradiso deliciarum ejectus est. Et hinc sine ratione jejunare convincuntur. Et vere quidam referunt ; videturque eorum sermo verus esse ; Aliquis apud eos Episcopus utebatur catello, cui erat cognomen Artziburtzes : id autem translatum dicitur, Præcessor, seu Præcursor. Præcedebat enim Episcopum ingressurum in villam quamdam vel urbem. Quo mortuo, septem dierum jejunium ab Episcopo sancitum est, in memoriam luctus propter canem. Sacrum autem celebrantes, non modo capitis tegmen non detrahunt, sed etiam cucullam tegmini imponunt : licet magnus Apostolus Paullus expresse clamet [c], detectos esse nos debere in tempore orationis. Non venerantur imagines sacras ; quin immo ipsorum Catholicus & Episcopi, veneratores earum anathematizant. Nec etiam Crucem adorant, nisi clavum in illius medium immiserint, insuperque eam baptizaverint. Postquam autem clavo fixa Crux & baptizata fuit, si contigerit, ut alterum duorum lignorum separetur, & aliud remaneat ; rectum videlicet, aut transversum ; adorant illud quod solum relictum est.

Ἀλλὰ καὶ τὰ νομικὰ σχεδὸν πάντα, ἃ κατηργήθησαν, εἰσέτι πληροῦσι. θύουσι γὰρ τὸν ἀμνὸν τῇ μεγάλῃ κυριακῇ, καὶ τὰς φλιὰς χρίουσι, καὶ τὰ ὀστᾶ τούτου καίοντες, τηροῦσι τὸν χοῦν μετὰ τοῦ αἵματος εἰς τύπον καθαρσίου. καὶ καταπέτασμα πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου προβάλλονται, καὶ κώδωνας αὐτοῦ τε καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἐξαρτῶσι. καὶ μέντοι καὶ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν θυσίας προβάτων καὶ βοῶν ποιοῦσι· καὶ οὐκ ἄλ-

III. Sed & Legalia fere omnia quæ quidem abolita sunt, adhuc peragunt. Agnum enim magna Dominica sacrificant, & limina inungunt ; atque ossa illius comburentes, servant cinerem cum sanguine in signum expiationis. Et velum ante altare statuunt, ac tintinnabula ipsi altarique appendunt. Quin etiam pro mortuis sacrificia ovium & boum faciunt : nec aliter defunctum existimant sal-

a Luc. XXII. 24. b Joan. VIII. c I. Cor. XI.

1. Καὶ τῷ] Forte del. καί.

2. Ἀργίου] Al. Σεργίου.

λως ἡγῦνται σωθήσεσθαι τὸν τεθνεῶτα, εἰ μὴ ἐν τοῖς τρίτοις αὐτῦ, καὶ τοῖς ἐννάτοις, καὶ τεσσαρακοστοῖς αἱ τοιαῦται θυσίαι ἐπιτελεσθῶσι. πρὸ δὲ τῦ τυθῆναι τὰ τοιαῦτα θύματα, ἅλας ἐπευλογῦντες, εἰς τροφὴν αὐτοῖς διδόασι· καὶ μέν τοι καὶ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς αὐτῶν, εὐχάς τινας ἐπιλέγυσι, καὶ ὕτω σφάζυσιν. ὀνομαζῦσι δὲ τὰς τοιαύτας θυσίας, [1] Ματάλια. εἰ δέ τινες αὐτῶν ἀρνοῖντο περὶ τινὸς τύτων, ἀναθεματιζέτωσαν τὸν ποιῦντα. εἰσὶ δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ Μονοθελῆται. πρὸς δὲ τὺς λέγοντας, ὅτι καθ' ἣν ἡμέραν γεγέννηται ὁ Χριστὸς, καὶ βεβάπτισται, αὐτάρκης ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, διαστέλλων τὰς τοιαύτας ἑορτὰς χρονικῶς ἀπ' ἀλλήλων· καὶ ἐν μὲν τῷ, Χριστὸς γεννᾶται, λέγων ὅτι μικρὸν μὲν ὕστερον ὄψει καὶ καθαιρόμενον Ιησῦν ἐν τῷ Ιορδάνη· ἐν δὲ τῷ, Πάλιν Ιησῦς, ὅτι τῇ μὲν γεννήσει, τὰ εἰκότα προεορτάσατε· νυνὶ δὴ πρᾶξις ἄλλη Χριστῦ, καὶ ἄλλο μυστήριον.

A vandum, nisi in ejus Tertiis, Nonis & Quadragesimis sacrificia ejusmodi peracta fuerint. Antequam autem hujusmodi hostias immolent, salem benedicentes, illis dant in nutrimentum; atque etiam super earum capita quasdam orationes dicunt, sicque mactant. Nominant porro hæc sacrificia, Matalia. Si qui autem ex illis, horum aliquid negent; anathemate feriant eum qui illud fecerit. Præterea iidem sunt Monothelitæ. Adversus autem eos qui dicunt, quod Christus ea die qua natus est, etiam fuit baptizatus, sufficit Gregorius Theologus, qui hæc Festa tempore inter se distinguit: atque in Oratione quidem quæ incipit, Christus gignitur, ait: Ac quidem paullo post videbis & Jesum in B Jordane purgari; in Oratione vero, cujus principium, Rursum Jesus, ita loquitur: Christi quidem nativitatem apta solemnitate celebrastis jam: nunc vero alia Christi actio, aliudque mysterium.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



II.

Ad lib. II. *cap.* LXIII. *pag.* 87. *not.* 1.

Indiculus I. *duodecim Apostolorum*. Ex ms. codice Bibliothecæ regiæ 1007.

α΄. Πέτρος, ὁ καὶ Σίμων, καὶ Κηφᾶς, καὶ Συμεών.
β΄. Ανδρέας ἀδελφὸς αὐτῦ.
γ΄. Ιάκωβος υἱὸς Ζεβεδαίυ· καὶ Ιωάννης δ΄. ἐκαλῦντο διὰ τὸ Βοανεργὲς υἱοὶ βροντῆς. C
έ. Φίλιππος, ὁ ἐν Ιεραπόλει.
ς΄. Βαρθολομαῖος. ὗτος Ινδὺς διδάσκει.
ζ΄. Ματθαῖος ὁ τελώνης.
ή. Θωμᾶς ὁ καὶ Δίδυμος, Πάρθοις καὶ Ινδοῖς.
θ΄. Ιάκωβος Αλφαίυ. ἑρμηνεύεται δὲ μαθητὴς ζωῆς.
ί. Θαδδαῖος [2]. ὗτος παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ Λεββαῖος καλεῖται· παρὰ δὲ τῷ Λυκᾷ Ιύδας Ιακώβυ· παρὰ δὲ Μάρκῳ Λευὶς, καθήμενος παρὰ τὸ τελώνιον. ἑρμηνεύεται δὲ [3] ἄνεσις.
ιά. Σίμων ὁ Καναναίτης. σταυρῷ προσηλώθη· ὁ καὶ Συμεὼν, καὶ Κλεώπας, καὶ Ιύδας λεγόμενος. D
ιβ΄. Καὶ Ματθίας, ὁ ἀντὶ Ιούδα εἰσαχθείς.

1. Petrus, qui & Simon, & Cephas, & Symeon.
2. Andreas frater ejus.
3. Jacobus filius Zebedæi: & Joannes 4., propter Boanerges vocabantur filii tonitrui.
5. Philippus, qui in Hierapoli.
6. Bartholomæus. Hic Indos docet.
7. Matthæus publicanus.
8. Thomas qui & Didymus. Prædicavit Parthis & Indis.
9. Jacobus Alphæi. Interpretationem habet, discipulus vitæ.
10. Thaddæus. Hic a Matthæo [a] quidem vocatur Lebbæus: a Luca vero [b] Judas Jacobi: a Marco autem [c] Levis, qui sedebat ad telonium. Exponitur porro laudatio.
11. Simon Cananites, cruci affixus fuit. Appellaturque etiam Symeon, & Cleophas, & Judas.
12. Atque Matthias, qui in locum Judæ suffectus est.

Τελῶναι, Ματθαῖος, Ιάκωβος, καὶ Ιύδας.

Ματθαῖος λέγει αὐτὸν κεκλῆσθαι τελώνης. ὁ δὲ Μάρκος τὸν Ιάκωβον Αλφαίυ. ὁ δὲ Λυκᾶς, ἐν τῷ λή. κεφαλαίῳ τὸν Λευὶν, ὡς καὶ ὁ Μάρκος ὀνομάζει, ἐν δὲ τῷ μδ΄. Ιύδαν Ιακώβυ.

Publicani, Matthæus, Jacobus & Judas.

Matthæus [d] dicit se appellatum fuisse nomine publicani. At Marcus [e] Jacobum Alphæi commemorat. Lucas vero [f] in Capitulo 38. Levin, quomodo etiam nuncupat Marcus [g]; in Capitulo [h] autem 48. Judam Jacobi.


a Matth. x. 3. in Græco. *b* Luc. vi. 16. *c* Marc. II. 14. *d* Matth. x. 3. *e* Marc. II. 14. & III. 18. *f* Luc. v. 27. *g* Marc. II. 14. *h* Luc. vi. 16.

1. Ματάλια] Al. Νατάλια. Sed lectio vulgata melior. Didici enim a docto Armeno Galliam peragrante, *Matagh* Armenice esse sacrificium. In Balsam. *Natalitia*. Cot.

2. Θαδδαῖος] Heic Thaddæus, Lebbæus, Levis, Judas Jacobi, multa nomina censentur unius hominis publicani, qui fratrem habuerit Jacobum Alphæi, ejusdem professionis, pariter publicanum. Non ergo agricolæ fuerunt. Atque ei sententiæ subscribunt ex parte, de Jacobo scilicet, Chrysostomus, Euthymius, & Theodoritus; illi ad Matthæi x. 5. hic ad Psalm. LXVII. 7. Sed tenendum omnino est cum Origene jam laudato; præter quatuor supra memoratos, & unum publicanum, Matthæum, ignorari E qua ex arte victum sibi compararint reliqui ex duodecim, antequam a Christo essent vocati. Ideoque ad incertas traditiones amandari debet titulus Bovianus, quo alii Apostoli piscatores fiunt, quod & fuisse dicuntur Thomas & Bartholomæus in Metaphraste apud Surium. Item assertio quorumdam apud Alexandrinum Clementem Strom. 4. p. 488. quasi Matthias exstiterit publicanorum princeps. Nec non illud in supposititia Epistola de morte S. Hieronymi; *Duodecim fatemur Christum Apostolos elegisse: quorum omnium solus Bartholomæus carnis origine fuit nobilis; & Matthæus divitiis, antequam reciperet Apostolatum, insistebat: ceteri vero erant pauperrimi piscatores.* Id.

3. Ἄνεσις] Forte αἴνεσις. Id.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.



Indiculus II. duodecim Apostolorum, sumtus ex antiquis mss. Christianissimi Regis num. 1789. 1026.

Τῶν ιβ'. ἀποστόλων αἱ πατρίδαι, καὶ τὰ ὀνόματα τῶν γεννησάντων αὐτούς. A

Πέτρος καὶ Ανδρέας ἀδελφοὶ, ἐκ πατρὸς [1] Ιωνᾶ, μητρὸς Ιωαννᾶ, ἁλιεῖς τὴν τέχνην, ἀπὸ Βεθσαΐδας τῆς κώμης.

Ιάκωβος καὶ Ιωάννης ἀδελφοὶ, ἐκ πατρὸς Ζεβεδαίου, μητρὸς Ιεροκλείας, ἁλιεῖς καὶ αὐτοί.

Φίλιππος, ἐκ πατρὸς [2] Φιλισανῶς, μητρὸς δὲ Σοφίας, ἀπὸ Βεθσαΐδας τῆς κώμης, ἡνίοχοι τὸ ἐπιτήδευμα.

Θωμᾶς [3] ὁ καὶ Δίδυμος ὢν, μετὰ ἀδελφῆς λεγομένης [4] Λυσίας, ἐκ πατρὸς Διοφανοῦς, μητρὸς δὲ Ρώας, ἀπὸ Αντιοχείας.

Βαρθολομαῖος, ἐκ πατρὸς Σωσθένους, μητρὸς δὲ [5] Οὐρανίας, νομαρείτης ἤτοι λαχάνια φυτεύων. B

Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεββαῖος, ἐκ πατρὸς Νεκροφάνους, μητρὸς δὲ [6] Σελήνης Ιταλικός.

Ιάκωβος ὁ τοῦ Αλφαίου, [7] ἐκ πατρὸς Ανδρονος, μητρὸς δὲ Εὐτυχίας, ἀπὸ Ιεραπόλεως, λαοξὸς τὴν τέχνην.

Ματθαῖος ὁ καὶ [8] Λευΐς, τελώνης τὸ ἐπιτήδευμα, ἐκ πατρὸς Ρούκου, μητρὸς δὲ [9] Χαροθείας, ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας.

Σίμων ὁ Κανανίτης, [10] ἀριστόκλητος τοῦ κυρίου εἰς τοὺς γάμους, ἐκ πατρὸς [11] Γαλλίονος, μητρὸς δὲ Αμμίας.

Σίμων ὁ [12] καλούμενος ζηλωτὴς, ἀπὸ Σαλείμ, ἐκ πατρὸς Ζήνωνος. σημείωσαι δὲ ὅτι ὁ Λουκᾶς τὸν μὴν Θαδδαῖον Ιούδαν Ιακώβου ἐκάλεσεν, Σίμωνα δὲ τὸν Κανανίτην, ζηλωτὴν ἐκάλεσεν. C

[13] Ιούδας ὁ Ισκαριώτης.

Duodecim Apostolorum patria, cum nominibus eorum qui illos genuerunt.

Petrus & Andreas fratres, ex patre Jona, matre Joanna, arte piscatores, e vico Bethsaida.

Jacobus & Joannes fratres, patre Zebedæo, matre Hieroclea, ipsi quoque piscatores.

Philippus, a Philisane patre, matre vero Sophia, e vico Bethsaida, aurigæ professione.

Thomas, qui & Didymus, cum sorore Lysia vocata, patre Diophane, matre autem Rhoa, ab Antiochia.

Bartholomæus, de patre Sosthene, matre vero Urinia, cultor pascui, seu olerum sator.

Thaddæus, qui & Lebbæus, patre Necrophane, matre autem Selene, Italica.

Jacobus Alphæi, ex patre Androne, matre Eutychia, patria Hierapoli; lapicida arte.

Matthæus qui & Levis, vitæ instituto publicanus, natus ex patre Ruco, & matre Chærotea, oriundus Galilæa.

Simon Cananita, qui Dominum ad nuptiale prandium vocavit, ex patre Gallione, at matre Ammia.

Simon appellatus zelotes, de Salim, patre Zenone. Porro observa quod Lucas Thaddæum quidem appellavit Judam Jacobi, Simonem vero Cananæum, zelotem vocavit.

Judas Isariotes.

III.

Ad lib. III. *cap.* VI. *pag.* 93. *not.* I.

Σωφρονίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Ιεροσολύμων ἐκ τοῦ ἐγκωμίου τοῦ εἰς τὸν ἅγιον Ιωάννην τὸν Θεολόγον καὶ Εὐαγγελιστὴν, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ιωάννης ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, τὸ Εν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος βροντᾷ. D

SOPHRONII sanctissimi Archiepiscopi Hierosolymitani, Ex Encomio sancti Joannis Theologi & Evangelistæ, quod incipit ab his verbis: Joannes tonitrui filius ista tonat; In principio erat Verbum.

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Et post alia.

Ζεβεδαίου Ιωάννης παῖς καὶ Σαλώμης προέλαμψεν. αὕτη γὰρ καὶ τῆς μητρὸς ἡ προσηγορία ἐπεφώρατο· καθάπερ καὶ ταύτην οἱ πνεύματι Θεοῦ λαλοῦντες πατέρες ἐφώρασαν ἅγιοι. ὅθεν καὶ κληρίαν ἄλλην, κλήρου πάσης εὐκληρίας πολλῷ κρείττονά τε καὶ μείζονα. αὕτη δὲ ἦν ἡ τῆς τεκούσης μητρὸς ἀδελφόθεος εὔκλεια. Σαλώμη γὰρ ἡ τὸν μέγαν Ιωάννην κυήσασα, τοῦ μὲν Ιωσὴφ θυγάτηρ ἐγένετο, ὃς τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ πατὴρ ἐνομίζετο· ὡς ὁ πάνσοφος Λουκᾶς ἀπεγράψατο. οὐ γὰρ ἦν πατὴρ ἔργῳ καὶ πράγματι· ἐπεὶ οὐδὲ τὴν ἀληθῶς Θεοτόκον καὶ ἀειπαρθένον μητέρα τοῦ κυρίου τὸ σύνολον ἔγνωκεν, ἢ τῆς ἀχράντου καὶ παρθενικῆς αὐτὴν ἀπεγύμνωσε χάριτος. Ιακώβου δὲ καὶ Ιωσῆ καὶ Ιούδα καὶ Συμεῶνος, E

Illuxit Joannes filius Zebedæi & Salomes. Hoc quippe nomen matris compertum est: quemadmodum etiam qui Spiritu Dei locuti sunt sancti Patres agnoverunt. Ideoque & aliam bonam sortem sorte omni prosperæ sortis multo meliorem ac majorem. Hæc autem erat matris quæ peperit, ut sororis Dei gloria. Etenim Salome quæ magnum Joannem genuit, erat filia Josephi, qui omnium nostrum Salvatoris Christi pater existimabatur: sicuti sapientissimus Lucas retulit [a]. Neque enim pater re vera erat: quandoquidem nec vere Dei genitricem ac semper virginem matrem Domini ullatenus cognovit, aut eam immaculata virginalique gratia privavit. Fuit etiam Salome Jacobi,

[a] Luc. III. 23.

1. Ιωνᾶ] Al. Ιωάννου. Et mox Ιωνᾶς.
2. Φιλισ.] Al. Φιλισαόνων. Et paullo post, ἡνίοχος.
3. Θωμᾶς — Δίδυμος] Al. Θωμᾶς καὶ Ιούδας δίδυμοι.
4. Λυσίας] Al. Ασίας. Mox Διαφάνους — Ροᾶς.
5. Οὐραν. νομ.] Al. Οὐρανίας, πωμαρίτης. Et statim λαχανᾶς τὸ ἐπιτήδευμα.
6. Σελ. Ιταλ.] Al. Σιανῆς Ιταλικῆς.
7. Αλφαίου] Add. ὁ καὶ Ιούδας Ιακώβου. Mox Ανδρονᾶ — λαοξᾶς.
8. Λευΐς] Al. Λευΐτης.
9. Χαιρ.] Al. Κοχηροθίας. Et mox Γαλλίας.
10. Αρισ.] Al. Αριστοκλήτωρ.
11. Γαλ.] Al. Καλδιωνᾶ. Paullo post Διανίας.
12. Καλούμ. — ἀπὸ Σαλ.] Hæc desunt in al. Mox al. Ζηνωνᾶ.
13. Ιούδας κ. τ. λ.] Hunc alter codex non habet.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

καὶ μίαν καὶ Μαρίας καὶ Ἄννης ἦν ἀδελφὴ γνησία καὶ σύγκληρος· οὓς καὶ πατέρες οἱ ἔνθεοι ἀδελφοθέους καλῶς ὀνομάζουσι, μέχρις ὀνόματος καὶ μόνου τῷ τοιούτῳ κατακοσμοῦντες αὐτοὺς ἀξιώματι· ἐπειδὴ ὅλως ἐκ τοῦ παρὰ ἀνθρώποις νομισθέντος εἶναι τοῦ Χριστοῦ καὶ κληθέντος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις πατρὸς ἀπετέχθησαν· καθὰ τὸν Ἰωσὴφ καὶ ἡ πάναγνος αὕτη καὶ παναχράντος παρθένος θεομήτωρ προσαγορεύουσα φαίνεται, ἡ μηδαμῶς ἄνδρα τὸ παράπαν γνώσκουσα. τέκνον γάρ φησιν, καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ σου ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε.

A Josæ, Judæ & Symeonis, nec non Mariæ ac Annæ soror atque consors: quos Numine afflati Patres ἀδελφοθέους, hoc est, fratrem habentes Deum, præclare appellant; & nomine tenus nec ultra illos ea dignitate ornant: quia plane procreati sunt ab eo qui pater Christi putabatur esse ab hominibus, quique ita in Evangeliis vocatur: sicut & Josephum nuncupare cernitur ipsa purissima & prorsus immaculata virgo mater Dei, quæ numquam omnino virum cognovit. Fili enim, inquit [a], & ego, & pater tuus dolentes quærebamus te.

Καὶ μετὰ βραχέα.

Et post pauca.

Ὡς Σαλώμην τὴν νέαν Σάῤῥαν ὁ Ζεβεδαῖος εἰς μέσον ἐκάλεσεν, ἵνα ὡς ἀδελφὴ τὸν Χριστὸν ἱκετεύσειεν.

B Ut Salomen novam Saram Zebedæus in medium vocavit, quo tamquam soror Christo supplicaret.

IV.

Ibidem.

Excerpta ex Hippolyto Thebano, Symeone Logotheta & Joanne Chrysostomo: de Mulieribus cognatis Domini.

Μαρία δὲ ἡ τοῦ Κλωπᾶ, ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου προσαγορευομένη. εὑρίσκεται ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῶν ἑρμηνευσάντων μακαρίων καὶ ὀρθοδόξων ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων οὕτως· ὅτι ὁ Κλωπᾶς καὶ ὁ δίκαιος Ἰωακεὶμ ἀδελφοὶ ὑπῆρχον γνήσιοι. τοῦ Κλωπᾶ οὖν γεγαμηκότος, καὶ ἀτέκνου τελευτήσαντος, ὁ Ἰωακεὶμ κατὰ τῶν Ἑβραίων ἔθος, συνουσιάσας μετὰ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ γυναικὸς, ἐγέννησε τὴν Μαρίαν. ἔκτοτε οὖν καταλιπὼν αὐτὴν, ἐμνηστεύσατο Ἄνναν τὴν θυγατέρα Ματθὰν τοῦ ἱερέως, ἐξ ἧς ἐγέννησε τὴν παναγίαν θεοτόκον. καλεῖται οὖν ἡ Μαρία τοῦ Κλωπᾶ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου, ὡς κατὰ φύσιν μὲν ἐξ Ἰωακεὶμ γεννηθεῖσα, κατὰ χάριν δὲ τοῦ Κλωπᾶ θυγάτηρ ἀκούουσα.

C Maria autem Cleophæ, soror matris Domini appellata. Sic invenitur in exemplaribus beatorum, orthodoxorumque sanctorum Patrum & Doctorum, qui sacras Scripturas interpretati sunt; Quod Cleophas, & justus Joakim germani fratres fuerint. Cum autem Cleophas uxorem duxisset, ac sine prole mortuus esset, Joakim Hebræo more cum uxore fratris sui congressus, genuit Mariam. Ex quo tempore illa relicta, in sponsam accepit Annam filiam Matthanis sacerdotis, de qua suscepit sanctissimam Deiparam. Vocatur itaque Maria Cleophæ, soror matris Domini; utpote secundum naturam quidem prognata Joakimo, secundum vero Legis gratiam audiens filia Cleophæ.

Minus commode, tum qui Mariam Cleophæ cum Salome confundunt; tum qui unam Mariam in duas aut tres partiuntur: duas, Mariam Cleophæ materteram Domini, & Mariam Jacobi ac Josetis matrem: tres, Mariam Cleophæ, Mariam Jacobi, & Mariam Jacobi minoris ac Josephi seu Josæ; sive Mariam Cleophæ, Mariam Jacobi minoris, & Mariam Josæ. Vide Epiphanium Hæres. 78. c. 13. D Hieronymum cap. 7. libri contra Helvidium Epistola 150. quæst. 4. & ad Matthæi XII. ac XXVII. Interpretes in Galat. I. 19. Bedam ad Lucæ XXIV. Euthymium ad Matth. XXVII. 56. & Joannem Thessalonicensem Homilia de Christi resurrectione, circa finem, tom. 1. Auctarii novi Græco-Latinæ Patrum Bibliothecæ.

Symeon Magister & Logotheta in Chronico Reg. Ms. 2363.

Μυροφόροι δὲ ἦσαν ἑπτά· ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, ἀφ᾽ ἧς ἐξέβαλεν ὁ Χριστὸς τὰ ἑπτὰ δαιμόνια. καὶ Σαλόμη ἡ μαῖα· καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου. καὶ Μαρία, ἡ μήτηρ μὲν Ἰακώβου τοῦ μικροῦ, γυνὴ δὲ Ἰούδα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου. καὶ ἡ μήτηρ Ἰωσῆ. αὐτὴ δὲ θυγάτηρ ἦν Σαλόμης τῆς ἐξαδελφῆς τῆς θεοτόκου, ἥτις ἀνατρέψασα τὸν Ἰωσῆ, μήτηρ αὐτοῦ ἐλέγετο. καὶ Ἰωάννα. αὕτη δὲ ἦν ἡ γυνὴ Πέτρου. καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, ἥ ἐστι θυγάτηρ Ἰωσὴφ, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Κλωπᾶ.

Unguentiferæ mulieres septem fuerunt. Maria Magdalene, de qua ejecit Christus septem dæmonia. Et Salome obstetrix. Et mater filiorum Zebedæi. Et Maria, mater quidem Jacobi minoris, uxor autem Judæ fratris Domini. Et mater Josæ: ea vero filia erat Salomes consobrinæ Deiparæ; quæ cum Josem enutrivisset, mater illius dicebatur. Et Joanna: ipsa autem erat uxor Petri. Et soror matris Domini Maria Cleophæ, quæ est filia Josephi, atque uxor fratris illius Cleophæ. E

Præterea quæ dicuntur duæ filiæ Josephi, nomina habent, *Esther*, & *Thamar* vel *Martha*; etiam in isto fragmento, quod legitur in membranis Regiis, Codd. 1508. & 1789.

[a] Luc. II. 48.

Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου τῆς λεγούσης.

Εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία Μαγδαληνή.

Ἀναγκαῖον ζητῆσαι περὶ τούτου. οὗτος γὰρ ὁ Κλωπᾶς ἀδελφὸς ἦν Ἰωακεὶμ τοῦ πατρὸς τῆς Θεοτόκου Μαρίας. ἔγημεν δὲ γυναῖκα ὀνόματι Ἄνναν, καὶ ἐτελεύτησεν ἄπαις. θέλων δὲ Ἰωακεὶμ ἀναστῆσαι σπέρμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ἔγημεν Ἄνναν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ ἔτεκεν αὐτῷ θυγατέρα ὀνόματι Μαρίαν, ἣν ὁ εὐαγγελιστὴς μνημονεύει Μαρίαν τοῦ Κλωπᾶ. εἶτα χηρεύσαντος τοῦ Ἰωακεὶμ, ἔγημεν ἐκ δευτέρου [1] τὴν ἁγίαν Ἄνναν, καὶ ἔτεκεν τὴν Θεοτόκον Μαρίαν· ὡς εἶναι τήν τε Μαρίαν τοῦ Κλωπᾶ καὶ Μαρίαν τὴν Θεοτόκον, ἀδελφὰς ἐκ δύο μητέρων, ἑνὸς δὲ πατρός. ἔσχεν δὲ ἐκ τῆς πρώτης γυναικὸς αὐτοῦ δύο θυγατέρας, τήν τε Ἐσθὴρ, καὶ τὴν [2] Θάμαρ, ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σαλώμης.

Joannis Chrysostomi, ex Interpretatione Evangelii Joannis, quæ dicit: [a]

Stabant juxta crucem Jesu, mater ejus, & soror matris ejus, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.

Necesse est hac de re inquirere. Iste enim Cleophas frater erat Joakimi, patris Deiparæ Mariæ. Is uxorem duxit nomine Annam, & mortuus est absque liberis. Volens autem Joakimus suscitare semen fratri suo, accepit Annam uxorem fratris sui, & genuit ei filiam nomine Mariam, quam Evangelista commemorat Mariam Cleophæ. Postea Joakimus viduus factus secundam uxorem duxit sanctam Annam, & procreavit Dei genitricem Mariam: adeo ut Maria Cleophæ & Maria Deipara sint sorores e duabus matribus, ex uno autem patre. Habuit porro *Josephus* ex priore sua conjuge duas filias, Estheram, & Thamaram; nimirum ex Salome uxore sua.

At in alio Ms. pariter Regio, num. 2216. & in Metaphrastis Chronico inedito ejusdem Bibliothecæ Cod. 2363. Esther & Thamar una sorore augentur, videlicet Salome. Εὕρομεν ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ ἁγίου Σωφρονίου &c. καὶ προστίθησιν, ὅτι ἀνεψιὸς ἦν ὁ θεολόγος Ἰωάννης τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ κατὰ σάρκα. ὁ γὰρ Ἰωσὴφ ὁ μνήστωρ τῆς παρθένου τέσσαρας υἱοὺς ἔσχεν ἐκ τῆς βιωτικῆς αὐτοῦ γυναικὸς, Ἰάκωβον, [3] Σίμωνα, Ἰούδαν, καὶ Ἰωσῆ, καὶ τρεῖς θυγατέρας, τήν τε Ἐσθὴρ, καὶ τὴν [4] Θάμαρ, καὶ τρίτην, τὴν Σαλώμην, ὁμώνυμον τῇ μητρὶ, ἣν δὴ καὶ ἐξέδοτο ὁ πατὴρ Ἰωσὴφ πρὸς γάμον τῷ Ζεβεδαίῳ· μεθ' ἧς ἔτεκεν ὁ Ζεβεδαῖος Ἰάκωβον, καὶ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην. Hoc est: *Invenimus in libris B. Sophronii &c. Et addit, quod Joannes Theologus erat secundum carnem consobrinus Servatoris nostri Jesu Christi. Nam Josephus sponsus Virginis quatuor filios suscepit ex uxore sua communis vitæ socia, Jacobum, Simonem, Judam, & Josem, tresque filias, Estheram, Thamaram, & tertiam Salomen, matri cognominem: hancque Josephus pater in matrimonium tradidit Zebedæo, qui cum illa genuit Jacobum & Joannem Evangelistam.* Vid. Lambecium Biblioth. Cæsareæ Lib. III. cap. 53. Atque in numero ternario, præter Sophronium Hierosolymitanum supra citatum, ac Theophylactum, concordat etiam Cosmas Vestiarius, cujus locum desumsi e Mss. Codicib. 750. 2375. jam memoratis, ac in gratiam quorumdam Lectorum interpretatus sum.

Τοῦ μακαρίου Κοσμᾶ τοῦ Βεστίτωρος ἐκ τοῦ ἐγκωμίου τοῦ εἰς τοὺς δικαίους Ἰωακεὶμ καὶ Ἄνναν· οὗ ἡ ἀρχή: Ἡ χθὲς τῆς Θεοτόκου γενέθλια καὶ πανήγυρις·

B. Cosmæ Vestitoris, ex Encomio in justos Joakimum & Annam; cujus principium: Hesterna dies, Deiparæ Natale ac Festum.

Μετ' ὀλίγα.

Post pauca.

Ἀληθῶς γὰρ ὡς ἄξιοι προωρίσθησαν οἱ δίκαιοι τῆς Θεοτόκου γεννήτορες συγγενειάσαι Χριστῷ κατὰ σάρκα· καὶ ὡς ἐκ γένους ἐπισήμου, καὶ βασιλικοῦ λέγω καὶ ἱερατικοῦ, τιμηθῆναι. ἐξ ἀμφοῖν γὰρ ἡ Θεοτόκος σεμνολογεῖται, ἐπιμίκτων τῶν δύο φυλῶν ἀπ' ἀρχῆς κατὰ διαφόρους τρόπους γενομένων· ἔνθεν λοιπὸν καὶ ἐπὶ τῶν τῆς Θεοτόκου γονέων οὕτως· [5] Ζαχαρίας ὁ πατὴρ Ἰωάννου ἀδελφὸν ἔσχε συνιερέα καλούμενον Ἀγγαῖον πρὸ αὐτοῦ τετελευτηκότα. τούτου τοῦ Ἀγγαίου θυγατέρα πρὸς γάμον ἠγάγετο Ἰωσὴφ ὁ τέκτων, ἐξ ἧς ἐγέννησεν τέσσαρας υἱοὺς καὶ τρεῖς θυγατέρας· ὧν εἷς ἦν Ἰάκωβος ὁ ἐπικληθεὶς ἀδελφὸς τοῦ κυρίου, καὶ πρῶτος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων· καὶ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς τούτου Σαλώμη, οὐχ ἡ μαῖα, ἀλλ' ἑτέρα. μετὰ δὲ θάνατον αὐτῆς μνηστεύεται Ἰωσὴφ τὴν Θεοτόκον Μαρίαν, κατὰ τὸ μητρικὸν γένος καταγομένην ἀπὸ Ματθὰν τοῦ ἱερέως, καὶ αὐτοῦ ἀπὸ Σολομῶνος τοῦ υἱοῦ Δαβὶδ καταγομένου, ὥς φησι τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον γενεαλογοῦν. οὗτος γὰρ ὁ Ματθὰν τρεῖς ἔσχε [6] γυναῖκας θυγατέρας ἐκ Μαρίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὧν τὰ ὀνόματα Μαρία, Σοββὶ, Ἄννα. ἡ οὖν Μαρία γεννᾷ Σαλώμην τὴν μαῖαν, ἡ δὲ [7] Σοββὶ γεννᾷ τὴν

Vere enim tamquam digni præfiniti sunt justi Deiparæ parentes: ut Christo secundum carnem cognatione jungerentur, utque genere illustri, regio, inquam, ac sacerdotali, honorarentur. Utroque siquidem se jactat Dei genitrix; cum ab initio duæ tribus variis modis inter se misceri solerent: unde & postea in Dei genitricis parentibus permistæ sunt, hunc in modum: Zacharias Joannis pater fratrem habuit juxta secum sacerdotem, nomine Aggæum, qui ante eum e vita discessit. Hujus Aggæi filiam matrimonio sibi copulavit Josephus faber; atque de ea suscepit quatuor filios, tresque filias: quo ex numero unus fuit Jacobus qui cognominatus est frater Domini, primus Hierosolymorum Episcopus. Nomen autem mulieris Josephi, Salome, non quidem illa obstetrix, sed alia. Post hujus mortem Josephus fit sponsus Deiparæ Mariæ, quæ ex materno genere originem ducebat a Matthane sacerdote; sicut Josephus a Salomone filio Davidis descendebat, quemadmodum ait Evangelium secundum Lucam [b], in genealogia Domini. Nam iste Matthan ex uxore sua Maria tres filias protulit; quarum nomina sunt, Maria, Sobbi, Anna. Maria er-

a Joan. XIX. 25. *b* Luc. III.

1. Τὴν ἁγ.] Al. παρθένον τὴν ἁγ.
2. Θάμαρ] Al. Μάρθαν.
3. Σίμωνα] Ms. 2374. Συμεῶνα.
4. Θάμαρ] Id. cod. Μάρθαν, ut Theophylactus prologo in Joannem.
5. Ζαχ.] Vide Hippolytum Thebanum in Chronico: & confer Nicephorum Hist. eccl. lib. 2. cap. 3.
6. Γυναῖκ.] Deest in cod. 2375.
7. Σοββὶ] Apud Nicephorum Σόβη. In Andrea Cretensi minus bene Σίβη. Hippolytus Thebanus in mss. Σοβὴ, Σωβὴ, Σοββή.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.

Ελισάβετ τὴν μητέρα Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ· ἡ δὲ A Αννα γεννᾷ τὴν παναγίαν Θεοτόκον Μαρίαν ἐν Βηθλεὲμ, τῆς κατὰ τὸ ὄνομα τῆς μάμμης καὶ θείας ἐπικληθείσης Μαρίας· ὡς εἶναι τὴν Ελισάβετ ἀνεψιὰν μὲν τῆς Αννης, ἐξαδέλφην δὲ τῆς Θεοτόκου. κυροῦντος τὰ ἑκάτερα τοῦ εὐαγγελίου. διὰ τὸ μὲν πατρῷον γένος καὶ σαρκικὸν τοῦ Χριστοῦ· ἦν, φησιν, ὁ Ἰησοῦς ἀρχόμενος ὡς ἐτῶν τριάκοντα, υἱὸς δὲ ἐνομίζετο τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ηλὶ, τοῦ Ματθάν· διὰ δὲ τὸ μητρῷον· Ἰδοὺ, φησι, καὶ Ελισάβετ ἡ συγγενής σου. ὧν ἕνεκεν δόξα τῇ συγκαταβάσει Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας. Αμήν.

A go gignit Salomen obstetricem: Sobbi vero parit Elisabetham matrem Joannis Baptistæ: Anna autem enititur sanctissimam Dei genitricem Mariam in Bethlehem; Maria videlicet appellata de nomine aviæ & materteræ. Ita ut Elisabetha sit Annæ ex sorore neptis, Deiparæ vero consobrina. Firmat porro utraque Evangelium. Nam propter paternum & carnale Christi genus, dicit: [a] Erat Jesus incipiens quasi annorum triginta; filius autem putabatur Josephi, qui fuit Helis, qui fuit Matthanis: propter maternum vero, ait; [b] Ecce & Elisabeth cognata tua. Quorum gratia gloria sit demissioni & condescensui Christi Dei nostri, in sæcula. Amen.

Hæc quoque ex Chronico Opere Hippolyti Thebani excerpuntur Ms. Regio 1296.

Εγκωμιάζων δὲ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ὁ ἁγιώ- B τατος πατριάρχης Ἱεροσολύμων ὁ μέγας Σωφρόνιος, διδάσκει τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, ὅτι πατὴρ τοῦ θεολόγου ὁ Ζεβεδαῖος ἦν, Σαλώμη δὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, θυγάτηρ οὖσα αὕτη τοῦ Ἰωσήφ· [ὃς] τέσσαρας υἱοὺς εἶχε, καὶ θυγατέρας τρεῖς· υἱοὺς μὲν Ἰάκωβον, Σίμωνα, Ἰούδαν, καὶ Ἰωσήφ· θυγατέρας δὲ τὴν Εσθὴρ, τὴν Μάρθαν, καὶ τὴν Σαλώμην, ἥτις ἦν γυνὴ μὲν Ζεβεδαίου, μήτηρ δὲ Ἰωάννου. ἐντεῦθεν ὁ σωτὴρ θεῖος ἦν Ἰωάννου, ὡς ἀδελφὸς τῆς Σαλώμης τῆς θυγατρὸς Ἰωσήφ.

Sanctissimus autem Patriarcha Hierosolymorum magnus Sophronius encomio celebrans Joannem Evangelistam, docet Ecclesiam Dei, quod pater Theologi exstitit Zebedæus, mater vero illius Salome, ipsa filia Josephi: qui Josephus quatuor habuit filios & filias tres; filios quidem, Jacobum, Simonem, Judam, & Josephum; filias vero, Esther, Martham, & Salomen, quæ fuit uxor Zebedæi, mater autem Joannis. Hinc Salvator erat Joannis avunculus, ut pote frater Salomes filiæ Josephi.

V.

Ibidem, not. 2.

Σεβήρου. C


Επεὶ οἱ τέσσαρες εὐαγγελισταὶ μύρῳ ὑπὸ γυναικὸς ἠλεῖφθαι τὸν κύριον ἔγραψαν, ζητητέον, μία τις ἦν, ἢ δύο. ἐνατενίζων τοίνυν ἐγὼ τῷ ἀκριβεῖ τῶν εὐαγγελικῶν γραμμάτων, τρεῖς εἶναι τὰς γυναῖκας λογίζομαι, ἐκ τῆς τῶν προσώπων ποιότητος, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τρόπου τῆς πράξεως, ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν καιρῶν. ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης, περὶ Μαρίας τῆς τοῦ Λαζάρου ἀδελφῆς ἱστορεῖ, ὅτι πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα κατὰ τὴν οἰκίαν αὐτῆς ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ. ὁ δέ γε Ματθαῖος μετὰ τὸ εἰπεῖν τὸν κύριον, οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, ἐπάγει ὅτι ἐν Βηθανίᾳ ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ, γυνὴ τῆς κεφαλῆς τοῦ κυρίου μύρον κατέχεον, οὐ τοὺς πόδας ἤλει- D ψεν ὡς ἡ Μαρία. καὶ Μάρκος δὲ σύμφωνος ἅπαντα τῷ Ματθαίῳ γεγενῆσθαί φησι. Λουκᾶς γε μὴν, οὐ περὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους, ἀλλὰ περὶ τὰ μέσα που τοῦ εὐαγγελίου, ἢ καὶ ἔτι πρὸ τούτου, τινὰ τῶν Φαρισαίων εἰς ἑστίασιν κεκληκέναι λέγει τὸν κύριον, ὃς καὶ τῆς δολερᾶς ὑποκρίσεως καὶ ἀπιστίας οὐκ ἀπήλλακτο. ἡμεῖς μὲν οὖν, τρία εἶναι τὰ γύναια νομίζοζομεν. ὁ δὲ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν καὶ πανεύφημος πατὴρ, ὁ τῆς οἰκουμένης μέγας φωστὴρ καὶ ἑρμηνευτὴς τῶν ἀπόρων, δύο ταύτας τὰς γυναῖκας εἶναί φησι, μίαν μὴν τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἑτέραν δὲ τὴν παρὰ τοῖς τρισίν· ᾧ καὶ μᾶλλον πειστέον, &c.

Severi.

Cum quatuor Evangelistæ a muliere Dominum unguento perunctum fuisse scripserint, quærendum utrum una fuerit, an duæ. Ego quidem intente respiciens ad exactum Evangelicarum Scripturarum, tres colligo fuisse mulieres, ex personarum qualitate, ex ipso modo agendi, ex differentia temporum. Joannes siquidem de Maria sorore Lazari narrat [c], quod sex diebus ante Pascha in domo propria Jesu pedes unxerit. At Matthæus [d], postquam Dominus dixit, Scitis quia post biduum Pascha fiet, subdit quod in Bethania in domo Simonis leprosi, mulier fuderit unguentum super caput Domini, non D autem pedes unxerit, ut Maria. Marcus autem [e] consonans cum Matthæo eodem modo omnia contigisse dicit. Lucas vero [f], non circa tempus passionis, sed circa media tempora Evangelii, vel etiam ante, refert; A Pharisæo quodam fuisse invitatum Dominum ad convivium; eoque qui ab hypocrisi fraudulenta, & ab incredulitate liber non erat. Nos igitur tres mulieres esse censemus. Ille vero aureæ linguæ & maxime prædicandus Pater (*S. Chrysostomus*,) Orbis magnus splendor, ac explanator difficultatum, binas asserit has mulieres fuisse: unam quidem cujus a Joanne, alteram vero cujus mentio fit a tribus: cui & magis credendum.

a Luc. III. 23. b Luc. I. 36. c Joan. xii. 3. d Matth. xxvi. 2. e Marc. xiv. 3. f Luc. vii. 37.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



VI.

Ad lib. III. *cap.* IX. pag. *96. not.* 2.

Excerptum ex MATTHÆI BLASTARIS *Canonum collectione.*

Ἔτι καὶ περὶ τῶν βαπτιζομένων παρὰ ἀνιέρων.

A

Ἐζητήθη καὶ τοῦτο, τοῦ Ἡρακλείας ἐρομένου Μανουὴλ, εἰ χρὴ δέχεσθαι ὡς πιστὸν, ὃν ἀνίερος ἐβάπτισεν, τὸ ἱερᾶσθαι πλασάμενος· τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῆς ἐνορίας αὐτοῦ τηνικαῦτα συνέβη. καὶ ἐψηφίσατο ἡ σύνοδος, καὶ τούτους ἀναβαπτίζεσθαι· ἐπεὶ γὰρ, φησι, κατὰ τοὺς ἱεροὺς τῶν ἀποστόλων κανόνας, τὸν τεσσαρακοστὸν ἕκτον καὶ τὸν τεσσαρακοστὸν ἕβδομον, μόνοις ἐπισκόποις ἐδόθη καὶ ἱερεῦσιν, ἡ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τελετή. δείκνυται δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ εἰκοστοῦ ἕκτου καὶ τεσσαρακοστοῦ ἕκτου τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου· τοῦ μὲν, μὴ ἐφορκίζειν τοὺς μὴ προαχθέντας ὑπὸ ἐπισκόπων κελεύοντος· τοῦ δὲ, B τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἀπαγγέλλειν τοῖς ἐπισκόποις ἢ πρεσβυτέροις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἱ ῥηθέντες τῆς ἕκτης συνόδου καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ, τοὺς ἀμφιβόλως ἔχοντας εἰ ἐβαπτίσθησαν ἀμελητὶ, βαπτίζειν προστάττουσιν. οὐμενοῦν ὅσιον οὐδὲ ἀσφαλὲς, τὸν βαπτισθέντα παρὰ τοῦ μὴ λαβόντος ἐξουσίαν βαπτίζειν, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἄφεσιν διδόναι ἁμαρτημάτων, ῥυπτικὸν γὰρ τούτων τὸ βάπτισμα, τῷ θείῳ τῶν πιστῶν καταλέγειν χορῷ. οὐ μικρὸς γὰρ ὁ κίνδυνος, μήποτε παρὰ τὸν τοιοῦτον δισταγμὸν, αὐτὸς μὲν τῆς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καθάρσεως στερηθῇ, ἡμεῖς δὲ ἀβαπτίστῳ λάθωμεν κοινωνοῦντες. εἰ δέ τις ἐνίσταιτο λέγων, διὰ τὰς γινομένας παρὰ τοῦ λαϊκοῦ εὐχὰς, καὶ τὴν χρῖσιν C τοῦ ἁγίου μύρου, ἀληθὲς χρῆναι τὸ πρὸς τοῦ ἀνιέρου διδόμενον λογίζεσθαι βάπτισμα· οὗτος ἂν φήσαι καὶ τοὺς χειροτονηθέντας πρός τινος ἀνιέρου καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑποκρινομένου, δεῖν εἶναι κληρικοὺς καὶ μετὰ τὸ φωραθῆναι· ὅπερ ἄτοπον, καὶ ὑπεναντίον τῷ τετάρτῳ κανόνι τῆς δευτέρας συνόδου, τῷ περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ διαταττομένῳ, μήτε αὐτὸν γενέσθαι, ἢ εἶναι ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας, μηδὲν πλέον ἐντεῦθεν ἀπόνασθαι, πάντων ἀκυρωθέντων ὧν ἀθέσμως ἐκεῖνος ἔπραξεν. ἔτι γε μὴν καὶ τῷ ιη. τῆς ἐν Σαρδικῇ, τοὺς παρὰ Μουσαίου καὶ Εὐτυχιανοῦ ἀνιέρων ὄντων χειροτονηθέντας, τοῦ κλήρου τελέως ἐκβάλλοντι, καὶ εἰς τὴν τῶν λαϊκῶν κατάγοντι χώραν. ὥσπερ οὖν ἐκεῖνοι ἀχειροτόνητοι, οὕτω καὶ οὗτοι ἀβάπτιστοι λογισθήσονται. καὶ ὥσπερ οἱ τῶν Ἀγαρηνῶν βαπτιζόμενοι παῖδες, τῷ μὴ δυσωδίας ἀπόζειν, Χρι- D στιανοὶ οὐ λογίζονται· οὕτως οὐδὲ οἱ μύρῳ χριόμενοι πρὸς τῶν ἀνιέρων, ὅτι μὴ δὲ δέδοται τοῖς τοιούτοις, ἁγιασμοῦ τινὸς ὅλως μεταδιδόναι. εἰ δέ τις ἀνθυποφέρει τὸ παρὰ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἔτι παιδὸς ὄντος γεγονὸς, ἐνθυμηθήτω τὸν θεσπίζοντα πολιτικὸν νόμον, ὅτι τὸ παρὰ κανόνας, οὐχ ἕλκεται εἰς ὑπόδειγμα· καὶ οὐ νόμος ἐκκλησίας, τὸ σπάνιον.

Adhuc de iis qui baptizati ſunt a non ſacerdotibus.

Hoc quoque quæſitum fuit, interrogante Manuele Heracleenſi, An recipere oporteat tamquam fidelem, eum quem qui ſacerdos non eſt, & ſacerdotem ſe eſſe ſimulat, baptizavit: id enim tunc temporis in illius diœceſi accidit. Et decrevit Synodus, hos etiam rebaptizari debere: Quia ſcilicet, inquit, juxta ſacros Apoſtolorum Canones quadrageſimum ſextum & quadrageſimum ſeptimum, ſolis Epiſcopis ac Sacerdotibus licet ſancto Baptiſmate initiare. Oſtenditur autem idem, etiam per Canones vigeſimum ſextum & quadrageſimum ſextum B Laodicenæ Synodi: quorum ille quidem præcipit, ut non exorcizent qui ab Epiſcopis non fuerunt promoti & ordinati: hic vero vult, ut qui baptizandi ſunt, fidem Epiſcopis aut Presbyteris recitent. Quin etiam prædicti ſextæ Synodi & Concilii Carthaginienſis Canones, eos qui ob negligentiam ſuam ambigunt utrum baptizati fuerint, Baptiſmum recipere jubent. Equidem æquum non eſt nec tutum, divino fidelium cœtui annumerare eum qui baptizatus fuerit ab homine qui non accepit baptizandi, ac per Baptiſmum remiſſionem peccatorum dandi, poteſtatem; nam Baptiſmus ſordes peccatorum eluit. Etenim non parvum periculum eſt, ne forte per hujuſmodi dubitationem, ipſe quidem expiatione C ſancti Baptiſmatis privatus ſit, nos vero cum haud baptizato communicemus latenter. Quod ſi quis inſtet ac dicat, Propter preces a Laico factas, atque unctionem ſacri olei, verum exiſtimari debere Baptiſma collatum ab homine experte ſacerdotii; ille etiam dixerit, Ordinatos a non conſecrato, Epiſcopum ſe eſſe mentiente, pro Clericis reputari debere, cum fraus innotuerit: id porro abſurdum eſt; & contrarium quarto Canoni ſecundæ Synodi, qui de Maximo Cynico conſtituit, Ipſum nec fuiſſe, nec eſſe Epiſcopum; ab illo autem ordinatos, nihil magis inde fuiſſe conſecutos, abrogatis, videlicet, omnibus quæ contra leges ille fecerat. Pugnat pariter cum 18. Canone Sardicenſi, qui a Muſæo & Eutychiano non ſacerdotibus ordinatos, e Clero penitus ejecit, ac in Laicorum ordinem redegit. Quemadmodum igitur illi Ordinatione carent; ita & iſti D pro Baptiſmi expertibus habebuntur. Et ſicut Agarenorum filii, qui ne fœtorem redoleant, tinguntur ac baptizantur, Chriſtiani non cenſentur; ita nec qui oleo unguntur a non ſacratis; quoniam talibus conceſſum non eſt quidquam prorſus ſanctificationis impertire. Si quis autem præterea objiciat quod contigit magno Athanaſio adhuc puero, conſideret legem civilem in cujus ſtatuto dicitur, Illud quod contra Canones eſt, non trahi in exemplum: conſideret etiam hoc effatum; Non eſt lex Eccleſiæ, quod raro evenit.

In Annalibus Michaelis Glycæ pag. 243. 244. (Locum Nicephori lib. 3. cap. 37. ut obſcuriorem prætermitto) pro falſa ea opinione profertur primo factum Dionyſii Præſulis, qui baptizatum a Laico baptizavit iterum. Narratio incerta, nec ad rem pertinens, quia Baptiſmus arena, non aqua peractus dicitur. Referunt Joannes Moſchus λειμωναρίῳ cap. 176. Cedrenus edit. Baſil. pag. 206. & Nicephorus ubi mox. Profertur ſecundo auctoritas Canonum Apoſtolicorum, Laicis prohibentium ſacerdotalia munia, etiam ſi neceſſitas ingruat. Cum in toto hoc Opere ne verbum quidem de neceſſitate: ſolummodo a ſacris functionibus arcetur plebs lib. 2. cap. 27. lib. 3. cap. 10. & lib. ult. cap. 46. Additur in Glyca ex Vita S. Athanaſii, pueros per Athanaſium puerum baptizatos, ab Alexandro Alexandrino rebaptizatos fuiſſe. Verum Biographus iſte, cujus locum reperies in fine tom. 2. S. Atha-

nasli pag. 27. videtur non intellexisse hæc verba antiquioris Biographi apud Photium Cod. 258. πάντας ἐπιχείσας, διὰ τῆς ἐν Χριστῷ σφραγῖδος ἐτελείωσεν: quæ exponi debent de consignatione & confirmatione, non autem de Baptismo: sicut liquet per Historicos Ecclesiasticos, Rufinum lib. 1. cap. 14. & Sozomenum lib. 2. cap. 17. qui αὐτολεξεὶ narrat Baptismum non fuisse iteratum. Hæc quoque reperi in Georgio Hamartolo Chronographo nondum edito, ubi de Baptismo arenaceo retulit:

Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ κοσμικούς τινας καὶ γυναῖκας λέγοντες βαπτίσαι ποτὲ κατὰ περίστασιν μὴ παρόντος ἱερέως, καὶ εἰς βάπτισμα θεῖον καὶ τέλειον αὐτοῖς λογισθῆναι φιλονεικοῦντες, μᾶλλον δὲ τερατολογοῦντες καὶ βλασφημοῦντες ἐκ πολλῆς ἀγνωσίας καὶ αὐθαδείας· μὴ δὲ τῆς ἱερᾶς τῶν ἀποστόλων διδασκαλίας καὶ παραγγελίας ἀκούοντες τῆς λεγούσης [1]. Οὐκ ἐπιτρέπομεν λαϊκὸν ποιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν, οἷον θυσίαν ἢ βάπτισμα, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην. οὐχ ἑαυτῷ γάρ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. διὰ γὰρ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ ἐπισκόπου δίδοται ἡ τοιαύτη δόξα (al. ἐξουσία.) ὁ δὲ μὴ ἐγχειρισθεὶς ταύτην, ἀλλ' ἁρπάσας καὶ τυραννήσας αὐτὴν ἑαυτῷ, τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν τιμωρίαν τοῦ Σαοὺλ καὶ Ὀζία (al. Ὀζίου) ὑποστήσεται. οὐ μὲν δὲ, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν, οἷον διακόνοις, ἢ ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ ὑπηρέταις, ἢ (al. ἀλλ' ἢ) μὴ μόνοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, ἐξυπηρετουμένων αὐτοῖς τῶν διακόνων· οἱ δὲ τολμῶντες τοῦτο, τῶν Κορεῶν ὑποίσουσι τὴν δίκην. καὶ μήν τοι οὐδὲ πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους, ἢ διακονίσσας, ἢ ἀναγνώστας, ἢ ὑπηρέτας, ἢ πυλωροὺς, ἀλλ' ἢ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις. αὕτη γάρ ἐστι τάξις ἔννομος, ἐκκλησιαστικὴ, καὶ θεάρεστος ἁρμονία, καὶ κατάστασις. Μάτην οὖν ὑπερσχελοῦσιν, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, θεομαχοῦσιν, οἱ τὰ τῆς ἱερωσύνης χαρίσματα καὶ ἐνεργήματα, κοσμικοῖς τε καὶ γυναιξὶν (al. κοσμικοῖς ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν) ἀπονέμοντες ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων, καὶ πειθομένων τῇ ματαιολογίᾳ καὶ φλοιαρίᾳ (al. φλυαρίᾳ) τῶν μηδὲ ὅ, τί ποτέ ἐστιν ἱερωσύνη, καὶ διαφορὰ κοσμικοῦ τε καὶ ἱερέως πάμπαν εἰδότων.

Ubi nunc sunt, qui aiunt, ut Laici & mulieres baptizent aliquando, in necessitate, absente Sacerdote, quique contendunt, immo potius ex multa ignorantia & pervicacia prodigiose ac impie affirmant, hoc in Baptismum divinum perfectumque hominibus imputari: nec audiunt sacram Apostolorum doctrinam atque præceptionem, quæ dicit: Non permittimus, ut Laicus faciat aliquid rerum sacerdotalium, verbi gratia sacrificium vel Baptisma, vel impositionem manus, vel benedictionem tum parvam tum magnam. Nec enim quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo. Nam per impositionem manuum Episcopi, datur hæc dignitas (auctoritas:) qui autem eam non habet sibi commissam, sed illam sibi rapuit ac per tyrannidem occupavit, peccatum suppliciumque Saulis & Oziæ sustinebit. Non solum hoc, sed nec reliquos Clericos Baptismum conferre volumus; veluti Diaconos, aut Lectores, aut Psaltas, aut Ministros; nisi solos Episcopos & Presbyteros, ministrantibus Diaconis. Qui autem id præsumserint, Coritarum pœnas ferent. Rursus non permittimus Presbyteris ordinare Diaconos, vel Diaconissas, vel Lectores, vel Ministros, vel Janitores, sed solis Episcopis. Hic enim est ordo legitimus, Ecclesiasticus, & Deo placens concentus, atque status. Frustra itaque cavillantur, aut ut verius loquar, cum Deo pugnant, qui sacerdotii charismata seu dona, & functiones sæcularibus (viris) itemque mulieribus tribuunt, ad interitum audientium, & fidem habentium vaniloquentiæ ac nugis hominum, qui nullo penitus modo sciunt quidnam tandem sit sacerdotium, quidve differat Laicus a Sacerdote.

Vide præter allata Canonem Illiberitanum 38. & confer cum Auxilio lib. 2. cap. 10. apud Morinum de sacris Ordinationibus Parte 2. pag. 365. Restat de mulieribus baptizantibus. Illarum porro eadem ratio est ac Laicorum. Prohibitionem, etiam contra Hæreticarum mulierum procacitatem, habes in Tertulliano de virginibus velandis cap. 9. de præscriptione Hæreticorum cap. 41. de Baptismo cap. 17. Epiphanio Hæresi 42. cap. 4. Hæresi 79. capp. 3. & 7. Chrysostomo Homilia de Bernice, Prosdoce, & Domnina, tom. 1. & in Concilio Carthaginiensi 4. Can. 100. Potestatem vero in necessitate, confirmavit Urbanus Papa 2. Nec silentio obtegi debet magnus error Attonis Episcopi Vercellensis, Epistola ad Ambrosium sacerdotem Mediolanensem tom. 8. Spicilegii Acheriani p. 124. ortus ex non intellecto Canone 12. Concilii Carthaginiensis 4. quasi Diaconæ feminas baptizaverint; cum dumtaxat ministerium eas baptizantibus præbuerint, ut videbitur infra ad cap. 15.

VII.

Ad lib. IV. *cap.* VI. *pag.* 108. *not.* 3.

Περὶ τῶν οβ'. προφητῶν, καὶ προφητίδων. Ἐπιφανίου.

α'. Ἀδάμ. β'. Ἐνώχ. γ'. Νῶε. δ'. Ἀβραάμ. ε'. Ἰσαάκ. ς'. Ἰακώβ. ζ'. Μωϋσῆς. η'. Ἀαρών. θ'. Ἰησοῦς. ι'. Ἐλδάμ [2]. ια'. Μωδάμ. ιβ'. Ἰώβ. ιγ'. Σαμουήλ. ιδ'. Ναθάν. ιε'. Δαυίδ. ις'. Γάδ. ιζ'. Ἰδιθούμ. ιη'. Ἀσάφ. ιθ'. Αἰμάν. κ'. Αἰθάμ. κα'. Σολομών. κβ'. Ἀχίας. κγ'. [3] Σαμέας. κδ'. ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ Ὀσήθ. κε'. Ἠλὶ ὁ [4] καὶ Σιλώμ. κς'. [5] Ἰωάδ. κζ'. Ἀδδῶ. κη'. Ἀζαρίας. κθ'. Ἀνανὶ, ὁ καὶ Ἀνανίας. λ'. Ἰηοῦ. λα'. Μιχαίας. λβ'. Ἠλίας. λγ'. Ὀζιήλ. λδ'. Ἐλιάδ. λε'. [6] Ἰησοῦς υἱὸς Ἀνανίου. λς'. Ἐλισσαῖος. λζ'. Ἰωναδάμ. λη'. Ζαχαρίας, ὁ καὶ [7]

Epiphanii, de LXXII. Prophetis; & de Prophetissis.

1. Adam. 2. Enoch. 3. Noe. 4. Abraham. 5. Isaac. 6. Jacob. 7. Moyses. 8. Aaron. 9. Jesus. 10. Eldam. 11. Modam. 12. Job. 13. Samuel. 14. Nathan. 15. David. 16. Gad. 17. Idithum. 18. Asaph. 19. Æman. 20. Ætham. 21. Salomon. 22. Achias. 23. Sameas. 24. homo Dei Hodeth. 25. Heli qui & Silon. 26. Joad. 27. Addo. 28. Azarias. 29. Anani, qui & Ananias. 30. Jeu. 31. Michæas. 32. Elias. 33. Oziel. 34. Eliad. 35. Jesus filius Ananiæ. 36. Elisæus. 37. Jonadam. 38. Zacharias, qui & Azarias. 39. alius Zacharias. 40.

1. Λεγούσης] Schol. τοῦτο κεῖται ἐν τῷ γ'. βιβλίῳ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων. *Hoc dictum est in libro* III. *Apostolicarum Constitutionum*, capp. x. xi.
2. Ἐλδάμ] Ms. 1067. Ἐλδάδ. Μωδάδ. Vid. tom. 1. nostræ Bibl. ad Hermæ lib. 1. Vis. II. cap. III.
3. Σαμέας] Al. Σαμαίας. Quæ statim sequuntur, desiderantur in cod. 1067.
4. Καὶ Σιλώμ] Forte ἐκ. Al. Σιλών.
5. Ἰωάδ. — Ἰηοῦ] Al. Ἰωδάδ — Ἰοῦ.
6. Ἰησοῦς — Ἰωναδάμ] Al. Ἰηοῦ Ἰωναδάβ.
7. Ἀζαρίας] Al. Ἀνανίας.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

Αζαρίας. λθʹ. Ζαχαρίας ἄλλος, μʹ. Ωσηέ. μαʹ. Ιωήλ. μβʹ. Αμώς. μγʹ. Αβδίυ. μδʹ. Ιωνᾶς. μεʹ. Ησαΐας, μϛʹ. Μιχαίας. μζʹ. Ναούμ, μηʹ. Αμβακούμ. μθʹ. Ωβήδ. νʹ. Αβδαδών. ναʹ. Ιερεμίας, νβʹ. Βαρούχ. νγʹ. Σοφονίας. νδʹ. Ουρίας. νεʹ. Ιεζεκιήλ. νϛʹ. Δανιήλ. νζʹ. Εσδρας. νηʹ. Αγγαῖος, νθʹ. Ζαχαρίας, ξʹ. Μαλαχίας. ξαʹ. Ζαχαρίας ὁ πατὴρ Ιωάννου. ξβʹ. Συμεών, ξγʹ. Ιωάννης ὁ Βαπτιστής, Ετι δὲ καὶ ἄλλους ἀριθέντας ἔγνωμεν, μέρος ἐλάχιστον προφητείας ἔχοντας, ἢ καὶ προφάσει προφητικῇ· τοὺς δὲ καὶ περισσότερόν τι προφητεύσαντας· τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ Αδάμ· τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν καθεξῆς χρόνων· οὓς δεῖν ᾠήθην μὴ παραλεῖψαι αὖθις μετὰ τὸν ξγʹ. ἀριθμὸν, ἀλλὰ συνάψαι τῇ τῆς ἀνακεφαλαιώσεως ἀκολουθίᾳ. οἷον καὶ εἰσιν οἵδε. ξδʹ. Ενώς. ξεʹ. Μαθουσάλα. ξϛʹ. Λάμεχ. ξζʹ. Βαλαάμ. ξηʹ. Σαούλ, ξθʹ, Αβιμέλεχ, ὁ καὶ Αχιμέλεχ. οʹ. [1] Αμασέ. οαʹ. Σαδώκ. οβʹ. ὁ γέρων ὁ ἐν Βεθήλ. Αγαβος ὁ ἐν ταῖς πράξεσιν,

Osee. 41. Joel. 42. Amos. 43. Abdias. 44. Jonas. 45. Esaias. 46. Michæas. 47. Nahum. 48. Ambacum. 49. Obed. 50. Abdadon. 51. Hieremias. 52. Baruch, 53. Sophonias. 54. Urias. 55. Ezechiel. 56. Daniel. 57. Esdras. 58. Aggæus. 59. Zacharias. 60. Malachias. 61. Zacharias pater Joannis. 62. Symeon. 63. Joannes Baptista. Sed & alios inventum iri novimus, qui partem minimam prophetiæ habuerunt, vel & specie prophetica; item alios qui aliquid majoris momenti vaticinati sunt: quorum quidam paullo post Adamum, quidam sequentibus temporibus vixerunt: quos omnes non prætermittendos censui heic post numerum 63. sed magis adjungendos serie enumerationis. Sunt autem hi. 64. Enos. 65. Mathusala. 66. Lamech. 67. Balaam. 68. Saul. 69. Abimelech, qui & Achimelech. 70. Amase. 71. Sadoc. 72. senex qui Bethele. Agabus de quo in Actis Apostolorum.

Καὶ ὅσαι προφήτιδες.

αʹ. Σάῤῥα. βʹ. Ρεβέκκα. γʹ. Μαρία ἡ τοῦ Μωσέως ἀδελφή. δʹ. Δεβόῤῥα. εʹ. Ολδᾶ. ϛʹ. Αννα ἡ μήτηρ Σαμουήλ. ζʹ. Ιουδίθ. ηʹ. Ελισάβετ ἡ μήτηρ Ιωάννου. θʹ. Αννα ἡ θυγάτηρ Φανουήλ. ιʹ. Μαρία ἡ θεοτόκος.

Et quæ prophetides.

1. Sarra. 2. Rebecca. 3. Maria Mosis soror. 4. Debora. 5. Olda. 6. Anna mater Samuelis. 7. Judith. 8. Elisabeth mater Joannis. 9. Anna filia Phanuelis. 10. Maria Dei genitrix.

Vides tum eamdem mendam in nomine Obedi; ac supra; tum elogium viri Dei, desumtum ex præsenti Historia III. Reg. XIII. Quod si vera putetur hæc prima opinio, distinguere oportebit Adoniam istum seu Adonem, qui tempore Roboami interiit, ab Addone Propheta, quem de Abia rege, filio Roboami, scripsisse dicit liber 2. Paralipom. cap. 13. vers. 22. In secunda sententia noster Propheta vocatur Sameas, Samæas, Semeias, Semei. Nam primum nomen datur ei a Tertulliano libro de jejuniis cap. 16. secundum, in Chronico Alexandrino ad regnum Josiæ pag. 278. tertium, a Concilio Meldensi Can. 11. ex Synodo ad Theodonis villam cap. 4. qua in Synodo, & in Capitularibus Caroli Calvi tit. 2. cap. 4. corrupte editum est *Samuel*, pro *Semeias* vel *Semeas*. Qui autem his in locis adnotarunt ad marginem textum III. Reg. XI. 30. de Ahia, immemores erant consimilis alterius de Samæa ejusdem libri cap. 12. in Græca editione, quem etiam Theodoritus ac Procopius explicant. Ultimum nomen exhibet Epistola Varadati Monachi ad Leonem Imperatorem, in fine Concilii Chalcedonensis: *Dixit Deus omnipotens Semei Prophetæ*, &c. Videnda Synopsis Athanasiana ad calcem. His ego Scriptoribus credere nequaquam possum: quia docet sacra Historia Semeiam diutius vixisse vate, de quo est quæstio. Ex tertia sententia inducitur Sofonias aut Sophonias. Ita cap. 258. tertiæ Cognitionis Collationis Carthaginiensis: quamquam suspicio non levis datur depravatæ lectionis, ne locum Adoniæ, aut Semeiæ, Sofonias occupet. Aliam sententiam disces ex Theodorito & Procopio ad II. Paralipom. ex his Michaelis Glycæ in Annalibus P. 2. p. 187. *ὁ μὲν Ιώσηπος Ιαδῶν αὐτὸν ὀνομάζει· ἡ δὲ βίβλος τῶν παραλειπομένων Ιωὴλ αὐτὸν ἡμᾶς καλεῖσθαι ἐδίδαξεν. Josephus quidem eum appellat Jadonem: at liber Paralipomenon* (2. cap. 9. vers. 29. apud LXX. citato jam per me loco, ubi Hebræum habet *Jeddo*, Vulgata *Addo*) *Joelem eum vocatum fuisse nos docet*. Pseudo-Epiphanius libro de vitis Prophetarum; *Ιωὰμ ὁ προφήτης ἐγένετο ἐν Σαμαρείᾳ. οὗτός ἐστιν ὃν ἐπάταξεν ὁ λέων ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ ἀπέθανεν, &c. Joam Propheta in Samaria exstitit. Hic est ille, qui a leone in via percussus obiit*. Dorothei Synopsis: *Joath. Hic erat ex terra Samariæ. Percussit eum leo, & mortuus est, ac sepultus in Bethel, juxta Pseudo-prophetam, a quo fuerat seductus*. Græce in Mss. habetur: *περὶ τοῦ Ιωάθ. οὗτος ἦν ἐκ γῆς Σαμαρείας. ἐπάταξε δὲ αὐτὸν ὁ λέων, καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη ἐν Βαιθὴλ, ἐγγὺς τοῦ ψευδοπροφήτου τοῦ πλανήσαντος αὐτόν*. De diversa denique & postrema sententia paullo post agam. Nunc vero antequam relinquo hanc Notam, Lectorem de nonnullis scitu non indignis, etsi levibus admonebo, quæ componendo eam observavi. Et primo quidem velim ut tollat vitium lectionis e Chronologicis Excerptis, quæ cum Eusebii Chronicis publica fecit Josephus Scaliger, & ubi inveniet *Abdæus*, rescribat *Addæus*, qui est Addo. Corrigat quoque Latina Eusebii, ex Mss. ex Græcis, nec non ex Adone ac Freculfo, legatque *Joel*, non *Joed*, quod antiquariorum erratum etiam in Mariano Scoto comparet. Notabilis præterea est incogitantia Eusebii, quando Prophetam qui apud altare Samariæ fuerat, quique occisus est vivente Roboamo, commemorat sub Asa Roboami nepote. Sed & insigniter lapsi sunt Interpretes Clementis Alexandrini & Georgii Cedreni. Ille, cum locum p. 326. A. edit. Paris. *καὶ ὁ ἐξ Ιούδα ἀπελθὼν ἐπὶ Ροβοάμ, καὶ προφητεύσας ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου·* Latine sic vertit; *qui etiam ex Juda abiit ad Roboam, & prophetavit super altare*. Hic dum verba p. 87. lib. 1. edit. Basil. *Αχίας ὁ Σιλωνίτης, Σαμέας ὁ Αδών*, transfert; *Achias Silonites, Sameas Adonius*. Nam debuit a priori reddi; *& qui ex Juda abiit sub Roboamo, atque ad altare prophetavit*. ab alio autem; *Achias Silonites, Sameas, Adon*. COT.

VIII.

Ad lib. IV. *cap.* VII. *pag.* 109. *not.* 5.

Απεστάλη Αζαὴλ παρὰ Αδερ βασιλέως Συρίας πρὸς Ελισσαιὲ, καὶ ἔλαβεν μάννα ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ πάντα ἀγαθὰ Δαμασκοῦ, ἄρσιν τεσσαράκοντα καμήλων, δῶρα, καὶ ἦλθεν, καὶ ἔστη ἐνώπιον Ελισσαιὲ, καὶ εἶπεν· ὁ υἱός σου υἱὸς Αδερ βασιλεὺς Συρίας μαλακισθεὶς, ἀπέστειλέν με πρὸς σὲ, λέγων· εἰ ζήσομαι; καὶ ἔστη Αζαὴλ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ παρέθηκεν ἐνώπιον αὐτοῦ τὰ δῶρα, ἕως ᾐσχύνετο. καὶ Ελισσαιὲ πρὸς αὐτὸν εἶπεν· πορεύου, καὶ εἰπὲ αὐτῷ· ζωῇ ζήσῃ σύ· καὶ αὐτὸς ἀποθάνηται· καὶ ἐπορεύθη. Φοβηθεὶς ὁ Ιεροβοὰμ, ὅπως μὴ ἀποστῇ ὁ λαὸς

Missus est Azael ab Adere rege Syriæ ad Elisæum; & sumsit manna in manu sua, & omnia bona Damasci, onus quadraginta camelorum, dona; & venit, ac stetit coram Elisæo, & dixit: Filius tuus filius Ader rex Syriæ ægrotans, misit me ad te, dicens; An vivam? Et stetit Azael ad faciem ejus, & apposuit coram eo dona, donec confusus est. Elisæus autem dixit ad eum: Vade, dic illi; Tu vita vives: ipse tamen morietur. Et abiit. Veritus Hieroboam ne populus ab eo abscederet, ac Roboamo adjungeretur, fecit duas vitu-

1. Αμασί] Apud LXX. Αμασαί. I. Paral. XII. 18.

ἀπ' αὐτοῦ, καὶ προσκολληθῇ τῷ Ροβοὰμ, ἐποίησεν δαμάλεις δύο, καὶ ἔθετο τὴν μὲν μίαν ἐν Βεθὴλ, τὴν δὲ ἑτέραν ἐν Δὰν, καὶ σὺν τῷ ὑπ' αὐτοῦ λαῷ ἐλθὼν, ἀνέβη αὐτὸς ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν Βεθὴλ θῦσαι. καὶ ἰδοὺ Ἀχίας ὁ Σιλωνίτης, ὃς ἦν προφήτης τοῦ Θεοῦ, παρεγένετο ἐξ Ἰούδα εἰς Βεθὴλ, καὶ εἶπεν· θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται τῷ οἴκῳ Δαυὶδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτοῦ, καὶ θύσει τοὺς ἱερεῖς, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων κατακαύσει ἐπὶ σέ. καὶ ἐξέτινεν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, λέγων· συλλάβετε αὐτόν· καὶ ἐξηράνθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ. καὶ ὑπ' αὐτοῦ παρακληθεὶς ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ, ἰάσατο αὐτόν· καὶ λέγει ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτόν· εἴσελθε μετ' ἐμοῦ εἰς τὸν οἶκόν μου, καὶ ἀρίστησον, καὶ δώσω σοι δόμα. καὶ εἶπεν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ· ἐὰν δῷς μοι τὸ ἥμισυ τοῦ οἴκου σου, οὐκ εἰσελεύσομαι μετὰ σοῦ, οὐδὲ μὴ φάγω ἄρτον. οὗτος ἦν ὁ προφήτης ὁ ὑπὸ ψευδοπροφήτου ἀπατηθεὶς, καὶ τὴν ἐντολὴν παραβὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπὸ λέοντος θανατωθεὶς, καὶ ξενοτάφος γενόμενος. (in marg. γεγονώς.)

A las, posuitque unam quidem Bethele, alteram vero Dane; veniensque cum populo sibi subdito, ascendit ipse ad altare quod Bethele, ut sacrificaret. Et ecce Achias Silonites qui erat Dei Propheta, advenit e Juda Bethelem, dixitque: Altare, altare! Ecce filius nascitur domui Davidis; Josias nomen ejus; & immolabit sacerdotes, & ossa hominum comburet super te. Et extendit manum suam rex, dicens; Comprehendite eum: & exaruit manus ejus. Atque ab illo rogatus homo Dei, sanavit eum. Et ait rex ad ipsum: Intra mecum in domum meam, & prande, & dabo tibi donum. Et dixit homo Dei: Si dederis mihi dimidium domus tuæ, non ingrediar tecum, neque manducabo panem. Hic est B Propheta ille, qui a Pseudopropheta deceptus, & transgressus mandatum Dei, a leone interemtus fuit, ac extera sepultura multatus est.

IX.

Ad lib. V. *cap.* VII. *pag.* 120. *not.* 1.

Opusculum THEODORI ABUCARÆ.

Ἀπόδειξις ὅτι ἔχει ὁ Θεὸς υἱὸν ὁμοούσιον, συνάναρχόν τε καὶ συναΐδιον.

Demonstratio, quod Deus habeat filium consubstantialem, ut ipse carentem principio, & coæternum.

C

Τῶν Ἀγαρηνῶν τὸ φρόνημα καὶ πᾶσα αὐτῶν ἡ σπουδὴ πρὸς τὸ ἀθετεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου θεότητα βλέπει, καὶ πανταχόθεν ἐπ' αὐτῷ παρατάσσεται, δεικνύναι αὐτὸν σπουδάζοντες μὴ εἶναι Θεὸν, μὴ δὲ Θεοῦ υἱόν. ὁ γάρ τοι ψευδοπροφήτης αὐτῶν Ἀρειανοῦ ἀκροατὴς ἅτε γεγονὼς, τοῦτο αὐτοῖς τὸ ἄθεον καὶ δυσσεβὲς παρέδωκε δόγμα. ὅθεν τὶς τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπὶ λόγοις σεμνότητος κομψὸς, ἐν πανδήμῳ καθήμενος συλλόγῳ, τὸν ἐπίσκοπον ἠρώτησε φήσας· Τί λέγεις τὸν Χριστὸν, ὦ Θεόδωρε; Ὁ ἐπίσκοπος· Θεὸν, καὶ Θεοῦ υἱόν. ὁ Σαρακηνός· καὶ ἐνδέχεται εἶναι τῷ Θεῷ υἱόν; Θεόδωρος· οὐκ ἐνδέχεται μὴ εἶναι τῷ Θεῷ υἱόν. ὁ Σαρ. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Θεόδ. ἐνδέχεται τῷ Θεῷ μὴ ἄρχειν; ὁ Σαρ. οὐ δῆτα. Θ. καὶ τίνων ἄρχει ὁ Θεός; ὁ Σ. τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων. Θ. οὐκοῦν συμβεβηκὸς γέγονεν αὐτῷ τὸ ἄρχειν, καὶ οὐ φυσικόν· καὶ τὴν ἀρχὴν λεχθείη ἂν ἔχειν ἐπείσακτον καὶ ἐπίκτητον, πρόσφατον, καὶ οὐ συνάναρχον. πρὸ γὰρ τῶν κτισμάτων, ὡς σὺ φῂς, οὐκ ἦρχε· γεγόνασι δὲ αὐτῷ τὰ κτίσματα αἰτία τῆς ἀρχῆς, κεχειροτονηκότα αὐτὸν ἐφ' ἑαυτὰ, δηλονότι ἄρχοντα, τὸ πρὶν μὴ πεφυκότα. καὶ χάριν αὐτοῖς ἂν σχοίη, ὡς τῆς ἀρχοντικῆς τιμῆς δι' αὐτῶν ἠξιώμενος· καὶ εἰ δόξει αὐτῷ εἰς τὸ μὴ εἶναι αὐτὰ παλινδρομεῖν, ἀνήκοα ἔσται, καὶ λοιπὸν τῆς ἀρχῆς τῶν ἀρχομένων, κατά σε γυμνωθήσεται ἄν. καὶ πρὸς τοσούτοις ἀτοπήμασιν, ἕτερον ἐξ ἀνάγκης παρέψοιτο ἂν ἀτοπώτερον. ὁ Σ. ποῖον δὴ τοῦτο; Θ. ὅτι ἡ ἀρχὴ τοῦ ἐπιγείου βασιλέως, τῆς τοῦ Θεοῦ ἀρχῆς ἀσύγκριτος (f. ἀσυγκρίτως) νοηθείη ἂν, καὶ κατὰ πολὺ βελτίω καὶ τιμιωτέρα. ὁ Σ. πῶς, καὶ διατί; Θ. ὅτι ὁ μὲν ἐπίγειος βασιλεὺς, ὁμοουσίων καὶ ὁμοχρόνων ἄρχει· ὁ δὲ Θεὸς, ἑτεροουσίων καὶ κατὰ πολὺ ἡττόνων καὶ ὑστερογενῶν. ὁ Σ. ὅπερ ἔφης οὐ συνίημι. Θ. εἰ προσιών τις προσαγορεύσοι τὸν βασιλέα, λέγων· χαῖρε ὁ βασιλεὺς τῶν ὄνων· τί δεῖν αὐτὸν λέγεις παθεῖν; ὁ Σ. τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν. Θ. καὶ πότερα θατέρῳ συγγενέστερα, τῷ Θεῷ τὰ κτίσματα, ἢ τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ οἱ ὄνοι; ὁ Σ. τῷ βασιλεῖ οἱ ὄνοι. κτίσματα γὰρ ἄμφω, ὁμογενῆ τε καὶ σύνδουλα. ἀλλ' οὖν πεί-

Agarenorum cogitatio & omne studium eorum eo spectat, ut divinitatem Verbi Dei negent; & undique contra illud aciem instruunt, ut probent non esse Deum, neque filium Dei. Eorum enim Pseudopropheta, utpote Ariani erroris auditor, hoc ipsis impium irreligiosumque dogma tradidit. Unde quidam apud eos ob eloquentiam tumidus, in conventu populari sedens, Episcopum percunctatus est his verbis; Quid Christum dicis, Theodore? EPISCOPUS. Deum, & Dei filium. SARACENUS. Et potest Deo esse filius? THEODORUS. Non potest non esse Deo filius. SAR. Quo modo & qua ratione? THEOD. Potest Deus principatum non habere? SAR. D Minime. TH. Et quorumnam princeps est Deus? S. Suarum creaturarum. TH. Accidens igitur ei fuit, ut princeps esset, non autem naturale: & dicetur habere principatum adventitium & acquisitum, recentem, & non, ut ipse, principio carentem. Ante enim quam creaturæ essent, ut tu ais, non habebat principatum: fuerunt autem ei creaturæ caussa principatus, ipsumque sibi præfecerunt, principem videlicet, quod prius non erat natura, & habere illis gratiam debet, quia per eas habitus est honore principali dignus; & si videatur ipsi, ut eæ rursus in nihilum redeant, non obedient; præterea que principatu erga ea quibus præest, ex tua sententia, nudabitur: & præter tanta absurda aliud ab- E surdius, sequetur necessario. S. Quod istud? TH. Quod principatus terreni regis multo melior & nobilior, & supra quam dici possit excellentior, quam principatus Dei intelligetur esse. S. Quo modo, & quare? TH. Quia terrenus quidem rex princeps est eorum qui sunt ejusdem naturæ & ejusdem temporis: Deus autem, eorum qui sunt diversæ naturæ, & multo inferiores ac posteriores. S. Non intelligo quod dixisti. TH. Si quis adiret regem, & diceret; Salve rex asinorum; quod supplicium ei subeundum esse diceres? S. Summum. TH. Et utra sunt alteri cognatiora; creaturæ Deo, an asini regi terreno? S. Asini regi: ambo enim sunt creaturæ,

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

θοντί μοι, ἄγε δὴ, λέγε· τίνων ὁ Θεὸς ἄρχει, ἐπειδὴ κτισμάτων, ὡς σὺ φῂς, οὐκ ἄρχει; Θ. οἱ ἀρχόμενοι τριττοί. ἢ μείζονες ὄντες τοῦ ἄρχοντος, ἢ ἥττονες, ἢ ἴσοι. μειζόνων δὲ ἐπειπεῖν τὸν Θεὸν ἄρχειν, βλάσφημον· Θεοῦ γὰρ μεῖζον οὐδέν. ἡττόνων δὲ, ἄτιμον, κατὰ τὰ προειρημένα ἄτοπα. λείπεται δὲ εἰπεῖν ἴσων καὶ συναναρχων. ὁ Σ. καὶ τίς ἐστιν ὁ τῷ Θεῷ ἴσος καὶ συνάναρχος, ὃς καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἄρχοιτο; Θ. οἱ ἀρχόμενοι τριττοί, ὁ μὲν γὰρ, βουλόμενος ἀρχθήσεται· ὁ δὲ, τυραννούμενος. ὁ δὲ, μήτε βουλόμενος, μήτε τυραννούμενος. ἀλλ' ὁ Θεὸς, βουληθέντων, οὐκ ἄρχει· ἵνα μὴ πάλιν βουληθέντες διαδέξωνται αὐτὸν, καὶ πρὸς τοῦτο οὐ συνάναρχον, οὐδὲ φυσικὴν σχοίη τὴν ἀρχήν· μετὰ βούλησιν γὰρ, καὶ πρόσφατον καὶ ἄτιμον, καθὰ εἴρηται. B ἀλλ' οὐδὲ τυραννουμένων ἄρχει· ἀπρεπὲς γὰρ, σὺν τοῖς λοιποῖς ἀτοπήμασιν. ὑπολέλειπται οὖν εἰπεῖν ὅτι ὁ Θεὸς ἄρχει οὐ βουλομένου, οὐδὲ τυραννουμένου, ἀλλὰ φυσικῇ ἀρχῇ ἀρχομένου. ὁ Σ. καὶ τίς ἐστιν ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φυσικῶς ἀρχόμενος; Θ. οἱ ἄρχοντες τριττοί. ὁ μὲν γὰρ, ψήφῳ τῶν ἀρχομένων ἄρχει· ὁ δὲ, τυραννίδι· ὁ δὲ, φύσει. ἀλλ' ὁ μὲν Θεὸς ψήφῳ ἀρχομένων οὐκ ἄρχει, διὰ τὰ προειρημένα ἀνάρμοστα ἐπὶ Θεοῦ λεχθῆναι συμβεβηκότα· ἀλλὰ οὐδὲ τυραννίδι, τοῦ Θεοῦ γὰρ ἡ τυραννὶς μακρὰν ἀποῤῥαπίζεται. ὑπολέλειπται δὲ ἄρα ὁ τρίτος τρόπος, καθ' ὃν λέγεται ὁ Θεὸς ἄρχων πάσης ψήφου ἀνώτερος, καὶ πάσης τυραννίδος ἐλεύθερος, ὅ ἐστι φύσει. ὁ Σ. καὶ τίς ἐστιν ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φυσικῶς ἀρχόμενος; C Θ. ὁ υἱὸς αὐτοῦ, δι' οὗ ἄρχων καὶ πατὴρ οὐκ ἠργμένος ὁ Θεὸς γνωρίζεται. διότι φυσικὸν πρᾶγμα πᾶν, τῆς κατὰ προαίρεσιν θελήσεως προτίθεται. ὁ Σ. οἷον τί φῂς; Θ. πρὸ γὰρ τοῦ θέλειν ἀναπνεῖν, ἀναπνέομεν· καὶ πρὸ τοῦ θέλειν ἀκούειν, ἀκούομεν· καὶ πρὸ τοῦ θέλειν ὁρᾷν, βλέπομεν. ἰδοὺ γὰρ, σὺ ὦ ἀρνητὰ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου θεότητος, ἀποδέδεικται, ὅτι ἐστὶ τῷ Θεῷ υἱὸς ὁμοούσιος, συνάναρχός τε καὶ συναΐδιος, ταῖς τῆς θεότητος ὑπεροχαῖς τῷ γεννήτορι συνεδρεύων, ὑπὸ πάσης ἀοράτου καὶ ὁρατῆς κτίσεως δημιουργὸς καὶ δεσπότης σὺν αὐτῷ λατρευόμενός τε καὶ προσκυνούμενος, τὸν οὐρανὸν ἔχων θρόνον, καὶ τὴν γῆν ὑποπόδιον· ἔτι δὲ καὶ προφητικῶς εἰπεῖν, σπιθαμῇ τὸν οὐρανὸν μετρῶν, καὶ τὴν γῆν δρακὶ, οὗ πάντα τὰ ἔθνη ἐνώπιον, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ, καὶ ὡς σταγὼν ἀπὸ κάδου. D

A ejusdem generis, & conserva. Sed age, responde mihi percontanti: In quos habet principatum Deus; si quidem in creaturas, ut tu ais, non habet? Th. Triplices sunt quorum aliquis princeps est: vel sunt majores principe, vel minores, vel æquales. At Deum dicere principem esse majorum, blasphemum est: nihil enim Deo majus. Minorum vero, inhonoratum est, convenienter absurdis illis quæ dicta sunt supra. Relinquitur ut dicamus, æqualium, & pariter principio carentium. S. Ecquis est Deo par, & instar illius carens principio, qui illum habeat principem? Th. In quos est principatus, sunt triplices. Unus quidem volens, habebit principem: alius per vim & tyrannice: alius vero, neque volens, neque vi adactus. At Deus non est princeps, quia volunt ii quorum est princeps: ne rursus, si velint, ei succedant; ac præterea non habeat principatum naturalem, ac simul absque principio; utpote post voluntatem, & nuperum ac inhonoratum, sicut dictum est. Sed nec vim ac tyrannidem passorum princeps est: neque enim decet; præter reliqua absurda. Restat igitur, ut dicatur Deus esse princeps, non ut volentis, neque tyrannidem subeuntis, sed naturali principatu principem habentis. S. Ecquis est qui natura Deum habet principem? Th. Triplices sunt principes. Alius enim suffragio eorum quibus præest, princeps est: alius, per tyrannidem: alius, natura. Verum Deus eorum quibus præest, suffragio non est princeps; ob prædicta incongrua, quæ de Deo dicenda essent: sed neque per tyrannidem; tyrannis enim procul a Deo profligatur: superest itaque tertius modus, quo Deus dicitur princeps omni suffragio superior, & ab omni tyrannide liber, qui est modus naturalis. S. Et quis est qui Deum naturaliter principem habet? Th. Filius ejus; per quem Deus, princeps & pater non cœptus seu absque principio agnoscitur. Quia omnis res naturalis voluntatem electionis præcedit. S. Quid verbi gratia ais? Th. Ante enim quam velimus respirare, respiramus; & antequam velimus audire, audimus; & antequam velimus videre, videmus. En igitur, o tu negator divinitatis Verbi Dei, demonstratum est, quod Deo est filius consubstantialis, carens ut ille principio, & coæternus, excellentiis divinitatis cum genitore præsidens, ab omni creatura inaspectabili & aspectabili tamquam creator & dominus cum ipso cultus & adoratus, qui cælum pro throno habet, ac terram pro scabello; insuperque ut prophetice dicatur [a], qui palmo cælum metitur, & terram pugno; ante cujus conspectum omnes gentes sunt quasi momentum stateræ, & quasi stilla de situla.

X.

Ad lib. v. *cap.* XIII. *pag.* 123. *not.* 2.

Chronologicæ observationes duæ de Christo: quarum prior describitur ex cod. Regio 1474. *posterior ex ejusdem bibliothecæ libro* 1819.

I.

Ιστέον ὅτι ὁ εὐαγγελισμὸς γέγονεν ἐν ἔτει ͵εφέ. E ἡμέρᾳ κυριακῇ, Μαρτίῳ κέ. ἡ δὲ γέννησις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ γέγονεν ἐν ἔτει ͵εφϛ'. Δεκεμβρίῳ κέ. ἡ δὲ σταύρωσις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ γέγονεν ἐν ἔτει ͵εφλθ'. κύκλῳ σελήνης δεκάτῳ, ἡλίου δὲ κύκλῳ κγ'. ἦν δὲ τὸ πάσχα τῶν Ιουδαίων, Μαρτίῳ κδ'. ἡμέρᾳ σαββάτου.

Sciri debet quod Annuntiatio facta est anno 5505. die Dominica, Martii 24. Nativitas vero Domini nostri Jesu Christi contigit anno 5506. Decembris 25. At ejusdem Domini crucifixio evenit anno 5539. circulo Lunæ decimo, Solis autem circulo vigesimo tertio. Erat porro Pascha Judæorum Martii 24. die Sabbati.

a If. XL. 12. 15.

II.

Ἰστέον δὲ τοῦτο πᾶσιν, ὅτι τῇ κέ. τοῦ Δεκεμβρίου A μηνὸς ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ͵εφϛ΄. ἡ ἔνσαρκος γέγονεν οἰκονομία τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. [1] ἐτέχθη δὲ ἐν ἡμέρᾳ β΄. ὥρα ζ΄. τῆς νυκτός· καὶ ἐβαπτίσθη ἐν τῇ ϛ΄. τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς τριακονταετὴς ὢν ὑπὸ Ἰωάννου ὥρᾳ δεκάτῃ τῆς νυκτός· διαφωσκούσης ἡμέρας γ΄. καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ἐνήστευσεν ἡμέρας μ΄. καὶ κατεδέξατο πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, τῇ ιδ΄. τοῦ Φεβρουαρίου μηνός. ἐγένετο δὲ τὸ σωτήριον πάθος τοῦ κυρίου, ἐν ἔτει ͵εφλθ΄. τὰ δὲ πάντα ἔτη αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου ζωῆς λγ΄. ἐν τῇ κγ΄. τοῦ Μαρτίου μηνὸς ἐσταυρώθη ἐν τῇ ιδ΄. τῆς σελήνης ἡμέρᾳ, παρασκευῇ, τῇ ἑορτῇ τῶν Ἰουδαίων, ἐν ὥρᾳ. ϛ΄. καὶ ἀνέστη τῇ κέ. τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, ἐν ὥρᾳ ϛ΄. τῆς νυκτὸς. καὶ ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς τῇ γ΄. τοῦ Μαΐου μηνὸς, ὥρᾳ θ΄. B τῆς ἡμέρας, μετὰ μ΄. ἡμέρας τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως.

Id vero ab omnibus sciendum est, quod 25. mensis Decembris, anno a creatione mundi 5506. acciderit Incarnatio Domini nostri Jesu Christi. Natus autem est die 2. hora 10. noctis, illucescente die 3. Et cum esset annorum triginta baptizatus est a Joanne, 6. Januarii mensis, hora 7. diei. Ac post Baptisma jejunavit dies 40. atque sustinuit tentari a diabolo, 14. Februarii mensis. Obtigit autem salutaris passio Domini, anno 5539. Ceterum cuncti anni vitæ Christi in carne, 33. Die Martii 23. cruci affixus est, 14. Lunæ die, in Parasceve & Judæorum festo, hora 6. Resurrexitque 25. ejusdem mensis, hora 6. noctis. Et assumtus est in cælos 3. Maii, hora nona diei, post quadraginta dies a resurrectione sua.

XI.

Ad lib. V. *cap.* XIII. *pag.* 124. *not.* I.

Ἀναγκαία διήγησις.


Τῷ πρὸ τούτου καιρῷ, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἑόρταζον οἱ Χριστιανοὶ Χριστοῦ γένναν καὶ φῶτα. ἔγραψε δὲ ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιος τῷ πάπᾳ Ῥώμης Ἰουλίῳ περὶ τούτου, ὅτι οὐ δυνάμαι [2] ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἀπαντῆσαι εἰς Βηθλεὲμ καὶ εἰς Ἰορδάνην. C καὶ γὰρ Ἰορδάνης ἀπέχει τῆς πόλεως Ἱερουσαλὴμ κατὰ ἀνατολὰς, μίλια κέ. ἡ δὲ ἁγία Βηθλεὲμ κατὰ νότον τῆς πόλεως μίλια ἕξ· καὶ οὐ δυνάμαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰς δύο ἑορτὰς ἀποτελεῖν. παρακαλῶ οὖν τὴν σὴν ὁσιότητα, πάτερ, ἵνα ἐρευνήσῃς τὰ ὑπομνήματα, καὶ δώσῃς ἡμῖν ἐν ἀκριβεῖ ἐρεύνᾳ διὰ γραφῆς σου, τίμιε, τὴν περὶ τούτου εἴδησιν, ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ ἐτέχθη Χριστὸς ὁ κύριος, καὶ ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ ἐβαπτίσθη. ὡς γὰρ ἀκριβῶς ἔγνωμεν, ὅτι τὰ ἐξαρχῆς ὑπομνήματα ἐξ Ἱεροσολύμων ἐν τῇ Ῥώμῃ ἠνέχθησαν ὑπὸ Τίτου καὶ Οὐεσπασιανοῦ. ταύτην τὴν γραφὴν δεξάμενος Ἰούλιος ὁ πάπας Ῥώμης, ἐρευνήσας τὰ ὑπομνήματα, εὗρεν ὅτι τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τοῦ Δεκεμβρίου ἐγεννήθη ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ μετὰ τριάκοντα D χρόνους τῆς αὐτοῦ γεννήσεως ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, τῇ ϛ΄. τοῦ Ἰαννουαρίου μηνός. κατὰ τὴν ἔρευναν οὖν ταύτην χωρίσαντες οἱ πατέρες τὴν ἑορτὴν, γογγυσμὸς ἦν ἐν τοῖς πολλοῖς. ἦν δὲ τῷ τότε καιρῷ καὶ Γρηγόριος ὁ θεολόγος ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει, καὶ ἦν τοῖς πολίταις γογγυσμὸς οὐκ ὀλίγος, ὡς τεμόντος τὴν ἑορτήν· λέγοντες, ὅτι ἔτεμες τὴν ἑορτὴν, καὶ εἰς πολυθεΐαν ἡμᾶς ἐνέβαλες. διὰ τοῦτο αὐτὸς τὸν λόγον τοῦτον τέθηκεν, [3] ὅτι πάλιν τὸν Χριστὸν ἑορτάζων κηρύσσω, οὐ τὰ τῶν ἑλλήνων, μάταια γάρ εἰσι καὶ ψευδόπλαστα, καὶ μύθους καλῶ ταῦτα, καὶ πᾶς ἐχέφρων. καὶ ἕνεκεν τῆς αἰτίας ταύτης ἐστηλίτευσε ταῦτα ὁ θεολόγος Γρηγόριος, τὴν [4] E αὐτῶν ἀνδραίνοιαν δηλοποιῶν, καὶ τὴν ἀγνωσίαν τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μύθοις καὶ φάσμασι προσεῖχον, καὶ σκιᾷ ἐπλανῶντο, καὶ τὴν πλάνην αὐτῶν καύχημα τῆς ἀπωλείας εἶχον. ἡμεῖς δὲ Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ἀδιαιρέτως προσκυνοῦντες, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν δογματίζοντες, δοξάζωμεν, σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ.

Necessaria Narratio.

Priori tempore Christiani uno eodemque die celebrabant Christi Nativitatem, & Lumina. Scripsit autem Patriarcha Hierosolymitanus Juvenalis ad Julium Papam Romanum ea de re: Non possum una die conferre me ad Bethlehem & ad Jordanem. Etenim Jordanis distat ab urbe Hierusalem ad Orientem, milliaribus 25. sancta vero Bethlehem ad Austrum civitatis milliaribus sex: nec possum eadem die duo festa peragere. Rogo itaque sanctitatem tuam, Pater, ut scruteris commentaria, & des nobis in accurata disquisitione per scriptum tuum (venerande) ejus rei notitiam, quo die natus sit Christus Dominus, & quo die baptizatus. Probe enim scimus, commentarios ab initio libros e Hierosolymis Romam delatos fuisse per Titum & Vespasianum. His litteris acceptis, Julius Papa Romæ investigavit Commentarios, invenitque quod 25. Decembris natus est Dominus noster Jesus Christus, & post annos 30. a nativitate sua baptizatus est a Joanne in Jordane fluvio, 6. mensis Januarii. Juxta hanc ergo investigationem cum Patres festum divisissent, inter multos ortum est murmur. Erat autem tunc temporis Constantinopoli Gregorius Theologus; nec parum murmurabant cives quasi in eum qui festum divisisset; dicebantque: Festum divisisti, & ad deorum multitudinem nos conjecisti. Ideo Gregorius Orationem hanc composuit: Rursus Christum festo celebrans prædico; non Gentilium mysteria; vana quippe sunt & falso conficta; eaque fabulas appello, appellabitque omnis vir prudens. Atque hac de caussa Gregorius Theologus ista produxit, manifestam faciens tum suam sollertiam, tum ignorantiam hominum, quod fabulis & portentis attenderent, & umbra deciperentur, erroremque suum in gloriam perditionis haberent. Nos porro Christum Deum nostrum inter tres personas indivise adorantes, Deum ac hominem eum esse docentes, glorificemus, cum principio carente Patre illius, cum sanctissimo, optimo & vivifico Spiritu, nunc &.

1. Ἐτέχθη κ. τ. λ.] Locus videtur corruptus & transpositus. Lege versionem, & Chron. Alex. pag. 532.
2. Οὐ δύναμαι] Hinc supple in Joanne Nicæno.
3. Ὅτι πάλιν] Initium Orat. 39. ex sensu.
4. Ἀνοιῶν] Forte αὐτῶν.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



XII.

Ibidem.

Joannes Episcopus Citri in Responsis ad Episcopum Dyrrachii Cabasilam, quæ leguntur post Matthæi Monachi Nomocanonem, Codd. Regiis 912. 2381. 2419. & Codice Joliano.

A Καταλύομεν [1] καὶ τὸ δωδεκαήμερον, εἰς ἀναίρεσιν τῆς τῶν Αρμενίων νηστείας. οὗτοι γὰρ τὸ πρὸ τῶν φώτων δωδεκαήμερον τοῦτο νηστεύοντες, οὕτω τὰς τρεῖς ἑορτὰς τῇ πέμπτῃ τοῦ Ιανουαρίου μηνὸς συνημμένως ἐπιτελοῦσι· τὸν εὐαγγελισμόν φημι, τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, καὶ τὴν βάπτισιν. μᾶλλόν γε μὴν ἀμυδρῶς πως καὶ σκιωδῶς τῇ ὀλεθρίῳ καὶ μιαρᾷ δόξῃ τοῦ σφῶν αἱρεσιάρχου, Ιχάνιος αὐτῷ ὄνομα, ἐντεῦθεν τιθέμενοι, φαντασίᾳ καὶ οὐκ ἀληθείᾳ τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου οἰκονομίαν λέγοντος γεγενῆσθαι.

Non jejunamus in Dodecahemero, ad subversionem jejunii Armeniorum. Ii enim his 12. diebus ante festum Luminum jejunant, sicque tria festa 5. Januarii mensis conjuncte celebrant: Annuntiationem, inquam, Christi Natale, & Baptismum. Quin potius obscure & adumbrate ita ponunt, ex impura opinione Hæresiarchæ sui, nomine Ichanii, qui Verbi Dei Incarnationem phantasia, non autem veritate factum esse dicit.

Quibus ista addit, non quidem huc facientia, sed spectantia pariter ad Armenios, nec relatu indigna;

Καταλύομεν καὶ τὴν [2] πρὸ τῆς ἀπόκρεω ἅπασαν ἑβδομάδα· ἕτερον πονηρὸν ἔθος τῶν αὐτῶν Αρμενίων ἀνάστατον ἐντεῦθεν τιθέμενοι. νηστεύουσι γὰρ οὗτοι καὶ ταύτην, διὰ τὴν ἀπώλειαν τοῦ κυνὸς, ᾧ ἐπώνυμον ἦν Αρτζιβούρτζιος, διὰ τὸ προϊέναι καὶ μηνύειν τὴν ἐν πόλεσιν ἢ κώμαις ἐπιδημίαν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν Σεργίου. τὸ γὰρ Αρτζιβούρτζιος τῇ τῶν Αρμενίων διαλέκτῳ, Μανδάτωρ ἑρμηνεύεται· ὃν πενθήσας ὁ Σέργιος ὑπὸ θηρίων βρωθέντα, ἐπέσκηψε πᾶσι τοῖς Αρμενίοις νηστεύειν ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις ὑπὲρ τῆς τοῦ κυνὸς πλάνης, καὶ κατηφιᾶν ἐτησίως καὶ σκυθρωπάζειν. εἰ καὶ συγκαλύπτειν τὸ αἰσχρὸν μηχανώμενοι, εἰς ἀνάμνησιν τῆς τῶν Νινευιτῶν νηστείας ἰσχυρίζονται ταύτην ἐπιτελεῖν.

B Non jejunamus quoque totam hebdomadem quæ Carnisprivium præcedit; eo pacto aliam pravam eorumdem Armeniorum consuetudinem abrogantes. Hi namque etiam eam jejunant, ob interitum canis, cui nomen erat Artziburtzius, eo quod præcederet, ac adventum Doctoris eorum Sergii in urbibus & vicis indicaret: Artziburtzius enim Armenorum lingua *Mandator* exponitur: quem canem Sergius cum a feris devoratum lugeret, injunxit cunctis Armeniis, ut illis in diebus pro canis obitu jejunarent, singulisque annis mœrerent & contristarentur. Quamquam nituntur rei turpitudinem velare, contenduntque se in memoriam jejunii Ninivitarum istud observare jejunium.

Atque hæc sufficiebant: si temperare mihi valuissem ab adjungendis iis, quæ de tota religione Armenorum nactus sum in Ms. Regio 1818. uti componantur præcipue cum alio ejusdem Codicis tractatu, quem supra ad caput 24. libri 2. collocavi, & cum Invectivis Isaaci Catholici adversus Armenios, tomo 2. Auctarii novi Græco-Latinæ Patrum bibliothecæ. Quod si cui nimium longa videbuntur; poterit ille nullo negotio ea prætergredi, & ad sequentem Notam properare.

C Απόταξις τῶν αἱρετικῶν Αρμενίων. τὸ πῶς ὀφείλουσιν ἀναθεματίζειν ἐπιστρέφοντες πρὸς τὴν πίστιν τῶν ὀρθοδόξων Ρωμαίων· οἱ οὐ βαπτίζονται, ἀλλὰ μυροῦνται.

Renuntiatio Hæreticorum Armeniorum. Quo modo debeant anathematizare, cum ad fidem Orthodoxam Romanorum redeunt. Non baptizantur autem, sed unguntur.

Εγὼ ὁ δεῖνα, ἢ ἡμεῖς ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, προσέρχομαι τῇ ὀρθοδόξῳ ἀποστολικῇ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀποτάσσομαι, καὶ ἀναθεματίζω, τὴν αἵρεσιν τῶν Αρμενίων, καὶ τῶν [3] Χατζιζαρίων, καὶ τῶν Ιακωβιτῶν, καὶ τὰ ἔθη, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὰς ἑορτὰς, καὶ εὐχὰς, καὶ νηστείας αὐτῶν, καὶ τὰς συναγωγὰς, καὶ βρώματα, καὶ πώματα, εἴτ' οὖν [4] Μαυτάλια· καὶ ἁπλῶς ἀποτάσσομαι τῇ αἱρέσει αὐτῶν· καὶ ὁλοψύχῳ προθέσει προσέρχομαι τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ὀρθοδόξων. καὶ πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. καὶ λεγέτω μέχρι τέλους. καὶ μίαν μὲν φύσιν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὁμολογῶ· ἐπὶ δὲ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, δύο φύσεις ὁμολογῶ, θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος· καὶ τὸ σωτήριον πάθος τῇ σαρκὶ λέγω πεπονθέναι, οὐ τῇ θεότητι· ἡ γὰρ θεότης ἀπαθής ἐστιν. ἀποδέχομαι καὶ τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους· τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τιη'. ἁγίων θεοφόρων πατέρων κατὰ Αρείου συνελθοῦσαν πρώτην· τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει δευτέραν τῶν ρν'. ἁγίων πατέρων, τὴν κατὰ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου· τὴν ἐν Εφέσῳ τρίτην κατὰ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς· τὴν ἐν Χαλκηδόνι τε-

Ego Ille; vel nos Ille & Ille; accedo ad Orthodoxam, Apostolicam & Catholicam Ecclesiam; atque relinquo, ac anathemate percutio Hæresim Armeniorum, Chatzitzariorum, & Jacobitarum, eorumque mores, instituta, festa, preces, jejunia, conventus, cibos & potus seu Matalia: & absolute renuntio Hæresi eorum; toto autem animi proposito venio ad Ecclesiam Catholicam recte sentientium. Credo in unum Deum Patrem omnipoten- D tem factorem cæli & terræ. Dicatque ad finem usque. Unam vero naturam in sancta Trinitate confiteor: at in Domini nostri Jesu Christi Incarnatione duas naturas profiteor, divinitatis & humanitatis: eumque aio salutarem passionem carne pertulisse, non divinitate: nam divinitas nihil pati potest. Suscipio quoque sanctas & œcumenicas septem Synodos: primam Nicænam sanctorum divinorumque Patrum CCCXVIII. adversus Arium congregatam: secundam Constantinopolitanam sanctorum Patrum CL. in Macedonium Pneumatomachum, hoc est, sancti Spiritus impugnatorem: tertiam Ephesinam contra impium Nestorium: quartam Chalcedonensem sanctorum Patrum DCXXX. adversus im-

1. Καταλύομεν κ. τ. λ.] Vide in Typico f. 136. 137.
2. Πρὸ τῆς] Ita legendum in Jure Græco-Rom. p. 388. lib. VII.
3. Χατζιζ.] Forte χατζιτζαρίων.
4. Μαυτ.] Leg. Ματάλια. Vid. supra p. 136.

τετάρτην τῶν χλ΄. ἁγίων πατέρων κατὰ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς, καὶ Πέτρου τῶν ἀσεβῶν· τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει αὖθις πέμπτην τὴν κροτηθεῖσαν κατὰ τῶν συγγραμμάτων Ὠριγένους τοῦ παράφρονος, Εὐαγρίου τε καὶ Διδύμου, καὶ Σεβήρου τοῦ ἀκεφάλου, ἔτι δὲ καὶ Θεοδώρου τοῦ ἐπισκόπου Μοψουεστίας, σὺν τούτοις δὲ ἀναθεματίσασαν καὶ Ἄνθιμον, καὶ Πέτρον καὶ Ζωώραν· εἶτα πάλιν τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἕκτην, τὴν κατὰ Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαρὰν ἐπισκόπου καὶ [1] νεαθοῦσαν, καὶ Ονωρίου Ῥώμης, καὶ Κύρου Ἀλεξανδρείας, Παύλου καὶ Πέτρου, Σεργίου τε καὶ Πύρρου Κωνσταντινουπόλεως γεγονότων προέδρων, καὶ Μακαρίου τοῦ Ἀντιοχείας γενομένου προέδρου, Στεφάνου τε τοῦ τούτου μαθητοῦ, καὶ τῶν ἐκείνοις συμμαχεῖν οἰομένων· καὶ τὴν ἑβδόμην, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁγίων B καὶ σεβασμίων εἰκόνων ἀθροισθεῖσαν· καὶ δέχομαι οὓς ἐδέξαντο, καὶ ἀναθεματίζω οὓς ἀνεθεμάτισαν. ἀναθεματίζω δὲ καὶ Σίμωνα τὸν πρῶτον αἱρετικὸν, καὶ [2] Μονᾶν τὸν καὶ Μάνεντα, [3] Σαρκίωνά τε καὶ σὺν αὐτῷ Ἀρειόν τε καὶ Εὐνόμιον, Μακεδόνιον καὶ Ἀπολινάριον, Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, Σαβέλλιον, Θεόδωρον, Νεστόριον, Εὐτύχιον, Διόσκορον, Θεοδόσιον, Τιμοθεὸν, Ἰουλιανὸν, Πέτρον τὸν μογγὸν, καὶ Πέτρον τὸν κναφέα, τὸν πάθη τῇ θεότητι προσαρμόζοντα, Σεβῆρον τὸν ἀκέφαλον, καὶ Φιλόξενον, καὶ τὸν τούτου μαθητὴν Ἰάκωβον τὸν Τζαντζάλην, ὅθεν Ἰακωβῖται ἐκλήθησαν, Κῦρόν τε καὶ Μακάριον, Σέργιον καὶ Πύῤῥον, καὶ Πολυχρόνιον τὸν νηπιόφρονα γέροντα. τούτους πάντας ἀνεθεμάτισαν αἱ ἅγιαι καὶ οἰ- C κουμενικαὶ ἑπτὰ σύνοδοι, καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτῶν ἅπαντας. οὓς καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία ἀναθηματίζει, ἀναθεματίζω κἀγὼ, καὶ λέγω οὕτως· εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν ἁγίαν τριάδα, πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀνάθεμα. εἴ τις οὐ λέγει ἄναρχον τὸν πατέρα, ὁμοίως καὶ συνάναρχον τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀνάθεμα. εἴ τις λέγει ἔχειν τὸν Χριστὸν δύο ὑποστάσεις, ἀνάθεμα. εἴ τις προστίθησιν εἰς τὸ, Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, τὸ, Ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς, ἀνάθεμα. εἴ τις οὐ προσκυνεῖ τὰς ἁγίας εἰκόνας, ἀλλὰ λέγει ὅτι εἴδωλά εἰσιν, ἀνάθεμα. εἴ τις λέγει, ἁμαρτίαν ἔχει ὁ μὴ νηστεύων τὴν ἑβδομάδα τῆς προφωνησίμου τὸν Ἀρτζιβούρτζην, ἐσθίει δὲ D καὶ τὴν ἑβδομάδα τῆς τυροφάγου κρέα, ἀνάθεμα. εἴ τις λέγει ὅτι ἡ λειτουργεία καὶ ἡ κοινωνία τῇ ἁγίᾳ τεσσαρακοστῇ ἐν καθημερινῇ ἁμαρτία ἐστὶν, καὶ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ ἐσθίει γάλα καὶ ὠὸν, ἀνάθεμα. εἴ τις οὐ βάλλει εἰς τὴν προσφορὰν ζύμην καὶ ἅλας, οὐδὲ [4] ἅγιον ποτήριον μετὰ τοῦ οἴνου, ἀνάθεμα. εἴ τις οὐ ποιεῖ εἰς τὰς κε΄. Μαρτίου τὸν εὐαγγελισμὸν, καὶ εἰς τὰς κε΄. Δεκεμβρίου μηνὸς τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, ἀνάθεμα. εἰ δὲ μεθ᾽ ὑποκρίσεως ταῦτά φημι, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως ὁλοψύχου καὶ καρδίας, καὶ ἄρτι μὲν σχηματίζομαι γενέσθαι ὀρθόδοξος, ὕστερον δὲ θελήσω ἀρνήσασθαι καὶ ὑποστρέψαι E πρὸς τὴν προτέραν μου αἵρεσιν, καὶ εὑρεθῶ συνεορτάζων ἢ συνεσθίων τοῖς Ἀρμενίοις, ἢ συνομιλῶν τοῖς Ἰακωβίταις, λάθρα ἢ φανερῶς, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐλέγχω τούτους καὶ τὴν τούτων αἵρεσιν· νῦν μὲν ἔλθοιεν ἐπ᾽ ἐμὲ πᾶσαι αἱ κατάραι, καὶ ὁ τρόμος τοῦ Κάϊν, καὶ ἡ λέπρα τοῦ Γιεζῆ, πρὸς τὸ καὶ ταῖς ποιναῖς τῶν πολιτικῶν νόμων εἶναί με ὑπεύθυνον ἀπαραιτήτως· κατὰ δὲ τὸν μέλλοντα αἰῶνα, εἴη μοι ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα, καὶ ἡ ψυχή μου ταχθείη μετὰ τοῦ σατανᾶ καὶ τῶν δαιμόνων. πᾶσι τοῖς αἱρετικοῖς ἀνάθεμα. καὶ ἐπικλίνοντος τοῦ μεταρχομένου τὴν κεφαλὴν, ὁ ἀρχιεπίσκοπος εὐχὴν [5] λέγων οὕτως.

A pios Dioſcorum, Eutychem & Petrum: quintam rurſus Conſtantinopolitanam, actam in ſcripta dementis Origenis, Evagrii & Didymi, item Severi Acephali, adhucque Theodori Epiſcopi Mopſueſtiæ, quæque cum iis anathemati ſubjecit Anthimum, Petrum, ac Zooram: ſextam deinde iterum Conſtantinopolitanam, habitam adverſus Theodorum Epiſcopum Pharanitanum, Honorium Romanum, Cyrum Alexandrinum, Paullum, Petrum, Sergium & Pyrrhum Conſtantinopolitanos olim Antiſtites, nec non Macarium qui fuit Antiochiæ Præſul, ipſiuſque diſcipulum Stephanum, & eos qui partes illorum ſibi defendendas putaverant: ſeptimam denique pro ſanctis venerandiſque imaginibus congregatam. B Et recipio quos receperunt, anathematizo quos anathematizarunt. Sed & anathema pronuntio in Simonem primum Hæreticum, Manichæum ſive Manem; cumque illo in Marcionem, & Arium ac Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Paulum Samoſatenſem, Sabellium, Theodorum, Neſtorium, Eutychem, Dioſcorum, Theodoſium, Timotheum, Julianum, Petrum Mongum, & Petrum Cnapheum qui paſſiones divinitati adaptabat, Severum Acephalum, & Philoxenum, ejuſque diſcipulum Jacobum Tzantzalem a quo Jacobitæ nomen ſumſerunt, Cyrum, Macarium, Sergium, Pyrrhum, & ſenem pueriliter deſipientem Polychronium. Hos omnes anathemate proſcripſerunt ſanctæ & œcu- C menicæ ſeptem Synodi, cunctoſque qui cum illis ſentiunt. Quos diebus ſingulis ſancta & Catholica Eccleſia anathematizat, ego quoque anathematizo; atque ita dico: Si quis non confitetur ſanctam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, anathema ſit. Si quis non aſſerit Patrem eſſe ſine principio, itemque Filium eſſe etiam initii expertem, ac Spiritum ſanctum, anathema ſit. Si quis dixerit in Chriſto duas eſſe Hypoſtaſes, anathema ſit. Si quis ad illud, Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, addit hoc, Qui crucifixus es pro nobis, anathema ſit. Si quis non veneratur ſacras imagines, ſed eas Idola vocat, anathema ſit. Si quis dicit peccare eum qui non jejunaverit he- D bdomadem Prophoneſimi, ſeu Artziburtzem, comedit autem carnem hebdomade Lacticiniorum, anathema ſit. Si quis dicit Miſſam & communionem ſingulis diebus Quadrageſimæ peccatum eſſe, Sabbato autem & Dominica veſcitur lacte & ovis, anathema ſit. Si quis in panem oblationis non immittit fermentum & ſal, nec aquam cum vino in ſanctum calicem, anathema ſit. Si quis non celebrat Annuntiationem XXV. Martii; & XXV. menſis Decembris Chriſti Natale, anathema ſit. Quod ſi cum hypocriſi hæc pronuntio, non vero fideliter, totoque animo & corde: atque nunc quidem ſimulo E fieri Orthodoxus, poſtea vero voluero abnegare, ac reverti ad priorem meam Hæreſim, inventuſque fuero una cum Armeniis feſta celebrans, aut cibum ſumens, vel conſueſcens cum Jacobitis, ſive clam, ſive publice; non autem potius redarguero illos illorumque Hæreſim: in hac quidem vita veniant ſuper me omnes diræ, tremor Caini, & lepra Giezis, præter pœnas legum civilium, quibus ſubjiciar, nec poſſim aſſequi impunitatem: in futuro autem ſæculo ſit mihi anathema & catathema, meaque anima collocetur cum Satana & dæmonibus. Cunctis Hæreticis anathema. Et caput inclinante eo qui convertitur, Archiepiſcopus orationem facit his verbis:

1. Καὶ ν.] Forte συναλθοῦσαν.
2. Μον.] Forte Μανιχαῖον. Et mox, Μανᾶν pro Μάνεν.
3. Σαρκ.] Leg. Μαρκίωνα.
4. Οὐδὲ] Post hanc particulam forte deest ὕδωρ εἰς.
5. Εὐχὴν] Heic deeſſe puto ποιεῖ. Vid. EuchＯlog. p. 884.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

Ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ὁ βουλόμενος πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, πρόσδεξαι τὸν δοῦλόν σου τόνδε μόλις ἀνανήψαντα ἐκ τῆς πλάνης, καὶ ἐπιποθήσαντα εἰς τὴν ἐπίγνωσιν ἐλθεῖν τῆς ἀληθείας. σὺ γὰρ εἶπας, κύριε· καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν· ποίμανον τοίνυν αὐτὸν ἐν τῇ δόξῃ σου εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς ἀληθείας, κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν ἁγίων σου καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων· καὶ καταξίωσον αὐτὸν τῆς σφραγῖδος τοῦ θείου μύρου καὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ τιμίου σώματος καὶ αἵματος· καὶ ἀνάδειξον αὐτὸν τέλειον δοῦλόν σου· ἵνα τῇ ποίμνῃ σου συγκαταριθμηθῇ καὶ αὐτὸς, εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τῆς μεγαλωσύνης σου· ὅτι σου ἐστὶν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις· ἐκφώ. καὶ χρίει αὐτὸν τῷ μύρῳ, καθὰ καὶ τοὺς νεοφωτίστους, τὴν αὐτὴν [1] ἐντήρησιν ποιούμενος. καὶ πάλιν ἐπεύχεται οὕτως·

A Deus Salvator noster, [a] qui cunctos homines salvari vis, & ad agnitionem veritatis venire; suscipe servum tuum hunc, qui vix tandem ex errore resipiscit, quique desiderat ad agnitionem veritatis accedere. Tu enim dixisti, Domine: [b] Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere; & vocem meam audient, & fiet unum ovile, unus pastor. Pasce itaque illum in doctrina tua, in agnitionem veritatis tuæ, juxta sanctorum gloriosorumque tuorum Apostolorum expositionem: & largire illi signaculum divini unguenti, ac sumtionem pretiosi corporis & sanguinis: & fac illum perfectum servum tuum; ut & ipse ovili tuo connumeretur, in gloriam & laudem majestatis tuæ. B Exclam. Quia tuum est regnum & virtus. Et ungit eum chrismate seu unguento, sicut & recens illuminatos, eamdem cærimoniam faciens. Ac iterum precatur sic:

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ καταξιώσας τέλειον ἀναδεῖξαι τὸν δοῦλόν σου τόνδε, διὰ τῆς εἰς σὲ ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς σφραγῖδος τοῦ μύρου τοῦ ἁγίου σου, δέσποτα τῶν ἁπάντων, τὴν εἰς σὲ ἀληθῆ πίστιν ἐν αὐτῷ διατήρησον· αὔξων αὐτὸν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ πᾶσι τοῖς παρὰ σοῦ χαρίσμασι κατακοσμῶν. εἶθ᾽ οὕτως [2] κατακοσμεῖται. καὶ λαμβάνει ὁ τῷ ἁγίῳ μύρῳ σφραγισθεὶς παραγγελίαν ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις ἐκείναις κρέα μὴ φαγεῖν, μηδὲ νίψασθαι τὴν ὄψιν, ἀλλὰ καθὼς οἱ βαπτιζόμενοι, οὕτω διατελεῖν· καὶ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ ἀπολούεται.

Domine Deus noster, qui perfectum renuntiare servum tuum huncce per orthodoxam in te fidem & sancti tui unguenti signaculum dignatus es: Domine omnium, veram erga te fidem in illo custodi; promovens eum in justitia, & omnibus quæ a te oriuntur charismatibus donisque exorna. Sic postea communicat. Et qui sancto unguento consignatus fuit, accipit mandatum ut septem illis diebus carnes non comedat, neque vultum lavet, sed sicut baptizati, ita permaneat: atque octavo die C abluitur.

Ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῶν τιη. ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ μέχρι τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῶν ἐν Χαλκηδόνι χλ. αἱ προλαβοῦσαι αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι ὁμοφρονήσασαι, πᾶσαν ἐναντίαν καὶ πονηρὰν αἵρεσιν ἀπεδίωξαν, καὶ τῷ αἰωνίῳ ἀναθέματι παρεδώκασιν. ἐν οἷς καὶ ὁ ἅγιος καὶ θεοφόρος πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριος ὁ τῆς μεγάλης Ἀρμενίας χειροτονηθεὶς τῇ ἁγιωτάτῃ μητροπόλει Καισαρείας, ὅρους καὶ κανόνας ἔθετο τοῦ μὴ ἔχειν ἐξουσίαν ἀλλαχοῦ χειροτονηθῆναι τὸν τῆς μεγάλης Ἀρμενίας ἀρχιερέα, εἰ μὴ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν Καισαρέων· καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου, ἕτεροι ἀρχιερεῖς ἐχειροτονήθησαν καθεξῆς ὀκτώ. ὅτε δὲ, ὡς προείρηται, ἡ ἁγία σύνοδος ἐν πνεύματι ἁγίῳ συνηθροίσθη ἐν Χαλκηδόνι, ἀπέσχισαν καὶ εἰς ἰδίας αἱρέσεις ἐχώρησαν, ὁ Ἐχάνης ἐκεῖνος ὁ καὶ Μαντακουνὴς ἅμα τῶν λοιπῶν ἀνιέρων τῆς ὅλης Ἀρμενίας. εὑρὼν δὲ ὁ ἀρχέκακος ὄφις ὄργανα τῆς αὐτοῦ σκαιωρίας, Διόσκορον τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ Πέτρον τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Μονοθελήτην Εὐτυχέα, ἀπελαθέντας καὶ ἀναθεματισθέντας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων· καὶ ἀμφότεροι συναχθέντες ἐν τῇ πόλει τῇ λεγομένῃ [3] Τβὴ τῆς Ἀρμενίας, καὶ ἐν αὐτῇ σύνοδον ὡς ἐκεῖνοι ἐνόμισαν συγκροτήσαντες, καὶ τὰ ἄθεα καὶ βλάσφημα συνεγράψαντο δόγματα· ἐκεῖθεν καὶ τὴν τῶν Χαντζιτζαρίων· [4] οὕτως ἐκείνοις λογίζεται· πάθος γὰρ ἐπιφέρουσι τῷ πάθει τῷ κατ᾽ αὐτὸ ἀπαθεῖ τῆς θεότητος καὶ φυρμὸν καὶ κρᾶσιν εἰσάγουσι· καὶ μίαν εἶναι φύσιν τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀσεβῶς δογματίζουσιν, οἷα καὶ ὁ Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος καὶ ὁ δείλαιος Πέτρος φρονοῦσι σὺν αὐτοῖς· καὶ ἡ τοῦ ἀθέου Σεβήρου αἵρεσις συντρέχει, καὶ ἐξ αὐτῶν μετέχουσιν οἱ Ἀκέφαλοι, Σεβηριανοὶ, οἱ Ἰακωβῖται. ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς ἄθεος Εὐτυχὴς, καὶ Διόσκορος, καὶ Πέτρος, καὶ ὁ

A sancto & universali Concilio sanctorum CCCXVIII. Patrum Nicææ, usque ad sanctum & universale Concilium DCXXX. Chalcedone congregatorum, quæ exstiterunt sanctæ ac œcumenicæ Synodi, idem sentientes, omnem contrariam pravamque Hæresim expulerunt, ac æterno anathemati tradiderunt. In quibus & sanctus Numineque afflatus Pater noster Gregorius magnæ Armeniæ, ordinatus in sanctissima metropoli Cæsareæ, decreta & canones posuit, ne magnæ Armeniæ Episcopo liceat alibi ordinari, quam apud Cæsariensium Ecclesiam: & ita post divinum Patrem nostrum Gregorium, D alii Episcopi octo deinceps ordinati sunt. Quando autem, ut prædictum est, sancta Synodus in Spiritu sancto congregata est Chalcedone, schisma fecerunt & ad suas Hæreses contulerunt se, Echanes ille qui & Mantacunes ac reliqui totius Armeniæ profani sacerdotes. Ceterum princeps malitiæ serpens inventis pravitatis suæ instrumentis Dioscoro Alexandrino, Petro Antiocheno, & Monothelita Eutyche, qui expulsi & anathemate percussi fuerant per sanctas œcumenicasque Synodos: is inquam serpens & Armenii in civitate Armeniæ dicta Tbe collecti, ibique Synodo, ut ipsi putabant, congregata, impia & blasphema conscripserunt dogmata; indeque errorem Chantzitzariorum. Sic ab illis exi- E stimatur. Passionem ad passionem imponunt ei quod per se ratione divinitatis nihil pati potest: inducunt confusionem & mistionem; unamque esse Domini nostri Jesu Christi naturam impie docent; qualia Eutyches, Dioscorus & infelix Petrus cum illis sentiunt: concurritque impii Severi Hæresis; ac ex illis habent Acephali, Severiani, Jacobitæ. Præterea idem impius Eutyches, & Dioscorus, & Petrus, & Armeniorum ductor Mantacunes dicunt, Servatorem Deumque nostrum, antequam ex Ma-

[a] I. Tim. II. 4. [b] Joan. x. 16.

1. Εντήρησιν] Euchológ. ἐπίρρησιν.
2. Κατακ.] Κοινωνεῖ ex Euchologio.
3. Τβὴ] Aliis Τιβή.
4. Οὕτως] Heic videtur aliquid deesse.

ἀρχηγὸς τῶν Ἀρμενίων Μαντακουνὴς λέγουσιν, ὅτι πρὸ τοῦ γεννηθῆναι ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας τὸν σωτῆρα καὶ Θεὸν ἡμῶν, ἐξ οὐρανοῦ ἔσχε τὴν σάρκα, τὴν γὰρ ὁμοιότητα καὶ μόνην κατὰ φαντασίαν καὶ οὐ κατ᾽ ἀλήθειαν ἔλαβεν ἐκ τῆς παρθένου. λέγουσι δὲ ὡς οὔτε ψυχὴν οὔτε σῶμα ἔλαβεν ἐκ τῆς παρθένου, οὔτε Θεὸς μείνας ἐν τῇ γαστρὶ αὐτῆς ὑπέμεινεν, ἀλλ᾽ ὥσπερ διὰ σωλῆνος διῆλθεν, ἐκ δύο φύσεων, καὶ εἰς μίαν ἐφυράθη φύσιν. καὶ διὰ τοῦτο οἱ Ἀρμένιοι τὸν εὐαγγελισμὸν οὐχ ἑορτάζουσιν εἰς τὸν ἴδιον καιρόν· ἀλλὰ πρὸ ὀκτὼ ἡμερῶν τῶν ἁγίων φώτων ἑορτάζουσι τῇ ἑσπέρᾳ τὴν ἑορτὴν τοῦ εὐαγγελισμοῦ, καὶ διὰ τῆς νυκτὸς ἑορτάζουσι τὰ Χριστοῦ γέννα, καὶ περιτρέχουσιν ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ εἶθ᾽ οὕτως ἑορτάζουσι τὰ φῶτα, μηδόλως ποιοῦντες μνείαν τῆς περιτομῆς. καὶ κατὰ τοὺς ἰδίους [1], ἰουδαΐζουσιν οἱ Ἀρμένιοι· καὶ ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τοῦ πάσχα, θύουσι τὸν ἀμνὸν, καὶ ἐκ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὰς φλιὰς τῶν θυρῶν χρίουσιν, ὀπτὰ πυρὶ ποιοῦσι καὶ ἐσθίουσι. καὶ τὴν προσφορὰν αὐτῶν ἄζυμον ποιοῦσι· καὶ ἕνωσιν τοῦ αἵματος καὶ τοῦ ὕδατος οὐ ποιοῦσιν, ἀλλ᾽ οἶνον καὶ μόνον κατὰ τὸ ἔθιμον τῶν Ἰουδαίων καὶ τὴν παράδοσιν τῆς νομικῆς λατρείας, μὴ συνιέντες τῶν θείων εὐαγγελίων, καὶ τοῦ ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. τὸ δὲ σημεῖον τοῦ τιμίου σταυροῦ οὔτε προσκυνοῦσιν οὔτε σέβονται, οὔτε θείαν δύναμιν λέγουσιν ἔχειν, εἰ μὴ πρότερον βαπτίσωσιν αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον, καὶ πήξωσιν ἧλον ἐν μέσῳ αὐτοῦ. πρὸ γὰρ τοῦ βαπτίσαι αὐτὸν, καὶ καταπατοῦσι καὶ ἀντ᾽ οὐδενὸς ἡγοῦνται. περὶ δὲ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων τοιαύτην ἔχουσι διάθεσιν, ὅτι [2] τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν στόμα ἔχουσι καὶ οὐ λαλήσουσι, ὦτα ἔχουσι καὶ οὐκ ἀκούσονται, καὶ τὰ ἑξῆς· μὴ συνιέντες τῆς θείας γραφῆς· ἀθετοῦντες ἐκεῖνον αὐτὸν τὸν σωτῆρα καὶ ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, ὅστις διὰ τοῦ ἁγίου [3] μανδυλίου τὴν ἰδίαν εἰκόνα τῷ Αὐγάρῳ ἀπέστειλε, καὶ τὸ νόσημα αὐτοῦ ἰάσατο. ἀθετοῦσι δὲ καὶ τὸν θεοφόρον πατέρα ἡμῶν Βασίλειον, ὅστις λέγει ὅτι ἡ τιμὴ τῆς εἰκόνος ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. ἀλλὰ καὶ τρεῖς σταυροὺς ποιοῦσι, καὶ τὴν ἁγίαν τριάδα ὀνομάζουσιν· ὅτι εἷς τῆς τριάδος ἐσταυρώθη, καὶ συνεσταύρωται ἅμα καὶ ἡ ἁγία τριάς· μὴ συνιέντες τὴν διαφορὰν τῶν ὑποστάσεων, μηδὲ τὴν θείαν καὶ ἀκατάληπτον φύσιν τῆς θεότητος ἀπαθῆ διατηροῦντες· ἀλλ᾽ εἰς βυθὸν ἀπωλείας ἑαυτοὺς ὠθοῦντες διὰ τῆς ἀγνωσίας. ἀναγινώσκουσι δὲ καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τοῦ ἁγίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν τὰς βίβλους, τὸ πῶς λεπτομερῶς σαφηνίζει τὰς αἱρέσεις, καὶ μίαν ἑκάστην ἰδίᾳ καὶ χωρὶς ἀναθεματίζει· καὶ αὐτὰς μὲν τὰς αἱρέσεις ἀναθεματίζουσι, τὰς δὲ παραδόσεις αὐτῶν καὶ τὰς αἱρέσεις κατέχουσι καὶ σέβονται καὶ πράττουσι.

[4] Νεστοριανοὺς καὶ Εὐτυχιανιστὰς χρὴ ποιεῖν λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζειν τὴν αὐτῶν αἵρεσιν, καὶ Νεστόριον, καὶ Εὐτυχέα, καὶ Διόσκορον, καὶ τοὺς φρονοῦντας τὰ αὐτὰ, καὶ πάσας τὰς προαναφερομένας αἱρέσεις, καὶ μεταλαμβάνειν τῆς ἁγίας κοινωνίας. Εὐνομιανοὺς μὲν τοὺς εἰς μίαν κατάδυσιν βαπτιζομένους, καὶ Μοντανιστὰς τοὺς λεγομένους Φρύγας, καὶ Μανιχαίους, καὶ Σαβελλιανοὺς τοὺς υἱοπατορίαν διδάσκοντας, καὶ ἕτερά τινα χαλεπὰ ποιοῦντας, καὶ πάσας τὰς τοιαύτας αἱρέσεις· ἤγουν τοὺς ὑπ᾽ αὐτῶν ἐθέλοντας προστίθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ, ὡς Ἕλληνας δεχόμεθα καὶ βαπτίζομεν αὐτούς.

A ria semper virgine nasceretur, de cælo carnem habuisse; similitudinem enim & solam secundum speciem ac opinionem, non vero secundum veritatem sumsisse de Virgine. Aiunt autem quod nec animam nec corpus ex Virgine acceperit, nec Deus manere in illius utero sustinuerit, sed tamquam per tubum pertransierit; atque ex duabus naturis in unam commistus fuerit. Ideoque Armenii Annuntiationem suo tempore non celebrant: verum octo diebus ante sancta Lumina vespere celebrant Annuntiationis festum, & per noctem Natale Christi festum habent; transcursisque septem diebus, ita postea Lumina concelebrant, nullo modo Circumcisionis memoriam facientes. Ad hæc suo modo
B Judæos imitantur Armenii: atque in ipso Paschatis tempore agnum sacrificant, ex cujus sanguine limina portarum inungunt; assa igni faciunt & manducant. Suam Oblationem absque fermento conficiunt: unionem sanguinis & aquæ non peragunt, sed solo vino utuntur, juxta Judæorum consuetudinem traditionemque cultus Legalis; non intelligentes divina Evangelia, nec quod ab Apostolo dicitur [a]: Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova. Signum autem venerandæ crucis nec adorant nec colunt, nec quidquam divinæ virtutis habere profitentur, nisi prius tamquam hominem baptizaverint, in medioque illius fixerint clavum. Ante enim quam crucem baptizaverint, conculcant eam
C & pro nihilo ducunt. De sacris vero & venerabilibus imaginibus hanc habent rationem & sententiam, quod sicut Gentium simulacra, os habent & non loquentur, aures habent & non audient; & quæ sequuntur [b]: non intelligentes sacram Scripturam: rejicientes ipsum quoque Salvatorem verumque Deum nostrum Jesum Christum, cunctorum opificem, qui in sacro mantili imaginem suam ad Abgarum misit, ejusque morbum sanavit. Aspernantur etiam Deo plenum Patrem nostrum Basilium, qui ait [c]: Honor imaginis ad primum exemplar transit. Sed & tres cruces faciunt, & sanctam Trinitatem appellant; quod unus Trinitatis crucifixus fit, unaque simul crucifixa fuerit sancta Trinitas: ignorantes personarum dif-
D ferentiam, nec divinam incomprehensibilemque Deitatis naturam servantes illæsam; sed ipsos se per ignorantiam in profundum perditionis impellentes. Denique legunt quotidie sancti Deiferique Patris nostri libros, quo modo minutatim Hæreses manifestet, nec non unamquamque peculiariter & seorsum subdat anathemati: & ipsas quidem Hæreses anathematizant, suas autem traditiones ac Hæreses retinent, colunt, agunt.

Nestorianos & Eutychianistas oportet facere libellos, & suam Hæresim anathematizare cum Nestorio, Eutyche, Dioscoro, eademque sentientibus, & cum omnibus allatis Hæresibus; atque san-
E ctæ communionis fieri participes. Eunomianos quidem, qui per unam immersionem Baptismum suscipiunt, & Montanistas Phrygas dictos, & Manichæos ac Sabellianos, unam Patris & Filii personam docentes, & alia quædam perniciosa facientes, cunctasque hujusmodi Hæreses: videlicet eos, qui ab illis volunt se adjungere veritati, velut Gentiles recipimus, illosque baptizamus.


[a] II. Cor. V. 17. [b] Psalm. CXIII. 5. 6. [c] De Spiritu S. cap. 18.

1. Ἰδίους] Forte deest τρόπους.
2. Ὅτι] Forte inserendum ὡς.
3. Μανδυλίου] Ita legi vocem contractam.
4. Νεστορ.] Vid. Euchołog. pag. 884.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

XIII.

Ad lib. v. cap. xx. pag. 136. not. 1.



Καὶ τότε μὲν ἐλαλήθησαν ταῦτα. ἐγὼ δὲ μετὰ τοῦτο σκοπήσας, ὅθεν καὶ ὅπως παρεδόθησαν αἱ δύο αὗται νηστεῖαι, ἤγουν τῆς κοιμήσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἡ πρὸ τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων τελουμένη νηστεία, καὶ ἡ πρὸ τῆς μεταμορφώσεως νηστεία, καὶ εἰ ἐξ ἀνάγκης ὀφείλομεν κατὰ ταύτας νηστεύειν, καὶ ἐπὶ πόσαις ἡμέραις, λέγω, τὴν μὴν νηστείαν τῶν τοιούτων τεσσάρων ἑορτῶν, ἀπαραίτητον εἶναι· τὴν δὲ ποσότητα τῶν ἡμερῶν ταύτης μὴ εἶναι εἰς πάντας ἰσάριθμον· ὅπερ εἰς τὴν μεγάλην ἐστὶ τεσσαρακοστήν· ἀλλὰ πρὸ μὲν ἑπτὰ ἡμερῶν ἑκάστης τῶν τοιούτων, πάντες οἱ πιστοὶ, λαϊκοὶ δηλονότι καὶ μοναχοὶ, ἀναγκάζονται νηστεύειν κατὰ τὸ ἀπαραίτητον· καὶ οἱ μὴ οὕτω ποιοῦντες, ἐκ τῆς κοινωνίας τῶν ὀρθοδόξων Χριστιανῶν ἀλλοτριωθήσονται· οἱ ἀπὸ κτητορικῶν τυπικῶν συνωθούμενοι μοναχοὶ νηστεύειν ἐπιπλέον, ἤγουν ἀπὸ τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων πάντων, καὶ ἀπὸ τῆς ιδ. τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, καὶ ἄκοντες ἀναγκασθήσονται τοῖς κτητορικοῖς αὐτῶν τυπικοῖς ἀκολουθεῖν, ὅτι τοῦτο κανονικὸν καὶ σωτηριῶδες ἐστιν· ὥσπερ καὶ οἱ λαϊκοὶ οὕτως ἑκοντὶ νηστεύοντες, εὐχαριστίας ἀξιωθήσονται. ἐπεὶ δὲ τὰς αἰτίας τούτων πάντων γραφικοῖς θείοις δόγμασι καὶ διδάγμασιν, εὐδοκοῦντος τοῦ Θεοῦ, κατησφαλισάμεθα, καὶ δι' ἐπιστολῆς παρεστησάμεθα γραφείσης πρὸς τὸν ἐν τῷ βουνῷ τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου ἐγκλειόμενον, τὸν τιμιώτατον μοναχὸν κύριον Θεοδόσιον τὸν Σαρπειώτην, ἀνάγνωθι καὶ ταύτην. ἐνταῦθα γὰρ ὡς πολύστιχος οὐ κατεστρώθη. ἡ αὐτὴ δὲ ἐπιστολὴ ἐγράφη ἀπαραλλάκτως καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῷ θρόνῳ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας, κληρικοὺς καὶ λοιπούς.

Et hæc quidem tunc dicta sunt. Ego autem cum postea considerassem, undenam & quo modo hæc duo jejunia tradita sunt, scilicet, dormitionis sanctæ Deiparæ, & Nativitatis Jesu Christi ac Dei nostri; atque etiam jejunium quod peragitur ante festum sanctorum Apostolorum, nec non jejunium ante Transfigurationem; & an necessario debemus hæc jejunare, & quot diebus; dico, Jejunium quidem horum quatuor festorum esse inexcusabile; ejus autem dierum quantitatem non esse numero apud omnes æqualem; quod in magna Quadragesima est: sed ante septem quidem dies uniuscujusque horum festorum, omnes fideles, Laici scilicet & Monachi, coguntur jejunare inexcusabiliter; quique non ita faciunt, ab Orthodoxorum Christianorum communione alienabuntur. Monachi autem, qui a Typicis per loca receptis compelluntur amplius jejunare, videlicet, a festo omnium Sanctorum, & a XIV. mensis Novembris, vel inviti cogentur suos illos Formularum libros sequi: quoniam hoc est canonicum & salutare; quemadmodum & Laici qui sua sponte ita jejunant, laude & gratiarum actione digni habebuntur. Quia vero horum omnium caussas divinis sententiis ac doctrinis scripto mandatis, Deo favente, confirmavimus, & in Epistola exhibuimus, quam ad in primis venerabilem Monachum Dominum Theodosium Sarpeiotem, qui in valle sancti Auxentii inclusus degit, scripsimus, eam quoque lege. Hic enim non est posita, ut quæ prolixa sit. Eadem autem Epistola, nullo penitus mutato, scripta est etiam ad Clericos & reliquos, qui sunt in sede magnæ Antiochiæ.

XIV.

Ibidem not. 4.

Ἐρωτήσεις [1] καὶ ἀποκρίσεις συνοδικαὶ τῆς ἁγίας συνόδου, ἧς προΐστατο τότε ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Κύριος Νικόλαος ὁ θεοπρόβλητος, ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ· πρὸς ἐρωτήσεις τινῶν μοναχῶν ἔξω τῆς πόλεως ἀσκουμένων, καὶ ἐπαπορησάντων οὕτως·

Interrogationes, & Responsiones Synodicæ sancti Concilii, cui sanctissimus Patriarcha D. Nicolaus a Deo promotus præerat tunc, sub imperio D. Alexii Comneni; ad interrogationes quorumdam Monachorum, extra urbem in vita religiosa se exercentium, ac quærentium hoc modo:

Ἐρώτησις.

Ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς [2] μονῆς, θεοτίμητοι δεσπόται, ἀδελφός τις πρὸ πολλοῦ ἀπεστάλη παρὰ τῆς ἡμῶν ἀναξιότητος πρὸς τὴν ἁγιωσύνην [3] ὑμῶν, ἐρωτῆσαί τινα ἐγγράφως ζητήματα ὄντα παρ' ἡμῖν ἀναγκαῖα. ὃς καὶ ὑποστρέψας, ἔδειξεν ἡμῖν τὸ ὑπομνηστικὸν ὃ ἐποιήσαμεν πρὸς τὴν ὑμῶν [4] ἁγιότητα, καὶ τὴν ἐξελθοῦσαν λύσιν ὄπισθεν, ἔχουσαν οὕτως· ὡς οὐ δεῖ καταλύειν τὴν νηστείαν, [5] ἐν τετράδι ἢ παρασκευῇ, χάριν μνήμης ἁγίου ἢ ἀποστόλου τινὸς, εἰ μὴ μόνον ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς. &c. καὶ ὅτι δεῖ νηστεύειν τὰς παραδεδομένας νηστείας, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ πεντηκοστῇ, καὶ [6] τῷ δωδεκαημέρῳ, χωρὶς τῆς ἑβδομάδος τῆς [7] διακινησίμου. Et paullo post; πρὸς ταῦτα [8] δὲ ἀπορήσαντες ἡμεῖς, ἢ τὸν μοναχὸν ψάλλεσθαι, ἢ

Interrogatio.

E nostro Monasterio, in Deo venerabiles Domini, frater quidam jam diu missus est a nobis indignis ad sanctitatem vestram, ut interrogaret scripto de quibusdam quæstionibus, quæ apud nos necessariæ sunt. Qui reversus, ostendit nobis, quod ad vestram sanctitatem feceramus (fecit) Commonitorium, una cum solutione quam emisistis, a tergo posita, sicque habente: Quod non oporteat solvere jejunium, in Tetrade & Parasceve, ob commemorationem Sancti vel Apostoli cujuspiam, nisi dumtaxat in festis Dominicis. Et quod oporteat jejunia tradita jejunare, etiam in ipsa Pentecoste, & in Dodecahemero; præter hebdomadem Renovationis. Ad hæc dubii nos, aut Monachum men-

1. Ερωτ.] Al. Ερωτήσεις κανονικαὶ καὶ ἀποκρίσεις τῆς ἁγίας συνόδου. Al. Ερωτήσεις μοναχῶν Ἁγιορειτῶν πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Κύριον Νικόλαον.
2. Μονῆς — δεσπόται] Al. Λαύρας, θεοτίμητοι δέσποται.
3. Υμῶν] Al. σου. Et paullo post ἐποίησε.
4. Υμῶν] Al. σου. Mox ὄπισθεν.
5. Εν τετράδι ἢ παρ.] Al. ἐν τετράδι παρασκευῇ.
6. Τῷ δωδεκαημέρῳ] Id est, *duodecim diebus a Natali ad Epiphaniam.*
7. Διακινησίμου] Leg. διακαινησίμου. *Renovationis.* Nimirum, *post Pascha.*
8. Δὲ ἀπορήσαντες] Al. διαπορήσαντες. Et mox διαψάλλεσθαι.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ὑμᾶς [1] σφάλλεσθαι ὑπελάβομεν. διὸ καὶ ἐγράψαμεν A νῦν ταῦτα πρὸς τὴν ὑμῶν ἁγιότητα, ὡς ἂν μάθωμεν περὶ αὐτῶν ἀκριβέστερον. τὸ γὰρ καταλύειν τὴν νηστείαν ἐν ταῖς [2] τῶν ἁγίων καὶ μεγάλων ἀποστόλων ἑορταῖς εὑρίσκομεν ἐν τοῖς τυπικοῖς συναξαρίοις, τοῦ τε ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα καὶ καθηγητοῦ τῆς ἐρήμου ἔτι τοῦ ἁγίου Εὐθυμίου τοῦ μεγάλου, καὶ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, καὶ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει, καὶ ἄλλων μεγάλων ἁγίων πολλῶν· ἅπερ οὐ διαλανθάνει τὴν [3] ὑμῶν ἁγιότητα. ὡσαύτως καὶ πᾶσαν τὴν πεντηκοστὴν καὶ τὸ δωδεκαήμερον· περὶ τούτων καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος τοιάδε φησὶν ἐν [4] τινὶ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ· ὅτι οὐ δεῖ παραβαίνειν νηστείαν τὸν μοναχὸν ἢ τὸν ἱερέα, τετράδα καὶ παρασκευὴν, εἰ μή τι ἐπὶ νόσῳ βεβάρηται, χωρὶς B τῆς πεντηκοστῆς, καὶ τῶν ἐπιφανίων.

tiri, aut vos falli existimavimus. Quocirca & nunc scripsimus ista ad sanctitatem vestram; quo de iisdem rebus edoceamur accuratius. Nam jejunium diebus festis sanctorum & magnorum Apostolorum solvi debere invenimus in Typicis Synaxariis, tum sancti Patris nostri Sabæ & Eremi moderatoris, tum sancti & magni Euthymii, tum S. Theodori Studitæ, nec non B. Athanasii qui in sancto monte, aliorumque plurium magnorum sanctorum; quæ sanctitatem vestram non latent. Pari modo tota Pentecoste, & Dodecahemero: de quibus & magnus Athanasius hæc ait in quodam e suis libris: Quod Monachus aut Sacerdos, Domini jejunium, quartam feriam & Parasceven omittere non debet, nisi si aliquo morbo prematur, excepta Pentecoste cum Epiphaniis.

Ἀπόκρισις.

Καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ περὶ νηστείας ἐν τετράδι καὶ παρασκευῇ [5] λέγομεν. οἱ γὰρ θεοκήρυκες ἀπόστολοι πᾶσαν ἁπλῶς τετράδα καὶ παρασκευὴν δεῖν εἶπον τὸν πιστὸν νηστεύειν, εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν κωλύει τι· ἀλλ' οὐχὶ τήνδε ἢ τήνδε. ἐν δὲ ταῖς τῶν ἁγίων μνήμαις, οὐ καταλύειν τὴν νηστείαν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων σχολάζειν [6] ἐπέτρεψαν.

Responsio.

Iterum quoque eadem de jejunio in 4. & 6. feria pronuntiamus. Divini enim præcones Apostoli dixerunt, teneri fidelem jejunare omni absolute quarta die & Parasceve, si non prohibeatur aliquo modo ab infirmitate, non autem hac vel illa. In memoriis vero Sanctorum, non solvere jejunium, sed ab operibus vacare præceperunt.

XV.

Ibidem.

Epistola JOANNIS *episcopi Citrii, & sententia* THEOPHILI *episcopi Alexandrini.*

Ἐν ταῖς νηστίμοις τῶν ἡμερῶν, περὶ ἐννάτην ὥραν C μετὰ τὰς συνήθεις εὐχὰς, ἐν ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι καὶ λαχάνοις, [7] ἢ ἰσχάσιν, ἢ φοίνιξιν τὴν χρείαν ἀποπληροῦμεν τοῦ σώματος, εἰ μή τις ἐνοχλοίη τούτῳ ἀσθένεια. ἐπεὶ τοίνυν κἂν τῇ πρὸ τῶν ἁγίων Θεοφανίων ἡμέρα προστεταγμένον νηστεύειν, μετὰ τὴν συνημμένην ταύτῃ θείαν μυσταγωγίαν, ἐπὶ τὴν σωματικὴν εἰώθαμεν ἰέναι τροφὴν, οὐ μεταληπτέον ἐλαίου ἢ ἰχθύων. εἰ γὰρ τῆς ἡμέρας ταύτης, τῆς παραμονῆς φημι τῶν ἁγίων Θεοφανίων, ἡμέρᾳ κυριακῇ συνελθούσης, ὁ Θεόφιλος Ἀλεξανδρείας ἰσχάδων μόνον ἢ φοινίκων ἐπισκήπτει μεταλαμβάνειν, ὅσον φυλάξασθαι τὸ ἐν κυριακῇ δειχθῆναι νηστεύειν· σχολῇ γ' ἂν ἑτέρᾳ συμπεσούσης ἡμέρᾳ, λιπαρωτέρας τροφῆς ἁψαίμεθα. εἰ δὲ καὶ ἡ τῶν ἁγίων Θεοφανίων ἡμέρα D ἐν τετράδι ἢ παρασκευῇ ἐπιστάιη, ἀρκετὸν ἡμῖν λῦσαι τὴν ἐν ταῖς τοιαύταις ἡμέραις νενομισμένην νηστείαν κατὰ τὸν ξθʹ. τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα, ἐλαίῳ τε χρήσασθαι καὶ ἰχθύσι. τὸ δὲ κρέατος ἢ τύρου φαγεῖν, γαστριμαργίας ἀτεχνῶς εὕρημα, οὐκ ἀποστολικῆς νομοθεσίας ἐπίταγμα. οὐκ ἔστι γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, βρῶσις καὶ πόσις, καὶ τὰ ἑξῆς.

Diebus jejunii, circa horam nonam post consuetas preces, sumtione panis dumtaxat, aquæ & olerum, aut caricarum, aut dactylorum, necessitatem corporis explemus; præterquam si aliquo morbo illud affligetur. Cum igitur & die ante sancta Theophania jubeamur jejunare, post vespertinum Officium illique conjunctam divini mysterii celebrationem, ad cibum corpori convenientem solemus accedere; tunc sumere non oportet oleum, aut pisces. Nam si ea dies, vigilia, inquam, sanctorum Theophaniorum, in diem Dominicum incurrisset; Theophilus Alexandriæ Episcopus caricas tantum aut palmulas comedere injungit, quatenus caveatur ne Dominica videamur jejunare: temere vero, eadem vigilia in alium diem incidente, cibum pinguiorem attigerimus. Quod si sanctorum Theophaniorum dies in Tetrade aut Parasceve (4. aut 6. feria) institerit, sufficiat nobis solvere quod juxta Apostolorum Canonem 69. hisce diebus institutum est jejunium; uti autem oleo & piscibus. At carnem vel caseum manducare, ingluviei prorsus commentum est, non Apostolicæ legislationis jussum. Neque enim regnum Dei est esca & potus [a]; & quæ sequuntur.


Igitur Allocutio & Lex Episcopi Alexandriæ Theophili, talis habetur.

Καὶ τὸ ἔθος καὶ τὸ πρέπον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ πᾶσαν E κυριακὴν τιμᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ

Et mos & officii ratio a nobis postulat, ut omnem diem Dominicum honoremus, eumque festum habeamus; cum in eo Dominus noster Jesus Christus

a Rom. xiv. 17.

1. Ὑμᾶς σφάλ.] Al. ὑμᾶς ἰσφάλθαι. Paullo post νῦν pro ὑμῶν.
2. Τῶν — ἀποστόλων.] Al. τῶν μεγάλων ἁγίων καὶ ἀποστόλων. Al. τῶν ἁγίων μεγάλων ἀποστόλων.
3. Ὑμῶν] Al. σήν. Mox καὶ ἅπαν τό, pro καὶ τό.
4. Τινί.] Al. ἐνί. Mox νηστείαν κυρίου. Et paullo post, τετάρτη τετράδα. Leg. in Typico fol. 137.
5. Λέγομεν] Al. γράφομεν.
6. Ἐπέτρεψαν] Al. ἐπέταξαν.
7. Ἢ ἰσχ.] Al. καὶ ἰσχ. Sic item infra, καὶ φοιν. pro ἢ φοιν. Et mox δ' ἂν pro γ' ἄν.



SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

νεκρῶν ἀνάστασιν ἐπρυτάνευσε. διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς A γραφαῖς, καὶ πρώτη κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῖν ὑπάρχουσα, καὶ ὀγδόη, ἅτε δὴ ὑπεραναβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων σαββατισμόν. ἐπεὶ οὖν συνέβη τὴν τῶν ἁγίων Θεοφανίων νήστιμον ἡμέραν εἶναι [1] ταύτην, οἰκονομήσωμεν, καὶ πρὸς ἑκάτερον ἐπιστημόνως χωρήσωμεν, ἵνα μεταλαμβάνοντες ὀλίγον φοινίκων, ἐκκλίνωμεν ἅμα καὶ τὰς αἱρέσεις τὰς μὴ τιμώσας τὴν ἀναστάσιμον τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡμέραν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον τῇ νηστείμῳ ἡμέρᾳ ἀποδῶμεν, περιμένοντες τὴν ἑσπερινὴν σύναξιν, ἥτις ἐνταῦθα, Θεοῦ θέλοντος, [2] τελεῖται. συναχθῶμεν τοίνυν ἀπὸ ὥρας ἐννάτης ἐνταῦθα.

reſurrectionem ex mortuis nobis procuraverit. Et ideo hic dies in ſacris Scripturis & primus appellatus eſt, ut qui ſit nobis vitæ initium; & octavus, ut pote qui Judæorum Sabbatiſmum ſupergrediatur. Quia igitur contigit, diem jejunii qui ad ſancta Theophania pertinet, in illum Dominicum incidere; œconomia utamur, & ad utrumque prudenter accedamus: ut ſumentes paucas palmulas, ſimul & Hæreſes vitemus, quæ diem reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti non honorant; & quod debetur diei jejunii reddamus, exſpectantes veſpertinum conventum, qui heic, Deo volente, peragetur. Congregemur itaque heic ab hora nona.

XVI.

Ad lib. VI. *cap.* XVI. *pag.* 154. *not.* 2.

Λόγος εἰς τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. B

Liber de pueritia & miraculis Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

Ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐγὼ Θωμᾶς ὁ Ἰσραηλίτης, πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀδελφοῖς γνωρίσαι τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ Χριστοῦ, ὅσα ἐποίησεν ὁ κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, γεννηθεὶς ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν, ἐν τῇ Βηθλεέμ· ἐξιστάμενος, ὧν ἡ ἀρχή ἐστιν αὕτη.

Τὸ γὰρ παιδίον Ἰησοῦς πενταετὴς γενόμενος. βροχῆς δὲ γενομένης, καὶ παυσάσης τῆς βροχῆς, ὁ Ἰησοῦς ἔπαιζεν ἐπὶ διαβάσει τινὸς ῥύακος, καὶ τὰ παραῤῥέοντα ὕδατα συνηγάγετο εἰς λάκκους, μεθ᾽ ἑτέρων παίδων τῶν Ἑβραίων. καὶ αὐτὰ τὰ ὕδατα παραχρῆμα ἐγένοντο καθαρὰ καὶ ἐνάρετα. λόγῳ δὲ μό- C νῳ ἐπέταξεν αὐτὰ, καὶ παντῶς ὑπετάσσοντο αὐτῷ. ἐπάρας δὲ ἐκ τῆς χείλεως αὐτῶν πηλὸν τρυφερὸν, ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία τὸν ἀριθμὸν ιβ΄. ἦσαν οὖν καὶ τὰ παιδία, παίζοντα σὺν αὐτῷ. ἰδὼν δέ τις Ἰουδαῖος ἃ ἐποίησεν Ἰησοῦς ἐν σαββάτῳ πλάττων τὸν πηλὸν, ἀπῆλθεν εὐθέως, καὶ ἀπήγγειλε τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἰωσὴφ, λέγων· ἰδοὺ τὸ παιδίον σου παίζον ἐπὶ τοὺς ῥύακας, καὶ ἦρε πηλὸν, καὶ ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία ιβ΄. καὶ βεβηλοῖ τὸ σάββατον. καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ ἰδὼν, ἀνέκραξεν αὐτὸν, λέγων· διατὶ ταῦτα ποιεῖς ἐν σαββάτῳ, ὅτε οὐκ ἔξεστι ποιεῖν; ὁ δὲ Ἰησοῦς συγκροτήσας τὰς παλάμας αὐτοῦ, ἀνέκραξε τοῖς στρουθίοις, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὑπάγετε, πετάσθητε, καὶ μέμνησθέ μου ζῶντες. καὶ D πετασθέντων τῶν στρουθίων, ἐξῆλθον κράζοντα. ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, ἐθαμβήθησαν, καὶ ἀπελθόντες διηγήσαντο τοῖς πρώτοις αὐτῶν ὅπερ ἶδον, σημεῖον πεποιηκὼς ὁ Ἰησοῦς. ὁ δὲ υἱὸς Ἄννα τοῦ γραμματέως ἦν ἑστὼς ἐκεῖ μετὰ Ἰωσὴφ, καὶ λαβὼν κλάδον ἰτέας, ἐξέχεε τὰ ὕδατα ἃ συνάγαγεν ὁ Ἰησοῦς. ἰδὼν δὲ τὸ παιδίον Ἰησοῦς τὸ γινόμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ, ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀνόητε, τί ἠδίκησάν σε οἱ λάκκοι, καὶ ἐξέχεας τὰ ὕδατα; ἰδοὺ νῦν καὶ σὺ ὡς δένδρον ἀποξηρανθῇς, καὶ οὐ μὴ ἐνέγκῃς φύλλα, οὔτε κλάδους, οὔτε καρπόν. καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ὅλος. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. οἱ δὲ γονεῖς τοῦ ξηρανθέντος ἐβάστασαν φέροντες αὐτὸν θρηνοῦντες τὴν νεότητα αὐτοῦ· E καὶ ἤγοντο πρὸς τὸν Ἰωσὴφ, καὶ ἐνεκάλουν αὐτὸν, ὅτι τοιοῦτον ἔχεις παιδίον ἐργαζόμενον τοιαῦτα; εἶτα ὁ Ἰησοῦς παρακληθεὶς παρὰ πάντων, ἰάτρευσεν αὐτὸν, ἐάσαντός τι μέλος τινὰ ἀργὸν, ὀλίγον εἰς τὸ προσέχειν αὐτούς. πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο διὰ τῆς κώμης, καὶ παιδίον τρέχον διεῤῥάγη εἰς τὸν ὦμον αὐτοῦ. καὶ πικρανθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· οὐκ ἀπελεύσῃ τὴν ὁδόν σου. καὶ παραχρῆμα πεσὼν

Neceſſarium duxi ego Thomas Iſraelita, cunctis inter Gentes fratribus nota facere puerilia & magnifica Chriſti opera, quæ edidit Dominus noſter ac Deus Jeſus Chriſtus, natus in regione noſtra, apud Bethlehemam: ego iis obſtupefactus; quorum hoc eſt initium.

Puer Jeſus, annum ætatis quintum agebat. Cum autem pluiſſet, ac pluvia ceſſaſſet, Jeſus cum aliis pueris Hebræis ludebat ad decurſum rivi; & aquæ præterfluentes congregabantur in foveas. Tum ipſæ aquæ confeſtim factæ ſunt puræ ac efficaces. Solo autem ſermone percuſſit eas, atque omnino ei obtemperabant. Cumque ex ipſarum ripa molle lutum ſuſtuliſſet, ex illo formavit paſſerculos numero duodecim. Erant itaque una cum eo pueri ludentes. Quidam vero Judæus, poſtquam vidit quæ fecerat Jeſus die Sabbati in fingendo luto, ſtatim diſceſſit, nuntiavitque patri ejus Joſepho, dicens: Ecce filius tuus, dum ſecus rivos ludit, tulit lutum, finxitque ex eo paſſeres duodecim, & Sabbatum profanat. Igitur accedens Joſephus ad locum, & cernens, inclamavit ipſum his verbis: Qua de cauſſa hæc agis in Sabbato, quando non licet? Jeſus autem comploſis manibus ſuis, acclamavit paſſeribus, dixitque illis; Ite, volate, ac mei viventes memores ſitis. Tum avolaverunt paſſerculi, & cum clamore egreſſi ſunt. Id vero videntes Judæi, valde admirati ſunt; atque abeuntes, narraverunt primoribus inter ipſos miraculum quod coram ipſis ediderat Jeſus. Porro filius Annæ Scribæ ſtabat illic cum Joſepho; acceptoque ramo ſalicis, effudit aquas quas congregaverat Jeſus. Hoc ab ipſo perpetratum aſpiciens puer Jeſus, moleſte tulit, dixitque illi: Stulte, qua te injuria affecerunt foſſæ, ut aquas diffunderes? Ecce jam tu quoque tamquam arbor areſcas, nec afferas folia, neque ramos, neque fructum. Et illico totus aridus factus eſt. At Jeſus ſeceſſit, abiitque in domum ſuam. Ceterum parentes illius qui aruerat, ſublatum portaverunt eum, lugentes ipſius juventutem: & duxerunt ad Joſephum, quem incuſabant; cur ejuſmodi habes puerum talia operantem? Poſtea Jeſus obſecratus a cunctis, ſanavit illum: reliquit tamen aliquod parvum membrum motus ac operationis expers, ut ii attenderent. Rurſus itaque Jeſus per vicum proficiſcebatur; & puer currens irrupit in ejus humerum. Unde exacerbatus Jeſus dixit illi: Non abibis viam tuam. Statimque cecidit puer, ac mortuus eſt. Aſpi-

1. Εἶναι ταύτην] In membranis Regiis ταύτην εἶναι.

2. Τελεῖται] Aut συντελεῖται.

ἀπέθανεν. ἰδόντες δέ τινες τὸ γινόμενον, εἶπον· πόθεν τοῦτο τὸ παιδίον ἐγεννήθη, ὅτι πᾶν ῥῆμα αὐτοῦ ἔργον ἐστὶν ἕτοιμον. καὶ προσελθόντες οἱ γονεῖς τοῦ τεθνεῶτος τῷ Ἰωσὴφ, κατεμέμφοντο λέγοντες· σὺ τοῦτο τὸ παιδίον ἔχων, οὐ δύνασαι μεθ' ἡμῶν οἰκεῖν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν. ἢ δίδασκε τὸ παιδίον σου αὐτῷ εὐλογεῖν καὶ μὴ καταρᾶσθαι, ἢ ἔξελθε σὺν αὐτῷ τῶν ὧδε. τὰ γὰρ παιδία ἡμῶν θανατοῖ. προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον κατ' ἰδίαν, ἐνουθέτει αὐτὸ λέγων· ἵνα τί τοιαῦτα κατεργάζῃ, καὶ πάσχουσιν οὕτως, καὶ μισοῦσιν ἡμᾶς καὶ διώκουσιν; εἶπεν δὲ ὁ Ἰησοῦς· ἐγὼ οἶδα ὅτι τὰ ῥήματά σου ταῦτα οὐκ εἰσὶν σά, ἀλλὰ διά σε σιγήσω· ἐκεῖνοι δὲ οἱ εἰρηκότες σοι ταῦτα, οἴσουσι τὴν κόλασιν τὴν αἰώνιον. καὶ εὐθέως οἱ ἐγκαλοῦντες αὐτὸν ἐτυφλώθησαν. καὶ οἱ ἰδόντες ἐφοβήθησαν πάντες σφόδρα, καὶ ἠπόρουν, καὶ ἔλεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτε πᾶν ῥῆμα ὃ λέγει, εἴτε καλὸν, εἴτε κακὸν, ἔργον γίνεται· καὶ ἐθαύμαζον. εἰδόντες δὲ ὅτι τοῦτο ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐγερθεὶς ὁ Ἰωσὴφ, ἐπελάβετο αὐτοῦ τὸ ὠτίον, καὶ ἔτιλεν αὐτό. τὸ δὲ παιδίον ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀρκετόν σοι ἐστὶ, ζητεῖν καὶ μὴ εὑρίσκειν αὐτούς· καὶ μάλιστα οὐ σοφῶς ἔπραξας. οὐκ οἶδας ὅτι σός εἰμι; μή με λύπει. μαθητὴς δέ τις ὀνόματι Ζακχαῖος ἑστὼς ἐν μέρει τινὶ ἤκουσε τοῦ Ἰησοῦ ταῦτα λαλοῦντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασε σφόδρα, ὅτι παιδίον ὂν τοιαῦτα φθέγγεται. καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας, προσήγγισε τῷ Ἰωσὴφ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι παιδίον φρόνιμον ἔχεις, καὶ νοῦν ἔχει· δεῦρο οὖν, παράδος μοι αὐτὸ, ὅπως μάθῃ γράμματα. καθίσαντος δὲ αὐτοῦ τοῦ διδάξαι γράμματα τῷ Ἰησοῦ, ἤρξατο τὸ πρῶτον στοιχεῖον τὸ Ἀλεφ· ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει τὸ δεύτερον στοιχεῖον, μπὲθ, γκίμελ· καὶ εἶπεν αὐτῷ πάντα τὰ στοιχεῖα ἕως τέλους. καὶ ἀναπτύξας βιβλίον, τοὺς προφήτας ἐδίδασκε τὸν καθηγητήν. αὐτὸς δὲ αἰσχυνθεὶς ἠπόρησεν ὅτι οὐκ οἶδε πόθεν αὐτὸς οἶδε τὰ γράμματα· καὶ ἐγερθεὶς ἀνεχώρησεν οἴκαδε, θαυμάζων, ἐξιστάμενος τὸ παράδοξον. πορευομένου δὲ τοῦ Ἰησοῦ, εἶδέ τινα ἐργαστήριον καί τινα νεανίσκον βάπτοντα εἰς λέβητας ἱμάτια καὶ τζόχας τινὰς διαφόρους φαιὰς, τὸ καθέκαστον ἐκτελοῦντα κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἑκάστου βούλησιν. εἰσελθὼν οὖν τὸ παιδίον Ἰησοῦς οὕτως ποιοῦντα τὸν νεανίαν, λαβὼν καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν προκειμένων ὑφασμάτων.

A cientes autem nonnulli rem gestam, dixerunt: Unde natus est iste puer, quod omne verbum ipsius, opus est promtum? Et accedentes ad Josephum parentes illius qui interierat, conquerebantur dicentes: Tu cum puerum hunc habeas, non potes nobiscum habitare in civitate nostra. Aut doce puerum tuum ut ipse benedicat, non autem imprecetur, aut cum eo egredere ex his locis. Nam pueros nostros interficit. Advocato igitur puero seorsum, Josephus illum admonebat dicens: Quare hujusmodi facis, & sic patiuntur, oderuntque nos ac persequuntur? Respondit Jesus; Ego novi hæc tua verba tua non esse; verum propter te tacebo: illi autem qui hæc tibi suggesserunt, pœnas dabunt B sempiternas. Et continuo accusatores ipsius, oculis privati sunt. Quique hoc viderunt, valde cuncti sunt perterriti, & hæsitabant, dicebantque de illo: omnem sermonem qui ab ipso proferretur, sive bonum sive malum, in opus procedere; atque mirabantur. Viso autem hoc Jesu opere, surgens Josephus auriculam ejus apprehensam vellicavit. Puer vero indignatus est, aitque illi: Sufficiat tibi quod illi quærant & non inveniant. Minime fecisti sapienter. Nonne scis me tuum esse? Ne me molestia afficias. Porro quidam præceptor nomine Zacchæus, cum staret in aliquo loco, audivit hæc de Jesu, ex ore patris ipsius; & miratus est valde, quod qui puer erat talia loqueretur. Paucosque C post dies accessit ad Josephum, eique dixit: Puerum cordatum habes, qui mente præditus est: Age ergo, trade mihi illum, ut discat litteras. Et cum sederet magister qui Jesum doceret litteras, cœpit a primo elemento Aleph. Jesus vero pronuntiavit secundum elementum Beth, & Ghimel, reliquasque litteras ad finem usque ei protulit. Atque aperto libro, Prophetas docebat præceptorem. Qui pudore affectus hæsit, quod nesciret unde is litteras cognovisset: surgensque reversus est domum admirans, stupefactus de re incredibili. Postea cum Jesus iter faceret, vidit officinam, & juvenem quemdam qui in lebetes immergebat vestes, & soccos diversos coloris fusci, singula peragens juxta uniuscujusque D voluntatem. Ingressus itaque puer Jesus ad juvenem sic facientem, ipse etiam accepit de appositis pannis.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.

XVII.

Ad lib. VIII. *cap.* XXVIII. *pag.* 224. *not.* 2.

Καθαίρεσις Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Ἀλέξανδρος πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου παρὼν παροῦσιν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Εἰ καὶ φθάσαντες ὑπεγράψατε οἷς ἐπέστειλα τοῖς περὶ Ἄρειον, προτρέπων [1] αὐτοῖς ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀσέβειαν, πεισθῆναι δὲ τῇ ὑγιαινούσῃ καὶ καθολικῇ πίστει, καὶ ἐδείξατε ἑαυτῶν ὀρθὴν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δόγμασι συμφωνίαν τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· ὅμως ἐπειδὴ καὶ πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ συλλειτουργοὺς ἐπέστειλα περὶ τῶν περὶ Ἄρειον, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, ὑμᾶς μὲν τοὺς τῆς πόλεως κληρικοὺς συναγαγεῖν, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ Μαρεώτου μεταπέμψασθαι, μάλιστα ὅτι καὶ ἀφ' ὑμῶν Χάρης καὶ Πιστὸς πρεσβύτεροι, καὶ Σαραπίων, καὶ Παράμμων, καὶ Ζώσιμος, καὶ Εἰρηναῖος διάκονοι, ἐπηκολούθησαν τοῖς περὶ Ἄρειον, καὶ ἠγάπησαν σὺν αὐτοῖς

Depositio Arii & eorum qui cum illo, per Alexandrum Archiepiscopum Alexandriæ.

Alexander Presbyteris & Diaconis Alexandriæ atque Mareotæ, præsens præsentibus, dilectis fratribus in Domino salutem.

Licet jam subscripseritis illis quæ ad Arium & E Arianos misi, adhortans ad negandam impietatem & ad assentiendum sanæ atque Catholicæ fidei, rectamque sententiam vestram ostenderitis, nec non in dogmatibus consonantiam cum Ecclesia Catholica; tamen quia & ad omnes ubique terrarum Comministros de Ariana secta litteras dedi, necessarium censui, ut vos quidem civitatis Clericos congregarem, vos vero qui de Mareota estis arcesserem, præcipue cum ex vobis quoque Chares & Pistus Presbyteri, Serapio, Parammon, Zosimus, & Irenæus Diaconi, Arianos affectati fuerint, atque cum illis deponi voluerint; quo tum quæ nunc scriptis

1. Αὐτοῖς] Forte αὐτούς.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

καθαιρεθῆναι· ἵνα καὶ τὰ νῦν γραφόμενα γνῶτε, τήν τε ἐν τούτοις συμφωνίαν ἑαυτῶν ἐπιδείξησθε, καὶ τῇ καθαιρέσει τῶν περὶ Ἄρειον καὶ τῶν περὶ Πιστὸν σύμψηφοι γένησθε. πρέπει γὰρ τὰ παρ' ἐμοῦ γραφόμενα γινώσκειν ὑμᾶς, καὶ ἕκαστον ὡς παρ' αὐτοῦ γραφόμενα, ἐν τῇ καρδίᾳ κατέχειν.

A mandata sunt cognoscatis, tum vestrum in iis consensum demonstretis, itemque Arii, Pisti sociorumque depositioni suffragemini. Decet enim vos quæ a me scripta sunt scire, & unumquemque ea quasi a se essent exarata, corde retinere.

Vide Lambecium Biblioth. Cæsar. Lib. III. Ms. 57. pag. 87.

XVIII.

Ad lib. VIII. *cap.* XLII. *pag.* 233. *not.* 1.

Ex lib. IV. *Dioptræ* ms. PHILIPPI SOLITARII.

Περὶ τοῦ πῶς ἐπιτελοῦμεν τρίτα, ἔννατα, καὶ τεσσαρακοστά.

Χρὴ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ παλαιοῦ πένθους τριχῆ διελόντες οἱ ἀπόστολοι, εἰς τρίτα, καὶ ἔννατα, καὶ τεσσαρακοστά. οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος μετὰ τὴν τριήμερον ἔγερσιν ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ ἐνεφύσησεν αὐτοῖς λέγων· λάβετε πνεῦμα ἅγιον. καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ, πάλιν ἰδοὺ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐντὸς τῶν ὀκτὼ ἡμερῶν, δεύτερον ἐφάνη αὐτοῖς. εἰπὼν οὖν ὁ εὐαγγελιστὴς, μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ, τὴν ἀναστάσιμον ἡμέραν οὐ συνηρίθμησε. μετ' ἐκείνης γοῦν, ἐννέα καταριθμοῦνται. κατὰ γοῦν τὸν τύπον τοῦτον, ἡμεῖς ἀπὸ τῆς ταφῆς ἕως τῶν ἐννάτων δεύτερον τὰς μνείας τῶν ὁσίως κεκοιμημένων ἐπιτελοῦμεν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τεσσαρακοστὰ, ἐπειδὴ τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ἀνελήφθη ὁ κύριος.

B *De modo quo celebramus dies tertium, nonum, & quadragesimum.*

Et hoc sciendum est, quod quadraginta dies veteris luctus in tria diviserint Apostoli; in tertium diem, & nonum, & quadragesimum. Ita enim ipse Dominus post resurrectionem tertia die factam, seipsum ostendit discipulis januis clausis, & insufflavit eis dicens: [a] *Accipite Spiritum sanctum*. Et post dies octo, iterum ecce post resurrectionem intra octo dies, secundo ipsis apparuit. Itaque Evangelista dicens, [b] *Post dies octo*, diem resurrectionis non numeravit cum aliis diebus. Quare cum illo novem numerantur. Ad hanc ergo formam, nos a sepultura ad nonum diem C secundo memorias eorum celebramus qui sancte obdormierunt. Et vero pari ratione quadragesimum peragimus, quia die quadragesimo assumtus est Dominus.

Quem locum frustra quæras in Versione Jacobi Pontani.


XIX.

Ad lib. VIII. *cap.* XLVII. *pag.* 248. *not.* 4.

Σημειωτέον ὅτι οὐχ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἡ τῶν Μακκαβαϊκῶν βίβλων ὑπόθεσις κέκτηται συγγραφέα· καθὼς ἔστιν ἀκριβῶς στοχάσασθαι. ἄλλην μὲν γὰρ ἡ πρώτη καὶ φράσιν καὶ διάνοιαν, ἑτέραν δὲ ἡ δευτέρα περιέχει· ἡ μὲν γὰρ πρώτη κατὰ τὸ τῆς θείας γραφῆς ἀρχαϊκὸν ἰδίωμα, τὸν χαρακτῆρα φέρει· τήν τε περὶ Ματταθίου καὶ τῶν αὐτοῦ υἱέων ἱστορίαν, καὶ ὧν πρὸς Ἀντίοχον ἠγωνίσαντο πολέμων· ἔτι τε πρὸς τοὺς αὐτοῦ διαδόχους καὶ βασιλεῖς τῆς Ἀσίας· καὶ ἃς εἰργάσαντο πράξεις· καὶ τὴν ἑκάστου τούτων τελευτὴν, ἄχρι τῆς Ἰωάννου τοῦ υἱοῦ Σίμωνος διαδοχῆς· συντόμως μὲν, ἀλλ' οὖν πάντα περιέχει. ἡ δευτέρα δὲ ἐν εἴδει ἐπιστολῆς οὖσα, τὰ τῷ Ἰούδᾳ τῷ καὶ Μακκαβαίῳ μόνῳ πραχθέντα, καὶ οὐχὶ πάντα, μέχρι δὲ τῆς ἀναιρέσεως Νικάνορος τοῦ στρατηγοῦ Δημητρίου τοῦ βασιλέως· τήν τε Ἐλεαζάρου καὶ τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν σὺν τῇ μητρὶ, διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον βίαιαν τελευτὴν, πλατύτερον ὑπεμφαίνει· τὸν χαρακτῆρα καὶ τὸ τῆς φράσεως ἰδίωμα, καὶ τὴν τῶν λέξεων συνθήκην, πρὸς τὸ ἑλληνικώτερον δεικνῦσα. ἡ δέ γε τρίτη, παντάπασίν ἐστι τῶν Μακκαβαϊκῶν ὑποθέσεων ἀλλοτρία καὶ ξένη. τὴν γὰρ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ Ἰουδαίους, παράδοξον λέγει θαυματοποιΐαν· μηδὲ μίαν ὑπόνοιαν τῆς τῶν Μακκαβαίων ὑποθέσεως, ἢ τῶν πρὸ ταύτης δύο βίβλων μνήμην ἢ συνέχειαν ποιουμένη. ἡ δὲ τετάρτη τὸ περὶ τοῦ αὐτοκράτορα τῶν παθῶν εἶναι τὸν λογισμὸν, καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ θείου νόμου μαρτυρίαν καὶ τελευτὴν τῶν ἁγίων ἑπτὰ ἀδελφῶν, σὺν τῇ μητρὶ καὶ τῷ διδασκάλῳ, τρανότερον διαγορεύουσα, Ἰώσηπον εἶναι συγγραφέα τὸν Ἰουδαῖον ὑπόνοιαν παρέχει.

Notandum est quod libri Maccabæorum non unum eumdemque habent auctorem: ut diligenti conjectura assequi licet. Etenim aliud dicendi sentiendique D genus tenet liber primus, aliud secundus. Primus siquidem antiquitatem redolentis illius sacrarum Scripturarum idiomatis characterem fert: atque complectitur historiam Mattathiæ ac liberorum ejus, & bellorum quæ adversus Antiochum fecerunt; itemque adversus ipsius successores ac reges Asiæ; gesta insuper eorum, nec non uniuscujusque ex illis mortem; usque ad successionem Joannis filii Simonis. Hæc breviter quidem, sed omnia tamen. Secundus vero liber, formam Epistolæ servans, late indicat quæ a solo Juda, qui & Maccabæus, acta sunt; neque omnia, sed tantummodo usque ad necem Nicanoris ducis regis Demetrii; præterea Eleazari & septem fratrum cum matre ob legem Dei, mortem E violentam; ostenditque lineamenta, dictionis proprietatem, & verborum constructionem, quæ ad Græcum magis accedunt. At liber tertius omnino alienus est ab argumento operis Maccabaici. Omnipotentis quippe Dei inopinata miracula erga Judæos qui erant in Ægypto refert; nec ullum dat indicium hypotheseos Maccabæorum, ut nec ullatenus mentionem aut continuationem facit duorum præcedentium librorum. Quartus denique liber illud, Quod ratio imperet affectibus, & martyrium obitumque pro lege divina susceptum a sanctis septem fratribus, una cum matre ac præceptore tradens diserte, Judæum Josephum habere conscriptorem opinionem præbet.

[a] Joan. XX. 22. [b] Ibid. ℣. 26.



XX.

Ibid. not. 2.

Ἰωσήππου ἐκ τοῦ ὑπομνηστικοῦ κεφ. ρνή.

A *Ex Josephi Commentario, Cap. 150.*

Τίνα ἐστὶ τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς γραφαῖς βιβλία ὡς ὄντα, οὐχ εὑρισκόμενα δέ.

Quinam sunt libri, qui tamquam exstantes commemorantur in sacris Scripturis, non inveniuntur tamen.

Νάθαν καὶ Ἀδδὼ καὶ Ἀχία τοῦ Σιλωνίτου καὶ Σεμεεὶ καὶ Ἰηοῦ, ἐν τῇ βίβλῳ τῶν βασιλειῶν γέγραπται εἶναι βιβλία· προφῆται δὲ οὗτοί εἰσιν οἱ γεγράφασι περὶ ὧν προεφήτευσαν, ἃ οὐχ εὑρίσκεται. ψαλμοὶ τετρακισχίλιοι λέγονται ἐν παραλειπομένοις εἶναι τοῦ Δαυίδ· μόνους δὲ ἐξ αὐτῶν τοὺς ρν΄. ὑπὸ τῶν φίλων Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως ἐξειλέχθαι, τοὺς δὲ ἄλλους κεκρύφθαι. πεντακισχιλίας παροιμίας ὑπὸ Σολομῶντος ἐκδεδόσθαι φησὶν ἡ τῶν παραλειπομένων γραφή· ἀλλ' οὐκ εἰσὶν νῦν ἢ μόναι αἱ ἐκκλησιαζόμεναι. τὸ ᾆσμα ἐξ ᾀσμάτων πλειόνων τὸ μυστικὸν ἐξειλέχθαι ἐπιγέγραπται. Ἰώσηπος δὲ ἱστορεῖ δύο βιβλία προφητείας τὸν προφήτην Ἰεζεκιὴλ γεγράφθαι· ἓν δὲ μόνον ἐπιγινώσκομεν εὑρίσκεσθαι.

Librorum Nathanis, Addo, Achiæ Silonitæ, Semei & Jehu mentio fit in libro Regnorum: isti autem sunt Prophetæ qui scripserunt de rebus quas prophetarunt; non inveniuntur autem. In Paralipomenis Psalmi Davidis dicuntur esse ter mille: ex illis autem solos CL. ab amicis regis Ezechiæ selectos fuisse, reliquos vero absconditos. Quinque millia Parœmiarum a Salomone edita esse ait Scri- B ptura Paralipomenorum: sed nunc non habentur, nisi tantum illæ quæ in Ecclesia feruntur. Canticum e multis Canticis mysticum selectum fuisse inscriptum est. Josephus vero duos Prophetiæ libros Ezechielem Prophetam scripsisse narrat; scimus autem unum dumtaxat reperiri.

Cui fragmento respondent quæ Latine leguntur in fine Synopseos Athanasianæ. Exstat autem istius Josephi Christiani Auctoris ὑπομνηστικὸν hoc pluribus constans quæstionibus in Bibliotheca Cantabrigiensi, citaturque a Patricio Junio in Notis ad Epistolam Clementis, ubi & meminit quæstionis heic positæ: ad quam rectius intelligendam (quod spectat ad Scripturæ librum de quo agimus: cetera enim non expendo nunc) consuli debet Origenes Prologo in Canticum Canticorum extremo.

XXI.

Ibid. not. 4.

Epistola VALERIANI episcopi Cemeliensis ad Monachos, suppleta.

Impositæ mihi votorum circa me vestrorum sarcinæ etsi interim corpore, ut scriptum est [a], absens, præsens tamen spiritu ac mente succedo. Nec parum, ut reor, dilectioni vestræ officii atque amoris exhibeo: quia vos quoque in spiritu, non in carne agere confido; dicente Apostolo [b]: *Quicumque in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Nec sane incognitam spiritalibus viam teneo, si ædificationis vestræ solicitudinem sermonibus eloquii epistolaris expromo; præcipuum beatissimi Paulli exemplum præ manibus habens: quem sequi cupimus, etsi consequi non valemus. Etenim etsi nos comparatio illius in nullo recipit; vobis tamen obedientia eo- D rum est coæquanda quos edocet. Ut doctrina ordine constituto, cum ROMANIS [c] prædicari credulitatem vestram in toto orbe cupientes: * cum * CORINTHIIS [d] secunda emendatione correcti, pace integra, caritate non ficta invicem vos, ut scriptum est [e], sancto osculo salutetis. Cum GALATIS [f] mensium, temporum dierumque observatione rejecta, repudiantes mundum ac sequentes Deum, non ancillæ vos filios intelligatis, sed liberæ. Ut in verbo veritatis cum EPHESIIS [g] permanentes, unum Dominum, unam fidem, unum Deum patrem omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis est, noveritis. Cum PHILIPPENSIBUS [h], irreprehensibiles & simplices, omnia C sine murmuratione & hæsitationibus facientes, in medio gentis pravæ sicut luminaria luceatis. Cum COLOSSENSIBUS [i] verbo Christi in vobis abundanter habitante, invicem vos psalmis, hymnis & canticis spiritualibus doceatis. Cum THESSALONICENSIBUS [k] voluntatem Dei abstinentes a fornicatione sectemini, orantes sine intermissione, omnia probantes, quæ bona sunt retinentes. Dehinc præcepti ordinem cum omni labore sectantes: [l] ut si quis operari non vult, nec manducet. Ipse enim est panis [m], qui de cælo descendit: cui admisceri neminem decet, nisi opera quibus ille delectatur exerceat. Ut TIMOTHEUS vobis forma sit, etiam post diuturnam aquam [n] vino modico uti præceptus, ad sustinendum stomachum, non ad opprimendum: quia quamvis geminis commonitionibus erudiatur; nisi [o] quis sobrius fuerit, ministerium suum implere non poterit. Ut TITI vos informet exemplum [p], non solum sobrios esse debere, sed etiam continentes; quia omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum. Denique hæc Apostolicæ conclusio tota doctrinæ mystici numeri summam, absterfi corporis purificationem complevit: quia nihil est tam Deo proximum, quam hominem non esse corruptum. Attendamus quippe post hæc circumspectius quid sequatur. Fugitivus [q] quondam domino famulus redit, & conditio conversione mutatur. Apostolicis vinculis genitus, ad utilitatem inutilis proficit: nec

a I. Cor. V. 3. & Col. II. 5. b Rom. VIII. 8. 9. c Rom. I. 8. d II. Cor. VI. 6. e I. Cor. XVI. 20. & II. Cor. XIII. 12. f Gal. IV. 10. 3. &c. 31. g Eph. I. 13. & IV. 5. h Philipp. II. 14. 15. i Col. III. 16. k I. Thess. IV. 1. 3. & V. 17. l II. Thess. III. 10. m Joan. VI. 51. 59. n I. Tim. V. 23. o II. Tim. IV. 5. p Tit. I. 8. 15. q Philem.

* Cum CORINTHIIS] Duæ voces necessario inserendæ.

SÆCUL.III. CIRCA ANN. CHR. 230.

solum in fratrem, sed etiam in cariſſimum fratrem, gradum conjunctorum nominum faſtigio tranſ-ſcendit animarum; nec tantum appellationis meretur vinculum, sed etiam amoris affectum. Ad hoc enim Domini dignatione perducitur pura caſtitas ſobrietate nutrita, ut quod parcitas vini curavit in Timotheo, quod abſtinentia & continentia purgavit in Tito, id ad indulgentiſſimam libertatem accreſcat in ONESIMO. Hæc & exſequenda doctis, & agnoſcenda ſunt imperitis: quia ſicut ſcriptum eſt, & ignorantia mors eſt, & [a] fides ſine operibus mortua eſt. Gemina vobis ratio adhibendæ obſervationis incumbit, ſciendi cura, cum labore A complendi: quoniam ea quæ in divinis eloquiis præcipiuntur, non ſolum non facere, ſed etiam ignorare peccatum eſt. HEBRÆOS denique in exemplum conſummatæ perfectionis aſſumens, contemtum præſentium rerum ob amorem cæleſtium infinuo præmiorum. Ut ſi forte quiſpiam vobis, aut perſecutionis pondus intulerit, aut diripuerit univerſa quæ veſtra ſunt; vos quoque nobile illud ac ſingulare teſtimonium quod in eximia eorum laude venerando Paullus ore depromſit, non diſpari ſanctæ imitationis proſequatur affectu, quo ait [b]: *Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.*

a Jac. II, 26. b Hebr. x. 34.

F I N I S.

ASTERII URBANI
QUÆ SUPERSUNT FRAGMENTA

Ex libris III. contra Montanistas ad ABERCIUM MARCELLUM.

Apud EUSEBIUM Hist. Eccl. *lib.* V. *capp.* XVI. & XVII.

I.

Exordium Operis.

ΕΚ πλείστου ὅσου καὶ ἱκανωτάτου χρόνου ἀγαπητὲ [1] Αὐίρκιε Μάρκελλε ἐπιταχθεὶς ὑπὸ σοῦ συγγράψαι τινὰ λόγον [a] εἰς τὴν [2] τῶν κατὰ Μιλτιάδην λεγομένην αἵρεσιν, [3] ἐφεκτικώτερον πῶς μέχρι νῦν διεκείμην· οὐκ ἀπορίᾳ τοῦ δύνασθαι ἐλέγχειν μὲν τὸ ψεῦδος, μαρτυρεῖν δὲ τῇ ἀληθείᾳ· δεδιὼς δὲ καὶ ἐξευλαβούμενος, μή πη δόξω τισὶν ἐπισυγγράφειν ἢ ἐπιδιατάσσεσθαι τῷ τῆς τοῦ εὐαγγελίου καινῆς διαθήκης λόγῳ· ᾧ μήτε προσθεῖναι μήτ᾽ ἀφελεῖν δυνατὸν, τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐτὸ πολιτεύεσθαι προῃρημένῳ. προσφάτως δὲ γενόμενος ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, καὶ καταλαβὼν [4] τὴν κατὰ πόντον ἐκκλησίαν ὑπὸ τῆς νέας ταύτης, οὐχ ὡς αὐτοὶ φασὶ προφητείας, πολὺ δὲ μᾶλλον ὡς δειχθήσεται ψευδοπροφητείας [5] διατεθρυλλημένην· καθόσον δυνατὸν, τοῦ Κυρίου παρασχόντος, περί αὐτῶν τε τούτων καὶ τῶν προτεινομένων ὑπ᾽ αὐτῶν [6] ἕκαστά τε διελέχθημεν ἡμέραις πλείοσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὡς τὴν μὲν ἐκκλησίαν ἀγαλλιασθῆναι, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιρρωσθῆναι· τοὺς δὲ ἐξεναντίας πρὸς τὸ παρὸν ἀποκρουσθῆναι, [7] καὶ τοὺς ἀντιθέτους λυπηθῆναι. ἀξιούντων οὖν τῶν κατὰ τόπον πρεσβυτέρων, ὅπως τῶν λεχθέντων κατὰ τῶν ἀντιδιατιθεμένων τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ ὑπόμνημά τι καταλίπωμεν· παρόντος καὶ τοῦ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Ζωτικοῦ [8] τοῦ Ὀτρηνοῦ, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπράξαμεν· ἐπηγγειλάμεθα δὲ ἐνθάδε γράψαντες, τοῦ Κυρίου διδόντος, διὰ σπουδῆς πέμπειν αὐτοῖς.

CUM jamdudum id mihi munus injunxeris, Avirci Marcelle carissime, ut adversus Miltiadis hæresim opus aliquod componerem, anceps tamen atque animo dubius hactenus substiti; non quod aut mendacium refellere, aut veritati patrocinari minime valerem: sed quod verebar ac reformidabam, ne forte quibusdam viderer evangelicæ novi Testamenti doctrinæ quidquam scribendo addere, & denuo statuere voluisse: cui tamen neque adjici quidquam neque adimi fas est, ab eo præsertim qui ex Evangelii præceptis vitam agere instituerit. Nuper vero cum essem Ancyræ in Galatia, & ecclesiam illius loci nova illa, non ut ipsi dicunt, prophetia, sed ut postea demonstrabitur, pseudoprophetia turbatam deprehendissem; quantum facere potui, Deo juvante, tum de his ipsis, tum de reliquis omnibus quæ ab illis proponebantur, singillatim in ecclesia disserui pluribus diebus: adeo ut ecclesia quidem incredibili gaudio affecta, & in veritate fidei magnopere confirmata sit; adversarii vero tunc quidem fugati, & Dei hostes non mediocri dolore perculsi fuerint. Cum vero ejus loci presbyteri postularent, ut eorum quæ contra veritatis adversarios dicta fuerant, commentarium ipsis scriptum relinquerem: adstante etiam compresbytero nostro Zotico Otreno, id quidem minime præstiti; sed simul atque huc rediissem, scripturum me omnia, & ad ipsos quam primum missurum, Deo favente, promisi.

1. Ἀυίρκιε Μάρκελλε.] Rectius in codice Maz. Med. & Fuk. scribitur Ἀυίρκιε. Apud Nicephorum in lib. 4. legitur Ἀβέρκιε. In Menologiis Græcorum ad diem 22. Octobris mentio fit τοῦ ἁγίου καὶ ἰσαποστόλου Ἀβερκίου ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως, τοῦ θαυματουργοῦ. Cujus vitam Græce edidit P. Halloixius in tom. 2. de illustribus Orientalis Ecclesiæ scriptoribus. Est autem id nomen Latinum, ut opinor, quippe cum nullam habeat Græcæ originis notam.

2. Τῶν κατὰ Μιλτιάδην.] Nicephorus addit ἴσον δ᾽ εἰπεῖν Μοντανὸν, quod Scholii vice a Nicephoro additum esse non dubito. Sed cur hic, quisquis est innominatus auctor, hæresim Cataphrygarum, Miltiadis potius, quam Montani sectam appellaverit, obscurum est. Non enim hic Miltiadem illum intelligit, de quo Eusebius in sequenti capite loquitur. Is enim pro Catholica veritate adversus Cataphrygas scripsit. Itaque Joannes Langus vir doctissimus qui Nicephorum interpretatus est, hoc loco Alcibiadem pro Miltiade emendavit. Certe Alcibiades inter præcipuos auctores sectæ Cataphrygarum memoratur ab Eusebio supra in cap. 3. hujus libri. Aut igitur heic legendum est *Alcibiades*, aut illic scribendum *Miltiades*.

3. Ἐφεκτικώτερον πῶς.] In codice Regio, ac Medicæo πως accentum rejicit in ultimam syllabam antecedentis vocabuli. Quod ideo notare volui, quia ad marginem editionis Genevensis idipsum indicatur paullo obscurius. In codice quoque Maz. & Fuk. πως accentum rejicit in antecedentem vocem.

4. Τὴν κατὰ Πόντον ἐκκλησίαν.] Longe præferenda est codicis Regii scriptura, quam confirmat etiam Nicephorus in lib. 4. cap. 23. τὴν κατὰ τόπον ἐκκλησίαν: id est, ecclesiam illius loci, Ancyræ scilicet. Sic in inscriptione epistolæ Smyrnensium ad reliquas ecclesias, καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις. Et infra in hac pagina, τῶν κατὰ τόπον πρεσβ.

5. Διατεθρυλλημένην.] Id est, *personantem ac perstrepentem*. Tota enim ecclesia illius loci rumore novæ prophetiæ personabat, cum ob tantæ rei novitatem cuncti de ea re loquerentur. Ex quo apparet, donum prophetiæ jam tum illis temporibus in Ecclesia rarum atque inusitatum fuisse; quippe cum exorta Montani prophetia, tantos tumultus tunc temporis in ecclesia excitaverit. Quod certe non contigisset, si solemne tunc ac pervulgatum in ecclesia fuisset prophetiæ donum. Porro διατεθρυλλημένην Langus vertit *decantatam*.


6. Ἑκαστά τε.] Amplector emendationem Christophorsoni, qui ἑκάστοτε correxit, id est, *assidue, quotidie*. Et sic Savilius ad oram libri sui emendavit.

7. Καὶ τοὺς ἀντιθέτους.] Malim ἀντιθέους, ut legitur ad marginem editionis Genevensis. Cum enim jam dixerit τοὺς ἐξεναντίας ἀποκρουσθῆναι, ineptissima esset repetitio, si τοὺς ἀντιθέτους iterum nominaret. Verum ἀντιθέους, quod longe gravius est, appellat Montanistas, id est, Dei adversarios, eo quod novum Paracletum inducerent. Atque ita in codice Fuk. & Savil. scriptum habetur. Si quis vero ἀντιθέτους retinere maluerit, non repugnabo. Infra enim dicuntur ἀντιδιατιθέμενοι, ut & apud Gregor. Nyssenum lib. 1. contra Eunomium, & Paullum in 2. ad Timoth.

8. Τοῦ Ὀτρηνοῦ.] Male apud Nicephorum legitur Ὀτρίου. Distinguendus autem videtur hic Zoticus Otrenus a Zotico Comanensi Episcopo, cujus infra meminit hic auctor. Nam & Comanensis ille antiquior fuit.

a Εἰς τὴν τῶν κατὰ Μιλτιάδην —— αἵρεσιν] Hujus loci versionem Valesianam notat Dodwellus *Dissert.* IV. *in Irenæum*, §. XXXVIII. p. 370. ejusque censura probatur [illegible] *Bibl. Gr.* tom. V. p. 192. Ceterum *Miltiadem* [illegible] hæreticum nunc primum agnoscimus ex Fragmento Caii, ut videtur, Romani *de Canone sacrarum Scripturarum* §. IV. superiore tom. II. pag. 208. relato.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
232.



II.

Ex libro I.

A Ἡ τοίνυν ἔνστασις αὐτῶν καὶ ἡ πρόσφατος τοῦ ἀποσχίσματος αἵρεσις πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, τὴν αἰτίαν ἔσχε τοιαύτην. κώμη τις εἶναι λέγεται [1] ἐν τῇ κατὰ τὴν Φρυγίαν Μυσίᾳ, καλουμένη Ἀρδαβαῦ τοὔνομα· ἔνθα φασί τινα τῶν νεοπίστων πρώτως, Μοντανὸν τοὔνομα κατὰ Γρᾶτον Ἀσίας ἀνθύπατον, ἐν ἐπιθυμίᾳ ψυχῆς ἀμέτρῳ φιλοπρωτείας δόντα πάροδον εἰς ἑαυτὸν τῷ ἀντικειμένῳ, πνευματοφορηθῆναί τε καὶ αἰφνιδίως ἐν κατοχῇ τινι καὶ παρεκστάσει γενόμενον ἐνθουσιᾷν· ἄρξασθαί τε λαλεῖν καὶ ξενοφωνεῖν, παρὰ τὸ κατὰ παράδοσιν καὶ κατὰ διαδοχὴν ἄνωθεν τῆς ἐκκλησίας ἔθος δῆθεν προφητεύοντα. τῶν δὲ κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ ἐν τῇ τῶν νόθων ἐκφωνημάτων ἀκροάσει γενομένων, οἱ μὲν ὡς ἐπὶ ἐνεργουμένῳ καὶ δαιμονῶντι καὶ ἐν πλάνης πνεύματι ὑπάρχοντι, καὶ B τοὺς ὄχλους ταράττοντι ἀχθόμενοι ἐπετίμων, καὶ λαλεῖν ἐκώλυον· μεμνημένοι τῆς τοῦ Κυρίου διαστολῆς τε καὶ ἀπειλῆς, πρὸς τὸ φυλάττεσθαι τὴν τῶν ψευδοπροφητῶν ἐγρηγορότως παρουσίαν. οἱ δὲ ὡς ἁγίῳ πνεύματι καὶ προφητικῷ χαρίσματι ἐπαιρόμενοι· καὶ οὐχ ἥκιστα χαυνούμενοι, καὶ τῆς διαστολῆς τοῦ Κυρίου ἐπιλανθανόμενοι, τὸ βλαψίφρον καὶ ὑποκοριστικὸν καὶ λαοπλάνον πνεῦμα προὐκαλοῦντο· θελγόμενοι καὶ πλανώμενοι ὑπ᾽ αὐτοῦ, εἰς τὸ μηκέτι κωλύεσθαι σιωπᾷν· τέχνη δέ τινι, μᾶλλον δὲ τοιαύτῃ μεθόδῳ κακοτεχνίας ὁ διάβολος τὴν [2] κατὰ τῶν παρηκόων ἀπώλειαν μηχανησάμενος, καὶ παρ᾽ ἀξίαν ὑπ᾽ αὐτῶν τιμώμενος, ὑπεξήγειρέ τε καὶ προσεξέκαυσεν αὐτῶν [3] τὴν ἀποκεκοιμημένην ἀπὸ τῆς κατὰ ἀλήθειαν C πίστεως διάνοιαν. ὡς καὶ ἑτέρας τινὰς δύο γυναῖκας ἐπεγεῖραι, καὶ τοῦ νόθου πνεύματος πληρῶσαι· ὡς καὶ λαλεῖν ἐκφρόνως καὶ ἀκαίρως καὶ ἀλλοτριοτρόπως ὁμοίως τῷ προειρημένῳ. [4] καὶ τοὺς μὲν χαίροντας καὶ καυχωμένους ἐπ᾽ αὐτῷ, μακαρίζοντος τοῦ πνεύματος, καὶ διὰ τοῦ μεγέθους τῶν ἐπαγγελμάτων ἐκφυσιοῦντος· ἔσθ᾽ ὅτι δὲ καὶ κατακρίνοντος, στοχαστικῶς καὶ ἀξιοπίστως αὐτοὺς ἄντικρυς, [5] ἵνα καὶ ἐλεγκτικὸν εἶναι δοκῇ· ὀλίγοι δ᾽ ἦσαν οὗτοι τῶν Φρυγῶν ἐξηπατημένοι. τὴν δὲ καθόλου καὶ πᾶσαν τὴν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίαν βλασφημεῖν διδάσκοντος τοῦ ἀπηυθαδισμένου πνεύματος, ὅτι μήτε τιμὴν μήτε πάροδον εἰς αὐτὴν τὸ ψευδοπροφητικὸν ἐλάμβανε πνεῦμα. τῶν D γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν πιστῶν πολλάκις καὶ πολλαχῇ

A Igitur obstinata illorum coitio adversus ecclesiam, & nova perniciosi schismatis hæresis, hanc habuit originem. Vicus quidam esse dicitur in Mysia contermina Phrygiæ, nomine Ardaba: in quo, ajunt, Montanum quemdam ex iis qui fidelium numero recens adscripti fuerant, immodica primi loci cupiditate captum, primum sub Grato Asiæ proconsule aditum in se adversario spiritui præbuisse: & dæmone repletum, subito quodam furore ac mentis excessu concuti cœpisse, & nova quædam atque inaudita proloqui; hariolantem ac prædicentem futura, præter morem atque institutum ecclesiæ a majoribus traditum, & continua deinceps successione propagatum. Porro ex his qui tunc temporis adulterinos hominis sermones audierant, alii qui- B dem ut abreptitium & dæmoniacum ac spiritu erroris actum, turbasque in populo excitantem indignabundi objurgabant, & loqui ulterius prohibebant: quippe qui in mente haberent discrimen a Domino prænotatum, minasque quibus jubemur adventum falsorum prophetarum vigilanter ac solicite observare. Alii vero velut sancto Spiritu & prophetiæ gratia elati inflatique mirum in modum, & distinctionis a Domino præmonstratæ penitus obliti, illum infatuantem & adulatorem vulgique seductorem spiritum ultro ad loquendum provocabant, capti ejus illecebris & in fraudem inducti. Hac igitur arte seu potius fraude ac versutia diabolus adversus eos qui dicto Domini audientes non erant, exitium machinatus, cum ab illis immerito coleretur, mentes eorum a vera fide secubantes somnoque oppres- C sas excitavit paullatim ac vehementius inflammavit. Quippe duas alias mulierculas suscitavit, & adulterino spiritu replevit; adeo ut ipsæ quoque perinde ac supra memoratus ille, insana quædam & importuna atque aliena loquerentur. Et eos quidem qui ea re delectabantur, atque intumescebant, spiritus ille beatos prædicabat, & promissorum magnitudine supra modum inflabat. Interdum tamen conjecturis & fide dignis argumentis utens, palam eos condemnabat, quo scilicet etiam objurgatorius videretur. Hi perpauci erant Phryges, hujusmodi fraude decepti. Universam vero quæ per orbem terrarum sparsa est, ecclesiam, idem ille ar- D rogantissimus spiritus maledictis appetere eos docebat, eo quod nec honorem nec aditum ullum ad ipsam pseu-

1. Ἐν τῇ κατὰ τὴν Φρυγίαν Μυσίᾳ.] Rufinus vertit, *Vicus quidam esse dicitur apud Phrygiam Mysiæ civitatem*: ineptissime. Nec melius Musculus & Christophorsonus interpretantur, *apud Mysiam Phrygiæ*. Quid enim, amabo, sibi vult Mysia Phrygiæ? Duplex olim fuit Mysia, sicut & Phrygia; teste Strabone in libro 12. Alia major, quam Olympenem vocat Strabo; alia minor, quam Hellespontiam vocat Ptolemæus. Utraque porro Phrygiæ contermina fuit. Unde natum proverbium apud Græcos, χωρὶς τὰ Μυσῶν. Fuit & altera Mysia in Europa, Thraciæ contributa, quam Latini quidem Mœsiam vocant, Græci vero semper Μυσίαν. Ad hujus ergo distinctionem, ἡ κατὰ Φρυγίαν Μυσία heic dicitur Mysia Phrygiæ contermina, seu Asiatica. Porro vicus iste in codice Maz. dicitur Ἀρδαβᾶβ. E

2. Κατὰ τῶν παρηκόων.] Rufinus *indisciplinatos* vertit, Musculus *immorigeros*, non male. Intelliguntur enim ii qui præceptum Domini, quo præmoniti fuerant ut a falsis prophetis caverent, negligebant; τῆς διαστολῆς τοῦ Κυρίου ἐπιλανθανόμενοι; ut supra loquitur hic innominatus scriptor. Pessime Christophorsonus.

3. Τὴν ἀποκεκοιμημένην.] Metaphora est a mulieribus, quæ relicto mariti toro furtim ad mœchum transeunt. Nam κοιμᾶσθαι, seu dormire, de hujusmodi adulteriis dici solet, ut in libris sacris occurrit non semel. Quod cum non intelligeret Christophorsonus, *erroris somno consopitam* vertit.

4. Καὶ τοὺς μὲν χαίροντας.] Hæc periodus connectenda est cum illa sequenti, τὴν δὲ καθόλου, &c. Sic enim sensus integer absolvitur, quod interpretes non animadverterunt. Tamen acumen interpretis in hoc præcipue elucet, ut verborum ac sensus ἀκολουθίαν diligentissime consectetur. Porro hic locus in codice Maz. Med. Fuk. & Savil. ita legitur, καὶ τοὺς μὲν χαίροντας καὶ χαυνουμένους ὑπ᾽ αὐτῶν, &c.

5. Ἵνα καὶ ἐλεγκτικόν.] Sciebat Montanus, seu dæmon qui per Montani os loquebatur, olim a Domino prædictum fuisse, fore ut Spiritus Dei in adventu suo mundum argueret de peccato. Itaque dæmon ille, ut verum Dei Spiritum se esse auditoribus confirmaret, eos interdum arguebat & objurgabat. Vide Ambrosium in Epist. ad Thessal. cap. 5. cujus verba heic merentur adscribi. *Hinc est, unde & Joannis Apostoli Epistola:* Nolite, *inquit*, omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt: *quia si multa bona dicat, in aliquo autem quod fidei adversum est, promat, sciatur, non esse Spiritus sanctus. Nihil enim erroris in Spiritu sancto poterit reperiri. Sed aut per exercitium eloquii quædam spiritalia, quædam vero carnalia, quia omnis error carni deputatur; aut certe commento quodam astutiæ bona fingit, ut his inserat mala, sicut supra memoravi: quemadmodum in Montano & Priscilla & Maximilla prophetis Cataphrygarum Spiritus mundi imitatione boni simulabat, ut per multa verisimilia, nec non & vera, mentiretur se esse Spiritum sanctum.*

τῆς Ἀσίας [1] εἰς τοῦτο συνελθόντων, καὶ τοὺς προσφάτους λόγους ἐξετασάντων καὶ βεβήλους ἀποφηνάντων καὶ ἀποδοκιμασάντων τὴν αἵρεσιν, οὕτω δὴ τῆς τε ἐκκλησίας ἐξεώσθησαν, καὶ τῆς κοινωνίας εἴρχθησαν.

dopropheticus spiritus reperiret. Nam cum fideles qui in Asia erant, sæpius & in plurimis Asiæ locis ejus rei caussa convenissent, novamque illam doctrinam examinassent, & profanam atque impiam judicassent; damnata hæresi, isti ab ecclesia & fidelium communione expulsi sunt.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 232.

III.

Ex libro II.

Ἐπειδὰν τοίνυν καὶ προφητοφόντας ἡμᾶς ἀπεκάλουν, ὅτι μὴ τοὺς [2] ἀμετροφώνους αὐτῶν προφήτας ἐδεξάμεθα· τούτους γὰρ εἶναί φασιν οὕς περ ἐπηγγείλατο τῷ λαῷ πέμψειν ὁ Κύριος· ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν πρὸς Θεοῦ ἔστι τις, ὦ βέλτιστοι, τούτων τῶν ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ γυναικῶν λαλεῖν ἀρξαμένων, ὅς τις ὑπὸ Ἰουδαίων ἐδιώχθη, ἢ ὑπὸ παρανόμων ἀπεκτάνθη; οὐδείς. οὐδέ γε τις αὐτῶν κρατηθεὶς [3] ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἀνεσταυρώθη; οὐ γὰρ οὖν· οὐδὲ μὴν οὐδὲ ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων τῶν γυναικῶν τις ἐμαστιγώθη ποτὲ, ἢ ἐλιθοβολήθη; οὐδαμόσε οὐδαμῶς. ἄλλῳ δὲ θανάτῳ τελευτῆσαι λέγονται Μοντανός τε καὶ Μαξιμίλλα. τούτους γὰρ ὑπὸ πνεύματος βλαψίφρονος ἑκατέρους ὑποκινήσαντος, λόγος ἀναρτῆσαι ἑαυτοὺς· οὐχ' ὁμοῦ· κατὰ δὲ τὸν τῆς ἑκάστου τελευτῆς καιρὸν φήμη πολλή· καὶ οὕτω δὲ τελευτῆσαι καὶ τὸν βίον καταστρέψαι, Ἰούδα προδότου δίκην. καθάπερ καὶ τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον τὸν πρῶτον τῆς κατ' αὐτοὺς λεγομένης προφητείας [4] οἷον ἐπίτροπόν τινα Θεόδοτον, [5] πολὺς αἱρεῖ λόγος, ὡς αἰρόμενόν ποτε καὶ ἀναλαμβανόμενον εἰς οὐρανοὺς, [6] παρεκστῆναί τε καὶ καταπιστεῦσαι ἑαυτὸν τῷ τῆς ἀπάτης πνεύματι· καὶ δισκευθέντα, κακῶς τελευτῆσαι. φασὶ γοῦν τοῦτο οὕτως γεγονέναι. [7] ἀλλὰ μὴ ἄνευ τοῦ ἰδεῖν ἡμᾶς, ἐπίστασθαί τι τῶν τοιούτων νομίζομεν ὦ μακάριε. ἴσως μὲν γὰρ οὕτως, ἴσως δὲ οὐχ' οὕτως τετελευτήκασι Μοντανός τε καὶ Θεόδοτος καὶ ἡ προειρημένη γυνή.

Quando igitur Prophetarum nos interfectores vocarunt, propterea quod loquaces ipsorum prophetas non admisimus (hos enim esse affirmant, quos Dominus populo se missurum esse promiserit) respondeant nobis quæso per Deum, est ne aliquis eorum, qui jam inde a Montano & mulierculis garrire primum cœperunt, qui a Judæis persecutionem passus sit, aut ab impiis trucidatus? Nemo certe. Nec vero ullus eorum pro Christi nomine prehensus, in crucem actus est: sed neque ulla mulier in Judæorum synagogis aut flagris cæsa, aut lapidibus impetita est. Nusquam profecto, nec umquam. Immo longe alio mortis genere interiisse dicuntur Montanus, & Maximilla. Ambo enim, ut fama est, ab insano spiritu incitati, laqueo sibi gulam fregerunt: non quidem simul, sed suæ quisque mortis tempore: atque ita instar proditoris Judæ vitam finierunt. Sic etiam admirabilis ille Theodotus, qui primus prophetiæ illorum quasi procurator quidam fuit, plurimorum sermone perhibetur falso mentis excessu abreptus fuisse, perinde ac si levaretur aliquando & assumeretur in cælum: cumque se totum fraudulentissimo spiritui permisisset, ab eo in altum jactatus miserabili exitu periisse. Et id quidem ita factum esse narrant. Sed quoniam ipsi non vidimus, nequaquam existimamus nos quidquam eorum certo cognoscere. Nam forte hoc, forte etiam alio mortis genere Montanus ac Theodotus & mulier illa jam a nobis nominata occubuerunt.

IV.

Καὶ μὴ λεγέτω (ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ [8] κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν) τὸ διὰ Μαξιμίλλης πνεῦμα, διώ-

Nec mihi jam dicat ille Maximillæ spiritus, (prout in eodem Asterii Urbani libro relatum est): Arceor

1. Εἰς τοῦτο συνελθόντων.] Christophorsonus legisse videtur, εἰς ταὐτό.

2. Ἀμετροφώνους.] Alludit ad epithetum illud, quo Homerus in Iliade Thersitem affecit, ἀμετροεπὴς, quod idem est ac falsiloquus. Nam qui mentiuntur, nullum in dicendo modum servare solent.

3. Ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος.] In Nicephoro legitur, ὑπὲρ τοῦ νόμου, quod non probo; subauditur enim τοῦ Χριστοῦ, ut Rufinus & Christophorsonus supplevit. Sic apud Eusebium lib. V. cap. 18. loquitur Apollonius, ubi de Alexandro.

4. Οἷον ἐπίτροπον.] Rufinus hæc verba non agnoscit. Sic enim vertit, *veluti primogenitum prophetiæ ipsorum, Theodotum nomine*. Omnes tamen codices & Nicephorus, hanc vocem agnoscunt. Erat apud Montanistas arca quædam, in quam sodales stipem conjiciebant ad prophetarum alimoniam. Primus Theodotus hujus arcæ curam gessit, quem idcirco procuratorem prophetiæ hic scriptor vocat, quod reditus illorum & prædia procuraret. Erat alioqui Montanus cum suis prophetissis magnus æruscator, qui pecuniam undique corraderet oblationum specie: salaria etiam præbere solitus iis, qui doctrinam suam prædicarent, ut scribit Apollonius apud Eusebium lib. v. cap. xvii. Arcam igitur seu fiscum habuerit necesse est, & procuratorem ærarii, qui salaria, id est, pecunias numeraret iis quibus Montanus decreverat.

5. Πολὺς αἱρεῖ λόγος.] In codice Med. Maz. & Fuk. legitur ὁρᾷ. Apud Eusebium tamen in lib. 8. bis ita scribitur, ut hoc loco scriptum vides, πολὺς αἱρεῖ λόγος; ubi αἱρεῖ idem valet ac κρατεῖ.

6. Παρεκστῆναι.] Male interpretes omnes hunc locum cepere. παρεκστῆναι est *falso mentis excessu abripi*. Sic παρέκστασις supra sumitur, id est falsa ecstasis. Sunt enim veræ ecstases in Ecclesia, cujusmodi fuit Petri Apostoli in Actibus cap. 10. & 11. ubi Petrus vidisse dicitur in [illegible] visionem. Talis item fuit ecstasis Paulli Apostoli, cum ad tertium usque cælum abreptus est. Puerorum quoque ecstases in testimonium adducuntur a Cypriano in epistola 9. Sunt item falsæ ecstases apud hæreticos, quæ παρεκστάσεις eleganter dicuntur ab hoc scriptore. Eodem modo, quo παραδιορθώσεις falsæ emendationes dicuntur a Porphyrio in quæstionibus Homericis. Et hæ quidem falsæ ecstases, propius ad furorem accedunt, utpote a dæmone procuratæ. Illæ vero quæ a divino Spiritu immittuntur, placidæ sunt, nec statum mentis ullo modo perturbant, ut docet Epiphanius in hæresi Cataphrygarum, & hic auctor innominatus. Quare fallitur Nicolaus Rigaltius, qui in Notis suis ad epistolam 9. Cypriani, ecstases furorem & alienationem mentis interpretatus est. Non ita Hieronymus, cujus hæc sunt verba ad Suniam & Fretelam: *Aliter enim Latinus sermo ἔκστασιν exprimere non potest, nisi mentis excessum*. Ita etiam Tertullianus in libro de anima cap. 45. *Hanc vim ecstasim dicimus, excessum mentis, sensus & amentiæ instar*. Idem tamen ecstasim absolute amentiam interpretatur, atque spiritalem esse vim, qua constat prophetia. Sic in libro de Anima cap. 21. & in libro 4. contra Marcionem cap. 22. Verum hæc a Tertulliano scripta sunt, Montani erroribus jam decepto.

7. Ἀλλὰ μὴν ἄνευ.] In codice Regio, Maz. Fuk. Savil. & Med. scriptum reperi, ἀλλὰ μή. Quam lectionem veriorem esse existimo; eamque secutus est Musculus. At Christophorsonus hæc per interrogationem dici existimavit.

8. Ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τῷ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανόν.] Hæc verba scholion esse mihi videntur, quod vetus quidam Scholiastes, seu Eusebius ipse, ad marginem libri sui annotaverat ad verba quæ paullo ante præcesserunt, αὖθις δὲ ἐν τῷ αὐτῷ φησι λόγῳ. Porro ex his verbis elicitur, Asterium Urbanum auctorem esse horum trium librorum adversus Cataphrygas; non autem Apollinarem, ut credidit Rufinus & Christophorsonus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 232.

κομαι ὡς λύκος ἐκ προβάτων, οὐκ εἰμὶ λύκος, ῥῆμά εἰμι καὶ πνεῦμα καὶ δύναμις, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ πνεύματι δύναμιν ἐναργῶς δειξάτω καὶ ἐλεγξάτω· καὶ ἐξομολογεῖσθαι διὰ τοῦ πνεύματος κατηναγκασάτω τοὺς τότε παρόντας, εἰς τὸ δοκιμάσαι καὶ διαλεχθῆναι τῷ πνεύματι λαλοῦντι ἄνδρας δοκίμους καὶ ἐπισκόπους, Ζωτικὸν ἀπὸ [1] Κομάνης κώμης, καὶ Ἰουλιανὸν ἀπὸ Ἀπαμείας. ὧν [2] οἱ περὶ Θεμίσωνα τὰ στόματα φιμώσαντες, οὐκ εἴασαν τὸ ψευδὲς καὶ λαοπλάνον πνεῦμα ὑπ' αὐτῶν ἐλεγχθῆναι.

tamquam lupus ab ovibus, Non sum lupus, sed verbum, spiritus & potentia. Verum potentiam illam in spiritu evidenter ostendat & approbet, faterique & assentiri per spiritum cogat eos qui tunc aderant, ut garrulum illum spiritum alloquerentur & examinarent; viros probos, & episcopali dignitate præditos, Zoticum scilicet Comanensem, & Julianum Apamenum. Quibus Themison aliique os obturantes, mendacem illum & vulgi seductorem spiritum ab illis coargui vetuerunt.

V.

Καὶ πῶς οὐ καταφανὲς ἤδη γέγονε καὶ τοῦτο τὸ ψεῦδος; πλείω γὰρ ἢ τρισκαίδεκα ἔτη εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν, ἐξ οὗ τετελεύτηκεν ἡ γυνή· καὶ οὔτε μερικὸς, οὔτε καθολικὸς κόσμῳ γέγονε πόλεμος· ἀλλὰ καὶ Χριστιανοῖς μᾶλλον εἰρήνη διάμονος ἐξ ἐλέους Θεοῦ.

Nonne etiam hoc mendacium omnibus manifestum apparuit? Etenim ab obitu Maximillæ usque in hunc diem plusquam tredecim anni jam elapsi sunt: nec tamen ullum aut particulare bellum, aut universale in terris fuit. Immo Christianis præcipua quadam Dei misericordia pax stabilis & firma permansit.

VI.

Ex libro III.

Ὅταν τοίνυν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ἐλεγχθέντες, ἀπορήσωσιν, ἐπὶ τοὺς μάρτυρας καταφεύγειν πειρῶνται· λέγοντες πολλοὺς ἔχειν μάρτυρας, καὶ τοῦτο εἶναι τεκμήριον πιστὸν τῆς δυνάμεως τοῦ παρ' αὐτοῖς λεγομένου προφητικοῦ πνεύματος. τὸ δέ ἐστιν ἄρα ὡς ἔοικε παντὸς μᾶλλον οὐκ ἀληθές. καὶ γὰρ τῶν ἄλλων αἱρέσεων τινὲς, πλείστους ὅσους ἔχουσι μάρτυρας· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο δήπου συγκαταθησόμεθα, οὐδὲ ἀλήθειαν ἔχειν αὐτοὺς ὁμολογήσομεν. καὶ πρῶτοί γε οἱ ἀπὸ τῆς Μαρκίωνος αἱρέσεως Μαρκιωνισταὶ καλούμενοι, πλείστους ὅσους ἔχειν Χριστοῦ μάρτυρας λέγουσιν· ἀλλὰ τόν γε Χριστὸν αὐτὸν κατὰ ἀλήθειαν οὐχ ὁμολογοῦσι.

Postquam vero in omnibus quæ supra posui convicti, nihil habent quod respondeant, ad martyres confugere conantur: asserentes, multos se martyres habere, idque potentiæ prophetici illius qui apud ipsos est spiritus, certissimum esse documentum. Sed hoc meo quidem judicio, nihilo verius est. Nam & aliarum hæreseon sectatores, plurimos se habere martyres prædicant: neque idcirco tamen eis assentiemur, nec veritatem penes illos esse fatebimur. Primi certe qui Marcionis hæresim sequuntur, vulgo Marcionitæ cognominati, quamplurimos habere se dicunt martyres Christi. Et tamen Christum ipsum re vera minime confitentur.

VII.

Ὅθεν τοι καὶ ἐπειδὰν οἱ ἐπὶ τὸ τῆς κατὰ ἀλήθειαν πίστεως μαρτύριον κληθέντες ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τύχωσι μετά τινων τῶν ἀπὸ τῆς τῶν Φρυγῶν αἱρέσεως λεγομένων μαρτύρων, διαφέρονταί τε πρὸς αὐτοὺς, καὶ μὴ κοινωνήσαντες αὐτοῖς τελειοῦνται, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συγκατατίθεσθαι τῷ διὰ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν πνεύματι. καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς, καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ τυγχάνει γεγενημένον, ἐν τοῖς περὶ Γάϊον καὶ Ἀλέξανδρον ἀπὸ Εὐμενείας μαρτυρήσασι, πρόδηλον.

Quamobrem quotiescumque Ecclesiæ viri ad martyrium pro vera fide subeundum vocati, una cum quibusdam de Phrygum hæresi qui martyres dicuntur, casu quodam coierint, semper ab illis dissentiunt: & communionem eorum solicite vitantes, gloriosum martyrii exitum consequuntur; quippe qui Montani & muliercularum spiritui assensum commodare nefas ducant. Atque id verum esse constat ex iis quæ nostra ætate in urbe Apamea quæ ad Mæandrum sita est, gesta sunt a Cajo & Alexandro martyribus, oriundis Eumenia.

VIII.

Ταῦτα εὑρὼν ἔν τινι συγγράμματι αὐτῶν ἐνισταμένων [3] τῷ Ἀλκιβιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι, ἐν ᾧ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, ἐπετεμόμην.

Hæc ego cum reperissem in quodam libro ipsorum adversus Miltiadem fratrem nostrum, qui peculiari opere docuerat, non decere prophetam in ecstasi loqui, in compendium redegi.

1. Κομάνης.] Oppidum videtur fuisse Pamphyliæ. Certe Ephesius episcopus Comanenus memoratur in epistola Episcoporum Pamphyliæ provinciæ ad Leonem Augustum, quæ refertur in parte tertia concilii Chalcedonensis pag. 391.

2. Οἱ περὶ Θεμίσωνα.] Illustris hic fuit inter Montanistas, qui se Confessorem & Martyrem jactabat: aususque est epistolam catholicam exemplo Apostoli scribere ad Ecclesias, ut novam prophetiam commendaret. De hoc multa Apollonius apud Eusebium Hist. eccl. lib. v. cap. XXIII.

3. Τῷ Ἀλκιβιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι.] Nescio, quo fato Alcibiadis nomen pro Miltiade, & Miltiadis pro Alcibiade substitutum est. Nam superiore quidem capite Miltiadis vocabulum pro Alcibiade positum esse observavimus. Heic contra, Alcibiades pro Miltiade irrepsit. Certe apud Nicephorum Μιλτιάδου legitur, quamquam nec Nicephorus nec Christophorsonus hunc locum intellexit.

IX.

[1] Ἀλλ' ἄγε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει· ᾧ ἕπεται ἄδεια καὶ ἀφοβία· ἀρχόμενος μὲν ἐξ ἑκουσίου ἀμαθίας, καταστρέφων δὲ εἰς ἀκούσιον μανίαν ψυχῆς, ὡς προείρηται. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον, οὔτε τινὰ τῶν κατὰ τὴν παλαιὰν, οὔτε τῶν κατὰ τὴν καινὴν πνευματοφορηθέντα προφήτην δεῖξαι δυνήσονται· οὔτε Ἄγαβον· οὔτε Ἰούδαν· οὔτε Σίλαν· οὔτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας· οὔτε τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν· οὔτε Κοδράτον, [2] οὔτε ἤδη τινὰς ἄλλους μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται.

A Pseudopropheta autem in falso mentis excessu cujus comes est licentia & audacia, a spontanea quidem imperitia initium sumens, in amentiam autem, ut jam dixi, involuntariam desinens. Hujusmodi vero spiritu nullum umquam nec in vetere nec in novo Testamento prophetam afflatum potuerunt demonstrare. Non Agabum, non Judam, non Silam, nec Philippi filias, nec Ammiam Philadelphensem, nec Quadratum, nec plures quoque alios qui nihil ad ipsos pertinent, prædicabunt.

X.

Εἰ γὰρ μετὰ Κοδράτον καὶ τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, ὥς φασιν, αἱ περὶ Μοντανὸν διεδέξαντο γυναῖκες τὸ προφητικὸν χάρισμα, τοὺς ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν τίνες παρ' αὐτοῖς διεδέξαντο, δειξάτωσαν· δεῖν γὰρ εἶναι τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐν πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ μέχρι τῆς τελείας παρουσίας ὁ Ἀπόστολος ἀξιοῖ· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν δεῖξαι τεσσαρεσκαιδέκατον ἤδη που τοῦτο ἔτος ἀπὸ τῆς Μαξιμίλλης τελευτῆς.

B Nam si quidem, ut prædicant, post Quadratum & Ammiam Philadelphensem mulieres illæ Montani in prophetiæ gratiam successerunt, ostendant nobis, quinam inter ipsos Montano ac mulierculis successerint. Etenim prophetiæ donum in omni ecclesia ad ultimum usque Domini adventum permanere debere, auctor est Apostolus. Sed nullum prorsus poterunt ostendere, tametsi jam quartusdecimus hic agatur annus ab obitu Maximillæ.

1. Ἀλλ' ἄγε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει.] Male Rufinus, & Baronius hæc verba ex Miltiadis libro desumta esse existimarunt. Neque enim hic innominatus auctor quidquam citat ex Miltiadis libro, sed tantum ex responsione Cataphrygarum adversus Miltiadis librum; quod non animadverterunt interpretes. Est autem hic hujus loci sensus; magnum esse discrimen inter veros prophetas & falsos. Veri enim prophetæ qui Spiritu Dei repleti erant, quieto ac tranquillo animo prædicebant futura. Pseudoprophetæ vero, qualis erat Montanus, cum furore & insania loquebantur. Certe Catholici hoc præcipue objiciebant Montanistis, qui se prophetico spiritu plenos esse jactabant, quod in ecstasi prophetarent: cum tamen nec in novo, nec in vetere Testamento Prophetas in ecstasi umquam prophetasse legamus. Itaque Miltiades librum adversos eos scripsit hoc titulo: περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐκστάσει λαλεῖν. Et Epiphanius adversus hæresim Montanistarum cap. 2. ὅσα γὰρ οἱ προφῆται εἰρήκασι, μετὰ συνέσεως παρακολουθοῦντες ἐφθέγγοντο; & cap. 4. ac sequentibus, hanc veræ ac spiritalis prophetiæ certissimam notam esse dicit, ut mentis suæ compotes sint, qui futura prædicunt. Similiter Joannes Chrysostomus Homilia 29. in epistolam 1. ad Corinthios, ubi discrimen affert inter divinationem, & prophetiam: *Hoc enim*, inquit, *proprium* C *est vatis seu divinatoris, emotæ esse mentis, pelli, trahi, raptari tamquam furentem. Propheta vero non ita: sed mente sobria, & cum modesta ac temperata animi constitutione; & quæ loquitur intelligens, dicit omnia.* His adde Hieronymum in Præfatione Commentariorum in Nahum: *Non enim loquitur in ἐκστάσει, ut Montanus & Prisca Maximillaque delirant; sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis universa quæ loquitur.* Idem in præfatione Commentariorum in Habacuc. Idem in libro secundo Commentariorum in epist. ad Ephesios: *An igitur juxta Montanum, patriarchas & prophetas in ecstasi locutos accipiendum, & nescisse quæ dixerint? Aut si hoc impium est, (spiritus quippe prophetarum, prophetis subjectus est) intellexerunt utique quæ locuti sunt, &c.* Porro notandum est hunc anonymum scriptorem numquam ecstases appellare vanos illos mentis excessus Montanistarum, sed semper parecstases, ob eam rationem quam supra dixi. Quippe ecstases fere in bonam partem sumuntur a Cypriano & Tertulliano. Et viris sanctis immissæ leguntur a Deo, ut Adamo & Petro Apostolo. At parecstasis semper in malam partem accipitur.

2. Οὔτε ἤδη τινὰς ἄλλους.] In codice Med. Maz. & Fuk. & apud Nicephorum legitur οὔτε τινὰς, &c.



SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
236.

C H R O N I C O N

ANONYMI QUI SUB ALEXANDRO IMP. VIXISSE Anno Chriſti CCXXXVI. perhibetur.

Liber Generationis ab ADAM *uſque ad ordinem* [1] *quæ continetur in hoc libro.*

Dinumeratio temporum & annorum. Generationes ſæculi uſque in hunc diem. Terræ diviſio tribus filiis Noe.

Declaratio gentium, quæ ex quibus factæ ſunt, & quas ſinguli terras & civitates ſortiti ſunt: quantæ Inſulæ claræ: qui ex quibus gentibus tranſmigraverunt; quot Flumina nominata: quot Montes nominati.

Quot Judices: & quis quot annis populum judicavit.

Quot Reges in Tribu Juda: & quis quot annis regnavit.

Declaratio Paſchæ, & quis quando ſervavit ex temporibus Moyſi in hunc diem.

Reges Perſarum a Cyro, & quis quot annis B *regnavit.* A

Reges Macedonum ab Alexandro, & quis quot annis regnavit.

Imperatores Romanorum ab Auguſto, & quis quot annis imperavit.

Tempora Olympiadum ab Iſito, uſque in præſentem Olympiadem.

Nomina Patriarcharum ac generationes.

Nomina Prophetarnm. Mulieres Prophetiſſæ.

Nomina Regum Hebræorum & Regum qui in Samaria regnaverunt ſupra decem Tribus: & quis quot annis regnavit.

Nomina Sacerdotum.

Nomina Epiſcoporum Romæ, & quis quot annis præfuit.

P R Æ F A T I O.

Quandoquidem oportet [2] inſtructum eſſe veritate, neceſſarium exiſtimavi, fratres cariſſimi, hunc in brevi de ſanctis Scripturis facere ſermonem ad corroborandam doctrinam, ut per paucas enarrationes, non ſine cauſſa inquiſitas virtutes veritatis citius agnoſcamus, abſcindentes prius indoctorum generatam contentionem, [3] quæ obumbrat ſenſus, hujuſcemodi indoctum edoceat. Summa autem cum induſtria prævidere cupientes juxta C veritatem cognoſcimus Gentium *Diviſionem*, & parentum dinumeratam *Generationem*. [4] Inhabitatorum quoque tempora, bellorum commiſſiones, & Judicum [5] tempora, diſpenſationes, & Regum annos, & Prophetarum tempora qui & ex quibus Regibus nati ſunt, qualeſque captivitates populi, quibus Regibus, & quibus Judicibus contigerint; quique Sacerdotes, quibus temporibus fuerint, & quæ perditio facta ſit. [6] Quo autem modo generatio ſeminis Iſrael de Patribus in CHRISTO completa ſit, & quot quantique per quanta tempora dinumerentur anni a creatura ſæculi uſque in hunc diem.

Exiſtimavimus autem incipientes a Geneſi juxta verborum oſtenſionem, [7] ſicut expetit, declarare, non ex noſtra quadam parte, ſed ex ipſis ſanctis Scripturis teſtificari. Hinc ergo occaſionem arripientes juxta ordinem de Geneſi ſermonem facimus.

INCIPIT NARRATIO.

S E C T I O I.

Liber Generationis hominum.

Quo die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit eos.

Vixit autem Adam annis CCXXX. & genuit Seth.

Vixit autem Seth annis CCV. & genuit Enos.

Et vixit Enos annis CLXI. & genuit Cainan.

Et vixit Cainan annis CLXX. & genuit Malaleel.

[Malaleel vixit] Annis CLXV. & genuit Jared.

Et vixit Jared annis CLXII. & genuit Enoch. E

Et vixit Enoch annis CLXV. & genuit Mathuſalam.

Et vixit Mathuſalam annis CLXVII. & genuit Lamec.

Et vixit Lamec annis CLXXXVIII. & genuit Noe.

D Et erat Noe annorum D. & genuit tres filios, Sem, Cham & Japhet.

Poſt annos autem C. poſtquam generatus eſt Sem, fit Diluvium, cum eſſet annorum ſexcentorum Noe.

Fiunt ergo ab Adam uſque ad Diluvium generationes XI. anni II. MCCXLII. Iſtæ ſunt generationes Sem.

Sem cum eſſet annorum C. genuit Arfaxat anno ſecundo poſt Diluvium.

Et vixit Arfaxat annis CXXXV. & genuit Cainan.

Et vixit Cainan annis CXXX. & genuit Sale.

Et vixit Sale annis CXXX. & genuit Heber.

Et vixit Heber annis CXXXIV. Phalec.

Uſque ad hunc, generationes V. annis DXXIX. ab Adam autem, generationes XV. anni ſunt II. MDCCLXXI.

1. *Ad ordinem quæ contin.*] Sic ms. Edit. Caniſ. *ad ... ordine quæ continentur in hujus volumine libri.*

2. *Inſtructum eſſe veritate*] Edit. Labb. *inſtructum eſſe veritatis Diaconum*. Et mox, *frater cariſſime — ad corroborandam doctrinam tuam.*

3. *Quæ obumbrat ſenſus*] Edit. Labb. *quæ obumbrant*. Poſt *ſenſus*, edit. Caniſ. præfert *Scdm̃*: forte *Scriptura enim*, inquit editor: quod minus placet.


4. *Inhabitatorum — diſpenſationes*; Labb. *Inhabitationis quoque tempora, diſpenſationes* cet. intermediis omiſſis.

5. *Judicum tempora, diſpenſ.*] Edit. Caniſ. *Judicum tempore diſpenſationes*. Recte; ut videtur.

6. *Quo autem modo*] Ita editt. Caniſ. & Labb. At Cang. & Fabric. *quæ ammodo*.

7. *Sicut expetit, declarare*] Caniſ. *ſicut expedit declarare*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 236.



SECTIO II.

Divisio Terræ & de tribus filiis Noe.

Post Diluvium autem, Sem, Cham & Jafet, trium fratrum, Tribus divisæ sunt.

Et Sem quidem primogenito a Persida & Bactris usque in India longe & usque in Rhinocoruris est.

Cham autem secundo a Rhinocoruris usque Gadira.

Jafet autem tertio a Media usque Gadira ad [1] Buroam.

Habet autem Jafet flumen Tigridem, qui dividit Mediam & Babyloniam: Sem autem Eufratem, & Cham Geon, qui vocatur Nilus.

Confusæ sunt autem linguæ post Diluvium. Erant autem quæ confusæ sunt linguæ LXXII. & qui Turrem ædificabant erant gentes LXXII. quæ etiam in linguis super faciem totius terræ divisæ sunt.

Nebrot autem gigas filius Chus, Æthiops, in escam [2] inediis venando subministrabat bestias in cibum.

Vocabula autem LXXII. hæc sunt.

SECTIO III.

Filii Jafet, [3] Gamer, ex quo Cappadoces.....

Magog, de quo Celtæ & Galatæ.

Madæ, de quo Medi.

Van, de quo Græci & Jones.

Thobel, unde & Thalienses.

Mosoc, unde Illyrici.

Thiras, unde Thraces.

Cethyn [4], unde Macedones.

Et filii Gamer, Ascanaz, de quo Sarmatæ.

Rifan, de quo Sauromatæ.

Thogorma, de quo Armenii.

Et filii Van, Elisan, unde Siculi.

Tharsis, ex quo Hiberi, qui & Tyrreni.

Cithu [5], de quo Romani, qui & Latini, Rhodi: omnes XV.

De his exstiterunt Insulæ gentium; sunt autem Cyprii ex Citiensibus.

Ex Jafet siquidem invenimus, & eos qui sunt ad Borram ex ipsis de ea tribu Citiensium.

Sunt autem ex ipsis etiam gentes quæ sunt [6] in Ellada, præter eos qui postmodum advenerunt ibi: Reges qui habitaverunt civitatem, quæ apud Græcos honoratur, Athenas & Thebæorum: quoniam Sidoniorum sunt inhabitatores; & quicumque sunt alii similiter, posthæc apud Helladam transmigraverunt. Cognoscimus autem hæc ex Lege & Prophetis.

Erant ergo de Jafet ad confusionem Turris, Tribus XV. Et hæ gentes Jafet a Media usque vesperum Oceani diffusæ sunt, adtendentes usque ad Borram.

Medi, Albani, Gargani, Arrei, Armeni, Amazones, Culi, Corzieni, Benageni, Gappadoces, Paflagones, Mariandeni, Tibarenses, Chalibes, Mossynnoecii, Colchi, Melanceni, Sarmatæ, Sauromatæ, Meotes, Scytes, Tauri, Thraces, Bastarni, Illuri, Macedones, Hellenes, Græci, Libyes, Istri, Vieni, Davni, [7] Dapnes, Calabri. Pici, Latini qui & Romani, Tyrreni, Galli qui & Celtæ, Libyestini, Celtiberi, Hiberi, Galli Aquitani, Illuriani, Basanotes, Cyrtani, Lusitani, Vaccei, Cunienses, Brittones qui & in insulis habitant.

Qui autem eorum noverunt litteras, hi sunt: Hiberi, Latini qui vocantur Romani, Hispani, Græci, Armeni.

Sunt autem fines eorum ad Borram usque Gadiram, a Potameda fluvio usque [8] Mastusiadilion.

Terræ autem eorum hæ sunt: Media, Albania, B Amazonis, Armenia minor, Armenia major, Cappadocia, Paflagonia, Galatia, [9] Collis Indiæ, Bosphorma, Mediaerris, Sarmatia, Tauriana, Scythiæ, Bastarnia, Thracia, Macedonia, Dalmatia mollis, Thessalia, Locria, Bœotia, Ætolia, Attica, Acaia, Pellenia quæ appellatur Peloponnesus, [10] Arcanea, Epirotia, Illyria, Aodimus, Hadriace ex qua pelagus Hadriaticum, [11] Calatia, Lusitania, Italia, Thusgene, Massalia, Celtes, Gallia, [12] Hispania, Galli, Hiberia, Hispania major.

Huc usque desinit terra Jafet, usque ad Brittannicas Insulas omnes ad Borram respicientes.

C Sunt autem his & Insulæ istæ: Brittannicæ, Sicilia, Euboea, Rhodus, Chius, Lesbus, Cithera, Jacentus, Cefalenia, Ithace, Corcyra, & Cyclades Insulæ, & pars quædam Asiæ, quæ appellatur Jonia.

Flumen autem est his Tygris dividens inter Mediam & Babyloniam. Hi sunt fines Jafet.

SECTIO IV.

Filii autem Cham: Chus ex quo Æthiopes.

Mesraim, ex quo Ægyptii.

Fud, de quo Trogloditæ.

Chanaan, de quo Afri & Fenices.

Et filii Chus: Saba, Evilat, Sabat, Regma & D Sagabacata.

Filii autem Regma, Saba & Dadan.

Et Chus genuit Nebroth.

Ægyptiorum patriæ, cum Mesraim patre ipsorum, VIII. Dicet enim, Et

Mesraim genuit Ludim, unde Lydii; Enemim de quo Pamfilii; Labain, de quo Laboez; Neptoin & Patrosonin, unde Cretes; [13] Casluin, unde Lycii, unde exierunt Filistim; & Capturim, unde Cilices.

Chananeorum sunt patriæ cum patre eorum XII. Dicit enim, Et


Chanaam genuit Sidona primogenitum, ex quo Sidonii, & Cheteum, & Jebyseum, & Amorreum, E & Gergesseum, & Araceum, & Euveum, ex quo Tripolitæ, & Aseneum, & Aradium, unde Aradii, & Samareum, & Amathi, unde Amathusi.

Est autem habitatio eorum a Rinocoruris usque Gadiram.

Ex his autem nascuntur Reges vel gentes: Æthiopes, Trogloditæ, Aggei, Isabini, Ictyofagi, Ve-

1. *Ad Buroam*] Labb. *Borram*. Al. *Boream*.
2. *Inediis*] Sic & Cangius. Labb. tamen *mediis*. Canis. *Mediis*.
3. *Gamer*] Variæ circa nomina occurrunt lectiones, quas videre est apud Scaligerum in *Thesauro temporum* p. 45.
4. *Cethyn, unde Macedones*] Canis. *Chetim, unde Trojani, Phryges, Macedones*.
5. *Cithu* cet.] Ita Labbei edit. Al. *Cithu*. Canis. autem sic: *Cethim, de quo Romani, qui & Latini. Dodanim, ex quo Priamii*. Omnes XV.
6. *In Ellada*] Canis. *in Thebaide*.
7. *Dapnes*] Canis. *Dapneri*. Cang. *Dapnes*.
8. *Mastusiadilion*] Canis. *Mastusi ad Ilion*.
9. *Collis*] Labb. forte *Colchis*. Mox pro *Mediaernis*, Canis. habet *Media, Derris*.
10. *Arcanea*] Labb. *Acarnia*. Canis. *Acarnanna*. Et mox post *Illyria* exhibet *Euchnites* pro *Aodimus*.
11. *Calatia*] Labb. *Calcetia*, forte *Ga[illegible]*. Canis. *Ga[illegible]*.
12. *Hispania, Galli.*] Canis. *Tp[illegible]*, forte *Hispanogallia*. Leg. *Spanogall.*
13. *Casluin*,] Labbe *Casloin*, Χασμωνιείμ Gen. x. 14.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 236.



lanni, Ægyptii, Fœnices, Libyes, [1] Marmaredæ. Charisilittæ, Mysi, Mossynœci, Friges, Magones, Bithyni, Nomades, Lycinii, Mariandeni, Pamfyli, Minisci, Dipisideni, Lygallii, Cilices, Maurosii, Cretæ, Magartæ, Numidæ, Macrones, Nasamones.

Hi possident ab Ægypto usque ad Oceanum.

Sunt autem Insulæ in his communes hæ: Corsola, Lupadus, Agaudius, Meletæ, Cercenna, Menis, Cardinia, Galata, Corsuna, Creta, Gaulus, Rheda, Ethera, Careatus, Astypala, Chius, Lesbus, Tenedos, Imbrus, Jassus, Cobus, Chnidos, Nisurus, Megistæ, Cyprus.

Qui autem eorum sunt litterati, hi sunt: Fenices, Ægyptii, Pamfyli, Fryges.

B Sunt autem fines Cham a Rinocoryris, quæ dividit Syriam & Ægyptum, usque Garira in longum.

Nomina autem gentium, hæc sunt: Ægyptus & Æthiopia quæ tendit adversus Indiam, & altera Æthiopia, unde proficiscitur flumen Æthiopum, Erythrea, quod est rubrum adtendens ad Orientem: Thebea Libyæ, quæ extendit usque Syrtes, habens gentes has: Nasamonas, Macas, Tautameos: Libyæ quæ a Lepti extendit usque minorem Syrtim: Numidia, Masseria, Mauritania quæ extendit usque Herculeas, quod est Heracleoticas stelas contra Gadiram.

Habet autem ad Borram maritimam Ciliciam, Pamfyliam, Pisidiam, Mysiam, Lycaoniam, Frygiam, Camaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Mysiam aliam, Troadem, Aolidem, Bityniam veterem, Frygiam altiorem. C

Habet etiam Insulas has: Sardiniam, Cretam, Cyprum, & flumen Geon qui appellatur Nilus. Dividit autem inter Cham & inter Jafet, & os vespertini maris. Hæc media Cham generatio.

SECTIO V.

De Sem autem seniore filio Noe, sunt tribus cognitæ XXV. ad Orientem inhabitaverunt.

Filii Sem, Ælam, de quo Ælymei & Assyrii: Et

Arfaxat, unde Chaldæi & Ludii, unde Lazones: Et D

Aram, unde Ethes: priores hos excidit Abraham: & filii Aram Oscevi, de quo Lidii; & Gart, de quo Gasfeni; & Mosoc, unde Mossyni: Et

Arfaxat genuit Sala, & Sala genuit Heber, unde Hebræi: & Heber nati sunt duo filii, Falec & Deboc, unde ducitur genus Abraham; & Tactem, & Jectan. Jectan autem genuit Elmodal, de quo Indi; & Salef, de quo Bactriani; & Asarmot de quo Arabes priores; & Duran, de quo Camehi; & Derra, de quo Mardi; & Ezei, de quo Arriani; & Declam, de quo Cedrusi; & Gebal, de quo Scythii priores; & Abimeel, de quo Hircani; & Sabat, unde Arabi primi: & Usir, de quo Armenii, & Oevilat, unde Gemnosositæ. Hi omnes E Bactriani.

Omnes autem de tribus filiis Noe sunt LXXII.

Omnium autem filiorum Sem habitatio est [2] a Bacris usque Rhinocoruris, quæ dividit Syriam & Ægyptum, & Rubrum mare ab ore Arsinoes, quæ est Indiæ.

Hæ sunt autem quæ sunt factæ ex his Gentes: Hebræi qui Judæi, Persæ, Medi, Pœnes, Arriani, Hircani, Assyrii, Indi, Macardi, Parthi, Germani, Helymei, Cessei, Arabes primi, Cedrusii, Scytæ, Arabes ultra, Sapientes qui dicuntur Gymnosofistæ, nudi sapientes.

1. *Marmaredæ*] Labbe *Marmaridæ*.
2. *A Bacris*] Labb. *ab Acris*.

A Habitatio autem eorum usque Rinocorura & Cilicia.

Qui autem eorum noverunt litteras, hi sunt: Judæi, Persæ, Medi, Chaldei, Indi, Assyrii.

Est autem habitatio eorum, id est filiorum Sem, in longum quidem ab India usque Rinocorura: lata autem a Perside & Bactris usque Indiam.

Vocabula autem gentium hæc sunt: Persis, Bactrianæ, Hircania, Babylona, Corbulia, Assyria, Mesopotamia, Arabia vetus, Alimales, India, Arabia eudæmon, Cœlessyria, Commagena, & Fynicia, quæ est filiorum Sem.

SECTIO VI.

Gentes autem quæ linguas suas habent, hæ sunt: Hebrei qui & Judæi, Assyrii, Chaldæi, Persæ, Medi, Arabes, Madian, Adiabenici, Taleni, Alamoseni, Saraceni, Magi, Caspii, Albani, Indi, Æthiopes, Ægyptii, Libyes, Chetei, Cananæi, Ferezæi, Euvei, Gergesei, Jebusei, Idumei, Samaritæ, Fœnices, Syri, Cilices, Tharsenses, Cappadoces, Armenii, [3] Hibeni, Librani, Scytæ, Colchi, Sanni, Bosphorani, Asiani, Hisaurienses, Lycaones, Pysidæ, Galatæ, Paflagones, Fryges, Achai, Thessali, Machedones, Traces, Mysi, Bessi, Dardani, Sarmatæ, Germani, Pannoni, Peones, Norici, Dalmatæ, Romani qui & Latini, Ligures, Galli qui & Celtæ, Aquitani, Brittani, Hispani qui & Tyrreni, Mauri, Baccuates, & Massennes, Getuli, Afri qui & Barbares, Mazicei, Garamantes qui & Marmaredæ, qui usque Æthiopiam extenduntur.

SECTIO VII.

Necessarium autem putavi & inhabitationes Gentium & cognominationes declarari.

Incipiam autem ab Oriente: Persarum & Medorum inhabitatores Parthi & vicinæ gentes pacis usque Syriam cœle.

Arabum inhabitatores Arabes Eudæmones: hoc enim nomine appellantur.

Chaldæorum inhabitatores Mesopotameni.

Madianensium inhabitatores Cynedocolpitæ & Troclodytæ & Icthyofagi.

Græcorum autem gentes & vocabula V. Jones, Arcades, Bœoti, Æoli, Lacones.

Horum inhabitatores fuerunt Pontici, Bitini, Troes, Asiani, Cari, Legii, Pamfyli, Cyrinei, & Insulæ plures, id est Cyclades quidem decem quæ Myrti pelagum continent. Hæc sunt autem nomina earum.

Andrum, Tenoemteo, Naxus, Geos, Gyarus, Delos, Fynus, Renea, Cyrnos, Maraton. Sunt autem & aliæ Insulæ majores XII. quæ etiam civitates habent plurimas, quæ dicuntur Sporades, in quibus inhabitaverunt Græci. Hæc sunt autem nomina earum: Eubœa, Creta, Sicilia, Cyprus, Coos, Samus, Rhodus, Chius, Thapsus, Lemnus, Lesbus, Samotrace. Est autem a Bœotia Eubœa: sicuti ab Jone Jonides civitates XVI. hæ: Cladiomena, Mitylene, Focæa, Priene, [4] Eryt, Samos, Teos, Colofon, Cius, Efesus, Smirna, Perinthus, Byzantium, Calcedon, Pontus & Amisos libera.

Romanorum, qui & Citiensium, gentes & inhabitationes hæ sunt: Tusci, Emilienses, Pincentes, Campani, Apulienses, Lucani.

Afrorum gentes & inhabitationes hæ sunt: Lebdeni, Cinti, Numidæ, Nasamones, Saci.

3. *Hibeni*] Labbe *Hiberi*.
4. *Eryt*] Labbe *Erythra*.

Insulæ autem hæ sunt, quæ habent civitates: A Sardinia, Corsica, Girda quæ & Benigga, Cercyna, Galata.

Maurorum autem gentes & inhabitationes hæ sunt: Musulani, Tingitani, Cæsarienses.

Hispanorum autem gentes & inhabitationes hæ sunt, Tyranni & Turrenorum, qui & Terraconenses, Lysitani, Beticii, Autryconi, Vascones, Calleci, qui & Astures.

Insulæ autem quæ pertinent ad Hispaniam Terraconensem tres sunt, quæ appellantur [1] Valliarieæ. Habent autem civitates V. has: Ebuso, [2] Palme, Pollentia, quæ dicitur Majorica, Tomæne, Magone, quæ appellatur Minorica.

B Harum inhabitatores fuerunt Cananei fugientes a facie Jesu filii Nave: nam & Sidona qui condiderunt & ipsi Cananei. Gadis autem Jebusæi condiderunt, & ipsi similiter profugi.

Gallorum autem Narbonensium gentes & inhabitationes: Amaxobii Græce, Sarmatæ.

Et hos autem necessarium fuit declarare tibi, ne ignotarum gentium vocabula, & gentes, & manifesta flumina ignorares.

SECTIO VIII.

C Incipiam ergo dicere de gentibus ab Oriente.

Adiabenici & Taleni contra Arabiam, Saraceni, Saraceni alii Atalenos contra Arabiam. Albani contra Pylas Caspias. Madianitæ majores, quos expugnavit Moyses, inter Mesopotamiam & mare Rubrum: Minor autem Madian est contra mare Rubrum juxta Ægyptum, ubi regnavit Ravel socer Moysi, qui & Jothro.

Contra Cappadoces a parte dextra Armenii, Hiberii, [3] Birrani, Scytæ, Colchi, Bosforani, Sani qui appellantur Sannices, usque Pontum extendentes; ubi est Accessus, Absarus, & Sebastopolis, Ussilimen quod est portus, & Pasius flumen, usque Trapezunta extenduntur hæ gentes.

D Montes autem sunt nominati XII. Caucasus, Taurus, Atlas, [4] Parnaysus, Citeron, Helicon, Parthenius, Nysa, Lucabantus, Penius, Olympus, Libanus.

Flumina autem sunt magna & nominata XLI. Indos qui & Fison, Nilus qui & Geon, Tigris, Eufrates, Jordanis, Cefisos, Tanais, Menos, Erimanthus, Alys, Asopus, Thermodon, Erasinus, Rius, Borusthenes, Alfeus, Taurus, Eurota, Meander, Hermus, Axius, Pyramus, Bajus, Hebron, Sangarius, Achelous, Peneus, Ebenus, Sperchius, Cayster, Simois, Scamander, Strymon, Parthenius, Ister, Illurius qui & Danubius, Rhenus, Rhodanus, Betis, Heridanus, Thember qui nunc dicitur Tiberis.

E Filiorum igitur trium Noe tripartitum sæculum divisorum.

Et quidem Sem primogenitus accepit Orientem: Cham autem Mediterraneum: Jafet Occidentem. Et ostensis gentibus, quæ de quo creatæ sint, necessario decurremus ad annos.

SECTIO IX.

Falec annorum CXXX. genuit Ragau.
Ragau annorum CXXXII. genuit Seruch.
Seruch annorum CXXX. genuit Nachor.
Nachor annorum LXXIX. genuit Tharam.
Thara annorum LXX. genuit Abraham.

Abraham autem erat annorum LXXV. quo tempore edixit illi Deus, ut exiret de terra sua, & de domo patris sui, & veniret in terram Chanaam.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 236.

Fiunt igitur a divisione usquequo venit Abraham in terram Chanaam generationes quinque, anni DCXVI. ab Adam autem generationes XX. annis III.MCCCLXXXVII.

Conversatus est autem cum Chanaam annis XXV. & genuit Isaac.

Isaac annorum LX. genuit Jacob.
Jacob annorum LXXVI. genuit Levi.
Levi annorum XL. genuit Caath.
Caath annorum LX. genuit Amram.
Amram annorum LXX. genuit Aaron.

In octogesimo autem & tertio anno Aaron, egressi sunt filii Israel de Ægypto, ducente eos Moyse.

Fiunt igitur omnes anni CCCCXXX.

In deserto XL. annos facit populus sub Moyse.

Jesus Nave transito Jordane facit in terra annos XXVII. bellum agit annis VII. & postquam possedit terram, vixit annis XX.

Fiunt ergo, ex quo Abraham venit in terram Chanaam, usque ad mortem Jesu Nave, generationes numero VII. anni D. ex Adam autem generationes XXVII. anni III.MCCCLXXXIV.

SECTIO X.

Post mortem vero Jesu peccans populus traditur Cusarsaton regi Mesopotamiæ, cui servit annos VIII. & cum clamasset ad Dominum, exsurrexit Gothoniel frater Caleb junior de Tribu Juda, qui denuntiavit ipsi Cusarsaton, & occidit illum, & gessit ducatum populi annis XXXI.

Et iterum dum peccaret, traditus est Eglon regi Moab, & servivit illi annis XVIII. Converso autem populo, surrexit Aod, vir de Tribu Effrem, & occiso Eglon, principatus est populo annis LXXX.

Mortuo autem Aod, delinquens populus traditus est Jabin regi Cananæorum, cui servivit annis XX. Sub eo prophetavit Deborra, uxor Lapidod, de Tribu Effrem: & per ipsam ducatum gessit Barac Aminoen, de Tribu Neptalim. Hic denuntiavit Jabin regi, & occidit eum, & regnavit judicans cum Deborra annis XL.

Post cujus mortem peccavit populus, & traditus est Madianeis annis VII. super quos surrexit Gedeon de Tribu Manasse, qui in CCC. viris CXX. hostium M. perdidit. Hic rexit populum annis XL.

Hujus filius Abimelec.

Post hunc præfuit populo Thole filius Fale, filii Caram, de Tribu Effrem annis XX.

Post hunc, judicavit Jair Galadites de Tribu Manasse, & præfuit annis XXII.

Post hunc, peccans populus traditus est Ammanitis annis XVIII. & cum clamasset ad Dominum, surrexit illis Princeps Jepte Galaadita, de Tribu Gad, de civitate Masefath; & gessit ducatum annis VI.

Post hunc, judicavit Elon annis X.


Post hunc, judicavit Hebron filius Allelon Farathonoin, de Tribu Effrem, annis VIII.

Post hunc, peccans populus traditur Allofilis per annos XL.

Post hæc, conversis filiis Israel surrexit Samson, filius Manoe, de Tribu Dan. Hic debellavit Allofilos, & gessit principatum annis XX.

1. *Valliarieæ*] Labb. *Balearicæ*.
2. *Palme*] Labbe *Palma*.
3. *Birrani*] Labbe *Girrani*.
4. *Parn. Cit.*] Labbe *Parnassus*, *Cithæron*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 236.



Post hunc, Heli Sacerdos judicavit annos XX. Post, Samuel Propheta unxit Saul in Regem, & ipse judicavit populum annis XXX.

Post tempus, cum regnaret David, eduxit arcam de domo Aminadab, & divertit vitulos; & cum reverteretur opposuit manus filius Aminadab, nomine Oza, & percussus est: & timuit David, & induxit illam in domum Abeddarat Gethei, & fecit ibi menses tres.

Regnavit autem Saul annis XXX. Erat autem illi Dux Abner, filius Ner. Ipse autem Samuel unxit David in Regem.

Fiunt igitur ab Jesu usquequo conversus cepit David regnum in Tribu Juda, generationes IX. annis CCCCLXXX. ab Adam autem generationes XXXIV. an. IV. MCCCLXIV.

SECTIO XI.

Deinceps regnat David annis XL. mensibus sex.

In Ebron autem regnavit annis VII. mensibus sex, & in Jerusalem annis XXXIII. Sub hoc Sacerdos Abiathar, filius Abimelec, ex genere Heli, & ex alia patria Saddoc.

Prophetabant autem temporibus David, Gad & Nathan. Erat autem ipsi David Dux Joad, filius Sarviæ, [1] sororis David. Hic dinumeravit populum; & erat numerus, quos numeravit filiorum Israel millies centies milleni: filii autem Juda quadringenties septies milleni. Levi autem & Benjamin non dinumeravit. Numerus autem eorum qui ceciderunt ex Israel, LXX. millia.

Post David autem, regnat Salomon filius ejus annis XL. & sub ipso adhuc Nathan prophetat: & Achias ex Selon, & inter eos Sacerdos Saddoc.

Post Salomonem, regnat Roboam filius ejus annos XIV. sub hoc divisum est regnum & regnavit in Samaria Jeroboam servus Salomonis, de Tribu Effrem. Prophetat autem, & sub Jeroboam Achias Selonites, & Sameas filius Ælami.

Post Roboam, regnat Abias filius ejus annis XVII.

Post Abiam, regnat Asab filius ejus annis XLI. Hic in tempore senectutis pedes doluit. Prophetabat autem sub eo Azarias.

Post Asab, regnat filius ejus Josaphat annis XXV. Sub hoc prophetat Helias, & Micheas filius Jemblas, & Abdias filius Ananiæ. Sub Michea autem erat Pseudopropheta Sedecias filius Cananæi.

Post Josaphat, regnat filius ejus Joram annis XX. & sub ipso prophetat Helias, & post hunc prophetat Helisеus sub filio Joram Ochozia, sub quo populus in Samaria filios suos, & stercus columbinum manducabat, regnante in Samaria Joram.

Post Joram regnavit filius ejus Ochozias anno uno: & sub hoc prophetat Gothol & Labdone.

Post hunc, regnat Gotholia, mater Ochoziæ, annis VIII. Quæ exsurgens occidit natos filii sui: erat enim de genere Achab regis Israel: soror autem Ochoziæ, nomine Zosabaæ, cum esset Joiadæ Sacerdotis uxor, furata est Joas, filium Ochoziæ, cui Joiada Sacerdos imposuit regimonium. Prophetat autem sub Gotholia Eliseus.

Post hanc, regnat Joas filius Ochoziæ annis XL. Hic interfecit Zachariam filium Joiadæ Sacerdotis.

Post Joas, regnat filius ejus Amasias annis VIII.

Post Amasiam, regnavit filius ejus Ozias annis LII. Hic leprosus fuit usquequo moreretur. Judicabat autem sub eo Joatham filius ejus. Prophetabant sub Ozia, Amos & Esaias filius ejus, & Ozeæ filius Beheri, & Jonas filius Amathi ex Gofer.

Post Oziam, regnat filius ejus Joatham annis XVI. Sub hoc prophetæ Esaias, Osee, Micheas Morathita, & Joel filius Batuel.

1. *Sororis*] Labb. conjicit legendum, *sororii*.

A Post Joatham, regnat filius ejus Achas annis XV. & sub hoc prophetæ Esaias, Osee & Micheas: Sacerdos autem Urias. Sub hoc Salmanassar rex Assyriorum eos qui erant in Samaria transmigravit in Mediam & Babyloniam.

Post Achas, regnavit filius ejus Ezechias annis XXV. Sub hoc prophetæ Esaias, Micheas, & Osee.

Post Ezechiam, filius ejus Manasse ann. LV.

Post Manasse, regnat filius ejus Amos annis duobus.

Post Amos regnat filius ejus Josias annis XXXI. Hic Idola & altarium Samariæ dissipavit. Sub hoc Pascha celebratum est anno XVIII. regni ejus. Nam ex quo mortuus est Jesu Nave, non est servatum Pascha sicut tunc. Sub hoc Celcias Sacerdos pater Jeremiæ Prophetæ invenit in sacrario librum Legis in XVIII. anno regni Josiæ. Prophetant autem sub eo Oliba uxor Sellim a veste Sacerdotis,
B & Sofonias, & Jeremias, sub quo pseudopropheta Ananias.

Post Josiam, regnat Sofonias annis quinque, mensibus undecim.

Post Sofoniam, regnat Joachas filius ejus menses quatuor. Hunc ligavit Nechao rex Ægypti, & adduxit in Ægyptum, ordinato in loco ejus Eliachim, qui cognominatus est Joachim, regnat annis XI. Sub hoc prophetat Jeremias, & Buzi, & Urias filius Samace ex Cariathiarim. Hunc Nabuchodonosor ligavit catenis æreis Joachim Regem Juda, & duxit in Babylonia.

Post Joachim, regnat filius ejus Joachim annis tribus; & hunc ducit ad eum compeditum Nabu-
C chodonosor rex Babylonis, & alios cum eo.

Per ipsum, constituitur in loco ejus frater Joachim, cujus nomen Sedecias, qui & Jechonias, qui regnavit annis XI.

In anno duodecimo transmigravit illum in Babyloniam, effossis oculis, & populum transduxit cum eo, præter paucos, qui postea in Ægyptum descenderunt. Prophetant autem sub Sedecia Jeremias & Ambacum, in anno autem IX. regni ejus prophetavit in Babylonia Ezechiel. Post hunc prophetæ Naum & Malachias, & Daniel, qui vidit de Hebdomadis in primo anno Darii Regis, filii Assueri, de semine Medorum, qui regnavit super regnum Chaldeorum.

D In primo autem anno regni sui Cyrus dimisit populum redire in Jerusalem. Eo tempore, quo templum ædificavit, prophetant simul Aggeus & Zacharias: post quos Neemias filius Acheli de semine Israel fabricavit civitatem Hierusalem, cum esset ab annis Artaxersis Regis: & post hunc secundus Mardochæus.

SECTIO XII.

Fiunt igitur a David usque Sedechiæ, qui & Zeconiæ, transmigrationem, generationes XVIII. ann. CCCCLXXVIII. menses IX. ab Adam autem usque in transmigrationem Babyloniæ sub Jechonia,
E generationes LI. anni IV. MDCCCXLII. menses IX.

Et post transmigrationem Babyloniæ, usque ad generationem Christi, generationes XIV. an. DCLX. & a generatione Christi usque ad Passionem, anni XXX. & a Passione usque ad hunc annum, qui est XIII. Imperii Alexandri annus, an. CCVI.

Fiunt igitur omnes anni ab Adam, usque ad tertium decimum Alexandri Imperatoris annum, anni V. MDCCXXXVIII.

Ut autem & aliter ostendamus non tantum per tempora Regum, sed etiam a quo Pascha servatum est, dinumerantes simul annos dicemus.

Ab Adam usque Diluvium an. II. MCCXLII.
A Diluvio usque ad exitum Abraham de terra sua MCXLV.

Hinc usquequo exirent Israelitæ de Ægypto, educente eos Moyse, quando & Pascha fecerunt, anni sunt CCCCXXX.

Ab Exodo Ægypti usque in transitum Jordanis, quando Jesus Pascha celebravit, sunt anni XLI.

Ezechias post annos CCCCLXIV. celebravit Pascha.

Post Ezechiam Josias anno CXIV. Pascha celebravit.

Post Josiam Hesztas post annos CVIII. Pascha celebravit.

Post Heszram [1] *servatoris usque generationes* Christi *post annos* DLXIII. Pascha fit.

A generatione autem *Christi* post XXX. annos, cum *passus est Dominus*, Pascha celebratur, *ipse enim* erat justum Pascha.

A passione autem Domini usque in XIII. annum imperii *Imperatoris Alexandri Cæsaris* anni CCVI. *servatum est Pascha*, quod in commemorationem Domini nostri Jesu Christi *servatur a nobis*.

Fiunt igitur *omnes anni Adam* usque in *hunc diem anni quinquies mille septingenti triginta octo*.

SECTIO XIII.

Reges Persarum ex tempore Cyri.

Cyrus reg*navit Persis annis XXX.*
Post hunc, *Cambyses annis novem*.
Smerdius Magus *mensibus octo*.
Darius annis XXXVI.
Xerxes annis XXVI.
Artaxerxes *Longimanus annis XXXVI.*
Xerxes *dies sexaginta*.
Sogdianus menses septem.
Darius Nothus annis XVIII.
Artaxerxes, *Cyri junioris frater*, annis LXII.
Ocor, qui & Artaxerxes annis XXIII. *mensibus septem*.
Arses Nothus annis *tribus*.
Darius annis XII. Hic est quem Alexander Macedo deposuit in bello, quod fuit inenarrabile.
Fiunt omnes anni CCXLV.

Post quos, tempora jam apud *Græcos* ex constructione *Olympiadum* sunt clara: *nam usque ad* Alexandrum Macedonem fuerunt Olympiades CXIV. *quæ* faciunt annos CCCCLVI. *ab Iphito qui constituit* Olympiad*es*

Ab Alexandro usque ad Christum *Olympiades* LXXX. quod sunt anni CCCXX.

A *Christo autem usque* annum XIII. *Imperii Alexandri* Olympiades LVIII. *quod sunt anni* CCXXXVI.

Sunt ergo omnes Olympiades usque *annum* XIII. *Alexandri* Cæsaris *Olympiades* CCLIII. *quod sunt anni* MXII.

SECTIO XIV.

Nomina Creaturæ.

Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Jared, Enoc, Matusalam, Lamech, Noe, Sem, Arfaxat, Sala, Heber, Falec sub quo divisa est terra, Ragau, Seruc, Nagor, Thara, Abraham, Isaac, Jacob, Juda, Fares, Esrum, Aram, Aminadab, Naasson, Salmon, Boz, Obet, Jesse, David, Salomon, Roboam, Abiam, Asa, Josaphat, Joram, Ochozias, Joas, Amasias, Ozias, Joatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amos, Josias.

Josias autem genuit Jonaan & Joachim & fratres ejus, Eliachim qui & Joachim & Sedeciam qui & Jeconias dictus est Salum.

In transmigratione autem Babyloniæ Joachim genuit Jechoniam & Sedeciam. Jeconias autem genuit Salathiel, Fanneam & Sale, Saer & Jeconiam, Ortamno & Deebi & Filisania, Zorobabel & fratres ejus Abiut & Masolam & Ananias, & Saladi soror eorum, & Sedbel & Thoul, & Archia, & Asadia, & Sobesec.

Ædificatum est autem sanctuarium tempore Zorobabelis, cujus filius Abiud: dehinc Eliachim, Azor, Sadoc, Achim, Heliud, Eleazar, Mathan, Jacob, Joseph, cui desponsata fuit Virgo Maria, quæ genuit *Jesum Christum* ex Spiritu sancto.

SECTIO XV.

Prophetarum nomina.

Adam, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Moyses, Aaron, Jesus Nave, Heldad & Modat, Natan, David, Salomon, Elmodac, Achias Silonita, Sameas filius Elam, Ananias, Helias, Micheas filius Emblac, Abdiu, Heliseus, Abladan, Amos, Esaias, Osee filius Beeri, Joanas, Micheas, Raban, Johel filius Batuel, Jeremias filius Helciæ Sacerdotis, Sophonias, Buz, Ezechiel, Urias, Sameas, Ambacuc, Naum, Daniel, Malachias, Aggæus, Zacharias, & sub Christo Simeon & Joannes Baptista.

Item Mulieres Prophetissæ, Sarra, Rebecca, Maria soror Moysi, Debbora, Oliba, & sub Christo Anna, Elisabeth, *Maria* quæ genuit *Christum*.

SECTIO XVI.

Nomina Regum.

Saul de Tribu Benjamin.


Postquam autem translatum est regnum in Tribum Juda, David, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Josaphat, Joram, Ochozias, Joatham, Achaz, Ezechias, Manasses, Amos, Josias, Joachim, Eliachim, Sedecias, & Jeconias: sub hoc transmigratio facta est sub Nabuchodonosor.

Nomina Regum, qui regnaverunt in Samaria super decem Tribus ex quo regnum divisum est.

Jeroboam filius Nabath annis XXII.
Nabath filius ejus annis duobus.
Saba filius Achiæ annis XXIV. Hic vindicavit domum Jeroboam.
Hela filius Base annis duobus.
Zambri annis XII.
Achab filius ejus annis XXII.
Ochosias, filius Achab, & Joram filius Jeconiæ, annis XII. Sub hoc filios suos & stercus columbinum hi qui erant in Samaria, manducaverunt.
Jehu, filius Namsi, annis XXVIII. Hic in initio pius fuit: fecit vindictam super domum Achab, occisis Joram & Jezabel, & Ochosia Rege Juda.
Joachaz annis XVII.
Joas filius ejus annis XVI. Hic Amasiam regem occidit, & destruxit de muro Jerusalem cubita CCCC.
Jeroboam, filius Joas, annis XV.
Azarias, filius Jeroboam, mensibus tribus.
Selem, filius Abia, mense uno.
Unomane, filius Gadi, annis decem.

[1] *Servat. etc.*] Italica supplentur ex edit. Labbeana.

SÆCUL.III. CIRCA ANN. CHR. 236.



Falacias Manaæ annis duobus. A
Facea, filius Romeliæ, annis decem. Hic obsedit Jerusalem, regnante Achaz, non possedit eam. Osee, filius Dale, annis octo. Sub hoc decem Tribus transmigratæ sunt in regione Medorum a Salmanassar, qui & ipsum Osee conligatum habens abiit, regnante Achaz super duas Tribus in Jerusalem.

SECTIO XVII.

Nomina Sacerdotum.

Aaron genuit Eleazar, Finees, Achias, Razaza, Moriat, Arnaria, Amitob, Settis, Achi- B vas; hujus filius Helias Propheta; & Salon, Joram, Amos Joadæ filius, Sedecias, Sedecia, Jehel, Uria, Tieem, Salon qui genuit Celciam, cujus filius Hieremias propheta & Azarias filius Azazæ, Sareu, Josedech qui genuit Jesum qui fuit Sacerdos, cum instauraretur templum post captivitatem, Celicias, Joachim, Cædue.

Item alia patria, ex qua fuit Ezechiel propheta: Jode, Fatuea, Amorius, Zadiar, Samuhel, Evexia, Melchius, Salon, Comorius, Barracim, Soffonias, Maxses, Celcius, Buzi, Ezechiel.

Item alia patria, unde Heli Sacerdos, cujus filii Finees & Ofin rapiebant immolationem: Princeps patriæ de filiis Gaad, Achimelech, Habia- C thar, Urin, Nathan, Heli.

Item patria Leviticum, unde fuit Samuhel propheta: Chore qui restitit Mosi: filius hujus Helcana, Sufem & Abiar, Zeraam, Chelchanu, Samuel. Huic fuerunt duo filii munerum acceptatores, Johel & Habia.

Initium patriæ Levitarum, unde sunt Sacerdotes, ministri & Levitæ. Ambram filius Cahaad, filius Levi, filius Jacob. Levi genuit Gerson & Cahaad, & Merari. Filii autem Gerson, Semei & Emeher. Hi filii Levitæ & filii Cahaad, Ambram, Esaar Cefron, Odiel. Ambram genuit Moysen & Aaron, & Mariam. Aaron genuit ex Helisabet sorore Naasson, Nadab, & Abiud, & D Eleazar, & Ithamar. Mortui sunt autem Nadab & Abiud offerentes ignem alienum. Post Aaron, Eleazar suscepit Sacerdotium; post Eleazarum, Finees. Ithamar autem & filius ejus: Isaar autem frater Ambram & ipse Levita. Hujus filii Chore & Nabith & Gazer: & filii Chore Air & Helcana & Abiasap. Hic Chore restitit adversus Moysen & Aaron, & Chao absorptus est in Virisecl. Cebron frater Amram, Aercius, filii ejus Misahel, Elisaphath, & Setis & Dile. Hi Levitæ traditi sunt. Omnes autem Aaron & filii ejus Arcæ Testamenti, ut ministrarent ei, & tollerent eam: & facta est eis pars decima Sacerdotibus initiata, & primogenita, [1] & quæ in sacrificiis constituta, & primogenito, & destinata Levitis dicta est lex, ut E quæcumque acciperent a populo ex decimis, decimas darent Sacerdotibus, ut existimaretur eis tamquam oblatio. Initio eorum traditæ sunt illis etiam civitates Refugiorum sex, & harum prata sementina in circuitu cujusque civitatis cubiti duo millia, & aliæ civitates XLII. Sacerdotibus quidem decem, Levitis vero XIII.

Puto latius nos dixisse, quam speravimus, tamen necessaria pro his qui scrupulosius requirere volunt, & multa legerunt: quos existimo facile percipere, quæ scripta sunt: sed & illi qui pauca legerunt, facilius ad intellectum possunt pervenire ex illis, quæ a nobis per breviatam inquisitionem declarata sunt.

1. *Et quæ — primogenito*] Hæc desunt apud Labb.

SECTIO XVIII.

Macedonum Reges juxta Alexandrinos.

Alexander filius Philippi, post Darium annis VII.
Ptolemæus Lagi socer, annis LII.
Ptolemæus filius, Philadelfus, annis XXXVIII.
Ptolemæus filius, Evergetes, annis XXX.
Ptolemæus, Evergetæ filius, annis XXV.
Ptolemæus Philopator, annis XVII.
Ptolemæus frater, annis XXIII.
Ptolemæus Fuscus, annis II.
Evergetes annis XXVI.
Ptolemæus Alexas, annis XX.
Alexander frater Ptolemæi Alexæ, annis XVIII.
Ptolemæus Dionysius, annis XXIX.
Cleopatra filia, annis XXV.
Fiunt insimul anni CCCXLVI.
Sequentia absunt a Canisio.

SECTIO XIX.

Imperatores Romanorum.

Augustus annis LVII.
Tiberius annis XXII. mensibus VII. diebus XXIII.
Caius annis tribus, mensibus novem.
Claudius annis XIII. mense uno, diebus XXVIII.
Nero annis XIII. mensibus octo, diebus XXVIII.
Galba mensibus quinque; diebus XXVI.
Otho mensibus octo, diebus septem.
Vitellius mensibus novem, diebus XV.
* *
Titus annis tribus, mensibus duobus, diebus duobus.
* *
Trajanus annis XVII. mensibus octo, diebus sex.
Hadrianus annis XX. mensibus decem, diebus XXVIII.
Antoninus Pius..... mensibus octo, diebus XXII.
Marcus annis XIX. mensibus quinque, diebus duodecim.
Commodus annis XII. mensibus octo, diebus XXIV.
Ælius Pertinax mensibus septem.
Julianus mensibus duobus, diebus septem.
Severus annis XIV.
Antoninus, cognomento Caracalla, Severi filius, annis sex, mensibus novem, diebus duobus.
Macrinus anno uno, diebus sex.
Antoninus annis sex, mensibus octo, diebus XXVIII.
Alexander annis tredecim, diebus novem.

SECTIO XX.

Regum Hebræorum.

Saul annis XXX. David annis XL. Salomon annis XL. Roboam annis XVII. Abia annis tribus, Asa annis XLI. Josafat annis XXV. Joram annis novem, Ocosias anno uno, Gotholia mater annis octo, Joas annis XL. Amessias annis XXXVIII. Ozias annis LVIII. Jotham annis XVI. Achas annis XVII. Ezechias annis XXXIX. Manasses annis LV. Amos annis duobus, Josias annis XXXV. Joachim frater Joachaz annis XI. Joachim filius Hemeras annis tribus captivitatis, Sedecias annis XI. Nabuchodonosor redux annis XV. Cymaroth filius annis XII. Baldasar frater annis XIV. Darius Assuerus annis XLIII. Cyrus anno primo.

Cetera deerant in MS. exemplari.

NOVATIANI

PRESBYTERI ROMANI

OPERA

QUÆ EXSTANT OMNIA.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.

NOVATIANI PRESBYTERI ROMANI DE TRINITATE LIBER.

CAPUT I.

Regula exigit veritatis ut primo omnium credamus in Deum Patrem & Dominum omnipotentem, id est, rerum omnium perfectissimum conditorem, qui [1] cælum alta sublimitate suspenderit, terram dejecta mole solidaverit, maria soluto liquore diffuderit, & hæc omnia propriis & condignis instrumentis & ornata & plena digesserit. Nam & in solidamento cæli luciferos solis ortus excitavit, lunæ candentem globum ad solatium noctis [2] mensurnis incrementis orbis implevit, astrorum etiam radios variis fulgoribus micantis lucis accendit: & hæc omnia [3] legitimis meatibus circumire totum mundi ambitum voluit, humano generi [a] dies, menses, annos, signa, tempora, utilitatesque factura. B In terris quoque altissimos montes in verticem sustulit, valles in ima dejecit, campos æqualiter stravit, animalium greges ad varias hominum servitutes utiliter instituit. Silvarum quoque robora humanis usibus profutura solidavit, fruges in cibum elicuit, fontium ora reseravit, & lapsuris fluminibus infudit. Post quæ, [4] ne non etiam ipsis quoque deliciis procurasset oculorum, variis florum coloribus ad voluptatem spectantium cuncta vestivit. In ipso quoque mari, quamvis esset & magnitudine & utilitate mirabile, multimoda animalia, nunc mediocris, nunc vasti corporis finxit, ingenium artificis de institutionis varietate testantia. C Quibus non contentus, ne forte fremitus & cursus aquarum, cum dispendio possessoris humani, alienum occuparet elementum, fines litoribus inclusit: quo cum fremens fluctus & ex alto sinu A spumans unda venisset, rursum in se rediret, nec terminos concessos excederet, servans jura præscripta: ut divinas leges tanto magis homo custodiret, quanto illas etiam elementa servassent. Post quæ, hominem quoque mundo præposuit, & quidem [b] ad imaginem Dei factum: cui mentem & rationem indidit & prudentiam, ut Deum posset imitari: [5] cujus etsi corporis terrena primordia, cælestis tamen & divini halitus inspirata substantia: [6] quem quum [c] omnia in servitutem illi dedisset, solum liberum esse voluit. Et ne in periculum caderet rursum soluta libertas, [d] mandatum posuit, quo tamen non inesse malum in fructu arboris [7] doceretur, sed futurum, si forte ex voluntate hominis de contemtu datæ legis præmoneretur. Nam & liber esse debuerat, ne incongruenter Dei imago serviret: & lex addenda, ne usque ad contemtum dantis libertas effrenata prorumperet: [8] ut & præmia condigna & merita pœnarum consequenter exciperet, suum jam habens illud, quod motu mentis in alterutram partem agitare voluisset: ex quo [9] mortalitas, invidia utique, in ipsum redit; qui cum illam de obedientia posset evadere, in eamdem incurrit, dum ex consilio perverso [e] Deus esse festinat: cujus tamen pœnam nihilominus indulgenter [10] temperavit, dum non tam ipse, quam labores ejus maledicuntur super terram. Nam & quod requiritur, non ex ignorantia venit, sed spem hominis futuræ in Christo & [11] inventionis & salutis ostendit: & quod [f] ne de ligno arboris vitæ contingat arcetur, non de invidiæ maligno livore descendit, sed ne vivens in æternum, nisi peccata Christus ante [12] donasset, circumferret secum in pœnam sui semper immortale

a Gen. I. 14. *b* Gen. I. 27. *c* Gen. I. 28. *d* Gen. II. 17. *e* Gen. III. 5. *f* Ibid. ꝟꝟ. 22. 23. 24.

1. *Cælum alta sublimitate suspenderit*] Hunc Novatiani locum imitatus fuisse videtur Minucius in *Octavio* cap. v. ubi hæc leguntur: *Cælum licet sua materia suspenderit, licet terram fundaverint pondera, & mare licet influxerit e liquore*. His gemina item videas apud Lactantium *Divin. Instit.* lib. II. cap. IX. sub init. Neque omittas velim Theophilum ad Autolycum lib. I. cap. IV.

2. *Mensurnis*] Sic legimus ex ms. cod. Angl. pro *menstruis*; quod ea vox B. Cypriano etiam Afro usitata sit Epist. 28. num. 11. & Epist. 34. num. 23. Certe etiam sic legebat antea Gagnæus. PAMEL. — Neque aliter Whistonus, Welchmanus & Jacksonus.

3. *Legitimis*] Scilicet, per legem divinam institutis. Eadem phrasi utitur Eusebius *Præp. Evang.* lib. VII. cap. X. JACKSON.

4. *Ne non etiam ipsis quoque deliciis procurasset*] Est quidem hæc phrasis Tertullianica, quales infra aliæ quoque; ut *denotatur*, *edici* ac *virtior* cap. II. *qua pater* cap. XII. *consibulares* cap. XVIII. Verum inde non sequi hunc librum Tertulliani esse vel ex eo patet, quod Afri scriptores omnes, etiam hoc posteriores, utpote B. Cyprianus, Minucius Felix, B. Pacianus & Arnobius, similibus uti solent. PAMEL. — Aliter Gagnæus, apud quem sic legimus: *Postea ut ipsis quoque delicias procuraret oculis*. Sed lectio Pameliana cum editis ex codice Anglicano cohæret. *Ventri procuratum est* habet Noster infra, *de cib. Judaic.* cap. VI. eadem constructione. JACKSON.

5. *Cujus*] *Cui* legendum conjicit Welchmanus.

6. *Quem*] Sic rescripsimus cum Jacksono, ut ad *hominem* referatur. Al. *quæ*.

7. *Doceretur*] Ita reposui ex Lat. Latinio, quod meliorem fundit sensum quam edit. Pamelii *diceretur*. JACKSON.

8. *Ut &*] Sic Pamelius cum ceteris editis. Jacksonus tamen mallet *& ut*.


9. *Mortalitas*] Cum Jacksono Pamelium sequimur ita legentem. Al. *mortalitatis invidia*, locum istum minus recte assecuti.

D 10. *Temperavit*] Addendam vocem *Deus* contextus postulare videtur, omissam fortasse a librario propter sequentis similitudinem *Dum*: quæ est conjectura Welchmani & Jacksoni. Mox vero sive legas cum Gagnæo *super terram*, sive cum Gelenio aliisque *super terra*, non refert.

11. *Inventionis*] Vox importuna Jacksono, qui rescribendum censet *resurrectionis* vel *revelationis* ex Rom. VIII. 20. 21. quo respexisse Novatianum existimat. Minus quidem apposite. Melius Welchmanus, *redemtionis*. Sed nihil mutandum videtur. Adluserit fortasse auctor ad illud Luc. XIX. 10. *Venit enim Filius hominis quærere, & salvum facere quod perierat*.

12. *Donasset*] Maluissem *condonasset*, nisi vidissem Novatianum vocabulo *donavi* eodem sensu quo heic, usum esse in epistola Romani cleri nomine scripta ad Cyprianum. Sic enim vertit Matth. XVIII. 32. *Donavi tibi omne debitum*. JACKSON.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



delictum. Quamquam etiam superioribus, id est super ipsum quoque solidamentum partibus, quæ non sunt hodie nostris contemplabiles oculis, [1] Angelos prius instituerit, spiritales Virtutes digesserit, Thronos Potestatesque præfecerit, & alia multa cælorum immensa spatia, & sacramentorum infinita opera condiderit, ut immensus hic licet mundus pæne novissimum magis Dei corporalium rerum appareat opus esse, quam solum. [2] Namque quæ infra terram jacent, neque ipsa sunt digestis & ordinatis potestatibus vacua. [3] Locus enim est quo piorum animæ impiorumque ducuntur, futuri judicii præjudicia sentientes: ut operum ipsius in omnibus partibus redundantes magnitudines non intra mundi hujus capacissimos licet, ut diximus, sinus conclusas videremus, sed etiam [4] infra ipsius mundi & profunda & altitudines cogitare possemus; & sic considerata operum magnitudine, tantæ molis digne mirari possemus artificem.

CAPUT II.

SUper quæ omnia ipse continens cuncta, nihil extra se vacuum deserens, nulli Deo superiori (ut [5] quidam putant) locum reliquit. Quandoquidem ipse universa sinu perfectæ magnitudinis & potestatis incluserit, intentus semper operi suo, & vadens per omnia, & movens cuncta, & vivificans universa, & conspiciens tota, & in concordiam elementorum omnium discordantes materias sic connectens, ut ex disparibus elementis ita sit unus mundus ista coagmentata conspiratione solidatus, ut nulla vi dissolvi possit, nisi quum illum solus ipse qui fecit, [a] ad majora alia præstanda nobis, solvi jusserit. Hunc enim legimus omnia continere: & ideo nihil extra ipsum esse potuisse; quippe quum originem omnino non habeat, consequenter nec exitum sentiat: nisi forte, quod absit, aliquando esse cœperit, nec super omnia sit, sed dum post aliquid esse cœperit, [6] infra id sit quod ante ipsum fuerit, minor inventus potestate, dum posterior denotatur etiam ipso tempore. Ob hanc ergo caussam semper immensus, quia nihil illo majus est: semper æternus, quia nihil illo antiquius. Id enim quod sine origine est, præcedi a nullo potest, dum non habet tempus. Ideo immortalis, non deficiens in consummationis exitu. Et quoniam sine lege est quidquid sine origine est, [7] modum temporis excludit, dum se debitorem nemini sentit. De hoc ergo, ac de eis quæ sunt ipsius & in

A eo sunt, nec mens hominis quæ sint, quanta sint, & qualia sint, digne concipere potest, nec eloquentia sermonis humani æquabilem majestati ejus virtutem sermonis expromit. Ad cogitandam enim & ad eloquendam illius majestatem, & eloquentia omnis merito muta est, & mens omnis exigua est: major est enim mente ipsa, nec cogitari possit quantus sit; [8] ne si potuerit cogitari, mente humana minor sit, qua concipi possit. Major est quoque omni sermone, nec [9] edici possit: ne si potuerit edici, humano sermone minor sit, quo, quum edicitur, & circumiri & colligi possit. Quidquid enim de illo cogitatum fuerit, minus ipso erit: & quidquid enuntiatum fuerit, minus illo comparatum

B circum ipsum erit. Sentire enim illum taciti aliquatenus possumus; ut autem ipse est, sermone explicare non possumus. Sive [10] enim illum dixeris *Lucem*, creaturam ipsius magis quam ipsum dixeris; ipsum non expresseris: sive illum dixeris *Virtutem*, potentiam ipsius magis quam ipsum dixeris, & depromseris: sive dixeris *Majestatem*, honorem ipsius magis quam illum ipsum descripseris. Et quid per singula quæque percurrens longum facio? semel totum explicabo. Quidquid omnino de illo retuleris, rem aliquam ipsius magis & virtutem, quam ipsum explicaveris. Quid enim de eo condigne aut dicas, aut sentias, qui omnibus & sermonibus & sensibus major est? Nisi quod uno

C modo (& hoc ipsum quomodo possumus, quomodo capimus, quomodo intelligere licet) quid sit Deus mente capiemus; si cogitaverimus id illum esse, quod, quale, & quantum sit non possit intelligi, nec in ipsam quidem cogitationem possit venire. Nam si ad solis aspectum oculorum nostrorum acies hebescit, ne orbem ipsum obtutus inspiciat obviorum sibi superatus fulgore radiorum: hoc idem mentis acies patitur in cogitatione omni de Deo; & quanto ad considerandum Deum plus intenditur, tanto magis ipsa cogitationis suæ luce cæcatur. Quid enim de eo (ut iterum repetam) condigne dicas, qui est sublimitate omni sublimior, & altitudine omni altior, & profundo omni profundior,

D & omni luce lucidior, & omni claritate clarior, omni splendore splendidior, omni robore robustior, omni virtute [11] viritior, omni pulcritudine pulcrior, veritate omni verior, & fortitudine omni fortior, & majestate omni major, & omni potentia potentior, & omnibus divitiis ditior, omni prudentia prudentior, & omni benignitate benignior, omni

a II. Pet. III. 13.

1. *Angelos prius instituerit*] Fuit non modo Novatiani hæc sententia, sed etiam B. Hieronymi in cap. I. *Epist. ad Tit.* tum Græcorum omnium, quod *Angeli prius* (id est, ante omnem creaturam) *instituti fuerint*. Sed B. Augustinus lib. XI. *de Civ. Dei* capp. V. VI. & VII. & lib. XII. cap. XV. & alibi magis amplectendam censet eam sententiam quod juxta *Eccli.* XVIII. I. creaverit *omnia simul Deus*. Quam etiam sequitur Magister Sententiarum, & post eum Doctores Scholastici: quæ præterea definita est in concilio Lateran. sub Innocentio III. & in Decretales recepta, cap. *Firmiter credimus*, tom. de summa Trinit. & fide cathol. PAMEL.

2. *Namque —— ipsa sunt*] Ita edidit Pamelius ex conjectura Latinii. Al. *Nam neque quæ infra terram jacent, ipsa sunt*. Sed duobus editoribus Anglicanis deleto *nam*, legendum videtur: *Neque quæ infra terram jacent, ipsa sunt* cet.

3. *Locus enim est*] In eamdem sententiam cum Novatiano, plerique Patrum sive Græcorum sive Latinorum. Consulatur præ ceteris Hippolytus *adversus Græcos*, tom. II. nostræ Biblioth. pag. 451. seq.

4. *Infra.*] Sic ex ms. Wovveri correxi vocem *intra*, quam habent omnes editi. JACKSON.

5. *Ut quidam putant*] Valentiniani scilicet, qui supra *Demiurgum*, id est, opificem Deum, constituebant Deum superiorem *Bython*, cum tricenario *Æonum* numero. PAMEL.

6. *Infra*] Hanc item vocem ex ms. Wovveri restituit Jacksonus, ubi vulgati habent *intra*. Atque ita legendum conjiciebat quoque Welchmanus.

7. *Modum temporis excludit, dum* cet.] Sic Pamelius, quem sequitur Jacksonus. Placuit tamen Welchmano voculam *dum* ante *modum* transferre.

E 8. *Ne si potuerit cogitari* cet.] Ita Pamelius & utraque Frobeniana editio. At Gagnæus & Barrensis: *quia si poterit cogitari, mente humana minor sit oportet*.

9. *Edici*] Vox Novatiano usitata: propterea jure a Pamelio & Jacksono retenta. Al. *dici*. Integrum autem locum Gagnæus & Barrensis ita efferunt: *Nec dici possit: quia si potuerit edici, humano sermone minor sit oportet, quo quum edicitur, circumiri & colligi posset*.

10. *Sive enim illum dixeris* lucem cet.] Novatianus heic Theophilum Antiochenum exscripsisse videtur, qui lib. I. cap. III. ad Autolyc. hæc habet. *Εἰ γὰρ φῶς αὐτὸν εἴπω, ποίημα αὐτοῦ εἴπω· κ. τ. λ.* „ Si lucem eum dicam, opus „ ejus dico: „ cet. Locum inspicias velim & conferas.

11. *Viritior*] Vox ignota: quam tamen exhibent omnes editi. Legendum omnino puto *viriosior*, quod habet Tertullianus *de Anima* cap. XIX. Atque errat Pamelius, dum ait Tertullianum usum esse voce *viritior*. Vid. supra not. 4. ad cap. I. JACKSON.

bonitate melior, omni justitia justior, omni clementia clementior? Minora enim sint necesse est [1] omnium genera virtutum, eo ipso, qui virtutum omnium & Deus & Parens est; ut vere dici possit, [2] id Deus esse, quod ejusmodi est cui comparari nihil potest. Super omne est enim quod dici potest. Mens est enim quædam gignens & complens omnia, quæ sine ullo aut initio aut termino temporis, caussas rerum naturaliter nexas ad utilitatem omnium summa & perfecta ratione moderetur.

CAPUT III.

HUnc igitur agnoscimus & scimus Deum, conditorem rerum omnium: Dominum, propter potestatem: [3] & parentem, propter institutionem: hunc inquam qui [a] *dixit*, *& facta sunt omnia*; *præcepit*, *& processerunt universa*. De quo scriptum est, [b] *Omnia in sapientia fecisti*. De quo Moyses: [c] *Deus in cælo sursum & in terra deorsum*; qui, secundum Esaiam, [d] *mensus est cælum palmo, terram pugillo*: [e] *qui aspicit terram, & facit eam tremere*; [f] *qui continet gyrum terræ, & eos qui habitant in ipso quasi locustæ*; *qui* [4] *expendit montes in pondere, & nemora in statera*; id est, certo divinæ dispositionis examine: ac, ne facile in ruinam procumberet magnitudo inæqualiter jacens, si non paribus fuisset librata ponderibus, onus hoc moderanter terrenæ molis æquavit. Qui dicit per prophetam: [g] *Ego Deus, & non est præter me*. Qui per eumdem prophetam refert: [h] *Quoniam majestatem meam non dabo alteri*; ut omnes cum suis figmentis ethnicos excludat & hæreticos, probans Deum non esse qui manu artificis factus sit, nec eum [5] qui ingenio hæretici fictus sit. Non est enim Deus, cui, ut sit, quærendus est artifex. Quique adhuc adjecit per prophetam: [i] *Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum: qualem mihi ædificabitis domum, aut quis locus requiei meæ?* ut ostendat quoniam multo magis illum templum non capit, [6] quem mundus non capit: & hæc non ad sui jactantiam, sed ad nostri scientiam refert. Neque enim ipse a nobis desiderat magnitudinis gloriam: sed nobis vult religiosam, qua pater, conferre sapientiam. Quique præterea ferinos nostros animos, & de agresti immanitate tumidos & abruptos ad lenitatem trahere volens, dicit: [k] *Et super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem verba mea?* ut Deum aliquatenus quantus sit possit agnoscere, dum illum per Spiritum collatum discit timere. Qui similiter adhuc magis in notitiam nostri volens pervenire, ad culturam sui nostros excitans animos, aiebat: [l] *Ego sum Dominus qui feci lucem & creavi tenebras*; ut vicissitudinum istarum quibus noctes diesque moderantur, [7] non Naturam, nescio quam, [8] putaremus artificem; sed Deum agnosceremus potius (quod erat verius) conditorem. Quem quoniam obtutu oculorum videre non possumus, de operum magnitudine & virtute & majestate condiscimus. [m] *Invisibilia enim ipsius* (inquit Apostolus Paullus) *a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur*; *sempiterna quoque ejus virtus & divinitas*: ut animus humanus ex manifestis occulta condiscens, de operum magnitudine quæ videret, mentis oculis artificis magnitudinem cogitaret. De quo idem Apostolus: [n] *Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli Deo honor & gloria*. Evasit enim oculorum contemplationem, qui cogitationis vicit magnitudinem: [o] *Quoniam*, inquit, *ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia*. Nam & imperio ejus omnia, ut *ex ipso* sint: & verbo ejus digesta, ut *per ipsum* sint: & in judicium ejus recidunt universa; ut dum *in ipso* [p] exspectant libertatem corruptione deposita, in ipsum videantur esse revocata.

CAPUT IV.

QUem [q] *solum* merito *bonum* pronuntiat Dominus: cujus bonitatis totus testis est mundus; quem non instituisset, nisi bonus fuisset. Nam [r] si *omnia bona valde*; consequenter ac merito & quæ instituta sunt bona, bonum institutorem probaverunt: & quæ a bono institutore sunt, aliud quam bona esse non possunt, ex quo omne malum facessat a Deo. Nec enim potest fieri, ut sit initiator aut artifex ullius mali operis, qui nomen sibi perfecti vindicat & parentis & judicis: maxime quum omnis mali operis vindex sit & judex; quoniam & non aliunde occurrit homini malum, nisi a bono Deo [9] recessisset. Hoc autem ipsum in homine denotatur: non quia necesse fuit, sed quia ipse sic voluit. Unde manifeste & quid malum esset apparuit, &, ne invidia in Deo esse videretur, a quo malum ortum esset, eluxit. [s] Hic ergo semper sui est similis, nec se umquam in aliquas formas vertit aut mutat: ne per immutationem, etiam mortalis esse videatur. Immutatio enim conversionis, portio cujusdam comprehenditur mortis. Ideo nec adjectio in illo umquam ullius aut partis aut honoris accedit, ne quid umquam perfecto defuisse videatur: nec detrimentum in eo aliquod agitur, ne gradus mortalitatis receptus esse videatur: sed quod est, id semper est; & qui est, semper ipse est; & qualis est, semper talis est. (Nam & incrementa originem monstrant, & detri-

a Psal. CXLVIII. 5. *b* Psal. CIII. 24. *c* Deut. IV. 39. *d* Esa. XL. 12. *e* Psal. CIII. 32. *f* Esa. XL. 22. 12. *g* Esa. XLV. 22. *h* Esa. XLII. 8. *i* Esa. LXVI. 1. *k* Ibid. ℣. 2. *l* Esa. XLV. 7. *m* Rom. I. 20. *n* I. Tim. I. 17. *o* Rom. XI. 35. *p* Rom. VIII. 21. *q* Luc. XVIII. 19. *r* Gen. I. 31. *s* Jac. I. 17.

1. *Omnium*] Mallet *omnia* Welchmanus, ejusque conjectura probatur & Jacksono.

2. *Id Deus esse*] Ita Pamelius, Gagnæus & Barrensis Ms. Wovv. *Id est Deus, quod ejusmodi est*, cet. Welchmanus vero conjicit legendum *Deum*. At lectio vulgata ferri potest, si *Deus* accipiatur τεχνικῶς, sive pro nomine proprio. JACKSON.

3. *Et parentem*] Cum Pamelio voculam *&* retinuimus, quam editi plerique omittunt.

4. *Expendit*] Hunc locum citat infra Novatianus cap. XXX. ubi habet *suspendit*: eamque lectionem inde huc transtulit Jacksonus.

5. *Qui ingenio hæretici fictus sit*] Tertullianum imitatur auctor, qui, ut observat Pamelius, lib. *de Præscript.* in catalogo hæreticorum eos recenset, qui *altum Deum suo hæretico fingebant ingenio*.


6. *Quem*] Ita restitui ex Junio & Latinio pro vulg. edit. *quum*. JACKSON.

7. *Non Naturam nescio quam*] Auctor *Recognitionum* lib. VIII. cap. XXXIV. *Qui Naturam pro Deo nominant, & per Naturam facta esse cuncta testantur, latet eos appellationis suæ error. Si enim Naturam irrationabilem putant; stultissimum est, rationabilem creaturam ab irrationabili factore progenitam. Si vero ratio est, id est logos, per quam facta constat universa; superfluo nomen immutant, ubi de Conditoris ratione profitentur.* Hac de re item disputat idem auctor paullo superius cap. XX.

8. *Putaremus*] Hanc vocem in textum retuli ex mss. Wovveri, pro edit. *putemus*, quod non tam bene convenit sequenti *agnosceremus*. JACKSON.

9. *Recessisset*] Latinius eleganter legit *recessisse*. Et vera videtur lectio, Græce loquendi formula. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



menta mortem atque interitum probant: & ideo, [a] *Ego* ait *sum Deus*, & *non sum mutatus*, statum suum tenens semper, dum id quod natum non est, converti non potest. Hoc enim in ipso quidquid illud [1] potest quod est Deus, semper sit necesse est; ut semper sit Deus, servans sese virtutibus suis. Et ideo dicit: [b] *Ego sum qui sum*. Quod enim est, ideo hoc habet nomen, quoniam eamdem semper sui obtinet qualitatem. Immutatio enim tollit illud nomen *quod est*: quidquid enim aliquando vertitur, mortale ostenditur, hoc ipso quod convertitur. Desinit enim esse quod fuerat, & incipit consequenter esse quod non erat: idcirco & merito in Deo manet semper status suus, dum sine detrimento commutationis, semper sui & similis & æqualis est. Quod enim natum non est, nec mutari potest: ea enim sola in conversionem veniunt, quæcumque fiunt vel quæcumque gignuntur; dum quæ aliquando non fuerant, discunt esse nascendo, atque ideo nascendo converti. At enim, illa quæ nec nativitatem habent nec artificem, excluserunt a se demutationem, dum in qua conversionis caussa est, non habent originem: ideo & unus pronuntiatus est; dum parem non [2] habet: Deus enim, quidquid esse potest Deus est, summum sit necesse est. Summum autem quidquid est, ita demum summum esse oportet, dum extra comparem est. Et ideo solum & unum sit necesse est, cui conferri nihil potest, dum parem non habet. Quoniam nec duo infinita esse possunt; ut rerum dictat ipsa natura. Infinitum est autem, quidquid nec originem habet omnino, nec finem. Excludit enim alterius initium, quidquid occupaverit totum. Quoniam [3] si non omne id quod est, quidquid est continet; dum intra id invenitur quo continetur, minus inventum eo quo continetur, Deus esse [4] desierit, in alterius potestatem redactus, cujus magnitudine, qua minor, fuerit inclusus: & [5] ideo quod continuit, Deus potius esse jam cœperit. Ex quo effectum est, ut nec nomen Dei proprium possit edici, quoniam non possit nec concipi. Id enim nomine continetur, quidquid etiam ex naturæ suæ conditione comprehenditur. Nomen enim significantia est ejus rei, quæ comprehendi potuit ex nomine. At quando id de quo agitur tale est, ut condigne nec ipsis intellectibus colligatur; quomodo appellationis digne vocabulo pronuntiabitur, quod dum extra intellectum est, etiam supra appellationis significantiam sit necesse est? Ut merito quando nomen suum Deus, ex quibusdam rationibus & occasionibus adjicit [6] & præfert; non tam legitimam proprietatem appellationis sciamus esse depromtam, quam significantiam quamdam constitutam; ad quam dum homines decurrunt, Dei misericordiam per ipsam impetrare posse videantur. Est ergo & immortalis & incorruptibilis, nec detrimenta sentiens omnino, nec finem. Nam & quia incorruptibilis, ideo & immortalis; & quia immortalis, utique & incorruptibilis: utroque in- A vicem sibi & in se connexione mutua [7] perplexo; & ad statum æternitatis vicaria concatenatione producto, & immortalitate de incorruptione descendente, & incorruptione de immortalitate veniente.

CAPUT V.

Cujus etiam si iracundias [8] legimus, & indignationes quasdam descriptas tenemus, & odia relata cognoscimus: non tamen hæc intelligimus ad humanorum relata esse exempla vitiorum. Hæc enim omnia, etsi hominem possunt corrumpere, divinam vim non possunt omnino vitiare. Passiones enim B istæ in hominibus merito esse dicentur; in Deo non merito judicabuntur. Corrumpi enim per hæc homo potest; quia corrumpi potest: corrumpi per hæc Deus non potest; quia nec corrumpi potest. Habent igitur ista vim suam quam exerceant; sed ubi præcedit passibilis materia, non ubi præcedit impassibilis substantia. Nam & quod irascitur Deus, non ex vitio ejus venit; sed ad remedium nostri illud facit. Indulgens est enim, etiam tunc cum minatur: dum per hæc homines ad recta revocantur. Nam quibus ad honestam vitam deest ratio, metus est necessarius; ut qui rationem reliquerunt, vel terrore moveantur. Et ideo omnes istæ vel iracundiæ Dei, vel odia, vel quæcumque C sunt hujusmodi, dum ad medicinam nostram proferuntur, (ut res docet) ex consilio, non ex vitio venerunt: nec ex fragilitate descendunt; propter quod etiam ad corrumpendum Deum valere non possunt. Materiarum enim in nobis ex quibus sumus, diversitas, ad iracundiæ consuevit corrumpentem nos excitare discordiam; quæ in Deo, vel ex natura vel ex vitio, non potest esse: dum non utique ex coagmentis corporalibus intelligitur esse constructus. Est enim simplex, & sine ulla corporea concretione, quidquid illud est totus, quod se solus scit esse; quandoquidem [c] *Spiritus* sit dictus. Et ideo hæc quæ in hominibus vitiosa sunt & corrumpentia, dum ex corporis ipsius & materiæ D corruptibilitate nascuntur, in Deo corruptibilitatis vim exercere non possunt: [9] quandoquidem, ut diximus, non ex vitio, sed ratione venerunt.

CAPUT VI.

Et licet Scriptura cælestis ad humanam formam faciem divinam sæpe convertat, dum dicit, [d] *Oculi Domini super justos*: aut dum, [e] *odoratus est Dominus Deus odorem bonæ fragrantiæ*: aut dum traduntur Moysi tabulæ [f] *scriptæ digito Dei*: aut dum [g] populus filiorum Israel de terra Ægypti *manu valida & brachio excelso* liberatur: aut dum dicit: [h] *Os enim Domini locutum est hæc*: [i] aut dum terra *scabellum pedum* Dei esse per- E hibetur: aut dum dicit, [k] *Inclina aurem tuam & audi*: [10] Nos qui dicimus, quia Lex spiritalis est,

a Malach. III. 6. *b* Exod. III. 14. *c* Joan. IV. 24. *d* Psal. XXXIII. 16. *e* Gen. VIII. 21. *f* Exod. XXXI. 18. *g* Psal. CXXXV. 12. *h* Esa. I. 20. *i* Esa. LXVI. 1. *k* IV. Reg. XIX. 16.

1. *Potest*] Malim legi *esse potest*: & sic habet auctor ipse statim in hoc capite. ID.
2. *Habet*] Ex Frobenio Welchmanus legit *habeat*; & locum ita distinguit: *dum parem non habeat, Deus: quidquid enim esse* cet. Quod quidem magis probatur Jacksono.
3. *Si non omne* cet.] Theophilum Antiochenum expressit heic Novatianus, lib. II. ad Autolyc. cap. III.
4. *Desierit*] Ita editi plerique: quæ quidem lectio apprime congruit cum sequentibus, *fuerit*, *cœperit*. At Gagnæus & Barrensis quos sequitur Welchmanus, *desinet*: minus recte, ut videtur.
5. *Ideo quod*] Welchmanus conjicit legendum *id quod*. Neque abnuit Jacksonus.
6. *Et præfert*] Ms. Wovveri *aut præfert*. JACKSON.
7. *Perplexo -- producto*] Editi *perplexa -- producta*: contra leges grammaticas. Editiones Anglicanas secuti sumus.
8. *Legimus*] Sic edit. Welchm. & Jackson. pro vulgata lectione *legitimas*.
9. *Quandoquidem*] Cod. Anglicus ms. vetustiss. legit *quoniam quidem*. JACKSON.
10. *Nos*] Al. *Sed nos*. Illud *sed* prætermisimus cum editoribus Anglicanis, ex verborum auctoris tenore.

non intra hæc nostri corporis lineamenta, modum aut figuram divinæ majestatis includimus, sed suis illam interminatæ magnitudinis (ut ita dixerim) campis sine ullo fine diffundimus. Scriptum est enim: [a] *Si ascendero in cælum, tu ibi es: si descendero ad inferos, ades: & si assumsero alas meas, & abiero trans mare, ibi manus tua apprehendet me, & dextera tua detinebit me.* Rationem enim divinæ scripturæ de temperamento dispositionis cognoscimus. Parabolis enim adhuc, secundum fidei tempus, de Deo prophetes tunc loquebatur, non quomodo Deus erat, sed quomodo populus capere poterat. Ut igitur hæc sic de Deo dicantur; non Deo, sed populo potius imputetur. Sic [b] & Tabernaculum erigere populo permittitur; nec tamen Deus intra tabernaculum [1] clusus continetur; sic [c] & Templum exstruitur; nec tamen Deus intra templi angustias omnino sepitur. Non igitur mediocris est Deus, sed populi mediocris est sensus: nec angustus Deus, sed rationis populi angustus est intellectus habitus. Denique in Evangelio, [d] *Veniet hora*, Dominus ajebat, *cum neque in monte isto, neque in Hierusalem adorabitis Patrem*, Et caussas reddidit dicens: [e] *Spiritus est Deus; & eos* ergo *qui* [2] *adorant, in spiritu & veritate adorare oportet.* Efficaciæ igitur ibi divinæ per membra monstrantur: non habitus Dei, nec corporalia lineamenta ponuntur. Nam & cum oculi describuntur; quod omnia videat, exprimitur. Et quando auris; quod [3] omnia audiat, proponitur. Et cum digitus; significantia quædam voluntatis aperitur. Et cum nares; precum quasi odorum perceptio ostenditur. Et cum manus; quod creaturæ sit omnis auctor probatur. Et quando brachium; quod nulla natura contra robur ipsius repugnare possit, edicitur. Et quando pedes; quod impleat omnia, nec sit quidquam ubi non sit Deus, explicatur. Neque enim sunt ei aut membra, aut membrorum officia necessaria, ad cujus solum etiam tacitum arbitrium & serviunt & adsunt omnia. Cur enim requirat oculos, qui Lux est? aut cur quærat pedes, qui ubique est? aut cur ingredi velit, cum non sit quo extra se progredi possit? aut cur manus expetat, cujus ad omnia instituenda artifex est & silens voluntas? Nec [4] auribus eget, qui etiam tacitas novit voluntates. Aut propter quam caussam linguam quærat, cui cogitare jussisse est? Necessaria enim hæc membra hominibus fuerunt, non Deo: quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen corpus implesset; Deo autem non necessaria, cujus voluntatem non tantum sine aliqua molitione, opera subsequuntur, sed ipsa statim opera cum voluntate procedunt. Ceterum ipse totus oculus, quia totus videt: & totus auris; quia totus audit: & totus manus; quia totus operatur: & totus pes; quia totus ubique est. Idem enim quidquid illud est, totus æqualis est, & totus ubique est. Non enim habet in se diversitatem sui, quidquid est simplex. Ea enim demum in diversitatem membrorum recidunt, quæ veniunt ex nativitate in dissolutionem. [5] Sed hæc quæ concreta non sunt, sentire non possunt. Quod enim immortale est, quidquid est, illud ipsum unum & simplex & semper est. Et ideo quia unum est, dissolvi non potest; quoniam quidquid est illud ipsum extra jus dissolutionis positum, legibus est mortis solutum.

CAPUT VII.

SEd illud quod dicit Dominus [f] Spiritum Deum, [6] puto ego sic locutum Christum de Patre, ut adhuc aliquid plus intelligi velit quam Spiritum Deum. Hominibus enim licet in Evangelio suo intelligendi incrementa [7] faciens disputet; sed tamen & [8] ipse sic adhuc de Deo loquitur hominibus, quomodo possunt adhuc audire vel capere; licet, ut diximus, in agnitionem Dei religiosa jam facere incrementa nitatur. Invenimus enim scriptum esse quod [g] Deus *Caritas* dictus sit; nec ex hoc tamen Dei substantia *Caritas* expressa est: & quod [h] *Lux* dictus est; nec tamen in hoc substantia Dei est, sed totum hoc de Deo dictum est quantum dici potest; ut merito & quando Spiritus dictus est, non omne id quod est, dictus sit; sed ut dum mens hominum intelligendo usque ad ipsum proficit Spiritum, conversa jam ipsa in spiritu, aliud quid amplius per Spiritum conjicere Deum esse possit. Id enim quod *est*, secundum id quod est, nec humano sermone edici, nec humanis auribus percipi, nec humanis sensibus colligi potest. Nam si [i] *quæ præparavit Deus his qui diligunt illum, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec cor hominis, aut mens ipsa percepit*; qualis & quantus est ille ipse qui hæc repromittit, ad quæ intelligenda & mens hominis & natura defecit? Denique si acceperis spiritum substantiam Dei, creaturam feceris Deum. [9] Omnis

a Psal. CXXXVIII. 8. 9. 10. *b* Exod. XXVI. *c* III. Reg. IV. *d* Joan. IV. 21. *e* Ibid. ỷ. 24. *f* Joan. IV. 24. *g* I. Joan. IV. 8. *h* I. Joan. I. 5. *i* I. Cor. II. 9.

1. *Clusus*] Deest apud Welchmanum hæc vox, quam reliqui præ se ferunt.

2. *Adorant*] Welch. *adorant eum*, juxta Gr. & Vulg. Al. omittunt. Et forte omisit ipse Novatianus.

3. *Omnia*] Ita Pamelius aliique. Gelenius tamen quem sequitur Welchmanus, *omnes*.

4. *Nec auribus — voluntates.*] Excidit hæc pericope ab edito Welchmaniano. Ubi & paullo post legitur, non *tantum aliqua molitione*, demta præpositione *sine*, quam al. exhibent.

5. *Sed hæc*] Ita vulg. Welchmanus mallet, *quam hæc*. Jacksonus vero *Sed hanc*, ut referatur ad *diversitatem membrorum*. Videtur tamen auctor *hæc* tum ad *diversitatem membrorum*, tum ad *dissolutionem* retulisse.


6. *Puto*] Cod. Anglic. ms. *putem*, quod malim. JACKSON.

7. *Faciens*] Ita Welchmanus, cui adhæret Jacksonus, pro edit. *facientibus*. Quam quidem germanam esse lectionem, inquit posterior editor Anglicanus, adtendenti facile patebit. Christus enim erat, qui in Evangelio suo hominibus intelligendi incrementa faciebat.

8. *Ipse sic*] Ita Pamelius. Voculam *sic* omiserunt editores Anglicani: immerito, ut videtur: eam enim sequens *quomodo* postulare perhibetur.

9. *Omnis enim spiritus creatura est*] Levissima sunt quæ Pamelius heic reprehendit, & Rufino similiter displicuisse putat. Hæc enim verba, *Omnis spiritus creatura est*, minime Spiritum sanctum attingunt. Demonstrat Novatianus Deum ab hominibus nulla voce designari posse, quæ non plurimum aberret ab infinita illa majestate. Quamobrem sive *lux*, sive *spiritus*, sive *ignis* dicatur, nihil horum apte de Deo & commode pronuntiari; propterea quod & spiritus & ignis creaturæ sint. „ Hæc, inquit, figurantur potius, quam ita sunt. Nam & in veteri Testamento Deus *Ignis* dicitur; ut peccatori populo metus incutiatur, dum judex ostenditur: & in novo Testamento *Spiritus* esse profertur, ut refector & creator in delictis suis mortuorum, per hanc bonitatem collatæ credentibus indulgentiæ, comprobetur. „ Ubi vides *ignis* & *spiritus* appellationes Novatiano a rebus materialibus translatas videri; nec eum de Spiritu sancto dictum voluisse, quod *omnem spiritum* ait *creaturam esse*. MARAN. *Divin. D. N. J. C.* lib. IV. cap. XIX. §. III. pag. 520. Præiverat in eamdem sententiam Welchmanus: quem tamen locum, notatu sane dignissimum, transsilit Jacksonus; qui alia ceteroquin vulgatissima fuse persequitur.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



enim spiritus creatura est. Erit ergo jam factus Deus. Quomodo & si secundum [a] Moysen *Ignem* acceperis Deum; creaturam illum esse dicendo, institutum expresseris, non institutorem docueris. Sed hæc figurantur potius, quam ita sunt. Nam & in veteri testamento ideo Deus *Ignis* dicitur, ut peccatori populo metus incutiatur, dum judex ostenditur. Et in novo testamento Spiritus esse profertur, ut [1] refector & creator in delictis suis mortuorum, per hanc bonitatem collatæ credentibus indulgentiæ, comprobetur.

CAPUT VIII.

HUnc ergo, omissis hæreticorum fabulis atque figmentis, Deum novit & veneratur Ecclesia; cui testimonium reddit tam invisibilium quam etiam visibilium & semper & tota natura: Quem angeli adorant, astra mirantur, maria benedicunt, terræ verentur, inferna [2] quæque suspiciunt: Quem mens omnis humana sentit, etiam si non exprimit: Cujus imperio omnia [3] commoventur, fontes scaturiunt, amnes labuntur, fluctus adsurgunt, fetus suos cuncta parturiunt, venti spirare coguntur, imbres veniunt, maria commoventur, fecunditates suas cuncta ubique diffundunt: Qui peculiarem protoplastis æternæ vitæ mundum quemdam paradisum in oriente constituit; [b] *arborem vitæ* plantavit; *scientiæ boni & mali* similiter alteram arborem collocavit; mandatum dedit; sententiam contra delictum statuit; [c] Noe justissimum de diluvii periculis pro merito innocentiæ fideique servavit; [d] Enoch transtulit; [e] in amicitiæ societatem Abraham adlegit; [f] Isaac protexit; [g] Jacob auxit; [h] Moysem ducem populo præfecit; ingemiscentes filios Israel e jugo servitutis eripuit; Legem scripsit; patrum sobolem in terram repromissionis induxit; Prophetas spiritu instruxit; & per hos omnes Filium suum Christum repromisit; & quando daturum se [4] spoponderat, misit. Per quem nobis in notitiam venire voluit; & in nos indulgentiæ suæ sinus largos profudit, egenis & abjectis locupletem Spiritum conferendo. Et quia ultro & largus & bonus est, ne totus hic orbis aversus gratiæ ejus fluminibus aresceret, [i] Apostolos institutores generis nostri in totum orbem mitti per Filium suum voluit: ut conditio generis humani agnosceret institutorem; &, si sequi maluisset, haberet quem pro Deo in suis jam postulationibus, [k] Patrem diceret. Cujus providentia non tantummodo singillatim per homines cucurrit aut currit; sed etiam per ipsas urbes & civitates, quarum exitus prophetarum vocibus cecinit; immo etiam per ipsum totum orbem, cujus propter incredulitatem, exitus, plagas, deminutiones pœnasque descripsit. Et ne quis non etiam ad minima quæque Dei putaret istam infatigabilem providentiam pervenire, [l] *Ex duobus*, inquit Dominus, *passeribus unus non cadet sine Patris voluntate; sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Cujus etiam cura & providentia [m] Israelitarum non sivit nec vestes consumi, nec vilissima in pedibus calceamenta deteri, sed [n] nec [5] ipsorum postremum adolescentium captiva sarabara comburi; nec immerito: nam si hic omnia complexus est omnia continens, (omnia autem & totum ex singulis constant) pertinget consequenter ejus ad usque singula quæque cura, cujus ad totum, quidquid est, pervenit providentia. Hinc est quod & [o] desuper Cherubim sedet, id est, præest super operum suorum varietatem, subjectis throno ejus animalibus præ ceteris principatum tenentibus, cuncta desuper crystallo [6] contegente, id est, cælo omnia operiente; quod [p] in firmamentum de aquarum fluente materia fuerat Deo jubente solidatum, ut glacies robusta, aquarum terram pridem contegentium dividens medietatem, dorso quodam pondera aquæ superioris, corroboratis de gelu viribus, sustineret. Nam & [q] rotæ subjacent, tempora scilicet, quibus omnia semper mundi membra volvuntur, [r] talibus pedibus adjectis quibus non in perpetuum stant ista, sed transeunt. Sed & per omnes [7] artus stellata sunt oculis: Dei enim opera pervigili obtutu contemplanda sunt, in quorum sinu carbonum medius est ignis; sive quoniam [s] ad igneum diem judicii mundus iste festinat; sive quoniam omnia opera Dei ignea, nec sunt tenebrosa sed [8] vigent; sive etiam, ne, quia ex terrenis ista fuerant orta principiis, naturaliter de originis suæ rigore torperent, addita est omnibus interioris spiritus calida natura, quæ frigidis concreta corporibus, ad usuram vitæ æqualia omnibus libramenta [9] monstraret. Hic est igitur Currus, secundum David, Dei, [t] *Currus enim*, inquit, *Dei decies millies multiplicatus*, id est, [10] innumerus, infinitus, immensus. Sub jugo enim naturalis legis omnibus datæ, alia quasi frenis revocata retrahuntur, alia quasi effusis habenis excitata impelluntur. Mundum enim istum currum Dei, cum omnibus & ipsi Angeli ducunt & astra; quorum varios licet meatus, certis tamen legibus vinctos, inspicimus ad metas definiti sibi temporis ducere; ut merito nobis quoque cum Apostolo, & artificem & opera mirantibus exclamare jam libeat: [u] *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia judicia ejus & investigabiles viæ ejus!* & reliqua.

a Deut. IV. 24. *b* Gen. II. 9. *c* II. Pet. II. 5. *d* Gen. V. 24. *e* Jac. II. 23. *f* Gen. XXII. 12. *g* Ibid. ℣℣. 30. 43. *h* Exod. III. 9. 10. *i* Marc. XVI. 15. *k* Matth. VI. 9. *l* Matth. X. 29. 30. *m* Deut. VIII. 4. *n* Dan. III. 27. *o* Ezech. I. 10. Psal. XCVIII. 1. *p* Gen. I. 6. *q* Ezech. X. 12. *r* Ezech. I. 18. *s* II. Pet. III. *t* Psal. LXVII. 18. *u* Rom. XI. 33.

1. *Refector & creator*] Sic Pamelius. Gelenius *refertor*, vitiose procul dubio: quam tamen lectionem in textu retinuit Welchmanus, alteram *refector* in notis subjiciens. Mox idem Welchm. *recreator* legendum putat: quod mallet quoque Jacksonus.

2. *Quæque*] *Quoque* omnino legendum existimat Jacksonus, utpote magis emphaticum.

3. *Commoventur*] Ita editi. Unus Welchmanus, *continentur*.

4. *Spoponderat*] Sic editores Angl. Pamelius, *sponderat*.

5. *Ipsorum —— captiva sarabara*] Ita editi, præter Welchmanianum; in quo absque mss. aut exemplarium auctoritate, reponere placuit editori, *ipsa —— captivorum sarabala*.

6. *Contegente*] Apud Pamelium mendose, ut videtur, *contingente*.

7. *Artus*] Sic recte, mea quidem sententia, emendavit Welchmanus præcedentes editiones, quæ habent *ortus*. Vox enim restituta refertur ad animalia quæ proxime præcedunt.

8. *Vigent*] Latinius *lucent*. Welchmanus *luce vigent* legendum, existimat. At, judice Jacksono, melius editi *vigent*. Nimirum innuere voluit fortasse auctor, quod Dei opera interiorem igneum *vigorem* seu spiritum habeant.

9. *Monstraret*] Mallet Welchmanus *ministraret*: quod valde probatur Jacksono.

10. *Innumerus —— immensus*] Minus recte, ut videtur, Gagnæus: *numerus infinitus & immensus*.

CAPUT IX.

EAdem Regula veritatis docet nos credere post Patrem etiam in Filium Dei Christum Jesum Dominum Deum nostrum, sed Dei filium; hujus Dei qui & unus & solus est, conditor scilicet rerum omnium, ut jam & superius expressum est. Hunc enim Jesum Christum, iterum dicam hujus Dei filium, & in veteri Testamento legimus esse repromissum & in novo Testamento animadvertimus exhibitum, omnium sacramentorum umbras & figuras de præsentia corporatæ veritatis implentem. Hunc enim Abrahæ filium, hunc David, hunc non minus & vetera prædicta & Evangelia B testantur. Hunc ipsa Genesis cum dicit: [a] *Tibi dabo & semini tuo*. Hunc quando [b] luctatum ostendit hominem cum Jacob. Hunc quando dicit, [c] *non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat Is cui repromissum est, & ipse erit exspectatio gentium*. Hunc Moyses cum dicit: [d] *Provide alium quem mittas*. Hunc idem quando testatur, [e] *Prophetem vobis*, dicendo, *suscitabit Deus ex fratribus vestris: eum quasi me audite* Hunc quando dicit; [f] *Videbitis vitam vestram pendentem nocte ac die, & non credetis ei*. Hunc Esaias: [g] *Prodiet virga de radice Jesse, & flos de radice ascendet*. Hunc eumdem quando dicit: [h] *Ecce Virgo concipiet & pariet filium*. Hunc C quando sanitates ab eo futuras collocat dicens: [i] *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient; tunc saliet claudus ut cervus, & diserta erit lingua mutorum*. Hunc quando patientiæ virtutes exprimit dicens: [k] *Non audietur in plateis vox ejus; arundinem quassatam non conteret, & linum fumigans non extinguet*. Hunc quando ejus evangelia descripsit: [l] *Et disponam vobis testamentum æternum, sancta David fidelia*. Hunc quando gentes in ipsum credituras prophetat: [m] *Ecce posui eum in principem & præcipientem gentibus: gentes quæ te non noverunt invocabunt te, & populi qui te nesciunt ad te confugient*. Hunc eumdem, quando ad passionem ejus exclamat di- D cens: [n] *Sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum in humilitate*. Hunc quando flagrorum ejus ictus plagasque descripsit, [o] *Livore ejus nos sanati sumus*: aut humilitatem; [p] *& vidimus eum, & non erat ei species neque honor, homo in plaga & sciens ferre infirmitatem*. Aut quod populus non erat crediturus: [q] *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem*. Aut quod resurrecturus a mortuis: [r] *Et erit in illa die radix Jesse, & qui surget imperare gentibus, in eum gentes sperabunt; & erit requies ejus honor*. Aut cum tempus resurrectionis, [s] *quasi diluculo paratum inveniemus eum*. Aut quod sessurus ad E dexteram Patris: [t] *Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos* A *scabellum pedum tuorum*. Aut cum possessor omnium collocatur: [u] *Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ*. Aut quod judex omnium ostenditur: [x] *Deus judicium tuum regi da, & justitiam tuam filio regis*. Nec hoc in loco plura persequar, quæ adnuntiata de Christo, [1] omnibus hæreticis, sed & ipsis veritatem tenentibus magis nota sunt.

CAPUT X.

SED illud admoneo, non alterum in Evangelio Christum exspectandum fuisse, quam hunc a creatore veteris Testamenti litteris ante promissum; B maxime cum & quæ de ipso prædicta sunt impleta sint, & quæ impleta sunt ante prædicta sint. Ut merito hæreticorum istorum Testamenti veteris auctoritatem respuentium, nescio cui commentitio & ex fabulis anilibus ficto Christo atque fucato possim vere & constanter dicere: Quis es? unde es? a quo missus es? quare nunc venire voluisti? quare talis? vel qua venire potuisti? vel quare non ad tuos abisti? nisi quod probasti tuos [2] non habere, dum ad alienos venis? Quid tibi cum mundo creatoris; quid tibi cum homine conditoris? quid tibi cum figmento corporis, cui eripis spem resurrectionis? quid ad alienum venis famulum, alienum solicitare desideras filium? quid me a C Domino eripere conaris? quid me in Patrem blasphemare atque impium esse compellis? aut quid sum a te in resurrectione consecuturus, qui me ipsum non recipio dum corpus amitto? Si salvare vis, fecisses hominem cui salutem dares. Si a delicto eripere cupis, ante mihi ne delinquerem contulisses. Quod autem tecum suffragium circumfers legis? Quod habes testimonium propheticæ vocis? aut quid mihi possum de te solidum repromittere, cum te videam in phantasmate & non in soliditate venisse? Quid ergo tibi cum figura corporis, si corpus odisti? immo revinceris corporis quod odisti circumferre substantiam, cujus suscipere voluisti etiam figuram. Odisse enim debueras corporis imita- D tionem, si oderas veritatem. Quoniam si alter es, [3] aliter venire debueras; ne dicereris filius creatoris, si vel imaginem habuisses carnis & corporis. Certe si oderas nativitatem, quia creatoris oderas nuptiarum conjunctionem, recusare debueras etiam imitationem hominis, qui per nuptias nascitur creatoris. Neque igitur eum hæreticorum agnoscimus Christum, qui in imagine (ut dicitur) fuit & non in veritate: [4] nihil enim verum eorum quæ gessit fecerit, si ipse phantasma & non veritas fuit: neque eum, qui nihil in se nostri corporis gessit, dum ex Maria nihil accepit, [5] ne non nobis venerit; dum non in nostra substantia visus apparuit. Neque illum, qui æthereum sive sideream, ut alii voluerunt hæ- E retici, voluit carnem; ne nullam in illo [6] nostro intelligamus salutem, si non etiam nostri corporis cognoscamus soliditatem: nec ullum omnino alte-

a Gen. XVII. 8. *b* Gen. XXXII. 24. *c* Gen. XLIX. 10. *d* Exod. IV. 13. *e* Deut. XVIII. 15. *f* Deut. XXVIII. 66. *g* Esa. XI. 1. *h* Esa. VII. 14. *i* Ibid. XXXV. 5. 6. *k* Ibid. XLII. 2. 3. *l* Esa. LV. 3. *m* Ibid. ℣℣. 4. 5. *n* Esa. LIII. 7. *o* Ibid. ℣. 5. *p* Ibid. ℣℣. 2. 3. *q* Esa. LXV. 2. *r* Esa. XI. 10. *s* Ose. VI. 3. *t* Psal. CIX. 1. 2. *u* Psal. II. 8. *x* Psal. LXXI. 1.

1. *Omnibus hæreticis, sed & ipsis veritatem tenentibus*] Recte conjecisse videtur Welchmanus, dum legendum autumat *ipsis hæreticis, sed & omnibus veritatem tenentibus*. At rectius fortasse, *omnibus veritatem tenentibus, sed & ipsis hæreticis*. Ejusmodi trajectiones librariis haud insuetæ.

2. *Non habere*] Forte legendum cum Welchmano *te non habere*.


3. *Aliter venire debueras*] Recte *aliter*, non *alter*, ut concit Welchmanus. Sensum explicet Tertullianus *adv. Marc.* lib. III, cap. x. *Cur enim non in aliqua alia digniore [illegible] tia venit, & in primis sua, ne & indigna & aliena videretur eguisse?* JACKSON.

4. *Nihil enim verum*] Conjunctionem *enim* restitui ex ms. Wovveri. ID.

5. *Ne non nobis*] Pro *ne non* legit *neque* Latinius: Jacksonus vero mallet *neque enim*.

6. *Nostro*] Sic edidi. *Nostram* reposuit Welchmanus. *Nostræ* rescribebat Jacksonus; id est carni, de qua sermonem habet auctor: quod minus placet.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 250.



rum, qui quodvis aliud ex figmento [1] hæreticorum A gesserit corpus fabularum. Omnes enim istos & nativitas Domini & mors ipsa confutat. Nam & [a] *Verbum*, inquit Joannes, *caro factum est, & habitavit in nobis*. Ut merito corpus nostrum in illo fuerit, quoniam quidem nostram carnem Sermo suscepit. Et sanguis idcirco de manibus ac pedibus, atque ipso latere demanavit, ut nostri consors corporis probaretur, dum occasus nostri legibus moritur. Qui dum in eadem substantia corporis in qua moritur, resuscitatus ipsius corporis vulneribus comprobatur, etiam resurrectionis nostræ leges in sua carne monstravit, [2] qui corpus, quod ex nobis habuit, in sua resurrectione restituit. Lex enim resurrectionis ponitur, dum Christus ad exem- B plum ceterorum in substantia corporis suscitatur. Quoniam, cum [b] *caro & sanguis non obtinere regnum Dei* scribitur, non carnis substantia damnata est, quæ divinis manibus, ne periret, exstructa est; sed sola carnis culpa merito reprehensa est, quæ voluntaria hominis temeritate contra legis divinæ jura grassata est. Quia in baptismate & in mortis dissolutione, sublata caro ad salutem revertitur: dum ad statum innocentiæ, deposita criminis mortalitate, revocatur.

CAPUT XI.

VErum ne ex hoc quod Dominum nostrum Je- C sum Christum Dei creatoris Filium in substantia veri corporis exhibitum adserimus, aliis hæreticis hoc in loco hominem tantum & solum defendentibus, atque ideo hominem illum nudum & solitarium probare cupientibus, aut manus dedisse, aut [3] loquendi materiam commodasse videamur: non sic de substantia corporis ipsius exprimimus, ut [4] solum tantum hominem illum esse dicamus; sed ut, divinitate Sermonis in ipsa concretione permixta, etiam Deum illum secundum Scripturas esse teneamus. Est enim periculum grande, Salvatorem generis humani, totius dominum & principem mundi, cui [c] a suo Patre omnia tradita sunt & cuncta concessa, per quem instituta sunt univer- D sa, creata sunt tota, digesta sunt cuncta, ævorum omnium & temporum regem, angelorum omnium principem ante quem nihil præter Patrem, hominem tantummodo dicere, & auctoritatem illi divinam in his abnegare. Hæc enim contumelia hæreticorum ad ipsum quoque Deum Patrem redundabit, si Deus Pater Filium Deum generare non potuit. Sed enim veritati cæcitas hæreticorum nulla præscribet. Nec, quoniam in Christo aliquid tenent, aliquid non tenent, alterum vident, alterum non vident; eripietur nobis illud quod non vident, per illud quod vident. Quasi hominis enim in illo fragilitates considerant, quasi Dei virtutes non computant; infirmitates carnis recolunt, potestates divinitatis exclu- E dunt. Quando si probatio hæc ex infirmitatibus Christi illuc proficit, ut homo ex infirmitatibus comprobetur; probatio divinitatis in illo collecta ex virtutibus illuc proficiet, ut etiam Deus ex operibus adseratur. Si enim passiones ostendunt in illo humanam fragilitatem; cur opera non adserant in illo divinam potestatem? ne si hoc non profecerit ut Deus ex virtutibus adseratur; nec passiones proficiant ut etiam homo ex ipsis esse monstretur. Quæcumque enim lex in alterutro fuerit posita, in altero invenietur esse [5] suscepta. Periculum enim erit, nec hominem illum ex passionibus ostendi, si non potuerit etiam Deus ex virtutibus adprobari. Non est ergo in unam partem inclinandum, & ab alia parte fugiendum, quoniam nec tenebit perfectam veritatem quisquis aliquam veritatis excluserit portionem. Tam enim Scriptura etiam Deum adnuntiat Christum, quam etiam hominem ipsum adnuntiat Deum; tam hominem descripsit Jesum Christum, quam etiam Deum quoque descripsit Christum Dominum. Quoniam nec Dei tantum illum filium esse proponit, sed & hominis; nec hominis tantum dicit, sed & Dei referre consuevit: ut dum ex utroque est, utrumque sit; ne si alterum tantum sit, alterum esse non possit. Ut enim præscripsit ipsa natura hominem credendum esse, qui ex homine sit; ita eadem natura præscribit & Deum credendum esse, qui ex Deo sit: ne si non & Deus fuerit, cum ex Deo sit; jam nec homo sit, licet ex homine fuerit. [6] Et sic in alterutro utrumque periclitetur, dum alterum altero fidem perdidisse convincitur. Qui legunt ergo [d] [7] hominis filium hominem Christum Jesum, legant hunc eumdem & Deum & Dei Filium nuncupatum. Nam [8] quomodo est qua homo ex Abraham; sic est etiam qua Deus, [e] ante ipsum Abraham. Et quomodo qua homo, [f] *filius David*; ita Dominus David, qua Deus, nuncupatus est. Et quomodo qua homo, [g] *sub lege* factus est; ita qua Deus, [h] sabbati Dominus expressus est. Et quomodo qua homo [i] sententiam patitur; sic omne, qua Deus, [k] de vivis & mortuis judicium habere reperitur. Et quomodo post mundum, qua homo, nascitur: sic [l] ante mundum, qua Deus fuisse perhibetur. Et quomodo [m] ex semine David, qua homo, genitus est; [9] sic item per ipsum, qua Deum, [n] mundus dicitur institutus. Et quomodo, qua homo, [o] post multos; sic, qua Deus, ante omnes. Et quomodo [p] ceteris, qua homo, inferior; sic [q] omnibus, qua Deus, major. Et quomodo [r] in cælum, qua homo, ascendit; sic inde, qua Deus, ante descendit. Et quomodo [s] ad Patrem, qua homo, vadit; sic obediens Patri, qua Filius, [t] inde descensurus est. Ita si mediocritates in illo adprobant humanam fragilitatem; majestates in illo adfirmant divinam potestatem. Periculum est enim, cum utrumque legis, non utrumque, sed

a Joan. I. 14. *b* 1. Cor. xv. 50. *c* Matt. xi. 27. *d* Matt. I. 1. *e* Joan. VIII. 58. *f* Matt. XXII. 42. 43. 44. *g* Gal. IV. 4. *h* Luc. VI. 5. *i* Matt. XXVII. 26. *k* Joan. V. 21. 22. *l* Joan. XVII. 5. *m* Rom. I. 3. *n* Joan. I. 10. *o* Ibid. ℣. 15. *p* Esa. LV. 3. *q* Act. x. 36. *r* Joan. VI. 62. *s* Joan. XIV. 28. *t* Act. I. 11.

1. *Hæreticorum —— corpus fabularum*] Alii legunt, notante Franc. Junio, *hæreticarum*, ut referatur ad *fabularum*. Sed hoc male. Legendum potius suspicatur idem Junius *corpus fabularium*, σῶμα μυθῶδες· dicitur enim *fabularis* & *fabularius*, ut *ollaris* & *ollarius*. Hinc *hæreticorum* vox non est solicitanda: quod probo. JACKSON. --- Welchmanus autem conjiciebat rescribendum *fabulare*.

2. *Qui*] Welchmanus *quia*, non male. JACKSON.

3. *Loquendi*] *Obloquendi* suspicatur legendum esse Welchmanus: sed idem, opinor, heic valet *loquendi*, ac disputandi. ID.

4. *Solum tantum*] Forte *solum & tantum*, ut paullo superius. ID.

5. *Suscepta*] Editorum lectionem *suspecta*, ita castigavit Welchmanus, eumque sequitur Jacksonus.

6. *Et sic in alter.*] Ita cum Gagnæo & Barrensi edidit Welchmanus. Al. omittunt *sic*.

7. *Hominis filium hominem C. J.*] Proponit Welchmanus legendum, *hominem & hominis filium:* quod probo; & analogia sequentium, *Deum & Dei filium* videtur confirmari. JACKSON.

8. *Quomodo*] Mallem divisim legi *quo modo;* & sic in sequentibus. ID.

9. *Sic item*] Hæc est lectio Welchmaniana, pro *sic ita* edit. Jacksonus tamen post Fr. Junium edidit *sic etiam*, eo quod eadem ratione paullo ante loquatur Novatianus.

alterum credidisse. Ex quo quoniam utrumque in Christo legitur, utrumque credatur; ut fides ita demum vera sit, si & perfecta fuerit. Nam si ex duobus, altero in fide cessante, unum, & quidem id quod est minus, ad credendum fuerit assumtum; perturbata regula veritatis, temeritas ista non salutem contulerit, sed in vicem salutis de jactura fidei, periculum mortis grande conflaverit.

CAPUT XII.

CUR ergo dubitemus dicere, quod Scriptura non dubitat exprimere? cur hæsitabit fidei veritas, in quo Scripturæ numquam hæsitavit auctoritas? Ecce enim [a] Osee prophetes ait ex persona Patris: *Jam non salvabo eos in arcu, neque in equis, neque in equitibus: sed salvabo eos in Domino Deo* ipsorum. Si Deus salvare se dicit in Deo, non autem salvat nisi in Christo Deus: Cur ergo homo dubitet Christum Deum dicere, quem Deum a Patre animadverit positum per Scripturas esse? immo si non salvat nisi in Deo Pater Deus, salvari non poterit a Deo Patre quisquam, nisi confessus fuerit Christum Deum, [1] in quo se & per quem se repromittit Pater salutem daturum; ut merito quisquis illum agnoscit esse Deum, salutem inveniat in Deo Christo; quisquis non recognoscit esse Deum, salutem perdiderit, [2] quam alibi nisi in Christo Deo invenire non poterit. Quomodo enim Esaias, [b] *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel*: quod interpretatum est *nobiscum Deus*; sic Christus ipse dicit: [c] *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*. Est ergo *nobiscum Deus*, immo multo magis etiam in nobis est. Nobiscum est Christus: est ergo cujus nomen est, *Nobiscum Deus*, quia & nobiscum est. Aut numquid non est nobiscum? quomodo ergo dicit se nobiscum esse? est ergo nobiscum. Sed quoniam nobiscum est; Emmanuel, id est, *nobiscum Deus*, dictus est. [3] Deus ergo quia nobiscum est, *Nobiscum Deus* dictus est. Idem prophetes. [d] *Convalescite manus dissolutæ, & genua debilia, consolamini pusillanimes sensu, convalescite, nolite timere: ecce Deus noster judicium retribuet; ipse veniet & salvabit nos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient; tunc saliet claudus sicut cervus, & diserta erit lingua mutorum*. Si in adventu Dei dicit prophetes hæc futura signa quæ facta sunt; aut Dei Filium agnoscant Christum, in cujus adventu, & a quo hæc sanitatum signa facta sunt; aut divinitatis Christi veritate superati, in alteram hæresim ruentes, Christum, dum Filium Dei & Deum confiteri nolunt, Patrem illum esse [4] confiteantur. Vocibus enim Prophetarum inclusi, jam Christum Deum negare non possunt. Quid ergo respondent, cum in adventu Dei hæc signa futura dicuntur, quæ in adventu Christi gesta sunt, Christum qualiter accipiunt Deum? Deum enim jam negare non possunt. Qua Patrem? aut qua Filium? Si qua Filium; cur Dei Filium Deum negant? Si qua Patrem; cur eos non sequuntur, qui ejusmodi blasphemias tenere videntur? nisi quoniam nobis in hoc adversus illos de [5] veritate certamine, hoc interim sufficit, ut quocumque genere convicti Christum confiteantur [6] & Deum, quem etiam Deum negare voluerunt. Per Abacuc prophetam ait: [e] *Deus ab Africo veniet & sanctus de monte opaco & condenso*. Quem volunt isti ab Africo venire? Si venisse aiunt omnipotentem Deum Patrem; ergo de loco Deus Pater venit ex quo etiam loco [7] cluditur, & intra sedis alicujus angustias continetur; & jam per istos, ut diximus, Sabelliana hæresis sacrilega corporatur. Siquidem Christus non Filius, sed Pater creditur; & novo more, dum ab istis districte homo nudus adseritur, per eos rursum Christus Pater Deus omnipotens comprobatur. At si in Bethlehem, cujus metaturæ regio ad meridianam respicit plagam cæli, Christus nascitur, qui per Scripturas & Deus dicitur: merito Deus hic ab Africo venire describitur, quia a Bethlehem venturus esse prævidebatur. Eligant ergo ex duobus quid velint, hunc, qui ab Africo venit Filium esse, an Patrem: Deus enim dicitur ab Africo venturus. Si Filium; quid dubitant Christum & Deum dicere? Deum enim Scriptura dicit esse venturum. Si Patrem; quid dubitant cum *Sabellii* temeritate misceri, qui Christum Patrem dicit? nisi quoniam, sive illum Patrem, sive Filium dixerint, ab hæresi sua, inviti licet, descissant necesse est, qui Christum hominem tantummodo solent dicere: dum illum, rebus ipsis coacti, Deum incipiunt promere, sive dum illum Patrem, sive dum illum Filium voluerint nuncupare.

CAPUT XIII.

AC [8] sic & Joannes nativitatem Christi describens, [f] *Verbum*, inquit, *caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus claritatem ejus, claritatem tamquam unigeniti a Patre*, [9] *plenum gratia & veritate*. Nam & [g] *vocatur nomen ejus Verbum Dei*: nec immerito. [h] *Eructavit*, inquit, *cor meum verbum bonum*; quod Verbum Regis nomine consequenter appellat inferendo, *Dico ego opera mea Regi*. [i] *Per ipsum enim omnia facta sunt opera, & sine ipso factum est nihil*. [k] *Sive enim*, inquit Apostolus, *throni, sive dominationes, sive virtutes, sive potestates, visibilia & invisibilia, omnia per ipsum constant*. Verbum autem hoc illud est, [l] quod *in sua venit, & sui eum non receperunt. Mundus enim per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit*. [m] *Verbum* autem *hoc erat in principio apud Deum, & Deus erat Verbum*. Quis igitur dubitet, cum in extrema parte dicitur, *Verbum caro factum est, & ha-*

a Osee I. 7. *b* Esa. VII. 14. *c* Matth. XXVIII. 20. *d* Esa. XXXV. 3. 4. 5. 6. *e* Abac. III. 3. *f* Joan. I. 14. *g* Apoc. XIX. 13. *h* Psal. XLIV. 2. *i* Joan. I. 3. *k* Coloss. I. 16. *l* Joan. I. 10. 11. *m* Joan. I. 1.

1. *In quo se*] Ita editi. Sed *se* expunxit Jacksonus, ut nihil habens quod agat.

2. *Quam*] Sic Pamelius aliique. Uterque Frob. cum Welchm. *quoniam*. Nec displicet Jacksono.

3. *Deus ergo*] Ita constanter editi. Primus Welchmanus existimavit heic legendum *Christus*; arridetque Jacksono ejusmodi conjectura: quam tamen haud admittendam censeo. Sublata enim distinctione post *ergo*, vis orationis elucet.

4. *Confiteantur*] Sic uterque editor Anglic. pro *confitebantur* editt. Restitutionem rite factam suadet præcedens *agnoscant*.

5. *Veritate*] Gagnæus & Barrensis *veritatis*, quos importune secutus est Welchmanus.


6. *Et Deum*] Sic omnes editi. Unus Welchmanus mutavit *&* in *esse*, nulla codicum auctoritate ductus; neque hujusce mutationis lectorem suum admonuit.

7. *Cluditur*] Verbum *cludo* Afris scriptoribus frequenter usurpatum, Tertulliano in primis & Cypriano: eoque haud semel utitur & Novatianus, supra cap. VI. heic & infra cap. XVII. cet.

8. *Ac sic*] Pamelius *ac si*.

9. *Plenum*] Ita Welchmanus post Gagnæum. Quæ est Vulgatæ lectio. Al. *plenus*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



bitavit in nobis, Christum cujus est nativitas, & [1] quia caro factus est, esse hominem, & quia Verbum Dei, Deum incunctanter edicere esse; præsertim cum animadvertat Scripturam evangelicam, utramque istam substantiam in unam nativitatis Christi fœderasse concordiam? Hic est enim qui [a] *sicut sponsus egreditur de thalamo suo; exsultavit ut gigas ad currendam viam; a summo cælo egressio ejus & usque ad summum regressio ejus.* Quoniam usque ad summum, [b] *nec quisquam in cælum ascendit, nisi qui de cælo descendit, Filius hominis qui est in cælis.* Repetens hoc ipsum dicit: [c] *Pater clarifica me eo honore, quo fui apud te antequam mundus esset.* Ac si de cælo descendit Verbum hoc, tamquam sponsus ad carnem, ut per carnis adsumtionem Filius hominis illuc posset ascendere, unde Dei Filius Verbum descenderat; merito, dum per connexionem mutuam & caro Verbum Dei gerit, & Filius Dei fragilitatem carnis adsumit; cum sponsa carne conscendens illuc, unde sine carne descenderat, recipit jam claritatem illam, quam dum ante mundi institutionem habuisse ostenditur, Deus manifestissime comprobatur. Et nihilominus, dum mundus ipse post illum institutus refertur, per ipsum creatus esse reperitur; quo ipso divinitatis in ipso, per quem factus est mundus, & claritas & auctoritas [2] comprobetur. Quod si, cum [d] nullius sit nisi Dei, cordis nosse secreta; [e] Christus secreta conspicit cordis: quod si, cum [f] nullius sit nisi Dei, peccata dimittere; idem [g] Christus peccata dimittit: quod si, cum nullius sit hominis de cælo venire; de cælo veniendo descendit: quod si, cum nullius hominis hæc vox esse possit, [h] *Ego & Pater unum sumus*; hanc vocem de conscientia divinitatis Christus solus edicit: quod si postremo, omnibus divinitatis Christi probationibus & rebus instructus Apostolus Thomas, respondens Christo, [i] *Dominus meus & Deus meus* dicit: quod si & Apostolus Paullus, [k] *quorum*, [3] inquit, *patres & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula*, in suis litteris scribit: quod si idem se [l] *Apostolum non ab hominibus, aut per hominem, sed per Jesum Christum* constitutum esse depromit: quod si idem, Evangelium non se *ab hominibus didicisse aut per hominem, sed per Jesum Christum* accepisse contendit: merito Deus est Christus. Itaque hoc in loco ex duobus alterum constare debebit. Cum enim manifestum sit omnia esse facta per Christum; aut ante omnia est, quoniam omnia per ipsum, & merito & Deus est: aut quia homo est, post omnia est, & merito per ipsum nihil factum est. Sed nihil per ipsum factum esse non possumus dicere, cum animadvertamus omnia per ipsum facta esse scriptum: non ergo post omnia est, id est non homo tantum est, qui post omnia est: sed & Deus; quoniam [4] Deus ante omnia est. Ante omnia est enim, quia per ipsum omnia; ne si homo tantum, nihil per ipsum; aut si omnia per ipsum, non homo tantum: Quoniam si homo tantum; non omnia per ipsum, immo nihil per ipsum. Quid ergo respondent? nihil per ipsum, ut homo sit tantum? Quomodo ergo omnia per ipsum? Ergo non homo tantummodo est, sed & Deus; siquidem omnia sunt per ipsum: ut merito intelligere debeamus, [5] nec hominem esse Christum tantummodo, qui est post omnia; sed & Deum, cum per ipsum facta sint omnia. Quomodo enim aut hominem tantummodo dicas, cum illum etiam in carne conspicias; nisi quoniam si utrumque animadvertitur, utrumque merito credatur?

CAPUT XIV.

Et tamen adhuc dubitat hæreticus Christum dicere esse Deum: quem Deum tot & rebus [6] animadvertit & vocibus adprobatum. Si homo tantummodo Christus, quomodo veniens in hunc mundum in sua venit, cum homo nullum fecerit mundum? Si homo tantummodo Christus; quomodo mundus per ipsum factus esse refertur, cum non per hominem mundus, sed post mundum homo institutus referatur? Si homo tantummodo Christus; quomodo non ex semine tantum David Christus, sed Verbum caro factum est & habitavit in nobis? Nam etsi protoplastus non ex semine; sed tamen protoplastus non est ex Verbi & carnis conjunctione concretus: non est enim Verbum caro factum & habitavit in nobis. Si homo tantummodo Christus; quomodo [m] *qui de cælo venit, quæ vidit &* [7] *audiit testificatur*, cum constet hominem de cælo, quia ibi nasci non possit, venire non posse? Si homo tantummodo Christus; quomodo [n] *visibilia & invisibilia, throni, virtutes & dominationes* per ipsum & in ipso creata esse referuntur, cum virtutes cælestes per hominem fieri non potuerint, quæ ante hominem ipsum esse debuerint? Si homo tantummodo Christus; quomodo [o] adest ubique invocatus, cum hæc hominis natura non sit, sed Dei, ut adesse omni loco possit? Si homo tantummodo Christus; cur homo in orationibus Mediator invocatur, cum invocatio hominis ad præstandam salutem inefficax judicetur? Si homo tantummodo Christus; cur [p] spes in illum ponitur, cum [q] spes in homine maledicta referatur? Si homo tantummodo Christus; cur [r] non licet Christum sine exitio animæ [8] negari, cum in hominem commissum delictum referatur posse dimitti? Si homo tantummodo Christus; quomodo Joannes Baptista testatur & dicit, [s] *qui post me venit, ante me factus est, quia prior me fuit*; cum, si homo tantummodo Christus, post Joannem natus, ante Joannem esse non possit, nisi quoniam illum, qua Deus est, ante præcessit? Si homo tantummodo Christus; quomodo [t] *quæ Pater facit, & Filius facit si-*

a Psal. XVIII. 6. 7. *b* Joan. III. 13. *c* Joan. XVII. 5. *d* III. Reg. VIII. 39. *e* Matth. IX. 4. Apoc. II. 23. *f* Esa. XLIII. 25. *g* Marc. II. 5. *h* Joan. X. 30. *i* Joan. XX. 28. *k* Rom. IX. 5. *l* Gal. I. 1. 12. *m* Joan. III. 31. 32. *n* Col. I. 16. *o* Matth. XVIII. 20. *p* I. Tim. I. 1. *q* Jer. XVII. V. *r* Matth. X. 33. *s* Joan. I. 15. *t* Joan. V. 19.

1. *Quia caro --- quia Verbum*] Qua utrobique legit Latinius.

2. *Comprobetur*] Suspicatur Welchmanus legendum *comprobatur*.

3. *Inquit*] Hanc vocem redundare puto: & forte inserta erat studio librarii aut dictantis, non adtendentis ad sequens verbum *scribit*. JACKSON.

4. *Deus*] Hanc vocem quam præ se ferunt omnes editi, unus Jacksonus immerito expungendam censuit.

5. *Nec*] *Non* vox aptior est, & ni fallor, vera. JACKSON.

6. *Animadvertit*] *Animadverterit* legit Gagnæus, quod tamen perinde est.

7. *Audiit*] Ita exstare in uno cod. Pamelii, asserit Jacksonus: quam proinde lectionem restituimus, pro *audit* editt.

8. *Negari*] Forte *negare*: sed nihil mutandum. JACKSON.

militer, cum homo cæleſtibus operibus Dei ſimi- A lia opera facere non poſſit? Si homo tantummodo Chriſtus; quomodo [a] *ſicut Pater in ſe vitam habet, ita dedit Filio vitam habere in ſemet ipſo*; cum exemplo Patris Dei, homo in ſe vitam habere non poſſit, cum non in æternitate ſit glorioſus, ſed in materia mortalitatis effectus? Si homo tantummodo Chriſtus; quomodo refert, [b] *Ego ſum panis vitæ æternæ qui de cælò deſcendi*; cum neque panis vitæ homo eſſe poſſit ipſe mortalis, nec de cælo deſcenderit, nulla in cælo conſtituta materia fragilitatis? Si homo tantummodo Chriſtus; quomodo dicit, [c] *quia Patrem Deum nemo vidit umquam, niſi qui eſt a Deo, hic vidit Deum?* Quoniam, ſi homo tantummodo Chriſtus, Deum B videre non potuit, quia Deum nemo hominum vidit: ſi autem dum ex Deo eſt, Deum vidit; plus ſe quam hominem, dum Deum vidit, intelligi voluit. Si homo tantummodo Chriſtus; cur dicit, [d] *quid, ſi videritis filium hominis aſcendentem illuc ubi ante erat?* Aſcendit autem in cælum: ibi ergo fuit, dum illuc redit ubi prius fuit. [1] Quod ſi de cælo miſſus a Patre eſt, non utique homo tantum eſt: homo enim ut diximus, de cælo venire non potuit. Non igitur ibi ante homo fuit, ſed illuc aſcendit ubi non fuit. Deſcendit autem Dei Verbum, quod ibi fuit. Verbum, inquam, Dei & Deus [e] per quem facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil. Non igitur homo inde C [2] ſic de cælis venit; ſed Dei Sermo, id eſt Deus, inde deſcendit.

CAPUT XV. *al.* XXIII.

SI homo tantummodo Chriſtus; quomodo ait, [f] *Etſi ego de me teſtificor, verum eſt teſtimonium meum; quia ſcio unde venerim, & quo eam:* [3] *vos ignoratis unde venerim, aut quo eam: vos ſecundum carnem judicatis.* Ecce & heic illuc ſe dicit rediturum, unde ſe teſtificatur ante veniſſe, miſſum ſcilicet de cælo. Deſcendit ergo unde venit, quomodo illuc vadit unde deſcendit. Ex D quo, ſi homo tantummodo Chriſtus eſſet, non inde veniſſet; atque ideo nec illuc abiret, quoniam non inde veniſſet. Veniendo autem inde, unde homo venire non poteſt, Deum ſe oſtendit veniſſe. Sed enim hujus ipſius deſcenſionis ignari & imperiti Judæi, heredes ſibi hæreticos iſtos reddiderunt, quibus dicitur, [g] *Vos ignoratis unde veniam, & quo eam: vos ſecundum carnem judicatis.* Tam iſti quam Judæi carnalem [4] ſolam eſſe Chriſti nativitatem tenentes, nihil aliud Chriſtum eſſe quam hominem crediderunt; non conſiderantes illud, quoniam cum de cælo homo non potuerit venire, ut merito illuc poſſet redire, Deum eſſe qui inde deſcenderit, unde homo venire non potuerit. Si homo tantummodo Chriſtus; quomodo dicit, [h] *Vos ex inferioribus eſtis, ego de ſurſum ſum; vos de hoc mundo eſtis, ego non ſum de hoc mundo?* Ideo autem ſi omnis homo ex hoc mundo eſt, & ideo in hoc mundo eſt Chriſtus, an homo tantummodo eſt? Abſit. Sed conſidera quod ait, *Ego non ſum de hoc mundo*. Numquid ergo mentitur, quum ex hoc mundo ſit, ſi homo tantummodo ſit? Aut ſi non mentitur; non eſt ex hoc mundo. Non ergo homo tantummodo eſt, quia ex hoc mundo non eſt. Sed ne lateret quis eſſet, expreſſit unde eſſet: *Ego*, inquit, *de ſurſum ſum*; hoc eſt, de cælo, unde homo venire non poteſt; non enim in cælo factus eſt. Deus eſt ergo qui de ſurſum eſt, & idcirco de hoc mundo non eſt: quamquam etiam quodammodo ex hoc mundo eſt; unde non Deus tantum eſt Chriſtus, ſed & homo. Ut merito, quomodo non eſt ex hoc mundo ſecundum Verbi divinitatem; ita ex hoc mundo ſit ſecundum ſuſcepti corporis fragilitatem; Homo eſt enim cum Deo junctus, & Deus cum homine copulatus. Sed idcirco nunc heic Chriſtus in unam partem ſolius divinitatis incubuit, quoniam cæcitas Judaica ſolam in Chriſto partem carnis aſpexit, & inde in præſenti loco, ſilentio præterita corporis fragilitate quæ de mundo eſt, de ſua ſola divinitate locutus eſt quæ de mundo non eſt: ut in quantum illi incli-

a Joan. V. 26. *b* Joan. VI. 51. *c* Ibid. ℣. 46. *d* Ibid. ℣. 62. *e* Joan. I. 3. *f* Joan. VIII. 14. 15. *g* Ibid. *h* Joan. VIII. 23.

1. *Quod ſi de cælo* cet.] In omnibus editis, poſt verba *ubi prius fuit*, continuo ſequuntur: *Ex quo manus ponere, figuram & formam futuram paſſionis oſtendens. Nemo igitur Chriſtum ſicut Angelum non dubitat dicere*, cet. Ut primum hæc legerim, obſtupui. Quorſum enim hæc, *Ex quo manus ponere*, cet. & quid nobis heic loci cum *Angelo Chriſto*, de quo hactenus altum ſilentium? Quid actum eſt de omnibus exemplis, de quibus mox loquitur. At quum caput XXIII. edit. Pamelii attigeram, argumentum de Chriſto Deo ſimul & homine intempeſtive heic intermiſſum, intempeſtivius illic inſtauratum reperi. Ulterius porro E pergenti, varia de Chriſto Angelo exempla occurrerunt uſque ad finem capitis XXVII. ubi de Jacobo tranſverſas manus Manaſſi & Ephraimo imponenti agitur: & caput demum clauditur ſententia, ad quam hæc verba, *Ex quo manus ponere*, cet. maxime ſpectant: capitis vero initium XXVIII. nequaquam. Ut vero hæc aliaque quæ recenſere nimis longum eſſet, obſervarim; haud mediocriter gaviſus ſum, quod iſtam libri partem quam quaſi penitus amiſſam deploraveram, integram ſane, & loco ſolum alieno poſitam, tandem invenerim. De cauſſa autem tantæ hujus confuſionis dein cogitanti, nulla mihi tam probabilis viſa eſt, quam bibliopegi incuria; qui codicis iſtius ex quo omnia quæ nunc habemus, exemplaria manarunt, unum alterumve quaternionem extra ordinem ſuum conjecerit. Atque hæc eo probabilior viſa eſt, quod paginarum verſuumque in utraque parte ſic male collocata, par fere ſit numerus. Utcumque vero id ſit, ſchedarum ordinem turbatum eſſe ſatis conſtat; & exinde difficilis & obſcura facta eſt Diſputatio, facilis alias & aperta, uti nunc iterum reddita eſt, ſchedis ad propria loca reductis. WELCHMAN. — In eamdem ſententiam poſt Welchmanum Jackſonus. Ante utrumque vero ejuſmodi confuſionem in Novatiano probe noverat Cotelerius in *Monum. Eccl. Gr.* tom. III. pag. 634. ubi & auctoris opus permixtum in ordinem redigere ſtuduit. Porro ut clarius pateat mutationis ratio novique ordinis reſtitutio, tabellam ſubjicimus, qua editio noſtra collata cum Pameliana exhibetur.

Edit. nov.		*Edit. Pamelii.*
CAPUT XV.	eſt	XXIII.
XVI.		XXIV.
XVII.		XXV.
XVIII.		XXVI.
XIX.		XXVII.
XX.		XV.
XXI.		XVI.
XXII.		XVII.
XXIII.		XVIII.
XXIV.		XIX.
XXV.		XX.
XXVI.		XXI.
XXVII.		XXII.


Cetera eodem procedunt ordine in utraque editione.

2. *Sic*] Neſcio quid vult heic vox *ſic*. Legendum puto, *ſcilicet*. JACKSON.

3. *Vos ignoratis unde venerim, aut quo eam.*] Aliis deeſt hoc membrum textus; (habet tamen Pamelius) ſed incuria ſcribæ, ut ego puto, propter ὁμοιοτέλευτον Qua etiam de cauſſa deeſt in edit. Welchm. niſi ille omittendum judicaret. Certe habuit noſter in codice, ut ex ſequentibus manifeſtum eſt. ID.

4. *Solam*] Sic Pamelius aliique. Welchmanus *ſolum*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



naverant, ut hominem illum tantummodo crederent, in tantum illos Christus posset ad divinitatem suam considerandam trahere, ut se Deum crederent; volens illorum incredulitatem circa divinitatem suam, omissa interim commemoratione sortis humanæ, solius divinitatis oppositione superare. Si homo tantummodo Christus; quomodo dicit, [a] *Ego ex Deo prodii & veni*, cum constet hominem a Deo factum esse, non ex Deo processisse: ex Deo autem homo quomodo non processit, sic Dei Verbum processit; de quo dictum est, [b] *Eructavit cor meum Verbum bonum*. Quod quoniam ex Deo est, merito & apud Deum est. Quodque, quia non otiose prolatum [1] est, merito omnia facit. [c] *Omnia* enim *per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Sed enim hoc Verbum per quod facta sunt omnia, (Deus [2] est.) *Et Deus*, inquit, *erat Verbum*. Deus ergo processit ex Deo, dum qui, processit Sermo, Deus est qui processit ex Deo. Si homo tantummodo Christus; quomodo ait: [d] *Si quis verbum meum servaverit, mortem non videbit in æternum?* Mortem in æternum non videre, quid aliud quam immortalitas est? Immortalitas autem divinitati socia est, quia & divinitas immortalis est, & immortalitas divinitatis fructus est. Sed enim omnis homo mortalis est; immortalitas autem ex mortali non potest esse. Ergo ex Christo homine mortali, immortalitas non potest nasci. Sed *qui verbum custodierit*, inquit, *meum, mortem non videbit in æternum*. Ergo verbum Christi præstat immortalitatem, [3] & per immortalitatem præstat divinitatem. Quod si non potest exhibere, ut immortalem alterum faciat ipse mortalis; hoc autem Christi verbum exhibet, pariter & præstat immortalitatem: non utique homo tantum est, qui præstat immortalitatem; quam, si tantummodo homo esset, præstare non posset: præstando autem divinitatem per immortalitatem, Deum se probat divinitatem porrigendo, quam nisi Deus esset, præstare non posset. Si homo tantummodo Christus; quomodo inquit, [e] *Ante Abraham ego sum?* Nemo enim hominum ante eum potest esse ex quo ipse est; nec potest fieri ut [4] quisquam prius fuerit ante illum ex quo ipse originem sumsit. Sed enim Christus, cum ex Abraham sit, ante Abraham esse se dicit. Aut mentitur igitur & fallit si ante Abraham non fuit, qui ex Abraham fuit: aut non fallit si etiam Deus est, dum ante Abraham fuit. Quod nisi fuisset, consequenter cum ex Abraham fuisset, ante Abraham esse non posset. Si homo tantummodo Christus; quomodo ait, [f] *& ego* [5] *agnosco eas & sequuntur me meæ; & ego vitam æternam do illis, & numquam peribunt in perpetuum?* Sed enim cum omnis homo mortalitatis sit legibus alligatus, & idcirco in perpetuum se ipse servare non possit; multo magis in perpetuum alterum servare non poterit. At in perpetuum se Christus repromittit salutem daturum; quam si non dat, mendax est: si dat, Deus est. Sed non fallit; dat enim quod repromittit: Deus est ergo, qui salutem perpetuam porrigit; quam homo, qui se ipsum servare non potest, alteri præstare non poterit. Si homo tantummodo Christus; quid est, quod ait, [g] *Ego & Pater unum sumus?* Quomodo enim *Ego & Pater unum sumus*, si non & Deus est & Filius? qui idcirco unum potest dici dum ex ipso est, & dum Filius ejus est, & dum ex ipso nascitur, [6] dum ex ipso processisse reperitur, per quod & Deus est. Quod cum invidiosum Judæi putassent, & blasphemum credidissent, eo quod se ostenderat his sermonibus [7] Christum esse Deum, ac propterea ad lapides concurrissent, & saxorum ictus injicere gestiissent; exemplo & testimonio Scripturarum adversarios suos fortiter refutavit. [h] *Si illos*, inquit, *dixit deos ad quos* [8] *Dei verba facta sunt, & non potest solvi Scriptura; quem Pater sanctificavit & misit in hunc mundum, vos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum ego*. Quibus vocibus neque se negavit Deum, quin immo Deum se esse firmavit. Nam quia sine dubitatione dii esse dicuntur, ad quos verba Dei facta sunt; multo magis hic Deus, qui melior illis omnibus invenitur. Et nihilominus calumniosam blasphemiam [9] dispositione legitima congruenter refutavit: Deum enim se sic intelligi vult, ut Filium Dei, & non ipsum Patrem [10] vellet intelligi. [i] *Missum* enim se esse dixit, & multa opera se ex Patre ostendisse monstravit; ex quo non Patrem se, sed Filium esse intelligi voluit; & in ultima parte defensionis, Filii, non Patris, fecit mentionem dicendo, *Vos dicitis quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum*. Ita quod ad crimen blasphemiæ pertinet, Filium se, non Patrem dicit: quod autem ad divinitatem [11] spectet ipsius, *Ego & Pater unum sumus dicendo*, Filium se esse & Deum probavit: Deus est ergo: Deus autem sic, ut Filius sit, non Pater.

a Joan. VIII. 42. XVI 28. *b* Psal. XLIV. 2. *c* Joan. I. 3. *d* Joan. VIII. 51. *e* Ibid. ℣. 58. *f* Joan. X. 27. 28. *g* Ibid. ℣. 30. *h* Joan. X. 35. 36. *i* Ibid. ℣. 32.

1. *Est*] Gagnæus, Frobenius & Barrensis omittunt *est*.

2. *Deus est*] Argumentum auctoris addenda requirit hæc verba, *Deus est*; aliter deficit sensus: & propter sequens *Deus*, festinante tachygrapho videntur prætermissa. Sed ea uncis includenda putavi, ut nihil sine auctoritate exemplarium mutarem. JACKSON. —— Hunc ipsum locum eadem ratione haud multo post restituit pluribusque defendit contra personatum Artemonium, Wesselingius *Probabil.* cap. XXXVI. pag. 318. seqq. neque tamen V. C. editionem Jacksonianam inspexisse videtur.

3. *Per immortalitatem præstat divinitatem*] Hujus loci vim non assecutus Welchmanus, contra fidem omnium præcedentium editionum & absque ullius ms. codicis auctoritate, verba hæc & sequentia sic invertit: *per divinitatem præstat immortalitatem --- præstando autem immortalitatem per divinitatem — immortalitatem porrigendo* cet. Quis porro non videat, ut cetera omittamus, hac verborum transpositione συνωλογίαν in textum auctoris induci? Etenim, si hunc editorem Anglum audias, ita scripsisse Novatianus perhibetur: *Ergo verbum Christi præstat immortalitatem, & per divinitatem præstat immortalitatem*.

4. *Quisquam*] Ita cum Jacksono rescripsimus pro *quidquam* editt. propter *illum* quod sequitur. Mox R. L. de la Barre editionem expressimus, qui legit *ipse* pro *ipsam* Pamelii. Al. *ipsum*. Utramque sane restitutionem contextus ratio suadere videtur.

5. *Agnosco*] Ex ms. Wovveri reposui *agnosco* pro editt. *agnoscam*: quod nec Græco textui convenit, nec Vulgatæ ubi est *cognosco*. JACKSON.

6. *Dum*] *Et dum* scripsisse videtur auctor. ID.

7. *Christum*] Forte *Christus*. Nimirum, *se ostenderat --- Christus esse Deum*. ID.

8. *Dei v.*] Vocem *Dei* omittit Pamelius. Illam tamen tum textus tum sensus auctoris requirunt; adeoque Novatiano restituimus, utrumque Anglicanum editorem secuti.

9. *Dispositione*] Hanc vocem non intelligens Welchmanus, *depositione* rescripsit. At Novatianus respicit οἰκονομίαν; apud veteres notabilem; quam Tertullianus & interpres Irenæi passim, *dispositionem* verterunt. JACKSON.

10. *Vellet*] Welchm. conjicit legendum *se velis*. Jackson, vero *se vellet*.

11. *Spectet*] Ita editi. Forte legendum *spectat*: quod sine exemplarium testimonio ultro edidit Welchmanus. JACKSON.

CAPUT XVI. *al.* XXIV.

SI homo tantummodo Christus; quomodo ipse dicit: [a] *Et omnis qui* [1] *vivit & credit in me, non morietur in æternum?* Sed enim qui in hominem solitarium credit & nudum, [b] maledictus dicitur: heic autem, qui credit in Christum non maledictus, sed in æternum non moriturus refertur. Ex quo, si aut homo est tantum, ut hæretici volunt; quomodo quisquis in eum credit, non morietur in æternum, cum maledictus esse teneatur qui confidit in homine? Aut si non maledictus, sed potius ad æternæ vitæ consecutionem, ut legitur, destinatus; [2] non homo tantummodo Christus, sed B & Deus: in quem qui credit, & maledictionis periculum deponit, & ad fructum justitiæ accedit. Si homo tantummodo Christus; quomodo [c] Paracletum dicit *de suo esse sumturum quæ nuntiaturus sit?* neque enim Paracletus ab homine quidquam accipit, sed homini scientiam Paracletus porrigit; nec futura ab homine Paracletus discit, sed de futuris hominem Paracletus instruit. Ergo aut non accepit Paracletus a Christo homine quod nuntiet, quoniam Paracleto homo nihil poterit dare a quo ipse homo debet accipere; & fallit in præsenti loco Christus & decipit, cum Paracletum a se homine accepturum quæ nuntiet dicit; aut non nos fallit, sicut nec fallit, & accepit Paracletus a Chri- C sto quæ nuntiet. [3] Sed si a Christo accepit quæ nuntiet; major ergo jam Paracleto Christus est: quoniam nec Paracletus a Christo acciperet, nisi minor Christo esset. Minor autem Christo Paracletus Christum etiam Deum esse hoc ipso probat, a quo accepit quæ nuntiat; ut testimonium Christi divinitatis grande fit, dum minor Christo Paracletus repertus, ab illo sumit quæ ceteris tradit. Quandoquidem si homo tantummodo Christus, a Paracleto Christus acciperet quæ diceret, non a Christo Paracletus acciperet quæ nuntiaret. Si homo tantummodo Christus; quare credendi nobis talem regulam posuit quo diceret: [d] *Hæc est autem vita æterna ut sciant te unum & verum Deum, &* D *quem misisti Jesum Christum?* Si noluisset se etiam Deum intelligi, cur addidit, *& quem misisti Jesum Christum*, nisi quoniam & Deum accipi [4] voluit? Quoniam si se Deum nollet intelligi, addidisset, *& quem misisti hominem Jesum Christum*: nunc autem neque addidit, nec se hominem nobis

A tantummodo Christus tradidit, sed [5] Deo junxit, ut & Deum per hanc conjunctionem, sicut est, intelligi vellet. Est ergo credendum, secundum præscriptam regulam, in Dominum, unum verum Deum, & in eum quem misit Jesum Christum consequenter, qui se nequaquam Patri, ut diximus, junxisset, nisi Deum quoque intelligi [6] vellet; separasset enim [7] ab eo, si Deum intelligi se noluisset: inter homines enim tantummodo se collocasset, si hominem se esse tantummodo sciret; nec cum Deo junxisset, si se non & Deum nosset: nunc & de homine tacet, quoniam hominem [8] illum nemo dubitat; & Deo se jungit merito, ut credituris divinitatis suæ formulam poneret. Si ho- B mo tantummodo Christus; quomodo dicit: [e] *Et nunc honorifica me gloria quam habebam apud te priusquam mundus esset?* Si antequam mundus esset, gloriam habuit apud Deum, & claritatem tenuit apud Patrem; ante mundum fuit: nec enim habuisset gloriam, nisi ipse prius fuisset, qui gloriam posset tenere. Nemo enim habere aliquid poterit, nisi ante ipse fuerit, qui aliquid tenet. Sed enim Christus [9] habet gloriam ante mundi institutionem; ergo ante institutionem mundi fuit. Nisi enim ante institutionem mundi esset; ante mundi institutionem gloriam habere non posset, cum ipse non esset. Sed enim homo gloriam ante mundi institutionem habere non potuit, qui post mun- C dum fuit: Christus autem habuit: ante mundum igitur fuit: non igitur homo tantummodo fuit, qui ante mundum fuit: Deus est igitur, quoniam ante mundum fuit, & gloriam ante mundum tenuit. Nec prædestinatio ista dicatur, quoniam nec posita est; aut addant hoc qui hoc putant: sed [f] væ est adjicientibus, quomodo & detrahentibus, positum: non potest ergo dici quod non potest adjici. Sublata ergo prædestinatione quæ non est posita, in substantia fuit Christus ante mundi institutionem. *Verbum est* enim *per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil.* Quoniam & si in prædestinatione dicitur gloriosus, & ante mundi institutionem fuisse prædestinationem; D ordo servetur, & ante hunc erit multus numerus hominum in gloriam destinatus. Minor enim per istam destinationem Christus ceteris [10] intelligetur, quibus posterior denotatur. Nam si hæc gloria in prædestinatione fuit, prædestinationem istam in gloriam novissimus Christus accepit: ante enim prædestinatus Adam esse cernetur, & Abel, & Enoch,

a Joan. XI. 26. *b* Jer. XVII. 5. *c* Joan. XVI. 14. *d* Joan. XVII. 3. *e* Ibid. ℣. 5. *f* Apoc. XXII. 18. 19.

1. *Vivit*] Hanc vocem cum Latinio ad textum reduxi, pro editt. *videt*, quod nec Græcis nec Latinis congruit: sed est *Joan.* VI. 40. atque inde memoriæ lapsu potuit exscribere Novatianus. JACKSON.

2. *Non homo*] *Non est homo* edidit ex Gagnæo Welchmanus. ID.

3. *Sed si a Christo accepit* cet.] Reprehendit Pamelius, & caute legendum monet, quod heic habet Novatianus de Spiritu sancto. Verum ex Novatiani principiis, qui Filium, quatenus a Patre genitus est, Patri æqualem negat, aptum erat omnino & consequens, ut Spiritum sanctum qui ex Patre Filioque procedit, utroque minorem esse statueret. Nec magis de Spiritus sancti divinitate detrahit, quum eum hoc sensu æqualem Filio negat, quam de Filii, quum eum Patri subjicit, ut originis principio, a quo totam divinitatis auctoritatem accepit. Quin etiam divinitas Spiritus sancti non leviter commendatur hoc loco. Nam si Spiritus sanctus creatura esset; id non majus esset argumentum divinitatis Christi, quam quod ceteræ res creatæ ab eodem accipere dicuntur. Deinde vero quod addit Novatianus, Christum a Spiritu sancto accepturum fuisse, si homo tantum esset aut Angelus (Angelum enim esse fatebantur hæretici;) nonne argumento est, res omnes creatas, si modo ratione utantur, ex Spiritu sancto ut auctore sanctitatis pendere? MARAN. *Divin. D. N. J. C.* lib. IV. cap. XIX. §. III. pag. 520. seq.

4. *Voluit*] *Se voluit* edidit auctoritate sua Welchmanus; & forsan recte: sed nihil muto sine exemplarium suffragio. JACKSON.

E 5. *Deo junxit*] Uterque editor Anglicanus, forte *se Deo junxit*. Mox Velchmanus, *intelligi se vellet* arbitrio suo excusit.

6. *Vellet*] Heic iterum *se vellet* Welchmanus edidit: neque uspiam ejusmodi additionum lectorem suum admonuit.


7. *Ab eo*] *Se ab eo* existimat legendum Welchmanus: & paullo post *se junxisset*. Sed nihil mutandum cum Jacksono.

8. *Illum*] *Illum esse* mallet Jacksonus. At nihil opus.

9. *Habet*] Sic editi. Welchmanus restituit *habuit*, recte ut videtur: etsi *habet* stare potest. JACKSON.

10. *Intelligetur*] Sic Pamelius ex ms. Anglic. Al. *intelligitur*, quos secutus est Welchmanus. Male. Paullo ante legendum volo, *Minor etiam*. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



& Noe, & Abraham, & reliqui ceteri. Nam cum apud Deum & personarum & rerum omnium ordo digestus sit, ante hanc prædestinationem Christi [1] in gloriam multi prædestinati fuisse dicentur. Et hoc pacto minor ceteris hominibus Christus esse [2] deprehenditur, qui melior & major & antiquior ipsis quoque Angelis invenitur. Aut hæc igitur omnia tollantur, ut Christo divinitas [3] auferatur: aut [4] si hæc tolli non possunt, Christo ab hæreticis divinitas propria reddatur.

CAPUT XVII. *al.* XXV.

QUid si Moyses hanc eamdem regulam veritatis exsequitur, & hoc in principio suarum nobis tradidit litterarum, quo discamus omnia creata & condita esse per Dei Filium, hoc est per Dei Verbum? Id enim dicit quod Joannes, quod ceteri; immo & Joannes & ceteri ab hoc intelliguntur accepisse quod dicant. Si enim Joannes dicit, [a] *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*; prophetes autem refert; [b] *Dico ego opera mea Regi*; [c] Moyses autem introducit præcipientem Deum ut lux fiat in primis, cælum firmetur, aquæ congregentur, arida ostendatur, fructus secundum semina [5] provocetur, animalia producantur, luminaria in cælo atque astra ponantur: non alium ostendit tunc adfuisse Deo cui præciperentur hæc opera ut fierent, nisi eum *per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil.* Ac si hic Verbum Dei est, nam *eructavit cor meum verbum bonum*; ostendit in principio Verbum fuisse, & Verbum hoc apud Patrem fuisse, Deum præterea Verbum fuisse, [6] omnia per ipsum facta esse. Sed enim [d] hoc *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, Christus scilicet Filius Dei; quem, dum & postmodum secundum carnem hominem accipimus, & ante mundi institutionem Dei Verbum & Deum videmus; merito secundum institutionem veteris & novi Testamenti, & Deum & hominem Christum Jesum & credimus & tenemus. Quid si idem Moyses introducit dicentem Deum, [e] *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*: & infra, *& fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, masculum & feminam fecit eos?* Si, ut jam docuimus, Dei Filius est per quem facta sunt omnia; utique Dei Filius est per quem etiam homo institutus est, propter quem facta sunt omnia. Sed enim Deo præcipiente ut homo fiat, Deus refertur esse qui hominem facit: facit autem hominem Dei Filius, Verbum scilicet Dei, *per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil.* Hoc autem Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: ergo Christus est Deus. Per Christum igitur homo factus est, ut per Dei Filium. Sed Deus hominem ad imaginem Dei fecit; Deus est ergo qui fecit hominem ad imaginem Dei; Deus ergo Christus est: ut merito nec veteris Testamenti circa personam Christi vacillet auctoritas, dum novi Testamenti A manifestatione fulcitur: nec novi Testamenti intercepta sit potestas, dum radicibus veteris Testamenti ejusdem nititur veritas. Ex quo, qui Christum, Dei Filium & hominis, tantummodo præsumunt hominem, non & Deum; contra Testamentum & vetus & novum faciunt, dum & veteris & novi Testamenti auctoritatem veritatemque corrumpunt. Quid si idem Moyses ubique introducit Deum Patrem immensum atque sine fine, non qui loco cludatur, sed qui omnem locum cludat: nec eum qui in loco sit, sed potius in quo omnis locus sit: omnia continentem & cuncta complexum; ut merito nec descendat nec ascendat, quoniam ipse omnia & continet & implet: & tamen nihilominus introB ducit Deum descendentem ad turrem quam ædificabant filii hominum [7] considerare quærentem, & dicentem: [f] *Venite*; & mox: *descendamus, & confundamus illic ipsorum linguas, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui?* Quem volunt heic Deum descendisse ad turrem illam, & homines tunc illos visitare quærentem? Deum Patrem? Ergo jam loco clauditur: & quomodo ipse omnia complectitur? Aut numquid Angelum cum Angelis dicit descendentem, & dicentem: *Venite*; & mox: *descendamus & confundamus illic ipsorum linguas?* Sed enim in Deutoronomio animadvertimus retulisse Deum hæc, Deumque dixisse, ubi ponitur, [g] *cum disseminaret filios Adam, statuit fines gentium* C *juxta numerum angelorum Dei.* Neque ergo Pater descendit, ut res indicat; neque Angelus ista præcepit, ut res probat. Superest ergo, ut ille descenderit, de quo Apostolus Paullus: [h] *qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, ut impleret omnia*; hoc est Dei Filius, Dei Verbum. Verbum autem Dei caro factum est, & habitavit in nobis: hic [8] erit Christus: Deus ergo pronuntiabitur Christus.

CAPUT XVIII. *al.* XXVI.

ECce idem Moyses refert alio in loco, quod [i] *Abrahæ visus sit Deus.* Atquin idem Moy- D ses audit a Deo, quod [k] *nemo hominum Deum videat & vivat.* Si videri non potest Deus, quomodo visus est Deus? Aut si visus est, quomodo videri non potest? Nam & Joannes, [l] *Deum nemo* (inquit) *vidit umquam.* Et Apostolus Paullus: [m] *Quem vidit hominum nemo, nec videre potest.* Sed non utique Scriptura mentitur: ergo vere visus est Deus. Ex quo intelligi potest, quod non Pater visus sit, qui numquam visus est; sed Filius, qui & descendere solitus est, & videri quia descenderit. Imago est enim invisibilis Dei, ut mediocritas & fragilitas conditionis humanæ Deum Patrem videre aliquando jam tunc adsuesceret in imagine Dei, hoc est, in Filio Dei. Gradatim enim & per incrementa fragilitas humana nutriri debuit E per imaginem ad istam gloriam, ut Deum Patrem videre [9] possit aliquando. Periculosa sunt enim quæ

a Joan. I. 3. *b* Psal. XLIV. 2. *c* Gen. I. *d* Joan. I. 14. *e* Gen. I. 26. 27. *f* Gen. XI. 7. *g* Deut. XXXII. 8. *h* Ephes. IV. 10. *i* Gen. XII. 7. *k* Exod. XXXIII. 20. *l* I. Joan. IV. 12. *m* I. Tim. VI. 16.

1. *In gloriam*] Ita paullo superius Novatianus. Atque hanc lectionem secutus est Jacksonus, quæ & probatur Welchmano. Editi, *in gloria*.

2. *Deprehenditur*] Legerim cum Jacksono *deprehendetur*.

3. *Auferatur*] Editi *non auferatur*, sensu contrario argumento auctoris. JACKSON. & WELCHM.

4. *Si hæc tolli non possunt*] *Si hæc in prædestinatione tantum dici non possunt*, legit Gagnæus ut & Frobenius, quos secutus est Welchmanus. Sed edita Pamelii ut aptiora Novatiano retinui: altera enim lectio videtur intrudi ex interpretatione verborum *tolli non possunt*. JACKSON.

5. *Provocetur*] Forte *provocentur*. WELCHM.

6. *Omnia*] Conjunctio *&* videtur deesse ante *omnia*. JACKSON.

7. *Considerare*] Existimat Welchmanns legendum *considerate*: idque pro indubitato habet Jacksonus.

8. *Erit*] Forte *erat*, quod notavit Welchmanus: *erit* tamen congruet sequenti *pronuntiabitur*. JACKSON.

9. *Possit*] Ita cum Jacksono emendavimus editt. *posset*: Tempore namque præsenti semel iterumque in eamdem sententiam paullo post utitur auctor: *possit, ut est, videre — intercipi posit — videre non posit*.

A magna ſunt, ſi repentina ſunt. Nam etiam lux ſolis ſubita poſt tenebras, ſplendore nimio inſuetis oculis non oſtendet diem, ſed potius faciet cæcitatem. Quod ne in damnum humanorum contingat oculorum, paullatim diſruptis & diſſipatis tenebris, ortus luminaris iſtius mediocribus incrementis fallenter adſurgens oculos hominum ſenſim adſuefacit ad totum orbem ſuum ferendum per incrementa radiorum. Sic ergo & Chriſtus, id eſt, imago Dei & Filius Dei, ab hominibus inſpicitur, qua poterat videri. Et ideo fragilitas & mediocritas ſortis humanæ per ipſum alitur, producitur, educatur; ut aliquando Deum quoque ipſum Patrem, adſueta Filium conſpicere, poſſit, ut eſt, videre; ne majeſtatis ipſius repentino & intolerabili fulgore percuſſa B intercipi poſſit, ut Deum Patrem quem ſemper optavit, videre non poſſit. Ex quo Filius eſt hic qui videtur; Dei autem Filius, Dei Verbum eſt; Dei autem Verbum caro factum eſt & habitavit in nobis: hic autem Chriſtus eſt. Quæ, malum, ratio eſt ut dubitetur Deus dici, qui tot modis Deus intelligitur adprobari? Ac ſi & [a] Agar, ancillam Sarræ de domo ejectam pariter & fugatam Angelus convenit apud fontem aquæ in via Sur, fugæ cauſſas interrogat atque accipit; & poſt hæc humilitatis conſilia porrigit; ſpem præterea illi materni nominis facit, quodque ex utero ejus multum ſemen eſſet futurum ſpondet atque promittit, & quod Hiſmael ex illa naſci haberet, & cum ceteris C aperit locum habitationis ipſius, actumque deſcribit: hunc autem Angelum, & Dominum Scriptura proponit & Deum: (nam [1] nec benedictionem ſeminis promiſiſſet, niſi Angelus & Deus fuiſſet) quærant quid in præſenti loco hæretici tractent. Pater fuit iſte qui ab Agar viſus eſt, an non? quia Deus poſitus eſt. Sed abſit Deum Patrem Angelum dicere: ne alteri ſubditus ſit, cujus Angelus fuerit. Sed Angelum dicent fuiſſe: quomodo ergo Deus erit, ſi Angelus fuit? cum non ſit hoc nomen Angelis umquam conceſſum; niſi quoniam ex utroque latere nos veritas in iſtam concludit ſententiam; [2] quia intelligere debeamus Dei Filium fuiſſe: qui quoniam ex Deo eſt, merito Deus, D quia Dei Filius, dictus ſit: [3] quoniam Patri ſubditus & adnuntiator paternæ voluntatis eſt, magni conſilii Angelus pronuntiatus eſt. Ergo [4] ſi hic locus neque perſonæ Patris congruit, ne Angelus dictus ſit: neque perſonæ Angeli, ne Deus pronuntiatus ſit: perſonæ autem Chriſti convenit ut & Deus ſit, quia Dei Filius eſt; & Angelus ſit, quoniam paternæ diſpoſitionis adnuntiator eſt; intelligere debent contra Scripturas ſe agere hæretici; qui Chriſtum cum dicant ſe & Angelum credere, nolint illum etiam Deum pronuntiare, quem in veteri Teſtamento ad viſitationem generis humani legunt ſæpe veniſſe. Adhuc adjecit Moyſes, [b] Abrahæ viſum Deum apud quercum Mambre, ſedente ipſo ad oſtium tabernaculi ſui meridie: & nihilominus, cum tres conſpexiſſet viros, unum ex illis Dominum nuncupaſſe; quorum cum pedes laviſſet, cineritios panes cum butyro, & [5] ipſius copia lactis offert, & ut hoſpites retenti veſcerentur, hortatur. Poſt quæ & quod pater futurus eſſet, audit: & quod Sarra uxor ejus paritura ex ipſo filium eſſet, ediſcit: & de exitu Sodomitarum, quæ merebantur pati, recognoſcit: & quod propter clamorem Sodomorum Deus deſcendiſſet, addiſcit. Quo in loco ſi Patrem volunt videri tunc fuiſſe cum angelis duobus hoſpitio receptum, Patrem viſibilem hæretici crediderunt: ſi autem Angelum; cum ex Angelis tribus unus Dominus nuncupatur: cur, quod non ſolet, Angelus Deus dicitur? niſi quoniam, ut Deo Patri inviſibilitas propria reddatur, & Angelo propria mediocritas remittatur, non niſi Dei Filius, qui & Deus eſt, Abrahæ viſus, & hoſpitio receptus eſſe [6] credetur. Quod enim erat futurus, meditabatur in ſacramento, Abrahæ factus hoſpes apud Abrahæ filios futurus; [c] cujus filiorum pedes, ad probationem quod ipſe eſſet, abluit; reddens in filiis jus hoſpitalitatis, quod aliquando illi feneraverat pater. Unde & ne qua eſſet dubitatio quin iſte Abrahæ hoſpes fuiſſet, in Sodomitarum exitu ponitur: [d] *quoniam pluit Dominus ſuper Sodomam, & Gomorram ignem & ſulphur a Domino de cælo.* Sic enim & prophetes ex perſona Dei: [e] *Subverti vos*, inquit, *ſicut ſubvertit [7] Dominus Sodomam & Gomorram.* Dominus ergo Sodomam ſubvertit, id eſt, Deus Sodomam ſubvertit: ſed in ſubverſione Sodomorum Dominus pluit ignem a Domino. Hic autem Dominus viſus eſt Abrahæ Deus: Deus autem hic hoſpes eſt Abrahæ, viſus utique quia tactus: ſed cum Pater, [8] quia inviſibilis, nec tunc utique viſus ſit; viſus eſt & [9] hoſpitio receptus & acceptus eſt, [10] qui ſolitus eſt tangi, & videri: hic autem Filius Dei, *Dominus a Domino pluit ſuper Sodomam & Gomorram ſulphur atque ignem.* Hic autem Dei Verbum eſt: Verbum autem Dei caro factum eſt, & habitavit in nobis: hic autem Chriſtus eſt. Non Pater igitur apud Abraham hoſpes, ſed Chriſtus fuit; nec tunc Pater viſus eſt, ſed Filius; [11] viſus autem eſt Chriſtus. Merito igitur Chriſtus, & Dominus & Deus eſt, qui non aliter Abrahæ viſus eſt, niſi quia ante ipſum Abraham, ex Patre Deo [12] Deus Sermo generatus eſt. Adhuc, inquit, idem Angelus & Deus eamdem Agar fugatam de domo Abrahæ cum puero, conſolatur & viſitat. Nam cum illa in ſolitudine expoſuiſſet infantem, quia aqua defe-

a Gen. XVI. 7. *b* Gen. XVIII. 1. *c* Joan. XIII. 5. *d* Gen. XIX. 24. *e* Amos IV. 11.

1. *Nam, nec cet.*] Hæc verba parentheſis forma poſui cum Franc. Junio, & periodum deſivi verbo *tractent*, aliter ac editi, ſenſu tamen ſuffragante, ut integram perpendenti periodum quæ incipit a verbis *Ac ſi & Agar*, patebit. JACKSON.

2. *Quia*] Suſpicatur Welchmanus legendum *qua*: & hoc videtur aptius. ID.

3. *Quoniam Patri ſubditus &*] Senſus requirit legi vel *& quoniam*, vel *quoniam autem*, aut quid ſimile. Tres vero voces ſequentes, *Patri ſubditus &*, exhibet editio Pamelii, argumento auctoris in id conſentiente. Quod autem aliis abſunt eædem voces, omittendi anſam arripuit Welchmanus. ID.

4. *Si hic locus*] Ita Pamelius. In aliis codd. *ſi locus*, omiſſo *hic*, quos ſecutus eſt Welchmanus. Sed male: nam vocula illa demonſtrativa apte indicat prædictum Scripturæ locum, quem auctor ediſſerit. ID.

5. *Ipſius*] Conjicit Jackſonus legendum *ipſis*. Sed obſta- E re videtur conjunctio præcedens.

6. *Credetur*] Ita editi ad unum omnes, excepto Welchmaniano, ubi excuſum ſtudioſe *credatur*.

7. *Dominus*] Sic Pamelius, eamque lectionem ad mentem Novatiani qui eamdem paullo poſt repetit, tuetur Jackſonus. Al. *Deus*.

8. *Quia*] Ita recte emendavit Welchmanus, pro editt. *qua*. JACKSON.


9. *Hoſpitio*] Hanc etiam vocem recte reſtituit idem Welchmanus, pro impreſſ. *hoſpitibus*. Sed male omiſit verba *& acceptus*, quæ retinent omnes editi. ID.

10. *Qui ſolitus eſt*] Ante hæc verba videtur deeſſe *Filius*, vel *Dei Filius*. ID.

11. *Viſus*] Aptior erit ſenſus ſi legerimus *Filius* pro *viſus*: quam germanam eſſe lectionem vix dubito. ID.

12. *Deus Sermo*] Ita editores Anglicani. Vox *Deus* deeſt apud Pamelium.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



cisset ex utre, cumque puer ille clamasset, fletum & planctum levasset, [a] [1] *& audivit*, inquit Scriptura, *Deus vocem pueri de loco ubi erat*. Cum Deum esse qui vocem infantis audivit, retulisset; adjecit: *& vocavit Angelus Domini ipsam Agar de cælo*; Angelum referens esse quem Deum dixerat, & Dominum pronuntians esse quem Angelum collocarat: quique Angelus & Deus adhuc ipsi Agar promittit majora solatia, dicendo: *Ne timueris; exaudivi enim vocem pueri de loco ubi erat. Surge, sume puerum, & tene: in gentem enim magnam faciam eum*. Hic Angelus, si Angelus tantum est, cur hoc sibi vindicat ut dicat: *In gentem enim magnam faciam eum*, cum hoc utique genus potentiæ Dei sit, Angeli esse non possit? Ex quo etiam [2] Deus confirmatur esse qui hoc potest facere: quoniam ut hoc ipsum comprobetur, adjicitur per Scripturam statim: *& aperuit Deus oculos ejus, & vidit puteum aquæ vivæ, & abiit, & implevit utrem de puteo, & dedit puero, & erat Deus cum puero*. Si ergo hic Deus erat cum puero qui aperuit oculos Agar, ut videret puteum aquæ vivæ, & hauriret aquam propter urgentem sitis necessitatem; hic autem [3] Deus e cælo illam vocat Angelus dictus, cum superius vocem audiens clamantis pueri [4] Deus esset potius, non alius intelligitur quam Angelus esse pariter & Deus. Quod cum Patri competens & conveniens esse non possit, qui tantummodo Deus est: competens autem esse possit Christo, qui non tantummodo Deus, sed & Angelus pronuntiatus est; manifeste apparet, non Patrem ibi tunc locutum fuisse ad Agar, sed Christum potius, cum Deus sit, cui etiam Angeli competit nomen; quippe cum [b] *magni consilii Angelus* factus sit: Angelus autem sit, dum exponit sinum Patris, sicut Joannes edicit [c]. [5] Si enim ipse Joannes hunc eumdem qui sinum exponit Patris, Verbum dicit carnem factum esse, ut sinum Patris posset exponere: merito Christus non solum homo est, [6] sed & Angelus; nec Angelus tantum, sed & Deus per Scripturas ostenditur, & a nobis hoc esse creditur: ne, si non Christum tunc locutum ad Agar voluerimus accipere; aut Angelum Deum faciamus, aut Deum Patrem omnipotentem inter Angelos computemus.

CAPUT XIX. *al.* XXVII.

QUid si & alio in loco similiter legimus Deum Angelum positum? Nam cum apud uxores suas Liam atque Rachel Jacob de patris illarum iniquitate quereretur, & cum referret quod jam in terram propriam remeare & reverti cuperet, somnii quoque sui interponebat auctoritatem, quo tempore refert sibi Angelum Dei per somnium dixisse, [d] *Jacob, Jacob. Et ego*, inquit, *dixi: Quid est? Aspice*, inquit, *oculis tuis, & vide hircos & arietes ascendentes super oves & capras variatos albos, & varios & cineritios & aspersos. Vidi enim quæcumque tibi Laban fecit. Ego sum Deus qui visus sum tibi in Loco Dei, ubi* [7] *unxisti mihi illic stantem lapidem, & vovisti mihi illic votum. Nunc ergo surge, & proficiscere de terra hac, & vade in terram nativitatis tuæ, & ero tecum*. Si Angelus Dei loquitur hæc ad Jacob, atque ipse Angelus infert, dicens: *Ego sum Deus qui visus sum tibi in Loco Dei*: non tantummodo hunc Angelum, sed & Deum positum sine ulla hæsitatione conspicimus, quique sibi votum refert ab Jacob destinatum esse in *Loco Dei*, & non dicit in *Loco meo*. Est ergo Locus Dei, est & hic Deus. Sed enim ibi simpliciter est in *Loco Dei* positum; neque enim dictum est in Loco Angeli & Dei, sed tantummodo Dei: hic autem qui ista promittit, Deus atque Angelus esse perhibetur; ut merito distinctio sit inter eum qui tantummodo Deus dicitur, & inter eum qui non Deus simpliciter, sed & Angelus pronuntiatur. Ex quo si nullius alterius Angeli potest heic accipi tanta auctoritas, ut Deum quoque se esse fateatur, & votum sibi factum esse testetur, nisi tantummodo Christi; cui, non quia Angelo tantum, sed quia Deo, votum voveri potest: manifestum est non Patrem accipi posse, sed Filium, Deum & Angelum. Hic autem si Christus est, sicuti est; vehementer periclitatur, qui aut hominem Christum, aut Angelum tantummodo dicit, subtracta illi divini nominis potestate; quam ex Scripturarum cælestium fide frequenter accepit, quæ illum & Angelum frequenter & Deum dicunt. His omnibus etiam illud accedit, ut quomodo illum & Angelum frequenter & Deum posuit Scriptura divina, sic illum & hominem ponat & Deum, exprimens eadem Scriptura divina quod erat futurus, & depingens jam tum in imagine quod habebat esse in substantiæ veritate. [e] *Remansit enim*, inquit, *Jacob solus, & luctabatur homo cum eo usque in mane: & vidit quoniam non potest adversus eum, & tetigit latitudinem femoris Jacob, cum in eum luctaretur & ipse cum eo, & dixit ei: dimitte me, ascendit enim lucifer. Et ille dixit. Non te dimittam, nisi me benedixeris. Et dixit: Quod est nomen tuum? Et ille dixit, Jacob. Dixitque ei: non vocabitur* [8] *jam nunc nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum: quia invaluisti cum Deo, &*

a Gen. xxi. 17. 18. 19. b Esa. ix. 6. c Joan. I. 18. d Gen. xxxi. 11-13. e Gen. xxxii. 24-27.

1. *Et audivit*] Forte *exaudivit*: quam quidem vocem paucis interjectis repetit Novatianus. Mox ms. Wovveri apud Jacksonum, *vocem audisset infantis*.

2. *Deus confirmatur esse*] Ita Welchm. & Jackson. Al. *Deus confirmatur Deus esse*: minus recte, ut videtur.

3. *Deus e cælo -- vocat*] Autumat Welchmanus legendum, *Deus qui e cælo vocat*. Mallet Jacksonus, *Deus e cælo illam vocans Angelus est dictus*. Sed lectio vulgata his emendationibus opus non habet.

4. *Deus esset potius*] Sic editi ad unum omnes. Jacksonus tamen textum emendandum putavit, ediditque, *Deus esset positus*; propterea scilicet, inquit, quod *potius* nullam habeat sensum in loco. Hanc vero emendationem vix admittendam censeo: vulgata enim lectio legitimum fundere sensum comperitur. Nimirum, auctor locum Geneseos xxi. 17. edisserens, ubi legitur: *Exaudivit autem* DEUS *vocem pueri, vocavitque* ANGELUS *Dei Agar de cælo*, hæc habet: *Hic Deus* ---- ANGELUS *dictus, quum superius* ---- DEUS *esset potius, non alius intelligitur* cet. Perinde ac si dixisset: Qui dicitur Angelus Dei vocasse Agar de cælo, hic antea Deus esse perhibetur qui exaudierit vocem pueri. Illud quoque accedit, emendatione Jacksoni admissa, vim orationis in Novatiani textu retundi; quum illud *Deus esset potius* plurimum valeat, contra vero frigore frigescat Jacksoniana restitutio *Deus esset positus*.

5. *Si enim*] Vet. editt. *Sed enim*: quod castigavit recte Pamelius. JACKSON.

6. *Sed & Angelus*] Vocem & ante *Angelus* reposuit Pamelius ex ms. Anglic. & geminam lectionem probat statim quod sequitur, *sed & Deus*. Omisit & cum vet. editt. Welchmanus male. ID.

7. *Unxisti*] Sic editt. Pamelii ex ms. Anglic. recte habent: quibus congruunt tum Græca tum Latina. Welchmanus edidit *erexisti*, corrupta exemplaria Gagnæi & Frobenii secutus, in quibus ita ponitur ex alieno loco, nimirum ex ℣. 45. ID.

8. *Jam nunc*] Ita Pamelius aliique LXX. οὐ κληθήσεται ἔτι. At editores Anglicani, *etiam nunc*: quam quidem lectionem exhibet paullo post idem Pamelius.

cum hominibus potens es. Et adhuc adjicit: [a] *Et vocavit Jacob nomen loci illius, Visio Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea. Ortusque est ei sol: mox* [1] *transivit Visionem Dei; ipse vero claudicabat femore suo.* Homo, inquit, luctabatur cum Jacob. Si homo solitarius; quis est iste? unde est? quare cum Jacob contendit atque luctatur? quid intercesserat? quid factum fuerat? quæ ratio contentionis istius tantæ, tantique certaminis? quare præterea Jacob, qui ad tenendum hominem cum quo luctabatur fortior invenitur, & benedictionem ab eo quem detinebat postulat [2] quia jam lucifer oritur, ideo postulasse reperitur; nisi quoniam præfigurabatur contentio hæc inter Christum & filios Jacob futura, quæ in Evangelio dicitur perfecta? Contra hunc enim hominem colluctatus est populus Jacob, in qua colluctatione potentior populus est Jacob repertus; quippe cum adversus Christum iniquitatis suæ victoriam sit consecutus, quo in tempore, propter facinus quod admisit, incessu fidei propriæ & salutis claudicare gravissime incertus & lubricus cœpit: qui, quamvis superior damnando Christum repertus, eget tamen ipsius misericordia, eget tamen ipsius benedictione. Sed enim hic homo qui cum Jacob luctatus est, *non*, inquit, *vocabitur etiam nunc nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum*. Ac si Israel est homo videns Deum; eleganter ostendebat Dominus quod non tantum homo esset qui colluctabatur tunc cum Jacob, sed & Deus. Videbat utique Deum Jacob cum quo colluctabatur, quamvis hominem ipsius in colluctatione retineret. Et ut nulla adhuc posset esse dubitatio, interpretationem ipse posuit dicendo: *Quia invaluisti cum Deo, & cum hominibus potens es*. Ob quam caussam hic idem Jacob intelligens jam vim sacramenti, & pervidens auctoritatem ejus cum quo luctatus fuisset, nomen loci illius in quo colluctatus est, vocavit *Visionem Dei*. Superstruxit præterea caussas ad interpretationem [3] *Visionis Dei* porrigendam. *Vidi enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea*. Vidit autem Deum cum quo colluctatus est quasi cum homine: sed & hominem quidem quasi victor tenuit; benedictionem autem quasi a Deo ut inferior, postulavit. Ita cum Deo & cum homine colluctatus fuit: ac sic colluctatio hæc ibi quidem præfigurata est; in Evangelio autem inter Christum & populum Jacob perfecta est: in qua quamvis populus superior inventus sit, minor repertus est dum nocens comprobatus est. Quis dubitabit Christum in quo hæc colluctationis figura completa est, non hominem tantum, sed & Deum agnoscere; quandoquidem hominem illum & Deum etiam figura ipsa colluctationis videatur comprobasse? Et tamen etiam post hæc æque non cessat eadem Scriptura divina Angelum Deum dicere, & [4] Deum Angelum pronuntiare. Nam [b] cum Manassen atque Ephrem filios Joseph benedicturus esset hic ipse Jacob; transversis super capita puerorum manibus collocatis, *Deus*, inquit, *qui pascit me a juventute mea usque in hunc diem, Angelus qui liberavit me ex omnibus malis, benedicat pueros hos*. Usque adeo autem eumdem Angelum ponit quem Deum dixerat, ut singulariter in exitu sermonis sui posuerit personam de qua loquebatur, dicendo *benedicat pueros hos*. Si enim [5] alterum Deum, alterum Angelum voluisset intelligi, plurali numero duas personas complexus fuisset: nunc unius personæ singularem numerum in benedictione deposuit, ex quo eumdem Deum atque Angelum intelligi voluit. Sed enim Deus Pater accipi non potest: Deus autem & Angelus, Christus accipi potest. Quem ut hujus benedictionis auctorem etiam transversas super pueros manus Jacob ponendo significavit, quasi pater illorum esset Christus, [6] ex quo manus ponere figuram & formam [7] futuram passionis ostendens. Nemo igitur Christum, sicut Angelum non dubitat dicere, ita etiam Deum hæsitet pronuntiare, cum hunc eumdem, [8] & puerorum horum benedictionem, per Sacramentum passionis digestum in figura manuum, & Deum & Angelum intelligat invocatum fuisse.

CAPUT XX. *al.* XV.

[9] AT si aliquis hæreticus, pertinaciter obluctans adversus veritatem, voluerit in his omnibus exemplis proprie Angelum aut intelligere, aut intelligendum esse contenderit; in hoc quoque viribus veritatis frangatur necesse est. [10] Nam si omnibus cælestibus terrenis & infernis Christo subditis, etiam ipsi Angeli cum omnibus ceteris quæcumque subjecta sunt Christo dicuntur dii, jure & Deus Christus. Et si quivis Angelus subditus Christo deus potest dici; & hoc si dicitur & sine blasphemia [11] profertur: multo magis utique & hoc ipsi Dei Filio Christo competere potest, ut Deus pronuntietur.

a Gen. XXXII. 30. 31. *b* Gen. XLVIII. 14. 15.

1. *Mox transivit*] Forte legendum *mox ut trans.* quod etiam suspicatur Welchmanus: & emendationi congruere videtur Vulgata, ubi legitur: *Ortusque est statim sol, postquam transgressus est Phanuel*. JACKSON.

2. *Quia jam lucifer oritur* cet.] Welchmanus ex prava interpunctione locum luxatum ducit: ejusque conjectura probatur Jacksono. Hinc uterque alia demit, alia transponit. Immerito sane. Nos interim editionem Pamelianam expressimus, quæ utique lectori studioso integra & plana patebit.

3. *Visionis*] Deest in editis hæc vox; & recte restituitur a Welchmano. JACKSON.

4. *Et Deum*] Sic uterque Anglicanus editor. Al. omittunt copulam *&*.

5. *Alterum Deum*] Has voces a librariis propter consuetam in ὁμοιοτελεύτοις negligentiam omissas, recte restituisse videntur Welchmanus & Jacksonus.

6. *Ex quo manus ponere*] *Poneret* rescribit Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. III. pag. 634. cui adhærent editores Anglicani. Cæcus porro est, inquit Welchmanus, qui non videat, hæc ad proxime antecedentia pertinere, & proinde in suo loco jam reponi: quum tamen in ceteris omnibus editis longe a se invicem separentur, his in initio cap. XV. positis, istis in fine cap. XXVII. Vide superius adnotata ad cap. XV.

7. *Futuram*] Mallet *futuræ* Welchmanus: sed nihil mutandum censet Jacksonus.


8. *Et — benedictionem*] Editionem Pamelianam sequimur, quam emendandam existimavit Jacksonus, rescribens *ex — benedictione*. Welchmanus autem pro *&*, legendum *in* conjiciebat.

9. *At si*] Ita veteres editi. Neque aliter Welchmanus & Jacksonus. Pamelius vero ex ms. Anglic. *At si*. Mox Jacksono Vovveri ms. secuto, *contendere* pro *contenderit* reponere placuit.

10. *Nam si omnibus — Et si quivis Angelus*] Sic prorsus legit & supplet Pamelius, partim ex editione Gagnæi priore. Locus tamen adhuc implexus videtur. — Monuit vir doctus, voces *dii*, *jure & Deus Christus* visas esse Gagnæi additionem, & omissas a Gelenio, vindice ms. Britannico; cujus lectio, uno vocabulo *subjecti* vel *subditi* addito post verbum *dicuntur*, hunc sanum edit sensum: *Nam si omnibus cælestibus terrenis & infernis Christo subditis, etiam ipsi Angeli cum omnibus ceteris quæcumque subjecta sunt, Christo dicuntur* (subjecti *vel* subditi;) *& tamen quivis Angelus* cet. Hæc, ut equidem puto, est germana lectio. JACKSON.

11. *Profertur*] Omnes editt. Pamel. *proferetur*. Sed veteres editt. *profertur*. Recte. JACKSON, & WELCHM.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



Si enim qui [1] ſubjectus Chriſto Angelus, Deus promitur; multo magis & conſtantius Chriſtus, cui ſunt omnes Angeli ſubjecti, Deus eſſe dicetur. Nec enim naturæ congruit, ut quæ minoribus conceſſa ſunt, majoribus denegentur. Ita ſi Angelus Chriſto minor eſt, Angelus autem deus dicitur, magis conſequenter Chriſtus Deus eſſe [2] dicitur, qui non uno, ſed omnibus Angelis & major & melior invenitur. Ac ſi [a] *ſtetit Deus in ſynagoga deorum, in medio autem* [3] *Deus deos diſcernit*; in ſynagoga autem aliquotiens Chriſtus ſtetit; Chriſtus ergo in ſynagoga Deus ſtetit, dijudicans ſcilicet deos quibus dicit: *Uſquequo perſonas hominum accipitis?* accuſans ſcilicet conſequenter homines ſynagogæ non exercentes juſta judicia. Porro ſi illi qui reprehenduntur atque culpantur, propter aliquam tamen cauſſam hoc nomen adipiſci ſine blaſphemia videntur, ut dii nuncupentur: multo magis utique hic Deus habebitur qui non tantum Deus [4] in ſynagoga deorum ſtetiſſe dicitur, ſed etiam deos diſcernens & dijudicans, ex eadem lectionis auctoritate aperitur. At ſi illi, qui [b] *tamquam unus de principibus* cadunt, dii tamen nuncupantur; multo magis Deus eſſe dicetur, qui non tantum tamquam unus ex principibus non cadit; ſed ipſum quoque malitiæ & auctorem & principem vincit. Quæ autem, malum, ratio eſt, ut cum legant hoc etiam Moyſi nomen datum, dum dicitur, [c] *Deum te poſui Pharaoni;* Chriſto negetur, qui non Pharaoni Deus, ſed univerſæ creaturæ & Dominus & Deus conſtitutus eſſe reperitur? Et in illo quidem hoc nomen temperate datum, in hoc profuſe: in illo ad menſuram, in hoc ſupra omnem omnino menſuram. [d] *Non enim ad menſuram*, inquit, *dat Filio Pater: Pater enim*, inquit, *diligit Filium*. In illo ad tempus, in hoc ſine tempore; divini enim nominis poteſtatem & ſuper omnia & in omne tempus accepit. Quod ſi qui unius hominis accepit poteſtatem, in hac exiguitate hujus datæ poteſtatis nomen tamen iſtud Dei incunctanter conſequitur; quanto magis qui in ipſum quoque Moyſen habet poteſtatem, nominis iſtius auctoritatem conſecutus eſſe credetur?

CAPUT XXI. *al.* XVI.

Et poteram quidem omnium Scripturarum cæleſtium eventilare tractatus, & ingentem circa iſtam ſpeciem Chriſti divinitatis, ut ita dixerim, ſilvam commovere: niſi quoniam non tam mihi contra hanc hæreſim propoſitum eſt dicere, quam breviter, circa perſonam Chriſti Regulam veritatis aperire. Quamvis tamen ad alia feſtinem, illud non arbitror prætermittendum, quod in Evangelio Dominus ad ſignificantiam ſuæ majeſtatis expreſſit dicendo: [e] *Solvite templum hoc, & ego in triduo ſuſcitabo illud*. Aut quando in alio loco, & alia parte pronuntiat: [f] *Poteſtatem habeo animam meam*

A *ponendi & rurſus* [5] *recipere eam: hoc enim mandatum accepi a Patre*. Quis eſt enim qui dicit animam ſuam ſe poſſe ponere, aut animam ſuam poſſe ſe rurſum recuperare, quia hoc mandatum acceperit a Patre? Aut quis dicit, deſtructum corporis ſui templum reſuſcitare rurſum & reædificare ſe poſſe: niſi quoniam Sermo ille, qui *ex Patre*, qui *apud Patrem*, [g] *per quem facta ſunt omnia*, *& ſine quo factum eſt nihil*, imitator paternorum operum atque virtutum, [h] *imago inviſibilis Dei*, [i] qui *deſcendit de cælo*, qui *quæ vidit & audivit teſtificatus eſt*, [k] qui *non venit ut faceret ſuam voluntatem*, *ſed* potius *ut faciat Patris voluntatem*, a quo miſſus ad hoc ipſum fuerat, ut [l] *magni conſilii Angelus* factus arcanorum cæleſtium nobis

B jura reſeraret, quique [m] *Verbum caro factus habitavit in nobis*, ex nobis hic Chriſtus non homo tantum, quia hominis Filius; ſed etiam Deus, quia Dei Filius, comprobatur? Quod ſi & [n] *primogenitus omnis creaturæ* ab Apoſtolo dictus ſit Chriſtus; quomodo omnis creaturæ primogenitus eſſe potuit, niſi quoniam ſecundum divinitatem ante omnem creaturam ex Patre Deo Sermo proceſſit? Quod niſi ita hæretici acceperint, Chriſtum hominem primogenitum omnis creaturæ monſtrare cogentur; quod facere non poterunt. Aut igitur ante omnem eſt creaturam ut primogenitus ſit omnis creaturæ, & non homo eſt tantum, quia homo poſt omnem creaturam eſt; aut homo tantum eſt, & eſt poſt omnem

C creaturam. Et quomodo primogenitus eſt omnis creaturæ, niſi quoniam dum Verbum illud quod eſt ante omnem creaturam, & ideo primogenitus omnis creaturæ, caro fit & habitat in nobis, hoc eſt, adſumit hunc hominem qui eſt poſt omnem creaturam, & ſic cum illo & in illo habitat in nobis, ut neque homo Chriſto ſubtrahatur, neque divinitas negetur? Nam ſi [6] tantummodo ante omnem creaturam eſt; homo in illo ſubtractus eſt: ſi autem tantummodo homo eſt, divinitas quæ ante omnem creaturam eſt, intercepta eſt. Utrumque ergo in Chriſto confœderatum eſt, & utrumque conjunctum eſt, & utrumque connexum eſt. Et merito dum eſt in illo aliquid quod ſuperat creaturam, pignerata in illo divinitatis & [7] humanitatis

D videtur eſſe concordia. Propter quam cauſſam, qui [o] *mediator Dei & hominum* effectus exprimitur, in ſe Deum & hominem ſociaſſe reperitur. Ac ſi idem Apoſtolus de Chriſto refert, ut [p] *exutus carnem poteſtates dehoneſtavit, palam triumphatis illis in ſemet ipſo*: non utique otioſe exutum carne propoſuit, niſi quoniam [8] & in reſurrectione rurſum indutum voluit intelligi. Quis eſt ergo iſte exutus & rurſus indutus, requirant hæretici. Nos enim Sermonem Dei ſcimus indutum carnis ſubſtantiam, eumdemque rurſum exutum eadem corporis materia, quam rurſus in reſurrectione ſuſcepit, & quaſi indumentum reſumſit. Sed enim neque exu-

E tus neque indutus hominem Chriſtus fuiſſet, ſi ho-

a Pſal. LXXXI. 1. 2. *b* Ibid. ℣. 7. *c* Exod. VII. 1. *d* Joan. III. 34. 35. *e* Joan. II. 19. *f* Joan. X. 18. *g* Joan. I. 3. *h* Coloſſ. I. 15. *i* Joan. III. 31. 32. *k* Joan. VI. 38. *l* Iſa. IX. 6. *m* Joan. I. 14. *n* Coloſſ. I. 15. *o* I. Tim. II. 5. *p* Coloſſ. II. 15.

1. *Qui ſubjectus*] Vel legendum *quivis ſubjectus*, ut paullo ante; vel *qui ſubjectus eſt*. Ita Jackſonus. Poſtremum conjecit quoque Welchmanus.

2. *Dicitur*] Forte *dicetur*, ut paullo ante. JACKSON.

3. *Deus deos*] Vocem *Deus* expunxit Jackſonus inhærens Heb. LXX. & Vulg. quam tamen exhibent omnes editi.

4. *In ſynagoga*] Hæc verba recte reſtituit Welchmanus, ſenſu auctoris vindice; qui & paullo poſt pro *aperitur*, legendum eſſe *reperitur* exiſtimat, ut mox quidem habet ipſemet auctor. JACKSON.

5. *Recipere*] Editores Anglicani legendum conjiciunt *recipiendi*. Vulg. ſane *ſumendi*. Sed Græcum λαβεῖν expreſſit auctor.

6. *Tantummodo ante* cet.] Legendum putat Jackſonus *tantummodo Deus ante* cet. ut reſpondeat ſequenti *tantummodo homo*. Verum, quamvis non legatur *Deus*, ſenſus integer manet.

7. *Humanitatis*] Editi *humilitatis*, corrupte. Lego *humanitatis* cum Fr. Junio; quam vocem edidit etiam Welchmanus. JACKSON.

8. *Et in reſurrectione*] Editi *& reſurrectionem*, nullo ſenſu. Reſcripſi *& in reſurrectione* cum ipſo Novatiano ſtatim in ſequentibus non ſemel: quod & conjectavit Latinius. ID.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 250.

mo tantum fuisset. Nemo enim umquam se ipso aut spoliatur aut induitur. Sit enim necesse est aliud, quidquid aliunde aut spoliatur aut induitur. Ex quo merito Sermo Dei fuit, qui exutus est carnem & in resurrectione rursus indutus. Exutus autem, quoniam & in nativitate fuerat indutus. Itaque in Christo Deus est qui induitur, atque etiam exutus sit oportet: propterea is qui induitur, pariter & exuatur necesse est. Induitur autem & exuitur homo, quasi quadam contexti corporis tunica. Ac propterea consequenter Sermo fuit, ut diximus, Dei; qui modo indutus, modo exutus esse reperitur. Hoc enim etiam in benedictionibus ante prædixit: [a] *Lavabit stolam suam in vino, & in sanguine uvæ amictum suum*. Si stola in Christo caro est, & [1] amictum ipsum corpus est, requiratur [2] quisquis est ille cujus corpus amictum est, & stola caro. Nobis enim manifestum est carnem stolam & corpus amictum Verbi fuisse, [3] quique sanguine, id est vino, lavit substantiam corporis, & materiam carnis abluens, ex parte suscepti hominis passione. Ex quo siquidem lavatur, homo est; quia amictum quod lavatur, caro est: qui autem lavat, Verbum Dei est; qui ut lavaret amictum, amicti susceptor effectus est. Merito ex ea substantia, quæ recepta est ut lavaretur, homo exprimitur; [4] sicut ex Verbi auctoritate qui lavit, Deus esse monstratur.

CAPUT XXII. *al.* XVII.

CUR autem, licet ad aliam partem disputandi festinare videamur, illum prætereamus apud Apostolum locum? [b] *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est æqualem se Deo esse; sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens, [5] in similitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo: humiliavit se obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis: propterea & Deus illum superexaltavit, & dedit illi nomen quod est super omne nomen; ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jesus in gloria est Dei Patris. Qui cum in forma Dei esset*, inquit. Si homo tantummodo Christus, in *imagine* Dei, non in *forma Dei* relatus fuisset. Hominem enim scimus [c] *ad imaginem*, non *ad formam* Dei factum. Quis ergo est iste, qui in *forma Dei*, ut diximus factus est Angelus? Sed nec in Angelis formam Dei legimus,

A nisi quoniam hic præcipuus atque generosus præ omnibus, Dei Filius, Verbum Dei, imitator omnium paternorum operum, dum [d] & ipse operatur sicut & Pater ejus, [6] in *forma* (ut expressimus) est Dei Patris. Et merito in *forma* pronuntiatus est Dei, dum & ipse super omnia, & omnis creaturæ divinam obtinens potestatem, & Deus est exemplo Patris: hoc ipsum tamen a Patre proprio consecutus, ut omnium & Deus esset, & Dominus esset, & Deus ad *formam* Dei Patris ex ipso genitus atque prolatus. Hic ergo quamvis esset in *forma Dei, non est rapinam arbitratus æqualem se Deo esse*. Quamvis enim se ex Deo Patre Deum esse meminisset; numquam se Deo Patri aut comB paravit aut contulit, memor se esse ex suo Patre, & hoc ipsum quod est habere se, quia Pater dedisset. Inde denique & ante carnis assumtionem, sed & post assumtionem corporis, post ipsam præterea resurrectionem, omnem Patri in omnibus rebus obedientiam præstitit, pariter ac præstat. Ex quo probatur numquam arbitratum illum esse rapinam quamdam divinitatem, ut æquaret se Patri Deo: quin immo contra, omni ipsius imperio & voluntati obediens atque subjectus, [7] etiam ut formam servi susciperet contentus fuit (hoc est, hominem illum fieri) & substantiam carnis & corporis, quam ex paternorum [8] & secundum hominem delictorum servitute venientem nascendo suC scepit: quo tempore se etiam exinanivit, dum [9] humanam conditionis fragilitatem suscipere non recusavit. Quoniam si homo tantummodo natus fuisset, per hoc exinanitus non esset: homo enim nascens augetur, non exinanitur: nam dum incipit esse quod cum non esset habere non potuit, ut diximus, non exinanitur, sed potius augetur atque ditatur. [10] At si Christus exinanitur in eo quod nascitur, formam servi accipiendo, quomodo homo tantummodo est? de quo verius dictum fuisset, locupletatum illum esse tunc cum nasceretur, non exinanitum; nisi quoniam auctoritas divini Verbi, ad suscipiendum hominem interim conquiescens, nec se suis viribus [11] exercens, dejicit se ad tempus atque deponit, D dum hominem fert quem suscepit. [12] Exinanit se, dum ad injurias contumeliasque descendit, dum audit infanda, experitur indigna: cujus tamen humilitatis adest statim egregius fructus. Accepit enim *nomen, quod est super omne nomen*, quod utique non aliud intelligimus esse quam nomen Dei. Nam cum Dei sit solius esse super omnia, consequens est, ut nomen illud sit [13] super omne, quod est

[a] Gen. XLIX. 11. [b] Philip. II. 6-11. [c] Gen. I. 27. [d] Joan. V. 19.

1. *Amictum ipsum*] *Amictus ipse*, Frobenius cum Gagnæo: & sic edidit Welchmanus. Sed quum alia inusitata verba usurpaverit Novatianus, insolens verbum *amictum* neutrius generis in illius contextu reliqui. Habet etiam auctor paullo post *amictum* & *amicti*. JACKSON.

2. *Quisquis*] Welchmanus mallet *quis*; atque hanc esse veram lectionem vix dubitat Jacksonus.

3. *Quique sanguine* cet.] Locus hic obscurus, sive etiam mutilus & corruptus videtur Pamelio. Medelam exhibet Welchmanus ita legens: *Qui* [illegible] *substantiam corporis, materiam carnis* [illegible] *materiam* [illegible]. Paullo aliter legit distinguitque cum [illegible] nus: *Qui in sanguine, id est* [illegible], *lavit* [illegible] *& materiam carnis, abluens ex parte* [illegible] *minis passione*.

4. *Sicut —— monstratur*] Al. *sic ut —— monstretur*. Minus recte, ut videtur.

5. *In similitudine*] Græcis ἐν ὁμοιώματι inhæret auctor. Sic & mox expressit ὑπερύψωσε, *super* [illegible].

6. *In forma*] Editi omittunt *in* quam recte post Welchmanum restituit Jacksonus.

7. *Etiam*] Hanc vocem omittit Pamelius, quam alii retinent.

8. *Et*] Conjunctionem ejusmodi velut importunam delendam censet Welchmanus.


E 9. *Humanam conditionis fragilitatem*] Frustra sunt Welchmanus & Jacksonus, qui hanc præcedentium editionum lectionem solicitare tentant, rescribentes *humanæ conditionis fragilitatem*. Minucius in *Octav.* cap. XXXVI. eadem loquendi ratione usus comperitur, *Corporis humana vitia* pro *corporis humani vitia*. Ad quem locum complura profert ejusmodi locutionum exempla eruditus Davisius, inter quæ istud quoque Novatiani occurrit quo de agimus. Vide sis tom. II. nostræ Bibl. PP. pag. 402. not. 12.

10. *At si*] Ita editores Anglicani ex Gagnæo, Frobenio cet. Al. *Ac si*.

11. *Exercens*] *Exserens* Latinius.

12. *Exinanit*] Sic lego cum Gagnæo, Barrensi & edit. prima Frobenii. Lectionem confirmant præcedentia *dejicit*, *deponit*, *fert*, & sequentia *descendit*, *audit*, *experitur*. Pamelius minus recte *exinanivit*. JACKSON.

13. *Super omne*] Ita edidit Pamelius: atque isthæc lectio congruit præcedenti *super omne* ex textu Paullino [illegible] II, & subsequenti *super omne* Novatiani. Editi Anglicani *super omnia*.



ejus, [1] qui super omnia est, Dei. Est ergo nomen illud quod super omne nomen est: quod nomen est ejus utique consequenter, qui cum in forma Dei fuisset, non rapinam arbitratus est æqualem se Deo esse. Neque enim si non & Deus esset Christus, omne se in nomine ejus genu flecteret, cælestium & terrestrium & infernorum; nec visibilia aut invisibilia, aut rerum omnium omnis creatura homini esset subjecta sive substrata, quæ se ante hominem esse meminisset. Ex quo dum in *forma* Dei esse Christus dicitur, & dum in [2] nativitatem secundum carnem se exinanisse monstratur, & dum id accepisse nomen a Patre quod sit super omne nomen exprimitur, & dum in nomine ejus omne genu cælestium, terrenorum & infernorum se flectere & curvare monstratur, & hoc ipsum in gloriam Dei Patris [3] succurrere adseritur: consequenter non ex illo tantum homo est, quia obediens Patri factus est usque ad mortem, mortem autem crucis; sed ex his etiam rebus superioribus divinitatem Christi sonantibus, Dominus Christus Jesus & Deus, quod hæretici nolunt, esse monstratur.

CAPUT XXIII. *al.* XVIII.

HOC in loco licebit mihi argumenta etiam ex aliorum hæreticorum parte conquirere. Firmum est genus probationis, quod etiam ab adversario sumitur, ut veritas etiam ab ipsis inimicis veritatis probetur. Nam usque adeo hunc manifestum est in Scripturis [4] esse Deum tradi, ut plerique hæreticorum, divinitatis ipsius magnitudine & veritate commoti, ultra modum extendentes honores ejus, ausi sint [5] non Filium, sed ipsum Deum Patrem promere vel putare. Quod, etsi contra Scripturarum veritatem est, tamen divinitatis Christi argumentum grande atque præcipuum est; qui usque adeo [6] Deus, sed qua Filius Dei natus ex Deo, ut plerique illum (ut diximus) hæretici ita Deum acceperint, ut, non Filium, sed Patrem pronuntiandum putarint. Æstiment ergo an hic sit Deus, cujus auctoritas tantum movit quosdam, ut putarent illum ut diximus superius, [7] jam ipsum Patrem Deum; effrenatius & effusius in Christo divinitatem confiteri, ad hoc illos manifesta Christi divinitate cogente, ut quem Filium legerent quia Deum animadvetterent, Patrem putarent. Alii quoque hæretici usque adeo Christi manifestam amplexati sunt divinitatem, ut dixerint illum fuisse sine carne, & totum illi susceptum detraxerint hominem, ne decoquerent in illo divini nominis potestatem, si humanam illi sociassent, ut arbitrabantur, nativitatem: quod tamen nos non probamus; sed argumentum adferimus usque adeo Christum esse Deum, ut quidam illum, subtracto homine, tantummodo putarint Deum; quidam autem ipsum crediderint Patrem Deum: cum ratio & temperamentum Scripturarum cælestium, Christum ostendant Deum, sed qua Filium Dei, & adsumto a Deo etiam filio hominis, credendum & hominem. Quoniam si ad hominem veniebat ut mediator Dei & hominum esse deberet, oportuit illum cum eo esse, & Verbum carnem fieri, ut in semet ipso concordiam confibularet terrenorum pariter atque cælestium, dum utriusque partis in se connectens pignora, & Deum homini, & hominem Deo copularet; ut merito Filius Dei per adsumtionem carnis filius hominis, & filius hominis per receptionem Dei Verbi Filius Dei effici possit. Hoc altissimum atque reconditum sacramentum ad salutem generis humani ante sæcula destinatum, in Domino Jesu Christo Deo & homine invenitur impleri, quo conditio generis humani ad fructum æternæ salutis posset adduci.

CAPUT XXIV. *al.* XIX.

SEd erroris istius hæreticorum inde, ut opinor, nata materia est, quia inter Filium Dei & filium hominis nihil arbitrantur interesse; ne facta distinctione, & Homo & Deus Jesus Christus facile comprobetur. Eumdem enim atque ipsum, id est hominem filium hominis, etiam Filium Dei volunt videri; ut homo & caro, & fragilis illa substantia eadem atque ipsa Filius Dei esse dicatur. Ex quo, dum distinctio filii hominis & Filii Dei nulla secernitur, sed ipse filius hominis Dei Filius vindicatur; homo tantummodo Christus idem atque Filius Dei adferatur. Per quod nituntur excludere: [a] *Verbum caro factum est & habitavit in nobis*; [b] *Et vocabitis nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus*. Proponunt enim atque illa prætendunt, quæ in Evangelio Lucæ relata sunt, ex quibus adserere conantur, non quod est, sed tantum illud quod volunt esse: [c] *Spiritus Sanctus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi; propterea & quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei*. Si ergo, inquiunt, Angelus Dei dicit ad Mariam, *quod ex te nascetur sanctum*, ex Maria est substantia carnis & corporis; hanc autem substantiam, id est sanctum hoc quod ex illa genitum est, Filium Dei esse proposuit: homo, inquiunt, ipse, & illa caro corporis, illud quod sanctum est dictum, ipsum est Filius Dei. Ut & cum dicit Scriptura *sanctum*, Christum filium hominis hominem intelligamus; & cum *Filium Dei* proponit, [8] non hominem, sed Deum percipere debeamus. Sed enim Scriptura divina, hæreticorum & fraudes & furta facile convincit & detegit. Si enim sic esset tantummodo, *Spiritus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*; fortasse alio esset nobis genere adversus illos reluctandum, & alia nobis essent argumenta quærenda & arma sumenda, quibus illorum & insidias & præstigias vinceremus: cum autem ipsa Scriptura cælesti abundans plenitudine sese hæreticorum istorum calumniis exuat; facile ipso quod scriptum est nitimur, & errores istos sine ulla dubitatione superamus. Non enim dixit, ut

a Joan. I. 14. *b* Matth. I. 23. *c* Luc. I. 35.

1. *Qui super omnia est, Dei*] Existimat Jacksonus ita legendum esse: *Qui super omnia est. Deus est ergo nomen illud* cet.
2. *Nativitatem*] *Nativitate* mallet Welchmanus. Neque abnuit Jacksonus. Mox uterque *sese exinan.* cum veteribus editis. At *se* præbent editt. Pamel. quas item expressimus, rescribentes paullo ante *Ex quo dum*, ubi editt. Anglic. habent *Ex quo & dum*.
3. *Succurrere*] *Sui currere* Latinius.
4. *Esse*] Mallem *&*, cum Gelenio.
5. *Non Filium*] Legit Welchmanus, *eum non Filium*.
6. *Deus*] Legendum putat idem Welchm *Deus est*. Consentit Jacksonus.
7. *Jam*] Non dubitat Jacksonus, quin legendum sit *etiam*. Qui præterea integrum locum luxatum existimans, sic rescriberet: *Cujus auctoritas tantum movit quosdam effrenatius & effusius in Christo divinitatem confiteri, ut putarent* cet. nisi quis *confitentes* pro *confiteri* legere censeat.
8. *Non hominem, sed Deum*] Ita Pamelius aliique. Welchmanus tamen eumque secutus Jacksonus, ordine inverso ediderunt, *non Deum sed hominem*: argumenti nimirum ratione, inquit posterior, hanc transpositionem postulante.

jam expressimus ; *propterea quod ex te nascetur* A *sanctum* ; sed adjecit conjunctionem : ait enim , *propterea & quod ex te nascetur sanctum* ; ut illud ostenderet , non principaliter hoc sanctum quod ex illa nascitur , id est istam carnis corporisque substantiam Filium Dei esse , sed consequenter & in secundo loco : principaliter autem Filium Dei esse Verbum Dei incarnatum per illum Spiritum , de quo Angelus refert : *Spiritus veniet in te , & virtus altissimi obumbrabit tibi* . Hic est enim legitimus Dei Filius qui ex ipso Deo est , qui dum *sanctum* istud adsumit , & sibi filium hominis adnectit , & illum ad se rapit atque transducit , connexione sua & permixtione sociata præstat , & Filium illum Dei facit , quod ille natu- B raliter non fuit ; ut principalitas nominis istius *Filius Dei* in Spiritu sit Domini , qui descendit & venit ; ut sequela nominis [1] in Filio Dei & hominis sit , & merito consequenter hic Filius Dei factus sit , dum non principaliter Filius Dei est . Atque ideo dispositionem istam Angelus videns , & ordinem istum sacramenti expediens , non sic cuncta confundens ut nullum vestigium distinctionis collocarit , distinctionem posuit , dicendo , *propterea & quod nascetur ex te sanctum , vocabitur Filius Dei* : ne si distributionem istam cum libramentis suis non dispensasset , sed in confuso permixtam reliquisset ; vere occasionem hæreticis contulisset , ut hominis filium , qua homo est , eumdem C & [2] Dei & hominis Filium pronuntiare deberent . Nunc autem particulatim exponens tam magni sacramenti ordinem atque rationem , evidenter expressit , ut diceret , *& quod ex te nascetur sanctum , vocabitur Filius Dei* ; probans quoniam Filius Dei descendit : qui dum Filium hominis in se suscepit , consequenter illum Filium Dei fecit ; quoniam illum [3] Filius sibi Dei sociavit & junxit . Ut dum Filius hominis adhæret in [4] nativitatem Filio Dei ; ipsa permixtione feneratum & mutuatum teneret , quod ex natura propria possidere non posset . Ac sic facta est Angeli voce , quod nolunt hæretici , inter Filium Dei hominisque , cum sua tamen sociatione , distinctio ; urgendo illos uti Christum , D hominis filium , hominem intelligant quoque Dei Filium , [5] & hominem Dei Filium , id est Dei Verbum (sicut scriptum est) Deum accipiant : atque ideo Christum Jesum Dominum , ex utroque connexum , (ut ita dixerim) [6] ex utroque contextum atque concretum , & in eadem utriusque substantiæ concordia mutui ad invicem fœderis confibulatione sociatum , hominem & Deum , Scripturæ hoc ipsum dicentis veritate , cognoscant .

CAPUT XXV. *al.* XX.

ERgo , inquiunt , si Christus non homo est tantum , sed & Deus , Christum autem refert Scriptura mortuum pro nobis & resuscitatum ; jam docet nos Scriptura credere Deum mortuum : aut si Deus non moritur , Christus autem mortuus refertur ; non erit Christus Deus , quoniam Deus non potest accipi mortuus . Si umquam intelligerent , aut intellexissent quod legunt ; numquam tam periculose omnino loquerentur . Sed erroris semper est abrupta dementia ; & non est novum si usque ad periculosa descendunt , qui fidem legitimam reliquerunt . Si enim Scriptura proponeret Christum tantummodo Deum , & nulla in illo fragilitatis humanæ sociatio esset permixta , merito illorum heic aliquid valuisset sermo contortus , Si Christus Deus , Christus autem mortuus , ergo mortuus est Deus . Sed cum non tantummodo illum , ut ostendimus jam frequenter , Deum , sed & hominem Scriptura constituat ; consequens est , [7] quod immortale est , incorruptum mansisse teneatur . Quis enim non intelligat , quod impassibilis sit divinitas , passibilis vero sit humana fragilitas ? Cum ergo tam ex eo quod Deus est , quam etiam ex illo quod homo est , Christus intelligatur esse permixtus & esse sociatus : [a] *Verbum* enim *caro factum est , & habitavit in nobis* ; quis non sine ullo magistro atque interprete ex sese facile cognoscat , non illud in Christo mortuum esse quod Deus est , sed illud in illo mortuum esse quod homo est ? Quid enim si divinitas in Christo non moritur , sed carnis solius substantia extinguitur ; quando & in ceteris hominibus , qui non sunt caro tantummodo , sed caro & anima , caro quidem sola incursum interitus mortisque patitur , extra leges autem interitus & mortis anima incorrupta cernatur ? Hoc enim & ipse Dominus hortans nos ad martyrium & ad contemtum omnis humanæ potestatis ajebat : [b] *Ne timueritis eos qui corpus occidunt , animam autem occidere non possunt* . Quod si anima immortalis occidi aut interfici non potest in quovis alio , [8] licet corpus & caro sola possit interfici ; quanto magis utique Verbum Dei & Deus in Christo interfici omnino non potuit , cum caro sola & corpus occisum sit ? Si enim hanc habet generositatem immortalitatis anima in quovis homine , ut non possit interfici ; multo magis hanc habet potestatem generositas Verbi Dei , ut non possit occidi . Nam si potestas hominum ad interficiendam sacram Dei potestatem , & si crudelitas humana ad interficiendam animam deficit ; multo magis ad Dei Verbum interficiendum deficere debebit . Nam cum

a Joan. I. 14. *b* Matth. x. 28.

1. *In Filio Dei & hominis*] Pamelianam editionem expressimus , præcedentibus congruentem . Has autem voces *Dei &* omisit Welchmanus : eique primum accesserat Jacksonus ; sed postea mutata sententia , rescribendum existimabat , *Filius Dei in homine sit* .

2. *Dei & hominis filium*] Heic pariter Pamelium sequimur . Delevit Welchmanus *& hominis* .

3. *Filius sibi Dei*] Ordo verborum facilior erit si legerimus , *illum sibi Filius Dei* , vel *illum Filius Dei sibi* cet. JACKSON.

4. *In nativitatem*] *In nativitate* omnino legendum putat Jacksonus : neque aliter conjiciebat Welchmanus.


5. *Et hominem Dei Filium —— Deum accipiant*] Sic Pamelius . Editio Frobeniana : *Et hominem Dei Filium , id est Verbum , sicut scriptum est , Deum accipiant* . Quam quidem lectionem secutus est Welchmanus . Luxatus locus videtur Jacksono , legendumque : *Et Dei Filium , id est Dei Verbum —— Deum accipiant* . In eamdem sententiam E Vesselingius *Probabil.* cap. XXXVI. pag. 322.

6. *Ex utroque contextum*] Has voces quas præ se ferunt omnes editi , omisit Jacksonus ; quippe quæ nimirum ortæ videantur ex negligenti repetitione priorum *ex utroque connexum* . Easque pariter delendas jusserat Welchmanus .

7. *Quod*] Nihil nos cogit ut cum editoribus Anglicanis legamus *ut quod* .

8. *Licet*] Hanc vocem corruptam existimat Welchmanus , legitque *quum scilicet* . Consentit Jacksonus , quamvis de loci restitutione subdubitet . Uterque tamen absque fontica caussa , ut videtur . Minus item mihi probatur ejusdem Jacksoni sententia , legentis paullo post , *immortalis anima* . Vox enim *immortalitatis* ad *generositatem* spectare nemo non videt : omnisque evanescit ambiguitas , si qua tamen est , ubi Novatiani oratio hac aut simili ratione conformetur : *Si enim anima in quovis homine hanc habet immortalitatis generositatem , ut non possit interfici* ; cet.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



ipsa anima, quæ per Dei Verbum facta est, ab hominibus non occiditur; multo magis utique Verbum Dei perimi non posse credetur. Et si plus non potest hominum cruenta sævitia adversus homines, quam ut tantummodo corpus occidat; quanto magis utique in Christo non valebit, quam ut [1] idem tantummodo corpus occidat: ut dum per hæc colligitur non nisi hominem in Christo interfectum, appareat ad mortalitatem Sermonem [2] in loco non esse deductum. Nam si Abraham, & Isaac, & Jacob quos homines tantummodo constat fuisse, manifestum est vivere; ([a] omnes enim, inquit, illi vivunt Deo, nec mors in illis animam perimit, quæ corpora ipsa dissolvit; jus enim suum exercere potuit in corpora, in animas exercere non valuit: aliud enim in illis mortale, & ideo mortuum; aliud in illis immortale, & ideo intelligitur non extinctum! ob quam caussam vivere Deo pronuntiati, & dicti sunt) multo magis utique mors in Christo adversum solam materiam corporis potuit valere, adversus divinitatem Sermonis non potuit se [3] exercere. Frangitur enim potestas mortis, ubi intercedit auctoritas immortalitatis.

CAPUT XXVI. *al.* XXI.

SED ex hac occasione quia Christus non homo tantum, sed & Deus, divinarum litterarum sacris auctoritatibus adprobatur, alii hæretici erumpentes statum in Christo religionis concutere machinantur, hoc ipso Patrem Deum volentes ostendere Christum esse, dum non homo tantum adseritur, sed & Deus promitur. Sic enim, inquiunt: si unus esse Deus promitur, Christus autem Deus; ergo, inquiunt, si Pater & Christus est unus Deus: Christus Pater dicetur. In quo errare probantur Christum non noscentes, sed sonum nominis approbantes: nolunt enim illum secundam esse personam post Patrem, sed ipsum Patrem. Quibus quia facile respondetur, pauca dicentur. Quis enim non secundam Filii post Patrem agnoscat esse personam, cum legat dictum a Patre consequenter ad Filium: [b] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; & post hæc relatum, *& fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum*? Aut cum inter manus teneat: [c] *Pluit Dominus super Sodomam & Gomorram ignem & sulphur a Domino de cælo*? Aut cum ad Christum [4]: [d] *Filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ?* Aut cum etiam ille desideratus scriba ait: [e] *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos*

A *scabellum pedum tuorum*? Aut cum Esaiæ prophetias explicans, invenit positum sic: [f] *Hæc dicit Dominus [5] Christo meo Domino.* Aut cum legit: [g] *Non descendi de cælo ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Aut dum invenit positum: [h] *Quoniam qui me misit, major me est?* Aut cum considerat scriptum: [i] *Eo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum?* Aut quando habet cum ceteris [6] collocatum: [k] *Sed in lege vestra scriptum est, quia duorum testimonium verum est; ego de me testificor, & testificatus est de me qui me misit Pater?* Aut quando vox de cælo redditur: [l] *Et honorificavi, & honorificabo?* Aut quando a Petro respon-
B detur & dicitur: [m] *Tu es Filius Dei vivi?* Aut quando ab ipso Domino sacramentum hujus revelationis adprobatur, & dicitur: [n] *Beatus es Simon Barjona: quoniam hoc tibi non revelavit caro & sanguis, sed Pater meus qui in cælis est?* Aut quando ab ipso Christo exprimitur: [o] *Pater clarifica me eo honore quo fui apud te, antequam mundus fieret?* Aut cum ab eodem dicitur: [p] *Pater sciebam quia semper me audis; verum propter circumstantes dixi, ut credant quia tu me misisti?* Aut cum definitio regulæ ab ipso Christo collocatur, & dicitur: [q] *Hæc est autem vita æterna, ut sciant te unum & verum Deum, & quem misisti Jesum Christum. Ego te honorificavi super terram,*
C *opus perfeci quod dedisti mihi?* Aut cum item ab eodem adseritur & dicitur: [r] *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo?* Aut cum sedere [s] ad dexteram Patris, & a prophetis & ab apostolis adprobatur? Et satis longum facio, si enisus fuero omnes omnino ad hanc partem voces congregare; quandoquidem non tam veteris quam etiam novi Testamenti Scriptura divina ubique ostendat, illum ex Patre natum, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, qui obedierit semper Patri & obediat, semper habentem rerum omnium potestatem, sed qua traditam, sed qua concessam, sed qua a Patre proprio sibi indultam. Quid enim tam evidens potest esse, hunc non Patrem esse, sed
D Filium, quam quod obediens Patri Deo proponitur, ne si Pater esse credatur, alteri jam Deo Patri Christus subjectus esse dicatur.

CAPUT XXVII. *al.* XXII.

SED quia frequenter intendunt illum nobis locum quo dictum sit: [t] *Ego & Pater unum sumus*; & in hoc illos æque facile vincemus. Si enim erat, ut hæretici putant, Pater Christus, oportuit dicere, [7] *Ego & Pater unus sum.* [8] At cum *Ego*

a Luc. XX. 38. *b* Gen. I. 26. 27. *c* Gen. XIX. 24. *d* Psal. II. 7. 8. *e* Psal. CIX. 1. *f* Esa. XLV. 1. *g* Joan. VI. 38. *h* Joan. XIV. 28. *i* Joan. XX. 17. *k* Joan. VIII. 17. 18. *l* Joan. XII. 28. *m* Matth. XVI. 16. *n* Ibid. ℣. 17. *o* Joan. XVII. 5. *p* Joan. XI. 42. *q* Joan. XVII. 3. 4. *r* Luc. X. 22. *s* Psal. CIX. 1. Marc. XVI. 9. Hebr. I. 3. *t* Joan. X. 30.

1. *Idem*] *Eadem* edidit Welchmanus, secutus Gagnæum. Ceteri cum Pamelio *idem*.

2. *In loco*] Latinius vult legi *in illo*: apte satis. Quid si scripserit ipse auctor *inlico* pro *illico*? JACKSON.

3. *Exercere*] Cum Latinio forte legendum *exserere*: quam quidem conjecturam Welchmanus admittit, non item Jacksonus.

4. *Ad Christum*] Si Jacksonum audias, addenda heic forte vox *dicatur*. Sed nihil necesse: paullo enim superius dixit: *quum* legat dictum --- *ad Filium*: quæ quidem duæ voces hoc item loci subaudiendæ.

5. *Christo meo Domino*] Quum LXX. scripsissent Κύρῳ, aut quarii existimantes Isaiam loqui de Christo Jesu, nec ad Cyrum attendentes, assumta vicina voce κυρίῳ, locum Scripturæ jam olim corruperunt. Quapropter Tertullianus *adv. Judæos* cap. VII. & *adv. Praxeam* capp. XI. & XXVIII. Cyprianus *Testimon.* lib. I. cap. XXI. NOVATIANUS
E heic, cum plurimis tam Græcis quam Latinis apud Hieronymum ad hunc textum *Isa.* XLV. 1. & ad *Habac.* III. 13. κυρίῳ legunt, ac de Christo Domino interpretantur. Ita COTELERIUS ad cap. XII. Epist. S. Barnabæ. Vide sis adnotata in hunc Isaiæ locum, tom. I. nostræ hujus Biblioth. PP. pag. 132.

6. *Collocatum*] Welchmanus sic emendavit vitiosam præcedentium editionum scripturam, *collocutum*: eique adhæsit Jacksonus. Congruenter sane prioribus *positum*, *scriptum* cet. Paullo post præterea *collocatur* legimus.

7. *Ego & Pater*] Sic editt. Frobenii & Pamelii. Gagnæus vero & Barrensis: *Ego Pater unum sum*. At editores Anglicani: *Ego Pater unus sum*. Quæ vera videtur lectio, ab ipsomet Novatiano paullo post repetita.

8. *At cum*] Welchmanus ex Gagnæo, *Atqui quum*. Sed Gelenius ex ms. Britan. & post illum Pamelius substituit, *At cum*. JACKSON.

dicit, deinde Patrem infert, dicendo, *Ego & Pater*; proprietatem perſonæ ſuæ, id eſt Filii, a paterna auctoritate diſcernit atque diſtinguit, non tantummodo de ſono nominis, ſed etiam de ordine diſpoſitæ poteſtatis; qui potuiſſet dicere, *Ego Pater*, ſi Patrem ſe eſſe meminiſſet. Et quia dixit *unum*, intelligant hæretici quia non dixit *unus*. *Unum* enim neutraliter poſitum ſocietatis concordiam, non unitatem perſonæ, ſonat. *Unum* enim non *unus* eſſe dicitur, quoniam nec ad numerum refertur, ſed ad ſocietatem alterius [1] expromitur. Denique adjicit dicens, *ſumus*, non *ſum*; ut oſtenderet per hoc quod dixit, [2] *ſumus*, *& Pater*, duas eſſe perſonas. *Unum* autem quod ait, ad concordiam & eamdem ſententiam & ad ipſam caritatis ſocietatem [3] pertinet; ut merito unum ſit Pater & Filius, per concordiam, & per amorem, & per dilectionem. Et quoniam ex Patre eſt; quidquid [4] illud eſt, Filius eſt: manente tamen diſtinctione, ut non ſit Pater ille qui Filius; quia nec Filius ille qui Pater eſt. Nec enim, *ſumus*, addidiſſet, ſi unum ſe & ſolitarium Patrem, Filium factum eſſe meminiſſet. Denique novit hanc concordiæ unitatem & Apoſtolus Paullus, cum perſonarum tamen diſtinctione. Nam cum ad Corinthios ſcriberet: [a] *Ego*, inquit, *plantavi*, *Apollo rigavit; ſed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat eſt quidquam, neque qui rigat: ſed qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat, & qui rigat unum ſunt.* Quis autem non intelligat alterum eſſe Apollo, alterum Paullum, non eumdem atque ipſum Apollo pariter & Paullum? Denique & diverſa uniuſcujuſque ſunt officia prolata: alter enim *qui plantat*, & alter *qui rigat*; hos tamen duos, non quod *unus* ſit, ſed quod *unum* ſint propoſuit Apoſtolus Paullus; ut alter quidem ſit Apollo, alter vero Paullus, quantum ad perſonarum diſtinctionem pertinet; (quantum [5] vero ad concordiam pertinet) *unum* ambo ſint. Nam quando duorum una ſententia eſt, veritas una eſt, fides una eſt, una atque eadem religio eſt, unus etiam Dei timor eſt, unum ſunt, etiam ſi duo ſint; ipſum ſunt, dum ipſum ſapiunt. Etenim quos perſonæ ratio invicem dividit, eoſdem rurſus invicem religionis ratio conducit. Et quamvis idem atque ipſi non ſint; dum idem ſentiunt, [6] ipſum ſunt; & cum duo ſint, unum ſunt, habentes in fide ſocietatem, etiam ſi gerant in perſonis diverſitatem. Denique cum ad has voces Domini imperitia fuiſſet Judaica commota, & temere ad uſque ſaxa ſuccenſa, ita ut diſcurrerent, & dicerent, [b] *Non te lapidamus propter bonum opus, ſed propter blaſphemiam, & quia tu cum homo ſis, facis te Deum*; diſtinctionem poſuit Dominus in ratione reddenda, quomodo ſe Deum aut dixiſſet aut intelligi vellet. [c] *Quem Pater ſanctificavit*, inquit, *& miſit in hunc mundum, vos dicitis quia blaſphemas, quia dixi, Filius Dei ſum?* Etiam heic Patrem habere ſe dixit. Filius eſt ergo, non Pater; Patrem enim confeſſus ſe fuiſſet, ſi Patrem ſe eſſe meminiſſet: & ſanctificatum ſe a ſuo Patre eſſe proponit. Dum ergo accipit ſanctificationem a Patre, minor Patre eſt: minor autem Patre [7] conſequenter eſt, ſed Filius. Pater enim ſi fuiſſet, ſanctificationem dediſſet, non accepiſſet. Et nunc autem profitendo ſe accepiſſe ſanctificationem a Patre; [8] hoc ipſo, quo Patre ſe minorem accipiendo ab ipſo ſanctificationem probat, Filium ſe eſſe, non Patrem monſtravit. Miſſum præterea ſe eſſe dicit, ut per hanc obedientiam qua venit Dominus Chriſtus miſſus, non Pater, ſed Filius probetur; qui miſiſſet utique, ſi Pater fuiſſet: miſſus autem non fuit Pater, ne Pater ſubditus alteri Deo, dum mittitur, probaretur. Et tamen poſt hæc adjicit, quod omnem omnino ambiguitatem diſſolveret, & totam controverſiam erroris extingueret. Ait enim in ultima parte ſermonis: *Vos dicitis quia blaſphemas, quia dixi, Filius Dei ſum.* Ergo ſi evidenter Filium Dominus ſe, non Patrem eſſe teſtatur; magnæ temeritatis & ingentis eſt furoris exemplum, contra ipſius Chriſti Domini teſtimonium controverſiam divinitatis & religionis agitare, & Chriſtum Jeſum Patrem eſſe dicere, cum animadvertat illum non Patrem ſe, ſed Filium comprobaſſe.

CAPUT XXVIII.

ADhuc adjiciam illam quoque partem in qua dum hæreticus [9] quaſi oculo quodam gaudet propriæ veritatis & luminis amiſſo, totam cæcitatem ſui agnoſcat erroris. Idemtidem enim & frequenter opponit quia dictum ſit: [d] *Tanto tempore vobiſcum ſum, & non agnoſcitis me? Philippe, qui vidit me, vidit & Patrem.* Sed quod non intelligit, diſcat. Culpatur Philippus, & jure quidem meritoque, quia dixerit, [e] *Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis.* Quando enim ex Chriſto aut audierat iſtud, aut didicerat quaſi eſſet Pater Chriſtus? cum contra magis quod Filius eſſet, non quia Pater, frequenter audiſſet, & ſæpe didiciſſet. Quod enim dixit Dominus, [f] *ſi me cognoviſtis, & Patrem meum cognoviſtis, & amodo noſtis illum, & vidiſtis illum*; non ſic dixerat ut ſe Patrem vellet intelligi; ſed quoniam qui penitus & plene & cum tota fide & tota religione acceſſit ad Dei Filium, omnibus modis per ipſum Filium in quem ſic credit, ad Patrem perventurus ſit, eumdemque viſurus. [g] *Nemo enim*, inquit, *poteſt ve-*

a I. Cor. III. 6. 7. 8. *b* Joan. x. 33. *c* Ibid. ℣. 36. *d* Joan. xiv. 9. *e* Ibid. ℣. 8. *f* Joan. xiv. 7. *g* Ibid. ℣. 6.

1. *Expromitur*] *Exprimitur* eſt aptior lectio: quod legendum ſuſpicatur Welchmanus. Id.

2. *Sumus, & Pater*] Sic editi. Welchmanus putat legendum, *ſumus ego & Pater*. Atque ita in textu reſcripſit Jackſonus, vindice auctoris ſenſu, ut ipſe ait.

3. *Pertinet*] Ita Pamelius ex Latinio, pro *pertinere* vett. editt. quam emendationem ſecuti quoque ſunt editores Anglicani.

4. *Illud eſt*] Heic Pamelium ſequimur, alioſque qui eum præceſſerunt editores. Quam tamen lectionem ægre ferens Welchmanus, edidit *ille eſt*. Nihil enim heic loci eſt, inquit, ad quod *illud* referri poteſt. Alia vero bene multa conjectat Jackſonus, quæ nobis minus probantur.

5. *Quantum vero ad concordiam pertinet*] Ad ſupplendum locum uno membro mutilum addidi verba uncis incluſa, tamquam maxime accommodata ad argumentum & ſermonem præcedentem auctoris: & nullus dubito quin hæc aut ſimilia verba, propter ὁμοιοτέλευτον *pertinet*, prætermiſerit librarius. Latinius pluribus vocibus ſupplevit ſic: *Quantum vero ad concordiam in una fide & ſententia pertinet.* Jackson.


6. *Ipſum ſunt*] Ita ex ms. Anglic. caſtigavit Pamelius lectionem *ipſi ſunt*, quam exhibent præcedentes editiones.

7. *Conſequenter eſt, ſed Filius*] Sententiam plane mutilam ad hunc modum reſtituo: *Conſequenter* non Pater *eſt, ſed Filius*. Illud *ter* proxime recurrens feſtinantem forte librarium fefellit. Welchm. —— Eadem reſtitutio arridet quoque Jackſono.

8. *Hoc ipſo, quo —— probat*] Iſta ex cod. ms. Anglic. ſupplevit Pamelius, cujus editionem heic expreſſit Jackſonus. Ea vero cum vett. editt. præteriit Welchmanus.

9. *Dum hæreticus* cet.] Mallet Welchmanus locum ita legere ac diſtinguere: *Dum hæreticus gaudet, quaſi oculo quodam propria* cet. Sic vero Jackſonus: *Dum hæreticus quaſi oculo quodam gaudet, proprio* (*oculo* ſubintellecto) *veritatis & luminis amiſſo*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



nire ad Patrem nisi per me. Et ideo ad Patrem Deum non tantum venturus est, & cognitursus ipsum Patrem; sed etiam sic tenere debet, atque ita animo ac mente præsumere, quasi jam noverit Patrem pariter & viderit. Sæpe enim Scriptura divina quæ nondum facta sunt pro factis adnuntiat, quia sic futura sunt: & quæ omnibus modis fieri habent, non quasi futura sint prædicat, sed quasi facta sint narrat. Denique cum nondum temporibus Esaiæ prophetæ Christus natus fuisset, [a] *quia puer*, aiebat, *natus est* [1] *nobis*; & cum nondum accessum esset ad Mariam, [b] *& accessi ad* [2] *prophetissam*, dicebat, *& concepit & peperit filium*. Et cum nondum sinum Patris Christus exposuisset, referebat: [c] *Et* [3] *vocabitur nomen ejus magni consilii angelus*. Et cum nondum fuisset passus, [d] *quasi ovis*, pronuntiabat, *ad jugulationem adductus est*. Et cum adhuc crux nusquam esset, aiebat: [e] *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem*. Et cum nondum injuriose potatus fuisset; [f] *in siti*, ait, *mea potaverunt me aceto*. Et cum spoliatus adhuc non fuisset, dicebat: [g] *Super vestem meam miserunt sortem: & dinumeraverunt ossa mea: effoderunt manus meas, & pedes*. Providens enim Scriptura divina pro factis dicit quæ futura scit, & pro perfectis dicit quæ futura habet, quæ sine dubitatione ventura sunt. Et ideo Dominus in præsenti loco dicebat: *Amodo nostis illum, & vidistis*. Dicebat enim visum iri ab eo Patrem, quisquis Filium secutus fuisset; non quasi Filius ipse esset Pater visus, sed quod præmium consecuturus esset, quisquis illum sequi & discipulus ejus esse voluisset, ut videre Patrem posset: nam & imago est Dei Patris: ut his etiam illud accedat, quoniam [h] *sicut Pater operatur, ita operatur & Filius*, & imitator est Filius omnium operum paternorum; ut perinde habeat unusquisque, quasi jam viderit Patrem, dum eum videt qui invisibilem Patrem in omnibus operibus semper imitatur. Ceterum si ipse Pater est Christus, quomodo confestim adjicit & dicit, [i] *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet: & majora his faciet, quia ego ad Patrem vado?* Et adhuc subnectit: [k] *Si diligitis me, præcepta mea servate: & ego rogabo Patrem, & alium advocatum dabit vobis*. Post quæ etiam illud subnectit: [l] *Si quis me diligit, sermonem meum custodiet: & Pater meus diliget illum, & ad eum veniemus, & mansionem apud illum faciemus*. Nec non etiam [4] subdidit illud quoque; [m] *Advocatus autem ille Spiritus sanctus quem missurus est Pater, ille vos docebit & commemorabit omnia quæcumque dixero*. [5] Præmittit adhuc istum locum, quo ostendat se esse Filium, & merito subdidit, & dicit: [n] *Si me diligeretis, gauderetis, quia eo ad Patrem: quia Pater major* [6] *me est*. Quid autem cum etiam illa subnectit; [o] *Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola: omne sarmentum in me non adferens fructum tollit illud, & omne fructiferum purgat, ut fructum ampliorem ferat?* Instat adhuc & adjicit: [p] *Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos: manete in mea caritate. Si mandata mea servaveritis, manebitis in mea caritate; sicut ego Patris mandata servavi, & maneo in ejus caritate*. Adhuc ingerit, & dicit: [q] *Dixi autem vos amicos, quia omnia quæ audivi a Patre meo, nota vobis feci*. Adgregat etiam hoc: [r] *Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia ignorant eum qui me misit*. Hæc ergo numquam post illa evidenter illum non Patrem, sed Filium esse testantia, Dominus subdidisset; si aut Patrem se esse meminisset, aut Patrem se vellet intelligi: nisi quoniam ut illud exprimeret, perinde unumquemque jam habere debere, dum imaginem Dei Patris per Filium videt, atque si viderit Patrem: quandoquidem unusquisque credens in Filium exerceatur in imaginis contemplatione, ut adsuefactus ad divinitatem videndam in imagine, proficere possit & crescere usque ad Dei Patris omnipotentis perfectam contemplationem. Et quoniam qui hoc animo ac mente combiberit, & de omnibus sic futurum esse crediderit, Patrem quem visurus sit, quasi jam quodammodo viderit, & hic jam sic habeat, quasi teneat quod habiturum se pro certo sciat. Ceterum si ipse Pater fuisset, quid quasi futurum præmium repromittebat quod jam præstiterat & dederat? Nam quoniam dicit: [s] *Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt*; polliceri deprehenditur contemplationem & aspectum Patris; ergo nondum dederat: cur enim repromitteret, si jam dedisset? Dederat enim si Pater esset; videbatur enim, & contingebatur. Quando autem dum contingitur ipse Christus & videtur, repromittit tamen & dicit, quoniam qui mundo fuerit corde, Deum videbit; hoc ipso probat Patrem se non esse, qui tunc præsens cum videretur repromittebat, quod Patrem visurus esset quisquis mundo corde fuisset. Erat ergo repromittens hæc, non Pater, sed Filius: quia qui Filius erat, quod videri habebat repromittebat; cujus repromissio supervacua fuisset, nisi Filius fuisset. Cur enim repromittebat mundis corde ut viderent Patrem, si jam tunc qui præsentes erant, Patrem Christum videbant? Sed quia Filius erat, non Pater; merito & Filius, quia Imago Dei, tunc videbatur; & Pater, quia invisibilis, mundis corde, ut videretur, repromittitur & notatur. Hæc igitur satis sit, etiam adversus istum hæreticum dictasse, pauca de multis. Campus enim, & quidem latus ac fusus aperietur, plenius hæreticum istum si agitare voluerimus; quandoquidem [7] duobus istis locis, quibusdam effossis luminibus orbatus, totus sit in doctrinæ suæ cæcitate superatus.

a Esa. IX. 6. *b* Ibid. VIII. 3. *c* Ibid. IX. 6. *d* Ibid. LIII. 7. *e* Ibid. LXV. 2. *f* Psal. LXVIII. 22. *g* Psal. XXI. 19. 18. 17. *h* Joan. V. 17. *i* Joan. XIV. 12. *k* Ibid. ℣. 15. 16. *l* Ibid. ℣. 23. *m* Ibid. ℣. 26. *n* Ibid. ℣. 28. *o* Joan. XV. 1. 2. *p* Ibid. ℣. 9. 10. *q* Ibid. ℣. 15. *r* Ibid. ℣. 21. *s* Matth. V. 8.

1. *Nobis*] Ita editores Anglicani, loco *vobis* præcedentium editt.

2. *Prophetissam*] Sic veteres editi, ut habet Vulg. quam lectionem secutus est Welchmanus. Pamelius *propheram*. Jacksonus *propheten*, apud quem Junius vult legi *prophetin*.


3. *Vocabitur*] Hæc est editionum Novatiani lectio. Sed, inquit Jacksonus, quum ratio argumenti auctoris postulet legi *vocatur*, quin ita ipse scripserit non dubium. Idque jam antea conjecerat Welchmanus.

4. *Subdidit*] Heic & paullo post, *subdit* legendum contendit Jacksonus, ut oratio prioribus & posterioribus cohæreat, *adjicit*, *dicit*, *subnectit* cet.

5. *Præmittit*] Sic editi; minus recte, ut videtur. Welchmanus rescripsit *promit*: atque ita fortasse scripsit Novatianus. Neque enim placet quod conjecit Jacksonus *promit &*, propter sequens *adhuc*.

6. *Me*] Deest apud Pamelium pronomen istud, quod exhibent alii.

7. *Duobus istis locis --- effossis luminibus*] Videlicet *Joan.* X. 30. & XIV. 9. de quibus, inquit auctor, quasi de duobus oculis gavisus est hæreticus: at quorum unus ei hoc capite effossus est, alter proxime antecedente. WELCHM. — Quæ quidem sententia quum serio attendenti satis aperta noscatur, haud proinde recipiendum videtur quod placuit Jacksono; statuenti nimirum veram esse lectionem *effusis luminibus*, quam exhibet ms. Wovveri.



CAPUT XXIX.

SED enim ordo rationis & Fidei auctoritas digestis vocibus & litteris Domini, admonet nos, post hæc credere etiam in Spiritum sanctum, olim Ecclesiæ repromissum, sed statutis temporum opportunitatibus redditum. Est enim per Joelem prophetam repromissus, sed per Christum redditus. [a] *In novissimis*, inquit, *diebus effundam de Spiritu meo super servos & ancillas meas*. Dominus autem: [b] *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, erunt remissa; & quorum retinueritis, erunt retenta*. Hunc autem Spiritum sanctum Dominus Christus modo [c] *Paracletum* appellat, B modo *Spiritum veritatis* esse pronuntiat; qui non est in Evangelio novus, sed nec nove datus: nam hic ipse & in Prophetis populum accusavit, & in Apostolis advocationem gentibus præstitit. Nam illi ut accusarentur merebantur, quia contemserant Legem: & qui ex gentibus credunt, ut patrocinio Spiritus adjuventur merentur, quia ad evangelicam pervenire gestiunt legem. Differentia sane in illo genera officiorum: quoniam in temporibus differens ratio causarum: nec ex hoc tamen ipse [1] diversus, qui hæc sic gerit; nec alter est, dum sic agit: sed unus atque ipse est, dividens officia sua per tempora, & rerum occasiones atque momenta. Denique Apostolus Paullus: [d] *Habentes*, inquit, *eumdem* C *spiritum, sicut scriptum est: Credidi propter quod locutus sum; & nos credimus, ideo loquimur*. Unus ergo & idem Spiritus, qui in Prophetis & Apostolis; nisi quoniam ibi ad momentum, heic semper. Ceterum ibi, non ut semper in illis inesset: heic, ut in illis semper maneret: & ibi mediocriter distributus, heic totus effusus: ibi parce datus, heic large commodatus; nec tamen ante resurrectionem Domini exhibitus, sed [2] post resurrectionem Christi contributus. [e] *Rogabo* enim, ajebat, *Patrem: & alium advocatum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum, Spiritum veritatis*. Et: [f] *Cum venerit advocatus ille, quem ego missurus sum vobis a Patre meo, Spiritum veritatis, qui de Patre meo* D *procedit*. Et: [g] *Si non abiero ego, advocatus ille non veniet ad vos: si autem ego abiero, remittam illum ad vos*. Et: [h] *Cum venerit Spiritus veritatis, ille vos diriget in omnem veritatem*. Et quoniam Dominus in cælos esset abiturus, Paracletum discipulis necessario dabat, ne illos quodammodo pupillos, quod minime decebat, relinqueret, & sine advocato & quodam tutore desereret. Hic est enim qui ipsorum animos mentesque firmavit, qui evangelica sacramenta distinxit, qui in ipsis illuminator rerum divinarum fuit, quo confirmati pro nomine Domini nec carceres nec vincula timuerunt; quin immo ipsas sæculi potestates & tormenta calcaverunt, armati jam scilicet per ipsum atque firmati, habentes in se dona, quæ hic idem E Spiritus Ecclesiæ Christi sponsæ quasi quædam ornaA menta distribuit & dirigit. Hic est enim qui Prophetas in Ecclesia constituit, Magistros erudit, linguas dirigit, virtutes & sanitates facit, opera mirabilia gerit, discretiones spirituum porrigit, gubernationes contribuit, consilia suggerit, quæque alia sunt charismatum dona componit & digerit; & ideo Ecclesiam Domini undique, & in omnibus perfectam & consummatam facit. Hic est [i] qui in modum columbæ, posteaquam Dominus baptizatus est, super eum venit & mansit, habitans in solo Christo plenus & totus, nec in aliqua mensura aut portione mutilatus, sed cum tota sua redundantia [3] cumulate distributus & missus; ut ex illo delibationem quamdam gratiarum ceteri consequi possint; totius sancti Spiritus in Christo fonte remanente, ut ex illo donorum atque operum venæ ducerentur, Spiritu sancto in Christo affluenter habitante. Hoc etenim jam prophetans Esaias ajebat: [k] *Et* [4] *requiescet*, inquit, *super eum Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & virtutis, Spiritus scientiæ & pietatis, & implebit eum Spiritus timoris Dei*. Hoc idem atque ipsum & alio in loco ex persona ipsius Domini: [l] *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me*. Similiter David: [m] *Propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ a consortibus tuis*. De hoc Apostolus Paullus: [n] *Qui enim Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*. Et: [o] *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas*. Hic est qui operatur ex aquis secundam nativitatem, semen quoddam divini generis, & consecrator cælestis nativitatis, [p] pignus promissæ hereditatis, & quasi chirographum quoddam æternæ salutis; qui nos [q] Dei faciat templum, & nos ejus efficiat domum; [r] qui interpellat divinas aures pro nobis gemitibus ineloquacibus, advocationis implens officia, & defensionis exhibens munera; inhabitator corporibus nostris datus, & sanctitatis effector: qui id agens in nobis ad æternitatem, & ad resurrectionem immortalitatis corpora nostra producat, dum illa in se adsuefacit cum cælesti virtute misceri, & cum Spiritus sancti divina æternitate sociari. Erudiuntur enim in illo, & per ipsum corpora nostra ad immortalitetem proficere, dum ad decreta ipsius discunt se moderanter temperare. Hic est enim qui [s] *contra carnem desiderat*, quia *caro contra ipsum repugnat*. Hic est qui inexplebiles cupiditates coercet, immoderatas libidines frangit, illicitos ardores extinguit, flagrantes impetus vincit, ebrietates rejicit, avaritias repellit, luxuriosas comessationes [5] fugat, caritates nectit, affectiones constringit, sectas repellit, regulam veritatis expedit, hæreticos revincit, improbos foras expuit, evangelia custodit. De hoc [6] idem Apostolus: [t] *Non enim spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est*. De hoc exsultat, & dicit: [u] *Puto autem quia & ego Spiritum Dei babeo*. De hoc dicit: [x] *Et* [7] *Spiritus prophetarum prophetis subjectus est*. De hoc refert: [y] *Spiritus autem manife-*

a Joel. II. 28. b Act. II. 17. Joan. xx. 22. 23. c Joan. xiv. 16. 17. d II. Cor. iv. 13. e Joan. xiv. 16. 17. f Joan. xv. 26. g Joan. xvi. 7. h Ibid. v. 13. i Matth. III. 16. k Esa. xi. 2. 3. l Esa. lxi. 1. m Psal. xliv. 8. n Rom. viii. 9. o II. Cor. III. 17. p Ephes. I. 14. q 1. Cor. vi. 19. r Rom. viii. 26. s Gal. V. 17. t I. Cor. II. 12. u 1. Cor. vii. 40. x 1. Cor. xiv. 32. y 1. Tim. iv. 1.

1. *Diversus*] *Dividitur*, Gagnæus & Frobenius, quos secutus est Welchmanus. Fluxit *diversus* ex ms. Anglic. & non mutandum. JACKSON.

2. *Post*] Hanc vocem requirit loci ratio, & [illegible] Latinius pro editt. *per*. ID.

3. *Cumulate distributus & missus*] Ita Pamelius ex ms. Cod. Anglic. quæ genuina lectio videtur [illegible] *missus*, Gagnæus & Gelenius, quos secutus [illegible]nus.


4. *Requiescet — implebit*] Editi *requiescit — implevit*. Ubi mendum suspicatur Pamelius. Atque ita textum restituerunt editores Anglicani.

5. *Fugat*] Sic recte emendavit editt. *fugit* Welchmanus. JACKSON.

6. *Idem*] Ita Pamelius. Al. *item*.

7. *Spiritus proph.*] Consentit auctor cum vulgato Latino interprete, quantumvis hodie Græce legatur [illegible]. PAMEL.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



ſte dicit, quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide, adtendentes ſpiritibus ſeductoribus, doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi mendacia loquentium, cauteriatam habentium conſcientiam ſuam. [a] In hoc Spiritu poſitus *nemo umquam dicit anathema Jeſum*: nemo negavit Chriſtum Dei Filium, aut repudiavit creatorem Deum: nemo contra Scripturas ulla ſua verba depromit: nemo alia & ſacrilega decreta conſtituit: nemo diverſa jura conſcribit. [b] In hunc quiſquis blaſphemaverit, *remiſſionem non habet, non tantum in iſto ſæculo, verum etiam nec in futuro.* Hic in Apoſtolis Chriſto teſtimonium reddit, in Martyribus conſtantem fidem religionis oſtendit, in Virginibus admirabilem continentiam ſignatæ [1] caſtitatis includit, in ceteris incorrupta & incontaminata doctrinæ dominicæ jura cuſtodit, hæreticos deſtruit, perverſos corrigit, infideles arguit, ſimulatores oſtendit, improbos quoque corrigit, Eccleſiam incorruptam & inviolatam, perpetuæ virginitatis & veritatis ſanctitate cuſtodit.

CAPUT XXX.

ET [2] hæc quidem de Patre & de Filio & de Spiritu ſancto breviter ſint nobis dicta, & ſtrictim poſita, & non longa diſputatione porrecta. Latius enim potuerunt porrigi, & [3] propenſiore diſputatione produci; quandoquidem ad teſtimonium, quod ita ſe habeat fides vera, totum & vetus, & novum Teſtamentum poſſit adduci. Sed quia obluctantes adverſus veritatem ſemper hæretici, ſinceræ traditionis & catholicæ fidei controverſiam ſolent trahere, ſcandalizati in Chriſtum quod etiam Deus & per Scripturas adſeratur, & a nobis hoc eſſe credatur; merito a nobis (ut omnis a fide noſtra auferri poſſit hæretica calumnia) de eo quod & Deus ſit Chriſtus ſic eſt diſputandum, ut non impediat Scripturæ veritatem; ſed nec noſtram fidem, qua unus Deus & per Scripturas [4] promitur, & a nobis tenetur & creditur. Tam enim illi qui Jeſum Chriſtum ipſum Deum Patrem dicunt, quam etiam illi qui hominem illum tantummodo eſſe voluerunt, erroris ſui & perverſitatis origines & cauſſas inde rapuerunt: quia cum animadverterent ſcriptum eſſe quod *unus ſit Deus*, non aliter putaverunt iſtam tenere ſe poſſe ſententiam, niſi

A aut hominem tantum Chriſtum, aut certe Deum Patrem putarent eſſe credendum. Sic enim calumnias ſuas colligere conſueverunt, ut errorem proprium adprobare nitantur. Et quidem illi qui Jeſum Chriſtum Patrem dicunt, iſta prætendunt: [5] Si unus Deus; Chriſtus autem Deus; Pater eſt Chriſtus, quia unus Deus: ſi non Pater ſit Chriſtus, dum & Deus Filius Chriſtus, duo Dii contra Scripturas introducti eſſe videantur. Qui autem hominem tantummodo Chriſtum eſſe contendunt, ex diverſo ſic colligunt: Si alter Pater, alter [6] eſt Filius: Pater autem Deus, & Chriſtus Deus: non ergo unus Deus, ſed duo Dii introducuntur pariter, Pater & Filius: ac ſi unus Deus, conſequen-
B ter homo Chriſtus; ut merito Pater ſit Deus unus. Re vera quaſi inter duos latrones crucifigitur Dominus, quomodo fixus aliquando eſt: & ita excipit hæreticorum iſtorum ex utroque latere ſacrilega convicia. Sed neque Scripturæ ſanctæ, neque nos cauſſas illis perditionis & cæcitatis adferimus, ſi qua in medio divinarum litterarum evidenter poſita aut videre nolunt, aut videre non poſſunt. Nos enim & ſcimus & legimus & credimus & tenemus, unum eſſe Deum, qui fecit cælum pariter ac terram; quoniam nec alterum novimus, aut noſſe (cum nullus ſit) aliquando poterimus. [c] *Ego ſum*, inquit, *Deus: & non eſt præter me juſtus & ſalvans.* Et alio in loco: [d] *Ego primus &*
C [7] *noviſſimus, & præter me non eſt Deus. Quis ſicut ego?* Et: [e] *Quis menſus eſt palmo cælum, & terram pugillo? quis ſuſpendit montes in pondere, & nemora in ſtatera?* Et Ezechias: [f] *Ut ſciant omnes quia tu es Deus ſolus.* Ipſe præterea Dominus: [g] *Quid me interrogas de bono? unus Deus bonus.* Apoſtolus quoque Paullus: [h] *Qui ſolus*, inquit, *habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem: quem vidit hominum nemo, nec videre poteſt.* Et alio in loco: [i] *Mediator autem unius non eſt; Deus autem unus eſt.* Sed quomodo hoc tenemus & legimus & credimus, [8] ſic Scripturarum cæleſtium nullam partem præterire debemus: quippe cum etiam illa quæ in Scripturis ſunt poſita
D Chriſti divinitatis inſignia, nullo modo debemus recuſare, ne Scripturarum auctoritatem corrumpendo, integritatem fidei ſanctæ corrupiſſe teneamur. Et hoc ergo credamus, [9] ſiquidem fideliſſimum, Dei Filium Jeſum Chriſtum Dominum & Deum,

a 1. Cor. XII. 3. *b* Matth. XII. 32. *c* Eſa. XLIII. 11. *d* Ibid. XLIV. 6. 7. *e* Ibid. XL. 12. *f* Eſa. XXXVII. 20. *g* Matth. XIX. 17. *h* 1. Tim. VI. 16. *i* Gal. III. 20.

1. *Caſtitatis*] Ita recte correxit *caritatis* editt. Welchmanus. JACKSON.

2. *Et hæc quidem* cet.] Queritur heic Pamelius Spiritum ſanctum a Novatiano Deum non appellari, nec ullam ejus mentionem fieri, quum Patrem & Filium unum eſſe Deum hocce in capite auctor demonſtrat. Sanctum quidem Spiritum nominatim non appellat Deum Novatianus: ſed de illius *divina æternitate* in cap. præcedente non ſilet, & Deum eſſe multis argumentis probat. Quid enim ei propoſitum eſt, quum divina illius attributa defendit; niſi ut probet, quod ſe probaturum promiſerat, nempe oportere *credere etiam in Spiritum ſanctum*, ac proinde eum unum eſſe cum Patre & Filio Deum? Unde etiam poſtquam ea abſolvit quæ de Spiritu ſancto dicere ſtatuerat, ſic initio hujus capitis tres perſonas conjungit: *Et hæc quidem de Patre, & de Filio, & de Spiritu ſancto breviter nobis ſint dicta.* Quod ſi tacere de Spiritu videtur Novatianus, dum Patrem & Filium non duos eſſe deos, ſed unum oſtendit; non aliunde quærenda hujus rei cauſſa, niſi quod in evertenda Filii divinitate omnis hæreticorum conatus verſabatur. Nam ſi ſemel probaſſent Filium non eſſe unum cum Patre Deum; eadem opera Spiritum ſanctum a divinæ naturæ conſortio diſſociaſſent. Sic etiam ſemel demonſtrato, Patrem & Filium *per ſubſtantiæ communionem*, ut ait Novatianus, unum eſſe Deum; non jam ſupererat dubitandi locus, quin Spiritus ſancti divinitas nequaquam tres deos efficeret. MARAN. *Divin. D. N. J. C.* lib. IV. cap. XIX. §. III. pag. 521.

3. *Propenſiore*] Pro certo habet Jackſonus auctorem ſcripſiſſe *propanſiore*. Sed fallitur vir eruditus, unam hujus vocis ſignificationem frequentiorem attendens. *Propenſus* enim quandoque ſumitur pro *extenſo*: quo ſenſu heic ſumitur a Novatiano. Perſ. ſat. I. verſ. 57. *Cum tibi Calve pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede exſtet*. Id eſt: Cum abundantia ciborum pinguis ſis, & ventrem habeas ultra ſex pedes extenſum.

4. *Promitur*] Ita recte Welchmanus, quem ſequitur &
E Jackſonus, pro editt. *promittitur*.

5. *Si unus Deus*] Sic ſe habet editio Pamelii, quam exſcribit Jackſonus. Veteres editi: *Si unus Chriſtus, Chriſtus autem* cet. atque iſtam lectionem retinuit Welchmanus.

6. *Eſt Filius*] Pro *eſt* legendum omnino puto *&*, ut bene procedat argumentum. Paullo poſt pro *ac ſi* mallem *at ſi*: ſed nihil muto. JACKSON.

7. *Et noviſſimus*] Excidiſſe videtur *ego*, legendumque cum Jackſono, *& ego noviſſimus*: ut habent Heb. LXX. & Vulg.

8. *Sic Scriptur.*] Ita Pamelius aliique. Unus Welchmanus hunc locum ſic legit ac diſtinguit: *Si Scripturarum cæleſtium nullam partem præterire debemus?* Minus recte, ut videtur.

9. *Siquidem*] Legit Latinius *ſcilicet*. Sed fruſtra. Nam vox *ſiquidem* idem eſt interdum, quod *quandoquidem*: quo

nostrum: quoniam [a] *in principio erat Verbum, & Verbum erat apud* [1] *Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum*: Et: [b] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*: Et: [c] *Dominus meus & Deus meus*: Et: [d] *Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Quid ergo dicemus? Numquid duos Deos Scriptura proponit? Quomodo ergo dicit, quia *Deus unus est*? Aut numquid non & Christus Deus est? Quomodo ergo, *Dominus meus, & Deus meus*, Christo dictum est? Totum igitur hoc nisi cum propria veneratione, & legitima [2] disputatione teneamus: merito scandalum hæreticis præbuisse credemur; non utique ex Scripturarum cælestium vitio quæ (B) numquam fallunt; sed humani erroris præsumtione, [3] qua hæretici esse voluerunt. Et in primis illud retorquendum in istos qui duorum nobis Deorum controversiam facere præsumunt. Scriptum est quod negare non possunt: [e] quoniam *unus est Dominus*. De Christo ergo quid sentiunt? [4] Dominum esse, aut illum omnino non esse? Sed Dominum illum omnino non dubitant: ergo si vera est illorum ratiocinatio, jam duo sunt Domini. Quomodo igitur jam secundum Scripturas, unus est [5] Dominus? Et [f] *Magister unus* Christus est dictus; At tamen legimus, [g] quod Magister sit etiam Apostolus Paullus. Non ergo jam unus Magister: duos enim Magistros secundum ista colligimus. Quomo- (C) do igitur secundum Scripturas *unus Magister Christus*? [h] *Unus* in Scripturis *bonus* dictus est *Deus*; sed [6] iisdem in Scripturis bonus etiam Christus positus est. Non igitur, si recte colligunt, unus bonus, sed etiam duo boni. Quomodo igitur secundum Scripturarum fidem, unus bonus esse refertur? [7] At si non putant aliqua ratione offici posse ei quod unus Dominus est, per id quod est Dominus & Christus; neque ei quod unus est Magister, per illud quod est Magister & Paullus; [8] aut illi quod unus est bonus, per illud quod bonus sit nuncupatus & Christus: eadem ratione intelligant offici (A) non posse [9] ab illo quod unus est Deus, ei quod Deus pronuntiatus est & Christus.

CAPUT XXXI.

EST ergo Deus Pater omnium institutor & creator, solus originem nesciens, invisibilis, immensus, immortalis, æternus, unus Deus; cujus neque magnitudini, neque majestati, neque virtuti quidquam non dixerim præferri, sed nec comparari potest. [10] Ex quo, quando ipse voluit, Sermo Filius natus est: qui non in sono percussi aeris, aut tono coactæ de visceribus vocis accipitur; sed in substantia prolatæ a Deo virtutis agnoscitur: cujus (B) sacræ & divinæ nativitatis arcana nec Apostolus didicit, nec Prophetes comperit, nec Angelus scivit, nec creatura cognovit; Filio soli nota sunt qui Patris secreta cognovit. Hic ergo, cum sit genitus a Patre, semper est in Patre. Semper autem sic dico, ut non innatum, sed natum probem. Sed qui ante omne tempus est, semper in Patre fuisse dicendus est: nec enim tempus illi assignari potest, qui ante tempus est. Semper enim in Patre; ne Pater non semper sit Pater: [11] quin & [12] Pater illum etiam (quadam ratione) præcedit, quod necesse est (quodammodo) prior sit qua Pater sit. Quoniam (aliquo pacto) antecedat necesse est eum qui habet originem, ille qui originem nescit. Si- (C) mul [13] ut hic minor sit, dum in illo esse se scit, habens originem, quia nascitur; & per Patrem quodammodo (quamvis originem habet qua nascitur) [14] vicinus in nativitate, dum ex eo Patre qui originem solus non habet, nascitur. Hic ergo quando Pater voluit, processit ex Patre: & qui in Patre fuit, processit ex Patre: & qui in Patre fuit, quia ex Patre fuit, cum Patre postmodum fuit, quia ex Patre processit: substantia scilicet illa divina, cujus nomen est Verbum, per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Omnia enim post ipsum sunt, quia per ipsum sunt. Et merito ipse est ante omnia, [15] sed post Patrem,

a Joan. I. 1. 2. *b* Ibid. ℣. 14. *c* Joan. XX. 28. *d* Rom. IX. 5. *e* Deut VI. 4. Ephes. IV. 5.
f Matth. XXIII. 8. 10. *g* II. Tim. I. 11. *h* Matth. XIX. 17. Marc. X. 18. Luc. XVIII. 19.

sensu optime congruit huic loco. Cicero 1. Tusc. 1. *Antiquissimum e doctis genus est poetarum: siquidem Homerus fuit & Hesiodus, ante Romam conditam.* Idem lib. IX. epist. XII. *Gratulor Baiis nostris; siquidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt.*

1. *Apud Deum*] Ita rescripsimus cum Jacksono. Editi pro *apud Deum* habent *Deus*; atque hanc lectionem expressit Welchmanus.

2. *Disputatione*] Legendum putat Jacksonus *dispositione*. Sic enim loquitur ipsemet Novatianus superiore cap. XV. sub finem, ubi legimus in eamdem sententiam *dispositione legitima*. Paullo post idem editor Anglicanus rescripsit *credetur* pro *credemur* præcedentium editionum.

3. *Qua*] Vet. codd. legunt *quia*, quos sequitur Welchmanus. Sed *qua* est lectio ms. Anglicani a Pamelio restituta, & bene congruit cum *præsumtione*, ut rite advertit Jacksonus.

4. *Dominum* cet.] Existimat Welchmanus legendum, Dominum *esse illum, aut omnino non esse*; quod quidem (E) probatur etiam Jacksono.

5. *Dominus? Et Magister unus Christus est dictus*] Ita legunt ac distinguunt editores Anglicani. Al. *Dominus & Magister unus Christus dictus.*

6. *Iisdem*] Sic recte Welchmanus cum Jacksono. Al. *idem.*

7. *At si*] Ita veteres editi, quibus accedunt Welchmanus & Jacksonus.

8. *Aut illi*] Hæc est lectio Gelenii & Pamelii ex ms. Britann. quam sequitur Jacksonus. At Welchmanus ex Gagnæo, *neque illi*. Paullo post Jacksonus legere mallet *est nuncup.* ut in reliquis habet Novatianus.

9. *Ab illo quod unus est Deus, ei* cet.] Sic omnes editi, præter unum Welchmanianum; ubi legitur, *ei quod unus est Deus, per hoc quod Deus* cet.

10. *Ex quo, quando ipse voluit*, cet.] Hunc locum plenius edisserit S. Hippolytus *contra Noetum* cap. XI. unde (D) forte ista mutuatus est Novatianus. Vide sis tom. II. nostræ Biblioth. PP. pag. 460. A. & quæ ibi fuere adnotata.

11. *Quin*] Ita legunt vett. editt. eamque lectionem expressit uterque editor Anglicanus. Pamelius ex ms. cod. Britann. rescripsit *quia*.


12. *Pater — antecedat necesse est*] Quæ uncis inclusimus, testatur Pamelius abfuisse a cod. ms. Anglic. illaque primum addidisse Gagnæum explicationis caussa, ne Arianis videretur favere auctor. Eadem etiam habentur in editione Frobenii, fortasse ex Gagnæo. Quapropter ea quoque retinuit Welchmanus. Neque aliter Maranus *Divin. D. N. J. C.* lib. IV. cap. XIX. §. II. pag. 518. At Bullus *Defens. fid. Nic.* sect. III. §. 7. pag. 222. & Jacksonus illa omnia omisere.

13. *Simul — qui originem solus non habet, nascitur*] Non potuimus non supplere ex ms. Anglic. hanc periodum antea desideratam: quæ tamen caute legenda. PAMEL. — Eamdem periodum omisit Welchmanus, restituit Jacksonus Pamelium secutus.

14. *Vicinus*] Sic Pamelius ex corrupta voce *vicinis*, quam exhibet ms. Anglic. Minus placet conjectura viri docti apud Jacksonum, legentis *divinus*.

15. *Sed post Patrem*] Hæc, & quæ mox post vocem *efficiens* sequuntur, *post Patrem qua Filius*, in ms Anglic. exstare testatur Pamelius. „ Verum, inquit, maluimus in „ contextu relinquere, ut nemo hinc errandi ansam su„ mat. Quamquam interim contra Arianos sufficiat il„ lud: *Semper enim in Patre, ne Pater non semper sit Pa„ ter*; & quod haud procul a fine hujus Capitis habet: „ *Principium nativitatis ante omne tempus accepit*. Ex quo „ constat, quum dicit, *Patrem præcedere, priorem esse & „ antecedere*; id solum se intelligere, uti subjungit, *qua „ Pater sit*. Eodem itaque modo intelligenda quæ iterum „ dicit, *cum Patre postmodum fuit*, —. *sed post Patrem* — „ *post Patrem qua Filius*. „

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



quando per illum facta sunt omnia, qui processit ex eo, ex cujus voluntate facta sunt omnia. Deus utique procedens ex Deo, secundam personam efficiens post Patrem qua Filius; sed non eripiens illud Patri, quod unus est Deus. Si enim natus non fuisset; innatus comparatus cum eo qui [1] esset innatus, æquatione in utroque ostensa, duos faceret innatos, & ideo duos faceret Deos. Si non genitus esset; collatus cum eo qui genitus non esset, & æquales inventi, duos Deos merito reddidissent non geniti; atque ideo duos Christus reddidisset Deos. Si sine origine esset ut Pater, inventus, & ipse principium omnium ut Pater, duo faciens principia; duos ostendisset nobis consequenter & Deos. Aut si & ipse Filius non esset, sed Pater generans de se alterum Filium; merito collatus cum Patre & tantus denotatus, duos Patres effecisset: & ideo duos approbasset etiam Deos. [2] Si invisibilis fuisset, cum invisibili collatus par expressus, duos invisibiles ostendisset; & ideo duos comprobasset & Deos. Si incomprehensibilis, si & cetera quæcumque sunt Patris; merito, dicimus, duorum Deorum quam isti confingunt, controversiam suscitasset. Nunc autem quidquid est, non ex se est, quia nec innatus est; sed ex Patre est, quia genitus est: sive dum Verbum est, sive dum Virtus est, sive dum Sapientia est, sive dum Lux est, sive dum Filius est, & quidquid horum est, dum non aliunde est, quam, sicut diximus jam superius, ex Patre; Patri suo originem suam debens, discordiam divinitatis de numero duorum Deorum facere non potuit, qui ex illo qui est unus Deus, originem nascendo contraxit. Quo genere dum & unigenitus est, & primogenitus ex illo est qui originem non habet, [3] unus est omnium rerum & principium & caput. [4] Idcirco unum Deum adseruit, quem non sub ullo principio aut initio, sed initium potius & principium rerum omnium comprobavit. [5] Filius autem nihil ex arbitrio suo gerit, nec ex consilio suo facit, nec a se venit, sed imperiis paternis omnibus & præceptis obedit: ut quamvis probet illum nativitas Filium; [a] tamen morigera obedientia adserat illum paternæ voluntatis, ex quo est, ministrum: ita dum se Patri in omnibus obtemperantem reddit, quamvis sit & Deus; unum tamen Deum Patrem de obedientia

A sua ostendit, ex quo & originem traxit. Et ideo duos [6] Deos facere non potuit, quia nec duas origines fecit, qui ex eo qui originem non habet, principium nativitatis ante omne tempus accepit. [7] Nam cum id sit principium ceteris quod innatum est, (quod Deus solus Pater est qui extra originem est; ex quo hic est qui natus est) dum qui ex illo nascitur, merito ex eo venit qui originem non habet, principium probans illud esse ex quo ipse est; etiamsi Deus est qui natus est, unum tamen Deum ostendit, quem hic qui natus est, esse sine origine comprobavit. Est ergo Deus; sed in hoc ipsum genitus, ut esset Deus. Est & Dominus, sed in hoc ipsum [8] natus ex Patre, ut esset

B Dominus. Est & [b] Angelus, sed ad adnuntiandum magnum Dei consilium, ex Patre suo Angelus destinatus. [9] Cujus sic divinitas traditur, [10] ut non aut dissonantia aut inæqualitate divinitatis duos Deos reddidisse videatur. Subjectis enim ei quasi Filio omnibus rebus a Patre, dum [c] ipse cum his quæ illi subjecta sunt, Patri suo subjicitur, Patris quidem sui Filius probatur; ceterorum autem & Dominus & Deus esse reperitur. Ex quo dum huic qui est Deus omnia substrata traduntur, & cuncta sibi subjecta Filius accepta refert Patri; totam divinitatis auctoritatem rursus [11] Patri remittit; unus Deus ostenditur verus & æternus Pater; a quo solo hæc vis divinitatis emissa, etiam in Filium

C tradita & directa, rursum per substantiæ communionem ad Patrem revolvitur. Deus quidem ostenditur Filius, cui divinitas tradita & porrecta conspicitur; & tamen nihilominus unus Deus Pater probatur, dum gradatim reciproco meatu illa majestas atque divinitas ad Patrem qui dederat eam, rursum ab illo ipso Filio missa revertitur & retorquetur; ut merito Deus Pater omnium Deus sit, [12] & principium ipsius quoque Filii sui, quem Dominum genuit: Filius autem ceterorum omnium Deus sit, quoniam omnibus illum Deus Pater præposuit quem genuit: ita [d] *Mediator Dei & hominum Christus Jesus* omnis creaturæ subjectam sibi habens a Patre proprio potestatem qua Deus est;

D cum tota creatura subdita sibi, concors Patri suo Deo inventus, unum & solum & verum Deum Patrem suum [13], manente in illo quod etiam [e] *auditus est*, breviter approbavit.

a Hebr. V. 8. *b* Isa. IX. 6. *c* 1. Cor. XV. 28. *d* I. Tim. II. 5. *e* Hebr. V. 7.

1. *Esset*] Heic, & paullo post ubi legimus *genitus non esset*, conjiciebat Welchmanus legendum *est*. Atque ita edidit Jacksonus.

2. *Si invisibilis --- quia nec innatus est*] Has duas periodos & dimidiam quæ in præcedentibus editis desiderabantur, ex laudato codice Anglicano supplevimus, omittentes illud excusorum, *Christus autem non innatus est*, atque illa ex iisdem excusis addentes, *sed ex Patre est, quia genitus est*. PAMEL. ---- Nimirum editiones quæ Pamelianam præcesserunt, post voces *& ideo duos approbasset etiam Deos*, sic se habebant: *Christus autem non innatus est; sed ex Patre est, quia genitus est*. Ceterum vetera exemplaria expressit Welchmanus; Pamelianum vero Jacksonus.

3. *Unus*] Legendum *unum* putat Welchmanus.

4. *Idcirco* cet.] Cum Gagnæo supplemus: *Idcirco unum Deum adseruit* (nempe Scriptura) & ex ms. cod. Anglic. *initium potius & principium*. PAMEL.

5. *Filius*] Legimus iterum cum Gagnæo: *Filius autem nihil ex arbitrio suo gerit*, pro eo quod substituerat Gelenius: *Idem est denique quod nihil* cet. ID.

6. *Deos*] Hanc vocem ab editis omissam, restituit primus Welchmanus, eumque secutus Jacksonus.

7. *Nam --- dum qui ex illo nascitur*] Hæc iterum supplemus ex ms. cod. Anglic. parenthesi interjecta. PAMEL.

8. *Natus*] Deest hæc vox apud Pamelium, ex typothetæ fortasse incuria: eam enim exhibent al.

9. *Cujus ---- inæqualitate divinitatis*] Hæc restituit ex ms. Anglicano Pamelius. Gagnæus & Frobenius edidere, *ut non dissonantia divinitatis*: atque hanc lectionem retinuit Welchmanus.

10. *Ut non aut dissonantia, aut inæqualitate*] Fatebor ingenue in his verbis legendum mihi videri *æqualitate*. Utrumque enim pari studio removet auctor a sanctissima Trinitate, & in natura & substantia discrepantiam, & in originis ordine æqualitatem. Quare substantiæ communionem inter Patrem & Filium admittit, eamque in hoc positam putat, quod tota divinitatis auctoritas Filio tradita, eadem in Patre esse non desinat. Sed illud semper arctissime tenet, Filium ut a Patre genitum, non esse origine æqualem Patri. Quare illud Paulli *Philipp.* II. 6. *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*, sic interpretatur:

E „ Quamvis se ex Deo Patre Deum esse meminisset, numquam se Deo Patri aut comparavit aut contulit, memor se esse ex suo Patre, & hoc ipsum quod est, habere se, quia Pater dedisset. „ MARAN, *Divin. D. N. J. C.* lib. IV. cap. XIX. §. II. pag. 519.


11. *Patri remittit; unus*] Sic Pamelius. Veteres editi quos secutus est Welchmanus, *illi remittit: unde unus* cet.

12. *Et principium ipsius quoque Filii sui*] Hæc ex ms. Anglic. supplevit Pamelius. Mox *Deum genuit* legendum existimat Welchmanus, consentiente Jacksono. Paullo post, *Dominus sit* legit Latinius.

13. *Manente in illo* cet.] Locus valde obscurus visus est Pamelio, & quantum apparet, mutilus aut corruptus. Gagnæus legebat *manentem in se quod audivit ab illo*. Welchmanus, unius litterulæ adjectione legendo *manentem* pro *manente*, recte procedere sententiam, auctoremque alludere ad *Heb.* V. 7. in verbis *auditus est*, existimavit. Apud Jacksonum vero vir doctus rescribendum conjecit, *manens & in illo, cui etiam subditus est*: quæ tamen lectio ab exemplaris scriptura nimium recedere videtur.

INDEX CAPITUM LIBRI DE TRINITATE, NOVATIANI PRESBYTERI ROMANI.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
250.



NOVATIANI
PRESBYTERI ROMANI
DE
CIBIS JUDAICIS
EPISTOLA.

CAPUT I.

ET si mihi, fratres sanctissimi, exoptatissimus dies ille & inter præcipuos beatosque referendus est quo litteras vestras & scripta suscipio; (quid enim me aliud nunc faciat [1] liberiorem?) tamen non minus egregium diem & inter eximios arbitror computandum, [2] quo similes vobis affectu debitæ caritatis remittens, & ego ad vos compari voto litteras scribo. Nihil enim me, fratres sanctissimi, tantis constrictum vinculis tenet, nihil tantis curarum ac solicitudinum stimulis excitat & exagitat, quam ne jacturam vobis quamdam per absentiam meam putetis illatam, cui remedium conitor dare, dum elaboro vobis me præsentem B frequentibus litteris exhibere. Quamquam ergo & officium debitum, & cura suscepta, & ipsa ministerii imposita persona hanc a me litterarum scribendarum exposcant necessitatem; tamen vos illam plus exaggeratis, dum me ad scribendum frequentioribus litteris provocatis, & pronum me licet ad ista caritatis solennia magis impellitis, dum sine cessatione in Evangelio vos perstare monstratis: ex quo efficitur, ut & ego vos litteris meis non tam instruam jam eruditos, quam incitem paratos. Nam qui sincerum Evangelium & excretum ab omni perversæ labe doctrinæ non tantum tenetis, verum etiam animose docetis, magistrum hominem non quæritis; qui rebus ipsis vos doctores C esse monstratis. Currentes igitur vos exhortor & vigilantes excito, & [a] *adversus spiritalia nequitiæ* dimicantes adloquor, & [b] *ad* [3] *brabium cursu vocationis in Christo* tendentes impello: ut tam hæreticorum sacrilegis calumniis, quam etiam Judæorum otiosis fabulis calcatis & rejectis, traditionem solam Christi doctrinamque teneatis, ut condigne auctoritatem vobis ejus nominis vindicare possitis. Quam vero sint perversi Judæi, & ab intellectu suæ Legis alieni, [4] duabus epistolis superioribus, ut arbitror, plene ostendi, in quibus probatum est A prorsus ignorare illos quæ sit vera Circumcisio, & quid verum Sabbatum; quorum adhuc magis ac magis cæcitas revincitur in hac epistola, in qua aliquid de Cibis ipsorum breviter differitur: hinc etenim se solos sanctos, & ceteros omnes æstimant inquinatos.

CAPUT II.

ITaque in primis illud collocandum est, [c] *Legem spiritalem esse*; quam si spiritalem negant, utique blasphemant: [5] si devitantes blasphemiam, spiritalem confitentur; spiritaliter legant. Divina enim divine sunt recipienda, & sancta utique adB ferenda. Ceterum culpa gravis inuritur, si terrestris & humana sacris & spiritalibus litteris doctrina præstatur; quod ut ne fiat cavendum est. Caveri autem potest, si quæ a Deo præcepta sunt sic tractentur, ne auctoritatem ejus imminuant adsumta; [6] ne dum quædam impura & non munda dicuntur, institutio illorum infamem reddiderit institutorem. Videbitur enim, reprobando quæ fecit, opera propria damnasse, quæ quasi bona probaverat: & in utroque inconstans, quod hæretici quidem [7] volunt, videri denotabitur; dum aut quæ non erant munda benedixit, aut quæ benedixerat, quia & munda & bona, postea reprobavit quasi non bona, quippe quia non munda; cujus conseC quenter enormitas perpetua manebit & controversia, si perseverat ista Judaica doctrina, quæ omnibus viribus amputanda est: [8] ut, dum quid enormiter ab ipsis traditur, a nobis tollatur; & operum suorum competens dispositio, & divinæ [9] Legis congruens & spiritalis illatio remittatur. Sed ut ab exordio rerum, & unde oportet incipiam; [d] cibus [10] primis hominibus solus arborum fuit fetus & fructus. Nam a pomis usum postea ad fruges contulit culpa, conditionem conscientiæ ipso [11] situ corporis adprobante. Nam & innocentia decerpturos alimenta ex arboribus, adhuc sibi bene

a Ephes. VI. 12. *b* Philipp. III. 14. *c* Rom. VII. 14. *d* Gen. I. 29.

1. *Liberiorem*] Sic Pamelius. Mallet Latinius *hilariorem*. D

2. *Quo*] Hæc est lectio Gelenii & Pamelii. Welchmanus *quod*, minus recte. Mox Jacksonus edidit *affectus*. Sensus enim, inquit, videtur esse, *similes affectus* —— *vobis remittens*. Sed lectio vulgata planior. Vocem enim *similes* respicere putarim *litteras*, quarum paullo ante mentio.

3. *Brabium*] Editio Pamelii 1635. *bravium*. At Frobeniana & reliquæ Pamelianæ *brabium*. Sic etiam uterque editor Anglic. Statim vero *sursum* pro *cursu* edidit Jacksonus, Græca respiciens *Philipp.* III. 14. τῆς ἄνω κλήσεως, ubi Vulg. *supernæ vocationis*. Paullo post idem Jacksonus legendum suspicatur *& condigne*.

4. *Duabus epistolis superioribus*] Altera nimirum *de Sabbato*, altera *de Circumcisione*, quarum meminit Hieronymus *de Vir. illustr.* cap. LXX. Sed hæ jamdiu interciderunt.

5. *Devitantes*] Sic recte legit Pamelius cum Gelenio. Corruptam vocem *denotantes* edidit Welchmanus ex Gagnæo. JACKSON.

6. *Ne dum*] Ita Pamelius aliique. Welchmanus ex Gagnæo, *sed dum*.

7. *Volunt*, *videri denotabitur*] Sic distinguimus cum Jacksono; quod conjiciebat etiam Welchmanus. Al. *volunt videri*, *denotabitur*.

8. *Ut*, *dum quid*] Existimat Welchmanus legendum, *ut quod enorm.* Jacksonus vero, *ut quidquid* cet.

9. *Legis*] Sic Pamelii editio 1635. Aliis placet *legi*. Mox pro *remittatur* rescribit Latinius *retinentur*: quæ lectio probatur Jacksono.

10. *Primis*] Ita editiones Pamelianæ 1617. 1635. 1662. quæ vera videtur lectio. Al. *primus*.

11. *Situ corporis*] Quoniam versus terram declive est corpus in serendis & metendis frugibus. JACKSON.

conscios homines, ad superna subrexit; & com- A missum delictum ad conquirenda frumenta homines terræ soloque dejecit. Postea etiam [a] usus carnis accessit, divina gratia humanis necessitatibus competentia ciborum genera [1] prorsus opportunis temporibus porrigente. Nam & teneros & rudes homines alere debebat mollior cibus, [2] & non sine labore confectus, ad emendationem scilicet; ne iterum liberet delinquere, si innocentiam impositus labor non admoneret. Et quia jam non paradisus custodiendus, sed mundus totus fuerat excolendus, robustior cibus carnis offertur, ut ad emolumenta culturæ plus aliquid humanorum corporum viribus adderetur. Hæc omnia gratia (ut dixi) & dispositione divina, ne aut minus redderetur robustior B cibus quo referti ad opera marcescerent, aut amplius tenerior, quo pro modo virium oppressi ferre non possent. Lex autem postmodum subsecuta cibos carnis cum discretione disposuit: quædam enim ad [3] usum, quasi munda contribuit & concessit animalia; quædam interdixit, quasi non munda, & ipsos edentes inquinatura. Et mundorum quidem hanc formam dedit, ut [b] quæ ruminatione ruminent & ungulas findant, munda; immunda, quæ neutrum horum vel alterum faciant. [c] Sic in piscibus quoque [4] ea demum munda essent quæ cooperta squamis & armata remigiis; at quæ contra, hæc esse non munda. [d] Alitum quoque discrimen induxit, [5] quidque aut reprobum judicaretur, aut C mundum. Ita Lex sollertiam maximam faciendæ animalium separationis instituit, quæ in unam benedictionis formam constitutio antiqua contraxit. Quid igitur dicemus? [6] immunda ne ergo animalia? Quid est enim aliud, non munda, quam quæ Lex a ciborum usibus separavit? Quid enim & illud quod jam diximus? ergo institutor non mundorum Deus, & culpa factorum in artificem redundabit, qui non munda produxit: quod utique dicere extremæ summæque dementiæ est, Deum accusare quasi instituerit immunda, & divinæ majestati crimen inferre, quasi fecerit reproba: præsertim cum & pronuntiata sint [e] *valde bona*, & quæ bona ut *crescerent & multiplicarentur*, benedictionem ab D ipso Deo sint consecuta. Insuper etiam [f] in arca Noe præcepto creatoris ipsorum ad sobolem reservata: ut & necessaria probarentur, dum custodiuntur; & bona, dum necessaria, probarentur: licet ibi quoque sit [7] discrimen adjectum. Sed tamen vel tunc institutio istorum non mundorum funditus potuisset auferri, si propter inquinamentum suum [8] debuisset aboleri.


CAPUT III.

Quatenus ergo (ut Apostolo auctore monstravimus) spiritalis Lex ista spiritaliter recipienda est, ut Legis ratio divina & certa præstetur? Primo credendum est quidquid est a Deo institutum, mundum esse, & ipsa institutionis auctoritate purgatum: neque culpandum, ne in auctorem culpa revocetur. Deinde Legem ad hoc filiis Israel datam, ut per illam proficerent & redirent ad mores bonos, quos [9] cum a patribus accepissent, in Ægypto propter consuetudinem barbaræ gentis corruperant. Denique & decem Sermones illi in tabulis nihil novum docent, sed quod obliteratum fuerat admonent: ut justitia in illis, ignium more, quasi adflatu quodam Legis, sopita recalesceret: proficere autem poterant intellecto plus in hominibus vitia fugienda, quæ Lex damnasset etiam in pecoribus. Nam quando irrationale animal ob aliquid rejicitur, magis illud ipsum in eo qui rationalis est homine damnatur. [10] Et si in eo aliquid quod ex natura habet quasi inquinamentum notatur; plus culpabile, cum illud contra naturam in homine comperitur. Ergo ut homines [11] mundarentur, pecora culpata sunt; scilicet ut & homines qui eadem vitia haberent, æquales pecoribus æstimarentur. Quo pacto factum est, ut nec animalia damnarentur ab institutore, sui culpa; & homines in pecoribus eruditi, ad immaculatam institutionis suæ possent redire naturam. Considerandum enim quomodo Lex, munda & non munda discernit: *Munda*, inquit, *& ruminant & ungulam findunt; immunda* neutrum faciunt, aut ex duobus unum aliquid. Omnia ista unus artifex fecit; & qui fecit, ipse benedixit. Institutionem igitur mundam utriusque conspicio; quia & qui instituit sanctus est, & quæ instituta sunt culpam non habent, dum hoc sunt quod facta sunt. Crimen enim numquam natura, sed voluntas perversa excipere consuevit. Quid ergo est? In animalibus mores depinguntur humani, & actus, & [12] voluntates. Mundi, si ruminent, id est in ore semper habeant [13] quasi cibum præcepta divina: ungulam findunt, si firmo gradu innocentiæ, justitiæ omnisque virtutis vitæ itinera conficiant. Eorum enim quæ in duas ungulas pedem dividunt, robustus semper incessus: dum lubricum partis alterius ungulæ firmamento fulcitur, & in vestigii soliditate retinetur. Sic qui neutrum faciunt, im-

a Gen. IX. 3. *b* Levit. XI. 3. 4. *c* Levit. IX. 10. *d* Ibid. ℣. 13. *e* Gen. I. 31. *f* Gen. VII. 2.

1. *Prorsus opport.*] Sic Pamelius aliique. Alii vero *prorsus* omittunt.
2. *Et non sine labore confectus*] Hæc est lectio Pameliana. Sed aliquid deesse videtur, quo sensus constet; sic forte supplendum, *& provectiores* (subaudi *alere debebat cibus*) *non sine* cet.
3. *Usum*] *Esum* legit Isidorus Hispalensis qui multa ex hoc Novatiani opere exscripsit, cap. IX. *Comment. in Levit.* Sic etiam bis legit Beda nostras Venerabilis: & germana videtur lectio. Mox Isidorus Hispal. *quædam vero euerd.* JACKSON.
4. *Ea demum*] Secuti sumus Jacksonum ita rescribentis ex ms. Wovveri. Al. *eadem*.
5. *Quidque*] Legendum censent editores Anglic. *ut*, vel *quo quidque*.
6. *Immunda ne* cet.] Ita ex Latinio Pamelius & Jacksonus. At Welchmanus edito Frobeniano adhærens: *Immunda ne ergo animalia* (*quid est enim aliud non munda?*) *quæ Lex a ciborum usibus separavit?* Paullo post idem Welchmanus edidit *ex præcepto*, Gagnæum exscribens. Sed ex Pamelio aliisque præpositionem omisimus.
7. *Discrimen adjectum*] Ita rescripsimus cum editoribus Anglicanis. Al. *crimen adjunctum*.
8. *Debuisset*] Censet Welchmanus legendum *debuissent*. Consentit Jacksonus.
9. *Cum a patribus*] Isidorus, *cum ante a patribus*. JACKSON. E
10. *Et si in eo ---- comperitur*] Hanc periodum in omnibus editis corruptam, in sanitatem reduxi ex ms. Woweri. Editt. habuerunt: *Et si in eo quod ex natura aliquid habet, quasi inquinamentum notatur; plus culpabile, cum illud contra naturam in hominem conqueritur.* ID.
11. *Mundarentur ---- æstimarentur*] Isidorus: *emundarentur ---- scilicet ut omnes qui eadem vitia habebant, æquales pecoribus existimentur.* ID.
12. *Voluntates*] Sic Pamelius: quam quidem lectionem confirmant Isidorus *Comment. in Levit.* cap. IX. Beda opp. tom. IV. *Exposit. in Levit.* cap. XI. & in *Levit. Quæst.* c. IX & Rabanus Maurus tom. II. in *Levit. Comment.* ut monuit Jacksonus. Gagnæus vero & Frobenius *voluptates*: atque hanc lectionem retinuit Welchmanus.
13. *Quasi cibum præcepta divina*] Ita legunt cum Pamelio Isidorus, Beda & Rabanus Maurus. Al. *quasi cibum quemdam*. Al. *q. c. quadam p. d.* JACKSON.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.



mundi sunt: quorum nec in virtutibus firmus [1] ingressus est, nec divinorum præceptorum, [2] more illius ruminationis, teritur cibus. Nam & qui alterum faciunt, nec ipsi mundi, dum sunt ex altero debiles; nec in utroque perfecti. Hi autem sunt aut utrumque facientes, ut Fideles, qui mundi; aut alterum, ut Judæi & Hæretici, qui sunt inquinati; aut neutrum, ut Ethnici, qui sunt consequenter immundi. Ita in animalibus, per Legem quasi quoddam humanæ vitæ speculum constitutum est, in quo imagines sanctionum considerent, ut plus vitiosa quæque hominibus contra naturam commissa damnentur, dum etiam naturaliter in pecoribus constituta culpantur. Nam quod in piscibus [3] squamis aspera pro mundis habentur; asperi B & hispidi & hirti & firmi & graves mores hominum probantur: quæ autem sine his sunt, immunda; [4] quia leves & lubrici & infidi & effeminati mores improbantur. Quid enim vult sibi Lex cum dicit: [a] *Camelum non* [5] *manducabis?* nisi quoniam de exemplo animalis vitam damnat [6] enervem & criminibus tortuosam. Aut cum [b] *suem* [7] cibo prohibet adsumi? reprehendit utique cœnosam & luteam & gaudentem vitiorum sordibus vitam, bonum suum non in animi generositate, sed in sola carne ponentem. Aut cum [c] *leporem*? accusat [8] deformatos in feminam viros. Quis autem [d] *mustelæ* corpus cibum faciat? sed furta reprehendit. Quis *lacertam*? sed odit vitæ incertam varietatem. C [9] Quis *stellionem*? sed maculas mentium exsecratur. Quis [e] *accipitrem*, quis *milvum*, quis *aquilam*? sed odit raptores ac violentos, scelere viventes. Quis *vulturem*? sed exsecratur prædam de aliena morte quærentes. Aut quis [f] *corvum*? sed versutas exsecratur voluntates. *Passerem* quoque cum interdicit, intemperantiam coarguit: quando [g] *noctuam*, odit lucifugas veritatis: quando [h] *cygnum*, cervicis altæ superbos: quando [i] *charadrium*, garrulam [10] nimis linguæ intemperantiam: quando *vespertilionem*, quærentes tenebras noctis simul & erroris. Hæc ergo & his paria Lex in animalibus exsecratur: quæ in illis quidem non criminosa, quia in hoc nata sunt; in homine culpata, D quia contra naturam, non ex institutione, sed ex errore quæsita sunt.

A

CAPUT IV.

HIs igitur ita se habentibus accesserunt & aliæ caussæ, quibus multa a Judæis ciborum genera tollerentur: quod ut fieret, immunda multa sunt dicta; non ut illa damnarentur, sed ut isti coërcerentur servituri uni Deo: quia ad hoc adsumtos frugalitas decebat & gulæ temperantia, quæ semper religioni deprehenditur esse vicina, immo (ut ita dixerim) consanguinea potius atque cognata: sanctitati enim inimica luxuria est. Quomodo enim per illam parcetur religioni, cum non parcatur pudori? Non recipit luxuria Dei timorem, dum præcipitantibus illam voluptatibus, in solam fertur cupiditatum temeritatem: effusis enim habenis, sine [11] more admotis sumtibus quasi pabulis crescit exedens patrimonium cum pudore; aut ut torrens aliquis e montium jugis cadens, non tantum opposita transscendit, sed illa ipsa in aliorum ruinam secum rapit. Ad coërcendam ergo intemperantiam populi, remedia sunt ista quæsita; ut quantum luxuriæ demeretur, tantum bonis moribus adderetur. Nam quid aliud merebantur, quam ut ne omnibus escarum voluptatibus uterentur, qui divinis mannæ epulis vilissimos Ægyptiorum cibos præferre ausi sunt, carnes jurulentas inimicorum atque dominorum [12] ante libertatem ponentes? digni sane quos optata servitus saginaret, quibus male displicuerit & melior & liber cibus.

CAPUT V.

[13] FUerit ergo tempus aliquod antiquum, quo istæ umbræ vel figuræ exercendæ, ut abstinendum esset a cibis, quos institutio quidem commendaverat, sed Lex interdixerat. Verum jam [k] *finis legis Christus* supervenit, cuncta legis obscura referans, [14] omnia quæ sacramentorum nebulis antiquitas texerat. Magister enim venit insignis, & doctor cælestis, & institutor consummatæ veritatis, sub quo merito jam dicitur: [l] *Omnia munda mundis, inquinatis autem & infidelibus nihil mundum: sed polluta sunt eorum & mens & conscientia*. Item alio loco: [m] *Quia omnis creatura Dei*

a Levit. XI. 4. *b* Ibid. ℣. 7. *c* Ibid. ℣. 6. *d* Ibid. ℣. 29. 30. *e* Ibid. ℣. 13. 14. 16. *f* Ibid. ℣. 15. *g* Levit. XI. 16. *h* Ibid. ℣. 18. *i* Ibid. ℣. 19. *k* Rom. X. 4. *l* Tit. I. 15. *m* I. Tim. IV. 4. 5.

1. *Ingressus*] Malim *incessus*, ut paullo superius. ID.

2. *More illius ruminat.*] Hæc posui ex mss. Wovveri: atque ita legendum sagaciter auguratus est Welchmanus. Editi: *in ore ullius ruminat*. ID.

3. *Squamis aspera*] Isidorus & Beda, *squamosa & aspera*. Mox pro *hirti*, Beda *hirsuti*: & *firmi in fide*, Isidorus. ID.

4. *Quia ---- Quid enim*] Beda, *quibus ---- Quid autem*. IDEM.

5. *Manducabis*] Sic Isidorus & Beda, atque editt. Gagnæi & Gelenii. Sed Heb. Vulg. & vers. omnes *manducabitis*. (Sic item edidit Pamelius.) ID.

6. *Enervem*] Isidorus in citatione legit *informem*. Sic etiam citant ex auctore Beda & Rabanus Maurus. Neque dubito quin hæc sit vera lectio: non enim *enerve* est animal Camelus; sed est *informe*. ID.

7. *Suem cibo*] *In cibum suem*, Beda & Rabanus. ID.

8. *Deformatos*] Hoc vocabulum reduxi ex Latinio, & habet Isidorus. Editi *reformatos*. Beda *Exposit. in Levit.* legit *deformatos in feminas*. ID.

9. *Quis stellionem? ---- morte quærentes*] Editi luxatum hunc locum & sensu deficientem ita exhibent: *Quis stellionem? sed maculas exsecratur prædam de aliena morte quærentes*. Quænam porro illæ maculæ, *prædam ex aliena morte quærentes?* Nimirum fraudi fuit librario verbum *exsecratur*, semel iterumque positum: inquit cl. Wesselingius *Probabil.* cap. XXXVI. pag. 320. Præeuntibus itaque viris eruditis, Jacksono heic & Wesselingio l. c. locum restituimus ex Isidoro, qui Novatiani verbis usus est *Comment. in Levit.* cap. IX. Sic etiam ex auctore citant verba Beda & Rabanus Maurus, nisi quod habent *violento* pro *ac violentos*. Heic tamen haud præterire licet, eumdem Novatiani locum ex Isidoro restituendum, ut & alia complura superius adnotata, multo ante pervidisse doctissimum Menardum ad S. *Barnabæ Epist.* cap. X. ex quo etiam vix dubito quin sua de mystica ciborum Judaicorum interpretatione hauserit Novatianus.

10. *Nimis linguæ*] Isidorus & Beda, *nimiæ linguæ*. Mox vero iidem, *sed in homine*: quod probo. Paullo ante pro *superbos* legunt *superbiam* Beda & Rabanus Maurus. E JACKSON.

11. *Sine more*] Legendum putat Welchmanus *sine mora*. Jacksonus *sine modo*.

12. *Ante libertatem*] Sic Pamelii omnes editt. Wovveri ms. parile habet *libertati anteponentes*. Sed Welchmanus edidit *post libertatem ponentes*; quæ est corrupta Frobenii lectio, sensui auctoris contraria. Paullo post idem Welchmanus ex Frobenio vitiose *signaret*, pro *saginaret*, quod exhibent editiones Pamelianæ. JACKSON.

13. *Fuerit*] Isidorus & Beda: *Sed fuit tempus aliquando*. Mox iidem: *Exercendæ erant a populo vel gerendæ, ut abstinendum* cet. ID.

14. *Omnia quæ sacramentorum nebulis*] Isidorus: *Atque omnia sacramenta quæ nobis*. Sensus auctoris heic videtur imperfectus; & possumus aliter legere ex citatione Bedæ hoc modo: *Verum jam finis legis Christus supervenit, aperiens cuncta legis & obscura referans: atque omnia quæ sacramentorum nebulis antiquitas texerat, Magister insignis & Doctor cælestis & Institutor consummatæ veritatis patefacit: sub quo merito* cet. ID.

bona, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Rursum alibi: [a] *Spiritus manifeste dicit, quod in novissimis diebus recedent quidam a fide adtendentes spiritibus seductoribus, doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi mendaciloquorum cauteriatam habentium conscientiam suam, probibentium nubere, & abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt Deum.* Adhuc in altera parte: [b] *Omne quod in macello* [1] *venit, manducate, nihil requirentes.* Ex quibus constat omnia ista suis esse benedictionibus reddita, jam Lege finita: nec ad solemnitates ciborum esse redeundum, quas & certa imperaverat caussa, & jam sustulit libertas Evangelica manumissione revocata. Clamat Apostolus: [c] *Non est regnum Dei potus & cibus, sed justitia & pax & gaudium.* Item alio loco: [d] *Esca ventri & venter escis; Deus autem & hunc & hanc evacuabit: corpus autem non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.* Deus ventre non colitur, nec cibis, [e] quos Dominus dicit perire, & in secessu naturali lege purgari. Nam qui per escas Dominum colit, prope est, ut Dominum habeat ventrem suum. Cibus, inquam, verus & sanctus & mundus est fides recta, immaculata conscientia, & innocens anima: quisquis sic pascitur, Christo convescitur; talis epulator conviva est Dei: istæ sunt epulæ quæ angelos pascunt; istæ sunt mensæ quæ martyres faciunt. Hinc est vox illa Legis: [f] *Non in pane tantum vivit homo, sed in omni verbo quod proficiscitur ex ore Dei.* Hinc illa Christi: [g] *Mea esca est, ut faciam voluntatem ejus qui me misit, & ut consummem opus ejus.* Hinc: [h] *Quæritis me, non quia signa vidistis, sed quia manducastis de panibus meis, & saturati estis. Operamini autem non eam escam quæ perit, sed escam permanentem in vitam æternam, quam Filius hominis vobis dabit: hunc enim Pater signavit Deus.* Justitia, inquam, & continentia & reliquis Deus virtutibus colitur. [2] Nam & Zacharias refert: [i] *Si manducetis*, inquit, *aut bibatis, nonne* [3] *vos manducatis aut bibitis?* exprimens cibos aut potus, non ad Deum pervenire, sed ad hominem: nec enim carneus Deus est, ut carne placetur; nec in has voluptates [4] attonitus, ut nostris gaudeat cibis. Deus sola gaudet fide nostra, sola innocentia, sola veritate, solis virtutibus nostris, quæ habitant non in ventre, sed in animo: quasque nobis adquirit divinus timor & cælestis metus, non terrenus cibus. Ex quibus congruenter insectatus est Apostolus [k] *superstitionibus Angelorum servientes, inflatos a sensu carnis suæ, caput Christum non tenentes; ex quo omne corpus per nexum concatenatum, & fibula caritatis membris mutuis innexum atque concretum crescit in Deum*: sed illa servantes, [l] *ne tetigeritis*, [5] *neque gustaveritis, neque contrectaveritis; quæ imaginem quidem videantur habere religionis, dum corpori non parcitur*; nullum tamen emolumentum omnino justitiæ, dum ad elementa quibus per baptisma mortui sumus, voluntaria servitute revocamur.

CAPUT VI.

SED non ex hoc statim quia libertas ciborum concessa, luxuria permissa est: nec quia liberalius nobiscum Evangelium, [6] gessit, continentiam sustulit. Non, inquam, ex hoc ventri procuratum est, sed ciborum forma monstrata est: ostensum est quid juris esset, non quo in gurgitem cupiditatis iretur, sed quo legis ratio redderetur. Ceterum nihil ita intemperantiam coercuit quam Evangelium: nec ita constrictas quisquam gulæ leges [7] dedit, quam Christus: qui [m] beatos legitur pronuntiasse, [8] sed egenos; & felices esurientes atque sitientes; [n] miseros divites, quibus ad imperium ventris & gulæ servientibus voluptatum numquam posset [9] materia deficere, ne desinere servitus posset; argumentum felicitatis putantes, concupiscere quantum possint, nisi quod & sic minus possint, quam concupiscunt. Nam [10] & [o] Lazarum in ipsa fame ipsisque ulceribus & canibus divitis præferens, carnifices salutis ventrem & gulam coercebat exemplis. [p] Apostolus quoque *habentes*, dicendo, *victum & vestitum, his contenti sumus*, frugalitatis & continentiæ legem dabat; parum existimans profuturum esse quod scripserat, etiam exemplum se scriptorum suorum dabat, subjiciens non immerito esse [q] *omnium malorum avaritiam radicem*. sequitur enim præcurrentem luxuriam. Quidquid hæc per vitia consumserit, illa per scelera restituit, [11] orbe criminum recurso, ut rursum luxuria eximat, quidquid avaritia congesserat. Nec tamen desunt inter ista qui, cum sibi nominis Christiani vocem induerint, exempla præbeant intemperantiæ & magisteria: quorum usque eo vitia venerunt, ut & [12] jejuni matutino tempore bibant, non putantes Christianum esse potare post cibum, nisi in vacuas & inanes adhuc venas infusa statim post somnum vina descenderint: minus enim [13] quæ bibunt sapere videntur, si inter vina cibi permisceantur. Videas ergo tales novo genere adhuc jejunos & jam ebrios, non ad popinam currentes, sed popinam secum circumferentes: quorum [14] quisquis salutat, non osculum dat, sed propinat. Quid isti post cibum faciant, quos ebrios invenit cibus? aut quales

a 1. Tim. IV. 1. 2. 3. *b* 1. Cor. X. 25. *c* Rom. XIV. 17. *d* 1. Cor. VI. 13. *e* Matth. XV. 17. Marc. VII. 19. *f* Deut. VIII. 3. *g* Joan. IV. 34. *h* Ibid. VI. 26. 27. *i* Zac. VII. 6. *k* Coloss. II. 18. 19. *l* Ibid. ℣. 21. 23. *m* Matth. V. 3. 6. *n* Luc. VI. 24. *o* Ibid. XVI. 19. &c. *p* 1. Tim. VI. 8. *q* Ibid. ℣. 10.

1. *Venit*] Ita Frobenius & Pamelii editio 1635. nec non Welchmanus. Al. *vænit*. Minus recte.

2. *Nam &*] *Nam ut* legendum suspicatur uterque editor Anglic.

3. *Vos*] Sic habent LXX. Syr. & Arab. *Vobis* Heb. & Vulg. ut apparet ex Hieronymi Comment. in locum. JACKSON.

4. *Attonitus*] Ex conjectura utriusque Anglicani editoris legendum *attentus*, vel *intentus*.

5. *Neque gustaveritis*] Hæc Novatiano restituerunt editores Anglicani, e cujus textu propter *neque* repetitum librariorum incuria excidisse videntur.

6. *Gessit*] Existimat Welchmanus legendum *egit*.

7. *Dedit*] Vox ista deest in editis Pamelii: sed eam agnoscunt Gagnæus & Frobenius; & sensus eam postulare videtur. JACKSON.

8. *Sed egenos*] Particulam *sed* expunxit Jacksonus. Quid vero, si ἐμφατικῶς eam scripserit auctor?

9. *Materia*] Hanc vocem restitui ex Ursino & Wovvero. Editi corrupte *mater*. JACKSON.

10. *Lazarum — præferens*] Hæc posui ex ms. Wovveri. Editi vitiose, *Lazarus — perferens*; omittuntque intermedia, *& divitiis*. Al. vero pro *canibus* legunt *carnibus*. ID.

11. *Orbe — ut rursum*] Uterque editor Anglic. mallet, *ut orbe — rursum*.

12. *Jejuni*] Hæc vox est genuina, ut monstrat mox sequens *jejunos*. Et sic legit Latinius. Male Pamelius *jejunii*; apud quem male iterum *per somnum*. JACKSON.

13. *Quæ bibunt*] Sic reposui ex ms. Wovveri. Mox Pamelium sequor rescribens, *si inter vina cibi*. Gagnæus & Frobenius, *si intestina cum cibis*: quam corruptam lectionem recudit Welchmanus. ID.

14. *Quorum quisquis*] Hæc est lectio Frobeniana quam expressit Welchmanus, pro Pameliana *quorum quisque*. Nimis enim dura esse illa videtur, quam in textum intulit Jacksonus ex ms. Wovveri, *quorum quos quisquis*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 250.

istos sol in occasu relinquit, quos jam marcidos vino oriens aspicit? Sed quæ detestanda sunt, non sunt nobis exempla ducenda. Sumenda sunt enim ea sola quibus animus noster melior reddatur: & licet in Evangelio per omnia ciborum redditus nobis usus sit; tamen intelligitur redditus, sed cum lege frugalitatis & continentiæ. Hæc enim vel maxime decent fideles, oraturos scilicet Deum, & acturos ei quidem gratias, non diebus tantum, sed & ipsis noctibus: quod fieri non poterit, si somnum gravem & molem pectori impositam mens cibo vinoque sopita non valuerit excutere.

CAPUT VII.

SED quod in [1] usu ciborum vel maxime custodiendum sit, cavendum est ne quis licentiam B istam putet in tantum [2] profusam, ut & ad immolata simulacris possit accedere. Quantum enim ad creaturam Dei pertineat, omnis munda est; sed [a] cum dæmoniis immolata fuerit, inquinata est tam diu, quam diu simulacris offeratur: quod mox atque factum est, non est jam Dei, sed idoli; quæ dum in cibum sumitur, sumentem dæmonio nutrit, non Deo, convivam illum simulacro reddendo, non Christo: [3] ut merito faciunt & Judæi: quorum ciborum ratione perspecta, & consilio Legis considerato, & Evangelicæ gratiæ beneficio cognito, & temperantiæ rigore servato, & simulacris immolatorum inquinamento repulso, regulam veritatis per omnia custodientes, Deo gratias agere debemus per Jesum Christum Filium ejus Dominum nostrum; cui laus & honor & claritas in sæcula sæculorum, Amen.

a 1. Cor. x. 20. 21.

1. *Usu*] Sic ex ms. Wovveri editorum lectionem *usum* emendavit Jacksonus: atque ita legendum conjecerat Welchmanus.

2. *Profusam*] *Permissam* Isidorus, qui & mox legit *pertinet*. JACKSON.

3. *Ut merito faciunt & Judæi*] Si nihil desit, quod tamen suspicor, sensus est: ut Judæi etiam a cibis abstinent, qui idolis immolati sunt. WELCHM. ---- Neque aliter Jacksonus.

INDEX CAPITUM

EPISTOLÆ DE CIBIS JUDAICIS:

EX PAMELIO.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 250.

NOVATIANI
AD
S. CYPRIANUM EPISTOLA,
CLERI ROMANI
NOMINE SCRIPTA.

CYPRIANO PAPÆ

Presbyteri & [1] Diaconi Romæ consistentes, salutem.

I. Quamquam bene sibi conscius animus, & evan- A gelicæ disciplinæ vigore subnixus, & verus sibi in [2] decretis cælestibus testis effectus, soleat solo Deo judice esse contentus, nec alterius aut laudes petere aut accusationes pertimescere: tamen geminata sunt laude condigni, qui cum conscientiam sciant [3] Deo soli debere se judici, actus tamen suos desiderant etiam ab ipsis suis fratribus comprobari. Quod te, frater Cypriane, facere non mirum est; qui pro tua verecundia & [4] ingenita industria, consiliorum tuorum nos non tam judices voluisti quam participes inveniri: ut in tuis rebus gestis laudem tecum, dum illas probamus, inveniremus, & tuorum consiliorum bonorum coheredes, [5] quia & affirmatores, esse possimus. Idem enim omnes B credimur operati, in quo deprehendimur eadem omnes censuræ & disciplinæ consensione sociati. Quid enim magis aut in pace tam aptum, aut in bellis persecutionis tam necessarium, quam debitam severitatem divini vigoris tenere? quam qui remiserit, instabili rerum cursu erret semper necesse est, & huc atque illuc variis & incertis negotiorum tempestatibus dissipetur, & quasi extorto de manibus consiliorum gubernaculo, [6] navim ecclesiasticæ salutis illidat in scopulos: ut appareat non aliter saluti ecclesiasticæ consuli posse, nisi si qui & contra ipsam [7] faciunt quasi quidam adversi fluctus, repellantur; & disciplinæ ipsius semper custodita ratio, quasi salutare aliquod gubernaculum in tempe- C state, servetur.

II. Nec hoc nobis [8] nunc nuper consilium cogitatum est, nec hæc apud nos adversus improbos modo supervenerunt repentina subsidia; sed [9] antiqua hæc apud nos severitas, antiqua fides, disciplina legitur antiqua. Quoniam nec tantas de nobis laudes Apostolus protulisset dicendo: [a] *Quia fides vestra prædicatur in toto mundo*, nisi jam exinde vigor iste radices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset, quarum laudum & gloriæ [10] degenerem fuisse, maximum crimen est. Minus est enim dedecoris numquam ad præconium laudis accessisse, quam de fastigio laudis ruisse. Minus est criminis honoratum bono testimonio non fuisse, quam honorem bonorum testimoniorum perdidisse. Minus est, sine prædicatione virtutum ignobilem sine laude jacuisse, quam exheredem fidei factum laudes proprias perdidisse: ea enim quæ in alicujus gloriam proferuntur, nisi anxio & solicito labore serventur, in invidiam maximi criminis intumescunt.

III. Hoc nos non falso dicere [11] superiores nostræ litteræ probaverunt, in quibus vobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus adversus eos qui se ipsos infideles illicita nefariorum libellorum professione prodiderant, quasi evasuri [12] irretientes illos diaboli laqueos viderentur, [13] quo non minus quam si ad nefarias aras accessissent, hoc ipso quod ipsum contestati fuerant, tenerentur; sed etiam adversus illos qui [14] accepta fecis-

[a] Rom. I. 8.

1. *Diaconi*] *Diacones* edit. Spirensis 1471. & vetus innominata. Et sic inscribitur Epistola (xxx. edit. Baluz.) apud Cyprianum. Utroque modo scripserunt auctores ecclesiastici: & vox *Diaconibus* frequenter occurrit in Epistolis Cyprianicis. Jackson.

2. *Decretis cælestibus*] Hanc lectionem reperi in octo codicibus antiquis. Angli monent in codice Vaticano legi *castris cælestibus*. Quam lectionem merito ait Rigaltius sibi non placere. Baluz.

3. *Deo soli debere se judici*] Cod. Veron. apud Fellum, *Dei solius debere se judicio*. Conjicit Jacksonus legendum, *Deo soli debere subjici*. Sed lectionem vulgatam comprobare videtur ipsemet auctor, qui paullo ante dixit, *solo Deo judice esse contentus*.

4. *Ingenita*] Deest hæc vox in cod. Lincol. Paullo post deest item in eodem cod. & in edit. Spir. vox *bonorum*. Utrumque recte omissum, ut videtur.

5. *Quia*] Cod. Vat. *qui*. Mox Lincol. *operari*. Sed recte *operati* propter sequens *sociati* eadem constructione. Jackson.

6. *Navim* cet.] Cod. sancti Remigii Remensis (& Lincol.) *navem ecclesiasticæ disciplinæ illidat*. Divionensis & recentior Victorinus, *navem Ecclesiæ falsos illidat in scopulos*. Baluz. — Magis placet posterior lectio propter sequentia *saluti ecclesiasticæ*, ne inconcinna videatur oratio.

7. *Faciunt quasi quidam adversi fluctus, repellantur*] Sic distinguimus cum Jacksono. Al. *faciunt, quasi quidam adversi fluctus repellantur*.

8. *Nunc nuper*] Omittit *nunc* cod. Lincol.

9. *Antiqua — severitas*] Ista, quæ addita sunt in editione Manutiana, desunt in antiquis editionibus & in duobus antiquis codd. Habentur autem in aliis. Baluz.

10. *Degenerem*] Cod. Lincol. *degeneres*. Sed sequentia *honoratum*, *ignobilem*, *exheredem*, lectionem vulgatam confirmant. Jackson.

11. *Superiores nostræ litteræ*] Hæ intercidisse videntur.

12. *Irretientes*] In uno libro meo veteri, *retinentes*. In Remensi sancti Dionysii, *in retinendis illis diaboli laqueis*. D Baluz. — Cod. Lincol. *quasi hoc evasuri in retinendis illos diaboli laqueos viderentur*. *quod*. Bodl. 1. Fossat. & edit. vetus innominata, *quasi hoc evasuri*. Fell.

13. *Quo*] Al. *quod*. Latinius *quando*.

14. *Accepta fecissent*] Ita codd. Lincol. Bodl. 1. Benevent. editt. Manut. Fell. Welch. & Jackson. At Pamelius quem secutus est Baluzius, *acta fecissent*. Lectionem priorem confirmat Rigaltius: „ Rectissime, inquit, in Beneventano „ exemplari & in editione Romana legitur, *qui accepta* „ *fecissent*: hoc est, qui submissos libellos accepissent; sic „ enim accepto & rato habuerant quidquid illis contine„ batur. Continebatur autem illum (Libellaticum) illo

sent, licet præsentes cum fierent non adfuissent, cum præsentiam suam utique, ut sic scriberentur [1] mandando, fecissent. Non est enim immunis a scelere, qui ut fieret [2] imperavit; nec est alienus a crimine, cujus consensu, licet non a se admissum crimen, tamen publice legitur; & cum totum fidei sacramentum in confessione Christi nominis intelligatur esse digestum, qui fallaces in excusatione præstigias quærit, negavit: & qui vult videri propositis adversus Evangelium vel edictis vel legibus satisfecisse, hoc ipso jam paruit quod videri paruisse se voluit. Nec non etiam contra illos quoque qui illicitis sacrificiis manus suas atque ora polluerant, pollutis ante mentibus propriis, unde etiam sunt ipsæ manus atque ora polluta, fidem nostram consensumque monstravimus. Absit enim ab ecclesia Romana vigorem suum tam profana facilitate dimittere, & nervos severitatis eversa fidei majestate dissolvere; ut cum adhuc non tantum jaceant, sed & cadant eversorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum, utique non profutura, præstentur, & nova per misericordiam falsam vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, ut miseris ad eversionem majorem eripiatur & pœnitentia. Ubi enim poterit indulgentiæ medicina [3] proficere, si etiam ipse medicus intercepta pœnitentia indulget periculis, si tantummodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia obducere cicatricem? Hoc non est curare, sed, si dicere verum volumus, occidere.

IV. Quamquam confessorum quoque, quos hic adhuc in carcerem dignitas suæ confessionis inclusit & ad certamen evangelicum sua fides in confessione jam gloriosa semel coronavit, litteras habeas conspirantes cum litteris nostris, quibus severitatem evangelicæ disciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab ecclesiæ pudore revocarunt. Nisi hoc fecissent, disciplinæ evangelicæ [4] ruina non facile sarciretur, præsertim cum nulli magis tam congruum esset tenorem evangelici vigoris [5] illibatum dignitatemque servare, quam qui se excruciandos & excarnificandos pro Evangelio furentibus tradidissent, ne martyrii honorem [6] merito perderent, si, in occasione martyrii, prævaricatores Evangelii esse voluissent: nam qui quod habet, non custodit in eo ex quo illud possidet, dum id ex quo possidet violat, amittit illud quod possidebat.

V. In quo loco maximas tibi atque uberes gratias referre debemus & reddimus, quod illorum carceris tenebras litteris tuis illuminasti, quod ad illos venisti quomodo introire potuisti, quod illorum animos sua fide & confessione robustos tuis allocutionibus litterisque recreasti, quod felicitates eorum condignis laudibus [7] persecutus accendisti ad multo ardentiorem cælestis gloriæ cupiditatem, quod pronos impulisti, quod, ut credimus & optamus, victores futuros viribus tui sermonis [8] animasti: ut quamquam hoc totum de fide confitentium & de divina indulgentia venire videatur, tamen in martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse videantur. Sed ut ad id unde digressus sermo videbatur esse, rursus revertatur, quales [9] litteras in Siciliam quoque miserimus, subjectas habebis.

VI. Quamquam nobis differendæ hujus rei necessitas major incumbat, quibus, post excessum nobilissimæ memoriæ viri [10] Fabiani, nondum est Episcopus propter rerum & temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur, & eorum qui lapsi sunt possit cum auctoritate & consilio habere rationem. [11] Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat quod & tu ipse tractasti; [12] prius Ecclesiæ pacem sustinendam, deinde sic collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconis, confessoribus pariter ac stantibus laicis facta, lapsorum tractare rationem. Perquam enim nobis & invidiosum & onerosum videtur, non per multos examinare quod per multos commissum videatur fuisse, & unum sententiam dicere cum tam grande crimen per multos diffusum notetur exisse; quoniam nec firmum decretum potest esse, quod non plurimorum videbitur habuisse consensum. Aspice totum orbem pæne vastatum, & ubique jacere dejectorum reliquias [13] & ruinas, & idcirco tam grande experi consilium quam late propagatum videtur esse delictum. Non sit minor medicina quam vulnus est, non sint minora remedia quam [14] funera: ut quo modo qui ruerunt, ob hoc ruerunt quod cæca temeritate ni-

„ die in Capitolium ascendisse, ac dedisse thura Jovi; „ quod etsi ille non fecerat, attamen fecerat, ut se fecisse publice legeretur: lecto scilicet libello, quo videri voluit propositis adversus Evangelium edictis satisfecisse; quod erat, fidem Christo datam deseruisse. „

1. *Mandando*] Sic Natalis ab Oea sententiam dixit in concilio Carthaginiensi sub Cypriano pro se & pro Pompejo Sabratensi & Dioga Leptimagnensi, *qui mihi mandaverunt*. BALUZ.

2. *Imperavit*] Hæc lectio videtur optima. Et tamen illam non inveni nisi in uno veteri libro. Ceteri & editiones Pameliana vetustiores habent *impetravit*. Pamelius autem mutavit secutus conjecturam Costerii, quamvis fateatur se ubique legisse *impetravit*. Sic in epistola XLIV. codicis encyclii scriptum est in codice Bellovacensi *quibus impetrare divino judicio* pro *imperare*. Facilis error, qui admissus est etiam in alio veteri codice ejusdem ecclesiæ, in Breviario nimirum Liberati cap. XVIII. ubi pro *nihil impetrantes dimisit*, uti habent editiones & tres libri veteres, codex ecclesiæ Bellovacensis habet *imperantes*. Sic apud Fulgentium Placiadem lib. 2. Mythol. ubi agit de Vulcano & Minerva, legendum est *Juppiter imperavit* pro eo quod ibi legitur *impetravit*. ID.

3. *Proficere*] Ita emendandum esse existimavi secutus auctoritatem veterum exemplarium & editionum, pro eo quod posteriores editiones præferunt *procedere*. Sed hanc tamen ultimam lectionem ego me reperisse fateor in duobus libris meis veteribus, in Gratianopolitano & in uno Victorino, tum etiam in editione Manutiana. Codex Remensis sancti Dionysii & Lamonianus habent *prodesse*, eodem sensu. ID.

4. *Ruina ---- sarciretur*] Unus Baluzius edidit, *ruinæ ---- sarcirentur*: qua vero auctoritate, silet. Mox apud eumdem *congruens*, ut habet editio Oxoniensis. Al. *congruum*.

5. *Illibatum dignitatemque servare*] Cod. Vat. *illibata dignitate servare*. Quam lectionem retinuit Welchmanus: sed male apud ipsum, excusum *servari*. Statim vero suspicatur idem editor legendum *quam iis qui*.

6. *Merito*] Deest hæc vox in ms. Lincol. Mox idem codex *occisione martyrii*: mendose, ut quidem puto.

7. *Persecutus*] Cod. Bodl. 1. *prosecutus*: atque hanc lectionem in textum intulit Baluzius.

8. *Animasti*] Bodl. 1. & Vat. *armasti*.

9. *Litteras ---- subjectas habebis*] Hujusmodi Novatiani litteræ nusquam apparent.

10. *Fabiani*] Martyrio sublatus est Fabianus anno Christi CCL. 13. Kal. Febr. eique successit Cornelius ineunte Junio anni CCLI. ut ex Pagio erudimur.

11. *Quamquam ---- tractare rationem*] Hunc locum recitat Cyprianus in epist. LII. edit. Baluz. ad Antonianum. Eam habes infra inter Cornelianas. Subditque sanctus Martyr: *Additum est etiam Novatiano tunc scribente, & quod scripserat sua voce recitante* cet. Quæ Cypriani verba descripsit Pacianus in epistola II. ad Sympronianum.

12. *Prius Ecclesiæ*] Cyprianus l. c. *prius esse Ecclesiæ*. Et mox, *diaconibus*.

13. *Et ruinas*] Editio Spirensis & tres libri veteres non habent hæc duo vocabula. Veneta vetus habet. Duo alii libri veteres præferunt *laqueos* pro *ruinas*. BALUZ.

14. *Funera*] Codex sancti Arnulphi habet *vulnera*. Quæ lectio mihi videtur esse melior: eamque posuissem in contextu, si tum cum hic locus cudebatur, habuissem codicem illum. At si quis retinendam putat vocem *funera*, intelligere oportet mortes, seu potius cadavera mortuorum. ID.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 250.

mis incauti fuerunt; ita qui hoc disponere nituntur, omni consiliorum moderamine utantur, ne quid, non ut oportet factum, tamquam irritum ab omnibus judicetur. Uno igitur eodemque consilio, iisdem precibus & fletibus, tam nos qui usque adhuc videmur temporis istius ruinas subterfugisse, quam illi qui in has temporis videntur clades incidisse, divinam majestatem deprecantes pacem [1] ecclesiastico nomini postulemus: mutuis votis nos invicem foveamus, custodiamus, armemus: oremus pro lapsis, ut erigantur: oremus pro stantibus, ut non ad ruinas usque tententur: oremus ut qui cecidisse referuntur, delicti sui magnitudinem agnoscentes, intelligant non momentaneam neque præproperam [2] desiderare medicinam: oremus, ut effectus indulgentiæ lapsorum subsequatur & [3] pœnitentia, ut intellecto suo crimine velint nobis interim præstare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbent Ecclesiæ statum; ne interiorem nobis persecutionem ipsi incendisse videantur, & accedat ad criminum cumulum quod etiam inquieti fuerunt. Maxime enim illis congruit verecundia, quorum in delictis damnatur mens inverecunda.

VII. Pulsent sane fores, sed non utique confringant. Adeant ad limen Ecclesiæ, sed non utique transiliant. Castrorum cælestium excubent portis, sed armati modestia, qua intelligant se desertores fuisse. Resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant. Arment se quidem modestiæ telis, & quem negando mortis metu fidei dimiserant clypeum resumant; sed ut contra hostem diabolum vel nunc armati, non contra Ecclesiam quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio verecunda, humilitas necessaria, [4] patientia non otiosa. Mittant legatos pro suis doloribus lacrymas; advocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis & pudorem. Immo si dedecoris admissi magnitudinem perhorrescunt, si pectoris & conscientiæ suæ lethalem plagam & sinuosi vulneris altos recessus vere medica manu tractant, erubescant & petere; nisi quia ma-

A joris est rursum & periculi & pudoris, auxilium pacis non petiisse. Sed hoc totum in sacramento, sed in ipsius postulationis lege temporis facto temperamento, sed postulatione demissa, sed prece subdita: quoniam & qui petitur flecti debet, non incitari; & sicut respici debet divina clementia, sic respici debet & divina censura; & sicut scriptum est, [a] *Donavi tibi omne debitum, quia me rogasti*; sic scriptum est, [b] *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo & coram Angelis ejus*. Deus enim ut est indulgens, ita est præceptorum suorum exactor, & quidem diligens; & sicut [c] ad convivium vocat, sic habitum nuptiarum non habentem, ligatis mani-
B bus & pedibus extra sanctorum cœtum foras jactat. Paravit cælum, sed paravit & tartarum. Paravit refrigeria, sed paravit etiam æterna supplicia. Paravit inaccessibilem lucem, sed paravit etiam perpetuæ noctis vastam [5] æternamque caliginem. Cujus temperamenti moderamen nos heic tenere quærentes diu, & quidem multi, & quidem cum quibusdam Episcopis [6] vicinis nobis & appropinquantibus, [7] & quos ex aliis provinciis longe positis persecutionis istius ardor ejecerat, ante constitutionem Episcopi nihil innovandum putavimus, sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse [8] credidimus; ut interim, dum Episcopus dari à Deo nobis sustinetur, [9] in suspenso eorum qui mo-
C ras possunt dilationis sustinere, caussa teneatur; eorum autem quorum vitæ suæ finem urgens exitus dilationem non potest ferre, acta pœnitentia & professa frequenter suorum detestatione factorum, si lacrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis ac vere pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes vivendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum caute & solicite subveniri, Deo ipso sciente quid de talibus faciat, & qualiter judicii sui examinet pondera; nobis tamen anxie curantibus, ut nec pronam nostram improbi homines laudent facilitatem, nec vere pœnitentes accusent nostram quasi duram crudelitatem. Optamus te, beatissime ac gloriosissime Papa, in Domino semper bene valere
D & nostri meminisse.

a Matth. XVIII. 32. *b* Luc. XII. 9. *c* Matth. XXII. 3. &c.

1. *Ecclesiastico nomini*] Ita nos reposuimus, editionem Anglicanam & auctoritatem quorumdam veterum librorum secuti. Si quis tamen legere malit *nomine*, non repugno. Baluz.
2. *Desiderare*] Duo libri veteres habent, *desiderare debere medicinam*. Id.
3. *Pœnitentia*] Antea legebatur *pœnitentiam*: eamque lectionem confirmant veteres editiones & septem vetera exemplaria. Nostram quæ videtur esse melior, confirmant tres antiqui codices. Id.
4. *Patientia*] *Pœnitentia* cod. Lincoln.
5. *Æternamque*] Sic editi ferme omnes. Cod. Vatic. *& tetram*: quam lectionem in textum inferre non dubitarunt editores Anglicani.
6. *Vicinis nobis*] Ita Fellus & Baluzius. Omittunt *nobis* Welchmanus & Jacksonus.
7. *Et quos*] Conjunctionem *&* redundare putat Welchmanus. Jacksono autem sensus videtur *& cum quibusdam quos*. Mox deest *positis* in cod. Lincoln.
8. *Credidimus*] Ita ex cod. Bodl. 1. Fellus, Welchmanus & Jacksonus. Al. *credimus*.
9. *In suspenso — moras — sustinere*] *In suspenso* emendavit Morellius pro eo quod antea legebatur *in suspendio*. Unus liber meus habet *voto suspenso*. Mox cod. Gratianopolitanus, *qui foris possunt dilectionem sustinere*. Vetustiores editiones, *foris possunt dilatione sustineri*. Baluz.

ACTA SANCTORUM PIONII
ET SOCIORUM EJUS MARTYRUM.

Ex quatuor codd. mss.

I. REferri oportere ac debere memorari sanctorum merita Apostolus præcipit, eo quod sciat, rerum gestarum memoria egregiis viris flammam in pectore crescere, his ante omnia qui imitari tales viros vel maxime student, vel præcipua æmulatione contendunt. Unde PIONII Martyris debet passio non sileri; quia & dum esset in luce, multis fratribus ignorantiæ discussit errorem, & postea Martyr effectus, quibus vivus doctrinam infuderat, passus ostendit exemplum.

II. Secundo [1] itaque die [2] sexti (α) mensis, qui dies est quarto Idus Martias, die sabbati (β) majore, natale Polycarpi martyris celebrantes (γ) genuinum [3], Pionium, Sabinam, Asclepiadem, Macedoniam
B quoque & Lemnum [4] presbyterum catholicæ Ecclesiæ, vis persecutionis invenit. Sed quia bonæ fidei totum Dominus ostendit, Pionius quæ imminebant supplicia quia non timebat advenientia, futura prævidit. Ergo ante diem quam natalis Polycarpi martyris adveniret, cum Sabina & Asclepiade dum jejuniis devotus insisteret, vidit in somnis sequenti die se esse capiendum. Quæ cum aperte & indubitanter agnosceret, eo quod tam lucide omnia visus
A appareret, funis vinculo sua & Sabinæ & Asclepiadis colla circumdedit: ut cum ab illaturis vincula vincti invenirentur, scirent qui venerant nihil se novi esse facturos: intelligerentque non eos, sicut ceteros qui degustabunt sacrificia, esse ducendos; cum essent vincula, priusquam juberentur, imposita, & fidei testimonium, & voluntatis indicium.

III. Facta ergo (δ) oratione solemni, cum die sabbato sanctum panem & aquam degustavissent, Polemon neochorus [5] sive æditius advenit, stipatus turba eorum quos ad investigandos Christianos Polemoni judicia majora sociaverant. Qui ubi Pionium vidit, talia profano ore verba profudit: Scitis manifeste Principis esse præceptum, quod sacrificia celebrare vos jubeat? Pionius dixit: *Scimus quidem præcepta; sed illa sola quæ Deum nos venerari jubent.* Æædituus dixit: Venite ad forum, ut pernoscatis vera esse quæ dixi. Sabina vero & Asclepiades clara voce dixerunt: *Nos Deo vero obedimus.* Et cum ad forum ducerentur oblati, repente vincula cervicibus eorum indita vulgus aspexit: & ut solet in populo rationis experte vi-

1. Boll. *Vigesima-tertia mensis Februarii die, cum Sabbatum magnum intraret, Natali scilicet beati martyris Polycarpi vigente Decii imperatoris persecutione Pionius presbyter* &c.
2. In utroque cod. Colb. deest *sexti*.
C 3. Sic optime codd. Colb. 1. & Einsidl. At in altero Colb. habetur *Jenuinum*. In cod. sancti Maximini apud Boll. *geminum*. In cod. Noail. omnino deest istud nomen. Porro *Natalis genuinus dies* dicitur in L. 11. & 17 cod. Theodos. de Proximis, Comitibus &c. apud eruditissimum Cangium in Glossario, ubi plura de hac re, & in dissertatione ejusdem de Nummis imperatorum Byzantinorum.
4. Sic codd. Noail. & Einsidl. Cod. S. Maximin. *Leninus*. Colb. *Linus*.
5. In cod. Einsidl. *Palæmon*, in Noaill. *Polimon sive æditius*. *Neochorus* creditur apud antiquos fuisse ædis sacræ æditius. Quamquam ea vox, ut observat eruditiss. Cangius in Glossario latino, antiquariæ & nummariæ rei studiosis multum negotii facessit.

(α) *Sexti*] Secundus dies sexti mensis cum XXIII. Febr. componitur: quo die Polycarpus occubuerat. Sed non bene componitur cum *quarto Idus Martias*. Immo Græcus auctor VII. *Kal. Martias* scribere debuit, ut cum XXIII. Febr. copuletur. At librarius nactus heic forsitan fugientem scripturam, ex fine Actorum istud *quarto Idus Martias* huc inscite intrusit, securus de spatio quod inter comprehensionem & mortem intercessit: quarum rerum duarum prehensio in VII. Kal. Martias, obitus autem in IV. Idus Martias incidit. Tam autem secundus sexti mensis, quam VII. Kal. Mart. cum XXIII. concurrit. MAZOCH. *Comment. ad Kalendar. Eccl. Neapol.* vol. III. pag. 952.

(β) *Majore*] Existimabat Cl. Mazochius l. c. pagg. 69. 91. vocem istam ab sciolis esse: sed postea semet ipsum revocans, quæ hac de re scripsit, indicta voluit. Locum adi, si libet, pag. 953. seq.

(γ) *Genuinum*] Bollandianum horum Actorum exemplum pro *Genuinum* exhibet *Geminum*: quod Tillemontius in *S. Pion.* not. III. cum sequenti voce jungens, putat hunc Martyrem fuisse binominem, ac *Geminum Pionium* appellatum. Sed tamen plures codices & præstantiores *Genuinum* retinent. Sic codex S. Maximini a Bollando visus: sic etiam ex Colbertinis duobus, & ex Einsidlensi excudi Ruinartus fecit; qui & testatur in cod. Abb. de Noailles hanc vocem deesse: id quod præstabilius censeo. Nam hoc Natale passionis, non vero nativitatis (de qua *Genuinum* usurpatur) S. Polycarpi erat. Nisi si vero quis ostenderit Polycarpum uno eodemque die XXIII. Febr. tum in lucem editum, tum etiam martyrium subiisse. Atqui vox illa *Genuinum* glossam redolet. In Græco textu ex quo hæc interpretatio manavit, erat omnino Γενέθλιον (nam Smyrnensium epistola cap. XVIII. ad quod hic locus refertur, *ἡμέραν γενέθλιον* legitur) quod *Natale* reddidit interpres: optime, quia tam Græcum quam Latinum nomen de quovis anniversario die sumitur. At fuit alter sciolus, qui maluerit *Genuinum* verti, idque in margine adscripserit, aut versui suprascripserit. Ex quo deinde duo nomina secum pugnantia inculcari cœperunt. At interim codex Noaill. veterem lectionem retinuit. Nec Græca Acta illa quæ ad nos Metaphrastes transmisit, quidquam habent, quod sive ad *Genuinum* sive ad *Geminum*
D (ut sit alterum Pionii nomen) pertineat. Quo circa vocem *Genuinum*, tamquam minime genuinam, expungendam modis omnibus censeo. Ita MAZOCHIUS l. c. pag. 953. ea omnia recantans, quæ de hoc loco in aliam sententiam differuerat pag. 69. not. 48.

(δ) *Oratione solemni — sanctum panem degust.*] In synodi Laodicenæ can. XIII. ex interpretatione Dionysii: *Presbyteri ruris, episcopo præsente, vel presbyteri urbis ipsius, offerre non possunt, neque panem sanctificatum dare* (hoc ultimum Græce est ὅτι μὴ ἄρτον διδόναι ἐν ΕΥΧΗ, *nec panem dare in ORATIONE*) *calicemque porrigere. Si vero absentes hi fuerint, & (εἰς εὐχὴν) ad dandam orationem vocentur, soli dare debebunt.* Zonaras ad hunc Canonem ἐν εὐχῇ interpretatur ἐν ἱερουργίας καιρῷ, *tempore sacrificii*. Hinc in libris Græcorum liturgicis Μυστικὴ εὐχὴ, *Mystica oratio*, est quod nos *Missam* dicimus. Balsamon ad Nysseni epist. ad Letojum, illud μυστικῆς ἐπιτελουμένης εὐχῆς de panis & calicis consecratione explicat, cui secreta oratio a sacerdote præmittitur, ut panis & calix sanctificetur. ID. ibid. pag. 993. not. 12. Ipsumque adi sis pag. 867. not. 728.

ſendæ cujuſque rei cupiditas inhiare, ita ſe mirantes ſtipabant [1], ut dum ipſi alios pellerent, ab aliis pellerentur. Ergo [2] ut ad forum ventum eſt, repente immenſa multitudine, quidquid ſpatii in medio fuit, & ſuperpoſita paganorum ædiculis tecta completa ſunt. Innumeræ quoque aderant feminarum catervæ, quia erat dies ſabbati & Judæorum feminas ab opere diei feſtivitas relaxabat. Omnis autem circumfuſa undique viſendi ſtudio ruebat ætas: & quos ad videndum deſtituebat brevitas corporis, ſuprapoſiti ſcamnis, aut aſcendentes arcas, ne ſubtraherentur miraculo, æquiparabant ingenio quod natura ſubtraxerat.

IV. Tum Martyribus in medio conſtitutis, Polemon ait: Bonum eſt, Pioni, & te ſicut ceteros obedire, ac juſſa complentes, declinare ſupplicia. Sed beatus Martyr Polemonis ſermone percepto [3], extenſa manu, læto & alacri vultu tali oratione reſpondit: *Vos viri* [4] *qui exſultatis pulcritudine mœnium, & Smyrnæ civitatis decore gaudetis, & Homero* [5] *poeta gloriamini, & ſi qui vobiſcum ex Judæis adſunt, paucis audite, vos alloquor. Audio enim quod irrideatis eos qui ad ſacrificandum, aut ſponte proſiliunt, aut alio cogente non renuunt; & in illis levitatem pectoris, in his ſpontaneum damnetis errorem, cum oporteret vos Homero* [6] *doctori veſtro ac magiſtro pariter obedire, qui aſſerit nefas eſſe exſultare de defunctis* [7], *nec ullum conflictum cum luce caſſis, aut certamen debere eſſe cum mortuis. Vos autem, Judæi, decuerat Moyſi obedire præceptis, qui ait:* [a] Inimici tui animal ſi ceciderit, oportet te prius levare quam tranſeas. *Pari quoque ſententia & ſimili Salomon oratione ſignificavit:* [b] Inimico cadente non exſultes; nec aliena infelicitate jactes. *Unde ego mori malo, atque omnia perferre ſupplicia, & in quaslibet ærumnas deductus immenſos ſentire cruciatus, donec non pervertam aut illa quæ didici, aut illa quæ docui. Nunc ergo quomodo Judæi riſu ſe cachinnante diſſolvunt, irridentes eos qui aut coacti, aut ſponte ſacrificant; ne a nobis quidem temperant riſum & inſultanti voce proclamant, diu nos licentiæ tempus habuiſſe. Eſto inimici eorum ſumus, attamen homines. Quid enim a nobis pertulere jacturæ? quæ per nos ſenſere ſupplicia? quos lingua læſimus? quos odio perſecuti iniquo ſumus? quos ferina crudelitate graſſati ad ſacrificia* [8] *compulimus? Non ſunt eorum peccata his ſimilia, quæ propter timorem hominum nunc aguntur. Longa diſcretio eſt inter invitum & ſponte peccantem; & hoc intereſt inter eum qui cogitur, & illum quem nemo compellit, quod ibi mens, hic tempus in culpa eſt. Quis coegit Judæos aut* [c] *myſteriis Beelphegor* [9] *imbui, aut in-*

A *tereſſe parentalibus* [10], *& deguſtare ſacrificia mortuorum?* [d] *Quis cum filiabus Allophylorum turpes coitus agere, & exercere meretriciam voluptatem? Quis* [e] *ſuos filios concremare? Quis adverſus Deum murmur exercere, aut* [f] *de Moyſe latenter mala loqui? Quis tot beneficiorum immemores? Quis fecit ingratos? Quis coegit per* [11] *cor ſuum redire ad Ægyptum? aut cum Moyſes legem aſcendiſſet accipere, dicere ad Aaron:* [g] *Fac nobis deos, & vitulum; & cetera quæ fecerunt. Sed vos, pagani, poſſunt fortaſſe decipere, aliqua aures veſtras ambage fallentes; nobis illorum nullus poterit imponere fallaciam. Recitent vobis codicem Judicum, Regum, Exodum; & cetera quibus con-*
B *vincuntur, oſtendant. Sed quæritis cur multi ad ſacrificandum ſponte deſcendant; & propter paucos, ceteros irridetis. Fingite vobis imaginem areæ, quam tritura compleverit. Palearum eſt acervus major, an tritici? Cum enim colonus aut bicorni furca triticum vertit* [12], *aut palmulari; ſine pondere palea vento auferente jactatur; triticum autem grave & ſolidum in eo loco in quo manſerit perſeverat. Quando jactant in pelago retia, numquid totum quod educunt eſſe optimum poteſt? Scitote tales eſſe quos cernitis, & hanc eſſe rationem ut mala bonis, bona peſſimis miſceantur: ſed ubi æquare volueris diſcrepant, & quid ſit melius in comparatione monſtratur. Quonam modo*
C *itaque nos vultis hæc quæ a vobis irrogantur ferre ſupplicia? ut juſtus an ut injuſtus? (Si ut injuſtus;) injuſtiores vos tali opere comprobabitis, ſi perſequendi cauſſa non exſtat. Si ut juſtus; quid vobis ſpei ſupereſt, cum etiam juſti ita patiantur?* [h] *Si juſtus enim vix ſalvatur, peccator & impius ubi parebit? Judicium namque imminet ſæculo, de cujus adventu multis ex rebus certi ſumus. Ego namque tranſgreſſus omnem Judæorum terram, cuncta perdidici, & Jordane tranſmiſſo, vidi terram* [13] *quæ excidio ſuo iram Domini teſtabatur, propter id quod peregrinos aut exſtinguebant humanitatis immemores, aut percurrentes in ſexum viros muliebria pati jugulato hoſpitii jure*
D *cogebant. Vidi terram vi divini ignis exuſtam, & in cineres favillaſque converſam, omni humore atque fertilitate viduatam. Vidi mare mortuum, & ob Dei timorem naturam mutatam ferventis elementi. Vidi aquam, nec alendis, nec ſuſcipiendis animantibus obſequentem, hominem quoque ſicut ſuſceperit & jactantem; ne iterum propter hominem, aut crimen incurrat aut pœnam. Sed quid ego hæc vobis dico procul remota, longius collocata? Vos* [14] *gentes videtis & enarratis incendium, illam æſtuantem rupibus flammam. Conferte quoque Lyciæ* [15] *& diverſarum inſularum ignem ex infimis terræ viſceribus effluentem. Aut ſi hæc*

a Deut. XXII. 4. *b* Prov. XXIV. 17. *c* Pſal. CV. 28. & ſeqq. *d* Num. XXV. *e* Exod. XV. & XVI. *f* Num. XIV. & XVI. &c. *g* Exod. XXXII. 1. *h* 1. Pet. IV. 18.

E 1. Codd. Einſidl. & Noaill. & S. Maximini, *inter ſe mirantes ſtupebant*.
2. Boll. *Et cum in forum veniſſent, & in porticu ad Orientem ſita ad portam duplicem conſtitiſſent, impletum eſt totum forum & ſuperiores porticus, tum viris Græcis atque Judæis, tum etiam mulieribus. Nam cum magnum eſſet ſabbatum, feriabatur. Quin etiam fundamenta arcuſque conſcenderant, ut ſpectarent*.
3. Cod. Noaill. *ſermone contemto*.
4. Uterque cod. Colb. *vidi*.
5. Inter urbes quæ ſibi Homeri natale attribuunt, prima vulgo recenſetur Smyrna.
6. Acta Boll. *Homerum audiretis qui hominum interitu lætari pium negat*. Id deſumtum eſt ex Odyſſeæ lib. 22. ℣. 412. ubi Ulyſſes inducitur Euricleam nutricem ſuam reprehendens, quod de procorum cæde exſultaret.
7. Cod. S. Maximin. *inſultare defunctis*.
8. Einſidl. *ſupplicia*.
9. Seu Baal, idolum Moabitarum quod in monte Phogor colebant. Ipſum eſſe Saturnum nonnulli exiſtimant.
10. Sacra funeſta, ſeu convivia, quæ in parentum ſeu propinquorum defunctorum memoriam fiebant.
11. Colbert. 1. *or*.
12. Colb. duo, *verrit*.
13. Palæſtinæ regio, in qua Sodoma aliæque civitates ſitæ erant, quæ ultricibus flammis conſumtæ referuntur in libro Geneſeos cap. 19.
14. Boll. *Hæc ego commemoro quæ procul abſunt. Vos Decapolim Lydiæ regionem igne combuſtam videtis ad impiorum exemplum uſque ad præſentem diem; Ætnæ item incendium & Siciliæ atque Lyciæ inſularum*.
15. Lycia, Aſiæ minoris regio, in qua Chimæra mons

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 251.

non potuistis agnoscere, considerate (α) *calidæ aquæ usum, non dico de illa quæ fit, sed de illa quæ nascitur. Aspicite fontes tepentes, & anhelantes ibi unde exstingui solent flammæ. Unde esse putatis hunc ignem, nisi quia cum inferni igne sociatur? Dicitis enim partim igne, partim inundationibus vos sub Deucalione* [1], *& nos sub Noe* [a] *laborasse. Ita enim fit, ut particulatim catholica agnoscantur. Unde prædicimus vobis de judicio per Verbum Dei Jesum Christum, qui per ignem venturus est. Propterea deos vestros non adoramus, nec imagines aureas veneramur; quia in his non religio colitur, sed quantitas æstimatur.*

V. His ita atque talibus diu dictis dum tacere nollet, Polemon, omnisque populus ita admovit aures, ut [2] quiescere nullus auderet. Ac denuo dicente Pionio: *Deos vestros non adoramus, nec imagines aureas cælesti veneratione suscipimus*, obduxerunt [3] eos in atrio [4]. Ibi circumstans vulgus cum Polemone beatum Martyrem persuadere tentabant tali sermone suadentes: (β) Pion obtempera nobis: multa sunt enim propter te quæ vivere & valere conveniat. Dignus es enim vita, cum morum tuorum meritis, tum mansuetudinis caussa. Vivere bonum est, & halitum hujus lucis haurire. Cumque & alia multa narrarent, Pionius ait: *Ego dico quia vivere bonum est & usum lucis haurire, sed illius quem desideramus. Aliud est lumen illud quod nos cupimus, & hæc Dei munere non obliti deserimus: sed relinquimus, majora cupientes, & præ melioribus ista contemnimus. Et vos quidem laudo, eo quod me dignum & amore & honore ducatis: sed esse ex vobis suspicamur insidias; & semper minus nocuerunt professa odia, quam subdola blandimenta.*

VI. Post hæc verba Alexander [5] quidam, vir malignus de populo, ait Pionio: Nostris quoque sermonibus a te præbeatur auditus. Respondit ille: *Te magis oportet audire; quoniam quæ tu scis scio, tu vero ignoras illa quæ novi.* Tum ille beati Martyris irridens catenas ait: Quid sibi hæ catenæ volunt? Ille respondit: *Ne dum per civitatem ducimur, a quibusdam ad sacrificandum ire credamur: aut ne, & nos, sicut & ceteros, ad templa ducatis: simul ut possitis advertere, quia interrogatione non opus est, cum in custodiam sponte properemus.* Cumque tacuisset, & populus in obsecratione & persuasione duraret, iteratus beatus Martyr respondit: *Hoc decrevimus, & certum est in eo quod diximus permanere.* Cumque eos qui circum erant sermonis acerbitate vehementer argueret, & relegens præterita etiam & futura prædiceret, Alexander ait: Quid opus est sermonibus vestris? cum potestas vivendi vobis esse non possit, quin immo sit necessitas pereundi magna.

VII. Sed [6] cum populus ad theatrum ire disponeret, ut in conscensu caveæ multo melius beati Martyris verba posset audire, ad Polemonem accesserunt [7] nescio quid dicentes atque suadentes, quia si tribuisset loquendi beato Martyri potestatem, turba & tumultus oriretur. Auditis itaque his Polemon, tali Pionium sermone compellit: Si sacrificare abnuis, ad templum veni [8]. Ille respondit: *Non expedit delubris vestris, ut nos ad templa veniamus.* Tunc Polemon: Ergo ita obfirmasti animum, ut tibi persuaderi non possit? Et Pionius: *Utinam ego vos ut Christiani essetis movere & persuadere potuissem!* Cujus sermonem quidam irridentes, magna voce dixerunt: Nihil tale facturus es, vel si vivi ardeamus [9]. Ille ait: *Pejus est ardere post mortem.* In hac sermonum altercatione Sabinam aspexere ridentem; ad quam, quasi minantes, terribili voce dixerunt: Rides? Illa respondit: *Rideo, si Deus vult; quia Christiani sumus.* Tum illi: Passura es, inquiunt, illa quæ novis [10]. Quæ non sacrificant enim, lupanaribus deputatæ præstant meretricibus collegium, & lenonibus supplementum. Illa respondit: *Quidquid Deo placet* [11].

VIII. Et iterum [12] Pionius ad Polemonem ait: *Si autem persuadere jussus es, aut punire; necesse est ut punias, cum persuadere non possis.* Tum Polemon sermonis hujus asperitate permotus: Sacrifica, inquit, (Respondit Pionius:) *Non faciam.* Ait rursus illi: Cur non? Ille item: *Quia Christianus sum.* Rursus Polemon: Quem colis Deum? Respondit Pionius: *Deum omnipotentem qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & nos omnes; qui nobis omnia præstat & tribuit, quem cognovimus per Verbum ejus Jesum Christum.* Dehinc Polemon: Vel Imperatori sacrifica. Ille respondit: *Ego homini non sacrificabo.*

a Gen. VI.

flammivomus apud antiquos celebris; in cujus cacumine leones habitare dicebantur; in medio ubi pascua erant, capræ; in radicibus serpentes. Hinc Chimæræ fabula quæ hoc animal esse fingit triforme flammivomum, caput & pectus leonis habens, ventrem capræ ac draconis caudam, quod monstrum occidisse dicitur Bellerophon, Glauci filius, quod Chimæræ montem habitabilem reddiderit. Vide sis Lucret. lib. 2. & 5. de rerum natura, Virgil. lib. 6. Æneid. & alios. Hujus montis ignem aqua accendit, terra autem vel fœno exstingui refert Gnidius Ctesias apud Plinium lib. 2. cap. 106. ubi plura habentur de montibus qui ignes evomunt, quos ibi sigillatim Plinius recenset.

1. Deucalion & Pyrrha in monte Parnassi ex generali diluvio servati lapides post tergum projiciendo homines & mulieres excitabant, qui genus humanum restituerunt. Nota fabula ex Ovid. lib. 1. Metamorphos. fab. 7.

2. Forte *inquietare*. — Mallem *hiscere*.

3. Boll. *duxerunt*.

4. Boll. *sub dio*.

5. Boll. *Circumforaneus autem quidam, nomine Alexander, homo improbus ait*, &c.

6. Boll. *Sed cum populus vellet in theatro conventum fieri, ut plura illic audiret; quidam Ducis studiosi ad Polemonem æditυum accedentes ei persuaserunt, ne sineret in theatro populum convenire, ne tumultus fieret, & panis flagitaretur. Quibus auditis &c.* Observat Baronius in notis ad hunc locum ad annum 254. num. 7. plebem in conventibus publicis sæpius tumultuose suas necessitates a Magistratibus extorsisse. Confer Joseph. lib. 19. Antiqu. Jud. cap. 1. ubi de Circensibus ludis.

7. Forte *nescio qui*.

8. Boll. *Si non vis sacrificare, saltem templum ingredere*.

9. Boll. *Tu vero ne id feceris, ne vivi comburamur*.

10. Boll. *non vis*.


11. Boll. *Sancto Deo id erit curæ*.

12. Heic omissa est interrogatio una, quæ suppletur ex Bolland. *Pionium rursus Polemo sic allocutus est: Obtempera nobis. Pionius respondit &c.*

(α) *Calidæ aquæ usum*] De thermis idcirco addit Pionius, quia hæ olim a S. Patricio illam disputationem elicuerant, quam ob oculos habuit sanctus Martyr. Id. ibid. pag. 401. not. 244. qui paullo ante pag. 396. ejusdem S. Patricii Prusæ episcopi & martyris laudatam disputationem illustrat.

(β) *Pion*] Hoc errori non est adscribendum. Nam quia primitiva cum suis derivativis permutabantur; hinc Πίων, *Pion* (quod *pinguem* significat) & Πιόνιος, *Pionius*, alternabant. Id. ibid. pag. 91.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 251.



IX. Post hæc Polemon, cum ceræ Notarius [1] A quæ respondebantur imprimeret, ait ad Pionium: Quis vocaris? Pionius ait: *Christianus*. Polemon: Cujus ecclesiæ? Pionius ait: *Catholicæ* [2]. Relictoque Pionio, ad Sabinam Polemon verba convertit; cui [3] Pionius prædixerat verba, ne in manus dominæ impiæ posset incidere, ut sub Theodocii [4] vocabulo, vim crudelitatis nominis mutatione declinaret. Tunc Polemon ait: Quæ diceris? Illa respondit: *Theodota & Christiana*. Polemon: Si Christiana es, cujus ecclesiæ? At illa: *Catholicæ*. Polemon: Quem colis Deum? Illa respondit: *Deum omnipotentem qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, quem cognovimus per Verbum ejus Jesum Christum*. Post B hæc cum, adstante haud procul Asclepiade, quis diceretur, inquireret, respondit Asclepiades: *Christianus*. Polemon: Cujus ecclesiæ? Asclepiades. *Catholicæ*. Polemon: Quem Deum colis? Respondit: *Christum*. Polemon: Quid ergo? iste alter est? Respondit: *Non; sed ipse, quem & ipsi paullo ante confessi sunt*.

X. His dictis atque transactis ducebantur ad carcerem, magna parte vulgi, & immensa populi copia prosequente; cujus tantum pondus se infuderat, ut forum Martha stipatione compleret, & vix undas populi præclusus multitudine populi accessus egereret. Ibi quidam in beati Martyris facie ani- C madvertentes ruborem, magna cum admiratione dixerunt: Quid est hoc, quod iste semper albus ac lucidus pallorem subito in ruborem mutavit? Cumque Sabina lateri ejus, cavens incursum populi, vincta properaret, ait quidam: Sic tunicam ejus tenes, quasi lacte illius carere formides. Aliusque summa voce clamavit: Puniantur, si sacrificare detrectent. Cui Polemon ait: Fasces & [5] ligna non ad nos, & habere non possumus potestatem. Irridens autem alius ait: Ecce [6] ad sacrificandum homunculus pergit. Hoc autem de Asclepiade, qui erat cum Pionio, dicebatur. Sed Pionius respondit: *Istud ille non faciet*. Alius autem clara voce dicebat: Ille & ille sacrificabunt. D Pionius ait: *Habet unusquisque propriam voluntatem. Ego Pionius vocor. Non ad me attinet quis ut sacrificet; cum eo qui fecerit nomen ostendat*. Inter has diversorum invicem loquentium voces, ait ad Pionium unus e populo: Cum in te tantum studium tantaque doctrina sit, cur obstinata ad mortem mente festinas? Cui Pionius hoc sermone respondit: *Quod occisionem mei creditis, magis debeo custodire quæ cœpi. Nam & vos scitis quam immensa funera, & obscenam famem experti sitis, & alia permulta*. Sed ait illi unus e populo: Tu quoque nobiscum inopiam pertulisti. Ille respondit: *Ego cum spe quam in Domino ha-* E *bebam*.

XI. Vix autem propter multitudinem servatores carceris ostium introire potuerunt. Qui cum ingressi fuissent, Pionio & ceteris intromissis, invenerunt presbyterum Catholicæ Ecclesiæ, Lemnum nomine, & mulierem, nomine Macedoniam, de Carcereno vico [7] sectæ Phrygum. Qui cum simul esse cœpissent, & devoti Deo famuli convenirent; carceris agnoverunt custodes, Pionium quæ offerebantur a fidelibus, certa cum suis voluntate respuere, dicentem: quod multis indigens nulli gravis fuisset, quomodo fieri posset ut nunc cogeretur accipere? Ob quod factum irati quibus carceris custodia videbatur imposita, qui [8] eos larga prius etiam de sua humanitate susceperant, in interiori eos carceris parte clauserunt: ut omni humanitate & luce viduati, in tenebrarum situ & fœtore carceris constituti immensos cogerentur sentire cruciatus. Quo in loco cum viderentur abstrusi, benedicentes Deum, quæ ad hymnos ejus pertinent multa cecinerunt. Ergo cum diu in hac Domini laude durassent, aliquamdiu tacuerunt solita sibimet & consueta præstantes. In custodum vero pectoribus quod ira suaserat, pœna subsecuta damnavit; ad aliam namque partem eos transferre voluerunt. Illi in loco eodem quo fuerant permanentes, clara voce dixerunt: *Gloriam tibi Domine, sine intermissione fundamus: hoc quod accidit, processit in melius*.

XII. Tunc accepta ut agerent quæ vellent libera potestate, diem noctemque ita occupaverunt lectionibus, aut oratione tenuerunt, ut esset pertinacibus altercatio religionis, documentum fidei, & medicina supplicii. Cum ergo hoc eorum duraret officium, multi ad eos, Pionium persuadere cupientes, pagani gentesque venerunt; qui dum talem virum loquentem audiunt, in miraculum versi pæne non impune audierant, quia venerant invidere. Illi [9] vero quos illuc vis necessitatis incluserat, rigabant largo fletu januas & lacrymas imbrium more fundebant, ut nulla temporis quantitate gemitus respirarent, & repetitis singultibus novus semper quasi luctus oriretur, maxime ab his quos incorrupta semper fama laudaverat. Hos ut vidit Pionius in jugi luctu & dolore maximo constitutos, talia cum lacrymis verba profudit: *Novum suppliciorum genus patior, & ita excrucior, quasi videam me devulsa membrorum compage lacerari, cum adspicio margaritas Ecclesiæ porcorum pedibus subjacere, & stellas cæli draconis cauda usque ad terram fuisse pertractas; vitem quam Dei dextera plantaverat a sue unico dissipari, & ut transeuntem unumquemque suaserit libido, decerpi. Liberi, quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis, alumni mei molles aspera transierunt itinera. Nunc* [a] *Susanna in medium constituitur ab iniquis, impiis circumvenitur a presby-*

a Dan. XIII.

1. Notarii a notis dicti, quæ singulæ singula verba, aut etiam sententias integras exprimebant. De his Augustin. lib. 2. de Doctrina Christiana, & plura apud Baron. & Spond ad annum 238.

2. Boll. addunt *nulla enim alia est apud Christum*.

3. Boll. *Monuerat autem illam Pionius & ab eo fuerat Theodota appellata, ne ex nomine cognita in manus impiæ civis jam domina suæ rursus incideret, quæ imperante Gordiano, cum vellet Sabinam a fide abducere, eam vinctam in montibus relegavit, ubi clam victui necessaria ei a fratribus subministrabantur. Post autem studiose curatum fuit, ut a dominæ servitute & a vinculis liberaretur. Plurimum autem cum Pionio versabatur, quæ etiam in hac persecutione capta fuit. Dixit &c.*

4. Heic avulsis aliquot foliis deficiunt Acta in uno cod. Colb.

5. Boll. *Nobis non præcedunt fasces neque secures, ut hanc habeamus potestatem*.

6. Boll. *Ecce homunculum subducit ad immolandum .... Pionius dixit: Mendacium loqueris, neque enim id facit*.

7. Boll. *ex vico Carena, & ex hæresi Phrygum quemdam, nomine Eutychianum*. Phryges seu Cataphryges Montanistæ hæretici dicti sunt, quod ipse Montanus in Phrygia Asiæ minoris regione natus esset.

8. Boll. *qui ab invisentibus solebant munera accipere ... At illi Deum collaudantes acquieverunt, & quæ dari [illegible] erant illis præbuerunt; [illegible] & [illegible] eos in locum vellet [illegible]*.

9. Boll. *Introibant etiam [illegible] andum, & magnum fletum excit[illegible]*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 251.

teris, & ut fruantur pulcritudine, mollem formosamque denudant, falsa in eam testimonia corrupta illicitatione dicentes: Nunc [a] *Aman increpat & epulatur; nunc Esther & tota civitas turbatur; nunc fames & sitis, non panis aut aquarum penuria, sed persecutione. Nunc ergo, quia erant universæ* [b] *virgines in sopore, Domini Jesu verba completa sunt. Ubinam terrarum Filius hominis postquam venerit, fidem poterit invenire? Audio enim quod unusquisque socium suum prodat, ut compleatur quod dictum est* [c]: Frater fratrem tradet ad mortem. *An quia & ipse satanas nos expetit, & ignea* [1] *palmula aream purgat, salem evanuisse creditis, atque hominum pedibus subjacere? Nemo vestrum æstimet, o filii, Deum evanuisse, sed nos evanuimus; Inquit: (Non) mea manus ad liberandum lassata est, nec aures ad audiendum gravatæ. Nostra nos a Deo peccata distringuunt, & ut non exaudiat, facit hoc non Christi inclementia, sed nostra perfidia. Quid enim non malefecimus? Nos neglexímus Deum. Contemserunt alii, nonnulli avide leviterque peccaverunt, & accusantes se invicem atque prodentes mutuis periere vulneribus: quamquam nos oporteat aliquid plus habere justitiæ, quam Grammathei Pharisæique habuerunt.*

XIII. *Audio enim quod quosdam ex vobis Judæi ad synagogam vocent. Videte quia majus accidit cuique ex tali voluntate peccatum, ne quis in inconcessum nec amplius remittendum, quod ad blasphemiam sancti Spiritus pertinet, crimen admittat. Ne sitis una cum ipsis (principes) populis Gomorrhæ & judices Sodomitæ, quorum manus innocentium sanguine & sanctorum cruore maduerunt. Nos enim nec Prophetas occidimus, nec tradidimus Salvatorem. Sed quousque ego multa narrabo? revocate in memoriam quæ audistis. Comperi enim Judæos nefando ore scelesta verba proferre, eo quod jactent & inanissimo per loca omnia ore dispergant Dominum Jesum Christum, sicut hominem, ad mortem vi esse compulsum. Dicite quæso: Cujus hominis discipuli qui sit per vim mortuus, dæmonas tot per annos ejecerunt* [2], *facturique sunt? Pro cujus magistri nomine per vim mortui, tot discipuli, totque alii libenti animo pertulere supplicia? Quid memorem & aliqua mirabilia, quæ in Catholica Ecclesia contigerunt, cum isti ignorent illum solum male & per vim mori qui de hoc sæculo vitam perosus sua manu & propria voluntate discesserit? Nec hoc quidem sacrilegis mentibus ulla potest ratione sufficere. Addunt sceleri se ejus* [3] *& blasphemium dum egreditur sumit augmentum. Dicunt Dominum Jesum Christum cum cruce ad superos facta umbrarum excitatione remeasse. Et ea quæ Scriptura aut apud nos, aut apud illos pro Christo & Domino dicit, illi in blasphemium sacrilego sermone commutant. Nonne qui hæc loquuntur, peccatores sunt? nonne perfidi? nonne iniqui?*

XIV. *Repetam nunc quæ Judæi sæpius, me in prima ætate posito, differebant, quæ esse mendacium sequenti redarguens sermone convincam. Scriptum namque est ita:* [d] Saul interrogavit mulierem Pythonissam, & dixit ei: Excita mihi Samuelem prophetam. Et vidit mulier ascendentem virum cum stola. *Saul Samuelem credidit, & interrogabat eum quæ volebat audire. Quid ergo? Vates illa poterat excitare Samuelem? Si potuisse consenserint, iniquitatem plus justitia posse confessi sunt: si negaverint sic mulierem reduxisse, necesse est ut Dominum Jesum Christum non sic rediisse convincantur. Ita fiet, ut in hac contentione aut damnentur, aut cedant. Ratio ergo verbi hujus talis est. Quomodo* [4] *poterat vatis mulieris dæmon sancti Prophetæ excitare animam jam olim in sinu Abrahæ positam, & in paradiso quiescentem; cum semper quod minus valet, a potentiore vincatur? Ergo ut arbitrantur, Samuel in lucem reductus est? Minime. Quid est ergo? Sicut omnibus qui Deum pura mente suspiciunt, Angeli adesse festinant: ita veneficis vel incantatoribus, vel sortilegis, vel furorem sub vaticinationis specie per devia rura vendentibus, dæmones obsequuntur. Dixit autem Apostolus* [e]: *Si satanas in angelum lucis transformatur; nihil magnum, si ministri ejus transfigurantur: unde & antichristus quasi Christus. Ideo ergo Samuel non est reductus, sed illi mulieri & prævaricatori Sauli dæmones ad personam illius se ostendere formati: quod ita postmodum Scriptura monstravit. Dicit enim Samuel ad Saulem: Et tu hodie mecum eris. Quomodo poterat cum Samuele inveniri deorum cultor & dæmonum? Cui non manifestum est, quod Samuel cum injustis non erat? Si ergo non potuit*

a Esther. III. *b* Luc. XVIII. 8. *c* Matth. X. 21. *d* I. Reg. XXVIII. 8. 11. 4. *e* II. Cor. XI. 4.

1. Boll. *Ignitum porro ventilabrum est in manu Dei, ut purget aream.*

2. Eodem argumento adversus Gentiles utuntur Justin. Martyr Apol. 1. Cyprian. de Idolorum vanitate & lib. ad Demetrianum. Ecclesiam vero ab hæreticorum sectis distinguit Irenæus lib. 2. adv. hæres. cap. 57. & 58. quod in ea multa mirabilia fierent: qua de re Euseb. lib. 5. Hist. cap. 7. Porro id non solum de primis Ecclesiæ sæculis verum est. Vide tom. 5. Concil. col. 834. quid ea de re Nicetius episc. Trevir. ad Chlodosvvindam reginam Langobardorum scribat, ut Alboinum ejus virum ab Ariana hæresi revocaret; ibi laudat miracula sanctorum episcoporum Martini, Germani, Hilarii, Lupi, Remigii & Medardi. Ejusdem sancti Remigii Remorum episcopi miraculis idolorum in Galliis destructionem, & veræ fidei ampliationem attribuit Avitus Viennensis episcopus in Collatione adv. Arianos anno 499. coram rege Gundelbaldo. Spicileg. Acheriani tom. 5. Item Reccaredus rex Wisigottorum in Hispania episcopis Arianis exprobrat quod nulla ederent miracula, quæ tamen frequentia erant apud Catholicos. Vide Gregor. Turonens. lib. 9. Hist. num. 15. & lib. de gloria Confessorum cap. 13. Miracula quæ suo tempore in Italia fiebant, exponit Gregorius M. in 4. libris Dialogorum.

3. Locus mendosissimus. Boll. *Nesciunt autem eum ita esse mortalem, ut propria voluntate animam egerit. Dicunt præterea Christum necromantiam exercuisse, ejusque vi post crucem fuisse suscitatum.*

4. Eamdem sententiam sequuntur Tertullianus lib. de anima capite 57. S. Hieronymus in cap. 13. Ezechielis, Auctor quæstionum Christianarum & Resp. apud Justinum Martyrem quæst. 52. Auctor operis de mirabilibus sacræ Scripturæ apud Augustinum lib. 2. cap. 11. & apud eumdem, Auctor quæstionum veter. & novi Testamenti qu. 27. In utramque vero partem hanc quæstionem fusius agitat ipsemet Augustinus quæst. 3. ad Simplicianum, & quæst. 6. ad Dulcitium. At in libro de cura pro mortuis gerenda capite 15. in eam sententiam propendet quæ asserit, Samuelis animam vere ab inferis revocatam fuisse: cui etiam videtur favere liber Ecclesiastici capite 46. vers. 23. Id vero diserte affirmat Josephus lib. 6. Antiquitatum Judaicarum capite 15. quam sententiam plerique alii præsertim recentiores sequuntur. Hanc quæstionem antiquam esse patet ex dissertatione Eustathii episcopi Antiocheni adversus Origenem *de Engastrimytho*, in qua Origenem refellit, qui in cap. 28. lib. 1. Regum affirmaret animam Samuelis vere Sauli apparuisse. Utriusque ea de re opusculum edidit Leo Allatius, eisque Syntagma subjunxit, in quo fusius hanc quæstionem agitat, ac in Eustathii favorem concludit. Hoc viri doctissimi opusculum neminem vidisse pigebit.

esse possibile ut Prophetæ animam aliquis excitaret: quo pacto credi potest, Dominum Christum quem in cælum recipi viderunt discipuli; quod ut non negarent libenti animo mortem pertulerunt, de terra & de sepulcro carminibus excitatum. Quod [1] *si hæc non potestis ingerere,* [2] *discite ex his qui prævaricatores sunt dæmonumque cultores, sponte perfecti esse & meliores.*

XV. Cum longa & diutina dispositione dixisset, atque ut egrederentur carcerem protinus imperaret; advenit Polemon [3] sectatorum turba comitante, terribili voce proclamans: jam sacrificavit qui vobis præerat, vosque ad templum Magistratus celeriter venire præcepit. Cui Pionius ait: *Eos quos carcer incluserit, mos est adventum Consulis opperiri. Quid rem alteri debitam illicita temeritate præsumitis?* Post hanc repulsam regressi, ad carcerem rursus cum turba majori redierunt. Tunc Hyparchus subdolo atque composito Pionium sermone compellat: Nos quos esse cernis ingressos, Proconsul destinavit, jussitque ut Ephesum pergeretis. Et Pionius ait: *Qui missus est veniat, & incunctanter egredimur.* Et ad hæc Hyparchus [4], sive, ut tum carnifices vocabantur [5], Turmarius, vir spectabilis venit: Sed si præceptis obedire detrectes, senties, quid potestatis possit habere Turmarius. Dum hæc loquitur, tam forte Pionii colla connexuit, ut præcluso gutture spiritum haurire non posset: atque apparitoribus tradidit ad ducendum hominem; quem ita adstrinxerunt, ut non haberet nec recipiendi, nec exhalandi spiritus facultatem. Trahebantur itaque ad forum & ceteri, & Sabina, magna voce clamantes: *Christiani sumus.* Et, ut mos invitis est, ad terram membra jacere, ut eo tardior corporum tractus, quo ad templum difficilior esset accessus. Pionium namque sex apparitores portabant pariter & trahebant. Cumque fessi lassatis humeris in utraque parte jam cederent, latera ejus calcibus verberabant, ut aut leve onus præberet, aut victus dolore sequeretur. Sed nihil illorum profecit asperitas, nec effectum habuit injuria. Nam ita immobilis erat, quasi ejus corpori pondus apparitorum calcibus adderetur. Quem postquam tam immobilem nisui suo viderent esse, auxilia poposcerunt, ut vel numero vincerent, quia virtute jam cesserant.

XVI. Abreptum itaque Pionium cum magna lætitia & exsultatione portantes, juxta aram, tamquam victimam collocaverunt, eo in loco ubi erat [6] ille quem paullo ante sacrificasse dicebant. Tunc Judices severa voce dixerunt [7]: Cur non sacrificatis? Illi responderunt: *Quia Christiani sumus.* Judices iterum dixerunt: Quem Deum colitis? Pionius respondit: *Hunc qui cælum fecit, & sideribus ornavit; qui terram statuit, & floribus arboribusque decoravit; qui ordinavit circumflua terræ & maria, & statuta terminorum vel litorum lege signavit.* Tum illi: Illum dicis qui crucifixus est? Et Pionius: *Illum dico, quem pro salute orbis Pater misit* [8]. Et judices inter se: Cogamus eos dicere, ita ut Pionius posset audire. Quibus ille respondit: *Erubescite culturam Dei* [9], *& justitiæ aliquantulumcumque deferte: sin vero, ut vestris legibus placet? Cur jura vestra culpatis, non exsequendo quæ jussa sunt? Jussi enim estis, contradicentibus non vim inferre, sed mortem.*

XVII. Post hæc verba ait Rufinus quidam, pollens eloquentia, & facundia atque oratoria arte præcellens: Quiesce Pioni. Quid inanem gloriam vana jactatione præsumis? Cui Pionius respondit: *Hoc te historiarum tuarum volumen edocuit, hoc codices tui monstrant? Atqui hæc ab Atheniensibus sapientissimus Socrates ille non pertulit. An insipientes erant, ac militari stultitiæ ac bellis potius quam legibus nati, Socrates* [10], *Aristides & Anaxarchus, in quibus quo major doctrina, eo major facundia? Nulla illi pompa sermonis aut loquendi ambitione jactantes arrogantiam sumsere sermonum, cum ad justitiæ rationem, moderationem, temperantiam, philosophiæ scientia pervenissent. Est enim in laudibus propriis ut laudanda moderatio, ita odiosa jactatio.* Tali Rufinus beati Martyris sermone susceptus, tamquam fulmine ictus obticuit.

XVIII. Quidam [11] vero ait in excelso honore hujus sæculi constitutus: Noli clamare Pioni. Cui ille respondit: *Noli esse violentus, sed rogum construe, ut in flammas sponte pergamus.* Dixit vero ex alia parte nescio quis: Sciatis etiam alios, ne sacrificent, istius sermone & auctoritate firmari. Post hæc coronas quas sacrilegi gestare consueverunt, Pionii capiti conabantur imponere, quæ dissipante eo ante ipsas quas ornare consueverant aras in frusta jacuerunt. Tunc sacerdos [12] repentia veribus exta circumferens, tamquam Pionio daturus advenerat. Sed repente contritus, cum ad nullum ausus fuisset accedere, funestas nefando pectori dapes coram omnibus solus ingessit. Illis autem, *Christiani sumus*, clara voce dicentibus: cum quid facere invenire non possent, inlidente alapas populo, pristinæ redire custodiæ (coegerunt.) Illis ergo ad custodiam carceremque pergentibus, multas eis contumelias sacrilegi intulere ridentes. Unus namque Sabinæ ait: Tu non poteras in pa-

1. Boll. *Dicite adversum illos: Nonne vobis qui nulla necessitate adducti scortati estis, & idola coluistis, nos meliores sumus? Et nolite illis assentiri & animos despondere. Sed resipiscite fratres, & pœnitentiam agite, & ad Christum, qui benignus est vosque iterum suscipiet, confugite.*

2. Cod. Colb. *Discite ab his.*

3. Boll. *Æditus Polemo & Theophilus magister equitum cum satellitibus & multa turba supervenerunt, atque dixerunt: Ecce Eudæmon* (apud Baronium ad marginem, *alias Auctemon*) *præsul vester immolavit. Vos item obtemperate: interrogabunt vos in templo Eudæmon & Lepidus. Respondit Pionius &c.*

4. Hyparchus est Præfectus provinciæ seu exercitus, qui alii etiam majori subest.

5. Forte, *sive ut tum carnifices vocabant, Turmarius.* Cod. Einsidl. addit, *Turmarius princeps vir exspectabilis venit. Sed si principi obedire* &c. Turmarii dicebantur qui turmas tironum exigebant, hique inter vilia officia numerantur. Tamen hic *Turmarius vir spectabilis* dicitur; qui sane dignitatis titulus, ut observat eruditus Cangius, inter *illustris & clarissimi* titulos medius erat. Forte legendum *Turmarcha*, id est, turmæ seu regionis Præfectus. Apud Bolland. post Pionii responsionem hæc habentur: *Atqui Princeps, inquit, magister equitum dignus est cui fides habeatur. Atqui Princeps, inquit, sum. Et arripiens illum laqueumque collo injiciens &c.*

6. Boll. *ubi adhuc adstabat Eudæmon, qui idolis sacrificaverat.*

7. Apud Boll. hæc interrogatio a Lepido facta dicitur.

8. Boll. *Principes heic valde clamantes riserunt, & Lepidus ipsum detestabatur. Clamabat autem Pionius &c.*

9. Cod. Noail. *Erubescite cultores deorum.*

10. Socrates philosophus Atheniensis Apollinis oraculo sapientissimus, qui primus philosophiam moralem docuit. De eo Laertius lib. 2. Aristides ob ejus mores egregios *Justus* cognominatus. Anaxarchus Abderita, de cujus mira constantia Laertius lib. 9. & alii veteres passim.

11. Huic Acta Boll. Lepidum adjungunt.

12. Boll. *At minister publicus idolis im*[illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 251.



tria tua mori? Sabina respondit: *Quæ est mea patria? Ego Pionii soror sum*. Ad Asclepiadem vero munerum editor [1] ait: Ego te quasi damnatum ad gladiatorum certamina reposcam. Ingredienti autem Pionio carcerem unus ex apparitoribus caput tam vehementer inlisit, ut eodem [2] impetu in tumorem latera manusque transierint. Ingressi vero carcerem, hymnum Domino dixere cum gratia, qua [3] in ejus nomine in catholica fide & religione durassent.

XIX. Igitur post paucos dies Smyrnam Proconsul, ut mos erat, rediit; oblatumque Pionium sic cœpit audire [4]. Quis vocaris? Respondit Pionius: *Pionius*. Rursum Proconsul: Sacrifica. Ille respondit: *Minime*. Rursus Proconsul: Cujus sectæ es? Pionius respondit: *Catholicæ*. Rursus Proconsul: Cujus catholicæ? Respondit: *Catholicæ Ecclesiæ presbyter*. Rursus Proconsul: Tu præceptor [5] eorum eras? Rursus ille: *Docebam*. Rursus Proconsul: Stultitiæ [6] præceptor eras. Respondit ille: *Pietatis*. Proconsul: Cujus pietatis? Ille respondit: *Pietatis illius quæ ad Deum pertinet, illum qui fecit cælum & terram & mare*. Rursum Proconsul: Sacrifica ergo. Ille respondit: *Ego Deum vivum adorare didici*. Tum Proconsul: Omnes deos colimus, & cælum, & eos qui in eodem sunt. Quid autem aera [7] aspicis? Sacrifica. Ille respondit: *Non aspicio aera, sed Deum qui aera fecit*. Rursus Proconsul: Dic quis fecit? Ille respondit: (α) *Non licet, prodi*. Rursus Proconsul: Necesse est te Jovem dicere qui in cælo est, cum quo dii deæque omnes sunt. Ergo sacrifica illi qui est deorum omnium cælique regnator.

XX. Cumque tacuisset, Proconsul eum jussit appendi, & quod verbis non poterat, voluit extorqueri tormentis. Postea ergo quam cœperat subjacere suppliciis, ait Proconsul: Sacrifica. Ille respondit: *Minime*. Rursus Proconsul: Multi sacrificaverunt, declinantesque tormenta, luce potiuntur. Sacrifica. Et ille respondit: *Non sacrifico*. Rursus Proconsul: Sacrifica. Ille ait: *Minime*. Rursus Proconsul: Non penitus? Respondit ille: *Minime*. Rursus Proconsul: Quid tam elatus, ad mortem nescio qua festinas persuasione? Facito quod juberis. Ille respondit: *Non sum elatus; sed æternum Deum timeo*. Rursus Proconsul: Quid dicis? sacrifica. Ille respondit: *Audisti me Deum vivum timere*. Rursum Proconsul: Sacrifica diis. Ille respondit: *Non possum*. Post hanc beati Martyris fixam firmamque sententiam, Proconsul diu habitis cum consiliatore [8] sermonibus, rursus ad Pionium verba convertit: Perstas in proposito, & pœnitentiam nec sero testaris? Respondit ille: *Minime*. Rursus Proconsul: Habes liberam potestatem: quid te facere expediat, majore consilio & longa deliberatione metire. Ille respondit. *Minime*. Tunc Proconsul: Quoniam festinas ad mortem, vivus passurus incendium es. Et recitari jussit ex tabula [9]: Pionium sacrilegæ virum mentis [10], qui se Christianum esse confessus est, ultricibus flammis jubemus incendi: ut & hominibus metum faciat, & diis tribuat ultionem.

XXI. Ibat itaque vir tantus futurus Christianis in exemplum, sacrilegis voluptati. Nec, ut ituris ad mortem solet, lababant vestigia, titutabant genua, membra torpebant. Non mens mali præscia dubitabat, nec cetera jam mortis relabentibus vestigiis impediebant incessum; sed pedibus velox, alacer corpore, mente securus, absolutæ animæ ferebatur ad mortem. Cumque ad stadium pervenisset, priusquam commentariensis juberet, (β) cor-

1. Boll. *Terentius vero qui tunc venationes curabat, ad Asclepiadem*. Hinc colligi potest, venatores appellatos fuisse eos, qui ad munera (sic ludos appellabant) exhibenda inserviebant. Vide Acta sanctarum Perpetuæ & Felicitatis num. 18. & 19.

2. Boll. *Sed percussoris manus & latera sic inflammata sunt & intumuerunt, ut respirare vix posset*.

3. Boll. *Quod adversus inimicum & simulatorem Eudæmonem fortes constantesque permansissent*.

4. Boll. *Ante quartum Idus Martii Quintilianus Proconsul sedens pro tribunali, sic interrogavit &c.*

5. Boll. *doctor*.

6. Boll. *Cujus partis magister es?*

7. Boll. *Cur aeri preces fundis? ipsi sacrifica*.

8. Id deest in Actis Bollandianis; quod tamen antequam sententia ferretur, observari solebat. Vide Acta S. Cypriani infra. Hunc ferendæ sententiæ ritum exponit Basilius Magnus epist. 79. ad Eustathium Sebastiæ antistitem.

9. Boll. *Ex tabella autem hæc verbis Romanis scripta sententia legebatur*. Sententias adversus Christianos ex tabella recitatas fuisse testatur Tertullianus Apologet. cap. 2. Observat autem Baronius eas, etiam in his regionibus ubi vulgaris erat lingua græca, litteris Latinis exaratas fuisse, ob Romani imperii dignitatem.

10. Cod. Noail. *Pionium sacrilegum qui se &c.*


(α) *Non licet, prodi*] Removenda est meo periculo distinctio ante istud *prodi*, ne videatur esse imperativus a *prodeo*; quod ineptissimum fuerit: ac junctim uno spiritu pronuntiandum, *Non licet prodi*, a *prodo* scilicet. (Sane apud Bollandum, *Non expedit dicere*.) Alluditur enim ad arcani disciplinam, qua doctores Christiani quædam sacro silentio premenda esse putabant. Dixerat Pionius, hunc aera a Deo factum. Instat Proconsul, ut nomen Dei qui fecit, expromat. Nam sicuti diis singulis apud profanos sua erant nomina; sic & Deo illi, cui Pionius aeris factionem tribuerat. Nec a vero aberrabat ille, quia re vera Deo uni ac vero suum esse in Scripturis nomen inaudierat, illud scilicet ἀνεκφώνητον & τετραγράμματον, *ineffabile* & *quadrilitterum*, quod divinam naturam exprimit. At Martyr *prodi* id *non licere* respondit. Ex quo intelligimus, nomen illud non minus apud Christianos quam apud Judæos silentio involutum fuisse.

Id tamen impedimento non fuit, quin ad curiosos rerum nostrarum rimatores nomen illud manarit: nec enim credo inter Judæos defuerant, qui illud gentibus proderent; quandoquidem Porphyrius hostis Christiani nominis infensissimus palam scripsit, Judæorum Deum *Jevo* appellari, qui aliis *Jævo* aut *Jova* dicebatur. Id fortassis proconsulem non fugiebat, eoque importunis percontationibus elicere nomen conatur, eo consilio ut Christianorum *Jova* cum gentilium *Jove* re & nomine consentire demonstraret, ac proinde ei deo merito esse sacrificandum. Sic enim spe sua dejectus proconsul demum institit: *Necesse est te* JOVEM *dicere, qui in cælo est. — Ergo sacrifica illi, qui est deorum omnium cælique regnator*. Ubi illud *Necesse est* Latina proprietate tantumdem est, quod *certum est*, *certum habeo*. Ac fortassis Pionius, qui has sibi notas gentilium insidias prævidisset, per veram exceptionem illam, *Non licet prodi*, calumniandi ansam præcidit. Vides profecto, ut unius importunæ distinctionis erasione locus longe pulcherrimus ac singularis sanitatem ac lucem est consecutus.

Ceterum veram nominis ineffabilis pronuntiationem non eam fuisse, quam nunc puncta vocalia Masorethica præ se ferunt, sed eam quæ proxime ad *Jovis* nomen accederet, in nostris *Biblicis* atque in *Tyrrhenicis* ostendimus: proinde Tyrrhenos ex oriente profectos veri Dei nomen detulisse in Italiam, quod postea in Jovis falsi numinis nomen degeneravit. Id quidem iis in locis liquido demonstratum fuit. Et ibi dictis favet mirifice hic Actorum Pionii locus. Quibus adde si lubet, quæ ad IV. April. ad Acta S. Theoduli Mart. pag. 154. col. 2. de eodem nomine in pala annuli scalpto animadverti. Nam ibi quoque per ambages ita significatur, ut tamen minime sit dubitandum quin de eo maxime nomine agatur. MAZOCH. ibid. pagg. 91. seq. & 956. col. 1.

(β) *Corpus suum ipse nudavit*] Id tantum de deposito ἱματίῳ est capiendum, quo carentes *nudi* dicebantur. Unde & Josephi patriarchæ γυμνότης, *nuditas*, a Patribus commendatur; qui tamen τὰ ἱμάτια, hoc est *pallium* abjecisse comperitur *Gen*. XXXIX. 12. apud LXX. Aut vel si hi omnes

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 251.



pus suum ipse nudavit. Qui postquam integra & illibata membra respexit [1], ad cælum aciem vertit oculorum, agens Deo gratias, quod ita fuisset ipsius pietate servatus. Impositus itaque pyræ quam gentilis exstruxerat furor, ut clavis trabalibus figeretur; membra sua composuit. Quem populus [2] cum vidisset infixum, sive misericordia, sive sollicitudine commotus: Pœniteat te, inquit, Pioni: tolluntur clavi, si facturum te spondeas quod jubetur. Tum ille: *Sensi*, inquit, *vulnera*, & *utrum sim fixus intelligo*; atque interposito tempore ait: *Hæc me ducit causa, hæc me potissimum ratio compellit ad mortem, ut populus omnis intelligat resurrectionem futuram esse post mortem*. Post hæc Pionium & Metrodorum presbyterum [3], cum his in quibus fixi erant stipitibus, erexerunt, evenitque ut Pionius ad dexteram, Metrodorus staret ad lævam, ad orientem oculis animoque [4] conversis. Sed cum allatis lignis, ac subditis nutrimentis vires ignis acciperet, & per ardentem pyram fortiter populatrix flamma crepitaret; clausis Pionius oculis [5], tacita, ut bene quiesceret, Deum suum oratione poscebat. Nec multo post nimium vultu læto ignem respexit; & *amen* dicens, animam, quasi eructaret, evomuit, commendans spiritum suum ei qui meritam vicem redderet, & condemnatarum injuste animarum rationem repromisit exquirere, dicens: *Domine suscipe animam meam*.

XXII. Hic finis beati Pionii. Hæc passio fuit viri, cujus vita incorrupta semper ac libera, omnique culpa vacua, pura simplicitas, fides pertinax, innocentia perseverans: cujus pectus vitia exclusit, quia Deo patuit. Ita ille per tenebras festinavit ad lucem; & per angustam gradiens portam, ad plena & spatiosa [6] properavit. Coronæ quoque ejus Deus omnipotens, ostendit indicium. Subito [7] namque illi quos illuc aut misericordia, aut vi-

A dendi cura conduxerat, tale corpus Pionii viderunt, ut addita sibi membra possent credi. Habebat erectas aures, meliores crines, barbam florentem, atque ita erat omni membrorum mole compositus, ut juvenis crederetur. Et corpus post ignem quasi minorem in ætatem redactum ostenderet & illius meritum, & resurrectionis exemplum. Mira præterea gratia de vultu ejus arrisit, & multa angelici decoris signa fulserunt; adeo ut Christianis fiducia, metus gentibus adderetur.

XXIII. Acta [8] sunt hæc sub Proconsule Julio Proclo & Quintiliano. Consule imperatore Gajo Mense Quinto Trajano Decio & Vizeto Grato;
B & Romani dicunt, IIII. Idus Martii; & ut Asiani dicunt, mense sexto, die sabbati, hora decima. Sic autem facta sunt, ut nos scripsimus, imperante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Acta Bollandiana sic habent. Hæc Acta sunt Julio Asiæ Proconsule, Proclo & Quintiliano magistratum gerentibus, Consule tertium Messio Quinto Trajano, & Deltio Grato secundum, Trajano Decio Augusto, ante IV. Idus Martias more Romanorum; (α) Asiæ autem more, septimi mensis undecimo, die Sabbati, hora decima; ut nos autem loquimur, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui &c.
C

Codex ms. sancti Maximini Trevirensis apud eumdem Bollandum: Acta sunt hæc sub Proconsule Julio Proculo & Quintiliano. C. Messio Quinto Trajano Decio, Vicio Grato; ut Romani dicunt &c. *ut in nostro Colbertino*.

Codex ms. illustriss. Abbatis de Noailles *sic habet*: Acta sunt hæc sub Proconsule Julio Proculo & Quintiliano, Gajo Messio Quinto Trajano Decio Vitiotrato, quarto Idus Martii, die Sabbati, hora decima. Sunt autem facta ut scripsimus &c.

1. Boll. *Corporis sui castitatem ac decus agnoscens. ingenti repletus est gaudio, & in cælum &c.*
2. Boll. *ei rursum minister ait*.
3. Boll. addunt, *ex secta Marcionistarum*.
4. Noail. *animisque*.
5. Boll. addunt, *turba illum animam egisse suspicabatur*.
6. Cod. Einsid. *plenam & speciosam*. Cod. Noail. *planam & spatiosam*. Cod. S. Maximin. *plenam & spatiosam*.
7. Boll. *Etenim cum ignis exstinctus esset; nos qui præsentes eramus, talem ipsum vidimus, quale vigentis ornatique pugilis corpus exsistit. Siquidem aures &c.*
8. Singulorum codicum ipsissima verba exhibemus, ne cui fucum facere velle videamur. Lectio omnium melior Colbertina, quæ sic restituenda est: *Proconsule Julio Proclo Quintiliano, Consule imperatore Cajo Messio Quinto Trajano Decio & Vitio Grato*. Cui lectioni aperte concordant
D alii 2. codd. S. Maximini & Noail. Quid in Einsid. scriptum fuerit, amissa ultima exempli nostri pagina ignoramus; sicut & in altero cod. ms. Colbert. ex quo, ut diximus, aliquot folia, nescio qua infausta manu, detracta sunt. Ceterum hæc omnia Decii imperatoris agnomina quæ in his Actis referuntur, in aliquot ejus nummis sic expressa habentur. *Imp. C. M. Q. Trajanus Decius Aug.* Hinc collige litteram C. heic non *Cnejum*, ut aliqui volunt, sed *Cajum* significare.

arsuri etiam tunicam deposuerint; adhuc tamen interiorem tunicam corpori hærentem retinuere. Quam si detraxissent, fuerat id sedulo notandum. Sicuti Basilius hom. XX. de XL. Martyribus in stagnum demittendis accurate scribit, eos *cum gaudio abjecisse* καὶ τὸν ὕστατον χιτῶνα, ETIAM *ultimam tunicam*, quæ scilicet proxime carnem contingit. ID. ibid. pag. 913.

(α) *Asiæ autem more, septimi mensis undecimo*] In Chronico Alexandrino, ὅ ἐστι κατὰ Ἀσιανοὺς μηνὶ ἕκτῳ ιβ´. Quam quidem lectionem meliorem existimat Valesius ad *Euseb.* lib. IV. cap. XV.

INDEX CAPITUM

ACTORUM S.S. PIONII

& Sociorum ejus Martyrum.


SANCTI CORNELII

PAPÆ ET MARTYRIS

E P I S T O L Æ,

& quæ ad eum ſcriptæ ſunt.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 252.



[1] EPISTOLA I.

S. CYPRIANI CARTHAGINIENSIS epiſcopi ad S. Cornelium papam.

Legatorum Novatiani detegitur pravitas, & ideo a communione cohibentur. Petentibus publice audiri, hoc negatur. Quærentes undique ſchiſmatis atque hæreſis ſocios ſibi adſciſcere, reprimuntur.

CYPRIANUS CORNELIO fratri ſalutem.

I. VEnerunt ad nos, frater cariſſime, miſſi a Novatiano Maximus presbyter, & Augendus diaconus, & Machæus quidam, & Longinus. Sed enim cum ex litteris quas ſecum ferebant, & ex eorum ſermone atque aſſeveratione Novatianum epiſcopum factum comperiſſemus, illicitæ & contra Eccleſiam catholicam factæ ordinationis pravitate commoti, a communicatione eos noſtra ſtatim cohibendos eſſe cenſuimus: [2] & refutatis interim ac retuſis, quæ obſtinate ac pertinaciter aſſerere tentabant, jam ergo & collegæ plurimi qui ad me convenerant, exſpectabamus adventum collegarum noſtrorum Caldonii & Fortunati, quos ad te nuper & coepiſcopos noſtros, qui ordinationi tuæ adfuerant, legatos miſeramus, ut eis adventantibus & rei geſtæ veritatem reportantibus, majore auctoritate & [3] lucida per eos probatione, partis adverſæ improbitas frangeretur. Supervenerunt vero Pompeius ac Stephanus collegæ noſtri, qui & ipſi quoque ad inſtruendos iſtic nos manifeſta ſecundum gravitatem ac fidem ſuam indicia ac teſtimonia protulerunt; ut nec neceſſe fuerit audiri ultra eos, qui a Novatiano venerant miſſi. Qui cum [4] in ſtatione invidioſis quoque conviciis & clamoribus turbulentis proruerent, & flagitarent ut crimina, quæ ſe afferre ac probare dicebant, publice a nobis & plebe cognoſcerentur; gravitati noſtræ negavimus convenire, ut collegæ noſtri jam delecti & ordinati, & laudabili multorum ſententia comprobati, [5] ventilari ultra honorem maledica æmulantium voce pateremur. Et quia, quibus refutati & compreſſi ſunt, & illicitis conatibus hæreſim feciſſe nudati ſunt, in epiſtolam congerere longum fuit; ex Primitivo compresbytero noſtro pleniſſime ſingula, quando ad vos venerit, audietis.

II. Ac ne eorum furens audacia umquam deſiſteret, heic quoque in ſchiſmatis [6] partes Chriſti membra diſtrahere, & catholicæ Eccleſiæ corpus unum ſcindere ac laniare nituntur; ut oſtiatim per multorum domos, vel oppidatim per quaſdam civitates diſcurrentes, obſtinationis ſuæ & erroris [7] ſciſſis ſibi quærant comites. Quibus ſemel reſponſum dedimus, nec mandare deſiſtimus, ut pernicioſa diſſenſione & concertatione depoſita impietatem eſſe ſciant, matrem deſerere: & agnoſcant atque intelligant, epiſcopo ſemel facto, & collegarum ac plebis teſtimonio & judicio comprobato alium conſtitui nullo modo poſſe: proinde ſi pacifice ſibi ac fideliter conſuluiſſe, ſi ſe aſſertores Evangelii [8] & Chriſti eſſe confitentur, prius ad Eccleſiam revertantur. Opto te frater cariſſime ſemper bene valere.

[9] EPISTOLA II.

S. CYPRIANI CARTHAGINIENSIS epiſcopi ad S. Cornelium papam.

Quid ex divinæ traditionis & eccleſiaſticæ inſtitutionis uſu fecerit Cyprianus, ubi de legitima Cornelii ordinatione certior factus eſt. Litteras Cornelii, non Novatiani, publice lectas eſſe. Cur præter Cornelii litteras, quibus ille ſe epiſcopum nuntiabat, eorum qui ipſius ordinationi interfuerant, teſtimonium deſiderarit. Rogat Cornelium, ut litteras de Feliciſſimi & presbyterorum ei addictorum cauſa, quas ipſi mittit, legat.

CYPRIANUS CORNELIO fratri ſalutem.

I. QUod ſervis Dei, & maxime ſacerdotibus juſtis & pacificis congruebat, frater cariſſime, miſeramus nuper collegas noſtros Caldonium & Fortunatum; ut non tantum perſuaſione litterarum noſtrarum, ſed præſentia [10] ſua & conſilio omnium veſtrum eniterentur, quantum poſſent, & elaborarent, ut ad catholicæ Eccleſiæ unitatem ſciſſi corporis membra componerent, & Chriſtianæ caritatis vinculum copularent. Sed quoniam diverſæ partis obſtinata & inflexibilis perti-

1. *Edit. Pamel.* XLI. *Oxon.* XLIV. *Baluz.* XLI. Circa exitum menſis Julii anni 251. opera Primitivi presbyteri miſſa.

2. Ita optimæ notæ codex Colb. At in vulgatis heic deſideratur particula *&*, moxque ſubjicitur, *Nam & ego . . . . exſpectavimus*. Lectioni noſtræ favet ms. Corb. in quo conjunctio *&* heic pariter exſtat, favent & aliquot Anglic. in quibus infra habetur *jam & ego*.

3. Pamel. cum ms. Corb. *elucidata*, Oxon. [illegible]. Præferimus cum duobus mſs. Colb. [illegible].

4. Corb. ms. *cum [illegible]*. N[illegible] autem *[illegible]*, cætum & conventum [illegible].

5. In edit. Oxo[illegible]. Deinde apud Pamel. ut in ms. Corb. & recentiori Colb. *ultra famam ore maledico & æmul.* Vetuſtiorem Colb. ſequimur.

6. Antiquior ms. Colb. *partem*; & mox, *corpus ſcindere*, omiſſo *unum*.

7. Verbum *ſciſſis*, quod ex vetere ms. *Colb.* exprimimus, in edit. Oxon. deeſt. Ejus loco apud Pamel. ut in mſs. Colb. habetur *ſciſſi*.

8. Ita noſtri ms. At in edit. *Evangelii Chriſti*.

9. *Edit. Pamel.* XLII. *Oxon.* XLV. *Baluz.* XLII. Per Mettium ſubdiaconum & Nicephorum acolytum aliquanto poſt ſuperiorem epiſtolam tranſmiſſa eſt.

10. In vetuſtiore ms. Colb. *ſua*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.



nacia non tantum radicis & matris sinum atque complexum recusavit; sed etiam gliscente [1] & in pejus recrudescente discordia episcopum sibi constituit, & contra sacramentum semel traditum divinæ dispositionis & catholicæ unitatis, adulterum & contrarium caput extra Ecclesiam fecit; acceptis litteris tam tuis, quam collegarum [2] nostrorum, item adventantibus bonis viris & nobis carissimis collegis nostris Pompeio & Stephano, a quibus hæc omnia nobis cum lætitia communi asseverata sunt firmiter & probata, secundum quod divinæ traditionis & ecclesiasticæ institutionis sanctitas pariter ac veritas exigebat, litteras nostras ad te direximus. Sed & per provinciam nostram hæc eadem collegis singulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres nostros cum litteris [3] dirigendos esse mandavimus.

II. Quamquam mens nostra, & propositum jam tunc fratribus & plebi istic universæ [4] manifestatum fuisset, quando litteris nuper ab utraque parte susceptis, tuas litteras legimus, & episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimavimus: honoris etiam communis memores, & gravitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes, ea quæ ex diverso in librum ad nos transmissum congesta fuerant acerbationibus criminosis, respuimus; considerantes pariter & ponderantes, quod in tanto fratrum religiosoque conventu confidentibus Dei C sacerdotibus & altari posito, nec legi debeant, nec audiri. Neque enim facile promenda sunt, & incaute ac temere publicanda, quæ discordioso [5] stilo audientibus scandalum moveant, & fratres longe positos ac trans mare constitutos incerta opinione confundant. Viderint qui vel furori suo, vel libidini servientes, & divinæ legis ac sanctitatis immemores, vel jactitare interim gestiunt quæ probare non possunt; & cum innocentiam destruere atque expugnare non valeant, satis habent fama mendaci & falso rumore maculas inspergere. Certe quod præpositis & sacerdotibus congruit, danda opera est, ut talia, cum a quibusdam scribuntur, per nos respuantur. Ubi enim erit quod disci- D

A mus ac docemus scriptum esse, [a] *Contine linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur insidiose;* item alibi, [b] *Os tuum abundavit malitia, & lingua tua complectebatur insidias. Sedens adversus fratrem tuum detrahebas, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum;* item quod Apostolus dicit, [c] *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus?* Porro hæc fieri debere ostendimus, si, quando talia quorumdam calumniosa temeritate conscripta sunt, legi apud nos non patimur. Et idcirco, frater carissime, cum ad me talia adversum te & [6] compresbyteri tecum confidentis scripta venissent; clero & plebi legi B præcepi quæ religiosam simplicitatem sonabant, nec ullis maledictorum & conviciorum latratibus perstrepebant.

III. Quod autem scripta collegarum [7] nostrorum, qui illic ordinationi tuæ adfuerant, desideravimus; non veteres mores obliti, novum aliquid quærebamus. Nam satis erat, ut tu episcopum [8] factis litteris nuntiares; nisi esset ex diverso discrepans factio, quæ criminosis & calumniosis commentis suis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cui rei sopiendæ necessarium duximus, ut scribentium nobis inde collegarum nostrorum firma & solida C auctoritas pararetur: qui moribus ac vitæ [9] & disciplinæ tuæ condigna litterarum suarum testimonia prædicantes, æmulis quoque, & rerum vel novitate vel pravitate gaudentibus, omnem ambigendi & discrepandi scrupulum sustulerunt; &, secundum consilium nostrum salubri ratione [10] libratum, in hoc fluctu æstuantium fratrum mentes sincere ac firmiter tuum sacerdotium probaverunt. Hoc enim vel maxime, frater, & laboramus & laborare debemus, ut unitatem a Domino & per Apostolos nobis successoribus traditam, quantum possumus, obtinere curemus, &, quod in nobis est, palabundas & errantes oves, quas quorumdam pervicax factio & hæretica tentatio a matre secernit, D in Ecclesiam colligamus: illis solis foris rema-

a Psal. XXXIII. 14. *b* Psal. XLIX. 19. 20. *c* Ephes. IV. 29.

1. Idem codex, *gliscente in pejus ut crudescente*. Alter recentior cum edit. Oxon. *glistente & in pejus crudescente*. Magis placet cum Pamel. & ms. Corb. *gliscente & in pejus recrudescente*. Mox Cyprianus respiciens ad illud Paulli Ephes. 5. 32. *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia*, episcopum ecclesiæ cui legitime ordinatur, sponsum censet; adeoque *adulterum* haberi vult, qui in eamdem ecclesiam contra fas & sacramentum divinæ dispositionis inducitur. Hinc & episcopos ecclesiarum quibus adstringuntur, sponsos censendi morem & antiquum esse, & ipsis Paulli verbis niti patet.

2. Hoc est, episcoporum qui Cornelii ordinationi interfuerant. Ei autem interfuerunt sexdecim, inter quos duo Afri, Caldonius scilicet ac Fortunatus, recensentur. Ex his litteris quibus nuntiabatur Cornelii ordinatio, nullæ exstant.

3. Supple *ad te*, ut nimirum communionem ipsius probare ac tenere se profiterentur, ut infra epist. 4. explicatur.

4. Corb. ms. cum recentiore Colb. & uno Anglic. *manifestum*. Litteræ utriusque partis eæ intelligendæ sunt, quæ cum Cornelii, tum Novatiani ordinationem significabant.

5. Ita vetus codex Colb. At recens, *discordiosis & inaudientibus*. Corb. *discordia sint & in obaudientibus*, forte pro *discordiosis & inobaudientibus* ceu *inobedientibus*. In vulgatis autem, *discordioso stilo scripta audientibus*. Notandus mos in cœtu fidelium, qui ad sacram synaxim, *altari posito* in quo sacrificium esset celebrandum, convenerant, ea legendi scripta, quæ ad ecclesiasticas causas pertinerent. Idem usus & Romanis pontificibus non insolens fuit. Anno 354. Liberius epist. 4. ad Constantium scribens num. 2. E cum Arianis expostulat, *qui confinxerunt*, inquit, *me litteras suppressisse, ne crimina ejus quem dicebantur condemnasse*, (hoc est Athanasii,) *omnibus paterent . . . . At satis omnibus clarum est, nec quisquam negat, nos Orientalium litteras intimasse*, LEGISSE ECCLESIÆ, *legisse concilio*. Hic cœtus in superiori epistola n. 1. *statio* nuncupatur.

6. Pamel. *& compresbyteros tecum confidentes*. Oxon. *de te & compresbyteris tecum confidentibus*. Magis placet cum nostris mss. *adversum te & compresbyteri tecum confidentis*, hoc est Novatiani, qui sedis Romanæ, in qua legitime sedebat Cornelius, sese præsulem jactitabat. Et vero scripta illa, ut ex superiore epistola liquet, adversus unum Cornelium composita erant.


7. Non tantum Caldonii & Fortunati Afrorum episcoporum, sed & aliorum qui Cornelii ordinationi interfuerant, testimonia exspectata esse ex subnexis docemur.

8. Ita veteres edit. cum nostris mss. Et infra quidem epist. 3. Cyprianum audituri sumus dicentem se *litteras breves facere*; & epist. 4. n. 4. *Litteras inde fecerunt*. At Oxon. post Pamel. *factum*: quod neque a Cypriani stilo abhorrere ultro fatemur. Ex hoc loco, unitatis & communionis fovendæ quanta semper ab incunabulis Ecclesiæ cura fuerit, intelligitur. Cum autem unitatis hujus centrum, Christi instituto, esset apostolica sedes; ut ejus præsul ignoraretur a nemine, aut ipsi cohærere se nemo non quam primum testaretur, plurimi intererat.

9. A nostris mss. abest particula *&*.

10. Oxon. edit. secundum Pamel. *libratæ*, Corb. ms. *liberatas*. Plures alii, *libratas*. Magis placet cum Manutio & vetustiore ms. Colb. *libratum*. Infra epist. 11. n. 4. lecturi sumus, *librato de omnium collatione consilio*; & n. 3. *librata diu & ponderata ratione*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.



nentibus, qui [1] obstinatione sua vel furore supersedere & ad nos redire noluerunt; discretionis & separationis a se factæ, & Ecclesiæ derelictæ ipsi rationem Domino redditurі.

IV. Quantum vero heic ad presbyterium quorumdam & Felicissimi causam pertinet, quid heic actum sit ut scire posses, litteras ad te collegæ nostri manu sua subscriptas miserunt: qui auditis eis quid senserint, quid pronuntiaverint, ex eorum litteris disces. Melius autem, frater, facies, si etiam exempla litterarum, quæ ad te legenda pro dilectione communi per Caldonium & Fortunatum collegas nostros proxime miseram, quæ de eodem Felicissimo, & de presbyterio ejusdem ad clerum B istic [2] nec non & ad plebem scripseram, legi illic fratribus jubeas, quæ & [3] ordinationem & rationem rei gestæ eloquantur: ut tam istic, quam illic, circa omnia per nos fraternitas instruatur. Exemplaria autem eadem nunc quoque per Mettium hypodiaconum a me missum & Nicephorum acolythum transmisi. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

[4] EPISTOLA III.

Ejusdem ad eumdem.

De litteris, quas ad Confessores a Novatiano ac Novato seductos fecit.

CYPRIANUS CORNELIO fratri salutem.

ET religiosum [5] vobis & necessarium existimavi, frater carissime, ad Confessores qui illic sunt, & Novatiani ac Novati obstinatione & pravitate seducti de Ecclesia recesserunt, litteras [6] breves facere, quibus eos pro affectione mutua convenirem, ut ad matrem suam, id est Ecclesiam catholicam, revertantur. Quas litteras tibi a Mettio hypodiacono legi prius mandavi, ne quis D aliud me scripsisse fingeret, quam quod meis litteris continetur. Mandavi tamen eidem Mettio a me ad vos misso, ut de tuo arbitrio rem gerat; & si easdem litteras Confessoribus putaveris esse

A reddendas, tunc eas tradat. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

[7] EPISTOLA IV.

Ejusdem ad eumdem.

Dum certum exspectabatur de Cornelii ordinatione testimonium, Adrumetinis clericis auctores fuerant Cyprianus & Liberalis, ut litteras suas presbyteris & diaconis Romanis, non Cornelio inscriberent. Qua de re cum expostulasset Cornelius, expostulationi illius nunc Cyprianus satisfacit; additque episcopatus ejus veritatem apertissima luce fundatam & collegarum rescriptis comprobatam agnosci.

CYPRIANUS CORNELIO fratri salutem.

I. LEgi litteras tuas, frater carissime, quas per Primitivum compresbyterum nostrum misisti, in quibus te comperi motum, quod cum de Adrumetina colonia Polycarpi [8] nomine ad te litteræ dirigerentur, postea quam nos, ego & Liberalis, in eumdem locum venissemus, cœpissent illuc [9] ad presbyteros & ad diaconos litteræ dirigi.

C II. Quod scire te volumus & pro certo credere, nulla id levitate aut contumelia factum. Sed cum statuissemus collegæ complures, qui in unum conveneramus, ut, legatis ad vos coepiscopis nostris Caldonio & Fortunato missis, omnia interim integra suspenderentur, donec ad nos iidem collegæ nostri rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis redirent; presbyteri & diaconi in Adrumetino consistentes, Polycarpo coepiscopo nostro absente, ignorabant quid nobis in commune placuisset. At ubi nos [10] in præsentiam venimus, comperto consilio nostro, ipsi quoque id, quod & ceteri, observare cœperunt, ut in nullo ecclesiarum [11] istic consistentium consensio discreparet.

III. Quidam tamen mentes nonnumquam & animos sermonibus suis turbant, dum aliter quædam,

1. Editi, *qui in obstinatione sua vel furore perseveraverunt*, aut *perseveraverint*: corriguntur ope vetustiorum mss. in quibus exstat *supersederunt*: quod facile irrepsit pro *supersedere*, quia utrumque aliquando promiscue usurpatur. Verum heic *supersedere* ad verbum *noluerunt* refertur. Pamelius in duobus excusis offendisse se notat *supersederunt vel perseveraverunt*. Unde istud, *vel perseveraverunt*, scholiastis opera primum esse adjectum, ac deinde *vel* cum verbo *supersederunt* rejecto, verbum *perseveraverunt* obtinuisse colligitur.

2. Apud Manut. *ad clerum istic, non ad plebem*. In edit. Pamel. & Oxon. *ad clerum istic nostrum & ad plebem*. In Corb. ms. *ad ecclesiam nostram & ad plebem*. Præferimus cum Morel. & optimo codice Colb. *ad clerum istic nec non & plebem*. Porro *clerum istic* Cypriano perinde est, atque *clerum nostrum*. Quocirca superius initio num. 2. *plebi istic* non additur *nostræ*. Exempla similia referre supersedeo, unde in edit. Pamel. & Oxon. *nostrum* supervacanee adjici manifestum fiat. Etiamnum habentur duæ epistolæ heic memoratæ, scilicet edit. Pamel. 38. & 40. In illa nempe, quæ Caldonio & sociis missa est, ad calcem legitur: *Has litteras meas . . . Carthaginem ad clerum transmittite, additis nominibus eorum, quicumque se Felicissimo junxerunt*. Epistola autem 40. conceptis verbis *ad plebem de quinque presbyteris factionis Felicissimi* inscribitur.

3. Vetus Colb. *de ordinatione & ratione rei gestæ*; ac deinde, *loquamur*, ubi in plerisque mss. ut in editis, *loquantur*. Magis placet cum recenti Colb. *eloquantur*. Nempe prima verbi hujus littera facile excidit, quia & superior vox eadem [illegible]

4. *Edit. Pamel.* XLII. *Oxon.* XLVII. *Baluz.* XLIII. Simul cum superiore missa, ac nominatim Mettio subdiacono, qui cum Nicephoro acolytho in Urbem destinatus erat, tradita.

5. Ita nostri mss. cum Pamel. At edit. Oxon. *nobis & necessarium vobis*.

6. Hoc est edit. Pamel. epistolam 44. & Oxon. 46. quæ Maximo, Nicostrato & ceteris Confessoribus inscripta est.

7. *Edit. Pamel.* XLV. *Oxon.* XLVIII. *Baluz.* XLV. Primitivo Carthaginiensi presbytero, qui superiorem Cypriani epistolam 1. detulerat, tradidit Cornelius litteras, ad quas nunc E Cyprianus rescribit. Hinc inter prædictam epistolam & hanc haud multo majus intervallum cogitandum est, quam quo opus fuit, ut Primitivus Romam iret, ac modicum refecto corpore Carthaginem rediret.

8. Notat Oxoniensis editor olim in usu fuisse, ut quoties litteræ ab ecclesia aliqua mitterentur, episcopi illius nomine, etiamsi absens is fuisset, mitterentur. Hunc morem Adrumetini presbyteri ac diaconi, episcopo suo absente, sunt secuti.

9. Id etiam moris obtinebat, ut litteræ ad ecclesiam aliquam missæ, hujus episcopo inscriberentur, nisi sedes vacaret. Quem morem cum primum observassent Adrumetini presbyteri & diaconi ad Cornelium scribentes: postmodum Cypriano & Liberali auctoribus, litteras suas presbyteris & diaconis Romanis inscripserunt. Inde merito motus est Cornelius, quod Cyprianus & Liberalis episcopatum ejus in dubium vocare viderentur.

10. Vetus codex Colb. *in præsenti*.

11. Id est, in Africa.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.



quam se habet veritas, nuntiant. Nos enim singulis navigantibus, ne cum scandalo ullo navigarent, rationem reddentes, scimus nos hortatos eos esse, ut Ecclesiæ catholicæ radicem & matricem agnoscerent ac tenerent. Sed quoniam latius fusa est nostra provincia; habet [1] etiam Numidiam & Mauritaniam sibi cohærentes; ne in Urbe schisma factum absentium animos incerta opinione confunderet, placuit per episcopos, retenta a nobis rei veritate, & ad comprobandam ordinationem tuam facta auctoritate majore, tum demum scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso, per omnes omnino istic positos litteræ fierent, sicut fiunt, ut te universi collegæ nostri & communicationem tuam, id est catholicæ Ecclesiæ unitatem pariter B & caritatem probarent firmiter ac tenerent. Quod divinitus evenisse, & consilium nostrum providenter [2] processisse gaudemus.

IV. Sic enim nunc episcopatus tui & veritas pariter & dignitas apertissima luce & manifestissima & firmissima comprobatione fundata est, ut ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos litteras inde fecerunt, & ex relatione ac testimoniis coepiscoporum Pompeii & Stephani & Caldonii ac Fortunati, ordinationis tuæ & origo necessaria, & ratio justa, & gloriosa quoque innocentia ab omnibus nosceretur. Quod ut simul cum ceteris quoque collegis nostris stabiliter ac firmiter administremus, C atque in catholicæ Ecclesiæ [3] concordi unanimitate teneamus, perficiet divina dignatio; ut Dominus, qui sacerdotes sibi in Ecclesia sua eligere & constituere dignatur, electos quoque & constitutos A sua voluntate atque opitulatione tueatur; [4] gubernantes inspirans, ac subministrans & ad improborum contumaciam frenandam vigorem, & ad lapsorum fovendam pœnitentiam lenitatem. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

[5] EPISTOLA V.

SANCTI CORNELII PAPÆ ad Cyprianum Carthaginiensem episcopum.

Quales sint quos Novatianus Carthaginem legatos denuo misit.

CORNELIUS CYPRIANO fratri salutem.

NE quid minus ad pœnam futuram hujus scelerati hominis [6] deesset; prostratus virtutibus Dei, cum Maximus & Longinus & Machæus inde [7] fuissent expulsi, denuo resurrexit; & sicuti prioribus litteris tibi quas per Augendum confessorem misi, significavi, puto Nicostratum & Novatum & Evaristum & Primum & Dionysium [8] illo jam pervenisse. Invigiletur ergo ut omnibus coepiscopis nostris & fratribus [9] innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, & non solum [10] patronæ suæ carnali cujus rationes gessit, fraudes & rapinas fecisse, verum etiam, quod est illi ad perpetuam pœnam reservatum, ecclesiæ [11] deposita non modica abstulisse; Evaristum vero [12] auctorem schismatis fuisse, & [13] successorem plebi cui ante [14] præfuerat, Zetum in locum ejus episco-

1. Recens codex Colb. *habet enim*. Non displiceret, *habet enim etiam*. Deinde idem ms. cum pluribus aliis & edit. *Numidiam & duas Mauritanias sibi cohærentes*. Lectionem vetustioris Colb. quæ etiam est duorum Anglic. probæ notæ, revocamus. Alterum e margine in textum irrepsisse Oxoniensis editor opinatur. Quamquam idem observat Mauritaniam, teste Plinio lib. 5. c. 1. in duas partes, Cæsariensem & Tingitanam, per C. Cæsaris sævitiam fuisse divisam, iisque demum tertiam partem, Sitifensem nimirum, accessisse.

2. Sic vetustiores mss. At alii libri, *profecisse*.

3. Priscæ edit. cum duobus mss. *Ecclesiæ concorditer unanimitatem teneamus*. Morel. Manut. Pamel. & Oxon. *Ecclesiæ pacem concordiæ unanimitate teneamus*. Recens ms. Colb. *Ecclesiæ pacem concordi unanimitate teneamus*. Vetustior, qui omisso verbo *pacem*, lectionem eamdem exhibet, ceteris visus est sincerior. Mox in eodem codice, *perficiat divina protectio*.

4. Vetus codex Colb. *gubernanter*: forsitan verius. Alioquin *gubernantibus* orationis series videtur postulare.

5. *Apud Cyprian. edit. Pamel.* XLVIII. *Oxon.* L. *Baluz.* XLVIII. Recentior codex Colb. ut priscæ Cypriani editiones, *Cyprianus Cornelio*: quod etiam Corbeiensis ms. primum præ se tulit, sed ab antiqua manu in eo restitutum est *Cornelius Cypriano*. Quin re ipsa Cornelii sit, Cyprianus infra epist. 7. ambigere nos non finit. Eam alii epistolæ fragmentum, alii schedam, alii litterulas appellare malunt. Ipse Cyprianus in laudata epistola 7. *litteras* vocat. Iis vero qui fragmentum putant, favere videtur primo, quod Novatianus, etiamsi nondum nominatus, *hujus scelerati hominis* vocabulis designetur; deinde quod Cyprianus epistolæ huic rescribens, nonnulla ad Evaristum & Nicostratum attinentia tum didicisse se commemorat, quæ in illa non habentur. At Novatiani nomen in hac epistola consulto taceri, ejusque loco pronomen substitui, sequens de cujus integritate nullus dubitat, fidem faciet, utpote in qua Cornelius eadem ratione se gerit. Hoc & subinde imitati sunt alii pontifices, nominatimque Cælestinus erga Nestorium, nec non & patres: vel quod in hæreseon ortu parcendum duxerint hæresiarcharum nominibus, vel quod ab iis appellandis abhorruerint. Neque certius epistolam istam truncatam probant specialia quædam, quæ a Cypriano narrantur, nec in hac exprimuntur, de Nicostrato & Evaristo adjuncta: cum ea ille Nicephori ore potuerit ediscere. Huic porro in Africam festinanti primum sola tradita est hæc epistola. Deinde cum in procinctu esset, ei & subsequens adjuncta est. Utramque vero simul pertulit.

6. *Scelerati hominis*, Novatiani.

7. Carthagine scilicet. Qua de re Cyprianus in superiore epistola 1. sic præloquitur, *Venerunt ad nos, f. c. missi a Novatiano Maximus presbyter, & Augendus diaconus, & Machæus quidam & Longinus* &c. Ibi autem eos non e civitate ejectos, sed a *communicatione cobibitos*, Cyprianus docet. Porro Maximus presbyter proxime memoratus, subinde a Novato Carthaginiensis pseudoepiscopus creatus fuit: adeoque alius est a Maximo presbytero confessore, qui primum a Novatiano seductus, aliquanto post ad Ecclesiam D rediit. Neque etiam prædictus Augendus cum eo est confundendus, qui Cornelii ad Cyprianum litteras detulit.

8. Hoc est Carthaginem. Nec falsa fuit Cornelii opinio, si eam de tempore, non quo scribebat, sed quo litteras suas Cypriano reddendas judicabat, interpretemur. Pridie enim quam hæ redderentur, illuc pervenerat secunda Novatiani legatio.

9. In ms. Corb. *innotescant*.

10. Hinc servum eum & mancipium extitisse vir eruditus suspicatur: quod persuaderetur facilius, si Cornelius *dominæ* non *patronæ* vocabulo usus esset. Hujus vero diaconi crimina ut nota fierent, eo pluris intererat, quo ille amplius confessoris titulo gloriabatur, & inde vulgo imponebat.

11. Seu ecclesiasticas pecunias, quæ *viduarum & pupillorum deposita* censebantur, quia eorum sublevandorum gratia servabantur, ut ex subsequenti epistola 7. n. 1. colligere est. Nec difficile erat diacono, cui pecuniarum illa- E rum dispensatio credebatur, hujusmodi deposita fraudare.

12. Colb. ms. *cum auctore schismatis*. Evaristus auctor schismatis dicitur, quatenus aliis auctor fuit ut illud sequerentur. Neque hac molitione, etiam postquam de episcopatu dejectus est, abstitit. Quocirca Cyprianus infra ep. 7. n. 1. rescribit eum *veritatis ac fidei naufragum factum circa quosdam sui similes paria naufragia* CONCITARE. Præterea si Evaristus iste, ut valde probabile est, Novatiani ordinator fuit, *hæresis auctor* non immerito appellatur, qui hac ordinatione locum hæresi & auctoritatem præbuit.

13. Oxon. edit. *succensorem*; & in notis, *successorem*, *Manut. Veron. forte succussorem*. Retinendum cum aliis libris *successorem*: quæ vox non ad Evaristum, sed ad Zetum huic suffectum refertur.

14. In ms. Corb. *ante fuerat*, tum a 1. manu *Zelum*, secundis curis *Zenum*; quod & Pamelius in Cambron. legisse se testatur. Præfert unus Anglic. *Zoticum*. Eorum, qui Evaristum ab episcopatu removerant, auctoritate successorem ipsi ordinatum fuisse hinc liquet.

pum esse constitutum. Majora vero & graviora heic designavit malitia & inexplebili pravitate sua, quam quæ illic apud suos semper exercuit; ut scias quales duces & protectores iste schismaticus & hæreticus lateri suo semper [1] junctos habeat.

EPISTOLA VI.

SANCTI CORNELII PAPÆ ad Cyprianum Carthaginiensem episcopum.

Qui confessores, Maximus presbyter, Urbanus & Sidonius ejurarint schisma, & in Ecclesia catholica suscepti sint.

CORNELIUS [2] CYPRIANO fratri salutem.

I. QUantam solicitudinem & anxietatem sustinuimus de iis confessoribus, qui dolo & malitia hominis callidi & veteratoris [3] fuerant circumventi, & pæne decepti, & ab Ecclesia alienati; tanta [4] lætitia affecti sumus, & Deo omnipotenti & Christo Domino nostro gratias [5] egimus, cum ii cognito suo errore, & intellecta hominis maligni velut serpentis astutia venenata, ad Ecclesiam unde exierant, sicuti ipsi ex suo corde profitentur, simplici voluntate venerunt. Et primo quidem fratres nostri probatæ fidei, amantes pacem, unitatem optantes, tumorem illorum, horum mollitiam jam annuntiabant; fide tamen non idonea,

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 252.



A ut facile nobis credere daretur, illos penitus esse mutatos. Postea vero Urbanus & Sidonius confessores ad presbyteros nostros venerunt, affirmantes Maximum confessorem & presbyterum [6] secum pariter cupere in Ecclesiam redire: sed quoniam multa præcesserant ab eis [7] designata, quæ tu quoque a [8] coepiscopis nostris & litteris meis cognovisti, ut non temere eis fides haberetur; ex [9] ipsorum ore & confessione, ista quæ per legationem mandaverant, placuit audiri. Qui cum venissent, & a presbyteris quæ gesserant exigerentur; novissime quod per omnes ecclesias litteræ calumniis & maledictis plenæ eorum nomine frequentes missæ fuissent, & pæne omnes ecclesias perturbassent; circum-
B ventos se esse affirmaverunt, neque in istis litteris quid inesset scisse: tantummodo circumductos se commisisse quoque schismatica, & hæresis auctores fuisse; ut paterentur [10] ei manus quasi in episcopum imponi. Qui, cum hæc & cetera eis fuissent exprobrata, ut abolerentur & de memoria tollerentur deprecati sunt.

II. Omni igitur actu ad me perlato placuit contrahi presbyterium, (adfuerunt etiam episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt,) ut firmato consilio, quid circa personam eorum observari deberet, consensu omnium statueretur. Et ut motum omnium & consilium singulorum dignosceres, etiam
C sententias nostras placuit in notitiam vestri perferri, quas & subjectas leges. His ita gestis in presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius [11],

1. Codex Colb. *vinctos habeat*, ac deinde, *Bene valere semper frater carissime;* alii duo, *Bene vale frater carissime.* Ut epistolæ hujus initio, ita & in fine nomini parcitur Novatiani, qui inter duces & protectores lateri suo semper hærentes etiam Novatum habere annotatur.

2. *Apud Cyprian. edit. Pamel.* XLVI. *Oxon.* XLIX. *Baluz.* XLVI. Et heic in priscis Cypriani editionibus obtinuerat, *Cyprianus Cornelio*, ut etiamnum exstat in ms. Colb. Exstabat & hoc ipsum in Corb. sed secundis curis correctum fuit: quam recte, cum ipse contextus, tum subnexa epistola VIII. probant. Superiori epistolæ, quæ Nicephoro tradita fuerat, ante quam is proficisceretur, hæc adjuncta est, & ab eodem acolytho perlata. Si quis tamen hanc primo scriptam, eique superiorem adjunctam malit, con- D cedat saltem necesse est, utramque ipsa profectionis Nicephori hora conscriptam esse. Quocirca utra prior ponatur, vel parum vel nihil interest.

3. Non deerunt forte, qui hæc de Novato interpretentur, ubi legerint 1. in subjecta Cypriani epistola 7. n. 4. eumdem *veteratorem* appellari. 2. in epistola 8. n. 2. dici Confessores *illo incitante de Ecclesia recessisse*. 3. & istud in Bucheriano catalogo scribi: *Supervenit Novatus, & separavit de Ecclesia Novatianum & quosdam Confessores.* Verum licet prima mali labes etiam in Urbe a Novato cœperit, non is tamen heic, sed Novatianus notatur Romanæ ecclesiæ presbyter, ut qui livore & ambitione percitus, Romæ schismatis dux & princeps exstiterit. Is certe est intelligendus, cujus caussa Confessores peccasse se infra confitentur, quod *ei manus quasi in episcopum imponi* passi essent, & cum quo, eam ob caussam, *quamdam communicationem habuisse videbantur*. Quocirca & Cyprianus ep. 41. E seu 46. ad eosdem Confessores valde se contristatum scribit; *cum vos*, inquit, *illic* (id est Romæ) *comperissem contra ecclesiasticam disciplinam, contra evangelicam legem, contra institutionis catholicæ unitatem, alium episcopum fieri consensisse*. At Novatus ne a schismaticis quidem umquam in episcopum cooptatus est. De eo heic est sermo, cujus *perfidia & loquacitate captiosa circumventi* fuerunt Confessores. Atqui istud in Novatianum cadit, qui cum eloquentia polleret, ea ad seducendos pios viros abusus est; nec mendaciis ac perjuriis pepercit, ut eos falleret. Cum enim effrenata episcopatus cupiditate incenderetur, hanc intra se tegens, tremendis quibusdam sacramentis contestari non timuit, sese episcopatum nequaquam concupiscere, ut Cornelius epist. 9. n. 2. enarrat. Hinc *veterator* appellari meruit. Inde & in eadem epistola 9. Confessores ad Ecclesiam regressi esse dicuntur, *cum cognovissent illum, & fraudem ejus ac versutiam, nec non mendacia & perjuria*. Idcirco & Cornelius epistolam hanc claudens, eam ad ceteras ecclesias a Cypriano mittendam censet: ut *omnes sciant schismatici hujus & hæretici* (de quo ejus initio loquitur) DOLUM *& prævaricationem de die in diem evacuari*. Quocirca & Cyprianus epist. 8. n. 2. rescribit: *Nec quisquam jam facile poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi*. Cum his tamen componi facile possunt quæ præmisimus; quia, ut Cyprianus in superiore epistola 3. loquitur: Confessores *Novatiani ac Novati obstinatione seducti de Ecclesia recesserunt*.

4. Colb. ms. *tantam lætitiam*. Tum idem ms. *abepti*, Corb. *adepti*.

5. Vetus codex Corb. cum recentiore Colb. & uno Anglic. *agimus, cum eos*, ac deinde solus Corb. *cognito suo errore intelligamus hominis maligni velut serpentis astutia venenata* (verbo *fugientes* heic secundis curis superaddito) *ad Ecclesiam .... venisse*. Sanior est ceterorum codicum lectio, quam illustrat & confirmat subjicienda epistola 9. ad Fabium n. 1. unde & heic *maligni hominis* nomine Novatianum designari manifestum est.

6. In mss. Corb. & Colb. *presbyterum secundum*: quod non placet.


7. Id est, patrata & confecta. Quo intellectu de Evaristo in superiori epistola dictum est, *Majora vero & graviora heic designavit*. Quocirca Confessores mox a presbyteris rogati esse dicuntur de iis *quæ gesserant*.

8. Corb. ms. *coepiscopo nostro*. Retinendum *coepiscopis nostris*, qui scil. conventibus aut conciliis ea de caussa congregatis interfuerant. Quippe initio pontificatus Cornelii, teste Eusebio lib. 6. c. 43. sexaginta episcopi, & presbyteri ac diaconi multo plures, cum in unum convenissent, Novatianum eique adhærentes condemnarunt. Saltem vero heic notantur Pompejus ac Stephanus Afri episcopi, qui Cornelii ordinationi interfuerant.

9. Idem codex cum Colb. *ex ipsius ore*; & mox, *mandaveram*, pro *mandaverant*.

10. In iisdem mss. *ut paterentur & manus quasi in episcopatum imponi*, particula *&* loco voculæ *ei* perperam substituta. Pergit quippe Cornelius, ut in superiore epistola, ita in hac, Novatiani consulto tacere nomen. Hunc superius *hominis callidi & veteratoris*, & mox, *hominis maligni* vocabulis, nunc solo pronomine *ei*, ad calcem *schismatici hujus & hæretici* appellatione, nusquam eo nominato, designare satis habet.

11. Pamelius motus epistolis Cypriani 47. (quæ nobis est 8.) 50. & 51. ex quibus Macarium cum tribus prænominatis ad Ecclesiam rediisse discimus, de suo heic addidit *& Macarius*. Idemque additamentum Oxoniensis editio retinuit. Qua in re Pamelius, etsi nihil contra historiæ veritatem peccavit, deliquisse tamen videtur contra fidem



& plerique fratres qui eis se [1] adjunxerant, summis precibus desiderantes, ut ea quæ ante fuerant gesta, in oblivionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur; proinde atque si nihil esset vel commissum vel dictum, invicem omnibus remissis, cor mundum & purum jam Deo exhiberent, sequentes evangelicam vocem [2] dicentem [a], *beatos esse puros corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut & ipsos viderent in Ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos jam diu viderant & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Una vox erat omnium gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentes, complectentes eos quasi [3] hodie pœna carceris fuissent liberati. Et ut ipsorum propria verba designem: „ Nos, inquiunt, Cornelium episcopum sanctissimæ catholicæ ecclesiæ electum a Deo omnipotente & Christo Domino nostro scimus. Nos errorem nostrum confitemur: nos imposturam passi sumus, circumventi sumus perfidia & loquacitate [4] captiosa. Nam etsi videbamur quasi quamdam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse; sincera tamen mens nostra semper in Ecclesia fuit. Nec enim ignoramus unum Deum esse, unum Christum esse Dominum quem confessi sumus, unum Spiritum sanctum, unum episcopum in catholica [5] Ecclesia esse debere. „ Ista eorum professione [6] non moveremur; ut quod apud potestatem sæculi erant confessi, in Ecclesia constituti comprobarent? Quapropter Maximum presbyterum locum suum [7] agnoscere jussimus: ceteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia autem remisimus Deo omnipotenti, in cujus potestate sunt omnia reservata.

III. Hæc igitur, frater, eadem hora, eodem momento ad te [8] scripta transmisimus, & Nicephorum acolythum descendere ad navigandum festinantem, de [9] statione ad vos statim dimisi; ut nulla procrastinatione habita, velut præsens in isto clero & in isto populi cœtu, Deo omnipotenti & Christo Domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quin immo jam pro certo confidimus, ceteros quoque qui in hoc errore sunt constituti, in Ecclesiam brevi reversuros, cum [10] auctores suos viderint nobiscum agere. Has litteras puto te debere, frater, & ad ceteras ecclesias mittere: ut omnes sciant schismatici hujus & hæretici dolum & prævaricationem de die in diem evacuari. [11] Bene vale frater carissime.

[12] EPISTOLA VII.

S. CYPRIANI CARTHAGINIENSIS episcopi ad Cornelium papam.

Diligentiam ejus laudat, quæ de perniciosis Novatiani machinis, ac novorum illius legatorum moribus opportune ipsum admonuit. Novati scelera pluribus persequitur, ac suam operam in revocandis iis quos ille seduxerat, commendat.

CYPRIANUS CORNELIO fratri salutem.

I. ET cum diligentia & cum dilectione fecisti, frater carissime, festinato ad nos mittendo Nicephorum acolythum, qui nobis & de confessoribus regressis gloriosam lætitiam nuntiaret, & ad-

a Matth. V. 8.

editoris, cui quidquam hujusmodi adjicere non licet. Et vero Cornelius supra Urbanum & Sidonium ad presbyteros suos venisse narrat, affirmantes Maximum secum pariter cupere in Ecclesiam regredi, nulla Macarii mentione facta. Sed in epistola 8. ad Fabium, Urbano, Sidonio & Maximo Celerinum adjungit, quem a Macario non alium esse Tillemontius tom. 3. pag. 726. putat. Heic *presbyterium* cleri cœtum a nobiliori parte appellatum nemo non videt.

1. In mss. Corb. *adjunxerunt*. Quamvis heic plerique, qui Confessorum auctoritate ad schisma defecerant, cum iis ad Ecclesiam rediisse dicantur; infra tamen & redeuntium verba & populi de illorum reditu gratulantis voces ad unos Confessores attinent. Ita & Cyprianus infra ep. 8. de solo Confessorum reditu rescribens loquitur. Heic præterea observamus, celebrem adeo cleri conventum, cui & quinque interfuerant episcopi, de proposita causa nihil nisi cum populi notitia decernere voluisse. Qua ex re id a Cornelio factum colligere est, quod a Cypriano epist. 6. seu 14. ad presbyteros & diaconos suos sibi propositum legimus: *Quando*, inquit, *ab initio episcopatus mei statuerim, nihil sine consilio vestro, & sine consensu plebis, mea, privatim sententia gerere*.

2. In mss. Colb. & Corb. vocem, *beatos esse puros corde, quod jam* (seu *quoniam*) *sperent Dominum*. In Cypriani libro 3. ad Quirinum c. 79. eumdem Matthæi locum sic legere est: *Beati* (in vetusto codice Colb. *Felices*) *mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt*.

3. Corb. mss. *hoc die*. Nil incommodi est in vocabulo *hodie*: quia Cornelius, ut infra testificatur, *eadem hora, eodem momento*, quo illa gesta sunt, hæc scripta ad Cyprianum transmitti curavit. Alia quadam ratione Cyprianus epist. 51. seu 54. iisdem Confessoribus sic gratulatur: *Postea quam vos de carcere prodeuntes schismaticus & hæreticus error excepit, sic res erat, quasi vestra gloria in carcere remansisset: illic enim resedisse vestri nominis dignitas videbatur, quando milites Christi non ad Ecclesiam de carcere redirent, in quem prius cum Ecclesiæ laude & gratulatione venissent*. Ubi Cornelio concinens Cyprianus, Confessores non tantum schismatico, sed & hæretico errore captos prædicat. Unde colligere est Novatiani hæresim circa pœnitentiam, ipsius schismate nequaquam posteriorem originem habuisse.

4. Idem codex, *factiosa*. Colb. *loquacitate capti, sensu amentes videbamur, quasi quamdam*.

5. Exemplar Colb. *in Catholica esse*, omisso verbo *Ecclesia*, quod in Corb. nonnisi secundis curis adjectum est. Sed neque antiquis insolens est Ecclesiam catholicam solo *Catholicæ* vocabulo enuntiare. Huic Confessorum professioni similis est ista Cypriani epist. 40. seu 43. ad plebem suam: *Deus unus est, & Christus unus, & una Ecclesia, & una cathedra super Petrum voce Domini fundata*. Et id quidem scribit Cyprianus, ut eos qui Felicissimi factioni adhærebant, extra Ecclesiam esse probet. Quo igitur pacto ii, qui a Petri cathedra divulsi sunt, in Ecclesia esse se confidant?

6. Corb. ms. secundis curis, ut in uno Anglic. *quis non moveretur*.

7. Hoc est, presbyteri honore atque gradu servato receptus est. Hoc exemplo & Nicæni patres can. 8. Novatianis & Afri in Collatione Carthaginiensi Donatistis ad Ecclesiam redeuntibus suos honores concesserunt.

8. In ms. Corb. *ad te perscripta*. In Colb. *ad te litteras perscriptas*. Mox in utroque, ut in uno Anglic. desideratur *festinantem*: sed proximum verbum *descendere* istud necessario postulat. Festinabat porro, quia superioris epistolæ cura ei demandata jam fuerat.

9. Hoc est, de prædicto cleri populique cœtu. Ita & Cyprianus supra epist. 1. & 2. invidiosa legatorum Novatiani adversus Cornelium convicia notans, hæc epist. 1. *in statione*, & epist. 2. n. 2. *in religioso fratrum conventu*, in quo & sacerdotes considebant & altare positum erat, oblata esse scribit. Unde perspicuum est *stationem* perinde esse atque religiosum conventum in ecclesiis, in quibus fideles ad sacra mysteria celebranda conveniebant.

10. Id est, quorum potissimum auctoritate in schisma abducti fuerant, & in eo detinebantur.

11. Codex Colb. *Bene valere semper f. c.* Hæc autem precatio in Corb. omittitur.

12. *Edit. Pamel.* XLIX. *Oxon.* LII. *Baluz.* XLIX. Statim ab epistolæ hujus exordio Cyprianus duas superiores Cornelii epistolas simul ab eodem Nicephoro acolytho accepisse se docet. Et hac quidem primæ, subsequente autem secundæ respondet.

versus Novatiani & [1] Novati novas & perniciosas A ad impugnandam Christi Ecclesiam machinas plenissime instrueret. Nam cum pridie istic venisset hæreticæ pravitatis nocens [2] factio, ipsa jam perdita, & alios qui sibi consenserint perditura, postero die Nicephorus cum vestris litteris supervenit. Quibus & didicimus, & docere atque instruere ceteros cœpimus, Evaristum de episcopo [3] jam nec laicum remansisse, cathedræ & plebis extorrem, & de Ecclesia Christi exsulem, per alias longe provincias oberrare, & ipsum veritatis ac fidei naufragum factum, circa quosdam sui similes paria naufragia concitare: Nicostratum vero, diaconio sanctæ administrationis amisso, ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtractis, & viduarum B ac pupillorum depositis denegatis, non tam in Africam venire voluisse, quam conscientia rapinarum & criminum nefandorum illinc ab urbe fugisse. Et nunc Ecclesiæ desertor ac profugus, quasi mutasse sit hominem mutare regionem, confessorem se [4] ultra jactat & prædicat; cum Christi confessor nec dici nec esse jam possit, qui Ecclesiam Christi negavit. Nam cum Paullus apostolus dicat, [a] *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carnem unam: sacramentum istud magnum est; ego autem dico in Christum & in Ecclesiam*: cum hoc, inquam, beatus Apostolus dicat, & Christi pariter atque Ecclesiæ unitatem individuis nexibus cohærentem sancta sua voce teste- C tur; quomodo potest esse cum Christo, qui cum sponsa Christi atque in ejus Ecclesia non est? aut quomodo assumit sibi regendæ aut gubernandæ Ecclesiæ curam, qui spoliavit & fraudavit Ecclesiam Christi?

II. Nam de Novato nihil inde ad nos fuerat nuntiandum, cum magis per nos vobis debeat Novatus ostendi; rerum novarum semper cupidus, avaritiæ inexplebili rapacitate furibundus, arrogantia & stupore superbi tumoris inflatus, semper istic episcopis male cognitus, quasi hæreticus semper & perfidus omnium sacerdotum voce damnatus; curiosus semper ut prodat, ad hoc adulatur ut fallat, numquam fidelis ut diligat, fax & ignis ad conflanda seditionis incendia, turbo & tempestas ad fidei facienda naufragia, hostis quietis, tranquillitatis adversarius, pacis inimicus. Denique Novato illinc a vobis recedente, id est, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta est, & gloriosi ac boni confessores, qui de Ecclesia illo incitante discesserant, postea quam ab Urbe ille discessit, ad Ecclesiam reverterunt. Idem est Novatus, qui apud nos primum discordiæ & schismatis incendium seminavit, qui quosdam istic ex fratribus ab episcopo segregavit, qui in ipsa persecutione [5] ad evertendas fratrum mentes alia quædam persecutio nostris fuit. Ipse est, qui Felicissimum satellitem suum diaconum, nec permittente me, nec sciente, sua factione & ambitione constituit; & cum sua tempestate Romam quoque ad evertendam Ecclesiam navigans, similia illic & paria molitus est, a clero portionem plebis avellens, fraternitatis bene sibi cohærentis & se invicem diligentis concordiam scindens. Plane quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Roma præcedere, illic majora & graviora commisit. Qui istic adversus Ecclesiam diaconum fecerat, illic episcopum [6] fecit. Nec hoc quisquam miretur in talibus. FERUNTUR SEMPER mali suo furore dementes, & postea quam scelera fecerint, conscientia ipsa sceleratæ mentis agitantur. Nec remanere in Ecclesia Dei possunt, qui deificam & ecclesiasticam disciplinam nec actus sui conversatione, nec morum pace tenuerunt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque Ecclesiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in ejus furore conspicimus. Pater etiam ejus in vico fame mortuus, & ab eo in morte postmodum nec sepultus. Uterus uxoris [7] calce percussus, & abortione properante in parricidium partus expressus. Et damna-

[a] Ephes. V. 31.

1. Novatum hunc cum Novatiano dum confundunt Græci, eum hæresiarcham & Catharorum principem falso faciunt. Uterque tamen multis est nominibus distinctus. Nam Novatianus Romanus, Novatus Carthaginiensis presbyter fuit. Novatianus Romanum sibi arrogavit pontificatum: Novatus a nullo umquam in episcopum est cooptatus. Novatianus quamdam puritatis speciem affectans, indeque Catharorum sectæ nomen & originem tribuens, lapsis etiam pœnitentibus veniæ spem sustulit: Novatus vero factionis Felicissimi presbyteris adhærebat, qui lapsis, etiam prætermissis pœnitentiæ canonicæ regulis, statim pacem & communionem dari volebant, ac nihilo minus cum Novatiano copulari non destitit. Nempe gravium criminum sibi conscius, non id agebat ut disciplina ecclesiastica servaretur, sed ut turbas in Ecclesia concitando debitam sceleribus ultionem declinaret. Quocirca Novatianæ seu Catharorum hæresis princeps & auctor nequaquam dicendus est Novatus, licet Novatiani schismatis præcipuus adjutor merito censeatur.

2. Scilicet secunda Novatiani legatio, quam obierunt Nicostratus, Novatus, Evaristus, Primus & Dionysius; ut in epistola sequenti declaratur, cum primam suscepissent Maximus, Longinus & Machæus.

3. Hoc est, de episcopali dignitate ita dejectum, ut nec in eadem ecclesia cum laica communione permaneret, utpote *fidei naufragum factum*.


4. Compend. ms. *ultro*.

5. In eodem codice *ad vertendas*, & infra *ad vertendam ecclesiam*. Heic notatur Novatus ut dux & antesignanus factionis ejus, quam adversus Cyprianum concitarant presbyteri nonnulli, de quibus idem præsul epist. 10. seu 16. ita loquitur: *Cum quorumdam immoderata & abrupta præsumtio temeritate sua & honorem Martyrum, & Confessorum pudorem, & plebis universæ tranquillitatem turbare conetur, tacere ultra non oportet . . .* [illegible] D *Evangelii nec loci sui memores . . . cum contumelia præpositi totum sibi vindicent*. Nempe illi Cypriani ordinationi intercedentes & invidiæ beatos exponebant martyres, & *gloriosos servos Dei cum sacerdote*, hoc est cum ipsomet, *committebant*, ac plebem turbare non desistebant. Presbyteros illos Cyprianus epist. 6. seu 14. indicare videtur his verbis: *Ad id quod scripserunt mihi compresbyteri nostri Donatus & Fortunatus, Novatus & Gordius, solus rescribere nihil potui*. Hos enim a presbyteris ac diaconis suis ad quos ista eloquitur, velut jam separatos distinguit.

6. Non quod ordinandi potestate præditus esset, sed quod per pravas molitiones effecit, ut Novatianus ordinaretur. Is quippe, ut ex epistola 9. n. 2. discimus, a tribus episcopis imperitis est ordinatus. Falluntur igitur graviter, qui Novatum episcopum exstitisse hinc sibi persuadent. Nec suspicio nobis deest, ad horumce Cypriani verborum imitationem expressa esse ista Bucheriani catalogi: *Sub episcopatu ejus* (Cornelii) *Novatus extra Ecclesiam ordinavit* E *Novatianum in urbe Roma, & Nicostratum in Africa*; adeoque *Nicostratum* Felicissimi loco hunc in catalogum irrepsisse. Quod si ita est, nullum est fundamentum eorum, qui Nicostratum in Africa episcopum ordinatum esse arbitrantur.

7. Prioribus Ecclesiæ sæculis, ut Hieronymus lib. 1. cont. Jovinian. notat, quia virgines aut non tanti erant quanti erant necessarii, aut opera virginitati congruentia non habebant, vel non existimabantur habere, sæpe in sacerdotium eligebantur mariti: sed ea lege ordinabantur, ut ab opera nuptiarum deinceps abstinerent. Ipse Jovinianus, quantumvis continentiæ adversarius, fateri compulsus est, *non posse esse episcopum, qui in episcopatu filios* [illegible] *quin si deprehensus fuerit, non quasi* [illegible] *quasi adulter damnabitur*. Quocirca Hieronymus adversus Vigilantium affirmare non dubitat: [illegible] *& sedis apostolicæ aut virgines clericos accipiunt, aut*

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 252.



re nunc audet [1] sacrificantium manus, cum sit ipse A nocentior pedibus, quibus filius qui nascebatur, occisus est?

III. Hanc conscientiam criminum jam pridem timebat: propter hoc se non de presbyterio [2] excitari tantum, sed & communicatione prohiberi pro certo tenebat: & urgentibus fratribus imminebat cognitionis dies, quo apud nos caussa ejus ageretur, nisi persecutio ante venisset. Quam iste voto quodam evadendæ & lucrandæ damnationis excipiens, hæc omnia commisit & miscuit: ut qui ejici de Ecclesia & excludi habebat, judicium sacerdotum voluntaria discessione præcederet; quasi evasisse sit pœnam, prævenisse sententiam.

IV. Circa ceteros autem fratres elaboramus, quos ab eo circumventos dolemus, ut veteratoris [3] perniciosum latus fugiant, ut lethales laqueos solicitantis evadant, ut de qua ille pelli divinitus meruit, Ecclesiam repetant; quos quidem, Domino adjuvante, per ejus misericordiam regredi posse confidimus. Neque enim potest perire, nisi quem constat esse periturum, cum Dominus in Evangelio suo dicat: [a] *Omnis plantatio quam non plantavit pater meus cælestis, eradicabitur*. Qui plantatus non est [4] in præceptis Dei patris & monitis, solus poterit de Ecclesia ille discedere, solus episcopis derelictis cum schismaticis & hæreticis in furo- C re remanere. Ceteros vero nobiscum adunabit Dei patris misericordia, & Christi Domini nostri indulgentia, & nostra patientia. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

[5] EPISTOLA VIII.

S. CYPRIANI CARTHAGINIENSIS episcopi ad Cornelium papam.

De Confessorum ad Ecclesiam reditu gratulatur. Quantum is reditus Ecclesiæ catholicæ conferat.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

I. Et egisse nos & agere, frater carissime, maximas gratias sine cessatione profitemur Deo B patri omnipotenti & Christo ejus Domino & Deo nostro salvatori, quod sic Ecclesia divinitus protegatur, ut unitas ejus & sanctitas non [6] jugiter, nec in totum perfidiæ & hæreticæ pravitatis obstinatione vitietur. Legimus enim litteras [7] vestras, & voti communis amplissimum gaudium exsultanter excepimus, Maximum presbyterum & Urbanum confessores cum Sidonio & Macario ad Ecclesiam catholicam regressos esse, id est errore deposito, & schismatico, immo hæretico furore deserto, unitatis ac veritatis domicilium fideli sanitate repetiisse; ut unde ad gloriam [8] processerant, illuc gloriosi redirent; ne qui Christum confessi essent, Christi postmodum castra desererent, nec tentarent caritatis atque [9] unitatis fidem, qui victi robore & virtute non fuerant. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & solida confitentium dignitas, a desertoribus & profugis recessisse, proditores fidei & Ecclesiæ catholicæ impugnatores reliquisse. Merito illos rever-

a Matth. xv. 13.

continentes. Ipsi adstipulantur Siricius epist. 1. ad Himerium c. 7. Innocentius epist. 2. ad Victricium c. 10. Ambrosius lib. 1. Offic. c. 50. n. 257. & epist. 61. ad Vercell. n. 62. Epiphanius hær. 59. n. 4. antiquissimus scriptor quæst. ex utroque Testamento apud Augustinum append. tom. 3. pag. 142. Notat & Augustinus ad calcem lib. 2. de adulter. conjugiis, clericis etiam improvisa vi ad hunc honorem suscipiendum sæpius coactis, continentiæ necessitatem nihilo minus imponi solere. Neque tamen cogebantur uxores a se dimittere. Unde inquit Leo epist. 2. ad Rusticum c. 3. *Ut de carnali fiat spiritale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quasi non habeant sic habere; quo & salva sit caritas connubiorum, & cesset opera nuptiarum*. Hinc ut nonnulli ad pristinam consuetudinem redirent, aliquando contigit: sed hoc delictum non impune ferebatur, ut exemplo est Genebaldus Laudunensis episcopus, quem S. Remigius Remensis archipræsul hujus rei caussa diu inclusum tenuit. In eamdem culpam lapsus heic notatur Novatus: nec inde censendus videtur Cyprianus rem velut licitam probare, quod parricidii horrore perculsus, ad hujus criminis immanitatem exponendam totus abripiatur. Si etiam uxorem ideo sic percussit Novatus, ut abortione properante delictum lateret: & hinc continentiæ legem presbyteris tum impositam esse probabitur.

1. Hoc est, eorum qui thura idolis obtulerant, qui & E *sacrificati* a Cypriano nuncupari solent. Hæc autem Novato exprobrandi locus non fuisset, nisi Novatiani non modo schisma, sed & placita defendens, sacrificatis veniam negasset: quamvis simul & a partibus staret Felicissimi, qui cum suis contraria sentiens, pacem lapsis, omissa pœnitentia, largiebatur. Sic ille in omnem vertebatur opinionem, quæ avertendæ criminum suorum vindictæ magis conducere videbatur.

2. Id est, dejici & deturbari. Idipsum clarius infra sic enuntiatur; *ut qui ejici de Ecclesia & excludi habebat*. Verbi *excito* eadem potestas est apud Tertullianum lib. 4. contra Marcion. c. 16. ubi dicitur iniquitas, si non per ultionem refrenaretur, *omnem oculum effossura, & omnem dentem* EXCITATURA *præ impunitatis securitate*.

3. In superioris epistolæ 6. initio *veteratoris* nomine Novatianum a Cornelio designari observavimus. At heic eodem vocabulo Novatus, de quo totus est proximus sermo, a Cypriano intelligitur. Quemadmodum Cornelius epist. 5. de Novatiani asseclis ad Cyprianum scripserat, *Ut scias, quales duces & protectores iste schismaticus & hæreticus lateri suo semper junctos habeat*: ita & Cyprianus elaborare se rescribit, ut a Novato circumventi, *veteratoris perniciosum latus fugiant*. Unde *lateri junctos* dici liquet non modo qui comitantur aliquem corpore, sed & qui eum animo sequuntur, ejusque sententiis adhærent.

D 4. Præpositio *in* abest a ms. Compend.

5. *Edit. Pamel.* XLVII. *Oxon.* LI. *Baluz.* XLVII.

6. Duo mss. Anglic. *non disjungatur*. Rectius alii libri, *non jugiter*. Nam unitatem aliqua ex parte disjunctam tunc fuisse negari nequit. Mox alii quinque mss. *violetur*, loco verbi *vitietur*.

7. *Legimus litteras vestras*. Epistolam nimirum supra positam num. VI.

8. Supple, confessionis; quod quidem exprimitur in his ejusdem Cypriani epist. 44. seu 46. ad ipsosmet Confessores: *Ad matrem revertamini unde prodiistis, unde ad confessionis gloriam cum ejusdem matris exsultatione venistis*.

9. In Oxon. edit. *atque veritatis fidem*: simulque annotatur, octo mss. cum Manutio exhibere, *nec tentarentur caritatis atque unitatis fide*. Habet quidem Compendiensis ms. *tentarentur*, sed retinet *fidem*. Utravis mss. illorum lectio barbara & Cypriani stilo indigna. Nec dici potest, bonos illos Confessores circa fidem & unitatem solum tentatos, quos ab unitate abductos atque *hæresis auctores* exstitisse constat. Quam ob caussam non placet, *nec teperent caritatis atque unitatis fide*, quod Pamelius in ms. Cambron. offendisse se monet. Illorum quippe Confessorum fides potius exstincta, quam tepida videbatur. Idem vir eruditus cum quatuor mss. & ceteris edit. præfert, *nec tentarent caritatis atque unitatis fidem*; ibique verbum *tentare* pro *explorare* aut etiam pro *infesto animo aggredi* positum arbitratur. Lectionem servantes plurium codicum seu scriptorum seu excusorum auctoritate fultam, interpretationem ejus minime probamus: cum idcirco potius *tentarent* Cyprianus dixerit, quod fidei unitatis tentationi & offendiculo essent, quatenus eorum exemplo abuterentur schismatis duces, ut fideles abducerent ab unitate, ac seductos in schismate detinerent: quia nimirum in schismate, ut infra exponitur, *sibi communicationem Confessorum sequi viderentur*. Quocirca Cyprianus epist. 51. seu 54. gratulatur, quod *nec Confessores Christi erroris duces fierent, qui virtutis & honoris auctores laudabiles exstitissent*.

tentes summo, ut scribitis, gaudio & clerus & A plebs [1] & fraternitas omnis excepit: quoniam in confessoribus gloriam suam conservantibus & ad unitatem revertentibus, nemo non socium se & participem eorum gloriæ computat.

II. Hujus diei lætitiam de nostris possumus sensibus æstimare. Nam cum istic ad litteras vestras quas de eorum confessione misistis, lætatus sit omnis fratrum numerus, & summa alacritate hunc nuntium communis gratulationis exceperit; quid illic, ubi res ipsa & præsens lætitia sub oculis omnium gerebatur? Cum enim Dominus in Evangelio suo dicat [a], *esse summum gaudium in cælo super* [2] *uno peccatore pœnitentiam agente*; quanto majus est gau- B dium & in terris pariter & in cælo super confessoribus ad Ecclesiam Dei cum gloria sua & cum laude redeuntibus, & redeundi viam ceteris exempli sui fide & probatione facientibus? Hic enim quosdam fratres nostros error induxerat, quod sibi communicationem confessorum sequi viderentur. Quo errore sublato, lux omnium pectoribus infusa est, & Ecclesia catholica una esse, nec scindi nec dividi posse monstrata est. Nec quisquam jam facile poterit schismatici furentis [3] verbis loquacibus decipi; quando probatum sit bonos & gloriosos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia & perfidia extra Ecclesiam detineri. [4] Opto te, frater carissime, semper bene valere.

[5] EPISTOLÆ IX.

S. CORNELII PAPÆ AD FABIUM EPISCOPUM ANTIOCHENUM,

FRAGMENTA.

De NOVATIANI ingenio & moribus.

I. Quomodo Confessores ab illo decepti fraudes ejus detexerint, & palam Ecclesiæ notas fecerint. II. Contra omnes leges ordinatus episcopatum sibi arrogat. III. Cleri Romani populique multitudine a schismate non deterretur. IV. Urgente infirmitate in lecto perfusus seu baptizatus, minime consignatus est. V. Persecutionis tempore presbyterum se negare mavult, quam fratribus subvenire. VI. Præter leges, clero ac plurimis de populo intercedentibus, per gratiam episcopi ad presbyterium provectus fuit. VII. Qui corpus & sanguinem Christi porrigens, singulos sibi jurare cogat. VIII. Eum ab omnibus deseri.

ΙΝα δὲ γνῷς ὅτι πρόπαλαι ὀρεγόμεν۞ τῆς ἐπι- C σκοπῆς ὁ θαυμάσιος οὗτος, καὶ κρύπτων ἐν ἑαυτῷ τὴν προπετῆ ταύτην αὐτοῦ ἐπιθυμίαν ἐλάνθανεν, ἐπικαλύμματι τῆς αὐτοῦ ἀπονοίας τῷ καταρχὰς σὺν αὐτῷ τοὺς ὁμολογητὰς ἐσχηκέναι χρώμενος, εἰπεῖν βούλομαι. Μάξιμος πρεσβύτερος τῶν παρ' ἡμῖν καὶ Οὐρβανὸς δὶς τὴν ἐξ ὁμολογίας δόξαν ἀρίστην καρπωσάμενοι, Σιδόνιός τε καὶ Κελερῖνος, ἀνὴρ ὃς πάσας βασάνους διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον καρτερικώτατα διενέγκας, καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως, τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς ἐπιῤῥώσας, κατακράτος νενίκηκε τὸν ἀντικείμενον· οὗτοι δὴ οὖν οἱ ἄνδρες κατανοήσαντες αὐτὸν, καὶ καταφωράσαντες τὴν ἐν αὐτῷ πανουργίαν τε καὶ παλιμβολίαν,

I. UT autem scias qualiter admirandus ille [6] dignitatis episcopalis cupiditate incensus, & temerariam atque effrenatam illam ambitionem suam intra se tegens latuit, dum hoc vesaniæ velamentum obtendit, quod Confessores ab initio secum habuisset, volo enarrare. Maximus nostræ ecclesiæ presbyter & Urbanus egregiam ex iterata confessione gloriam adepti, Sidonius quoque & [7] Celerinus, vir qui cuncta tormentorum genera per Dei misericordiam fortissime sustinuit, & fortitudine fidei suæ infirmitatem carnis roborans, adversarium penitus devicit: hi igitur viri cum cognovissent illum, & fraudem ejus ac versutiam, nec non perjuria & mendacia, atque [8] a societate &

a Luc. xv. 7.

1. In ms. Compend. *plebs, fraternitas*, sine conjunctione &. Ipsi Confessores epist. 50. seu 53. apud Cyprian. cum Cornelio & universo clero pacem fecisse se significant *cum gaudio etiam universæ ecclesiæ, prona omnium caritate*.

2. In eodem ms. desideratur *uno*: ac subinde exstat *quanto magis* (quod interpretari licet *quanto potiori ratione*) pro *quanto majus*.

3. *Schismatici furentis*. Novatianum intellige.

4. Optatum istud deest in ms. Compend.

5. Fragmenta ista Eusebius lib. 6. hist. c. 43. nobis asservavit, hoc eis præmisso procemio: *Exstant adhuc epistolæ Cornelii Romanorum episcopi ad Fabium Antiochensis ecclesiæ præsulem missæ, in quibus & Romanæ synodi gesta, & omnium per Italiam & Africam aliasque locorum illorum provincias sententiæ declarantur. Aliæ præterea latino sermone conscriptæ exstant epistolæ Cypriani & aliorum antistitum, qui cum ipso* (Cypriano) *in Africa congregati sunt*, (hæ a Cornelio, ni fallor, cum litteris proxime memoratis Fabio missæ.) *His adjuncta erat alia ejusdem Cornelii epistola* E *de his quæ in synodo* (Romana) *decreta fuerant; & rursus alia de facinoribus Novati*, seu potius Novatiani, qui ab Eusebio ejusque interprete Rufino, nec non a Socrate lib. 4. c. 28. ac plerisque Græcis Novatus constanter appellatur. Tum ex hac postrema exscribit fragmenta quæ subjicimus. Cum autem Eusebius tres saltem memoret Cornelii epistolas, atque unam Cypriani & sociorum, nec D ullam latine conscriptam declaret, nisi hanc Cypriani & sociorum ejus; inde prædictas Cornelii epistolas græce missas fuisse Valesius merito colligit: maxime cum idem historicus aliis etiam in locis, ubi ex aliquo latino scripto testimonium profert, ea de re lectorem admonere non negligat. Quam ob caussam nostri muneris esse duximus græcum epistolæ hujus textum repræsentare cum interpretatione Valesii, nisi ubi litteræ græcæ fides aliud suaserit. Hieronymus lib. de viris illustr. quatuor Cornelii ad Fabium epistolas recensens, hanc *valde prolixam* fuisse testatur. Post damnatum in Italiæ atque Africæ conciliis Novatiani errorem, & post Confessorum Maximi & sociorum reditum ad Ecclesiam, cum Novatianus *jam nudatus ac pæne solus remansisset, fratribus quotidie eum deserentibus & ad Ecclesiam redeuntibus*, adeoque aliquanto post superiores epistolas, scripta fuit.

6. Novatianus scilicet, quem vago pronomine designare Cornelius pro more satis habet.

7. Cum Cyprianus, quoties eorumdem Confessorum mentionem facit, ubique Macarium Celerini hujus loco memoret, existimat Tillemontius eumdem Confessorem duplici, Macarii scilicet ac Celerini, nomine donatum: simulque monet hunc alium esse a Celerino Carthaginiensis ecclesiæ lectore sæpius apud Cyprianum commendato.

8. Ita loqui videtur Cornelius propter peculiarem Novatiani opinionem, quam Eusebius lib. [illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.

τὰς τε ἐπιορκίας καὶ ψευδολογίας, καὶ τὴν ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ καὶ λυκοφιλίαν, ἐπανῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ ἅπαντα αὐτοῦ τὰ τεχνάσματα, καὶ πονηρεύματα, ἃ ἐκ πολλοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὑπεστέλλετο, παρόντων ἱκανῶν τοῦτο μὲν ἐπισκόπων, τοῦτο δὲ πρεσβυτέρων, καὶ λαϊκῶν ἀνδρῶν παμπόλλων, ἐξήγγειλαν, ἀποδυρόμενοι καὶ μεταγινώσκοντες ἐφ᾽ οἷς πεισθέντες τῷ δολερῷ καὶ κακοήθει, πρὸς ὀλίγον χρόνον τῆς ἐκκλησίας ἀπελείφθησαν.

A communione abhorrentem ejus animum & lupinam consuetudinem deprehendissent, ad sanctam Ecclesiam reverterunt: cunctasque illius præstigias & flagitia, quæ jam pridem intra se occultans [1] reprimebat, præsentibus aliquot [2] episcopis, ac presbyteris & laicis quam pluribus evulgarunt, ingemiscentes & dolentes, quod a fraudulenta & maligna illa bestia inducti, ad modicum tempus ab Ecclesia defecissent.

Εἶτα μετὰ βραχέα φησίν. Ἀμήχανον ὅσην, ἀδελφὲ ἀγαπητέ, τροπὴν καὶ μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ ἐθεασάμεθα ἐπ᾽ αὐτοῦ γεγενημένην. ὁ γάρ τοι λαμπρότατος, καὶ δι᾽ ὅρκων φοβερῶν τινῶν πιστούμενος τὸ μὴ δι᾽ ὅλως ἐπισκοπῆς ὀρέγεσθαι, αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφεὶς ἀναφαίνεται. οὗτος γάρ τοι ὁ δογματιστής, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστής, ὁπηνίκα παρασπᾶσθαί τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν ἐπεχείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνοὺς ἀπεγνωκότας τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐπελέξατο· ὡς ἂν εἰς βραχύ τι μέρος καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστείλῃ· κἀκεῖθεν ἐπισκόπους τρεῖς, ἀνθρώπους ἀγροίκους καὶ ἁπλουστάτους, πλαστῇ τινι ἐπιχειρήσει ἐξαπατήσῃ· διαβεβαιούμενος καὶ διϊσχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν πᾶσα ἥ τις δή ποτε οὖν διχοστασία γεγονυῖα, σὺν καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις καὶ αὐτῶν μεσιτευόντων διαλυθῇ. οὓς παραγενομένους ἅτε δὴ (ὡς ἔφθημεν λέγοντες) ἀνθρώπους ἁπλουστέρους περὶ τὰς τῶν πονηρῶν μηχανάς τε καὶ ῥᾳδιουργίαν, συγκλεισθέντας ὑπό τινων ὁμοίων αὐτῷ τεταγμένων ἀνθρώπων, ὥρᾳ δεκάτῃ μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας, μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τινι καὶ ματαίᾳ χειρεπιθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι. ἣν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ. ἐξ ὧν εἷς μετ᾽ οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀποδυρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ

II. *Deinde post pauca ait.* Vix credibile est, frater carissime, quantam in eo varietatem ac mutationem brevi temporis spatio factam conspeximus. Nam egregius ille, qui tremendis quibusdam B sacramentis fidem fecerat sese episcopatum nequaquam concupiscere, repente episcopus tamquam ex machina aliqua in medium projectus apparet. Nempe ille [3] dogmatum conditor atque ecclesiasticæ disciplinæ propugnator, cum episcopatum sibi a Deo minime concessum præter fas arrogare atque subripere conaretur, duos sibi socios deploratæ salutis delegit, quos in exiguam atque vilissimam Italiæ partem destinaret: ut inde accitos episcopos tres, homines plane rudes ac simplices, fraudulenta quadam molitione deciperet, affirmans atque constanter asseverans, ipsos quam primum Romam proficisci oportere, ut omnis undecumque orta discordia, ipsorum una cum aliis episcopis interventu se- C daretur. Qui cum advenissent, homines, ut jam diximus, simplicioris ingenii, nec in his perditorum artibus ac fallaciis satis triti; eos ille a quibusdam sui similibus quos ad id comparaverat, inclusos, hora decima temulentos & crapula oppressos, imaginaria [4] quadam & vana manuum impositione episcopatum sibi tradere per vim cogit: eumque, cum nullo sibi competat jure, per insidias atque fraudem vindicat. Nec multo post unus [5] ex illis episcopis ad Ecclesiam rediit, cum la-

φὴν καὶ ἀπανθρωποτάτην, *a fraterna caritate abhorrentem & inhumanissimam* vocat: quia videlicet hæreticus iste lapsis communionis ac pacis spem omnem adimebat. Eadem hæresis & apud Cyprianum in Tractatu ad Novatianum, & D ab Hieronymo initio epistolæ ad Oceanum, *Caina hæresis* appellatur, licet diversa quadam ratione. Sic nempe nuncupatur a prædicti Tractatus scriptore, quia *nonnisi tantum occidere gestit*; ab Hieronymo autem, quia Caino similis desperanti ac dicenti, *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear*, peccatis nonnullis veniæ spem prorsus negat; adeoque *dicit aliqua esse peccata, quæ Christus non possit purgare sanguine suo*.

1. Immo, si laudato apud Cyprianum Tractatui fidem habeamus, multa præ se ferens Christianæ *pietatis officia* presbytero digna, utpote qui antea *semper in domo una, id est Christi Ecclesia, proximorum delicta ut propria fleverit; onera fratrum, sicut Apostolus hortatur, sustinuerit; lubricos in fide cælesti allocutione corroboraverit*. Sed huic laudi non respondent quæ infra num. 5. gessisse narratur.

2. Quinque adfuisse epist. 6. n. 2. dicuntur. Mirum est tantum heic presbyteros memorari, ac taceri diaconos aliosve clericos, præsertim cum laici etiam adfuerint. In epi- E stola quidem 6. n. 2. dicitur *presbyterium* hac occasione contractum. Sed hoc vocabulo cleri cœtus a potiori ejus parte designari solebat. Forte etiam eadem ratione heic presbyterorum nomine totus clerus significatur.

3. Christophorsonus hoc latine ita convertit: *Iste novæ sectæ inventor, & doctrinæ ecclesiasticæ, si Deo placet, propugnator*; Valesius vero, *Is qui se doctorem & ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem ferebat*. Vox δογματιστὴς & aliquid amplius quam *doctorem*, & nonnihil minus quam *novæ sectæ inventorem* sonat. Palam est Novatianum heic *ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem*, & num. 3. *Evangelii vindicem* ironice prædicari; quia nimirum ipse præclarum hunc titulum affectabat. Quocirca Cyprianus supra epist. 1. n. 2. de illo ejusque asseclis scribit: *Si se assertores Evangelii Christi confitentur, prius ad Ecclesiam revertantur*. Nominatimque Novatianus, uti Valesius observat, suum de cibis Judaicis librum *plebi in Evangelio persistenti* inscripsit. En quos imitantur ætatis nostræ novatores, qui cum ab avita fide discesserint, sese puri Evangelii vindices jactitare non verentur.

4. Hoc est, quæ impositionis manuum quamdam potius D imaginem præ se ferret, quam veritatem. Quapropter minus mirum est Pacianum hujusmodi ordinationem irritam & nullam censuisse, ac de ea sic epist. 2. scripsisse: *Novatianum absentem epistola episcopum finxit*, seu fecit: quia nimirum Confessorum epistola ad Novatianum absentem scripta, qua ei manus quasi in episcopum imponi consentiebant, ut episcopus fieret occasionem & auctoritatem præbuit. Pergit Pacianus: *Eum consecrante nullo linteata* (id est episcopalis) *sedes accepit*. Cur *consecrante nullo*, subinde explicat idipsum repetens his verbis: *Novatianum cognosco* SINE CONSECRATIONE LEGITIMA *episcopum factum per epistolam eorum, qui se confessores esse simularent*. Ideo igitur *nullo consecrante* in episcopali sede collocatum dixit, quia eum *sine consecratione legitima episcopum factum*, non nisi de imaginaria & vana ac prorsus nulla consecratione gloriari posse persuasum haberet. Ipsi certe Confessores, teste Cornelio epist. 6. n. 1. eo se abductos fatebantur, *ut paterentur ei manus quasi in episcopum imponi*. Neque Cy- E prianus epist. 44. seu 46. suum eis dolorem dissimulat, quod illos *alium* (a Cornelio) *episcopum fieri consensisse* comperisset. Hoc autem, quod Cornelius ac Cyprianus tacuerant, Pacianus nos docet, eos scilicet hunc assensum per epistolam significasse. Sane violentam hujusmodi ordinationem ab episcopis vino & crapula oppressis intempestiva hora factam, præsentibus piis Confessoribus horrori non fuisse valde stupendum esset. Inde & illud sequitur, ut hac illustrium Confessorum epistola ad seducendos episcopos simplices abusus sit Novatianus, ne ab imponendis ipsi manibus abhorrerent. Cur vero de iis, quos pro fide carcerem passos esse Cornelii, Cypriani aliorumque testimoniis constat, Pacianus quod *se Confessores esse simularent*, dixit? Quia nimirum hanc confessionis gloriam ab Ecclesia discedendo obscurarant ac perdiderant, non secus atque homo in pluribus justitiæ exercitatus operibus, peccato admisso, justi titulum ac laudem amittit.

5. Episcopum illum existimat Valesius Trophimum, de quo Cyprianus in epistola 10. sequente ad Antonianum

ἑαυτοῦ ἁμάρτημα. ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντ☉ παντὸς παρόντ☉ τοῦ λαοῦ. καὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπεστάλκαμεν.

Ο ἐκδικητὴς οὖν. τȣ̃ εὐαγγελίȣ ȣ̓κ ἠπίστατο ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ; ἐν ᾗ ȣ̓κ ἠγνόει (πῶς γάρ;) πρεσβυτέρȣς εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ, διακόνȣς ἑπτὰ, ὑποδιακόνȣς ἑπτὰ, ἀκολȣ́θους δύο κ̀ τεσσαράκοντα, ἐξορκιςὰς δὲ κ̀ ἀναγνωστὰς ἅμα πυλωροῖς δύο καὶ πεντήκοντα, χήρας σὺν θλιβομένοις ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας· οὓς πάντας ἡ τȣ̃ δεσπότȣ χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. ὃν οὐδὲ τοσοῦτο πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλούσιός τε καὶ πληθύων ἀριθμὸς μετὰ μεγίστου καὶ ἀναριθμήτου λαοῦ, ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεώς τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνέτρεψέ τε καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα τούτοις προστίθησι ταῦτα. Φέρε δὴ ἑξῆς εἴπωμεν, τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πολιτείας πεθαῤῥηκὼς ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς· ἆρά γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεστράφθαι,

A mentis & fletibus peccatum suum confitens. Quem nos, cum universus populus præsens deprecatus esset, ad communionem laicam suscepimus. Reliquis etiam [duobus] episcopis successores [1] ordinavimus, eosque in loca illorum misimus.

III. Ille ergo Evangelii vindex ignorabat [2] unum Episcopum esse oportere in Ecclesia catholica? in qua non ei latebat (quomodo enim latere posset?) presbyteros esse [3] quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolythos duos & quadraginta, exorcistas autem & lectores cum ostiariis quinquaginta duos, viduas cum [4] thlibomenis plus mille quingentas: quibus universis Domini gratia & be- B nignitas alimenta suppeditat. Neque tamen tanta tamque [5] necessaria in Ecclesia multitudo, tam ingens numerus divinæ providentiæ copiis opulentus & abundans, cum immenso atque innumerabili populo, ab hujusmodi desperatione & audacia eum deterruit, & ad Ecclesiam revocavit.

IV. *Rursum & aliis interjectis hæc addit.* Agedum, exponamus deinceps, quibus operibus quibusve vitæ institutis episcopatum ambire ausus sit. Num propterea quod ab initio [6] vitam in Eccle-

plura scribit. Sed quæ ibi de hoc Trophimo Cyprianus eloquitur, ægerrime cum iis componantur, quæ nunc Cornelius de Novatiani ordinatore narrat. Quippe cum Antonianus, mendacibus Novatiani litteris commotus, a Cypriano scribi sibi petiisset, *Cornelius qua ratione Trophimo & thurificatis communicet:* rescribit is præsul n. 9. Cornelium *nulla libelli, ut quidam jactitant, lube maculatum esse; sed neque cum episcopis qui sacrificaverunt, communicationem sacrilegam miscuisse.* Tum num. 10. subjicit; *Nam & de Trophimo de quo tibi scribi desiderasti, non ita res est, ut ad te pertulit rumor & mendacium malignorum . . . Tractatu illic cum collegis plurimis habito susceptus est Trophimus, pro quo satisfaciebat fratrum reditus & restituta multorum salus. Sic tamen susceptus est Trophimus, ut laicus communicet, non secundum quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quasi locum sacerdotii usurpet.* Hæc autem aliaque Cypriani de Trophimi receptione verba qui expenderint, deprehendent I. Trophimum sacrificantium labe fuisse adspersum. II. eum ad Ecclesiam rediisse cum maximo fratrum numero, *qui omnes regressuri ad Ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo.* III. eum a Cornelio susceptum esse tractatu D ante habito non cum plebe sua, quemadmodum in ordinatoris Novatiani receptione actum est, sed *cum collegis plurimis*, hoc est in frequenti episcoporum concilio; indeque mendaciter divulgatum esse, Cornelium cum sacrificantibus communicare, & Trophimo hujus criminis reo pristinum sacerdotii locum reddidisse. Si etiam excutiamus qui fuerint illi *maligni*, quorum *litteris & rumoribus* hæc mendacia sata sunt, non alii forsitan invenientur a Novatiano, cujus litteris commotus Antonianus Cyprianum de hujusmodi mendaciis interrogavit. Horum certe vel Novatianus, vel socii ejus satores fuerunt. Nemo autem id Novatiano ejusve asseclis displicuisse & crimini versum esse sibi persuaserit, quod ordinator ipsius ab illo susceptus atque communione donatus esset.

1. Evaristum, in cujus locum Zetus episcopus constitutus fuisse in superiore epistola 5. dicitur, ex his duobus episcopis unum exstitisse Valesius probabiliore conjectura E putat. Hinc quippe facile intelligitur, quo pacto *Evaristum auctorem schismatis fuisse* Cornelius in laudata epistola scribat. Ita autem duobus illis episcopis successores ordinatos esse heic memoratur, ut & quodam modo innuatur loco ejus qui ad communionem laicam susceptus est, neminem esse suffectum. Sed ex quo episcopus ad communionem laicam dejectus prædicatur, sedem illius vacare, eique prospiciendum esse satis intelligitur.

2. Ita probata ac pervulgata erat hæc regula, ut Confessores ad Ecclesiam redeuntes in superiori epist. 6. n. 2. illam tamquam rem omnibus notam, & quam nulli ignorare liceat, profiteantur. Sic & Cyprianus in sequente epistola ad Antonianum n. 7. ubi Cornelium legitime ordinatum esse multis probavit, addit demum: *Cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum qui solus esse debeat factus est, non jam secundus ille, sed nullus est.*


3. In latinam Valesii interpretationem *quatuor & quadraginta* mera oscitantia irrepsisse certo argumento est ista illius in hæc verba annotatio: *Ex hoc loco colligi potest,* quot basilicas tunc Romæ habuerint Christiani. Cum enim singuli presbyteri suas regerent basilicas, si 46. fuerint presbyteri, C totidem basilicas fuisse dicendum est. In hunc locum gravius peccat Blondellus, cum eum ita perstringit, ut nullam subdiaconorum faciat mentionem, exindeque confici putet nullos tum Romæ subdiaconos fuisse institutos. Sed lectionis illius falsitatem cum græcus Eusebii textus, tum latina Rufini interpretatio demonstrant. Tradit & Optatus lib. 2. quadraginta & amplius basilicas Romæ exstitisse, quando illuc Victor Gabiensis proxime post exortum Donatistarum schisma ab his schismaticis missus est. Hi quippe, inquit Optatus, *ibi inter 40. & quod excurrit basilicas, locum ubi colligerent non habebant.* Quem locum, dum Blondellus Apolog. pag. 223. de ipsius Optati ætate interpretatur, ab eo male intellectum esse Valesius recte notat.

4. Hoc verbo etiam latine nobis uti licere duximus ad imitationem cleri Romani ad clerum Carthaginiensem edit. Oxon. epist. 8. sic scribentis: *Sive viduæ, sive* THLIBOMENI (male apud Pamel. epist. 3. *Clydomeni*, & apud alios D *Clinumeni*,) *qui se exhibere non possunt, utique habere debent qui eis ministrent.* Quo in loco qui intelligendi sint *thlibomeni*, statim explicatur adjunctis verbis *qui se exhibere non possunt*, hoc est qui sustentare se ac victui necessaria suppeditare sibi non valent, ut patet ex his Cypriani lib. Testimon. n. 61. *Habentes itaque* EXHIBITIONEM *& tegumentum, his contenti simus.* Eodem exhibitionis verbo eodem intellectu utitur & Tertullianus lib. de Idolol. c. 5. & 8. ubi artifices qui idola confingere non desinebant arguens, solitam eorum vocem, *Non habeo aliud quo vivam*, sibi objicit, ac deinde sic refellit: *Si ita* EXHIBITIONIS *necessitas obtenditur, habent & alias species, quæ sine exorbitatione disciplinæ, id est sine idoli confictura,* OPEM VICTUS PRÆSTENT. Hoc est igitur *exhibere*, quod *opem victus præstare*. Adeoque non male Rufinus pro *thlibomenis* substituit *indigentibus*. Observavit Valesius ecclesiam Antiochenam Chrysostomi ætate, ipso Chrysostomo teste homil. 67. in Matth. tametsi mediocres reditus possideret, plusquam tria E millia viduarum & virginum aluisse quotidie, præter hospites, leprosos, vinctos & clericos.

5. Verterat Christophors. *Nemo in tanta ministrorum multitudine . . . nemo ex tanto egentium numero Dei providentia locupletato . . . nemo denique ex maxima illa & innumerabili frequentia.* Quæ in interpretatione istud non placet, quod præter græci textus fidem sic ministros Ecclesiæ ab egenis distinxit, quasi non illi perinde atque hi divinæ providentiæ divitiis sustentarentur. Certe Rufinus hunc locum aliter intellexit: siquidem de presbyteris, diaconis ceterisque clericis non secus atque de viduis & indigentibus dicit, *Quos omnes Deus alit in Ecclesia sua.* Subinde ecclesiarum proventus sic distributi sunt in quatuor partes, ut una pars episcopo, altera clericis ceteris, tertia egenis, quarta fabricis cederet. Verum antea etiamsi par non erat eorum divisio, in alios tamen usus nequaquam impendebantur.

6. Illud *in Ecclesia* perinde est atque in Ecclesiæ ministerio. Nec aliud sonare mihi videtur *ab initio*, atque ab

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.



καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἕνεκα τῆς θεοσεβείας γεγονέναι; ἀλλ' οὐκ ἔστιν· ᾧ γε ἀφορμὴ τοῦ πιστεῦσαι γέγονεν ὁ σατανᾶς φοιτήσας εἰς αὐτὸν, καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν. ὃς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν· εἴ γε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα· τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου.

A sia exegerit, & multa pro ipsa certamina subierit, atque in multis magnisque periculis religionis caussa fuerit? Minime vero: quippe cui [1] fidei suscipiendæ occasio fuit satanas in illum ingressus, ac diu in ipso commoratus. Qui quidem, cum [2] ei ab exorcistis subveniretur, in morbum gravissimum collapsus, ita ut jam jam moriturus existimaretur; in ipso [3] lecto in quo jacebat, perfusus [[4] fidem] suscepit: si tamen homo hujuscemodi [5] suscepisse dicendus est. Sed neque postquam liberatus est a morbo, reliqua percepit, quæ secundum regulam [6] Ecclesiæ percipienda sunt, neque

ineunte ætate & ab infantia. Et ea quidem tum forte obtinebat disciplina, qua ii qui in clerum adsciscendi erant, se, ut loquitur Siricius epist. 1. n. 13. *Ecclesiæ vovere obsequiis ab infantia sua*, vel ut idipsum Zosimus epist. 9. n. 5. enuntiat, *ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dare*, & ita per omnes cleri gradus episcopatum promereri solebant. Quocirca Cyprianus in epistola sequenti n. 7. etiamsi Cornelium ecclesiasticis ministeriis *ab initio* seu ab infantia nomen dedisse non aperte dicat; hinc tamen eum commendat, quod *non ad episcopatum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in divinis administrationibus Deum promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus adscendit*. Heic igitur quæritur, an similibus meritis ornatus sit Novatianus; & ea illi defuisse demonstratur.

1. Ejus scilicet fidei, quæ suscipientem deinceps *fidelem* denominet. Hæc autem appellatio, si Jerosolymitanæ ecclesiæ, ac forte paucarum aliarum morem excipias, olim solis baptismo initiatis impertiebatur. Qui enim antea catechumeni, electi, competentes nuncupabantur; tum primum *fideles*, cum tincti fuerant, nuncupari solebant. Hinc in concilio Eliberitano *catechumenus*, immo & *Christianus*, a *fideli* distinguitur. In eo quippe, ut ex can. 45. & 59. apparet, cum catechumeno simul & tincto commune est *Christiani* nomen; sed appellatio *fidelis* soli tincto competit. Cyrillus vero Jeros. licet hoc *fidelis* nomen etiam electis tribuat, quia videlicet hi jam baptismi solemniis initiari incipiebant; illud tamen pariter a catechumeni vocabulo sedulo distinguit. Unde Catech. 1. num. 4. ait, *Antea catechumenus eras, nunc fidelis vocabere*: & Catech. 5. n. 1. *Quantam vobis dignitatem conferat Dominus, ab ordine catechumenorum ad ordinem fidelium vos transferens*. Quocirca non probatur interpretatio Valesii, locum hunc sic latine reddentis, *cui caussam atque initium credendi præbuit satanas*, nisi post verbum *credendi* subaudiatur, ea fide quæ credentem fidelem denominet. Forsitan enim Novatianus jam tum inter catechumenos, adeoque non sine credendi initio, constitutus erat. Cornelius certe verbo τοῦ πιστεῦσαι, baptismum intellexit: sed τοῦ βαπτισθῆναι consulto vitasse videtur; quia Novatianus per περίχυσιν, hoc est per adspersionem seu perfusionem, (utraque enim vox Cypriano in epist. 76. ad Magnum synonyma est,) hoc sacramentum susceperat.

2. Christophorsonus hæc latine ita reddidit: *Qui quidem ubi exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam gravem morbum... incidisset*. Sed si Novatianus ante hunc morbum a spiritu malo fuisset liberatus, nequaquam dicendus esset satanas ei baptismi suscipiendi caussam præbuisse. Eadem Cornelii verba sic Rufinus perstringit: *Addit autem etiam hoc, quod idem ipse Novatus* (leg. *Novatianus*) *in juventute spiritu immundo vexatus sit; & cum tempus aliquod consumsisset apud exorcistas, ægritudinem incurrerit gravem ita ut desperaretur*. Unde confirmatur quod superius conjectabamus, Novatiano scilicet, prius quam baptismum susciperet, aliquod saltem fidei initium non defuisse. Quid enim apud exorcistas ageret omni fide destitutus? Id ei forte contigit, quod Cyprianus ætate sua erga homines illi similes agi & contingere solere epist. 76. ad Magnum testatur, *ut per exorcistas voce humana & potestate divina flagelletur & uratur & torqueatur diabolus; & cum exire se & homines Dei dimittere sæpe dicat, in eo quod dixerit fallat*: ideoque vult ille præsul, *ut si aliquis in illo movetur, quod quidam de iis qui ægri baptizantur, spiritibus adhuc immundis tentantur; sciat diaboli nequitiam pertinacem usque ad aquam salutarem valere, in baptismo vero omne nequitiæ suæ virus amittere*. Moxque addit: *Hoc denique rebus ipsis experimur, ut necessitate urgente in ægritudine baptizati & gratiam consecuti, careant immundo spiritu quo antea movebantur*. Unde perspicuum est iis etiam qui a spiritibus immundis vexabantur, baptismum fuisse collatum, nec opus fuisse ut ab iis prius liberarentur, quam hoc sacramentum perciperent. Hoc ipsum & Eliberitana synodus can. 37. constituit his ver-

B bis: *Eos qui ab immundis spiritibus vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet*. Neque aliud a concilio illo decretum esse, quam quod saltem in Novatiano jam factum erat, ex hoc Cornelii loco elicitur.


3. Hinc hujusmodi homines *Clinici* a verbo græco κλίνη, quod lectum sonat, sunt dicti. Quamvis autem Cyprianus κλινικοῦ vocabulum apud medicos & Evangelistas de paralyticis & ægrotis in lecto decumbentibus, vel etiam de medicis qui ægrotos hujusmodi curant, dictum esse non ignoraret; tamen unde ad quoddam baptizatorum genus translatum sit hoc nomen, epist. 76. ad Magnum sibi incompertum esse significat his verbis: *Quod quidem eos salutari aqua & fide legitima Christi gratiam consecutos, non Christianos, sed Clinicos vocant, non invenio unde hoc nomen assumant*. Forte ab ipsius Novatiani baptismo cœpit hic usus, ejusque odio inventus statim invaluit. Sic vero Cyprianus in laudata epistola loquitur, ut eum quemadmodum schismaticus iste baptizatus esset, quod mirari subit, C fugisse videatur. Etiamsi igitur catechumenos, imminente mortis periculo, in lecto perfundendi mos tum novus dici nequeat; eum tamen usum quo illi *Clinici* appellari cœperunt, recentem fuisse Cyprianus innuit.

4. In græco nihil est quod *fidei* vocabulo respondeat. Ejus loco Valesius post Christophorsonum supplevit *baptismi* nomen. Heic potius subaudiendum videtur superius verbum τὸ πιστεῦσαι.

5. De hujusmodi baptismo dubius postea Magnus Cyprianum consuluit, *quid ipsi de illis videretur, qui in infirmitate & languore gratiam Dei consequuntur, an habendi sint legitimi Christiani, eo quod aqua salutari non loti sint, sed perfusi*. Notat & Cyprianus epist. 76. ipsi respondens hoc aliud de iisdem dubitationis genus, *An consecuti sunt quidem gratiam dominicam, sed breviore & minore mensura muneris divini ac Spiritus sancti; ut habeantur quidem Christiani, non sint tamen ceteris coæquandi?* Cyprianus autem ibid. *Christianum* judicare se rescribit *quisquis fuerit in Ec-* D *clesia lege & jure fidei divinam gratiam consecutus*, nec ambigendum esse quin legitimum sit baptisma per adspersionem seu infusionem susceptum, ac demum *in nullo mutilari & debilitari posse divina beneficia*. Sed neque Cornelius nunc an baptismalem gratiam consecutus esset Novatianus, ideo dubitat, quia ille non *lotus*, sed *perfusus* esset, hoc est quia baptismum per adspersionem, non per immersionem suscepisset; sed eam ob caussam, ob quam Neocæsariense concilium can. 12. hujusmodi hominem presbyterii honore indignum judicat: *quia* videlicet *hujus fides non est ex libera voluntate, sed ex necessitate*, οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης. Ubi & in transcursu observare licet vocem πίστις pro baptismi vocabulo usurpari. Eo autem æquior fuit Cornelii dubitatio, quod Novatianus a morbo convalescens quæ sibi deerant supplere neglexit.

6. Rufinus hæc ita latine expressit: *Nec reliqua in eo, quæ baptismum subsequi solent, solemniter adimpleta sunt,* E *nec signaculo chrismatis consummatus est*. Quæ Rufini verba Valesius annotationibus in hunc locum de signaculo chrismatis quod in baptismo confertur, interpretatus, ipse Cornelium de signaculo quod Confirmationis sacramento percipimus, loqui non censet. Sed quid vetat, quominus etiam Rufini verba de hoc eodem sacramento interpretemur, eaque de signaculo illo dicta intelligamus, de quo Cyprianus epist. 73. ad Jubajanum scribit: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico consummentur*. Nam & ille signaculum ibi prædicat, cujus proprium est *consummare* suscipientem. Vitio quis verterit, quod Rufinus *chrismatis* vocem, quæ græco in textu non enuntiatur, addiderit. Sed additamentum illius contra temporis hujus usum nihil peccat, immo illum apte explicat. Ut enim Cyprianus epist. 70. cum toto Africano concilio docet, *Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est unctione,*

Sæclu. III. circa Ann. Chr. 252.



τούτου δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε;

A ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quomodo Spiritum sanctum potuit accipere?

Καὶ πάλιν μετὰ βραχέα φησίν. Ὁ διὰ δειλίαν καὶ φιλοζωΐαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς διώξεως πρεσβύτερον εἶναι ἑαυτὸν ἀρνησάμενος. ἀξιούμενος γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων, ἵν' ἐξελθὼν τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧ καθεῖρξεν ἑαυτὸν, βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς, ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν· τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχῆσαι παρακαλοῦσι τοῖς διακόνοις· ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπιέναι καὶ ἀπαλλάττεσθαι· μὴ γὰρ ἔτι βούλεσθαι πρεσβύτερος εἶναι ἔφη· ἑτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας ἐραστής.

V. *Et iterum aliquanto post dicit.* Qui persecutionis tempore præ metu ac nimio vitæ amore presbyterum se esse negavit. Admonitus enim ac rogatus a diaconis, [1] ut e cubiculo in quo se ipsum incluserat egressus, fratribus succurreret, quantum presbytero liceret ac fas esset fratribus in periculo constitutis & auxilio indigentibus subvenire: tantum abfuit ut rogantibus diaconis morem gereret, quin potius indignabundus abiit ac discessit. Neque enim presbyterum se amplius velle esse respondit: B sed alterius philosophiæ amore ac studio teneri.

Ὑπερβὰς δ' ὀλίγα, τούτοις πάλιν ἐπιφέρει λέγων. καταλιπὼν γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεπβυτερίου κλῆρον· ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν. ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα γενέσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι.

VI. *Paucis autem transcursis, hæc rursum adjungit dicens.* Nam præclarus ille vir Ecclesiam Dei dereliquit, in qua [2] post susceptam fidem presbyterio cohonestatus est per gratiam & indulgentiam episcopi, qui imponens ei manum ad presbyterii ordinem eum provexit. Intercedebat omnis clerus, & multi ex laicis, eo quod non liceret eum qui, quemadmodum & ille, in lectulo urgente morbo perfusus fuisset, in clerum [3] aliquem assumi. Verum rogavit episcopus ut eum unum ordinare sibi permitteretur.

Εἶτ' ἄλλο τι τούτοις χεῖριστον προστίθησι τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἀτοπημάτων, λέγων οὕτως. Ποιήσας γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος,

C VII. *Deinde aliud adjungit facinus, omnium quæ ab illo commissa sunt longe gravissimum, ita dicens.* Etenim [4] oblationibus factis portionem sin-

esse unctus Dei & habere in se gratiam Christi possit. Ibi enim unctionem a baptismi sacramento distinctam prædicari, & quæ proxime antecedunt, & particula *quoque*, & verba *qui baptizatus sit*, non *qui baptizatur* aut *qui baptizandus est*, evincunt. Porro ex eo, quod Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset, Valesius manasse putat morem, de quo Theodoretus lib. 3. hæret. fab. cap. 5. ita loquitur: *Novatiani successores iis quos baptizant, sanctissimum chrisma non præbent. Quapropter eos qui ex hac hæresi corpori Ecclesiæ conjunguntur, laudatissimi patres inungi præceperunt.* Sed Nicæni patres can. 8. tantum præcipiunt, ut Novatiani per manus impositionem suscipiantur. His concinentes Siricius epist. 5. c. 8. & Innocentius epist. 2. c. 8. constituunt, *ut venientes a Novatianis vel Mon-* D *tensibus per manus* (addit Innocentius *tantum*) *impositionem suscipiantur*, nulla inunctionis facta mentione. Ibi autem Theodoretus etsi de Novatiano nonnulla tradit ad accuratam rerum fidem non satis exacta, ad canonem 7. concilii CP. I. haud dubie respicit.

1. In hac Rufini interpretatione, *cum subvenire in exitu catechumenis rogaretur, e cellula in qua latebat timens procedere, presbyterum se esse denegavit*, nimia deprehenditur interpretis licentia: cum verba Cornelii de omnibus auxilio presbyteri indigentibus dicta ad unos catechumenos, quibus & diaconi subvenire poterant, referat. Quocirca neque placet quod Theodoretus lib. 3. hæret. fab. eamdem narrationem ita exponit: *Qui vero remedium* (lapsus) *adipisci postulabant, arguebant eum, quod sæpe rogatus ut ad ipsos properaret, & verbis confirmaret qui tyranni machinis pulsabantur, occultans se ipse & latere studens, presbyterum etiam se esse denegarit.* Ex hoc autem loco liquet, quam merito superius a Cornelio postulatum sit, an Novatianus E *in multis magnisque periculis religionis caussa fuerit?*

2. Non displiceret alibi quod Valesius vertit, *post susceptum baptismum*; id enim hæc proprie sonant: in qua, baptismo suscepto, fidelis jam dici atque haberi cœpit. Sed litteræ hærendum duxi, cum Cornelium, ubi de ritu quo Novatianus initiatus est loquitur, baptismi vocabulo constanter abstinere observarim. Rufinus unum verbum πιστεύσας his duobus latinis, *gratiam consecutus*, reddidit. Quod eodem redit. Nam *gratiæ*, vel *gratiæ Dei*, seu *gratiæ Christi* vocabulis baptismus sæpe apud veteres designatur. Quid enim sibi vult illud Cypriani epist. 76. ad Magnum, *Quæsisti quid mihi videatur de illis, qui in infirmitate & languore Dei gratiam consequuntur*, nisi istud, quid mihi videatur de iis qui in infirmitate baptizantur? Ita & in his Leonis epist. 18. n. 4. ubi sabbato Paschæ baptisma celebrandum tradit, *Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ legitimum diem, in quo &c. celebrandæ gratiæ* perinde esse liquet atque *celebrandi baptismi*.

3. Hoc est, *in aliquem cleri gradum*. Nam *clerum* pro cleri gradu a Cornelio usurpari ex proximis illius verbis, εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον, liquet. Eadem loquendi ratione apud Cyprianum edit. Rigalt. vetus auctor in Tractatu de non rebaptizandis hæreticis dixit: *Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino in* QUOCUMQUE CLERO *constitutum, ac multo magis episcoporum audere deceat.* Et rursum: *Immo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus, aut in* CLERO ALIQUO *constitutus.* Quod licet Valesius recte observarit, a littera tamen græca, quam servare fas est, nonnihil recedit in hunc modum: *Nec quemquam ex iis, qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille perfusi fuissent, in clerum assumi.* Plus enim illud, *quemquam ex iis*, unde exceptio omnis excluditur, quam particula τὸν, sonat: sicut significantius aliquid præ se fert *in aliquem clerum*, quam simpliciter *in clerum*. Disciplinæ hujus severitatem aliquanto post Cornelii ævum temperavit Neocæsariense concilium, hominem in lecto perfusum non ab omni cleri gradu, sed a presbyterio dumtaxat excludens; immo eum etiam ad hunc gradum provehi permittens *propter consequens ejus studium & fidem, hominumque raritatem.* Præsenserat Fabianus, seu quivis alius Novatiani ordinator, hujusmodi exceptionem per ecclesiasticam regulam permitti. Nec temere divinat, qui episcopo huic maxime Novatiani ingenium & eloquentiam, quæ in illius scriptis ac nominatim in epistola apud Cyprianum 31. ab ipso scripta suspicitur, placuisse conjectat. Qui autem Novatiani ordinationi, cum ad presbyterii ordinem proveheretur, intercesserunt, ecclesiasticas objicientes regulas, quibus quempiam in lecto perfusum ad ullum cleri gradum assumi prohibebatur, simili ratione antea intercedere debuerant, si ullus ei gradus collatus fuisset. Quocirca presbyterii dignitatem ipsi per saltum, inferioribus aliis ordinibus prætermissis, collatam esse Valesius atque Tillemontius inde conjiciunt.

4. Apud Valesium, *oblatione facta*. Et heic hærentes græco retinemus *oblationibus factis*, hoc est, pane & vino consecratis. Novatianum per se, non diaconorum ministerio, corpus Christi suis porrexisse plane hinc discimus. An vero dissimili ratione Servatoris nostri sanguinem iis tradiderit, dubitare licet propter subnexa verba, *Jura mihi per corpus & sanguinem Domini nostri*. Negandum tamen non est, usu tum receptum esse, ut fideles diaconorum ministerio sanguinem vel etiam corpus Christi perciperent. Scribit quippe Justinus apolog. 2. ad Antoninum: *P[illegible]quam antistes gratiarum actionem perfecit, & populus [illegible] apprecatus est, diaconi ex pane, vino & aqua con[illegible]*

καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο, ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφεὶς ἔστ' ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα· (τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις·) ὄμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτέ με καταλιπεῖν, καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον. καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσαιτο. καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον, τὸ ἀμήν, οὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον λέγει.

gulis dividens, dum eam tradit, miſeros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus manibus ſuis comprehenſas retinens, nec prius dimittens, quam jurati iſta dixerint (ipſis enim utar illius verbis:) Jura mihi per corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, te numquam partes meas deſerturum, nec ad Cornelium amplius eſſe rediturum. Et miſer homo non prius guſtat, quam [1] ſibi ipſe malum imprecatus ſit. Et cum panem illum accipiens dicere debuiſſet, [2] Amen; ejus loco dicit, Non revertar deinceps ad Cornelium.

Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ταῦτά φησιν. Ἤδη δὲ ἴσθι γεγυμνῶσθαι, καὶ ἔρημον γεγονέναι, καταλιμπανόντων αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἑκάστην τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐπανερχομένων. ὃν καὶ Μωϋσῆς ὁ μακάριος μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῖν ἔναγχος μαρτυρήσας καλήν τινα καὶ θαυμαστὴν μαρτυρίαν, ἔτι ὢν ἐν κόσμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἀκοινώνητον ἐποίησε σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας.

VIII. *Et poſt alia rurſum hæc dicit.* Jam vero ſcias illum nudatum ac deſertum eſſe, fratribus eum quotidie derelinquentibus, & ad Eccleſiam redeuntibus. Quem etiam Moyſes [3] beatus martyr, egregio & admirando martyrio nuper apud nos perfunctus, dum adhuc ſuperſtes eſſet, audaciam & amentiam ejus perſpectam habens, a communione ſua ſeparavit una [4] cum quinque presbyteris, qui ſe pariter cum illo ab Eccleſia ſegregarant.

IX. *De reliqua epiſtola Euſebius iſtud dumtaxat ſummatim ſubnectit*: Sub finem autem epiſtolæ catalogum texuit epiſcoporum, qui Romam [5] convenientes, amentiam Novati (*leg.* Novatiani) con-

tem dividunt unicuique præſentium. In Africa ſaltem calicem quo ſanguis Chriſti continebatur, a diaconis porrigi conſueviſſe docet illud Cypriani lib. de lapſis: *Ubi vero ſolemnibus adimpletis, calicem diaconus offerre præſentibus cœpit*. Eumdem morem Romæ uſitatum innuit apud Ambroſium lib. 1. offic. c. 41. pia expoſtulatio S. Laurentii archidiaconi, S. Xyſtum pontificem ſic interpellantis: *Cui commiſiſti dominici ſanguinis conſecrationem* (hoc eſt conſecrati ſanguinis Domini diſpenſationem,) *cui conſummandorum conſortium ſacramentorum, huic ſanguinis tui conſortium negas?* Ad idem miniſterium referri commode poteſt, quod de diaconis Romanæ eccleſiæ loquens antiquus auctor quæſt. vet. & nov. Teſt. apud Auguſtinum append. tom. 3. c. 101. generaliter dicit: *Diaconi ergo ordo eſt accipere a ſacerdote, & ſic dare plebi*. Verum ſacerdotibus id, quod diaconis committere conſueverunt, per ſe præſtare nuſquam eſt prohibitum . . . Immo, ſi Chryſoſtomum homil. 46. in Matth. audiamus, *ſoli ſacerdoti licet calicem ſanguinis dominici præbere*. Sed cum ſanctus ille Doctor non addat *plebi*, ejus ſententiam ex verbis quæſt. vet. ac nov. Teſt. proxime allatis explicari nil vetat. Ut verbo dicam, corpus & ſanguinem Chriſti populis tradere ſemper ſacerdotibus ex officio, diaconis autem tamquam ſacerdotum miniſtris ex quodam conceſſu, & neceſſitate poſtulante, olim licuit, ſeu, ut cum auctore Conſtit. apoſt. lib. 8. c. 28. loquar, *Diaconus non offert: oblatione vero ab epiſcopo aut presbytero facta, dat populo, non tamquam ſacerdos, ſed tamquam qui miniſtrat ſacerdotibus*. Hinc Carthaginienſe IV. concilium can. 37. hoc præmittit monitum; *Diaconus ita ſe presbyteri ut epiſcopi miniſtrum noverit*: ac deinde can. 38. iſtud adjungit; *Ut diaconus, præſente presbytero, euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogat, juſſus eroget*. Porro, ut laudatus ſcriptor quæſt. vet. & nov. Teſtam. loco citato obſervat, *major ordo intra ſe habet & minorem. Presbyter enim & diaconi agit officium & exorciſtæ & lectoris*.

1. Græce ἑαυτῷ, non αὐτῷ, apud Georgium Syncellum legi, eamque lectionem præferendam eſſe monet Valeſius: ac ſimul obſervat, nullum eſſe jusjurandum ſine expreſſa vel tacita imprecatione. Eo Novatianum adegiſſe videtur quotidiana ſuorum defectio.

2. Nempe fideles, dum corpus ipſis tradebatur, tradenti reſpondere ſolebant *Amen*. Hinc Hieronymus adv. errores Joann. Jeroſ. ad Pammach. *Qua conſcientia*, inquit, *ad Euchariſtiam accedam, & reſpondebo* AMEN, *cum de caritate dubitem porrigentis?* Huc ſpectat illud Auguſtini Serm. 272. nov. edit. *Audis corpus Chriſti, & reſpondes* AMEN. Et lib. 12. contra Fauſtum c. 10. *Habet enim magnam vocem Chriſti ſanguis in terris, cum eo accepto ab omnibus reſpondetur* AMEN. Ritus ille apud Ambroſium lib. 4. de ſacram. c. 5. explicatur his verbis: *Ergo non otioſe cum accipis, tu dicis* AMEN, *jam in ſpiritu confitens quod accipias corpus Chriſti . . . Dicit tibi ſacerdos*, CORPUS CHRISTI, *& tu dicis* AMEN, *id eſt verum*. Cum his conſentit & Cyrillus Jeroſol. in Catecheſi ultima.

3. In epiſtolis 16. & 25. Cypriani ad hunc Moyſen & ſocios Confeſſores, nec non in epiſtola 26. eorumdem Confeſſorum ad Cyprianum, Moyſis nomen in capite ceterorum conſtanter præponitur. Hunc in carcere defunctum Valeſius exiſtimat, nititurque his verbis Bucheriani catalogi in Fabiano: *Poſt mortem ejus* (Fabiani) *Moyſes & Maximus presbyteri & Nicoſtratus diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi. Eo tempore ſupervenit Novatus ex Africa, & ſeparavit Novatianum & quoſdam Confeſſores, poſtquam Moyſes in carcere defunctus eſt, qui fuit ibi menſes* XI. *dies* XI. Sed catalogum illic accuratum non eſſe vel hinc probatur, quod Novatiani ſchiſma ſic narrat ut Moyſi morte poſterius, cum ea anterius fuiſſe palam heic Cornelius teſtetur. Si vero Cyprianum conſulamus, ad imitationem Cornelii titulos quibus Moyſen exornat, pro diverſis temporibus mutat. Nam in epiſtola 10. ſequenti n. 5. reſpiciens ad id tempus quo Moyſes celebri Novatiani epiſtolæ de lapſis ſubſcripſit, illum *tunc adhuc confeſſorem*, pro tempore autem quo ipſe ad Antonianum ſcribebat, *nunc jam martyrem* appellat. Verum neque inde quidquam certi adverſus Valeſii ſententiam conficitur: cum Cyprianus etiam eos, qui etſi non torti, in carcere tamen vitam finiunt, martyres habendos cenſeat. Quamvis igitur in id propendeam animo, ut qui ob *egregium & admirabile martyrium* commendatur, eum in diverſis tormentorum generibus conſtanter perferendis mirabilem ſe exhibuiſſe credam: propter diuturnitatem tamen duriſſimi carceris, quo a Chriſti confeſſione ad mortem uſque deterreri non valuit, egregium & admirabile dici potuit ejus martyrium. Moyſes autem cum tantum eſſet presbyter, Novatianum communionis exſortem fecit, non poteſtate atque auctoritate judicis, ſed ea cautione qua cuique fideli uti licet erga eos, quorum fides perverſa vitaque peſtilens manifeſte deprehenditur.

4. Qui ſint illi quinque presbyteri Romani, qui cum Novatiano ſeſe ab Eccleſia ſegregarunt, ſibi incompertum Valeſius fatetur. Maximum tamen presbyterum, Maximo confeſſori cognominem, quem Novatianus legatum poſtea miſit in Africam, quique Carthagine epiſcopus ordinatus eſt, unum ex illis fuiſſe opinatur. Tillemontius hiſtor. eccleſ. tom. 3. pag. 442. huic adjici poſſe putat Hippolytum, qui Prudentio teſte, Novatiano primum addictus, ac poſtmodum ſchiſma ejus deteſtatus, labem illam celebri martyrio abſterſit. Heic cavendum, ne quinque presbyteri, quos Moyſes martyr a communione ſua ſegregavit, cum iis confundantur quinque presbyteris factionis Novati, de quibus Cyprianus tum infra epiſt. 12. ad Cornelium, tum epiſt. 40. ad plebem ſuam plura ediſſerit. Hi quippe Afri, illi Romani; hi Feliciſſimo, illi Novatiano addicti; pacem hi concedebant lapſis nulla exacta pœnitentia, illi etiam pœnitentibus negabant.

5. Iſta Euſebii verba nonnulli conferentes cum iis, quibus Hieronymus de ſcript. eccl. c. 76. Cornelium ad Fabium ſcripſiſſe tradit *de ſynodo Romana, Italica & Africana*, ſanctum illum Doctorem ibi ad hanc Cornelii epiſtolam reſpicere arbitrantur. Sed alias potius commemorare videtur ejuſdem papæ ad eumdem Fabium litteras; in quibus teſte Euſebio pag. 242. *& Romanæ ſynodi geſta, & omnium per Italiam & Africam aliaſque locorum illorum provincias ſententiæ declarantur*. Quorſum vero Cornelius ad

demnaverant, nomina quoque illorum & quam quisque regebat ecclesiam adscribens. Eorum item, qui Romæ quidem minime adfuerant, superiorum tamen sententiam suffragio suo approbaverant, vocabula & civitates unde singuli litteras dederant, accurate commemorat.

[1] EPISTOLA X.

SEU EPISTOLÆ S. CYPRIANI ad Antonianum prima pars, in qua Cyprianus de S. Cornelio differit.

Cyprianus Antoniano falsas opiniones Novatiani litteris ipsi injectas levat. Ipse a levitatis suspicione circa lapsorum caussam se purgat. Quam canonice Cornelius in locum Petri sit promotus, & quam fortiter in eo se gesserit, enarrat.

CYPRIANUS ANTONIANO fratri salutem.

I. Accepi primas litteras tuas, frater carissime, concordiam collegii sacerdotalis firmiter obtinentes, & catholicæ Ecclesiæ cohærentes, quibus significasti cum Novatiano te non communicare, sed sequi consilium nostrum, & cum CORNELIO coepiscopo nostro unum tenere consensum. Scripsisti etiam, ut exemplum earumdem litterarum ad CORNELIUM collegam nostrum transmitterem; ut deposita omni solicitudine jam sciret, te secum, hoc est cum catholica Ecclesia, communicare.

II. Sed enim supervenerunt postmodum aliæ litteræ tuæ per Quintum compresbyterum missæ, in quibus animadverti animum tuum Novatiani litteris [2] motum nutare cœpisse. Nam cum & consilium & consensum firmiter tuum ante fixisses, desiderasti in his litteris, ut rescriberem tibi quam hæresim Novatianus introduxisset, vel Cornelius qua ratione Trophimo [3] & thurificatis communicet. Quod quidem si pro solicitudine fidei anxie curas, & rei dubiæ veritatem solicitus exploras, reprehendenda non est in timore divino æstuantis animi solicitudo suspensa.

III. Quoniam tamen video, post primam sententiam epistolæ tuæ, Novatiani litteris postmodum te esse commotum; illud, frater carissime, primo in loco pono, graves viros, & semel super petram robustam solida stabilitate fundatos, non dico aura levi, sed nec vento aut turbine commoveri: ne animus dubius & incertus variis opinionibus, velut quibusdam ventorum incursantium flatibus, frequenter agitetur, & a proposito suo [4] cum quadam levitatis reprehensione mutetur. Quod ne vel apud te, vel apud quemquam Novatiani litteræ faciant, ut desiderasti frater, rationem rei tibi breviter exponam. Et quidem primum, quoniam de meo quoque actu motus videris; mea apud te & persona & caussa purganda est: ne me aliquis existimet a proposito meo leviter recessisse; & cum evangelicum primo vigorem & inter initia defenderim, postmodum videar animum meum a disciplina & censura priore flexisse: ut his, qui libellis conscientiam suam [5] maculaverint, vel nefanda sacrificia commiserint, laxandam pacem putaverim. Quod utrumque non sine librata diu & ponderata ratione a me factum est.

IV. Nam cum acies adhuc inter manus esset, & prœlium gloriosi certaminis in persecutione ferveret, toto hortatu & pleno impetu militum vires fuerant excitandæ, & maxime lapsorum mentes classico quodam nostræ vocis animandæ; ut pœnitentiæ viam non solum precibus & lamentationibus sequerentur, sed quoniam repetendi certaminis & reparandæ salutis dabatur occasio, ad confessionis potius ardorem & martyrii gloriam nostris increpiti vocibus provocarentur. Denique cum de quibusdam ad me presbyteri & diacones scripsissent, eos immoderatos esse, & ad communicationem accipiendam festinanter urgere, rescribens eis in epistola [6] mea quæ exstat, & hoc addidi: „ Qui si „ nimium properant, habent in sua potestate quod „ postulant, tempore ipso sibi plus quam postulant

Fabium scribens, sive episcoporum qui Romano concilio adfuerant, sive eorum qui ejusdem synodi decreta per litteras comprobaverant, nomina & ecclesias tam accurate annotarit, e subjecta Cypriani epistola 12. n. 8. colligere licet, ubi, cum idem præsul ad Cornelium proxime misisse se dixisset *nomina episcoporum, qui sani & integri in Ecclesia catholica fratribus præsunt*, statim adjungit: *Quod utique de omnium nostrorum consilio placuit, ut erroris diluendi ac perspiciendæ veritatis compendium fieret, & scires tu & collegæ nostri, quibus scribere, & litteras mutuo a quibus vos accipere oporteret*: monetque ceteros, quos in epistola sua tacuit, vel sacrificio aut libello maculatos esse aut hæresi perversos. Idem igitur præstitit & Cornelius, ut communione qui episcopi essent digni, qui indigni, non lateret. Exinde, eademque de caussa, Romanos pontifices operam dedisse conjectat Tillemontius, ut si qui episcoporum collegio recens sociati essent, ceteri ubique terrarum præsules ea de re certiores fierent. Certe lecturi sumus Cyprianum a Stephano papa petiisse, ut quem substitueret in Marciani Arelatensis episcopi locum, sibi quam primum significaret.

1. *Edit. Pamel.* LII. *Oxon.* LV. *Baluz.* LII. In prima epistolæ hujus parte tam multa sunt quæ ad Cornelium attinent, ut inter epistolas aut ab ipso aut ad ipsum scriptas locum ei deberi censuerimus. Hinc sane quam abnormem & contra omnes ecclesiæ leges factam Novatiani ordinationem in superiori epistola audivimus, tam legitime Cornelium in cathedra Petri constitutum fuisse idoneo teste percipiemus. Scripta fuit hæc epistola, postquam Decius, ut num. 8. indicatur, Gotthorum bello & armis interiit. Anno autem 251. exeunte istud contigit: adeoque hæc epistola ad annum 252. non male refertur.

2. Ipsi etiam Cornelio simile quidpiam contigerat. Cum enim prius erga factionis Felicissimi legatos vigorem præ se tulisset plane sacerdotalem, eorum postmodum minis ac terroribus cedere nonnihil visus est. Qua de re cum eo Cyprianus epist. 12. n. 2. expostulat. Adeo captiosæ erant Novatiani litteræ, tantæ fautorum ejus artes!


3. Trophimus ita thurificatis jungitur, ut dubitare vix liceat, quin & ipse idolis thus obtulerit. Hujus crimen haud absimile videtur flagitio cujusdam Reposti, *qui non tantum in persecutione ipse cecidisse, sed & maximam partem plebis suæ sacrilega persuasione dejecisse* in epistola subsequente 12. n. 9. legitur.

4. Corb. ms. *a quoque proposito, quadam*.

5. Horum, quos uno verbo *libellaticos* appellat Cyprianus, & eorum qui idolis sacrificaverunt, quos & *sacrificatos* vocat, longe imparem conditionem ac diversum peccatum idem præsul in altera epistolæ hujus parte demonstrat. Nam qui libellatici ideo dicebantur, quia præmio magistratibus dato, quo tormenta redimerent, libellum ab ipsis accipiebant, ad magistratus vel venientes ipsi testificabantur, vel alio eunte mandabant, *se Christianos esse, sacrificare sibi non licere, ad aras diaboli se venire non posse; dare se ob hoc præmium, ne quod non licet faciant*. Et illi quidem, ut Cyprianus ibidem testis est, ita se bona fide gerebant, cum hoc licitum, nec prohibitum existimarent. Neque vero rei fuissent, si pecunia oblata libellos accepissent, quibus a persecutione liberarentur. Sed in hoc eorum erat crimen, quod ipsos ad aras accessisse, *& propositis adversus Evangelium vel edictis vel legibus satisfecisse*, ipsi libelli contestabantur, idque deinde publice legebatur, ut narrat clerus Romanus apud Cyprianum epist. 31.

6. *In epistola mea quæ exstat*. Scilicet epist. XIV.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.



„ largiente. Acies adhuc geritur, & [1] agon quotidie celebratur: si commissi vero & firmiter pœnitet, & fidei calor prævalet qui differri non potest, potest coronari.„ De eo tamen quod statuendum esset circa caussam lapsorum [2] distuli: ut cum quies & tranquillitas data esset, & episcopis in unum convenire indulgentia divina permitteret, tunc communicato & liberato de omnium collatione consilio, statueremus quid fieri oporteret: si quis vero ante concilium nostrum & ante sententiam de omnium consilio statutam lapsis temere communicare voluisset, ipse a communicatione abstineretur.

V. Quod etiam Romam [3] ad clerum tum adhuc sine episcopo agentem, & ad confessores Maximum presbyterum & ceteros in custodia constitutos, nunc in ecclesia cum CORNELIO junctos, plenissime [4] scripsi. Quod me scripsisse, de eorum [5] rescripto poteris noscere: nam in epistola [6] sua ita posuerunt. „ Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat quod & tu ipse tractasti, prius esse Ecclesiæ pacem sustinendam, deinde sic collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconibus, confessoribus pariter ac stantibus laicis facta, lapsorum tractare rationem„. Additum est etiam Novatiano tunc scribente, & quod scripserat sua voce recitante, & presbytero Moyse tunc adhuc confessore, nunc jam martyre, subscribente, [7] ut lapsis infirmis & in exitu constitutis pax daretur. Quæ litteræ per totum mundum missæ sunt, & in notitiam ecclesiis omnibus & universis fratribus perlatæ sunt.

VI. Secundum quod tamen ante fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas conveniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protexit, in unum convenimus, & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur; ne plus desperatione deficerent, & eo quod sibi Ecclesia [8] cluderetur, secuti sæculum gentiliter viverent; nec tamen rursus censura evangelica solveretur, ut ad communicationem temere prosilirent; sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur caussæ & voluntates & necessitates singulorum, secundum quod libello continetur, quem ad te pervenisse confido, ubi singula placitorum capita conscripta sunt. Ac si minus sufficiens episcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam super hac re scripsimus ad CORNELIUM collegam nostrum: qui & ipse cum plurimis coepiscopis habito [9] concilio, in eamdem nobiscum sententiam pari gravitate & salubri moderatione consensit.

VII. De quo tibi necesse nunc fuit scribere, ut scias me nihil leviter egisse; sed secundum quod litteris meis fueram ante complexus, omnia ad commune concilii nostri consilium distulisse; & nemini quidem e lapsis prius communicasse, quando adhuc erat unde non tantum indulgentiam, sed & coronam lapsus acciperet; postea tamen, sicut collegii concordia & colligendæ fraternitatis ac medendi vulneris utilitas exigebat, necessitati temporum succubuisse, & saluti multorum providendum putasse; & nunc ab his non recedere, quæ semel in concilio nostro de communi collatione placuerunt, quamvis multa multorum vocibus ventilentur, & mendacia adversus sacerdotes Dei de diaboli ore prolata, ad rumpendam catholicæ unitatis concordiam ubique jactentur. Sed te oportet, ut bonum fratrem atque unanimem consacerdotem, non quid maligni atque apostatæ dicant facile suscipere; sed quid collegæ tui modesti & graves viri faciant de vitæ & disciplinæ nostræ [10] exploratione perpendere.

VIII. Venio jam nunc, frater carissime, ad personam CORNELII collegæ nostri: ut CORNELIUM nobiscum verius noveris, non de malignorum & detrahentium mendacio, sed de Dei judicio qui episcopum fecit; & coepiscoporum testimonio, quorum numerus universus per totum mundum concordi unanimitate consensit. Nam quod CORNELIUM carissimum nostrum Deo & Christo & Ecclesiæ ejus, item consacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat, non iste ad episcopatum subito pervenit [11]: sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in divinis administrationibus Deum sæpe promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus adscen-

1. In ms. Corb. *& apud nos quotidie*.
2. *Circa caussam lapsorum*. Supple *decernere*. Vide dictum epist. XIV.
3. Idem codex, *Romanum ad clerum*.
4. *Plenissime scripsi*. Epist. XV. & XVII.
5. Non displicet quod in edit. Oxon. ut in mss. Colb. & Corb. legitur, *rescriptis*. Nam etsi Cyprianus sola epistolæ 31. cleri Romani verba in medio ponat, laudare tamen simul videtur & sententiam Confessorum ipsi de eadem re epist. 26. rescribentium: *Cum grande delictum, & per totum pæne orbem incredibili vastatione grassatum, non oporteat nisi, ut ipse scribis, caute moderateque tractari, consultis omnibus episcopis, presbyteris, diaconis, confessoribus & ipsis stantibus laicis*. Cujus circumspectionis laudatus clerus in citata epistola 31. hanc reddit rationem: *Perquam enim nobis & invidiosum & onerosum videtur, non per multos examinare, quod per multos videatur commissum fuisse; & unum sententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffusum notetur exisse: quoniam nec firmum decretum potest esse, quod non plurimorum videbitur habuisse consensum*.
6. *In epistola sua*. Apud Cyprianum epist. XXXI. —— Hanc autem epistolam *a Novatiano tunt scribente* fuisse exaratam mox perhibet sanctus Martyr. Eamque propterea cum aliis Novatiani operibus superius edidimus.
7. Jam non ipsa cleri Romani verba Cyprianus refert, sed ejus sententiam pluribus explicatam paucis perstringit. Cleri hujus litteræ, non, ut Rigaltius scripsit, ipsius Cypriani, sede vacante *per totum orbem missæ* heic dicuntur. Et sapientiam quidem spirant primo Ecclesiæ clero dignam. Is nempe nimio potestatis suæ studio minime percitus, episcopos vicinos ac remotos qui Romæ aderant, secum vocare, eorumque consilio uti non dedignatur. Sibi *ante constitutionem episcopi nihil innuvandum* decernit. Tantum lapsis, *si vere pœnitentis animi signa prodiderint*, ubi mortis imminet periculum, subveniendum putat. Nihil vero erat, cur Oxoniensis editor litterarum illarum auctoritatem inde elevare atque imminuere conaretur, quod a Novatiano scriptæ sint. Non enim ab eo qui scribit, sed ab eo cujus nomine scribuntur, nec non e subscribentium consensu pendet epistolarum auctoritas. Cyprianus vero cleri Romani litteras a Novatiano scriptas ac subscriptas esse non tacuit: ut id quod hæreticus ille de lapsis ad pœnitentiam non admittendis subinde docuit, ipsi non veritate persuadente, sed ambitione sensum pervertente, placuisse planum fieret.
8. In ms. Corb. *adduceretur*, & 2. curis *abdiceretur*. In Colb. *clauderetur*.
9. Nostri mss. *consilio*. Carthaginiense concilium de lapsorum caussa, Romano, quod eadem de caussa Cornelius habuit, anterius fuisse heic diserte docemur. Quocirca cum apud Eusebium lib. 6. c. 43. Cornelius Romanæ synodi gesta cum Afrorum aliorumque sententiis ad Fabium misisse dicitur, de Afrorum sententiis quibus Afri Romanæ synodo præiverint, non quibus eidem synodo subscripserint, Eusebius ibi loqui censendus est.
10. Corb. ms. *exemplo ratione perpendere*. Colb. *exhortatione perpendere*.
11. Vide Cælestin. epist. IV. cap. V.

dit. Tum deinde episcopatum ipsum nec postulavit, nec voluit; nec, ut ceteri quos arrogantiæ & superbiæ suæ tumor inflat, invasit: sed quietus [1] alias & modestus, & quales esse consueverunt qui ad hunc locum divinitus eliguntur, pro pudore virginalis [2] conscientiæ suæ & pro humilitate ingenitæ sibi & custoditæ verecundiæ, non, ut quidam, vim fecit ut episcopus fieret; sed ipse vim passus est ut episcopatum coactus exciperet. Et factus est episcopus a plurimis collegis [3] nostris, qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos litteras honorificas & laudabiles & testimonio suæ prædicationis illustres de ejus ordinatione miserunt. Factus est autem CORNELIUS episcopus de Dei & Christi ejus [4] judicio, de clericorum pæne omnium [5] testimonio, de plebis quæ tunc adfuit suffragio, & de [6] sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio: cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, [7] id est cum locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret. Quo occupato de Dei voluntate, atque omnium nostrum consensione firmato, quisquis jam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat [8] ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesiæ non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, multum de se licet jactans, & sibi plurimum vindicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum qui solus esse debeat factus est, non jam secundus ille, sed nullus est.

IX. Tum deinde post episcopatum non exambitum, nec extortum, sed de Dei qui sacerdotes facit, voluntate susceptum, quanta in ipso suscepto episcopatu suo virtus, quantum robur animi, qualis firmitas fidei, quod nos simplici corde & perspicere penitus & laudare debemus, sedisse intrepidum Romæ in sacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus [9] infestus sacerdotibus Dei fanda atque infanda comminaretur, cum multo patientius & tolerabilius audiret, levari adversus se æmulum [10] principem, quam constitui Romæ Dei sacerdotem? Nonne hic, frater carissime, summo virtutis & fidei testimonio prædicandus est? Nonne inter gloriosos Confessores & Martyres deputandus, qui

1. Ex octo mss. in Oxon. edit. recensitis vocem *alias* revocamus, faventibus Colb. & Corb. quorum in uno *alios*, in altero *aliis* legitur. Pluribus opus non est, ut Cyprianum in iis omnibus, in quibus Cornelii electionem commendat, ordinationem Novatiani ut iisdem conditionibus destitutam ex obliquo pulsare ac reprobare persuadeamus. Immo & nomine *quidam* non obscure designatur Novatianus. Inde etiam cuique exploratnm est, id prioribus sæculis circa electiones præsulum usu fuisse receptum, quod postea scriptis legibus mandatum est.

2. Colb. ms. *virginitatis & continentiæ*. Septem Anglic. *virginalis continentiæ suæ*. Quamvis *virginalis conscientiæ* retineamus, his tamen verbis Cornelium non iis tantum virtutibus quæ virgines decent, sed & virginitate ipsa ornatum prædicari censemus.

3. Sexdecim videlicet episcopis, ut in hujus epistolæ secunda parte docemur, inter quos duo erant Afri, quos consulto, ut Romani pontificis electioni interessent, missos fuisse Cyprianicorum annalium conditor scribit, sed nulla ratione probat. Eos, cum aliis de caussis Romam missi fuissent, vel venissent ultro, ad prædictam electionem vocatos esse probabilius est.

4. Baronius Cornelium signo aliquo ac portento divino episcopum designatum esse hinc colligit. Sed nihil aliud sibi voluisse videtur Cyprianus, nisi ut omnia quæ in eligendis episcopis Dei & Christi judicio atque præscripto servanda sunt, in electionem Cornelii convenisse significaret. Ipse Cyprianus infra epist. 12. n. 5. mentem suam explicat, dum Fortunatum sibi frustra subrogatum probat his verbis: *Nemo* POST DIVINUM JUDICIUM, *post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, judicem se jam non episcopi, sed Dei faceret*. Et mox: *Nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet sine Dei judicio fieri sacerdotem*.

5. Notat annalium Cyprianic. conditor Baronium, mutatis Cypriani verbis, in electione sacerdotum clericis suffragium, ac plebi testimonium deferre. In superiore nota eumdem præsulem audivimus de sua ipsius ordinatione dicentem, *Post populi suffragium*. Quamquam Cyprianus supra epist. 1. n. 2. scribit, *episcopo semel facto, & collegarum ac plebis* TESTIMONIO *& judicio comprobato alium constitui nullo modo posse*. Quæ autem sit pars plebis in episcoporum electione, idem præsul epist. 68. edit. Pamel. pluribus enarrat. Ac primo præmittit, quod *ipsa* (plebs) *maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi*. Tum proxime subjicit: *Videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe præsente sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico judicio ac* TESTIMONIO *comprobetur*. Mox exponens qua ratione Deus sacerdotem sub Lege institui voluerit, *coram omni synagoga*, inquit, *jubet Deus constitui sacerdotem*, *id est, instruit & ostendit ordinationes sacerdotales nonnisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere; ut plebe præsente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio justa & legitima, quæ omnium suffragio & judicio fuerit examinata*: ubi *omnium suffragium & judicium* nihil aliud sonat, nisi quod in proxima sententia *publicum judicium ac testimonium*, & in superiori *collegarum ac plebis testimonium & judicium*. Subinde addit: *Propter quod* [illegible] *de traditione divina & apo*[illegible] *dum est & tenendum, quod* [illegible]

vincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Nihil quidem ibi de plebis suffragio; sed statim adjungit: *Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de episcoporum qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio, episcopatus ei deferretur*. Cælestinus epist. 4. cap. 5. nullum invitis episcopum dari volens, ut *cleri, plebis & ordinis consensus ac desiderium requiratur*, præcipit. Decernit & Leo epist. 9. c. 6. *Teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus & plebis: qui præfuturus est omnibus, ab omnibus eligatur*. Et epist. 12. c. 5. *Ille omnibus præponatur, quem cleri plebisque consensus postulaverit . . . Tantum ut nullus invitis & non petentibus detur*. Vide Julii epist. 1. n. 14.

6. Hoc est, ni fallor, de presbyterorum selectorum & antiquorum numero. Nam cum episcoporum a quibus Cornelius ordinatus est, jam mentio facta sit, assentiri non possumus annalium Cyprian. conditori, qui hoc ad eosdem refert. Vulgo quidem apud Cyprianum sacerdotum vocabulum episcopos sonat: sed interdum etiam presbyteri hoc nomine intelliguntur. Neque enim aliud sibi vult is præsul epist. 35. seu 40. ubi se admonitum præmittens, ut *Numidicus presbyter adscribatur presbyterorum Carthaginiensium numero*, illum non sine caussa gravissimis tormentis superstitem servatum esse notat; sed *ut eum*, inquit, *clero nostro Dominus adjungeret, & desolatam per lapsum quorumdam presbyterii nostri copiam gloriosis* SACERDOTIBUS *adornaret*. Scribit Julius I. epist. 1. n. 14. ex ecclesiastici canonis præscripto episcopum *in ipsa ecclesia, ex ipso* SACERDOTALI *ordine*, (ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ἱερατείου,) *ex ipso clero, ab episcopis provinciæ illius constitui oportere*.

7. In Oxon. edit. heic subjicitur ista annotatio: *Rigaltius ait, Conjiciet aliquis manum Cypriani tantum scripsisse, Cum Fabiani locus & cathedra sacerdotalis vacaret; nec sane aliud quidquam patitur sensus auctoris*: nihilque adjungitur, unde vel confirmetur Rigaltii conjectura, vel infirmetur. Hanc sane respuit summa omnium mss. contensio, qua qui Romana in cathedra sedet, Cypriani judicio, locum Petri tenere ostenditur. Hoc ipsum & in subjecta epistola 12. n. 13. idem præsul plane asserit.

8. Corb. ms. *Ecclesiæ ordinationem*. Mox Cyprianus his verbis, *multum de se licet jactans* &c. Novatianum notat, cumque innuit nonnullis præditum dotibus, quas ille vel per se, vel per suos plurimum venditaret. De eodem in secunda epistolæ hujus parte apertius ita loquitur: *Jactet se licet & philosophiam vel eloquentiam suam superbis vocibus prædicet: qui nec fraternam caritatem nec ecclesiasticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amisit*.

9. *Tyrannus infestus*. Decius.

10. Scil. Julium Valentem, qui anno 251. Romæ imperium usurpavit, sed non diu tenuit, ut Aurelius Victor docet. Mox Pamelius, pro verbis *Dei sacerdotem*, ex ms. Afflign. perperam substituit *æmulum sacerdotem*: sed neque mentem assecutus est Cypriani, dum hunc locum ita interpretatur: *Cornelium patientius tolerasse æmulum principem*, [illegible] *æmulum sacerdotem*. Ibi enim verbum [illegible] de Decio tyranno, non de Cornelio [illegible].

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.

tantum temporis sedit exspectans [1] corporis sui carnifices & tyranni ferocientis ultores, qui CORNELIUM adversus edicta feralia resistentem, & minas & cruciatus & tormenta fidei vigore calcantem, vel gladio invaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum viscera ejus & membra laniarent? Etiamsi majestas Domini protegentis & bonitas, sacerdotem quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen CORNELIUS, quantum ad ejus devotionem pertinet & timorem, passus est quidquid pati potuit, & tyrannum, armis & bello [2] postmodum victum, prior sacerdotio suo vicit.

X. Quod autem quædam de illo inhonesta & maligna jactantur, nolo mireris: cum scias hoc esse opus semper diaboli, ut servos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet, ut qui conscientiæ suæ luce clarescunt, alienis rumoribus sordidentur. Explorasse autem collegas nostros scias, & verissime comperisse, nulla illum libelli, ut quidam jactitant, labe maculatum esse: sed neque cum episcopis qui sacrificaverunt, [3] communicationem sacrilegam miscuisse; sed eos demum, quorum caussa audita & innocentia comprobata sit, conjunxisse nobiscum.

XI. Nam & de Trophimo [4], de quo tibi scribi desiderasti, non ita res est ut ad te pertulit rumor & mendacium malignorum. Nam sicut antecessores nostri sæpe fecerunt, colligendis fratribus nostris carissimus frater noster CORNELIUS [5] necessitati succubuit. Et quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nunc ad Ecclesiam Trophimo, & satisfaciente, & pœnitentia deprecationis errorem pristinum confitente, & fraternitatem quam nuper abstraxerat, cum plena humilitate & satisfactione revocante, auditæ sunt ejus preces: & in Ecclesiam Domini non tam Trophimus, quam maximus fratrum numerus qui cum Trophimo fuerat, admissus est: qui omnes regressuri ad Ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo comitante [6] venissent. Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habito, susceptus est Trophimus, pro quo satisfaciebat fratrum reditus & restituta multorum salus. Sic tamen admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non secundum quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quasi locum sacerdotis usurpet.

XII. Sed & quod passim communicare sacrificatis CORNELIUM tibi nuntiatum est, hoc etiam de apostatarum fictis rumoribus nascitur. Neque enim possunt laudare nos qui recedunt a nobis: aut exspectare debemus ut placeamus illis, qui nobis displicentes, & contra Ecclesiam rebelles, sollicitandis de Ecclesia fratribus violenter insistunt. Quare & de CORNELIO & de nobis quæcumque jactantur, nec audias facile nec credas, frater carissime [7].

[8] EPISTOLA XI.

S. CYPRIANI CARTHAGINIENSIS episcopi & collegarum

AD S. CORNELIUM PAPAM.

De lapsis.

Persecutionem imminentem crebris ostensionibus a Deo præmonstrari: ideoque se iis qui pœnitentiam agere non destiterunt, pacem non differendam censuisse.

Cyprianus, Liberalis, Caldonius, Nicomedes, Cæcilius, Junius, [9] Marrutius, Felix, Successus, Faustinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rogatianus, Tertullus, Lucianus,

1. Quippe Paciano teste epist. 3. *crebras persecutiones irati principis sustinebat*. Unde calumniæ convincuntur ejus æmuli, qui eum libelli labe contaminatum dictitabant.

2. *Armis & bello*. Scilicet, Gotthorum.

3. Tres mss. Anglic. *communionem*. Cypriano familiarius est *communicationis* verbum. Quæ de Cornelio *inhonesta & maligna* jactari mox dicebantur, in hac duplici videntur accusatione posita, quod nimirum & libelli labe maculatus esset, & cum iis qui sacrificaverant communicasset. Postremæ autem accusationi hinc data fuit occasio, quod cum nonnullis eorum qui sacrificasse dicebantur, communicaret. Sed ab hoc eum crimine purgat Cyprianus, dum eum non communicare ostendit, nisi cum eo qui audita caussa innocens fuisset comprobatus, aut Ecclesiæ judicio ad communionem admissus esset. Ita & quidquid pro fidei confessione passus est, eum a priori crimine alienum evidenter demonstrat.

4. Inter exempla quibus Novatiani satellites Cornelium cum iis qui sacrificaverant, sacrilegam communicationem miscuisse persuaderent, illud proferebant Trophimi. Unde sequitur, ut stare non possit Valesii not. in Euseb. pag. 133. opinio, qua eum Novatiani ordinatorem, qui pœnitentia motus ad Cornelium rediit, & cum populi voluntate ad laicam communionem admissus est, hunc Trophimum fuisse putat.

5. In mss. Corb. & Colb. ut in priscis edit. *necessitate*. Jam Cyprianus supra n. 6. se ipse *necessitati temporum succubuisse* dixit. Utrobique autem *succubuit*, id est quod obsecundavit, nonnihil scil. a rigore disciplinæ remittendo, prout *colligendæ fraternitatis utilitas exigebat*, ut in laudato numero 6. declaratur.

6. Verbum *venissent* a ms. Corb. abest, integra sententia. Nihil hac occasione egit Cornelius, nisi quod & antea in Ecclesia actum aut certe probatum est. Nam Tertulliano teste lib. de præscript. c. 30. Marcioni, seu Cerdoni, pœnitentiam confitenti pax ea conditione promissa est, *si ceteros quos perditioni erudisset, Ecclesiæ restitueret*. Cujusmodi remissionis Augustinus epist. olim 50. nunc 185. c. 10. n. 45. hanc reddit rationem: *Cogunt multas invenire medicinas multorum experimenta morborum. Verum in hujusmodi caussis, ubi per graves dissensionum scissuras non hujus aut illius hominis est periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum est aliquid severitati, ut majoribus malis sanandis caritas sincera subveniat*. Nam pia mater Ecclesia, filiorum suorum salutem unice cupiens, ideo tantum severitate utitur erga nonnullos, ne veniæ facilitate perdat multos. Ubi igitur indulgentia plurimorum lucrum sibi offerri videt, hac eos ratione ad se allicere prorsus non dubitat. Quocirca iis qui multitudinem secum ad Ecclesiam reducunt, etiam honores suos servandos judicavit Africana ecclesia. Ubi enim Cod. can. eccl. Afr. cap. 68. statuit, *ut ordinati in parte Donati, si ad Catholicam correcti transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis*, statim adjecit; *sed exceptis his per quos catholicæ unitati consulitur*, hoc est *per quos vel omni modo perfici, vel adjuvari manifestis fraternarum animarum lucris catholica unitas in locis in quibus degunt, visa fuerit*. Hæc igitur *unitatis compensatio*, ut cum eadem ecclesia ibid. loquar, una Cornelio caussa fuit, cur Trophimo pacem & communionem concedere non differret. Ita unus diversis in sæculis cernitur Ecclesiæ Spiritus, quamvis aliis atque aliis pro temporum diversitate remediis utatur. Semper cujusque membri sanitati sic consuluit, ut totius corporis sui unitati, ex qua salus illius pendet, prospiceret.

7. Plura his addit Cyprianus, quibus primum Ecclesiæ in concedenda lapsis pace sapientiam & caritatem commendat; tum Novatiani schisma atque hæresim exponit. Sed quia ad Cornelium per se non attinent, ea ut a nostro instituto aliena omittenda duximus.

8. *Edit. Pamel. & Baluz.* LIV. *Oxon.* LVII. E Concilio scripta est, quod Carthagine anno 252. *Idibus Majis*, ut ex epistola sequenti comperimus, habitum fuit. In mss. inscribitur *de lapsis*, quia in illa de decreto quod in eorum gratiam mox dictum concilium sanxit, differitur. Cum enim superiore anno in altero Carthaginiensi concilio severius quid de lapsis constitutum esset, atque idem decretum Cornelius Romana in synodo firmasset; cur nunc cum iisdem mitius agendum duxerint Afri, Cornelio exponunt.

9. In Corb. ms. *Maruscius*.

Eutyches, Amplus, Sattius, Secundinus, alius Saturninus, Aurelius, Priscus, Herculanus, Victoricus, Quintus, Honoratus, Montanus, Hortensianus, Verianus, Iambus, Donatus, [1] Pompeius, Polycarpus, Demetrius, alius Donatus, Privatianus, alius Fortunatus, Rogatus & Monulus Cornelio fratri salutem.

I. Statueramus quidem [2] pridem, frater carissime, participato invicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati ab adversario & lapsi fuissent, & sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu pœnitentiam plenam; & si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat aut permittebat paterna pietas & divina clementia, Ecclesiam pulsantibus [3] cludi, & dolentibus ac deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de sæculo recedentes sine communicatione & pace ad Dominum dimitterentur; quando permiserit ipse [4] & legem dederit, ut [a] ligata in terris, & in cælis ligata essent; solvi autem possent illic, quæ prius in Ecclesia solverentur. Sed enim cum videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen quod nobis hostis indicit, armati & parati simus; plebem etiam nobis de divina dignatione commissam exhortationibus nostris paremus, & omnes omnino milites Christi qui arma desiderant & prœlium flagitant, intra castra dominica colligamus: necessitate cogente censuimus, eis qui de Ecclesia Domini non recesserunt, & pœnitentiam agere & lamentari ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse; & eos ad prœlium quod imminet, armari & instrui oportere.

II. Obtemperandum est namque ostensionibus atque admonitionibus justis, ut a pastoribus oves in periculo non deserantur; sed grex omnis in unum congregetur, & exercitus Domini ad certamen militiæ cælestis armetur. Merito enim trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore, ut infirmis in exitu subveniretur, quamdiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lacrymas, & subvenire sero morientibus in infirmitate pateretur. At vero nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est: nec morientibus, sed viventibus communicatio a nobis danda est: ut quos excitamus & hortamur ad prœlium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus: & cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela; quos tutos esse contra adversarium volumus, munimento dominicæ saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut provocamus eos in confessione nominis sanguinem suum [5] fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini jure communicationis admittimus?


III. Interesse debet, frater carissime, inter eos qui vel apostataverunt, & ad sæculum cui renuntiaverant reversi, gentiliter vivunt; vel ad hæreticos transfugæ facti, contra Ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt; & inter eos qui ab Ecclesiæ limine non recedentes, & implorantes jugiter ac dolenter divina & paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos esse, & pro Domini sui nomine ac pro sua salute stare fortiter & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed vigilantibus damus; pacem non deliciis, sed armis damus; pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. Si, secundum quod eos audimus & optamus & credimus, fortiter steterint, & adversarium nobiscum in congressione prostraverint; non pœnitet pacem concessisse tam fortibus, immo episcopatus nostri honor grandis & gloria est, pacem dedisse martyribus, ut sacerdotes qui sacrificia [6] Dei quotidie celebramus, hostias Deo & victimas præparemus. Si autem, quod Dominus avertat a fratribus nostris, aliquis lapsorum fefellerit, ut pacem subdole petat, & impendentis prœlii tempore communicationem non prœliaturus accipiat; se ipsum fallit & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce pronuntiat. Nos, in quantum nobis & videre & judicare conceditur, faciem singulorum videmus; cor scrutari, & mentem perspicere non possumus. De his judicat occultorum scrutator & cognitor cito venturus, & de arcanis cordis atque abditis judicaturus. Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adjuvari. Nec ideo martyrium facturis pax neganda est, quia sunt quidam negaturi; cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri, qui habet in prœlio coronari.

IV. Nec quisquam dicat, Qui martyrium tollit, sanguine suo [7] baptizatur: nec pax illi ab episcopo necessaria est, habituro gloriæ suæ pacem, & accepturo majorem de Domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse [8] non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad prœlium:

a Matth. XVI. 19.

1. Colb. ms. *Pomponius*, & infra *Montulus*, pro *Monulus*.
2. In vulgatis, *jam pridem*: quod abest a ms. Corb. In Colbertino autem tantum exstat *pridem*. Heic memoratur quod anno superiore, statim atque *persecutione sopita* pax Ecclesiæ reddita est, ut in epistola XI. n. 6. exponitur, statutum fuerat.
3. Ita mss. At editi heic *claudi*, quamvis in epistola superiori n. 6. retineant *Ecclesia cluderetur*.
4. Sic nostri mss. quibus & plerique Anglic. suffragantur. Alii vero libri, *ipse qui legem dedit*.
5. Si verum sanguinem pro Christo a Martyribus fundi nemo neget; verum Christi sanguinem iisdem Martyribus propinatum heic a Cypriano prædicari cur negetur?
6. *Sacrificia Dei*. Ita certe habet codex Corbejensis. Et tamen Rigaltius adnotat in illo scriptum esse *Deo*. BALUZ. & COUTANT.
7. Cavendum ne istud infitiari Cyprianus putetur. Nam & postea epist. 73. ad Jubajanum scripsit, catechumenos fidei caussa mortem subeuntes *nec privari baptismi sacramento, utpote qui baptizentur gloriosissimo & maximo sanguinis baptismo . . . sanguine autem suo baptizatos & passione sanctificatos consummari, & divinæ pollicitationis gratiam consequi*. Antea *qui martyrium tollit*, id est qui martyrii palmam reportat. Ut autem subnexa cum his cohærere intelligantur, recolendum est Eucharistiæ perceptione non carnem nudam, sed carnem vivam ac spiritu Christi animatam recipi; adeoque corpus Christi percipientes, simul spiritum ejus recipere. Ita etsi caro per se non prodest quidquam, multum tamen prodest, quia secum habet spiritum qui vivificat.
8. Ista in speciem pugnare videntur cum his quæ idem præsul, cum nonnullos præpropere & importune pacem & communionem postulare a presbyteris ac diaconis suis didicisset, epist. 14. rescripsit: *Qui si nimium properant, habent in sua potestate quod postulant, tempore quod postulant largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur: si commissi vere & firmiter pœnitet, & fidei calor prævalet qui differri non potest, potest coronari*. Verum heic non omnem iis quibus Eucharistiæ perceptio non conceditur, martyrii subeundi potestatem, sed facilem tantum & expeditam qua paratiores fiant, negari inde conficitur. Neque etiam

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 252.



& mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit & accendit. Dominus enim in Evangelio suo dicit: [a] *Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Quando autem dicat in traditis atque in confessione [1] nominis constitutis Spiritum Patris loqui: quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inveniri, qui non prius pace accepta receperit Spiritum Patris, qui corroborans servos suos ipse loquitur & confitetur in nobis? Tunc deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit, & in latebris atque in solitudine constitutus in latrones forte incurrerit, aut in febribus & in languore decesserit; nonne nobis imputabitur, quod tam bonus miles qui omnia sua dereliquit, & contemta domo, & parentibus, aut liberis, sequi Dominum suum maluit, sine pace & sine communicatione [2] decedit? Nonne nobis vel negligentia segnis vel duritia crudelis adscribetur in die judicii; quod pastores creditas & commissas nobis oves nec curare in pace, nec in acie voluerimus armare? nonne ingeretur nobis a Domino quod per Prophetam suum clamat & dicit: [b] *Ecce lac consumitis, & lanis vos tegitis, & quod crassum est interficitis, & oves meas non pascitis: quod infirmatum est non confortastis, & quod male habuit non corroborastis, & quod contribulatum est non consolati estis, & quod errabat non revocastis, & quod perit non inquisistis, & quod forte fuit, confecistis labore: & dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sint pastores, & factæ sunt in [3] comesturam omnibus bestiis agri: & non fuit qui inquireret, neque qui revocaret. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oves meas de manibus eorum, & avertam eos [4] ut non pascant oves meas, & jam non pascent eas, & extraham oves meas de ore eorum, & pascam eas cum judicio.*

V. Ne igitur ore nostro, quo pacem negamus, quo duritiam magis humanæ crudelitatis, quam divinæ & paternæ pietatis opponimus, oves nobis commissæ a Domino reposcantur: placuit nobis, sancto Spiritu suggerente, & Domino per visiones multas & manifestas admonente, quia hostis nobis imminere prænuntiatur & ostenditur, colligere intra castra milites Christi, & examinatis singulorum caussis, pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere: quod credimus vobis quoque paternæ misericordiæ contemplatione placiturum. Quod si de collegis aliquis exstiterit, qui urgente certamine pacem fratribus & sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die judicii Domino vel importunæ censuræ, vel inhumanæ duritiæ suæ. Nos, quod fidei & caritati & solicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra protulimus, diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exsurgere, & pugnam non talem qualis fuit, sed graviorem multo & acriorem venire; hoc nobis [5] divinitus frequenter ostendi; de hoc nos providentia & misericordia Domini sæpius admoneri: de cujus ope & pietate, qui in eum confidimus, possumus esse securi, quia qui in pace militibus suis futuram prænuntiat pugnam, dabit militantibus in congressione victoriam. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

[6] EPISTOLA XII.

S. CYPRIANI CARTHAGINIENSIS episcopi ad S. Cornelium papam.

De quinque presbyteris & Fortunato pseudoepiscopo.

De duplici Cornelii epistola, qua Felicissimum & eos qui cum ipso venerant repulsos nuntiavit; altera, qua se minis eorumdem motum litteras quas attulerant accepisse significabat. Episcopum malorum metu ab ecclesiastica disciplina tuenda deterreri non debere. Tum Cyprianus sese legitimum episcopum, Fortunatum vero a quinque episcopis, quorum tres damnati, quartus ab episcopo damnato, in hæresi ordinatus, postremus in persecutione lapsus fuerat, ac paucis sibi male consciis in episcopum cooptatum esse enarrat. Hinc affeclarum Fortunati circa lapsos quæ doctrina sit, quo pacto cum iis communicare non desinant, ac pœnitentiæ agendæ intercedant, gra-

a Matth. x. 19. 20. *b* Ezech. xxxiv. 3-6. 9. 10.

his in locis secum pugnare vigilantissimus pastor censendus est, sed diversa diversis temporibus remedia sapienter adhibere. Cum pœnitentibus communionem differri volebat, in id unum intendebat, ne lapsis omnino necessarium probatæ pœnitentiæ remedium cum multorum exitio sperneretur. Nunc vero ubi Eucharistiam concedit, eo spectat ut persecutione sævissima imminente, potentissimo ejus præsidio armati milites Christi fortiter certare & inimicis fidei invictis animis resistere tutius valeant. Denique ubi ait, *Habent in sua potestate quod postulant*, ibi *adjuvante Domino* supplendum esse manifestum est ex his libri ipsius de mortalitate: *Non est in tua potestate, sed in Dei dignatione martyrium*. Immo etiam ubi de eo qui communionem differri sibi ægre patitur, ait, *Qui differri non potest, potest coronari*, caute præmittit, *si fidei calor prævalet*.

1. Uno in ms. heic additur *sui*: quod alienum non est a mente Cypriani, sed ab ejus usu. Ipsi nempe familiare est Dei seu Christi confessionem simpliciter *confessionem nominis* appellare, ut in epistolam 13. nota penultima probaturi sumus.

2. Corb. ms. a 2. manu cum uno Anglic. *discedit*. Existimandus non est Cyprianus de horum salute dubius & anceps exstitisse. Mentem suam ea de re epist. 56. seu 58. aperit his verbis: *Etsi fugientem in solitudine ac montibus latro oppresserit, fera invaserit, fames aut sitis aut frigus afflixerit, vel per maria navigantem tempestas ac procella submerserit: spectat militem suum Christus ubicumque pugnantem, & persecutionis caussa pro nominis sui honore morienti præmium reddit, quod daturum se in persecutione promisit. Nec minor est martyrii gloria non publice & inter multos perisse, cum pereundi caussa sit propter Christum perire.* At quemadmodum culpandi essent fideles, si non omnem dedissent operam, ut hinc non sine viatico tam necessario migrarent; ita & pastores, si illi eorum negligentia tanto munere privati fuissent.

3. Colb. ms. *in comestura*, Corb. *in deprædatione*.

4. Corb. ms. *ne pascant oves meas*. Deinde Colb. *& jam non pascant eas*.

5. In aliquot mss. heic additur *scimus*, opera librarii, qui verbum sequens *ostendi* ad superius *protulimus* referendum esse non animadvertit. In vulgatis autem mox obtinet *ostenditur*, pro *ostendi*, & subinde *admonent*, pro *admoneri*. Optimæ notæ codex Colb. cui & Corb. aliique favent, sinceram lectionem asservavit.

6. *Edit. Pamel. & Baluz.* LV. *Oxon.* LIX. Proxime post obortam Galli persecutionem, aliquanto post medium annum 252. a Cypriano scripta est, cum is duas accepisset Cornelii epistolas, quarum prima Cornelius Felicissimum magna stipatum caterva in Urbem venisse, sed a se abstentum ac rejectum fuisse nuntiabat; altera litteras eorum, qui a Fortunato pseudoepiscopo in locum Cypriani creato missi venerant, accepisse se significabat, maxime cum has, nisi accepisset, publice a se legendas comminarentur, ac nihil de Fortunato Cyprianus ad se scripsisset. In recentiore ms. Colb. *de Fortunato & Felicissimo*, in vetustiore & aliis *de Fortunato pseudoepiscopo & quinque presbyteris* inscribitur. Quæ inscriptio in eo saltem vitiosa est, quod cum Fortunatus e quinque presbyteris qui Felicissimo cohæserant, unus esset, ab his distinguatur. Ve-

phice exponit : Frustra eos Romam, ut pseudo-episcopi a se creati confirmationem petant, contendere. Ibi caussam audiendam esse decernunt Afri, ubi crimen admissum est. Quanta facilitate ac benignitate suscipiat Cyprianus ad Ecclesiam redeuntes.

I. Legi litteras tuas, frater carissime, quas per Satyrum fratrem nostrum acolythum misisti, & dilectionis fraternæ, & ecclesiasticæ disciplinæ, & sacerdotalis censuræ satis plenas, quibus significasti, [1] Felicissimum hostem Christi non novum, sed jam pridem ob crimina sua plurima & gravissima abstentum, & non tantum mea, sed & plurimorum coepiscoporum sententia condemnatum, rejectum a te illic esse; & cum venisset stipatus caterva & factione desperatorum, vigore pleno quo episcopos agere oportet, pulsum de Ecclesia esse: de qua jam pridem cum sui similibus, Dei majestate & Christi Domini & judicis nostri severitate, depulsus est; ne schismatis & diffidii auctor, ne pecuniæ commissæ sibi fraudator, ne stuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor ultra adhuc sponsam Christi incorruptam, sanctam, pudicam, præsentiæ suæ dedecore & impudica atque incesta contagione violaret.

II. Sed enim lecta alia epistola tua, frater, quam primis litteris subjunxisti, satis miratus sum: cum animadvertissem, te minis ac terroribus eorum qui venerant, aliquantum esse commotum, cum te, secundum quod scripsisti, aggressi essent; cum summa desperatione comminantes, quod si litteras quas attulerant non accepisses, publice eas recitarent, & multa turpia ac probrosa & ore suo digna proferrent. Quod si ita res est, frater carissime, ut nequissimorum timeatur audacia, & quod mali jure atque æquitate non possunt, temeritate ac desperatione perficiant; actum est de episcopatus vigore & de Ecclesiæ gubernandæ sublimi ac divina potestate: nec Christiani ultra aut durare aut esse jam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas atque insidias pertimescamus. Nam & Gentiles & Judæi minantur, & hæretici atque omnes quorum pectora & mentes diabolus obsedit, venenatam rabiem suam quotidie furiosa voce testantur: non tamen idcirco cedendum est, quia minantur, aut [2] ideo adversarius inimicus major est Christo, quia tantum sibi vindicat & assumit in sæculo. Manere apud nos debet, frater carissime, fidei robur immobile; & stabilis atque inconcussa virtus contra omnes incursus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ objacentis fortitudine & mole, debet obsistere. Nec interest unde episcopo aut terror aut periculum veniat; qui terroribus & periculis vivit obnoxius, & tamen fit de ipsis terroribus ac periculis gloriosus. Neque enim solas Gentilium vel Judæorum minas cogitare & spectare debemus; cum videamus, ipsum Dominum nostrum a fratribus [a] esse detentum, & ab eo quem inter Apostolos ipse delegerat, proditum [b]: inter initia quoque mundi Abel justum [c] nonnisi frater occiderit; & Jacob fugientem [d] persecutus sit frater infestus; & [e] Joseph [3] venumdatus sit a fratribus: in Evangelio [f] etiam legamus esse prædictum, magis domesticos inimicos futuros, & qui prius copulati sacramento unanimitatis fuerint, ipsos invicem tradituros. Nihil interest quis tradat aut sæviat, cum Deus tradi [4] permittit & coronari. Neque nobis ignominia est pati a fratribus quod passus est Christus: nec illis gloria est facere quod fecit Judas. Quæ autem sui elatio est, quæ comminantium tumens & inflata & vana jactatio; illic absenti minari, cum heic me habeant in potestate præsentem? Convicia eorum quibus se & vitam suam quotidie lacerant, non timemus; fustes & lapides & gladios quos verbis parricidalibus jactitant, non perhorrescimus. Quod in illis est, homicidæ sunt apud Deum tales: necare tamen non possunt, nisi eis Dominus necare permiserit. Et cum nobis semel moriendum sit, illi tamen odio & verbis & delictis suis quotidie perimunt.

III. Sed non idcirco, frater carissime, relinquenda est ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis solvenda censura, quoniam conviciis infestamur, aut terroribus quatimur; quando occurrat & moneat [5] Scriptura divina dicens: [g] *Ille vero qui præsumit & contumax est, vir sui jactans, nihil omnino perficiet, qui dilatavit tamquam* [6] *infernus animam suam.* Et iterum: [h] *Et verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus* [7] *in stercora erit & in vermes. Hodie extolletur, & cras non invenietur; quoniam conversus est in terram suam, & cogitatio ejus peribit.* Et iterum: [i] *Vidi impium exaltatum, & extolli super cedros Libani; & transivi, & ecce non fuit; & quæsivi eum, & non est inventus locus ejus.* Exaltatio & inflatio, & arrogans ac superba jactatio, non de Christi magisterio qui humilitatem docet, sed de Antichristi spiritu nascitur, cui exprobrat per Prophetam Dominus, & dicit: [k] *Tu autem dixisti in animo tuo: In cælum adscendam, super stellas Dei ponam sedem meam; sedebo in monte alto, super montes altos in aquilonem, adscendam super nubes, ero similis Altissimo.* Et addidit dicens: [l] *Tu vero ad inferos descendes in fundamenta terræ; & qui videbunt te, mirabuntur super te.* Unde parem talibus pœnam Scriptura divina loco alio comminatur & dicit: [m] *Dies enim Domini sabaoth super omnem injuriosum & superbum, & super omnem elatum & excelsum.* De ore itaque ac de verbis suis unusquisque statim proditur, & utrum Christum in corde suo, an vero Antichristum habeat, loquendo detegitur: secundum quod Dominus in Evangelio suo dicit: [n] *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis ne-*

a Marc. III. 21. *b* Matth. xxvi. 14. Marc. xiv. 10. Luc. xxii. 3. Joan. xviii. 2. *c* Gen. iv. 8. *d* Gen. xxvii. 41. *e* Gen. xxxvii. 23. *f* Matth. x. 30. *g* Habac. II. 5. *h* I. Machab. II. 62. *i* Psal. xxxvi. 37. *k* Esa. xiv. 13. 14. *l* Ibid. ℣. 15. *m* Esa II. 12. *n* Matth. xii. 34. 35.

rum hinc docemur, quidquid in hac epistola de schismaticorum placitis, conatibus, variisque molitionibus differitur, maxime ad hos quinque presbyteros pertinere.

1. In duobus mss. Colb. & quibusdam Anglic. *te*, in aliis nonnullis *a te* heic additur: quod supervacaneum.

2. Vetus ms. Colb. cum duobus aliis, *aut inde adversarius.*

3. Editi, *Joseph puer venierit vendentibus fratribus:* castigantur ex vetustioribus mss.

4. In vulgatis, *permittat, quos disponit coronari. Neque enim.* Istud *enim*, sicut & antea *quos disponit*, in nullo nostrorum mss. exstat.

5. In vetere ms. Colb. desideratur *Scriptura divina.*

6. In eodem ms. exstat *infernus*: in altero, ut in Corb. & pluribus Anglic. *inferi.*

7. Corb. ms. a 2. manu, *ut stercora, ut vermes.* Infra ex omnibus nostris mss. restituimus *peribit*, quod lib. 3. Testimon. c. 5. ubi idem locus a Cypriano citatur, in plerisque mss. haberi Oxonienses notant, quamvis cum aliis editis *perit* utrobique retineant.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.

quam? de abundantia enim cordis os emittit. Bonus homo de bono thesauro emittit bona, & nequam homo de nequam thesauro emittit nequam. Unde [a] & dives ille peccator, qui de Lazaro in sinu Abrahæ posito atque in refrigerio constituto, implorat auxilium, cum in tormentis cruciabundus flammæ cremantis ardoribus aduratur, inter omnes corporis partes magis os ejus & lingua pœnas dat; quia plus scilicet lingua sua & ore peccaverat.

IV. Nam cum scriptum sit [b]: *Neque maledici regnum Dei consequentur*; & iterum Dominus in Evangelio suo dicat [c]: *Qui dixerit fratri suo, fatue; & qui dixerit racha, reus erit in gehennam ignis*; quomodo possunt censuram Domini ultoris evadere, qui talia ingerunt non solum fratribus, sed & sacerdotibus; quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, ut quisquis sacerdoti ejus & ad tempus heic judicanti non obtemperaret, statim necaretur? In Deuteronomio loquitur Dominus Deus dicens: [d] *Et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut judicem quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille; & omnis populus cum audierit, timebit; & non agent impie etiam nunc.* Item ad Samuelem, cum a Judæis sperneretur, Deus dicit [e]: *Non te spreverunt, sed me spreverunt.* Et Dominus quoque in Evangelio [f]: *Qui audit vos*, inquit, *me audit*, [1] *& eum qui me misit: & qui rejicit vos, me rejicit, & eum qui me misit.* Et cum leprosum emundasset; *Vade*, inquit [g], *& demonstra te sacerdoti.* Et cum postea tempore passionis alapam accepisset a servo sacerdotis, cumque ei dixisset [h]: *Sic respondes pontifici?* adversus pontificem Dominus contumeliose nihil dixit, nec quidquam de sacerdotis honore detraxit; sed innocentiam suam magis asserens & ostendens: *Si male*, inquit [i], *locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?* Item in Actis Apostolorum postmodum beatus Apostolus Paullus, cum ei dictum esset [k]: *Sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo?* quamvis Domino jam crucifixo sacrilegi & impii & cruenti illi esse cœpissent, nec jam quidquam de sacerdotali honore & auctoritate retinerent: tamen ipsum quamvis inane nomen & umbram quamdam sacerdotis cogitans Paullus: [l] *Nesciebam fratres*, inquit, *quia pontifex est; scriptum est enim* [m]; *Principi plebis tuæ non maledices.*

V. Cum hæc tanta ac talia & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotalis auctoritas & potestas de divina dignatione firmatur; quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam catholicam rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri judicii ultione terrentur? Neque enim aliundæ hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam [2] dum sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus judex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria divina obtemperaret fraternitas universa; nemo adversum sacerdotum collegium quidquam moveret; nemo post divinum judicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, judicem se jam non episcopi, sed Dei faceret; nemo dissidio unitatis, Christi Ecclesiam scinderet; nemo sibi placens ac tumens seorsum foris hæresim novam conderet: nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet sine Dei judicio fieri sacerdotem; cum Dominus in Evangelio suo dicat [n]: *Nonne duo passeres asse veneunt, & neuter eorum cadit in terram sine Patris voluntate?* Cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat; existimat aliquis summa & magna, aut non sciente aut non permittente Deo, in Ecclesia Dei fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores ejus, non de ejus sententia ordinari? Hoc est, fidem non habere qua vivimus; hoc est, Deo honorem non dare, cujus nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus. Plane episcopi non de voluntate Dei fiunt; [3] sed qui extra Ecclesiam fiunt, sed qui contra dispositionem & traditionem Evangelii fiunt: sicut ipse Dominus in duodecim Prophetis ponit & dicit [o]: *Sibimet ipsis regem constituerunt, & non per me.* Et iterum [p]: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus; omnes qui manducant ea, contaminabuntur.* Et per Esaiam quoque Spiritus sanctus clamat & dicit [q]: *Væ vobis, filii desertores, hæc dicit Dominus, habuistis consilium non per me, & fecistis conventionem non per spiritum meum, adjicere peccata super peccata.*

VI. Ceterum (dico enim provocatus, dico dolens, dico compulsus,) quando episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi universi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter junctus, plebi suæ in episcopatu quadriennio jam probatus, in quiete serviens disciplinæ, in tempestate proscriptus applicito & adjuncto episcopatus sui nomine, toties ad leonem petitus in circo, in amphitheatro dominicæ dignationis testimonio honoratus: his ipsis etiam diebus quibus has ad te litteras feci, ob sacrificia [4] quæ edicto proposito celebrare populus jubebatur, clamore popularium ad leonem denuo postulatus in circo: cum talis, frater carissime, a quibusdam desperatis & perditis & extra Ecclesiam constitutis impugnari videtur, apparet quis impugnet. Non scilicet Christus, qui sacerdotes aut constituit aut protegit; sed ille, qui [5] Christi adversarius, & Ecclesiæ ejus inimicus, ad hoc Ecclesiæ præpositum sua infestatione persequitur, ut gubernatore sublato, atrocius atque violentius circa Ecclesiæ naufragia grassetur.

a Luc. XVI. 22. seqq. *b* 1. Cor. VI. 10. *c* Matth. III. 22. *d* Deut. XVII. 12. 13. *e* 1. Reg. VIII. 7. *f* Luc. X. 16. *g* Matth. VIII. 4. *h* Joan. XVIII. 22. *i* Ibid. ℣. 23. *k* Act. XXIII. 4. *l* Ibid. ℣. 5. *m* Exod. XXII. 28. *n* Matth. X. 29. *o* Osee VIII. 4. *p* Ibid. IX. 4. *q* Esa. XXX. 1.

1. In edit. Oxon. heic additur, *qui me audit*, & mox post verba *me rejicit*, cum aliis subjicitur, *qui me rejicit, rejicit*. Magis sibi cohærere visa est lectio, quam ex vetere ms. Colb. cui & Corb. favet, exprimimus.

2. Ita nostri mss. At editi, *quam inde quod sacerdoti*.

3. Editi *fiunt, qui extra Ecclesiam fiunt, sed contra:* refragantibus nostris mss. ac plerisque Anglic.

4. Observat annalium Cyprianic. conditor ad ann. 252. n. 10. Gallum & Volusianum, cum pestis ingravesceret, quæ Hostilianum imperatorem cum ipso Gallo a Senatu constitutum absumserat, nummos *Apollini salutari* cudi curasse; eademque de caussa, ut ex his Cypriani verbis colligitur, sacrificia ubique, edicto proposito, celebrari voluisse: & cum edicto huic parere Cyprianus renueret, populum hinc ansam arripuisse, ut eum velut imperatoribus rebellem ad leonem in circo postularet, quamvis nullum esset Galli edictum, quo proconsules aut magistratus persequi Christianos juberentur.

5. Vetus codex Colb. cum uno Anglic. *Christo*. Mox alter Colb. cum Corb. Compend. & quatuor Anglic. *ob hoc*, pro *ad hoc*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.

VII. Nec quemquam fidelem & Evangelii [a] memorem, atque Apostoli [b] præmonentis mandata retinentem, movere debet, frater cariffime, si quidam in extremis temporibus superbi & contumaces & sacerdotum Dei hostes aut de Ecclesia recedunt, aut contra Ecclesiam faciunt; quando tales nunc futuros & Dominus & Apostoli ejus ante prædixerint. Nec præpositum servum deseri a quibusdam miretur aliquis; quando ipsum Dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & virtutes Dei Patris factorum suorum testimonio comprobantem discipuli sui reliquerint. Et tamen ille non increpuit recedentes, aut graviter comminatus est; sed magis conversus ad Apostolos suos dixit [c]: *Numquid & vos vultis ire?* servans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimet ipse vel mortem appetit, vel salutem. Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia, unus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens ait [d]: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes; & nos credimus, & cognovimus quoniam tu es filius Dei vivi:* significans scilicet & ostendens eos qui a Christo recesserint, culpa sua perire; Ecclesiam tamen quæ in Christum credat, & quæ semel id quod cognoverit teneat, numquam ab eo omnino discedere; & eos esse Ecclesiam, qui in domo Dei permanent: [e] plantationem vero plantatam a Deo Patre non esse, quos videmus non frumenti stabilitate solidari, sed tamquam paleas dissipantis inimici spiritu ventilari, de quibus & Joannes in epistola sua dicit [f]: *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum.* Item Paullus monet nos, cum mali de Ecclesia pereunt, non moveri, nec recedentibus perfidis fidem minui: *Quid enim*, inquit [g], *si exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei* [1] *evacuavit? Absit: est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.*

VIII. Quod ad nos attinet, conscientiæ nostræ convenit, frater cariffime, dare operam, ne quis culpa nostra de Ecclesia pereat. Si autem quis ultro & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die judicii inculpatos futuros, qui consuluimus sanitati; illos in pœnis remansuros, qui noluerint consilii nostri salubritate sanari. Nec movere nos debent convicia perditorum, quominus a via recta & a certa regula non recedamus, quando & Apostolus instruat, dicens [h]: *Si hominibus placerem, Christi servus non essem.* Interest utrum quis homines promereri, an Deum cupiat. Si hominibus placetur, Dominus offenditur: si vero id enitimur & elaboramus, ut possimus Deo placere; & convicia & maledicta debemus humana contemnere.

IX. Quod autem tibi de Fortunato isto pseudoepiscopo, a paucis & inveteratis hæreticis constituto, non statim scripsi, frater cariffime, non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet per nos

A festinato statim quasi magna aut metuenda perferri; maxime quando & Fortunati nomen jam satis nosses, qui est unus ex quinque presbyteris jam pridem de Ecclesia [2] profugis, & sententia coepiscoporum nostrorum, multorum & gravissimorum virorum nuper abstentis; qui super hac re priore anno ad te litteras fecerunt: item Felicissimum signiferum seditionis recognosceres, qui & ipse in iisdem coepiscoporum nostrorum factis ad te pridem litteris continetur: qui non tantum ab iis istic abstentus, sed & abs te illic nuper de Ecclesia pulsus est. Cum hæc in notitia tua esse considerem, & pro certo hærere memoriæ & disciplinæ tuæ scirem: necessarium non putavi, celeriter B & urgenter hæreticorum tibi ineptias nuntiandas. Neque enim ad catholicæ Ecclesiæ majestatem pariter ac dignitatem pertinere debet, quid apud se hæreticorum & schismaticorum moliatur audacia. Nam & pars Novatiani Maximum presbyterum, nuper ad nos a Novatiano legatum missum, atque a nostra communicatione rejectum, nunc istic sibi fecisse pseudoepiscopum dicitur. Nec tamen de hoc tibi scripseram; quando hæc omnia contemnantur a nobis, & miserim tibi proxime nomina episcoporum istic constitutorum, qui integri & sani in Ecclesia catholica fratribus præsunt. Quod utique ideo de omnium nostrorum consilio placuit tibi scribere, ut erroris diluendi ac perspiciendæ veri- C tatis compendium fieret, & scires tu & collegæ nostri, quibus scribere, & litteras mutuo a quibus vos accipere oporteret: si quis autem præter hos quos epistola nostra complexi sumus, scribere vobis auderet, sciretis, eum vel sacrificio vel libello esse maculatum, vel unum de hæreticis, perversum scilicet & profanum. [3] Nanctus tamen occasionem familiarissimi hominis & clerici, per Felicianum acolythum quem cum Perseo collega nostro miseras, inter cetera quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato isto tibi scripsi. Sed dum istic Felicianus frater noster vel vento retardatur, vel accipiendis aliis epistolis a nobis detinetur, Felicissimo ad vos properan- D te præventus est. Ita enim SEMPER SCELERA festinant, quasi contra innocentiam festinatione prævaleant.

X. Per Felicianum autem significavi tibi, frater; venisse Carthaginem Privatum veterem hæreticum, in Lambesitana colonia ante multos fere annos ob multa & gravia delicta nonaginta episcoporum sententia condemnatum, antecessorum etiam nostrorum, quod & vestram conscientiam non latet, Fabiani & Donati litteris severissime notatum: qui cum caussam suam apud nos in concilio, quod habuimus Idibus Maiis quæ proximæ fuerunt, agere velle se diceret, nec admissus esset, Fortu- E natum istum sibi pseudoepiscopum dignum collegio suo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipse extra Ecclesiam in hæresi pseudoepiscopum olim constituerat. Sed & Jovinus & [4] Maximus comites cum Privato hæretico adfuerunt, ob nefanda sacrificia & crimina in se pro-

a Joan. xvi. 1. *b* II. Tim. III. 1. *c* Joan. vi. 68. *d* Ibid. ℣. 69. *e* Matth. xv. 3. *f* I. Joan. II. 19. *g* Rom. III. 4. *h* Gal. I. 10.

1. Corb. ms. *evacuit*, vetus Colb. *evacuabit*.

2. In ms. Corb. *profugus*; & mox a 2. manu *abstentus*, licet a 1. pro se ferat *abstentis*. Ex quinque presbyteris illis quatuor a Cypriano epist. 6. nominari videntur, scilicet *Donatus & Fortunatus*, *Novatus & Gordius*, qui nimirum ordinationi ipsius intercesserant. Quibus si addatur *Gajus Diddensis* presbyter, quem Carthaginiensis clerus, Cypriano epist. 28. approbante, a communione submovit, horum quinque presbyterorum nomina habebuntur.

3. Ita vetustior codex Colb. aliis faventibus. At editi *nactus*.

4. In duobus mss. Colb. *Maximosus*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.

bata, sententia novem collegarum nostrorum condemnati, & iterato quoque a pluribus nobis anno priore in concilio abstenti. Cum his autem quatuor junctus est & Repostus [1] Suturnicensis, qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam partem plebis suæ sacrilega [2] persuasione dejecit. Hi quinque cum paucis vel sacrificatis, vel male sibi conscii, Fortunatum sibi pseudoepiscopum cooptarunt: ut criminibus in unum [3] consentientibus talis esset scilicet rector, quales illi qui reguntur.

XI. Hinc jam & cetera mendacia, frater carissime, potes noscere, quæ illic homines desperati & perditi ventilaverunt: ut cum de sacrificatis vel de hæreticis amplius, quam quinque pseudoepiscopi, non fuerint qui Carthaginem venerint, & Fortunatum sibi dementiæ suæ socium constituerint; illi tamen, quasi filii diaboli & mendacio pleni, ausi sint, [4] ut scribis, jactitare viginti quinque episcopos adfuisse: quod mendacium & istic prius apud fratres nostros jactitabant, dicentes viginti quinque episcopos de Numidia esse venturos, qui sibi episcopum facerent; quo in mendacio suo postea quam, quinque solis convenientibus naufragis & a nobis abstentis, detecti sunt, atque confusi; Romam cum mendaciorum suorum merce navigaverunt, quasi veritas post eos navigare non posset, quæ mendaces linguas rei certæ probatione convinceret. Atque hæc est, frater, vera dementia, non cogitare, nec scire quod mendacia non diu fallant; noctem tam diu esse quam diu illucescat dies; clarificato autem die & sole oborto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem latrocinia cessare. Denique si nomina ab eis quæreres, non haberent vel quos [5] falso nominarent: tanta apud eos etiam malorum penuria est, ut ad illos nec de sacrificatis nec de hæreticis viginti quinque colligi possint. Et tamen ad decipiendas aures simplicium & absentium, mendacio numerus inflatur: quasi, & si verus esset hic numerus, aut ab hæreticis Ecclesia, aut ab injustis justitia vincatur.

XII. Nec me oportet, frater carissime, paria nunc cum illis facere, & ea quæ commiserunt, atque huc usque committunt, meo sermone decurrere; cum considerandum sit nobis, quid proferre & scribere sacerdotes Dei oporteat, nec tam dolor apud nos debeat, quam pudor loqui; & ne videar provocatus maledicta potius, quam crimina & peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus Ecclesiæ factis; conjurationes & adulteria, & varia delictorum genera prætereo: unum illud, in

A quo non mea, nec hominum, sed Dei caussa est, de eorum facinore non puto esse reticendum; quod a primo statim persecutionis die, cum recentia delinquentium facinora fervêrent, & sacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsæ lapsorum atque ora fumarent, communicare cum lapsis & pœnitentiæ agendæ intercedere non destiterunt. Clamat Deus [a]: *Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli*. Et Dominus in Evangelio dicit [b]: *Qui me negaverit, negabo illum*. Et alio loco indignatio & ira divina non tacet, dicens [c]: *Illis fudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia: super hæc non indignabor? dicit Dominus*. Et intercedunt ne rogetur Deus,

B qui indignari se ipse testatur. Intercedunt ne exoretur precibus & satisfactionibus Christus, qui negantem se negare profitetur.

XIII. Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso litteras misimus, nec auditi sumus. Concilio frequenter acto, non consensione tantum nostra, sed & [6] comminatione decrevimus, ut pœnitentiam fratres agerent, ut pœnitentiam non agentibus nemo temere pacem daret: & illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotes Dei impio furore temerarii, de Ecclesia recedentes, & contra Ecclesiam parricidalia arma tollentes, elaborant ut opus suum diaboli malitia [7] consummet, nec vulnera-

C tos divina clementia in Ecclesia sua curet; miserorum pœnitentiam mendaciorum suorum fraude corrumpunt, ne Deo indignanti satisfiat; ne Christum Dominum suum, qui Christianus esse vel erubuit ante, vel timuit, postmodum quærat; ne ad Ecclesiam qui de Ecclesia recesserat, redeat. Datur opera, ne satisfactionibus & lamentationibus justis delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur. Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur; salutaris sinus matris noverca intercedente [8] præcluditur, ne de pectore atque ore lapsorum fletus & gemitus audiatur. Compelluntur adhuc insuper lapsi, ut linguis atque ore quo in capitolio ante deliquerant, sacerdotibus convicium faciant; con-

D fessores, & virgines, & justos quosque fidei laude præcipuos atque in Ecclesia gloriosos, contumeliis & maledicis vocibus [9] prosequantur. A quibus quidem non tam nostrorum modestia & humilitas & pudor cæditur, quam illorum ipsorum spes & vita laceratur. Neque enim qui audit, sed qui facit convicium, miser est: nec qui a fratre vapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est; & cum nocentes innocentibus injuriam faciunt, illi patiuntur injuriam, qui facere se credunt. Denique hinc illis percussa mens, & hebes animus, & sensus alienus est. Ira est Dei non intelligere

a Exod. XXII. 20. *b* Matth. X. 33. *c* Esa. LVII. 6.

1. Vetus codex Colb. *Suturnucensis*. Recentior, *Eturguensis*. Corb. cum Cambron. *Quoturnicensis*. Lambeth. *Uturnicensis*. Unde legendum putat Oxoniensis editor, *Utinunensis*: maxime cum in Collatione Carthagin. habeatur *Octavius episcopus plebis Utinunensis*.

2. Compend. ms. cum duobus Colb. *persecutione*.

3. Sic ms. Colb. & plerique Anglic. Alii vero libri, *convenientibus*. Antea in ms. Compend. *computarunt*, loco verbi *cooptarunt*.

4. In ms. Corb. *ut dixi, jactitare*. In vetustiore Colb. *ausi sint scriptis jactitare*.

5. Compend. ms. *falsos*.

6. In vetustiore ms. Colb. *communicatione*: lectio non spernenda. Epistolas hac de re a Cypriano scriptas legere est, scil. a X. ad XVI. De ipsa cum episcopis sibi agendum proponit epist. XII. & XV. Nominatim vero epist. 10. expostulationis suæ caussam sic exponit: *Cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam justo tempore, & secun-* E *dum disciplinæ ordinem ad exomologesim veniant, & per manus impositionem episcopi & cleri jus communicationis accipiant; nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace, ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia acta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab episcopo & clero imposita, eucharistia illis datur*. Nimirum, ut idem præsul epist. 11. loquitur, lapsi a Martyribus libellos obtinentes, in quorum nonnullis scribebatur, *Communicet ille cum suis*, non solum sibi, sed & quotquot ipsorum esse quavis ratione asseverabantur, communionem illis impertiri exigebant.

7. In vulgatis, *consumment, ne*. Magis placet cum mss. Colb. Corb. Vat. ac nonnullis aliis *consummet, nec*: ut heic inter diabolicæ malitiæ & divinæ clementiæ opus antithesis fiat.

8. Vetus ms. Colb. *cluditur*: cui favent quatuor Anglic.

9. Corb. ms. cum duobus Colb. *prosequuntur*.

delicta, ne sequatur pœnitentia, sicut scriptum est [a]: *Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis*; ne revertantur scilicet, & curentur, & deprecationibus ac satisfactionibus justis post peccata sanentur. Paullus Apostolus in epistola sua ponit & dicit [b]: [1] *Dilectum veritatis non habuerunt, ut salvi fierent; ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio; ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati: sed sibi placent in injustitia*. Primus felicitatis gradus est, non delinquere: secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra & illibata quæ servet; heic succedit medela quæ sanet: quod utrumque isti offenso Deo perdiderunt, ut amissa sit gratia quæ de baptismi sanctificatione percipitur, & non [2] subsit pœnitentia per quam culpa curatur. An putas, frater, levia esse adversus Deum facinora, parva & modica delicta, quod per illos non rogatur majestas indignantis Dei? quod non timetur ira & ignis & dies Domini? quod imminente Antichristo exarmatur fides militantis populi, dum tollitur vigor & timor Christi? Viderint laici hoc quomodo curent; sacerdotibus labor major incumbit in asserenda & [3] procuranda Dei majestate, ne quid videamur in hac parte negligere, quando admoneat Dominus & dicat: [c] *Et nunc præceptum hoc ad vos est, o sacerdotes: si non audieritis, & si non posueritis in corde vestro, ut detis honorem nomini meo, dicit Dominus; immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem vestram*. Honor ergo datur Deo, quando sic Dei majestas & censura contemnitur, ut cum se ille indignari & irasci sacrificantibus dicat, & cum pœnas æternas & supplicia perpetua comminetur, proponatur a sacrilegis atque dicatur; ne ira cogitetur Dei, ne timeatur judicium Domini, ne pulsetur ad Ecclesiam Christi: sed sublata pœnitentia, nec ulla exomologesi criminis facta, despectis episcopis atque calcatis, pax a [4] non veris presbyteris verbis fallacibus prædicetur; & ne lapsi surgant, aut foris positi ad Ecclesiam redeant, A communicatio [5] a non communicantibus offeratur?

XIV. Quibus etiam satis non fuit ab Evangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & pœnitentiæ sustulisse, fraudibus involutos, vel adulteriis commaculatos, vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in Ecclesia exomologesin criminum facerent, ab omni & sensu & fructu pœnitentiæ removisse; [6] foris sibi extra Ecclesiam & contra Ecclesiam constituisse conventiculum perditæ factionis, [7] quo male sibi consciorum & Deum rogare ac satisfacere nolentium caterva conflueret: post ista adhuc insuper pseudoepiscopo B sibi ab hæreticis constituto, navigare audent, & ad Petri [8] cathedram atque ad ecclesiam principalem unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis & profanis litteras ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædicante [d] laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. Quæ autem caussa veniendi & pseudoepiscopum [9] contra episcopum factum nuntiandi? Aut enim placet illis quod fecerunt, & in suo scelere perseverant: aut si displicet & recedunt, sciunt quo revertantur. Nam cum statutum sit [10] ab omnibus nobis, & æquum sit pariter ac justum, ut uniuscujusque caussa illic audiatur, ubi est crimen admissum; & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & guber- C net, rationem sui actus Domino redditurus; oportet utique eos quibus præsumus, non circumcursare, nec episcoporum concordiam cohærentem sua subdola & fallaci temeritate collidere; sed agere illic caussam suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint: nisi si paucis desperatis & perditis [11] minor videtur esse auctoritas episcoporum in Africa constitutorum, qui de illis jam judicaverunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis vinctam judicii sui nuper gravitate damnarunt. Jam caussa eorum cognita est: jam de eis dicta sententia est; nec censuræ congruit sacer-

a Esa. xxix. 10. b II. Thess. II. 10. c Malac. II. 1. 2. d Rom. I. 8.

1. In aliquot mss. Anglic. *delectum*. Retinendum cum aliis libris *dilectum*, hoc est *dilectionem*, seu, ut præfert Vulgata, *caritatem*.

2. Editi cum pluribus mss. *subveniat*. Verior visa est lectio ms. Veron. cui favet quod in vetusto Colb. *sumsit*. Unde & in aliis duobus *sumta sit* substitutum est. Nec displicet quod in recentiore Colb. *supersit*, præsertim cum superiori verbo *perdiderunt*, istud apte respondeat.

3. Corb. ms. *& propitianda*.

4. Editi, *a presbyteris*: ope trium mss. resarciuntur.

5. Ita edit. Oxon. cum nostris mss. At in ceteris omittitur præpositio *a*. Pergit Cyprianus per antithesim loqui: ut quomodo dixit proxime pacem *a non veris presbyteris* prædicari, ita nunc communicationem *a non communicantibus offerri* doceat. Eadem ratione de iisdem presbyteris factionis Felicissimi epist. 40. ad plebem, loquitur: E *Pacem nunc offerunt, qui ipsi non habent pacem. In Ecclesiam lapsos reducere & revocare promittunt, qui de Ecclesia recesserunt*.

6. Pamel. & Oxon. cum ms. Corb *nisi foris . . . constituissent*. Abest *nisi* a vetustioribus edit. ut e duobus mss. Colb. & octo Anglic. qui præterea *constituisse*, non *constituissent*, subjiciunt, & nostro quidem judicio sincerius.

7. In vulgatis, *cum*. Rectius in ms. Corb. & uno Colb. *quo*.


8. Cathedram quam Petrus Romæ constituit, ac successoribus suis reliquit, unitatis totius Ecclesiæ centrum esse heic aperte docemur. Qui autem hæc Cypriani verba alio avocare tentant, simili loco libri de unitate Ecclesiæ revincuntur, ubi legere est: *Super illum unum* (Petrum Christus) *ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oves suas*. Et mox: *Ut unitatem manifestaret, unam cathedram constituit, & unitatis ejusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit . . . . Primatus Petro datur, ut una Christi ecclesia & cathedra una monstretur*. Viderint igi- D tur qui ab hac divulsi, hoc est ab unitatis fonte ac radice separati sunt, quo pacto intra Ecclesiam quæ non nisi una est, & extra quam nulla salus, permanere se confidant.

9. In vulgatis, *contra episcopos*, quæ verba absunt a Corb. In vetusto Colb. exstat *contra episcopo*. Legendum opinamur *contra episcopum*, scil. Cyprianum, qui se legitime institutum ac pro vero episcopo semper habitum supra num. 6. probavit, & eosdem presbyteros epist. 40. seu 43. repræsentat, ut *antiqua contra episcopatum meum*, inquit, *venena retinentes*. Aut certe Oratorum licentia *episcopos* heic dixerit, quomodo in mox laudata epistola ad plebem de iisdem scripsit: *Soli cum episcopis non sint, qui contra episcopos rebellarunt*. Sed tropicæ hujusmodi locutioni minus congruere videtur hic locus.

10. In vulgatis desideratur præpositio *ab*, quam nostri mss. cum octo Anglic. exhibent. Heic decretum communi Afrorum consensu constitutum notatur.

11. Hoc est, Felicissimo & aliis qui cum illo Romam convolarant, postquam Fortunatum pseudoepiscopum constituissent, & de quibus Afri sententiam dixerant. A Cypriani igitur mente aberrat Oxoniensis editor, cui *beato illo martyre judice pro* DESPERATIS ET PERDITIS *habendi sunt, quibus minor videtur auctoritas episcoporum in Africa; quam vel Cornelii ipsius in Petri cathedra Romæ sedentis*. Immo nec Felicissimus ac socii ideo quod Romam provocassent, sed propter schisma aliaque infanda crimina *desperati & perditi* appellantur. Cyprianus igitur cum Africanis episcopis non Cornelium, sed Privatum, Felicem, Jovinum & Maximum, adversus quos Africanorum judicia paullo ante recensuerat, conferens ait: Nisi forte episcoporum in Africa constitutorum auctoritas paucorum illorum desperatorum auctoritate minor videatur.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
252.



dorum mobilis atque inconstantis animi levitate reprehendi, cum Dominus doceat & dicat [a]: *Sit sermo vester, est est, non non*. A

XV. Si eorum, qui de illis priore anno judicaverunt, numerus cum presbyteris & diaconis computetur, plures tunc adfuerunt [1] judicio & cognitioni, quam sunt iidem isti, qui cum Fortunato nunc videntur esse conjuncti. Scire enim debes, frater carissime, eum, postea quam pseudoepiscopus ab hæreticis factus est, jam pæne ab omnibus esse desertum. Namque ii, quibus in præteritum præstigiæ obtendebantur, & dabantur verba fallacia, quod simul ad Ecclesiam regressuri dicerentur; postea quam viderunt illic pseudoepiscopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie, atque ad Ecclesiam pulsant; nobis tamen a quibus ratio Domino reddenda est, anxie ponderantibus & solicite examinantibus, qui recipi & admitti ad Ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obsistunt, aut fratres obstinate & firmiter renituntur, ut recipi omnino non possint cum [2] scandalo & periculo plurimorum. Neque enim sic putamina quædam colligenda sunt, ut quæ integra & sana sunt vulnerentur: nec utilis aut consultus est pastor, qui ita morbidas & [3] contactas oves gregi admiscet, ut gregem totum mali cohærentis afflictatione contaminet. * Non attendas ad numerum illorum. Melior est enim unus timens Deum, quam mille filii impii, sicut locutus est Dominus per prophetam dicens [b]: *Fili, ne jocunderis in filiis impiis, si multiplicentur tibi, cum non fuerit timor Dei in ipsis*. O si posses, frater carissime, istic interesse nobiscum, cum pravi isti & perversi de schismate revertuntur! Videres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore sopito recipiendis malis curandisque consentiant. Namque ut gaudent & lætantur cum tolerabiles & minus culpabiles redeunt: ita contra fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles & protervi, & vel adulteriis vel sacrificiis contaminati, & post hæc adhuc insuper & superbi, sic ad Ecclesiam remeant, ut bona intus ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, immo extorqueo, ut tales patiantur admitti: & justior factus est fraternitatis dolor ex eo, quod unus atque alius, obnitente plebe & contradicente, mea tamen facilitate suscepti, pejores exstiterunt quam prius fuerant, nec fidem pœnitentiæ servare potuerunt, quia nec cum vera pœnitentia venerant.

XVI. De istis vero quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo navigaverunt, legati a Fortunato pseudoepiscopo missi, tam falsas ad te litteras afferentes, quam est & ipse cujus litteras ferunt, falsus; quam est ejus peccatorum multiplex conscientia, quam exsecrabilis vita, quam turpis: ut & si in Ecclesia essent, ejici tales de Ecclesia debuissent? Denique quia conscientiam suam norunt, nec [4] audent venire, aut ad Ecclesiæ limen accedere; sed foris per provinciam circumveniendis fratribus & spoliandis pererrant: & omnibus jam satis noti, atque undique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos navigant. Neque enim illis potest frons esse ad nos accedendi, aut apud nos consistendi; cum sint acerbissima & gravissima crimina, quæ eis a fratribus ingerantur. Si judicium nostrum voluerint experiri, veniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem afferant pœnitentiæ fructum: nec Ecclesia istic cuiquam [5] cluditur, nec episcopus alicui denegatur: patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus præsto est. Opto omnes in Ecclesiam regredi, opto universos commilitones nostros intra Christi castra & Dei Patris domicilia concludi: remitto omnia, multa dissimulo: studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno judicio religionis examino: delictis plus quam oportet remittendis pæne ipse delinquo: amplector promta & plena dilectione cum pœnitentia revertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes.

XVII. Si qui autem sunt, qui putant se ad Ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse; aut existimant aditum se sibi non lamentationibus & satisfactionibus, sed terroribus facere: pro certo habeant, contra tales clusam stare Ecclesiam Domini, nec castra Christi invicta & fortia, & Domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei Evangelium tenens, & Christi præcepta custodiens, occidi potest, non potest vinci. Suggerit & subministrat nobis exempla virtutis ac fidei Zacharias antistes Dei, qui cum terreri minis & lapidatione non posset, in templo Dei occisus est; clamans & identidem dicens, quod nos quoque contra hæreticos clamamus & dicimus: [c] *Hæc dicit Dominus, dereliquistis vias Domini, & Dominus derelinquet vos*. Neque enim, quia pauci temerarii & improbi, cælestes & salutares vias Domini derelinquunt, & sancta non agentes a sancto Spiritu deseruntur; ideo

a Matth. V. 37. b Eccli. XVI. 1. c II. Paral. XXIV. 21.

1. Prædictorum judicio & cognitioni adfuisse dicuntur non episcopi modo, sed etiam presbyteri ac diaconi. In ipsa Romana synodo, in qua Cornelius lapsorum causam tractavit, Eusebio teste lib. 6. hist. c. 43. *sexaginta quidem episcopi, presbyteri vero ac diaconi multo plures convenerunt*. Et id quidem moris erat, ut cum episcopis presbyteri sederent, diaconi adstarent. Si etiam Romana consulamus concilia, in illis saltem presbyteri cum episcopis suffragium ferebant. Nempe anno 465. Hilaro papæ quæ decernenda videbantur proponenti, *ab universis episcopis & presbyteris acclamatum est: Hæc & confirmamus & hæc docemus . . . . Hæc tenenda sunt, hæc servanda sunt*. Item anno 495. Gelasius de Miseni episcopi caussa judicaturus, 55. episcopos, cum quibus & presbyteri sederunt, congregavit, ad quos cum dixisset, *Quid videtur fraternitati vestræ statuendum, vestri quoque consilii participatione desideramus agnoscere*; tum *levaverunt se omnes episcopi & presbyteri rogantes & dicentes* &c. Anno 531. Romano concilio præsidente Bonifacio II. adsunt cum episcopis presbyteri, & cum iis sedent. Anno 595. mense Julio S. Gregorius episcopis simul & presbyteris residentibus decreta edidit, quibus etiam presbyteri subscripti leguntur. Huc spectat illud Cypriani epist. 71. ad Quintum: *Quid nuper in concilio plurimi coepiscopi cum compresbyteris qui aderant censuerimus, ut scires*.


2. In sex mss. Anglic. heic adjicitur *nisi*: quod abest a nostris mss. Mox totidem præferunt *fragmina* pro voce *putamina*, cujus loco mss. Veron. duo Colb. nec non Corb. a 1. manu exhibent *putramina*.

3. Compend. ms. *contractas*. Idem habuit & Corb. sed subinde in eo littera *r* expuncta est.

4. Ita nostri mss. At editi, *nec nos audent adire*.

5. Editi, *clauditur*: refragantibus mss. Deinde in recentiore Colb. *nec episcopo*, in quibusdam Anglic. *nec episcopatus*.

* *Non attendas — O si posses*] Hæc restituimus ex edit. Baluziana, quæ apud Fellum & Coutantium desiderantur.



& nos divinæ traditionis immemores esse debemus, (A) ut majora esse furentium scelera, quam sacerdotum judicia censeamus; aut plus existimemus ad impugnandum posse humana conamina, quam quod ad protegendum prævalet divina tutela.

XVIII. An ad hoc, frater carissime, deponenda est catholicæ Ecclesiæ dignitas, & plebis intus positæ fidelis atque incorrupta majestas, & sacerdotalis quoque auctoritas ac potestas, ut judicare velle se dicant de Ecclesiæ præposito extra Ecclesiam constituti, [1] de Christiano hæretici, de sano saucii, de integro vulnerati, de stante lapsi, de judice rei, de sacerdote sacrilegi? Quid superest, quam ut Ecclesia Capitolio cedat, & recedentibus (B) sacerdotibus ac Domini altare removentibus, in cleri nostri sacrum venerandumque consessum simulacra atque idola cum aris suis transeant, & Novatiano declamandi adversum nos atque increpandi largior & plenior materia præstetur; si ii qui sacrificaverunt, & Christum publice negaverunt, non tantum rogari, & sine acta pœnitentia admitti, sed adhuc insuper cœperint terroris sui potestate dominari?

XIX. Si pacem postulant, arma deponant: si satisfaciunt, quid minantur? Aut si comminantur, sciant quia a sacerdotibus Dei non timentur. Neque enim & Antichristus cum venire cœperit, in- (C) troibit in Ecclesiam, quia minatur; aut armis ejus & violentiæ ceditur, quia resistentes peremturum se esse profitetur. Armant nos hæretici, dum nos putant sua comminatione terreri: nec in [2] pace nos dejiciunt, sed magis erigunt & accendunt, dum ipsam pacem persecutione pejorem fratribus faciunt. Et optamus quidem, ne quod loquuntur furore, impleant crimine; nec qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus ac deprecamur Deum, quem provocare illi & exacerbare non desinunt, ut eorum corda mitescant, ut furore deposito ad sanitatem mentis redeant, ut [3] pectora operta delictorum tenebris pœnitentiæ lumen agnoscant; & magis petant fun- (D) di pro se preces atque orationes antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanserint, atque in istis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseveraverint, nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic jacens & abjectus, sic imbecillitate humanæ mediocritatis invalidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei divinitus erigatur, cujus non humilitas & infirmitas vigore & robore Domini protegentis animetur. Nostra nihil interest, aut a quo, aut quando [4] perimamur, mortis & sanguinis præmium de Domino recepturi. Illorum flenda & lamentanda [5] conditio est, quos sic diabolus excæcat; ut æterna gehennæ supplicia non cogitantes, Antichristi jam propinquantis adventum conentur imitari.

XX. Et quamquam sciam, frater carissime, pro mutua dilectione quam debemus, & exhibemus invicem nobis, florentissimo illic clero tecum præsidenti, & sanctissimæ atque amplissimæ plebi legere te semper litteras nostras; tamen nunc & admoneo & peto, ut quod alias sponte atque honorifice facis, etiam petente me facias, ut hac epistola mea lecta, si quod illic contagium venenati sermonis & pestiferæ seminationis irrepserat, id omne de fratrum auribus & pectoribus exuatur, & bonorum integra ac sincera dilectio ab omnibus hæreticæ detractionis sordibus repurgetur.

XXI. Declinent autem de cetero fortiter, & evitent dilectissimi fratres nostri verba & colloquia eorum, [a] *quorum sermo ut cancer serpit*, sicut Apostolus dicit: [b] *Corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimæ*. Et iterum [c]: *Hæreticum hominem post unam correptionem evita, sciens quia perversus est hujusmodi, & peccat, & est a semet ipso damnatus*. Et per Salomonem loquitur Spiritus sanctus [d]: *Perversus*, inquit, *in ore suo portat* [6] *perditionem, & in labiis suis ignem condit*. Item denno monet dicens [e]: *Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam*. Et iterum [f]: *Malus obaudit linguæ iniquorum, justus autem non intendit labiis mendacibus*. Quod quamquam sciam illic fraternitatem nostram, vestra scilicet providentia [7] munitam, nec capi hæreticorum venenis posse, nec decipi, tantumque apud illos prævalere magisteria & præcepta divina, quantus illis in Deum timor est: tamen ex abundanti vel solicitudo nostra, vel caritas scribere ad vos ista persuasit, ut nulla cum talibus commercia copulentur, nulla cum malis convivia vel colloquia misceantur, simusque ab eis tam separati, quam sunt illi de Ecclesia profugi; quia scriptum est [g]: *Si autem & Ecclesiam contemserit, sit tibi tamquam ethnicus & publicanus*: & beatus Apostolus non monet tantum, sed & jubet a talibus recedatur. *Præcipimus*, inquit [h], *vobis in nomine Domini Jesu Christi, ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis*. Nulla societas fidei & perfidiæ potest esse. Qui cum Christo non est, qui adversarius Christi est, qui unitati & paci ejus inimicus est, nobiscum non potest cohærere. Si cum precibus & satisfactionibus veniunt, audiantur: si maledicta & minas ingerunt, respuantur. [8] Opto te, frater carissime, semper bene valere.

a II. Tim. II. 17. *b* I. Cor. XV. 33. *c* Tit. III. 10. 11. *d* Prov. XVI. 27. *e* Eccli. XXVIII. 28. *f* Prov. XVII. 4. *g* Matth. XVIII. 17. *h* II. Thess. III. 6.

1. Corb. ms. cum recentiore Colb. & Ver. *de episcopo hæretici*.

2. Edit. Oxon. *in faciem nos*. Vetustior ms. Colb. cum aliis a Pamelio appellatis, *in facie*. Subnexa postulant *in pace*: quod & ceteri e nostris mss. exhibent.

3. Ita Manutius, haud scio an ulla auctoritate. Eum tamen Pamelius & Oxon. editor secuti sunt. Morelius cum uno ms. Anglic. *pectora a delictorum tenebris soluta*. Tres alii mss. Anglic. *pectora obsessa delictorum tenebris*. Notat Pamelius in aliis excusis & scriptis circumferri, *peccatores a delictorum tenebris*. His concinunt mss. Compend. recentior Colb. & Corb. nisi quod in hoc non exstat præpositio *a* ante vocem *delictorum*. In vetustiore Colb. legimus, *pectora delictorum tenebris*. Integra esset hæc lectio, si loco vocis *pectora*, restitueretur præpositio *pro*.

4. Vetustior ms. Colb. cum duobus Anglic. *perramus*.

5. Ita Erasm. cum codice Cambron. quod & duo mss. (E) Colb. & Corb. confirmant. In uno & altero Anglic. exstat *consensio*, in ceteris autem libris *concisio*: quam lectionem ideo sibi magis placere notat Pamelius, quia Cyprianum alludere putet ad illud Paulli Philip. 3. 2. *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem*. Sed ibi *concisio* circumcisionem seu Judæos sonat: unde proxime sequitur, *Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu servimus Deo, & gloriamur in Christo Jesu, & non in carne* &c. hujusmodi autem intelligentia heic locum non habet.

6. Compend. ms. cum Vict. & novem aliis, *portat perversa, perditionis suæ ignem condens*.

7. In vulgatis *monitam*. Magis arridet cum vetustiore Colb. aliisque sex mss. *munitam*.

8. In vetusto codice Colb. ut in Corb. desideratur hæc clausula: cujus loco in altero Colb. exstat, *Amen, Deo [illegible]*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.

[1] EPISTOLA XIII.

SANCTI CYPRIANI ad S. Cornelium Papam.

Cyprianus Cornelio gratulatus quod forti confessione populo suo ad confitendum sese ducem præbuerit, in Romanorum laudes excurrit. Tum adversam Novatiani sortem perstringit. Demum ad proximum agonem qui sese præparare mutuo debeant exponit.

CYPRIANUS CORNELIO fratri salutem.

I. Cognovimus, frater cariſſime, fidei ac virtutis veſtræ teſtimonia glorioſa: & confeſſionis veſtræ honorem ſic exſultanter accepimus, ut in meritis ac laudibus veſtris nos quoque participes & ſocios computemus. Nam cum nobis & Eccleſia una ſit, & mens juncta & individua concordia; quis non ſacerdos in conſacerdotis ſui laudibus tamquam in ſuis propriis gratuletur: aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio ubique lætetur? Exprimi ſatis non poteſt, quanta iſtic exſultatio fuerit & quanta lætitia, cum de vobis proſpera & fortia comperiſſemus, ducem te illic confeſſionis fratribus exſtitiſſe; ſed & confeſſionem ducis de fratrum [2] confeſſione creviſſe: ut dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confeſſorem populum ſuaſeris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: ut non inveniamus quid prius prædicare in vobis debeamus, utrumne tuam promtam & ſtabilem fidem, an inſeparabilem fratrum caritatem. Virtus illic epiſcopi præcedentis publice comprobata eſt, adunatio ſequentis fraternitatis oſtenſa eſt. Dum apud vos unus animus & una vox eſt, Eccleſia omnis Romana confeſſa eſt.

II. Claruit, [3] frater cariſſime, fides quam de vobis beatus Apoſtolus prædicavit [a]. Hanc laudem virtutis & roboris firmitatem jam tunc in ſpiritu prævidebat, & præconio futurorum merita veſtra conteſtans, dum parentes laudat, filios provocabat. Dum ſic unanimes, dum ſic fortes eſtis, magna & ceteris fratribus unanimitatis & fortitudinis exempla tribuiſtis. Docuiſtis granditer Deum timere, Chriſto firmiter adhærere, plebem ſacerdotibus in periculo jungi, in perſecutione fratres a fratribus non ſeparari; concordiam ſimul junctam vinci omnino non poſſe; quidquid ſimul petitur a

A cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. [4] Proſilierat adverſarius terrore violento Chriſti caſtra turbare: ſed quo impetu venerat, eodem impetu pulſus eſt; & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis invenit & roboris. Supplantare ſe iterum poſſe crediderat Dei ſervos, & velut tirones & rudes, quaſi minus paratos & minus cautos, ſolito ſuo more concutere. Unum primo aggreſſus, ut lupus ovem ſecernere a grege, ut accipiter columbam ab agmine volantium ſeparare tentaverat: nam cui non eſt adverſus omnes ſatis virium, circumvenire quærit ſolitudinem ſingulorum. Sed retuſus adunati exercitus fide pariter & vigore, intellexit milites Chriſti vigilare

B jam ſobrios, & armatos ad prœlium ſtare; vinci non poſſe, mori poſſe; & hoc ipſo invictos eſſe, quia mori non timent; nec [5] repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentes liceat, ſed promte & animas & ſanguinem tradere: ut cum tanta in ſæculo malitia & ſævitia graſſetur, a malis & ſævis velocius recedatur. Quale illud fuit ſub oculis Dei ſpectaculum glorioſum? quale, in conſpectu Chriſti [6] ejus Eccleſiæ ſuæ gaudium, ad pugnam quam tentaverat hoſtis inferre; non ſingulos milites, ſed tota ſimul caſtra prodiiſſe? Omnes enim conſtat venturos fuiſſe, ſi audire potuiſſent; quando accurrerit properanter & venerit, quiſquis audivit. Quot [7] illic lapſi

C glorioſa confeſſione ſunt reſtituti? Steterunt fortes, & ipſo dolore pœnitentiæ facti ad prœlium fortiores; ut appareat nuper ſubitatos eſſe, & novæ atque inſuetæ rei pavore trepidaſſe; rediiſſe ad ſe poſtmodum fidem veram, & vires ſuas de Dei timore collectas ad omnem patientiam conſtanter & firmiter roboraſſe, nec jam [8] ſtare ad criminis veniam, ſed ad paſſionis coronam.

III. Quid ad hæc Novatianus, frater cariſſime? Utrumne jam deponit errorem? an vero, qui dementium mos eſt, ipſis bonis & proſperis noſtris plus adactus eſt ad furorem: & quo magis ac magis dilectionis ac fidei creſcit heic gloria, illic diſ-

D ſenſionis & zeli recrudeſcit inſania; nec vulnus ſuum miſer curat, ſed adhuc gravius & ſe & ſuos vulnerat; in perniciem fratrum lingua ſua perſtrepens, & facundiæ venenatæ jacula contorquens, magis durus ſæcularis philoſophiæ pravitate, quam philoſophiæ dominicæ lenitate [9] pacificus; deſertor Eccleſiæ, miſericordiæ hoſtis, interfector pœnitentiæ, doctor ſuperbiæ, veritatis corruptor, perditor caritatis? Agnoſcitne jam qui ſit ſacerdos Dei, quæ ſit Eccleſia & domus Chriſti, qui ſint Dei ſervi quos diabolus infeſtet, qui ſint Chriſtia-

a Rom. I. 8.

1. *Edit. Pamel. & Baluz.* LVII. *Oxon.* LX. Circa menſem Auguſtum anni 252. cum a Gallo imp. Centumcellas in exſilium pulſus eſſet Cornelius, ſcripta exiſtimatur.

2. Colbertinus probæ notæ codex cum Compend. Foſſ. & Vict. *conſenſione*.

3. Ita in laudato codice Colb. ut in quatuor Anglic. In aliis autem, *fratres cariſſimi*. Tum in Corb. *fides quam vobis*, ſine præpoſitione *de*. Mox in Compend. *providebat*, non *prævidebat*. Eadem ratione Romani ex eo, quod eorum fides ab Apoſtolo laudata eſt, commendantur ep. 12. n. 13. Ipſe clerus Romanus his Apoſtoli laudibus ſtimulatus, ad Cyprianum epiſt. 31. reſcribit: *Nec tantas de nobis laudes Apoſtolus protuliſſet dicendo, Quia fides veſtra prædicatur in toto mundo, niſi jam exinde vigor iſte radices fidei de temporibus illis mutuatus fuiſſet; quarum laudum & gloriæ degenerem fuiſſe maximum crimen eſt.*

4. *Proſilierat*. Compendienſis ms. *proſiluerat*.

5. Illud *nec repugnare*, non ad proximum verbum *timeat*, ſed ad ſuperius *intellexit* refertur: hoc eſt, intellexit milites Chriſti nequaquam vim vi repellere. Subinde

E in vulgatis *nocentem*, in ms. Colb. *nocente*. Reliquæ orationi magis congruit quod in Corb. *nocentes*. Hæc Cypriani verba attendant, qui nocentes occidere Chriſtianis leviori de cauſſa permittunt.


6. Ex mſs. Colb. & Corb. revocamus *ejus*, quod in vulgatis deerat. Huic tamen vocabulo in Corbejenſi ſecundis curis ſuperaddita eſt particula *&*. Unde & in aliis quinque obtinere notat Oxonienſis editor, *& ejus Eccleſiæ*, omiſſo *ſuæ*. Eadem loquendi ratione, heic dicitur *Chriſti ejus*, qua in ſuperiori epiſt. 10. n. 7. dictum eſt, *Cornelius factus eſt epiſcopus de Dei & Chriſti ejus judicio*.

7. In ms. Compend. *Qui illic*, quæ lectio poteſt admitti cum hac interpunctione, *ſunt reſtituti*, *ſteterunt fortes*.

8. Pœnitentium heic notatur ſtatus ſeu ſitus, de quo rurſum Cyprianus epiſt. 52. ſeu 55. ad Antonianum ita loquitur: *Aliud eſt ad veniam ſtare, aliud ad gloriam pervenire*.

9. Corb. ms. *ſacrificus*. Verius alii libri, *pacificus*. Heic Novatiano exprobratur duritia Stoicorum, qui miſericordia commoveri neſciebant.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 252.



ni quos Antichristus impugnet? Neque enim quærit illos quos jam subegit, aut gestit evertere quos jam suos fecit. Inimicus & hostis Ecclesiæ, quos alienavit ab Ecclesia & foras duxit, ut captivos & [1] vinctos contemnit, & præterit eos, & pergit lacessere, in quibus Christum cernit habitare.


IV. Quamquam & si aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in confessione nominis [2] blandiatur: cum constet, si occisi ejusmodi extra Ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed pœnam potius esse perfidiæ; nec in domo Dei inter unanimes habitaturos esse, quos videmus de pacifica & divina domo furore discordiæ recessisse.

V. Hortamur plane, quantum possumus, frater A carissime, pro caritate mutua qua nobis invicem cohæremus, ut quoniam providentia Domini monentis instruimur, & divinæ misericordiæ consiliis salubribus admonemur appropinquare jam certaminis & agonis nostri diem, jejuniis, vigiliis, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus. Incumbamus gemitibus assiduis & deprecationibus crebris. Hæc sunt enim nobis arma cælestia, quæ stare & perseverare fortiter faciunt: hæc sunt munimenta spiritalia & tela divina, quæ protegunt. Memores nostri invicem simus, concordes atque unanimes, utrobique pro nobis semper oremus, pressuras & angustias mutua caritate relevemus. Et [3] si quis istinc nostrum prior divinæ dignatio- B nis celeritate præcesserit, perseveret apud Dominum nostra dilectio, pro fratribus & sororibus nostris apud misericordiam Patris non cesset oratio. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

1. In quatuor mss. *victos*. Rigaltius ex his ostendi observat, Novatianum immerito a suis pro martyre habitum. Hinc certe probatur, schismaticum illum nihil molestiæ pertulisse, cum Gallus adversus Cornelium & sanæ doctrinæ sectatores fureret. Cur vero ita cum illo actum sit, valde subtili ratione Cyprianus exponit. Unde non sinit vir sanctus, ut in turbulento tempore veritatem ab ea parte stare judicemus, quæ persecutionis expers pace frueretur. Sed ne quis perfidus inde sibi blandiatur, quod persecutionem sustineat, hanc interdum perfidiæ pœnam censeri debere statim docet.

2. Duo mss. Anglic. *in confessionis*. Retinendum *in con-* C *fessione nominis*, subaudita voce *Domini*, quam Cyprianus reticere solet. Ita epist. 52. seu 55. ad Antonian. post med. *Etsi occisus*, inquit, PROPTER NOMEN *postmodum fuerit extra Ecclesiam constitutus, & ab unitate atque caritate divisus, coronari in morte non poterit*. Et sub finem ejusdem epistolæ: *Christi Ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro* NOMINE *foris fuerint, admitti secundum Apostolum possunt ad Ecclesiæ pacem, quando nec Spiritus nec Ecclesiæ tenuerunt unitatem*. Rursum supra epist. XI. n. 2. ad Cornelium scribit: *Quomodo docemus aut provocamus eos in* CONFESSIONE NOMINIS *sanguinem suum fundere?* & num. 4. *Quando autem dicat in traditis atque in* CONFESSIONE NOMINIS *constitutis Spiritum loqui* &c.

3. In edit. Oxon. *Et quis*, expuncto *si*, quamvis illud octo mss. Anglic. non secus atque Corb. Colb. Fosſ. & pristinæ editiones exhibeant. Mox in ms. Compend. *apud Deum*, non *apud Dominum*. Ex hoc loco Pamelius Sanctos D post exitum a nobis nostra curare, nosque suis apud Deum orationibus ac patrociniis adjuvare merito conficit. Violenta certe & aliena est Oxoniensium interpretatio hunc ita commentantium: *Alterutro ex nobis obeunte, sive ego qui Carthagini præsum, sive tu qui Romæ præsides, superstes fuerit, cui in vivis diutius esse contigerit, pro utraque Ecclesia perseveret & supersit apud Deum oratio*. Non enim ejus qui superstes fuerit, sed ejus qui hinc migrans ad Deum præcesserit, oratio ibi commendatur. Porro Sanctorum in cælo fraternam dilectionem integram perseverare nemo negaverit. Ipsi Oxonienses editores minime dubitare se ajunt, *animas in cælo receptas precibus Deum solicitare, ut in terris agentium misereatur*. Quod cum persuasum habeant, consequens videtur, ut & ipsis persuasum sit, preces ad eosdem fundi debere. Illi tamen his præmissis subjiciunt, *Sed non inde conficitur preces ad Sanctos fundi debere*. Quid vero istud vetat? Quia, inquiunt, *Deos qui rogat, facit*. An, quæso, Deos facere se se existimabat Paullus fideles, quorum pro se flagitabat preces? An Deum faciebat Cyprianus Cornelium, cum eum rogabat, ut si prior ad Dcum migraret, ipsius pro fratribus apud Patris misericordiam non cessaret oratio? Si justorum in terris degentium preces exorare licet, cur non & eorum qui jam in cælis Deo viciniores sunt? A Cypriani doctrina recedere se non existimavit Augustinus, cum lib. 7. de baptismo cont. Donat. c. 1. ipsum invocans dixit: *Adjuvet itaque nos orationibus suis in istius carnis mortalitate, tamquam in caliginosa nube laborantes, ut donante Domino, quantum possumus, bona ejus imitemur*. Qui vero orationes nostras ad Sanctos pervenire posse desperant, quid sit Ecclesia, quid Christi corpus, quid illius Spiritus, quo justi omnes, sive in terris, sive in cælis, in unum constringuntur, ignorant. Unius quippe spiritus beneficio mutua est membrorum quantumvis distantium communicatio. *Neque enim*, inquit Augustinus lib. 20. de civ. Dei c. 9. *piorum animæ mortuorum separantur ab Ecclesia, quæ etiam nunc est regnum Christi. Alioquin nec eorum fieret memoria in communicatione corporis Christi . . . Cur enim fiunt ista, nisi quia fideles etiam defuncti membra ejus sunt?* Si autem ab Ecclesia non separantur, si Christi membra sunt, & ea quidem viva; quis absurdum, aut non potius rectæ rationi consentaneum judicet, ut reliquorum membrorum motus affectusque, prout Deus voluerit, sentiant, Ecclesiæ voces audiant, ac propenso animo ad subveniendum ei inclinentur? Si etiam ita placet, oratio nostra quædam est epistola, quæ Angelorum ope in cælum perlata, Sanctis quorum patrocinia imploramus, innotescit: Deo sic ordinante & Ecclesiæ suæ inspirante, ut cum Sanctos invocamus, quæ pie viventibus pendenda sit merces, animis nostris altius imprimatur.



ANONYMI LIBER [1] DE REBAPTISMATE.

Non debere denuo baptizari qui semel in nomine Domini Jesu Christi sint tincti.

I. Animadverto quæsitum apud fratres, quid potius observari oportet in personam eorum qui in hæresi quidem, sed in nomine Dei nostri Jesu Christi sint tincti; postmodum inde digressi, & suppliciter ad ecclesiam Dei advolantes, totis præcordiis pœnitentiam agerent; & erroris sui damnationem nunc demum intelligentes, auxilium salutis ab ea implorarent; utrum vetustissima consuetudine ac traditione ecclesiastica, post illum quod foris quidem sed [2] in nomine Jesu Christi Domini nostri acceperunt baptisma, tantummodo imponi eis manum ab episcopo ad accipiendum Spiritum sanctum sufficeret, & hæc manus impositio signum fidei iteratum atque consummatum eis præstaret: an vero etiam iteratum baptisma his necessarium esset, tamquam nihil habituris si hoc quoque adepti ex integro non fuissent, perinde ac si numquam baptizati in nomine Jesu Christi forent. Ideoque nonnulla super hac nova quæstione scripta aut rescripta esse jactabantur, quibus utraque pars ad destruenda aliena summo studio nitebatur. In quo genere quæstionis, ut mihi videtur, nulla omnino potuisset controversia aut disceptatio emergere, si unusquisque nostrum contentus venerabili ecclesiarum omnium auctoritate & necessaria humilitate nihil innovare gestiret, cum locum contradictioni non quemlibet animadverteret. Namque omne quod & anceps & ambiguum & in diversis sententiis prudentium ac fidelium virorum constitutum est, si contra priscam & memorabilem cunctorum emeritorum sanctorum & fidelium solemnissimam observationem judicatur, damnari utique debet, cum in re olim composita & ordinata quodcumque est illud quod contra ecclesiarum quietem atque pacem in medium producatur nihil (præter) discordias & simultates & schismata allaturum; ubi nullus alius fructus reperiatur nisi hic solus, ut unus homo, quicumque ille est, magnæ prudentiæ & constantiæ esse apud quosdam leves homines inani gloria prædicetur, & hæreticorum [3] stupore præditus, quibus hoc unicum perditionis solatium est si non soli peccare videantur, errores & vitia universarum ecclesiarum correxisse apud simillimos

A sui & compares celebretur. Hæreticorum enim omnium hoc studium atque propositum est, sanctissimæ matris nostræ ecclesiæ ejuscemodi & plurimas quantas calumnias nectere, & invenisse aliquid quod ei crimini vel etiam leviter dari posset summam gloriam ducere. Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino [4] in quocumque clero constitutum, ac multo magis episcoporum, audere deceat; monstri simile est ipsos episcopos talia scandala cogitare & turpitudinem matris ecclesiæ, si quam putant in hoc negotio esse, contra præceptum legis & omnium scripturarum nimis inreverenter cum ipsa ipsorum turpitudine & periculo non vereri detegere, quamquam nulla sit in hoc nisi in errore ipsorum illo-

B rum turpitudo ecclesiæ. Itaque deterius delinquitur ab hominibus ejusmodi, si id quod in observatione antiquissima [5] ab iis tamquam non recte fiat reprehenditur, & ab his qui ante nos fuerunt, tum etiam a nobis recte observatum esse & observari manifeste ac fortiter ostendatur; ita ut etsi paribus argumentis ex utraque parte congrederemur, tamen quia non poterat id quod innovabatur sine dissensione fratrum & damno ecclesiastico consistere, utique non debeat contra fas, quod ajunt, & nefas, id est contra bonum & æquum, ecclesiæ matri quasi macula temere infligi, eisque qui hoc adtentarent audaciæ hujus atque impietatis ignominia merito deberet adscribi. Sed quoniam non

C est in nostra potestate ut secundum præceptum Apostoli [a] idipsum dicamus omnes, neve sint in nobis schismata; tamen in quantum possumus connitimur hujus tractatus statum demonstrare, & turbulentis hominibus ut vel nunc suum negotium agere incipiant persuadere, consecuturis plurimum etiam nobis, si hoc quoque consilio sano tandem voluerint adquiescere. Et ideo quæcumque sanctarum scripturarum ad hanc partem pertinentia sunt capitula necessario in unum congeremus, & quæ videntur esse diversa aut varia, quantum poterit, manifeste inter se conglutinabimus, & utilitatem ac commodum singulorum pro mediocritate nostra

D examinabimus, ut [6] accendi in ecclesia formam &

a I. Cor. I. 10.

1. *De rebaptismate*] Retinuimus inscriptionem quam præfert vetus codex. Et in calce vetus codex habet: *Cæcili Cypriani finivit de rebaptismate*.

2. *In no. J. C. Domini nostri*] In veteri libro scriptum est *Domini non*. Quod ita corrigendum esse censuit Sirmondus, ut *Dominicum* poneretur; & ita edidit Rigaltius. Nos scripsimus *Domini nostri*, tum quia paullo ante scriptum est *in nomine Dei nostri Jesu Christi*, tum quia infra diserte scriptum est *in nomine Domini nostri Jesu Christi*. Sic in allocutione Crescentis a Cirta in concilio Carthaginiensi pag. 331. scriptum est in vetustissimo codice Ms. sancti Remigii Remensis, *dilectissimi non* pro *nostri*, & in allocutione Munnuli a Girba ibidem *Domino n dicente*, cum legendum sit *Domino nostro*. Sic pro eo quod apud Marium Mercatorem in editione nostra pag. 348. scriptum est *nondum Verbum dicit*, nos monuimus pag. 470. legendum esse *non Deum*.

3. *Stupore*] Arrogantia, superbia, ut recte monuit Rigaltius. Vox illa in eo sensu usurpata est a Cypriano & a Pontio ejus diacono. Apud Marium Mercatorem pag. 75. in editione nostra legitur: *In stupore remaneat dentium Paullus Samosatenus*.

4. *In quocumque clero*] Id est, in quolibet ordine eorum qui in clero connumerantur.

5. *Ab iis*] Ita putavi scribendum esse, cum antea legeretur *aliis*.

6. *Accendi*] Rigaltius conjecit legendum esse *tacendi*. Angli pro *accendi* posuerunt *accedenti*. Ego puto ponendum esse *attendi*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 254.



consuetudinem saluberrimam atque pacificam universis fratribus insinuemus.

II. Igitur adgredientibus tractatum salutaris & novi, hoc est spiritalis & evangelici baptismatis, in primis occurrit notissima omnibus prædicatio celebrata atque cœpta ab Joanne Baptista, qui aliquantum desciscens a lege, id est [1] Moysis antiquissimo baptismate, & viam novæ & veræ gratiæ præsternens, & baptismate quod interim exercebat aquæ & pœnitentiæ sensim aures Judæorum præveniebat & occupabat spiritalis baptismatis futuri annuntiatione, adhortans eos & dicens: [a] *Qui post me venit fortior me est, cujus ego non sum dignus corrigiam calciamenti solvere. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*. Propter quod nobis quoque hujus sermonis orsus hinc incipere debebit. Nam & Dominus hanc eamdem vocem Joannis post suam resurrectionem in Actis Apostolorum confirmans, [b] *præcepit eis ab Hierosolymis non discedere, sed exspectare illam promissionem Patris quam audistis a me: quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies*. Itemque Petrus eadem verba Domini percensuit, rationem pro se apud Apostolos reddens dicendo: [c] *Cum autem inciperem loqui ego, irruit Spiritus sanctus super eos, sicut & super nos in principio; & recordatus sum sermonem Domini sicut dicebat: Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Si ergo æquale donum dedit eis sicut & nobis credentibus Dominum Jesum Christum; ego quis eram, qui possem probibere Domino?* Et iterum: [d] *Viri fratres, scitis quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit per os meum audire gentes verbum evangelii, & credere: & qui corda novit Deus, testimonium perbibuit dans eis Spiritum sanctum sicut & nobis*. Ac propterea hujus sententiæ quæ sit vis & potestas, considerare debemus. Ait enim Dominus eis qui postmodum baptizari haberent, quia crederent, baptizandos esse, non quemadmodum a se in aqua in pœnitentiam, sed in Spiritu sancto. De qua prædicatione cum utique nemo nostrum possit ambigere, manifestum est qua ratione homines in Spiritu sancto baptizati sint. Nam & proprie in ipso solo sancto Spiritu baptizati sunt qui crediderunt, quia Joannes discrevit & dixit, dicens se quidem in aqua baptizare, venturum autem qui in Spiritu sancto baptizet. Gratia & virtute Dei sunt & hoc & occulta largiente & operante, nihilominus autem etiam in baptismate spiritus & aquæ, præterea etiam in baptismate spiritus in sanguine proprio uniuscujusque, sicut declarant nobis sanctæ scripturæ, quarum per singula quæque eorum quæ enarrabimus adferemus perspicuas probationes.

III. Ad quæ forte tu, qui novum quid inducis, continuo impatienter respondeas, ut soles, dixisse in evangelio Dominum: [e] *Nisi quis denuo natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum cælorum*. Ex quo manifeste apparet, illi baptisma solum prodesse, cui possit etiam Spiritus sanctus inesse: super ipsum enim Dominum, cum baptizaretur, Spiritum sanctum descendisse, factumque ejus atque dictum pariter congruere, nec alia ulla ratione mysterium istud posse consistere. Cui responso nemo nostrum adeo ita insanus reperitur aut contumax, ut audeat contra fas aut contra verum contradicere; scilicet rebus integris & omni modo ita in ecclesia gerundis & secundum disciplinæ ordinem perpetuo a nobis observandis. Sed si in eodem novo testamento hæc quæ in isto negotio deprehendimus adunata, nonnumquam reperiantur quodam modo divisa ac separata & proinde disposita atque si sint singula; videamus utrum possint esse aliquando etiam singulariter solitaria, quasi non sint mutila, sed tamquam integra atque perfecta. Nam cum per manus impositionem episcopi datur unicuique credenti Spiritus sanctus, sicut Apostoli circa Samaritanos post Philippi baptisma manum eis imponendo fecerunt, & hac ratione Spiritum sanctum in eos contulerunt (quod ut fieri posset, ipsi pro eis oraverunt; nondum enim super quemquam eorum (α) descenderat Spiritus, tantum autem baptizati erant in nomine Domini Jesu) Dominus quoque noster post resurrectionem, cum insufflasset & dixisset Apostolis suis: [f] *Accipite Spiritum sanctum*, ita demum largitus eis Spiritum sanctum.

IV. Cum (β) ita invenitur, quid tibi, frater, videtur? Si quis non ab episcopo baptizatus, ita ut si in continenti etiam manus ei imponatur, priusquam tamen accipiat Spiritum sanctum fuerit defunctus, utrum censeas salutem percepisse eum, nec ne: quoniam quidem & ipsi Apostoli & discipuli, qui etiam alios baptizabant, qui etiam a Domino (γ) baptizati, non statim Spiritum sanctum acceperint, [g] qui nondum erat (δ), quia Jesus nondum fuerat clarificatus: sed post resurrectionem ejus nec modicum intervallum temporis quo id gestum est, intercesserit. Sicuti & cum baptizati sunt a Philippo Samaritani, donec Samariam rogati ab Hierusalem Apostoli descenderent ad illos, ut eis manum imponerent & Spiritum sanctum per manus impositionem in eos conferrent: (ε) quoniam illo intervallo temporis aliquis eorum non adeptus Spiritum sanctum, morte potuit intercipi, & defraudatus gratia Spiritus sancti defungi. Quod hodierna quoque die non potest dubitari esse usitatum & evenire solitum, ut plerique post baptisma sine impositione manus episcopi de sæculo exeant, & tamen pro perfectis fidelibus habentur. Sicuti [h] Æthiops eunuchus cum rediret ab Hierusalem & legeret prophetam Esaiam & hæsitaret, sugge-

a Matth. III. 11. Marc. I. 7. Luc. III. 16. Joan. I. 27. b Act. I. 4. 5. c Act. xi. 15-17. d Act. xv. 7. 8. e Joan. III. 3. 5. f Joan. xx. 22. g Joan. vii. 39. h Act. viii.

1. *Moysis antiquissimo*] Antea editum erat *Moyse, antiquissimo*. Certam esse hanc nostram emendationem ostendit locus ex epistola 73. Cypriani: *Illi quia jam legis & Moysi antiquissimum baptisma fuerant assecuti*.

(α) *Descenderat*] Ita Rigaltius & Fellus. At Baluzius *venerat*.


(β) *Cum ita inv.*] Oxonienses post Rigaltium sic distinguunt. Baluzius vero, *ita demum largitus eis Spiritum sanctum cum ita invenitur*. Sed in lectione Baluziana repetitum *ita* frigere videtur.

(γ) *A Domino baptizati*] Ita edit. Rigaltiana & Oxoniensis. Baluzius, *a Domino sint baptizati*. Ubi quidem *sint* importunum conjicio.

(δ) *Nondum erat*] Exciderit fortasse librario vox *datus*, quæ necessario addenda videtur ex vulgato interprete. At eadem ratione citatur hic locus infra cap. xiv. Ubi videas notam Baluzianam.

(ε) *Quoniam*] Rigaltium sequimur & Oxonienses. Baluz. *vel quoniam*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 254.



rente Spiritu, audita veritate a Philippo diacono credidit & baptizatus est: & cum ascendisset de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & non vidit eum jam nunc amplius eunuchus. Abibat enim viam suam gaudens: [1] quoniam, ut animadvertis, imposita ei manus non est ab episcopo ut Spiritum sanctum acciperet. Quod si hoc admittis & salutare esse credis, nec opinioni omnium fidelium refragaris; necesse est confitearis, proinde autem atque hoc latius tractatu procedit, etiam illud aliud latius posse consistere: id est, ut per solam manus impositionem episcopi, quia baptisma in nomine Jesu Christi Domini nostri præcessit, possit alio homini pœnitenti atque credenti etiam Spiritus sanctus tribui; quoniam eos qui in Christum credituri essent, scriptura sancta prædixit: Oportere in Spiritu baptizari: ita ut & hi quoque non videantur minus aliquid habere quam illi qui perfecti sunt christiani, (α) ne necesse sit quæri quale illud baptisma fuerit quod in nomine Jesu Christi sunt consecuti. Nisi forte in illo quoque superiore tractatu circa eos qui tantummodo in nomine Christi Jesu baptizati fuerint, statuas etiam sine Spiritu sancto posse salvos fieri, aut non hac sola ratione, sed si per manus impositionem episcopi Spiritum sanctum consuesse præstari, aut etiam non episcopum dicas Spiritum sanctum solitum esse largiri.

V. Quod si ita est, & potest aliquid horum eveniens salutem homini credenti non præripere, tu quoque ipse annuis (β) quoniam [2] modo dimidiatum & non ut contendis, consummatum mysterium fidei, qua necessitas intervenit, salutem adimere non posse credenti & pœnitenti homini. Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, omnibus episcopis salutem adimimus, quos ita periculis quam certissimis adstringis ut omnibus hominibus qui sub cura eorum agunt, & hac atque illac dispersis regionibus ipsorum infirmantur, per semet ipsos subvenire debeant; quia ceteri homines minores clericis qui periclitantur, hoc idem præstare non possint: ne sanguis eorum qui vacui de sæculo exisse videbuntur, de manu episcoporum necesse habeat requiri. Porro autem, ut non ignoratis, credentibus hominibus invenitur Spiritus sanctus a Domino datus sine baptismate aquæ, sicut Actis Apostolorum continetur in hunc modum: [a] *Adhuc loquente Petro verba hæc, irruit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum: & obstupefacti sunt qui erant ex circumcisione fideles quotquot simul venerant cum Petro, quia & super gentes donum Spiritus sancti effusum est. Audiebant enim eos loquentes linguis suis, & magnificabant Deum. Tunc respondit Petrus: Numquid aliquis aquam prohibere potest ut non baptizentur isti qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et præcepit eos baptizari in nomine Jesu Christi*. Sicut etiam idem Petrus postmodum de eisdem gentibus plenissime docuit nos dicens: [b] *Et nihil discrevit inter nos & ipsos, fide*

A *emundatis cordibus eorum*. Atque hoc non erit dubium in Spiritu sancto homines posse sine aqua baptizari, sicut animadvertis baptizatos hos prius quam aqua baptizarentur, ut satisfieret & Joannis & ipsius Domini prædicationibus: quandoquidem & hi sine manus impositione Apostolorum & sine lavacro, quod postea adepti sunt, gratiam repromissionis acceperint: (γ) & sic paullo ante emundatis cordibus eorum, Deus per fidem ipsorum etiam remissionem peccatorum simul eis largitus sit, ut hoc solum eis baptisma subsequens præstiterit, ut invocationem quoque nominis Jesu Christi acciperent, ne quid eis deesse videretur ad integritatem ministerii & fidei.

B

VI. Quod etiam e contrario latere tractatus hujus sunt consecuti ipsi illi discipuli Domini nostri, super quos jampridem baptizatos postremo die Pentecostes supervenit Spiritus sanctus, voluntate Dei quidem, non sua sponte cælo lapsus, sed ad hoc ipsum [3] munus effusum sedet super unumquemque eorum, cum (δ) justi jampridem, ut diximus, baptismate Domini fuissent baptizati, sicut & ipsi Apostoli, qui tamen omnes Dominum nocte qua apprehensus est deseruisse inveniuntur: & ille ipse qui gloriatus est perseveraturum se in sua fide Petrus & adversus ipsius Domini prædictum obstinatissime repugnavit, postremo tamen (ε) tum ipsum C negavit; ut hac ratione ostenderetur nobis quæ medio tempore quoquo modo contraxerant delicta, eadem hæc in eis fide postmodum sincera per baptisma Spiritus sancti non dubie esse dimissa. Nec ulla, ut puto, alia ex caussa Apostoli his quos in Spiritu sancto adloquebantur, præceperant ut in nomine Christi Jesu baptizarentur, nisi quia virtus nominis Jesu super quemcumque hominum baptismate invocata, ad salutem adsequendam non modicam prærogativam ei qui baptizaretur præstastare posset, sicuti Petrus in Actis Apostolorum enarrat dicens: [c] *Nec enim aliud est nomen sub cælo quod datum est hominibus, in quo oportet salvos fieri nos*. Sicut etiam Apostolus Paullus ape- D rit [d] ostendens quia Deus exaltavit Jesum Dominum nostrum, & donavit illi nomen ad hoc ut sit super omne nomen; ut in nomine Jesu omnes genua curvent cælestium & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus est Jesus in gloria Patris. Et ille in quo cum baptizaretur, invocatum esset in nomine Jesu, licet in aliquo errore consequeretur, tamen quandoque non prohiberetur rectum sapere, & errorem suum corrigere, & ad ecclesiam & ad episcopum venire, & sinceriter confiteri Jesum nostrum coram hominibus; ut tunc cum ab episcopo ei manus imponeretur, etiam Spiritum sanctum acciperet, nec invocationem illam pristinam nominis Jesu amitteret, quam nemini nostrum licet damnare, quum E hæc nuda & singularis si in errore sit constituta, non posset ad salutem præstandam sufficere; ne hac ratione etiam ethnicos & hæreticos abutentes nomen Jesu, credamus ad salutem sine vera re atque

a Act. x. 44-48. *b* Act. xv. 9. *c* Act. iv. 12. *d* Philipp. II. 9-11.

1. *Quoniam, ut animadvertis*] Assentior erudito viro, qui monuit legendum esse *quamquam*.
2. *Modo dimidiatum*] Idem vir eruditus censet legendum esse *non modo dimidiatum, ut contendis, sed consummatur mysterium fidei*.
3. *Munus effusum*] Facile assentior eidem viro doctissimo, qui putat reponi debere *effusus*.

(α) *Ne*] Hæc est lectio Rigalt. & Oxon. Baluzius tamen *nec* legit.
(β) *Quoniam modo*] Malim *quonam modo*.
(γ) *Et sic paullo ante emundatis*] Ita Baluzius. Rigaltius, *& inundatis*, intermediis omissis: quod magis placet. Oxon. *& emundatis*.
(δ) *Justi*] Legit Rigaltius *isti*.
(ε) *Tum ipsum*] Idem Rigaltius *ter ipsum* emendat. At editio Baluziana exhibet *eum etiam*. Utrum vero hæc sit ms. codicis lectio, silet omnino.

integra posse pervenire. Quam tamen invocationem nominis Jesu correctione erroris & agnitione fidei veritatis, & abscisa omni labe præteritæ conversationis, mysterio Dei circa ejusmodi homines rite perpetratam, locum quem habitura non erat, obtinere, & postremo in fide recta & ad integritatem signi præstandam non obesse, supplemento ejus quod deerat accedente, perquam utile est credere, & tot annorum totque ecclesiarum itemque Apostolorum & episcoporum auctoritati cum bona ratione adquiescere: cum sit maximum incommodum ac dispendium sanctissimæ matris ecclesiæ, adversus prisca consulta post tot sæculorum tantam seriem nunc primum repente ac sine ratione insurgere. Nec enim propter aliud Petrus qui jam fu- B erat baptizatus, & quid sentiret de Domino ab ipso Domino erat interrogatus, & veritate revelationis Patris cælestis in eum collocata, quod Dominus noster non solum Christus, verum etiam filius Dei vivi esset confessus [a], postmodum eidem Christo prædicanti de sua passione refragatus esse monstratus est, & propterea satanas dici ostensus est [b]; nisi quia futurum erat ut quidam, tametsi variantes in sententia propria & claudicantes aliquando in fide atque doctrina, cum in nomine Jesu baptizarentur, tamen si intervallo quodam temporis recorrigere id potuissent, non propterea a salute exciderent, sed quandoque resipuissent, integram spem salutis pœnitendo obtinerent; præ- C fertim cum Spiritum sanctum quo baptizari unusquisque hominum debet, acciperent, aliquid tale designassent; sicuti non solum Petrum hoc passum esse in evangelio deprehendimus, verum universos quoque discipulos, quibus jam baptizatis postea Dominus ait, [c] *quia vos omnes scandalizabimini in me*; qui omnes, ut animadvertimus, correcta fide sua post resurrectionem Domini in Spiritu sancto sunt baptizati: ut non immerito hodie quoque credamus homines correctos a pristino errore, in Spiritu sancto posse baptizari, qui cum aqua baptizarentur in nomine Domini (α) aliquod scabram habuissent fidem; quoniam multum interest utrum in totum quis non sit baptizatus in nomine Do- D mini nostri Jesu Christi, an vero in aliquo claudicet cum baptizatur baptismate aquæ, quod minus est, dummodo postea constet in veritate sincera fides in baptismate spiritus, quod non dubie majus est.

VII. Nec æstimes huic tractatui contrarium esse quod dixit Dominus: [d] *Ite, docete gentes, tinguite eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Quia cum hoc verum & rectum & omnibus modis in ecclesia observandum sit, & observari quoque solitum sit; tamen considerare oportet quod invocatio nominis Jesu non debet a nobis futilis videri propter venerationem & virtutem ipsius nominis: in quo nomine virtutes omnes solent fieri, & nonnumquam aliquæ etiam ab hominibus extraneis. Ceterum quo pertinent illa verba Christi, qui negaturum se esse dixit, nec nosse eos qui sibi in die judicii dicturi essent, [e] *Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine suo virtutes magnas fecimus*, respondendo eis etiam cum jurejurando *quia numquam cognovi vos, discedite a me qui operamini iniquitatem*; nisi ostenA deretur nobis nonnumquam etiam ab his qui operarentur iniquitatem, posse per nimiam virtutem nominis Jesu etiam hæc fieri? Idcircoque debet invocatio hæc nominis Jesu quasi initium quoddam mysterii dominici commune nobis & ceteris omnibus accipi, quod possit postmodum residuis rebus impleri; alias non profutura talis invocatio cum sola permanserit, quia post mortem ejusmodi hominis non potest ei quidquam omnino adiici vel suppleri aut in aliquo prodesse in die judicii, cum illi a Domino nostro quæ supra memoravimus cœperint exprobrari; qui tamen universi hodie ut sibi his modis subveniant quibus supra ostendimus, non possunt ab ullo hominum tam dure tamque crudeliter prohiberi.

VIII. Sed ad hæc, ut soles, contradices, opponendo nobis tunc cum baptizarentur integre ac recte discipulos ac non ut hos hæreticos esse baptizatos: quod ex persona ipsorum & ejus qui baptizavit illos, sumas necesse est. Et ideo nos ad propositionem hanc tuam non ut accusatores discipulorum Domini respondemus, sed sicuti compellimur; quia necesse est ubi & quando & quemadmodum unicuique nostrum salus sit præstita, rationibus investigemus. Namque natum esse Dominum nostrum & Christum esse eum multis rationibus a discipulis ejus non immerito credi videbatur, quod ex tribu Juda, quod ex genere David, quodque in civitate Bethleem fuisset natus; & quod pastoribus ab Angelis, quoniam salvator illis natus esset, eodem momento fuisset annuntiatus; quod in oriente visa ejus stella solicitissime fuisset a magis requisitus & adoratus, & illustribus donis & insignibus muneribus honoratus; quod puer admodum in templo sedens cum legis doctoribus, prudenter & cum admiratione omnium disputasset; quod cum baptizaretur, ita ut nulli alii contigerat, cælis apertis descensione Spiritus sancti & super eum mansione, testimonio etiam Patris sui itemque Joannis Baptistæ fuisset clarificatus; quod supra humanam mediocritatem corda & cogitationes universorum intelligeret, quod languores & vitia & valetudines cum potestate maxima curaret atque sanaret, quod remissiones peccatorum cum evidenti probatione præstaret, quod dæmonia jussu expelleret, quod leprosos verbo mundaret, quod aquam in vinum convertendo convivium nuptiale admirabili lætitia amplificaret, quod cæcis visionem restitueret aut indulgeret, quod doctrinam Patris cum omni fiducia assereret, quod in loco deserto de quinque panibus quinque millia hominum saturaret, quod reliquiæ atque buccellæ plusquam duodecim cophinos implerent, quod mortuos pro sua pietate passim suscitaret, quod ventis & mari ut quiescerent imperaret, quod super mare pedibus ambularet, quod virtutes omnes omnino perficeret.

E IX. Quibus rebus & hujusmodi compluribus factis ad claritatem ejus pertinentibus consequens esse videbatur ut quemadmodum Judæi de Christo sentiunt, quod tamen de Jesu Christo Domino nostro non credunt, ut etiam ipsi existimarent, ut talis & tantus nulla obita morte in æternum perseveret, & regnum Israel & totius orbis in perpetuum quod non [1] corriperetur possideret. Unde etiam Judæi ausi fuerunt eum rapere & in regnum

a Matth. XVI. 16. b Ibid. ℣. 3. c Marc. XIV. 27. d Matth. XXVIII. 19. e Matth. VII. 22. 23.

1. *Corriperetur*] Puto legendum esse *corrumperetur*.

(α) *Aliquod scabram*] Fortean scripserit Auctor, *aliquo scabram*: hoc est, aliquatenus. Ut apud Tertullianum, *aliquo Numidas*. Quod si quis malit, *aliquod scabram*, ferri certe poterit: quemadmodum apud Virgilium, *os humerosque Deo similis*. RIGALT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 254.



ungere: quod quidem necesse habuit ille (α) superfugere: ac propterea discipuli ejus arbitrabantur quod nulla alia ratione vitam æternam his præstaturus esset, nisi primum ipse vitam hanc temporalem cum illa æterna in se ipso continuasset. Denique cum conversarentur in Galilæa, dixit eis Jesus: [a] *Incipit filius hominis tradi in manus hominum, & interficient eum, & post triduum resurget.* Et contristati sunt nimis, quia, sicuti diximus, longe diversum prius animis ac mente conceperant. Denique hic fuit etiam Judæorum sermo contradictionis adversus eum, cum se ipse quidem doceret eos & futura annuntiaret; illi autem dicerent: [b] *Nos audivimus a lege quia Christus manet in æternum; & quomodo tu dicis quia exaltari oportet filium hominis?* Itaque fuit discipulorum eadem hæc præsumtio de Christo, prorumpente in istum sermonem incredulitatis suæ Petro ipso duce ac principe Apostolorum. Cum enim a Domino simul cum ceteris fuisset interrogatus [c] quidnam sentiret de ipso, id est quem esse eum existimaret; & primo veritatem confessus fuisset, dicens esse eum Christum filium Dei vivi; & propterea beatus ab illo judicatus esset quod hoc non carnaliter, sed per Patris cælestis revelationem adsecutus esset: idem tamen, ubi cœpit Jesus ostendere discipulis suis quia oporteret eum Hierosolymam ire, & multa pati a senioribus & sacerdotibus & scribis, & interfici & post diem tertium resurgere; nihilominus ille verus Christi confessor post pauculos dies assumto eo cœpit ilium corripere dicens, [d] *Propitius sis tibi, non erit istud*; ita ut propterea audire a Domino commeruerit, *Vade post me satanas, scandalum mihi es*; ob hoc quod non saperet ea quæ sunt Dei, sed ea quæ sunt hominum. Quæ increpatio adversus Petrum magis magisque eluxit adprehenso Domino, cum a muliercula conterritus diceret, [e] *Nescio quid dicas, neque novi te.* Et iterum cum hoc idem diceret adhibito jurejurando, & tertio (β) devotans & jurans adfirmaret, quoniam non nosset hominem, & non semel sed sæpius eum negasset: quod consilium ei quoniam usque ad passionem Domini perseveraturum erat, multo prius a Domino palam factum est, ut nos quoque id non ignoremus. Denique post resurrectionem Domini [f] unus e discipulis ejus Cleopas, cum esset mœstus secundum errorem omnium condiscipulorum suorum, ipsi Domino tamquam alicui ignoto referens quod contigerat, sic locutus est dicens de Jesu Nazareno, qui fuit propheta potens in factis & dictis in conspectu Dei & universi populi, quomodo hunc tradiderunt sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis & cruci eum fixerunt: nos autem sperabamus quod ipse erat redemturus Israel. Juxta quæ, omnes quoque discipuli adseverationem quoque mulierum quæ post resurrectionem viderant Dominum, judicaverunt deliramenta; & quidam ipsorum viso eo non cre-

A diderunt, sed dubitaverunt; quique tunc non interfuerunt omnino non crediderunt, nisi postmodum ab ipso Domino omnibus modis fuissent objurgati atque increpati: quoniam mors eos ita offenderat ut putarent eum non resurrexisse, quem crediderant mori non debuisse; quia contra opinionem ipsorum semel mortuus fuisset. Itaque quod ad ipsos discipulos pertinet, neque integram neque perfectam fidem habuisse his modis quibus retulimus inveniuntur; & quod multo gravius est, sicut in evangelio cata Joannem, scriptum est [g], etiam alios baptizabant.

X. Præterea quid dicturus es de his qui plerumque ab episcopis pessimæ conversationis baptizantur: qui tamen tandem, cum Deus voluerit, in sceleribus suis convicti, (γ) etiam ipso aut prorsus etiam communicatione privantur? Aut quid statues de eis qui ab episcopis prave sentientibus aut imperitioribus fuerint baptizati? quando non ad liquidum & integre vel etiam aliter quam oportet in traditione sacramenti fuerint locuti; certe aut interrogaverint quid, aut interrogantes a respondentibus audierint quod minime ita interrogari aut responderi debet: quod tamen non valde illam nostram rectam fidem lædat, sed non tam ornate ut tu & composite, isti quoque simpliciores homines mysterium fidei tradant. Dicturus es enim utique pro tua singulari diligentia, hos quoque denuo baptizandos esse, cum maxime eis res desit aut obstet quo minus inviolabile illud divinum mysterium fidei intemeratum possint accipere. Sed enim [1] virorum optime, reddamus & permittamus virtutibus cælestibus vires suas, & dignationi divinæ majestatis concedamus operationes proprias, (δ) & intelligentes quantum in ea sit emolumentum, libenter ei adquiescamus. Et ideo cum salus nostra in baptismate spiritus, quod plerumque cum baptismate aquæ conjunctum est, sit constituta, siquidem per nos baptisma tradetur, integre & solemniter & per omnia quæ scripta sunt adsignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur; aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum exspectemus ut aut suppleatur a nobis aut a Domino supplendum reservetur; si vero ab alienis traditum fuerit, ut potest hoc negotium & ut admittit, corrigatur: quia Spiritus sanctus extra ecclesiam non sit, fides quoque non solum apud hæreticos, verum etiam apud eos qui in schismate constituti sunt sana esse non possit. Idcircoque pœnitentiam agentibus correctisque per doctrinam veritatis & per fidem ipsorum, quæ postea emendata est purificato corde eorum, tantummodo baptismate spiritali, id est manus impositione episcopi & Spiritus sancti subministratione, subveniri debeat; signum quoque fidei integrum hoc modo & hac ratione tradi in ecclesia merito consuevit; ne invocatio nominis Jesu quæ aboleri non potest, con-

a Marc. IX. 30. *b* Joan. XII. 34. *c* Matth. XVI. 16. & seq. *d* Ibid. ℣℣. 22. 23. *e* Matth. XXVI. 70. & seq. *f* Luc. XXIV. *g* Joan. III. 22.

1. *Virorum optime*] Antea legebatur *vivorum*: emendatio facilis & obvia. Sic in epistola Paullini episcopi Aquilejensis ad Carolum M. in libro primo miscellaneorum nostrorum pag. 365. *His & similibus virorum optime.* Inter epistolas ineditas Trasmundi monachi Clarevallensis reperitur una quæ sic incipit: *Recipere a te, virorum optime, non catenulas ferreas, sed murenulas aureas solebamus.* Matthæus Bossus lib. 1. epist. 77. ad Polycletum: *Polyclete virorum optime.* Joannes Vatellus in epistola ad Guillelmum Riviere, quæ edita est cum epistolis Guillelmi de Mara: *Non possum nobis non plurimum gratulari virorum optime.* Apud Marium Mercatorem pag. 55. 157. in editione nostra *vir optime.* Interpres epistolæ Palladii ad Lausum præfixæ libris de Vitis patrum; *Est autem hujus desiderii spiritualis exactor virorum optimus Lausus.*

(α) *Superfugere*] Hoc certe magis Deo convenit, quam subterfugere. RIGALT.

(β) *Devotans*] Tertullianus dixit *devotamenta*. ID.

(γ) *Etiam ipso*] Legit Fellus, *etiam ipso munere.* Rigaltius vero: *Etiam ipso*, scilicet Domino, privantur. Quia, inquit, vel facto suo pessimo Dominum negant, & ad Ethnicos transeunt; aut prorsus etiam ejiciuntur ab ecclesia.

(δ) *Et intell.*] Rigaltius, *ut intell.*

temtui a nobis videatur habita: quod utique non A oportet; quamquam talis invocatio, si nihil eorum quæ memoravimus secutum fuerit, ab operatione salutis cesset ac vacet. Dicente enim Apostolo [a] *unum* esse *baptisma*, necesse est invocatione nominis Jesu perseverante; quia non potest a quoquam hominum quæ semel invocata est auferri, si eam contra decretum Apostolorum geminare ausi fuerimus nimietate præstandi immo superaddendi baptismatis studio: si ille qui ad ecclesiam revertitur nolit denuo baptizari, futurum est ut defraudemus baptismate spiritali eum quem putamus defraudandum non esse baptismate aquæ.

XI. Quid autem statues in personam ejus verbum audientis qui forte adprehensus in nomine B Christi statim confessus, ac priusquam baptizari aqua permitteretur ei, fuerit punitus; utrum perisse eum pronuntiabis quia non est aqua baptizatus, an vero aliquid extrinsecus patrocinari ad salutem existimabis, licet non sit aqua baptizatus? Quod perisse eum existimabis, obviam tibi veniet sententia Domini dicentis: [b] *Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum & ego coram Patre meo qui in cælis est*: quia nihil interest utrum hic verbum audiens an fidelis sit qui confitetur Domino, dummodo ipsum Christum quem confiteri oportet, confiteatur; quia Dominus pari vice confitendo & ipse confessorem suum apud C Patrem, honore eum martyrii sui, ut pollicitus est, exornet. Quod utique non debet latius accipi, quasi possit usquequaque porrigi, quia potest Christi nomen etiam hæreticus aliquis qui tamen ipsum Christum negat, confiteri; quia in alium Christum credit, cum Christus confiteatur quod ei prodesse minime possit: siquidem Dominus non se ipsum in confessionem a nobis coram hominibus deduci oportere dixit, quod sine ipso & sine venerando nomine ejus non potest fieri. Et ideo integrum ac sincerum & incontaminatum & inviolatum utrumque debet consistere confitenti, nullo delectu habito ipsius confessoris, sive ille justus, sive peccator, perfectusque christianus, an vero etiam D nunc imperfectus, qui summo discrimine suo Dominum confiteri non timuit. Nec est hoc contrarium superiori tractatui: quia illic quidem tempus superat ad corrigenda quæ [1] multa vel prava sunt, & quoniam quædam concessa sunt ipsi tantummodo nomini Domini nostri, martyrium autem non nisi in ipso & per ipsum Dominum possit consummari; & idcirco neque Christum sine ipsius nomine quis possit confiteri, neque nomen Christi sine ipso Christo ad confessionem cuiquam possit patrocinari.


XII. Quapropter totus discernendus est tractatus hic, ut possit manifestior fieri. Namque invocatio nominis Jesu ideo tantum patrocinari potest, si rite E suppleta postea fuerit, quia & Prophetæ & Apostoli ita prædicaverunt. Ait enim Jacobus in Actis Apostolorum: [c] *Viri fratres, audite: Simon exposuit quemadmodum primum Deus visitaverit accipere ex gentibus populum nomini suo; & huic consonant sermones prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc revertar, & reædificabo tabernaculum illud David quod cecidit; & quæ demolita sunt ejus reædificabo, & denuo erigam illud; uti exquirant residui hominum Deum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen meum super eas, dicit Dominus faciens hæc*. Itaque & residui hominum, id est quidam Judæorum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen Domini, possunt & necesse habent requirere Dominum, quia ipsa invocatio nominis præbet eis occasionem vel etiam imponit necessitatem requirendi Dominum; cum quibus præcipiunt scripturas sanctas, sive universas, sive quasdam, tamen audentius de veritate tractare quam cum gentibus, super quos non est invocatum nomen Domini Jesu filii Dei vivi, sicuti nec super Judæos, qui veteres tantum scripturas recipiunt. Et ideo utriusque hujus generis homines, id est Judæi & gentiles, plene ut oportet credentes pari modo baptizantur. Hæretici vero jam baptizati aqua in nomine Jesu Christi, tantum in Spiritu sancto baptizandi sunt: & in Jesu, quod nomen solum datum est sub cælo in quo oporteat salvos fieri nos, merito mors contemnitur; quoniam si sic perseverent, salvi esse non possunt, quia non requisiverunt Dominum post invocationem nominis ejus super eos, sicut & illi [2] qui in eos Christus qui forte credere noluerunt, de quibus Dominus ait: [d] *Cavete ne quis vos in errorem inducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus: & multos in errorem inducent*. Et iterum ait: [e] *Tunc si qui dixerit vobis: Ecce hic Christus, aut hic; nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & portenta, ita ut errent, si fieri potest, etiam electi*. Quas virtutes non dubie tunc illi sub nomine Christi facient. In quo nomine videntur quidam etiam modo quasdam virtutes facere, & falso prophetare. Sed certum est eos, quod ipsi non sint Christi, propterea ad Christum non pertinere; quemadmodum etiam si quis desciscat a Christo, inhærens solo nomini ejus, qui non multum adjuvatur, immo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus aut justissimus, aut clero aliquo honoratus, aut confessionis dignitate præditus. Hi enim omnes negando verum Christum, introducendo aut sequendo alium, cum sit nullus omnino alius, nihil spei aut salutis sibi relinquunt: non aliter quam illi qui coram hominibus negaverunt Christum, quos negari necesse est a Christo, non habita ulla ratione ipsorum ex præcedenti conversatione eorum aut sensu aut dignitate; proinde atque ipsi ausi sunt Christum, id est salutem suam abrogare, damnati per hujusmodi clausulam, quia manifestissime a Domino dictum est: [f] *Quicumque me negaverit coram hominibus, negabo eum & ego coram Patre meo qui in cælis est*: ut verbum hoc, *Quicumque*, etiam in clausula confessionis plenissime nobis ostendat, quod nulla conditio ipsius confitentis obesse possit; licet negator ille antea vel hæreticus fuerit vel audiens aut audire incipiens, qui nondum baptizatus sit, vel de hæresi ad veritatem fidei conversus, vel ab ecclesia digressus & postea reversus sit; & tunc cum rediret, prius quam ei manus ab episcopo imponeretur, adprehensus confiteri Christum coram hominibus necesse habuerit, sicut iterum neganti Christum nulla propria vetus dignitas potest ad salutem patrocinari.

a Ephes. IV. 5. b Matth. x. 32. c Act. xv. 13-17. d Matth. xxiv. 4. 5. 11. e Ibid. vv. 23. 24. f Matth. x. 33.

1. *Multa vel prava*] Reponendum est *mutila*.

2. *Qui in eos Christus*] Angli legendum esse monuerunt *qui [illegible] forte credere noluerunt*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 254.



XIII. (α) Quodcumque enim in homine ultimum in hac specie deprehensum fuerit, in illo quis nostrum judicari necesse habebit, abolitis & oblitteratis omnibus quæ prius gessit. Et ideo cum in martyrio tanta sit mutatio rerum in momento temporis, ut in re perquam veloci possint mutari universa; nemo sibi blandiatur qui occasionem amiserit gloriosæ salutis, si forte se ab ea excluserit propria sua culpa: sicuti & illa uxor Loth, quæ similiter in angustiis rerum contra præceptum Angelorum tantummodo post se respexit, & tumulus salis facta est. Qua ratione etiam ille hæreticus qui confitendo Christi nomen trucidatur, nihil postea potest corrigere, si quid de Deo aut de Christo male senserit, cum in alium Deum vel in alium Christum credendo semet ipsum fefellit, confessor non Christi, sed solitario Christi nomine; quando & Apostolus consequenter dicat: [a] *Et si corpus meum tradidero, ita ut exurar igni, dilectionem autem non habeam, nihil proficio.* Quia hoc facto nihil proficit qui non habet dilectionem ejus Dei & Christi, qui per legem & prophetas & in evangelio in hoc modo prædicatur: [b] *Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo & in tota anima tua & in tota cogitatione tua, & diliges proximum tibi tamquam te. In his enim duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ.* Sicut & Joannes evangelista dicit: [c] *Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum; quia Deus dilectio est.* Sicuti & Deus ait: [d] *Ita enim dilexit Deus mundum ut filium suum unicum daret, ut omnis qui in eum crederet non periret, sed haberet vitam æternam.* Ut manifeste appareret eum qui hanc diligendi nos & diligendi a nobis dilectionem in se non habeat, inani confessione & passione nihil proficere [1] quam ut ipsa apparet & constat hæreticum esse qui in alium Deum credat sive Christum alium accipiat, quam quem scripturæ novi & veteris testamenti manifeste prædicant, quæ Patrem omnipotentem creatorem omnium & Filium ejus sine obscuritate annuntiant. Eveniet enim eis ut alii ab alio Deo salutem exspectanti: tunc demum contra opinionem suam a Christo Dei Patris omnipotentis creatoris filio quem blasphemaverunt, in pœnam æternam damnentur, cum judicare Deus cœperit absconsa hominum secundum evangelium per Christum Jesum; eo quod in ipsum non crediderint, licet ipsius nomine abluti sint.

XIV. Et usque adeo omne illud hæreticorum baptisma intercedente aliquo intervallo temporis corrigi potest, si quis supervixerit & fidem correxerit, ut [2] Deus noster in evangelio secundum Lucam ad discipulos suos locutus est dicens: [e] *Habeo autem aliud baptisma baptizari.* Item secundum Marcum ad filios Zebedæi eadem ratione dixerat: [f] *Potestis bibere calicem quem ego bibo; aut baptismate quo ego baptizor, baptizari?* quod sciret homines non solum aqua, verum etiam sanguine suo proprio habere baptizari: ita ut & solo hoc baptismate baptizati fidem integram & dignationem sinceram lavacri possint adipisci & utroque modo baptizari, æque tamen unum baptisma salutis & honoris pariter & æqualiter consequi. Quod enim dictum est a Domino, *Habeo aliud baptisma baptizari*, hoc in loco non ut secundum baptisma, ac si sint duo baptismata, significat, sed alterius quoque speciei baptisma ad eamdem salutem concurrens donatum nobis esse demonstrat. Quas utrasque species ab ipso Domino nostro primum initiari & sanctificari oportebat, ut nobis quoque alterutra sive utraque species unum hoc duplex salutiferum atque honorificum baptisma præstaret; & viæ quædam unius baptismatis sic nobis patefierent, ut aliquando impune aliqua illarum deesset, sicut in verbum audientibus martyribus impune aquæ baptisma deest, quos tamen certi sumus, (β) si quid laxamenti habeant, etiam aqua solitos baptizari: itemque illis qui legitimi sunt fideles effecti, impune deest baptisma sanguinis proprii; quia baptizati in nomine Christi, redemti sunt pretiosissimo sanguine Domini, cum utraque hæc ex uno atque eodem fonte procedant flumina baptismatis dominici, ut omnis qui sitit veniat & bibat, sicut scriptura dicit: [g] *Flumina de ventre ejus currebant aquæ vivæ.* Quæ flumina primum apparuerunt in Domini passione, cujus de latere perforato lancea militari sanguis & aqua manavit, ut emitteret duo flumina diversæ speciei, sed tamen ejusdem ac singulare latus, ita ut impleatur Spiritu sancto quicumque credens biberit ex utroque flumine. Hæc enim de fluminibus his loquens ostendebat Dominus significans Spiritum sanctum quem accepturi essent qui credituri erant in illum. [3] *Nondum* [h] *autem erat spiritus, quia Jesus nondum erat clarificatus.* Igitur dicens quemadmodum generari potest baptisma quod Apostolus unum esse prædicat, utique manifestum est illa ratione, quia diversæ sunt species unius atque ejusdem baptismatis ex uno vulnere profluentis in aquam & sanguinem; cum illic duo sint de quibus locuti sumus baptismata aquæ, id est unius atque ejusdem speciei, cum unum esse debeat baptisma uniuscujusque speciei, sicut plenius sumus locuti.

XV. Et quoniam videmur omne baptisma spiritale trifariam divisisse, veniamus etiam ad probationem narrationis propositæ, ne videamur proprio sensu & temere hoc fecisse. Ait enim Joannes de Domino nostro in epistola sua nos docens: [i] *Hic est qui venit per aquam & sanguinem, Jesus Christus, non in aqua tantum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testimonium perhibet, quia* (γ) *Spiritus est veritas; quia tres testimonium perhibent, spiritus & aqua & sanguis.*

[a] 1. Cor. XIII. 3. [b] Deut. VI. 5. Matth. XXII. 37-40. [c] 1. Joan. IV. 7. 8. [d] Joan. III. 16. [e] Luc. XII. 50. [f] Marc. X. 38. [g] Joan. VII. 38. [h] Ibid. ℣. 39. [i] I. Joan. V. 6. 8.

1. *Quam ut ipsa*] Rigaltius censuit ita emendandum esse hunc locum ut legatur *nihil proficere quam ut ipsum appareat & constet hæreticum esse*. Ego conjicerem legendum esse, *quoniam re ipsa apparet & constat*.

2. *Deus noster*] Antea legebatur *Deum nostrum*. Sensus autem postulat ut legatur eo modo quo nos emendavimus.

3. *Non. a. erat spiritus*] In evangelio Joannis in editione vulgata legitur *spiritus datus*. Sed hanc ultimam vocem non exstare in Græco & subintelligendam esse jam monuerunt viri docti. Quamquam sunt aliqui qui putant illam esse non necessariam.

(α) *Quodcumque*] Forte legendum, *Quocumque*.

(β) *Si quid laxamenti habeant*] Si necessitas discriminis imminentis aliquid laxaverit, aliquid temporis indulserit: quod Cyprianus amat dicere, *commeatum & moram in sæculo tantisper adhuc manendi*. RIGALT.

(γ) *Spiritus est veritas*] Sic textus Græcus: τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. Eamdemque lectionem exhibet S. Ambrosius lib. III. *de Spirit. sanct.* cap. X. cum. 67. At cum Vulgata quæ legit, *Christus est veritas*, consentiunt alii ferme omnes Latini Patres. Locum integrum anonymi hu-

Et isti tres unum sunt. Ut ex illis colligamus, **A** & aquam præstare ([1] spiritum) solitum, & sanguinem proprium hominibus præstare spiritum solitum, & ipsum quoque spiritum præstare spiritum solitum. Nam cum effundatur aqua sicuti & sanguis, spiritus etiam effusus sit a Domino super omnes qui crediderunt, utique & aqua & nihilominus proprio sanguine, tunc deinde & Spiritu sancto possunt homines baptizari. Ait enim Petrus: [a] *Sed hoc est quod dictum est per prophetam: Erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii eorum & filiæ eorum, & juvenes visiones videbunt, & seniores somnia somniabunt. Et quidem super servos & super ancillas* **B** *effundam de spiritu meo*. Quem Spiritum in veteri testamento, non quidem passim nec effuse, sed communicatum cum aliis, aut etiam sponte insiluisse in quosdam homines, vel induisse illos vel fuisse super eos deprehendimus, sicuti Moysi de septuaginta presbyteris a Domino dictum esse animadvertimus: [b] *Et auferam spiritum qui super te est, & imponam super eos*. Propter quod etiam secundum pollicitationem suam Deus ab alio ex spiritu qui super Moysen fuerat, imposuit super illos, & prophetaverunt in castris: quod Moyses, ut homo spiritalis, ita contigisse gaudebat, licet ab Jesu filio Nave ut huic rei intercederet invito suadebatur, & idcirco non fuisse permotus. Porro **C** autem in libro Judicum, item in Regnorum libris animadvertimus super plerosque aut fuisse spiritum Domini aut insiluisse in eos, tamquam super Gothoniel, Gedeon, Jephthe, Samson, Saul, David & ceteros alios. Quod usque adeo ita se habet, ut Spiritus sancti sponte accedendi ab eis libertatem ac facultatem manifestissime nos Dominus docuerit dicens: [c] *Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, & nescis unde veniat aut quo vadat*. Ita ut idem spiritus etiam super indignos quoque sui nonnumquam inveniatur esse; non utique otiose nec sine ratione, sed necessariæ alicujus operationis gratia, sicuti super Saul fuit, super quem factus est Spiritus Dei, & prophetavit. Quamquam posterio- **D** re tempore postquam recessit ab eo Spiritus Domini, & postquam angebat eum spiritus malignus a Domino, quoniam tunc ad hoc postremus venerat post nuntios quos ante assidue præmiserat ut interficeret David: qui idcirco inciderunt in chorum prophetarum & prophetaverunt, ne id quod jussi fuerant perficere possent aut vellent. Quod admirabili ratione per voluntatem Dei spiritum qui super illos omnes fuit, credimus operatum esse. Qui spiritus implevit etiam Joannem Baptistam adhuc ab utero matris suæ, & incubuit super eos qui cum Cornelio centurione erant prius quam baptizarentur aqua. Ita dum cohæret baptismati hominum Spiritus sanctus aut antecedit aut sequitur, vel ces- **E** sante baptismate aquæ incumbit super eos qui credunt, dat nobis consilium quod aut ex integro rite baptisma servare, aut forte dato a quocumque in nomine Jesu Christi baptismate supplere id debeamus, custodita nominis Jesu Christi, sicuti plenissime exposuimus, sanctissima invocatione, custodita præterea tanti temporis, tot virorum, veneranda nobis consuetudine & auctoritate.

XVI. Quoniam autem prima pars disputationis hujus videtur explicata, etiam sequentem ejus propter hæreticos debemus attingere: quia perquam necessarium est eum tractatum qui semel in manus incidit non præterire; ne forte eos qui sunt simpliciores ex fratribus, aliquis hæreticorum versutia sua audeat attentare. Nam quia Joannes dixit [d] nos baptizandos esse in Spiritu sancto & igni, eo quod addiderit dicens *& igni*; idcirco quidam desperati homines ausi sunt usquequaque pravitatem suam porrigere, & propterea homines versutissimi quærunt quomodo sanctitatis baptisma ita corrumpant ac violent ut etiam evacuent; qui originem jam exinde trahunt a Simone mago multiformi perversitate per varios errores eam exercentes. Cui Simoni Petrus in Actis Apostolorum dixit: [e] *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia gratiam Dei existimasti per pecunias posse possideri. Non est tibi portio neque sors in sermone hoc. Cor enim tuum non est rectum coram Deo*. Et agunt isti hæc omnia, dum fallere cupiunt eos qui sunt simpliciores aut curiosiores: & tentant nonnulli illorum tractare se solos integrum atque perfectum, non sicuti nos mutilatum & decurtatum baptisma tradere, quod taliter dicuntur adsignare ut quam mox in aquam descenderunt, statim super aquam ignis appareat. Quod si aliquo lusu perpetrari potest, sicut adfirmantur plerique hujusmodi lusus Anaxilai esse, sive naturale quid est, quo pacto possit hoc contingere, sive illi putant hoc se conspicere, sive maligni opus & magicum virus ignem potest in aqua exprimere: illi tamen talem fallaciam & stropham prædicant perfectum baptisma esse; quod fideles homines si coacti fuerunt accipere, utique non dubitabitur eos id quod habuerant amisisse; perinde ac si quis sacramento miles dicto desertis suis castris, in hostium diversissimis castris longe aliud sacramentum velit dicere, hac ratione constat eum vetere sacramento exauctoratum esse.

XVII. Item si hujusmodi homo rursus ad te redeat, utique hæsitabis utrum habeat baptisma nec ne; & tamen oportebit te huic quoque pœnitentiam agenti quibuscumque modis potueris subvenire. Est autem adulterini hujus, immo internecini baptismatis, si quis alius auctor, tum etiam quidam ab eisdem ipsis hæreticis propter hunc eumdem errorem confictus liber qui inscribitur (α) PAULLI

a Act. II. 17. 18. *b* Num. XI. 17. *c* Joan. III. 8. *d* Matth. III. 11. Luc. III. 16. *e* Act. VIII. 20. 21.

1. *Spiritum solitum*] Assentior viro erudito quem supra laudavi, & admonitione ejus usus sum ut emendarem & supplerem hunc locum. Certa autem est emendatio.

jus auctoris, qui comma *octavum* Joanneum conjunctum cum *sexto* in suo exemplari legisse videtur, excutit R. P. de Rubeis V. C. in *Dissert. de tribus in cælo Testib.* pag. 76. Quod quidem argumentum præ ceteris diligentissime pertractasse comperitur eruditissimus Soucietus contra Simonium, *Remarq. sur la Critiq. de la Biblioth. des Aut. eccl.* tom. II. pag. 575. — 628.

(α) PAULLI PRÆDICATIO] Ita vetus codex Remensis, teste Rigaltio, qui tamen *Petri* nomen reposuit: eamque lectionem Rigaltianam retinuit in textu Baluzius, licet aliter sentiat in notis. Codicis scripturam prætiterunt quoque Oxonienses. Et recte quidem: nam auctor anonymus non erravit, ut putarunt Rigaltius & Baluzius, *Paulli prædicationem* collaudans. Siquidem ex Clemente Alexandrino *Strom.* lib. VI. pag. 639. & ex Lactantio *Divin. Instit.* lib. IV. cap. XXI. discimus, *Petri & Paulli prædicationem* unum idemque scriptum fuisse, quod modo sub alterutrius, modo sub utriusque nomine circumfertur. Digna sunt quæ proferantur, verba Lactantii: *Magister Deus*, inquit, *discedens — futura aperuit illis omnia, quæ Petrus & Paullus Romæ prædicaverunt: & ea* PRÆDICATIO *in memoriam scripta permansit*. Quæ sane maxime consona iis perhibentur, quæ heic statim subdit noster anonymus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 254.

PRÆDICATIO. In quo libro contra omnes scripturas & de peccato proprio confitentem invenies Christum, qui solus omnino nihil deliquit, & ad accipiendum Joannis baptisma pæne invitum a matre sua Maria esse compulsum: item cum baptizaretur, ignem super aquam esse visum; quod in evangelio nullo est scriptum: & post tanta tempora Petrum & Paullum post conlationem evangelii in Hierusalem & mutuam cogitationem & altercationem & rerum agendarum dispositionem, postremo in Urbe quasi tunc primum invicem sibi esse cognitos: & quædam alia hujuscemodi absurde ac turpiter conficta: quæ omnia in illum librum invenies congesta. Qui autem non ignorant Spiritus sancti qualitatem, intelligunt quod dictum est de igni, de ipso Spiritu dictum esse. Nam in Actis Apostolorum [a] secundum hanc eamdem promissionem Domini nostri, ipso die Pentecostes cum descendisset Spiritus sanctus super discipulos ut in illo baptizarentur, visæ sunt insidentes super singulos linguæ quasi ignis, ut constaret eos Spiritu sancto & in igne baptizatos, hoc est, eo Spiritu qui esset sive ignis sive quasi ignis: qualis ignis fuit qui in rubo ardebat & rubum non comburebat, qualisque est ille ignis qui est Angelorum spiritus, sicut scriptura dicit: [b] *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem*. Cui cum similis aut socius aut particeps fueris, poteris nullum ignem timere, nec illum quidem qui [c] antecedens Domino in die judicii conflagrabit totum orbem terræ, absque eis qui baptizati sunt in Spiritu sancto & igni.

XVIII. Et hominibus quidem Spiritus perseverat hodie invisibilis, sicut Dominus dicit: [d] *Spiritus ubi vult spirat, & nescis unde veniat vel quo vadat*. Sed in principio mysterii fidei & spiritalis baptismatis hic idem Spiritus manifeste visus est & super discipulos insedisse quasi ignis: item cælis apertis descendisse super Dominum columbæ similem; quoniam pleraque, immo pæne omnia quæ essent futura manifesta sunt: quæ tamen modo essent in- A visibilia nihilominus, nunc quoque oculis & incredulitati hominum vel ex parte, vel aliquando, vel in figura sunt monstrata ad corroborandam & confirmandam fidem nostram. Sed nec illud omiserim quod evangelium merito prædicat. Ait enim paralytico Dominus noster: [e] *Bono animo esto, fili, dimittuntur tibi peccata*: ut ostenderet fide mundari corda ad remissionem peccatorum consequendam. Quam remissionem peccatorum consecuta est etiam illa quæ erat mulier peccatrix in civitate; cui Dominus ait: [f] *Dimittuntur tibi peccata*. Et cum cœpissent qui simul discumbebant, apud semet ipsos dicere: *Quis est hic qui peccata dimittit?* quod & circa paralyticum acerbius Scri- B bæ & Pharisæi obmurmuraverant, ait ad mulierem Dominus: *Fides tua te salvam fecit, vade in pace*. Ex quibus universis ostenditur fide emundari corda, spiritu autem ablui animas: porro autem per aquam lavari corpora, sanguine quoque festinantius perveniri per compendium ad salutis præmia.

XIX. Puto nos (α) plene exsecutos prædicationem Baptistæ Joannis, unde sermonem sumus exorsi, qui dixit ad Judæos: [g] *Ego quidem vos baptizo aqua in pœnitentiam. Qui autem post me venit fortior me est, cujus ego non sum dignus solvere corrigiam calciamenti. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*. Arbitror autem & Apostoli Joan- C nis doctrinam nos non inepte disposuisse, qui ait [h] *quia tres testimonium perhibent, spiritus & aqua & sanguis, & isti tres unum sunt*. Nisi fallor autem etiam illud explanavimus quod Dominus noster ait: [i] *Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto*. Præterea existimo nos non infirmam rationem reddidisse consuetudinis caussam. Tueamur tamen, etsi posteriore loco id facimus, ne qui putet nos unico articulo præsentem altercationem suscitare. Quamquam hæc consuetudo etiam sola deberet apud homines timorem Dei habentes & humiles, præcipuum locum obtinere.

a Act. II. *b* Psal. CIII. 4. *c* Psal. XCVI. 3. *d* Joan. III. 8. *e* Matth. IX. 2. *f* Luc. VII. 48-50. *g* Luc. III. 16. *h* I. Joan. V. 8. *i* Act. I. 5.

(α) *Ad salutis præmia. Puto*] Rigaltii & Oxoniensium interpunctionem sequimur. At Baluzius: *festinantius perveniri per compendium ad salutis præmia puto* cet. Minus recte.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 255.

ANONYMI TRACTATUS AD NOVATIANUM HÆRETICUM:

Quod Lapsis spes veniæ non est deneganda.

I. COGITANTI mihi, & intolerabiliter animo A æstuanti, quidnam agere deberem de miserandis fratribus qui vulnerati non propria voluntate, sed diaboli sævientis irruptione, adhuc usque, hoc est, per longam temporum seriem agentes, pœnas darent; ecce ex adverso obortus est alius hostis, & ipsius paternæ pietatis adversarius hæreticus Novatianus: qui non tantum, ut in Evangelio significatum est [a], sicut sacerdos vel Levites jacentem vulneratum præteriret, sed ingeniosa ac nova crudelitate sauciatum potius occideret; adimendo spem salutis, denegando misericordiam patris, respuendo pœnitentiam fratris. Mirum quot acerba, quot aspera, quot perversa sunt! Sed facilius quis [b] in alieno oculo festucam perspicit, B quam in suo trabem. Nos autem, fratres dilectissimi, non moveat aut turbet hæretici istius perfidi abrupta dementia: qui cum in tam ingenti dissensionis & schismatis crimine constitutus, & ab Ecclesia separatus sit, sacrilega temeritate non dubitet in nos sua crimina retorquere. Cum sit enim a semet ipso nunc factus immundus, sordibus sacrilegis inquinatus; hoc nunc nos esse contendit. Et cum scriptum sit [c], canes foris remansuros; & Apostolus hos eosdem canes docuerit esse vitandos, sicut legimus, ait enim: [d] *Videte canes, videte malos operarios*: rabiem suam non cessat latratibus excitare, luporum more tenebrosam caliginem optare, qua facile possit ferina sua crudelitate, oves a C pastore direptas, spelunca tenebrosa laniare. Aurum certe se suosque quos colligit, esse pronuntiat. Nec nos dubitamus desertores Ecclesiæ apostatas factos, in aurum nunc facile potuisse converti; sed illud aurum in quo prima delicta populi Israel denotata sunt [e]. Ceterum vasa aurea & argentea, quæ ab Ægyptiis [1] excusa sunt [f], in dominica potestate, id est, Christi Ecclesia, perseverant: in qua domo si perseverasses, Novatiane, vas forsitan & pretiosum fuisses: sed nunc te in paleas & in stipulam conversum nec intelligis, nec plangis.

II. Quid igitur vanis rebus extolleris? damna potius quam lucra consequeris. Quid te ex quo D pauperior factus es, divitem credis? Audi in Apocalypsi dominicam vocem justis te objurgationibus increpantem: [g] *Dicis*, inquit, *dives sum, & ditatus sum, & nullius rei egeo: & nescis quoniam tu es miser, & miserabilis, & cæcus, & pauper, & nudus*. Has opes, has divitias paupertatis pro certo possidere se credat, quisquis Christi Ecclesia derelicta ratione cæca, apud temerarios illos schismatum duces & dissensionis auctores converti non trepidat; quos Joannes [h] antichristos appellat; quos Evangelista [i] paleis similat; quos Dominus Christus [k] fures & latrones designat, sicut ipse in Evangelio declarat dicens: *Quia qui non introiit per ostium in ovile ovium, sed descendit per alteram partem, ille fur & latro est*. Item in eodem quoque ait: [l] *Omnes qui venerunt, fures sunt & latrones*. Qui isti sunt, [2] nisi desertores fidei & transgressores Ecclesiæ Dei, qui contra [3] ordinationem Dei nituntur? quos merito Spiritus sanctus per Prophetam increpat, dicens: [m] *Fecistis* [4] *consilium non per me, & conventionem non per spiritum meum, adjicere peccata super peccata*. Quid ad ista respondeant perversissimi isti Novatiani, vel nunc [5] infelicissimi pauci; qui ad tantam furoris dementiam proruperunt, ut nec Deo nec homini reverentiam habuerint? Illic impudenter & sine ulla ordinationis lege Episcopatus appetitur; heic autem propriis sedibus & cathedræ sibi traditæ a Deo renuntiatur. Illic veritas: [n] *Aspernantur me, ut sacrificent mihi, nec offerunt oblationes sanctas filiorum Israel, nec accedunt offerre sancta sanctorum; sed accipient ignominiam suam in errore, quo erraverunt*. Satis sit paucis probasse quidnam sint. Audite igitur Novatiani, apud quos scripturæ cælestes leguntur potius quam intelliguntur, parum si non interpolentur. Sunt enim [o] vestræ præclusæ aures & corda cæcata, qui nullum de spiritalibus ac salutaribus monitis lumen admittitis. Sicut Esaias ait: [p] *Excæcati sunt servi Dei*. Et merito excæcati, quia voluntas schismaticorum non est in lege, quæ lex unam nobis & singularem designat Ecclesiam; in illa scilicet quæ sub Noe ante diluvium Dei providentia fabricata est arca, in qua non tantum munda animalia, sed & immunda, ut tibi cito respondeatur Novatiane, invenimus esse reclusa. Quæ arca sola cum his quæ secum fuerant, liberata est: in qua & cetera quæ in ea inventa non sunt,

a [illegible] b Matth. VII. 3. Luc. VI. 41. c Apoc. XXII. 15. d Philipp. III. 2. e Exod. XXXII. 2. seqq. f Exod. XII. 35. 36. g Apoc. III. 17. h I. Joan. II. 18. i Matth. III. 12. k Joan. X. 1. l Ibid. ℣. 8. m Isa. XXX. 1. n Ezech. [illegible] 10. 13. o Matth. XIII. 14. p Isa. XLII. 19.

1. [illegible]] [illegible] *excussa sunt*. Respicit [illegible] — POLIA- [illegible]

2. [illegible]] Sicut & alibi, mendum heic irrepserat apud [illegible], ut legeretur [illegible] quod vetus ex- [illegible] potius [illegible] ms. cod. significet [illegible]

3. [illegible] *Dei*] Hoc quoque recte Gravius & ms. cod. pro *ordinem*: alludit enim ad Ordinationem Cornelii, de qua paullo post. ID.

4. [illegible] — *conventionem*] Hunc locum sic restitui, tum ex epist. [illegible] Cypr. tum ob vocem Græcam [illegible]. Hactenus legebatur *cogitationem*. ID.

5. [illegible]] Costerius & ms. cod. *infelicissime*. Non male. Sed illud placet magis, ut per [illegible] alludat ad Felicissimum; cujus sæpe in Cyprianicis mentio, & præsertim epist. [illegible] laudata LV. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

diluvio perierunt. Ex illa igitur arca remittuntur duæ aves, corax & columba. Qui corax vere hominum immundorum, & in tenebris perpetuis futurorum per sæculi latam viam, & immunda vescentium apostatarum futurorum, & ad Ecclesiam se ultra non vertentium, figuram portabat; quem legentes invenimus emissum, & non amplius reversum. Huic ergo avi, id est, immundo spiritui, quique fuerint similes inventi, ad Ecclesiam amplius reverti non poterunt; qui & si voluerint, Dominus prohibebit, qui Moysi præcepit, dicens: [a] *Omne varium & immundum ejice foras extra castra*. Columba autem emissa incontinenti significatur reversa, eo quod requiem non haberet pedibus suis: quam Noe [b] recepit in arcam, & post septimum diem iterato emissam, recepit eam portantem suo ore olivæ folium.

III. Et ego quidem, fratres dilectissimi, non temere ista cogitans, nec humana sapientia conspirans, sed ut cælestis Domini dignatione necessarie & pertinenter mentibus nostris concipere permittitur; dico illam, id est, columbam, duplicem nobis per semet ipsam significare figuram. Primam quidem [1] & principalem, suam, hoc est spiritalem, olim, id est, ab initio divinæ administrationis insistit, & sacramentum baptismatis quod in salutem generis humani provisum, & soli Ecclesiæ cælesti ratione celebrare, per os suum præostendit. Ter enim emissa ex arca, volitans per aerem super aquam, significabat jam tunc Ecclesiæ nostræ sacramenta. Unde & Dominus Christus Petro, sed & ceteris discipulis suis mandat, dicens: [c] *Euntes evangelizate gentibus, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*: hoc est, ut Trinitas [2] illa quæ sub Noe per columbam figuraliter operata est, hæc nunc in Ecclesia per hos spiritaliter operetur.

IV. Sumamus jam nunc & secundam personam columbæ ex arca emissæ; diluvii scilicet tempore, quando omnes abyssi proruperunt, quando cataractæ cæli patefactæ sunt super terram, propter facinora hominum quæ quotidie exercebant coram Domino, sicut Moyses dixit: [d] *Et vidit Dominus Deus redundare nequitias hominum super terram, & quod omnes in malum recordarentur a principio dierum suorum, & dixit: Perdam hominem quem feci, a facie terræ, ab homine usque ad pecus, & a reptili usque ad volatilia cæli*. Emittitur ergo tempore cataclysmi columba ex arca, aquis violenter toto orbe terram infestantibus.

V. Illa arca figuram Ecclesiæ, sicut superius diximus, portabat, quæ verberabatur hinc atque inde aquis insurgentibus tantum. Cataclysmus ergo ille qui sub Noe factus est, figuram persecutionis quæ per totum orbem nunc nuper superesfusa, ostendit. Aquis autem, diruptis cataractis, undique convenientibus & excrescentibus significabantur gentes, quæ ad vastandam Ecclesiam excreverunt. Sicut Apocalypsis docet, dicens: [e] *Aquæ quas vidisti*,

A *populi sunt, & gentes, & regna*. Columba autem quæ pedibus suis requiem habere non poterat, lapsorum imaginem portabat; qui immemores divinarum [3] prædictionum, vel simpliciter ignorantes, vel audacter dissimulantes ceciderunt: quorum Dominus ruinam in Evangelio futuram his verbis significaverat, dicens: [f] *Qui audit verba mea & non facit ea, similabo eum viro stulto qui ædificavit domum suam super arenam: venerunt tempestates, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina ejus magna*. Et ne temere comparasse videamur, columbam illam lapsorum imaginem portare; propheta civitatem ut columbam, hoc est, lapsorum personam increpat,
B dicens: [g] *Columba non exaudit vocem, id est præclara & redemta civitas non recipit doctrinam, & in Dominum fidens non fuit*.

VI. Quod autem requiem pedibus columba illa, sicut superius diximus, invenire non poterat; hoc significabat vestigia negantium, hoc est, sacrificatorum, lubrici veneno serpentis sauciata, in lapsum conversa; quæ ulterius non possent [h] super aspidem & basiliscum conscendere, & draconem & leonem calcare. Quam potestatem tradidit Dominus discipulis suis, sicut in Evangelio ait: [i] *Ecce do vobis potestatem calcandi super omnem potestatem inimici, & super serpentes & scorpiones, &* [4] *non*
C *nocebunt vobis*. Isti ergo tot & tantis malignis spiritibus infestantibus, & in lapsorum necem insurgentibus, provisa est vulneratis salutis via: ut quibuscumque viribus possent toto se corpore protrahere, castris suis recipere; quibus recepti possent medelis spiritalibus vulnera sua curare. Recepta igitur columba, paucis etiam diebus interjectis, iterato emittitur ex arca, quæ reversa, non tantum firma vestigia, sed & insignia suæ pacis atque victoriæ, per illa olivæ folia quæ suo ore portabat, ostendit. Duplex ergo illa emissio, duplicem nobis persecutionis tentationem ostendit: prima in qua qui lapsi sunt, victi ceciderunt; secunda in qua hi qui ceciderunt, victores exstiterunt. Nulli
D enim nostrum dubium vel incertum est, fratres dilectissimi, illos qui prima acie, id est, Deciana persecutione vulnerati fuerunt; hos postea, id est, secundo prœlio ita fortiter perseverasse, ut contemnentes edicta [5] sæcularium principum, hoc invictum haberent, quod & non metuerunt exemplo boni pastoris animam suam tradere, & sanguinem fundere, nec ullam insanientis tyranni sævitiam recusare.

VII. Ecce, quam gloriosos, quam Domino caros, schismatici isti [k] *ligna, fœnum, stipulam* appellare non dubitant: quorum pares, hoc est, in eodem crimine lapsus sui adhuc usque constitutos,
E nec ad pœnitentiam admittendos esse præsumunt; ex illa Domini pronuntiatione qua ait: [l] *Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram Patre meo qui in cælis est*. Pro dolor! quid contra dominica præcepta contendunt, ut ea quæ Christus judicii sui tempore sit acturus, hæc nunc stirps No-

a Num. V. 2. *b* Gen. VIII. 9. 11. *c* Matth. XXVIII. 19. *d* Gen. VI. 5. 7. *e* Apoc. XVII. 15. *f* Matth. VII. 26. 27. *g* Sophon. III. 1. 2. *h* Psal. XC. 13. *i* Luc. X. 19. *k* I. Cor. III. 12. *l* Matth. X. 33.

1. *Primam quidem & princip.*] Locus obscurus & corruptus, etiam in ms. cod. præterquam quod heic satis significet auctor solam Ecclesiam baptismi sacramentum habere: quod ad errorem Cypriani pertinet. PAMEL.
2. *Trinitas*] Quidam *ternitas*. Rectius meo judicio *Trinitas*: sic enim ms. codex. ID.
3. *Prædictionum*] Sic lego pro *prædicationum*; eo quod sequitur: *quorum Dominus ruinam in Evangelio futuram*, cet. ID.
4. *Non nocebunt vobis*] Sic Manut. & Morell. pro *vos*, quod tamen habet etiam ms. codex. ID.
5. *Sæcularium principum*] Galli nempe & Volusiani. ID.

vatiani, patris sui exemplum diaboli secuta, exercere conetur? dicente scriptura: [a] *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.*

VIII. Respondebimus eis ad istam pronuntiationem Domini, quam male [1] intelligant & male sibi interpretentur. Quod enim ait: *Qui me negaverit coram hominibus, & ego negabo eum coram Patre meo qui in cælis est*, utique futuri temporis significatio est; quo tempore incipiet Dominus secreta hominum judicare; quo tempore [b] tribunali Christi omnes nos oportet adstare; quo tempore multi incipient dicere: [c] *Domine, Domine, nonne in tuo nomine prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia exclusimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus?* & tamen audient vocem Domini dicentis: *Discedite a me omnes qui operati estis iniquitatem; non novi vos.* Ibi adimplebitur quod ait: *Negabo ego & illos.* Quos autem maxime negabit Dominus Christus, nisi vos omnes hæreticos, & schismaticos, & nominis sui alienos? Qui enim aliquando Christiani, nunc Novatiani, jam non Christiani, primam fidem vestram perfidia posteriore [2] per nominis appellationem mutastis; velim propositioni vestræ respondeatis. Legite & docete, quem Dominus de his qui se dereliquerant vel negaverant, cum adhuc ipse esset, negavit. Atqui & ceteris qui secum remanserant de discipulis ait: [d] *Numquid & vos vultis abire?* Petrum etiam quem negaturum ante prædixerat, cum negasset, ipse non negavit, sed sustinuit; & amare illam suam negationem flentem ipse postmodum lenit.

IX. Quænam est tua, Novatiane, dementia, ut illa quæ ad exitium salutis pertineant, tantum legas: & quæ ad misericordiam, prætereas? clamante Scriptura & dicente: [e] *Pœnitentiam [3] agite qui erratis, convertimini corde.* Et eodem quoque propheta similiter exhortante & dicente: [f] *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & ploratione, & planctu: & scindite corda vestra, & non vestimenta: convertimini ad Dominum Deum vestrum, quoniam misericors est, & miserator multæ miserationis.*

X. Adeo quia multæ miserationis est Dominus, audivimus: audiamus quid per David contestatur Spiritus sanctus: [g] *Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in mandatis meis non ambulaverint; & si justificationes meas profanaverint, & præcepta mea non custodierint: visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eis.* His similia & per Ezechielem legimus dixisse Dominum: [h] *Fili hominis, domus Israel habitavit super terram suam, & coinquinaverunt eam facinoribus suis. Sicut mulieris menstruatæ facta est immunditia eorum ante faciem meam. Effudi iram meam super eos, & disseminavi eos inter gentes, & secundum peccata eorum judicavi eos: quia coinquinaverunt sanctum nomen meum. Et quia dictum est de his: Hic est populus Domini; peperci eis propter nomen sanctum meum, quod sprevit domus Israel inter gentes.* Et conjungens ait: *Propterea dic populo Israel: Hæc dicit Dominus: non vobis parco domus Israel, sed propter nomen sanctum meum parcam, quod coinquinastis inter gentes; & scietis quia ego Dominus, cum sanctificatus fuero in vobis.* Item Dominus ad eumdem: [i] *Fili hominis, dic populo Israel: Quare locuti estis dicentes: Erroribus nostris contabescimus, & quomodo salvi esse poterimus? dic eis: Vivo ego, dicit Dominus: quia non desidero mortem peccatoris; sed desidero ut avertatur peccator a via sua pessima, & vivat. Redite ergo a via vestra pessima. Quid morti vos traditis domus Israel?* Sic per Esaiam prophetam: [k] *Non in æternum indignabor vobis, [4] neque semper non defendam vos.* Et quoniam Hieremias propheta in persona populi peccatoris deprecatur Dominum, dicens: [l] *Emenda nos Domine, sed in judicio & non in ira, ne paucos facias nos;* adjecit & dixit Esaias: [m] *Propter peccatum modice contristavi eum, & percussi eum, & averti faciem meam ab eo; & contristatus est, & abiit tristis in viis suis.* Et quia operatur, adjecit & dixit: *Vias ejus vidi, & curavi eum, & dedi ei exhortationem veram, pacem super pacem;* [5] pœnitentibus, deprecantibus, & operantibus restitui posse, quod male perierint, quodque a Christo declinaverint.

XI. Denique hoc in Evangelio comprobatur, ubi [n] illa mulier peccatrix describitur, quæ venit ad domum cujusdam Pharisæi, ubi erat Dominus vocatus cum discipulis, portans vas unguenti; quæ stetit ad pedes Domini, & lacrymis suis lavit pedes ejus, & capillis extersit, & oscula infixit, ut excitaretur ille Pharisæus & diceret: [o] *Hic si esset Propheta, sciret quæ & qualis esset ista mulier quæ eum tangit, quia peccatrix est.* Unde incontinenti Dominus peccatorum remissor & pœnitentium receptor, ait: *Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille respondit dicens: Magister, dic.* Et Dominus: *Duo debitores erant cuidam feneratori, unus qui habebat denarios quingentos, & alius quinquaginta: cum non haberent unde solverent, ambobus donavit.* Et interrogavit: *Quis illorum plus diligit? Et respondit Simon: Utique ille cui plus donavit.* Et adjecit dicens: *Vides istam mulierem? Intravi in domum tuam, osculum mihi non dedisti; hæc autem non cessavit osculando pedes meos: pedes meos non lavasti; hæc autem lacrymis suis lavit, & capillis extersit: oleo pedes meos non unxisti; hæc autem unxit.*

a Heb. x. 30. *b* II. Cor. V. 10. *c* Matth. VII. 22. 23. *d* Joan. VI. 68. *e* Ezech. XVIII. 30. *f* Joel. II. 12. 13. *g* Psal. LXXXVIII. 31-34. *h* Ezech. XXXVI. 18-23. *i* Ezech. XXXIII. 10. 11. *k* Isa. LVII. 16. *l* Jer. X. 24. *m* Isa. LVII. 17. *n* Luc. VII. *o* Luc. VII. 39-47.

1. *Intelligant — interpretentur*] Ms. cod. *intelligunt & interpretantur*. PAMEL.

2. *Per nominis appellationem mutastis*] Istud denuo ex Gravio, pro eo quod alii *per nominis mutastis velum*: præsertim quum etiam legat *velim* ms. codex. ID.

3. *Pœnitentiam agite* cet.] Hæc quoque Gravio & mss. codicibus accepta debemus, alibi desiderata. I .

4. *Neque semper non defendam vos*] Mira translatio, quum ad verbum Græce sit, οὐδ' διὰ παντὸς ὀργισθήσομαι ὑμῖν, quod Latine sonat, *neque semper irascar vobis*. Costerius omittens secundam negationem, accipit *defendam* pro *ulciscar*: qua significatione alibi quoque utitur Cyprianus. Certe negandi particula postea fuit adjecta in cod. ms. ID. — Non solum Cyprianus, sed etiam Vulgatus interpres *defendere* pro *vindicare*, *ulcisci*, frequenter adhibet. Vid. *Judith*. I. 12. II. 1. *Rom*. XII. 19. Quin & apud probatissimos Latinos scriptores verbum ejusmodi eodem sensu usurpatum comperimus.

5. *Pœnitentibus* cet.] Sunt hæc verba auctoris, non Isaiæ, uti male censuit Morellus: est tamen ita adhuc locus obscurus. PAMEL.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

Propter quod dico tibi, Simon, *quia remittuntur illi peccata ejus*. Ecce Dominus utrisque debitoribus larga sua pietate debitum concedit. Ecce delicta donantem. Ecce mulierem peccatricem pœnitentem, flentem, deprecantem, & remissam peccatorum accipientem.

XII. Erubesce jam nunc, si fieri potest, Novatiane: desine argumentis tuis impiis incautos decipere: desine unius capituli præscriptione terrere. Legimus & adoramus, nec prætermittimus cælestem Domini sententiam, qua ait negaturum se negantem; numquid & pœnitentem? Et quid ego tamdiu de miserationibus probare singula gestiam? quandoquidem [a] Ninivitis Allophylis, & longe a lege Domini constitutis, propter civitatis suæ annuntiatam eversionem deprecantibus, misericordia Dei non denegatur? Ipsi illi Pharaoni sacrilega temeritate repugnanti, cum quondam cælestibus plagis verberaretur, & conversus Moysi & fratri ejus dixisset: [b] *Orate pro me ad Dominum, quia peccavi*; incontinenti ab eo suspendebatur ira Dei. Et tu jam, Novatiane, judicas, & nullam spem pacis ac misericordiæ habere lapsos prædicas; nec increpanti Apostolo aurem accommodas dicenti: [c] *Tu qui es, qui judicas servum alienum? Domino suo stat, aut cadit. Stabit autem: potens est Deus stabilire eum*. Unde pertinenter & necessarie ex persona eorumdem lapsorum increpat vos Spiritus sanctus, dum dicit: [d] *Noli* [1] *gratulari inimica mea mibi, quoniam si cecidi, & exsurgam; & si in tenebris ambulavero, Dominus lumen est mihi. Iram Domini tolerabo, quoniam peccavi illi, usque dum justificet caussam meam, & faciat judicium & justitiam, & producat me ad lucem. Videbo justitiam illius: & videbit me inimica mea, & cooperiet se confusione*.

XIII. Oro, non legisti: [e] *Nolite gloriari, & nolite loqui excelsa, & ne exeat magniloquentia ex ore vestro; quoniam erigit a terra pauperem, a sterquilino erigis inopem, & sedere eum facit cum potentibus populi?* Non legisti: [f] *Quia Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam?* Non legisti: [g] *Qui se exaltat, humiliabitur?* Non legisti: [h] *Quia Deus perdit memoriam superborum, & non relinquit memoriam humilium?* Non legisti: [i] *Quia quo judicio quis judicaverit, eum judicari necesse est?* Non legisti: [k] *Quia qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat; & non scit quo eat, quia tenebræ excæcaverunt oculos ejus?* Unde igitur & tam sceleratus, & tam perditus, tam discordiæ furore vesanus exstiterit iste Novatianus, invenire non possum; qui semper in domo una, id est, Christi Ecclesia, [2] proximorum delicta ut propria fleverit; onera fratrum, sicut Apostolus hortatur [l], sustinuerit; lubricos in fide cælesti allocutione corroboraverit. At nunc ex quo [3] Cainam illam hæresim, quæ non nisi tantum occidere gestit, exercere cœpit; nec sibi novissime parcit. Ceterum si legisset, [m] quia *justitia justi non liberabit eum in die qua erraverit, & iniquitas impii non nocebit ei ex qua die conversus fuerit*; jam olim in cinere pœniteret, ille qui semper pœnitentibus adversatur: qui in ruina facilius ædificatorum stantium operatur, quam in structione jacentium ruinarum; qui multos ex fratribus nostris miserrimos falsis suis adversationibus perterritos, iterum fecit ethnicos, dicendo quod pœnitentia lapsorum sit vana, nec possit eis proficere ad salutem; clamante Scriptura & dicente: [n] *Memento unde excideris, & age pœnitentiam; si quo minus, veniam tibi, nisi pœnitentiam egeris*. Et quidem ad septem Ecclesias scribens, singulis sua quoque facinora & delicta ingerens, pœnitemini dicebat. Quibus? nisi illis, scilicet, quos pretio magno sui sanguinis redemerat.

XIV. O te impium scelestumque, hæretice Novatiane, qui post tot & tanta in Ecclesia, a quibusdam retro voluntarie commissa crimina, quæ & tu ipse in domo Dei priusquam apostata esse cognoveras; & hæc posse aboleri de memoria succedente bono utique docueras, secundum fidem Scripturæ dicentis: [o] *Quia si conversus fuerit facinorosus ab omnibus facinoribus suis quæ commisit, & justitiam fecerit, vita æterna vivet, & non morietur in facinore suo* (Delicta enim quæ commisit, abolebuntur de memoria succedentibus bonis factis.) Tu hodie retractas, an debeant lapsorum curari vulnera, qui nudati a diabolo ceciderunt, [p] *violentia* [4] *aquæ, quam suo ore serpens emisit post mulierem*. Sed *quid dicam?* ait Apostolus [q]: *Laudo vos? in hoc non laudo: quia non in melius, sed in pejus venistis*. Ubi enim sunt [r] *æmulationes & dissensiones in vobis; nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Nec nos quidem mirari oportet, cur iste Novatianus tam nefanda, tam gravia in personam lapsorum exercere nunc audeat: quandoquidem habemus exempla prævaricationis hujus præcedentia. Saul ille *bonus* [f], præter cetera, postea livore evertitur, & contra David omnia adversa & inimica agere molitur. Judas ille [t] inter Apostolos electus, qui semper [u] in domo Dei unanimis & fidelis, ipse postmodum Deum tradidit.

Prædixerat quidem & Dominus [x] multos esse venturos sub pellibus ovium, rapaces lupos. Qui sunt isti rapaces lupi, nisi sensu subdolo conspirantes ad infestandum gregem Christi? sicut legimus apud [5] Zacha-

a Jon. III. *b* Exod. IX. 28. *c* Rom. XIV. 4. *d* Mich. VII. 8-10. *e* I. Reg. II. 3. 8. *f* Jac. IV. 6. --- I. Pet. V. 5. *g* Matth. XXIII. 12. Luc. XIV. 11. XVIII. 14. *h* Psal. IX. 7. 11. *i* Matth. VII. 2. *k* I. Joan. II. 11. *l* Gal. VI 2. *m* Ezech. XXXIII. 12. *n* Apoc. II. 5. *o* Ezech. XVIII. 21. *p* Apoc. XII. 15. *q* I. Cor. XI. 22. 17. *r* I. Cor. III. 3. *f* I. Reg. IX. 2. XVIII. seqq. *t* Matth. X. 4. XXVI. 15. *u* Psal. LIV. 15. *x* Matth. VII. 15.

1. *Noli gratulari inimica mea*] Non minus & istud, pro eo quod corrupte erat *amica*. Nam Græce apud LXX. est ἐχθρά μου. PAMEL.


2. *Proximorum delicta ut propria fleverit*] Respicit auctor epistolam Novatiani, Romani cleri nomine scriptam, quam superius cum aliis ejusdem Novatiani operibus edidimus.

3. *Cainam illam hæresim*] Recte Erasmus, pro *caninam*. Sic enim & Hieronymus appellat eam, quæ adimit spem remittendi peccati. Locus Hieronymi est epist. ad Oceanum; & meminit ejusdem quasi tollentis martyrium, lib. contra Vigilantium: ut sit eadem quæ Gnosticorum, de quibus Tertullianus in *Scorpiaco*. Atque adeo etiam *Caina* legendum censeo apud eumdem Tertull. initio libri de Baptismo, aut saltem *Caiana*, pro eo quod est *Gaiana*: quippe quæ remedium etiam baptismo tolleret. De aliis hujus sectæ erroribus vide eumdem de *Præscript. adv. hær.* Irenæum lib. I. cap. ult. Epiphanium hær. XXXVIII. & Augustinum hær. XVIII. PAMEL.

4. *Violentia aquæ* cet.] Intelligit persecutionem quam diabolus immisit in Ecclesiam. ID.

5. *Apud Zachar.*] Hoc ex conjectura Costerii, pro *ad*: consentit etiam ms. codex. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



riam positum: [a] *Ecce ego suscito pastorem in terra, qui quod aversum est, non visitabit, & carnes electorum manducabit, & talos illorum torquebit.* Similiter & per Ezechielem increpat hujusmodi pastores, scilicet prædones & laniones (dicam ut æstimaverat) dicens: [b] *O pastores, quare lac ebibitis, & coagulatum comeditis, & forte ad nihilum perduxistis, & infirmum non visitastis, claudicantem non curastis, & errantem non revocastis, & permisistis populum meum errare inter spinas & tribulos? Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego veniam adversus pastores, & exquiram oves meas* [1] *de manibus illorum, & repellam eos ut non pascant oves meas, & non erunt eis amplius oves meæ in devorationem: & exquiram eas sicut pastor gregem suum in die qua fuerit caligo & nebula: sic exquiram oves meas, & exquiram eas in omni loco quocumque dispersæ sunt: & quod perierat, requiram: & quod erraverat, revocabo: & quod claudicaverat, curabo: & quod infirmum est, custodiam: & pascam oves meas cum judicio.*

XV. Quis ista loquitur? Utique ille qui relictis nonaginta novem ovibus, quæsivit illam quæ de suo erraverat grege, sicut David dicit: [c] *Erravi velut ovis quæ periit;* quam inventam Christus redit, humero suo portans peccatricem delicatam; qui gaudens & exsultans, vocatis amicis & domesticis, ait: [d] *Congratulamini mihi, quoniam inventa est ovis mea quæ perierat. Dico,* inquit, *vobis, quia tale gaudium erit in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente.* Et subjungens ait: *Aut quæ mulier habens denarios decem, & cum perdiderit ex denariis unum, nonne accendit lucernam, & tota die domum suam emundat, quærens donec inveniat? Et cum invenerit, convocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quoniam inveni denarium quem perdideram. Dico vobis, quia tale gaudium erit in conspectu angelorum Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.* E contrario autem non agentes facinorum suorum pœnitentiam; quæ eos maneant, ex ipsius Domini responso cognoscant. Legimus enim in Evangelio: [e] quod *quidam venerunt de Galilæis ad Dominum, annuntiantes ei de eis quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis ipsorum: quibus respondit Dominus dicens: Putatis quia illi Galilæi super ceteros Galilæos peccatores fuerant, quia passi sunt talia? Non. Dico enim vobis: nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem & octo, super quos cecidit turris in Siloa, putatis quia debitores fuerunt morti super omnes homines qui habitabant in Hierusalem? Non. Dico vobis,* inquit, *quia nisi pœnitentiam egeritis, omnes simlliter peribitis.*

XVI. Excitemus itaque nos quantum possumus, fratres dilectissimi, & abrupto inertiæ & securitatis somno, ad observanda Domini præcepta vigilemus. Quæramus tota mente quod perdidimus, ut invenire possimus; quia *Quærenti*, ait Scriptura [f], *dabitur, & pulsanti aperietur.* Mundemus domum

A nostram munditia spiritali, ut secreta quæque & abdita pectoris nostri, vero Evangelii lumine radiata, dicant: [g] *Tibi soli deliqui, & nequissimum in conspectu tuo feci;* [h] *Quia mors peccatorum mala;* & [i] *apud inferos pœnitentia nulla:* habentes in contemplatione maxime diem judicii & retributionis: & quod ab omnibus nobis credendum, & firmiter est tenendum, quia [k] *acceptio personarum non est apud Deum;* cum præceperit in Deuteronomio non accipiendam personam in judicio: [l] *Non accipies,* ait, *personam, nec secundum minimum, nec secundum maximum judicabis.* His similia & per Ezechielem dixit: [m] *Omnes,* inquit, *animæ meæ sunt; sicut anima patris, & anima filii:*
B *anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Hic erit igitur a nobis venerandus, hic tenendus, hic per plenam & dignam nostram confessionem propitiandus, [n] *qui habet potestatem animam & corpus mittendi in gehennam ignis;* sicut scriptum est: [o] *Ecce venit cum multis millibus nuntiorum suorum facere judicium de omnibus, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem* [2] *de omnibus factis impiorum quæ fecerunt impie, & de omnibus verbis impiis quæ de Deo locuti sunt peccatores.*

XVII. His similia & Daniel: [p] *Vidi,* inquit, *thronum positum, & vetustus dierum sedebat super eum, & vestitus ejus erat tamquam nix, &*
C *capilli capitis ejus tamquam lana alba: thronus illius flamma ignis, rotæ illius ignis ardens.* [3] *Flumen ignis prodibat ante eum: millia millium serviebant ei, & millia millium assistebant ei. Ad judicium sedit, & libri aperti sunt.* Joannes autem manifestius & de die judicii & consummatione sæculi declarat, dicens: [q] *Et cum aperuisset,* inquit, *sigillum sextum, ecce terræmotus factus est magnus: & factus est sol niger ut saccus cilicinus, & luna tota sanguinea facta est: & stellæ ceciderunt in terram, quomodo ficus a vento magno agitata mittit grossos suos: & cælum recessit ut liber cum involvitur: & omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt: & reges terræ, &*
D *maximi quique & tribuni & divites & fortes, & omnis servus & liber absconderunt se in speluncis & in cavernis montium, dicentes montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos a conspectu Patris sedentis super thronum, & ab ira Agni: quoniam venit dies interitionis: & quis poterit stare?* Item in eadem Apocalypsi hoc quoque Joannes dicit sibi revelatum: [r] *Vidi,* inquit, *thronum magnum; & candidum sedentem super eum, a cujus facie fugit cælum & terra, & locus eorum inventus non est: & vidi mortuos magnos & pusillos stantes ante conspectum throni Domini: & libri aperti sunt. Et alius liber apertus est qui est vitæ: & judicati sunt singuli se-*
E *cundum ea quæ scripta erant in libro secundum opera ipsorum.* Sed & Apostolus bonum consulens, sic hortatur nos, dicens: [s] *Nemo vos decipiat inanibus verbis: propterea enim venit ira Dei super filios contumaciæ. Nolite esse participes eorum.*


[a] Zach. XI. 16. [b] Ezech. XXXIV. 3. 4. 10. 11-16. [c] Psal. CXVIII. 176. [d] Luc. XV. 6-10. [e] Luc. XIII. 1-5. [f] Luc. XI. 10. [g] Psal. L. 6. [h] Psal. XXXIII. 22. [i] Eccli. IX. 17. [k] Rom. II. 11. [l] Deut. I. 17. XVI. 19. [m] Ezech. XVIII. 4. [n] Matth. X. 28. [o] Judæ 14. 15. [p] Dan. VII. 9. 10. [q] Apoc. VI. 12-17. [r] Apoc. XX. 11-13. [s] Ephes. V. 6. 7.

1. *De manibus illorum*] Adjecit istud recte Gravius: nam habent LXX. & Cyprianus epist. LIV. sic etiam ms. codex. PAMEL.

2. *De omnibus factis — impie*] Ita ex margine Gravii in textum inseruimus, eo quod reperiantur apud Judam Apostolum, præsertim consentiente ms. codice. ID.

3. *Flumen ignis*] Gravius & Manutius *flamma*: sed pugnat vox Græca, ποταμός. ID.


SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



XVIII. Demus igitur totis viribus fidei nostræ Deo laudem, demus plenam confessionem: quandoquidem super pœnitentia nostra gaudeant virtutes cælorum, gaudeant Angeli omnes, gaudeat & Christus; qui nos denuo peccatis oneratos, delictis obrutos, plena & clementi moderatione cessare a facinore hortatur, dicens: [a] *Convertite vos, & redite ab impietatibus vestris: & non erunt vobis iniquitates vestræ ad pœnam. Projicite a vobis omnes impietates vestras quas fecistis adversum me: & facite vobis cor novum & spiritum novum. Et ut quid vos morti traditis domus Israel? Non enim desidero mortem peccatoris.* [b] *Ego sum, ego sum, qui deleo facinora tua; & non commemorabor te: tu autem in mente habe, & judice-* B A *mus. Dic tu facinora tua prius, ut justificeris.* Dum patet, fratres, indulgentiæ aditus, Deum plenis satisfactionibus deprecemur. Humiliemus nos, ut exaltari possimus. Acquiescamus divinæ exhortationi, qua evadere liceat diem Domini & iram. Dicit enim sic: [c] *Respice, fili, nationes hominum, & scito. Quis speravit in Domino, & confusus est; permansit in mandatis illius, & derelictus est; aut invocavit eum, & despexit illum? quoniam pius & misericors Dominus, & remittens in tempore tribulationis peccata, omnibus inquirentibus se in veritate.* Ait ergo: *Dic tu facinora tua prius, ut justificeris.* [1] Præ manu sit vobis oratio illa exomologeseos plena.

a Ezech. XVIII. 30-32. *b* Isa. XLIII. 25. 26. *c* Eccli. II. 11-13.

1. *Præ manu sit vobis oratio illa*] Ex ms. codice reposuimus *vobis* pro *nobis*. Hinc autem apparet, nisi foret illud, *Dic tu facinora* cet. mutilum esse & imperfectum hunc librum. Neque tamen Oratio illa Cypriani pro martyribus, ea esse potest cujus meminit; quod nulla pœnitentiæ aut relaxationis peccatorum (uti ante me quoque Erasmus adnotavit) fiat mentio. Accedit, quod in cod. vet. ex quo hunc librum descripsit ille, medius interponatur sermo D. Augustini de Cypriano; & in mss. codd. Affligin. Marchinensi, Dunensi & Anglico reperiatur illa Oratio cum sequenti, absque tamen hoc libro; ac vicissim hic liber in ms. cod. sine ulla Oratione. PAMEL.



S. GREGORII

EPISCOPI NEOCÆSARIENSIS,

COGNOMENTO

THAUMATURGI

Opera quotquot exſtant.

ACCESSERUNT

EPISTOLA ORIGENIS AD GREGORIUM:

NEC NON

VITA EJUSDEM S. PATRIS,

Quam S. Gregorius Nyſſæ epiſcopus litteris conſignavit.

VETERUM TESTIMONIA DE S. GREGORIO EPISCOPO NEOCÆSARIENSI, COGNOMENTO THAUMATURGO.

I.

Eusebius Hist. eccl. *lib.* vi. *cap.* xxx.

Τῷ δὲ Ὠριγένει ἐπὶ τῆς Καισαρείας τὰ συνήθη πράττοντι, πολλοὶ προσῄεσαν, οὐ μόνον τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἀλλοδαπῆς μυρίοι φοιτηταὶ τὰς πατρίδας ἀπολιπόντες· ὧν ἐπισήμους μάλιστα ἔγνωμεν Θεόδωρον, ὃς ἦν αὐτὸς οὗτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητος Γρηγόριος· τόν τε αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἀθηνόδωρον· οὓς ἀμφὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα δεινῶς ἐπτοημένους, φιλοσοφίας αὐτοῖς ἐνθεὶς ἔρωτα, τῆς προτέρας σπουδῆς τὴν θείαν ἄσκησιν ἀντικαταλλάξασθαι προὐτρέψατο. πέντε δὲ ὅλοις ἔτεσιν αὐτῷ συγγενόμενοι, τοσαύτην ἀπηνέγκαντο περὶ τὰ θεῖα λόγια βελτίωσιν, ὡς ἔτι νέους ἄμφω ἐπισκοπῆς τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν ἀξιωθῆναι.

A Interim dum Origenes apud Cæsaream consueto docendi munere fungeretur, non solum regionis illius incolæ, sed etiam plurimi ex remotissimis provinciis discipuli relicta patria ad eum concurrebant. Quorum præcipuos fuisse cognovimus Theodorum, qui & Gregorius dictus est, episcoporum nostra ætate celeberrimus; & fratrem ejus Athenodorum. Quos Origenes Græcis Romanisque disciplinis nimium deditos quum vidisset, in eorum animos instillans philosophiæ amorem, abiectis prioribus studiis, ad rerum divinarum meditationem traduxit. Igitur quum quinquennio integro in ejus auditorio versati fuissent, tantopere in divinis eloquiis profecerunt, ut ambo adhuc admodum juvenes, ecclesiarum in Ponto epi-
B scopi fuerint constituti.

Idem *ibid.* *lib.* vii. *cap.* xiv.

Ἐν τούτῳ δὲ τῆς μὲν Ῥωμαίων ἐκκλησίας εἰσέτι τότε καθηγεῖτο Ξύστος· τῆς δὲ ἐπ' Ἀντιοχείας μετὰ Φάβιον Δημητριανός· Φιρμιλιανὸς δὲ Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν· καὶ ἐπὶ τούτοις τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν, Γρηγόριος καὶ ὁ τούτου ἀδελφὸς Ἀθηνόδωρος, Ὠριγένους γνώριμοι.

Eadem tempestate Romanæ quidem ecclesiæ adhuc præerat Xystus; Antiochenam vero post mortem Fabii Demetrianus regebat: apud Cæsaream Cappadociæ Firmilianus; in Ponto autem Gregorius fraterque ejus Athenodorus, ambo Origenis discipuli, ecclesias gubernabant.

II.

S. Basilius *lib.* de Spiritu sancto *cap.* xxix. §. 74. opp. tom. III. pag. *62.* edit. Paris. BB. 1730.

Γρηγόριον δὲ τὸν μέγαν, καὶ τὰς ἐκείνου φωνὰς C ποῦ θήσομεν; ἆρ' οὐχὶ μετὰ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν; ἄνδρα τῷ αὐτῷ πνεύματι ἐκείνοις περιπατήσαντα, καὶ τοῖς τῶν ἁγίων ἴχνεσι διὰ παντὸς τοῦ βίου στοιχήσαντα, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὸ ἀκριβὲς διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς ζωῆς κατορθώσαντα; ἐγὼ μὲν τοῦτο φημί· ἢ ἀδικήσομεν τὴν ἀλήθειαν, μὴ τοῖς ᾠκειωμένοις Θεῷ τὴν ψυχὴν ἐκείνην συναριθμοῦντες· οἷόν τινα λαμπτῆρα περιφανῆ μέγαν, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ διαλάμψαντα· ὃς φοβερὸν μὲν εἶχεν ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος συνεργίας κατὰ δαιμόνων τὸ κράτος. τοσαύτην δὲ ἔλαβε τοῦ λόγου τὴν χάριν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὥστε ἑπτακαίδεκα μόνους Χριστιανοὺς παραλαβὼν, ὅλον τὸν λαὸν τόν τε ἀστικὸν καὶ τὸν χωριτικὸν διὰ τῆς ἐπιγνώσεως D προσήγαγε τῷ Θεῷ. ἐκεῖνος καὶ ποταμῶν ῥεῖθρα μετέστησεν, ἐπιτάξας αὐτοῖς ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ μεγάλου τοῦ Χρι[illegible]· καὶ λίμνην ἐξήρανεν ὑπόθεσιν πολέμου φε[illegible] πλεονέκταις. αἱ δὲ τῶν μελλόντων [illegible] τοιαῦται, ὡς μηδὲν τῶν ἄλλων [illegible]. καὶ ὅλως μακρὸν ἂν εἴη τοῦ ἀνδρὸς διηγεῖσθαι τὰ θαύματα, ὃς τῇ [illegible] τῶν ἐν αὐτῷ χαρισμάτων τῶν ἐνεργουμένων ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ἐν [illegible] δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι, δεύ-

Ceterum Gregorium Magnum, & illius voces quo loco ponam? An non cum Apostolis & Prophetis, virum qui eodem spiritu quo illi versatus sit, quique Sanctorum vestigiis per omnem vitam inhæserit, quique evangelicæ conversationis vigorem quamdiu vixit præstiterit? Equidem illud dixerim: profecto injuria affecerimus veritatem, si non animam illam adnumeremus iis qui Deo juncti sunt, qui velut insignis magnaque lucerna in Ecclesia Dei resplenduit, qui e spiritus ope tremendam habuit adversus dæmones potestatem. Nam tantam acceperat gratiam ad obedientiam fidei inter gentes, ut assumtis non plus septemdecim Christianis, universum populum, & urbanum & rusticanum, per agnitionem adjunxerit Deo. Ille & fluminum cursus in diversum vertit, præcipiens illis in magno nomine Christi: & paludem exsiccavit, belli caussam præbentem fratribus avaris. Ceterum prædictiones de futuris, ejusmodi sunt, ut nihilo sit inferior ceteris prophetis. Sed omnino perlongum fuerit viri percensere miracula, qui propter donorum excellentiam quæ in ipso operabatur Spiritus, in omni virtute, signis ac prodigiis, ab ipsis etiam veritatis hostibus alter Moyses appellatus fuit. Adeo in illo

τερος Μωϋσῆς παρ' αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας ἀνηγορεύετο. οὕτως αὐτῷ ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τῶν ἐπιτελουμένων διὰ τῆς χάριτος οἷόν τι φῶς ἐπέλαμπε, μήνυμα τῆς ἐπουρανίου δυνάμεως, τῆς ἐκ τοῦ ἀφανοῦς παρεπομένης αὐτῷ. τούτου μέγα ἔτι καὶ νῦν τοῖς ἐγχωρίοις τὸ θαῦμα, καὶ νεαρὰ καὶ ἀεὶ πρόσφατος ἡ μνήμη ταῖς ἐκκλησίαις ἐνίδρυται, οὐδενὶ χρόνῳ ἀμαυρουμένη. οὐκοῦν οὐ πρᾶξίν τινα, οὐ λόγον, οὐ τύπον τινὰ μυστικὸν παρ' ὃν ἐκείνοις κατέλιπε, τῇ ἐκκλησίᾳ προσέθηκαν. ταύτῃ τοι καὶ πολλὰ τῶν παρ' αὐτοῖς τελουμένων ἐλλειπῶς ἔχειν δοκεῖ, διὰ τὸ τῆς καταστάσεως ἀρχαιότροπον. οὐδὲν γὰρ ἠνέσχοντο οἱ κατὰ διαδοχὴν τὰς ἐκκλησίας οἰκονομήσαντες, τῶν μετ' ἐκεῖνον ἐφευρεθέντων παραδέξασθαι εἰς προσθήκην. εἷς τοίνυν τῶν Γρηγορίου, καὶ ὁ νῦν ἀντιλεγόμενος τρόπος τῆς δοξολογίας ἐστὶν, ἐκ τῆς ἐκείνου παραδόσεως τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένος.

A in omnibus tum dictis tum factis, eorum quæ per gratiam peragebantur, veluti lumen refulsit, supercælestis virtutis indicium, quæ ex occulto affectabatur illum. Hujus & in hodiernum quoque diem magna est apud ejus regionis homines admiratio: recensque ac semper vigens memoria sic infixa est ecclesiis, ut nullo tempore obsolescat. Itaque non factum aliquod, non dictum, non formam ullam mysticam, ultra quam illis reliquit, ecclesiæ adiecerunt. Quapropter etiam multa ex his quæ apud illos aguntur in ritibus videntur imperfecta, propter institutionis antiquitatem. Neque enim sustinebant qui in ecclesiarum administrationem successerant, additamenta quæ post illum adinventa sunt, recipere. Unus igitur fuit glorificationis mo- B dus quem instituit Gregorius, & is cui nunc contradicitur, ex illius traditione in ecclesia observatus.

IDEM *Epist.* XXVIII. *num.* I. & 2. *ibid. pagg.* 107. seq.

Μήτι δὲ ἅψαιτό ποτε, ὦ δέσποτα τῶν ἁπάντων, ὃς τῷ σῷ θεράποντι Γρηγορίῳ, τῷ ἐξ ἀρχῆς πηξαμένῳ τὴν κρηπῖδα τῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐπὶ μήκιστον ἀταραξίας τὴν χάριν ἔδωκας. — ὃς ἀπὸ τοῦ μεγάλου προστάτου τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν Γρηγορίου μέχρι τοῦ μακαρίου τούτου, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ προστιθεὶς καὶ συναρμόζων ἀεὶ, οἷον ἐκ τινὸς ἁρμοῦ λίθων πολυτελῶν, θαυμαστὸν οἷον κάλλος τῆς ἐκκλησίας ὑμῶν ἐχαρίσατο.

Neque vero attingat umquam (ecclesiam Neocæsariensem hæreticorum ventorum æstus,) o universorum Domine; qui famulo tuo GREGORIO, a quo basis ecclesiæ ab initio compacta, tranquillitatis longissimæ munus dedisti. — Qui a magno ecclesiæ vestræ præside GREGORIO usque ad hunc beatum (Musonium,) alterum in alterius locum sufficiens, semperque adaptans, velut ex quadam pretiosorum lapidum commissura, mirum ornamentum ecclesiæ vestræ largitus est.

IDEM *Epist.* CCIV. *num.* 2. *ibid. pag.* 303.

Δεύτερον δὲ, ὅτι εἴ τι μέγα συμβάλλεται πρὸς συνάφειαν καὶ τὸ τῶν αὐτῶν μετασχεῖν διδασκάλων, οἱ αὐτοὶ ὑμῖν τε εἰσὶ καὶ ἡμῖν διδάσκαλοί τε τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ, καὶ πατέρες πνευματικοὶ, οἱ ἐξ ἀρχῆς τὴν ἐκκλησίαν τὴν ὑμετέραν θεμελιώσαντες· Γρηγόριον λέγω τὸν πάνυ, καὶ ὅσοι ἐφεξῆς ἐκείνῳ τῆς παρ' ὑμῖν ἐπισκοπῆς τὸν θρόνον διαδεξάμενοι, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ ὥσπερ τινὲς ἀστέρες ἐπανατέλλοντες, κατὰ τῶν αὐτῶν ἰχνῶν ἐπέβησαν, ὥστε διάγνωστα καταλιπεῖν τῆς κατ' οὐρανὸν πολιτείας τὰ σημεῖα τοῖς βουλομένοις.

C Alterum huc accedit, quod si quid magni affert ad conjunctionem, etiam iisdem uti magistris, iidem nobis sint ac vobis magistri mysteriorum Dei & patres spirituales, qui initio ecclesiam vestram fundarunt: GREGORIUM dico summum illum virum, & quotquot post eum sedi apud vos episcopali succedentes, alius post alium veluti stellæ quædam exorientes, iisdem vestigiis institerunt; adeo ut nemini obscura reliquerint cælestis instituti monumenta.

IDEM *Epist.* CCVII. *num.* 4. *ibid.* pagg. 311. & seq.

Ἀλλ' οὐκ ἦν, φησι, ταῦτα ἐπὶ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου. — ὅτι δὲ οὐκ ἦν ταῦτα ἐπὶ τοῦ θαυμαστοῦ Γρηγορίου τίνας ἔχετε μάρτυρας; οἵ γε οὐδὲν τῶν ἐκείνου μέχρι νῦν διεσώσασθε. — μόνον ἐῤῥώσθω τὰ προηγούμενα, καὶ τὰς περὶ τὴν πίστιν καινοτομίας καταστείλατε. — τὰς τοῦ Γρηγορίου φωνὰς μὴ παρεξηγεῖσθε.

D Sed hæc, inquit, non erant tempore magni GREGORII. — Hæc autem non fuisse sub admirando GREGORIO, quosnam habetis testes? qui quidem nihil ex illius institutis hactenus conservastis. — Tantummodo sana sint quæ sunt præcipua, & novitates circa fidem compescite. — GREGORII verba ne falso interpretemini.

IDEM *Epist.* CCX. *num.* 3. 5. *ibid.* pagg. 314. 316.

Πίστεως διαστροφὴ παρ' ὑμῖν μελετᾶται, ἐχθρὰ μὲν τοῖς ἀποστολικοῖς καὶ εὐαγγελικοῖς δόγμασιν, ἐχθρὰ δὲ τῇ παραδόσει τοῦ μεγάλου ὡς ἀληθῶς Γρηγορίου. — τὸ γὰρ τοῦ Σαβελλίου κακὸν, πάλαι μὲν κινηθὲν, κατασβεσθὲν δὲ τῇ παραδόσει τοῦ μεγάλου, ἐπιχειροῦσι νῦν ἀνανεοῦσθαι οὗτοι. — [1] καθῆκαν δέ τινα πεῖραν δι' ἐπιστολῆς, καὶ πρὸς τὸν ὁμόψυχον ἡμῶν Ἄνθιμον τὸν Τυάνων ἐπίσκοπον· ὡς ἄρα Γρηγορίου εἰπόντος ἐν ἐκθέσει πίστεως, πατέρα καὶ υἱὸν ἐπινοίᾳ μὲν εἶναι δύο, [2] ὑποστάσει δὲ ἕν.

Fidei eversio apud vos excogitatur, inimica apostolicis & evangelicis doctrinis, inimica traditioni GREGORII vere magni. — Nam Sabellii malum, olim quidem exortum, sed traditione magni illius viri extinctum, conantur nunc isti renovare. — E Immisere etiam per epistolam tentamenta quædam unanimi nostro Anthimo Tyanorum episcopo, quasi GREGORIUS in FIDEI EXPOSITIONE dixerit, Patrem & Filium mentis quidem cogitatione duo esse, sed hypostasi unum. Hoc autem non docendi

1. Καθῆκαν κ. τ. λ.] Horum verborum versionem usque ad finem exhibet Facundus Hermianensis lib. X. cap. VI. opp. Sirmond. tom. II. pag. 740. & seq.

2. Ὑποστάσει δὲ ἕν] Credere non possum Gregorium dixisse Patrem & Filium, si simul considerentur, cogitatione duo esse, hypostasi unum. Hæc enim gemella essent hæresi Sabellianæ, quam supra Basilius Gregorii traditione extinctam docet. Sed his in verbis vel erratum aliquod librariorum, ut placet Basilio, suspicandum est, vel de Patre & Filio separatim sumtis accipi debent. Quo sensu magister Gregorii Origenes dixit de Christo: *τὸ μὲν ὑποκείμενον ἕν ἐστι, ταῖς δὲ ἐπινοίαις τὰ πολλὰ ὀνόματα ἐπὶ διαφόρων ἐστί. Suppositum quidem unum est, sed cogitatione plura nomina variis rebus imponuntur*, Homil. VIII. in Jerem. pag. 96. MARAN. *in not. ad hunc locum*. Adi sis & Sirmondum ad Facundum pag. 740.

τοῦτο δὲ ὅτι οὐ δογματικῶς εἴρηται, ἀλλ' ἀγωνιστικῶς ἐν τῇ πρὸς Αἰλιανὸν διαλέξει, οὐκ ἠδυνήθησαν συνιδεῖν, οἱ ἐπὶ λεπτότητι τῶν φρενῶν ἑαυτοὺς μακαρίζοντες. ἐν ᾗ πολλὰ τῶν ἀπογραψαμένων ἐστὶ σφάλματα, ὡς ἐπ' αὐτῶν τῶν λέξεων δείξομεν ἡμεῖς, ἐὰν ὁ Θεὸς θέλῃ. ἔπειτα μέν τοι τὸν Ἕλληνα πείθων, οὐχ ἡγεῖτο χρῆναι ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τὰ ῥήματα· ἀλλ' ἔστιν ὅπῃ καὶ συνδιδόντα τῷ ἔθει τοῦ ἐναγομένου, ὡς ἂν μὴ ἀντιτείνοι πρὸς τὰ καίρια. διὸ δὴ καὶ πολλὰς ἂν εὕροις ἐκεῖ φωνὰς, τὰς νῦν τοῖς αἱρετικοῖς μεγίστην ἰσχὺν παρεχομένας· ὡς τὸ κτίσμα, καὶ τὸ ποίημα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. πολλὰ δὲ καὶ περὶ τῆς πρὸς τὸν ἄνθρωπον συναφείας εἰρημένα, εἰς τὸν περὶ τῆς θεότητος ἀναφέρουσι λόγον, οἱ ἀπαιδεύτως τῶν γεγραμμένων ἀκούοντες· ὁποῖόν ἐστι καὶ τοῦτο, τὸ παρὰ τούτων περιφερόμενον.

A causa, sed decertandi in *Dialogo cum Æliano* dictum esse, intelligere non potuerunt qui sibi ipsi ob ingenii subtilitatem beati videntur. Qua in disputatione multa sunt librariorum errata, ut ex ipsis verbis ostendemus, si Deus volet. Deinde vero gentilem erudiens non existimabat accuratius disputandum esse de verbis: sed non nihil etiam indoli illius qui introducebatur, concedendum, ut ne iis quæ præcipua sunt, repugnaret. Quapropter & multas illic invenias voces, quæ nunc robur maximum hæreticis præbent, quales sunt *creatura* & *factura*, & si quid ejusmodi. Multa autem & de conjunctione cum homine dicta ad divinitatis rationem referunt, qui inscite scripta illa intelligunt; quale est & hoc ipsum, quod ab ipsis decantatur. B

III.

S. Hieronymus *lib.* de Viris illustr. *cap.* lxv. *cum vetere* Interprete.

Theodorus, qui postea Gregorius appellatus est, Neocæsareæ Ponti episcopus, admodum adolescens, ob studia Græcarum & Latinarum litterarum, de Cappadocia Berytum, & inde Cæsaream Palæstinæ transiit, juncto sibi fratre Athenodoro: quorum cum egregiam indolem vidisset Origenes, eos ad philosophiam cohortatus est, in qua paullatim Christi fidem subintroducens, sui quoque sectatores reddidit. Quinquennio itaque eruditi ab eo, remittuntur ad matrem; e quibus Theodorus proficiscens, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας scripsit Origeni; & convocata grandi frequentia, ipso quoque Origene præsente recitavit, qui usque hodie exstat. Scripsit & μετάφρασιν in Ecclesiasten, brevem quidem, sed valde utilem. Et aliæ hujus vulgo feruntur Epistolæ; sed præcipue signa atque miracula, quæ jam episcopus cum multarum ecclesiarum gloria perpetravit.

Θεόδωρος, ὃς ὕστερον ἐκλήθη Γρηγόριος, Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, νέος κομιδῆ, διὰ τὴν παίδευσιν Ἑλληνικῶν τε καὶ Ῥωμαϊκῶν γραμμάτων, ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας εἰς Βηρυτὸν, κἀκεῖθεν εἰς Καισάρειαν τῆς Παλαιστίνης διέβη, ἅμα Ἀθηνοδώρῳ ἀδελφῷ. ὧν τινων τὴν ἐξαίρετον εὐφυΐαν ἑωρακὼς Ὠριγένης, τούτους εἰς φιλοσοφίαν προετρέψατο, καὶ κατὰ μέρος εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν εἰσάγων, ζηλωτὰς ἰδίους C καθέστηκεν. ἐπὶ πέντε τοίνυν παρ' αὐτοῦ παιδευθέντες ἔτη, πρὸς τὴν μητέρα ἀποπέμπονται, ἀφ' ὧν ὁ Θεόδωρος ἀποδημῶν, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας τῷ Ὠριγένει ἔγραψε· καὶ συγκαλεσάμενος πάντας τοὺς ἐπιχωρίους, αὐτοῦ τε τοῦ Ὠριγένους παρόντος, τοῦτον ἀνέγνω τὸν λόγον, ὅς τις ἄχρι τοῦ παρόντος ὑπάρχει. ἔγραψε δὲ καὶ ἔκφρασιν εἰς Ἐκκλησιαστὴν, ἐλάχιστον μὲν, πάνυ δὲ θαυμαστὸν λόγον, καὶ ἄλλας πολλὰς ἐπιστολὰς, ποιήσας σημεῖά τε καὶ θαύματα, ἡνίκα ἐπίσκοπος ἐτύγχανεν.

Idem Comment. in Ecclesiasten *cap.* iv. *opp. tom.* III. *pag.* 424. *edit. Veron.*

Vir sanctus, Gregorius Ponti episcopus, Origenis auditor, in *Metaphrasi Ecclesiastæ* ita hunc locum intellexit: „ Ego vero præfero adolescentulum pauperem & sapientem, regi seni & stulto; cui numquam venit in mentem quod possibile sit, quemquam de his quos vinxerat, ad regnum exire de carcere, & se ipsum de iniqua deinceps potestate sua corruere. Evenit enim D interdum ut hi qui sub adolescentulo sapiente fuerint, absque mœrore sint: ita tamen ut sub rege sene ante versati sint. Qui enim postea nati sunt, quia mala præterita nescierunt, nec adolescentulum laudare possunt qui postea consurrexit, abducti opinione perversa & impetu spiritus adversantis. „

Idem *Epist.* lxx. *num.* 4. *tom.* I. *pag.* 427.

Exstant & libri — Theodori, qui postea Gregorius appellatus est, viri apostolicorum signorum atque virtutum.

IV.

Rufinus Hist. eccl. *lib.* vii. *cap.* xxv.

Verum quoniam beati Gregorii historiæ textus attulit mentionem, dignissimum puto tanti viri gesta (quæ sub orientali & septemtrionis axe cunctorum sermone celebrantur) omissa nescio quo casu, huic narrationi ad memoriam posteritatis inserere. Stagnum quoddam erat in Ponti regionibus situm, piscibus copiosum, ex quorum captura prædivites reditus dominis præstabantur. Ista possessio duobus fratribus forte hereditatis obvenerat: sed pecuniæ cupiditas (quæ omnium pæne mortalium corda superat) etiam fraternam necessitudinem violavit. Coibatur a fratribus tempore capturæ, non tam ad E capiendos pisces, quam ad decipiendos homines cædes & bella movebantur; humanus sanguis pro piscibus fundebatur: sed Dei providentia, adfuit aliquando auxilium, adventusque Gregorii. Vidit prœlia & mortes virorum, furentesque germanos; quid caussæ subesset, pro qua in exitium sui suorumque, fratres accenderentur, inquirit: nullam, nisi capturam piscium comperit. Tunc ille, cum pro honore adventus sui, utræque partes paullulum siluissent: Nolite (inquit) o filioli, rationales animas pro mutis animantibus violare, fraternam pacem quæstus cupiditate dissolvere, Dei leges &

naturæ pariter jura temerare ; & una mecum ad ora ftagni exitialis accedite. Ego jam vos per virtutem Domini, omni certamine cruentæ contentionis abfolvam. Et cum hæc dixiffet, in confpectu omnium virgam quam tenebat in manu, ad primas litoris undas defigit, & ipfe pofitis genibus palmas ad cælum tendit, atque his verbis excelfo fupplicat Deo : Tu Domine Deus patrum noftrorum, qui cum tibi primus homo Adam peccaffet, ac mandatum tuum præteriiffet, pœnam culpæ illius moderatus, ad terram maledictionis fententiam detorfifti, dicens : Maledicta terra in operibus tuis. Et nunc ergo miferatus horum juA venum fraternum fanguinem qui periclitatur, præcipe ut maledictæ fint aquæ iftæ in operibus eorum, pro quibus furore fuccenfi, fraternæ pietatis obliti funt; ita ut numquam in hoc loco vel pifcis appareat, vel aqua refideat, fed fit campus aratri patiens, ac frugum ferax, & cuftos in æternum fraternæ concordiæ perfeveret. Simul ut ille finem orandi fecit, ftatim fe unda fubducens, & curfu velociore refugiens, a confpectu fuperno juffa difcedere, abyffis fuis redditur, & arentem campum germanis jam concordibus dereliquit. Sed & in hodiernum, frugum ferax effe dicitur folum, quod ante fuerat navium ferax.

IDEM *ibid.*

Sed & ingenii fui nobis in parvo maxima monumenta dereliquit : In Ecclefiaften namque Metaphrafin idem Gregorius magnificentiffime fcripfit; & catholicæ fidei expofitionem breviter editam reliquit, quam pro ædificatione ecclefiarum fociare B his commodum duxi : „ Unus Deus pater Verbi „ viventis, fapientiæ fubfiftentis, & potentiæ ac „ characteris fempiterni : perfectus perfecti geni„ tor, Pater filii unigeniti. Unus Dominus, folus ex folo, Deus ex Deo *cet.*

V.

SOCRATES Hift. eccl. *lib.* IV. *cap.* XXVII.

Ὁ Ποντικὸς Γρηγόριος, ὅστις ἐκ τῆς ἐν Πόντῳ Νεοκαισαρείας ὁρμώμενος, — μαθητὴς Ὠριγένους ἐγένετο. περὶ τούτου τοῦ Γρηγορίου, πολὺς ὁ λόγος ἔν τε Ἀθήναις καὶ Βηρυτῷ, καὶ ὅλῃ τῇ Ποντικῇ διοικήσει, ὡς δὲ εἰπεῖν, καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. — μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Πάμφιλος ὁ μάρτυρ ἐν τοῖς περὶ Ὠριγένους πονηθεῖσιν αὐτῷ βιβλίοις, ἐν οἷς καὶ συστατικὸς λόγος Γρηγορίου εἰς Ὠριγένην παράκειται.

Ponticus GREGORIUS, qui ex urbe Ponti Neocæfarea oriundus, — Origenis difcipulus fuit. Hujus GREGORII celebris fama eft Athenis ac Beryti, & per univerfam Ponticam diœcefim, ac per univerfum prope dixerim terrarum orbem. — Hujus mentionem facit C etiam Pamphilus martyr, in libris quos pro Origenis defenfione fcripfit : quibus etiam adjuncta eft GREGORII *Oratio*, quam ille ab Origene difcedens, in ejus laudem compofuit.

VI.

SOZOMENUS Hift. eccl. *lib.* VII. *cap.* XXVII.

Ἀλλ᾽ οἷον ἕτερον περὶ αὐτοῦ λέγεται, καὶ ἀφηγήσασθαι βούλομαι. πυνθάνομαι πεθαυματουργῆσθαι Γρηγορίῳ τῷ θαυμασίῳ, ὃς πάλαι τὴν Νεοκαισάρειαν ἐπετρόπευσε, καὶ μάλα πείθομαι.

Aliud præterea quod de illo (Epiphanio) refertur, commemorare libet. Id quidem ab admirando GREGORIO qui Neocæfarienfem olim rexit ecclefiam, geftum effe accepi; & libenter credo.

VII.

LIBERATUS DIACONUS, Breviar. *cap.* X.

Bafilius quidam diaconus, fumens tomum Procli quem Armeniis fcripferat, Alexandriam venit ; & Armeniorum libellos fuis libris annectens, obtulit Cyrillo ejufdem urbis antiftiti. Quibus (ut ferunt rumores) permotus Cyrillus, quatuor libros fcriD pfit [1] : tres adverfus Diodorum & Theodorum, & alium de incarnatione librum. In quibus continentur antiquorum Patrum incorrupta teftimonia, id eft, — GREGORII mirabilis, Θαυματουργοῦ cognominati.

VIII.

FACUNDUS *epifcopus Hermianenfis lib.* X. *cap.* VI. *inter opp. Sirmondi tom.* II. *pag.* 740.

Sanctus Bafilius magnum GREGORIUM, qui miraculorum operatoris cognomen accepit, ut Θαυματουργὸς vocaretur & vocetur a Græcis, non ab Arianorum tantum qui creaturam & facturam Filium dicunt, verum etiam a contrario Sabellianorum errore defendit, qui unam Patris & Filii fubfiE ftentiam dicunt; quamvis hæc & prædictus GREGORIUS dixiffe videatur. Inde idem S. Bafilius, loquens de quibufdam qui auctoritate ipfius GREGORII excufare fuam perfidiam nitebantur, *Immiferunt*, ait, cet. [2]

1. De his quatuor Cyrilli libris quos intercidiffe conftat, vide fis Fabricium *Bibl. Gr.* tom. VIII. pag. 591. num. 187.

2. Vide fuperius not. (1) ad Bafilii epift. CCX.

IX.

EVAGRIUS SCHOLASTICUS Hist. eccl. *lib.* III. *cap.* XXXI.

Καὶ γὰρ καὶ λόγους πατέρων πολλάκις νενοθεύκασι· πολλοὺς δὲ Απολιναρίου λόγους, Αθανασίῳ, καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, καὶ Ιουλίῳ, διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασι. A

Nam & libros sanctorum Patrum sæpenumero corruperunt (Acephali); Multos quoque Apollinaris libros Athanasio & GREGORIO THAUMATURGO & Julio falso adscripserunt.

X.

CONCILIUM QUINISEXTUM can. II.

Επισφραγίζομεν τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας· τουτέστι —— Γρηγορίου ἐπισκόπου γενομένου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ.

Obsignamus reliquos omnes canones, qui a sanctis & beatis nostris Patribus expositi sunt: id est, —— GREGORII Neocæsareæ episcopi THAUMATURGI.

X I.

MENOLOGIUM GRÆCORUM *ad diem* XVII. *Novemb. Part.* I. *pag.* 194. *edit. Urbin.* 1727.

B Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ.

Οὗτος ἦν ἐπ' Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως, υἱὸς ὑπάρχων ἑλλήνων· αὐτὸς δὲ γεγονὼς Χριστιανὸς, καὶ τὸ τῆς πίστεως μυστήριον διδαχθεὶς διὰ ὀπτασίας παρὰ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ τοῦ Θεολόγου Ιωάννου· ἔλαβε καὶ τὸ τῶν θαυματουργιῶν χάρισμα, καὶ ἐκλήθη Θαυματουργὸς, ποιῶν θαύματα πολλὰ, ἐξ ὧν εἰσι καὶ ταῦτα. εἰς γὰρ Αλεξάνδρειαν ἀπελθὼν, καὶ κατηγορηθεὶς ὑπὸ πόρνης, ἐπιπέμπει αὐτῇ δαίμονα· καὶ πάλιν ἰᾶται. εἶτα μὴ παρὼν ἐν Αμασείᾳ, ὅμως διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, χειροτονεῖται ἐπίσκοπος ὑπὸ Φαιδίμου τοῦ Αμασείας. λίθον δὲ μέγαν ποιήσας περιπατῆσαι, ἐβάπτισε τὸν προσμονάριον τῶν C εἰδώλων. ἀδελφῶν δὲ δύο διὰ λίμνην μαχομένων, ἐξήρανεν αὐτήν. καὶ τὴν ῥάβδον πήξας, ἔστησε ποταμόν· ἥτις καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα. καὶ ἄλλα μυρία ποιήσας, ἐν τῷ μέλλειν ἐκδημεῖν εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, ὅτι ἐν τῇ αὐτοῦ πόλει τοσούτους ἀπίστους κατέλιπεν, ὅσους εὗρε Χριστιανούς. καὶ οὕτως ἐτελειώθη.

Commemoratio S. P. N. GREGORII THAUMATURGI *episcopi Neocæsareæ*.

Hic Aureliano imperatore floruit, parentibus natus infidelibus: ipse autem Christianus, fideique mysterium a sanctissima Deipara & Joanne Theologo per visionem edoctus, accepit & donum miraculorum: unde THAUMATURGI cognomentum adeptus est ob multa miracula quæ patravit, ex quibus hæc memorantur. Profectus aliquando Alexandriam, in scortum quod de se obloqueretur, dæmonem immisit, sed paullo post etiam fugavit. A Phædimo Amaseæ episcopo ordinatur episcopus, quum Amaseæ non adesset: tanta erat virtutum illius opinio. Saxum ingens alio transtulit; eoque signo idolorum æditui ad fidem conversum baptizavit. Paludem, caussam rixarum inter duos fratres, exsiccavit. Fluvium defixo in terram baculo, qui & in magnam excrevit arborem, coercuit. Quumque innumera alia portenta edidisset, migraturus ad Dominum, gratias illi agebat, quod tot relinqueret in sua urbe infideles, quot Christianos invenerat. Atque hunc in modum decessit.

X I I.

SUIDAS *in* Lexico.

D Γρηγόριος, ὁ καὶ Θεόδωρος ὁ Θαυματουργὸς, Νεοκαισαρείας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ ἐπίσκοπος. νέος κομιδῆ, διὰ τὴν παίδευσιν Ελληνικῶν τε καὶ Ρωμαϊκῶν γραμμάτων, ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας εἰς Βηρυτὸν, κἀκεῖθεν εἰς Καισάρειαν τὴν τῆς Παλαιστίνης διέβη, ἅμα Αθηνοδώρῳ ἀδελφῷ. οὓς καὶ κατὰ μέρος εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν εἰσάγων Ωριγένης, ζηλωτὰς ἰδίους κατέστησεν. ἐπὶ πέντε τοίνυν παρ' αὐτοῦ παιδευθέντες ἐνιαυτοὺς, πρὸς τὴν πατρίδα ἐπανέρχονται. ἀφ' οὗ ὁ Γρηγόριος ἀποδημῶν, πανηγυρικὸν εὐχαριστίας τῷ Ωριγένει ἔγραψε λόγον, καὶ συγκαλεσάμενος πάντας τοὺς ἐπιχωρίους, αὐτοῦ τε τοῦ Ωριγέ-

GREGORIUS, qui & Theodorus dictus est, cognomento Θαυματουργὸς, hoc est, rerum admirabilium effector, Neocæsareæ quæ in Ponto est, episcopus, admodum adolescens, Græcarum Romanarumque litterarum studio incensus, e Cappadocia Berytum profectus est, atque inde Cæsaream quæ in Palæstina est, cum fratre Athenodoro se contulit. Hos in Christi religione sigillatim Origenes instituens, sui studiosos amantesque reddidit. Quinquennium igitur in ejus disciplina versati, in patriam redeunt. Ubi Gregorius gratiarum actionem ad Origenem scripsit, eamque populo convocato, & ipso Origene præsente le-

νους παρόντος, τοῦτον ἀνέγνω τὸν λόγον· ὅς τις καὶ ἄχρι τοῦ παρόντος ὑπάρχει. ἔγραψε δὲ μετάφρασιν εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν· ἐλάχιστον μὲν, πάνυ δὲ θαυμαστὸν λόγον. καὶ ἄλλας τε πολλὰς, καὶ ποικίλας ἐπιστολὰς συνεγράψατο. ποιήσας τε σημεῖα καὶ θαύματα ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἡνίκα ἐπίσκοπος ἐτύγχανεν, ἐτελεύτησεν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ [1].

A git: quæ quidem Oratio exstat usque ad præsentem diem. Scripsit & Metaphrasim in Ecclesiasten, brevissimam illam quidem, sed sane quam admirabilem. Multas præterea & varias Epistolas composuit. Denique factus Episcopus, signis & miraculis humanas vires superantibus clarus, Juliano imperante decessit.

X I I I.

THEODORUS BALSAMON *Schol. in Canonem XXI. Concilii Nicæni.*

Apud BEVEREGIUM Pandect. Canon. *tom.* I. *pag.* 83. A.

Τοῦτον καθεῖλεν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς καὶ ἄλλοι τινές.

Hunc (Paullum Samosatenum) deposuerunt sanctus GREGORIUS THAUMATURGUS, & alii quidam.

1. Ἐπὶ Ἰουλιανοῦ) Legendum ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ ex antiquioribus monumentis.



SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΕΟΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΠΟΝΤΟΥ, ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ,

ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΙΣΤΕΩΣ,

ἣν δι' ἀποκαλύψεως παρὰ τοῦ μακαρίου τοῦ Ἰωάννου Εὐαγγελίστου, μεσιτευούσης τῆς Θεογεννητρίας τῆς παρθένου Μαρίας ἔσχεν.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII,

EPISCOPI NEOCÆSAREÆ PONTI, THAUMATURGI,

EXPOSITIO FIDEI,

quam per revelationem a beato Joanne Evangelista, mediante Dei genitrice Maria Virgine, accepit.

Interprete RUFINO. A

[a] UNus Deus Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis, & virtutis suæ & figuræ: perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus [b] Dominus, solus [c] ex solo, figura & imago deitatis, Verbum [d] perpetrans, Sapientia comprehendens omnia, & Virtus qua tota creatura fieri potuit: Filius verus Veri, & invisibilis ex invisibili, & incorruptibilis ex incorru- B ptibili, & immortalis ex immortali, & sempiternus ex sempiterno. Unus Spiritus sanctus, ex Deo substantiam habens, & qui per Filium [e] apparuit: ima-

ΕἿΣ Θεὸς, πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης, καὶ δυνάμεως, καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου. τέλειος τελείου γεννήτωρ, πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς. εἷς κύριος, μόνος ἐκ μόνου, Θεὸς ἐκ Θεοῦ· χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, λόγος [1] ἐνεργός. σοφία τῆς τῶν ὅλων συστάσεως περιεκτική· καὶ δύναμις τῆς ὅλης κτίσεως ποιητική. υἱὸς ἀληθινὸς, ἀληθινοῦ πατρὸς, ἀόρατος· [2] ἀοράτου· καὶ ἄφθαρ- B τος ἀφθάρτου· καὶ ἀθάνατος ἀθανάτου, καὶ ἀΐδιος ἀϊδίου. καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον· καὶ διὰ υἱοῦ πεφηνὸς, [3] δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώ-

A *Interprete* GER. VOSSIO.

UNus Deus, Pater Verbi viventis, Sapientiæ subsistentis, & potentiæ ac characteris sempiterni: perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo: character & imago Deitatis, Verbum efficax. Sapientia, constitutionis rerum universarum comprehensiva: & virtus atque potentia universæ creaturæ effectiva. Filius verus, veri Patris: B invisibilis, ejus qui est invisibilis: & incorruptibilis, corruptioni non obnoxii: ac immortalis, mortis prorsus nescii: & sempiternus, sempiterni. Unusque Spiritus sanctus, ex Deo exsistentiam habens; & qui

1. Ἐνεργός] Ita Gregorius Nyssenus in vita Gregor. Thaumat. inferius subjecta, cap. IX. & ms. codex Coislin. apud Maranum *de Divin. D. N. J. C.* lib. IV. cap. XX. §. I. pag. 523. Utraque tamen Vossiana editio, Mogunt. & Paris. nec non exemplar Canisianum, ἐνεργής.

2. Ἀοράτου] Vos. & Canis. τοῦ ἀοράτου.

3. Δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις] Hæc agnoscit Gregorius Nyssenus. Neque aliter codex Coislin. apud Maranum l. c. & exemplar, quod ex ms. Augustano misit Pontanus ad Canisium. Ea tamen non legit Rufinus interpres, neque habet Rufinianæ versionis vetus exemplar Lambecianum. C Unde nonnullis ea glossam sapere visa sunt. Qua de re audire præstat doctissimum Lequienum *Dissert.* I. *Damasc.* §. III. pag. II. „ Familiaris, inquit, Patrum tertii & „ quarti seculorum assertio fuit, *ex Patre per Filium Spi-* „ *ritum sanctum exsplendescere*. Id passim clamant Magnus „ Basilius & Gregorius Nyssenus, secundum veram illam „ & sinceram Fidei formulam, quam Thaumaturgo divi- „ nitus traditam acceperant. *Unus Spiritus sanctus, ex Deo* „ *exsistentiam habens*, (verba istius formulæ sunt) καὶ δι' „ υἱοῦ πεφηνός, *& qui per Filium effulsit*. In codicibus Græ- „ cis in quos hactenus incidi, additur, δηλαδὴ τοῖς ἀν- „ θρώποις, *scilicet hominibus*. Quas voculas Gregorianæ „ istius confessionis simplicitas pati non videtur, atque „ temeritatem sapiunt Græculi schismatici, qui hac in- „ terpretatione voluerit significare, ea dumtaxat ratione „ Spiritum sanctum per Filium explendescere, qua per „ Filium hominibus conceditur. At vero Patribus Græcis „ tritissimum est, quamlibet personæ divinæ processionem „ ἐκφάνσεως & ἐκλάμψεως, *effulsionis* vocabulo enuntiare. „ Quocirca Gregorius Theologus alicubi ait, divinas per- „ sonas ab invicem discriminari ratione τῆς ἐκφάνσεως ἢ „ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως, *effulsionis sive mutuæ inter ipsas* „ *relationis*. Porro falsatam Thaumaturgi expositionem „ coarguit Rufinus, qui eam inseruit suæ interpretationi „ Latinæ historiæ ecclesiasticæ Eusebii, absque his voci-

a *Unus Deus* cet.] Lambecius Comment. bibl. Cæsar. lib. II. cap. V. pagg. 264. seqq. Psalterium Latinum recenset, jussu & cura Caroli M. aureis litteris descriptum, qui & illud summo pontifici Hadriano I. obtulisse perhibetur. Inter complura vetera monumenta quæ in eodem Psalterio exstant, occurrit quoque *Fides B. Gregorii Martyr. & Episcopi Neocæsariæ*. Exemplar hujusmodi desumtum videtur ex Rufino, qui eamdem Fidei expositionem Gregorianam suæ Eusebianæ historiæ ecclesiasticæ versioni intexuit. Utrumque porro exemplar conferre operæ pretium duximus. Rufiniana interpretatio habetur lib. VII. cap. XXV. altera vero apud Lambecium l. c. pag. 270.


b *Dominus*] Cod. Lamb. *Deus*, forte ex contracta scriptura *Dnus*, minus recte perspecta.

c *Ex solo*] Cod. Lamb. *ex solo Deo*. Atque ita quidem ex pluribus Vatic. mss. libris melioris notæ versionem Rufinianam restituit vir eruditus, qui eam anno 1740. Romæ vulgavit.

d *Perpetrans*] Lambec. cod. *penetrans*. Male, ut videtur.

e *Apparuit*] Vide sis Græca.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



Interprete RUFINO. A

go Filii perfecti, perfecta viventium cauſſa, ſanctitas ſanctificationis præſtatrix; per quem [a] Deus ſuper omnia & in omnibus, cognoſcitur; & Filius [b] per omnes. Trinitas perfecta, majeſtate & ſempiternitate & regno minime dividitur, neque abalienatur. Igitur neque factum quid aut ſerviens in Trinitate, neque ſuperinductum, tamquam [c] antehac quidem non ſubſiſtens, poſtea vero ſuperingreſſum. Neque [d] ita defuit umquam Filius Patri; neque Filio Spiritus ſanctus: ſed [e] invertibilis & immutabilis eadem Trinitas [f] ſemper.

B

πоις· [1] εἰκὼν τοῦ υἱοῦ· τελείου τελεία· ζωὴ, ζώντων αἰτία· πηγὴ ἁγία· ἁγιότης, ἁγιασμοῦ χορηγός. ἐν ᾧ φανεροῦται Θεὸς ὁ πατὴρ, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι· καὶ Θεὸς ὁ υἱὸς, ὁ διὰ πάντων. [2] Τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη, μηδὲ ἀπαλλοτριουμένη. [3] οὔτε οὖν κτιστόν τι, ἢ δοῦλον ἐν τῇ τριάδι· οὔτε ἐπείσακτον, ὡς πρότερον μὲν οὐχ ὑπάρχον, ὕστερον δὲ ἐπεισελθόν. [4] οὔτε οὖν ἐνέλιπέ ποτε υἱὸς πατρὶ, οὔτε υἱῷ [5] τὸ πνεῦμα· ἀλλ' ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος, ἡ αὐτὴ [6] Τριὰς ἀεί.

A *Interprete* GER. VOSSIO.

per Filium apparuit, ſcilicet hominibus: imago Filii, perfecti perfecta; vita, viventium cauſſa; fons ſanctus; Sanctitas, ſanctificationis ſuppeditator. In quo manifeſtatur Deus Pater, qui ſuper omnia eſt & in omnibus: & Deus Filius, qui per omnia eſt. Trinitas perfecta, quæ gloria & æternitate, ac regno atque imperio non dividitur, neque abalienatur. Non igitur creatum B quid aut ſervum in Trinitate: neque ſuperinductitium aliquid & adventitium, quaſi prius non exſiſtens, poſterius vero adveniens. Non ergo defuit umquam Filius Patri; neque Filio Spiritus: ſed immutabilis & invariabilis, eadem ſemper manet Trinitas.

„ bus, *ſcilicet hominibus*. Eas etiam non legebat Hadrianus I. qui in epiſtola ad Carolum Magnum ejuſdem „ expoſitionis fidei auctoritate pugnat, in ſeptima ſynodo recte dictum a Tharaſio CP. fuiſſe, *Spiritum ex Patre per Filium procedere.* „ Hactenus V. C.

1. Πνεῦμα ἅγιον —— εἰκὼν τοῦ υἱοῦ] Gregorium Thaumaturgum imitatur Joannes Damaſcenus lib. I. *de fide orthod.* cap. XIII. tom. I. pag. 151. cujus hæc verba: Εἰκὼν τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ πνεῦμα. *Imago Patris eſt Filius, & Filii, Spiritus.* Quem in locum hæc adnotat ad rem noſtram laudatus Lequienus: „ Idem, inquit, ait „ Auctor Orat. III. de Imaginibus, eique præiverant Athanaſius epiſt. I. ad Serap. Baſilius lib. v. contra Eunom. Cyrillus Dial. VII. & in Theſauro aſſert. 33. Quod „ ſi ratio propria imaginis naturalis eſt, ut derivata ſit „ ab archetypo; quidni Spiritus proceſſerit ex Filio? Quocirca Thaumaturgus in profeſſione fidei, poſtquam dixit Spiritum ſanctum *per Filium effulgere*, δι' υἱοῦ πεφηνὸς, ipſum deinde *imaginem Filii* appellat, *perfectam perfecti*. Græci quidam poſt participium πεφηνὸς has voces inſeruerunt, δηλαδὴ τοῖς ἀνθρώποις, *videlicet hominibus*: quod gloſſema ſpurium eſſe ſuperius oſtendimus. „

2. Τριὰς —— μὴ μεριζομένη] Gregorius Nazianzenus Orat. XXXVII. pag. 609. Ἔχω μὲν οὕτω περὶ τούτων, καὶ ἔχοιμι· καὶ ὅς τις ἐμοὶ φίλος, σέβειν Θεὸν τὸν πατέρα, Θεὸν τὸν υἱὸν, Θεὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρεῖς ἰδιότητας, θεότητα μίαν, δόξῃ καὶ τιμῇ καὶ οὐσίᾳ καὶ βασιλείᾳ μὴ μεριζομένην· ὥς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν. Id eſt: *De his quidem ita ſentio, atque utinam ſentiam; colamuſque Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, tres proprietates, unam divinitatem, nec gloria nec honore nec eſſentia ned regno diviſam: ut quiſpiam divino numine afflatus haud ita pridem philoſophatus eſt.* Quibus ſane verbis Nazianzenus Gregorium Thaumaturgum indicaſſe comperitur, qui in ſua Apocalypſi hæc habet, ut poſt Eliam Cretenſem advertit Billius.

3. Οὔτε οὖν —— ἐπείσακτον] Idem Nazianzenus *Orat.* XL. pag. 668. S. Patrem noſtrum iterum heic reſpiciens, ſic ait: Οὐδὲν τῆς τριάδος δοῦλον, οὐδὲ κτιστὸν, οὐδὲ ἐπείσακτον, ἤκουσα τῶν σοφῶν τινος λέγοντος. *Nihil in Trinitate ſervum eſt, nec creatum, nec adventitium; ut ex cujuſdam docti viri ſermone accepi.* Hinc liquido conſtat, ut veterem interpretem Rufinum omittamus, ab his verbis οὔτε οὖν κτιστόν τι uſque ad finem, omnia perſcripſiſſe Neocæſarienſem Gregorium, non Gregorium Nyſſenum, ut perperam viſum Nyſſeni editoribus aliiſque nonnullis; in primis vero Jacobo Baſnagio, qui *Theſ. Caniſ.* tom. I. pag. 25. haud ferenda ſane confidentia ſtatuit, Caniſium Gregorio Thaumaturgo verba Gregorii Nyſſeni *incaute* tribuiſſe. Quod iterum pag. 27. in nota margin. confirmat.

4. Οὔτε οὖν] Codex Coiſlin. apud Maranum l. c. οὔτε γάρ.

5. Τὸ πνεῦμα] In eodem cod. Coiſl. poſt πνεῦμα hæc leguntur, teſte laudato Marano: οὔτε αὔξεται μονὰς εἰς δυάδα, οὐδὲ δυὰς εἰς τριάδα. *Neque creſcit monas in dyadem, neque dyas in Triadem.* Quæ quidem additio, tum interpreti Rufino tum Gregorio Nyſſeno prorſus inviſa, Lequieni conjecturam confirmat, hancce Gregorianam fidei expoſitionem haudquaquam ab interpolatione aliquando fuiſſe immunem.

6. Τριάς] Idem codex Coiſl. ἁγία Τριάς.

a *Deus*] Exemplar Lambec. *Deus ſolus*.

b *Per omnes*] Ita quoque liber Lambec. At recentior regius cod. apud Romanum editorem, exhibet *per quem omnia*: quæ quidem lectio magis placet.

c *Antehac*] Cod. Lambec. *ante hoc*. Mendoſe. Mox vero, *& quaſi poſtea ſuperingreſſum*.

d *Neque ita*] Sic item cod. Lambec. Recens tamen editio Romana, *Neque itaque*.

e *Invertibilis*] Lambec. exemplar *inconvertibilis*. Atque hanc lectionem præ ſe ferunt duo Vat. codd. teſte nupero Romano editore.

f *Semper*] *Semper manet*, Pſalterium Lambec.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
255.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ

ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΗΝ ΤΟΥ ΣΟΛΟΜΩΝΤΟΣ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII THAUMATURGI

METAPHRASIS

IN ECCLESIASTEN SALOMONIS.

JACOBO BILLIO *Interprete*.

ΚΕΦΑΛ. α΄.

A

ΤΑδε λέγει Σαλομὼν ὁ τοῦ Δαβὶδ βασιλέως καὶ προφήτου παῖς ἁπάσῃ τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, παρὰ πάντας ἀνθρώπους βασιλεὺς ἐντιμότατος, καὶ προφήτης σοφώτατος. Ὡς κενὰ καὶ ἀνόνητα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματά τε καὶ σπουδάσματα, ὅσα ἀνθρώπινα. Οὐδὲ γὰρ ἔχει τις εἰπεῖν ὄφελός τι τούτοις προσηρτημένον, ἅπερ ἄνθρωποι [1] περὶ γῆν ἕρποντες, καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς, ἐκτελέσαι σπουδάζουσι, τῶν μὲν προσκαίρων ἡττημένοι, ἀνωτέρω δὲ τῶν ἄστρων τῷ γενναίῳ τῆς ψυχῆς ὄμματι, οὐδ᾽ ὁτιοῦν κατιδεῖν βουλόμενοι. Καὶ κατατρίβεται ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, καὶ ὡρῶν καὶ ἐνιαυτῶν περιόδους, ἡλίου τε δρόμους τεταγμένους, τῶν μὲν παραγινομένων, τῶν δὲ ὑπαπιόντων. B Ἔοικε δὲ τὸ πρᾶγμα, χειμάῤῥων παρόδῳ, ἀμετρήτῳ θαλάσσης ἐμπιπτόντων βυθῷ σὺν ταράχῳ πολλῷ. καὶ τὰ μὲν δι᾽ ἀνθρώπους ὑπὸ Θεοῦ γεγονότα, μένει τὰ αὐτὰ, οἷον, τὸ ἀπὸ γῆς γεννᾶσθαι, τὸ εἰς γῆν ἀπιέναι, τὸ αὐτὴν ἑστάναι τὴν γῆν, τὸ τὸν ἥλιον ἅπασαν αὐτὴν ἐκπεριϊόντα· πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν περιτρέχειν ὅρον, [2] καὶ τὰ πνεύματα ὡσαύτως, τούς τε ποταμοὺς τοσούτους εἰς θάλασσαν ἐκδιδόντας, καὶ τοὺς ἀνέμους ἐμπίπτοντας, μὴ ἀναγκάζειν αὐτὴν ὑπερβαίνειν τὰ αὐτῆς μέτρα, μηδὲ αὐτοὺς παρανομεῖν. καὶ τὰ μὲν ὡς εἰς τουτονὶ συντελοῦντα ἡμῖν τὸν βίον, οὕτως ἄραρε. Τὰ δ᾽ ὑπ᾽ ἀνθρώπων ἐπιτεχνώμενα ῥήματά τε καὶ πράγματα, μέτρον οὐκ ἔχει. C καὶ λόγων πολὺς μὲν ὅμιλος, ὄνησις δὲ οὐδεμία ἀπὸ τῆς πεπλανημένης φλυαρίας· ἀλλ᾽ ἄπληστόν ἐστι τὸ τῶν ἀνθρώπων φῦλον, πρός τε τὸ λέγειν, πρός τε τὸ ἑτέρου λέγοντος ἀκούειν· ἔτι δὲ καὶ τὸ ὄμμασιν εἰκαίοις ἕκαστα τῶν παραπιπτόντων ὁρᾷν γλίχεσθαι. [3] Τί ἂν γένοιτο ὕστερον, ὅπερ οὐκ ἤδη τετέλεσται, ἢ πραχθείη πρὸς ἀνθρώπων; τί καινὸν τὸ μηδέπω εἰς πεῖραν ἐλθὸν, ὅτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον; Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι οὐδὲν, [4] ὅτι δ᾽ ἂν εἴπῃ πρόσφατον, ἢ καινὸν ἀναλογιζόμενος εὑρήσει, μηδὲ τοῖς πάλαι ἄγνωστον. Ὥσπερ δὲ τὰ πρότερα

CAPUT I.

1. HIS verbis Salomon, Davidis regis & prophetæ filius, rex mortalium omnium clarissimus, & propheta sapientissimus, universam Dei Ecclesiam affatur. 2. Quam vana & inutilia sunt omnia ea hominum negotia & studia, quæ in humanis rebus suscipiuntur. 3. Nemo enim est, qui utilitatem ullam iis adnexam dicere possit; quæ, homines humi reptantes, & corporibus & animis perficere contendunt, rebus caducis & temporariis addicti, supra sidera autem, generoso animæ oculo, ne tantillum quidem aspicere volentes. 4. Ac mortalium vita conteritur, die diei succedente, annique partibus & conversionibus; 5. Solisque cursibus certis ac definitis; B 6. Nunc accedentibus, nunc sensim recedentibus. 7. Nec dissimilis est hæc res torrentum transitui, cum magno strepitu atque tumultu in immensum maris profundum illabentium. Et quidem ea quæ hominum caussa a Deo creata sunt, eadem manent; velut quod a terra gignantur, quod in terram abeant, quod terra ipsa firma & stabilis sit, quod sol ea tota decursa ad eumdem rursus terminum punctumque circumvolvatur; fluviique itidem, tanto numero in mare influentes, & venti incurrentes, nec ipsum fines suos excedere cogant, nec ipsi rursus legem sibi constitutam infringant. Atque hæc sane, quæ nobis ad hanc vitam, usum & adjumentum afferunt, ita decreta sunt & constituta. 8. At quæ ab C hominibus excogitantur, tam res quam verba, modum nullum habent. Ac verborum magna quidem est copia: at fructus nullus ab errante loquacitate & nugacitate. Verum ita natura comparata est hominum ratio, ut inexplebilis sit eorum & loquendi & audiendi sitis, ac præterea vanis oculis ea omnia quæ accidunt, intuendi cupiditas. 9. Quid autem in posterum fieri queat, quod non jam confectum fuerit, aut geratur ab hominibus? Quid novum, quod nondum experimento compertum fuerit, dummodo insigne sit & memorabile? 10. Ut quidem mea opinio fert, quisquis


1. Περὶ γῆν ἑρπ.] Cod. Thuan. κατὰ γῆν ἑρπ. DUCÆUS.

2. Καὶ τὰ πνεύματα ὡσαύτως] Hæc omisit tamquam superflua Billius, quod paullo post ventorum mentio fiat. D Musculus vertit, *& venti consimiliter*: Oecolampadius, *item flare ventos*. Quod si conjecturæ locus esset, suspicarer corrigendum καὶ τὰ ῥεύματα ὡσαύτως, *& rivi similiter* [illegible] solent enim hæ duæ voces [illegible] conjungi. [illegible] *tum*. Eccli. XXXIX. 13. ὡς ῥόδον φυόμενον ἐπὶ ῥεύματος ὑγροῦ βλαστήσατε. *Sicut rosa plantata super fluentum humidum germinate*. Clemens Alex. lib. II. Pædag. cap. VIII. legit ἐπὶ ῥευμάτων ὑδάτων, *in fluentis aquarum*. Vulgata, *super* [illegible] *atum*. Basilius homil. ἐν λιμῷ. [illegible] *Fluminis cursum sistere non licet*. ID.

3. Τί ἂν γένοιτο] Codd. reg. & Thuan. καὶ τί ἂν γ[illegible]. ID.

4. Ὅτι δ᾽ ἂν εἴπῃ] Cod. Med. εἴπῃ τις. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



λήθῃ κέκρυπται, ὕτω ϗ τὰ ἐνεστῶτα, εἰς τοὺς μετέπειτα χρόνῳ ἀμαυρωθήσεται. Καὶ οὐκ αὐτοσχεδιάζω ταῦτα νιῦ ἐκκλησιάζων· ἀλλά μοι βασιλείαν Ἑβραίων ἐν Ἱεροσολύμοις πεπιστόμένῳ, ἱκανῶς ἅπαντα πεφρόντισται. Ζητήσας δὲ μεμελημένος, ϗ σοφῶς κατανοήσας τὴν περὶ γῆν φύσιν ἅπασαν, ποικιλωτάτην ἔγνων, ὡς ἀνθρώπῳ δέδοται πονεῖν ἐπὶ γῆς, ἄλλοτε ἀλλοίᾳ καμάτου προφάσει ἐγκαλινδουμένῳ εἰς τὸ μηδέν. Πνδύματος δὲ ἀλλοκότου ϗ μυσαροῦ τὰ κάτω ἅπαντα πλήθει, ὥστε μὴ εἶναι αὐτὰ ἀνακτήσασθαι, ἀλλὰ μηδὲ ἀναθυμηθῆναι τὸ παράπαν ὅση τὰ κατὰ ἀνθρώπους πράγματα κατείληφεν ἀτοπία. Λογισάμενος γάρ ποτε ἐγὼ κατ' ἐμαυτὸν, ϗ οἰηθεὶς ὡς ἁπάντων εἴην τότε τῶν πρὸ ἐμαυτῦ γεγονότων ἐνταυθοῖ σοφώτερος· ἔγνων παραβολάς τε συνεῖναι ϗ πραγμάτων φύσεις. ᾠήθην δὲ τὴν ἄλλως ἐπὶ τούτῳ φέρεσθαι, ϗ σοφίᾳ μὲν γνῶσιν ἕπεσθαι· γνώσει δὲ πόνυς ἐπακολυθεῖν.

A ſecum reputabit atque conſiderabit; nihil novum aut recens inveniet, priſciſque incognitum. 11. Quemadmodum autem præterita, oblivione tecta ſunt; ſic præſentia quoque progreſſu temporis ad poſteros in obſcuritatem ibunt. 12. Nec vero temere hæc nunc dico, Eccleſiaſten agens: verum mihi Hebræorum regnum Hieroſolymis fidei meæ commiſſum habenti, diligenter & accurate omnia cogitata & perpenſa ſunt. 13. Porro totam rerum terrenarum naturam perſcrutatus, atque ingenioſe & ſapienter in ea cogitatione verſatus, eam maxime variam comperi. Homini etenim in terra laboribus vexari datum eſt; alias, alia ærumnæ occaſione, fruſtra involuto. 14. Spiritu autem prodigioſo & exſecrando omnia hæc inferiora ple- B na ſunt: 15. Adeo ut ea colligere nemo queat; immo ne omnino quidem cogitare, quanta res humanas abſurditas invaſerit. 16. Nam cum mecum ipſe aliquando reputaſſem, atque exiſtimaſſem, me omnibus qui ante me fuiſſent, hac in re ſapientiorem eſſe; 17. In animum induxi, tum parabolas intelligere, tum rerum naturas. 18. Ceterum incaſſum mihi ad eam rem animum conferre viſus ſum; quod, ut ſapientiam ſcientia ſequitur, ita ſcientiæ comites ſint labores.

ΚΕΦΑΛ. β'.


ΤΟῦτο δὴ τῦθ' οὕτως ἔχειν νομίσας, ἔγνων ἐπὶ ἑτέραν ἰδέαν τραπέσθαι βίου, ϗ ἐκδοῦναι μὲν ἐμαυτὸν τρυφῇ, πεῖραν δὲ λαβεῖν ἡδονῶν ποικίλων. νιῦ τοίνυν συνῆκα ὡς τὰ τοιαῦτα μάταια σύμπαντα· καὶ γέλωτα μὲν εἰκῇ φερόμενον ἐπέσχον, ἡδονὴν δὲ πρὸς τὸ σωφρονεῖν ἐκόλασα πικρῶς, ἐπιτιμήσας αὐτῇ. Λογισάμενος δὲ, ὅτι ψυχὴ δύναται C στῆσαι μεθύουσαν καὶ ῥέουσαν ὥσπερ οἶνον σώματος φύσιν, ἐγκράτεια δὲ δουλοῦται ἐπιθυμίαν· προεθυμήθην κατιδεῖν, τί ποτε εἴη προκείμενον ἀνθρώποις σπουδαῖον, καὶ τῷ ὄντι καλὸν ὃ καταπράξονται παρὰ τουτονὶ τὸν βίον. διεξελήλυθα γὰρ τὰ λοιπὰ σύμπαντα ὅσ' ἀξιάγαστα νομίζεται, οἴκων τε ὑπερυψήλων ἀνορθώσεις ϗ φυτείας ἀμπέλων, ἔτι δὲ παραδείσων κατασκδυὰς, ϗ παντοίων δένδρων καρποφόρων κτήσεις ϗ ἐπιμελείας· Ὅπου δὲ ϗ δεξαμεναὶ μεγάλαι πρὸς ὑποδοχὰς ὑδάτων κατεσκδυάσθησαν, εἰς δαψιλῆ ἀρδείαν τῶν φυτῶν ἀπονενεμημέναι. Περιεβαλόμην δὲ ϗ οἰκετῶν πλῆθος, θεράποντας ϗ θεραπαίνας· ἄλλους μὲν ἔξωθεν κτησάμενος, ἄλλους δὲ ϗ παρ' ἐμαυτῷ [1] γενομένους καρπωσάμενος. ζώων δὲ D τετραπόδων ἀγέλαι, πολλαὶ μὲν βυκολίων, πολλαὶ δὲ ποιμνίων ὑπὸ τὴν ἐμὴν ἦλθον ἐξουσίαν παρ' ὁντινοῦν τῶν πάλαι. Θησαυροί τε χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου προσέῤῥεον, [2] δορυφόρους τέ μοι ϗ δασμοφόρους, τὺς ἁπάντων βασιλεῖς πεποιημένῳ. χοροί τε συνεκροτῦντο παμπληθεῖς, [3] ἀῤῥένων δέ τε ὁμοῦ ϗ θηλειῶν εἰς τὴν ἐμὴν τέρψιν, παναρμόνιον ἐκ πονουμένων ᾠδὴν. συμπόσιά γε μὴν καὶ οἰνοχόους εἰς τοῦτο ἀπέταξα τῆς τρυφῆς μέρος ἐξ ἑκατέρου γένους ἀνθρώπων ἐξειλεγμένους, οὐδ' ἂν καταλέγειν ἔχοιμι, τοσοῦτον ὑπερέβαλον τούτοις τοὺς πρὸ ἐμοῦ βασιλδύσαντας Ἰερουσαλήμ. εἶτα συνέβαινε, τὰ μὲν τῆς σοφίας μοι ἐλαττοῦσθαι, πληθύνειν δὲ τὰ τῆς οὐκ ἀγαθῆς ἐπιθυμίας. Παντὶ γὰρ ὀφθαλμῶν τε δελεάσματι, E ϗ καρδίας ἀκράτοις ὁρμαῖς, ἐφιεὶς πανταχόθεν προσπιπτούσαις, ἡδονῶν ἐλπίσιν ἐμαυτὸν ἐκδεδωκώς· καὶ πάσαις τρυφαῖς [4] δειλαίαις, τὴν ἐμαυτοῦ ἐγκατέδησα προαίρεσιν. οὕτω γάρ μου αἱ ἐνθυμήσεις, εἰς δυσπραγίαν ἠνέχθησαν, ὡς ταῦτα μὲν εἶναι καλὰ, ταῦτα δέ μοι προσήκειν διαπράττεσθαι νομίζειν. Εἶτα ποτὲ ἀνανήψας ἐγὼ καὶ ἀναβλέψας, κατεῖδον ἅ-

CAPUT II.

1. HÆC igitur ad hunc modum ſe habere arbitratus, alterum vitæ genus capeſſere propoſui, deliciiſque memet tradere, variaſque voluptates experiri. Verum nunc omnia hæc vana eſſe intellexi: 2. Atque hinc riſum ſolutum, temereque vagantem compeſcui; hinc voluptatem ad temperan- C tiam coercui, acerbeque ei ſuccenſui. 3. Adhæc, cum eam vim eſſe animæ cogitaſſem, ut temulentam corporis naturam atque inſtar vini diffluentem, ſiſtere poſſit rurſuſque continentia cupiditatem ſubjici ac ſervitute premi; perſpiciendum mihi eſſe conſtitui, quidnam tandem hominibus propoſitum ſit ſerium, vereque bonum & honeſtum, quod in hac vita conficiant. Nam reliqua omnia, quæ præclara & admiratione digna cenſentur, percurri; 4. Velut excelſiſſimarum ædium erectiones, & vitium conſitiones; 5. Atque inſuper hortorum ſtructuras, frugiferarumque omnis generis arborum poſſeſſiones, ſtudioſaſque excultiones: 6. Ubi etiam ingentes lacus ad aquarum exceptiones confecti ſunt, ad uberem & copioſam ar- D borum rigationem diſtributi. 7. Jam vero famulorum quoque agmine ſeptus fui, tum ſervis tum ancillis; eoſque partim externe comparavi, partim apud me natos poſſedi. Quin etiam plures quadrupedum animantium greges, tum boum tum pecudum, in meam, quam in cujuſquam eorum qui olim exſtiterunt, poteſtatem venerunt. 8. Sed & auri & argenti theſauri mihi affluebant, utpote qui reges omnes eo adduxiſſem, ut mihi & munera afferrent, & tributa perſolverent. Præterea chori complures ad meam oblectationem agitabantur, virorum ſimul & feminarum, concinniſſimum cantum & modulatiſſimum efficientium. Convivia porro & pincernas (nam ea in hanc voluptatis partem retuleram) ex utroque hominum ſexu dele- E ctos, & eximios, ne numero quidem complecti poſſim: 9. Adeo his, omnes qui ante me Hieroſolymis regnarunt, antecellui. Hinc autem contingebat, ut mihi & ſapientia imminueretur, & vitioſa cupiditas creſceret. 10. Nam cum omnibus oculorum illecebris, & impotentibus petulantibuſque cordis deſideriis undique incurſantibus, totas habenas permiſiſſem, ac voluptatum ſpei me ipſum dedidiſſem; miſeris omni-

1. Γενομένυς] Cod. Medic. γενέσθαι. DUCÆUS.
2. Δορυφόρυς] Scripſerat in margine libri ſui Baſileæ excuſi Billius, *Quid ſi δωροφόρυς?* ſed tranſverſa linea conjecturam ſuam jugularat, quam tamen in ſua interpretatione ſecutus eſt. Si δορυφόρυς legas, *ſatellites* vel *apparitores* intelliges. At ſuffragatur alteri lectioni Scriptura 3. *Reg.* IX. 24. *Et omnes reges terræ quærebant faciem Salomonis, & ferebant dona.* ID.
3. Ἀῤῥένων δέ τε] Medic. cod. deleto δὲ legit ἀῤῥένων τε ὁμῦ. ID.
4. Δειλαίαις] Savilii codex Anglicus δείλαιος. Paullo poſt ms. Medic. μοχθηρά τε ὁμῦ. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



περ ἐν χερσὶν εἶχον, μοχθηρὰ ὁμοῦ καὶ παγχάλεπα, πνεύματος οὐκ ἀγαθοῦ ποιήματα. οὐδὲν γὰρ ὅπερ ὑπ' ἀνθρώπων ᾑρημένον, ἀποδεκτὸν εἶναί μοι νῦν καταφαίνεται καὶ περισπούδαστον ὀρθῷ λογισμῷ. Συλλογισάμενος οὖν τά τε σοφίας ἀγαθὰ, καὶ τὰ ἀφροσύνης κακὰ, εἰκότως ἂν ἱκανῶς θαυμάζοιμι [1] ἄνδρα τοιοῦτον, ὅς τις φερόμενος ἀλόγως· ἔπειτα ἑαυτοῦ λαβόμενος, εἰς τὸ δέον ἐπιστρέψει. Φρονήσεως γὰρ καὶ ἀφροσύνης, πολὺ τὸ μέσον, διαφορὰ δὲ ἀμφοῖν τοσαύτη, ὅση περ ἡμέρας πρὸς νύκτα. Ἔοικε τοίνυν, ὁ μὲν ἀρετὴν ᾑρημένος, τρανῶς τε ἕκαστα καὶ ἄνω βλέποντι· τῆς τε ἑαυτοῦ πορείας, λαμπροτάτου φέγγους καιρῷ πεποιημένῳ· ὁ δ' αὖ κακίᾳ ἐμπεπλεγμένος, καὶ πλάνῃ παντοίᾳ ὡς ἐν σκοτομήνῃ πλανωμένῳ, [2] τυφλός τε ὢν τὴν πρόσοψιν, καὶ ὑπὸ τοῦ σκότους τῶν πραγμάτων ἀφῃρημένος. Τέλος δὲ ἐπινοήσας ἑκατέρου τῶν βίων τούτων ἐγὼ τὸ διάφορον, εὗρον οὐδὲν, καὶ ὡς κοινωνὸν ἀφρόνων ἐμαυτὸν καταστήσας, τὰ τῆς ἀφροσύνης ἐπίχειρα δέξομαι. τί γὰρ ἢ τῶν σοφισμάτων ἐκείνων ἀγαθὸν, ἢ ποία ὄνησις τῶν πολλῶν λόγων, ὅπου γε τὰ φλυαρίας ῥεύματα, ὥσπερ ἐκ πηγῆς ὁρμᾶται τῆς ἀφροσύνης; Σοφῷ δὲ καὶ ἄφρονι κοινὸν οὐδὲν, οὐ κατὰ ἀνθρώπων μνήμην, οὐ κατὰ Θεοῦ ἀμοιβήν. τῶν δ' ἐν ἀνθρώποις πραγμάτων, ἔτι ἄρχεσθαι δοκούντων, ἤδη τὸ τέλος ἐπιλαμβάνει ἁπάντων. σοφὸς δὲ οὐδέποτε ἀσυνέτῳ τοῦ αὐτοῦ κοινωνεῖ τέλους. Ἐμίσησα τοίνυν καὶ τὸν σύμπαντά μου βίον, τὸν ἐν τοῖς ματαίοις ἀναλωθέντα, ὃν διήγαγον τοῖς περὶ γῆν πόνοις προστετηκώς. Ὡς γὰρ συνελόντι φάναι, πάντα μοι λυπηρῶς ἐκμεμόχθηται ὁρμῆς ἀλογίστου γενόμενα ποιήματα· καὶ διαδέξεταί τις αὐτὰ ἕτερος, εἴτε σοφὸς, εἴτε ἠλίθιος, τὰς ψυχρὰς τῶν ἐμῶν καμάτων ἐπικαρπίας. ἀπολαβομένῳ δέ μοι ταῦτα καὶ ἀπορρίψαντι, κατεφάνη τὰ τῷ ὄντι ἀγαθὰ προκείμενα ἀνθρώπῳ, σοφίας τε γνῶσις, καὶ κτῆσις ἀνδρείας. εἰ δέ τις τούτων μὲν οὐκ ἐφρόντισεν, ἑτέρως δὲ ἐπτόηται, ὁ τοιοῦτος, εἵλετο μὲν πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, μετῆλθε δὲ κακίαν ἀντὶ χρηστότητος, καὶ μόχθον ἀνθ' ἡσυχίας, ταράχοις ποικίλοις περιελκόμενος, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν συνεχόμενος ἀεὶ, σώματός τε ἐπείγουσι καμάτοις, καὶ ψυχῆς φροντίσιν ἀδιαλείπτοις, σφαδαζούσης αὐτῷ τῆς καρδίας, ἀλλοκότων ἕνεκα πραγμάτων. Οὐ γὰρ τὸ τέλειον ἀγαθὸν περὶ βρῶσίν τε καὶ πόσιν ἱζάνει· εἰ καὶ μάλιστα ἐκ Θεοῦ ἀνθρώποις γίνονται αἱ τροφαί· οὐδὲν γὰρ τῶν πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν δεδομένων ἔξω τῆς αὐτοῦ ὑπάρχει προνοίας. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ, σοφίας ἐκ Θεοῦ τυχὼν, εὐφροσύνης ἔτυχεν οὐρανίου· Ὁ δ' αὖ πονηρὸς, θεηλάτοις ἐλαυνόμενος κακοῖς, πλεονεξίαν νοσῶν, πολλά τε ἀθροῖσαι σπουδάζει· καὶ τὸν ὑπὸ Θεοῦ τετιμημένον ἐναντίον τοῦ πάντων δεσπότου ὀνειδίσαι σπεύδει, δῶρα προτείνων ἄχρηστα, δολερά τε ὁμοῦ καὶ μάταια τῆς ἑαυτοῦ ἀθλίας ψυχῆς σπουδάσματα πεποιημένος.

A bus deliciis, animi voluntatem adstrinxi. Meæ namque cogitationes eo infelicitatis prolapsæ sunt, ut hæc honesta & egregia, dignaque quæ facerem arbitraret. 11. Tandem vero expergefactus, atque oculis restitutus; ea quæ in manibus habebam, flagitiosa simul acerbitatisque plena esse perspexi, spiritusque non boni opificia. Neque enim ullum hominum studium vitæque institutum comprobandum mihi nunc videtur, nec recto judicio expetendum. 12. Proinde mente collectis & sapientiæ bonis & stultitiæ malis; magna hunc virum admiratione prosecutus fuerim, qui cum præceps ferretur temereque vagaretur, postea mente recepta, ad virtutem officiumque rediit. 13. Prudentia enim & dementia, magno interstitio disjunctæ
B sunt, nec minus inter utramque est discriminis, quam inter diem & noctem. 14. Quocirca [a] qui virtutem amplexus est, haud mihi ab eo differre videtur, qui rem unamquamque perspicue cernit, sursumque prospectat, clarissimæque lucis tempore iter facit. Contra qui se vitio implicuit omnisque generis erroribus, haud absimilis est homini in profunda caligine oberranti, quippe qui cæcitate affectus sit, atque a negotiorum tenebris exoculatus. 15. Denique utriusque harum vitarum differentiam animo assecutus, nihil postea reperi; quin illud potius fore, ut si me ad stultorum societatem ac sodalitium contulissem, stultitiæ præmia perciperem. Quid enim ex argutiis illis commodi referri, aut quid fructus ex prolixis sermoni-
C bus colligi potest; cum quidem loquacitatis importunæ flumina ab insipientia velut a fonte oriantur? 16. Sapienti porro & stolido nihil commune est, nec quantum ad hominum memoriam, nec quantum ad Dei remunerationem. Res autem humanas cum adhuc oriri videntur, jam finis arripit. Sapiens porro ejusdem cum stolido finis numquam est particeps. 17. Quare vitam omnem meam exsecrari cœpi, quam in rebus vanis traduxeram atque consumseram, terrenis laboribus intabescens. 18. Etenim ut uno verbo complectar, omnia mihi magna cum molestia elaborata sunt, præcipiti animi impetu ita me pertrahente: 19. Atque ea alius excepturus est, sapiens an excors & stolidus, nescio; frigidos, inquam, laborum meo-
D rum fructus. His autem excussis atque projectis, mihi vera bona hominibus proposita apparuerunt; hoc est, sapientiæ cognitio, & fortitudinis adeptio. Quod si quis harum cura neglecta, alius cujuspiam rei cupiditate incitatur; hic & mala bonis anteponit, & vitium pro benignitate & virtute consectatur; 20. Et ærumnam pro quiete, variis tumultibus distractus, noctu atque interdiu divexatus, tum urgentibus corporis laboribus, tum perpetuis animæ curis, pectore illi ob absurda negotia ingemiscente & palpitante. 21. Neque enim summum & perfectum bonum in esculentis & poculentis consistit; etsi alioqui maxime Dei beneficio alimenta mortalibus contingunt. Nihil enim eorum quæ nobis ad salutem data sunt, citra ipsius providentiam exsistit. 22. Verum probus quidem vir, sapientiamque Dei dono consecutus, cælesti voluptate fruitur: 23. improbus autem malis divinitus immissis stimulatus avaritiæque morbo correptus, multa congerere studet; 24. Atque eum quem Deus honore affecit, in omnium Domini conspectu probris incessere festinat, dona inutilia porrigens, insidiosa simul & vana animæ suæ miseræ studia faciens.

ΚΕΦΑΛ. γ'. E CAPUT III.


Χρόνος δὲ οὗτος πάντων γέμει τῶν [3] ἐναντιωτάτων, τοκετῶν, εἶτα θανάτων, βλαστήσεως φυτῶν, εἶτα ἀνατροπῆς· ἰάσεων καὶ ἀναιρέσεων, οἴκων τε

1. ENimvero hoc tempus, rebus inter se maxime contrariis plenum est; 2. Partus & mortis, ortus stirpium & eversionis atque interitus, 3. Cu-

[a] Prov. XVII. 24. Eccle. VIII. 1.

1. Ἄνδρα τοιοῦτον — ἐπιστρέψει] Mss. reg. & Thuan. ἄνδρα τοῖον. Mox vero cod. Medic. ἐπιστρέψῃ. DUCÆUS.
2. Τυφλός τε ὢν — ἀφῃρημένος] Minime dubium est, quin legendum sit, τυφλός τε ὢν, καὶ τὴν πρόσοψιν ὑπὸ τοῦ σκότους — ἀφῃρημένος. In præteritis enim accusativo semper jungitur ἀφαιροῦμαι. BILLIUS.
3. Ἐναντιωτάτων] Anglicus cod. ἐναντιωτάτων. Duc.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
255.



διορθώσεως καὶ καταλύσεως, κλαυθμῶν καὶ γελώτων, κοπετῶν καὶ ὀρχημάτων. Νῦν μὲν συνάγει τις τὰ ἀπὸ γῆς, νῦν δὲ ἐξέβαλε· καὶ ποτὲ μὲν ἐπιμέμηνε γυναικὶ, ποτὲ δὲ αὐτὴν ἀποστυγεῖ. καὶ νῦν μὲν ἐζήτησέ τις ὁτιοῦν, νῦν δὲ ἀπώλεσε· Καὶ νῦν μὲν ἐφύλαξε, νῦν δὲ προήκατο· ἄλλοτε ἀπέκτεινεν, ἄλλοτε ἐφονεύθη· Ἐλάλησεν, εἶτα ἡσύχασεν· ἠγάπησεν, εἶτα ἐμίσησε. τὰ γὰρ ἐν ἀνθρώποις πράγματα ποτὲ μὲν πολεμεῖται, ἄλλοτε δὲ εἰρηνεύεται, ὀξυῤῥόπως τῶν πραγμάτων ἐξ ἀγαθῶν εἶναι δοκούντων εἰς ὁμολογούμενα κακὰ μεταπιπτόντων. Παυσώμεθα τοίνυν ἐξ ἀνοήτων μόχθων. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα, ὥς γε μοι δοκεῖ, κέντροις ἰοβόλοις ἀνθρώπους ἐξοιστρεῖν ἐτέθη. καιροσκόπος δή τις πονηρὸς τὸν αἰῶνα τοῦτον περικέχηνεν, ἀφανίσαι ὑπερδιατεινόμενος τὸ τοῦ Θεοῦ πλάσμα, ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ μέχρι τέλους πολεμεῖν ᾑρημένος. Πέπεισμαι τοίνυν τὰ μέγιστα ἀγαθὰ ἀνθρώπῳ εὐθυμίαν καὶ εὐποιΐαν ὑπάρχειν, καὶ μέν τοι καὶ τὴν πρόσκαιρον ταύτην ἀπόλαυσιν ἐκ Θεοῦ παραγενέσθαι μόνον, εἰ δικαιοσύνη [1] τῶν πράξεων ἡγοῖτο. Τῶν δὲ αἰωνίων καὶ ἀφθάρτων πραγμάτων, ὅσα ὁ Θεὸς παγίως ἔθετο, οὔτε τι ἀφελεῖν, οὔτε τι προσθεῖναι δυνατόν. Ὡι τινι δῶ, ἀλλ' ἔστιν, ἐκεῖνα φοβερά τε ὁμοῦ καὶ θαυμαστά· καὶ τὰ μὲν γενόμενα, ἕστηκε· τὰ δὲ ἐσόμενα, ἤδη κατὰ τὸ προεγνῶσθαι γεγένηται. Θεῷ δὲ κέχρηται ὁ ἀδικούμενος βοηθῷ. Εἶδον ἐν τοῖς κάτω μέρεσι, κολάσεως μὲν βάραθρον τοὺς δυσσεβεῖς δεχόμενον, εὐσεβέσι δὲ χῶρον ἕτερον ἀνειμένον. Ἐλογισάμην δὲ πάντα ὅμοια ὑπάρχειν παρὰ Θεῷ νομίζεσθαι καὶ κρίνεσθαι, ταυτὸν εἶναι δικαίους καὶ ἀδίκους, λογικὰ καὶ ἄλογα. Χρόνον τε γὰρ ἅπασιν ὁμοίως ἐπιμεμετρῆσθαι, καὶ θάνατον ἐπηρτῆσθαι, ταυτόν τε εἶναι παρὰ Θεῷ κτηνῶν τε καὶ ἀνθρώπων φύλα, διαφέρειν δὲ ἀλλήλων, μόνῳ τῷ ἐνάρθρῳ τῆς φωνῆς· συμβαίνειν δὲ αὐτοῖς ἅπαντα παραπλήσια, καὶ τὸν θάνατον χωρεῖν, [2] Οὐδὲν μᾶλλον ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζώων, ἤπερ καὶ ἐπ' ἀνθρώπους. Πνεῦμα γὰρ πᾶσιν ὅμοιον εἶναι, καὶ πλέον ὑπάρχειν ἐν ἀνθρώποις μηδὲν, ἀλλὰ πάντα ἐνὶ λόγῳ εἶναι μάταια, ἀπὸ τῆς αὐτῆς γῆς λαβόντα τὴν σύστασιν, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν γῆν ἕξοντα τὴν ἀνάλυσιν. ἄδηλον γὰρ εἶναι περί τε τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, εἰ [3] ἀναπτήσονται ἄνω, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν ἃς τὰ ἄλογα κέκτηνται, εἰ κάτω διαῤῥυήσονται. Καὶ ὅ μοι ἐδόκει μηδὲν ἕτερον ὑπάρχειν ἀγαθὸν, εἰ μὴ τρυφὴ καὶ τῶν παρόντων χρῆσις. οὐ γὰρ εἶναι πάλιν ᾠήθην, ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν τούτων ἐλθεῖν δυνατὸν, ἅπαξ ἀνθρώπῳ θανάτου γευσαμένῳ.

A rationum & cædium, exstructionis ædium & destructionis, 4. Gemitus & risus, planctus & saltationum. 5. Nunc terræ fructus aliquis colligit, nunc rursus eiicit: nunc mulierem deperit, atque insano amore complectitur; nunc impense eam odit & aversatur: 6. Nunc aliquid quærit, nunc amittit; nunc diligenter adservat, nunc projicit; 7. Nunc interficit, nunc obtruncatur; nunc loquitur, nunc silentio acquiescit: 8. Nunc amat, nunc odio insectatur. Res enim humanæ, nunc bello affliguntur, nunc tranquillæ & pacatæ sunt: tantaque est earum inconstantia, ut quæ modo secundæ esse videantur, celeri momento in certissima mala delabantur. 9. Ac proinde vanis laboribus exerceri desinamus. 10. Hæc enim omnia, ut B mihi quidem videtur, ad homines virulentis aculeis concitandos posita sunt. 11. Atque perversus quidem explorator occasionisque captator huic seculo inhiat, Dei figmentum delere ac perdere omni contentione adnitens, ut qui a principio ad extremum usque cum eo confligere instituerit. 12. Persuasum itaque habeo, animi hilaritatem; 13. Et beneficentiam, maxima homini bona esse: 14. Atque adeo brevem hanc solam voluptatem divinitus obvenire, si rebus gerendis justitia præeat. 15. At vero æternarum rerum statui corruptionisque expertium, quas Deus firmissime constituit, nec aliquid detrahere, nec addere quisquam potest. 16. Verum formidolosæ simul & admirabiles illæ sunt; atque eæ quidem quæ jam C fuerunt, stabiles manent; quæ autem futuræ sunt, jam secundum præscientiam exstiterunt. Ceterum is qui injuste læsus est, Deo auxiliatore utitur. 17. Porro in inferis partibus supplicii barathrum vidi, impios excipiens; piis contra, sedem alteram patefactam. 18. Illud quoque cogitavi, apud Deum æqualia omnia esse, existimari & judicari: idem esse justos & injustos; idem, animalia ratione utentia, & bruta. 19. Tempus enim omnibus æque admensum esse, & mortem impendere; idemque apud Deum esse, hominum & jumentorum genus, sola tantum articulata vocis prolatione inter se differre: reliqua autem omnia ipsis eodem modo contingere; 20. Nec mortem magis in cetera animalia, quam in homines grassari. D 21. Omnibus enim æqualem spiritum esse, nec quidquam omnino amplius homines habere: sed cuncta, ut uno verbo dicam, vana esse ab eadem terra coagmentationem habentia, atque in eamdem terram dilapsura. Incertum enim esse, tum de humanis animabus, an sursum convolaturæ sint: tum de reliquis quas animalia ratione carentia acceperunt, an deorsum diffluxuræ sint, 22. Ac mihi nullum aliud bonum esse videbatur, quam deliciæ, & præsentium commodorum usus. Neque enim fieri posse putavi, ut quisquam rursus ad percipiendas voluptates accedat, posteaquam mortem semel degustarit.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

ΑΠὸ δὲ τούτων ἁπασῶν ἐμαυτὸν ἐπιστρέψας τῶν ἐννοιῶν κατεσκεψάμην καὶ ἀπεστράφην πάντα εἴδη συκοφαντιῶν τὰ ἐν ἀνθρώποις πλαζόμενα, ἐξ ὧν τινὲς μὲν ἀδικούμενοι δακρύουσι καὶ θρηνοῦσι, [4] βίᾳ καταβεβλημένοι τῶν ἐπαμυνόντων, ἢ ὅλως παραμυθησομένων αὐτοὺς πάσης πανταχόθεν κατεχούσης ἀπορίας, οἱ δὲ χειροδίκαι εἰς ὕψος αἴρονται, ἐξ οὗ καὶ πεσοῦνται. Τῶν δὲ ἀδίκων καὶ θρασέων, οἱ μὲν

CAPUT IV.


E 1. AB iis omnibus cogitationibus animum revocans, consideravi, atque aversatus sum omnia sycophantiarum genera inter homines errantia, quibus nonnulli inique circumventi ac per vim dejecti, lacrymas fundunt atque ingemiscunt; undique ab amicis prorsus inopes, qui eorum caussam tueantur, aut certe afflictos consolentur. At vero violenti homines jusque in manibus habeutes, in sublime vehuntur, ob

1. Τῶν πράξεων] Ms. Medic. τῶν πραγμάτων ἡγοῖτο. Duc.

2. Οὐδὲν μᾶλλον —— ἐπ' ἀνθρώπους] *Nec mortem magis in cetera animalia, quam in homines grassari.* Hoc dicit, inquit Hieronymus, non quod animam putet perire cum corpore; vel unum bestiis & hominibus præparari locum: sed quod ante adventum Christi omnia ad inferos pariter ducerentur. Quod ne putemus dici etiam de anima, intulit: *Omnia facta sunt de terra, & revertentur in terram. De terra autem nihil nisi corpus factum est.* Bill.

3. Ἀναπτήσονται] Codices regii & Thuan. ἀναστήσονται. Duc.

4. Βίᾳ καταβεβλημένοι τῶν ἐπαμ.] Post participium καταβεβλημένοι collocanda est virgula, ut genitivus sequens ἐπαμυνόντων regatur a genitivo ἀπορίας, non autem a dativo βίᾳ. Neque enim vi dejicimur ab iis qui nobis succurrunt: ἐπαμυνόντων autem ἀντὶ τοῦ ἐπαμύνειν ὀφειλόντων accipere, ut Wolfangus facit, nimis violentum mihi videtur. Bill.



ἀποθανόντες, ἄμεινον παρὰ τοὺς μέχρι νῦν ζῶντας A ἔπραξαν. Αἱρετώτερος δὲ τούτων ἀμφοτέρων, ὁ ὅμοιος αὐτοῖς ἐσόμενος, [1] μηδέπω δὲ γεγονὼς, ὅτι οὔπω τῆς κατὰ ἀνθρώπους ἥψατο πονηρίας. Φανερὸν δέ μοι ἐγένετο καὶ ὁπόσος ἀνδρὶ φθόνος παρὰ τῶν πέλας ἕπεται, οἶστρος ὑπάρχων πονηροῦ πνεύματος· Καὶ ὅτι ὁ ὑποδεξάμενός τε αὐτὸν, καὶ οἱονεὶ προστερνισάμενος, οὐδὲν ἕτερον ἔχει, ἢ τὸ διεσθίειν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ διατελεῖν τε καὶ δαπανᾷν μετὰ τοῦ σώματος ἑαυτοῦ λύπην ἀπαραμύθητον, τὴν τῶν ἄλλων εὐπραγίαν [2] τιθέμενον. Ἕλοιτο δ' ἄν τις εὖ φρονῶν θατέραν ἐμπλῆσαι τῶν χειρῶν, σὺν ῥᾳστώνῃ καὶ πρᾳότητι, ἤπερ ἀμφοτέρας σὺν μόχθῳ, καὶ δολεροῦ πνεύματος πανουργίᾳ. Ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον, ὅπερ οἶδα συμβαῖνον παρὰ τὸ προσῆκον, ἀνδρὸς ἕνεκα προαιρέ- B σεως οὐκ ἀγαθῆς, Ὃς μεμονωμένος πάντοθεν, καὶ οὔτε ἀδελφὸν ἔχων, οὔτε υἱὸν, κτήμασι δὲ πολλοῖς εὐθηνούμενος, ἀπληστίᾳ συζῶν, χρηστότητι ἑαυτὸν, οὐδ' ὅλως ὁπουῦν ἐπιδοῦναι θέλει. ἡδέως οὖν ἂν αὐτὸν ἐροίμην, ὅτου χάριν ὁ τοιοῦτος μοχθεῖ, τὸ μὲν ἀγαθόν τι δρᾶσαι, προτροπάδην φεύγων, ποικίλαις δὲ τοῦ χρηματίσασθαί ποθεν ἐπιθυμίαις διασπώμενος. Πολλῷ δὲ τούτου βελτίους οἳ κοινωνίαν ἅμα βίου ἐστείλαντο, ἐξ ἧς καρποῖντο ἂν τὰ βέλτιστα; Δύο γὰρ ἀνδρῶν τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ὀρθῶς προσκειμένων, εἰ καὶ θατέρῳ τινὶ προσπέσῃ τι· ἀλλὰ μὴν οὐ μικρὰν ἐπικουρίαν ἔχει, τὸν αὐτῷ συνόντα. μεγίστη δὲ καὶ συμφορὰ ἀνθρώπῳ δυσπραγοῦντι, καὶ ἡ ἐρημία τοῦ ἀνακτησομένου. οἱ δ' αὖ ὁμοδίαιτοι, καὶ τὴν εὐπρα- C γίαν αὐτοῖς ἐδιπλασίασαν, καὶ πραγμάτων ἀβουλήτων χειμῶνα παρεμυθήσαντο, Ὥστε καὶ μεθημέραν τῇ ἐπ' ἀλλήλοις λαμπρύνεσθαι παῤῥησίᾳ, [3] καὶ νύκτωρ φαιδρότητι σεμνύνεσθαι. Ὁ δὲ βίον ἀκοινώνητον ἑλκων, φρικώδη τινὰ ἑαυτῷ διεξάγει ζωὴν, οὐκ ᾐσθημένος, ὡς εἰ καὶ ἐπίθοιτό τις ἀνθρώποις συμπεφραγμένοις, θρασέως καὶ οὐκ ἀσφαλῶς [4] βουλεύεται, καὶ ὅτι οὐδὲ σχοῖνος τριπλῆ ῥᾳδίως ἀποῤῥήγνυσθαι πέφυκεν. [5] Ἐγὼ δὲ προκρίνω νέον πένητα σώφρονα, γέροντος βασιλέως ἄφρονος, ᾧ ἐνθύμιον οὐ γεγένηται, Ὡς δυνατόν ἐστι, τῶν μὲν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τινὰ εἰς τὸ βασιλεῦσαι καταστῆναι, αὐτὸν δὲ τῆς ἀδίκου δυναστείας, δικαίως ὕστερον ἐκπεσεῖν. Συμβαίνει γὰρ τοὺς ὑπὸ τῷ νέῳ μὲν, ἔμφρονι δὲ τασσομένους, D ἀλύπους εἶναι τοὺς [6] ὅσοι προγενέστεροι. οἱ γὰρ μετέπειτα γενόμενοι, διὰ τὸ ἑτέρου ἀπειράτως ἔχειν, οὐδὲ τοῦτον ἐπαινεῖν δύνανται, ἀγόμενοί τε γνώμῃ ἀλογίστῳ, καὶ ὁρμῇ πνεύματος ἐναντίου. Ἐκκλησιάζων δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχε τὸν τ' ἑαυτοῦ βίον ὀρθῶς διαπορεύεσθαι, καὶ ὑπὲρ τῶν ἀφρόνων εὔχεσθαι, ὅπως ἐπίσταντα σύνεσιν λαβόντες, ἐκκλίνειν τὴν πρᾶξιν τῶν πονηρῶν.

A eamque caussam corruent. 2. Enimvero ex consceleratis & audacibus, ii qui ex hac vita migrarunt, meliore conditione sunt, quam qui etiamnum vivunt. 3. Utrisque autem præferendus, qui similis eorum futurus est, nec creatus adhuc est; quoniam hominum improbitatem nondum attigit. 4. Perspicuum mihi quoque factum est, quanta proximorum invidia probum virum sequatur, œstrum exsistens impuri spiritus. 5. Quodque is qui hanc susceperit, ac velut pectore complexus fuerit, nihil aliud habet, quam quod animam suam exest & dissecat, simulque cum corpore absumit; mœrorem acerbissimum, nec solatio ullo mitigabilem, aliorum prosperitatem existimans. 6. Atqui præoptarit vir sapiens & cordatus, alteram ma- B num cum facilitate & levitate implere; quam utramque cum ærumna & fraudulenti spiritus calliditate & versutia. 7. Est & quiddam aliud, quod præter fas & æquum homini ob improbam voluntatem contingere scio. 8. Qui undique solus relictus, nec fratrem nec filium habens, facultatibus & copiis affluens, inexplebili cupiditate ardet, nec beneficentiæ atque humanitati se ipsum ullo modo tradere cupit. Ex eo igitur lubens quæsiverim, quam ob caussam laboribus se conficiat, boni quidem aliquid facere summopere fugiens, multiplicibus autem quæstus alicunde faciendi cupiditatibus distractus. 9. Quanto tandem hoc meliores, qui vitæ societatem inierunt, ex qua optimos fructus decerpere queant? 10. Duobus enim viris, rebus iis- C dem recte incumbentibus, etiamsi alteri quidpiam adversi accidat, tamen haud leve subsidium in sodali & contubernali suo positum habet. Gravissima autem est calamitas homini adversa fortuna utenti, carere amico qui jacentem luctuque afflictum excitet ac recreet. At qui contubernii necessitudine juncti sunt, & prosperi successus voluptatem sibi invicem conduplicant, & rerum præter voluntatem fluentium tempestatem leniunt: 11. Adeo ut & diu mutua libertate splendescant, & noctu honestate ac gravitate fulgeant. 12. Contra qui vitam ab omni hominum societate semotam ducit, horrendam quamdam vitam traducit, non intelligens, eum temere ac periculose sibi consulere, qui multos homines mutuo præsidio circumseptos adortus D fuerit; ac præterea funem triplici nexu contextum haudquaquam facile perfringi solere. 13. Ego vero juvenem pauperem, modo prudentia ornatum, antepono seni regi stolido, cui in mentem non venit, fieri posse, 14. Ut quispiam ex carcere atque ergastulo ad regni gubernacula constituatur; ipse autem postea, iniquo principatu juste exturbetur. 15. Nonnumquam enim evenit, ut qui juveni quidem, ceterum cordato, subsunt, mœstitia vacent, saltem majores natu. Nam qui postea in lucem prodierunt, quoniam alterius periculum non fecerunt, ne hunc quidem laudare possunt. 16. Abducti videlicet inconsulto consilio, adversariique spiritus impetu præcipites acti. 17. Quisquis autem Ecclesiastæ munere fungeris, illud ob oculos habeto, ut & rectum vitæ iter teneas, & pro stultis preceris, ut accepta prudentia malorum actiones vitare sciant.

ΚΕΦΑΛ. έ. — E — CAPUT V.

Γλώσσης δὲ φείδεσθαι καλὸν, καὶ εὐσταθούσῃ χρῆσθαι καρδίᾳ ἐν τῇ περὶ λόγους σπουδῇ. οὐ γὰρ χρὴ ἀλογίστως αὐτῶν ἔχοντα, κἂν ἄτοπα, ἢ τὰ ἐπὶ

1. Lingua parce uti, præclarum; atque ad loquendi studium, gravitatem constantiamque cordis adhibere. Non enim nos inconsulto loquendi studio tene-

1. Μηδέπω δέ] Billius ex cod. Medic. καὶ μηδέπω γεγ. Duc.
2. Τιθέμενον] Cod. Medic. τιθέμενος. Id.
3. Καὶ νύκτωρ σεμνότητι σεμν.] Ex ms. Medic. Billius emendat καὶ νύκτωρ σεμνότητι φαιδρύνεσθαι. *Et noctu honestate & gravitate fulgeant*. Nec longe discedunt alii interpretes. Eidem lectioni favet & codex Vaquerii. At Basilienti editioni νύκτωρ φαιδρότητι σεμν. suffragantur codd. reg. & Thuan. Id.
4. Βουλεύεται] Admonuit Billius in cod. Medic. legi βεβούλευται; quam tamen lectionem obelo notavit, nec in interpretatione sua est amplexus: at illam tuetur codex Vaquerii. Id.
5. Ἐγὼ δὲ κ. τ. λ.] Hunc locum sic a S. Gregorio Thaumaturgo explicatum citat S. Hieronymus in suo commentario in Ecclesiasten. Voss. — Locum Hieronymianum retulimus inter *Veterum testimonia* de nostro Gregorio.
6. Ὅσοι προγενέστεροι] Subodoror aliquid deesse in Græco: neque enim his verbis perfecta est sententia. Hieronymus hunc locum vertens in commentario quem scripsit in Ecclesiasten, ad hunc modum transtulit: *ita tamen ut sub juvene rege versati sint*. Quare aut in meliorem codicem incidit, aut ad explendam sententiam quædam de suo addere non dubitavit. Bill.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



νοῦν ἐλθόντα, ταῦτα προΐεσθαι διὰ τῆς φωνῆς· ἀλλ' ἐνθυμουμένους, ὅτι εἰ καὶ πολὺ ἀφεστήκαμεν οὐρανοῦ, γινώσκειν χρὴ, ὅτι ἐπ' ἐπηκόῳ φθεγγόμεθα Θεοῦ, καὶ ἔστι λυσιτελὲς λαλεῖν ἀπεριπτώτως. Ὥσπερ δὲ φροντίσι ψυχῆς ποικίλαις παρέπεται ὀνειράτων [1] παντοδαπῇ φαντασίᾳ· οὕτω καὶ ἀφροσύνῃ φλυαρία συνέζευκται. Ἐπαγγελία δὲ δι' ἀρχῆς γινομένη, τέλος λαμβανέτω δι' ἔργου. ἀφρόνων δὲ ἴδιον, τὸ ἀποβλήτους εἶναι· σὺ δὲ ἀληθὴς ἔσω, γινώσκων ὡς πολλῷ ἄμεινον μὴ εὔξασθαί σε, μηδὲ ὑποσχέσθαι τι δρᾶσαι, ἢ εὐξάμενον, εἶτα παραλιπεῖν. Δεῖ δὲ παντελῶς φεύγειν τὴν τῶν οὐ καλῶν ῥημάτων ἐπιῤῥοὴν, ὡς ἀκουσομένου Θεοῦ. τῷ γὰρ ταῦτα ἐνθυμουμένῳ πλέον οὐδέν ἐστιν, ἢ τὸ αἰσθάνεσθαι τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ὑπὸ Θεοῦ διαφθειρομένων. Ὥσπερ γὰρ τὰ πολλὰ ἐνύπνια μάταια, οὕτω καὶ τὰ πολλὰ ῥήματα. φόβος δὲ Θεοῦ, ἀνθρώπων σωτήριος, σπάνιος δέ. Ὅθεν χρὴ θαυμάζειν ἀφορῶντα πρός τε πένητας συκοφαντουμένους, καὶ πρὸς δικαστὰς παραλογιζομένους. Χρὴ δὲ ἐκτρέπεσθαι τὸ τῶν δυνατωτέρων μείζονας εἶναι δοκεῖν. κἂν γὰρ ἐκγένηται τοῦτο, ἀλλ' οὖν τῶν ἐσομένων σοι φοβερῶν, οὐ ῥύσεταί σε ἡ καθ' αὐτὴν πονηρία. Ὥσπερ δὲ κτῆμα τὸ ἐξ ἁρπαγῆς βλαβερώτατον καὶ ἀνοσιώτατον· οὕτω καὶ ἀνδρὶ ἐπιθυμητῇ χρημάτων, [2] οὐκ ἐκγίνεται κόρος, οὔθ' ἡ παρὰ τῶν πέλας εὔνοια· κἂν ὁποσονοῦν μάλιστα πάμπολυ ἀργύριον ἐπικτήσωνται. τοῦτο μὲν γὰρ μάταιον. ἀγαθότης δὲ τοὺς συνόντας αὐτῇ ὑπερευφραίνουσα, ἀνδρείους ἀπεργάζεται τοῦ καθορᾶν ἕκαστα τῶν πραγμάτων παρέχουσα τὴν δύναμιν. Μέγα δὲ καὶ τὸ μὴ προστετηκέναι τοιαύταις φροντίσιν· ὁ μέν γε πένης, κἂν δοῦλος ᾖ, καὶ μὴ ὑπερεμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ γαστέρα, προσηνοῦς μεταλαμβάνει τῆς διὰ τοῦ ὕπνου ἀνέσεως· πλούτου δὲ ἐπιθυμία, σύνεστι ἀγρυπνίαις καὶ καμάτοις ψυχῆς. Τί δ' ἂν γένοιτο τούτου ἀτοπώτερον, ἢ τὸ μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας ἀποθησαυρίζοντα τὸν πλοῦτον συντηρεῖν, μυρίων ἑαυτῷ φυλάττοντα κακῶν ἀφορμήν; Καὶ τὸν πλοῦτον ἐκεῖνον ἀνάγκη ἀπολέσθαι ποτὲ καὶ διαφθαρῆναι, εἴτε γένοιτο τῷ κτησαμένῳ τέκνα, εἴτε καὶ μή· Αὐτόν τε εἰ καὶ μὴ βούλοιτο προσήκει τοιοῦτον εἰς τὴν γῆν πεσεῖν καὶ ἀπελθεῖν, οἷος καὶ ὁπότε εἰς τὸ εἶναι παρὼν ἐτύγχανε. Κεναῖς δὲ χερσὶν ἀπιέναι μέλλων, αὔξει τὴν ἑαυτοῦ κακίαν, ὥσπερ οὐκ ἐνθυμούμενος, ὅτι ἐπίκειται αὐτῷ τέλος τοῦ βίου τῇ γενέσει ὅμοιον, Καὶ ὅτι ἀνόνητα μοχθεῖ, εἰς δέ τινα μᾶλλον ἀνέμου ὁρμὴν, ἤπερ τῇ ἑαυτοῦ σπουδῇ χαριζόμενος, καταναλώσας τὸν ἑαυτοῦ βίον σύμπαντα, ἔν τε ἐπιθυμίαις ἀνοσιωτάταις, καὶ ἐν ὁρμαῖς ἀλόγοις, ἔτι δὲ λύπαις καὶ ἀῤῥωστίαις. καὶ συνελόντι φάναι, σκότος μέν εἰσι τῷ τοιούτῳ αἱ ἡμέραι· Πένθος δὲ ἡ ζωὴ, ἀγαθόν γε μὴν ἐκεῖνο καὶ οὐκ ἀπόβλητον. Θεοῦ γάρ ἐστι δῶρον, τὸ δυνηθῆναι ἀπολαῦσαι ἄνθρωπον τῶν ἑαυτοῦ καμάτων ἐν εὐφροσύνῃ θεόσδοτα, [3] καὶ οὐχ ἁρπακτικὰ δεξάμενον κτήματα. Οὔτε

ri oportet, eaque quæ in mentem veniunt, quamvis absurda, proferre atque emittere: verum illud cogitare, quod licet magno intervallo a cælo distemus, certum est tamen sermones nostros a Deo exaudiri; atque utile est, lapsum in loquendo cavere. 2. Quemadmodum enim varias animæ curas multiplex insomniorum species subsequitur: ad eumdem quoque modum stultis verbis nugacitas conjuncta est. 3. Pollicitatio porro voto facta, finem per opus accipiat. Est hoc stultorum proprium, ut rejectitii sint. At tu promissi veritatem præsta, 4. Sciens longe tibi satius esse non vovere, nec facturum aliquid polliceri, quam post conceptum votum, id relinquere. 5. Omni autem ratione fugiendum est turpium verborum profluvium; nec enim Deo inaudita erunt. Nam ad eum qui hæc cogitat, nulla alia utilitas redit, quam ut sentiat opera sua a Deo labefactari atque corrumpi. 6. Ut enim plerumque insomnia vana: sic etiam pleraque verba. Timor autem Dei, hominibus quidem salutaris; ceterum rarus. 7. Quocirca nihil est cur mireris, si & pauperes calumniis opprimi, & judices legibus imposturam facere videris. 8. Cavendum porro est, ne iis qui potentia præstant, majores esse videamur. Nam etiamsi hoc acciderit, tamen ex horrendis cruciatibus in quos incidemus, nequaquam nos improbitas ipsa liberabit. 9. Quemadmodum autem facultates raptu collectæ ac per vim extortæ, perniciosissimæ & sceleratissimæ sunt: sic etiam homini pecuniarum cupiditate flagranti, numquam satietas, nec proximorum benevolentia proveniet; quamlibet maximam vim argenti quæsierit. Hoc enim vanum est & inane. At probitas familiares suos majorem in modum oblectat; fortesque efficit, rem unamquamque perspiciendi facultatem præbens. 10. Sed & hujusmodi curis minime inhæsisse, animumque defixisse, magnum censendum est. 11. Enimvero pauper, licet senectute prematur, ventremque suum nequaquam largius impleverit; tamen suavis somni requie fruitur: opum autem cupiditas, indivulsas comites habet vigilias & animæ labores. 12. Quid porro absurdius esse queat, quam cum magno studio & cura reconditas opes conservare, ac sexcentorum malorum occasiones sibi ipsi custodire? 13. Ac divitias quidem illas labefactari ac perire necesse est, [a] sive ei qui has adeptus est, liberi sint, sive nulli: 14. Ipsum autem, vel invitum ac repugnantem, [b] talem in terram cadere atque discedere oportet, qualis erat, cum in hanc lucem prodiit. 15. Ita vacuis manibus abscessurus, peccatum suum augebit, perinde atque hoc non cogitans, nativitati similem vitæ finem sibi imminere, seque inani labore torqueri; 16. Atque in quemdam potius venti impetum, quam suo ipsius studio inserviens, totam vitam suam in impurissimis cupiditatibus temerariisque appetitionibus, ac præterea in mœroribus morbisque consumit. Atque, ut compendio dicam; hujusmodi homini dies tenebræ sunt; ac vita, luctus. 17. Quamquam illud minime rejiciendum est: 18. Dei enim beneficio homini contingit, ut laboribus suis cum animi oblectatione perfruatur, divinitus acceptas ac non vi extortas

a Job xx. 20. *b* Job I. 21. —— 1. Tim. VI. 7.

1. Παντοδαπῇ φαντασίᾳ] Emendandum ex Billio & Medic. libro, παντοδαπὴ φαντασία. Joannes Monachus (Oecolampadius:) *Variarum animæ curarum asseclæ sunt multiformes insomniorum phantasiæ*. Musculus: *Varias animi curas omnis generis somniorum phantasia comitatur*. Hoc est quod eleganti versu expressit Gregorius Nazianzenus περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν.

Φροντίσιν ἠματίαις γὰρ ὁμοῖα φάσματα νυκτός.
Visa etenim curas referunt nocturna diurnas.

Sed alteram partem hujus commatis Thaumaturgi aptius fortasse vertisset doctissimus Billius, *ad eumdem quoque modum stultitiæ loquacitas est conjuncta*: quo pacto etiam alii duo interpretes hunc locum intellexerunt. Joannes: *Ita & imprudentiæ perpetua comes est loquacitas*. Musculus: *Ita & stultitiæ nugacitas adhæret*. Salomonis textus sic habet in Græcis: καὶ φωνὴ ἄφρονος ἐν πλήθει λόγων. *Et vox stulti in multitudine sermonum*. Incertus auctor sic exponit in Catena regiæ bibliothecæ: ὥσπερ οἱ ἐν ἡμέρᾳ πειραζόμενοι καὶ δι' ἐνυπνίων ταράττονται· οὕτω καὶ ὁ ἄφρων αὐτοῦ διὰ τῆς πολυλογίας ἐλέγχεται. *Quemadmodum qui interdiu tentantur, etiam per insomnia perturbantur: ita quoque stultus sua loquacitate redarguitur*. Duc.


2. Οὐκ ἐκγίνεται] Corrige ex cod. Medic. οὐκ ἐγγίνεται κόρος. Id.

3. Καὶ οὐχ ἁρπακτικὰ δεξ.] Cod. Medic. rectius καὶ οὐχ ἁρπακτὰ δεξ. Sic infra cap. IX. 12. ὀρνέων ἀνάρπαστοι γινόμενοι. Rursus idem cod. nec non mss. reg. Thuan. & Card. Lotharing. κτήματα cum excuso. Id.

γὰρ λύπαις οὗτός γε νοσεῖ, οὔτε ὡς ἐπὶ πολὺ ἐνθυμήσεσι πονηραῖς δουλεύει· συμμετρεῖται δὲ τὸν ἑαυτοῦ βίον εὐποιΐαις, τοῖς πᾶσιν εὐθυμούμενος, καὶ ἀγαλλιώμενος τῇ τοῦ Θεοῦ δωρεᾷ.

A opes possidens. 19. Neque enim ille mœroribus affligitur; nec, ut plurimum, malis & perditis cogitationibus servit: quin potius beneficentiis & largitionibus vitam suam metitur, in omnibus rebus animi tranquillitate fruens, atque ob Dei donum lætitia gestiens.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



ΚΕΦΑΛ. ϛʹ.

ΠΑρέξομαι δὲ τῷ λόγῳ, τὴν μάλιστα ἐπιπολάζουσαν ἀνθρώποις κακοπραγίαν. Ὅταν Θεὸς μὲν τὰ καταθύμια αὐτῶν ἅπαντα ἐπιχορηγήσας, μηδενὸς οὑτινοσοῦν, τῶν εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθόντων αὐτὸν ἀφέληται, μὴ περιουσίας, μὴ πολυδοξίας, μὴ τῶν λοιπῶν περὶ ὅσα ἄνθρωποι ἐπτόηνται· ὁ δὲ τοῖς πᾶσιν εὐθηνούμενος, ὥσπερ τούτῳ μόνῳ θεηλάτῳ κακῷ συνεχόμενος, τῷ μὴ ἀπολαύειν, ἑταίρῳ τῷ αὐτοῦ [1] ταμιεύσεται, πεσὼν ἄκαρπος καὶ ἑαυτῷ, καὶ τοῖς πλησίον. Τοῦτο μέγα τεκμήριον καὶ ἔλεγχον περιφανῆ ὑπερβαλλούσης ἐγὼ τίθεμαι πονηρίας· ἄνδρα τε ἐκεῖνον, ὃς πλείστων πατὴρ ὀνομασθεὶς τέκνων ἀσινῶς, βιοὺς δὲ χρόνον μακρὸν, οὐκ ἐπλήσθη χρηστότητος τὴν ψυχὴν ἐπὶ τοσοῦτον, θάνατον πεῖραν οὐ λαβὼν, τοῦτον ἔγωγε, οὔτε τῆς πολυπαιδίας, οὔτε τῆς πολυημερίας ζηλώσαιμ' ἄν· καὶ προκρίνω δὲ αὐτοῦ ἄωρον γαστρὸς μητρῴας ἐκπεσὸν ἔμβρυον. Ἐκεῖνο γὰρ ὥσπερ ἦλθε ματαίως, οὕτως ἄπεισι καὶ λαθραίως ἐν ἀμνηστίᾳ, Οὐχ ἁψάμενον κακῶν, οὐδὲ προσβλέψαν ἡλίῳ. Τοῦτο κουφότερον, ἤπερ τῷ πονηρῷ, κἂν χιλίοις ἔτεσι τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν [2] ἀναμετρησαμένῳ ἀγαθότητα μὴ ἐπιγνῷ. τέλος δὲ ἀμφοῖν θάνατος. Ἐλεγχομένου ἄφρονος, μάλιστα τῷ πλησμονὴν μηδεμιᾶς λαμβάνειν ἐπιθυμίας. Ὁ δὲ σώφρων, τούτοις οὐκ ἐνίσχεται τοῖς πάθεσιν. ὡς δ' ἐπὶ τὸ πλεῖστον εὐθύτης ζωῆς ἄνθρωπον τῇ πενίᾳ ὁδηγεῖ. Ἐξίστησι δὲ πολλοὺς ὀφθαλμῶν λίχνων θεάματα, τὴν ψυχὴν ἐρεθίζοντα, ἐπ' ἀνόνητον σπουδὴν ἕλκοντα, διὰ τῆς τοῦ ὀφθῆναι κενῆς ἐπιθυμίας. Τὰ μέν τοι νῦν γεγενημένα ἤδη ἔγνωσται· καὶ σαφὲς τυγχάνει, ὡς τοῖς ὑπὲρ αὐτὸν ἄνθρωπος ἀντιτάσσεσθαι οὐχ οἷός τε. Φλυαρίαι γε μὴν κατὰ ἀνθρώπους στρέφονται, τὴν τῶν χρωμένων ἄνοιαν ἐπαυξάνουσαι.

CAPUT VI.

1. JAm vero infelicitatem apud homines maxime frequentem atque grassantem, oratione persequar. 2. Cum nimirum Deus cuipiam omnia quæ ipsi cordi erant, abunde suppeditaverit; nec ulla omnino re ex omnibus quæ animum cupiditate tentant, eum spoliaverit; non opibus & facultatibus, non gloria & splen-
B dore; non reliquis aliis omnibus, quæ mortales ad stuporem usque admirantur: Ille autem omnibus rebus circumfluens (quasi hac una calamitate divinitus inflicta implicitus teneatur, quod earum fructu careat) alii sua asservat, inutilis prolapsus & sibi & proximis. 3. Hoc sane argumentum magnum, signumque perspicuum extremæ cujusdam improbitatis esse censeo. Quin illum quoque hominem, qui plurimorum liberorum pater sine ulla offensione nominatus, vitaque in longum producta, benignitate tamen ac deliciis animum tanto tempore non expleverit, mortis interim periculo haudquaquam facto; hunc equidem nec numerosæ prolis, nec diuturnitatis vitæ nomine beatum duxerim: immo vero fœtum e materno ventre præmature excidentem,
C atque ab ortu egestum, ipsi præferendum puto. 4. Ille enim, ut incassum venit, ita clanculum etiam & cum oblivione discedit, 5. Non degustatis hujus vitæ malis, nec sole prospecto. 6. Quod quidem levius est, quam quod perverso illi & profligato homini accidit; qui licet in mille annos vitam suam propagarit, vitæ tamen commoda non agnovit. Utriusque porro finis, mors. 7. Ceterum hic maxime stultus convincitur, quod nulla cupiditate satietur & expleatur: 8. At prudens & moderatus his affectibus minime retinetur. Fere fit autem, ut vitæ rectitudo & integritas hominem ad paupertatem ducat. 9. Multos vero de mentis gradu dejiciunt procacium oculorum aspectus, animam incitan-
D tes, ac per inanem videndi cupiditatem ad inutile studium pertrahentes. 10. Enimvero ea quæ nunc facta sunt, jam cognita sunt: perspicuumque est, hominem iis quæ supra se sunt, reluctari atque obsistere non posse. 11. Ceterum nugæ & ineptiæ inter homines versantur; eorum qui iis utuntur, amentiam augentes.

ΚΕΦΑΛ. ζʹ.

ΜΗδαμῶς γὰρ πλέον τι ὠφελουμένου τοῦ γινώσκοντος τὰ αὐτῷ συμβησόμενα παρὰ τὸν βίον καταθύμια. [3] Θῶμεν γὰρ τοῦτο· ὅμως δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων περιεργία ἐπιτεχνᾶται, ὡς καὶ τὰ μετὰ θάνατόν τινος ἑκάστου ἑπόμενα, πολυπραγμονεῖν τε καὶ δοκεῖν εἰδέναι. Μνήμη δὲ ἀγαθὴ ψυχῇ προσηνεστέρα, ἤπερ σώματι ἔλαιον· καὶ βίου ἔξοδος, ἀμείνων γενέσεως· Καὶ αἱρετώτερον πενθεῖν, ἢ κωμάζειν, καὶ τὸ παρεῖναι τοῖς λυπουμένοις, ἢ τοῖς μεθυσκομένοις. ἔστι γὰρ οὕτω λαβόντα τινὰ τοῦ βίου τέλος μὴ εὐλαβηθῆναι περὶ τῶν ἀμφ' αὐτόν. Γέλωτος δὲ θυμὸς ἔμφρων προτιμότερος· αὐστηρᾷ γὰρ διαθέσει προσώπου, κατορθοῦται ψυχή. Αἱ μὲν τοίνυν τῶν σοφῶν ψυχαὶ, σκυθρωπάζουσι καὶ συστέλλονται, αἱ δὲ τῶν ἀφρόνων, ἐπαιρόμεναι διαχέονται. Πολὺ δέ ἐστιν εὐκταιότερον ἐπίπληξιν σοφοῦ ἑνὸς δέξασθαι, ἢ ὅλου χοροῦ ἀνθρώπων φαύ-

CAPUT VII.

1. NAM cum nihilo majorem utilitatem is perspiciat, qui ea quæ ex animi sententia sibi in vita eventura sunt, perspecta haberet; (fingamus id enim) tamen hoc quoque hominum curiositas comminiscitur, ut ea etiam quæ post mortem alicujus futura sunt, anxie inquirere ac scire videantur. 2. Porro [a] fama bona suavior est animæ, quam oleum corpori; & vitæ exitus, melior nativitate: 3. Atque optabilius
E & præstabilius lugere quam comessari, ac mœrentibus adesse quam ebrietati studentibus. Sic enim se res habet, quod si quis hunc vitæ finem nactus fuerit, de his quæ circa se sunt, nec timore nec solicitudine afficiatur. 4. Consimili modo prudens ira risui præferenda est: severa enim vultus habitudine, anima ad rectum honestumque componitur. 5. Ac sapientum quidem animæ, tristitia contrahuntur: stultorum autem animæ, lætitia elatæ diffunduntur. 6. Atqui multo


[a] Prov. xxii. 1.

1. Ταμιεύονται] Codd. Medic. & Thuan. ταμιεύεται. Ducæus.

2. Ἀναμετρησαμένῳ — ἐπιγνῷ] Billius admonet vel ἀναμετρησάμενος legendum, vel quod melius quadrat, ἐπιγνῶναι, ut in ms. Card. Lothar. Alii tamen codd. vulgatam lectionem tuentur. Id.

3. Θῶμεν γὰρ τοῦτο] Deest γὰρ in cod. Savilii. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



λων καὶ δυστήνων ᾀδόντων γενέσθαι ἀκροατήν. Τῶν γὰρ ἀφρόνων ἀνθρώπων ὁ γέλως, ἀκανθῶν πολλῶν λάβρῳ πυρὶ καιομένων ἤχῳ προσέοικεν. Ἄθλιον δὲ καὶ τοῦτο, κακόν γε μὴν μέγιστον ἡ συκοφαντία· αὕτη γὰρ σοφῶν ἐπιβουλεύει ψυχαῖς, καὶ ἐπιχειρεῖ διαφθείρειν τὴν γενναίαν ἔνστασιν τῶν ἀγαθῶν. [1] Λόγων δὲ οὐκ ἀρχόμενον, ἀλλὰ παυόμενον ἐπαινεῖν προσήκει, καὶ τὸ μέτριον ἦθος ἀποδέχεσθαι, καὶ μὴ τὸ μετεωριζόμενον καὶ τετυφωμένον. Πάνυ δὲ χρὴ θυμοῦ φείδεσθαι, καὶ μὴ εἰς ὀργὴν προχείρως καταφέρεσθαι, ᾗπερ ἄφρονες δουλεύουσιν. Ἁμαρτάνουσι δὲ οἱ λέγοντες τοῖς προτέροις ἀμείνονα δεδόσθαι βίον, καὶ οὐ συνιᾶσιν, ὅτι πάμπολυ διαφέρει σοφία, τῆς τῶν χρημάτων περιουσίας· Καὶ τοσοῦτόν ἐστι [2] φανερωτέρα, ὅσον ἄργυρος λαμπρότερος φαίνεται τῆς ἑαυτοῦ σκιᾶς. Ζωὴ γὰρ ἀνθρώπου, οὐκ ἐξ ἐπικήρου πλούτου κτήσεως, ἀλλ' ἐκ σοφίας περιγίνεται. Τίς δὲ καὶ δυνήσεται, εἰπέ μοι, τὴν τοσαύτην καὶ οὕτω χρηστὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἐξειπεῖν; Ἢ τίς ἀνακαλέσασθαι τὰ δοκοῦντα παρημελῆσθαι ὑπὸ Θεοῦ δικαίως; Πράττων δὲ οὐκ ὀρθῶς πρότερον ἔγωγε κατενόησα τὰ σύμπαντα, καὶ δίκαιον ἐμμένοντα τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ μέχρι θανάτου μὴ ἐξιστάμενον, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὴν ἐπιβουλευόμενον, καὶ ἀσεβῆ συναποθνήσκοντα τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ. Χρὴ δὲ δίκαιον ὄντα, μὴ πάνυ τοιοῦτον εἶναι δοκεῖν, μηδὲ ἄγαν σοφὸν καὶ ὑπερμέτρως· ὅπως μή τι πταίσας, πολλαπλασίονα ἁμαρτήσῃ. Καὶ μὴ ἔσο τολμηρὸς καὶ προπετὴς, μή σε θάνατος ἁρπάσῃ ἄκαιρος. Μέγιστον δὲ ἀγαθὸν ἀντιλαμβάνεσθαι Θεοῦ, καὶ ἐν τούτῳ ὄντα μηδὲν ἁμαρτάνειν. τῶν γὰρ ἀμιάντων χειρὶ ἀνάγνῳ ψαύειν, μυσαρόν. ὁ δὲ μετὰ φόβου Θεοῦ ὑπείκων ἅπαντα διαφεύγει τἀναντία. Σοφία δὲ βοηθείας, στίφους ἀνδρῶν τῶν δυνατωτάτων ἐν πόλει μείζονα δύναται, ἣ καὶ συγγινώσκει δικαίως πολλάκις τῶν δεόντων ἀποτυγχάνουσιν. Ἄπταιστος γάρ ἐστιν οὐδὲ εἷς. Ἀσεβῶν δὲ λόγοις, οὐδ' ὁπωσοῦν τι χρὴ προσιέναι, ὅπως μὴ τῶν κατὰ σοῦ λόγων αὐτήκοος γενόμενος, ὥσπερ δούλου πονηροῦ φλυαρίας· Ἔπειτα δηχθεὶς τὴν καρδίαν, ὕστερον ἐν πολλαῖς πράξεσιν εἰς τὸ ἀντικαταράσασθαι καὶ σὺ ἐκτραπῇς. Ἔγνων δὲ ταῦτα ἐγὼ, ἅπαντα σοφίαν ἐκ Θεοῦ λαβὼν, ἣν ὕστερον ἀποβαλὼν, οὐκέτι οἷός τε ἤμην ὅμοιος εἶναι. Ἔφυγε γὰρ ἀπ' ἐμοῦ σοφία εἰς μῆκος ἄπειρον, καὶ εἰς βάθος ἀμέτρητον, ὡς μὴ εἶναι αὐτῆς λαβέσθαι μηκέτι. ὥστε ὕστερον καὶ τοῦ ἐπιζητεῖν αὐτὴν, [3] τέλειον ἀπεσχόμην· καὶ οὔτε ἐνεθυμούμην ἔτι τοῦ κατανοεῖν τὰς τῶν ἀσεβῶν ἀφροσύνας καὶ βουλὰς ματαίας, καὶ ἀλύοντα βίον. Οὕτω δὲ διακείμενος, εἰς αὐτὰ [4] διηνέχθην, καὶ ἐπιθυμίᾳ συσχεθεὶς θανατηφόρῳ, ἔγνων τὴν [5] γυναῖκα, γῆν τινὰ, [6] ἢ εἴ τι ἕτερον τοιοῦτον ὑπάρχουσαν. καρδία μὲν γὰρ αὐτῆς, σαγηνεύει τοὺς παριόντας, χειρὶ δὲ χεῖρα συνάψαντα μόνον, κατέχει ἢ εἰ

magis optandum, sapientis unius objurgationem excipere, quam totius chori improborum & miserorum hominum cantantium auditorem fieri. 7. Stolidorum etenim hominum risus, spinarum multarum vehementi igne ardentium sonitui haud absimilis est. 8. Sed profecto gravissimum malum est calumnia: hæc enim sapientum animabus insidias struit, ac generosam bonorum virorum constantiam labefactare molitur. 9. Porro autem hunc laudibus efferre convenit, non qui initium, sed qui dicendi finem facit. Morum enim moderatio laudibus complectenda, non elatio & arrogantia. 10. Insuper animi furorem summo studio frenare & coercere necesse est, nec promte & temere in iram ruere, cui stulti serviunt. 11. Errant autem, qui meliorem vitam majoribus nostris datam esse affirmant: nec intelligunt, sapientiam opum copia longe præstantiorem esse; 12. Tantoque clariorem, quanto argentum umbra sua splendidius apparet. 13. Vita enim hominis, non ex caducarum & fragilium opum collectione & possessione, verum ex sapientia provenit. 14. Quis enim, oro te, tantam tamque benignam Dei providentiam verbis consequi poterit? 15. Aut quis ea quæ summa cum ratione a Deo neglecta esse videntur, revocare? 16. Ego vero, minus recte id quidem faciens, omnia consideravi, & justum in justitia constanter perstantem, nec ab ea per omnem vitæ cursum desciscentem, immo etiam propter eam insidiis petitum: & injustum simul cum improbitate sua morientem. 17. Illud autem homini justitia prædito videndum est, ne admodum talis esse videatur, nec supra modum sapiens: ne si qua in re offenderit, multis partibus copiosius peccet. 18. Illud etiam tibi cavendum, ne audax & temerarius sis: ne alioqui te intempestiva & præmatura mors abripiat. 19. Maximum autem bonum, Deum complecti & apprehendere; atque in eo manentem, ab omni peccato abstinere. Res etenim maculæ omnis expertes, impura manu contrectare, nefarium & exsecrabile est. Qui autem cum Dei timore cedit, seque submittit, adversa omnia effugit. 20. Sapientia auxilii in civitate plus potest, quam potentissimorum hominum acies: quæ etiam plerumque, iis qui ab officio aberrarunt, juste ignoscit. 21. Nemo enim est, [a] qui non interdum labatur. 22. Est autem tibi providendum, ne ad impiorum sermones ullo modo accedas: ne maledicta in te jacta tuismet auribus hauriens, quemadmodum improbi servi loquacitatem; 23. Atque ex ea re animo commorsus, in multis postea actionibus ad regerenda convicia ipse quoque abducaris. 24. Hæc omnia ego noram, sapientiam a Deo consecutus: qua deinde amissa, 25. Jam mei similis esse nequibam. 26. Sapientia enim a me in infinitam longitudinem fugit, & in immensam profunditatem: ut mihi eam arripere ultra non liceret. Quare ab ea quoque inquirenda omnino abstinui: jamque nec in animo habebam impiorum amentias & vana consilia, vitamque misere palantem considerare. 27. Sic autem animo constitutus, in hæc devolutus sum: ac mortifera cupiditate correptus, mulierem cognovi, hoc est, terram quamdam, aut si quid aliud est hujusmodi. Cor etenim ejus pertranseuntes irretit; ac si vel manum tantum manui connexuerit, non minus stricte retinet, quam si vinculis constrictos traheret. Nec vero ab ea aliter liberari queas, quam Deum pro-

a III. Reg. VIII. 46. II. Paral. VI. 36. Prov. XX. 9. I. Joan. I. 8.

1. Λόγων δὲ] Medic. cod. λόγον δέ. Atque hoc modo scribendum existimasse videntur alii interpretes. Joannes: *Sermo, non in principio, sed quum ad calcem pervenerit, laudandus est*. Musculus: *Sermonem laudare convenit, non in exordio, sed in calce*. DUC.

2. Φανερωτέρα] Ita sane cod. Card. Lothar. Sed Billius adnotarat in margine libri sui, legendum φανωτέρα. ID.

3. Τέλειον] Codd. reg. & Thuan. τέλεον. ID.

4. Διηνέχθην] Ms. Med. διηνέχθην. Et paullo post, χεῖρα δὲ χειρὶ συνάψασα. ID.


5. Τὴν γυναῖκα, γῆν τινά] Locum esse corruptum olim perviderat Cotelerius ad *Constitut. Apostol.* lib. I. cap. VIII. qui propterea legendum contendebat σαγήνην τινά. Sed magis placet emendatio Bengelii legentis παγίδα τινά, in notis ad *Gregorii Thaumat. Panegyr.* pag. 174. nam LXX. hoc in loco habent θήρευμα, vel θηρεύματα juxta exemplar Alexandrinum.

6. Ἢ εἰ — κατέχει ἢ εἰ] Locutio peculiaris nostri Gregorii, qui eam etiam adhibuit infra in suo *Panegyr. ad Origen.* cap. VI. post medium; ubi sic legimus: ἢ εἰ καὶ παρὰ πάντας ἴσως τοὺς νῦν ἀνθρώπους αὐτῷ μόνῳ ἐδωρήσατο κ. τ. λ. Adjici hoc potest argumentis illis, quibus probatur, non alterius Gregorii esse hanc Metaphrasin in Ecclesiasten. BENGELIUS loco modo laudato.

δεσμοῖς περιβάλλουσά εἵλκε. μόνος δ' ἂν ἀπ' αὐτῆς ῥυσθείης, τὸν Θεὸν ἵλεω καὶ ἐπόπτην ἐσχηκώς· ὡς ὅ γε ἁμαρτίᾳ δεδουλωμένος οὐκ ἂν ἐκφύγοι. Ζητήσας δ' ἐγὼ διὰ πασῶν γυναικῶν, σωφροσύνην αὐτῶν εὗρον ἐν οὐδεμιᾷ. Καὶ ἄνδρα μέν τις ἐν χιλίοις γνοίη ἂν σώφρονα, γυναῖκα δὲ οὔ. Κατενόησα δὲ ἐκεῖνο μάλιστα, ὅτι [1] ἄνθρωποι ὑπὸ Θεοῦ ἁπλοῖ ταῖς ψυχαῖς γενόμενοι, ἑαυτοῖς ἐπισπῶνται λογισμοὺς ποικίλους καὶ ζητήσεις ἀπεράντους, καὶ σοφίαν ζητεῖν προσποιούμενοι, περὶ ῥημάτια κατατρίβονται.

A pitium ac benigno oculo intuentem nactus: nam qui peccati servitute premitur, haudquaquam effugerit. 28. Porro cum per omnes mulieres pudicitiam earum quæsivissem, in nulla reperi. 29. Ac virum quidem pudicitia ornatum, inter mille fortasse perspexeris; mulierem autem minime. 30. Illud vero maxime animadverti, quod homines animis simplices a Deo creati, varias cogitationes rationisque discursus sibi ipsis attrahunt atque infinitas quæstiones; sapientiæque inquisitionem profitentes, circa dictiunculas tempus terunt.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 255.



ΚΕΦΑΛ. η'.

ΣΟφία δὲ ἐν ἀνθρώπῳ ἐξεταζομένη, καὶ διὰ προσώπου φαίνεται φωτίζουσα τὸν κεκτημένον· ὥσπερ οὖν ἀναίδεια, μίσους εὐθὺς ὀφθέντα ἄξιον ἐκεῖνον ἐλέγχει, ᾧπερ ἐνῴκησε. Πάνυ δὲ χρὴ ἐπιμελῶς τοῖς τοῦ βασιλέως προσέχειν λόγοις, ὅρκον δὲ ἐκ παντὸς τρόπου φεύγειν, μάλιστα τὸν εἰς Θεοῦ ὄνομα γινόμενον. Ἐφίστασθαι δὲ ὅμως προσήκει λόγῳ πονηρῷ· ἀλλὰ φυλάσσεσθαι ἅπασαν τὴν εἰς τὸν δεσπότην βλασφημίαν. οὐ γὰρ δὴ ἐπάγοντός τι μέμφεσθαι ὑπάρξει, οὐδὲ ἀντιλέγειν τοῖς τοῦ μόνου δυνάστου καὶ βασιλέως δόγμασι. Βέλτιον δὲ, καὶ λυσιτελέστερον ἐμμένοντα ταῖς ἱεραῖς ἐντολαῖς, λόγων τῶν πονηρῶν ἐκτὸς καθεστάναι. Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ, ἐπίσταται καὶ προγινώσκει τὴν εἰς καιρὸν κρίσιν, ὅτι δικαία ἔσται. πάντα γὰρ τὰ ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, περιμένει τὴν ἄνωθεν κόλασιν, πλὴν ὅ γε πονηρὸς, οὐ λίαν γινώσκειν ἔοικεν, ὅτι πολλῆς ἐπ' αὐτῷ οὔσης προνοίας, οὐδὲν ὁτιοῦν εἰς τὸ μετέπειτα λήσεται. Οὐ γὰρ οἶδε τὰ ἐπιόντα. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν κατ' ἀξίαν τις ἀναγγεῖλαι δυνήσεται· Ὅτι οὐχ οὕτως τις ἰσχυρὸς ὑπάρξει, ὡς τὸν ἀφαιρούμενον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἄγγελον κωλῦσαι δυνασθαι, οὐδέ τις ὅλως μέθοδος εὑρεθείη ἂν τοῦ παραγράψασθαί πως τὸν καιρὸν τῆς τελευτῆς, ἀλλ' ὥσπερ ἐν πολέμῳ μέσῳ ληφθέντα, ἄφυκτα πανταχόθεν ἐστὶν ὁρᾶν, ἀσέβεια δὲ πᾶσα ἀνθρώπου συνεξόλλυται. Καὶ ἐκπέπληγμαι δὲ, ὁπότ' ἂν ἀπίδω οἷα καὶ ὅσα εἰς βλάβην τῶν πέλας ἄνθρωποι ἐπιτετηδεύκασιν. Ἐπίσταμαι δὲ προαναρπαζομένους ἐνθένδε τοὺς ἀσεβεῖς καὶ γινομένους ἐκ ποδῶν, ἀνθ' ὧν ἑαυτοὺς ματαιότητι δεδώκεσαν. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐφ' ἁπάντων μετέρχεται ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, ὀξέως διὰ τὴν πολλὴν ἀνεξικακίαν, οὐδὲ παραυτίκα τιμωρεῖται ἐπὶ ταῖς πλημμελείαις, Τούτου χάριν οἴεται δεῖν ὁ πονηρὸς ἀνὴρ ἁμαρτάνειν ἐπὶ πλεῖον, ὡς ἀθῷος ἀπαλλάξων· οὐ συνιεὶς, ὅτι καὶ μετὰ πάμπολυν χρόνον ἀδικήσας οὐ λήσεται· ἀγαθόν γε μὴν μέγιστον, εὐλαβεῖσθαι Θεόν· Οὗπερ ἀσεβὴς ἐκπεσὼν, οὐ πολὺν χρόνον τῇ ἑαυτοῦ μωρίᾳ καταχρήσεται. Χειρίστη δὲ καὶ ἐψευσμένη δόξα ἀνθρώπους ἐπινέμεται πολλάκις, περί τε δικαίων καὶ ἀδίκων. ὑπολαμβάνουσι γὰρ περὶ ἑκατέρων τἀναντία· καὶ δίκαιός γε τὶς ὢν, οὐ τοιοῦτος ἔδοξε· καὶ πάλιν ἀσεβὴς, ἔμφρων ἐνομίσθη. ταύτην ἔγωγε τὴν πλάνην, χαλεπὴν ἐν τοῖς μάλιστα τίθεμαι. Ἔδοξα δέ ποτε τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, βρῶσιν εἶναι καὶ πόσιν· κἀκεῖνον θεοφιλέστατον, ὃς ἂν τούτων ἀπολαύῃ [2] παρὰ τὸν βίον, ὡς οἷός τε μάλιστα· Καὶ παραμυθίαν τῆς ζωῆς, τὴν τοιαύτην εὐθυμίαν μόνην ἡγησάμην· καὶ τοίνυν προσεῖχον οὐδενὶ ἑτέρῳ, ἢ τῇ οἰήσει ταύτῃ, ὡς μήτε νύκ-

CAPUT VIII.

Gravis est avaritia, nec possunt una epistola proponi scripturæ, in quibus non solum prædari fugiendum horrendumque prædicatur, sed plura etiam concupiscere, & aliena propter turpe lucrum attingere: & quicumque est ejusmodi, is est a Dei Ecclesia abdicatus. In tempore autem incursionis, in tanto luctu tantisque fletibus, ausos esse aliquos tempus quod omnibus exitium afferebat, existimare esse sibi lucri tempus, est hominum impiorum & Deo invisorum, & quorum improbitati nihil potest adjici. Unde omnes istiusmodi abdicare visum est, ne forte in totum populum ira veniat, & in eos primum qui præsunt, & non inquirunt. Vereor enim, ut ait scriptura [a], *ne impius justum una secum perdat.* [b] Fornicatio enim, *inquit*, & avaritia, per quæ venit ira Dei in filios inobedientiæ: ne sitis ergo eorum participes. Fuistis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate, (fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitia, & veritate) probantes quod sit Deo acceptum: & ne communicate infrugiferis operibus tenebrarum, sed potius etiam redarguite. Quæ enim ab ipsis fiunt clanculum, turpe est vel dicere. Omnia autem a luce convicta manifestantur. *Hæc quidem Apostolus. Si autem qui propter priorem plura habendi cupiditatem, quæ in pace fuit, pœnam dant, in ipso iræ tempore rursus ad avaritiam convertuntur, lucrifacientes ex sanguine & pernicie eversorum hominum, captivorum, interfectorum; quid aliud exspectandum est, quam ut avaritia decertantes iram sibi & universo populo accumulent?*

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῆς, ἥρπασάν τινες τῶν ὀρθοδόξων, τὰ τὴν λεηλασίαν διαφυγόντα τῶν αἰχμαλωτισθέντων πράγματα. περὶ τούτων οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ ἅγιος, φησίν, ὅτι πᾶς πλεονέκτης ἐκκήρυκτος τῆς ἐκκλησίας ἐστίν, ἀντὶ τοῦ ἀπόβλητος καὶ ἀλλότριος. ἀποκηρύττεσθαι γὰρ λέγονται οἱ υἱοὶ ὅταν διά τινα αἰτιάματα ἐκ τῆς γονικῆς κληρονομίας ἀλλοτριῶνται. τὸ δὲ ἐν καιρῷ συμφορᾶς τοιαύτης τολμῆσαί τινα τοιοῦτόν τι κακὸν, καὶ λογίσασθαι κέρδους ἀφορμὴν τὴν τῶν ἀδελφῶν συμφορὰν, ἔργον ἐστὶν ἀνθρώπων ἀσεβῶν καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μισουμένων, καὶ πάσης ἀτοπίας ἐπέκεινα. ὅθεν ἔδοξε τοὺς τοιούτους ἐκκηρύξαι ἀντὶ τοῦ φανερῶς ἐκδιῶξαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ χωρίσαι τοῦ πληρώματος τῶν πιστῶν· ἵνα μὴ δι' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ ἐπὶ πάντας, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπὶ τοὺς προεστῶτας, μὴ ἐπιζητοῦντας καὶ ἐξετάζοντας τοὺς τοιούτους· εἶτα ἐπάγει καὶ γραφικὰς μαρτυρίας, καὶ περὶ τὸ τέλος ἐπιφέρει· Εἰ δέ τινες διὰ πλεονεξίαν γενομένην παρ' αὐτῶν κατὰ τὸν τῆς εἰρήνης καιρὸν κολασθέντες, πάλιν καὶ εἰς τὴν τῶν βαρβάρων ἔφοδον τὰ αὐτὰ ἥμαρτον, οἱ τοιοῦτοι, φησίν, οὐ μόνον καθ' ἑαυτῶν τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ ἐφέλκουσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ παντὸς τοῦ λαοῦ. τούτων οὕτως ἐχόντων, σημείωσαι ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς παρούσης ἐπιστο-

Bals. In tempore incursionis, quidam ex orthodoxis corripuerunt res quæ captivorum deprædationem effugerunt. De his ergo interrogatus Sanctus dicit, quod quisquis est avarus, est ab Ecclesia abdicatus, id est, ejectus & alienus. Dicuntur enim abdicati filii quando propter aliqua crimina ab hereditate paterna alienantur. In tempore autem talis calamitatis audere aliquem facinus ejusmodi, & existimare aliorum calamitatem esse sui lucri occasionem, est impiorum hominum & Deo invisorum & qui omnem improbitatem superant. Unde visum est eos abdicare, pro eo quod est, aperte Ecclesia expellere, & a fidelium multitudine separare: ne propter ipsos Dei ira in omnes veniat, & ante alios in eos qui præsunt, qui ejusmodi homines non inquirunt & examinant. Deinde subjungit etiam testimonia scripturæ, & circa finem infert: Si qui autem propter suam avaritiam, quæ fuit tempore pacis, puniti, in barbarorum iterum incursione eadem peccaverint, ii, inquit, non solum Dei iram in se attrahunt, sed etiam adversus omnem populum. Hæc cum ita se habeant, nota ex hac præsenti epistola, quod Episcopis permittitur ava-

a Gen. XVIII. 23. 25. b Ephes. V. 5-13.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
255.



λῆς ἐφεῖται τοῖς ἐπισκόποις τὰς τῶν πλεονεκτῶν δυναστείας ἀναστέλλειν διὰ ἐπιτιμίων, καὶ τοὺς μὲν ἁρπάζοντας τὰ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας περιλειφθέντα πράγματα τῶν ὀρθοδόξων, διὰ μεγάλων ἐκκλησιαστικῶν σωφρονίζειν κολάσεων· τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ἅρπαγας μετριωτέρως ἐπιτιμᾷν· ὥστε ἀπὸ τοιούτων, περὶ τοιούτων ὑποθέσεων καὶ λαϊκοὺς ἐνδυνάμως ἵνα δικάσωσιν οἱ ἐπίσκοποι. πῶς γὰρ ἐπιτιμήσουσι τούτους τῆς ἀληθείας μὴ ἀναφανείσης πρότερον; τὸ δὲ διὰ πλεονεξίαν ἀποκηρύσσεσθαί τινα ἐκ τῆς κοινωνίας τῶν πιστῶν, μέγα ἐστὶ, καὶ οὐαὶ τοῖς πλεονεκτοῦσιν. ὁ μέντοι πολιτικὸς νόμος τὸν ἁρπάζοντα ἀπὸ ἐμπρησμοῦ ἢ καταπεσούσης οἰκίας, ἔσω μὲν ἐνιαυτοῦ, εἰς τὸ τετραπλοῦν καταδικάζει· μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν, εἰς τὸ ἁπλοῦν. καὶ ἀνάγνωθι τὸ πρῶτον κεφαλ. τοῦ κ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου. παρομοίως δὲ κολάζονται κατὰ τὴν χρηματικὴν ποινὴν, καὶ οἱ ἀπὸ οἰκίας καταπολεμηθείσης ἁρπάζοντες. φησὶ γὰρ τὸ δεύτερον θέμα τοῦ γ'. κεφαλ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου, ταῦτα ῥητῶς· κἂν ἀπὸ οἰκίας ἢ κώμης καταπολεμουμένης ἁρπαγῇ τι, χώρα τῷ νόμῳ.

A rorum pluraque habendi cupidorum potentiam pœnis impositis coercere : & eos quidem, qui, quæ ex captivitate relicta sunt fidelibus, rapiunt, magnis ecclesiasticis animadversionibus castigare : qui non sunt autem ejusmodi rapaces, mediocriter punire. Quamobrem ex his de hujusmodi caussis laicos quoque Episcopi rite judicent. Quomodo enim eos punient, si non prius veritas apparuerit? Propter avaritiam autem a fidelium communione aliquem abdicari, magnum est, & væ avaris! Lex vero civilis, eum qui rapit ex incendio vel ex ruina ædium, intra annum quidem in quadruplum condemnat : post annum autem in simplum. Et lege primum cap. xx. tit. lx. lib. Similiter autem B puniuntur in pœna pecuniaria, qui ab expugnata domo rapiunt. Dicit enim secundum thema cap. iij. ejusdem tituli & libri hæc expresse : Si a domo vel vico qui oppugnatur raptum quid fuerit, legi locus est.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν μαρτύρων λεηλασίας, τινὲς τῶν διαφυγόντων, ἐπῆλθον ταῖς οἰκίαις τῶν αἰχμαλωτισθέντων, καὶ ἥρπασαν τὰ παρὰ τῶν βαρβάρων καταλειφθέντα. περὶ τούτων οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ μέγας οὗτος πατὴρ, φησὶν, ὅτι πᾶσα πλεονεξία τῇ θείᾳ γραφῇ ἀπηγόρευται, καὶ οὐ δυνατὸν ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ περιλαβεῖν ὅσα περὶ πλεονεξίας ἡ γραφὴ διέξεισι· συντόμως δέ φησιν, ὅτι πᾶς πλεονέκτης, ἐκκήρυκτος τῆς ἐκκλησίας ἐστίν· ἀντὶ τοῦ ἀπόβλητος καὶ ἀλλότριος. ἀποκηρύσσεσθαι γὰρ λέγονται οἱ υἱοὶ, ὅταν δι' αἰτίαμα τῆς γονικῆς κληρονομίας ἐκβάλλωνται, καὶ ἀλλοτριῶνται τῆς συγγενείας. τὸ δὲ ἐν καιρῷ συμφορᾶς, ὅταν ἐθρήνουν οἱ ἄνθρωποι· οἱ μὲν αἰχμαλωτισθέντες· οἱ δὲ διὰ τοὺς οἰκείους εἰς δουλείαν ἀγομένους· οἱ δὲ διὰ τὴν στέρησιν πραγμάτων· τολμῆσαί τινας τὸν τοιοῦτον καιρὸν λογίσασθαι κέρδους καιρὸν, ἀσεβῶν ἐστιν ἀνθρώπων καὶ θεοστυγῶν, ἤγουν ὑπὸ Θεοῦ μισουμένων καὶ πάσης ἀτοπίας ἐπέκεινα. ὅθεν ἔδοξε τοὺς τοιούτους ἐκκηρύξαι, ἀντὶ τοῦ φανερῶς ἐκδιῶξαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ χωρίσαι τοῦ πληρώματος τῶν πιστῶν, ἵνα μὴ δι' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἔλθῃ ἐπὶ πάντας, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐπὶ τοὺς προεστῶτας, μὴ ἐπιζητοῦντας καὶ ἐξετάζοντας τοὺς τοιούτους. καὶ γραφικὰς μαρτυρίας παράγει, εἶτα ἐπάγει· ὅτι ἐὰν τινες διὰ πλεονεξίαν προλαβοῦσαν, καὶ πρὸ τῆς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῆς γενομένην, δίκην τιννύντες, οὐ μόνον οὐκ ἐσωφρονίσθησαν (τοῦτο δὲ διττὴν ἔννοιαν ὑποβάλλει· ἢ γὰρ δίκην τιννύντες λέγει ἀντὶ τοῦ, τιμωρούμενοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, διὰ ἀδικίας προλαβούσας τοὺς βαρβάρους εἰς τιμωρίαν νικήσαντος· ἢ δίκην τιννύντες, ἀντὶ τοῦ δι' ἐπιτιμημάτων ἐπισκόπων κολαζόμενοι διὰ προλαβούσας πλεονεξίας οὐκ ἐσωφρονίσθησαν·) ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, δι' ἣν ἐπῆλθον οἱ βάρβαροι, αὐτῆς εἰς πλεονεξίαν ἐκτραπῶσι κερδαίνοντες ἐξ αἵματος ὀλέθρου ἀνθρώπων ἀναστάτων γενομένων, ἢ αἰχμαλώτων πεφονευμένων· τὸ δὲ ἐξ αἵματος κερδαίνοντες ἑρμηνεύων, ἐπήγαγε τὰ ἑξῆς· ἢ γάρ, φησιν, ἀνθρώπων εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπαγομένων, ὅπερ ὄλεθρός ἐστιν, ἢ ἀναιρεθέντων ἀνθρώπων πράγματα διαρπάζουσι· τί ἄλλο χρὴ ἐλπίζειν, ἢ διὰ τὴν πλεονεξίαν ἐπισωρεύσαι ὀργὴν ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ λαῷ; ἤγουν ἑλκύσαι τὴν τοῦ Θεοῦ ἐφ' ἑαυτοὺς καὶ ἐπὶ τὸν λαόν; καὶ ἐξ ἱστορίας δὲ παλαιᾶς ὑπόδειγμα παρατίθησιν, ὅτι ἑνὸς ἁμαρτήσαντος πολλοὶ ἐκολάσθησαν.

ZONAR. Qua tempestate in martyres populatio exercebatur, nonnulli ex iis qui effugerant, captivorum invasere domos, quæque a barbaris relicta fuerant, diripuere. De his itaque rogatus hic magnus Pater, omnem avaritiam asserit divinis litteris interdictam, nec fieri posse, ut quæcumque sacræ C paginæ de avaritia differunt, una epistola comprehendantur. Breviter autem ait avarum quemlibet esse ab Ecclesia abdicatum, hoc est, ejectum & alienum. Abdicari namque dicuntur filii, cum ob aliquod crimen a paterna hereditate ejiciuntur, omnique cognationis jure privati censentur. Porro calamitatis tempore, cum in luctu homines versarentur; alii quidem captivi ipsimet facti; alii vero ob consanguineos in servitutem abductos; alii denique ob rerum suarum jacturam; ausos fuisse quosdam ejusmodi tempus, lucri sibi occasionem ducere, hominum est impiorum, & Deo invisorum, sive Deo exosorum, quodque omnem superat pravitatem. Placuit itaque ejusmodi homines abdicare, id est, D palam extrudere ab Ecclesia, atque a fidelium multitudine segregare, ne propter ipsos ira Dei in omnes descendat, præcipueque in eos qui præsunt, nec in ejusmodi homines inquirunt, aut vindicant. Mox scripturæ testimonia profert, additque: si qui ob exacti temporis avaritiam, & quam ante incursionem barbarorum exercuerant, pœnas persolventes, non modo non resipuerunt (Hoc vero duplicem sensum admittit, aut enim pœnas persolventes intelligit ob supplicium a Deo inflictum, qui ad vindicandum superioris temporis injuriam immiserit barbaros, aut solventes pœnas, hoc est, episcopalibus mulctis ob superiorem avaritiam castigati minime resipuerunt:) quin potius ipsomet tempore divinæ iraE cundiæ, ob quam irruere barbari, ipsi se ad avaritiam converterunt, lucrum sibi comparantes ex sanguine & pernicie hominum quorum eversæ fortunæ sunt, vel captivorum qui sunt interfecti. Ut autem illud explicaret, lucrum sibi comparantes ex sanguine, subjecit quæ mox sequuntur: Vel enim, inquit, hominum qui in servitutem abducti sunt, quod est pernicies, vel interfectorum hominum bona diripiunt: quid aliud sperandum est, nisi propter avaritiam, sibi ipsis ac universo populo iram accumulare: hoc est, sibi ipsis & populo Dei iracundiam conciliare? Atque exemplum ex antiqua historia adducit, in quo ob unius peccatum plures supplicio affecti sunt.

A

ΚΑΝΩΝ γ΄.

Οὐκ ἰδοὺ Αχαρ ὁ τοῦ Ζαρᾶ πλημμελείᾳ ἐπλημμέλησεν ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, καὶ ἐπὶ πᾶσαν συναγωγὴν Ισραὴλ ἐγενήθη ἡ ὀργή; καὶ εἷς μόνος οὗτος ἥμαρτε, μὴ μόνος ἀπέθανεν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ. ἡμῖν δὲ πᾶν τὸ μὴ ἡμέτερον, ἀλλὰ ἀλλότριον, τῷ καιρῷ τούτῳ κέρδος, ἀνάθεμα νενομίσθαι προσήκει. κἀκεῖνος μὲν γὰρ ὁ Αχαρ, ἐκ τῆς προνομῆς ἔλαβε· καὶ αὐτοὶ νῦν ἐκ προνομῆς· κἀκεῖνος μὲν τὰ τῶν πολεμίων· οἱ δὲ νῦν, τὰ τῶν ἀδελφῶν, κερδαίνοντες ὀλέθριον κέρδος.

CANON III.

Annon ecce [a] *Achar Zare filius in eo quod Deo dedicatum erat, peccavit: & in omnem Israel synagogam ira pervenit? Atque hic unus solus peccavit, sed non solus in suo peccato est mortuus. Nobis autem quidquid non nostrum, sed alienum est, hoc tempore lucrum, Deo dedicatum esse existimandum est. Nam & ille quidem Achar ex præda accepit, & ipsi nunc ex præda accipiunt. Ac ille quidem, ea quæ erant hostium: qui vero nunc sunt, ea quæ sunt fratrum, pernicioso lucro lucrifacientes.*

B

ΒΑΛΣ. Εἰπὼν ὁ ἅγιος ἀποκηρύττεσθαι ἐκ τῶν πιστῶν τοὺς ἁρπάσαντας τὰ τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσι διαφέροντα, καὶ ἀπὸ τῆς βαρβαρικῆς λεηλασίας περιλειφθέντα, καὶ ὅτι διὰ τοὺς οὕτω πολλάκις πταίσαντας καὶ μὴ διορθωθέντας, καὶ εἰς τὸν λαὸν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπισωρευθῇ, ἐπιφέρει πρὸς κατασκευὴν τούτων τὴν ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Ιησοῦ τοῦ Ναυῆ γεγραμμένην ἱστορίαν περὶ τοῦ Αχαρ. ἱστορεῖται γὰρ ὡς τοῦ Ιησοῦ ἐπαγγειλαμένου ἀνατεθειμένα εἶναι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἀπὸ τῆς Ιεριχοῦντος σκυλευθησόμενα, ὁ Αχαρ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως Ιεριχοῦντος, γλῶτταν χρυσῆν καὶ ὕφασμά τι ὑφελόμενος, κατέχωσεν αὐτὰ ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ. ὀργισθέντος δὲ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦτο, ἡττήθησαν ἐν τῷ πολέμῳ οἱ Ισραηλῖται. ὅτι δὲ ἄδηλος ἦν ἡ αἰτία τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, γέγονε κλῆρος, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸν Αχαρ. κἀκεῖνος ἀνακρινόμενος, ὡμολόγησε τὸ κλέμμα καὶ τὰ κλαπέντα προσήνεγκε· καὶ ἐλιθοβολήθη αὐτός τε καὶ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν, καὶ τὰ ζῶα, καὶ πᾶσα ἡ ὑποσκευὴ αὐτοῦ. καὶ, φησὶν, ἰδοὺ εἷς ἥμαρτε, καὶ ὑφείλετο ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνου, ἀπώλοντο ἐν τῷ πολέμῳ πολλοὶ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ισραηλιτῶν· καὶ αὖθις ἡ ἐκδίκησις γέγονεν οὐκ εἰς ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς πάντας τοὺς ἐκείνου. πρὸς δὲ τὸν ἴσως εἰπόντα διαφορὰν εἶναι τῶν ἀνατεθειμένων τῷ Θεῷ, καὶ τῶν διαφερόντων ἰδιώταις, ἀντικαθίσταται ὁ ἅγιος, καὶ κατασκευάζει χείρονα ἐκείνης τῆς πλεονεξίας εἶναι τὴν παροῦσαν ἁρπαγήν· ὅτι τε τὰ ἐν τῷ καιρῷ τῆς λεηλασίας τῶν βαρβάρων περιλειφθέντα πράγματα τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ λογίζονται· καὶ ὅτι κἂν ἰσότητα ἔχωσι τὰ παρὰ τῶν Αχαρ ἀποσυληθέντα καὶ τὰ παρὰ τούτων ἁρπαγέντα, διὰ τὸ ἐκ προνομῆς ἤτοι αἰχμαλωσίας καὶ ἀμφότερα ἀποκερδανθῆναι, ἀλλ' ἡ ἐκ τούτων αἰτία μείζων ἐστίν. ὁ μὲν γὰρ Αχαρ τὰ τῶν πολεμίων ὑφείλετο· οἱ δὲ νῦν πλεονεκτήσαντες, τὰ τῶν ἀδελφῶν ἥρπαζον, τὴν συμφορὰν τούτων, κέρδος ὀλέθριον ἡγησάμενοι. σημείωσαι τὰ παρόντα διὰ τοὺς ἁρπάζοντας τὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τὰ τῶν μοναστηρίων, καὶ ἁπλῶς διὰ τοὺς ἰδιουμένους πάντα τὰ ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ.

BALS. Cum dixisset Sanctus a fidelibus abdicari eos qui rapiunt quæ ad captivos pertinent, & ex barbarica præda relicta fuerunt: & quod propter eos qui sic sæpe lapsi & minime correpti sunt, in populum quoque ira Dei accumulata sit; ad eorum confirmationem inducit Achar historiam in libro Jesu Nave descriptam. Narrat enim quod cum Jesus pronuntiasset omnia Deo esse dedicata spolia, quæ ex Hiericho capta essent, Achar postquam urbs Hiericho capta esset, aurea lingua & aliqua veste surrepta, ea infodit in suo tentorio. Cum autem Deus propterea succensuisset, in eo bello Israelitæ victi sunt. Quia autem non mani-

C

festa erat ira Dei, missa est sors, & cecidit super Achar. Ille autem interrogatus, furtum confessus est, & quæ surrepta sunt, protulit; & lapidibus obrutus est ipse, & omnes sui, & animalia, & tota ejus suppellex. Et dicit, Ecce unus peccavit, & ex eo quod Deo dedicatum est, sustulit; & propter illius peccatum, multi perierunt in bello, ex synagoga seu cœtu Israelitarum: & rursus ultio facta est, non in illum solum, sed in omnes suos. Eis autem qui fortasse dixerant, esse differentiam eorum quæ Deo dedicata fuerant, & eorum quæ ad privatos aliquos pertinent, resistit Sanctus; & ostendit hanc rapinam esse illa avaritia deteriorem: & quod eo

D

tempore quo prædæ ab hostibus aguntur, res fratrum relictæ, tamquam Deo dedicatæ reputantur: & quod, quamvis æqualitatem habeant, quæ ab Achar direpta fuere, & quæ ab eis rapta sunt, propterea quod & utraque ex prædatione vel captivitate comparata sunt; eorum tamen culpa major est. Achar enim res hostium abstulit: ii autem quos plura habendi libido nunc invasit, bona fratrum rapuerunt; eorum calamitatem, lucrum perniciosum rati. Nota præsentem Canonem propter eos qui res ecclesiarum & monasteriorum rapiunt, &, ut semel dicam, propter eos qui quæ sunt Deo dedicata, tamquam propria vendicant.

E

ΖΩΝΑΡ. Εν τῇ βίβλῳ Ιησοῦ τοῦ Ναυῆ γέγραπται, ὅτι πολιορκῶν ὁ Ιησοῦς οὗτος τὴν Ιεριχῶ, πάντα τὰ ἐν αὐτῇ ἀνάθεμα ἐπηγγείλατο εἶναι Θεῷ. ἑαλωκυίας δὲ τῆς πόλεως, ὁ Αχαρ χρυσὸν καί τι ὕφασμα ἀφελόμενος, κατέχωσεν αὐτὰ ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ. ὀργισθέντος δὲ τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦτο, ἡττήθησαν μετὰ ταῦτα ἐν πολέμῳ οἱ Ισραηλῖται, καὶ ἔπεσον πολλοί· ζητουμένου δὲ τοῦ αἰτίου τῆς τοῦ Θεοῦ ὀργῆς, ὁ κλῆρος ἐπὶ τοῦ Αχαρ ἔπεσε· κἀκεῖνος ἀνακρινόμενος ὡμολόγησε τὸ κλέμμα, καὶ τὰ κλαπέντα προσήνεγκε· καὶ ἐλιθοβολήθη αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἡ σκηνὴ, καὶ τὰ ζῶα. ἰδοὺ δὴ, φησὶ, εἷς ἥμαρτε, καὶ ἀπώ-

ZONAR. Scriptum est in libro Jesu Nave, quod cum obsideret Jesus Hiericho, quæcumque in illa erant, Deo dedicata pronuntiavit. Expugnata autem urbe, Achar sublato auro ac quodam indumento, illa in suo tabernaculo defodit. Quam ob caussam irato Deo, victi sunt in bello post hæc Israelitæ, multique cecidere. Porro cum divinæ iracundiæ caussa quæreretur, missis sortibus Achar est designatus: ac is quæstione habita furtum confessus est, eaque quæ furatus fuerat protulit: ipseque cum uxore & liberis, ejusque tabernaculum, & jumenta lapidibus obruta sunt. Ecce igitur, inquit, unus peccavit, perieruntque in bello Israe-

[a] Jos. VII.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

λοντο ἐν τῷ πολέμῳ Ἰσραηλῖται πολλοί· οἱ ἐκεῖνοι πάντες. εἶτα καὶ ἐξαίρει ὁ μέγας οὗτος πατὴρ τὴν τότε πλεονεξίαν· καὶ χείρονα εἶναι κατασκευάζει ἁμαρτίαν παρὰ τὴν τοῦ Αχαρ, συγκρίνων ἄμφω. καὶ γὰρ ὁ Αχαρ, φησὶν, ἐκ προνομῆς ἔλαβεν ἃ ὑφείλετο, καὶ οὗτοι ὁμοίως ἐκ προνομῆς· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τὰ τῶν πολεμίων ἔλαβεν, οὗτοι δὲ τὰ τῶν ἀδελφῶν· ὅπερ μεῖζον ποιεῖ τὸ κακόν. εἶτα ἐπιφέρει ὥς τινων λεγόντων ὅτι εὕρομεν ταῦτα ἐῤῥιμμένα τυχὸν, μή τινος ἀντιποιουμένου αὐτῶν, καὶ οὐδὲ ᾔδειμεν τίνων ἦσαν, καὶ ἀντιτίθησιν αὐτοῖς τὰ τοῦ Δευτερονομίου καὶ τὰ τῆς Ἐξόδου· καί φησιν· πρὸς τοὺς λέγοντας τὰ εἰρημένα φησὶν ὁ πατήρ.

A litæ multi, ac illi omnes. Amplificat porro hic magnus Pater illius temporis avaritiam; ac utrumque comparans, crimen hoc gravius, quam quod ab Achar admiſſum eſt demonſtrat. Ex præda ſiquidem, inquit, Achar ea ſuſtulit quæ furatus eſt, ac iſti pariter ex præda: ceterum ille res hoſtium rapuit, hi vero fratrum; quod gravius malum efficit. Infert deinde, quippe dicentibus quibuſdam ſe hæc inveniſſe projecta, cum nemo forte illa ſibi aſſereret, neque quorum eſſent noviſſe; ac ipſis quæ in Deuteronomio & Exodo habentur opponit, ac dicit: eis qui ejuſmodi loquebantur ſic ait Pater.

ΚΑΝΩΝ δ'.

Μηδεὶς ἐξαπατάτω ἑαυτὸν, μήτε ὡς εὑρών. οὔτε γὰρ εὑρόντα κερδαίνειν ἔξεστι. φησὶ γὰρ τὸ Δευτερονόμιον, μὴ, ἰδὼν τὸν μόσχον τοῦ ἀδελφοῦ σου καὶ τὸ πρόβατον πλανώμενα ἐν τῇ ὁδῷ, περιίδῃς αὐτὰ, ἀποστροφῇ ἀποστρέψεις αὐτὰ τῷ ἀδελφῷ σου. ἐὰν δὲ μὴ ἐγγίζῃ ὁ ἀδελφός σου πρὸς σὲ, μηδὲ ἐπίστασαι αὐτὸν, συνάξεις αὐτὰ, καὶ ἔσται μετὰ σοῦ, ἕως ἂν ἐκζητήσῃ αὐτὰ ὁ ἀδελφός σου, καὶ ἀποδώσεις αὐτά. καὶ οὕτω ποιήσεις τὸν ὄνον αὐτοῦ, καὶ οὕτω ποιήσεις τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ οὕτω ποιήσεις [a] μετὰ πᾶσαν ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ σου, ὅσα ἂν ἀπόληται παρ' αὐτοῦ, καὶ εὑρήσῃς αὐτά. ταῦτα τὸ Δευτερονόμιον. ἐν δὲ τῇ Ἐξόδῳ, οὐ μόνον ἐὰν τὰ τοῦ ἀδελφοῦ τις εὕρῃ, ἀλλὰ καὶ ἐχθροῦ, ἀποστροφῇ, φησιν, ἀποστρέψεις αὐτὰ εἰς τὸν οἶκον τοῦ κυρίου αὐτῶν. εἰ δὲ ἐν εἰρήνῃ ῥᾳθυμοῦντος καὶ τρυφῶντος καὶ τῶν ἰδίων ἀμελοῦντος ἀδελφοῦ ἢ ἐχθροῦ, κερδᾶναι οὐκ ἔξεστιν, πόσῳ μᾶλλον δυστυχοῦντος καὶ πολεμίους φεύγοντος, καὶ κατὰ ἀνάγκην τὰ ἴδια ἐγκαταλιπόντος;

B CANON IV.


Nemo ſe ipſum ſeducat, neque tamquam invenerit: neque enim fas eſt ei qui invenit, lucrifacere. Dixit enim Deuteronomium: [a] Viſo fratris tui vitulo, & ove errante in via, ea ne deſpexeris, ſed ea reſtitutione reſtitues fratri tuo. Sin autem frater tuus ad te non approximet, neque ipſum noveris, coges ea & apud te erunt, donec ea frater tuus quæſierit, & reddes ea: & ſic facies de ejus aſino, & ſic facies de ejus veſte: & ſic facies poſt omnem perditionem fratris, quæcumque ipſi perierint, & tu ea inveneris. *Hæc Deuteronomium. In Exodo autem* [b], C *non ſolum ſi quis res fratris, ſed etiam inimici invenerit*, reſtitutione, *inquit*, reſtitues ipſa domui domini ipſorum. *Si autem ab eo qui in pace & in otio delicate vitam tranſigit, ſive frater ſit, ſive inimicus, non licet lucrari; quanto magis ab eo qui rebus adverſis premitur, & hoſtes fugit, & neceſſitate coactus propria relinquit?*

ΒΑΛΣ. Εἰκὸς ἦν εἰπεῖν τινας ὅτι οὐχ ἡρπάσαμεν τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἀδελφῶν, ἀλλ' εὕρομεν αὐτὰ ἐῤῥιμμένα, καὶ οὐκ ᾔδειμεν τίνων ἦσαν, καὶ διὰ τοῦτο ἀκατaιτίατοι νομιζόμεθα. πρὸς γοῦν τούτους ἀντιτίθησιν ὁ ἅγιος τὰ τοῦ Δευτερονομίου καὶ τὰ τῆς Ἐξόδου, καί φησιν, ὡς κἂν ἐῤῥιμμένα καὶ ἀνεπιμέλητα καὶ ἐν καιρῷ τοιούτῳ εὑρήσῃ τις πράγματα, ἀγνοῇ δὲ καὶ τὸν δεσπότην αὐτῶν, οὐδὲ οὕτως ἐγχωρεῖται κερδᾶναι αὐτά. χρεωστεῖ γὰρ φυλάξαι αὐτὰ, ἕως ἂν ὁ κύριος αὐτῶν γνῷ καὶ ζητήσῃ αὐτά. εἶτα προσεπάγει ὅτι ἐὰν κατὰ τὴν Μωσαϊκὴν νομοθεσίαν, οὐκ ἔξεστί τινι ἰδιοῦσθαι τὰ ἑτέροις ἀνήκοντα πράγματα, κἂν φίλοι ὦσιν οὗτοι, κἂν ἐχθροὶ, κἂν ἀνεπιμέλητα ὦσι, καὶ ταῦτα ἐν καιρῷ εἰρήνης, ἀλλὰ ἀναγκάζεται ἀποκαθιστᾷν αὐτὰ πρὸς τοὺς δεσπότας τούτων καὶ τρυφῶντας, καὶ μηδὲ ἐπιστρεφομένους τῆς τῶν ἰδίων εὑρέσεως· πόσῳ μᾶλλον ὀφείλει ὁ εὑρὼν ἀδελφοῦ δυστυχοῦντος καὶ αἰχμαλωτισθέντος ἢ καὶ φεύγοντος τοὺς βαρβάρους, πράγματα, καὶ κατὰ τοσαύτην ἀνάγκην ἀτημέλητα καταλιπόντος τὰ οἰκεῖα, ἀποκαθιστᾷν αὐτὰ πρὸς τὸ μέρος τοῦ οὕτω δυσπραγοῦντος ἀνθρώπου; καὶ ὁ μὲν ἅγιος ταῦτα ἐθέσπισε· καὶ ἐφεξῆς διδάσκει πῶς ὀφείλουσιν ἐπιτιμᾶσθαι οἵ τε ἁρπάσαντες τὰ τοιαῦτα πράγματα, καὶ οἱ μὴ ἁρπάζοντες, ἀλλὰ εὑρόντες· πρὸς δὲ καὶ οἱ μετὰ τὴν εὕρεσιν μὴ ἀποκαθιστῶντες αὐτά. ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος, φησὶν, ἐν θέματι ε. τοῦ μγ'. κεφαλαίου τοῦ ιβ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου ταῦτα ῥητῶς· ὁ τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ἐῤῥιμμένον λαμβάνων ἐπὶ τῷ κερδᾶναι, κἂν ἀγνοεῖ τίνος ἐστὶν, ὑπόκειται

BALS. Eſt veriſimile dixiſſe aliquos ſe non rapuiſſe res fratrum ſuorum captivorum: ſed eas, inquiebant, disjectas invenimus, nec ſciebamus cujuſnam erant, & propterea nulla in nos cadit reprehenſio. Adverſus eos ergo opponit Sanctus D Deuteronomium & Exodum: & dicit, quod etiamſi aliquis disjectas neglectuique habitas eo tempore res invenerit, ipſarum autem dominum ignoraverit, ne ſic quidem eas lucrari permittitur. Debet enim eas ſervare: donec earum dominus illas cognoverit, & quæſierit. Deinde infert, Quod ſi lege Moſaica nulli licet, ea quæ ad alios pertinent, tamquam ſua ſibi propria aſcribere, ſive ii ſint amici, ſive inimici, etiamſi tempore pacis neglectui habita ſint, ſed cogitur ea dominis ipſorum reſtituere, quamvis luxurioſe & delicate vivant, nec proprias res invenire curent: quanto magis debet is qui res invenit fratris adverſa fortuna utentis, & in captivitatem abducti, vel barbaros fugientis, & E qui in tanta neceſſitate ſua neglecta reliquit, eas tam infortunato homini reſtituere? Atque hæc quidem Sanctus deſcribit: & docet deinceps quomodo puniri debeant, & qui res eas rapuerunt, & qui non rapuerunt, ſed invenerunt, & qui poſtquam invenerunt eas non reſtituerunt. Lex autem civilis hæc expreſſe dicit in themate v. cap. xlii. tit. xij. lib. lx. Qui rem alienam abjectam accipit, ut eam lucretur, etiamſi ignorat cujus ſit, eſt furti actioni obnoxius: niſi forte dominus eam ita reliquerit, ut cujus nullam curam gerat. Tunc enim etiamſi ut ea furans ceperit, quoniam ipſius

[a] Deut. xxii. 1-3. [b] Exod. xxiii. 4.

[a] Μετὰ πᾶσ.] LXX. κατὰ πᾶσαν ἀπώλ.




τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ· εἰ μὴ ἄρα ἀπρονόητον ὁ δεσπότης εἴασεν αὐτό· τότε γὰρ κἂν ὡς κλέπτων αὐτὸ ἔλαβεν, ἐπειδὴ ἐπαύσατο αὐτοῦ εἶναι, οὐχ ὑπόκειται. κλοπὴ γὰρ οὐ γίνεται μὴ ὄντος τοῦ κλοπὴν ὑφισταμένου. εἰ δὲ τὸ μὴ ὂν ἀπρονόητον ἐνόμισεν ἀπρονόητον, οὐκ ἔστι κλέπτης· εἰ δὲ μὴ ἦν ἀπρονόητον, μήτε ἐνόμισεν, ἔλαβε δὲ, ἐπὶ τῷ δοῦναι τῷ εὑρισκομένῳ δεσπότῃ, οὐχ ὑπόκειται τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ, κἂν εὕρετρα λάβῃ. ὡσαύτως καὶ τὸ ξα. κεφ. τοῦ γ. τίτλου τοῦ ν. βιβλίου οὕτω διαλαμβάνει· ἐάν τις ἀπόντος πρᾶγμα κατέσχε σχολάζον, οὐκ ἐνήγετο τὸ παλαιὸν ἢ τῷ περὶ βίας παραγγέλματι, ἢ τῷ, ὅπερ βίᾳ ἢ λάθρα, εἰ μὴ ἄρα τῇ τὰ ἴδια ἐκδικούσῃ ἀγωγῇ, ἐν ᾧ δεσπότης ἦν ὁ ἀπών. ἡμεῖς οὖν ὡς νομέα ὄντα, βουλόμεθα κρατεῖσθαι τῷ περὶ βίας γενικῷ παραγγέλματι· γελοῖον γάρ ἐστι τὸ λέγειν, ὅτι ἐνόμιζον ἴδιον τὸ ἀλλότριον· ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς περὶ κλοπῆς εἰς τὸ διπλάσιον ἀγωγῆς, εἴπομεν ὅτι ὁ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ψηλαφῶν, κλοπὴν ἁμαρτάνει. ταῦτα δέ φαμεν ἐὰν μὴ τριακονταετία παρῆλθεν ἐξ οὗ τῆς νομῆς ἐπελάβετο. Σημείωσαι τὰ ἐνταῦθα γεγραμμένα περὶ τῶν πραγμάτων τῶν αἰχμαλώτων. ἀνάγνωθι καὶ βιβλ. λδ. τιτ. α. κεφ. ιζ. λέγον, τοὺς ἀναληφθέντας παρὰ τῶν πολεμίων ἀγροὺς, οἱ πρώην ἀναλαμβάνουσι δέσποται· οὐ γὰρ ἐν τάξει πραίδας εἰσὶν οὐδὲ δημόσιοι γίνονται. οὐ γὰρ τῶν πολεμίων λαμβανόμενοι, γίνονται δημόσιοι. σημείωσαι οὖν ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν κανόνων καὶ ἀπὸ τῶν νόμων, οὐ μόνοι οἱ τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἀποσυλῶντες ἢ ἁρπάζοντες κολάζονται καὶ ἐνέχονται, ἀλλὰ καὶ οἱ εὑρεῖν τι ἢ ἀκίνητον σχολάζον λέγοντες ἐφευρεῖν, καὶ μὴ αὐτίκα τὸ πρᾶγμα κατάδηλον ποιούμενοι, καὶ φυλάττοντες αὐτὸ εἰς ὄνομα τοῦ δεσπότου, κατὰ μὲν τὸν ἐκκλησιαστικὸν νόμον, ἐπιτιμηθήσονται· κατὰ δὲ τὸν πολιτικὸν, ἢ ὡς κλέπται τιμωρηθήσονται, ἐὰν ἔστι τὸ πρᾶγμα κινητὸν, ἢ τῷ περὶ βίας παραγγέλματι, ἐὰν ἔστιν ἀκίνητον. ὅταν δὲ ἀπρονόητόν ἐστι τὸ εὑρεθὲν, τὸ παρὰ τοῖς νόμοις καλούμενον προδερέλικτον οὐ κολάζεται παρομοίως ὁ τοῦτο κατασχών· ἀλλ' εἰ μὲν κινητόν ἐστιν, ἀναγκάζεται αὐτὸ ἀποδοῦναι, καὶ μόνον, εἰ μὴ ἐδέσποσεν αὐτὸ, ὡς καλῇ πίστει νομεὺς, ἐντὸς τριετίας· εἰ δὲ ἀκίνητον, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ κατασχεθὲν ὡς προδερέλικτον, εἰ μὴ γέγονε τούτου δεσπότης, ἐντὸς δεκαετίας. σχολάζοντος δὲ καὶ ἀπρονοήτου μεγάλη διαφορά. τὸ μὲν γὰρ σχολάζον, ψυχῇ νεμόμεθα κἂν φυσικῶς αὐτὸ οὐ κατέχομεν· τὸ δὲ προδερέλικτον, οὐδὲ νομίμως οὐδὲ φυσικῶς κατέχομεν, καὶ διὰ τοῦτο δεσπόζεται παρὰ τοῦ καλῇ πίστει νεμηθέντος αὐτό. ταῦτα δὲ χώραν οὐκ ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἀνηκόντων τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσι· καὶ διὰ τοῦτο οἱ κατέχοντες αὐτὰ καὶ μὴ ἀποκαθιστῶντες, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ἀδιαστίκτως καὶ ἐνέχονται καὶ κολάζονται.

A esse desiit, furti non tenetur. Non enim fit furtum, nisi sit cui furtum fiat. Si autem quod non est pro derelicto habitum, pro derelicto esse habitum existimavit, non est fur: si autem nec pro derelicto habebatur, nec pro derelicto haberi existimavit, accepit autem ut domino invento redderet, actione furti non tenetur, etiamsi pro inventione pretium acceperit. Similiter & lxj. cap. iij. tit. L. lib. sic habet: Si quis absentis rem vacantem detinuisset, non tenebatur olim vel interdicto de vi, vel interdicto, quod vi aut clam, nisi utique rei vendicatione, quatenus absens erat dominus. Nos ergo volumus eum ut qui sit possessor, generali de vi interdicto teneri. B Est enim ridiculum dicere quod proprium existimabant id quod est alienum: quemadmodum & de furti in duplum actione diximus, quod qui præter domini sententiam ac voluntatem contrectat, furtum committit. Hæc autem dicimus nisi xxx. annorum spatium præterierit, ex quo possessionem apprehendit. Nota quæ heic de captivorum rebus scripta sunt. Lege etiam lib. xxxiv. tit. I. cap. xvij. dicens, Receptos ab hostibus agros, qui prius erant domini recipiunt: non enim loco prædæ sunt, neque publicantur. Qui ex hostibus enim rapiuntur, non fiunt publici. Nota ergo quod etiam & canonibus & legibus, non solum qui captivorum res deprædantur & C diripiunt, puniuntur & tenentur; sed etiam ii qui rem immobilem vacantem invenisse se dicunt, & non statim rem aperiunt, & eam nomine domini possident; secundum legem quidem ecclesiasticam eis pœnitentia injungetur, secundum civilem autem, vel ut fures puniuntur, si res erit mobilis, vel interdicto de vi, si erit immobilis. Quando autem, quod inventum neglectum est, quod a legibus pro-derelictum nuncupatur, non similiter punitur, qui id detinuit. Sed si sit quidem res mobilis, cogitur eam domino restituere, & solum nisi ejus dominium assequutus sit, ut bonæ fidei possessor, intra triennium: si autem illud immobile, quod pro derelicto detentum est, D nisi ejus factus sit dominus, intra decennium. Vacantis autem, & ejus quod pro derelicto habetur, magna est differentia. Quod enim vacat, animo possidemus, etiamsi id naturaliter non possidemus: quod autem pro derelicto, nec civiliter, nec naturaliter possidemus; & ideo a bonæ fidei possessore ejus dominium acquiritur. Hæc autem locum non habent in iis quæ ad captivos pertinent: & ideo qui ea detinent, & non restituunt, ut superius dictum, citra ullam distinctionem, & tenentur, & puniuntur.

ΖΩΝΑΡ. Ὅτι μὴ ἐξαπατάτω τις ἑαυτὸν, ὡς εὑρὼν τὸ τοῦ ἀδελφοῦ πρᾶγμα ἐῤῥιμμένον ἴσως καὶ ἀνεπιμέλητον κείμενον. κἂν γὰρ οὕτως εὕρῃ αὐτὸ, οὐκ ἔξεστι κερδῆσαι αὐτὸ καὶ οἰκειώσασθαι τὸ ἀλλότριον· κἂν ἴσως ἀγνοῇ τὸν δεσπότην τοῦ πράγματος· χρεωστεῖ γὰρ λαβεῖν αὐτὸ, καὶ φυλάξαι ἕως ὁ κύριος αὐτοῦ γνῷ καὶ ζητήσῃ αὐτό. καὶ τὰ τοῦ Δευτερονομίου καὶ τὰ τῆς Ἐξόδου ἐπάγει λέγων· ὅτι ἐὰν ἐν καιρῷ εἰρήνης ὁ ἀδελφός σου ἢ ὁ ἐχθρός σου, ἐκ ῥαθυμίας ἀπολέσῃ τὸ ἴδιον, οὐκ ἔξεστί σοι εὑρόντι αὐτὸ κέρδος ἴδιον ποιήσασθαι, ἀλλὰ ἐπαυχήσασθαι τῷ ἀπολέσαντι αὐτὸ, ἀπαιτεῖ κατὰ τὸν νόμον τὸν παλαιὸν, τόσῳ μᾶλλον ἐὰν τοῦ φεύγοντος ἀδελφοῦ σου, ἢ τοῦ αἰχμαλωτισθέντος εὑρήσεις πράγματα παρ' αὐτῶν ἐγκαταλειφθέντα, χρή σε φυλάξαι αὐτὰ καὶ ἀποδοῦναι τῷ δυστυχοῦντι;

E ZONAR. Ne quispiam se ipsum seducat, quasi rem fratris projectam fortasse, planeque neglectam invenerit. Nam etsi ita inveniat ipsam, lucrari haud fas est, sibique rem alienam vindicare, etiamsi forte ignoret dominum; sed illam sumere oportet, ac usque illam dominus norit ac requirat, servare. Tum Deuteronomii ac Exodi locos profert, ita differens: Si pacis tempore frater tuus, aut inimicus tuus ex negligentia rem suam perdat, haud fas est si eam inveneris, tibi propriam vindicare, sed ei qui perdidit servari antiqua lex jubet; quanto magis si res inveneris fratris tui qui aufugit, aut in servitutem abductus est, ab ipso relictas, servare illas ac infortuniis presso reddere oportebit?

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



A

ΚΑΝΩΝ έ.

Ἄλλοι δὲ ἑαυτοὺς ἐξαπατῶσιν, ἀντὶ τῶν ἰδίων τῶν ἀπολλομένων, ἃ εὗρον ἀλλότρια κατέχοντες· ἵνα ἐπειδὴ αὐτοῖς Βοράδοι καὶ Γότθοι τὰ τοῦ πολέμου εἰργάσαντο, αὐτοὶ ἄλλοις Βοράδοι καὶ Γότθοι γίνωνται. ἀπεστείλαμεν οὖν τὸν ἀδελφὸν καὶ συγγέροντα Εὐφρόσυνον διὰ ταῦτα πρὸς ὑμᾶς, ἵνα κατὰ τὸν ἐνθάδε τύπον, καὶ αὐτὸς δώῃ ὁμοίως καὶ ὧν δεῖ τὰς κατηγορίας προσίεσθαι, καὶ οὓς δεῖ ἐκκηρύξαι τῶν εὐχῶν.

CANON V.

Alii autem se ipsos seducunt, pro propriis quæ perierunt, aliena quæ invenerunt, detinentes: ut quoniam Boradi & Gotthi eis hostilia fecerunt, ipsi sint aliis Boradi & Gotthi. Propterea ergo fratrem & consenem nostrum Euphrosynum ad vos misimus, ut secundum formam quæ heic est, & ipse det similiter, & quorum accusationes admittere oporteat, & quos a precibus abdicare.

ΒΑΛΣ. Ἀπολογησάμενος ὁ ἅγιος τὰ εἰκότα πρὸς τοὺς λέγοντας, ὡς ἐῤῥιμμένα καὶ ἀτημέλητα εὑρεῖν τὰ B τῶν αἰχμαλωτισθέντων πράγματα, καὶ διὰ τοῦτο ἰδιώσασθαι αὐτά· ἄρτι ἀπολογεῖται πρὸς τοὺς ἀντιποιουμένους τῶν διαφερόντων τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσιν ἀντὶ τῶν φθασάντων παρὰ τῶν πολεμίων ἀφαιρεθῆναι πραγμάτων αὐτῶν. φησὶ γὰρ ὡς καὶ τοῦτο, ἀπάτη ἐστὶ καὶ ματαία πρόφασις. οὐδὲ γὰρ δίκαιόν ἐστι τούτους γεγονότας παρανάλωμα πολεμίου βαρβαρικοῦ, μὴ καρτερῆσαι, ἀλλὰ γενέσθαι αὐτοὺς πολεμίους τῶν ἀδελφῶν, καὶ χρηματίσαι εἰς τούτους ἄλλους βαρβάρους. διὰ ταῦτα ἀπεστείλαμεν, λέγει, τὸν ἀδελφὸν Εὐφρόσυνον πρὸς ὑμᾶς, ἵνα κατὰ τὸν ἐνταῦθα τύπον, ἤγουν, καθὼς ἡμεῖς ἐνταῦθα ἐποιήσαμεν, δώῃ τύπον καὶ αὐτόθι ὥστε οὕτω ποιεῖν ὑμᾶς. Εἶτά φησιν ὡς ὁ αὐτὸς Εὐφρόσυνος ἀναδιδάξει τίνας δεῖ προσδέχεσθαι C κατηγοροῦντας κατά τινων, καὶ τίνας χρὴ ἀποκηρύττειν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς κοινωνίας τῶν πιστῶν.

BALS. Postquam Sanctus, quæ erant consentanea respondit iis qui dicebant, se ut disjectas & neglectui habitas res captivorum invenisse, & propterea ea sibi vendicasse: nunc iis respondet, qui, quæ ad captivos pertinebant, pro iis quæ sibi ab hostibus prius ablata fuerant, vendicabant. Dicit enim & hoc esse fraudem, & inanem prætextum. Neque enim æquum est, ut qui ex bello barbarico detrimentum acceperint, non toleranter ferant, sed sint ipsi hostes fratrum, & alii in ipsos barbari appellentur. Propterea, inquit, misimus ad vos fratrem Euphrosynum, ut juxta formam heic traditam, seu quemadmodum heic fecimus, isthic quoque det formam ut sic vos faciatis. Deinde dicit: Euphrosynus vos docebit quosnam & adversus quos accusantes admittere, & quosnam ab ecclesia & fidelium communione abdicare oporteat.

ΖΩΝΑΡ. Τινές, φησιν, ἀπολέσαντες οἰκεῖα πράγματα, καὶ εὑρόντες ἀλλότρια, λέγουσι κατέχειν αὐτὰ, ἀνθ᾽ ὧν ἀπώλεσαν, ἐξαπατῶντες ἑαυτούς. ὅπερ γάρ, φησιν, ἐγένοντο ἐκείνοις οἱ πολέμιοι βάρβαροι, τοῦτο γίνονται αὐτοὶ τοῖς ἀδελφοῖς. ἥρπασαν οἱ βάρβαροι τὰ ἐκείνων, κἀκεῖνοι τὰ τῶν ἀδελφῶν. διὰ ταῦτα ἀπεστείλαμεν, λέγει, ἵνα κατὰ τὸν ἐνταῦθα τύπον, καὶ αὐτόθι ὥστε οὕτως ὑμᾶς ποιεῖν, καὶ τίνας δεῖ κατηγοροῦντάς τινων προσδέχεσθαι, καὶ οὓς ἐκκηρύξαι· ἤγουν τίνας τῆς ἐκκλησίας ἐξῶσαι, καὶ τῶν πιστῶν χωρίσαι, ὥστε μὴ D συνεύχεσθαι αὐτοῖς. τίνας δὲ δεῖ κατηγοροῦντας προσδέχεσθαι, τὸ ἕκτον κεφάλαιον τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου διδάσκει. ἀναγνωστέον καὶ τὰ ἐκεῖ γεγραμμένα.

ZONAR. Nonnulli, inquit, amissis rebus suis, ac aliena invenientes, pro iis quæ amiserunt ea detinere se asserunt, se ipsos decipientes. Quod enim, ait, illis fuere hostes barbari, hoc ipsi fiunt fratribus. Barbari res illorum rapuerunt, ac illi fratrum. Propterea, inquit, (Euphrosynum) ad vos misimus, ut secundum formam heic observatam vos quoque illic faciatis, & quorum accusationes & contra quos oporteat admittatis, & quos decet abdicetis; hoc est, ejiciatis ab ecclesia, atque a fidelibus segregetis, ne cum ipsis una precentur. Porro quorumnam accusationes admittendæ sint, sextum secundæ Oecumenicæ Synodi caput docet. Legantur etiam quæ ibi scripsimus.

ΚΑΝΩΝ ϛ´.

Περὶ τῶν βίᾳ κατεχόντων τοὺς ἐκ τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους. ἀπηγγέλθη δέ τι ἡμῖν καὶ ἄπιστον ἐν τῇ χώρᾳ ὑμῶν γενόμενον, πάντως που ὑπὸ ἀπίστων καὶ ἀσεβῶν καὶ μὴ εἰδότων μηδὲ ὄνομα κυρίου, ὅτι ἄρα εἰς τοσοῦτόν τινες ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας προεχώρησαν, ὥστε τινὰς τοὺς διαφυγόντας αἰχμαλώτους βίᾳ κατέχειν. ἀποστείλατέ τινας E εἰς τὴν χώραν μὴ καὶ σκηπτοὶ πέσωσιν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας.

CANON VI.

De iis qui captivos ex barbaris fugientes vi detinent. Denuntiatum autem est nobis quidpiam incredibile in vestra regione factum esse, omnino ab infidelibus & impiis, & qui ne nomen quidem Domini novere; quod nonnulli eo inhumanitatis crudelitatisque processere, ut captivos aliquos qui effugerunt, vi retineant. Mittite aliquos in regionem, ne vel fulmina in eos cadant qui hæc agunt.

ΒΑΛΣ. Ἔμαθεν ὁ ἅγιος ὥς τινες ὀρθόδοξοι αἰχμάλωτοι τὰς βαρβαρικὰς χεῖρας διαφυγόντες κατέχονται ὑπό τινων κατὰ βίαν, καὶ οὐ παραχωροῦνται οἴκαδε ὑποστρέψαι. φησὶν οὖν πρὸς οὓς ἀπεστάλη τὸ ἐπιστολιμαῖον τοῦτο γράμμα, ὡς τοῦτο καὶ ἄπιστον ἐλογίσθη αὐτῷ· ἔργον γάρ ἐστιν ἀπίστων καὶ ἀσεβῶν. εἰ δὲ γέγονεν, ἀνεκδίκητον οὐκ ἔσται. διὸ καὶ ὀφείλουσι τὰ περὶ τούτου πολυπραγμονηθῆναι, καὶ ἀποστεῖλαι εἰς τὴν χώραν καὶ ἐρευνῆσαι. νομίζει γὰρ ὡς καὶ σκηπτὸς ἤγουν πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσε καὶ κατέφλεξε τοὺς ταῦτα πράσσοντας.

BALS. Accepit Sanctus quod quidam captivi orthodoxi, postquam manus barbaricas evasere, vi a quibusdam detinentur, nec domum reverti sinuntur. Dicit ergo iis, ad quos scriptum hoc epistolare missum est, quod hoc ei incredibile visum est: est enim infidelium & impiorum opus. Sin autem factum est, non remanebit impunitum. Et ideo debent hæc diligenter inquiri, & mitti in regionem qui hæc perscrutetur. Existimat enim, quod etiam fulmen seu ignis sit casurus, & eos qui hæc agunt, exusturus.

ΖΩΝΑΡ. Τινές, φησιν, ὡς ἐμάθομεν, αἰχμαλώτους διαφυγόντας τοὺς πολεμίους βίᾳ κατέχουσιν· οἵτινες πάντως ἄπιστοί εἰσι καὶ ἀσεβεῖς, καὶ οὐδὲ Θεοῦ ἐπίγνωσιν ἔχουσιν. ἀπαιτεῖ οὖν ὁ ἅγιος τοὺς πρὸς οὓς γράφει, ἀποστεῖλαι εἰς τὴν χώραν καὶ ἐρευνῆσαι περὶ τοῦ πράγματος, ἵνα μὴ πῦρ φησιν ἐξ οὐρανοῦ πέσῃ καὶ καταφλέξῃ τοὺς ταῦτα πράττοντας. τοῦτο δὲ εἶπε, τὴν ἀτοπίαν δεικνύων τῆς πράξεως.

A ZONAR. Nonnulli, inquit, ut didicimus, captivos ex hostibus diffugientes vi retinent: qui sunt omnino infideles & impii, neque vel Deum norunt. Proinde sanctus vir ab iis ad quos scribit, postulat mitti in regionem homines qui de hac re inquirant: ne, inquit, ignis cadat cælitus, ac eos qui hæc agunt absumat. Hoc autem dixit, facinoris gravitatem indicans.

ΚΑΝΩΝ ζʹ.

Περὶ τῶν ἐγκαταλεχθέντων τοῖς βαρβάροις, καὶ ἄτοπά τινα κατὰ τῶν ὁμοφύλων τολμησάντων. τοὺς μὲν οὖν ἐγκαταλεχθέντας τοῖς βαρβάροις καὶ μετ' αὐτῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐπελθόντας, ἐπιλαθομένους ὅτι ἦσαν Ποντικοὶ καὶ Χριστιανοὶ, ἐκβαρβαρωθέντας δὲ ὡς καὶ φονεύειν τοὺς ὁμοφύλους ἢ ξύλῳ ἢ ἀγχόνῃ, ὑποδεικνῦναι δὲ ἢ ὁδοὺς ἢ οἰκίας ἀγνοοῦσι τοῖς βαρβάροις· καὶ τῆς ἀκροάσεως ἀπεῖρξαι δεῖ, μέχρις ἂν κοινῇ περὶ αὐτῶν τι δόξῃ συνελθοῦσι τοῖς ἁγίοις, καὶ πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ πνεύματι.

CANON VII.

B *De iis qui inter barbaros annumerati sunt, & absurda quædam in eos qui sunt sui generis, fecerunt. Eos itaque qui inter barbaros enumerati sunt, & cum eis in captivitate invaserunt, obliti se esse Ponticos & Christianos, efferati autem barbarique redditi, ut & eos qui sui sunt generis, vel ligno vel suffocatione interficiant; vias autem vel domos nescientibus barbaris ostendant: etiam ab auditione arcere oportet, donec de iis congregatis Sanctis aliquid communiter visum fuerit, & ante eos sancto Spiritui.*


ΒΑΛΣ. Τοὺς μέντοι μετὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι τοῖς βαρβάροις ὁμοφρονήσαντας, καὶ μετ' αὐτῶν οἷον βαρβαρωθέντας, καὶ τοὺς ὁμοφύλους Χριστιανοὺς φονεύσαντας, ἢ ὁδοὺς ἀγνοουμένας τοῖς βαρβάροις, καὶ ἀπαγούσας εἰς Χριστιανοὺς ὑποδείξαντας, ἢ οἰκίας τούτων καταδήλους τοῖς πολεμίοις ποιήσαντας, μηδὲ εἰς ἀκρόασιν C τῶν θείων δοξολογιῶν παραδεχθῆναι διορίζεται· ἀλλὰ ἔξω παντελῶς τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι αὐτοὺς ἐν τόπῳ προσκλαιόντων πάντως μετὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἢ τὴν καταδίκην, ἕως ἂν σκοπήσωσιν οἱ ἅγιοι περὶ αὐτῶν κοινῇ συνελθόντες. ἁγίους δὲ, τοὺς ἐπισκόπους καλεῖ. τὸ δὲ, πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἐπήγαγε δεικνὺς, ὅτι ὅσα ἐν κοινῇ διασκέψει οἰκονομοῦνται παρὰ τῶν ἐπισκόπων, τὸ ἅγιον πνεῦμα ὑποτίθησιν αὐτά. καὶ ὁ μὲν ἐκκλησιαστικὸς νόμος οὕτω τούτους κολάζει· ὁ δὲ πολιτικὸς, τῷ περὶ καθοσιώσεως ἐγκλήματι καθυποβάλλει τοὺς τοιούτους. φησὶ γὰρ κεφαλ. αʹ. τοῦ λςʹ. τίτλου τοῦ ξʹ. βιβλίου· ὁ περὶ τῶν ἐπιβούλων νόμος ὅμοιός ἐστι τῷ περὶ ἱεροσυλίας. καὶ ἐνέχεται αὐτῷ ὁ μετὰ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ δήμου πλημμελή- D σας, καὶ σπουδάσας κατὰ δόλον παρὰ κέλευσιν βασιλέως, ἀναιρεθῆναι τοὺς ὁμήρους· ἢ ἵνα ἔνοπλοι ἄνθρωποι ἐν πόλει κατὰ τῆς πολιτείας ὦσιν, ἢ ἵνα τόπος ἢ ἱερὰ κατασχεθῶσιν, ἢ στασιώδης γένηται σύνοδος, ἢ ἵνα φονευθῇ ὁ ἄρχων· καὶ ὁ πρὸς τοὺς πολεμίους γράμμα ἢ ἄγγελον πέμψας ἢ σημεῖον αὐτοῖς δεδωκὼς, ἢ ἄλλως βοηθήσας αὐτοῖς, καὶ ὑπονοθεύσας στρατιώτας πρὸς στάσιν ἢ θόρυβον κατὰ τῆς πολιτείας. καὶ κεφάλ. γʹ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου καὶ βιβλίου· ὁ τοὺς πολεμίους ἐρεθίσας, ἢ παραδοὺς αὐτοῖς πολίτην, εἰς κεφαλὴν τιμωρεῖται· καὶ ἐφεξῆς διαλέγεται τὸ κεφάλαιον περὶ ἄλλων τινῶν ὁμοίων. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν αἰχμαλωτισθέντων καὶ ὁμοφωνησάντων τοῖς πολεμίοις, καὶ περὶ τῶν μὴ αἰχμαλωτισθέντων, ὅμως μέντοι τοῖς πολεμίοις E ὁμογνωμονησάντων, καὶ φρονησάντων κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξουσίας. οἱ δὲ τοῖς κατὰ χέρσον καὶ θάλατταν λῃστεύουσι συλλῃστεύσαντες, πλειόνως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, κολασθήσονται, ὅτι καὶ μείζων ἐστὶ τούτων ἡ κακία. οἱ μὲν γὰρ πολέμιοι κατὰ πρόσωπον, καὶ γυμνῇ κεφαλῇ, τὸ λεγόμενον, τὸν πόλεμον συνιστῶσιν· οἱ δὲ λῃσταὶ ἀοράτως καὶ ἀφανῶς ἀπροσδόκητον μελετῶσι φόνον. ὅσον οὖν τοῦ προκειμένου κατ' ὄψιν κινδύνου ἡ μάχη κουφοτέρα ἐστὶ τοῦ ἀπροσδοκήτου κακοῦ, τοσοῦτον καὶ ἡ τῶν πολεμίων ἔφοδος ἀνεκτοτέρα ἐστὶ τῆς τῶν λῃστευόντων ἐπιβουλῆς.

BALS. Eos quidem qui postquam captivi facti sunt, barbaris consenserunt, & cum eis veluti barbari effecti sunt, & sui generis Christianos interfecerunt, vel vias barbaris ignotas & ad Christianos ducentes ostenderunt, vel eorum ædes hostibus manifestas fecerunt; ne ad divinarum quidem laudum auditionem admittendos esse decernit: sed eos omnino extra ecclesiam statui in loco deflentium, post confessionem scilicet vel condemnationem; donec Sancti simul congregati de iis communiter statuerint. Sanctos autem Episcopos appellat. Illud autem (ante ipsos sancto Spiritui) subjunxit, ostendens, quod quæcumque in communi consideratione ab Episcopis dispensantur & statuuntur, Spiritus sanctus ea suggerit. Et lex quidem ecclesiastica ipsos sic punit. Lex vero civilis eos majestatis crimini subjicit. Dicit enim primum caput xxxvj. tit. lx. lib. I. Lex Majestatis similis est legi de Sacrilegio. Et tenetur ea, qui adversus populum Romanum commisit, & qui dolo malo curavit injussu principis obsides interimi; vel ut armati homines in urbe sint adversus rempublicam, vel ut loca aut templa occupentur, vel seditiosus fiat conventus, vel ut occidatur magistratus, & ad hostes nuntium vel litteras misit, vel signa eis dedit, aliove modo eis tulit auxilium, & qui solicitavit vel concitavit milites ad seditionem vel turbam contra rempublicam. Et cap. iij. ejusdem tit. & lib. Qui hostes solicitavit, & eis rempublicam tradidit, capite punitur. Et deinceps differit caput de aliis quibusdam similibus. Et hæc quidem de iis qui in captivitatem abducti sunt, & hostibus consenserunt, & de iis itidem qui non in captivitatem abducti sunt, cum hostibus tamen consenserunt, & adversus Romanum imperium conspirarunt. Qui autem cum iis qui terram mareque depopulantur, una deprædati sunt, magis, ut mihi videtur, punientur: quia major est eorum improbitas. Hostes enim aperta fronte, & nudo, ut ajunt, capite bellum comparant: latrones autem clam & occulte inopinatam cædem moliuntur. Quanto ergo prævisi periculi pugna levior est inopinato malo; tanto hostium insultus est tolerabilior latronum insidiis.

ΖΩΝΑΡ. Ὅσοι μὲν οὖν, φησιν, αἰχμαλωτισθέντες ποτὲ, συγκατετάγησαν τοῖς βαρβάροις, καὶ μετ' αὐτῶν

ZONAR. Quicumque quidem, ait, aliquando in servitutem abducti se barbaris adjunxerunt, & una

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



ἐπῆλθον βαρβαρωθέντες τὰ ἔθη· καὶ ὥσπερ ἐπιλαθόμενοι ὅτι ἐκ τοῦ Πόντου ἦσαν Χριστιανοὶ, ὁμοφύλους ἐφόνευσαν, ἢ ὁδοὺς ὑπεδείκνυον τοῖς βαρβάροις ἀγνοουμένας αὐτοῖς, ἢ οἰκίας λανθανούσας αὐτούς· οὗτοι μηδὲ εἰς ἀκρόασιν παραδεχθήτωσαν μετανοοῦντες· τουτέστιν ἔξω παντελῶς τῆς ἐκκλησίας ἑστηκέτωσαν ἐν τόπῳ δηλαδὴ προσκλαιόντων, ἕως ἂν σκοπήσωσιν οἱ ἅγιοι περὶ αὐτῶν κοινῇ συνελθόντες· ἁγίους δὲ, ἢ τοὺς ἐπισκόπους καλεῖ, ἢ τοὺς πιστοὺς ἁπλῶς κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον. τὸ δὲ, πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἐπήγαγε, δεικνὺς ὅτι ὅσα ἐν κοινῇ διασκέψει οἰκονομοῦνται παρὰ ἐπισκόπων, ἢ καὶ ἁπλῶς τῶν πιστῶν, τὸ ἅγιον πνεῦμα ὑποτίθησιν αὐτὰ τοῖς περὶ αὐτῶν διασκεπτομένοις.

A cum iis grassati sunt morum barbariem induentes: ac velut obliti se ex Ponto Christianos esse, eos qui ejusdem sunt generis interfecere, vel barbaris ignotas monstravere vias, domosve ipsis occultas: hi ne ad auditionem quidem admittantur, pœnitentiam agentes: hoc est, extra Ecclesiam omnino consistant, in loco videlicet flentium, donec in communi conventu Sancti de ipsis deliberent. Sanctos porro aut Episcopos vocat, aut simpliciter fideles, magni Paulli Apostoli exemplo. Illa autem verba, (ante ipsos Spiritui sancto) ideo adjunxit, ut quæcumque in communi consilio ab Episcopis, vel etiam a quibuscumque fidelibus decernuntur, Spiritum sanctum ea deliberantibus
B suggerere demonstret.

ΚΑΝΩΝ η.

Περὶ τῶν οἴκοις ἀλλοτρίοις ἐπελθεῖν τολμησάντων ἐν τῇ τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῇ. τοὺς δὲ οἴκοις ἀλλοτρίοις ἐπελθεῖν τολμήσαντας, ἐὰν μὲν κατηγορηθέντες ἐλεγχθῶσι, μηδὲ τῆς ἀκροάσεως ἀξιῶσαι. ἐὰν δὲ αὐτοὺς ἐξείπωσι καὶ ἀποδῶσιν; ἐν τῇ τῶν ὑποστρεφόντων τάξει ὑποπίπτειν.

CANON VIII.

De iis qui alienas domos hostiliter ingredi ausi sunt in barbarorum incursione. Eos autem qui alienas domos invadere ausi fuerint, si accusati quidem convicti fuerint, nec auditione dignos existimare. Sin autem indicarint se ipsos ac reddiderint, in eorum qui convertuntur, ordinem substerni.

ΒΑΛΣ. Παχυμερῶς διαλαβὼν ὁ ἅγιος περὶ τῶν ἁρπασάντων ἢ εὑρηκότων πράγματά τινων αἰχμαλωτισθέντων, ὅσον τέως εἰς τὸν λόγον τῶν ἐπιτιμίων· ἄρτι καὶ τὰ εἴδη τῆς μετανοίας ἤτοι τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτιμίων, ἄρχεται λέγειν. καὶ αὐτίκα διορίζεται ἵνα μηδὲ μετὰ τῶν ἀκροωμένων ἵστανται, ἀλλὰ μετὰ τῶν προσκλαιόντων ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας, οἱ ἁρπάσαντες τοιοῦτόν τι πρᾶγμα αἰχμαλώτου, καὶ μὴ ἀντιστρέψαντες αὐτὸ ἀλλὰ ἀναμείναντες κατηγορίαν καὶ ἔλεγχον διὰ τὴν ἄρνησιν. τοὺς δὲ ἑαυτοὺς προσαγγείλαντας καὶ δόντας καλοθελῶς πρὸ ἀναγωγῆς ἃ ἀφείλοντο, διορίζεται διὰ τὴν μεταμέλειαν συνεύχεσθαι ἤγουν συνίστασθαι μετὰ τῶν πιστῶν· ὑποπίπτειν δὲ αὐτῶν διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. καὶ ὁ μὲν ἐκκλησιαστικὸς νόμος οὕτω τούτους κολάζει· ὁ δὲ πολιτικὸς τοὺς ἅρπαγας καὶ πρὸ καταδίκης προσάγοντας τὸ ὑπ' αὐτῶν ἁρπαγὲν, οὐ προσδέχεται, ἀλλ' εἰς τὸ τετραπλάσιον καταδικάζει. φησὶ γὰρ κεφ. ς'. τοῦ ιζ'. τίτλου τοῦ ξ'. βιβλίου. ὁ ἅρπαξ οὐκ ἀπαλλάττεται τῆς ποινῆς πρὸ τῆς δίκης προσάγων τὸ πρᾶγμα. καὶ θέμα ζ'. τοῦ β'. κεφαλ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου. ἔσω ἐνιαυτοῦ τὸ ἀληθὲς τοῦ πράγματος τίμημα τετραπλασιάζεται, οὐ μὴν τὸ διαφέρον. ὅπερ δέ φησιν ἐνταῦθα ὁ ἅγιος χάριν τῶν πρὸ καταδίκης καὶ κατηγορίας διδόντων τὸ ἀφαιρεθὲν, τοῦτο ὁ νόμος παρακελεύεται γίνεσθαι εἰς τοὺς κατὰ φόβον λαβόντας τι ἔκ τινος. φησὶ γὰρ τὸ ε'. θέμα τοῦ ιγ'. κεφαλ. τοῦ β'. τίτλου τοῦ δεκάτου βιβλίου· ἡ διὰ φόβον αἰτίασις, αἱρετή ἐστι, καὶ ἔξεστι τῷ ἐναγομένῳ μέχρι ψήφου ἀποκαταστῆσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ μὴ δοῦναι τὸ τετραπλοῦν. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα διαφορὰ τῶν βιαίως ἀφαιρουμένων πράγματα, καὶ τῶν κατὰ φόβον λαμβανόντων τι ἀπό τινος· οἱ μὲν γὰρ ἅρπαγες σὺν τῇ ἀποδώσει τοῦ τετραπλοῦ, καὶ ἀτιμοῦνται· οἱ δὲ φόβον ἐπαγαγόντες, σπιλοῦνται μόνον κατὰ τὴν ὑπόληψιν.

BALS. Postquam Sanctus fusius tractaverit de iis qui rapuerunt, vel quorumdam captivorum res invenerunt, quod ad pœnarum rationem attinet; C nunc quoque species pœnitentiæ, sive ecclesiasticarum pœnarum incipit dicere. Et statim decernit ut nec stent cum audientibus, sed cum deflentibus, extra Ecclesiam, qui rem captivi rapuerunt, & eam non restituerunt, sed accusationem & probationem exspectarunt propter inficiationem. Eos autem qui se ipsos detulerunt, & sua sponte quæ abstulere, ante actionem dederunt, statuit ut propter pœnitentiam comprecentur, seu consistant cum fidelibus; substernantur autem illis, eo quod coguntur egredi cum Catechumenis. Ac lex quidem ecclesiastica eos sic punit. Lex vero civilis raptores quod ab ipsis raptum est etiam ante condemnationem offerentes, non admittit, sed condemnat D in quadruplum. Dicit enim cap. vj. xvij. tit. lx. lib. Raptor pœna non liberatur oblatione rei ante litem. Et thema vij. ij. cap. ejusdem lib. & tit. Intra annum verum pretium quadruplatur, non autem id quod interest. Quod autem heic dicit Sanctus de iis qui ante condemnationem & accusationem rem restituunt, lex jubet id fieri in eos qui aliquid ex aliquo metu acceperunt. Dicit enim v. thema xiij. cap. ij. tit. x. lib. Actio cujus metus caussa, est libera; & licet ei adversus quem agitur, ad sententiam usque rem restituere, & non dare quadruplum. Est autem & alia differentia eorum qui vi res auferunt, & eo- E rum qui aliquid ab aliquo metu accipiunt. Raptores enim una cum quadrupli retributione etiam infamantur: qui autem metum intulerunt, in existimatione tantum labem aliquam contrahunt.

ΖΩΝΑΡ. Οἵτινες δὲ ἐπῆλθον οἴκοις ἀλλοτρίοις καὶ ἥρπασαν ἐκεῖθεν χρήματα, οὗτοί φησιν, εἰ μὲν κατηγορηθέντες καὶ ἀρνούμενοι ἐλεγχθῶσιν, ὁμοίως τοῖς προειρημένοις καὶ τῆς ἀκροάσεως κωλυέσθωσαν, καὶ μετὰ τῶν προσκλαιόντων τετάχθωσαν· εἰ δὲ ἑαυτοὺς ἐξείπωσιν, ἢ πρὸ τοῦ κατηγορηθῆναι ὁμολογήσουσιν ἀγνοούμενον τὸ ἁμάρτημα, καὶ ἀποδοῖεν ἃ ἀφείλοντο, ἔστωσαν ἐν τοῖς ὑποστρέφουσιν ἀπὸ ἁμαρτίας, τουτέστι, τῆς τάξεως τῶν ὑποπιπτόντων, οἵτινες ὑποσυνεύχονται μὲν τοῖς

ZONAR. Qui vero alienas domos invaserunt, resque inde surripuere; illi, inquit, si quidem accusati, ac pernegantes convicti fuerint, cum iis pariter quos supra diximus ab auditione quoque prohibeantur, atque in flentium ordinem relegentur: Sin autem se ipsos detexerint, aut ante accusationem occultum crimen confessi fuerint, resque ablatas reddiderint; constituantur in eorum ordine qui a peccato convertuntur, hoc est, ordine substratorum, qui cum fidelibus quidem precantur

πιστοῖς εἰσιόντες εἰς τὸν ναὸν, ἐξέρχονται δὲ ὡς οἱ κατηχέμενοι.

A templum intrantes, ceterum more catechumenorum egrediuntur.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 255.

ΚΑΝΩΝ θ'.

Περὶ τῶν ἐν τῷ πεδίῳ ἢ ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις εὑρόντων τὰ ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταλειφθέντα. Τοὺς δὲ ἐν πεδίῳ εὑρόντας τι ἢ ἐν τοῖς ἑαυτῶν οἰκίαις καταλειφθὲν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ἐὰν μὲν κατηγορηθέντες ἐλεγχθῶσιν, ὁμοίως ἐν τοῖς ὑποπίπτουσιν· ἐὰν δὲ ἑαυτοὺς ἐξείπωσι καὶ ἀποδῶσι, καὶ τῆς εὐχῆς ἀξιῶσαι.

Canon IX.

De iis qui in agro vel in ædibus suis ea quæ a barbaris relicta sunt, invenerunt. Eos autem qui in campo aliquid invenerunt, vel in suis ædibus a barbaris relictum, si accusati quidem convicti fuerint, sint similiter inter eos qui substernuntur: sin autem se ipsos detulerint & reddiderint, etiam precibus digni habeantur.

ΒΑΛΣ. Εἴρηται ὄπισθεν περὶ τῶν λεγόντων εὑρεῖν ἀνεπιμέλητα τὰ τῶν αἰχμαλωτισθέντων πράγματα, καὶ ἰδιώσασθαι αὐτά. καὶ νῦν δὲ διορίζεται ὁ ἅγιος τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις τῶν αἰχμαλωτισθέντων εὑρόντας πράγματα, ὡς μὴ παρὰ τῶν βαρβάρων ἀφαιρεθέντα, ἢ καὶ κατὰ τὰς ὁδοὺς ῥιφέντα διὰ τὸ βάρος τυχὸν, ἀποκαθιστῶντας μὲν εὐγνωμόνως τὰ εὑρεθέντα, εἰς τὸν τόπον ἵστασθαι τὸν τέλειον μετὰ τῶν πιστῶν· εἰ δὲ καταδικασθῶσι, τάττεσθαι σὺν τοῖς ὑποπίπτουσιν, ἤγουν ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχεμένων. τούτων οὕτως ἐχόντων, εἴποι τις ὡς τὸ οὕτω κολάζεσθαι τοὺς ἀναμένοντας καταδίκην χάριν ἀντιστροφῆς τοῦ εὑρέματος, δικαιότατόν ἐστιν, ὅτι καὶ τῇ περὶ κλοπῆς ἀγωγῇ ἐνέχονται, κατὰ τὸν νόμον τὸν λέγοντα, κλέπτης ἐστὶν ὁ τὸ ἀλλότριον πρᾶγμα ψηλαφῶν παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου, ἐν εἰδήσει τοῦ λυπῆσαι αὐτόν. τὸ δὲ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ μόνον μὴ ἀξιοῦσθαι δὲ τῶν ἁγιασμάτων τὸν προσαγγείλαντα ἑαυτὸν καὶ εὐγνωμόνως δόντα τὸ εὕρεμα, καινόν ἐστιν· ἄξιος γὰρ μᾶλλον εὐχαριστίας ἐστὶν, ὡς τὸ πρᾶγμα τοῦ αἰχμαλωτισθέντος φυλάξας καὶ ἀποκαταστήσας αὐτό. διὸ καὶ λέγουσί τινες συνέπεσθαι τῇ μετὰ τῶν πιστῶν συστάσει, καὶ τὴν τῶν ἁγιασμάτων μέθεξιν σιωπηρῶς.

Bals. Dictum est superius de iis qui dicunt se B invenisse res captivorum neglectui habitas, & earum sibi proprietatem vendicasse. Nunc autem decernit Sanctus, eos qui res in captivorum domibus invenerunt, utpote non a barbaris ablatas, vel in viis abjectas fortasse propter pondus, inventas quidem bona fide restituentes, in perfecto gradu stare debere cum fidelibus. Sin autem condemnati fuerint, collocari cum iis qui substernuntur, scilicet egredi cum catechumenis. Hæc cum ita se habeant, dixerit quispiam, eos sic puniri, qui pro re inventa restituenda condemnationem exspectant, esse justissimum, quoniam furti quoque actione tenentur; secundum legem, quæ dicit: Fur est qui rem alienam contrectat præter do- C mini voluntatem, sciens id illi molestum esse. Cum fidelibus autem consistere, & ne sacramentis quidem dignari eum qui se ipsum detulerit, & probe rem inventam dederit, novum est: est enim potius Eucharistia dignus, ut qui rem captivi servaverit, & ipsam restituerit. Et ideo dicunt nonnulli, cum fidelibus consistentiam, sacramentorum quoque participationem tacite consequi.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ βάρβαροι ληϊλατοῦντες τὴν χώραν, ἥρπαζον πράγματα· καὶ ἢ κρείττοσι μετὰ ταῦτα ἐντυγχάνοντες, ἢ διὰ βάρος μὴ δυνάμενοι φέρειν ὅσα ἥρπαζον, τὰ μὲν ἐν τῷ πεδίῳ ἔρριπτον, τὰ δὲ καὶ ἐν οἰκίαις τινῶν, ἐν αἷς ἴσως καλλίονα εὗρισκον. ὅσοι γοῦν, φησὶν, εὗρόν τινα ἐν τῷ πεδίῳ, ἢ ἐν ταῖς ἑαυτῶν οἰκίαις, οὗτοι εἰ μὲν κατηγορηθῶσι καὶ ἐλεγχθῶσι, ταττέσθωσαν ἐν τοῖς ὑποπίπτουσιν· ἐὰν δὲ ἑαυτοὺς προσαγγείλωσι, καὶ ἀποδῶσιν ἃ εὗρον, καὶ τῆς εὐχῆς ἀξιούσθωσαν· ἤγουν μέχρι τέλους τῆς εὐχῆς συνεστηκέτωσαν τοῖς πιστοῖς, μόνης τῆς ἁγίας μεταλήψεως κωλυόμενοι· ἤγουν μέχρις ἂν μετάνοιαν ἐπιδείξωνται, καὶ ταύτης ἀξιωθῶσι.

Zonar. Barbari cum depopularentur regionem, res quasdam rapuerunt; moxque vel obvii facti melioribus, vel gravati pondere, cum quæ rapuerant ferre minime possent, partim per campos D abjecere, partim in aliquorum ædibus, in quibus meliora forte repererant, deposuere. Quicumque igitur, inquit, aut in campis aut in suis domibus aliqua invenerunt, illi si quidem accusati & convicti fuerint, inter eos qui substernuntur locum accipiant. Si vero se ipsos detulerint, ac ea quæ invenere reddiderint, precatione quoque digni habeantur: hoc est, ad finem usque precationis cum fidelibus consistant, ac a sancta Communione tantummodo arceantur; videlicet usquedum pœnitentiam ostenderint, & hac quoque digni existimentur.

ΚΑΝΩΝ ι'.

Τοὺς δὲ τὴν ἐντολὴν πληροῦντας, ἐκτὸς πάσης αἰσχροκερδείας πληροῦν δεῖ, μήτε μήνυτρα ἢ σῶστρα, ἢ εὕρετρα, ἢ ᾧ ὀνόματι ταῦτα καλοῦσιν, ἀπαιτοῦντας.


Canon X.

E *Eos autem qui servant mandata, absque omni turpi lucro servare oportet; nec indicii, vel custodiæ, vel inventionis pretium, vel quocumque nomine hoc appellant, exigentes.*

ΒΑΛΣ. Ἀποδεξάμενος τὴν ἀγαθοθέλειαν τῶν προσαγγειλάντων ἑαυτοὺς καὶ ἀποδόντων εὐγνωμόνως τὸ εὕρεμα, προστίθησιν ὁ ἅγιος, ὡς εἰ θέλουσιν αὐτοὶ λογισθῆναι πληρωταὶ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ, ὀφείλουσι χωρὶς αἰσχροῦ κέρδους οἱουδή τινος τὴν ἀπόδοσιν τοῦ εὑρέματος ποιεῖν. ὡρίσθη δὲ μὴ ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τοῦ εὑρηκότος ἐκ τοῦ μέρους τοῦ αἰχμαλωτισθέντος μήνυτρα ἢ σῶστρα ἢ εὕρετρα, ἢ ἄλλο τι, διὰ τὸ μὴ ἐξ ἀμελείας τῶν δεσποτῶν, ἢ καὶ τυχαίως γενέσθαι τὴν ἀπώλειαν, ἀλλὰ ἀπὸ περιστάσεως με-

Bals. Cum admisisset Sanctus bonam eorum voluntatem, qui se ipsos detulerunt, & inventum benevole reddiderunt, adiicit, quod si ii velint mandati Dei observatores videri, debent absque quovis turpi lucro rem inventam reddere. Definitum autem est, non exigere oportere eum qui invenit, ab eo qui captivus fuit, vel indicii, vel custodiæ, vel inventionis pretium, vel aliquid aliud; eo quod non ex negligentia dominorum, vel etiam fortuito res amissa sit, sed magna cala-

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



γάλης καὶ ἐπιδρομῆς βαρβαρικῆς, οἱ γὰρ εὑρηκότες A πράγματα ἐξ ἀμελείας τῶν δεσποτῶν ἢ τύχης ἀπολεσθέντα, καὶ ἀποκαθιστῶντες ταῦτα, ἀπαιτοῦσιν εὕρετρα, καθὼς τοῦτο ἀναφαίνεται ἀπὸ τῶν ὄπισθεν κατασρωθέντων νόμων.

ΖΩΝΑΡ. Τοῖς ὁμολογοῦσι τὸ εὕρεμα [1] τὸ ἀλλότριον, συγγνωμονέστερον διατίθεσθαι ὁ ἅγιος διετάξατο. ἵνα δὲ μὴ οἱ ὁμολογοῦντες ἀπαιτῶσιν εὕρετρα, ἢ τι τοιοῦτον ὡς ἂν καλοῖτο, ἐπήγαγεν· ὅτι οὐ δεῖ τι ἀπαιτεῖν τὸν ἀποδιδόντα εὐγνωμόνως τὰ ἀλλότρια, ἀλλὰ χωρὶς αἰσχροῦ κέρδους τὴν ἐντολὴν ἐκπληροῦν. αἰσχρὸν γὰρ ὄντως κέρδος ἐστὶ, τὸ ἀπαιτεῖν τι ἀπὸ τοῦ ἀπολέσαντος τὰ οἰκεῖα ἐν καιρῷ περιστάσεως, καὶ μὴ ἀποδιδόναι αὐτὰ ἀμισθί. B

mitate, & barbarica incursione. Qui enim res dominorum negligentia vel fortuito perditas invenerunt, & eas restituunt, inventionis pretium recte exigunt, quemadmodum hoc ex legibus superius positis apparet.

ZONAR. Cum iis qui rem alienam a se inventam denuntiant, benignius agendum esse vir sanctus constituit. Verum ne denuntiantes pretia ob rem inventam, vel aliud quocumque illud nomine vocitetur, exigant, subjecit, Non esse quidquam exigendum, ab eo qui aliena benigne reddit, sed mandatum absque turpi lucro implendum. Turpe namque lucrum est re vera, quidpiam ab eo exigere qui res suas turbulentis temporibus perdidit, nec illas gratuito reddere.

ΚΑΝΩΝ ιά.

Η πρόσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου ἐστιν· ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα, χρὴ τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν, ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι. ἡ ἀκρόασις, ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα ἕως τῶν κατηχουμένων, καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι, ἀκούων γάρ φησι τῶν γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας, ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω προσευχῆς. ἡ δὲ ὑπόπτωσις, ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἱστάμενος, μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται. ἡ σύστασις, ἵνα συνίσταται τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων· τελευταῖον ἡ μέθεξις τῶν ἁγιασμάτων. C

CANON XI.

Fletus seu luctus, est extra portam oratorii: ubi peccatorem stantem oportet fideles ingredientes orare, ut pro se precentur. Auditio est intra portam in porticu, ubi oportet eum qui peccavit, stare, usque ad catechumenos, & illinc egredi. Audiens enim, inquit, scripturas & doctrinam, ejiciatur, & precatione indignus censeatur. Subjectio autem seu substractio est, ut intra templi portam stans, cum catechumenis egrediatur. Congregatio seu consistentia est, ut cum fidelibus consistat, & cum catechumenis non egrediatur; postremo est participatio sacramentorum.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν παρὼν ἅγιος, πέντε τόπους μετανοούντων ὑποτυπώσας, οὐ παρεδήλωσε τοὺς καιροὺς τῆς ἐργασίας αὐτῶν, οὔτε μὴν τὰ ἁμαρτήματα δι' ἃ ἡ μετάνοια ὡρίσθη. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν ταῖς κανονικαῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ ταῦτα μετὰ ἀκριβείας παρέδωκε· πλὴν καὶ οὗτος, εἰς τὴν ἐπισκοπικὴν διάκρισιν τὴν διὰ τῶν ἐπιτιμίων θεραπείαν ἀνήρτησεν.

BALS. Præsens quidem Sanctus, declaratis quinque locis eorum qui agunt pœnitentiam, nec eorum exercitii tempora declaravit, nec peccata propter quæ pœnitentia definita est. Magnus autem Basilius in suis Canonicis Epistolis, hæc omnia exacte tradidit. Verum hic quoque pœnarum medelam episcopali arbitrio reliquit.

1 Τὸ ἀλλότριον] Scribe τῶν ἀλλοτρίων.



ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ


ΕΙΣ

ΩΡΙΓΕΝΗΝ

ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ [1] ΚΑΙ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ

ΛΟΓΟΣ,

ὃν εἶπεν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, μετὰ τὴν παρ' αὐτῷ πολυετῆ ἄσκησιν, μέλλων ἀπαλλάττεσθαι ἐπὶ τὴν πατρίδα.



SANCTI

GREGORII

THAUMATURGI

IN

ORIGENEM

PROSPHONETICA AC PANEGYRICA

ORATIO

Quam Cæsareæ Palæstinæ post multorum annorum apud illum disciplinam, dixit, quum in patriam reditum pararet.

Interprete JACOBO SIRMONDO.

A Καλόν τι [2] χρῆμα ἡ σιωπὴ, τῶν τε ἄλλων πολλοῖς πολλάκις, κἀμοὶ δὲ μάλιστα νῦν, καὶ ἑκόντι καὶ ἄκοντι ἐπιστομιζομένῳ καὶ σιωπᾷν καταναγκαζομένῳ. ἀμελετήτως γὰρ ἔχω, καὶ [3] ἄπειρός εἰμι λόγων τῶν καλῶν τούτων καὶ εὐπρεπῶν, τῶν ὑπὸ τοῖς ἐπιλέκτοις καὶ δοκίμοις ὀνόμασί τε καὶ ῥήμασι, κατὰ τὸ ἑξῆς [4] ἀκωλύτῳ τινὶ εἱρμῷ, λεγομένων ἢ συνταττομένων· τάχα μὲν καὶ ἧττον πεφυκὼς τὸ χαρίεν τουτὶ καὶ ἑλληνικὸν ὄντως ἔργον διαπονήσασθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὀκταετής μοι χρόνος οὗτος ἤδη, ἐξ οὗ οὔτε αὐτὸς εἰπών τι ἢ γράψας λόγον τινὰ μέγαν ἢ μικρὸν ὅλως τυγχάνω, οὔτε ἄλλου ἤκουσά του ἰδίᾳ γράφοντος ἢ λέγοντος, ἢ καὶ δημοσίᾳ πανηγυρικοὺς λόγους καὶ ἀγωνιστικοὺς παρεχομένου, ὅτι μὴ τῶν θαυμασίων B τούτων ἀνδρῶν τῶν τὴν καλὴν φιλοσοφίαν ἀσπασαμένων· οἷς καὶ αὐτοῖς εὐεπείας μὲν ἧττον μέλει καὶ εὐπρεπείας ὀνομάτων· ἐν δευτέρῳ δὲ θέμενοι τὰς φωνὰς, τὰ πράγματα αὐτὰ, ὡς ἔχει ἕκαστα διερευνᾶσθαί τε μετὰ ἀκριβείας καὶ ἐξαγγέλλειν ἐθέλουσιν· οὐχὶ οὐ βουλόμενοι, οἶμαι, ἀλλὰ καὶ ἄγαν βουλόμενοι τὰ καλὰ καὶ ἀκριβῆ τῶν νοημάτων, καλῷ καὶ [5] εὐειδεῖ ἐκτυποῦν τῷ λόγῳ· ἀλλ' ἴσως οὐ

I. PRæclara quædam res est silentium, tum aliis plerumque permultis, tum mihi nunc vel maxime, qui volens nolensque clausum os habeo, & tacere cogor. Inexercitatus enim sum ac plane rudis sermonum illorum elegantium atque ornatorum; qui selectis probatisque nominibus ac verbis, perpetuo quodam & inoffenso ductu pronuntiantur aut componuntur: fortasse quidem & a natura ipsa ad venustum hoc & vere Græcanicum opus elaborandum minus comparatus. Sed & octavus jam annus est, ex quo nec brevem longamve orationem ullam habui ipse aut scripsi; nec alium audivi quemquam vel privatim scribentem dicentemve, vel publice panegyricos sermones controversiasque declamantem, præter hosce admirabiles viros qui pulcram philosophiam amplexi sunt: quibus scilicet elocutionis elegantiæque verborum cura minor est; postpositis autem vocibus, res ipsas ut se habent, accurate singulas investigare & enuntiare volunt: non quod alterum illud nolint, opinor; quin volunt quam maxime præclaras & accuratas cogitationes suas præclaro & venusto sermone exprimere: sed quod fortasse non possint, nec adeo sit in promtu, hinc sacram ac divinam facultatem

1. Καὶ πανηγυρικός] Hæc desunt apud Hæschelium. DELARUE.

2. Καλόν τι χρ.] Sic Gerardus Vossius. Hæschelius vero, ἀγαθόν τι. ID.

3. Ἄπειρος] Hæschelius habet, ἀνάσκητος. Et paullo post, δοκίμοις ἐν ὀνόμασί τε. Et infra τὸ χαρίεν τοῦτο. Sed Vossius, ut in nostro textu. ID. — Hæschelianum exemplar secutus est Bengelius.

4. Ἀκωλύτῳ] Forte ἀκολούθῳ, quia sequitur εἱρμῷ: ut alibi ἀκολουθία καὶ εἱρμὸς junguntur. BENGEL.

5. Εὐειδεῖ] Ger. Vossius ἀψευδεῖ. Paullo post Hæschelius: δυνάμεις καὶ ἐν νοήμασι τὴν ἱεράν. DELARUE.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

δυνάμενοι οὕτως ἐκ τοῦ προχείρου, δύναμιν τοῖς ἰδίοις δημοσιεῦσαι νοήμασι τὴν ἱερὰν καὶ θεοειδῆ, ϗ λόγον τὸν ἐν ταῖς λέξεσιν εὐεπῆ, δύο ἀνθρώπων ἰδίᾳ ἑκάστου πλεονεκτήματα, μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ, καὶ ταύτῃ μικρᾷ καὶ ἀνθρωπίνῃ περιλαβεῖν ψυχῇ, ὄντα πως ἐναντιώτατα. εἴγε νοήσει μὲν, καὶ εὑρέσει φίλον πως καὶ συνεργόν ἐστι σιωπή· τὸ δὲ εὔλαλον ϗ εὔηχον ἐν λόγῳ, οὐκ ἀλλαχόθι ἄν που ζητῶν εὕροις, ἢ ἐν φωναῖς, ϗ τῇ τούτων συνεχεῖ μελέτῃ. οὐ μὴν ἀλλὰ καίγε τὸν νοῦν ἕτερόν τι μάθημα δεινῶς ἐπιλαμβάνει, ϗ τὸ στόμα συνδεῖ τὴν γλῶτταν, εἴ τι ϗ μικρὸν εἰπεῖν τῇ ἑλλήνων ἐθελήσαιμι φωνῇ· οἱ θαυμαστοὶ ἡμῶν τῶν σοφῶν νόμοι, οἷς νῦν τὰ πάντων τῶν ὑπὸ τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν ἀνθρώπων κατευθύνεται πράγματα, οἱ μὲν οὔτε [1] συγκείμενοι, οὔτε ϗ ἐκμανθανόμενοι ἀταλαιπόρως. ὄντες μὲν αὐτοὶ σοφοί τε ϗ [2] ἀκριβεῖς ϗ ποικίλοι ϗ θαυμαστοὶ, ϗ συνελόντι εἰπεῖν Ελληνικώτατοι· ἐκφρασθέντες δὲ ϗ παραδοθέντες τῇ Ρωμαίων φωνῇ, καταπληκτικῇ μὲν ϗ ἀλαζόνι, ϗ συσχηματιζομένῃ τῇ ἐξουσίᾳ τῇ βασιλικῇ, φορτικῇ δὲ ὅμως ἐμοί· οὐ μὴν ἄλλως πως οὔτε δυνατὸν ἦν, [3] εἰ καὶ βουλητὸν εἶναί μοι εἴποιμ᾽ ἄν ποτε. ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν ἕτερον ἢ εἰκόνες τινές εἰσι τῶν τῆς ψυχῆς ἡμῶν παθημάτων αἱ λέξεις ἡμῶν, τοῖς μὲν δυνατοῖς εἰπεῖν ὥσπερ τισὶν ἀγαθοῖς ζωγράφοις, ϗ τέχνῃ μὲν, ὅτι τεχνικωτάτοις, πλουσίοις δὲ καὶ τῇ τῶν χρωμάτων ὕλῃ, οὐχ ὁμοίας μόνον, ἀλλὰ ϗ ποικίλας, ϗ περικαλλεῖς τῷ πολυμιγεῖ τῶν ἀνθῶν, γράφειν [4] ἐξεῖναι τὰς γραφὰς κατὰ μηδὲν ἐμποδιζομένοις, ὁμολογήσαιμεν.

propriis explicare sententiis, hinc orationem verbis comtam atque concinnam adferre; & quæ duorum hominum propria cujusque est prærogativa, una & eadem, eaque parva & humana mente complecti: præsertim cum utriusque dispar ac penitus contraria sit ratio. Cogitationi siquidem inventionique rerum, amicum quodammodo & consors operis est silentium: dicendi vero facultatem & pronuntiationum dignitatem, haud alibi reperias quam in verbis, verborumque assidua meditatione ac usu. Quin etiam & alia quædam mentem disciplina vehementer occupat, & os linguam plane constringit, si vel exiguum quippiam Græca voce eloqui velim: mirificæ nimirum sapientum nostrorum leges, quibus omnium nunc qui Romanorum imperio parent, res gubernantur: quæ quidem neque conduntur, neque percipiuntur sine labore ac molestia. Et sapientes quidem illæ, accuratæque sunt & variæ & suspiciendæ, atque ut uno verbo dicam, Græcissimæ: ceterum Romano expositæ traditæque sermone, admirabili sane atque magnifico & ad imperii majestatem conformato, sed mihi gravi nihilominus ac difficili: non enim aliter sentire aut posse aut velle me umquam dixerim. Cum autem aliud nihil sint voces nostræ, quam imagines quædam animi nostri conceptuum ac notionum; iis quidem qui dicendi facultate valent, tamquam pictoribus quibusdam & arte peritissimis, & colorum copia instructissimis, non similes modo, sed varias etiam, & ad speciem crebra florum admistione pulcherrimas pingere licere sine ullo impedimento, confitendum est.

Ημεῖς δὲ οἷά τινες ὄντες πένητες, ἀποροῦντες τῶν ποικίλων τούτων φαρμάκων, ϗ ἤτοι οὐδὲ κτησάμενοι πώποτε, ἢ ϗ ἀποβεβληκότες ἴσως, οἷα ἐξ [5] ἀνθράκων μόνων ἢ ὀστράκων, τῶν συνήθων τούτων ϗ κοινῶν ὀνομάτων ϗ ῥημάτων, κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν, τὰ πρωτότυπα τῶν τῆς ψυχῆς ἡμῶν τῶν παθημάτων ταῖς ἡμῖν εὐπόροις ὑπογράφοντες φωναῖς ἀπομιμώμεθα, ὑποφαίνειν τοὺς χαρακτῆρας τῶν τῆς ψυχῆς τύπων, εἰ καὶ μὴ ἐναργεῖς, μηδὲ κεκαλλωπισμένους, ἀλλ᾽ ὡς ἐν ἀνθρακογραφίᾳ γοῦν πειρώμενοι, εἰ μέν τι καὶ εὐειδὲς καὶ εὔγλωττον ἀπαντᾷ ποθεν, [6] ἀσπασάμενοι ἡδέως, ἐπεὶ ϗ περιφρονήσαντες. ἀλλὰ γὰρ ἐκ τρίτων αὖθις [7] ἄλλως κωλύει τε καὶ ἀποτρέπει, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ἐπέχει μᾶλλον καὶ ἡσυχίαν ἄγειν ἀτεχνῶς προστάττει, ἡ ὑπόθεσις αὕτη· ἧσπερ ἕνεκα λέγειν προεθυμήθην μὲν, μέλλω δὲ καὶ ὀκνῶ. περὶ γὰρ ἀνδρὸς διανοοῦμαί τι λέγειν, φαινομένου μὲν καὶ δοκοῦντος ἀνθρώπου, τὸ δὲ πολὺ τῆς ἕξεως τοῖς καθορᾷν δυναμένοις, ἀπεσκευασμένου ἤδη μείζονι παρασκευῇ [8] μεταναστάσεως τῆς πρὸς τὸ θεῖον. οὐχὶ δὲ γένος οὐδὲ ἀνατροφὰς σώματος ἐπαινέσων ἔρχομαι, εἶτα μέλλω καὶ ἀναβάλλομαι ὑπ᾽ εὐλαβείας περιττῆς, οὐδέ γε ἰσχὺν ἢ κάλλος· ταῦτα δὴ τὰ τῶν μειρακίων ἐγκώμια, ὧν ἥττων φροντὶς κατ᾽ ἀξίαν τε καὶ μὴ, λεγομένων. πραγμάτων γὰρ οὐ μονίμων οὐδὲ ἑστώ-

II. Nos vero, quasi pauperes quidam, variis hujusmodi fucis carentes, & qui vel numquam eos in potestate nostra habuerimus, vel eos fortasse abjecerimus; tamquam solis carbonibus aut testulis, hoc est usitatis communibusque nominibus ac verbis, prima animi nostri sensa, iis quæ suppetunt vocibus depingentes effingimus; typorum animi characteres, si non claros nec ad speciem ornatos, at certe quemadmodum in carbonum pictura fieri solet, quoquo modo repræsentare conantes: si quid vero uspiam venustum ac disertum se offerat, libenter accipimus; sin minus, etiam negligimus. Verum & tertium quiddam rursum aliud est, quod impedit & avocat, & multo magis quam cetera nos retinet, silentioque uti jubet, argumentum nempe ipsum; de quo dicere avebam quidem, sed cunctari nunc cogor, & hæreo. De viro enim dicere institui, qui homo quidem esse videtur, & talis apparet; iis vero qui magnitudinem ejus habitus moresque intueri possunt, majoribus quibusdam ornamentis instructus ac prope divinis videatur. Nec vero genus aut corporis educationem laudaturus venio, atque horum caussa cunctari ac moras nectere præ metu incipio; nec robur itidem, aut pulcritudinem: hæc enim puerorum sunt encomia, quæ utrum pro dignitate dicantur, an secus, minime laborandum.

1. Συγκείμενοι] Sirmondus, *conduntur*. Rhodomanus, *confectæ sunt*. Causaubonus Exerc. IX. ad Baron. p. 164. *erutæ sunt aut adinventæ*. Atqui ταλαιπωρίαν Gregorius videtur dicere, quam sustinet qui leges discit, non qui tulit: nam magna pars studii juris in eo occupatur, ut leges in speciem pugnantes rite concilientur sive *componantur*. Et συγκεῖσθαι notat *congruere* sive *conspirare*. ὅτι σύγκεισθε πάντες ὑμεῖς ἐπ᾽ ἐμέ. I. Reg. XXII. 8. Huc facit ἀντικεῖσθαι oppositum, & συνίστασθαι synonymon. BENGEL.

2. Ακριβεῖς] Ger. Vossius εὐσεβεῖς.

3. Εἰ καὶ βουλητὸν — ποτέ] Hœschelius, ἦν, οὔτε βουλητὸν εἶναι. — Vis particulæ ποτὲ non recidit in εἴποιμι, sed in βουλητὸν εἶναι. BENGEL.

4. Εξεῖναι] Ger. Vossius εἶναι. Mox Hœschelius, οἷά τινες πάντες. DELAR.

5. Ανθράκων — ἢ ὀστράκων] *Carbo* pro colore hodie quoque usurpatur: *testa* pro charta veteres, pauperiores certe, uti solebant. Diogenes Lærtius in Cleanthe: τοῦτόν φασιν εἰς ὄστρακα καὶ βοῶν ὠμοπλάτας γράφειν, ἅπερ ἤκουεν ἀπ᾽ αὐτοῦ Ζήνωνος, ἀπορίᾳ κερμάτων ὥστε ὠνήσασθαι χαρτία. Pariter scriptor vitæ Apollonii Alexandrini Grammatici: τοσοῦτον δὲ ἦν πένης ὁ Απολλώνιος, ὡς ἐν ὀστράκῳ γράφειν τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα, διὰ τὸ μὴ εὐπορεῖν χάρτας περιάσθαι. BENGEL.

6. Ασπασάμενοι — περιφρ.] Locum mutilum putat nuperus editor Parisiensis. At illum integritati suæ restituimus, adhibita interpunctione Bengeliana & recensita versione.

7. Αλλως] Hœschelius, ἀλλὰ δή. Locum integrum sic arbitror legendum: ἀλλὰ γὰρ ἐν τρίτον αὖθις ἄλλως κωλύει. DELARUE. — Hœschelium sequitur Bengelius, atque ita vertit: *Sed rursum, tertio loco, aliud est quod prohibet & absterret*.

8. Μεταναστάσεως] Sic Bengelius. Vossius, μετ᾽ ἀναστάσεως.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

τῶν, φθειρομένων δὲ ποικίλως καὶ ταχέως, λόγον ποιεῖσθαί τινα σεμνοειδῶς καὶ ἀξιοπρεπῶς δὴ ταῖς ἀναβολαῖς, [1] μὴ καὶ ψυχρὸν ἢ πέρπερον ᾖ· οὐκ ἂν μοι τούτων εἴπερ τι λέγειν προὔκειτο, ἀχρήστων μὲν ὄντων καὶ ματαίων, καὶ οἵων οὐκ ἄν ποτε ἑκὼν προὐθέμην λέγειν· οὐ μὴν ἀλλ' εἴπερ [2] προὔκειτό τι τοιοῦτον, οὐδ' εἶχεν ἂν εὐλάβειαν ὁ λόγος, οὐδὲ φροντίδα, μήτι τι λέγων, ἥττων τῆς ἀξίας φανοίμην. νυνὶ δὲ ὅ, τι θεοειδέστατον αὐτοῦ, καὶ ὅπερ ἐν αὐτῷ συγγενὲς ὂν τυγχάνει Θεῷ, ἐγκαθειργμένον μὲν τῷ φαινομένῳ καὶ θνητῷ τῷδε, ὅτι δὲ φιλοπονώτατα [3] ἐξομοιοῦσθαι βιαζόμενον τῷ Θεῷ· τοῦτο μνημονεύων καὶ ἐφάπτεσθαί πως μέλλων πραγμάτων μειζόνων, καί τινος διὰ τούτου καὶ τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐχαριστίας, ὅτι μοι συγκυρῆσαι τοιούτῳ δεδώρηται ἀνδρὶ, παρὰ πᾶσάν γε τὴν ἀνθρώπων προσδοκίαν τῶν τε ἄλλων καὶ τὴν ἐμοῦ αὐτοῦ, οὔτε προθεμένου ποτὲ οὔτε καὶ ἐλπίσαντος· τοιούτων ἐφάπτεσθαι μέλλων, μικρὸς ὢν καὶ ἄνους παντελῶς, οὐκ ἀλόγως ἀναδύομαί τε καὶ ὀκνῶ καὶ ἑκὼν εἶναι σιωπῶ. καὶ δῆτα τὴν ἡσυχίαν ἄγειν ἀσφαλές μοι καταφαίνεται, μήτι προφάσει μὲν εὐχαριστίας, ὑπὸ δὲ προπετείας ἴσως περὶ σεμνῶν καὶ ἱερῶν ἄσεμνά τε καὶ εὐτελῆ καὶ καταπεπατημένα διεξιὼν, οὐ μόνον οὐκ ἐφικνῶμαι τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ καὶ καθαιρῶ τι, τό γε ἐπ' ἐμοὶ, παρὰ τοῖς οὕτως ἔχειν πιστεύουσιν, ὡς ἀσθενὴς ὢν ὁ λόγος, περιυβρίζων μᾶλλον, ἤπερ ἐξομοιούμενος τοῖς ἔργοις τῇ δυνάμει, ὑποτυπώσεται. καί τοι τὰ μὲν σὰ, ἀκαθαίρετα καὶ ἀνύβριστα, ὦ φίλη κεφαλὴ, καὶ πολὺ μᾶλλον τὰ θεῖα μένοντα ἐφ' ἑαυτῶν, ὡς ἔχει, ἀσάλευτα, οὐδὲν βλαπτόμενα ὑπὸ τῶν μικρῶν καὶ ἀναξίων ἡμετέρων λόγων. ἡμεῖς δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως τὴν τῆς θρασύτητος καὶ προπετείας δόξαν διαφευξόμεθα, ἐπιπηδήσαντες ὑπ' ἀνοίας, μικρῷ καὶ νῷ καὶ παρασκευῇ, μεγάλοις καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἴσως πράγμασι. καὶ εἰ μὲν ἀλλαχόθι που καὶ ἐπ' ἄλλων τοιαῦτα προεθυμήθημεν νεανιεύσασθαι, θρασεῖς μὲν καὶ οὕτως ἦμεν καὶ τολμηροί τινες· οὐ μὴν ἀλλ' ἀνέδεια τῆς προπετείας αἰτία, τῷ μὴ [4] ἐπὶ σοὶ ταῦτα θρασύνεσθαι. νυνὶ δὲ πᾶν τὸ μέτρον τῆς ἀνοίας ἀποπλήσομεν, ἢ καὶ ἀπεπλήσαμεν ἤδη, ἐπεμβαίνειν τολμήσαντες ἀνίπτοις τοῖς ποσὶ (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου) ἀκοαῖς αἷς αὐτὸς ὁ θεῖος λόγος οὐδὲν ἐσκεπασμέναις, ὡς ταῖς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τοῖς ποσὶν, ὥσπερ ὑπὸ παχέων τινῶν δερμάτων τῶν αἰνιγματωδῶν καὶ [5] ἀσαφῶν λέξεων, ἀλλὰ γυμνοῖς (ὡς ἂν εἴποι τις) σαφὴς καὶ πρόδηλος ἐμβατεύων ἐνεπιδημεῖ· ἡμεῖς δὲ ὥσπερ ῥύπον ἢ πηλόν τινα τοὺς ἀνθρωπίνους ἡμῶν λόγους [6] φέροντες ἐπαντλεῖν ἐτολμήσαμεν ἀκοαῖς θείων καὶ καθαρῶν ἀκούειν μεμελετηκυίαις φωνῶν. ἆρ' οὖν ἀπόχρη μέχρι τούτου ἁμαρτεῖν, καὶ νῦν γοῦν σωφρονεῖν ἄρξασθαι χρὴ, μηκέτι μὲν περαιτέρω προβαίνοντας τῷ λόγῳ, αὐτοῦ δὲ καταπαύσαντας, ἐβουλόμην μέν. οὐ μὴν ἀλλ' ἅπαξ μοι θρασυνομένῳ, ἐξέστω τὴν αἰτίαν πρῶτον εἰπεῖν, ὑφ' ἧς ἐπαρθεὶς ἐπὶ τοῦτον ἧκα τὸν ἀγῶνα, εἴπη καὶ συγγνώμη γένοιτό μοι τῆς προπετείας ταύτης.

A Rerum quippe non stabilium nec permanentium, sed corruptibilium variisque modis & cito pereuntium rationem, tamquam in re gravi ac digna, pertimescendo aut subterfugiendo, frigidum scilicet ac futile videretur: mihi certe si quid horum ad dicendum propositum esset, inutilium & inanium, & qualia numquam dicere instituerem; si quid inquam, mihi propositum esset ejusmodi, nec formidinem ullam haberet oratio, nec vereretur, ne quid uspiam dicens infra dignitatem eloqui viderer. Nunc vero quod in eo est vel prope divinum, vel Deo quam simillimum, inclusum quidem hoc aspectabili ac mortali, sed ad Dei similitudinem studiosissime contendens: hujus ego mentionem facere & res majo- B res attingere parans, Deoque propterea gratias agere, quod hunc mihi virum nancisci concessum sit, supra omnem hominum cogitationem atque exspectationem, tum aliorum, tum meam certe, qui nec talia umquam mihi proposui, nec sane speravi: quum hæc, inquam, parvus & nullo ingenio præditus aggrediar, non immerito cunctor ac timeo, & silere prorsus malo. Et vero silere mihi tutissimum videbatur, ne gratiarum actionis prætextu, præcipiti forsan facilitate de gravibus sacrisque minime gravia, sed humilia atque protrita dicendo, non solum veritatem non assequar, sed aliquid etiam de ea, quod in me est, detraham apud eos, qui rem sic se habere credent; quum infirma oratio con- C tumeliam potius inferens, quam opera facultate adæquans, effingetur. At tua quidem omnia nec minui possunt, nec contumeliam pati, o carum caput; vel divina potius, quæ in se ipsis, qualia sunt, immota permanent, nihilque ab humili & indigna oratione nostra labefactantur. Nos vero, nescio quo pacto audaciæ temeritatisque notam declinare possimus, qui præ amentia, tenui & ingenio & apparatu res magnas ac captum nostrum excedentes adoriamur. Quod si alibi fortasse, & apud alios, simile quidpiam juvenili jactantia cœpissemus, audaces utique ac præfidentes videremur; sed tamen impudentiæ tribuenda temeritas non esset, quod non coram te talia auderemus. Nunc autem omnem amen- D tiæ modum implebimus, aut jam etiam implevimus, qui illotis, quod ajunt, pedibus ad aures introire ausi sumus, in quibus divinum ipsum Verbum, non tectis, ut apud vulgi hominum aures, pedibus tamquam sub crassis quibusdam ænigmaticarum tectarumque vocum pellibus, sed nudis, ut dicat quispiam, manifestum & perspicuum incedens obambulat: & nos autem velut sordes ac cœnum quoddam, mortalia hæc verba nostra inferre, atque in aures divinis purisque vocibus audiendis assuetas infundere audemus. Satis ergo sit, huc usque peccasse: vel nunc tandem sapere incipiendum est; nec oratione longius producta, heic desinendum. Vellem equidem: verum pudoris fines semel egres- E so liceat caussam prius dicere, qua ductus in certamen hoc veni, si qua mihi forsan temeritatis hujus venia concedatur.

1. Μὴ καὶ ψ. ἢ πέρπερον ᾖ [Μὴ valet *ut non dicam*: ubi id quod majus est quodque ipsum affirmare poteramus, omittimus; ut id quod minus est, affirmemus. Περπερεία Clementi Alexandrino est καλλωπισμὸς, περιττότητος καὶ ἀρχαιότητος ἔχων ἔμφασιν. Petrus Alexandrinus in Epist. can. x. de clericis ultro ad martyrium ruentibus: ὅτι δὲ ἐπαισαν ὡς ἂν περπερευσάμενοι. Ubi Zonaras: περπερείαν δ' ἐνταῦθα τὴν οἴησιν καὶ τὴν ἀλαζονείαν καλεῖ. Verbum illud quo & Sirmondus & Rhodomanus usi sunt, *futile*, huic loco minus quam aliis congruit: mallem *insolens*. Sed ipsum *perperum* etiam Latinum est. BENGEL. — Hesychium consule v. Περπερὴ & Περπερεύεται, ibique adnotata Cl. Alberti tom. II. pag. 943.

2. Πρὔκ.] Bengelius cum Hœschelio, πρὔκειτο, οὐθ' ἑωρτῶν εἶχεν ἄν.

3. Ἐξομοιοῦσθαι] Amplius aliquid sonare videtur τὸ ἐξομοιοῦσθαι, quam τὸ μιμεῖσθαι, inquit Gatakerus ad Anton. pag. 360. Nempe alterum refertur ad habitum, alterum ad actiones. BENGEL.

4. Ἐπὶ σοί] Prorsus legendum ἐπὶ σοῦ: nam modo in antitheto dixit ἐπ' ἄλλων. ID.

5. Ἀσαφῶν] Ger. Vossius, ἀσφαλῶν.

6. Φέροντες ἐπαντλεῖν] Idiotismus auctori nostro frequens. Sic infra φέρων ἐπιδοῦναι, φέροντες ἀναξέσομεν, φέρων κατ[illegible], φέρων παρέδρύσατο, φέρων ἐμφυτεύσει, φέρων ἐγκατ[illegible]. BENGEL.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

A Δεινόν μοι ἡ ἀχαριστία καταφαίνεται, δεινὸν καὶ πάνδεινον· παθόντα γάρ τι καλῶς, μὴ καὶ ἀμείβεσθαι πειρᾶσθαι, εἰ καὶ μὴ ἄλλως δυνατὸν, εὐχαριστίαις γοῦν ταῖς διὰ λόγων, ἢ ἀνοήτου πάντη καὶ ἀναισθήτου τῶν εὐεργεσιῶν, ἢ ἀμνήμονος· ὅτῳ [1] δὲ καὶ αἴσθησις, καὶ γνῶσις ὧν ἔπαθε καλῶν προσεγένετο πρῶτον, εἰ μὴ καὶ μνήμη διασώζεται εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, εἰ μὴ καὶ ἀναφέροι τινὰ χάριν τῷ ἄρξαντι τῶν ἀγαθῶν, ἀργὸς οὗτος καὶ ἀχάριστος καὶ ἀσεβὴς, ἐξαμαρτάνων οὐ συγγνωστὰ οὔτε μεγάλῳ, οὔτε μικρῷ· εἰ μὲν μέγας τίς ἐστι καὶ μεγαλόνους, οὐκ ἀνὰ στόμα φέρων σὺν πάσῃ εὐχαριστίᾳ καὶ τιμῇ, τὰς μεγάλας αὐτοῦ εὐεργεσίας· εἰ δὲ μικρὸς καὶ εὐκαταφρόνητος, οὐκ ἀνυμνῶν καὶ εὐφημῶν πάσῃ τῇ αὐτοῦ δυνάμει τὸν, οὐ B μεγάλων μόνον, ἀλλὰ καὶ μικρῶν εὐεργέτην. τοῖς μὲν οὖν μείζοσι καὶ διαβεβηκόσι δυνάμει ψυχῆς, οἷα δὴ ἐκ πλείονος περιουσίας καὶ μεγάλου πλούτου, μείζους καὶ φιλοτιμοτέρας ἀναγκαῖον ἀποδιδόναι τοῖς εὐεργέταις, τὰς κατὰ δύναμιν εὐφημίας· τοῖς δὲ μικροῖς καὶ ἐν στενῷ καθεστῶσιν, οὐδ' αὐτοῖς ἀμελεῖν, οὐδὲ ῥαθυμεῖν προσῆκον, οὐδ' ἀναπεπτωκέναι, ὡς οὐδὲν ἄξιον φέρειν, οὐδὲ τέλειον δυναμένοις· ἀλλ' οἷα πένητας μὲν, εὐγνώμονας δὲ, οὐ τὴν τοῦ τιμωμένου, τὴν δ' αὐτῶν δύναμιν μετρήσαντας, ἐκ τῆς παρούσης δυνάμεως ἀναφέρειν τὰς τιμὰς, χαριέσσας ἴσως ἐσομένας καὶ καταθυμίους τῷ τιμημένῳ, καὶ οὐκ ἐν δευτέρᾳ χώρᾳ παρ' αὐτῷ τῶν μεγάλων καὶ πολλῶν, εἰ σὺν τινι προθυμίᾳ μείζονι C καὶ γνώμῃ προσφέροιεν ὁλοκλήρῳ. οὕτως ἐν ἱεραῖς βίβλοις φέρεται, ὅτι δὴ μικρά τις καὶ πτωχὴ γυνὴ ἅμα πλουσίοις καὶ δυνατοῖς, οἳ προσέφερον ἐκ τοῦ πλούτου μεγάλα καὶ πολυτελῆ, μόνη μικρὰ μὲν καὶ ἐλάχιστα, πάντα δὲ ὅμως τὰ ὄντα αὐτῇ συμβαλλομένη, τὴν τῆς πλείονος δόσεως μαρτυρίαν ἀπηνέγκατο. οὐ γὰρ οἶμαι τῷ ποσῷ τῆς διδομένης ὕλης, οὔσης ἔξωθεν, ταῖς δὲ προσφερούσαις γνώμαις μᾶλλον καὶ προαιρέσεσι τὴν φιλοτιμίαν καὶ τὴν μεγαλοπρέπειαν, ὁ ἱερὸς λόγος ἐσταθμήσατο. οὐ τοίνυν οὐδὲ ἡμᾶς ἀποκνεῖν πάντη προσῆκον δέει τοῦ μὴ ἐξισωθήσεσθαι τὴν εὐχαριστίαν ταῖς εὐεργεσίαις, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον τολμᾶν καὶ πειρᾶσθαι, εἰ καὶ μὴ τὰς ἴσας, τὰς γοῦν δυνατὰς προσφέρειν ὡς ἐν D ἀμοιβῇ τιμάς. εἴ πως τῶν τελείων διαμαρτάνων, τῶν ἐπὶ μέρους γοῦν τύχηται ἡμῖν ὁ λόγος, τὴν παντελῆ τῆς ἀχαριστίας δόξαν διαδράς. ἄχρηστον γὰρ ἀληθῶς ἡ παντελῶς σιωπὴ, ὑπὸ πιθανῷ τῷ τοῦ μὴ δύνασθαι ἄξιόν τι λέγειν προκαλύμματι· εὔγνωμον δὲ ἡ πεῖρα ἡ πρὸς τὰς ἀμοιβὰς ἀεὶ, κἂν ἥττων τῆς ἀξίας δύναμις τοῦ τὴν χάριν ἀναφέροντος ᾖ. οὐ γὰρ εἰ μὴ κατ' ἀξίαν οἷός τέ εἰμι λέγειν σιωπήσομαι· ἀλλ' εἰ ἀποπλήσω πάνθ' ἅ μοι δυνατόν ἐστι καὶ σεμνυνοῦμαι. ἔστω δή μοι ὁ λόγος ὅδε χαριστήριος, Θεῷ μὲν τῷ τῶν ὅλων, οὐκ ἂν ἐθελήσαιμι λέγειν· καί τοι γε ἐκεῖθεν ἡμῖν πᾶσαι μὲν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἀρχαὶ, ἐκεῖθεν δὲ καὶ ἡμᾶς τῶν εὐχαριστιῶν ἢ ὕμνων καὶ αἴνων ἄρχεσθαι χρή. ἀλ- E λὰ γὰρ οὐδ' εἰ ὅλον ἐμαυτὸν, μὴ οἷος μὲν νῦν εἰμι βέβηλος καὶ ἀκάθαρτος, ἀναμεμιγμένος καὶ πεφυρμένος [2] παναγεῖ καὶ ἀκαθάρτῳ κακῷ· γυμνὸν [3] δὲ αὐτὸν ὅτι καθαρώτατον λαμπρότατόν τε καὶ εἰλικρινέστατον, καὶ ἀμιγῆ παντὸς χείρονος· οὐδ' εἰ ὅλον, φημὶ, γυμνὸν, ὥσπερ τινὰ γενόμενον φέρων ἐπιδοίην, φέροιμι ἄν τι παρ' ἐμαυτοῦ δῶρον ἄξιον εἰς τιμὴν καὶ ἀμοιβὴν τῷ πάντων ἡγεμόνι καὶ

A III. Dura mihi gravisque res, ingratus animus videtur; gravis inquam, & gravis usquequaque. Eum enim qui beneficio affectus sit, si aliter non potest, agendis saltem verbo gratiis rependere non conari, aut mente capti & sensum beneficiorum non habentis est hominis, aut immemoris: cui vero & sensus & cognitio est beneficiorum, nisi memoriam conservet in posterum, nisi gratiam etiam aliquo modo referat bonorum auctori, iners ille est & ingratus ac impius, ejus criminis reus, quod nec magnus, nec parvus ignoscat: quippe qui, si quidem magnus est & magnificus, magna ejus beneficia in ore, cum omni gratiarum actione atque honore non gerat: sin parvus & despicabilis, non omni tamen B studio laudet ac celebret, non magnorum tantum, sed parvorum etiam munerum largitorem. Et a magnis quidem, animique facultate præstantibus, tamquam ex majore opum copia magnisque divitiis, majores atque illustriores benefactoribus laudes pro viribus reddi necesse est: parvos autem & in angusto constitutos, nec ipsos negligere, aut segniores esse convenit, nec animis cadere, quasi nihil dignum perfectumque adferre possint: sed velut pauperes quidem, at tamen gratos, non ejus quem honorant, sed suam facultatem metientes, ex præsenti commoditate honores deferre; gratos illos fortasse & jucundos ei qui honoratur, nec inferiore apud eum loco, quam si magna quæque ac multa offerrentur, C futuros; si majore cum alacritate sinceroque & integro animo deferantur. Sic enim in sacris litteris legere est [a], parvam quamdam & pauperem feminam, una cum divitibus & potentibus qui ex facultatibus suis magna & opima offerebant, solam quidem parva & minima, sed omnia tamen quæ habebat, contulisse, & majoris muneris testimonium laudemque retulisse. Non enim externæ, opinor, rei quæ data est quantitate, sed ipso offerentis animo ac proposito æstimandam muneris dignitatem magnificentiamque divinæ litteræ censuerunt. Non igitur omnino refugere nos oportet, inani metu ne gratiæ cum beneficiis non adæquentur: sed contra potius audere atque omnia conari; ut si non pares, D quos saltem possumus honores rependamus. Quod si forte non omnino rem assequatur, partem certe aliquam pertingat oratio, atque omnimodam ingrati animi labem devitet. Improbum enim re vera est pertinax silentium, plausibili quodam velo tectum, quasi nequeat quidquam pro dignitate pronuntiari: ingenui autem probique semper est animi, referendæ gratiæ conatus, quamvis infra merita sit facultas ejus qui gratiam refert. Neque enim si pro dignitate dicere non possim, propterea silebo: sed ubi omnia quæ possum præstitero, jure gloriabor. Esto itaque mea hæc oratio charisteria, hoc est, gratiarum actionis: erga Deum sane universorum, dicere non ausim. Quamquam ab illo quidem omnia nobis bo- E norum initia sunt; ab eo item nos agendarum gratiarum, & hymnorum, ac laudum primordia ducere oportet. Sed ne si quidem me totum, non qualis nunc sum, profanus & impurus, & tetro atque immundo malo conspersus & permistus; sed nudum ac purissimum, clarissimumque & sincerissimum, & ab omni labe alienum: nec si totum, inquam, nudum me velut recens natum offeram, dignum a me tamen ullum in pretium & compensationem, omnium

a Luc. XXI. 2.

1. Οτῳ] Ita Hœschelius, Bengelius ac editor Parisiensis. Vossius, ὅτι.
2. Παναγεῖ] In bonam tantum partem παναγής ponunt Lexica: sed ex hoc loco (nam de lectione quis dubitet?) patet, in utramque valere, perinde ut ἀναγής & ἐναγής. BENGEL.
3. Γυμνὸν δὲ αὐτόν.] Αὐτὸν Bengelio videtur παρέλκειν. At forte legendum cum editore Parisiensi, γυμνὸν δ' ἐμαυτόν. Aut saltem rescribendum, αὑτόν.

αἰτίῳ· ὃν οὔτε ἰδίᾳ ἕκαστος πώποτε, οὔτε καὶ ἅμα πάντες, [1] ὡσεὶ ἓν καὶ ταὐτὸ γένοιτο πάντα καθαρὰ, αὐτῶν μὲν ἐκστάντα, πρὸς αὐτὸν δὲ ἐπιστρέψαντα μᾶλλον, ἀθρόα ἑνὶ πνεύματι, καὶ μιᾷ ὁρμῇ τῇ συμφώνῳ, ἀξίως ἂν εὐφημῆσαι δύναιντο. ὅτι γὰρ τῶν αὐτοῦ δημιουργημάτων καὶ διανοηθῆναί τις ἄριστα καὶ ὁλοκλήρως, καὶ (εἰ οἷόν τε) εἰπεῖν κατ᾽ ἀξίαν περὶ αὐτοῦ δυνηθείη· αὐτῆς δὲ τῆς δυνάμεως ἕνεκεν ἧς ἠξίωται οὐ παρ᾽ ἄλλου του, παρ᾽ αὐτοῦ δὲ λαβὼν, οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ἂν ἄλλό τι μεῖζόν ποθεν εὐπορήσας εἰς εὐχαριστίαν ἀναθείη.

Ἀλλὰ [2] τοὺς μὲν εἰς τὸν πάντων βασιλέα καὶ κηδεμόνα, τὴν διαρκῆ πηγὴν πάντων ἀγαθῶν, εὐφημίας καὶ ὕμνους, τῷ κἀν τούτῳ τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν ἰωμένῳ, καὶ τὸ ἐνδέον ἀναπληροῦν μόνῳ δυναμένῳ ἐπιτρέψωμεν, τῷ προστάτῃ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν καὶ σωτῆρι, τῷ πρωτογενεῖ αὐτοῦ λόγῳ, τῷ πάντων δημιουργῷ καὶ κυβερνήτῃ. αὐτῷ μόνῳ ὑπέρ τε ἑαυτοῦ, καὶ ὑπὲρ πάντων ἰδίᾳ τε [3] καὶ ἑκάστου, καὶ ἀθρόον ἅμα δυνατὸν ὂν ἀναπέμπειν διηνεκεῖς καὶ ἀδιαλείπτους τῷ πατρὶ τὰς εὐχαριστίας, ὅτι αὐτὸς ἡ ἀλήθεια ὢν, καὶ ἡ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς τῶν ὅλων καὶ σοφία καὶ δύναμις· πρὸς δὲ καὶ ἐν αὐτῷ ὢν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀτεχνῶς ἡνωμένος, οὐκ ἔστιν ὅπως ἢ διὰ λήθην ἢ ἀσόφως ἢ ὑπ᾽ ἀσθενείας τινὸς ὥσπερ τις ἀπεξενωμένος αὐτοῦ, ἢ οὐκ ἐφίξεται τῇ δυνάμει τῆς δυνάμεως, ἢ ἐφίξεται μὲν, ἑκὼν δὲ (ὃ μὴ θεμὶς εἰπεῖν) ἐάσῃ τὸν πατέρα ἀνευφήμητον· μόνῳ τούτῳ δυνατὸν ὂν τελειότατα πᾶσαν ἀποπληρῶσαι τὴν ἀξίαν τῶν αὐτῷ προσηκόντων αἴνων· [4] ὅν τινα αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων πατὴρ ἓν πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, δι᾽ αὐτοῦ μονονουχὶ αὐτὸς αὐτὸν [5] ἐκπεριών, τῇ ἴσῃ πάντη δυνάμει τῇ αὐτοῦ τρόπον τινὰ τιμῴη καὶ τιμῷτο· ὅπερ πρῶτος καὶ μόνος, ἔχειν ἔλαχεν ἐκ πάντων τῶν ὄντων, ὁ μονογενὴς αὐτοῦ, ὁ ἐν αὐτῷ Θεὸς λόγος· τῶν [6] ἄλλων πάντων οὕτω μόνον εὐχαρίστων καὶ εὐσεβῶν εἶναι δυναμένων, εἰ ἐπ᾽ αὐτῷ φέροντες μόνῳ ἀντὶ πάντων τῶν παρὰ τοῦ πατρὸς ἡμῖν ἀγαθῶν, τὴν δύναμιν τῆς ἀξίας εὐχαριστίας ἀναθήσομεν (μίαν ὁδὸν εὐσεβείας ταύτην εἶναι ὁμολογήσαντες τὴν δι᾽ αὐτοῦ πᾶσαν μνήμην) τῷ [7] τῶν ὅλων αἰτίῳ. διὸ δὴ τῆς μὲν ἐπὶ πᾶσι διαρκοῦς προνοίας ἔν τε μεγίστοις καὶ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις κηδομένης ἡμῶν, καὶ εἰς τοῦτό γε προαγομένης, ἐκεῖνος ἄξιος διαρκὴς εἶναι λόγος εἰς εὐχαριστίας καὶ ὕμνους ὁμολογείσθω, τελειότατος ὢν καὶ ζῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ πρώτου νοῦ λόγος ἔμψυχος ὤν. ὁ δ᾽ ἡμέτερος οὗτος, ἔστω χαριστήριος ἀνθρώπων μὲν πάντων μάλιστα, τῷ ἀνδρὶ τῷ ἱερῷ τῷδε· εἰ δέ τι καὶ περαιτέρω [8] μεληγορεῖν ἐθέλοιμι, καὶ τῶν οὐ φαινομένων μὲν, θειοτέρων δὲ, καὶ κηδομένων ἀν-

principi & auctori munus attulerim: quem nec privatim singuli, nec simul universi, non si in unum idemque pura omnia coalescant, & a se ipsis discedentia, ad eum tota convertantur, uno spiritu unoque & consono sensu conjuncta, digne umquam venerari ac laudare queant. Quod enim de Deo homo quispiam recte cogitare ac perfecte (si dici fas sit) loqui pro dignitate possit; pro hac ipsa facultate qua ornatus est, quam non ab alio ullo, sed ab ipsomet accepit; nihil utique aliunde habere potest majus, quod ad gratiarum actionem retribuat.

IV. Sed nos laudationes quidem & hymnos in omnium regem & moderatorem, perennem fontem omnium bonorum, ei qui & in hoc ipso infirmitatem nostram sanat, & quod deest explere solus potest, relinquamus; præsidi, inquam, animarum nostrarum ac Salvatori, primogenito ejus Verbo, omnium conditori & gubernatori. Ipsi soli pro se ipso & pro omnibus privatim ac universe facile est assiduas atque perpetuas gratias agere: quia cum sit ipsa veritas, & ipsa Patris universorum & sapientia & potestas; adhæc & in ipso & cum ipso vere atque omnino conjunctus, nullum est periculum, ne vel per oblivionem vel insipientiam, aut præ imbecillitate aliqua, ac si quis ab eo sejunctus & alienus esset, vel assequi laudationis modum nequeat, vel ut assequatur quidem, volens tamen (quod nefas est dicere) Patrem sua laudatione destituat: cum ei soli sit in promtu perfectissime omnes congruentium illi laudum numeros adimplere; quem ipse omnium Pater unum secum faciens, per ipsum tantum non sese ipse circumambiens, æquali usquequaque cum sua virtute quodammodo honoret, & honoretur: quod quidem primus solusque ex omnibus sortitus est unigenitus ejus qui in ipso est, Deus Verbum. Reliqui autem omnes ita dumtaxat grati & pii esse possumus, si in eo solo pro omnibus in nos a Patre profluentibus bonis omnem dignæ gratiarum actionis conatum offeramus: unam pietatis viam hanc esse confitentes, si omnem memoriam per ipsum conditori atque auctori omnium dedicemus. Quamobrem perpetua quidem illa, quæ in omnibus elucet, quæ in maximis & minimis nostri curam gerit, & huc usque provecta est, providentia dignus ille, atque ad gratiarum actionem hymnosque sufficiens perennis Sermo concedatur; ut qui perfectissimus ac vivens, & ipsius primæ Mentis animatum Verbum exsistat: noster vero hic sermo sacro huic viro uni inter omnes mortales potissimum, eucharisticus esto: ac si quid altius porro de iis qui non cernuntur, divinioribus & hominum curam gerentibus, loqui velim; huic

1. Ὡσεὶ ---- ἀθρόα] Hæschelius pro ὡσεὶ in margine habet ὡς εἰ, id est, *ut si*. Manere ὡσεὶ potest ut, ὡσεὶ ---- ἀθρόα, in parenthesi, illam præcise partem, ἅμα πάντες, declaret, eleganter vergens ad votum. BENGEL.

2. Ἀλλὰ τοὺς μὲν κ. τ. λ.] Habemus in hoc testimonio accuratam mysterii expositionem. Nam virtus illa Filii æqualis virtuti Patris, qua Pater se ipse quodammodo circumambit, nihil aliud esse potest, quam tota Patris substantia Filio tradita. Ex quo facile intelligitur Filium esse veritatem & Patris sapientiam ac virtutem, eumque in Patre esse & cum Patre conjunctum. Laudes quas Patri Filius tribuit, honorem quem ei defert, & ab eo accipit vicissim, utriusque consensum in hac ejusdem virtutis Patrem quodammodo circumambientis æqualitate diserte Gregorius constituit, ut quisque animadvertere potest. MARAN. *Divin. D. N. J. C.* lib. IV. cap. XX. §. I. pag. 522.

3. Καὶ ἑκάστου] Qui editionem Parisiensem ann. 1621. post Vossianam recensuit, conjiciebat heic legendum καθ᾽ ἕκαστον. At Bengelius, καὶ omisso, edidit ἰδίᾳ τε ἑκάστου. Sic & nuperus Origenianorum editor Parisiensis.

4. Ὅν τινα ---- ἓν πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος] Haud probatur Bengelio verbum *facere* in hujus loci versione: adeoque ipsemet reddit: *quem ipse omnium Parens unum secum habens*, simulque monet ad ipsam ὁμοουσίαν exprimendam hunc locum valere.

5. Ἐκπεριών] Scribendum ἐκπεριιὼν statuit ex Casaubono Bengelius. Quo quidem verbo passim utitur auctor. Infra cap. VII. καὶ σπείρῃ ἑαυτοῦ τῇ γεωργικῇ ἐκπεριιών. Et in Metaphr. *Eccle.* I. 7. τὸν ὅλον τὴν γῆν ἐκπεριιόντα.

6. Ἄλλων] Hoc παρέλκει, quia subauditur ἡμῶν, ut docet verbum ἀναθήσομεν. Aliter indignum esset hoc loco BENGEL.

7. Τῷ τῶν ὅλων αἰτίῳ] Sic Vossius & Bengelius. Et recte quidem: ἀναθήσομεν ---- τῷ τῶν ὅλων αἰτίῳ. Planam reddit orationem parenthesis ex Bengelio accepta. At Delarue, καὶ τῷ ὅλων αἰτίῳ.

8. Μεληγορεῖν] Al. μεγαληγορεῖν. Sed audiendus Bengelius: „ Μεληγορεῖν, inquit, haud scio an apud alios occurrat auctores; & heic tamen aptius est: respice ὑμνεῖν „ καὶ αἰνεῖν supra sub finem cap. III. Accedit analogia „ [illegible], ὑμναγόρας; &, quod ad priorem compositionis „ partem attinet, μελουργία, quod Cyri Germani verbum est, pariter ignotum lexicis. „

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 255.



θρώπων, τούτῳ ὅς με ἐκ παίδων κρίσει τινὶ μεγάλῃ οἰκονομεῖν τε καὶ τιθηνεῖσθαι καὶ ἐπιτροπεύειν ἐκληρώσατο, ὁ ἱερὸς ἄγγελος Θεοῦ, ὁ τρέφων με ἐκ νεότητός μου, φησὶν ἐκεῖνος ὁ Θεῷ φίλος ἀνὴρ, τὸν αὐτοῦ λέγων δηλαδή· ἀλλ' ὁ μὲν μέγας ὤν, ἀναλόγως μέγιστόν τινα (ἤτοι ἄλλον ὅστις ἂν ἐκεῖνος ᾖ, ἢ καὶ αὐτὸν ἴσως τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, τὸν κοινὸν πάντων σωτῆρα, ὑπὸ τελειότητος μόνον ἤδη φύλακα αὐτῷ εἶναι κληρωσάμενος, οὐκ οἶδα τοῦτο σαφῶς) πλὴν ὁ μὲν τὸν ἑαυτοῦ μέγαν τινὰ, ὅς τίς ποτ' ἂν ᾖ, καὶ γινώσκων καὶ εὐφημῶν. ἡμεῖς δὲ πρὸς τῷ κοινῷ πάντων ἀνθρώπων κυβερνήτῃ, καὶ τοῦτον, ὅς τίς ποτ' ἐστὶν, ἰδίᾳ παιδαγωγὸς ἡμῶν ὄντων νηπίων. ὅς τά τε ἄλλα πάντῃ πάντα ἀγαθὸς ὢν τροφεὺς καὶ κηδεμὼν ἐμὸς, (οὐχὶ ἐμοὶ ἤ τινι B τῶν ἐμοὶ προσηκόντων φίλων· τυφλοὶ γὰρ ἡμεῖς καὶ μηδὲν τῶν ἔμπροσθεν ὁρῶντες ὥστε τι καὶ κρίνειν δύνασθαι τῶν δεόντων, ἀλλ' ἢ αὐτῷ προορωμένῳ πάντα τὰ πρὸς ὠφέλειαν τῆς ψυχῆς ἡμῶν, [1] συμφέρον εἶναι καταφαίνεται.) πάλαι τε καὶ νῦν ἔτι ἐκτρέφει τε καὶ παιδεύει καὶ χειραγωγεῖ· καὶ δὴ πρὸς πᾶσι τοῖς ἄλλοις, καὶ συνάψαι με τῷ ἀνδρὶ τούτῳ· τοῦτο δὴ τὸ κεφαλαιωδέστατον πάντων, ᾠκονομήσατο, οὔτε γένει καὶ αἵματί μοι ἀνθρωπίνῳ τινὶ προσήκοντα, οὔτε ἄλλως προσοικοῦντα, ἢ ὄντα τινὰ τῶν πλησιοχώρων, οὔτε καὶ ὁμοεθνῆ ὅλως (ταῦτα δὴ αἱ προφάσεις φιλίας καὶ ἑνώσεως τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων γίνεται) ἀλλὰ συνελόντι εἰπεῖν, ἀγνῶτας, ἀλλοτρίους, ἀπεξενωμένους, ἀλλήλων ἀφεστηκότας C πάμπολυ, ὅσον μέσα ἔθνη καὶ ὄρη καὶ ποταμοὺς διείργει ἡμᾶς, ὑπὸ τῆς θείας ὄντως καὶ σοφῆς προμηθείας εἰς ταὐτὸν ἀγαγὼν, τὴν σωτήριον ἐμοὶ σύνοδον ταύτην ἐμηχανήσατο· ἄνωθεν τοῦτο προμηθούμενος οἶμαι ἐκ πρώτης γενέσεως καὶ ἀνατροφῆς. πῶς δὲ, μακρὸν ἂν εἴη διεξιέναι, οὐχὶ ἀκριβολογουμένῳ μόνον καὶ μηδὲν παραλιπεῖν πειρωμένῳ, ἀλλ' εἰ καὶ τὰ πολλὰ παρεὶς, ἀθρόως, ὀλίγων τῶν κεφαλαιωδεστέρων μνημονεύειν ἐθελήσαιμι.

Ἀνατροφαὶ γὰρ αἱ πρῶται ἐκ γενέσεως, ἦσαν ὑπὸ γονεῦσι· καὶ πάτρια ἔθη τὰ πεπλανημένα· ὧν ἡμᾶς ἐλευθερωθήσεσθαι, οὔτε ἄλλος οἶμαι προσεδόκησεν, οὔτε καὶ ἐμοὶ ἐλπίς τις ἦν παιδίῳ μὲν ὄντι D καὶ ἀλόγῳ, ὑπὸ πατρὶ δὲ δεισιδαίμονι. εἶτα πατρὸς ἀποβολὴ καὶ ὀρφανία, [2] ἣ δή μοι τάχα καὶ ἀρχὴ τῆς τοῦ ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως ἦν. τότε γὰρ πρῶτον ἐπὶ τὸν σωτήριον καὶ ἀληθῆ μετετέθην λόγον, οὐκ οἶδ' ὅπως, κατηναγκασμένος μᾶλλον ἤπερ ἑκών. τίς γὰρ ἐμοὶ κρίσις ἦν, ὄντι τεσσαρεσκαιδεκαετεῖ; πλὴν ἐξ ἐκείνου πως ἐπιδημεῖν μέν μοι ὁ ἱερὸς ὅδε λόγος ἤρξατο εὐθὺς, οἷα δὴ ἄρτι πληρουμένου τοῦ κοινοῦ πάντων ἀνθρώπων λόγου, ἐπεδήμει δ' ὅμως τότε πρῶτον. ὃ δὴ καὶ οὐ μικρὸν, εἰ καὶ μὴ πάλαι, νῦν γοῦν ἀναλογιζόμενος ἐγὼ, σύμβολον τίθεμαι τῆς ἱερᾶς καὶ θαυμαστῆς περὶ ἐμὲ προνοίας, τὴν συνδρομὴν ταύτην οὕτω τοῖς ἔτεσι διηρθρωμένην, ἵνα τὰ μὲν φθάνοντα πάντα τήνδε τὴν ἡλικίαν, ὅσα E πλάνης ἦν ἔργα, νηπιότητι καὶ ἀλογίᾳ παραδεδομένα ᾖ· μὴ μάτην δὲ ὁ ἱερὸς παραδοθῇ λόγος, ψυχῇ οὐδέπω λογικῇ. [3] λογικῇ δὲ ἤδη γενομένῃ, εἰ καὶ μὴ λόγου θείου καὶ καθαροῦ, φόβου γοῦν τοῦ κατὰ τὸν λόγον τόνδε, μὴ ἔρημος ᾖ· ἀλλ' ὁμοῦ ὁ

A etiam qui me a puero, magno quodam judicio regendum educandumque sortitus est, sacer Angelus Dei: [a] *qui pascit me ab adolescentia mea*, ut ait ille Deo carus vir; suum ipsius videlicet intelligens. Verum hic quidem qui magnus erat, congruenter maximum quempiam (sive alium, quisquis ille fuit, sive ipsum fortasse [b] *magni consilii Angelum*, communem omnium Salvatorem, solum jam perfectionis gratia custodem adeptus; hoc equidem manifeste nescio) attamen suum ille magnum quemdam, quicumque tandem esset, & cognoscebat & prædicabat. Nos vero, præter communem omnium gubernatorem, hunc etiam quisquis est privatim pædagogus noster, qui re ipsa pueri & infantes sumus. B Qui cum in ceteris omnibus bonus semper nutritor & curator meus fuerit, (nec enim mihi aut cuiquam ex affinibus meis, qui cæci sumus, & nihil eorum quæ ante pedes sunt, videmus, ut conveniens aliquid discernere possimus; sed ipsi omnia ad animæ nostræ utilitatem prospicienti, quod utile & bonum est, statim apparet) ut olim me, ita nunc quoque alit, & erudit ac manu ducit: tum præter alia omnia, conjungi me cum hoc viro, quod omnium certe summum est, & cum eo versari fecit: qui nec genere, nec sanguine ullo conjunctus, nec aliter necessarius aut vicinus neque popularis omnino erat; (quæ scilicet amoris & conjunctionis vincula inter alios esse solent) sed ut paucis dicam, ignotos, alie- C nos, peregrinos, ab invicem longe disjunctos, quanta scilicet regionum & montium ac fluminum spatia dividunt, divina vere sapientique providentia unum in locum perducens, salutarem mihi congressum hunc conciliavit: hunc ipsum mihi a primo, ut reor, ortu & educatione divinitus procurans. Quonam autem pacto, longum esset commemorare, non solum si accurate omnia persequi nihilque omittere studeam; sed quamvis multa passim præteriens, pauca summatim referre velim.

V. Prima enim educatio ab ortu ipso sub parentum cura fuit; & patrii mores erronei: a quibus liberatum iri me, neque alius, opinor, quisquam speraffet; neque mihi spes ulla erat, puero adhuc & D rationis experti, sub patre superstitioso. Secuta deinde est patris amissio, & orbitas: quæ mihi fortasse cognoscendi veri initium fuit. Tunc enim primum ad salutare verumque Verbum transii, nescio quo pacto, coactusne potius, an volens. Quodnam enim judicium mihi erat, quatuordecim annos nato? Ceterum ex eo tempore, advenire mihi sacrum hoc Verbum cœpit, quasi perfecta jam communi omnium hominum ratione; advenit sane tum primum. Quod equidem non parvum, si minus olim, nunc certe ratiocinans, sacræ & admirandæ erga me providentiæ signum duco: hunc rerum decursum intuens, annis ita distinctum, ut præcedentia hanc E ætatem omnia, quotquot fuerunt, erroris opera, infantiæ & rationis inopiæ tribuerentur; nec sacrum frustra Verbum animæ nondum rationis compoti daretur: rationis vero jam capaci, quamvis non divinæ puræque rationis, at timoris certe secundum hanc rationem, illius expers non esset: sed simul

[a] Gen. XLVIII. 15. [b] Isa. IX. 5.

1. Συμφέρον] Συμφέρω, perinde ut πρόσφορος, est verbum μέσον, unde σύμφορος, *utilis*: & tamen συμφορά, *calamitas*. Quare generatim significat *competo*, *quadro*: unde sensus hujus loci liquidus fluit: *non propinquo, sed angelo convenit*, scilicet nomen modo positum, τροφεὺς καὶ κηδεμών. Bengel.

2. Η δὴ] Hœschelius edidit ἢ ante δὴ, & ἤδη conjecit. Vossius ἢ. Conjunge, & mutata media in δὴ, lege ἢ ἤδη. Sane ἤβη incipit anno ætatis XIV. quem ipsum annum Gregorius mox nominat. Particula γὰρ subsequens & quæ deinceps adduntur usque ad οὐδέπω λογικῇ, aliquam rem postulant, post disjunctivam ἢ; quæ res potius, quam ὀρφανία, Gregorio videatur initium agnoscendi veri attulisse: attulit autem ἤβη. Neque obest τάχα, quod vi etymi (τάχιστα, ut μάλα ex μάλιστα) potius affirmat, quam addubitat. Id.

3. Λογικῇ ---- γενομένῃ] Legit Bengelius λογικὴ ---- γενομένη.

τε ἀνθρώπινος καὶ ὁ θεῖος ἄρξηται ἐν ἐμοὶ λόγος· ὁ μὲν βοηθῶν, τῇ ἀλέκτῳ μὲν ἐμοὶ, οἰκείᾳ δὲ αὐτῷ δυνάμει· ὁ δὲ βοηθούμενος. ὃ δὴ λογιζόμενον, εὐφροσύνης ὁμοῦ καὶ δέους ἀναπίπλησί με, μεγαλυνόμενον μὲν τῇ προαγωγῇ, φοβούμενον δὲ, μήπη καὶ τοιούτων ἀξιωθεὶς, τοῦ τέλους ὁμοίως σφαλῶ. ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐνεβράδυνέ μοι τῷδε τῷ μέρει ὁ λόγος, τὴν θαυμαστὴν οἰκονομίαν πρὸς τὸν ἄνδρα τόνδε ὁδῷ διηγήσασθαι θέλων, σπεύδων δὲ ὅμως πρότερον καὶ βραχυλογούμενος ἐπὶ τάδε τὰ ἑξῆς, οὐχ ὡς εὐφημίαν ὀφειλομένην τῷ οὕτως οἰκονομήσαντι ἀποδιδοὺς, ἢ εὐχαριστίαν καὶ εὐσέβειαν. (μὴ [1] φορτικοὶ μὲν οὕτως ὀνομάζοντες μὲν, ἄξιον δὲ λέγοντες οὐδέν.) ἀλλ' ὡς διήγησιν καὶ ὁμολογίαν, ἤ τι τῶν ἐπιεικεστέρων τούτων ὀνομάτων [2] ποιούμενος. ἐδόκει τῇ μόνῃ ἐκ τῶν γονέων κήδεσθαι ἡμῶν παραλειπομένῃ μητρὶ τ' ἄλλα ἐκπαιδευομένους, οἷα παῖδας οὐκ ἀγεννῶς δήθεν καὶ φύντας καὶ τρεφομένους, φοιτᾶν καὶ ῥήτορι, ὡς δὴ ῥήτορας ἐσομένους. καὶ δῆτα ἐφοιτῶμεν, καὶ ῥήτορας μὲν οὐκ εἰς μακρὰν ἔσεσθαι ἡμᾶς ἔλεγον, οἱ τότε κρίνοντες οὕτως. οὐκ ἔγωγε τοῦτο λέγειν οὔτε οἶδα, οὔτ' ἂν θελήσαιμι· λόγος δὲ οὐδεὶς ἦν τούτων, οὐδέ τις καταβολὴ, οὐδέπω τῶν τῇδε φέρειν ἡμᾶς δυναμένων αἰτιῶν. ἀλλὰ γὰρ ἄγρυπνος ὢν ὁ θεῖος παιδαγωγὸς, καὶ ἀληθὴς κηδεμὼν, οὔτε τῶν οἰκείων διανοουμένων, οὔτε καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ προθυμουμένου, [3] ἐπιὼν, συμβαλὼν τινι τῶν ἐμῶν διδασκάλων, (ἄλλως τὴν Ῥωμαίων φωνὴν ἐκπαιδεύειν με πεπιστευμένῳ, οὐκ ὡς ἐπ' ἄκρον ἥξοντα, ὡς δὲ μὴ ἄπειρος εἴην πάντῃ καὶ τῆσδε τῆς φωνῆς· ἔτυχε δὲ νόμων οὐκ ἄπειρος ὢν) [4] τοῦτο ἐπὶ νοῦν βαλὼν, προὐτρέψατό με δι' αὐτοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐκμανθάνειν νόμους. καὶ λιπαρῶς γε τοῦτο ἐποίει ὁ ἀνὴρ ἐκεῖνος, κἀγὼ μέν τοι ἐπειθόμην, τἀνδρὶ μᾶλλον χαριζόμενος, ἤπερ τῆς τέχνης ἐραστὴς ὤν. ὁ δέ με λαβὼν ἀκροατὴν, φιλοτίμως μὲν διδάσκειν ἤρχετο· [5] ἐπεφθέγξατο δέ τι, ὅ μοι ἀληθέστατα πάντων ἀποβέβηκε, μέγιστον ἔσεσθαί μοι ἐφόδιον. (τοῦτο γὰρ τοὔνομα ἐκεῖνος ὠνόμασεν.) εἴ τέ τις ῥήτωρ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀγωνιουμένων, εἴ τε καὶ ἄλλος τις εἶναι θελήσαιμι, τὴν μάθησιν τῶν νόμων. ὁ μὲν οὕτως ἀπεφθέγξατο, τείνων εἰς τὰ ἀνθρώπινα τὸν λόγον· ἐμοὶ δ' ἀτεχνῶς ὑπό τινι θειοτέρᾳ ἐπιπνοίᾳ [6] ἀποφοιβάσαι δοκεῖ, τῆς αὐτοῦ ὑπολήψεως. ἐπεὶ γὰρ ἐξεπαιδευόμην ἑκὼν καὶ ἄκων τοὺς νόμους τούσδε, δεσμοὶ μέν πως ἤδη κατεβέβληντο καὶ αἰτία καὶ ἀφορμὴ τῆς ἐπὶ τάδε ὁδοῦ, ἡ τῶν Βηρυτίων πόλις· ἡ δὲ οὐ μακρὰν [7] ἀποχέουσα τῶν ἐνταῦθα πόλις ῥωμαϊκωτέρα πως, καὶ τῶν νόμων τούτων εἶναι πιστευθεῖσα παιδευτήριον. τὸν δ' ἱερὸν τοῦτον ἄνδρα ἐκ [8] τῆς Αἰγύπτου, ἐκ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, ἔνθα τὴν ἑστίαν ἔχων ἔτυχε πρότερον, καὶ αὐτὸν ἐκίνει καὶ μεθίστη ἐπὶ τόδε τὸ χωρίον, ὥσπερ ἀπαντήσοντα ἡμῖν, ἕτερα πράγματα. οὐκ ἔγωγε καὶ τοῦτο αἰτιολογεῖσθαι οὔτε οἶδα, καὶ ἑκὼν παρήσω. οὐ μὴν ἀλλ' οὔπωγε τῆς ἐνθάδε μοι ἀφίξεως καὶ τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα συμπλοκῆς, [9] οὐδὲν οὕτως ἀναγκαῖον ἦν ὅσον ἐπὶ τοῖς νόμοις ἡμῶν, δυνατὸν ὂν καὶ

τῆς πεποιθήσεώς τε καὶ παῤῥησίας εἰς τὴν πόλιν εἰσήλαυνεν, οὐχ ἅρμασι καὶ ἵπποις καὶ ἡμιόνοις, καὶ τῷ πλήθει τῶν παρεπομένων ἐπικομπάζων, ἀλλὰ ταῖς ἀρεταῖς ἐν κύκλῳ δορυφορούμενος. πανδημεὶ δὲ προχεθέντων πάντων τῶν οἰκητόρων τοῦ ἄστεος, ὡς ἐπί τινα καινοῦ θεάματος ἱστορίαν, καὶ πάντων ἰδεῖν προθυμουμένων, τίς ἐστιν ἐκεῖνος ὁ Γρηγόριος, ὃς ἄνθρωπος ὢν τῶν νομιζομένων παρ᾽ αὐτοῖς εἶναι θεῶν, καθάπερ τις βασιλεὺς τὴν ἐξουσίαν ἔχει, προστάγματι φέρων καὶ ἄγων, ὅπουπερ ἂν ἐθέλοι τὰ δαιμόνια, καὶ ὅθεν ἂν βούληται πρὸς τὸ δοκοῦν ἐξοικίζων τε καὶ ἐνοικίζων, ὥσπερ τὰ ἀνδράποδα· καὶ τὸν θεραπευτὴν ἐκείνων φέρει, καθάπερ ἐν ἐξουσίᾳ τινὶ δουλωσάμενος, ὑπεριδόντα μὲν τῆς τιμῆς ἐν ᾗ τὸ πρότερον ἦν, τῶν δὲ προσόντων πάντων τὴν μετ᾽ αὐτοῦ διαγωγὴν ἀλλαξάμενον. τοιαύτῃ δὲ γνώμῃ πάντων προσδεχομένων αὐτὸν πρὸ τοῦ ἄστεος, ἐπειδὴ κατ᾽ αὐτοὺς ἐγένετο, πάντων εἰς ἐκεῖνον ἀτενῶς ἀποβλεπόντων, καθάπερ ὕλην ἄψυχον παριὼν τοὺς ἀνθρώπους, πρὸς οὐδένα τῶν ἐντυγχανόντων ἐπιστρεφόμενος, καὶ κατ᾽ εὐθεῖαν ἐπὶ τὴν πόλιν βαδίζων, πολὺ μᾶλλον αὐτοὺς εἰς ἔκπληξιν ἤγαγεν, ὑπὲρ τὴν φήμην τοῖς ὁρῶσι φαινόμενος. τὸ γὰρ πρῶτον εἰσελαύνοντα πόλει μεγάλῃ, μηδεμιᾶς τοιαύτης συνηθείας αὐτῷ προϋπαρχούσης, ἔπειτα μὴ καταπλαγῆναι δῆμον τοσοῦτον ἐπ᾽ ἐκείνῳ συνειλεγμένον· ἀλλ᾽ οἷον δι᾽ ἐρήμου βαδίζοντα, πρὸς ἑαυτὸν μόνον, καὶ πρὸς τὴν ὁδὸν ἀποβλέπειν, πρὸς οὐδένα τῶν περὶ αὐτὸν ἐπιστρεφόμενον ἠθροισμένων· τοῦτο ὑπὲρ τὴν ἐν τῷ λίθῳ θαυματοποιΐαν τοῖς ἀνθρώποις ἐδόκει. τούτου χάριν, ὀλιγοστῶν ὄντων, καθὼς ἐν τοῖς φθάσασιν εἴρηται, τῶν πρὸ τῆς ἐπιστασίας αὐτοῦ καταδεξαμένων τὴν πίστιν, ὡς πάσης τῆς πόλεως αὐτοῦ τὴν ἱερωσύνην τιμώσης, οὕτως εἰσῄει, στενοχωρούμενος ἁπανταχόθεν τοῖς παραπέμπουσιν.

A perculisset atque obstupefecisset; ita demum cum fiducia, libereque in civitatem ingressus est, non curribus & equis ac mulis & comitatus multitudine se ostentans, sed virtutibus circumquaque stipatus. Passim autem effusis omnibus urbis habitatoribus tamquam ad novum quoddam spectaculum videndum, & omnibus videre cupientibus, quisnam sit ille Gregorius: qui licet sit homo, in eos tamen qui apud ipsos existimantur esse dii, quasi rex aliquis potestatem habeat, pro imperio ferens & agens quocumque voluerit dæmonia, & undenam voluerit pro arbitrio tamquam mancipia expellens, & eodem iterum, si videretur, introducens; quique illorum ferat cultorem veluti vi ac potestate quadam B in servitutem redactum, despicientem & honorem in quo prius fuerat, & hujus viri consuetudinem cum omnibus quæ habuerat bonis & facultatibus commutantem. Tali autem animo atque opinione omnibus eum ante civitatem præstolantibus; cum ad ipsos pervenit, omnibus eum intentis oculis contuentibus, tamquam materiam quamdam inanimam homines prætëriens, ad neminem eorum qui occurrebant se convertens, & recta in civitatem pergens, multo magis in stuporem & admirationem eos adduxit, famam superare adspicientibus apparens. Quod enim in magnam civitatem primum ingrederetur, cum nulla ei antea ejusmodi fuisset consuetudo, deinde cum stupore non admiraretur tantum propter se populum ibi C fuisse congregatum; sed veluti per solitudinem proficiscens, ad se ipsum dumtaxat & ad viam respiceret, ad neminem eorum qui circa ipsum congregati erant se se convertens: hoc nimirum supra miraculum esse hominibus videbatur, quod in saxo translato editum fuerat. Idcirco cum pauci essent, ut supra dictum est, qui ante ejus administrationem suscepissent fidem, quasi tota civitas honorem sacerdotio ejus deferret, sic in civitatem ingrediebatur, undique compressus & coarctatus ab iis, qui ipsum prosequebantur ac deducebant.

Ἐπεὶ δὲ, πάντων ὁμοῦ εὐθὺς, ὅτε τῆς φιλοσοφίας ἥπτετο, καθάπερ τινὸς ἄχθους ἑαυτὸν ἠλευθέρωσε, καίπερ ἦν αὐτῷ πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαίων οὐδὲν, οὐκ ἀγρὸς, οὐ τόπος, οὐκ οἰκία· ἀλλὰ πάντα ἦν αὐτὸς ἑαυτῷ· μᾶλλον δὲ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ πίστις, πατρὶς αὐτῷ ἦν, καὶ ἑστία, καὶ πλοῦτος. ὡς οὖν τῆς μὲν πόλεως ἐντὸς ἦν, οἶκος δὲ αὐτῷ πρὸς ἀνάπαυσιν οὐδαμοῦ, οὐ τῆς ἐκκλησίας, οὐκ ἴδιος· θορυβουμένων τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ ὅπως ἂν καταχθείη καὶ παρὰ τίνι τὴν σκέπην εὕροι διαπορούντων· τί ταῦτα, φησὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ διδάσκαλος, ὥσπερ ἔξω τῆς τοῦ Θεοῦ σκέπης ὄντες, διαπορεῖτε, ὅπου χρὴ διαναπαῦσαι τὰ σώματα· μικρὸς ὑμῖν οἶκος εἶναι ὁ Θεὸς δοκεῖ; εἴπερ ἐν αὐτῷ ζῶμεν καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. ἢ στενοχωρεῖσθε τῇ οὐρανίῳ σκέπῃ, καὶ ζητεῖτε [1] παρ᾽ αὐτοῦ τὸ καταγώγιον ἄλλο; εἷς οἶκος ὑμῖν ἔστω διὰ σπουδῆς, ὁ ἑκάστου [2] βίος, ὁ διὰ τῶν ἀρετῶν οἰκοδομούμενος, καὶ εἰς ὕψος ἀνατεινόμενος. τοῦτο λυπείτω μόνον, μὴ τὸ τοιοῦτον ἡμῖν οἰκητήριον, ἀπαράσκευον ᾖ. αἱ γὰρ τῶν γηΐνων τοίχων περιβολαὶ τοῖς ἐν ἀρετῇ ζῶσι κέρδος οὐ φέρουσι· μᾶλλον δ᾽ ἂν εἰκότως ὑπὸ τῶν ἐν κακίᾳ μολυνομένων, ἡ τῶν τοίχων χρεία σπουδάζεται· διότι προκάλυμμα πολλάκις τῶν κρυπτῶν τῆς αἰσχύνης ὁ οἶκος γίνεται· οἷς δὲ δι᾽ ἀρετῆς ἡ [3] ζωὴ κατορθοῦται, οὐκ ἔχουσιν οἱ τοῖχοι, ὅ, τι περικαλύψωσι. ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς συνόντας διεξιόντος, ἐπιστάς τις τῶν ἐπισήμων ἀνὴρ, γένει καὶ πλούτῳ

XIV. Quoniam autem simul ut attigit philosophiam, omnibus se rebus veluti onere aliquo liberaverat; nec quidquam ei rerum ad vitam necessa- D riarum supererat, non ager, non locus, non domus: sed omnia ipse sibi erat; immo vero virtus & fides ei patria erat, & focus, & divitiæ. Ut igitur in civitatem quidem jam venisset, ad quiescendum autem nusquam ei domus esset, non Ecclesiæ, non ipsius propria; comitibus ejus tumultuantibus, & quomodo diversaretur, & apud quem tecto reciperetur, dubitantibus: Quid hæc, inquit ad eos magister, quasi extra protectionem Dei constituti, anxii atque soliciti inquiritis, ubinam corpora requiescere oporteat; anne parva vobis domus esse videtur Deus? *siquidem* [a] *in ipso vivimus, & movemur, & sumus*. An arctum & angustum ducitis cæli tectum; & aliud ab ipso diversorium quæritis? Una domus E vobis studio ac curæ sit, vita scilicet, quæ cujusque propria est, quæ per virtutes ædificatur, & in altum tollitur. Hæc solum vobis sit curæ, ne tale nobis habitacul m sit imparatum. Terrestrium enim parietum atque murorum ambitus non adferunt lucrum iis, qui cum virtute vitam degunt: potius autem ab iis qui vitiis coinquinantur, parietum usus merito expetitur: eo quod domus occultarum sæpe turpitudinum operculum sit ac velamentum: at quorum vita cum virtute transigitur, his nihil est, quod parietes contegant. Cum autem hæc iis qui cum

a Act. XVII. 28.

1. Παρ᾽ αὐτοῦ] Parif. edit. παρὰ τοῦτο, *prater hoc*. Rectius.
2. Βίος] Editio Parif. & al. ἴδιος.
3. Ἡ ζωὴ κατορθοῦται] Eadem edit cum al. ὁ βίος ἱδρύεται.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

καὶ τῇ λοιπῇ δυναστείᾳ τοῖς πρώτοις ἐναρίθμιος ὤν. Μουσώνιος ὄνομα τῷ ἀνδρί· ὃς ἰδὼν πολλοὺς περὶ τὴν αὐτὴν σπουδὴν προθυμουμένους, ὅπως ἂν τοῖς ἰδίοις οἴκοις τὸν ἄνδρα δέξοιντο, φθάσας τοὺς ἄλλους, ὑφαρπάζει τὴν χάριν, ἑαυτῷ παρακαλῶν ἐπιξενωθῆναι τὸν μέγαν, καὶ τιμῆσαι τῇ εἰσόδῳ τὸν οἶκον· ὡς ἂν σεμνότερός τε καὶ ἀοίδιμος τῷ μετὰ ταῦτα γένοιτο βίῳ τοῦ χρόνου, καὶ τοῖς ἐφεξῆς τὴν μνήμην τῆς τοιαύτης τιμῆς παραπέμποιτο. ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ συνδραμόντες περὶ τῶν ὁμοίων ἱκέτευον, δίκαιον εἶναι κρίνας δοῦναι τὴν χάριν τῷ προκατάρξαντι, τοὺς ἄλλους διὰ τῆς τῶν λόγων φιλοφροσύνης διασπασάμενός τε, καὶ ἀντιτιμήσας, παρὰ τῷ προλαβόντι κατάγεται. εἰ δὲ διηγηματική τίς ἐστι καὶ ἀκατάσκευος τῶν περὶ αὐτοῦ λόγων ἡ ἱστορία, τὰς ἐκ περινοίας τινὸς ἐφελκομένας τοῖς πράγμασιν ἐπαυξήσεις ἑκουσίως τοῦ ἡμετέρου παραλιπόντος λόγου· γένοιτο ἂν καὶ αὐτὴ τοῖς ὀρθῶς τὰ πράγματα κρίνουσιν οὐ μικρὰ μαρτυρία, [1] τοῦ μηδὲν δι' ἐπινοίας ἐπαύξεσθαι τῷ μνημονευομένῳ τὰ θαύματα· ἀλλ' ἀρκεῖν τὴν μνήμην τῶν κατ' αὐτὸν πραγμάτων πρὸς τελειώτατον ἔπαινον· οἷόν τι κάλλος αὐτοφυὲς ἐπὶ προσώπου, οὐδεμιᾷ περιεργίᾳ κομμωτικῆς τέχνης ἐπανθιζόμενον. ὄντων δὲ τῶν προκατηχουμένων τὸν λόγον ἐν ὀλίγῳ τῷ ἀριθμῷ, πρὶν παρελθεῖν τὴν ἡμέραν, καὶ ἐν δυσμαῖς γενέσθαι τὸν ἥλιον, τοσοῦτον παρὰ τὴν πρώτην συντυχίαν προσέθεντο, ὥστε πρὸς σύστημα λαοῦ, τὸ πλῆθος τῶν πεπιστευκότων ἱκανῶς ἔχειν. ὄρθρος, καὶ πάλιν ἐπὶ θύραις ὁ δῆμος, αὐτοί τε καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες, καὶ τὸ γηραιὸν τῆς ἡλικίας, καὶ οἷς τις ἦν ἐκ δαιμόνων, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς ἐπηρείας, ἡ συμφορὰ περὶ τὸ σῶμα· καὶ ἐν μέσοις ἐκεῖνος πρὸς τὴν ἑκάστου τῶν συνειλεγμένων χρείαν ἁρμοδίως τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος μεριζόμενος, κηρύσσων, συνεξετάζων, νουθετῶν, διδάσκων, ἰώμενος. τούτῳ γὰρ δὴ μάλιστα προσήγετο τοὺς πολλοὺς τῷ κηρύγματι, ὅτι συνέβαινεν ἡ ὄψις τῇ ἀκοῇ, καὶ δι' ἀμφοτέρων τῆς θείας δυνάμεως ἐπέλαμπεν αὐτῷ τὰ γνωρίσματα. τὴν μὲν γὰρ ἀκοὴν, ὁ λόγος· τὰς δὲ ὄψεις τὰ περὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐξέπλησσε θαύματα. ὁ πενθῶν, παρεκαλεῖτο· ὁ νέος, ἐσωφρονίζετο· ὁ γηραιὸς, τοῖς καθήκουσι λόγοις ἐθεραπεύετο· δοῦλοι, πρὸς δεσπότας οἰκείως ἔχειν· οἱ κρατοῦντες, τοῖς ὑποχειρίοις φιλανθρωπεύεσθαι· ὁ πενόμενος, ἕνα πλοῦτον εἶναι τὴν ἀρετὴν ἐδιδάσκετο, ἧς τις πᾶσι πρόκειται κατ' ἐξουσίαν ἡ κτῆσις· ὁ τῷ πλούτῳ κομῶν, καταλλήλως ἐνουθετεῖτο, οἰκονόμος εἶναι τῶν προσόντων, οὐ κύριος, διδασκόμενος· γυναιξὶ τὰ πρόσφορα· παισὶ τὰ σύμμετρα· πατράσι τὰ πρέποντα νέμων· καὶ πάντα πᾶσι γενόμενος, τοσοῦτον ἑαυτῷ λαὸν ἀθρόως τῇ συνεργίᾳ τοῦ πνεύματος παρεστήσατο, ὥστε πρὸς ναοῦ κατασκευὴν ὁρμῆσαι, πάντων χρήμασί τε καὶ σώμασι πρὸς τὴν σπουδὴν ὑπουργούντων.

ipso erant, diceret, accedebat vir quidam insignis, qui genere & divitiis reliquisque facultatibus erat inter primos numerandus. Musonius viro nomen erat: qui ut vidit multos eodem ferri desiderio, ut suis ædibus Gregorium exciperent, alios antevertens, gratiam hanc præripit, rogans magnum illum virum, ut suo hospitio uteretur, & introitu domum suam honoraret, ut & augustior & in sequenti sæculo celebris ac memorabilis ea redderetur, tempore etiam ad posteros memoriam ejusmodi honoris transmittente. Cum autem & alii multi concurrentes, eadem rogarent; æquum esse censens, eam gratiam concedere ei qui prævenisset, cum alios benignis verbis salutasset & vicissim honorasset, ad eum qui prior invitarat divertit. Quod si historia eorum quæ de ipso dicuntur, in nuda ac simplici narratione consistit, & incondita est, eas quæ sollerter excogitari & rebus adhiberi solent, amplificationes nostra oratione consulto prætermittente: fuerit etiam hoc iis qui recte res judicant, non exiguum testimonium, quod nihil a nobis excogitatum sit, ut miracula viri cujus memoriam celebramus, augeremus: sed ad perfectissimam laudem sufficiat rerum ab eo gestarum memoria, tamquam nativa quædam in facie pulcritudo, quæ nulla curiosa fucandi arte efflorescit. Cum autem exiguo numero essent qui sermone ante instructi fuerant; priusquam dies præteriisset & sol occidisset, adeo multi primo concursu accesserunt, ut ad constituendam populi congregationem, multitudo eorum qui crediderant, sufficeret. Postridie, simul atque diluxisset, rursus aderat populus pro foribus, & ipsi, & uxores, & liberi, & senilis ætas; & si qui aut a dæmonibus vexati, aut ab aliquo alio incommodo ac calamitate corporis afflicti essent: & ille in medio eorum ad id quod singulis ipsorum qui convenerant opus erat, congruenter se virtute spiritus impertiens, prædicans, una inquirens atque examinans, admonens, docens, sanans. Hac igitur ratione potissimum multos ad prædicationem adducebat, quod visus cum auditu congrueret ac conveniret, & per utraque divinæ virtutis in eo resplenderent notæ atque indicia. Aures etiam sermo, oculos vero in stuporem & admirationem miracula quæ circa infirmos edebantur, adducebant. Qui lugebat, consolationem accipiebat; juvenis corripiebatur, & modestior ac temperantior reddebatur: senex congruentibus ætati sermonibus curabatur: servi ut fideles essent erga dominos, instruebantur: qui potestatem in alios habebant, ut benigni & humani in subditos essent, admonebantur: pauper, solas divitias esse virtutem docebatur, cujus possessio in cujuslibet potestate est posita: qui de suis se jactabat divitiis, convenienter admonebatur; cum eorum quæ possidebat, dispensator & non dominus esse doceretur: mulieribus conducibilia: pueris convenientia: patribus ipsos decentia distribuebat: & omnibus omnia factus, tantum sibi repente auxilio Spiritus populum adjunxit, ut ad templum construendum fuerit incitatus, cum omnes afferendo tam pecunias quam operas suas, studium ipsius adjuvarent.

Οὗτός [2] ἐστιν ὁ ναὸς, οὗ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖνος τῆς κατασκευῆς κατεβάλετο· ἐπεκαλλώπισε δέ τις τῶν μετ' ἐκεῖνον, ἐκείνου ἀξίως· ὁ μέχρι τοῦ παρόντος δεικνύμενος· ὃν ὁ μέγας ἐκεῖνος εὐθὺς ἐπιστὰς, οἷόν τινα θεμέλιον καὶ κρηπῖδα τῆς ἰδίας ἱερωσύνης τῷ περιφανεστάτῳ τῆς πόλεως ἐναπέθετο, [3] θείᾳ τινὶ ὁρμῇ καὶ συνεργίᾳ κρείττονι σπουδάσας περὶ τὸ ἔργον, ὡς τῷ μετὰ ταῦτα μαρτυρεῖται χρόνῳ. σεισ-

XV. Hoc est templum, cujus constructionis ille jecit fundamenta: exornavit autem quidam ex successoribus pro illius dignitate: quod & in hodiernum usque diem ostenditur. Id vero magnus ille vir statim huic rei incumbens, veluti fundamentum quoddam ac basim sui sacerdotii, clarissimo civitatis viro commendavit, divino quodam conatu ac potiore auxilio de opere tuendo solicitus, sicut insequentis

1. Τοῦ μηδέν] Al. τὸ μηδέν.

2. Οὗτός ἐστιν ὁ ναὸς κ. τ. λ.] Ita in Græco ms. exemplari Card. Sirleti. At in cod. ms. Vat. nonnullis heic prætermissis legitur: οὗτός ἐστιν, ὁ ναὸς ὁ μέχρι τοῦ παρόντος δεικνύμενος· ὃν ὁ μέγας ἐκεῖνος εὐθὺς ἐπιστὰς κ. τ. λ. Id est: *Hoc est templum quod in hodiernum usque diem ostenditur; quod Magnus ille statim huic rei incumbens*, cet. In reliquis lectio conformis est. Voss.

3. Θείᾳ τινὶ — περὶ τὸ ἔργον] Edit. Paris. cum al. θείᾳ τινὶ δυνάμει τελειώσας τὸ ἔργον.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

μοῦ γάρ ποτε βαρύτατου [1] τὴν πόλιν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις κλονήσαντος, καὶ πάντων μικροῦ δεῖν ἄρδην ἀπολωλότων, τῶν τε δημοσίων, καὶ τῶν ἰδιωτικῶν οἰκοδομημάτων ἁπάντων [2] ἐρειπιωθέντων καὶ ἐρημωθέντων, μόνος ἔμεινεν ὁ ναὸς ἐκεῖνος ἀῤῥαγής τε καὶ ἄσειστος· ὡς καὶ διὰ τούτου φανερὸν εἶναι, μεθ' οἵας δυνάμεως ὁ μέγας ἐκεῖνος τῶν κατ' αὐτὸν πραγμάτων ἀντελαμβάνετο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πολλοῖς ὕστερον χρόνοις εἰς μαρτυρίαν τῆς τοῦ μεγάλου πίστεως παρὰ τῆς θείας ἀπεδείχθη δυνάμεως. τότε δὲ τοῖς ἀποστολικοῖς θαύμασι τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν περίοικον ἁπάντων ἐκπεπληγμένων, καὶ πᾶν τὸ παρ' αὐτοῦ λεγόμενόν τε καὶ γινόμενον, θείᾳ δυνάμει [3] πράττεσθαί τε καὶ λέγεσθαι πεπιστευκότων, οὐδὲ τῶν βιωτικῶν ἀμφισβητημάτων, ἄλλο τι δικαστήριον B ᾤοντο εἶναι αὐτοῖς κυριώτερον· ἀλλὰ πᾶσα κρίσις καὶ πᾶσα δυσδιεξόδευτος πραγμάτων πλοκὴ, ταῖς ἐκείνου συμβουλίαις διελύετο. ὅθεν εὐνομία τε καὶ εἰρήνη κοινῇ τε καὶ πᾶσι καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον διὰ τῆς ἐκείνου χάριτος ἦν· καὶ πολλὴ τῶν ἀγαθῶν ἡ ἐπίδοσις, ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ, μηδεμιᾶς κακίας τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν ἐπικοπτούσης. οὐκ ἄκαιρον δ' ἂν ἴσως εἴη, μιᾶς αὐτοῦ κρίσεως [4] μνείαν ποιήσασθαι· ὡς ἂν κατὰ τὴν παροιμίαν, ὅλον ἡμῖν γένηται καταφανὲς ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα. καὶ γὰρ ἡ θεία γραφὴ, πολλὰς τοῦ Σολομῶντος κρίσεις τοῖς ὑπηκόοις δικάσαντος, ἠρκέσθη διὰ μιᾶς, πᾶσαν τοῦ ἀνδρὸς παραστῆσαι τὴν σύνεσιν, ὅτε ταῖς δύο μητράσι δικάζων. ἐπειδὴ ἀνέγκλητον καὶ ἀνεξέλεγκτον ἦν τὸ C ἀδίκημα, κατὰ τὸ ἴσον ἑκατέρας αὐτῶν, τὸ μὲν τεθνηκὸς παιδίον οὐ προσιεμένης, τοῦ δὲ περιόντος ἀντεχομένης· ἔγνω δι' ἐπινοίας ἀνιχνεῦσαι τὴν κεκρυμμένην ἀλήθειαν. ἐπειδὴ γὰρ ἀμάρτυρον ἦν τὸ ἀδίκημα, καὶ ἰσοστάσιος ἐφ' ἑκατέρων ἥ τε τοῦ ψεύδους καὶ ἡ τῆς ἀληθείας ὑπόνοια, τὴν φύσιν εἰς μαρτυρίαν τῆς ἀληθείας ἑαυτῷ παρεστήσατο, διὰ τῆς σεσοφισμένης ἀπειλῆς τὸν σκοπὸν τῆς διανοίας ἐπικρυψάμενος. προστάξας γὰρ δῆθεν [5] τοῦ ζῶντος καὶ τοῦ τεθνηκότος τὸ σῶμα κατὰ τὸ ἴσον ξίφει διατμηθῆναι, καὶ ταῖς ἀμφοτέραις προσνεμηθῆναι τὰ τῶν τέκνων ἡμίτομα, παρέδωκε τῇ φύσει τῆς ἀληθείας τὴν κρίσιν τοῦ πράγματος. ὡς γὰρ ἡ μὲν, ἀσμένως τὸ προστεταγμένον ἐδέξατο, καὶ τὸν δήμιον [6] ἐπῆγεν· D ἡ δὲ, συγκινηθεῖσα τοῖς μητρῴοις σπλάγχνοις, ἡττῆσθαι διωμολόγει, φείσασθαι τοῦ τέκνου παρακαλοῦσα, καὶ χάριν ἔχειν εἰ ὁπωσοῦν τὸ νήπιον σώζοιτο· τοῦτο κριτήριον τῆς ἀληθείας ὁ βασιλεὺς ποιησάμενος, τῇ κατὰ τὸ ἑκούσιον ἡττηθείσῃ, τὴν νικῶσαν ψῆφον χαρίζεται, λογισάμενος ὅτι ἡ ἀφειδοῦσα τῆς τοῦ τέκνου σφαγῆς, κατηγορεῖται παρὰ τῆς φύσεως, ὡς οὐκ οὖσα μήτηρ ἐκείνου, οὗ κατεπείγει τὸν θάνατον. τίνα τοίνυν καὶ ἡμεῖς κρίσιν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου διηγησόμεθα;

A temporis testimonio comprobatum est. Cum enim gravissimus aliquando terræ motus nostris temporibus civitatem concussisset ac labefactasset, & omnia propemodum funditus periissent, cunctis tam publicis quam privatis ædificiis collapsis, disjectis ac desolatis; solum illud templum infractum & inconcussum remansit: ut vel per hoc sit manifestum, cum qua vi atque virtute vir ille magnus res suas tueretur & adjuvaret. Verum hæc quidem multis postea temporibus in testimonium fidei magni istius viri a divina potentia demonstrata sunt. Tunc autem, cum omnes tam illius civitatis incolæ, quam circumvicini, apostolicis miraculis obstupefacti essent, & quidquid ab eo vel diceretur vel fieret, divina virtute & agi & dici credidissent: ne sæcularium quidem ac temporalium controversiarum aliud ullum judicium sibi existimabant esse præstantius, majorisve auctoritatis: sed omnis quæstio disceptatioque, & omnis intricatus explicatuque difficilis negotiorum nexus, illius consiliis resolvebatur ac dirimebatur. Unde & bonarum legum constitutio, & pax atque tranquillitas, communiter omnibus & singulis erat illius beneficio, magnumque bonorum tum publice tum privatim incrementum, nulla malitia aut fraude mutuam inter illos concordiam abrumpente. Forsitan autem non intempestivum atque importunum fuerit, unius ejus judicii mentionem facere, ut juxta proverbium, totus a nobis pannus ac tela ex fimbria cognoscatur. Etenim divina Scriptura, cum Salomon multas subditorum controversias suis judiciis atque decretis diremerit, per unum solum ejus decretum satis habuit omnem viri prudentiam ostendere, quando inter duas matres judex erat [a]: quoniam injuria probari atque convinci non poterat, cum utraque earum ex æquo mortuum quidem infantem aversaretur, superstitem vero sibi vindicaret; ipse sagacitate quadam latentem veritatem investigare noverat. Quoniam enim testibus maleficium carebat, & par utrimque tam mendacii quam veritatis erat suspicio; naturam sibi in testimonium veritatis adhibuit, callidis fictisque minis quid in animo haberet, occultans. Cum enim quasi jussisset vivi & mortui corpus in æquales partes gladio dissecari, & dimidias filiorum partes utrique matrum attribui, rei veritatis judicium naturæ permisit. Ut enim una quidem, quod imperatum erat libenter excipiebat, & carnificem urgebat: altera vero maternis commota visceribus se victam esse concedebat, rogans ut filio parceretur; seque gratiam esse habituram ajebat, si quomodocumque infans servaretur: hoc esse veritatis indicium rex decernens, eam quæ sua sponte victa fuerat, victricem sua sententia pronuntiat, reputans quod ea quæ non curaret interfici filium, a natura argueretur non esse mater illius cujus necem urgebat. Quodnam igitur nos quoque magni Gregorii judicium atque decretum enarrabimus?


Δύο τινὲς ἀδελφοὶ, νέοι τὴν ἡλικίαν, ἄρτι τὸν E πατρῷον ἐν ἑαυτοῖς διελόμενοι κλῆρον, λίμνης ἀντεποιοῦντο μιᾶς, πᾶσαν ἔχειν φιλονεικοῦντες ἑκάτερος, καὶ οὐ παραδεχόμενος τὸν ἄλλον ὁ ἕτερος εἰς κοινωνίαν τῆς κτήσεως. γίνεται οὖν τῆς δίκης κύριος, ὁ διδάσκαλος· καὶ κατὰ τὸν τόπον γενόμενος, τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ νόμοις ἐκέχρητο πρὸς τὴν δίαιταν· εἰς καταλλαγὰς ἄγων, καὶ συμβῆναι παρακαλῶν διὰ φιλίας τοὺς νέους, καὶ τὸ τῆς εἰρήνης κέρδος προ-

XVI. Duo quidam fratres ætate juvenes, qui paternam inter se hereditatem nuper diviserant, stagnum unum vindicabant, totum uterque habere contendens, & neuter alterum in societatem possessionis admittens. Permittitur igitur Magistro litem dirimendi libera potestas: qui cum ad locum venisset, suis ipsius legibus usus est ad arbitrium, reconciliationem suadens, & ut amice inter se concordarent, pacisque lucrum pluris quam id quod ex proventibus

a III. Reg. III.

1. Τὴν πόλιν — κλον.] Edit. Paris. τῇ πόλει — γεγενημένου.
2. Ερειπ.] Sic & edit. Paris. Forte legendum ἐῤῥιφθέντων.
3. Πράττεσθαί τε καὶ] Al. πελᾶσθαι καὶ.
4. Μνείαν] Al. cum edit. Paris. μνήμην.
5. Τοῦ ζῶντος] Al. & edit. Paris. τοῦ περιόντος, superstitis. Mox eadem editio διατμηθῆναι ἀμφοτέραις προσνεμηθῆναι.
6. Ἐπῆγεν] Al. cum edit. Paris. ἐπῆγε. Paullo post, χάριν γὰρ ἔχειν, εἰ κ. τ. λ. gratiam enim se habituram aiebat, si cet.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
255.



τιμιώτερον [1] τοῦ ἐκ τῆς προσόδου ποιήσασθαι· τὸ μὲν γὰρ, εἰς ἀεὶ παραμένει καὶ ζῶσι καὶ τελευτῶσι· τὸ δὲ, πρόσκαιρον μὲν τὴν ἀπόλαυσιν, αἰώνιον δὲ τὴν ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ κατάκρισιν ἔχει· καὶ ὅσα εἰκὸς ἦν ἐκεῖνον λέγειν, καταστέλλοντα τὸ ἄτακτον τῆς νεότητος. ἐπεὶ δὲ ἄπρακτος ἦν ἡ παράκλησις, καὶ ἡ νεότης ἐφλέγμαινε, καὶ εἰς θυμὸν ἐξεκαίετο πλείονα τῇ ἐλπίδι τοῦ κέρδους περιοιδαίνουσα· καὶ στρατὸς ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν ὑποχειρίων παρεσκευάζετο, καὶ πολυχειρία φονῶσα θυμῷ καὶ [2] ὀργῇ στρατηγουμένη, καὶ ὥριστο τῆς συμπλοκῆς ὁ καιρός· μελλούσης δὲ κατὰ τὴν ὑστεραίαν τῆς μάχης ἐξ ἑκατέρων συῤῥήγνυσθαι, παραμείνας ταῖς ὄχθαις τῆς λίμνης ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ διακαρτερήσας ἐν ἀγρυπνίᾳ τὴν νύκτα, Μωσαϊκήν τινα θαυματουργίαν ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἔδειξεν· οὐ πληγῇ ῥάβδου πρὸς δύο τμήματα τὸν βυθὸν διασχίσας, ἀλλ' εὐχῇ πᾶσαν αὐτὴν ἀθρόως ἀποχερσώσας, ἤπειρον [3] ἐποίησε τῷ ὄρθρῳ τὴν λίμνην, ξηράν τε καὶ ἄνικμον, ὡς μηδὲ ἐν τοῖς κοίλοις ἔχειν τι τοῦ ὕδατος λείψανον, τὴν πρὸ τῆς εὐχῆς πελαγίζουσαν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα τῇ θείᾳ δυνάμει δικάσας, πάλιν πρὸς ἑαυτὸν ἀνεχώρει· τοῖς δὲ νέοις ἡ ἐκ τῶν ἔργων ἀπόφασις, τὴν φιλονεικίαν διέλυσε. μὴ γὰρ ὄντος τοῦ ὑπὲρ οὗ τὸν κατ' ἀλλήλων ἐξήρτυον πόλεμον, εἰρήνη τὸν θυμὸν διεδέξατο, καὶ πάλιν ἑαυτὴν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς ἡ φύσις ἐγνώρισε. καὶ νῦν ἔστιν ἰδεῖν τῆς θείας ἐκείνης ἀποφάσεως ἐναργῆ τὰ σημεῖα. κύκλῳ γὰρ τῆς ποτε λίμνης ἴχνη τινὰ τῆς τοῦ ὕδατος ἐπικλύσεως, εἰσέτι καὶ νῦν διασώζεται. τὸ δ' ὅσον βύθιον ἦν, καὶ ἐν πυθμένι τοῦ ὕδατος, ἅπαν μετεσκευάσθη εἰς ἄλση, καὶ οἴκησιν, καὶ λειμῶνας, καὶ ἄροσιν. Ταύτης οἶμαι τῆς δίκης, μηδ' ἂν αὐτὸν ἐκεῖνον Σολομῶντα τὸν ὀνομαστὸν, τῶν πρωτείων ἀμφισβητῆσαι· τί γὰρ τοσοῦτον εἰς ἀρετὴν, ἀποσῶσαι τὸ τῶν μητρῴων δύο μαζῶν βρέφος ἓν ὑπομάζιον· ᾧ τὸ ἴσον ἦν πάντως εἰς σωτηρίαν, εἴτε παρὰ τῆς γεννησαμένης, εἴτε καὶ παρὰ τῆς ἑτέρας αὐτῶν τὰ τῆς ἀνατροφῆς ἐσπουδάζετο· ἢ δύο νεανίας βραβεῦσαι τὴν σωτηρίαν; οἳ νῦν ἐπὶ τὰ τοῦ βίου πράγματα παρελθόντες, ἐν ἀκμῇ τῆς νεότητος, κατ' αὐτὸ τῆς ἡλικίας τὸ ἄνθος, τῷ [4] θυμῷ πρὸς τὸν κατ' ἀλλήλων φόνον ἑαυτοὺς παροιστρήσαντες, ἔμελλον θέαμα φρικτὸν ἐν τοῖς τότε μετ' ὀλίγον ἐπιδειχθήσεσθαι, κατ' ἀλλήλων τὰς χεῖρας ὁπλίσαντες· ἐφ' ὧν ἐλπὶς ἦν, ἢ ἀμφοτέρους ὑπ' ἀλλήλων φθαρήσεσθαι, ἢ τὸν ἕνα γενέσθαι πάντως ἐν τῷ τῆς ἀδελφοκτονίας μιάσματι· ἵνα [5] παρῶμεν τοὺς ἑκατέροις τούτων συμπαρατασσομένους ἐν τῷ ἴσῳ θυμῷ, οἷς εἷς ὅρος τῆς κατ' ἀλλήλων ὁρμῆς, ὁ τῶν ἀντιτεταγμένων θάνατος ἦν. ὁ τοίνυν ἤδη κατ' αὐτῶν κυρωθεῖσαν ὑπὸ τῆς τοῦ πονηροῦ στρατηγίας τὴν τοῦ θανάτου ψῆφον διὰ τῆς εὐχῆς ἀναλύσας, καὶ τὴν φύσιν πάλιν πρὸς ἑαυτὴν καταλλάξας, καὶ μεταβαλὼν εἰς εἰρηνικὰς εὐφροσύνας τὴν περὶ τοὺς φόνους σπουδήν· πόσῳ μᾶλλον εἰκότως ἐπὶ τῇ κρίσει θαυμάζοιτο, παρὰ τὸν τὴν κακουργίαν τῆς ἑταιρίδος φωράσαντα; τὸ γὰρ ἐπὶ τῷ ὕδατι θαῦμα, πῶς ἀθρόως εἰς χέρσον μετεσκευάσθη τὸ πλόϊμον, καὶ πεδίον ἐγένετο, καὶ κοῖλον ἡ λίμνη· καὶ πῶς ἡ ἀντὶ θαλάσσης οὖσα τῷ τόπῳ τὸ πρότερον, νῦν πρὸς καρπῶν ἄνεισι φοράν· τοῦτο σιγᾷν οἶμαι καλῶς ἔχειν μᾶλλον, ἢ διεξιέναι τῷ λόγῳ, μὴ δυναμένῳ κατ' ἀξίαν συνεπαρθῆναι τῷ διηγήματι. τί γὰρ τοιοῦτον

capere possent, æstimarent, adolescentes adhortans. Nam pacis quidem commoda in perpetuum & viventibus & mortuis permanere; redituum autem usum ad tempus quidem durare, æternam vero ob injuriam habere condemnationem: & quæcumque par erat eum dicere, ad reprimendam insolentiam & immoderatam cupiditatem juventutis. Cum autem sine fructu esset ejus adhortatio, & juventus exæstuaret, ac majori ira incenderetur spe lucri intumescens, & utrimque ex subditis pararetur exercitus, & magna manus cædis avida, furore atque ira ducibus utens instrueretur; tempusque conflictus præstitutum esset: pridie ejus diei quo prœlium utrumque committendum fuerat, cum homo Dei ad ripas stagni permansisset, noctemque totam in vigiliis peregisset, miraculum quoddam Mosaicum [a] in aqua edidit, non quidem percussione virgæ profundum in duas partes discindens, sed oratione omnem eum lacum repente in incultam ac vastam terram redigens, continentem diluculo effectum ostendit aridum, & humoris expertem; adeo ut ne in concavis quidem locis ullas aquæ reliquias haberet, qui ante orationem instar pelagi exundabat. Atque ille quidem divina virtute hoc interposito decreto, rursus domum redibat: adolescentibus autem rebus ipsis, lata sententia contentionem diremit. Cum enim id non amplius esset cujus caussa bellum inter se parabant, pax iram est consequuta, & rursus natura se se in fratribus ostendit. Ac nunc quoque videre licet divinæ illius sententiæ evidentia signa. Nam undique circum illum locum qui olim lacus fuit, vestigia quædam inundationis aquæ adhuc etiam nunc exstant. Quidquid autem tunc erat submersum & in fundo aquæ, totum id transmutatum est in nemora, loca habitata, prata & arva. Hoc judicium, quin primas teneat, ne ipsum quidem clarissimum illum Salomonem opinor in dubium revocaturum. Quid enim tantum ad virtutem habet momenti, conservasse unum infantem, ad ubera duarum matrum adhuc lactentem: cui ad salutem perinde prorsus erat, sive a matre, sive ab altera ipsarum sibi alimenta procurarentur: quam duobus adolescentibus tribuisse salutem? qui nunc ad res sæculi progressi, in vigore juventutis, circa ipsum ætatis florem, ira eos ad mutuam cædem stimulante, cum alter in alterius necem manus armasset, horrendum hominibus illius ætatis spectaculum paullo post edituri erant: de quibus periculum erat, ne vel ambo mutuis cædibus conficerentur, vel alter omnino fraterna se nece contaminaret: ut omittamus eos, qui una cum utroque horum pari furore in acie stabant; quorum hoc unum propositum ac studium erat, ut adversarios suos morte afficerent. Qui ergo jam decretam ductu maligni spiritus, mortis in eos sententiam per preces rescidit, & naturam rursus secum reconciliavit, cædisque studium in pacificam lætitiam convertit: quanto magis is jure admiratione dignus, caussa judicii atque decreti videri debet; quam is, qui meretriculæ maleficium deprehendit? Nam quod in aqua editum est miraculum, quomodo repente in terram incultam mutatum sit quod erat navigabile, & campus & cavum effectum sit stagnum; & quo pacto id quod pro mari, loco illi prius erat, nunc ad fructus producendos colatur: consultius esse reor id silentio præterire, quam oratione persequi, quæ pro dignitate rei de qua fit narratio, nequeat extollere miraculum. Quid enim hujusmodi didicimus in iis quæ perscripta sunt miraculis, ut huic comparando

a Exod. xvi.

1. Τοῦ ἐκ τῆς] Edit. Paris. & al. τῶν ἐκ τῆς. Et mox τὴν μὲν γὰρ παραμένειν καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασι· τῶν δὲ προσκ.
2. Καὶ ὀργῇ] Al. καὶ νεότητι. Sic & edit. Paris.
3. Ἐποίησε] Al. cum edit. Paris. ἔδειξε.
4. Τῷ θυμῷ] Al. τοῦ θυμοῦ --- αὐτοῖς παροιστρήσαντος. aliter edit. Paris. Mox θέαμα πικρὸν τοῖς τότε.
5. Παρῶμεν] Edit. Paris. & al. παρῶμαι.

ἐν τοῖς ἀναγράπτοις θαύμασι μεμαθήκαμεν, ὡς δύνασθαι εἰς ἴσον ἐλθεῖν τούτῳ διὰ συγκρίσεως; ἔστησεν ὁ τοῦ Ναυὴ Ἰησοῦς τὸ τοῦ Ἰορδάνου ῥεῖθρον· ἀλλ' ἕως ἡ κιβωτὸς ἦν ἐν τῷ ὕδατι· περαιωθέντος δὲ τοῦ λαοῦ καὶ τῆς κιβωτοῦ διελθούσης, ἀπέδωκε πάλιν τῷ ῥείθρῳ τὸ συνῆθες. γυμνοῦται τοῦ ὕδατος ἐν τῷ ἐρυθραίῳ πελάγει τὸ τῷ [1] βυθῷ ὑποκείμενον, ἀπωσθείσης ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐπὶ τὰ πλάγια τῆς θαλάσσης· ἀλλὰ ὁ χρόνος τοῦ θαύματος ἦν, ἡ τοῦ στρατοῦ πάροδος, ἡ διὰ τοῦ ξηροῦ κατὰ τὸν βυθὸν γενομένη· μετὰ τοῦτο δὲ πάλιν μία τοῦ ὕδατος ἡ ἐπιφάνεια γίνεται· καὶ τὸ πρὸς ὀλίγον διαιρεθὲν, συνεκλείσθη. ἐνταῦθα δὲ τὸ ἅπαξ γενόμενον, ἔμεινεν οἷον ἐγένετο ὡς μὴ ἀπιστεῖσθαι τῷ χρόνῳ τὸ θαῦμα, διὰ τῶν φαινομένων εἰς τὸ διηνεκὲς μαρτυρούμενον. τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν λίμνην λεγόμενά τε καὶ δεικνύμενα, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

par fieri possit? Firmavit Jesus filius Nave fluentum Jordanis [a]; sed tantisper, donec arca in aqua esset: cum autem trajecisset populus & arca transiisset, iterum ad cursum consuetum rediit fluvius. Nudatur aqua in mari rubro [b], id quod profundo subjectum erat; mari a spiritu ad utrumque latus submoto atque protruso: sed miraculum tamdiu durabat, dum exercitus qui in profundo per aridam ibat, traduceretur: postea vero rursus una aquæ facies apparuit; & quod ad exiguum tempus fuerat divisum, rursus contractum atque conclusum est. Heic vero quod semel factum est, remansit quale factum erat; ne temporis decursu fides non habeatur miraculo, quod signa quæ apparent testantur in perpetuum. Atque ea quæ de lacu ac stagno quidem & dicuntur & ostenduntur, hoc modo se habent.


Ἕτερον δὲ μετὰ τοῦτο θαῦμα τοιοῦτον παρ' αὐτοῦ δείκνυταί τε καὶ μνημονεύεται. ποταμός τις παρ' αὐτοῖς διαῤῥεῖ τὸν χῶρον, αὐτῷ τῷ ὀνόματι, τὸ τραχὺ καὶ ἀνήμερον ἐπισημαίνων τοῦ ῥεύματος. Λύκος γὰρ διὰ τὸ βλαπτικὸν εἶναι, παρὰ τῶν προσοικούντων ἐπονομάζεται. οὗτος, πολὺς μὲν, καὶ ἐκ τῶν πηγῶν καταφέρεται τῆς Ἀρμενίας, [2] τῆς φορᾶς αὐτῷ διὰ τῶν ὑπερκειμένων ὀρῶν δαψιλὲς ἐπιχορηγούσης τὸ ῥεῖθρον. κοῖλος δὲ πανταχοῦ τὰς ὑπωρείας τῶν κρημνῶν ὑπορρέων πολὺ μᾶλλον ταῖς χειμερίαις χαράδραις ἀποτραχύνεται, πάσας εἰς ἑαυτὸν τὰς ἐκ τῶν ὀρῶν συῤῥοίας ὑπολαμβάνων. ἐν δὲ τῷ ὑπτίῳ τῆς χώρας, δι' ἧς διεξέρχεται, πολλάκις ταῖς ἑκατέρωθεν κρηπῖσι στενοχωρούμενος, κατά τι μέρος ὑπερεχεῖτο τῆς ὄχθης, κατὰ τὸ πλάγιον, ἅπαν ἐπικλύζων τῷ ῥείθρῳ τὸ [3] ὑποκείμενον· ὥστε συνεχεῖς κατὰ τὸ ἀπροσδόκητον τοῖς παροικοῦσι, τῷ τόπῳ τοὺς κινδύνους ἐπάγεσθαι, ἀωρὶ τῶν νυκτῶν, ἢ καὶ μεθ' ἡμέραν πολλάκις τοῦ ποταμοῦ τοῖς ἀγροῖς ἐπεμβαίνοντος· ὅθεν οὐ φυτὰ μόνον καὶ σπέρματα, καὶ βοσκήματα τῇ τῶν ὑδάτων φορᾷ διεφθείρετο, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἥπτετο τῶν οἰκητόρων ὁ κίνδυνος, ἀπροόπτως ἐν τῇ ἐπικλύσει τοῦ ὕδατος ἐν ταῖς οἰκίαις ναυαγούντων. τῶν τοίνυν προκατορθωθέντων τῷ μεγάλῳ θαυμάτων, εἰς ἅπαν διαπεφοιτηκότων τὸ ἔθνος, ἀναστάντες οἱ κατὰ τὸ μέρος [4] ἐκεῖνο τῷ ποταμῷ προσοικοῦντες, ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ παῖδες πανδημεὶ πάντες, ἱκέται τοῦ μεγάλου γίνονται, δεόμενοι λύσιν αὐτοῖς τινα τῶν κακῶν ἐξ ἀνελπίστων πορίσασθαι. ἅπαντα γὰρ ἐν αὐτῷ τὸν Θεὸν ἔλεγον δύνασθαι, ὅσα ταῖς ἀνθρωπίναις ἐπινοίαις καὶ διανοίαις ἐστὶν ἀμήχανα. μηδὲν γὰρ τῶν εἰς βουλήν τε καὶ δύναμιν ἀνθρωπίνην ἡκόντων, παρ' αὐτῶν ἐλλειφθῆναι, λίθοις καὶ χώμασι, καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς τὰ τοιαῦτα τῶν κακῶν εἴωθεν ἐπινοεῖσθαι, πάντα πεποιηκότων, καὶ ἀντισχεῖν πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ μὴ δυνηθέντων φοράν· καὶ ὡς ἂν μάλιστα παρ' αὐτῶν [5] ἐπαχθείη πρὸς ἔλεον, αὐτόπτην ἠξίουν γενέσθαι τῆς συμφορᾶς, καὶ μαθεῖν ὡς οὔτε δυνατῶς εἶχον μεταθεῖναι τὴν οἴκησιν, καὶ ὅτι πάντοτε αὐτοῖς ὁ θάνατος ἐπὶ τῇ ὁρμῇ κεῖται τοῦ ὕδατος. γενόμενος τοίνυν κατὰ τὸν τόπον, (οὐδεὶς γὰρ ὄκνος αὐτῷ τὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν σπουδὴν διεκώλυεν.) οὔτε ὀχήματος, οὔτε ἵππων, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν διαγαγεῖν αὐτὸν δυναμένων προσδεηθεὶς· ἀλλὰ βακτηρίᾳ τινὶ [6] ἐπερειδόμενος, πᾶσαν διήνυσε τὴν ὁδὸν, καὶ ἅμα προσφιλοσοφῶν τοῖς τῆς ὁδοῦ κοινωνοῖς αὐτῷ περὶ τῆς ὑψηλοτέρας ἐλπίδος· ἐν οἷς ἀεὶ

XVII. Alterum vero ejus post hoc miraculum, tale ab ipso factum & ostenditur & memoratur. Fluvius quidam regionem illorum præterfluit, ipso nomine, quam sit asperum & immane fluentum, indicans. *Λύκος* enim, id est, lupus, eo quod noxius esse soleat, ab accolis cognominatur. Hic copiosus quidem ac vehemens etiam ex fontibus delabitur Armeniæ, unde cum magno aquæ impetu per impendentes montes defluens, largum ei fluentum suppeditat. In concavis autem locis ubique præcipitiorum radices subterfluens, multo magis torrentibus ac voraginibus hybernis exasperatur, omnes ex montibus confluentes aquas in se recipiens. Cum vero in supina ac plana quam præterfluit regione, sæpe suis crepidinibus atque marginibus coangustaretur, in aliqua parte super ripas effundebatur, omne subjectum solum suo fluento per transversum inundans; adeo ut ejus loci accolis ex improviso continua inferret pericula, nocte intempesta, aut etiam interdiu frequenter flumine in agros irruente. Unde non plantæ solum ac semina & pecora impetu aquarum interibant, sed etiam ad ipsos usque habitatores periculum perveniebat, quippe qui ex improvisa aquæ inundatione veluti naufragio quodam domi opprimebantur. Cum igitur fama miraculorum ante a magno Gregorio editorum, per universam nationem increbuisset, surgentes qui ad illam fluminis partem habitabant, viri simul cum uxoribus & liberis supplices palam omnes magno illi viro fiunt, rogantes ut aliquo remedio eos ab insperatis malis liberaret. Ajebant enim Deum in eo posse omnia, quæ nullis consiliis sensibusque humanis excogitari ac confici possent. Nihil enim a sese eorum quæ spectant ad consilium & vires humanas, prætermissum esse, saxis & aggeribus objiciendis, & si quid aliud adversus ejusmodi mala excogitari soleat, omnia tentasse, & adversus impetum mali resistere non potuisse. Et quo maxime ab ipsis adduceretur ad misericordiam, rogabant, ut ipse inspector calamitatis esse vellet ac cognoscere, ne fieri quidem posse, ut habitationem transferrent; quodque omni tempore mors ipsis ab impetu aquæ immineret. Cum igitur ad locum venisset, (nulla enim cunctatio atque ignavia ei ad studium boni impedimento erat) neque vehiculo, nec equis, nec alia re quapiam qua transvehi posset, indigens, sed baculo cuidam innitens, totum iter confecit; simul etiam cum viæ sociis de sublimiore

[a] Jos. III. [b] Exod. XIV. Psal. CXIII. 3.

1. Τῷ βυθῷ] Al. τοῦ βυθοῦ. Sic & edit. Paris.
2. Φορᾶς] Sic Vossiana Moguntina editio. At Paris. χώρας.
3. Ὑποκείμ.] Al. cum edit. Paris. ὑπερκείμ. Et paullo ante ὑπερχεῖται.
4. Ἐκεῖνο] Al. ἐκείνῳ. Sed nostram lectionem exhibet quoque Paris. edit.
5. Ἐπαχθείη] Al. ἐναχθείη, ut habet edit. Paris.
6. Ἐπερειδόμενος] Al. στηριζόμενος. Sic etiam Paris. edit.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



κατὰ τὸ προηγούμενον διατρίβων, τὰ ἄλλα πάρεργα A τῆς προτιμοτέρας ἐποιεῖτο σπουδῆς.

Ὡς οὖν ὑπεδείχθη παρά τε τῶν [1] προηγησαμένων ἡ τοῦ ῥείθρου παρατροπὴ, καὶ αὐτὸ τὸ φαινόμενον τὴν συμφορὰν διηρμήνευεν, εἰς βαθεῖαν χαραδρωθέντος τοῦ τόπου φάραγγα διὰ τῆς τῶν ὑδάτων ἐμπτώσεως· ταῦτά φησι πρὸς τοὺς συνειλεγμένους· οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων, ἀδελφοὶ, τὸ διαλαμβάνειν ὅροις τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν· μόνης τῆς θείας δυνάμεως ἔργον τὸ τοιοῦτόν ἐστιν, ἐντὸς ὅρων κατακλείειν τὴν τῶν ὑδάτων φοράν. οὕτως γάρ, φησι, πρὸς τὸν Θεὸν ὁ προφήτης, ὅτι ὅριον ἔθου, ὃ οὐ παρελεύσεται. μόνῳ τῷ δεσπότῃ τῆς κτίσεως (Χριστῷ [2]) ἡ τῶν στοιχείων φύσις ἐστὶν B ὑποχείριος, ἐν οἷς ἂν ταχθῇ τόποις, εἰς τὸ διηνεκὲς παραμένουσα. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ Θεός ἐστιν ὁ νομοθετῶν τοὺς ὅρους τοῖς ὕδασι, μόνος ἂν ἐκεῖνος τῇ ἰδίᾳ δυνάμει καὶ τοῦ ποταμοῦ τούτου τὴν ἀταξίαν πεδήσειεν. εἶπε, καὶ οἷον εὐθὺς ἐξ ἐπιπνοίας θεοπρεποῦς γενόμενος, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸν Χριστὸν αὐτῷ σύμμαχον πρὸς τὸ προκείμενον ἐλθεῖν ἐπευξάμενος, καταπήγνυσι τὴν βακτηρίαν ἣν διὰ χειρὸς ἔφερε, κατὰ τὸν διεφθορότα τόπον τῆς ὄχθης. διάβροχος δὲ οὖσα κατ' ἐκεῖνο ἡ γῆ καὶ σομφώδης, ῥᾳδίως ὑπενόστησε κατὰ τὸ βάθος, τῷ τε βάρει τῆς βακτηρίας ἅμα καὶ τῇ χειρὶ τοῦ πηγνύντος ὑπείξασα. εἶτα τοῦτο καθάπερ τι κλεῖθρον γενέσθαι καὶ κώλυμα τῆς τῶν ὑδάτων ἀταξίας τῷ Θεῷ ἐπευξάμενος, C πάλιν ὑπέστρεφεν, ἔργῳ δείξας ὅτι πᾶν τὸ παρ' ἐκείνου γινόμενον, ὑπὸ θείας ἐνηργεῖτο δυνάμεως. εὐθὺς γὰρ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον, ἡ μὲν βακτηρία ταῖς ὄχθαις ἐῤῥιζωθεῖσα, δένδρον ἐγένετο· τῷ δὲ ῥείθρῳ τὸ φυτὸν ὅρος ἐπάγη, καὶ μέχρι τοῦ νῦν τοῖς ἐπιχωρίοις θέαμα γίνεται τὸ φυτὸν καὶ διήγημα. Ὅταν γὰρ ἐξ ἐπομβρίας τε καὶ χειμάῤῥων ὁ Λύκος ἐκεῖνος πλημμυρῶν κατὰ τὸ συνήθες καὶ τραχυνόμενος φέρηται, [3] φοβερῶς ἐπικαχλάζων τῷ ῥεύματι· τότε περὶ τὸν πυθμένα τοῦ δένδρου κατὰ τὸ ἄκρον ἐπιψαύσας τῷ ὕδατι, πάλιν ὀγκωθεὶς κατὰ τὸ μέσον συστέλλει τὸ ῥεῖθρον, καὶ οἷον φοβούμενος ἐμπελάσαι τῷ δένδρῳ, κυρτῷ τῷ κύματι παραμείβει τὸν χῶρον. τοιαύτη τοῦ μεγάλου Γρηγορίου ἡ δύναμις, μᾶλλον δὲ D τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐνεργοῦντος τὰ θαύματα ἐν ἐκείνῳ. καθάπερ γὰρ ὑποχειρία τις οὖσα τῶν στοιχείων ἡ φύσις, ἐδείκνυτο πρὸς τὸ δοκοῦν ἀλλασσομένη τοῖς ἐπιτάγμασιν· ὥστε λίμνην μὲν εἰς πυροφόρον χώραν μετατεθῆναι, τὰς δὲ χαράδρας τοῦ ὕδατος οἰκισθῆναι, τῆς βακτηρίας [4] ἐγγυωμένης τὸ ἀσφαλὲς τοῖς οἰκήτορσιν. ὄνομα δὲ μέχρι καὶ νῦν ἐστι τῷ δένδρῳ, ἡ Βακτηρία, μνημόσυνον τῆς Γρηγορίου χάριτος καὶ δυνάμεως, τοῖς ἐγχωρίοις ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ σωζόμενον. τί βούλει τούτοις τῶν προφητικῶν θαυμάτων ἀντιπαρατεθῆναι διὰ συγκρίσεως; εἴπω τὴν τοῦ Ἰορδάνου τομὴν, ἣν τῇ πληγῇ τῆς μηλωτῆς ὁ Ἠλίας πρὸ τῆς ἀνόδου πεποίηται, καὶ μετ' αὐτὸν Ἐλισσαῖος ὁ κληρονόμος τῆς μηλωτῆς καὶ τοῦ πνεύματος; ἀλλ' E ἐπὶ τούτων, μόνοις τοῖς προφήταις ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς χρείας σχισθέντος τοῦ ὕδατος, διὰ τοῦ ῥεύματος διαβατὸς ὁ Ἰορδάνης ἐγένετο, τοσοῦτον διασχὼν ἐν ἑαυτῷ τὸ ῥεῖθρον, ὅσον τοῖς ποσὶ παρασχεῖν τῶν προφητῶν, διὰ ξηροῦ τοῦ πυθμένος ἐνδιοδεῦσαι· [5] τοῖς δὲ ἐφεξῆς χρόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς τῶν ἀνθρώπων τοιοῦτος ἦν, οἷος καὶ πρόσθεν ἦν. ὁ δὲ Λύκος ἐκεῖνος ἅπαξ ἀπωσθεὶς τῆς ἀτάκτου φορᾶς,


A spe philosophicos sermones conferens: in quibus se præcipue semper exercens, reliqua præ potiori illo studio quasi accessoria quædam faciebat.

XVIII. Ut igitur ab iis qui duces itineris ei fuerant, ostensum est fluminis divortium, & idipsum quod apparebat calamitatem declarabat, cum per aquarum irruptionem locus in profundam lacunam atque voraginem excavatus esset, hæc dicit ad eos qui congregati erant: Non est hominum, fratres, terminis motum aquæ circumscribere: solius divinæ potentiæ opus ejusmodi est, aquarum impetum intra terminos concludere. Sic enim ad Deum ait Propheta: [a] *Posuisti terminum, quem non præteribit.* Soli B Domino creaturæ (Christo) est subdita elementorum natura, in quibuscumque locis collocata fuerit, in iis perpetuo permanens. Quoniam ergo Deus est qui terminos aquis constituit, solus ille sua potentia etiam hujus fluminis insolentem ac inordinatum cursum compescere & impedire potest. Dixit; ac tamquam diviniore cogitatione a Deo afflatus, ac magna voce Christum ut sibi ad propositum opus auxilio veniret precatus, baculum quem manu gestabat, in corrupto ripæ loco defigit. Cum autem circa illam partem terra madida, mollis ac laxa esset, & ponderi baculi simul & manui figentis cedens, facile profundum subiit. Deinde Deum precatus, ut hoc veluti claustrum quoddam & impedimentum insolentis & inordinati C cursus aquarum esset, rursus reversus est, re ipsa ostendens, quod quidquid a se fieret, a divina potentia administraretur. Statim enim haud multo tempore post, baculus quidem radicibus in ripa actis, arbor evasit: planta autem flumini pro termino fixa est: & in hunc usque diem incolis loci tum spectaculo est, tum narrationis argumentum præbet. Quando enim crebris imbribus & torrentibus Lycus ille pro more inundans, & asper rapidusque undarum ac fluctuum se invicem collidentium strepitu horribiliter fertur: tunc summis aquis imas arboris radices alluens, rursus intumescens in medium alveum contrahit undas, ac quasi extimescat appropinquare arbori, curva unda locum illum præterla- D bitur. Talis magni Gregorii virtus fuit, vel potius Dei qui in illo operabatur miracula. Nam perinde ac si mancipium quoddam esset elementorum natura, ad arbitrium jubentis immutari videbatur: ut & lacus in frugiferum agrum converteretur; aquæ autem lacunæ atque voragines fuerint habitatæ habitatoribus, baculo securitatem futuris accolis spondente ac promittente. Nomen autem in hodiernum usque diem arbori est, Βακτηρία, id est, Baculus, Gregorii gratiæ & virtutis monumentum, quod ab incolis loci in omni tempore servatur. Quodnam ex miraculis propheticis, vis hisce opponere, & cum eis conferre? Dicamne Jordanis sectionem, quam ovinæ pellis percussione ante ascensum fecit Elias [b], & post ipsum Elisæus, heres & pellis & spiritus E illius? At in his, solis prophetis tempore quo fuit opus, scissa aqua pervius factus est fluvius Jordanis; tantum in se distracto atque diviso fluento, quantum satis esset pedibus prophetarum, ut siccum fundum pertransirent: sequentibus vero temporibus, & reliquis hominibus talis erat, qualis fuerat antea. Lycus autem ille semel ab insolenti atque inordinato impetu cursuque repulsus, novum ac recens in

[a] Psal. CXLVIII. 6. [b] IV. Reg. II.

1. Προηγησαμένων] Edit. Paris. & al. προκαθηγησαμένων.
2. Χριστῷ] Hanc vocem addidimus ex edit. Paris. Deest autem in Vossiana Moguntiæ vulgata, quæ tamen paullo post eam exhibet: quæque proinde præter rem omissa fuisse videtur: nam illam postulare contextus comperitur. Mox eadem Vossii editio, τόποις εἰς τὸ δίκην. Sed τόποις non legimus in Paris.
3. Φοβερῶς] Edit. Paris. φοβερός.
4. Ἐγγυωμένης] Eadem edit Paris. φκειωμένης.
5. Τοῖς ---- χρόνοις] τῷ χρόνῳ, edit. Paris.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



[1] νέον εἰς τὸ ἀεὶ τὸ θαῦμα τȣ Γρηγορίȣ ποιεῖ, παντὶ A τῷ ἐφεξῆς χρόνῳ τοιοῦτος μένων, οἷον αὐτὸν ἡ τοῦ μεγάλου πίστις ἐν τῷ καιρῷ τῆς θαυματȣργίας ἐποίησεν. ὁ σκοπὸς δὲ τῶν γινομένων, ȣ̓χ ἡ τῶν ὁρώντων ἔκπληξις ἦν, ἀλλ' ἡ προσοικούντων τῷ ποταμῷ σωτηρία. ὥστε τοῦ θαύματος τὸ ἴσον ἔχοντος (ὑποχωρεῖ γὰρ καὶ τοῖς προφήταις, καὶ τῷ μιμητῇ τῶν προφητῶν κατὰ τὸ ἴσον ἡ τοῦ ὕδατος φύσις) εἰ χρὴ δὲ μετὰ παῤῥησίας εἰπεῖν, πλεονεκτεῖ τῷ φιλανθρώπῳ τὸ παρὰ τούτου γενόμενον, δι' οὗ τῶν προσοικούντων ἡ σωτηρία κατησφαλίσθη, τοῦ ὕδατος πεδηθέντος ἅπαξ κατ' ἐκεῖνο τοῦ ῥεύματος, καὶ ἀκινήτȣ πρὸς τὸ ἐφεξῆς διαμείναντος. ἐπειδὴ πανταχοῦ τῆς χώρας τῶν τοιȣ́των θαυμάτων διαφοιτώντων, τῇ δυνάμει τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἐνεργεῖσθαι πεπιστευμένων, B καὶ πάντες μετέχειν ἐπεθύμουν ἐκείνης τῆς πίστεως ὑπὸ τῶν τοιούτων μαρτυρȣμένης θαυμάτων, καὶ πανταχοῦ προήει τὸ κήρυγμα, καὶ ἐνεργὸν ἦν τὸ μυστήριον, καὶ ἡ σπουδὴ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐπετείνετο, τῆς ἱερωσύνης παρὰ πᾶσι καθισταμένης, ὡς ἂν διὰ πάντων ἡ πίστις πλεονάζοι καὶ αὔξοιτο.

perpetuum facit Gregorii miraculum, omni deinceps tempore talis manens, qualem ipsum Magni illius fides tempore miraculi effecit. Nam propositum ac finis eorum quæ fiebant, non erat, ut ii qui videbant, in stuporem adducerentur, verum ut accolæ fluminis servarentur. Sed ut par sit miraculum; (cedit enim ex æquo aquæ natura tam prophetis, quam imitatori prophetarum) si tamen ingenue ac libere dicere oportet, major in hujus quam in illorum facto humanitas fuit, per quam salus accolis in tuto collocata est; cum aqua circa illam fluminis partem semel repressa, etiam in posterum immota permanserit. Postquam autem ejusmodi miraculorum quæ virtute fidei in Christum fieri credebantur, fama in omnes partes regionis dimanante, cupiebant omnes illius participes esse fidei, quam talia testabantur miracula; & ubique procedebat prædicatio, eratque efficax mysterium; & ad opus bonum intendebatur studium, constituto apud omnes sacerdotio, ut per omnia fides abundaret & cresceret.


Γίνεται οὖν πρεσβεία πρὸς αὐτὸν ἔκ πόλεώς τινος ἀστυγείτονος, ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς ἐκκλησίαν διὰ τῆς ἱερωσύνης συστήσασθαι. [2] Κουμάνα δὲ τῇ πόλει τὸ ὄνομα· ἧ ἐπιξενωθῆναι τὸν μέγαν ἠξίουν πανδημεὶ πάντες τὴν χάριν αἰτούμενοι. γενόμενος τοίνυν πρὸς [3] αὐτοὺς, καὶ διαγα- C γὼν ἡμέρας τινὰς, καὶ μᾶλλον αὐτοῖς τὴν περὶ τὸ μυστήριον ἐπιθυμίαν ἀνεξάψας οἷς ἐποίει τε καὶ ἐφθέγγετο· ἐπειδὴ καιρὸς ἦν καὶ τὴν πρεσβείαν αὐτῶν εἰς πέρας ἐλθεῖν, καὶ ἀναδειχθῆναί τινα τῆς παρ' αὐτοῖς ἐκκλησίας ἀρχιερέα· τότε τῶν μὲν ἐν τέλει πάντων ἐγνωσμένων, τοὺς προέχειν δοκοῦντας λόγῳ τε καὶ γένει, καὶ τῇ λοιπῇ περιφανείᾳ περιειργάζοντο. ᾤοντο γὰρ, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα περὶ τὸν μέγαν Γρηγόριον ἦν, μήδε τούτων δεῖν ἄμοιρον εἶναι, τὸν ἐπὶ τὴν χάριν ταύτην ἐρχόμενον. πολλαχῇ δὲ ταῖς ψήφοις μεριζομένων, καὶ ἄλλων ἄλλον προαιρουμένων, ἀνέμενεν ὁ μέγας θεόθεν αὐτῷ γενέσθαι τινὰ πρὸς τὸ προκείμενον συμβουλήν. καὶ καθὼς ὁ Σαμουὴλ μνημονεύεται, μὴ καταπλαγῆναι D κάλλος σωμάτων καὶ μέγεθος ἐν τῇ τῆς βασιλείας κρίσει· ἀλλὰ ψυχὴν ἐπιζητεῖν βασιλικὴν, κἂν ἐν καταφρονουμένῳ σώματι τύχοι· τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκεῖνος, τὰς περὶ ἑκάστȣ τῶν ἐψηφισμένων σπουδὰς παραβλέπων, πρὸς ἓν ἀφεώρα μόνον, εἴ τις καὶ πρὸ τῆς ἀνακηρύξεως, δι' ἐπιμελείας βίου καὶ ἀρετῆς, ἐν τῷ τρόπῳ τὴν ἱερωσύνην φέροι. ὡς δὲ οἱ μὲν παρῆγον τοὺς ὑπεψηφισμένους μετ' ἐγκωμίων, ἕκαστος τὸν παρ' αὐτοῦ προβαλλόμενος· ὁ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀτελεστέρους κατὰ τὸ τοῦ βίου σχῆμα βλέπειν ἐνεκελεύετο· (δυνατὸν γὰρ εἶναι καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις εὑρεθῆναί τινα τῶν περιφανεστέρων τῷ βίῳ κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς ψυχῆς ὑψηλότερον) ὕβριν ᾠήθη τις τῶν προεστηκότων τῆς ψήφου, καὶ χλευασμὸν τὴν τοιαύτην τοῦ μεγάλου κρίσιν, εἰ τῷ λόγῳ καὶ τῷ E ἀξιώματι, καὶ τῇ φαινομένῃ τοῦ βίου μαρτυρίᾳ προκεκριμένων τῶν ἄλλων, μηδενὸς ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην παραδεχθέντος, ἐκ τῶν βαναύσων πρὸς τὴν τοιαύτην χάριν νομίζοιντό τινες ἀξιώτεροι· καὶ ἅμα κατειρωνευόμενος [4] πρὸς αὐτόν· εἰ ταῦτα κελεύεις, φησὶ, τούτους μὲν τοιούτους ὄντας περιοφθῆναι τοὺς πάσης ἐξειλεγμένους τῆς πόλεως· ἐκ δὲ τῶν συρφετῶν εἰς προστασίαν τῆς ἱερωσύνης ἀναληφθῆναί τινα,

XIX. Mittitur ad eum legatio ex quadam civitate finitima, ut ad ipsos veniret, ac per sacerdotium Ecclesiam apud eos constitueret. Cumana autem civitati nomen erat; cujus ut hospes magnus ille vir esse vellet, passim omnes hanc sibi fieri gratiam deposcebant. Cum ergo ad ipsos venisset, & dies aliquot degisset, suisque tum factis tum dictis, magis eorum ad mysterium cupiditatem accendisset; ac jam tempus esset, ut eorum quoque legatio ad finem perveniret, & designaretur aliquis ipsorum Ecclesiæ antistes: tunc præcipui quique de magistratu in hoc occupati erant, ut curiose inquirerent ac sciscitarentur, qui eloquentia, qui genere, reliquoque vitæ splendore ceteros excellere viderentur: existimabant enim, quoniam etiam his ornamentis magnus Gregorius cumulatus erat; ne illorum quidem oportere expertem esse eum, qui ad hoc munus perveniret. Cum autem in multas partes suffragiis scinderentur, & alii alium in electione præferrent; exspectabat vir ille magnus aliquod sibi divinitus dari consilium ad id, quod erat propositum. Et quemadmodum Samuel [a] in judicio eligendi regis, fertur non esse admiratus pulcritudinem ac magnitudinem corporum; sed animum regium requisivisse, etiamsi in vili ac contemto corpore forte reperiretur: eodem quoque modo ille, studiis singulorum qui per suffragia destinabantur neglectis, id unum solum spectabat, an aliquis etiam antequam renuntiaretur, industria vitæ & virtutis in moribus sacerdotium ferret. Cum autem illi quidem eos quibus sua dederant suffragia, cum laudationibus adducerent, unusquisque eum qui a se eligebatur producens: ille vero, ut etiam viliorum (quod ad vitæ speciem attinet) rationem haberent eis juberet; (fieri enim posse, ut etiam in talibus reperiatur aliquis, qui animi bonis antecelleret eos qui vitæ splendore præstarent) quidam ex iis qui præerant suffragiis ferendis, hanc magni Gregorii sententiam pro derisione reputabat, si ex iis qui dicendi facultate & dignitate & manifesto vitæ testimonio prælati sunt aliis, nullo ad sacerdotium admisso, ex illiberalibus ac mechanicis sordidisque artibus ad ejusmodi munus aliqui digniores existimarentur: & simul ironice ad eum loquens; si hæc, inquit, jubes, ut ii

[a] 1. Reg. xvi.

1. Νέον] Deest hæc vox in edit. Paris. quam tamen legit interpres.
2. Κυμάνα] Κωμάνα exhibet edit. Paris.
3. Πρὸς αὐτούς] Al. παρ' αὐτοῖς. Atque ita edit. Paris. Et mox συνδιαγαγών.
4. Πρὸς αὐτόν] Paris. edit. [illegible]

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 255.



ὥρα σοι λοιπὸν τὸν ἀνθρακέα καλεῖν ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην Ἀλέξανδρον· καὶ μεταβάντες ἐπὶ τοῦτον, εἰ δοκεῖ, συμφωνήσωμεν πρὸς ἀλλήλους ταῖς ψήφοις ἡ πόλις ἅπασα. ὁ μὲν οὖν ταῦτα ἐφθέγγετο τὴν γνώμην αὐτοῦ διαβάλλων· καὶ διὰ τῆς εἰρωνικῆς ταύτης ψήφου, τὴν ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν [1] ἀκρίβειαν καταμεμφόμενος. τῷ δὲ μεγάλῳ γίνεται διὰ τῶν εἰρημένων ἐνθύμιον, μὴ ἀθεεὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐν μνήμῃ τῶν ψηφισάντων γενέσθαι. καὶ τίς οὗτος, φησιν, ὁ Ἀλέξανδρος, οὗ τὴν μνήμην πεποίησθε; εἶτά τινος τῶν συμπαρόντων ἐν γέλωτι παραγαγόντος εἰς μέσον τὸν μνημονευθέντα, ῥακίοις πιναροῖς ἠμφιεσμένον, οὐδὲ ὅλῳ τῷ σώματι, καὶ ἅμα δεικνύντος τῷ φαινομένῳ τὴν ἐργασίαν χερσί τε καὶ προσώπῳ, καὶ τῷ λοιπῷ σώματι [2] καπερρυπωμένῳ τῇ ἐργασίᾳ τῶν ἀνθράκων, τοῖς μὲν λοιποῖς, γέλωτος ἦν ὑπόθεσις, ἐν μέσοις τοιοῦτος ἑστὼς ὁ Ἀλέξανδρος· τῷ δὲ διορατικῷ ἐκείνῳ ὀφθαλμῷ, πολλὴν παρεῖχεν ἔκπληξιν τὸ γινόμενόν τε καὶ ὁρώμενον· ἀνὴρ ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ, καὶ ἀτημελημένῳ τῷ σώματι πρὸς ἑαυτὸν βλέπων, καὶ οἷον ἐπαγαλλόμενος τούτῳ τῷ σχήματι, ὃ τοῖς ἀπαιδεύτοις ὀφθαλμοῖς ἦν ἐπιγέλαστον.

A qui sunt ejusmodi, & a tota civitate delecti, despiciantur: atque ex quisquiliis ac infima plebe aliquem ad sacerdotii administrationem assumamus; tempus tibi deinceps fuerit Alexandrum carbonarium ad sacerdotium vocandi; & ad hunc transitione facta, si videtur, suffragiis inter nos, universi cives consentiamus. Atque ille quidem hæc loquebatur, sententiam ejus coarguens atque traducens; & per hoc ironicum suffragium summam & exactam in prioribus diligentiam reprehendens. Magno autem illi per hæc dicta subit animum cogitatio, non sine divino numine factam esse Alexandri mentionem ab iis, qui ferebant suffragia. Et quis, inquit, est Alexander, cujus mentionem fecistis? Deinde cum quidam ex iis B qui una intererat, memoratum cum risu in medium produxisset, vilibus ac sordidis pannis, ne toto quidem corpore amictum, & simul etiam rebus in eo apparentibus, manibus pariter ac facie reliquoque corpore carbonibus sordidato opus suum ostendentem: ceteris quidem risus materia erat talis in medio stans Alexander; perspicaci autem illi oculo magnam attulit admirationem id quod fiebat & cernebatur, vir in extrema paupertate ac neglecto corpore se ipsum solum respiciens, & quasi sibi placens ac gaudens eo habitu qui oculis imperitis risui erat.

Καὶ γὰρ οὕτως ἔχει. καὶ οὐκ ἀνάγκῃ πενίας ἐπὶ τὸν τοιοῦτον ἐληλύθει βίον· ἀλλὰ καὶ φιλόσοφός τις ἦν ὁ ἀνὴρ, ὡς ὁ μετὰ ταῦτα βίος ἐγνώρισε, καὶ τῶν λοιπῶν ὑψηλότερος, ὡς καὶ μέχρι μαρτυρίου φθάσαι, διὰ πυρὸς τελειώσας τὸν δρόμον. τὸ δὲ λανθάνειν ἐπεχείρησεν, ἢ μᾶλλον ἐπετήδευσε, κρείττων ὑπάρχων τῆς ἐσπουδασμένης παρὰ τῶν πολλῶν εὐκληρίας· καὶ ἀντ᾽ οὐδενὸς τὸν βίον ποιούμενος, τῆς ὑψηλοτέρας τε καὶ ἀληθοῦς ζωῆς τὴν ἐπιθυμίαν ἔχων· καὶ ὡς ἂν μάλιστα τὸν πρὸς ἀρετὴν σκοπὸν κατορθώσειε, λανθάνειν ἐμηχανᾶτο. τοιοῦτος ὢν, τῷ ἀτιμοτέρῳ τῶν ἐπιτηδευμάτων οἷον εἰδεχθεῖ τινι προσωπείῳ ὑποκρυπτόμενος· ἄλλως δὲ, καὶ ὑπερανθῶν τῇ νεότητι, σφαλερὸν ἡγεῖτο τῷ τῆς σωφροσύνης σκοπῷ, φανερὸν ποιεῖν τὸ κάλλος τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὥσπερ ἐμπομπεύων τῇ εὐκληρίᾳ τῆς φύσεως. ᾔδει γὰρ χαλεπῶν καταπτωμάτων ἀφορμὴν, τοῖς πολλοῖς τὸ τοιοῦτον γενόμενον. ὡς ἂν οὖν μήτε πάθῃ τι τῶν ἀβουλήτων, μήτε πάθους ὑπόθεσις ἀλλοτρίοις ὀφθαλμοῖς καταστταίη, διὰ τοῦτο τὴν ἀνθρακοποιΐαν ἑκουσίως ἑαυτῷ περιτίθησι, δι᾽ ἧς τὸ σῶμα τοῖς πόνοις πρὸς ἀρετὴν ἐγυμνάζετο, καὶ τὸ κάλλος τῷ ῥύπῳ τῶν ἀνθράκων ἐπεκαλύπτετο, καὶ ἅμα τὸ ἐκ τῶν πόνων αὐτῷ προσγινόμενον, εἰς ἐντολῶν ὑπηρεσίαν ᾠκονόμητο. ἐπειδὴ τοίνυν μεταστήσας αὐτὸν τοῦ συνεδρίου, καὶ πάντα τὰ κατ᾽ αὐτὸν μετὰ ἀκριβείας ἐπύθετο, τὸν μὲν δίδωσι τοῖς περὶ αὐτὸν, ἐντειλάμενος ἃ πράττειν ἐχρῆν· αὐτὸς δὲ πάλιν καταλαβὼν τὸ συνέδριον, ἐκ τῶν ἐν χερσὶ τοὺς συνειλεγμένους ἐπαίδευε, τοὺς περὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῖς λόγους [3] παραπθέμενος, καὶ διὰ τούτων τὸν κατ᾽ ἀρετὴν ὑπογράφων βίον. καὶ διήγαγεν ἐν τοῖς τοιούτοις λόγοις παρακατέχων τὸν σύλλογον, ἕως ἐκπληρώσαντες οἱ ὑπηρετοῦντες αὐτῷ τὰ προστεταγμένα ἐπέστησαν, ἔχοντες μεθ᾽ ἑαυτῶν τὸν Ἀλέξανδρον, λουτρῷ τε τὴν ἐκ τῶν ἀσβόλων ἀηδίαν ἀποκλυσάμενον, καὶ τοῖς τοῦ μεγάλου ἱματίοις ἐστολισμένον· ταῦτα γὰρ ἦν αὐτοῖς [4] ἐντεταλμένος ποιῆσαι. πάντων τε πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἐπιστραφέντων, καὶ θαυμαστικῶς πρὸς τὸ φαινόμενον διακειμένων· οὐδὲν καινὸν πεπόνθατέ,

XX. Etenim sic se res habebat. Non enim urgente paupertatis necessitate ad ejusmodi vitæ genus devenerat: C sed philosophus quidam vir erat, ut ejus postea vita indicavit, etiam reliquis sublimior; adeo ut & usque ad martyrium pervenerit, cursu per ignem consummato. Latere autem est conatus, vel studuit potius, altiore præditus animo, quam ut eam cui a vulgo studetur, felicitatem curaret; ac pro nihilo mundi vitam ducens, excelsiorem veramque vitam concupiscebat: & ut propositum virtutis scopum maxime attingeret, latere conabatur. Talis autem cum esset, contemtiore vitæ instituto, tamquam turpis aliqua persona se se occultabat; & alioquin florente cum esset ætate, periculosum esse ducebat ei qui continentiam sibi sectandam proposuisset, corporis sui manifestare pulcritudinem, tamquam naturæ felicita- D ti insultans eamque insectans. Noverat enim ejusmodi rem gravium offensionum ac delictorum multis præbuisse occasionem. Ne ergo vel sibi ipsi aliquid eorum quæ nollet eveniret, vel alienis oculis materia ac caussa esset excitandi mali animi motus; ideo carbonariam sibi artem consulto assumit: per quam, & corpus ad virtutem laboribus exerceretur, & pulcritudo sordibus carbonum deturpata obtegeretur; & simul pecunia quam sibi ex laboribus quærebat, ad mandatorum obsequium exsecutionemque dispensaretur. Postquam igitur eum ex concilio abduxit, ac de statu ejus atque conditione omnia accurate sciscitatus est; illum quidem suis tradit familiaribus, jubens ea quæ facere oportebat: ipse vero rursus ad concilium E reversus, ex iis quæ præ manibus habebat sumto argumento, congregatos instituebat, de sacerdotio eis sermones proponens, ac per hosce vitam cum virtute conjunctam præscribens: & in ejusmodi sermonibus tamdiu immoratus est, conventum detinens, donec iis impletis quæ jusserat, illi qui ei ministrabant, supervenerunt, adducentes secum Alexandrum, qui & lavacro injucunditatem vultus ex fuligine contractam absterserat, & Magni istius vestibus indutus atque ornatus erat: hæc enim curare jussi fuerant. Omnibus vero in Alexandrum conversis, & ex eo quod cerneba-

1. Ἀκρίβειαν] Al. ἀκρισίαν. Mox edit. Parif. ψηφιζομένων. Et paullo post δεικνῦσα.

2. Καπερρυπωμένῳ] Al. cum edit. Parif. κατερρυπωμένον. Mox, ἐν μέσοις τοιούτοις.

3. Παραπθέμενος] Al. ἐκτιθέμενος. Et mox edit. Parif. διῆγεν pro διήγαγεν.

4. Ἐντεταλμένος] Al. ἐντειλάμενος. Sic sane edit. Parif. quæ statim habet, πάντων δέ.

φησι πρὸς αὐτοὺς ὁ διδάσκαλος, ὀφθαλμοῖς ἀπατηθέντες, καὶ τῇ αἰσθήσει μόνῃ τὴν κρίσιν τοῦ καλοῦ ἐπιτρέψαντες. σφαλερὸν γὰρ κριτήριον τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας ἡ αἴσθησις, τὴν πρὸς τὸ βάθος τῆς διανοίας εἴσοδον δι᾽ ἑαυτῆς ἀποκλείουσα. ἅμα δὲ καὶ αὐτῷ τῷ τῆς [1] ἀληθείας ἐχθρῷ δαίμονι, τοῦτο φίλον ἦν πάντως, ἀργῆσαι τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος τῇ ἀγνοίᾳ συγκαλυπτόμενον· μηδὲ παρελθεῖν εἰς μέσον ἄνδρα, τῆς ἐκείνου δυναστείας καθαιρέτην ἐσόμενον. ταῦτα εἰπὼν, προσάγει τῷ Θεῷ διὰ τῆς ἱερωσύνης τὸν ἄνδρα κατὰ τὸν νενομισμένον τρόπον τελειώσας τῇ χάριτι. πάντων δὲ πρὸς τὸν νέον ἱερέα ἀποβλεπόντων, προτραπεὶς τινὰ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν λόγον ποιήσασθαι, ἔδειξεν εὐθὺς ἐν προοιμίοις τῆς ἀρχῆς ὁ Ἀλέξανδρος, ἀψευστον ἐπ᾽ αὐτῷ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τὴν κρίσιν. ἦν γὰρ αὐτῷ πλήρης διανοίας ὁ λόγος, ἧττον τῷ ἄνθει κεκαλλωπισμένος τῆς λέξεως. ὅθεν τις τῶν νέων ἀγέρωχος ἐκ τῆς Ἀτθίδος αὐτοῖς ἐπιχωριάζων, τὸ ἀκαλλὲς τῆς λέξεως ὑπεγέλασεν, ὅτι μὴ τῇ περιεργίᾳ τῇ Ἀττικῇ κεκαλλώπιστο· ὅν φασιν ἐκ θειοτέρας ὄψεως σωφρονισθῆναι, ἰδόντα περιστερῶν ἀγέλην ἀμηχάνῳ τινὶ διαλάμπουσαν κάλλει, καὶ τινος ἀκηκοέναι λέγοντος, Ἀλεξάνδρου τὰς περιστερὰς εἶναι ταύτας, ἃς ἐν γέλωτι ἐκεῖνος πεποίηται.


Τί τούτων ἄν τις πρὸ τοῦ ἑτέρου θαυμάσειε; τὸ μὴ δυσωπηθῆναι τὸν ἄνδρα τῶν ἀξιωμάτων τὴν ψῆφον, καὶ μὴ συναρπασθῆναι πρὸς τὰς μαρτυρίας τῶν προεχόντων; ἢ μᾶλλον τὸ θαυμάσαι τὸν ἐγκεκρυμμένον τοῖς ἄνθραξι πλοῦτον, ᾧ παραχρῆμα παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡ τῆς ὀρθῆς κρίσεως μαρτυρία, διὰ τῆς τοῦ ῥήτορος ἐπηκολούθησεν ὄψεως; ἐμοὶ μὲν γὰρ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τούτων ἑκάτερον τοιοῦτον εἶναι δοκεῖ, ὡς πρὸς ἄλληλα μὲν ἔχειν τὴν ἅμιλλαν· πάντων δὲ μικροῦ δεῖν τῶν ἐπὶ θαύματι μνημονευομένων πρωτεύειν. τό, τε γὰρ ἀντιβῆναι τῇ τῶν προεχόντων ὁρμῇ, τῆς ἀτρέπτου καὶ ὑψηλῆς διανοίας ἐναργέστατον ἐγίνετο γνώρισμα· ᾧ πάντα τὰ κατὰ τὸν κόσμον φαινόμενα, ἐν τῷ ὁμοίῳ καθεωρᾶτο, εἴτε πρὸς τὸ μεῖζόν τε καὶ περιφανέστερον, εἴτε πρὸς τὸ ταπεινόν τε καὶ ἀφανὲς οἰκείως [2] ἔχειν· μόνῃ δὲ νέμων τῇ ἀρετῇ τὴν προτίμησιν, καὶ μόνην τὴν ἐν κακίᾳ ζωὴν κρίνων ἀπόβλητον, ἀντ᾽ οὐδενὸς ἑώρα τὰ πάντα, ὅσα κατὰ τὸν βίον τοῦτον, ἢ [3] τιμῆς τινος, ἢ ἀτιμίας ἄξια κρίνεται. ὃ δὴ καὶ τότε πεποιηκὼς ἐπιδείκνυται. ζητῶν γὰρ τὸν τῷ Θεῷ κεχαρισμένον καὶ ἄξιον εὑρεῖν, οὐκ ἀξιόπιστον εἰς μαρτυρίαν ᾠήθη πλοῦτον παραλαβεῖν καὶ ἀξίωμα, καὶ τὰς κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον περιφανείας, ὧν οὐδὲν ἐν τοῖς τῶν ἀγαθῶν καταλόγοις ὁ θεῖος λόγος ἀπηριθμήσατο. οὐ τοῦτο μόνον τοίνυν ἐστὶν ἐπαίνου τε καὶ θαύματος ἄξιον, τὸ μὴ προέσθαι τὰς τῶν δυναστευόντων σπουδάς· ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπερβάλλεται. ὁ γὰρ [4] μόνον τὴν ἀναξίαν ἀπωσάμενος ψῆφον, μὴ προσθεὶς δὲ τῇ χρείᾳ τὸ λεῖπον, τὸ μὲν κακὸν ἐκώλυσε· τὸ δὲ ἀγαθὸν οὐκ ἐποίησεν. ὁ δὲ πρὸς τῷ μὴ συνθέσθαι τῷ χείρονι, καὶ τὸ καλὸν ἐξευρὼν, δι᾽ ἀμφοτέρων τὸ ἀγαθὸν ἐτελείωσεν, οὔτε τῷ κακῷ συγχωρήσας τὴν πάροδον, καὶ τὸ καλὸν προαγαγὼν εἰς ἐνέργειαν· ὡς κατ᾽ ἀμφότερα γενέσθαι τὴν εὐεργεσίαν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τῇ πόλει, τό, τε κατὰ ἄγνοιαν παρ᾽ αὐτῶν πλημμελούμενον ἀποστρέψαντος, καὶ τὸ κεκρυμμένον παρ᾽ αὐτοῖς ἀγαθὸν δι᾽ ἑαυτοῦ φανερώσαντος.

A tur, in magnam admirationem adductis: nihil vobis novi accidit, dixit ad eos Magister, si oculis decepti estis, & soli sensui judicium ejus quod bonum est, permisistis. Fallax enim & incertum rerum veritatis judicium est sensus, aditum per se ad profunditatem mentis atque intelligentiæ præcludens. Simul autem & ipsi veritatis inimico dæmoni prorsus id studio erat: ut vas electionis ignoratione contectum, otiosum esset; nec prodiret in medium vir, qui ipsius principatum eversurus esset. Hæc cum dixisset, eumque juxta consuetum morem ac ritum sacris per gratiam imbuisset, virum Deo per sacerdotium dicat & offert. Omnibus autem novum sacerdotem intuentibus, rogatus ut aliquem ad Ecclesiam sermonem faceret; B statim in principio suæ administrationis ostendit Alexander haud falsum de eo magni Gregorii fuisse judicium. Erat enim ei oratio sententiis plena, dicendi floribus minus ornata. Unde superbus ac petulans quidam ex Attica adolescens apud eos degens, incomtam irrisit dictionem, quod non curiosis & accuratis Atticorum ornamentis exculta esset. Quem ajunt divina quadam visione refrenatum ac emendatum esse, cum columbarum gregem incredibili quadam pulcritudine refulgentem conspicatus esset, ac quemdam audisset qui diceret, has esse Alexandri columbas, quas ille irrisisset.

XXI. Utrum horum quis magis admiretur? an C quod vir ille non flexus sit suffragio eorum qui dignitate præstabant, neque simul ad testimonia optimatum raptus sit? an potius admirari convenit occultatas in carbonibus divitias, quas statim editum a Deo recti judicii testimonium per visionem oratoris consecutum est? Nam mihi quidem utrumque horum in se se tale esse videtur, ut inter se quidem, quasi de primatu contendere videantur: inter omnia autem ea quæ nomine miraculi celebrantur, primas propemodum teneant. Quod enim tunc optimatum se studiis opposuerit, constantis, recti excelsique animi manifestissimum indicium erat: a quo, quæcumque in mundo apparebant, ex æquo despiciebantur, sive ad magnificentiam & splendorem, sive etiam ad abje- D cta & obscura tendere viderentur: cumque soli virtuti primas tribueret, & solam quæ in vitiis agitur vitam censeret rejiciendam; pro nihilo ducebat omnia, quæcumque in hac vita vel in aliquo honore habentur, vel contemtione digna judicantur. Quod tunc quoque fecisse ostenditur: nam cum operam daret, ut Deo gratum ac dignum inveniret, non pro fide digno reputavit testimonio divitias, non dignitatem, non hujus mundi splendores: quarum rerum nihil in recensione bonorum divina enumeravit Scriptura. Non igitur hoc solum laude & admiratione dignum est, quod principum virorum studia non admiserit: verum etiam quod per ea quæ consecuta sunt, ipse se ipsum superaverit. Nam qui indignum dumtaxat suffragium atque sententiam repulit, neque adjecit id quod res E deposcebat; malum is quidem prohibuit, bonum autem non fecit. Qui vero præterquam quod non est assensus deteriori, etiam bonum reperit; per utraque id quod bonum est perfecit, neque malo concedens aditum, & bonum ad effectum deducens: adeo ut utraque ratione obtigerit civitati magni Gregorii beneficium: ut qui & id quod per ignorantiam ab iis delinquebatur averterit, & bonum apud eos absconditum per se se patefecerit.

1. Ἀληθείας] Edit. Paris. & al. εὐσεβείας.
2. Ἔχειν] Al. ἄγειν. Quam lectionem exhibet quoque edit. Paris.
3. Τιμῆς] Al. cum edit. Paris. οὐδεὶς. quæ etiam αὐτὸν præcedens omittit.
4. Μόνον] Al. μόνην. Paullo ante Paris. edit. ὑπερβάλλει.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



Πάντων δὲ κατὰ γνώμην τῷ μεγάλῳ προκεχωρηκότων τῇ συμμαχίᾳ [1] τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὐκ ἄκαιρον ἂν εἴη, καὶ τὸ τῆς ὁδοῦ πάρεργον διηγήσασθαι, ὡς ἂν διὰ πάντων, ἡ συμπαροῦσα τῷ ἀνδρὶ χάρις ἐπιδείκνυτο. ἐπειδὴ γὰρ ἅπασι πρόδηλον ἦν, ὅτι τοῦτο πρὸ πάντων [2] αὐτῷ διεσπούδαστο, τὸ πάντα πρὸς τὴν τῶν δεομένων παραμυθίαν βλέπειν· εἴ τε πρὸς κέρδος ἐκ τῶν Ἑβραίων ὁρῶντες δύο τινές, εἴ τέ τινα μῶμον κατὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐπινοοῦντες, ὡς εὐκόλως πρὸς τὸ ἐξαπατᾶσθαι διακειμένου, παραφυλάσσουσιν αὐτοῦ τὴν ἐπάνοδον. καὶ τούτων ὁ μέν, τεθνάναι δόξας, ἐν ὑπτίῳ τεταμένος τῷ σχήματι, κατὰ τὸ πλάγιον τῆς λεωφόρου προέκειτο· ὁ δ' ἕτερος ἐπικωκύων δῆθεν τῷ κειμένῳ, τὰς τῶν θρηνούντων φωνὰς καθυπεκρίνετο, καὶ παριόντα τὸν μέγαν ἐπεβοᾶτο, λέγων· [3] ἀθρόως συσχεθέντα θανάτῳ τὸν δείλαιον τοῦτον, γυμνὸν κεῖσθαι καὶ πρὸς ταφὴν ἀπαράσκευον. ἐδεῖτο τοίνυν τοῦ μεγάλου, μὴ παριδεῖν ἐπ' αὐτῷ τὴν ὁσίαν ψυχήν, ἀλλ' οἰκτόν τινα τῆς πενίας λαβόντα, παρασχεῖν ἐκ τῶν ἐνόντων τὸν ἔσχατον κόσμον ἐπιβληθῆναι τῷ σώματι. ὁ μὲν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγων, ἱκέτευεν. ὁ δὲ μὴ μελλήσας οὐδέν, τὴν περικειμένην αὐτῷ διπλοΐδα ἐπιβαλὼν τῷ κειμένῳ, τοῦ πρόσω τῆς ὁδοιπορίας εἴχετο. ἐπεὶ δὲ διαβάντος ἐκείνου, ἐφ' ἑαυτῶν ἦσαν οἱ ταῦτα κατ' αὐτοῦ [4] πράξαντες, μεταβαλὼν ὁ ἀπατεὼν ἐκεῖνος τὸν ἐσχηματισμένον θρῆνον εἰς γέλωτα, διανίστασθαι τῷ κειμένῳ παρεκελεύετο, ὑφ' ἡδονῆς τῷ ἐκ τῆς ἀπάτης αὐτοῖς προσγενομένῳ κέρδει ἐπικαγχάζων. ὁ δὲ ἦν ἐν ὁμοίῳ τῷ σχήματι, μηδενὸς ἐπαΐων τῶν λεγομένων. τοῦ δὲ μειζοτέρᾳ καὶ γεγονωτέρᾳ τῇ φωνῇ κεχρημένου, καὶ ἅμα τῷ ποδὶ διεγείροντος, οὐδὲν μᾶλλον ὁ κείμενος, οὔτε τῆς φωνῆς ἐπήκουεν, οὔτε τῆς πληγῆς ἐπῃσθάνετο· ἀλλ' ἦν [5] ὁμοίῳ τῷ σχήματι ἐκτεταμένος. νεκρὸς γὰρ ἦν, ὁμοῦ τῇ ἐπιβολῇ τοῦ ἱματίου, κατ' ἀλήθειαν ἐν τῷ θανάτῳ γενόμενος ὃν ἐπὶ τῇ ἀπάτῃ τοῦ μεγάλου καθυπεκρίνατο· ὥστε μὴ ψευσθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον· ἀλλ' οὗ χάριν ἐδόθη παρ' αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον, ἐν τούτῳ χρήσιμον τῷ λαβόντι γενέσθαι. εἰ δὲ σκυθρωπὸν εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον ἔργον τῆς τοῦ μεγάλου πίστεώς τε καὶ δυνάμεως, ξενιζέσθω μηδείς, πρὸς τὸν μέγαν Πέτρον ὁρῶν. καὶ γὰρ ἐκεῖνος, οὐ δι' ὧν εὐηργέτει μόνον τὴν προσοῦσαν ἐπεδείκνυτο δύναμιν· τὸν ἐκ γεννητῆς χωλὸν τρέχοντα τῷ λαῷ δεικνύων καὶ διαλλόμενον· ἢ τῇ σκιᾷ τοῦ ἰδίου σώματος ἰατρεύων τῶν ἀρρωστούντων τὰ πάθη, οἷς ἂν ἐπήγαγε κατὰ τὴν πάροδον τοῦ ἀποστόλου διὰ πλαγίου τῷ σώματι προσβάλλων ὁ ἥλιος· ἀλλὰ καὶ τοῦ Ἀνανίου πρὸς τὴν ἐνοικοῦσαν τῷ ἀποστόλῳ δύναμιν καταφρονητικῶς διατεθέντος, καταδικάζει τὸν θάνατον· ὡς ἄν, οἶμαι, τῷ κατ' ἐκεῖνον [6] φόβῳ, πᾶν τὸ καταφρονοῦν ἐν τῷ λαῷ σωφρονέστερον γένοιτο τῷ φοβερῷ ὑποδείγματι, πρὸς τὸ μὴ τοῖς αὐτοῖς ἐγγενέσθαι παιδαγωγούμενον. εἰκότως τοίνυν ὁ μιμητὴς τοῦ Πέτρου διὰ πολλῶν τῶν κατὰ τὰς εὐεργεσίας θαυμάτων δείξας τὸ τῆς δυνάμεως μέγεθος, καὶ τὸν κατὰ τοῦ πνεύματος χρήσασθαι τῇ ἀπάτῃ ἐπιχειρήσαντα ἀληθεῦσαι [7] καθ' ἑαυτοῦ παρεσκεύασεν. ἔδει γάρ, οἶμαι, τὸν καθαιρέτην τοῦ ψεύδους, καὶ ἐν τῷ ἀπατεῶνι τὸ ψεῦδος μεταγαγεῖν εἰς ἀλήθειαν, ὡς ἂν ἅπασι διὰ τούτου γένοιτο δῆλον,

A XXII. Cum autem omnia magno illi viro auxilio sancti Spiritus ex sententia successerint, non intempestivum fuerit, etiam accessorium quoddam opus itineris enarrare, quo per omnia gratia quæ huic viro aderat ostendatur. Quoniam enim omnibus palam erat, id ipsi ante omnia fuisse curæ, ut in cunctis rebus ad egentium consolationem respiceret: duo quidam Hebræi sive ad lucrum spectantes, sive etiam reprehensionem aliquam ac vituperationem adversus virum excogitantes, ut quem putarent etiam facile decipi posse, ejus observant reditum. Et ex his unus quidem qui videbatur esse mortuus, supino habitu extensus per transversam viam publicam jacebat: alter vero quasi jacentem deplorans, lamentantium voces imitabatur, ac prætereuntem magnum illum virum inclamabat, dicens: Repentina morte correptus hic miser, nudus jacet, eique apparatus deest ad sepulturam. Rogabat ergo magnum istum virum, ne sanctam animam in eo despiceret, sed commiseratione paupertatis motus, ex iis quæ habebat suppeditaret ultimum amictum atque ornatum qui corpori ejus injiciatur. Ille quidem hæc & talia dicens, supplicabat. Hic vero nihil cunctatus, super jacentem injecta diploide qua erat circumdatus, iter suum ulterius prosecutus est. Sed postea quam illo prætergresso, soli erant a quibus sic illusus fuerat, mutata in risum simulata lamentatione impostor ille jussit jacentem surgere, præ gaudio ob lucrum fraude quæsitum cachinnos edens. At alter in eodem erat habitu, nihil eorum intelligens quæ dicebantur. Cum autem ille majore ac clariore voce uteretur, & simul pede eum excitare niteretur, nihilo magis qui jacebat vel vocem exaudiebat vel ictum sentiebat; sed in eadem figura ac habitu manebat extensus: mortuus enim erat, simul atque pallium super eum injectum fuit, vera morte; quam decipiendi Magni illius caussa simulaverat: adeo ut vir ille Dei non fuerit deceptus; sed cujus rei gratia vestis ab eo data erat, ad hanc rem ei qui accepisset usui esset. Quod si triste & acerbum esse videtur tale opus Magni illius & fidei & potentiæ, nemo quasi rem novam miretur, sed ad magnum illum Petrum respiciat. Etenim ille non benefaciendo solum, virtutem qua præditus erat ostendebat; cum & eum [a] qui claudus a nativitate erat, currentem atque saltantem populo demonstraret: aut [b] sui corporis umbra ægrotantium morbos curaret, ad quoscumque eam sol, transeunte Apostolo, ex transverso corpori incumbens admoverat: sed etiam quod [c] Ananiam, qui insitam Apostolo virtutem contemserat, morte condemnarit: ut illius, sicut opinor, terrore, quisquis in populo eodem contemtionis morbo laboraret, ad saniorem mentem hoc formidabili exemplo revocaretur, ne & ipse iisdem pœnis subjiceretur. Merito igitur imitator Petri, cum multis beneficis miraculis magnitudinem potentiæ ostendisset, etiam eum qui adversus Spiritum fraude uti conatus esset, vera adversus se ipsum dicere, effecit. Oportebat enim, arbitror, mendacii eversorem, etiam deceptoris mendacium in veritatem convertere; ut per hoc omni-

a Act. III. *b* Act. v. *c* Ibid.

1. Τοῦ ἁγίου πνεύμ.] Sic Paris. editio. Vossiana præterit ἁγίου.
2. Αὐτῷ] Edit. Paris. cum al. τῷ ἀνδρί.
3. Ἀθρόως] Al. ἀθρόῳ. Paullo ante Paris. edit. ὑπεκρίνετο, & mox περιιδεῖν pro παριδεῖν.
4. Πράξαντες] Al. cum edit. Paris. παίξαντες. Et paullo post ἀκούων pro ἐπαΐων ---- γεγωνοτέρᾳ, omisso μειζοτέρᾳ.
5. Ὁμοίῳ] Edit. Paris. ὁμοίως. Nonnullisque interjectis, τοῦ λαβοῦσι τῷ λαβόντι. Ceterum quod heic refert Gregorius Nyssenus duobus Judæis accidisse, idem in duos mendicos gestum esse per S. Epiphanium enarrat Sozomenus *Hist. eccles.* lib. VII. cap. XXVII. Sic enim inquit: ἀλλ' οἷον ἕτερον περὶ αὐτοῦ λέγεται, καὶ ἀφηγήσασθαι βούλομαι· πυνθάνομαι τεθαυματουργῆσθαι Γρηγορίῳ τῷ θαυμασίῳ, ὃς πάλαι τὴν Νεοκαισάρειαν ἐπετρόπευσε, καὶ μάλα πείθομαι. κ. τ. λ. *Aliud præterea quod de illo (Epiphanio) refertur, commemorare libet. Id quidem ab admirando Gregorio qui Neocæsariensem olim rexit ecclesiam, gestum esse accepi, & libenter credo* cet.
6. Φόβῳ] Al. ἐπιτιμίῳ.
7. Καθ' ἑαυτοῦ] Edit. Paris. cum al. περὶ αὐτοῦ. Et mox μεταλλάττειν.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

ὅτι καὶ πᾶν τὸ παρὰ τοῦ μεγάλου λεγόμενον, ἀληθὲς ἦν· καὶ ὅπερ ἂν ὡς ἀληθὲς παρεδέξατο, ψεῦδος οὐκ ἦν. οἱ μὲν οὖν Ἰουδαῖοι κατὰ τὸν ῥηθέντα τρόπον τῆς τοῦ μεγάλου δυνάμεως, ὡς ἐνόμισαν, καταπαίξαντες, παίδευμα τοῖς ἄλλοις ἐγένοντο, μὴ κατατολμᾶν τῆς ἀπάτης, ἐφ' ὧν ὁ Θεὸς γίνεται τῶν τολμηθέντων κατήγορος.


Μετὰ ταῦτα δὲ συλλόγου τινός ποτε κατὰ τὸ ὕπαιθρον ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν χώραν τόπων γεγενημένου, καὶ πάντων θαυμαστικῶς διακειμένων πρὸς τὰ διδάγματα, μειράκιόν τι πρὸς τοὺς συνεστῶτας ἐβόα, μὴ παρ' ἑαυτοῦ ταῦτα τὸν διδάσκαλον λέγειν, ἀλλ' ἕτερον αὐτῷ παρεστῶτα διεξιέναι τοὺς λόγους. προσαχθέντος δὲ τοῦ παιδὸς μετὰ τὸ διαλυθῆναι τὸν σύλλογον, εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς παρόντας τὸν μέγαν, μὴ καθαρεύειν ἐκ δαίμονος τὸ μειράκιον· καὶ ἅμα περιελόμενον ἑαυτοῦ τὸ ἐπὶ τῶν ὤμων ὀθόνιον, καὶ παραθέντα τῷ ἄσθματι τοῦ ἰδίου στόματος, οὕτως ἐπιρρίψαι τῷ νέῳ· γενομένου δὲ τούτου, ταράσσεσθαι ἤρξατο καὶ ἀναβοᾶν τὸ μειράκιον, καὶ καταπίπτειν καὶ διαρρίπτεσθαι καὶ πάντα πάσχειν τὰ ἐκ δαιμόνων πάθη. εἶτα ἐπιβαλόντος τοῦ ἁγίου τὴν χεῖρα, καὶ τὴν ταραχὴν [1] κατευνάσαντος, ἀποπτῆναι μὲν αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον, τὸν δὲ πάλιν ἐν καταστάσει γενόμενον, μηκέτι λέγειν ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ ἁγίου τὸν συμφθεγγόμενον. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο τῶν μεγάλων ἐκείνου θαυμάτων ἐστὶ, τὸ μηδεμιᾷ τινι περιεργίᾳ τὰ κατὰ τὰς ἰάσεις ἐπιτελεῖν θαύματα· ἀλλ' ἀρκεῖν πρός τε τὴν τῶν δαιμόνων ἀπαλλαγὴν, καὶ πρὸς τὴν ἴασιν τῶν ἀρρωστημάτων τοῦ σώματος, τὸ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἄσθμα, διὰ τῆς ὀθόνης τῷ κάμνοντι προσαγόμενον. ἀλλὰ τὸ μὲν πᾶσιν ἐφεξῆς τοῖς παρ' ἐκείνου θαύμασιν ἐπεξιέναι, μακρᾶς ἂν εἴη συγγραφῆς, καὶ λόγου τὴν παροῦσαν σχολὴν ὑπερβαίνοντος· ἑνὸς δὲ ἢ δυοῖν ἔτι τῶν περὶ αὐτοῦ λεγομένων ἐπιμνησθεὶς, ἐν τούτοις περιγράψω τὸν λόγον. Πανταχοῦ γὰρ ἤδη διαπεφοιτηκότος τοῦ θείου κηρύγματος, καὶ πάντων κατά τε τὴν πόλιν καὶ τὴν περίοικον πρὸς τὴν εὐσεβῆ τοῦ δόγματος πίστιν μετατεθέντων, βωμῶν τε καὶ ἱερῶν καὶ εἰδώλων ἐν αὐτοῖς ἀνατετραμμένων· καθαρισθείσης [2] δὲ ἤδη τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς τῶν περὶ τὰ εἴδωλα μιασμάτων, καὶ τῆς μιαρᾶς τῶν θυσιῶν κνίσσης ἀποσβεσθείσης, καὶ τοῦ ἐπιβωμίου λύθρου καὶ τῶν ἐκ τῆς ζωοθυσίας μολυσμάτων ἀποκλυσθέντων· πάντων δὲ κατὰ πάντα τόπον εὐκτηρίους ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ κατὰ σπουδὴν ναοὺς ἀνεγειρόντων· θυμὸς καὶ φθόνος εἰσέρχεται τὸν τηνικαῦτα τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐπιστατοῦντα, ἐφ' οἷς ἠμελεῖτο μὲν αὐτοῦ τὰ πάτρια τῆς ἀπάτης σεβάσματα, ηὐξεῖτο δὲ τῶν χριστιανῶν τὸ μυστήριον, καὶ εἰς πλῆθος ἐπεδίδου πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἡ ἐκκλησία, διὰ τῶν ἀεὶ προστιθεμένων τῷ λόγῳ, πρὸς μέγεθος αὔξουσα. καὶ νομίσας δυνατὸν εἶναι τῇ θείᾳ δυνάμει τὴν ἰδίαν ἀντιστῆσαι πικρίαν, καὶ ἐπισχεῖν μὲν τοῦ μυστηρίου τὸ κήρυγμα, καταλῦσαι δὲ τῶν ἐκκλησιῶν τὰ συστήματα, μεταστῆσαι δὲ πάλιν ἐπὶ τὰ εἴδωλα τοὺς προκεχωρηκότας τῷ λόγῳ· πέμπει πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν [3] ἀφηγουμένους προστάγματα, φοβερὰν κατ' αὐτῶν τὴν ἀπειλὴν τῆς τιμωρίας ὁρίζων, εἰ μὴ παντοίοις αἰκισμοῖς τοὺς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ προσκυνοῦντας διαλωβήσαιντο, καὶ προσαγάγοιεν πάλιν αὐτοὺς φόβῳ τε καὶ τῇ τῶν αἰκισμῶν ἀνάγκῃ τῇ πατρῴᾳ τῶν δαιμόνων λατρείᾳ. ὡς δὲ περιηγγέλθη τοῖς ἄρχουσι τὸ [4] πονηρὸν τοῦτο καὶ ἄθεον κήρυγμα, πανταχοῦ τῆς ἀρχῆς διαπεφοιτηκότων τῶν εἰς αὐτὸ τοῦτο παρὰ τῆς τυραννικῆς

bus manifestum fieret, quod quidquid a Magno illo dicebatur, verum erat: & quodcumque ut verum acceperat, non erat mendacium. Judæi igitur eo modo, ut dictum est, Magni illius potentiam, sicut existimabant, ludificati, aliis documento fuerunt, ne audeant tentare fraudem; cum eos qui id ausi fuerint, Deus accuset ac puniat.

XXIII. Post hæc, cum aliquando conventus quidam sub dio in quodam loco illius regionis habitus esset, atque omnes ejus doctrinam admirarentur, adolescentulus quidam ad congregatos clamabat, non a se ipso hæc Doctorem dicere, sed alterum ei adstantem verba proferre. Adducto autem puero, postquam conventus dimissus esset, dicitur Magnus iste ad eos qui aderant dixisse, adolescentulum non esse mundum a dæmone: & simul cum sibi sustulisset linteum quod in humeris gestabat, & oris sui anhelitui admovisset, sic injecisse juveni. Quo facto, turbari cœpit & exclamare adolescentulus, ac humi prosterni illicque jactari, & omnibus malis affici quæ pati solent, qui a dæmonibus obsessi sunt. Deinde cum Sanctus ei manum injecisset ac turbationem sedasset, ab eo quidem dæmonium avolasse; ipse vero ad priorem statum atque tranquillitatem reversus, non amplius dixisse fertur, quod videret Sancto aliquem adstantem qui una cum eo loquebatur. Est quidem sane etiam hoc ex magnis illius miraculis, quod non aliqua curiosa excogitatione miracula sanationum efficeret; sed & ad dæmones expellendos, & ad corporis sanandas infirmitates sufficeret oris ejus anhelitus, qui per linteum ægrotanti admovebatur. Ceterum omnia quidem illius miracula deinceps ordine persequi, prolixæ scripturæ res fuerit, atque sermonis qui præsens otium excederet: unius autem vel alterius adhuc eorum quæ de ipso feruntur mentione facta, hisce sermonem circumscribam. Cum enim jam in omnes partes divini verbi prædicatio divulgata esset, & omnes tam in civitate quam in circumvicina regione ad piam doctrinæ fidem traducti essent, altaribus atque sacellis & simulacris quæ in eis fuerant, eversis; ac humana vita jam ab idolorum inquinamentis expurgata, & impuro sacrificiorum nidore extincto, altarium pulverulento cruore atque ex mactatione & immolatione animalium contractis inquinamentis abstersis: omnibus autem in omni loco templa ad precandum sub nomine Christi studiose exstruentibus: furor quidam atque invidia invasit Romanorum qui tunc erat imperatorem, eo quod patrii quidem ejus falsi cultus atque superstitiones negligerentur; cresceret autem mysterium Christianorum, & in multitudinem ubique terrarum propagaretur Ecclesia, per eos qui semper sermoni adjiciebantur, in magnitudinem excrescens. Et cum existimaret fieri posse, ut sua acerbitate atque sævitia divinæ virtuti resisteret, ac mysterii quidem prædicationem reprimeret, constitutas autem Ecclesias everteret; eos vero rursus ad simulacra traduceret qui ad sermonem processerant: his de caussis mittit edicta ad gentium rectores ac præsides, horrendas supplicii minas in eos statuens, nisi omni tormentorum atque suppliciorum genere afficerent eos qui Christi nomen adorarent, metuque ac cruciatibus rursus ipsos ad patrium dæmonum cultum adducerent. Postquam autem magistratibus hoc pravum & impium edictum adnuntiatum est, cum in omnes imperii partes pervasissent, qui ad hoc ipsum a tyrannica crudelitate destinati ac constituti

1. Κατευνάσαντος] Al. cum edit. Paris. κατευνάσαντος. Paullo post μηδεμιᾷ τινι περιεργίᾳ.
2. Καθαρισθείσης] Edit. Paris. & al. καθαρθείσης.
3. Ἀφηγουμένους] Al. προκαθημένους. Edit. Paris. καθηγουμένους.
4. Πονηρὸν] Al. φοβερόν. Sic & edit. Paris.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



τεταγμένων ὠμότητος. καί τις ἐπεκράτει τοῦ [1] κατὰ τὸν τόπον ἔθνους τοιοῦτος, ὡς μηδὲν τῆς ὑπερκειμένης ἐξουσίας πρὸς τὴν πονηρὰν ὁρμὴν δεηθῆναι· οἴκοθεν ἔχων ἐκ φύσεως τὴν ὠμότητά τε καὶ πικρότητα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς πεπιστευκότας τῷ λόγῳ δυσμένειαν· καὶ γίνεται παρ' αὐτοῦ φοβερὸν ἐν δημοσίοις διατάγμασι, τὸ δεῖν, ἢ ἐξόμνυσθαι τὴν πίστιν, ἢ τιμωρίαις παντοδαπαῖς καὶ θανάτοις κολάζεσθαι. καὶ οὐδὲν ἦν ἕτερον τηνικαῦτα δημόσιόν τε καὶ ἴδιον παρὰ τῶν τὰ κοινὰ διὰ χειρὸς ἐχόντων γινόμενόν τε καὶ σπουδαζόμενον, πλὴν τοῦ [2] πολιορκεῖσθαι, καὶ τιμωρεῖν τοὺς ἀντεχομένους τῆς πίστεως. ἦν δὲ οὐκ ἐν ταῖς τῶν λεγομένων ἀπειλαῖς μόνον τὰ φόβητρα· ἀλλὰ μετὰ τούτων ἡ ποικίλη τῶν κολαστηρίων κατασκευὴ πᾶσαν ἐπῆγε κατάπληξιν, καὶ πρὸ τῆς πείρας ἐμποιοῦσα τοῖς ἀνθρώποις τὸν φόβον· ξίφη τε καὶ πῦρ, καὶ θηρία, καὶ βόθροι, καὶ τὰ στρεβλωτικὰ τῶν μελῶν ὄργανα· καὶ σιδηραὶ κατὰ πυρὸς καθέδραι, καὶ ξύλα ὄρθια, οἷς ἐντεινόμενα τῶν ἐνισταμένων τὰ σώματα, ταῖς τῶν φοβερῶν ὀνύχων προβολαῖς κατεξαίνετο· καὶ ἄλλα μυρία πρὸς τὰς πολυειδεῖς βασάνους τῶν σωμάτων ἐξευρημένα παρ' [3] αὐτῶν ἐπενοεῖτο· καὶ σπουδὴ τοῖς τῶν ἐξουσιῶν τούτων ἐπειλημμένοις ἦν μία, τὸ μηδένα τοῦ ἑτέρου δεύτερον ἐν ὑπερβολῇ πικρίας ἐπιδειχθῆναι πρᾳότερον. καὶ οἱ μὲν, εἰσήγγελλον· οἱ δὲ ὑπεδείκνυον· οἱ δὲ, διηρευνῶντο τοὺς κεκρυμμένους· ἄλλοι, τοῖς φεύγουσιν ἐπετίθεντο· ἄλλοι δὲ πρὸς τὰς κτήσεις τῶν πιστῶν ὁρῶντες, ὡς ἂν ἐγκρατεῖς γένοιντο τῶν πραγμάτων, ἐπὶ τῷ προσχήματι τῆς εὐσεβείας, ἤλαυνον τοὺς ἀντεχομένους τῆς πίστεως. σύγχυσις δὲ ἦν πᾶσα κατὰ τὸ ἔθνος, καὶ ἀμηχανία πολλὴ, πάντων ἀλλήλοις δι' ὑποψίας ὄντων· οὐ πατράσι τῆς παρὰ τῶν τέκνων [4] εὐνοίας ἐν τοῖς φοβεροῖς παραμενούσης· οὐ παισὶ τὸ πιστὸν τῆς πατρικῆς κηδεμονίας ἐγγυωμένης τῆς φύσεως. ἐμερίζετο δὲ τὰ γένη κατ' ἀλλήλων πρὸς τὰς θρησκείας σχιζόμενα. καὶ παῖς ἑλληνίζων, πιστῶν γονέων προδότης ἐγένετο· καὶ κατὰ παιδὸς πεπιστευκότος ἐν ἀπιστίᾳ μένων ὁ πατὴρ, κατήγορος ἦν. καὶ ἀδελφὸς ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐπολέμει τῇ φύσει, ὅσιον κρίνων τὸν ὁμογενῆ τιμωρήσασθαι, εἰ τῆς εὐσεβείας ἀντέχοιτο. ἐντεῦθεν πλήρεις μὲν ἦσαν αἱ ἐρημίαι τῶν ἐλαυνομένων· κεναὶ δὲ τῶν οἰκητόρων αἱ οἰκίαι· πολλὰ δὲ τῶν δημοσίων οἰκημάτων, ταῖς τῶν [5] δεσμωτηρίων ἐπετέτακτο χρείαις. οὐ γὰρ ἦν ἱκανὰ τὰ δεσμωτήρια χωρεῖν ἐν ἑαυτοῖς τῶν διὰ τὴν πίστιν τιμωρουμένων τὸ πλῆθος· ἀγοραί τε πᾶσαι καὶ σύλλογοι, κοινοί τε καὶ ἰδιάζοντες, ἀντὶ τῆς συνήθους φαιδρότητος, τῆς [6] τοιαύτης μετελάμβανον συμφορᾶς· τῶν μὲν ἑλκομένων· τῶν δὲ, ἀπαγομένων· ἄλλων ἐπὶ τοῖς γινομένοις, ἢ γελώντων ἢ δακρυόντων. οὐ νηπίων ἦν ἔλεος· οὐ τιμὴ πολιᾶς· οὐκ ἀρετῆς αἰδὼς εἰσῄει τοῖς δυσμενέσιν· ἀλλ' ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ, πᾶσα ἡλικία τοῖς πολεμίοις τῆς πίστεως ἔκδοτος ἦν. οὐδὲ ταῖς γυναιξὶν ἐδίδου ἡ φυσικὴ τοῦ γένους ἀσθένεια, τῶν τοιούτων ἀναγκῶν ἐκτὸς μένειν· ἀλλ' εἷς ἦν κατὰ πάντων ὁ τῆς ὠμότητος νόμος, ἴσῳ τῷ μέτρῳ τῆς [7] τιμωρίας, ὑπάγων τὸν τῶν εἰδώλων ἀλλοτριούμενον, μὴ διακρίνων τὴν φύσιν.

A erant. Ac talis quidam in gentem illius loci dominatum obtinebat, cui ad improbum studium atque conatum non deerat summa potestas; ut qui crudelitatem & acerbitatem sibi haberet ingeneratam, & in illos invidiam ac odium qui sermoni credidissent: publiceque propositis edictis ab eo denuntiatur, oportere vel fidem abjurare, vel omni suppliciorum genere ac morte puniri. Nullaque res alia tunc sive publica sive privata ab iis qui publica negotia tractare solebant, gerebatur ac curabatur, nisi ut obsiderent atque punirent eos qui fidem amplectebantur. Erant autem non in verborum dumtaxat minis terrores: sed una cum his varius tormentorum apparatus nullam non consterna- B tionem terroremque adducebat, etiam ante periculum hominibus formidinem incutiens: enses, ignis, bestiæ, scrobes ac fossæ; & instrumenta ad torquendum membra accommodata: tum ferreæ sellæ ignitæ, tum ligna erecta, in quibus stantium corpora dum intenderentur, formidabilium ungularum violentis admotionibus dilacerarentur: & alia innumerabilia ad multiplices corporum cruciatus inventa, ab eis excogitabantur: studiumque iis qui eas potestates susceperant, unum erat, ne quisquam alteri secundus exsuperantia sævitiæ mitior videretur. Nam alii quidem accusabant, alii vero demonstrabant, nonnulli etiam occultatos scrutabantur, alii fugientibus insidiabantur: alii autem possessionibus fide- C lium inhiantes; ut rebus eorum potirentur, sub prætextu pietatis vexabant & exagitabant eos, qui fidem amplectebantur. Summa vero in gente erat confusio, magnaque trepidatio atque perplexitas, cum omnes inter se essent suspecti; nec in tanto discrimine atque terrore permaneret filiorum in parentes benevolentia, neque paternæ curæ a natura ingenerata fidelitas remaneret parentibus in filios. In varios quoque ritus religionis ac sectas inter se scindebantur familiæ atque cognationes. Ac filius qui erat infidelis, fidelium parentum fiebat proditor: & filium qui fidem amplexus fuerat, pater in infidelitate manens accusabat. Frater quoque eadem de caussa naturam oppugnabat, pium ac sanctum esse D judicans a consanguineo pœnas expetere, si pietatem amplecteretur. Hinc plenæ quidem erant solitudines iis qui expulsi profugerant: habitatoribus autem vacuæ erant ædes; multaque publica domicilia ad usum carcerum deserviebant. Non enim poterant eorum capere multitudinem carceres, qui propter fidem puniebantur: omniaque fora atque conventus tam publici quam privati, pro consueta hilaritate atque lætitia, calamitates tales invicem accipiebant; cum alii quidem attraherentur, alii vero adducerentur: alii ob ea quæ fiebant, vel riderent vel plangerent. Non erga infantes erat misericordia, non honor canitiei, non virtutis reverentia in mentem veniebat infensis: sed tamquam in captivitate, omnis ætas E debebatur inimicis fidei. Ne feminis quidem naturalis sexus imbecillitas concedebat, ut ab ejusmodi necessitatibus atque periculis exemtæ essent: sed una in omnes crudelitatis lex erat, eodem supplicii genere ac modo; nullo discrimine sexus habito, subjiciens multansque eos qui ab idolorum cultu alieni erant.

Τότε οὖν ἰδὼν ὁ μέγας ἐκεῖνος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν, ὡς οὐ δυναμένων τῶν πολλῶν μέχρι τοῦ θανάτου τῆς εὐσεβείας προαγωνίσασθαι, σύμ-

XXIV. Tunc ergo magnus ille vir considerata imbecillitate ac fragilitate humanæ naturæ, utpote quod multi non possent usque ad mortem pro pie-

2. Τοῦ κατὰ τόπον ἔθνους] *In gentem illius loci*, hoc est in gentem Ponticam. Voss.

2. Πολιορκεῖσθαι καὶ τιμωρεῖν] Edit. Paris. πολιορκεῖν τε καὶ τιμωρεῖσθαι.

3. Παρ' αὐτῶν] Al. cum edit. Paris. παρ' αὐτοῖς. Paullo post eadem edit. ἐπεδείκνυον.

4. Εὐνοίας] Al. εὐποιίας.

5. Δεσμωτηρίων] Al. καθειργνυμένων. *Ad usum eorum qui vinculis coercerentur*. Atque ita edit. Paris. quæ statim habet ἐπεπέπηκτο.

6. Τῆς τοιαύτης] Edit. Paris. cum al. τὰς τοιαύτας.


7. Τῆς τιμωρίας] His addit edit. Paris. τῶν γινομένων.

βουλος γίνεται τῇ ἐκκλησίᾳ μικρὸν [1] ὑποχωρῆσαι τῇ φοβερᾷ προσβολῇ, κρεῖττον εἶναι ἡγούμενος διὰ φυγῆς τὰς ψυχὰς αὐτῶν περισώσασθαι, ἢ ἑστῶτας ἐπὶ τῆς τῶν ἀγώνων παρατάξεως, λειποτάκτας γενέσθαι τῆς πίστεως· καὶ ὡς ἂν μάλιστα πεισθεῖεν οἱ ἄνθρωποι μηδένα κίνδυνον φέρειν τῇ ψυχῇ, τὸ τὴν πίστιν διὰ φυγῆς περισώσασθαι, τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι σύμβουλος τῆς ἀναχωρήσεως γίνεται· αὐτὸς πρὸ τῶν ἄλλων ὑποχωρήσας τῇ τοῦ κινδύνου φορᾷ. ἅμα δὲ καὶ τοῦτο τοῖς κρατοῦσι μάλιστα διὰ σπουδῆς ἦν, τὸ δὴ ἐκείνου καθάπερ στρατηγοῦ χειρωθέντος, πᾶσαν διαλῦσαι τῆς πίστεως τὴν παράταξιν· καὶ τούτου χάριν, ἐκεῖνον ὑπὸ χεῖρα ποιήσασθαι τοῖς ἐχθροῖς διεσπούδαστο. ὁ δὲ ἦν, ἔρημόν τινα καταλαβὼν λοφιὰν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἐκ νεωκόρου κατ' ἀρχὰς προσαχθέντα τῇ πίστει, ἤδη τῇ χάριτι τῆς διακονίας ὑπηρετούμενον· τῶν δὲ διωκόντων κατ' ἴχνος ἑπομένων ἐν πλήθει πολλῷ, μηνύσαντος αὐτοῖς τὸν τόπον τινὸς ἐν ᾧ κατεκρύπτετο· οἱ μὲν ἐν κύκλῳ τὴν ὑπώρειαν τῆς λοφιᾶς διαλαβόντες ἐφύλασσον, ὅπως ἂν μηδαμόθεν αὐτῷ γένοιτο διαφυγεῖν, εἴπερ εἰς τοῦτο τραπείη· οἱ δὲ προσβάντες τῷ ὄρει, κατὰ πᾶν μέρος διερευνώμενοι, ἤδη καταφανεῖς ἐγίνοντο τῷ μεγάλῳ, κατ' εὐθεῖαν πρὸς αὐτὸν ἀνατρέχοντες. ἐκεῖνος δὲ διακελευσάμενος τῷ μετ' αὐτοῦ, στερεᾷ τε καὶ ἀδιστάκτῳ τῇ πεποιθήσει στῆναι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ καταπιστεῦσαι τὴν σωτηρίαν αὐτῷ, τὰς χεῖρας εἰς προσευχὴν ἀνατείναντα, καὶ μηδὲ εἰ πλησίον γένοιντο οἱ διώκοντες ἐκκρουσθῆναι τῷ φόβῳ τὴν πίστιν. ὑπόδειγμα δὲ τῆς παραγγελίας, ἐποίει ἑαυτὸν τῷ διακόνῳ· βλέπων τε πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀμεταστρέπτῳ ὄμματι, καὶ πεταμέναις χερσὶν ἐν ὀρθίῳ τῷ σχήματι. καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν· οἱ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἀναδραμόντες, πανταχῇ τὸν τόπον περισκεψάμενοι, καὶ πᾶσαν ἔνστασιν θάμνου, καὶ πᾶσαν πέτρας προσβολὴν, καὶ πᾶσαν ἐκ χαράδρας κοιλότητα μετὰ πάσης ἀκριβείας διερευνησάμενοι, πάλιν τὴν ὑπώρειαν καταλαμβάνουσιν, ὡς φόβῳ τῶν διερευνωμένων αὐτὸν εἰς φυγὴν [2] τραπέντα τοῖς κάτω περιεστοιχισμένοις ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι. ὡς οὖν οὔτε παρὰ τούτων ηὑρέθη, καὶ παρ' ἐκείνοις οὐκ ἦν· ὁ δὲ τὸν τόπον τῆς τοῦ μεγάλου διαγωγῆς κατασκεψάμενος σημείοις ὑπέγραφεν, ἐν ᾧ διεβεβαιοῦντο οἱ ζητηταὶ μηδένα ἑωρακέναι, πλὴν εἰ μὴ δύο δένδρα μόνον, ἀπ' ἀλλήλων μικρὸν διεστηκότα. ἀνακεχωρηκότων δὲ τῶν ζητούντων, ὑπολειφθεὶς ὁ μηνυτὴς, καὶ καταλαβὼν ἐν προσευχῇ αὐτόν τε τὸν μέγαν καὶ τὸν σὺν αὐτῷ· καὶ γνοὺς τὴν θείαν φρουρὰν, δι' ἧς ἐκεῖνοι δένδρα τοῖς διώκουσιν ἐνομίσθησαν, προσπίπτει τε αὐτῷ, καὶ πιστεύει τῷ λόγῳ· καὶ ὁ πρὸ βραχέος διώκτης, εἷς φευγόντων ἐγένετο. μενόντων τοίνυν κατὰ τὴν ἔρημον χρόνον πολὺν· (ἐπεκράτει γὰρ ὁ κατὰ τῆς πίστεως πόλεμος) χαλεπῶς τοῦ καθηγουμένου κατὰ τῶν προστεθειμένων τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας λυσσῶντος, καὶ πάντων πρὸς φυγὴν τετραμμένων· ἐπειδὴ [3] τὰ κατὰ τὸν μέγαν αὐτοῖς ἀπ' ἐλπίδος ἦν, ὡς οὐκ ἂν ὑπὸ χεῖρά ποτε γενόμενον τοῖς διώκουσι· τότε κατὰ τῶν ὑπολοίπων τὴν λυσσώδη πικρίαν ἑαυτῶν τρέψαντες, πανταχῇ κατὰ τὸ ἔθνος διηρευνῶντο πάντας ὁμοίως ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, ὅσοις τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ τὸ σεβάσμιον ἦν. καὶ εἷλκον ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ τὰ δεσμωτήρια κατεπλήρουν, ἀντ' ἄλλης τινὸς ἀδικίας, ἔγκλημα ποιούμενοι κατ' αὐτῶν τὴν εὐσέβειαν· ὡς μηδενὶ τότε τῶν κοινῶν προσασχολεῖσθαι τὰ δικαστήρια, ἢ τοῦτο μόνον διὰ σπουδῆς τοῖς κρατοῦσιν εἶναι, τὸ, πάντας αἰκισμοὺς καὶ παντοίας στρεβλώσεις δι' ἐπινοίας ἐπάγειν κατὰ τῶν ἀντεχομένων τῆς πίστεως. ἔνθα δὴ καὶ μᾶλλον πᾶσι κατάδηλον γίνεται, τὸ μηδὲν

tate decertare, consuluit Ecclesiæ, ut parumper horribilem illum impetum atque irruptionem declinaret; satius esse ducens per fugam animas ipsorum servari, quam in acie certaminum stantes, fidei fieri desertores: & ut maxime hominibus persuaderetur, nullum animæ periculum afferre, si vel fuga fidem servarent; suo exemplo auctor ipsis secedendi fit, ipse ante alios secedendo periculi impetum devitans. Simul autem hoc iis penes quos erat rerum potestas, maximo studio erat, ut illo tamquam duce capto, omnem fidei aciem funderent atque dissolverent: & ideo magnopere contendebant inimici, ut illum in suam potestatem redigerent. At ille, cum desertum quemdam collem occupasset, secum habens eum qui ex æditui ad fidem adductus fuerat ab initio, Diaconatus jam munere fungentem; persecutores autem indicio cujusdam edocti, quo in loco absconsus lateret, magna multitudine vestigiis inhærentes; alii quidem lateribus atque radicibus collis circumsessis, observabant, ne ulla ex parte, si fugam tentasset, liceret ei effugere: alii vero qui montem subierant, in omnibus partibus scrutantes, jam magno illi viro in conspectu erant, recta ad ipsum currentes. Ille autem adhortatus eum qui erat cum ipso, ut firma atque indubitata erga Deum fiducia consisteret, eique suam salutem committeret manus ad orationem extendens, & nec, etiamsi prope accessissent persecutores, metu excutiatur fides. Præcepti autem exemplum se ipsum præbebat Diacono, cum & immotis oculis extensisque manibus recta figura cælum intueretur. Atque hi quidem hæc agebant: illi vero cum ad eos accurrissent, & omnem locum perlustrassent, inibique omnia dumeta atque arbusta, omnia prominentia saxa, omnes voraginum cavernas cum summa diligentia scrutati essent, rursus ad collis radices contendunt, ut metu perscrutatorum ille in fugam conversus incideret in manus eorum, qui infimam partem collis circumsidebant. Postquam ergo nec ab his est inventus, neque apud illos erat; explorator ille loci in quo Magnus ille degebat, signis eum describebat, in quo investigatores neminem se vidisse affirmabant, præter duas dumtaxat arbores, paullulum a se invicem distantes. Digressis tandem inde scrutatoribus, cum substitisset index, atque in oratione & ipsum illum magnum virum & comitem ejus offendisset, illudque ope divina factum esse cognosceret, ut illi persequentibus viderentur esse arbores, procidit ad pedes ejus, creditque sermoni: & qui paullo ante fuerat persecutor, fit unus ex fugientibus. Ipsis ergo longo tempore in solitudine manentibus (invalescebat enim bellum adversus fidem) ac præside provinciæ graviter sæviente in eos qui ad pietatis sermonem accesserant, & omnibus in fugam conversis, quoniam nulla spes reliqua erat, fore ut magnus ille vir in manus persequentium veniret: tunc omni sua rabie atque acerbitate in reliquos conversa, ubique per gentem perscrutabantur omnes similiter viros, mulieres & pueros, quibus Christi nomen in veneratione erat, eosque ad civitatem trahebant, & carceres replebant, pietatem eis alterius cujuspiam maleficii loco velut crimen objicientes: adeo ut in nullo alio publico negotio judicia tunc occuparentur, præterquam quod id solum a magistratibus curaretur, ut omne genus contumeliarum, variaque tormenta sollerter excogitata inferrent in eos, qui fidem amplecterentur. Quo etiam tempore magis

1. Ὑποχωρῆσαι] Al. ἐκχωρῆσαι. Paullo post ἀναχωρήσας, ut habet Paris. edit. pro ὑποχωρήσας.
2. Τραπέντα] Al. τραπέντων. Mox vero, οἱ ζητοῦντες — πλὴν εἰ μὴ δύο δένδ. Sic edit. Paris.
3. Ἐπειδὴ τὰ κατ.] Al. ἐπειδὴ τὸ κατ. Paullo post, λυσσώδη μανίαν. Neque aliter Paris. edit.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



ἀθεεὶ τὸν μέγαν ἐκεῖνον [1] βουλεύεσθαι· φυλάξας γὰρ ἑαυτὸν διὰ τῆς φυγῆς τῷ λαῷ, κοινὴ συμμαχία τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀγωνιζομένοις ἅπασιν ἦν. καθάπερ γὰρ περὶ τοῦ Μωσέως ἀκούομεν, ὅτι πόῤῥωθεν ἀφεστηκὼς τῆς τῶν Ἀμαληκιτῶν παρατάξεως, διὰ προσευχῆς ἐνετίθει τοῖς ὁμοφύλοις κατὰ τῶν ὑπεναντίων τὴν δύναμιν· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκεῖνος, οἷον ἐφορῶν τῷ ὀφθαλμῷ τῆς ψυχῆς τὰ γινόμενα, τὴν θείαν ἐπεκαλεῖτο συμμαχίαν ὑπὲρ τῶν ἐναθλούντων τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως.

A omnibus palam fit, quod magnus ille vir nihil absque divino numine consuluisset: nam cum per fugam se populo conservasset, commune omnibus pro fide decertantibus auxilium præsidiumque erat. Sicut enim de Moyse audimus [a], quod cum procul ab acie Amalecitarum abesset, per orationem iis qui ejusdem generis ac tribus erant, vires adversus hostes adderet: eodem quoque modo ille, quasi animi oculis intueretur ea quæ fiebant, divinum auxilium pro iis qui caussa confessionis fidei decertabant, invocabat.

Καί ποτε μετὰ τῶν συνόντων κατὰ τὸ σύνηθες τῷ Θεῷ προσευχόμενος, ἀθρόως ἀγῶνός τε καὶ θορύβου καταπλησθεὶς, ἔνδηλος ἦν ἐν τοῖς παροῦσιν οἷον ξενιζόμενος, καὶ ἐναγωνιῶν τῷ θεάματι, καὶ τὴν ἀκοὴν ἐπέχων, καθάπερ ἤχου τινὸς πρὸς αὐτὸν διαβαίνοντος. καὶ διαγενομένου διαστήματος οὐκ ὀλίγου, μείνας πάντα τὸν ἐν τῷ μέσῳ χρόνον, ἀκλινὴς καὶ ἀκίνητος, εἶθ᾽ ὥσπερ τοῦ προκειμένου θεάματος εἰς ἀγαθὸν καταλήξαντος, πάλιν ἐπανῆλθέ τε πρὸς τὸ σύνηθες, καὶ ἀνευφήμησε τὸν Θεὸν ἐν λαμπροτάτῃ φωνῇ, τὸν ἐπινίκιόν τε καὶ εὐχαριστήριον [2] λόγον ἐπιφθεγξάμενος, ὃν πολλαχῇ τῆς ψαλμῳδίας τοῦ Δαβὶδ ἀκούομεν λέγοντος τό· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἔδωκεν ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν. τῶν δὲ περὶ αὐτὸν θαυμαστικῶς διατεθέντων, καὶ μαθεῖν ἀξιούντων, ὅ, τί ποτε εἴη τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ γενόμενον θέαμα, εἰπεῖν λέγεται, μέγα πτῶμα κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην ἑωρακέναι, καταπαλαισθέντος τοῦ διαβόλου ὑπὸ νεανίου τινὸς ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσι. τῶν δὲ ἀγνοούντων ἔτι τὸ εἰρημένον, σαφέστερον αὐτοῖς διηγεῖται, ὅτι συμμαχίᾳ κρείττονι κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην, νεανίας τις τῶν εὐπατριδῶν, τοῖς ἱδρῶσι τῆς [3] πίστεως ἐνηγωνίσατο, προσαχθεὶς ὑπὸ τῶν δημίων τῷ ἄρχοντι. προσέθηκε δὲ καὶ τὸ ὄνομα, Τρωάδιον αὐτὸν ὀνομάσας· καὶ ὅτι μετὰ πολλὰς τὰς βασάνους, ἃς γενναίως ἐνεκαρτέρησε, τὸν διὰ τῆς μαρτυρίας ἀνεδήσατο στέφανον. ἐκπλαγεὶς δὲ πρὸς τὴν ἀκοὴν ὁ διάκονος, καὶ οὔτε ἀπιστεῖν τινι τῶν λεγομένων τολμῶν· καὶ ἅμα κρεῖττον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἶναι νομίσας, τὸ πόῤῥωθεν ὄντα τῆς πόλεως, μηδενὸς ἀνθρώπου τὰ κατ᾽ αὐτὸν διαγγείλαντος, ὡς ἐφεστῶτα τοῖς πράγμασι λέγειν πρὸς τοὺς συνόντας περὶ τῶν ἐκεῖ γενομένων, ἱκέτης γίνεται τοῦ διδασκάλου, ὀφθαλμοῖς ἐπιτραπῆναι καὶ γνῶναι τὰ πεπραγμένα· καὶ μὴ κωλυθῆναι παρ᾽ αὐτοῦ γενέσθαι μέχρι τῶν τόπων αὐτῶν, ἐν οἷς τὸ θαῦμα ἐγένετο. τοῦ δὲ φοβερὸν εἶναι λέγοντος, τὸ ἐν μέσῳ τῶν φονώντων γενέσθαι, καὶ πολλάκις ἐξ ἐπηρείας τοῦ ἀντικειμένου, τι τῶν ἀβουλήτων παθεῖν, ἐπιθαρσεῖν ἔλεγεν ὁ διάκονος τῇ τῶν εὐχῶν αὐτοῦ συμμαχίᾳ, φθεγγόμενος ταύτην πρὸς αὐτὸν τὴν φωνήν· σύ με παράθου τῷ Θεῷ, καὶ οὐδείς μοι φόβος ἐκ τῶν πολεμίων καθάψεται. τοῦ δὲ καθάπερ συνέμπορον αὐτῷ τὴν τοῦ Θεοῦ βοήθειαν διὰ τῆς εὐχῆς συνεκπέμψαντος, πεποιθὼς τὴν ὁδὸν διῄει, πρὸς οὐδένα τῶν ἀπαντώντων ἐπιστρεφόμενος.

XXV. Cumque aliquando una cum iis qui cum ipso erant, pro more Deum oraret, repente ango-
B re ac trepidatione repletus, aperte præ se tulit iis qui aderant a se spectaculum videri novum, seque eo angi, & veluti sono quodam ad eum perveniente, aures obturare: & non exiguo interjecto spatio, cum toto tempore quod interfluxit, inflexilis atque immobilis permansisset, deinde quasi propositum spectaculum bonum exitum habuisset, ipse & ad solita rediit, & clara voce Deum laudavit, hymnum victoriæ & gratiis Deo agendis appositum pronuntians, quem frequenter in psalmodia David dicentem audivimus: [b] *Benedictus Deus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum*. Familiaribus autem ejus admirantibus, ac discere ex eo volentibus, quodnam id tandem fuisset spectaculum, quod ante
C oculos ejus obversabatur: dixisse fertur, magnam se in illa hora vidisse stragem atque ruinam, prostrato diabolo a quodam adolescente in certamine pro pietate suscepto. Iis vero adhuc ignorantibus quod dicebatur, narrat eis apertius, quod illa hora adolescens quidam nobilis divino fretus auxilio, magnis sudoribus pro fide decertasset, a lictoribus ad præsidem adductus. Nomen quoque adjecit, Troadium ipsum nominans, & quod post multa tormenta quæ fortiter pertulit, martyrii corona redimitus esset. Obstupefactus autem & attonitus his auditis Diaconus, cum neque fidem derogare iis quæ dicerentur auderet, & simul majus esse credens quam ut in humanam cadat naturam, ut qui procul a civitate
D abesset, nemoque hominum eum de suis rebus certiorem fecisset: ille vero perinde ac si interfuisset, ad familiares de rebus illic gestis loqueretur, supplex orat Magistrum, ut permittatur sibi oculis ea cernere quæ acta essent, & ne ab eo prohibeatur pervenire usque ad ea loca, in quibus miraculum accidit. Cum is autem diceret formidolosum esse in medio cædis avidorum versari, ac sæpe ex insultu atque impetu adversarii posse accidere aliquid, quod nollemus; Diaconus se precum ejus auxilio confidere dixit, hac ad eum voce utens: Tu me Deo commenda, & nullus ab hostibus terror me invadet. Cumque ille auxilium divinum pro comite per orationem una cum eo misisset, cum fiducia iter con-
E fecit, ad neminem obviam venientem se convertens.

Ἑσπέρας δὲ τῆς πόλεως ἐντὸς γεγονὼς καὶ κοπώδης ἐκ τῆς ὁδοιπορίας γενόμενος, λουτρῷ θεραπεῦσαι τὸν κόπον ἀναγκαῖον ᾠήθη. ἐπεκράτει δὲ κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον δαίμων τις ἀνθρωποκτόνος ἐπιχωριάζων τῷ λουτρῷ· οὗ ἡ φθοροποιὸς δύναμις ἐνεργὴς μετὰ τὸ σκότος κατὰ τῶν προσεγγιζόντων ἐγίνετο· καὶ τούτου χάριν, ἄβατον ἦν μετὰ τὰς ἡλίου δυσμὰς τὸ λουτρὸν ἐκεῖνο καὶ ἀνενέργητον· ᾧ παραστὰς ἠξίου τὸν ἐπιτ-

XXVI. Cum autem vesperi civitatem ingressus esset, defessusque esset ex itinere, lavacro corpus reficere sibi necessarium duxit. Dominabatur autem illo in loco dæmon quidam homicida, in balneo versari solitus; cujus pestifera vis post tenebras exercebatur adversus eos qui accedebant: eaque de caussa post occasum solis non patebat ad id aditus, neque exercebatur balneum. Ad quod cum accessisset,

[a] Exod. XVII. [b] Psal. CXXIII. 6.

1. Βουλεύεσθαι] Al. βουλεύσασθαι.
2. Λόγον] Edit. Paris. & al. ὕμνον.
3. Τῆς πίστεως] Al. τῆς εὐσεβείας.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.

ταγμένον ἀνοῖξαι τὴν θύραν, καὶ δοῦναι τὴν εἴσοδον αὐτῷ, καὶ μὴ φθονῆσαι τῆς ἐκ τοῦ λουτροῦ θεραπείας. τοῦ δὲ μαρτυρουμένου, μηδένα τῶν κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην κατατολμώντων τοῦ ὕδατος ἰδίοις ὑποστρέψαι ποσὶν, ἀλλὰ πάντων μετὰ τὴν ἑσπέραν κατακρατεῖν τὸ δαιμόνιον· καὶ πολλοὺς ὑπ' ἀγνοίας ἤδη παθεῖν τὰ ἀνήκεστα, οὓς ἀντὶ τῆς ἐλπισθείσης ἀνέσεως, θρῆνοι καὶ τάφοι, καὶ οἰμωγαὶ διεδέξαντο· ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διεξιόντος, οὐδὲν μᾶλλον ἐκεῖνος ὑφίει τῆς ἐπιθυμίας· ἀλλ' ἐνέκειτο παντὶ τρόπῳ καταναγκάζων αὐτὸν εἰς τὰ ἐντὸς παραδέξασθαι. ὁ δὲ τὸ μὴ συγκινδυνεῦσαι τοῦ ξένου τῇ ἀγνοίᾳ, κέρδος ἡγούμενος, τὴν κλεῖν ἐπ' αὐτῷ ποιησάμενος, πόῤῥω τοῦ λουτροῦ ἀπαλλάσσεται. ἐπειδὴ δὲ γυμνωθεὶς ἐντὸς ἦν, πολύτροποί τινες φόβων καὶ καταπλήξεων ἀφορμαὶ παρὰ τοῦ δαιμονίου συνεσκευάζοντο· φάσματα παντοδαπὰ πυρὶ καὶ καπνῷ μεμιγμένην τὴν φύσιν ἐπιδεικνύμενα, ἐν ἀνθρώπων καὶ θηρίων μορφῇ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐμπίπτοντα, ταῖς ἀκοαῖς ἐνηχοῦντα, τῷ ἄσθματι προσεγγίζοντα, κύκλῳ περὶ τὸ σῶμα χεόμενα. ὁ δὲ τὴν σφραγίδα ἑαυτῷ προβαλλόμενος, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ ἀνακαλῶν ὄνομα, ἀπαθὴς τὸν πρῶτον διεξῆλθε τὸν οἶκον· ἐπὶ δὲ τὸ ἐνδότερον χωρήσας, χαλεπωτέροις ἐνέτυχε τοῖς θεάμασιν, εἰς φοβερωτέραν μετασκευασθέντος τοῦ δαιμονίου τὴν ὄψιν· καὶ ἅμα σεισμῷ κατακλονεῖσθαι τὸν οἶκον ᾤετο, καὶ τὸ ἔδαφος ὑποῤῥηγνύμενον, γυμνὴν ὑποδεικνύειν τὴν κάτω φλόγα, σπινθῆράς τε φλογώδεις ἀπὸ τῶν ὑδάτων ἐκπέμπεσθαι. καὶ πάλιν αὐτῷ τὸ ἴσον ὅπλον ἡ σφραγὶς, καὶ τὸ Χριστοῦ ὄνομα, καὶ ἡ διὰ τῶν εὐχῶν τοῦ διδασκάλου βοήθεια, τὰ φοβερὰ τῶν φαινομένων τε καὶ γινομένων διέχεεν. ἀνεθεὶς δὲ ἤδη τῷ ὕδατι, καὶ πρὸς τὴν ἔξοδον σπεύδων, πάλιν ἐκωλύετο, τοῦ δαιμονίου τῆς θύρας ἀντειλημμένου. ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν τὸ κώλυμα, διὰ τῆς ἴσης δυνάμεως, αὐτομάτως ἐλύετο, τῇ σφραγίδι τῆς θύρας ὑποχωρούσης. ἐπεὶ δὲ, κατὰ νοῦν αὐτῷ προσκεχωρήκει τὰ πάντα, ἐκβοῆσαι λέγεται πρὸς αὐτὸν ἀνθρωπίνῃ φωνῇ τὸ δαιμόνιον, μὴ [1] ἐπ' αὐτῷ τὴν δύναμιν ἐκείνην λογίσασθαι, δι' ἧς τὸν ὄλεθρον ἔφυγεν· ἡ γὰρ φωνὴ τοῦ παραθεμένου αὐτὸν, τῷ φυλάσσοντι τὸ ἀπαθὲς ἐχαρίσατο. διασωθεὶς τοίνυν κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, ἔκπληξιν παρέσχε τοῖς ἐπιστατοῦσι τοῦ τόπου, οὐδενὸς τῶν πώποτε κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην κατατολμησάντων τοῦ ὕδατος, ἐν τοῖς ζῶσι φανέντος. ἐπεὶ δὲ τούτοις τὰ κατ' αὐτὸν διηγήσατο, καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν τῶν μαρτύρων ἀνδραγαθήματα, τοῦτον ἔγνω γεγενημένα τὸν τρόπον, ὃν ἐπὶ τῆς ἐρημίας ὁ μέγας διάγων προδιηγήσατο, προσθεὶς τοῖς περὶ αὐτοῦ διηγήμασί τε καὶ θαύμασι, δι' ὧν τε εἶδε, καὶ δι' ὧν ἤκουσε, καὶ δι' ὧν τῇ ἑαυτοῦ πείρᾳ τῆς τοῦ μεγάλου πίστεως ἐδιδάχθη τὴν δύναμιν, ᾗ προσεμαρτύρησε τὸ δαιμόνιον, πάλιν ἀνατρέχει πρὸς τὸν διδάσκαλον· τοῖς τε κατ' αὐτὸν, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα κοινὸν ἀφεὶς φυλακτήριον, τὸ διὰ τῶν ἱερέων ἕκαστον ἑαυτὸν τῷ Θεῷ παρατίθεσθαι· καὶ νῦν ἐστι μὲν κατὰ πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν, ἐξαιρέτως δὲ παρ' ἐκείνοις ἡ τοιαύτη φωνὴ, τῆς τότε γεγενημένης τῷ ἀνδρὶ παρὰ τοῦ Γρηγορίου βοηθείας μνημόσυνον.

Τῆς δὲ τυραννίδος ἐκείνης ἤδη κατὰ θείαν συμμαχίαν διαλυθείσης, καὶ πάλιν εἰρήνης τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν διαδεξαμένης, καθ' ἣν ἄνετος ἦν κατ' ἐξουσίαν προκειμένη πᾶσιν ἡ περὶ τὸ θεῖον σπουδὴ, καταβὰς πάλιν ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ πᾶσαν περινοστήσας ἐν κύκλῳ τὴν χώραν, προσθήκην ἐποιεῖτο τοῖς [2] ἑκασταχοῦ λαοῖς τῆς περὶ τὸ θεῖον σπουδῆς,


rogabat eum qui illi præerat, ut oſtium ei aperiret aditumque præberet, & non invideret ſibi uſum ac recreationem balnei. Illo vero teſtante, nullum ex iis qui illa hora aquam auſi ſunt ingredi, ſuis rediiſſe pedibus; ſed dæmonem omnes poſt veſperum in ſua poteſtate habere, multoſque ob ignorationem jam paſſos eſſe graviſſima, quos pro ſperata recreatione lamentationes & ſepultura & gemitus atque ululatus exceperunt: hæc & hujuſmodi balneatore referente, nihilo magis ille quidquam de ſuo remiſit deſiderio: ſed inſtabat omnimode, urgens ac cogens ipſum ut ſe intromitteret. Ille autem ſatis ſe lucrifacere exiſtimans, ſi non cum hoſpitis ignoratione una veniret in periculum, cum ei dediſſet clavem, procul a balneo recedit. Poſtquam autem nudatus fuit intus, multiplices terrores & concuſſionum materiæ a dæmonio inſtruebantur: ſpectra varia, igni & fumo mixtam naturam præ ſe ferentia, in forma hominum & ferarum oculis ſe ingerentia, auribus inſonantia, anhelitui appropinquantia, & undique corpori ſe circumfundentia. Ille vero ſe ſigno crucis muniens, & Chriſti nomen invocans, primum conclave illæſus pertranſiit: ad interiorem autem partem ædium progreſſus, in graviora ſpectacula incidit, in horribiliorem adſpectum dæmonio transformato: nam & ſimul terræ motu concuti domus ei videbatur, & ſolum infra ruptum flammam nudam oſtendere inferius, ſcintillæque flammeæ ab aquis emitti putabantur. Rurſuſque ei arma itidem fuere, ſignaculum crucis & Chriſti nomen: & quod per magiſtri preces adferebatur auxilium, terrores earum rerum quæ tum apparebant tum fiebant diſcutiebat. Aqua autem jam recreatus, cum feſtinaret egredi, rurſus prohibebatur a dæmone oſtium occupante. Sed hoc quoque rurſus impedimentum, pari virtute ſponte ſua oſtio cedente, per ſignum crucis diſcuſſum atque ſolutum eſt. Poſteaquam autem omnia ei ex ſententia ſucceſſerant, exclamaſſe dicitur ad eum humana voce dæmonium, ne ſibi virtutem illam attribueret, per quam exitium effugerat: vocem enim ejus a quo commendatus fuerat, hoc ei præſtitiſſe ut illæſus remaneret. Hoc igitur modo, ut dictum eſt, conſervatus, magnæ admirationi præfectis loci fuit: eo quod nemo eorum qui umquam illa hora aquam ingredi auſi eſſent, inter vivos poſtea apparuiſſet. Cum autem & his quæ ſibi acciderant enarraſſet, ac Martyrum in civitate fortia certamina eo modo ſe habuiſſe cognoviſſet, ſicut magnus ille vir in ſolitudine degens ante commemorarat: & cum ceteris quæ de ipſo narravit, ac ejus miraculis adjeciſſet quæ vidit, & quæ audivit, & quomodo ipſa in ſe experientia didiciſſet virtutem fidei magni Gregorii, cui etiam ipſe dæmon perhibuit teſtimonium: iterum revertitur ad magiſtrum ſuum, tam ſuis æqualibus quam poſteris commune monimentum relinquens, ut per ſacerdotes unuſquiſque ſeſe Deo commendet: & nunc eſt quidem per univerſam Eccleſiam, præcipue autem apud illos ejuſmodi vox pro munimento auxilii atque præſidii, quod tunc illi viro a GREGORIO præſtitum eſt.

XXVII. Ceterum cum jam divina ope tyrannis illa diſſoluta eſſet, ac pax rurſus humanam vitam excepiſſet per quam erat omnibus liberum rebus divinis dare operam; rurſus deſcendens in civitatem, & omni circumcirca peragrata ac perluſtrata regione, omnibus ubique populis magnam fecit acceſſionem in Deum ſtudii ac pietatis, ſanciens ac ſta-

1. Επ' αὐτῷ] Al. μὴ ἑαυτῷ. Paullo poſt Pariſ. edit. ἔκπληξιν παρεῖχε.

2. Εκασταχοῦ] Edit. Pariſ. ἁπανταχοῦ.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 255.



A τὰς ὑπὲρ τῶν ἐνηθληκότων τῇ πίστει πανηγύρεις νομοθετήσας. καὶ διαλαβόντες ἄλλος ἀλλαχῇ τῶν μαρτύρων τὰ σώματα, κατὰ τὴν ἐτήσιον τοῦ ἐνιαυσιαίου κύκλου περίοδον συνιόντες ἠγάλλοντο, τῇ τιμῇ τῶν μαρτύρων πανηγυρίζοντες. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο τῆς μεγάλης αὐτοῦ σοφίας ἀπόδειξις ἦν, ὅτι πρὸς καινὸν τὸν βίον μεταῤῥυθμίζων πᾶσαν ἀθρόως τὴν κατ᾽ αὐτὸν γενεὰν, οἷόν τις ἡνίοχος ἐπιστὰς τῇ φύσει, καὶ τοῖς τῆς πίστεως καὶ θεογνωσίας χαλινοῖς ἀσφαλῶς αὐτοὺς ὑποζεύξας, ἐνεδίδου τι μικρὸν τῷ ζυγῷ τῆς πίστεως δι᾽ εὐφροσύνης ὑποσκιρτᾷν τὸ ὑπήκοον. συνιδὼν γὰρ ὅτι ταῖς σωματικαῖς θυμηδίαις, τῇ περὶ τὰ εἴδωλα πλάνῃ παραμένει τὸ νηπιῶδες τῶν πολλῶν καὶ ἀπαίδευτον· ὡς ἂν τὸ προηγούμενον τέως ἐν αὐτοῖς μάλιστα κατορθωθείη, τὸ B πρὸς τὸν Θεὸν ἀντὶ τῶν ματαίων σεβασμάτων βλέπειν, [1] ἐφῆκεν αὐτοῖς ταῖς τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐμφαιδρύνεσθαι μνήμαις καὶ εὐπαθεῖν, καὶ ἀγάλλεσθαι, ὡς χρόνῳ ποτὲ κατὰ τὸ αὐτόματον πρὸς τὸ σεμνότερόν τε καὶ ἀκριβέστερον μεταπεθησομένου τοῦ βίου, καὶ πρὸς ἐκεῖνο καθηγουμένης τῆς πίστεως· ὅπερ δὴ καὶ ἐν τοῖς πολλοῖς ἤδη κατώρθωται, πάσης θυμηδίας ἀπὸ τῶν τοῦ σώματος ἡδέων πρὸς τὸ πνευματικὸν τῆς εὐφροσύνης εἶδος μεταπεθείσης.

tuens ut nomine illorum qui pro fide decertassent, dies festi ac celebres conventus celebrarentur. Cumque alius in alium locum corpora martyrum deduxissent, per anniversarium annui circuli ambitum congregati exsultabant, in honorem Martyrum diem festum celebrantes. Etenim etiam hoc nimirum magnæ sapientiæ ejus documentum est, quod cum omne simul hominum genus ad novum vitæ institutum transformaret, & tamquam auriga quidam naturam regens, & fidei ac Dei agnitionis frenis eos firmiter subjugans, indulgebat, ut paullulum quiddam sub jugo fidei lætitia exsultarent subditi. Cum enim animadvertisset, quod ob corporeas delectationes ac voluptates simplex & imperitum vulgus in simulacrorum cultus errore permaneret; ut interim in eo quod est præcipuum, nempe in Deum, se recte gererent: pro inanibus illis superstitionis ritibus, permisit eis ut in memoriam ac recordationem sanctorum Martyrum sese oblectarent, & in lætitiam effunderentur: quod successu temporis aliquando futurum esset, ut sua sponte ad honestiorem & accuratiorem vitæ rationem transirent, præsertim cum etiam fides eos ad illam rem deduceret: quod quidem jam etiam in plerisque recte successit, omni delectatione ac voluptate a corporis oblectamentis ad spiritalem lætitiæ formam traducta.

Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον ἐμπολιτευόμενος τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ σπουδὴν ἔχων πρὸ τῆς ἐκ τοῦ βίου με- C ταστάσεως πάντας ἰδεῖν πρὸς τὴν σωτήριον πίστιν ἀπὸ τῶν εἰδώλων μετατεθέντας· ἐπειδὴ προέγνω ἑαυτοῦ τὴν μετάστασιν, σπουδῇ πᾶσάν τε τὴν περιοικίδα [2] καὶ τὴν πόλιν διηρευνήσατο, μαθεῖν ἐθέλων, εἴ τινες εἶεν οἱ περιλειφθέντες ἔξω τῆς πίστεως. ἐπεὶ οὖν ἔγνω πάντας τοὺς παραμεμενηκότας τῇ ἀρχαίᾳ πλάνῃ μὴ πλείους εἶναι τῶν ἑπτακαίδεκα, σκυθρωπὸν μὲν καὶ τοῦτό φησι πρὸς τὸν Θεὸν ἀποβλέψας, τὸ λιπεῖν τι τῷ τῶν σωζομένων πληρώματι· πλὴν ἀλλὰ μεγάλης εὐχαριστίας ἄξιον, ὅτι τοσούτους καταλείπει τοὺς εἰδωλολάτρας τῷ μετ᾽ αὐτὸν ἐκδεχομένῳ τὴν ἐκκλησίαν, ὅσους αὐτὸς Χριστιανοὺς ὑπεδέξατο. [3] ἐπευξάμενος δὲ τοῖς τε πεπιστευκόσιν ἤδη τὴν εἰς τὸ τέλειον αὔξησιν, καὶ τὴν D ἐπιστροφὴν τοῖς ἀπίστοις, οὕτω τοῦ ἀνθρωπίνου βίου πρὸς τὸν Θεὸν μεθίσταται, ἐπισκήψας τοῖς ἐπιτηδείοις, μὴ κτήσασθαι τόπον αὐτῷ πρὸς ταφὴν ἰδιάζοντα. εἰ γὰρ ζῶν, κύριος κληθῆναι τόπου τινὸς οὐ [4] κατεδέξατο, ἀλλὰ πάροικον ἐν ἀλλοτρίοις τὸν βίον διήγαγεν, οὐδὲ μετὰ θάνατον τῇ παροικίᾳ πάντως ἐπαισχυνθήσεται. ἀλλ᾽ ἔστω, φησὶ, τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ διήγημα, ὅτι Γρηγόριος οὔτε ζῶν ἐπωνομάσθη τόπῳ τινὶ, καὶ μετὰ θάνατον, ἀλλοτρίων [5] τάφων ἐγένετο πάροικος· πάσης τῆς ἐν τῇ γῇ κτήσεως ἑαυτὸν ἀποστήσας, ὡς μηδὲ ἐνταφῆναι ἰδίῳ καταδέξασθαι τόπῳ· μόνην γὰρ αὐτῷ κτῆσιν τιμίαν εἶναι [6] ἔκρινεν ἐκείνην, ἣ πλεονεξίας ἐφ᾽ ἑαυτῆς ἴχνος οὐ δέχεται. τὴν δὲ ἀθρόαν παντὸς τοῦ E ἔθνους μετάστασιν ἀπὸ τῆς ἑλληνικῆς ματαιότητος

XXVIII. Cum autem hoc modo sese gereret, ac munere suo fungeretur in Ecclesia, omnique studio incumberet, ut ante suum e vita excessum videret omnes a simulacris ad fidem salutarem traductos: postquam suum præsensit obitum, totam circumcirca regionem & civitatem est diligenter perscrutatus, scire volens, an adhuc essent aliqui extra fidem relicti. Ubi vero cognovit omnes qui in antiquo permanserant errore, non plures esse, quam septemdecim: acerbum quidem & hoc esse ait, ad Deum respiciens, deesse aliquid eorum plenitudini qui salvantur: verumtamen magna gratiarum actione rem dignam esse ajebat, quod suo in Ecclesia successori tot simulacrorum relinqueret cultores, quot ipse Christianos accepisset. Precatus autem & iis qui jam crediderant, incrementum ad perfectionem, & incredulis conversionem, ita ex vita humana ad Deum migrat, suis mandans necessariis, ut nullum ei proprium ac peculiarem compararent locum ad sepulturam. Nam si vivus non sustinuit vocari alicujus loci dominus, sed tamquam inquilinus & peregrinus vitam transegit in alienis; neque post mortem prorsus inquilinatum sibi dedecori fore putavit. Sed in sequenti, inquit, sæculo fama prodatur, quod Gregorius neque vivus alicujus loci possessor sit nominatus, & post mortem alienorum sepulcrorum fuerit inquilinus; cum ab omni terrena possessione se ipsum abalienaverit atque sejunxerit, adeo ut ne in proprio quidem loco sepeliri se sustinuerit: solam enim eam possessionem judicavit pretiosam, quæ in se avaritiæ vestigium non admittit. Repen-

1. Ἐφῆκεν Paris. edit. ἐπαφῆκεν. Et mox κατορθωθῇ.

2. Καὶ τὴν πόλιν] Hæc desunt in edit. Paris. Et fortasse rectius. Mox ibid. θέλων.

3. Ἐπευξάμενος —— οὐ δέχεται] Hæc in cod. Coisl. CVI. ad calcem hujus Vitæ Gregorianæ rejecta occurrunt. Hinc doctissimus Montfauconius *Bibl. Coisl.* pag. 180. existimavit ms. illum codicem plura quam editos continere; adeo ut in hanc sententiam ista præfatus fuerit: „ Decimum „ quintum anecdoton, inquit, est epilogus ad vitam S. „ Gregorii Thaumaturgi per S. Gregorium Nyssenum scri„ ptam, admodum quidem brevis, sed notatu dignissimus. „ Ideoque lectorem monemus, ne cycneam sancti viri vo„ cem oscitanter transcurrat. In omnibus quos vidi tum „ editis tum manuscriptis deest. „ Itaque laudatus ms. codex heic ita se habet: Ἐπευξάμενος τοίνυν τοῖς πεπ. Et mox εἰς τέλος.

4. Οὐ κατεδέξατο] Ita editio Vossii Moguntina codici Coisl. cohærens. Sed al. cum edit. Paris. οὐκ ἐδέξατο. Mox eadem edit. cum præfato cod. παροικῶν.

5. Τάφων] Deest hæc vox in cod. Coisl. quam editi præferunt, postulatque contextus. Statim vero idem codex: πάσης τῆς γῆς ἑαυτὸν ἀποστήσας: *quia se a toto terrarum orbe alienum fecerat*. Minus recte. Vocem enim κτήσεως vulgatam requirit, quæ paullo post subsequitur in ipso cod. κτῆσιν.

6. Ἔκρινεν] Hoc item verbum præter rem in eodem cod. omissum. Mox post vocem δέχεται, sic explicit præfatum excerptum Coislinianum: ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα σὺν πατρὶ καὶ πνεύματι νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Quæ quidem doxologia aliter effertur in editis ad finem.

εἰς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, θαυμαζέτω ἕκαστος τῶν ἐντυγχανόντων τῷ λόγῳ· καὶ μηδεὶς ἀπιστείτω, πρὸς τὴν οἰκονομίαν βλέπων, δι᾽ ἧς γέγονεν ἡ τοσαύτη μεταβολὴ τῶν μεταθεμένων ἀπὸ τοῦ ψεύδους πρὸς τὴν ἀλήθειαν. τὸ γὰρ ἐν τοῖς πρώτοις αὐτοῦ τῆς ἱερωσύνης χρόνοις γεγενημένον, ὅπερ πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν θαυμάτων ἐπειγόμενος ὁ λόγος παρέδραμε, νῦν ἐπαναλαβὼν διηγήσομαι.

A tinam porro totius gentis traductionem a gentili vanitate ad veritatis agnitionem admiretur quicumque orationem hanc legerit; & nemo fidem detrahat, ad œconomiam respiciens per quam facta est tanta mutatio eorum qui a mendacio ad veritatem traducti sunt. Nam quod in primis sacerdotii ipsius temporibus accidit, quod ad reliqua miracula festinans oratio prætermisit, nunc repetitum atque resumtum enarrabo.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 255.



Εορτή τις ἦν πάνδημος ἐν τῇ πόλει, δαίμονί τινι τῶν ἐγχωρίων κατά τι πάτριον ἀγομένη. πρὸς ταύτην ἅπαν σχεδὸν συνέῤῥει τὸ ἔθνος, τῆς χώρας πάσης συνεορταζούσης τῇ πόλει. ἐπεπλήρωτο δὲ τῶν συνδεδραμηκότων τὸ θέατρον, καὶ ὑπερεχεῖτο πανταχόθεν ὑπὲρ τὰς καθέδρας τῶν [1] ἐπιῤῥυέντων τὸ πλῆθος. καὶ πάντων περὶ τὰ θεάματά τε καὶ [2] ἀκροάματα πρὸς τὴν ὀρχήστραν ἀποβλέπειν προθυμουμένων, θορύβων πλήρης ἦν ἡ σκηνή. καὶ ἄπρακτος ἐγίνετο τοῖς θαυματοποιοῖς ἡ ἐπίδειξις, τῆς ταραχῆς τῶν στενοχωρουμένων οὐ μόνον τὴν ἀπόλαυσιν τῆς μουσικῆς ἐπικοπτούσης, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς θαυματοποιοῖς ἐνδιδούσης καιρὸν τὰ ἑαυτῶν ἐπιδείκνυσθαι. ἔνθα δὴ παρὰ παντὸς [3] κοινὴ ἐκρήγνυται τοῦ δήμου φωνή, τὸν δαίμονα ᾧ τὴν ἑορτὴν ἦγον, ἀνακαλουμένων, καὶ παρ᾽ ἐκείνου τὴν εὐρυχωρίαν αὐτοῖς ἀξιούντων γενέσθαι. ἐπειδὴ δὲ πάντων ἀλλήλοις συμφθεγγομένων, εἰς ὕψος ἤρετο ἡ φωνή, καὶ πάσης ἐδόκει τῆς πόλεως καθάπερ ἑνός τινος στόματος ὁ λόγος εἶναι, ὁ τὴν εὐχὴν ταύτην προσάγων τῷ δαίμονι (ἦν δὲ ἡ εὐχή, ὡς ἐπ᾽ αὐτῆς ἀκοῦσαι τῆς λέξεως· Ζεῦ πόιησον ἡμῖν τόπον.) ἀκούσας δὲ ὁ μέγας ἐκεῖνος τοῦ ἤχους τῶν ὀνομαστὶ ἐπιβοωμένων τὸν δαίμονα, παρ᾽ οὗ τὴν εὐρυχωρίαν ᾔτουν γενέσθαι τῇ πόλει, φησὶ πρὸς αὐτοὺς, πέμψας τινὰ τῶν παρεστηκότων, δοθήσεσθαι αὐτοῖς ὅσον οὐδέπω πλείονα τῆς εὐχῆς τὴν εὐρυχωρίαν. ταύτης δὲ παρ᾽ αὐτοῦ τῆς φωνῆς οἷόν τινος σκυθρωπῆς ἀποφάσεως ἐξενεχθείσης, λοιμὸς τὴν πάνδημον ἐκείνην ἱερομηνίαν ἐκδέχεται· καὶ παραχρῆμα κατεμίγνυτο ταῖς χοροστασίαις ὁ θρῆνος, ὥστε αὐτοῖς εἰς πένθη καὶ συμφορὰς μεταστραφῆναι τὰς θυμηδίας, ἀντὶ αὐλῶν καὶ κρότων, τῆς ἐπαλλήλου θρηνῳδίας διαλαβούσης τὴν πόλιν. ἐνσκήψαν γὰρ ἅπαξ τοῖς ἀνθρώποις τὸ πάθος, θᾶττον ἢ κατ᾽ ἐλπίδας διεξῄει πυρὸς δίκην τοὺς οἴκους ἐπιβοσκόμενον· ὥστε πεπληρῶσθαι μὲν τῶν τῇ νόσῳ καταφθειρομένων τὰ ἱερὰ τῶν ἐλπίδι θεραπείας προσφευγόντων· γέμειν δὲ πηγὰς καὶ κρουνοὺς καὶ φρέατα, τῶν ὑπὸ τῆς τοῦ νοσήματος ἀμηχανίας, διακαιομένων ἐν τῇ δίψῃ· ἐφ᾽ ὧν ἠτόνει τὸ ὕδωρ τὸν ἐκ τοῦ πάθους κατασβέσαι φλογμὸν, ὁμοίως ἐχόντων καὶ μετὰ τὸ ὕδωρ, καὶ πρὸ τοῦ ὕδατος, τῶν ἅπαξ καταχεθέντων τῷ πάθει· πολλοὺς δ᾽ αὐτομολεῖν πρὸς τοὺς τάφους, καὶ μηκέτι τοὺς περιόντας ἐξαρκεῖν ταῖς τῶν κατοιχομένων ταφαῖς· γενέσθαι δὲ οὐκ ἀδόκητον τοῦ κακοῦ τὴν προσβολὴν τοῖς ἀνθρώποις· ἀλλά τινος φάσματος ἐπιγινομένου τῇ μελλούσῃ καταφθείρεσθαι οἰκίᾳ, οὕτως ἐπακολουθεῖν τὴν φθοράν.

XXIX. Erat quidam dies festus publicus in civitate, qui patrio more agebatur cuidam dæmoni ex iis qui erant in regione: ad quam festivitatem tota fere gens confluebat, tota regione simul festum agente cum civitate. Erat autem theatrum plenum B iis qui concurrerant, & supereffundebatur undique in subselliis multitudo eorum qui affluxerant. Cumque omnes circa spectacula & acroamata ad orchestram prospicere magnopere cuperent, erat scena tumultibus plena. Frustranea quoque præstigiatoribus fuit miraculorum suorum ostentatio; cum tumultus eorum qui arcte comprimebantur, non solum musicæ oblectationem interturbaret, sed neque circulatoribus ac præstigiatoribus suas artes ostentandi tempus permitteret. Tunc vero a toto populo communis erupit vox, dæmonem invocantium cui diem festum agebant, & laxitatem sibi ab illo fieri petentium. Posteaquam autem omnibus simul inter se colloquentibus, vox in altum extollebatur, ac totius civitatis videbatur veluti unius oris esse oratio, C quæ preces hasce offerebat dæmoni (erat autem precatio, ut ipsa verba ejus audiantur: Juppiter, fac nobis locum:) audiens vero Magnus ille vocem eorum qui nominatim invocabant dæmonem, a quo laxitatem civitati fieri petebant; misso quodam ex adstantibus ad eos, laxitatem ait ipsis mox dandam majorem, quam optabant. Hac autem ab eo voce, tamquam tristi quadam prolata sententia, publicam illam celebritatem pestilentia excipit: & statim tripudiantium choris admixta est lamentatio; adeo ut oblectationes ac voluptates eis converterentur in luctus & calamitates pro tibiis & plausibus lugubri cantu assidue civitatem excipiente. Cum enim mor- D bus semel homines invasisset, opinione citius pervadebat atque serpebat, ignis instar domus depascens; adeo ut ædes quidem sacræ ad quas spe curationis confugiebant, iis qui morbo peribant replerentur: fontes vero & aquæductus, ac putei eorum, quos præ morbi vehementia sitis exurebat, referti essent. In quibus aqua flammam morbi restinguere non valebat; cum ii quos semel is morbus invasisset, & post & ante aquæ potum similiter se haberent: multi autem sua sponte fugerent ad sepulcra, eo quod superstites sepeliendis mortuis non amplius sufficerent: neque inopinato malum istud homines invaderet; sed si spectrum quoddam ad domum illam cui pernicies imminebat accederet, ita subsequeretur in- E teritus.

Επεὶ οὖν πᾶσιν ἐγένετο καταφανὴς ἡ αἰτία τῆς νόσου, ὅτι τὸ ἐπικληθὲν παρ᾽ αὐτῶν δαιμόνιον κακῶς

XXX. Posteaquam ergo caussa morbi omnibus patefacta est, nempe quod invocatum ab eis dæmo-

1. Επιῤῥυέντων] Al. ἐπεισρυέντων.

2. Ακροάματα] Acroamata de quibus heic agitur, festivæ recitationes ludicræque ac mimicæ narrationes & actiones erant, de quibus & Cicero ait Verr. vi. *Hic quasi festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederes, emblemata evellenda curavit.* Et Svetonius de Augusto scribit: *Acroamata, hoc est, [illegible] recitationesque ludicras & mimicas, ab Augusto interponi solere conviviis ad convictores oblectandos* cet. Hanc vocem item usurpat Lampridius in Alexandro, & Plinius in Epist. Quod porro heic dicit, πρὸς τὴν ὀρχήστραν ἀποβλέπειν, *ad orchestram prospicere:* sciendum est, orchestram locum fuisse in theatro inter scenam & cuneos, senatoribus ad spectandum designatum; in quo erat pulpitum quod Græci Thymelen dicebant, & logeum in quo chorus tragœdiarum & comœdiarum, ipsique etiam citharœdi & aulœdi, & quotquot personam ex fabula non agebant, actioni subserviebant cet. Dicta autem est Orchestra ἀπὸ τοῦ ὀρχέομαι, id est a saltando: quod scilicet in ea gesticulatores, histrionibus in [illegible] abditis, populum saltando detinerent. Juvenalis autem pro sessione senatus & primorum posuit, quum ait: *[illegible] orchestram & populum.* Ex quibus, quid heic per [illegible] & per [illegible], velit indicare auctor, commode intelligere licebit. Voss.

3. Κοινὴ] D[illegible] hæc vox in [illegible]. Paris. ubi etiam paullo ante legitur θορύβου pro θορύβων.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 255.

ἐπλήρου τὴν ἀρχὴν τῶν ματαίων, τὴν πονηρὰν ταύτην ἀρρωστίαν ἐκ τοῦ πάθους ἐμποιοῦσι τῇ πόλει· ἔνθα ἱκέται γίνονται τοῦ μεγάλου, στῆναι δεόμενοι τοῦ κακοῦ τὴν φορὰν, διὰ τοῦ παρ' αὐτοῦ γινωσκομένου τε καὶ κηρυσσομένου Θεοῦ, ὃν μόνον ὡμολόγουν ἀληθῶς εἶναι Θεὸν, καὶ κατὰ πάντων τὸ κράτος ἔχειν. τοῦ γὰρ φάσματος ἐκείνου πρὸ τῆς ἐσομένης τῷ οἴκῳ διαφθορᾶς προφαινομένου, καὶ παραχρῆμα τὴν ἀπόγνωσιν τῆς ζωῆς ἐμποιοῦντος, εἷς ἐγίνετο τοῖς κινδυνεύουσι [1] σωτήριος τρόπος, τὸ ἐντὸς ἐκείνου γενέσθαι τοῦ οἴκου τὸν μέγαν Γρηγόριον, καὶ δι' εὐχῆς τὸ ἐνσκῆψαν τῷ οἴκῳ πάθος ἀπώσασθαι. ταχείας δὲ διὰ τῶν τετυχηκότων ἐν πρώτοις τῆς τοιαύτης σωτηρίας, ἐπὶ πάντας τῆς φήμης διαδραμούσης, πάντα ἀργὰ ἦν, ἃ πρότερον ὑπὸ ματαιότητος αὐτοῖς ἐσπουδάζετο, χρηστήριά τε καὶ καθάρσια, καὶ ἡ ἐν τοῖς εἰδώλοις διατριβὴ, πάντων πρὸς τὸν μέγαν ἱερέα βλεπόντων, καὶ ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ παντὸς τοῦ γένους ἐφελκομένου. μισθὸς δὲ ἦν αὐτῷ παρὰ τῶν σωζομένων, ἡ τῶν ψυχῶν σωτηρία. τῇ γὰρ τοιαύτῃ πείρᾳ τῆς εὐσεβείας τοῦ ἱερέως φανερουμένης, οὐκέτι ἦν ἀναβολὴ πρὸς τὴν συγκατάθεσιν τοῦ μυστηρίου, τοῖς διὰ τῶν ἔργων διδασκομένοις τὴν τῆς πίστεως δύναμιν. οὕτως ἐγένετο τοῖς ἀνθρώποις ἐκείνοις ἰσχυροτέρα τῆς ὑγείας ἡ νόσος. [2] ὅσον γὰρ ἐν τῇ ὑγιείᾳ πρὸς τὴν τοῦ μυστηρίου παραδοχὴν τοῖς λογισμοῖς ἀσθενοῦντες ἦσαν, τοσοῦτον τῇ σωματικῇ νόσῳ πρὸς τὴν πίστιν ἐῤῥώσθησαν. καὶ οὕτως τῆς περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης διελεγχθείσης, πάντες πρὸς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ μετετίθεντο· οἱ μὲν διὰ τῆς ἐπιγενομένης νόσου χειραγωγηθέντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν· οἱ δὲ καὶ προφυλακὴν τοῦ λοιμοῦ, τὴν πίστιν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν προβαλλόμενοι. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα τῇ μνήμῃ μέχρι τοῦ δεῦρο διασωζόμενα τοῦ μεγάλου Γρηγορίου θαύματα, ἅπερ φειδόμενοι τῆς ἀπιστούσης ἀκοῆς, ὡς ἂν μὴ βλαβεῖεν οἱ τὸ ἀληθὲς ἐν τῷ μεγέθει τῶν λεγομένων ψεῦδος οἰόμενοι, τοῖς γεγραμμένοις οὐ προσεθήκαμεν. [3] Χριστῷ δὲ τῷ τοιαῦτα διὰ τῶν δούλων αὐτοῦ τερατουργοῦντι πρέπει δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

nium male stultorum vota ac preces impleret, sceleratam hanc laxitatem ex morbo civitati offerens: magnum Gregorium tunc temporis supplices adeunt, orantes, ut mali impetum sisteret atque compesceret per eum quem ipse cognoscebat & prædicabat Deum; quem solum vere esse Deum, & in omnes imperium habere confitebantur. Nam cum spectrum illud ante futuram pestilentiam alicui domui appareret, ac statim desperationem vitæ habitatoribus injiceret, una periclitantibus salutis ratio erat, si illas ædes magnus Gregorius ingrederetur; ac per preces morbum qui domum invaserat, repelleret ac propulsaret. Cum autem per eos qui primi salutem ejusmodi erant consecuti, velox fama ad omnes pervasisset, cessarunt omnia quæ prius per vanitatem atque stultitiam ab eis procurabantur, oracula, sacrificia piaculatoria, & diuturnæ apud idola commorationes; omnibus ad magnum Sacerdotem aspectum convertentibus, & unoquoque eum ad se se totius familiæ suæ servandæ gratia, alliciente. Erat autem ei merces ab iis qui servabantur, eorum salus animarum. Cum enim tali experimento pietas Sacerdotis manifestaretur, non amplius differendum censebant, quin mysterio assentirentur, qui per opera virtutem fidei docebantur. Sic illis hominibus morbus sanitate validior præstantiorque fuit. Quantum enim in sanitate ad mysterii doctrinam excipiendam, rationibus infirmi erant: tantum corporali morbo ad fidem corroborati sunt. Atque sic idolorum errore deprehenso ac confutato, omnes ad Christi nomen traducti fuerunt: alii quidem urgente morbo ad veritatem quasi manu ducti: alii vero, ut tuti a peste servarentur, fidem in Christum tamquam munimentum ac propugnaculum objiciebant. Sunt autem etiam alia in hodiernum usque diem memoriæ mandata magni Gregorii miracula: quæ quidem, auribus parcentes incredulis, ne offendantur, qui propter amplitudinem earum rerum quæ dicuntur, veritatem existimant esse mendacium, scriptis non adjecimus. Christo porro talia per servos suos miracula operanti, convenit gloria, honor & adoratio: nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

1. Σωτήριος] Al. τῆς σωτηρίας. Paullo post καθαρτήρια. Et mox forte leg. ἐν τοῖς εἰδωλείοις.

2. Ὅσον γὰρ — ἐῤῥ.] Hæc lectio habetur in ms. Vat. cujus vice in aliis exemplaribus reperi ac legi: *οἱ γὰρ ἐν τῇ ὑγείᾳ πρὸς τὴν τοῦ μυστηρίου παραδοχὴν τοῖς λογισμοῖς ἀσθενοῦντες, τῇ σωματικῇ νόσῳ πρὸς τὴν πίστιν ἐῤῥώσθησαν.* Id est: *Qui enim in sanitate ad susceptionem mysterii rationibus ac cogitationibus infirmi erant, corporali morbo ad fidem convaluerunt.* Ubi utraque lectio probatur, bonumque sensum admittit: priorem tamen, quod in Vaticano sit, heic sum secutus, Voss. — Ejusdem cod. Vat. lectionem expressit editio Paris. an. 1635. quæ item paullo post habet ἐλεγχθείσης.

3. Χριστῷ δὲ κ. τ. λ.] Hæc clausula quum adjecta reperiatur in ms. Vaticano; in aliis autem exemplaribus quæ mihi videre licuit, desideretur; neque etiam in Latina Sifani vel Herveti translatione sit apposita: omnino heic eam, & quidem necessario, ex codice Vaticano adjiciendam putavimus; tum ne debito suo epilogo carere videatur oratio, tum quod hoc vel simili modo suos concludere sermones, Nysseno aliisque orthodoxis sanctis patribus usitatissimum sit. Voss. — Exstat tamen eadem clausula in præfata edit. Paris. neque deest interpretationi Sifanianæ textui adnexæ.

INDEX CAPITUM ORATIONIS
DE VITA S. GREGORII THAUMATURGI
PER S. GREGORIUM NYSSÆ EPISCOPUM.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.




S. PONTII DIACONI
OPUSCULUM
De Vitâ & paſſione S. CYPRIANI epiſcopi Carthaginienſis.

ACCEDUNT

ACTA PROCONSULARIA

Ejuſdem S. CYPRIANI epiſcopi & martyris.



Ex Actis Martyrum ſinceris & ſelectis Ruinartianis.

I. CYprianus religioſus antiſtes ac teſtis Dei glorioſus, rametſi multa conſcripſit, per quæ memoria digni nominis ſupervivat; etſi eloquentiæ ejus ac Dei gratiæ larga fecunditas ita ſe copia & ubertate ſermonis extendit, ut uſque in finem mundi fortaſſe non taceat: tamen quia operibus ejus ac meritis etiam hæc prærogativa debetur [1], ut exemplum ſuum in litteras digeratur, placuit ſummatim pauca conſcribere: non quod aliquem [2] vel gentilium lateat tanti viri vita, ſed ut ad poſteros quoque noſtros, incomparabile & grande documentum in immortalem memoriam porrigatur. Certe durum erat, ut cum majores noſtri, plebeiis & catechumenis martyrium conſecutis tantum honoris pro martyrii ipſius veneratione dederint, ut de paſſionibus eorum multa, aut, prope dixerim, pæne cuncta conſcripſerint [3], ut ad noſtram quoque notitiam qui nondum nati fuimus pervenirent: Cypriani tanti Sacerdotis & tanti Martyris paſſio præteriretur, qui & ſine martyrio habuit quæ doceret; & [4] quæ dum vixit geſſerit, non parerent. Quæ quidem tanta atque tam magna & mira ſunt, ut magnitudinis contemplatione deterrear, ac imparem me eſſe confitear ad proferendum digne pro meritorum honore ſermonem, nec poſſe ſic proſequi facta tam grandia, ut quanta ſunt, tanta videantur: niſi quod numeroſitas gloriarum [5] ſibimet ipſa ſufficiens, alieno præconio non eget. Accedit ad cumulum, quod & vos de eo multum, aut, ſi fieri poteſt, totum deſideratis audire, concupiſcentes ardore flagranti vel facta ejus cognoſcere, etſi interim viva verba tacuerunt. In qua parte ſi dixero nos opibus facundiæ defici, minus dico. Facundia enim ipſa deficit [6] digna facultate, quæ deſiderium veſtrum pleno ſpiritu ſatiet. Ita utrimque graviter urgemur: ſiquidem ille nos virtutibus ſuis onerat, vos nos precibus [7] fatigatis.

A II. Unde igitur incipiam? unde & exordium bonorum ejus aggrediar, niſi a principio fidei, & nativitate cæleſti? Siquidem hominis Dei facta non debent aliunde numerari, niſi ex quo Deo natus eſt. Fuerint licet ſtudia, & bonæ artes devotum pectus imbuerint; tamen illa prætereo. Nondum enim ad utilitatem niſi ſæculi pertinebant. Poſtquam & ſacras litteras didicit, & mundi nube diſcuſſa, in lucem ſapientiæ ſpiritalis emerſit, ſi quibus ejus interfui, ſi qua de antiquioribus [8] ejus operibus comperi, dicam: hanc tamen petens veniam, ut quidquid minus dixero, (minus enim dicam neceſſe eſt) ignorantiæ meæ potius, quam illius gloriæ derogetur. Inter fidei ſuæ prima B rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam ſi continentiam tueretur. Tunc enim poſſe idoneum fieri pectus & ſenſum ad plenam veri capacitatem pervenire [9], ſi concupiſcentiam carnis robuſto atque integro ſanctimoniæ vigore [10] calcaret. Quis umquam tanti miraculi meminit? Nondum ſecunda nativitas novum hominem ſplendore toto divinæ lucis oculaverat [11], & jam veteres ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura vincebat. Deinde, quod majus eſt, cum de lectione divina quædam jam non pro conditione novitatis, ſed pro fidei feſtinatione didiciſſet; ſtatim rapuit quod invenit promerendo Deo profuturum. Diſtractis rebus ſuis ad indigentiam pauperum ſuſtentandam, tota pretio [12] di- C ſpenſans, duo bona ſimul junxit, ut & ambitionem ſæculi ſperneret qua pernicioſius nihil eſt; & miſericordiam quam Deus etiam ſacrificiis ſuis prætulit, quam nec ille [a] qui legis omnia mandata ſervaſſe ſe dixerat fecit, impleret: & præpropera velocitate pietatis, pæne ante cœpit perfectus eſſe quam diſceret. Quis oro de veteribus hoc fecit? quis de antiquiſſimis in fide ſenibus, quorum mentes & aures per plurimos annos divina verba pul-

a Matth. XIX.

1. Cod. Bodl. 3. & Sur. *& ad exemplum ſui, litteris divigatur*. Id autem deeſt in cod. Foſſat. & in edit. Manutii. D

2. Voculam *vel* ex codd. Foſſat. & Floriac. reſtituimus, quæ videtur ad emphaſim neceſſaria.

3. Videtur deſignare Acta SS Perpetuæ &c. quæ ſupra edidimus (tom. II. noſtræ Biblioth. p. 14.) Ceterum *multa quidem aut pæne cuncta* de iſtis Martyribus *ſcripta* fuiſſe dicit Pontius. Sed is locus non ita interpretandus eſt, quaſi omnium omnino Martyrum Acta tempore Pontii conſcripta fuiſſent: quem tamen locum ſic intellexit Henricus Dodvvellus Diſſert. Cyprian. XI. num. 3.

4. Id deeſt in cod. Foſſat.

5. Codd. Bodl. 1. Foſſat. & Floriac. *glorioſa*.

6. C. Floriac. *deficitur*.

7. Codd. Foſſat. & Floriac. cum Manutio, *auribus*.

8. Iidem codd. & Sur. *Si qua de antiquioribus comperi*. & quidem, ut mihi videtur, rectius.

9. In cod. Foſſat. & Manut. deeſt, *pervenire*.

10. Codd. Bodl. 1. Foſſat. & Floriac. *tenore*.

11. Bodl. 1. *Luci induerat*.

12. In codd. Foſſat. & Floriac. deeſt *pretio*: fortaſsis pro *prædia* reponendum *pretia*, ut habet Manutius, facili litteræ permutatione.

faverant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis A fidei homo, & cui nondum forsitan crederetur [1], supergressus vetustatis ætatem, gloriosis & admirandis operibus perpetravit? Nemo metit statim ut sevit: nemo vindemiam de novellis scrobibus expressit: nemo adhuc umquam de noviter plantatis arbusculis matura poma quæsivit. In illo omnia incredibilia [2] cucurrerunt. Prævenit, si potest dici (res enim fidem non capit) prævenit, inquam, tritura sementem, vindemia palmitem, poma radicem.

III. Ajunt Apostoli litteræ [a], debere neophytos præteriri, ne stupore gentilitatis nondum fundatis sensibus adhærente, aliquid in Deum novitas ineru- B dita peccaret. Ille fuit primus, &, puto, solus exemplo, plus fide posse quam tempore promoveri. Sed & si in Apostolorum Actis [b] Eunuchus ille describitur, quia toto corde crediderat, a Philippo statim tinctus; non est similis comparatio. Ille enim & Judæus erat, & de templo Domini veniens prophetam legebat Isaiam, & sperabat in Christo, etsi nondum eum venisse crediderat: hic de imperitis gentibus veniens, tam matura cœpit fide, quanta pauci fortasse perfecerunt. Mora denique circa Dei gratiam nulla, nulla dilatio. Parum dixi: presbyterium & [3] sacerdotium statim accepit. Quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti? Multa sunt quæ adhuc ple- C beius, multa quæ jam presbyter fecit, multa quæ ad veterum exempla justorum, imitatione consimili prosecutus, promerendo Dominum totius religionis obsequio præstitit. Nam & sermo illi de hoc fuerat usitatus, ut si quem prædicatum Dei laudatione legisset, suaderet inquiri propter quæ facta Deo placuisset. Si Job [c] Dei testimonio gloriosus, dictus est verus Dei cultor, & cui in terris nemo compararetur; faciendum docebat ille, quidquid Job ante fecisset: ut dum & nos paria facimus, simile in nos Dei testimonium provocemus. Contemtis ille dispendiis rei familiaris, in tantum exercitata virtute profecit; ut nec pietatis temporalia damna sentiret. Non illum penuria, non dolor fregit, D non uxoris suadela [4] deflexit, non proprii corporis dira pœna concussit. Permansit in suis sedibus fixa virtus, & altis radicibus fundata devotio nullo diaboli tentantis impetu cessit: quominus [5] Deum suum fide grata, etiam inter adversa benediceret. Domus ejus patuit cuicumque venienti. Nulla vidua reversa est sinu vacuo; nullus indigens lumine, non illo comite directus est: nullus debilis gressu, non illo bajulo vectus est: nullus nudus auxilio de potentioris manu, non illo tutore protectus est. Hæc debent facere, dicebat, qui Deo placere desiderant. Et sic per bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores semper imitatur, etiam ipse se fecit imitandum.

IV. Erat sane illi etiam de nobis contubernium viri justi & laudabilis memoriæ CÆCILII [6], & ætate tunc & honore presbyteri, qui eum ad agnitionem veræ divinitatis a sæculari errore correxerat. Hunc toto honore, atque omni observantia diligebat, obsequenti veneratione suspiciens, non jam ut amicum animæ coæqualem, sed tamquam novæ vitæ parentem. Denique ille demulsus ejus obsequiis, in tantum dilectionis immensæ merito provocatus est, ut de sæculo excedens, arcessitione jam proxima commendaret illi conjugem [7] ac liberos suos, ut quem fecerat de sectæ communione participem, postmodum faceret pietatis heredem.

V. Longum est ire per singula: cuncta [8] ejus facta onerosum est enumerare. Ad probationem bonorum operum, solum hoc arbitror satis esse, quod judicio Dei & plebis favore, ad officium sacerdotii & episcopatus gradum adhuc neophytus, &, ut putabatur, novellus electus est. Quamvis in primis fidei suæ adhuc diebus, & rudi vitæ spiritalis ætate, sic generosa indoles reluceret; ut etsi nondum officii, spei tamen fulgore resplendens, imminentis sacerdotii totam fiduciam polliceretur. Non præteribo etiam illud eximium, quemadmodum cum in dilectionem ejus & honorem totus populus adspirante Domino prosiliret, humiliter ille secessit, antiquioribus cedens, & indignum se titulo tanti honoris existimans, ut dignus magis fieret. Magis enim dignus efficitur, qui quod meretur excusat. Quo tunc ardore plebs æstuans fluctuabat, spiritali desiderio concupiscens, ut exitus docuit, non tantum episcopum; in eo enim quem tunc latenti [9] divinitatis præsagio taliter flagitabat, non solummodo sacerdotem, sed & futurum etiam martyrem requirebat. Obsederat fores domus copiosa fraternitas, & per omnes aditus solicita caritas circuibat. Potuisse fortasse tunc illi Apostolicum illud evenire [d], quod voluit, ut per fenestram deponeretur; si [10] cum Apostolo etiam ordinationis honore similaretur [11]. Erat videre ceteros omnes suspenso & [12] anxio spiritu exspectare venturum, cum gaudio nimio excipere venientem. Invitus dico; sed dicam necesse est. Quidam illi restiterunt [13], etiam ut vinceret: quibus tamen quanta lenitate, quam patienter, quam

a I. Tim. III. *b* Act. VIII. *c* Job I. *d* II. Cor. XI.

1. Vix quippe sibi persuadere poterant tam ethnici quam ipsi fideles, Cyprianum Christianam religionem amplexum fuisse.

2. C. Floriac. *incredulitet*.

3. Codd. Fossat. & Floriac. *Presbyterium vel Sacerdotium*, sed eodem sensu.

4. Ex hoc loco deduxerat editor Anglus, Cyprianum uxorem habuisse: sed re attentius perspecta advertit, heic Pontium de Jobo, non de Cypriano loqui, ut ipse lectorem monet in emendandis. In eumdem scopulum impegerat R. P. Ant. Pagi ad ann. 248. quod erratum vir haud minus sincerus quam eruditus in altera editione pariter correxit.

5. Ed. *quoniam*.

6. Codd. Fossat. & Floriac. *Ceciliani*. Ab eo, ut testatur Hieronymus in Catalogo, sanctus Cyprianus Cæcilii nomen accepit. Ejus festum in Martytol. Romano die 3. Junii recolitur.

7. Antequam scilicet sacerdotio initiaretur: nisi si hæc tutela, amica tantum commendatio est. Nam alias vetitum erat, ne clericis tutela commendaretur, ut ex ipso Cypriano certum est, qui in epistola 1. novæ editionis, Pamel. 66. vetat, ne pro Victore qui Geminium Faustinum presbyterum moriens tutorem constituerat, *fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Ecclesia frequentetur*. Id enim, inquit, *ab antecessoribus Episcopis* constitutum fuerat, *ut si quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro* E *dormitione ejus celebraretur*. Porro mirum est Baronium ad an. 250. hunc locum sic intellexisse, quasi Cyprianus moriens Cæcilio conjugem ac liberos commendarit: cum e contrario id fecerit Cæcilius. Vide Pagium loco quem modo laudabamus.

8. Oxon. *sancta*.

9. Sic codd. Fossat. & Floriac. al. *latentem*.


10. C. Floriac. *si tamen cum*.

11. Sic Fossat. sed Floriac. cum editis, *similaret*.

12. Edit. Angl. *suspensos anxio*.

13. Felicissimus scilicet, schismatis antesignanus cum aliis, quos Caldonius & alii Cypriani absentis [illegible] excommunicarunt: epist. 42. Pamel. 39. Vide & epist. 41. Pamel. 38.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
258.



benevolenter indulſit, quam clementer ignovit, amiciſſimos eos poſtmodum & inter neceſſarios computans, mirantibus multis, Cui enim poſſet non eſſe miraculo, tam memorioſæ mentis oblivio?

VI. Exinde quemadmodum ſe geſſerit, quis referre ſufficiat? quæ illi pietas? qui vigor? miſericordia quanta? quanta cenſura? Tantum ſanctitatis & gratiæ ex ore ejus lucebat, ut confunderet intuentium mentes. Gravis vultus & lætus; nec ſeveritas triſtis, nec comitas nimia; ſed admixta utrimque temperies: ut eſſet ambigere, vereri plus an diligi mereretur; niſi quod & vereri, & diligi merebatur. Sed nec cultus fuit diſpar a vultu, temperatus & ipſe de medio. Non illum ſuperbia ſæcularis inflaverat, nec tamen prorſus affectata penuria ſordiderat: quia & hoc veſtitus genus a jactantia minus non eſt, quam [1] oſtentata taliter ambitioſa frugalitas. Quid autem circa pauperes epiſcopus faceret, quos catechumenus [2] diligebat? Viderint pietatis antiſtites, ſeu quos ad officium boni operis inſtruxit ipſius ordinis diſciplina, ſeu quos ſacramenti religio communis ad obſequium exhibendæ dilectionis artavit. Cyprianum de ſuo talem accepit cathedra, non fecit.

VII. Statim denique pro talibus meritis etiam proſcriptionis gloriam conſecutus eſt. Nec enim aliud oportebat, quam ut eum qui intra ſecretam conſcientiæ latebram religionis & fidei toto honore florebat, etiam publice celebrata gentilium fama titularet. Potuiſſet quidem tunc pro velocitate qua ſemper omnia conſecutus eſt, etiam martyrii circa eum debita corona properare; maxime cum & ſuffragiis ſæpe repetitis ad leonem poſtularetur [3]: niſi per omnes ordines gloriarum transeundum illi eſſet, & ſic ad ſumma veniendum: & niſi imminens [4] ruina ope tam fecundi pectoris indigeret. Finge enim, tunc illum martyrii dignatione translatum. Quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis oſtenderet? Quis virgines ad congruentem pudicitiæ diſciplinam & habitum ſanctimonia dignum, velut frenis quibuſdam lectionis [5] dominicæ coerceret? Quis doceret pœnitentiam lapſos, veritatem hæreticos, ſchiſmaticos unitatem, filios Dei pacem & evangelicæ precis legem? Per quem gentiles blaſphemi repercuſſis in ſe iis quæ nobis ingerunt, vincerentur? A quo Chriſtiani mollioris affectus circa amiſſionem ſuorum, aut quod magis eſt, fidei parvioris conſolarentur ſpe futurorum? Unde ſic miſericordiam, unde patientiam diſceremus? Quis livorem de venenata invidiæ malignitate venientem, dulcedine remedii ſalutaris inhiberet? Quis martyres tantos exhortatione divini ſermonis erigeret? Quis denique tot confeſſores, frontium notatarum ſecunda inſcriptione ſignatos, & ad exemplum martyrii ſuperſtites reſervatos, incentivo tubæ cæleſtis animaret? Bene, bene tunc & vere ſpiritaliter contigit, quod vir A neceſſarius tam multis & tam bonis rebus, a martyrii conſummatione dilatus eſt. Vultis ſcire ſeceſſum illum non fuiſſe formidinem? ut nihil aliud excuſem, ipſe poſtmodum paſſus eſt, quam paſſionem utique ex more vitaret, ſi & ante vitaſſet. Fuit vere [6] formido illa, ſed juſta: formido quæ Dominum timeret offendere: formido quæ præceptis Dei mallet obſequi, quam ſic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & ſic [7] divinis admonitionibur mancipata, credidit ſe niſi Domino latebram tunc jubenti paruiſſet, etiam ipſa paſſione peccare.

VIII. Puto denique etiam nunc aliqua de B dilationis utilitate differenda [8], tametſi jamdudum pauca perſtrinximus. Per [9] hæc enim quæ videntur poſtmodum ſubſecuta, ſequitur ut probemus, ſeceſſum illum non hominis puſillanimitate conceptum, ſed, ſicuti eſt, vere fuiſſe divinum. Vaſtaverat Dei populum perſecutionis infeſtæ inſolens atque acerba graſſatio: & quia omnes decipere una fraude non poterat artifex hoſtis, quacumque miles incautus prodiderat latus nudum, diſpari genere ſæviendi, ſingulos diverſa ſtrage dejecerat. Debebat eſſe qui poſſet ſaucios homines, & varia expugnantis inimici arte jaculatos, adhibita medicinæ cæleſtis medela pro qualitate vulneris, vel ſecare interim, vel fovere. Servatus eſt vir ingenii, præter C cetera, etiam ſpiritaliter temperati; qui inter reſultantes collidentium ſchiſmatum fluctus, Eccleſiæ iter medium [10], librato limite gubernaret. Nonne hæc, oro, conſilia divina ſunt? Hoc fieri ſine Deo potuit? Viderint qui putant poſſe fortuito iſta contingere. Eccleſia illis [11] clara voce reſpondet, dicens: Ego ſine Dei nutu neceſſarios reſervari non admitto, non credo.

IX. Percurramus tamen cetera, ſi videtur. Erupit poſtmodum lues dira; & deteſtabilis morbi vaſtitas nimia, innumeros per diem populos a ſua quemque ſede abrupto impetu rapiens, continuatas per ordinem domos vulgi trementis invaſit. D Horrere omnes, fugere [12], vitare contagium, exponere ſuos impie: quaſi cum illo peſte morituro [13], etiam mortem ipſam aliquis poſſet excludere. Jacebant interim in tota civitate, non jam corpora, ſed cadavera plurimorum, & miſericordiam in ſe tranſeuntium contemplatione ſortis mutuæ flagitabant. Nemo reſpexit aliud [14] præterquam lucra crudelia. Nemo ſimilis eventus recordatione trepidavit: nemo fecit alteri, quod pati [15] voluit. Quid inter hæc egerit Chriſti & Dei pontifex, qui pontifices mundi hujus tanto plus pietate, quanto religionis veritate præceſſerat, ſcelus eſt præterire. Aggregatam primo in loco uno plebem de miſericordiæ bonis inſtituit [16], docens divinæ lectionis E exemplis, quantum ad promerendum Deum proſint officia pietatis. Tunc deinde ſubjungit non eſſe mirabile, ſi noſtros tantum debito caritatis obſequio

1. Foſſat. *Quod oſtentat aliter ambitioſa frugalitas*. Sic etiam Floriac. niſi quod pro *frugalitas* habet *fragilitas*.
2. Statim poſt fidem ſuſceptam res ſuas ad pauperum indigentiam ſublevandam diſtraxiſſe notavit Pontius, ſupra num. II.
3. Id ipſum teſtatur Cyprianus epiſt. edit. Pamelii 55. Anglic. vero 59. ad Cornelium Papam. Proſcriptionis vero meminit epiſt 66. alias 69. ad Pupianum.
4. Codd. Foſſat. & Bodl. 1. *imminentes ruinæ.. indigerent*.
5. Cod. Foſſat. *dilectionis*. Heic libros a Cypriano ſcriptos deſignat Pontius. Seceſſus ſui apologiam ipſemet ſcripſit ad Romanos ep. 20. alias 15.
6. Oxon. *vero*.
7. Oxon. *fides*.
8. Bodl. 1. cod. Foſſat. & Morel. *dicenda*.
9. Codd. Foſſat. & Floriac. *Dum enim quæ videntur poſtmodum ſubſecuta ſentiamus, ſequitur ut probemus ſeceſſum* &c.
10. Flor. *inter medium*.
11. Foſſat. *Eccleſia illius*.
12. Codd. Foſſat. & Floriac. *flere*.
13. Foſſat. *quaſi cum illa peſte morituros*. Hæc peſtis ſub Gallo imperatore contigit.
14. Flor. *illud*.
15. Surius & editio Oxon. *quod ſibi fieri voluit*.
16. Cod. Floriac. *inſtruit & docet*.

foveremus : eum perfectum posse fieri qui plus [1] aliquid publicano vel ethnico fecerit : qui [a] malum bono vincens, & divinæ clementiæ instar exercens, inimicos quoque dilexerit : qui pro persequentium se salute, sicuti Dominus monet, & hortatur, orarit. [b] Oriri Deus facit jugiter solem suum, & pluvias subinde nutriendis seminibus impertit; exhibens cuncta ista, non suis tantum, sed etiam alienis: & qui se Dei etiam filium esse profitetur, cur non exemplum patris imitatur? Respondere, inquit, nos decet natalibus nostris, & quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit; sed probari potius in sobole traducem boni patris æmulatione bonitatis.

X. Multa alia, & quidem magna prætereo, quæ temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore sermone replicari: de quibus hoc tantum dixisse satis est. Quod si illa gentiles pro rostris [2] audire potuissent, forsitan statim crederent. Quid Christiana plebs faceret, cui de fide nomen est? Distributa sunt ergo continuo pro qualitate hominum atque ordinum ministeria. Multi qui angustia paupertatis beneficia sumtus exhibere non poterant, plus sumtibus exhibebant, compensantes proprio labore mercedem divitiis omnibus cariorem. Et quis non sub tanto doctore properaret inveniri in parte aliqua talis militiæ, per quam placeret & Deo Patri, & judici Christo, & tam bono interim sacerdoti? Fiebat itaque exuberantium operum largitate, quod [c] bonum est apud omnes, non ad solos domesticos fidei. Fiebat plus aliquid quam de Tobiæ incomparabili pietate signatum est. Ignoscat ille, & ignoscat iterum, & frequenter ignoscat; aut, ut verius dixerim, merito concedat, tametsi ante Christum plurimum licuit, plus aliquid licuisse post Christum: cujus temporibus plenitudo debetur. [d] Necatos ille a rege & projectos sui tantum generis colligebat.


XI. His tam bonis & tam piis actibus supervenit exsilium [3]. Hanc enim vicem semper repræsentat impietas, ut melioribus pejora restituat. Et quid sacerdos Dei proconsule interrogante responderit, sunt Acta [4] quæ referant. Excluditur interim e civitate, ille qui fecerat boni aliquid pro civitatis salute; ille qui laboraverat ne viventium oculi paterentur infernæ sedis horrorem; ille inquam, qui excubiis pietatis invigilans, pro nefas! ingrata bonitate providerat, ne omnibus tetram civitatis faciem relinquentibus, multos exsules deserta respublica, ac destituta patria sentiret. Sed viderit sæculum, cui inter pœnas exsilium computatur. Illis [5] patria nimis cara, & commune nomen est cum parentibus: nos & parentes ipsos, si contra Dominum suaserint, abhorremus. Illis extra civitatem suam vivere gravis pœna est: Christiano totus hic mundus una domus est. Unde licet in abditum & abstrusum locum fuerit relegatus; admixtus Dei sui rebus exsilium non potest computare. Adde quod Deo integre serviens, etiam propria in civitate peregrinus est. Dum enim se carnalibus desideriis continentia sancti Spiritus abstinet, conversationem prioris hominis exponens; etiam inter cives suos, aut, prope dixerim, inter parentes ipsos, vitæ terrestris alienus est. Accedit quod etsi hæc alias pœna posset videri, in hujusmodi tamen causis atque sententiis quas ad probandæ virtutis experimenta perpetimur, non est pœna, quia gloria est. Sed esto sane, nobis pœna non sit exsilium. Illis ultimum crimen & pessimum nefas etiam ipsorum conscientia testis adscribat, qui possunt innocentibus irrogare quod putant pœnam. Nolo nunc describere loci gratiam, & deliciarum omnium paraturam interim transeo. Fingamus locum illum situ sordidum, squalidum visu, non salubres aquas habentem, non amœnitatem viroris, non viciniam litoris; sed rupes vastas silvarum inter inhospitas fauces desertæ admodum solitudinis, avia mundi parte summotum. Posset licet talis locus habere nomen exsilii, quo Cyprianus sacerdos Dei venerat; cui si hominum ministeria deficerent, vel alites ut Heliæ, vel ut Danieli angeli ministrarent. Absit, absit ut credat aliquis cuilibet minimo, dummodo in confessione nominis constituto, aliquid defuturum. Tantum abest ut Dei pontifex ille qui misericordiæ semper rebus institerat, horum omnium opibus indigeret.

XII. Jam nunc, quod secundo posueram loco, cum gratiarum actione repetamus, provisum esse divinitus etiam pro animo tanti viri apricum & competentem locum, hospitium pro voluntate secretum, & quidquid apponi eis ante promissum est, qui regnum & justitiam Dei quærunt. Atque ut omittam frequentiam visitantium fratrum, ipsorum & inde civium caritatem, quæ repræsentabat omnia quibus videbatur esse fraudatus; admirabilem visitationem Dei non præteribo: qua antistitem suum sic in exsilio esse voluit de secutura passione securum, ut imminentis martyrii pleniore fiducia, non exsulem tantummodo Curubis [6], sed & martyrem possideret. Eo enim die quo primum in exsilii loco mansimus, (nam & me inter domesticos comites dignatio caritatis ejus delegerat exsulem voluntarium, quod utinam & in passione licuisset?) Apparuit [7] mihi, inquit, nondum somni quiete sopito, juvenis ultra modum enormis: qui cum me quasi ad prætorium duceret, videbar mihi tribunali sedentis tum proconsulis admoveri. Is ut in me respexit, adnotare statim cœpit in tabula sententiam, quam non sciebam: nihil enim de me solita interrogatione quæsierat. Sed enim juvenis qui a tergo ejus stabat, admodum curiosus legit quidquid fuerat adnotatum. Et quia inde verbis proferre non poterat, nutu declarante monstravit, quid in litteris tabulæ illius haberetur. Manu enim expansa & complanata ad spathæ modum, ictum solitæ animadversionis imitatus, quod volebat intelligi, ad instar liquidi sermonis expressit. Intellexi

a Rom. XII. 21. *b* Matth. V. 45. *c* Gal. VI. 10. *d* Tob. II.

1. Fossat. *boni*.
2. A rostris Romanis nomen datum locis, e quibus concio habebatur ad populum.
3. Se ob *nominis Christi confessionem relegatum* dicit Cyprianus epist. 76. novæ edit. Pamelio 77.
4. Jam diximus Acta primæ confessionis etiam vivente Cypriano vulgata fuisse, quæ laudant Martyres epist. 77. alias 78.
5. Hunc locum ex codd. Fossat. & Floriac. sic restituimus, cum antea legeretur, *nobis patria minus &c.*
6. Curubis urbs episcopalis provinciæ Proconsularis.
7. Omnia fere quæ sibi aut Ecclesiæ contingere debebant, per visiones edocebatur Cyprianus quas sæpius declarat. Vide epist. 11. alias 8. epistolam 66. alias 69. &c. In epist. 16. alias 10. præter visiones refert etiam puerorum ecstases per diem factas. Certe pauca sunt ex antiquioribus & sincerioribus Martyrum Actis, in quibus ejusmodi visiones non habeantur. Vide dissertationem quartam Cyprianicam H. Dodvvelli.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



sententiam passionis futuram. Rogare cœpi & petere continuo, ut dilatio mihi vel unius diei prorogaretur, donec res meas [1] legitima ordinatione disponerem. Et cum preces frequenter iterassem, rursus in tabula cœperat nescio quid adnotare. Sensi tamen de vultus serenitate judicis mentem, quasi justa petitione commotam. Sed & ille juvenis, qui jamdudum de passionis indicio gestu potius quam sermone prodiderat, clandestino identidem nutu concessam dilationem quæ ad crastinum petebatur, contortis post invicem digitis significare properavit. Ego quamvis non esset lecta sententia, etsi de gaudio dilationis acceptæ læto admodum corde gauderem; metu tamen interpretationis incertæ sic tremebam, ut reliquiæ formidinis cor exsultans adhuc toto pavore pulsarent.

XIII. Quid hac revelatione manifestius? quid hac dignatione felicius? Ante illi prædicta sunt omnia quæcumque postmodum subsecuta sunt. Nihil de Dei verbis imminutum; nihil de tam sancta promissione mutilatum. Singula denique secundum quod ostensa sunt recognoscite. Dilationem petit crastini, cum de passionis sententia cogitaretur: postulans ut res suas die illo quem impetraverat, ordinaret. Hic dies unus significabat annum, quo ille post visionem acturus in sæculo fuerat. Nam, ut manifestius dicam, eo die post exactum annum coronatus est, quo hoc illi ante annum fuerat ostensum. Diem autem Domini, etsi non annum in divinis litteris legimus, promissioni tamen futurorum debitum illud tempus accipimus. Unde nihil interest, si nunc sub diei significatione solus annus ostensus est: quia illud plenius debet esse quod majus est. Quod vero nutu potius, & non sermone explanatum est; repræsentationi temporis servabatur sermonis expressio. Solet enim tunc verbis quodcumque proferri, quoties quidquid profertur impletur. Nam & vere nemo cognovit quare hoc ei ostensum fuisset, nisi quia post eodem die quo id viderat, coronatus est. Medio nihilominus tempore imminens passio pro certo ab omnibus sciebatur: passionis tamen dies certus ab iisdem omnibus, quasi ignorantibus, tacebatur. Sane & in Scripturis tale aliquid invenio. Nam [a] Zacharias sacerdos promisso sibi per Angelum filio, quia non crediderat obmutuit; ita ut filii nomen scripturus potius quam relaturus, nutu tabulas postularet. Merito & heic, ubi Dei nuntius passionem antistitis imminentem nutu potius expressit, & fidem admonuit, & sacerdotem munivit. Dilationis autem petendæ ratio de ordinatione rerum & de voluntatis dispositione veniebat. Quæ vero res illi, aut quæ voluntas ordinanda, nisi ecclesiastici status? Suprema idcirco accepta dilatio est, ut quidquid circa pauperum fovendorum curam supremo judicio disponendum fuerat, ordinaretur. Et puto propter nihil aliud, immo vero propter hoc tantum, etiam indulgentia ab ipsis qui ejecerant, & qui occisuri erant, admissa est; ut præsens & præsentes pauperes, novissimæ dispensationis extremis, &, ut plenius dixerim, totis sumtibus relevaret. Ordinatis ergo tam pie rebus, & sic pro voluntate dispositis, proximabat dies crastinus.

XIV. Jam de XYSTO [2] bono & pacifico sacerdote, ac propterea beatissimo martyre, ab Urbe nuntius venerat. Sperabatur jamjamque carnifex veniens, qui devota sanctissimæ victimæ colla percuteret: & sic erant omnes dies illi quotidiana exspectatione moriendi, ut corona posset singulis adscribi. Conveniebant interim plures egregii & clarissimi ordinis & sanguinis, sed & sæculi nobilitate generosi: qui propter amicitiam ejus antiquam, secessum [3] subinde suaderent: & ne parum esset nuda suadela, etiam loca in quæ secederet offerebant. Ille vero jam mundum, suspensa ad cælum mente, neglexerat, nec suadelis blandientibus annuebat. Fecisset fortasse tunc etiam quod a plurimis & fidelibus petebatur, si & divino imperio juberetur. Sed nec illa sublimis tanti viri gloria sine præconio transeunda est: quia jam sæculo tumescente & de fiducia principum infestationem nominis anhelante; ille servos Dei, prout dabatur occasio, exhortationibus dominicis instruebat, & ad calcandas passiones hujus temporis contemplatione superventuræ claritatis animabat. Videlicet tanta illi fuit sacri cupido sermonis, ut optaret sic sibi passionis vota contingere, ut dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur.

XV. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam sacerdotis: cum ecce proconsulis jussu, ad hortos ejus, (ad hortos, inquam, quos inter initia fidei suæ venditos, & Dei indulgentia restitutos, pro certo iterum in usus pauperum vendidisset, nisi invidiam de persecutione vitaret) cum militibus suis princeps [4] repente subitavit, immo, ut verius dixerim, subitasse se credidit. Unde enim posset tamquam improviso impetu mens semper parata subitari? Processit ergo jam certus expungi quod diu fuerat retardatum: processit animo sublimi & erecto, hilaritatem præferens vultu, & corde virtutem. Sed dilatus in crastinum, ad domum principis a prætorio revertebatur; cum subito per Carthaginem totam sparsus rumor increbuit, productum esse jam THASCIUM, quem præter celebrem gloriosa opinione notitiam, etiam de commemoratione præclarissimi operis [5] nemo non noverat. Concurrebant undique versus omnes ad spectaculum, nobis pro devotione fidei gloriosum, gentilibus & dolendum. Receptum eum tamen, & in domo principis constitutum una nocte continuit custodia delicata [6], ita ut convivæ ejus & cari in contubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota solicita ne per noctem aliquid sine conscientia sui fieret, ante fores principis excubabat. Concessit ei tunc divina bonitas, vere digno, ut Dei populus etiam in sacerdotis passione [7] vigilaret. Forsitan tamen quærat aliquis, quæ caussa fuerit a prætorio revertendi ad principem? Et volunt hoc, scilicet quidam de suo, tunc proconsulem noluisse. Absit ut in rebus divinitus gestis segnitiem sive fastidium proconsulis conquerar. Absit ut malum hoc intra

a Luc. I. 59.

1. Supra num. 2. Cyprianus dicitur *initio* conversionis omnia sua prædia in usus pauperum distraxisse: unde hic locus de supellectili videtur intelligendus, aut certe de hortis qui ipsi restituti fuerant, infra num. 15. aut denique de rebus ecclesiæ, ex num. sequenti.

2. De Xysto eg mus supra cum beato Laurentio, & in admonitione ad hanc Vitam, ubi ex hoc loco probavimus communionem inter Romanum Pontificem & Cyprianum, saltem post Stephani Papæ obitum intercessisse.


3. Aliquot diebus secessit, ne Uticam interficiendus perduceretur. Ad id enim Frumentarii a Proconsule missi fuerant. Unde infra subitasse, id est accelerasse, dicitur Princeps, putans Cyprianum re vera effugere velle. Vide epistolam ultimam Oxon. 81. Pamelio 83.

4. De his qui in legionibus *Principales* seu *Principes* dicebantur, vide Vegetium lib. 2. de re militari cap. 7.

5. Alludit ad Martyrum festa, in quibus vigiliæ agebantur.

6. *Scilicet* tempore pestis.

7. Id est, libera, & minime dura.



conscientiam religiosæ mentis admittam; ut de tam beatissimo martyre ructus [1] hominis judicaret. Sed crastinus dies ille quem ante annum dignatio divina prædixerat, vere crastinus esse debebat.

XVI. Illuxit denique dies alius, ille signatus, ille promissus, ille divinus: quem si tyrannus ipse differre voluisset, numquam prorsus valeret: dies de conscientia futuri Martyris lætus; & discussis per totum mundi ambitum nubibus, claro sole radiatus. Egressus est domum principis, sed Christi & Dei princeps, & agminibus multitudinis mixtæ ex omni parte vallatus est. Sic autem comitatui ejus infinitus exercitus adhærebat, quasi ad expugnandam mortem manu facta veniretur. Eundi autem interfuit transitus stadii. Bene vero & quasi de industria factum, ut & locum congruentis certaminis præteriret, qui ad coronam justitiæ consummato agone currebat. Sed ubi ad prætorium ventum est, nondum procedente proconsule, secretior locus datus est. Illic cum post iter longum nimio sudore madidatus sederet; (sedile autem erat fortuito linteo [2] tectum, ut & sub ictu passionis episcopatus honore frueretur) quidam ex tesserariis [3] quondam Christianus res suas obtulit, quasi vellet ille vestimentis suis humidis scciora mutare: qui videlicet nihil aliud in rebus oblatis ambiebat, quam si proficiscentis ad Deum martyris sudores jam sanguineos possideret [4]. Cui ille respondit, & dixit: Medelas adhibemus querelis, quæ hodie forsitan non erunt. Mirum, si contemsit laborem corpore, qui mortem mente contemserat? Quid plura? Subito proconsuli nuntiatus est. Producitur, admovetur, interrogatur de suo nomine: se esse respondit. Et hactenus verba.

XVII. Legit itaque de tabula jam sententiam judex quam nuper in visione non legerat; sententiam spiritalem non temere dicendam, sententiam episcopo tali, & tali teste condignam; sententiam gloriosam, in qua dictus est sectæ signifer [5], & inimicus deorum, & qui suis futurus esset ipse documento, & quod sanguine ejus inciperet disciplina sanciri. Nihil hac sententia plenius, nihil verius. Omnia quippe quæ dicta sunt, licet a gentili dicta, divina sunt. Nec mirum utique cum soleant de passione pontifices [6] prophetare. Signifer fuerat, qui de ferendo signo Christi docebat: inimicus deorum, qui idola destruenda mandabat: documento autem suis fuit, qui multis pari genere secuturis, prior in provincia martyrii primitias dedicavit. Sanciri etiam cœpit ejus sanguine disciplina, sed martyrum; qui doctorem suum imitatione gloriæ consimilis æmulati, ipsi quoque disciplinam exempli sui proprio cruore sanxerunt.

A

XVIII. Et cum exiret prætorii fores, ibat comes militum turba: & ne quid in passione deesset, centuriones & tribuni latus texerant. Ipse autem locus æqualis est, ubi pati contigit, ut arboribus ex omni parte densatis sublime spectaculum præbeat. Sed per enormitatem spatii longioris visu denegato per confusam nimis turbam, personæ faventes in ramos arborum repserant; ne vel hoc illi negaretur, ut (α) ad Zacchæi [a] similitudinem de arboribus videretur. Sed jam ligatis per manus suas oculis, moram carnificis urgere tentabat, cujus munus est ferrum; & labente dextera gladium vix trementibus digitis circuibat, donec ad perpetrandam pretiosi viri mortem, clarificationis hora matura, centurionis manum concesso desuper vigore firmatam, permissis tandem viribus expediret. O beatum Ecclesiæ populum! qui episcopo suo tali, & oculis pariter & sensibus, &, quod est amplius, publicata voce compassus est; &, sicut ipso tractante semper audierat, Deo judice coronatus est. Quamvis enim non potuerit evenire quod optabant vota communia [7], ut consortio paris gloriæ simul plebs tota pateretur: quicumque sub Christi spectantis oculis, & sub auribus sacerdotis ex animo pati voluit, per idoneum voti sui testem, legationis quodammodo litteras ad Deum misit.

B

C

XIX. Sic consummata passione perfectum est, ut Cyprianus qui bonorum omnium fuerat exemplum, etiam sacerdotales coronas in Africa primus imbueret; quia & talis esse post Apostolos prior cœperat. Ex quo enim Carthagini episcopatus ordo numeratur, numquam aliquis, quamvis ex bonis & sacerdotibus, ad passionem venisse memoratur. Licet semper Deo mancipata devotio, dicatis hominibus pro martyrio deputetur; Cyprianus tamen etiam ad perfectam coronam, Domino consummante, profecit: ut in civitate ipsa in qua taliter vixerat, & in qua prior fecerat multa præclara, prior etiam sacerdotii cælestis insignia glorioso cruore decoraret. Quid hoc loco faciam? inter gaudium passionis & remanendi dolorem, in partes divisus animus, & angustum nimis pectus affectus duplices onerant. Dolebo quod non comes fuerim? Sed illius victoria triumphanda est. De victoria triumphabo? Sed doleo quod comes non sim [8]. Verum vobis tamen & simpliciter confitendum est, quod & vos scitis, in hac me fuisse sententia. Multum ac nimis multum de gloria ejus exsulto; plus tamen doleo quod remansi.

D

[a] Luc. XIX. 4.

1. Proverbium. Hunc ructum gallice *caprice* appellaremus. — *Ructus* proverbialiter heic positum est, pro *arbitrio* seu *libito*. Eadem voce usus est S. Cyprianus in epist. LXII. ad Pomponium, ubi de viris qui cum virginibus dormierant, ait: *Divina præcepta teneamus, nec patiamur errare fratres nostros, & pro arbitrio & ructu suo vivere.* Bolland.

2. Linteis Episcoporum sedes cooperiri solebant, ut ex Paciano patet, qui epist. 2. ad Sympronianum Novatiano exprobrat, quod *consecrante nullo linteatam sedem acceperit.* Id etiam videtur innuere Augustinus epist. 23. ad Maximinum episcopum Donatistam, ubi ait, *nec absidas gradatas, nec cathedras velatas*, cuiquam in Christi judicio profuturas.

3. Tesserarii, qui tesseras per militum contubernia nuntiant, vel ab excubitoribus exigunt. De his Vegetius lib. 2. de re militari cap. 7 ubi tessera dicitur, *præceptum ducis, quo vel ad opus, vel ad bellum movetur exercitus.*

E

4. Sic aliquas Martyrum reliquias certatim rapere gestiebant Christiani.

5. Confer infra Acta num. 4.

6. Alludit ad Caipham, qui de Christi morte nescius prophetavit, Joan. XI. 59.

7. Confer. Acta num. 5. ubi *Turba fratrum dicebat: Et nos cum ipso decollemur.*

8. Pontii festum recolunt vetera Martyrologia, sicut & hodiernum Romanum, die 8. Martii. Cave tamen ne hunc cum Pontio martyre confundas, qui Philippos imperatores ad fidem Christi adduxisse dicitur, de quo plura apud Bollandianos ad diem 14. Maii. Altare in honorem S. Pontii dedicari curavit S. Rusticula sæculo VII. Abbatissa Arelatensis; ut in ejus vita refert Florentius presbyter. At quisnam fuerit ille Pontius non explicat.

(α) *Ad Zacchæi similit.*] Nescio, an non heic levis allucinatio Pontio aut amanuensibus acciderit, voce *Zacchæi* pro *Christi* scripta: manifestum enim est, heic alludi ad *Luc.* XIX. ubi Zacchæus, adventante Christo, *præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum.* Nempe sic S. Cyprianus ab aliis qui in arbores conscenderant, visus fuisse heic dicitur. Bolland.

INDEX CAPITUM

VITÆ ET PASSIONIS

S. CÆCILII CYPRIANI

episcopi Carthaginiensis & martyris,

PER S. PONTIUM EJUS DIACONUM SCRIPTÆ.

ACTA PROCONSULARIA
SANCTI CYPRIANI
EPISCOPI ET MARTYRIS.


I. IMperatore Valeriano quartum & Gallieno tertium consulibus, tertio Kalendarum Septembrium, Carthagine in secretario, Paternus proconsul CYPRIANO episcopo dixit: Sacratissimi imperatores Valerianus & Gallienus, litteras ad me dare dignati sunt, quibus præceperunt eos qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas cærimonias recognoscere. Exquisivi [1] ergo de nomine tuo; quid mihi respondes? Cyprianus episcopus dixit: *Christianus sum, & episcopus. Nullos alios deos novi, nisi unum & verum Deum, qui fecit cælum & terram, mare & quæ sunt in eis omnia. Huic Deo nos Christiani deservimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus, pro nobis & pro omnibus hominibus, & pro incolumitate ipsorum imperatorum.* Paternus proconsul dixit: In hac ergo voluntate perseveras? Cyprianus episcopus respondit: *Bona voluntas quæ Deum novit, immutari non potest.* Paternus proconsul dixit: Poteris ergo secundum præceptum Valeriani & Gallieni, exsul ad urbem Curubitanam proficisci? Cyprianus episcopus dixit: *Proficiscor.* Paternus proconsul dixit: Non solum de episcopis, verum etiam de presbyteris mihi describere dignati sunt. Volo ergo scire ex te, qui sint presbyteri qui in hac civitate consistunt. Cyprianus episcopus respondit: *Legibus vestris bene atque utiliter censuistis, delatores non esse. Itaque detegi & deferri a me non possunt. In civitatibus autem suis invenientur.* Paternus proconsul dixit: Ego hodie in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: *Cum disciplina probibeat, ut quis se ultro offerat, & tuæ quoque censuræ hoc displiceat; nec offerre se ipsi possunt: sed a te exquisiti invenientur.* Paternus proconsul dixit: A me invenientur. Et adjecit: Præceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant, nec cœmeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam salubre præceptum non observaverit, capite plectetur. Cyprianus episcopus respondit: *Fac quod tibi præceptum est.*

II. Tunc Paternus proconsul jussit beatum Cyprianum episcopum in exsilium deportari [2]. Cumque diu ibidem moraretur, successit Aspasio Paterno proconsuli Galerius Maximus proconsul, qui sanctum Cyprianum episcopum, ab exsilio revocatum, sibi jussit præsentari. Cumque Cyprianus sanctus martyr electus a Deo, de civitate Curubitana in qua exsilio præcepto Aspasii Paterni tunc proconsulis datus fuerat, regressus esset, ex sacro præcepto in suis hortis manebat. Inde quotidie sperabat veniri ad se, sicut illi ostensum [3] fuerat; & cum illic demoraretur, repente idibus Septembris, Tusco [4] & Basso consulibus, venerunt ad eum principes duo, unus Strator [5] officii Galerii Maximi proconsulis, qui Aspasio Paterno successerat; & alius Equistrator a custodiis ejusdem officii, qui & in curriculum eum levaverunt [6], in medioque posuerunt, & in Sexti [7] perduxerunt; ubi idem Galerius Maximus proconsul, bonæ valetudinis recuperandæ gratia, secesserat. Et ita idem Galerius Maximus proconsul in aliam diem Cyprianum sibi reservari præcepit. Et eo tempore beatus Cyprianus ductus, ad principem & stratorem ejusdem officii Galerii Maximi proconsulis clarissimi viri secessit; & in hospitio ejus cum eo, in vico qui dicitur Saturni, inter Veneream & Salutariam [8] mansit. Illuc universus populus fratrum convenit. Et cum hoc sanctus Cyprianus comperisset, custodiri [9] puellas præcepit, quoniam omnes in vico, ante januam hospitii principis manserant.

III. Et ita altera die octava decima Kalendarum Octobrium, mane multa turba convenit ad Sexti, secundum præceptum Galerii Maximi proconsulis. Et ita idem Galerius Maximus proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri præcepit in atrio Sauciolo [10] sedenti. Cumque oblatus fuisset, Galerius Maximus proconsul Cypriano episcopo dixit: Tu es THASCIUS CYPRIANUS? Cyprianus episcopus respondit: *Ego sum.* Galerius Maximus proconsul dixit: Tu papam te [11] sacrilegæ mentis hominibus præbuisti? Cyprianus episcopus respondit: *Ego.* Galerius Maximus proconsul dixit: Jusserunt [12] te sacratissimi imperatores cærimoniari.

1. Cod. Conchensis: *Exquiro tibi de nomine tuo, quid mihi respondeas?*
2. S. Augustin. serm. 309. *Pro fide confessionis Christi in exsilium Curubin missus est* &c.
3. Augustin. ibid. n. 2. *Regressus in hortis suis manebat, & inde quotidie sperabat veniri ad se, sicut ostensum illi erat* &c. Vide supra Vit. n. XII.
4. Monet Baronius ad annum 261. n. 25. legendum esse *Fusco* ex Trebellio Pollione.
5. Stratoris sive Statoris munia describuntur in lege Constantini Cod. l. 9. tit. 4. de custodia reorum. Integrum locum vide in edit. Oxon. De his vide Glossar. Cang. ubi *Statores* dicuntur, *quod starent ad jussa parati*: Stratores vero qui equorum principis curam habebant. Stratores etiam dici possunt a sternendo, quod reos in carcere condemnatos punirent, vel equos sternerent.
6. Aug. serm. laudato n. 3. *Duo missi sunt qui eum etiam in currum levaverunt.*
7. Hic locus sic videtur appellatus quod sexto ab urbe lapide distaret.
8. Omnes fere mss. habent *Veneriam*. Colb. 1. & Mombrit. *inter Venaria & Salutaria*. German. 1. [illegible] *Veneriam & Salutariam*.
9. Omnes mss. præter Colb. 1. [illegible]. Alia tamen lectio [illegible]. Sic enim legit Augustinus, ut patet ex laudato serm. n. 4. *Quid illud*, inquit, *quod cum in alium diem dilatus esset, atque illuc se multitudo fratrum ac [illegible] congregans pro foribus pernoctaret, custodiri puellas præcepit?* Item S. Fulgentius serm. 6. *A principe detentus virginum pudicitiam .... custodivit.*
10. Vox obscura. Videtur esse cognomen atrii, quod heic rei interficerentur. Observat Oxon. editor sancitum esse in Concilio Matiscon. II. c. 19. *ut ad locum examinationis reorum nullus clericus accedat, neque intersit atrio Sauciolo, ubi pro reatus sui qualitate quispiam interficiendus est.* Codd. Colb. & Germ. 1. habent, *atrio Secutiolo*. Conch. *Saloutio*.
11. Forte *papatem*, ut legendum esse censet noster Mabillonius in notis ad Acta SS. Mammarii &c. Analect. tom. 4. pag. 105. In Actis græcis SS. Cononis & filii ejus, die 29. Maji Bollandiani n. 4. Præses Martyrem interrogat an papas sit aut diaconus, Παππᾶς ἢ Διάκων; respondet se laicum esse. Et in Actis SS. Modesti & Viti editis & mss. Vitus puer Modestum suum *papatem* non semel compellat.
12. Aug. n. 5. *Cum enim ei* [illegible] *Jusserunt te Principes* [illegible] *adjecit &* [illegible] &c. [illegible] *quod tibi præceptum est.* [illegible] &c.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



Cyprianus episcopus dixit: *Non facio*. Galerius Maximus ait: Consule tibi. Cyprianus episcopus respondit: *Fac quod tibi præceptum est. In re tam justa nulla est consultatio.*

IV. Galerius Maximus collocutus cum concilio sententiam vix ægre dixit verbis hujusmodi: Diu sacrilega mente vixisti, & plurimos nefariæ tibi conspirationis homines aggregasti, & inimicum te diis Romanis & sacris legibus constituisti, nec te pii & sacratissimi principes Valerianus & Gallienus Augusti, & Valerianus nobilissimus Cæsar, ad sectam cærimoniarum suarum revocare potuerunt. Et ideo cum sis nequissimorum criminum auctor & signifer deprehensus: eris ipse documento his, quos scelere tuo tecum aggregasti: sanguine tuo sancietur disciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitavit: Thascium [1] Cyprianum gladio animadverti placet. Cyprianus episcopus dixit: *Deo gratias*.

V. Post hanc vero sententiam turba fratrum dicebat: Et nos cum ipso decollemur. Propter hoc tumultus fratrum exortus est, & multa turba eum prosecuta est. Et ita idem Cyprianus in agrum

A Sexti productus est, & ibi se lacerna byrro [2] exspoliavit, & genu in terra flexit, & in orationem se Domino prostravit. Et cum se dalmatica [3] exspoliasset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit, & cœpit spiculatorem sustinere. Cum venisset autem spiculator, jussit suis ut eidem spiculatori viginti quinque aureos darent [4]. Linteamina vero & manualia a fratribus ante eum mittebantur. Postea vero beatus Cyprianus manu sua oculos sibi texit. Qui cum lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Julianus presbyter & Julianus subdiaconus [5] ei ligaverunt. Ita beatus Cyprianus passus est; ejusque corpus propter gentilium curiositatem in proximo positum est. Inde per noctem sublatum cum

B cereis & scholacibus [6], ad areas Macrobii Candidiani procuratoris quæ sunt in via Mappaliensi juxta piscinas, cum voto & triumpho magno deductum est. Post paucos autem dies Galerius Maximus proconsul decessit.

VI. Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die octava decima Kalendarum Octobrium, sub Valeriano & Gallieno imperatoribus; regnante vero Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

1. Idem August. n. 6. *In quid erumpat cor nostrum, nisi in ipsam venerabilis Martyris ultimam vocem? Cum enim Galerius Maximus decretum ex libello recitasset: Thascium Cyprianum gladio animadverti placet. Respondit ille: Deo gratias. Habentes igitur de re... dicamus & nos Deo gratias.* Et sic desinit sermo.

2. Alterutram ex his vocibus pro additamento habendam esse censet Oxon. editor. Certe in cod. 1. Germ. habetur tantum *byrro*. Porro notat ex Festo eruditus Cangius in Glossario, *byrrum* antiquitus *rufum* significasse: quæ vox si hoc loco sic intelligatur, præferenda esset lectio aliquot codd. qui sic habent, *lacerno byrro expoliatus est*. De byrro & lacerna tamquam de duplici vestis specie loquitur Sulpicius Severus lib. I. Dialog. capite 14. apud Baronium ad annum 261. n. 41. ubi plura is habet de hac re. At mirum est ab eo hodiernas episcoporum vestes in his verbis repertas fuisse. Talibus quippe ornamentis episcopos olim usos fuisse, prius esset probandum. *Byrrum quo* S. Odo Cluniaci Abbas *tegebatur more cappæ, per extremitatem fimbriæ apprehendentes osculabantur* Dei famuli reverentiæ caussa. Ex ejus Vitæ auctore Joanne lib. 2. num. 5. sæc. V. SS. Ord. Bened. pag. 167.

3. Codd. Fossat. Colb. Conch. S. Genovefæ &c. pro *dal-* C *matica*, habent *tunica*: sed multo plures codd. *dalmatica*. Ceterum dalmaticæ nomen antiquis ignotum non fuit. Commodus apud Lamprid. *Dalmaticatus in publico* processisse dicitur. De Dalmatica plura collegit Baronius in notis ad Martyrol. Rom. die 31. Maji, ubi de Paschasio Diacono.

4. Hanc largitionem librariis debitam innuit Oxon. editor. Favet August. loco laudato, ubi ait extrema Martyris verba fuisse, *Deo gratias*, quæ statim post recitatam sententiam pronuntiavit. Omnes tamen mss. quos videre licuit, hanc Cypriani liberalitatem commemorant. Maximilianus, cujus Acta ad an. 295 proferemus, vestem sibi paratam a patre, rogavit dari spiculatori.

5. Al. codd. *diaconus*.

6. Hunc locum ex compluribus mss. sic restituimus. In editis & aliquot mss. pro *Candidiani* habetur *Candidi*. Baronius *Scholacium* nomine designari putat scholas cleri cum cereis &c. Rigaltius vero faces ad arcendas noctis tenebras. Ejusmodi funalia *scholaces* a plerisque appellata esse observat Cangius in Glossario. Cœmeteria autem Christianorum appellata fuisse *Arenarias* seu *Areas* patet ex Actis SS. Montani &c. & ex Tertulliano ad Scapulam cap. 3. Vide sis Baronium ad diem 3. Januar. in notis ad Martyrolog. Roman.

INDEX CAPITUM

ACTORUM S. CYPRIANI

EPISCOPI CARTHAGINIENSIS ET MARTYRIS.

S. DIONYSII
EPISCOPI ALEXANDRINI,
QUÆ SUPERANT EX EJUS OPERIBUS ET EPISTOLIS,

NUNC PRIMUM

COLLECTA, DIGESTA ET ILLUSTRATA.

PARS I.

QUA CONTINENTUR


EJUSDEM S. PATRIS OPERUM FRAGMENTA:

NEC NON

EPISTOLA CANONICA AD BASILIDEM EPISCOPUM,

THEODORI BALSAMONIS & JOANNIS ZONARÆ
commentariis adornata.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 258.



S. DIONYSII
EPISCOPI ALEXANDRINI
OPERUM FRAGMENTA.
I.
EX DUOBUS LIBRIS
DE PROMISSIONIBUS,
ADVERSUS NEPOTEM EPISCOPUM IN ÆGYPTO.

Apud Eusebium Hist. eccl. *lib.* vii. *capp.* xxiv. & xxv.

A Ἐπεὶ [a] δὲ σύνταγμά τι προκομίζουσι Νέπωτος, ᾧ λίαν ἐπερείδονται ὡς ἀναντιῤῥήτως [1] ὑποδεικνύντι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν ἐπὶ γῆς ἔσεσθαι· ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα, τῆς τε πίστεως καὶ τῆς φιλοπονίας καὶ τῆς ἐν ταῖς γραφαῖς διατριβῆς· καὶ τῆς πολλῆς [2] ψαλμῳδίας, ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὐθυμοῦνται· καὶ πάνυ δι' αἰδοῦς ἄγω τὸν ἄνθρωπον ταύτῃ μᾶλλον, [3] ᾗ προανεπαύσατο. ἀλλὰ φίλη γὰρ καὶ προτιμοτάτη πάντων ἡ ἀλήθεια· ἐπαινεῖν τε χρὴ καὶ συναινεῖν ἀφθόνως, εἴ τι ὀρθῶς λέγοιτο· [4] ἐξετάζειν τε καὶ διευθύνειν, εἴ τι μὴ φαίνοιτο ὑγιῶς ἀναγεγραμμένον. καὶ πρὸς μὲν παρόντα καὶ ψιλῷ λόγῳ δογματίζοντα, αὐτάρκης ἦν ἂν ἡ ἄγραφος ὁμιλία, δι' ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως πείθουσα καὶ συμβιβάζουσα B τοὺς ἀντιδιατιθεμένους· γραφῆς δὲ ἐκκειμένης, ὡς δοκεῖ τισι, πιθανωτάτης· καί τινων διδασκάλων τὸν μὲν νόμον καὶ τοὺς προφήτας τὸ μηδὲν ἡγουμένων, καὶ τὸ τοῖς εὐαγγελίοις ἕπεσθαι παρέντων· καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων ἐπιστολὰς ἐκφαυλισάντων· τὴν δὲ τοῦ συγγράμματος τούτου διδασκαλίαν ὡς μέγα δή τι καὶ κεκρυμμένον μυστήριον [5] κατεπαγγελλομένων, καὶ τοὺς ἁπλουστέρους ἀδελφοὺς ἡμῶν οὐδὲν ἐώντων ὑψηλὸν καὶ μεγαλεῖον φρονεῖν, οὔτε περὶ τῆς ἐνδόξου καὶ ἀλη-

A I. Sed quoniam librum quemdam proferunt Nepotis, quo quidem magnopere nituntur, quasi in eo certissimis argumentis demonstratum sit, regnum Christi in terris futurum: in plurimis quidem aliis rebus laudo Nepotem ac diligo, cum propter fidem, tum ob diligentiam & studium scripturarum, postremo ob psalmorum cantus multiplices, quibus plerique ex fratribus etiamnum magnopere delectantur. Magnoque honore ac reverentia hominem prosequor, vel ob id maxime, quod ex hac vita migravit. Sed veritatem magis diligo, cunctisque præferendam censeo. Etenim ea quidem quæ recte dicta sint, absque invidia laudare ac probare debemus. Si quid vero secius scriptum est, id examinari a nobis & corrigi decet. B Quod si ipse præsens adesset, & opinionem suam viva voce promulgaret, sufficeret fortasse simplex absque scripto colloquium, quo per interrogationes ac responsiones convincerentur adversarii, & in pristinam concordiam revocarentur. Verum cum in publicum editus sit liber; isque, ut nonnullis videtur, ad persuadendum aptissimus: & cum quidam doctores legem quidem ac Prophetas nihili faciant; Evangelia sequi negligant; Apostolorum epistolas contemnant: hujus vero libri doctrinam quasi magnum aliquod & arca-

1. Ὑποδεικνύντι.] In codice Maz. Med. Fuk. & Savil. ἀποδεικνύντι scribitur rectius. Porro cum constet ex hoc loco, librum Dionysii Alexandrini *de promissionibus* scriptum fuisse adversus Nepotem episcopum Ægypti, miror, Hieronymum in Præfatione lib. 18. Commentario- C rum in Esaiam, affirmare eum librum adversus Irenæum Lugdunensem episcopum a Dionysio fuisse conscriptum. Fuit quidem Irenæus ex numero eorum, qui regnum Christi mille annorum spatio in terris futurum crediderunt, quibus id Papias persuaserat, ut scribit idem Hieronymus in catalogo, & Eusebius in fine libri 3. Verum Dionysii liber non adversus Irenæum scriptus erat, sed adversus Nepotem, ut patet tum ex hoc Eusebii loco, tum ex ipso Hieronymo in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, ubi de Dionysio loquitur. Vales.

2. Ψαλμῳδίας.] Christophorsonus psalmos & hymnos a Nepote compositos interpretatur. Sane hic fuit mos veterum Christianorum, ut psalmos & hymnos in honorem Christi componerent. Quod testatur Eusebius in fine lib. 5. De his psalmis mentio fit in epistola Concilii Antiocheni adversus Paullum Samosatenum, & in canone penultimo Concilii Laodiceni. Ubi diserte prohibetur, ne psalmi ἰδιωτικοὶ, id est a privatis hominibus compositi, D in Ecclesia recitentur. Invaluerat enim hæc consuetudo, ut multi psalmos in honorem Christi componerent, eosque in Ecclesia cantari facerent, ut ex locis supra notatis apparet. Hujusmodi ergo psalmos in Ecclesia deinceps cani vetant Patres Concilii Laodicensis, quos ἰδιωτικοὺς appellant, id est ab hominibus imperitis compositos, non a sancto Spiritu dictatos. Ita explicat Agobardus in libro de ritu canendi Psalmos in Ecclesia. Id.

3. Ἧ προανεπαύσατο.] Plinius lib. 28. cap. 2. *Cur*, inquit, *ad mentionem defunctorum, testamur me[illegible] eorum a nobis [illegible]tari?* Id.

4. Ἐξετάζειν τε.] Rectius in codice Med. Maz. & Fuk. ἐξετάζειν δέ. Paullo post ex iisdem codicibus scribendum est, γραφῆς δὲ ἐκκειμένης, ut videtur legisse Rufinus: pro quo Nicephorus posuit προκειμένης. Simile mendum in eodem vocabulo supra notavi. Id.

5. Κατεπαγγελλομένων.] Id est, *diu ante promitt[illegible]*. Metaphora est a mysteriis Græcorum, qui magna quædam & miranda initiatis promittebant, eosque diuturna exspectatione cruciabant, ut opinionem ac reverentiam suspendio cognitionis ædificarent, quemadmodum loquitur Tertullianus in libro contra Valentinianos. Id.

a Ἐπεὶ δὲ κ. τ. λ.] Ejusmodi excerptis Dionysianis hæc præmittit Eusebius: „ Duos libros περὶ ἐπαγγελιῶν, *de* „ *promissionibus* composuit (Dionysius.) Caussam scri- „ bendi præbuit Nepos quidam episcopus Aegypti, qui „ promissiones sanctis hominibus factas in divinis volu- „ minibus, Judaico sensu exhibendas docebat, & nescio „ quod mille annorum spatium corporalibus refertum de- „ liciis in hac terra fore affirmabat. Quumque ex Joan- „ nis Revelatione opinionem suam stabilire se posse exi- „ stimaret, librum quem de hac quæstione composuerat, „ [illegible] inscri- „ psit. Hunc ergo Dionysius in libris [illegible] acriter „ impugnat. Et in priore quid [illegible] „ hac quæstione proponit. In [illegible] „ nis Revelatione disputans, in [illegible] „ mentionem facit his verbis. [illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

θῶς ἐνθέου τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐπιφανείας, οὔτε τῆς ἡμετέρας ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπισυναγωγῆς καὶ ὁμοιώσεως· ἀλλὰ μικρὰ καὶ θνητὰ καὶ οἷα τὰ νῦν [1] ἐλπίζειν ἀναπειθόντων ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ· ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ὡς πρὸς παρόντα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν διαλεχθῆναι Νέπωτα.

A num facramentum venditent; & fimpliciores quofdam ex fratribus noftris nihil fublime atque magnificum, nec de gloriofo prorfufque divino adventu Domini noftri, nec de refurrectione noftra, noftrique ad Chriftum aggregatione & adfimilatione fentire patiantur; fed levia quædam ac mortalia, & qualia nunc homines fperare folent, in regno Dei cogitare jubeant: neceffe eft, ut adverfus fratrem meum Nepotem quafi præfentem, difputationem inftituam.

Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων· [2] ἐν μὲν οὖν τῷ Αρσενοείτῃ γενόμενος, ἔνθα (ὡς οἶδας) πρὸ πολλοῦ τοῦτο [3] ἐπεπόλαζε τὸ δόγμα, ὡς καὶ σχίσματα καὶ ἀποστασίας ὅλων ἐκκλησιῶν γεγονέναι· συγκαλέσας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν· παρόντων καὶ τῶν βουλομένων ἀδελφῶν, δημοσίᾳ τὴν ἐξέτασιν ποιήσασθαι τοῦ λόγου προετρεψάμην. καὶ τοῦτό μοι προσαγαγόντων τὸ βιβλίον ὥς τι ὅπλον καὶ τεῖχος [4] ἀκαταμάχητον, συγκαθεσθεὶς αὐτοῖς τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἐξ ἕω μέχρις ἑσπέρας, διευθύνειν ἐπειράθην τὰ γεγραμμένα. ἔνθα καὶ τὸ εὐσταθὲς καὶ τὸ φιλάληθες, καὶ τὸ [5] εὐπαρακολούθητον καὶ συνετὸν ὑπερηγάσθην τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἐν τάξει καὶ μετ' ἐπιεικείας τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἐπαπορήσεις καὶ τὰς συγκαταθέσεις ἐποιούμεθα· τὸ μὲν ἐκ παντὸς τρόπου καὶ φιλονείκως τῶν ἅπαξ δοξάντων περιέχεσθαι, [a] εἰ καὶ φαίνοιτο ὀρθῶς ἔχοντα, παραιτησάμενοι· μήτε δὲ τὰς ἀντιλογίας ὑποστελλόμενοι· ἀλλ' ἐς ὅσον οἷόν τε [6] τῶν προκειμένων ἐπιβατεύειν καὶ κρατύνειν αὐτὰ πειρώμενοι· μήτε εἰ λόγος αἱρεῖ, μεταπείθεσθαι καὶ συνομολογεῖν αἰδούμενοι· ἀλλ' εὐσυνειδήτως καὶ ἀνυποκρίτως, καὶ [7] ταῖς καρδίαις πρὸς τὸν Θεὸν ἡπλωμέναις, τὰ ταῖς ἀποδείξεσι καὶ διδασκαλίαις τῶν ἁγίων γραφῶν συνιστάμενα καταδεχόμενοι. καὶ τέλος, ὅ, τε τῆς διδαχῆς ταύτης ἀρχηγὸς καὶ εἰσηγητὴς ὁ καλούμενος Κορακίων, ἐν ἐπηκόῳ πάντων τῶν παρόντων ἀδελφῶν ὡμολόγησε καὶ διεμαρτύρατο ἡμῖν, μηκέτι τούτῳ προσέξειν, μηδὲ διαλέξεσθαι περὶ τούτου· μηδὲ μεμνῆσθαι· μηδὲ διδάξειν, ὡς ἱκανῶς ὑπὸ τῶν ἀντιλεχθέντων ᾑρημένος· τῶν τε ἄλλων ἀδελφῶν οἱ παρόντες ἔχαιρον ἐπὶ τῇ κοινολογίᾳ καὶ τῇ πρὸς πάντας [8] συγκαταβάσει καὶ συνδιαθέσει.

II. *Paucis deinde interpofitis hæc fubjungit.* Cum effem, *inquit*, in Arfinoitica præfectura, in qua jampridem, ut nofti, increbruit hæc opinio, adeo ut fchifmata & integrarum ecclefiarum defectiones fierent; convocatis presbyteris ac doctoribus qui per fingulos B vicos fratribus prædicabant, præfentibus item fratribus qui adeffe voluerant, hortatus fum illos ut ea doctrina palam in concione examinaretur. Cumque hunc librum tamquam fcutum quoddam murumque inexpugnabilem mihi oppofuiffent; tres continuos dies a prima luce ufque ad vefperam cum ipfis fedens, quæcumque in eo libro fcripta erant, difcutere aggreffus fum. Tum vero fratrum conftantiam, & ardentiffimum cognofcendæ veritatis ftudium & docilitatem atque intelligentiam magnopere fum admiratus: adeo moderate & ordine interrogationes rationefque dubitandi, & affenfiones a nobis fiebant. Ac ftudiofe quidem cavebamus, ne ea quæ femel nobis placuiffent, tametfi falfa effe [non] deprehenderentur, pertinaciter defendere- C mus: nec aliorum objectiones fubterfugiebamus. Sed quoad fieri poterat, ad ea de quibus inftituta erat difputatio, eniti eaque ftabilire conabamur: fin autem rationibus convicti effemus, non pudebat nos mutare fententiam, & aliis affentiri. Quin potius cum bona animi confcientia, abfque ulla fimulatione, expanfis ad Deum cordibus, quæcumque certiffimis argumentis & auctoritate facræ Scripturæ confirmata effent, fufcipiebamus. Tandem denique Coracio, qui hujus doctrinæ auctor & fignifer fuerat, audientibus cunctis qui aderant fratribus, pollicitus nobis & conteftatus eft, fe in pofterum hanc opinionem amplexurum non effe, nec de ea difputaturum, nec locuturum, nec populo prædicaturum: quippe qui argumentis oppofitis fatis fuper- D que convictus fuiffet. Fratribus autem qui aderant, hæc difputatio, & omnium inter fe reconciliatio atque confenfio non mediocrem attulit voluptatem.

Εἶθ' ἑξῆς ὑποβὰς περὶ τῆς ἀποκαλύψεως Ἰωάννου ταῦτά φησι. τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν ἠθέτησαν καὶ ἀνεσκεύασαν πάντῃ τὸ βιβλίον· καθ' ἕκαστον κεφάλαιον διευθύνοντες, ἄγνωστόν τε καὶ ἀσυλλόγιστον ἀποφαίνοντες· ψεύδεσθαί τε τὴν ἐπιγραφήν· Ἰωάννου γὰρ οὐκ εἶναι λέγουσιν· ἀλλ' οὐδ' ἀποκάλυψιν εἶναι, τὴν σφοδρῷ καὶ παχεῖ κεκαλυμμένην

III. *Deinde aliquanto poft de Revelatione Joannis ita fcribit.* Nonnulli quidem ex iis qui nos præcefferunt, librum hunc repudiarunt penitus ac refutarunt; fingula ejus capita refellentes, eumque abfque ullo fenfu & ratiocinatione fcriptum effe monftrantes. Adhæc infcriptionem libri falfam effe dicunt. Neque enim auctorem ejus effe Joannem. Sed neque eam Revela-

1. Ελπιζόμενα πειθόντων.] Hujus loci emendatio debetur codici Mazarino, in quo diferte fcriptum inveni, *καὶ οἷα τὰ νῦν ἐλπίζειν ἀναπειθόντων ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.* Quomodo etiam legitur in codice Medicæo, nifi quod *ἐλπιζόμενα ἐλπίζειν* fcriptum habetur. Sed rectiffima eft codicis Maz. lectio, quam ego priufquam comperiffem, fubaudiendum heic effe *ἀπὸ κοινοῦ* verbum *φρονεῖν* exiftimabam. Codici Maz. fubfcribunt codex Fuk. & Savil. VALES.

2. Εν μὲν οὖν τῷ Αρσενοείτῃ.] Mirum eft in tribus noftris codicibus, & apud Nicephorum & Ptolemæum ita legi, cum conftet fcribendum effe *Αρσινοΐτῃ*. Sic enim dicta eft hæc præfectura ab Arfinoe regina. ID.

3. Επεπόλαζε τὸ δόγμα.] Langus, & Mufculus interpretantur, *emerfit*. Chriftophorfonus autem vertit, *prodiit in lucem*. Ego vero malui vertere, *increbruit*, quo fenfu Eufebius hanc vocem ufurpat in cap. 29. libri 7. ID.

4. Αμαχον.] Codex Med. & Maz. habent *ἀκαταμάχητον*, longe rectius: fic etiam fcribitur in codice Fuk. & Savil.

5. Εὐπαρακολούθητον.] Feliciter mihi vertiffe videor, *docilitatem*. Nam *παρακολουθεῖν* proprie dicuntur auditores, qui fenfum verborum affequuntur. Male ergo Mufculus, & Chriftophorfonus *obfequium* interpretati funt. ID.


E 6. Τῶν προκειμένων ἐπιβατεύειν.] Mufculus vertit, *inftare propofito*, multo rectius quam Chriftophorfonus, qui vertit, *ea quæ erant ab aliis propofita munire*. ID.

7. Ηπλωμέναις ταῖς καρδίαις.] Heic quoque Mufculus multo rectius vertit, quam Chriftophorfonus & Langus. Nam Chriftophorfonus vertit, *puris erga Deum ac fimplicibus animis*. Atque ita fere Langus. At Mufculus recte interpretatus eft, *cordibus ad Deum expanfis*. Sed & longe ante Mufculum Rufinus, recte hunc locum expofuerat, *patefactis cordibus Deo*. ID.

8. Συγκαταβάσει.] Hoc loco *συγκατάβασις* ponitur non pro difpenfatione, fed pro *συμβιβάσει*, id eft, unitione, ut fic dicam, & reconciliatione, qua voce utitur Dionyfius paullo fupra, *καὶ συμβιβάζουσα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους*. Eodem fenfus Paullus in epiftola ad Coloffenfes capite 2. *συμβιβάζειν*, & *συμβιβασμὸν* dixit. ID.

a Εἰ καὶ φαίνοιτο] Editio Stephani habet *εἰ καὶ μὴ φαίνοιτο*, ut & Chriftophorfonus, qui fic locum reddit: *ne illis quæ fuerant ante ab ipfis decreta, fi quidquam in eis veritati repugnare videretur, mordicus adhærerent, præcavebant.* READING.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



τῷ τῆς [1] ἀγνοίας παραπετάσματι· καὶ οὐχ ὅπως τῶν ἀποστόλων τινὰ, ἀλλ' οὐδ' ὅλως τῶν ἁγίων ἢ τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τούτου γεγονέναι ποιητὴν τοῦ γράμματος. Κήρινθον [a] δὲ τὸν καὶ τὴν ἀπ' ἐκείνου κληθεῖσαν Κηρινθιανὴν συστησάμενον αἵρεσιν, ἀξιόπιστον ἐπιφημίσαι θελήσαντα τῷ ἑαυτοῦ πλάσματι ὄνομα. τοῦτο γὰρ εἶναι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τὸ δόγμα, ἐπίγειον ἔσεσθαι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν· καὶ ὧν αὐτὸς ὠρέγετο φιλοσώματος ὢν καὶ πάνυ σαρκικὸς, ἐν τούτοις [2] ὀνειροπολεῖν ἔσεσθαι· γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα πλησμοναῖς, τουτέστι σιτίοις καὶ ποτοῖς καὶ γάμοις, καὶ δι' ὧν [b] εὐφημότερον ταῦτα ᾠήθη ποριεῖσθαι, ἑορταῖς καὶ θυσίαις καὶ ἱερείων σφαγαῖς. ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι τὸ βιβλίον· πολλῶν αὐτὸ διὰ σπουδῆς ἐχόντων ἀδελφῶν· μείζονα δὲ τῆς ἐμαυτοῦ φρονήσεως τὴν ὑπόληψιν τὴν περὶ αὐτοῦ λαμβάνων, κεκρυμμένην εἶναί τινα καὶ θαυμασιωτέραν τὴν καθ' ἕκαστον ἐκδοχὴν ὑπολαμβάνω. καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίημι, ἀλλ' ὑπονοῶ γε νοῦν τινα βαθύτερον ἐγκεῖσθαι τοῖς ῥήμασιν· οὐκ ἰδίῳ ταῦτα μετρῶν καὶ κρίνων λογισμῷ, πίστει δὲ πλέον νέμων, ὑψηλότερα ἢ ὑπ' ἐμοῦ καταληφθῆναι νενόμικα· καὶ οὐκ ἀποδοκιμάζω ταῦτα ἃ μὴ συνεώρακα· θαυμάζω δὲ μᾶλλον ὅτι μὴ καὶ εἶδον.

A tionem esse, quippe quæ tam crasso tamque opaco ignorantiæ obducta sit velo. Et non modo Apostolorum neminem, sed ne ullum quidem e sanctis & ecclesiasticis viris hujus libelli conditorem fuisse affirmant. Cerinthum enim qui nominis sui sectam conflavit, cum magnæ auctoritatis nomen ad faciendam fidem commentis suis vellet præfigere, Joannis titulum operi suo indidisse. Quippe hanc Cerinthi opinionem fuisse, regnum Christi terrenum futurum; & in iis maxime rebus quas ipse utpote carnalis & voluptatibus corporis deditus præcipue concupiscebat, hæsurum: in ventris scilicet, & eorum quæ sub ventre sunt satietate; id est in cibis ac poculis, in nuptiis & in iis quibus ista honestius parari posse existimabat; festis nimirum & sacri- B ficiis, & hostiarum mactationibus. Ego vero librum illum rejicere omnino non ausim, præsertim cum multi ex fratribus eum magni faciant. Sed hujusmodi de illo opinionem concipiens, quasi sensus mei modum excedat, arcanam quamdam planeque admirabilem singularum rerum intelligentiam latere existimo. Nam etsi ipse non intelligo, suspicor tamen altiorem quemdam sensum verbis subesse. Eaque non meo ipsius judicio metior atque æstimo: sed plus fidei tribuens, sublimiora esse censeo quam ut a me percipiantur. Nec ea condemno quæ intelligere non potui: verum inde admiror magis, quod capere non possum.

Ἐπὶ τούτοις τὴν ὅλην τῆς ἀποκαλύψεως βασανίσας γραφὴν, ἀδύνατον δὲ αὐτὴν κατὰ τὴν πρόχειρον ἀποδείξας νοεῖσθαι διάνοιαν, ἐπιφέρει λέγων. συντελέσας δὴ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν προφητείαν, μακαρίζει ὁ προφήτης τούς τε φυλάσσοντας αὐτὴν, καὶ δὴ καὶ ἑαυτόν. μακάριος γάρ φησιν ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· κἀγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα. καλεῖσθαι μὲν οὖν αὐτὸν Ἰωάννην, καὶ εἶναι τὴν γραφὴν Ἰωάννου ταύτην, οὐκ ἀντερῶ. ἁγίου μὲν γὰρ εἶναί τινος καὶ θεοπνεύστου συναινῶ. οὐ μὴν ῥᾳδίως ἂν συνθείμην τοῦτον εἶναι τὸν ἀπόστολον, τὸν υἱὸν Ζεβεδαίου· τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου· οὗ τὸ εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐπιγεγραμμένον, καὶ ἡ ἐπιστολὴ ἡ καθολική. τεκμαίρομαι γὰρ ἔκ τε τοῦ ἤθους ἑκατέρων, καὶ τοῦ τῶν λόγων εἴδους, καὶ τῆς τοῦ βιβλίου [3] διεξαγωγῆς λεγομένης, μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι. ὁ μὲν γὰρ εὐαγγελιστὴς, οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ παρεγγράφει· οὐδὲ κηρύσσει ἑαυτὸν, οὔτε διὰ τοῦ εὐαγγελίου, οὔτε διὰ τῆς ἐπιστολῆς. εἶθ' ὑποβὰς, πάλιν ταῦτα λέγει. Ἰωάννης δὲ οὐδαμοῦ οὐδὲ ὡς περὶ ἑαυτοῦ, οὐδὲ ὡς περὶ ἑτέρου· ὁ δὲ τὴν ἀποκάλυψιν γράψας, εὐθύς τε ἑαυτὸν ἐν ἀρχῇ προτάσσει· ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ ἣν ἔδωκεν αὐτῷ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἐν τάχει· καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ· ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ ὅσα εἶδεν. εἶτα καὶ ἐπιστολὴν

IV. *Posthæc integro Revelationis libro examinato,* C *postquam apertissime ostendit, eum prorsus intelligi non posse juxta obvium verborum sensum, hæc subjicit.* Absoluta demum universa prædictione sua, Propheta beatos pronuntiat tum eos qui eam servaverint, tum se ipsum. *Beatus*, inquit [a], *qui servat verba prophetiæ libri hujus: & ego ipse Joannes, qui hæc vidi atque audivi.* Joannem igitur hunc vocari, & librum a Joanne scriptum esse, non infitior. Fateor enim sancti cujusdam & divino spiritu afflati viri id opus esse. Sed hunc ipsum esse Apostolum, Zebedæi filium, Jacobi fratrem, cujus est Evangelium illud quod *secundum Joannem* inscribitur, & epistola catholica; haud facile concesserim. Nam ex utriusque genio & forma loquendi, & ex libelli totius ductu ac dispositione, non D unum eumdemque scriptorem esse conjicio. Quippe Evangelista quidem nullibi nomen suum adscribit: nec semet ipse, aut in Evangelio, aut in epistola prædicat. *Et paullo post subdit.* Joannes vero nusquam, nec tamquam de se ipso, nec tamquam de altero. At ille qui Revelationem scripsit, in ipso statim exordio nomen suum præfigit, cum ait: [b] *Revelatio Jesu Christi, quam dedit ipsi ut palam faceret servis suis celeriter, & significavit mittens per angelum suum Joanni servo suo, qui testificatus est verbum Dei; & testimonium ejus, quæcumque vidit.* Ad hæc epistolam scribit. *Joannes,* inquit [c], *septem ecclesiis quæ sunt in Asia, gratia vo-*

a Apoc. XXII. 7. 8. *b* Apoc. I. 1. 2. *c* Ibid. ℣. 4.

1. Ἀγνοίας παραπετάσματι.] Nicephorus habet ἀγνωσίας. VALES.


2. Ονειροπολεῖν.] Scribendum videtur ὀνειροπολεῖ, vel ὀνειροπόλει. Paullo post, ubi legebatur εὐθυμότερον, emendavi εὐφημότερον, ex codd. Maz. Med. Fuket. & Savil. quibus subscribit Nicephorus, & Eusebius ipse in libro 3. cap. 27. ubi hunc locum Dionysii adducit. ID.

3. Διεξαγωγῆς λεγομένης.] Hoc vocabulum proprium fuit Rhetorum, ut vox illa λεγομένης a Dionysio adjun- E cta satis indicat. Et Musculus quidem *tractatum libri* interpretatur. Christophorsonus autem *discursum*. Ego διεξαγωγὴν idem esse censeo, quod dispositionem, sive οἰκονομίαν. Nam διεξαγαγεῖν: idem est ac διοικεῖν, ut scribit Suidas. Possis etiam interpretari formam & rationem scribendi seu characterem, quod confirmat Dionysius. Primo enim ἀπὸ τοῦ ἤθους probat Apocalypsin non esse Joannis Apostoli. Deinde ex stilo & forma scribendi, id est ex dictione atque sententiis. ID.

a Κήρινθον δὲ — καὶ ἱερείων σφαγαῖς] Integrum hunc locum Dionysianum descripserat antea Eusebius *Hist. eccl.* lib. III. cap. XXVIII.

b Εὐφημότερον] Sic habent mss. codd. Maz. & Med. Sic item idem Eusebius lib. III. cap. XXVIII. Ita etiam Nicephorus lib. III. cap. XIV. Nec aliter legisse Rufinum ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Et ut aliquid sa-* [illegible] rursum celebrari. Festorum scilicet & sacrificiorum nomine libidines suas velabat Cerinthus, ut honestatem quamdam in speciem præferret. Hinc immerito legit εὐθυμότερον Christophorsonus, tum heic tum in priore loco Eusebiano; quum potius ex illo hunc reformare debuisset, quam ex hoc illum depravare. VALES. ad Euseb. lib. III. [illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



γράφει· Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. ὁ δέ γε εὐαγγελιστὴς, οὐδὲ τὸ καθολικῆς ἐπιστολῆς προέγραψεν ἑαυτοῦ τὸ ὄνομα· ἀλλὰ ἀπερίττως ἀπ' αὐτοῦ τοῦ μυστηρίου τῆς θείας ἀποκαλύψεως ἤρξατο· ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς· ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. ἐπὶ ταύτῃ γὰρ τῇ ἀποκαλύψει καὶ ὁ κύριος τὸν Πέτρον ἐμακάρισεν εἰπών· μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος. ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ φερομένῃ Ἰωάννου καὶ τρίτῃ, καί τοι βραχείαις οὔσαις ἐπιστολαῖς, ὁ Ἰωάννης ὀνομαστὶ πρόκειται· ἀλλὰ ἀνωνύμως ὁ πρεσβύτερος γέγραπται. οὗτος δέ γε οὐδὲ αὔταρκες ἐνόμισεν ἅπαξ ἑαυτὸν ὀνομάσας, διηγεῖσθαι τὰ ἑξῆς· ἀλλὰ πάλιν ἀναλαμβάνει· ἐγὼ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ βασιλείᾳ καὶ ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ. καὶ δὴ καὶ πρὸς τῷ τέλει ταῦτα εἶπε· μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· κἀγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα. ὅτι μὲν οὖν Ἰωάννης ἐστὶν ὁ ταῦτα γράφων, αὐτῷ λέγοντι πιστευτέον.

A *bis & pax*. Evangelistes vero ne catholicæ quidem epistolæ nomen suum præfixit; sed absque ulla verborum ambage ab ipso divinæ revelationis mysterio exorsus est. *Quod fuit*, inquit [a], *ab initio: quod audivimus, quod vidimus oculis nostris*. Ob hujusmodi enim revelationem Petrum Dominus beatum prædicavit his verbis: [b] *Beatus es Simon fili Jonæ, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est*. Sed neque in secunda ac tertia, quæ Joanni vulgo adscribuntur, epistolis, quamvis brevissimis, Ioannis vocabulum prostat: verum absque ullo nomine *Senior* inscribitur. Alter autem ille non satis habuit nomine suo semel edito narrationem deinceps prosequi; sed iterum repetit: [c] *Ego Joannes, frater & consors vester in tribulatione & regno & in patientia Jesu, fui in insula quæ Patmos vocatur, propter verbum Dei & testimonium Jesu*. Et sub finem libri rursus hæc addit: [d] *Beatus qui servat verba prophetiæ libri hujus: & ego Joannes, qui hæc vidi & audivi*. Joannem igitur esse auctorem hujus libri, ipsi id affirmanti credendum est.

Ποῖος δὲ οὗτος, ἄδηλον. οὐ γὰρ εἶπεν ἑαυτὸν ὡς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ πολλαχοῦ, τὸν ἠγαπημένον ὑπὸ τοῦ κυρίου μαθητήν· οὐδὲ τὸν ἀναπεσόντα ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ· οὐδὲ τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου· οὐδὲ τὸν αὐτόπτην καὶ αὐτήκοον τοῦ κυρίου γενόμενον. εἶπε γὰρ ἄν τι τούτων τῶν προδεδηλωμένων, σαφῶς ἑαυτὸν ἐμφανίσαι βουλόμενος. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδέν· ἀδελφὸν δὲ ἡμῶν καὶ συγκοινωνὸν εἶπε καὶ μάρτυρα Ἰησοῦ, καὶ μακάριον ἐπὶ τῇ θέᾳ καὶ ἀκοῇ τῶν ἀποκαλύψεων. πολλοὺς δὲ ὁμωνύμους Ἰωάννῃ τῷ ἀποστόλῳ νομίζω γεγονέναι· οἳ διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπην, καὶ τὸ θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν, ἀγαπηθῆναί τε ὁμοίως αὐτῷ βούλεσθαι ὑπὸ τοῦ κυρίου, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τὴν αὐτὴν ἠσπάσαντο· ὥσπερ καὶ ὁ Παῦλος πολὺς, καὶ δὴ καὶ ὁ Πέτρος [1] ἐν τοῖς τῶν πιστῶν παισὶν ὀνομάζεται. ἔστι μὲν οὖν καὶ ἕτερος Ἰωάννης ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ὁ ἐπικληθεὶς Μάρκος· ὃν Βαρνάβας καὶ Παῦλος ἑαυτοῖς συμπαρέλαβον, περὶ οὗ καὶ πάλιν λέγει· εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. εἰ δὲ οὗτος ὁ γράψας ἐστὶν, οὐκ ἂν φαίην· οὐδὲ γὰρ ἀφῖχθαι σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν Ἀσίαν γέγραπται· ἀλλὰ ἀναχθέντες μέν φησιν ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας· Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. ἄλλον δέ τινα οἶμαι τῶν ἐν Ἀσίᾳ γενομένων· ἐπεὶ καὶ δύο φασὶν ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα, καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου λέγεσθαι.

V. Sed quisnam ille fuerit Joannes, incertum. Neque enim se ipsum esse dixit, sicut in Evangelio sæpius dicitur, discipulum illum quem dilexit Dominus: aut illum, qui supra pectus Domini recubuit; aut fratrem Jacobi; aut illum denique, qui Dominum vidit atque C audivit. Aliquid enim horum quæ memorata sunt certe dixisset, si se ipsum liquido voluisset ostendere. Sed horum quidem nihil posuit: fratrem vero dumtaxat, & consortem nostrum se se appellavit, & testem Jesu; beatum denique ob visam atque auditam revelationem. Ac plurimos quidem fuisse opinor Joanni Apostolo cognomines: qui propter singularem erga illum benevolentiam, & quod hominem mirarentur ac suspicerent, & perinde ac ille a Domino diligi ambirent, hoc cognomentum adamaverint: quemadmodum ex fidelium liberis multos Paulli Petrique nominibus appellatos videmus. Est etiam alius Joannes in Actibus Apostolorum cognomento Marcus, quem Barnabas & Paullus comitem sibi adjunxerunt. De quo D etiam rursus dicitur: [e] *Habebant autem Joannem ministrum*. An hic sit qui Revelationem scripsit, mihi non liquet. Neque enim una cum illis in Asiam venisse perhibetur: [f] *Sed cum solvissent*, inquit, *a Papho, Paullus quidem Pergen Pamphyliæ profectus est; Joannes vero discedens ab illis, reversus est Hierosolymam*. Alium igitur esse censeo: unum scilicet eorum qui in Asia versati sunt. Duo enim apud Ephesum sepulcra fuisse traduntur: utrumque Joannis nomine insignitum.

Καὶ ἀπὸ [2] τῶν νοημάτων δὲ καὶ τῶν ῥημάτων καὶ τῆς συντάξεως αὐτῶν, εἰκότως ἕτερος οὗτος

VI. Ex sententiis quoque & ex verbis eorumque collocatione, facile conjicitur hunc ab illo diversum

a I. Joan. I. 1. *b* Matth. XVI. 17. *c* Apoc. I. 9. *d* Apoc. XXII. 7. 8. *e* Act. XIII. 5. *f* Ibid. ℣. 13.

Moliri aliquid, administrare, benefacere, providere, aliaque similia, inertibus quidem ac stultis, debilibus ac nequam, molesta forte sint: quorum se numero, dum talia de diis sentit, Epicurus adjungit. At vero studiosis, valentibus, industriis atque sollertibus, cujusmodi philosophos (quanto magis deos?) esse oporteat; non modo non injucunda hæc atque aspera, verum etiam jucundissima sunt, omniumque suavissima: quibus negligentia rerumque bonarum procrastinatio dedecori vertitur; ad quos illud commonentis Poetæ consilium pertinet:

— *Cras ne exspectato:*

Cui mox comminationem hanc adjungit,


Cunctator damnis semper luctatur acerbis.

At nos gravius instituit Propheta, dum & actiones cum virtute conjunctas Deo vere dignas esse pronuntiat, & nefarium illum a quo negligantur, appellat. [a] *Maledictus enim, qui facit opera Domini negligenter.* Deinde ut in quavis arte rudes & inchoati, propter experientiæ novitatem atque operum insolentiam, dum ad rem sese primum accingunt, molestiam patiuntur: ita qui aliquid profecere, multoque magis qui perfecti jam sunt, si quæ susceperint dum facile feliciterque conficiunt, exsultant animis, ac solemnium operum absolutionem, bonis hominum omnibus anteponunt. Et vero Democritus ipse, caussam unam aliquam, ut ferunt, invenire, quam sibi Persarum imperium obvenire maluisset: atque id homo qui caussas frustra caussisque sublatis inquireret, cum inane principium ac plenam erroris hypothesin sequutus, atque in radice communique naturæ rerum necessitate cæcutiens, eorum quæ imprudenter stolideque contingerent notitiam, summæ sapientiæ genus putaret; fortunamque rerum universalium atque divinarum dominam reginamque constituens, ceteraque omnia ejus arbitrio fieri pronuntians, eamdem tamen ab humanæ vitæ commercio procul ablegaret, quique illam colerent insulsos esse convinceret. Sane quidem ipsomet institutionum suarum exordio, sic loquitur: „ Homines, inquit, dum stultitiæ suæ velum quærerent, vanum Fortunæ simulacrum finxerunt: (pugnat enim suapte natura cum fortuna consilium,) inimicissimamque prudentiæ dominari voluerunt; tametsi potius hac etiam exterminata funditusque sublata, ejus in locum alteram illam sufficiunt; nec enim fortunatam isti prudentiam, sed prudentissimam canunt celebrantque fortunam „. Porro utilium vitæ operum moderatores omnes, navanda suis opera maxime delectantur, laudemque simul & gloriam cum laboribus suis pro communi salute susceptis compensari volunt: alii quidem alendo, regendo alii, alii medendo, alii rempublicam gerendo: ipsique adeo philosophi suo illo instituendorum hominum conatu ac studio majorem in modum efferuntur. Audebunt ne vero

[a] Jer. XLVIII. 10.

1. Μηδ' ἀναβ.] Hesiodi verba sunt in ἔργ. v. 408.
Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς αὔριον, ἔς τ' ἔννηφιν.
Qui sequitur,
Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς cet.
ibid. v. 411. Id.
2. Ἡμᾶς τε] Forte ἡμᾶς δέ. Id.
3. Ἀληθές] Forte ἀηθές. Id.
4. Φύσει γὰρ γνώμη] Præclare Tullius pro Marcello, sect. 7. *Numquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.* Id.
5. Τὴν τύχην.] Hactenus verba Democriti: quæ sequuntur Dionysii sunt. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



γε μὴ λέγειν [1] ἡδὺ ὂν αὐτοῖς εἶναι τὸ φιλοσοφεῖν. A τοὺς δὲ θεοὺς περὶ ὧν οἱ μὲν ποιηταὶ παρ᾽ αὐτοῖς ᾄδουσι, [2] δωτῆρας ἐάων· οὗτοι δὲ οἱ φιλόσοφοι μετὰ τωθείας ἀφημοῦσι, θεοὶ πάντων ἀγαθῶν [3] ἀδώρητοι καὶ ἀμέτοχοι· καὶ τίνι τρόπῳ τεκμηριοῦνται θεοὺς εἶναι, μήτε παρόντας καὶ πράττοντάς τι ὁρῶντες, ὡς οἱ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας θαυμάσαντες, διὰ τὸ θέειν ἔφασαν κεκλῆσθαι θεούς· μήτε τινὰ δημιουργίαν αὐτοῖς ἢ κατασκευὴν προσνέμοντες, ἵν᾽ ἐκ τοῦ θεῖναι, τουτ᾽ ἔστι ποιῆσαι, θεοποιήσωσιν αὐτούς· (τούτου γὰρ ἕνεκα πρὸς ἀλήθειαν ὁ τῶν ἁπάντων ποιητὴς καὶ δημιουργὸς μόνος ἐστὶ Θεός·) μήτε διοίκησιν, ἢ κρίσιν, ἢ χάριν αὐτῶν τινα πρὸς ἀνθρώπους ἐκτιθέμενοι, ἵνα φόβον ἢ τιμὴν ὀφλήσαντες προσκυνήσωμεν αὐτοῖς; ἢ τοῦ κόσ- B μου προκύψας Ἐπίκουρος, καὶ τὸν οὐράνιον ὑπερβὰς περίβολον, ἢ διά τινων κρυφίων ἃς μόνος εἶδεν, ἐξελθὼν πυλῶν, [4] οὓς ἐν τῷ κενῷ κατεῖδε θεούς, καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἐμακάρισε τρυφήν; κἀκεῖθεν ἐπιθυμητὴς γενόμενος τῆς ἡδονῆς, καὶ τῆς ἐν τῷ κενῷ ζηλωτὴς διαίτης, οὕτω πάντας ἐπὶ τοῦ μακαρισμοῦ τούτου μετουσίαν, ἐξομοιωθησομένους ἐκείνοις τοῖς θεοῖς, παρακαλεῖ· συμπόσιον αὐτοῖς μακάριον, οὐχ ὅπερ οἱ ποιηταί, τὸν Οὐρανὸν ἢ τὸν Ὄλυμπον, ἀλλὰ τὸ κενὸν συγκροτῶν, ἔκ τε τῶν [5] ἀτόμων τὴν ἀμβροσίαν αὐτοῖς παρατιθείς, καὶ προπίνων αὐτοῖς ἐξ ἐκείνων τὸ νέκταρ; καὶ δὴ κατ᾽ ἐκείνων τῶν μηδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὅρκους τε καὶ ὁρκισμοὺς μυρίους τοῖς ἑαυτοῦ βιβλίοις ἐγγράφει, ὀμνύς τε συνεχῶς μὰ Δία C καὶ νὴ Δία, ἐξορκῶν τε τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ πρὸς οὓς διαλέγοιτο, πρὸς τῶν θεῶν, οὔ τί που δεδιὼς [6] αὐτός, ἢ δεδιττόμενος ἐκεῖνος τὴν ἐπιορκίαν, κενὸν δὲ τοῦτο, καὶ ψευδές, καὶ ἀργόν, καὶ ἄσημον ἐπιφθεγγόμενος τοῖς λόγοις αὐτοῦ παράρτημα, οἷον εἰ καὶ χρέμπτοιτο καὶ πτύοι, τό, τε πρόσωπον στρέφοι, καὶ τὴν χεῖρα κινοίη. τοιαύτη γὰρ ἀδιανόητος ἦν ἡ παρ᾽ αὐτῷ καὶ ματαία ὑπόκρισις, ἡ τῶν θεῶν ὀνομασία. ἀλλὰ τοῦτο μὲν πρόδηλον, ὅτι μετὰ τὸν Σωκράτους θάνατον καταπτηχὼς Ἀθηναίους, ὡς μὴ δοκοίη τοῦθ᾽ ὅπερ ἦν, ἄθεος εἶναι, κενὰς αὐτοῖς ἀνυποστάτων θεῶν τερατευσάμενος ἐζωγράφησε σκιάς. οὔτε γὰρ εἰς οὐρανὸν ἀνέβλεψεν νοεροῖς ὀφθαλμοῖς, ἵνα τῆς ἐναργοῦς ἄνωθεν φωνῆς ἀκούσῃ, ἧς ὁ προσ- D εκτικὸς θεατὴς κατακούσας ἐμαρτύρησεν· ὅτι οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. οὔτε τῇ διανοίᾳ κατεῖδεν εἰς τοὔδαφος· ἔμαθε γὰρ ἄν, ὅτι τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ, καὶ ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. καὶ μετὰ ταῦτα γάρ φησι, Κύριος εἰς τὴν γῆν ἐπέβλεψε, καὶ ἐνέπλησεν αὐτὴν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ. [7] ψυχὴν παντὸς ζώου ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῆς. εἰ δὲ μὴ σφόδρα τυφλώττουσιν, ἐπισκεψάσθωσαν τὴν παμποίκιλον τῶν ζώων πολυπλήθειαν, τὰ χερσαῖα, τὰ πτηνά, τὰ ἔνυδρα· καὶ κατανοησάτωσαν ὡς ἀληθὴς ἐπὶ τῇ πάντων [8] κρίσει γέγονεν ἡ μαρτυρία τοῦ δεσπότου· καὶ πάντα κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν πέφηνε [9] καλά.

A Epicurus & Democritus dicere, molestum sibi atque in visum esse philosophandi munus? Immo non aliam profecto huic animi voluptatem anteponant: etsi enim bonum voluptatem omnem esse statuunt, hoc tamen dicere verebuntur, philosophari sibi non esse vulgari voluptate jucundius. Deos porro, quos Poetæ quidem *bonorum auctores* prædicant: philosophi vero isti, nullius omnino boni vel auctores esse, vel participes ridendo jactant; deos inquam illos, quibus tandem rationibus ut deos esse putent adducuntur; quos nec præsentes videant, nec rerum quidquam molientes: (quod sequuti saltem videntur, qui solem, lunam ac stellas admirati, θεὸς hoc est deos, διὰ τὸ θέειν, id est, a currendo vocatos esse dixerunt.) nec ullo prorsus in B operum aut functionum genere versari credant, ut eos ἐκ τοῦ θεῖναι, hoc est ab efficiendo θεοποιήσωσιν, deos efficiant: (propterea quippe omnium effector atque molitor unus vere Deus est,) nullo denique vel gubernationis, vel judicii, vel beneficii vinculo cum hominibus teneri velint, ut cultum iis aliquem vel metu vel honoris caussa debeamus? Num Epicurus forte, cum ultra mundum hunc prospiciens, ac cælestem illum ambitum prætergressus, aut per occultum quoddam posticum sibique soli notum egressus, deos in vacuo degentes vidit, ac summam eorum tantis in deliciis felicitatem admiratus, voluptatem inde concupiscit, atque illam quæ in vacuo ducitur vitam æmulatus, omnes continuo tamquam deorum illorum similes futuros, C ejus ad felicitatis communionem ac societatem invitat: quibus ille cœnaculum, non jam Cælum aut Olympum, ut poetæ, sed Vacuum instruit, confectam ex atomis apponens ambrosiam, indidemque haustum nectar propinans? Ceterum iis de rebus quæ nihil ad nos pertineant, mille juramenta sacrasque obtestationes suis passim libris inferciens, per Jovem affirmat vel negat aliquid vel affirmat; lectoresque suos, & eos quibuscum ipse disputat, deorum obstringit religione, non quod illos ipse vereatur, aut perjurium ullo modo reformidet; sed inanem hanc atque mendacem, vanamque ac nihil omnino significantem disputationum suarum appendicem effutiens, non aliter ac si excreet aut expuat, aut convertat vultum, aut manum commo- D veat. Ejusmodi quippe omnis ista deorum appellatio est, superflua quædam ac sensus expers studiique simulatio. At illud quidem longe certissimum, cum Athenienses a Socratis interitu metueret, ne qualis erat *atheos* esse videretur, vacuas iis leviculorum deorum umbras novum circulatorem informasse. Nec enim profecto aut spiritalibus umquam oculis suspexit in cælum, ut clarissimam illam superioribus e locis vocem exaudiret, qua intentus ille contemplator afflatus cum esset, exclamavit: [a] *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* Aut vero solum ipsum mente despexit; hoc enim si fecisset, didicisset utique, quod [b] *Misericordia Domini plena est terra*; quodque, [c] *Domini est terra & plenitudo* E *ejus*. Et illud, [d] *Post hæc enim*, inquit, *Dominus in terram respexit, & implevit illam bonis suis. Anima omnis animantis operuit faciem ejus*. Qui si nimia cæcitate non laborant, tantam illam ac tam variam animantium multitudinem contemplentur, terrenarum, volatilium, aquatilium; ac demum intelligant, quam verum hoc in omnium procreatione testimonium fuerit: *Et omnia secundum ejus mandatum exstiterunt bona.*

a Psal. xviii. 2. b Psal. xxxii. 5. c Psal. xxiii. 1. d Eccli. xvi. 30. 31.

1. Ἡδὺ ὂν] Forte ἥδιον.
2. Δωτῆρας ἐάων] Homerus Odyss. Θ. v. 325.
 Ἐσταν δ᾽ ἐν προθύροισι θεοί, δωτῆρες ἐάων.
Et v. 335.
 Ἑρμεία, Διὸς υἱὲ, διάκτορε, δῶτορ ἐάων.
Et alibi. Id.
3. Ἀδώρητοι] Id est, *nullorum auctores donorum*, hoc quidem loco, ubi δωτῆρας & ἀδώρητοι opponuntur. Id.
4. Οὓς] Forte ὡς. Id.
5. Ἀτόμων] Scribe ἄτμων. Id.
6. Αὐτὸς] Forte αὐτοῖς. Id.
7. Ψυχὴν] Forte ψυχῇ. Id. ---- Ψυχὴν tamen præfert Bibliorum codex Alexandrinus.
8. Κρίσει] Forte κτίσει. Viger.
9. Καλά] His Dionysianis relatis quæ huc usque descripta sunt, subdit Eusebius: ταῦτά μοι ἀπὸ πλείστων [illegible] τῶν πρὸς Ἐπίκουρον Διονυσίῳ τῷ καθ᾽ ἡμᾶς [illegible]. *Hæc mihi e pluribus libata sunt* [illegible], *quæ Dionysius episcopus æqualis noster adversus Epicurum di*[illegible].

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

E sacris Parallelis S. JOANNIS DAMASCENI *Rupefucaldinis.*
Opp. tom. II. *pag.* 752. C. *edit. Paris.* 1712.

Τοῦ ἁγίου Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, περὶ φύσεως.

A

S. DIONYSII ALEXANDRINI, *de Natura.*

Οὐχ ἁπλῶς τῶν μεριστῶν τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ αἰῶνος· ἀλλὰ πάντων καὶ τῶν ἐλαχίστων ἄπειρος, ἀτέλεστος τῶν ἐν ἀνθρώποις ἡ γνῶσις.

Non modo earum orbis rerum quæ dividuntur, & earum quæ sub ipso sunt, quin etiam numeri æternitatis; sed & omnium prorsus atque minimarum nescia est, nec erudita, hominum cognitio.

III.

EX LIBRIS

ADVERSUS SABELLIUM.

Apud EUSEBIUM Præparat. Evangel. *lib.* VII. *cap.* XIX.

Περὶ τοῦ μὴ ἀγέννητον εἶναι τὴν ὕλην.

A

Materiam ortu non carere.

ΟΥΔ' ἐκεῖνοι [1] μὲν γὰρ ὅσιοι, οἱ τὴν ὕλην ὡς ἀγέννητον ὑποχείριον εἰς διακόσμησιν διδόντες τῷ Θεῷ· παθητὴν γὰρ αὐτὴν, καὶ τρεπτὴν ὑπάρχουσαν, εἴκειν ταῖς θεοποιήτοις ἀλλοιώσεσι. καὶ πόθεν γὰρ ὑπάρχει καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ὕλῃ, τό τε ὅμοιον καὶ τὸ ἀνόμοιον, διασαφησάτωσαν. ἑκατέρου γὰρ δεῖ τινα ἐπινοῆσαι κρείττονα, ὃ μηδὲ θεμιτὸν ἐννοῆσαι περὶ τοῦ Θεοῦ. τό τε γὰρ ἀγέννητον, ὅμοιον ἐν ἀμφοτέροις λεγόμενον, καὶ ἕτερον νοούμενον παρ' ἑκάτερον, πόθεν ἐν αὐτοῖς ἐγένετο; εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ ἀγέννητόν ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐσία ἐστὶν αὐτοῦ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἡ ἀγεννησία, οὐκ ἂν ἀγέννητον εἴη ἡ ὕλη· οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστιν ἡ ὕλη, καὶ ὁ Θεός. εἰ δὲ ἑκάτερον μέν ἐστιν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ὕλη καὶ ὁ Θεὸς, πρόσεστι δὲ ἀμφοτέροις τὸ ἀγέννητον· δῆλον ὡς ἕτερόν ἐστιν ἑκατέρου, καὶ ἀμφοτέρων πρεσβύτερόν τε καὶ ἀνωτέρω. ἀνατρεπτικὴ δὲ παντελῶς, καὶ τοῦ ταῦτα συνυπάρχειν, μᾶλλον δὲ τοῦτο ἕτερον αὐτῶν τὴν ὕλην ἐφ' ἑαυτῆς ὑπάρχειν, καὶ ἡ τῆς ἐναντίας ἕξεως διαφορά. εἰπάτωσαν γὰρ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἀμφοτέρων ὄντων ἀγεννήτων, ὁ μὲν Θεὸς ἀπαθὴς, ἄτρεπτος, ἀκίνητος, ἐργαστικός· ἡ δὲ, τὰ ἐναντία, παθητὴ, τρεπτὴ, ἄστατος, μεταποιουμένη. καὶ πῶς ἥρμοσαν καὶ συνέδραμον; πότερον κατὰ τὴν τῆς ὕλης φύσιν ἐξοικειώσας ἑαυτὸν ἐτεχνίτευσεν αὐτὴν ὁ Θεός; ἀλλὰ τοῦτό γε ἄτοπον, ὁμοίως ἀνθρώποις χρυσοχοεῖν καὶ λιθουργεῖν, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας, ὅσας αἱ ὗλαι μορφοῦσθαι καὶ τυποῦσθαι δύνανται, χειροκμητεῖν τὸν Θεόν. εἰ δὲ οἵαν αὐτὸς ἐβούλετο κατὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν ἐποίησε τὴν ὕλην, τὸ πολύμορφον, καὶ παμποίκιλον τῆς δημιουργίας ἑαυτοῦ σχῆμα καὶ τύπον ἐνσφραγιζόμενος αὐτῇ, καὶ εὔφημος καὶ ἀληθὴς οὗτος ὁ λόγος, καὶ προσέτι καὶ τὴν ὑπόστασιν τῶν ὅλων τὸν Θεὸν ἀγέννητον εἶναι κρατύνει. τῷ γὰρ εἶναι ἀγέννητον, ἅμα καὶ τὸ

IMpietatis etiam illud est, quod plerique materiam, cujus ortum nullum esse velint, divinæ potestati digerendam ornandamque subjiciant, dum eam natura sua patientem atque tractabilem, impressas divinitus mutationes facile subire tradunt. Enimvero doceant isti, quei fieri potuerit, ut in Deum atque materiam similitudo pariter ac dissimilitudo caderet. Nam alium quemdam utroque potentiorem cogitare tum oporteret, quod tamen de Deo vel suspicari, nefas. Nam & ipsum ortu carere, quod in utroque simile dicitur, & alterum illud, quod præter utrumque cogitatur, quomodo tandem in iis locum habuit? Si enim illud B ipsum quod ortu caret, Deus est, ipsaque, ut ita dicam, ortus negatio, divina essentia est; non jam idem ipsum quod ortu caret, materia fuerit, cum Deus & materia unum idemque non sint. Sin autem utrumque dixerint, id quidem esse proprie quod est, materiam videlicet, atque Deum, ortus tamen negationem ambobus convenire: manifeste sequitur, aliud quidpiam præter utrumque ponendum, quod antiquius ac superius utroque sit. Jam quo minus per sese ambo simul esse possint, immo quo minus e duobus alterum, hoc est materia, esse per sese queat, vel ipsa rationis & conditionis utriusque diversitas prorsus impediat. Alioqui caussam illi sane afferant, quamobrem cum ortu ambo careant, Deus quidem nec pati quidquam, nec C mutari, nec moveri possit, idemque simul efficiendi vim habeat: materia vero contraria subeat omnia, quippe quæ pati mutarique possit, inconstans, & multiplici configurationi obnoxia. Jam quei tandem inter sese ambo tam apte convenerunt? Utrum sese Deus ad materiæ naturam accommodans, sic eam demum elaboravit? At ineptum fuerit cogitare, Deum, uti homines vulgo solent, aut ex auro conflare, aut lapides vel cædere vel collocare, aut pro ceterarum artium varietate quibus diversa materiæ genera figurari conformarique possunt, opus quodcumque moliri. Sin autem materiam, prout ipse voluit ejusque sapientia postulabat, finxisse dicetur, eamque variis ac multiplicibus artis molitionisque suæ formis consignasse; bene

1. Οὐδ' ἐκεῖνοι κ. τ. λ.] Eusebius l. c. hæc & sequentia recitans, ita prologuitur: θήσω δὲ φωνὰς τῶν πρὸ ἡμῶν τὸ δόγμα διηκριβωκότων, καὶ πρώτου γε Διονυσίου, ὃς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Σαβέλλιον αὐτῷ γεγυμνασμένων, τάδε περὶ τοῦ προκειμένου γράφει. *Ipsamet eorum verba producam qui ante nos hac in disputatione versati sunt, atque in primis Dionysii, qui in primo librorum eorum quos in Sabellium elucubravit, hunc in modum de re tota philosophatur.* Porro ad D ista Eusebiana hæc habet doctus interpres: „ Sabellius, a „ quo personarum in SS. Triade distinctio nefarie tollebatur, alterum hoc de Materia somnium ab Hermogene acceperat. Plures adversus Sabellium istum libros a „ Dionysio Alexandrino elaboratos esse, non tantum unum, ut non nemo credidit, vel hoc Eusebii loco manifeste convincitur. „

πῶς εἶναι προσῆψε. πολὺς μὲν οὖν καὶ πρὸς τούτους ὁ λόγος, ἀλλ᾽ οὐ νῦν ἡμῖν πρόκειται. συγκρίσει δὲ τῇ πρὸς τοὺς ἀθεωτάτους πολυθέους, εὐφημότεροι οὗτοι.

A ominata certe quidem veraque hæc oratio fuerit, atque ejusmodi, quæ præterea Deum qui totius universi vita quædam & fundamentum est, ortus omnis expertem esse confirmet. Nam cum illa ortus negatione, propriam insuper exsistendi rationem conjungit. Ceterum multa quidem adversus id hominum genus dici possent; verum alterius loci hæc disputatio fuerit. Si tamen isti cum sceleſtissimis tot deorum fabricatoribus conferantur, minus impie loqui censebuntur.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 258.

I V.

EX QUATUOR LIBRIS AD DIONYSIUM ROMANUM PONTIFICEM, *SEU* EX OPERE INSCRIPTO

ELENCHUS & APOLOGIA, FRAGMENTA.

Ex libro I.

Apud Athanasium *epist.* de sententia Dionysii, *num.* xv. *Opp. tom.* I. *part.* I. *edit. BB. Paris.* 1698. *pag.* 253. *seqq.*

ΟΥ [a] γὰρ ἦν ὅτε ὁ Θεὸς οὐκ ἦν πατήρ.

B I. NON enim erat tempus, quando Deus non erat Pater.

Et in sequentibus, inquit Athanasius, *profitetur Christum semper esse, utpote Verbum & Sapientiam & Virtutem.*

Οὐ γὰρ δὴ τούτων ἄγονος ὢν ὁ Θεὸς, εἶτα ἐπαιδοποιήσατο· ἀλλ᾽ ὅτι μὴ παρ᾽ ἑαυτοῦ ὁ υἱὸς, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει τὸ εἶναι.

II. Neque enim Deus cum hæc non peperisset, postea Filium genuit: sed quia Filius non a se ipso, verum a Patre habet esse.

Et post pauca de ipso Filio dicit.

Ἀπαύγασμα δὲ ὢν φωτὸς ἀϊδίου, πάντως καὶ αὐτὸς ἀΐδιός ἐστιν. ὄντος γὰρ ἀεὶ τοῦ φωτὸς, δῆλον ὡς ἔστιν ἀεὶ τὸ ἀπαύγασμα. τούτῳ γὰρ καὶ ὅτι φῶς ἐστι τῷ καταυγάζειν νοεῖται, καὶ φῶς οὐ δύναται μὴ φωτίζον εἶναι. πάλιν γὰρ ἔλθωμεν ἐπὶ τὰ παραδείγματα. εἰ ἔστιν ἥλιος, ἔστιν αὐγὴ, ἔστιν ἡμέρα· εἰ τοιούτων μηδέν ἐστι, πολύ γε δεῖ καὶ παρεῖναι ἥλιον. εἰ μὲν οὖν ἀΐδιος ὁ ἥλιος, ἄπαυστος ἂν ἦν καὶ ἡ ἡμέρα. νῦν δὲ (οὐ γάρ ἐστιν) ἀρξαμένου τε ἤρξατο, καὶ παυομένου παύεται. ὁ δέ γε Θεὸς αἰώνιόν ἐστι φῶς, οὔτε ἀρξάμενον, οὔτε [1] λῆξόν ποτε. οὐκοῦν αἰώνιον πρόκειται, καὶ σύνεστιν αὐτῷ τὸ ἀπαύγασμα ἄναρχον καὶ ἀειγενὲς, [2] προφαινόμενον αὐτοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἡ λέγουσα σοφία, ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε· καθ᾽ ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην [3] ἐν προσώπῳ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ.


III. Cum sit splendor lucis æternæ, prorsus & ipse æternus est. Luce enim semper exsistente, manifestum est & splendorem semper exsistere: eo quippe lux esse intelligitur, quod splendeat, ac fieri nequit ut lux non luceat. Rursum enim ad exempla C veniamus. Si sol est, est quoque splendor, est & dies: horum si nihil est, multum abest ut sol adsit. Quod si sol æternus esset, dies quoque numquam deficeret. Nunc autem (neque enim ita se res habet) dies sole incipiente incipit, ac desinente desinit. Deus autem æterna lux est, quæ neque incœpit, neque deficiet umquam. Ipsi ergo prælucet ac coexsistit æternus splendor, qui sine initio exsistens & semper genitus, ante eum emicat; quique est ea sapientia, quæ dicit: [a] *Ego eram qua gaudebat: & delectabar quotidie ante faciem ejus omni tempore.*

[a] Prov. viii. 30.

1. Λῆξον] Codd. Taurin. Colb. Jes. λῆξαν. Montfauc.
2. Προφαινόμενον] Mss. Taurin. Colb. Jes. Basil. Fr. I. προφερόμενον. Sed præstat cod. regii & editorum lectio προφαινόμενον. Prona est autem commutatio vocis προφαινό- D μενον in προφερόμενον: primum enim προφινόμενον scribi potuit, ut fere fit. Hinc προφερόμενον facili lapsu factum fuerit. Id.
3. Ἐν προσώπῳ] Cod. Taurin. ἐν τῷ προσ. Id.

[a] Athanasius fragmentum istud sic laudat: *In libro primo cui titulus* Elenchus & Apologia, *sui purgandi causa quibusdam præmissis, hæc ad verbum scripsit.* Coutant.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 258.



Et paullo poſt ſermonem de eodem ſic proſequitur.

A [1] Οὔτος οὖν αἰωνίου τοῦ πατρὸς, αἰώνιος ὁ υἱός ἐστι, φῶς ἐκ φωτὸς ὤν. ὄντος γὰρ γονέως, ἔστι καὶ τέκνον. εἰ δὲ μὴ τέκνον εἴη, πῶς καὶ τίνος εἶναι δύναται γονεύς; ἀλλ᾽ εἰσὶν ἄμφω, καί εἰσιν ἀεί. φωτὸς μὲν οὖν ὄντος τοῦ Θεοῦ, ὁ Χριστός ἐστιν ἀπαύγασμα. πνεύματος δὲ ὄντος, πνεῦμα γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς, [2] ἀναλόγως πάλιν ὁ Χριστὸς ἀτμὶς λέγεται· ἀτμὶς γάρ, φησίν, ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως.

IV. Cum ergo æternus ſit Pater, æternus eſt & Filius, lumen de lumine. Ubi enim eſt genitor, eſt & proles. Si autem proles non eſt, quomodo & cujus poteſt eſſe genitor? Atqui ambo ſunt, & ſemper ſunt. Cum igitur Deus ſit lux, Chriſtus eſt ſplendor. Cum autem Spiritus ſit, [a] *Spiritus* enim, inquit, *eſt Deus*: congruenter rurſum Chriſtus vapor dicitur: [b] *Eſt enim*, inquit, *vapor virtutis Dei*.

Rurſumque dicit.

Μόνος δὲ ὁ υἱὸς ἀεὶ συνὼν τῷ πατρὶ, καὶ τοῦ ὄντος πληρούμενος, καὶ αὐτός ἐστιν, ὢν ἐκ τοῦ πατρός.

V. Solus autem Filius ſemper coexſiſtens Patri, & plenus eo qui eſt, ipſe etiam eſt, cum ſit ex Patre.

Ex eodem libro.

Apud Athanasium *ibid. num.* xviii.

B [a] Πλὴν ἐγὼ γενητά τινα καὶ [3] ποιητά τινα φήσας νοεῖσθαι, τῶν μὲν τοιούτων ὡς ἀχρειοτέρων ἐξ ἐπιδρομῆς εἶπον παραδείγματα· ἐπεὶ μήτε τὸ φυτὸν ἔφην τῷ γεωργῷ, μήτε τῷ ναυπηγῷ τὸ σκάφος. εἶτα τοῖς ἱκνουμένοις καὶ προσφυεστέροις ἐνδιέτριψα, καὶ πλέον διεξῆλθον περὶ τῶν ἀληθεστέρων, ποικίλα προσεπεξευρὼν τεκμήρια, ἅπερ καὶ σοὶ [b] δι᾽ ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα· ἐν οἷς ἤλεγξα, καὶ ὃ προφέρουσιν ἔγκλημα κατ᾽ ἐμοῦ ψεῦδος ὄν, ὡς οὐ λέγοντος τὸν Χριστὸν ὁμοούσιον εἶναι τῷ Θεῷ. [4] εἰ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα τοῦτό φημι μὴ εὑρηκέναι, μηδ᾽ ἀνεγνωκέναι που τῶν ἁγίων γραφῶν· ἀλλά γε τὰ ἐπιχειρήματά μου τὰ ἑξῆς, ἃ σεσιωπήκασι, [c] τῆς διανοίας ταύτης οὐκ ἀπᾴδει. [5] καὶ γὰρ ἀνθρωπείαν γονὴν παρεθέμην, δῆλον ὡς οὖσαν ὁμογενῆ· φήσας C πάντως τοὺς γονεῖς μόνον ἑτέρους εἶναι τῶν τέκνων, ὅτι μὴ αὐτοὶ εἶεν τὰ τέκνα, [6] ἢ μήτε γονεῖς ἀναγκαῖον ὑπάρχειν εἶναι μήτε τέκνα. [d] καὶ τὴν μὲν ἐπι-

VI. Ceterum ubi res factas & opificia quædam conſideranda dixi, hujuſmodi rerum velut minus idonearum curſim protuli exempla, quando dixi: Neque planta id eſt quod agricola, neque ſcapha id quod navium faber. Deinde congruis & naturæ rei accommodatioribus magis ſum immoratus, ac pluribus explicui quæ veriora erant, variis excogitatis argumentis, quæ & tibi in alia epiſtola expoſui; in quibus mendacii convici etiam illud, quod adverſum me proferunt crimen, me ſcilicet non aſſerere Chriſtum eſſe Deo conſubſtantialem. Tametſi enim me nuſquam in Scripturis ſacris hoc vocabulum vel inveniſſe vel legiſſe dico; alia tamen argumenta quæ ſubinde adjunxi, quæque illi tacuerunt, ab hac intelligentia nihil diſcrepant. Etenim prolem humanam, quæ certe ejuſdem generis eſt atque genitor, in exemplum attuli: dixique re vera parentes hoc ſolum diſtingui a filiis, quod ipſi non

a Joan. iv. 24. *b* Sap. vii. 25.

1. Οὖτος ὢν] Sic mſs. reg. Taurin. Jeſ. Editi ὄντος ὢν perperam. Mox καὶ ante αἰώνιος deeſt in reg. Taurin. Colb. Jes. Fr. I. In editis vero legitur. Montf.

2. Ἀναλόγως] Sic reg. Taurin. Colb. Jes. Fr. I. Editi vero ἀνάλογος. Mox reg. & Baſil. prima manu ἀτμὶς λέλεκται. Taurin. Colb. Jes. ἀτμὶς εἶναι λέγεται. Editi ἀτμὶς λέγεται. Id.

3. Ποιητά τινα] Τινὰ deeſt in Taurin. Fr. J. & in Jeſ. ſecunda manu deletum eſt. Mox in iiſdem ſic, τῶν μὲν ἀχρειοτέρων πρότερον ἐξ cet. Ibid. Fr. J. poſt τὸ σκάφος addit συγγενές. Id.

4. Εἰ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα κ. τ. λ.] Hæc eadem paullo aliter refert ex Dionyſio Athanaſius l. c. num. xx. Sic autem ibi: Εἰ καὶ μὴ τὴν λέξιν ταύτην εὗρον ἐν ταῖς γραφαῖς, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν τὸν νοῦν συναγαγὼν, ἔγνων ὅτι υἱὸς ὢν καὶ λόγος, οὐ ξένος ἂν εἴη τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. Id eſt: *Etſi hanc vocem in Scripturis non inveni; attamen earumdem Scripturarum mentem colligens, agnovi, ipſum, quum Filius & Verbum ſit, non poſſe a Patris ſubſtantia eſſe alienum.*

5. Καὶ γὰρ ἀνθρ.] Sic reg. Taurin. Colb. Jes. Editi vero καὶ γὰρ καὶ ἀνθρ. Montf.

6. Ἢ μήτε γονεῖς — μήτε τέκνα] Tota hæc ſententia, quod duæ clauſulæ in hanc vocem τέκνα terminarentur, in editis omiſſa fuerat: ſed habetur in reg. Taurin. Colb. D Jeſ., Fr. J. itemque in Athanaſii epiſt. *de decretis Nic. ſynodi* num. 25. (ubi legitur ὑπάρχον) & in lib. *de Synodis* num. 44. Mox Taurin. Colb. Jes. προσκομίσαι. Id.


a Quorſum Dionyſius ſequentia in medium attulerit, Athanaſius ita declarat: *Accuſatores ſuos, qui eum mentiebantur dixiſſe, Filium unum eorum eſſe quæ facta ſunt, & nequaquam eſſe Patri conſubſtantialem, iterum in libro primo coarguit his verbis*. Unde liquet ea in Dionyſii Romani epiſtola (quam infra ſubjiciemus) confutata eſſe, quæ Alexandrino objecta fuerant. Ii enim, *qui Dominum factum eſſe, ſicut unum eorum quæ facta ſunt, exiſtimant*, in illa n. 2. refelluntur. Illud quoque notandum, eam fidem qua Patrem & Filium unius ſubſtantiæ, ſeu *conſubſtantiales* credimus, fidelium animis ita ſemper fuiſſe inſitam, ut cum hoc negare putaretur Alexandrinus antiſtes, ſtatim a catholicis viris ad Romanum pontificem fuerit delatus, nec ille diſtulerit ſeſe ab hujuſmodi opinione alieniſſimum demonſtrare. Nec illud minori obſervatione dignum, quod non tantum rem verbo ὁμοούσιον ſignificatam, ſed & ipſummet verbum aliquo modo rejici fideles tot ante Nicænum concilium annis indigne tulerint. Coutant.

b Athanaſius tum epiſt. de decretis Nic. ſynodi n. 25. tum lib. de Synod. n. 44. ſuperiora hujus teſtimonii verba ſummatim perſtringere contentus, ab his illud referre incipit: Καὶ δι᾽ ἄλλης ἐπιστολῆς ἔγραψα, ἐν οἷς ἤλεγξα &c. ubi vocula σοὶ non exſtat. Verum cum a nullo vetere codice ſcripto aut edito heic abſit, ac tutius ſit de integritate alicujus ſententiæ ex iis locis dijudicare in quibus plenior & integrior, quam ex iis in quibus minus integra aut decurtata profertur; nihil eſt cur aliam epiſtolam ad Dionyſium Romanum ante ſcriptam heic memorari dubitemus; præſertim cum Baſilius hanc ſecundam vocet. Id.

c Hoc eſt, idem de Chriſto ſentire me demonſtrant, quod illi conſubſtantialem eum prædicando intelligunt. Id.

d Heic aliqua memorari videtur Dionyſii epiſtola, ex E qua ipſius accuſandi occaſio accepta eſt, & unde, ut modo querebatur, adverſarii ipſius ita in medium protulerant, quod unius ſubſtantiæ ſeu *homouſii* vocabulum in Scripturis nuſquam legiſſe ſe dixerat, ut tacerent argumenta vel exempla, quibus id quod prædicto vocabulo ſignificatur, aſſeverabat. Quapropter aſſentiendum eſt, ut videtur, Tillemontio, qui epiſtolam ad Ammonium & Euphranorem heic notati cenſet. Hinc etiam colligere eſt Dionyſium turbulento tempore, quo propria etiam ſcripta penes ſe non haberet, hoc opus concinnaſſe Quamvis enim

SÆCUL.III.
CIRCA
ANN.CHR.
258.



στολὴν, ὡς προεῖπον, διὰ τὰς περιστάσεις οὐκ ἔχω προκομίσαι· [1] εἶδ᾽ οὖν, αὐτά σοι τὰ τότε ῥήματα, μᾶλλον δὲ [2] καὶ πάσης ἂν ἔπεμψα τὸ ἀντίγραφον· ὅπερ ἂν εὐπορήσω, ποιήσω. οἶδα δὲ καὶ μέμνημαι, πλείονα προσθεὶς τῶν συγγενῶν ὁμοιώματα· καὶ γὰρ καὶ φυτὸν εἶπον ἀπὸ σπέρματος, ἢ ἀπὸ ῥίζης ἀνελθὸν, ἕτερον εἶναι τοῦ ὅθεν ἐβλάστησε, καὶ πάντως [3] ἐκείνῳ καθέστηκεν ὁμοφυές· καὶ ποταμὸν ἀπὸ πηγῆς ῥέοντα, ἕτερον σχῆμα καὶ ὄνομα μετειληφέναι, μήτε γὰρ τὴν πηγὴν ποταμὸν, μήτε τὸν ποταμὸν πηγὴν λέγεσθαι, καὶ ἀμφότερα ὑπάρχειν· καὶ τὴν μὲν πηγὴν οἱονεὶ [4] πατέρα εἶναι, τὸν δὲ ποταμὸν εἶναι ἐκ τῆς πηγῆς ὕδωρ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα μηδὲ ὁρᾷν γεγραμμένα, ἀλλ᾽ οἱονεὶ τυφλώττειν ὑποκρίνονται· [5] τοῖς δὲ δυσὶ ῥηματίοις ἀσυνθέτοις [a], καθάπερ λίθοις, μακρόθεν ἐπιχειροῦσί με βάλλειν· ἀγνοοῦντες ὡς τῶν ἀγνοουμένων, καὶ προσαγωγῆς εἰς ἐπίγνωσιν δεομένων, οὐ μόνον ἀλλοῖα πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ὑπεναντία τεκμήρια γίνεται τῶν ἐπιζητουμένων δηλώματα.

A sint filii; aut certe necessario futurum esse, ut neque parentes essent, neque filii. Epistolam autem, ut prædixi, propter præsentem rerum conditionem, penes me non habeo: alioquin ipsa tibi quæ tunc scripsi verba, immo & epistolæ totius exemplum misissem, mittamque si quando mihi ejus copia fuerit. Memini porro plurimas ex rebus inter se cognatis similitudines adjecisse. Etenim plantam, sive ex semine sive ex radice succrescentem, aliam esse dixi ab eo unde pullulavit, tametsi ejusdem omnino sit naturæ: similiter & fluvium a fonte manantem aliam formam ac nomen accipere; neque enim fontem fluvium, aut fluvium fontem appellari, sed hæc duo esse: ac fontem quidem quasi patrem esse, B fluvium vero esse aquam ex fonte. Verum hæc quidem & similia quæ scripta sunt, se non videre quasi cœcutientes dissimulant: duabus autem voculis incompositis, quasi lapidibus, eminus me conantur impetere: non advertentes rebus ignoratis & quæ ut intelligantur interpretatione indigent, plerumque non modo aliena, sed & contraria exempla lucem afferre.

Ex eodem libro.

Apud ATHANASIUM *ibid. num.* XXIII.

Προείρηται μὲν οὖν, ὅτι πηγὴ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἐστὶν ὁ Θεός. ποταμὸς δὲ ὑπ᾽ αὐτοῦ προχεόμενος ὁ υἱὸς ἀναγέγραπται· ἀπόῤῥοια γὰρ νοῦ λόγος, καὶ ὡς ἐπ᾽ ἀνθρώπων [6] εἰπεῖν, ἀπὸ καρδίας διὰ στόματος ἐξοχετεύεται, ἕτερος γενόμενος τοῦ ἐν καρδίᾳ λόγου, [b] ὁ διὰ γλώσσης νοῦς προπηδῶν· ὁ μὲν γὰρ ἔμεινε προπέμψας, καὶ ἔστιν οἷος ἦν· ὁ δὲ ἐξέπτη προπεμφθεὶς, καὶ φέρεται πανταχοῦ καὶ οὕτως ἐστὶν ἑκάτερος ἐν ἑκατέρῳ, ἕτερος ὢν θατέρου, καὶ ἕν εἰσιν, ὄντες δύο. οὕτω γὰρ καὶ ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς ἓν καὶ ἐν ἀλλήλοις ἐλέχθησαν εἶναι.

VII. Superius dictum est Deum esse fontem bonorum omnium. Filius vero dictus est fluvius ab ipso emanans: verbum quippe est mentis emanatio, & C ut humano more loquar, ex corde per os emittitur. Mens vero, quæ per linguam prosilit, alia est a verbo quod in corde exsistit. Hoc enim postquam illam præmisit, remanet, estque quale antea erat: illa vero præmissa avolat & circumquaque fertur: & sic utrumque in utroque est, tametsi aliud ab altero; & unum sunt, licet duo sint. Sic namque Pater & Filius unum esse & in se invicem esse dicti sunt.

Ex libro II.

Apud ATHANASIUM *ibid. num.* XVII.

[c] Τῶν ὑπ᾽ ἐμοῦ λεχθέντων ὀνομάτων ἕκαστον ἀχώριστόν ἐστι καὶ ἀδιαίρετον τοῦ πλησίον. πατέρα εἶπον, καὶ πρὶν ἐπαγάγω τὸν υἱὸν, ἐσήμανα καὶ τοῦτον ἐν τῷ πατρί. υἱὸν ἐπήγαγον, εἰ καὶ μὴ προειρήκειν τὸν πατέρα, πάντως ἂν ἐν τῷ υἱῷ προείληπτο. ἅγιον πνεῦμα προσέθηκα, ἀλλ᾽ ἅμα καὶ πόθεν καὶ διὰ τίνος ἧκεν ἐφήρμοσα. οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν ὅτι μήτε ἀπηλλοτρίωται πατὴρ υἱοῦ ἢ πατήρ. [d] προκαταρκτικὸν γάρ ἐστι τῆς συναφείας τὸ ὄνομα· οὔτε

VIII. Singula nomina a me prolata a se invicem nec separari queunt, nec dividi. Patrem dixi, & prius D quam Filii mentionem facerem, jam eum in Patre significavi. Filium adjunxi; ac Pater, etiamsi eum non prius nominassem, jam omnino in Filio comprehensus fuerat. Spiritum sanctum addidi: sed simul unde & per quem processerit subtexui. Illi autem ignorant, neque Patrem, qua *pater* est, a Filio alienari posse; nam illud nomen caussa est evi-

1. Εἰδ᾽ οὖν, supple εἶχον, commode redditur per vocem *alioquin*, ut patet: quod quia videntur non animadvertisse interpretes, perperam hunc locum verterunt. MONTF. ad epist. *de decretis Nic. syn.* pag. 231.

2. Καὶ πάσης] Sic reg. Ceteri autem & editi πᾶσιν, ut & legit Ambros. Camald. ID. ibid.

3. Ἐκείνῳ] Sic reg. Taurin. & Fr. J. Editi vero ἐκεῖνο. Mox reg. Taurin. Colb. Jes. ὁμοφυές. Et ita legit Nannius qui vertit, *ejusdem naturæ*. Editi ὁμοιοφυές. Paullo post Taurin. Colb. Jes. Fr. J. καὶ σχῆμα καί. ID.

4. Πατέρα] τὴν ante πατέρα, & mox τὸ ante ἐκ τῆς, quæ in editis legebantur, desunt in reg. Colb. Jes. sed habentur in lib. *de Synodis*, ubi hæc verba referuntur. ID.

5. Τοῖς δὲ δυσὶ] Sic reg. Taurin. Jes. Editi τοῖς δυσί. Paullo post Taurin. Colb. Jes. & Fr. J. με βάλλειν: & ita legit vetus interpres. Editi vero cum regio ἐμβάλλειν. ID.

6. Εἰπεῖν —— ἐξοχετεύεται] Sic reg. Basil. & editi. E Taurin. & Jes. εἰπεῖν ἀπὸ καρδίας διὰ στόματος ἐξοχεύεται. Fr. J. εἰπεῖν, ὑπὸ καρδίας διὰ στόματος ἐξέρχεται. Colb. item ἐξέρχεται. ID.


Valeriani persecutio, hoc imperatore anno 260. deleto atque capto, cessarit; Alexandrinam tamen urbem ad annum 262. pacatam non fuisse Dionysii ipsius festivæ seu Paschales epistolæ testes sunt. COUTANT.

a Quibus scilicet Dionysius Patris & Filii distinctionem ostensurus, plantæ & agricolæ, nec non scaphæ & fabri non satis accuratis similitudinibus usus fuerat. ID.

b Hoc est, cogitatio quæ vocis beneficio foras emittitur. Ea ipsa similitudo, qua nunc Dionysius unitatem simul & distinctionem Patris ac Filii illustrat, postea Augustino ad explicandum incarnati Verbi mysterium familiaris fuit. *Sicut ergo*, inquit Serm. 119. nov. edit. n. 7. *verbum meum prolatum est sensui tuo, nec recessit a corde meo; sic illud Verbum prolatum est sensui nostro, nec recessit a Patre suo. Verbum meum erat apud me, & processit in vocem: Verbum Dei erat apud Patrem, & processit in carnem*. ID.

c Præmonet heic Athanasius, Dionysium adjecisse quod sequitur, ad amovendam alteram quorumdam suspicionem, qui ajebant: *Cum Patrem dicit Dionysius, Filium non nominat; & vice versa cum Filium dicit, Patrem non memorat: sed dividit, removet ac separat Filium a Patre*. ID.

d Hoc est quod subinde patres uno verbo dixere *relativum*, quod scil. ita cum altero connexum est, ut unum enuntiari nequeat, quin alterum simul menti obversetur.



A ὁ υἱὸς ἀπῴκισται τοῦ πατρός· ἡ γὰρ πατὴρ προσηγορία δηλοῖ [a] τὴν κοινωνίαν. [1] ἔν τε ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἐστι τὸ πνεῦμα, μήτε τοῦ πέμποντος, μήτε τοῦ φέροντος δυνάμενον [2] στέρεσθαι. πῶς οὖν ὁ τούτοις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, μεμερίσθαι ταῦτα καὶ ἀφωρίσθαι παντελῶς ἀλλήλων οἴομαι;

dens cohærentiæ & conjunctionis: neque Filium a Patre separari; hoc namque vocabulum *pater* communicationem indicat. Est & in manibus illorum Spiritus, qui neque a mittente, neque a ferente divelli potest. Quomodo igitur ego, qui talibus utor nominibus, illa a se invicem separata & omnino diversa existimem?

Paucis interjectis addit.

Οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν τριάδα [3] τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον, καὶ τὴν τριάδα πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα.

IX. Ita quidem nos Unitatem indivisibilem in Trinitatem dilatamus, & rursum Trinitatem quæ minui nequit, in Unitatem contrahimus.

Ex eodem libro II. [b].

Apud ATHANASIUM *ibid. num.* XX.

B [4] Ἐὰν δέ τις τῶν συκοφαντῶν, ἐπειδὴ τῶν ἁπάντων ποιητὴν τὸν Θεὸν καὶ δημιουργὸν εἶπον, οἴηταί με καὶ τοῦ Χριστοῦ λέγειν, ἀκουσάτω μου πρότερον πατέρα φήσαντος αὐτὸν, ἐν ᾧ υἱὸς προσγέγραπται. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν πατέρα ποιητὴν, ἐπαγήοχα· [5] καὶ οὔτε πατήρ ἐστιν ὧν ποιητὴς, εἰ κυρίως ὁ γεννήσας πατὴρ ἀκούοιτο· (τὴν γὰρ πλατύτητα τῆς τοῦ πατρὸς προσηγορίας ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπεξεργασόμεθα·) οὔτε ποιητὴς ὁ πατὴρ, εἰ μόνος ὁ χειροτέχνης ποιητὴς λέγοιτο. παρ' Ἕλλησι γὰρ ποιηταὶ καὶ τῶν ἰδίων καλοῦνται λόγων οἱ σοφοί. καὶ ποιητὴς, ὁ Ἀπόστολος εἶπε, νόμου. καὶ τῶν ἐγκαρδίων γὰρ, ἀρετῆς ἢ κακίας, ποιηταὶ καθίστανται, ὡς εἶπεν ὁ Θεός· ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι κρίσιν, ἐποίησε δὲ ἀνομίαν.

X. Si quis autem calumniator, eo quod Deum omnium factorem & creatorem dixi, putet me etiam Christi creatorem dixisse, advertat me prius Patrem ipsum appellasse; quo in vocabulo simul enuntiatus est & Filius. Postquam enim Patrem dixi factorem, subdidi: Neque pater eorum est, quorum est factor, si proprie is pater esse intelligatur qui genuit: (latitudinem enim vocabuli hujus, *pater*, in sequentibus expendemus:) neque factor pater, si solus opifex factor dicatur. Apud Græcos enim qui sapientes sunt, suorum librorum factores vocantur. Apostolus quoque ait [a], *factor legis*. Rerum etiam intrinsecarum, cujusmodi sunt virtus & vitium, factores nuncupantur, quemadmodum di-
C xit Deus: [b] *Exspectavi ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem.*

Addit Athanasius num. 21. DIONYSIUM, *quod Deum Christi factorem dixisset, reprehendentibus, diversa responsa dedisse, quibus se purgaret, dicens.*

Μηδ' οὕτως ἐπιλήψιμον εἶναι τὸν λόγον· εἰρηκέναι γὰρ ποιητὴν φησι, διὰ τὴν σάρκα, ἣν ἀνέλαβε γεννητὴν οὖσαν αὐτὴν ὁ λόγος. εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ λόγου τις ὑπονοήσοι τοῦτο λελέχθαι, καὶ οὕτως ἔπρεπεν αὐτοὺς ἀφιλονείκως ἀκοῦσαι. ὡς γὰρ οὐ ποίημα φρονῶ τὸν λόγον, καὶ οὐ ποιητὴν, ἀλλὰ πατέρα τὸν Θεὸν αὐτοῦ λέγω. κἂν ἐξ ἐπιδρομῆς εἴπω ποιητὴν τὸν Θεὸν διηγούμενος περὶ τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἀπολογήσασθαι δυνατόν. ποιητὰς γὰρ τῶν ἰδίων λόγων Ἑλλήνων μὲν οἱ σοφοί φασι, καίτοι [c] πατέρας ἑαυτοὺς ὄντας τῶν ἰδίων λόγων. ἡ δὲ θεία

XI. Neque sic reprehendendum esse hoc dictum; se enim factoris nomine usum esse dicit propter carnem quam Verbum assumserat, quæ utique facta est. Quod si quis illud de Verbo dictum fuisse suspicetur, & id quoque remota contentione audiendum erat. Sicut enim Verbum rem factam esse non sentio; ita nec Deum factorem, sed patrem ejus dico. Sed & si quando de Filio differens, obiter
D Deum factorem dixero, neque defensione careat hæc locutio. Nam sapientes apud Græcos librorum suorum factores se nuncupant, tametsi iidem librorum

a Rom. II. 13. & Jac. IV. 12. *b* Esa. V. 7.

1. Ἐν τε ταῖς χερ.] Colb. ἐν δὲ ταῖς. — Ceterum, monente cl. Montfauconio, eadem quæ heic Dionysius, habet quoque Athanasius in *Exposit. Fidei* num. IV. ubi sic legimus: τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα, ἐκπόρευμα ὂν τοῦ πατρὸς, ἀεί ἐστιν ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ πέμποντος πατρὸς καὶ τοῦ φέροντος υἱοῦ, δι' οὗ ἐπλήρωσε τὰ πάντα. *Sanctus autem Spiritus qui a Patre procedit, semper est in manibus Patris mittentis, & ferentis Filii, per quem scilicet omnia replevit.*

2. Στέρεσθαι] Taurin. Colb. Jes. Fr. J. στερεῖσθαι. MONTFAUC.

3. Τὴν μονάδα —— εἰς τὴν μονάδα] Eximia hæc clausula quæ in editis desideratur, in omnibus mss. habetur, & a veteri interprete versa est: ut nihil dubium sit eam typographi mendo omissam fuisse, quod hæc verba τριάδα & μονάδα similiter desinerent. Quod item palam est ex iis quæ paullo post ex eodem Dionysio repetit Athanasius. Is enim num. XIX. hæc habet: Καὶ τὸ μὲν ἀποσχοινίζειν καὶ διαιρεῖν αὐτοὺς τὸν λόγον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἀναιρεῖ λέγων αὐτὸς, ἀδιαίρετον καὶ ἀμείωτον τὴν τριάδα εἰς μονάδα συγκεφαλαιοῦσθαι. *Quod autem illi separant & dividunt Verbum a Deo, id ille improbat quum ait, Trinitatem quæ nec dividi nec minui potest, in Unitatem contrahi.* Isidorus Pelus. lib. II. epist. CXLIII. τὸ δὲ πλατύνοντα εἰς τὴν ἁγίαν τριάδα τὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν συνάγειν, ὀρθότατόν ἐστι καὶ ἀληθέστατον δόγμα. Id est: *At personas in sanctam Trinitatem dilatare atque in unam essentiam colligere, rectissimum ac verissimum dogma est.* ID.

E 4. Ἐὰν δέ τις] *Quo in loco Dionysius dixerit quæ sequuntur, Athanasius non indicat.* Verba sunt Coutantii. Verum Athanasius palam profitetur, quod Dionysius ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ φησίν· Ἐὰν δέ τις κ. τ. λ.

5. Καὶ οὔτε πατήρ ἐστιν ὧν ποιητής] Sic mss. reg. Taurin. Jes. & ita legit Nannius. Editi ὢν ποιητής, longe diverso sensu. Mox in Taurin. Colb. Jes. πατήρ desideratur. MONTFAUC.

Quocirca Hilarius lib. 7. de Trinit. n. 31. de fide catholica ait: *Confitendo Patrem, confessus Filium est; credens in Filium, credidit & in Patrem: quia & nomen patris habet in se filii nomen; non enim nisi per filium pater est: & significatio filii demonstratio patris est; quia nonnisi ex patre sit filius.* COUTANT.

a Scil. relationis, qua pater sine filio nec esse nec cogitari potest. ID.

b Quo in loco Dionysius dixerit quæ sequuntur, Athanasius non indicat. In his certe habetur explicatior quædam superius dictorum repetitio. ID.

c Ea mente a Clemente Alexandr. initio Stromatum dicti sunt *libri animæ liberi*, ψυχῆς ἔκγονοι οἱ λόγοι. Subinde vero n. 14. Dionysius idipsum planius explicat. ID.

γραφὴ καὶ τῶν ἀπὸ καρδίας κινημάτων ποιητὰς ἡμᾶς A διαγορεύει, ποιητὰς νόμου καὶ κρίσεως καὶ δικαιοσύνης λέγουσα.

suorum patres sunt. Divina autem Scriptura motuum qui ex corde prodeunt, nos factores vocat, cum nos factores legis & judicii & justitiæ dicit.

Ex eodem libro II.

Apud ATHANASIUM *ibid. num.* XXV.

[a] Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ἀλλ' οὐκ ἦν λόγος ὁ τὸν λόγον προέμενος· ἦν γὰρ ὁ λόγος πρὸς τὸν Θεόν. σοφία γεγένηται ὁ κύριος· οὐκ ἦν οὖν σοφία ὁ τὴν σοφίαν ἀνείς· ἐγὼ γὰρ ἤμην, φησὶν, ᾗ προσέχαιρεν. ἀλήθειά ἐστιν ὁ Χριστός. εὐλογητὸς δέ, φησιν, ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας.

XII. [a] *In principio erat Verbum*: sed non erat Verbum quod Verbum produxerit; *Verbum* enim *erat apud Deum*. Dominus sapientia est: non erat igitur sapientia qui sapientiam produxit: [b] *Ego* enim *eram*, inquit, *qua delectabatur*. Veritas est Christus: [c] *Benedictus* autem, ait, *Deus veritatis*.

Ex libro III.

Apud ATHANASIUM *ibid. num.* XVIII.

Ζωὴ ἐκ ζωῆς ἐγεννήθη, καὶ ὥσπερ ποταμὸς ἀπὸ B πηγῆς ἐῤῥύη, καὶ ἀπὸ φωτὸς ἀσβέστου λαμπρὸν φῶς ἀνήφθη.

XIII. Vita ex vita genita est, quemadmodum e fonte flumen emanavit, & ex inextincto lumine splendidum lumen accensum est.

Ex libro IV.

Apud ATHANASIUM *ibid. num.* XXIII.

Ὡς γὰρ ὁ ἡμέτερος νοῦς ἐρεύγεται μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν λόγον, ὡς εἶπεν ὁ προφήτης, ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· καὶ ἔστι μὲν ἑκάτερος ἕτερος θατέρου, ἴδιον καὶ τοῦ λοιποῦ κεχωρισμένον εἰληχὼς τόπον, ὁ μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς γλώττης καὶ τοῦ στόματος οἰκῶν τε καὶ κινούμενος· οὐ μὴν διεστήκασιν, οὐδὲ καθάπαξ ἀλλήλων στέρονται, οὐδέ ἐστιν οὔτε ὁ νοῦς ἄλογος, οὔ- C τε ἄνους ὁ λόγος· ἀλλ' ὅγε νοῦς ποιεῖ τὸν λόγον ἐν αὐτῷ φανείς· καὶ ὁ λόγος δείκνυσι τὸν νοῦν ἐν αὐτῷ γενόμενος. καὶ ὁ μὲν νοῦς ἐστιν οἷον λόγος ἐγκείμενος· ὁ δὲ λόγος νοῦς προπηδῶν, καὶ μεθίσταται μὲν ὁ νοῦς εἰς τὸν λόγον, ὁ δὲ λόγος τὸν νοῦν εἰς τοὺς ἀκροατὰς ἐγκυκλεῖ· καὶ οὕτως ὁ νοῦς διὰ τοῦ λόγου ταῖς τῶν ἀκουόντων ψυχαῖς ἐνιδρύεται, συνεισιὼν τῷ λόγῳ. καὶ ἔστιν ὁ μὲν οἷον πατὴρ ὁ νοῦς τοῦ λόγου ὢν ἐφ' ἑαυτοῦ, ὁ δὲ καθάπερ υἱὸς ὁ λόγος τοῦ νοῦ, πρὸ ἐκείνου μὲν ἀδύνατον, ἀλλ' οὐδὲ ἔξωθέν ποθεν, σὺν ἐκείνῳ γενόμενος, βλαστήσας δὲ ἀπ' αὐτοῦ. οὕτως ὁ πατὴρ [1] ὁ μέγιστος καὶ καθόλου νοῦς, πρῶτον τὸν υἱὸν λόγον ἑρμηνέα καὶ ἄγ- D γελον ἑαυτοῦ ἔχει.

XIV. Sicut mens nostra eructat a se ipsa verbum, ut ait Propheta, [d] *Eructavit cor meum verbum bonum*; estque utrumque alterum ab altero, proprium & ab altero distinctum obtinens locum, cum illud quidem in corde, istud vero in lingua & ore commoretur & moveatur: neque tamen inter se distant, aut se invicem privantur; neque mens sine verbo est, neque verbum sine mente: sed mens verbum facit & in ipso apparet, ac verbum exhibet mentem in qua factum est. Et mens quidem est quasi verbum immanens, verbum vero mens prosiliens. Mens in verbum transit: verbum autem mentem in circumstantes auditores transmittit: sicque mens per verbum in auditorum animis insidet, simul ingressa cum verbo. Ac mens quidem est quasi pater verbi in se ipsa exsistens: verbum autem velut filius mentis, nec ante ipsam neque extra ipsam factum esse potest, sed cum ipsa exsistit, a qua germen & originem sumsit. Eodem quoque modo Pater ille maximus & mens illa universalis ante omnia Filium habet Verbum, sui ipsius interpretem & angelum.

Circa medium [b] *Operis*.

Apud BASILIUM *lib.* de Spir. sanct. *cap.* XXIX. §. 72. *tom.* III. *novissim. edit. Paris. p.* 61.

[2] Εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις, μεμερισμένας

XV. Si eo quod tres sunt hypostases, divisas esse

a Joan. I. 1. b Prov. VIII. 30. c III. Esdr. IV. 40. d Psal. XLIV. 2.


1. Ο μέγιστος] Taurin. Colb. Jes. soli, ὁ ante μέγιστος. MONTF.

2. Εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις] Tres ergo hypostases admittit Dionysius Alexandrinus; sed eos refellit, qui ex eo quod tres sint, divisas esse contendebant, quasi non una esset in tribus essentia. Atque id quidem accurate observandum, ut perspiciamus quam immerito Dionysium Romanum cum Alexandrino pugnare existiment duo eximii scriptores, Petavius lib. IV. *de Trinit.* cap. I. & Petrus Coustant heic. Uterque enim unam hypostasin asseri contendit a Dionysio Romano in hoc testimonio apud Athanasium lib. *de decret. Nic. syn.* num. XXVI. pag. 231. Ἑξῆς δ' ἂν εἰκότως λέγοιμι καὶ πρὸς διαιροῦντας καὶ κατατέμνοντας καὶ ἀναιροῦντας τὸ σεμνότατον κήρυγμα τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, τὴν μοναρχίαν εἰς τρεῖς δυνάμεις τινὰς καὶ μεμερισμένας ὑποστάσεις καὶ θεότητας τρεῖς. *Jam vero*, inquit E *æquum fuerit adversus illos disputare, qui augustissimam Dei ecclesiæ prædicationem, monarchiam in tres quasdam virtutes ac separatas hypostases tresque divinitates, dividunt, discindunt destruuntque*. Nulla sane inter utrumque Dionysium sententiæ varietas: uterque hypostases divisas vituperat: neque una hypostasis Romano affingi potest, quum idem prorsus dicat ac Alexandrinus. Sed potius ex eo quod tres hypostases divisas refellat, non obscura conclusio est nihil eum reprehensurum fuisse, si una in tribus hypostasibus essentia fuisset admissa. Ita cl. MARAN. præfat. ad tomum III. opp. S. Basilii M. §. IV. pag. VI. Hæc autem conferas velim cum iis quæ infra proferentur ad S. Dionysii Papæ fragmentum adversus Sabellianos: sed in primis cum iis quæ habet heic Coutantius, not. b.

a Athanasius, postquam verba sequentia retulit, iis Sabellium simul & Arium profligari observat, ipseque iisdem subjicit explanationem, quam consuluisse operæ pretium fuerit. ID.

b Basilius tria fragmenta subsequentia nobis as[...] ac postremum quidem primo loco proferens, præmonet ipsa

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 258.



εἶναι λέγουσι, τρεῖς εἰσι, κἂν μὴ θέλωσιν· ἢ τὴν θείαν τριάδα παντελῶς ἀνελέτωσαν.

A dicunt; tres sunt, etiam si nolint: aut divinam Trinitatem prorsus e medio tollant.

Ac rursum.

Ibid.

Θειοτάτη γὰρ, διὰ τοῦτο, μετὰ τὴν μονάδα καὶ ἡ τριάς.

XVI. Propter hoc enim, post Unitatem, est & diviniſſima Trinitas.

Clausula totius Operis.

Ibid. pag. 60.


Τούτοις πᾶσιν ἀκολούθως καὶ ἡμεῖς, καὶ δὴ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πρεσβυτέρων τύπον καὶ κανόνα παρειληφότες, ὁμοφώνως τε αὐτοῖς προσευχαριστοῦντες, καὶ δὴ καὶ νῦν ὑμῖν ἐπιστέλλοντες [1] καταπαύομεν. τῷ δὲ Θεῷ πατρὶ καὶ υἱῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B XVII. His omnibus congruenter & nos, forma etiam ac regula a senioribus qui ante nos vixerunt accepta, concordi cum illis voce & gratiarum actionem & nunc etiam epistolam quam scribimus vobis absolvimus: Deo autem Patri & Filio Domino nostro Jesu Christo cum sancto Spiritu gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

1. Καταπαύομεν] Ita ex quatuor codd. mss. noviss. editio Paris. opp. Basilii. Al. καταπαύσομεν.

a se exhiberi verba, quibus *Dionysius Alexandrinus in secunda ad sibi cognominem epistolam sermonem περὶ ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας finiit*, seu opus de quo agimus absolvit & clausit. Tum quod nos primum ponimus, huic subjiciens, illud citat in hunc modum: *Idem & circa medium scripti loquitur adversus Sabellianos*. Unde palam est opus illud quod Athanasius in quatuor libros divisum notat, a Basilio in quatuor epistolas minime fuisse distinctum; alioquin is Doctor totius operis clausulam *ex quarta*, non *ex secunda epistola* laudasset. Ipse etiam subjectum Dionysii testimonium *circa medium scripti* haberi indicans, totum illud opus velut unum scriptum, unamve epistolam, non diversas censere se confirmat. Pluris interest observare discrimen, quo Dionysii duo idem ὑποστάσεως vocabulum usurpant. Nam Romanus hac voce substantiam seu essentiam & usiam intelligit, eaque ratione *tres hypostases* in Deo admittere refugit. Alexandrino vero nihil aliud *hypostasis*, nisi quod Latinis *personæ* nomen, sonat. Quocirca & *tres hypostases* catholice prædicat. Ideo enim Dionysio aliisque qui Sabellium impugnabant, non sufficere videbatur trium personarum prædicatio, quia & Sabellius tres in Deo personas, quales unus & idem homo in theatro repræsentare potest, ultro confitebatur. Quamquam
C Basilius Cæsariensis epist. 41. ad Maximum philosophum, Dionysium aliquando in Deo non solum ἑτερότητα ὑποστάσεως, sed & οὐσίας διαφορὰν constituisse, item ὁμοούσιον primo respuisse, ac postmodum in Apologia ad cognominem missa admisisse scribit. *Quo factum est*, inquit, *ut varius sit deprehensus & inconstans in conscriptionibus suis*. Verum aliter eum, si Athanasii epistolam de sententia Dionysii tunc legisset, locuturum fuisse Baronius putat.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



ΕΠΙΣΤΟΛΗ
ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,
ΠΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ

ἐρωτήσαντα περὶ διαφόρων κεφαλαίων, πρὸς ἃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ὁ Διονύσιος ἀποκρίσεις ἐποιήσατο, αἳ καὶ ὡς κανόνες ἐδέχθησαν.

Διονύσιος Βασιλείδῃ τῷ ἀγαπητῷ μου υἱῷ καὶ ἀδελφῷ συλλειτούργῳ καὶ θεοπειθεῖ ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

BEATI DIONYSII
ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI
EPISTOLA AD BASILIDEM EPISCOPUM

interrogantem de diverſis Capitibus, ad quæ per Epiſtolam Dionyſius reſponſa dedit, quæ tamquam Canones ſunt admiſſa.

DIONYSIUS BASILIDÆ DILECTO MIHI FILIO ET FRATRI IN SACRIS Comminiſtro, Deoque fideli, in Domino ſalutem.

ΚΑΝΩΝ α΄.

A

Ἀπέστειλάς [1] μοι πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος καθ᾽ ἣν ὥραν [2] ἀπονηστίζεσθαι δεῖ [a] τὴν τοῦ πάσχα ἡμέραν. τινὰς μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν λέγειν φὴς ὅτι χρὴ τοῦτο ποιεῖν πρὸς τὴν ἀλεκτοροφωνίαν· τινὰς δὲ, ὅτι ἀφ᾽ ἑσπέρας χρή. οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ ἀδελφοὶ, ὥς φασι περιμένουσι τὸν ἀλέκτορα· περὶ δὲ τῶν ἐνταῦθα ἔλεγες, ὅτι τάχιον. ἀκριβῆ δὲ ὥραν τιθέναι ἐπιζητεῖς, καὶ ὥραν πάνυ μεμετρημένην· ὅπερ καὶ δύσκολον καὶ σφαλερόν ἐστι. τὸ μὲν γὰρ ὅτι μετὰ τὸ τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν καιρὸν χρὴ τῆς ἑορτῆς καὶ τῆς εὐφροσύνης ἐνάρχεσθαι, μέχρις ἐκείνου τὰς ψυχὰς ταῖς νηστείαις ταπεινοῦντας, ὑπὸ πάντων ὁμοίως ὁμολογηθήσεται. Κατεσκεύασας δὲ δι᾽ ὧν ἔγραψάς μοι πάνυ ὑγιῶς

B

CANON I.

MIſiſti ad me, fideliſſime & ſapientiſſime fili mi, interrogans qua hora diei paſchæ jejunium ſolvendum eſt. Dicis enim aliquos fratres dicere, quod oportet hoc in galli cantu facere; alios vero, quod id ſit faciendum veſpere. Qui enim Romæ ſunt fratres, ut ajunt, gallum exſpectant. De iis autem qui heic ſunt, dixiſti quod citius. Horam autem exactam & valde demenſam exponere deſideras: quod quidem eſt difficile, & lubricum. Quod enim poſt reſurrectionis Domini noſtri tempus oportet eos feſtum lætitiamque inchoare, qui ad illud uſque animas jejuniis humiliant, erit apud omnes ſimiliter in confeſſo. Per ea autem quæ ad me ſcripſiſti, probaſti ſane admodum & divinorum Evangeliorum ſenſu per-


1. Ἀπέστειλας.] Scholium in codice Amerbachiano, Ἱστέον ὅτι γέγονε μὲν ὁ μακάριος Διονύσιος οὗτος ἀκροατὴς Ὠριγένους, ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς βασιλείας ἔτει Φιλίππου τοῦ μετὰ Γορδιανὸν βασιλεύσαντος. τὸν βίον μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τρισκαιδεκάτου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας ἐπισκόπου τὴν προστασίαν ταύτης ὅδε ἀπολαμβάνει· καὶ πρὸς τοῖς ἐπὶ δέκα καὶ ἑπτὰ ἔτεσι, ἤτοι τοῖς λοιποῖς τρισὶ Φιλίππου, καὶ τῷ ἑνὶ Δεκίου, καὶ τῷ ἑνὶ Γάλλου, καὶ Βολοσιανοῦ τοῦ υἱοῦ Δεκίου, καὶ τοῖς δώδεκα Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλίου τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν. ὁ δὲ Βασιλείδης ἦν τῶν κατὰ τὴν Πεντάπολιν τῆς Λιβύης παροικιῶν ἐπίσκοπος, ὥς φησιν Εὐσέβιος ἐν τῷ ς΄. καὶ τῷ ζ΄. τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγῳ. *Sciendum eſt, quod hic beatus Dionyſius auditor fuit Origenis quarto anno Imperii Philippi, qui poſt Gordianum imperavit. Heracla autem decimo tertio Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopo vita defuncto, hic præfecturam iſtius ſuſcepit; & poſt ſeptemdecim annos, reliquos nimirum tres Philippi, & unum Decii, & unum Galli, & Voluſiani filii Decii, & duodecim Valeriani & Galli (Gallieni) ipſius filii, ad Dominum migravit. Baſilides autem parœciarum in Pentapoli Libyæ Epiſcopus fuit, ut Euſebius in vi. & vii. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro tradidit.*

C *Judicum opera eos in exsilium egere; necessarios illorum ex domibus extrahentes militari manu, & adjumento Gorgonii Magistratus.* Male enim interpres *Gorgonium Ducem* vertit. Atqui Dux ipse Sebastianus vocabatur, teste Athanasio: Gorgonius vero Magistratus erat seu Duumvir Alexandriæ: cujus id proprium munus erat, ut reos comprehenderet, & coram majoribus Judicibus sisteret. Testatur id libellus protestationis populi Alexandrini, quem Athanasius epistolæ suæ subjecit, his verbis: οἶδε ταῦτα καὶ ὁ στρατηγὸς τῆς πόλεως Γοργόνιος: & paullo post ἀπέστειλε τὸν τῆς τάξεως δήμιον, καὶ τὸν στρατηγὸν θέλων αὐτὰ ἆραι, id est, *misit spiculatorem officii sui, & Magistratum, ut arma illa ex Ecclesia tolleret.* ID.

3. Ἐπελθόντες τινὲς τῶν Μαρεωτῶν] Hæc in prima persecutione sub Decio contigerunt, tunc cum Dionysius Sabini Præfecti sententia Taposirim deductus est, ut scribit ipse Dionysius in epistola adversus Germanum, infra relata. Certe qui epistolam illam Dionysii adversus Germanum cum hac quæ ad Domitium scripta est contulerit, non dubitabit, quin de una eademque re utrobique loquatur Dionysius. Quare fallitur Eusebius, qui in hac Dionysii ad Domitium epistola, ea narrari putavit quæ ad Valeriani persecutionem pertinebant; quod ex ipso Dionysio facile est refellere. Etenim in persecutione sub Valeriano, Dionysius non est deductus in exsilium cum custodia militari, nec supervenientes Mareotæ, fugatis D militibus, eum per vim abstractum in libertatem restituerunt; nec Cajum & Faustum & Petrum ac Paullum presbyteros secum tunc Dionysius habuit. Quæ omnia in persecutione illa quæ paullo ante Decii imperium cœpta est, Dionysio contigerunt, ut ipse testatur in epistola adversus Germanum. At in persecutione sub Valeriano, Dionysium comitati sunt in exsilio Maximus Presbyter, & diaconi Faustus, Eusebius & Chæremon, & quidam Clericus Romanus, quemadmodum scribit idem Dionysius in epistola adversus Germanum. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

τῶν Μαρεωτῶν, ἄκοντας κ̀ μὴ δὲ ἑπομένους, [1] βίᾳ A τε σύροντες ἀφήρπασαν· ἐγὼ δὲ νυῶ καὶ Γάϊος καὶ Πέτρος, μόνοι τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ἀπορφανισθέντες, ἐν ἐρέμῳ καὶ αὐχμηρῷ τῆς Λιβύης τόπῳ κατακεκλείσμεθα, τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ Παραιτονίου διεστηκότες.

Καὶ ὑποκαταβὰς φησίν. ἐν δὲ τῇ πόλει καταδεδύκασιν ἀφανῶς ἐπισκεπτόμενοι τοὺς ἀδελφούς· πρεσβύτεροι μὲν, Μάξιμος, Διόσκορος, Δημήτριος καὶ Λούκιος· οἱ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ προφανέστεροι Φαυστῖνος καὶ Ακύλας, ἐν Αἰγύπτῳ πλανῶνται· διάκονοι δὲ οἱ μετὰ τοὺς [2] ἐν τῇ νόσῳ τελευτήσαντας ὑπολειφθέντες, Φαῦστος, Εὐσέβιος, Χαιρήμων· Εὐσέβιος ὃν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐνεδυνάμωσε, B καὶ παρεσκεύασε τὰς ὑπηρεσίας τῶν ἐν ταῖς φυλακαῖς γενομένων ὁμολογητῶν ἐναγωνίως ἀποπληροῦν, κ̀ τὰς τῶν σωμάτων [3] περιστολὰς τῶν τελείων καὶ μακαρίων μαρτύρων οὐκ ἀκινδύνως ἐκτελεῖν. καὶ γὰρ μέχρι νυῶ οὐκ ἀνίησιν ὁ ἡγούμενος, τοὺς μὲν ἀναιρῶν, ὡς προεῖπον, ὠμῶς τῶν προσαγομένων· τοὺς δὲ βασάνοις καταξαίνων· τοὺς δὲ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ἐκτήκων, προστάσσων τε μηδένα τούτοις προσιέναι· κ̀ ἀνερευνῶν μή τις φανείη. καὶ ὅμως ὁ Θεὸς τῇ προθυμίᾳ καὶ λιπαρείᾳ τῶν ἀδελφῶν διαναπαύει τοὺς πεπιεσμένους.

A supervenientes quidam ex Mareotis, invitos nos nec sponte sequentes per vim abstraxerint. Ego quidem nunc & Petrus & Cajus soli, reliquis fratribus orbati, in deserto & squalido quodam Libyæ loco conclusi sumus, tridui itinere distantes a Parætonio.

III. *Et aliquanto post.* In urbem, *inquit*, occultarunt se, ut fratres clanculo invisant: presbyteri quidem, Maximus, Dioscorus, Demetrius & Lucius: Faustinus enim & Aquila, utpote in majore hominum luce positi, per Ægyptum vagantur: diaconi vero post illos qui morbo consumti sunt, superstites; Faustus, Eusebius, Chæremon. Eusebius, inquam, quem Deus jam inde ab initio roboravit, impulitque ut confessoribus in custodia positis ministeria strenue exhiberet; utque consummatorum ac beatorum Martyrum cadavera non sine capitis sui periculo sepeliret. Nam in hunc usque diem non cessat Præfectus nostros qui præsentiæ ipsius exhibentur, partim interficere crudelissime, partim tormentis dilaniare, partim squalore carceris & vinculis macerare: interdicens ne quis ad eos accedat, & perscrutans num quis forte videatur accedere. Verumtamen Deus ex alacritate ac benignitate fratrum, solatium assidue præstat afflictis,

EPISTOLA II.

Ad NOVATIANUM.

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* VI. *cap.* XLV.

[4] Διονύσιος Νουάτῳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. C

Εἰ ἄκων ὡς φὴς ἤχθης, δείξεις ἐὰν ἀναχωρήσης ἑκών. ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ· καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν [a] τοῦ μὴ ἰδωλολατρῆσαι γινομένης, ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία· κατ᾽ ἐμὲ δὲ καὶ μεῖζον. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας μαρτυρεῖ. καὶ νυῶ δὲ εἰ πείσαις ἢ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι

Dionysius Novato fratri salutem.

SI quidem invitus, ut asseris, eo adductus es, id nobis ostendes tua sponte redeundo. Satius quidem fuerat quidvis pati, ne Ecclesia Dei discinderetur. Nec minus gloriosum fuisset idcirco subire martyrium, ne Ecclesiam scinderes, quam ut ne idolis sacrificares. Immo illud meo quidem judicio illustrius fuisset. Heic enim pro sua unius anima; illic pro omni Ecclesia martyrium quis sustinet. Si tamen vel nunc persuaseris fratribus, aut

1. Βία τε κ̀ σύροντες] In codice Med. & Maz. legitur βία τε σύροντες rectius: nec aliter scriptum habet codex Fuketianus. VALES.

2. Ἐν τῇ νόσῳ] Rufinus legit νήσῳ. Sic enim vertit: *Sed ex diaconis quosdam in insula post pœnas confessionis esse defunctos*. Verum Dionysius luem intelligit, quæ Galli & Volusiani temporibus grassata est per totum orbem Romanum, ut Eusebius in Chronico aliique testantur. Vide Aurelium Victorem. Ejusdem morbi meminit Dionysius in epistola paschali ad Alexandrinos, ubi etiam de diaconis loquitur quos pestis illa consumsit. ID.

3. Περιστολάς] Hanc vocem Christophorsonus longo verborum circuitu ita est interpretatus: *ad lintea, quibus corpora beatorum Martyrum jam vita defunctorum involverentur, conficienda*. Habebat scilicet præ oculis Christophorsonus morem ævi nostri, quo mortuos linteo operire, atque ita humo condere solemus. Apud antiquos vero (de Christianis etiam loquor) alius mos erat. Vestibus enim cadavera amiciebant, & quidem pretiosissimis, ut docet Eusebius lib. VII. cap. XVI. de Asturio. Si quis tamen Christophorsoni versionem velit defendere, habet quo illam tueatur, testimonium Athanasii. Is enim in vita B. Antonii ita scribit: D *Solent Ægyptii pie defunctorum, atque in primis functorum Martyrum corpora funerare quidem, & linteis involvere; non autem mandare terræ: sed imposita lectulis, intra privatos parietes retinere*. ID.

4. Διονύσιος Νουάτῳ] Hieronymus In catalogo, ubi initium hujus epistolæ refert, pro Novato habet Novatianum, rectius. Certe in Chronico Georgii Syncelli legitur, Διονύσιος Νουατιανῷ. Rufinus vero duas epistolas eodem exemplo scriptas esse a Dionysio, tradit; alteram ad Novatum, alteram ad Novatianum. Nam post epistolam Dionysii ad Novatum quæ heic refertur ab Eusebio, subjungit: *Hæc eadem etiam Novatiano scripsit*. Quæ verba in Græco textu non habentur. Græci enim Novatum & Novatianum inter se confuderunt, similitudine nominum decepti. Quo in errore fuit etiam Eusebius noster. ID.

a Τοῦ μὴ ἰδωλολατρῆσαι — σχίσαι] Hic locus hiulcus exstat in Eusebio Valesiano, ubi sic effertur: καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία. Illum restituimus ex tribus Venetæ bibliothecæ codd. mss. quorum tamen secundus præfert ἢ ἕνεκα τοῦ μὴ σχίσαι. Porro hanc ipsam mss. lectionem nobis servarunt Sophronius Hieronymi interpres ad caput LXIX. *de Vir. illustr.* Georgius Syncellus in *Chronogr.* pag. 374. & Nicephorus Callist. *Hist. eccl.* lib. VI. cap. IV. Quibus in locis eamdem Dionysii epistolam recitant ex Eusebio laudati scriptores. Neque aliter sane legisse in suo exemplari Valesium interpretem, ex ejus versione compertum habemus: ut propterea nulla fuerit dubitatio, quin unius typothetæ negligentia, ob vocem ἕνεκεν repetitam, proximum comma fuerit prætermissum E in prima Parisiensi Eusebii Valesiani editione: quod quidem mendum exinde in reliquas, Cantabrigiensem & Taurinensem irrepsit. Hinc evanescit Pearsonii conjectura qui in *Annalib. Cyprian.* ad ann. CCLI. num. X. pag. 37. pro σχίσαι apud Eusebium, legendum esse θῦσαι statuebat. Ceterum Hieronymus l. c. seu quisquis fuerit vetus ille Eusebianus interpres, locum integrum sic vertit: *Neque minus præclarum ex hoc contigisset testimonium quod noluisses dissidium inducere, quam proficisci solet ex eo, si quis recuset simulacris immolare*. Rufinus vero quem affectatur Valesius: *Et erat non inferior gloria sustinere martyrium ne scindatur ecclesia, quam est illa ne idolis immoletur*.

τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται· τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται. εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. ἐῤῥῶσθαί σε ἐχόμενον τῆς εἰρήνης ἐν κυρίῳ εὔχομαι.

A eos coegeris ut ad concordiam redeant, majus tibi meritum erit quam culpa. Et hæc quidem non imputabitur: illud vero prædicabitur. Quod si fratribus parere recusantibus id efficere non potes, tuam ipse animam serva. Opto te paci studentem in Domino bene valere.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

E P I S T O L A III.

Ad Fabium *episcopum Antiochiæ*.

Apud Eusebium Hist. eccl. *lib.* vi. *capp.* xli. xlii. & xliv.

ΟΥκ [a] ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ προστάγματος ὁ [1] διωγμὸς παρ' ἡμῖν ἤρξατο, [2] ἀλλὰ γὰρ ὅλον ἐνιαυτὸν προὔλαβε· καὶ [b] φθάσας ὁ κακῶν τῇ πόλει ταύτῃ [3] μάντις καὶ ποιητής, ὅστις ἐκεῖνος ἦν, ἐκίνησε καὶ παρώρμησε καθ' ἡμῶν τὰ πλήθη τῶν ἐθνῶν, εἰς τὴν ἐπιχώριον αὐτοὺς δεισιδαιμονίαν ἀναῤῥιπίσας. οἱ δὲ ἐρεθισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πάσης ἐξουσίας εἰς ἀνοσιουργίαν λαβόμενοι· μόνην εὐσέβειαν [4] τὴν θρησκείαν τῶν δαιμόνων ταύτην ὑπέλαβον, τὸ καθ' ἡμῶν φονᾷν.

I. Nequaquam ex imperatoris edicto persecutio cœpta est, quippe quæ integro anno anteverterat. B Etenim infaustus quidam vates ac poeta, quisquis ille fuit, commoverat jam antea atque incitaverat adversus nos gentilium turbas, ad innatam genti superstitionem animos eorum incendens. Ab hoc igitur homine stimulati, omnemque ad patranda scelera licentiam nacti, hanc solam pietatem cultumque dæmonum suorum existimabant, si cædibus adversus nostros sævirent.

Πρῶτον μὲν οὖν πρεσβύτην Μητρᾶν ὀνόματι συναρπάσαντες, καὶ κελεύσαντες ἄθεα λέγειν ῥήματα· μὴ πειθόμενον, ξύλοις τε παίοντες τὸ σῶμα, καὶ καλάμοις ὀξέσι τὸ πρόσωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κεντοῦντες, ἀγαγόντες εἰς τὸ προάστειον, κατελιθοβόλησαν. ἔπειτα πιστὴν γυναῖκα Κοΐνταν καλουμένην ἐπὶ τὸ εἰδωλεῖον ἀπαγαγόντες, ἠνάγκαζον προσκυνεῖν· ἀποστρεφομένην δὲ καὶ βδελυττομένην, ἐκδήσαντες τῶν ποδῶν, διὰ πάσης τῆς πόλεως κατὰ τοῦ τραχέος λιθοστρώτου σύροντες, προσαρασσομένην τοῖς μυλιαίοις λίθοις ἅμα καὶ μαστιγοῦντες, ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγαγόντες κατέλευσαν τόπον. εἶθ' ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ὥρμησαν ἐπὶ τὰς τῶν θεοσεβῶν οἰκίας· καὶ οὓς ἐγνώριζον ἕκαστοι γειτνιῶντας, ἐπιπηδῶντες ἦγον· ἐσύλων τε καὶ διήρπαζον· τὰ μὲν τιμιώτερα τῶν κειμηλίων νοσφιζόμενοι· τὰ δὲ εὐτελέστερα καὶ ὅσα ἐκ ξύλων ἐπεποίητο, διαῤῥιπτοῦντες, καὶ κατακαίοντες ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἑαλωκυίας ὑπὸ πολεμίων πόλεως παρεῖχον θέαν. ἐξέκλινον δὲ καὶ ὑπανεχώρουν οἱ ἀδελφοί· καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων, ὁμοίως ἐκείνοις οἷς καὶ Παῦλος ἐμαρτύρησε, μετὰ χαρᾶς προσεδέξαντο. καὶ οὐκ οἶδ' εἴ τις πλὴν εἰ μή πού τις εἷς ἐμπεσὼν, μέχρι γε τούτου τὸν κύριον ἠρνήσατο·

II. Primum itaque senem quemdam, Metram nomine, correptum impia verba proferre jubent. Quod cum ille abnueret, fustibus hominem verberantes, & acutis arundinibus vultum ejus oculosque pungentes, deductum in suburbium lapidibus obruerunt. Posthæc fidelem quamdam mulierem, Quin- C tam nomine, ad idoli templum perductam, adorare illud coegerunt. Quod cum illa aversaretur atque exsecraretur, constrictis pedibus eam per totius civitatis vicos aspero silice constratos rapientes, saxis illisam molaribus, flagris insuper verberantes, ad suburbium itidem abducunt: ibique lapidibus interficiunt. Omnes deinde uno impetu in domos Christianorum irruere cœperunt: & quos quisque sibi vicinos noverat, eos illico properantes agebant, spoliabant ac diripiebant: ea quidem quæ maxime pretiosa essent in sinum suum congerentes: viliora autem & lignea quæque disjiciebant, ac per vias concremabant; captæ ab hostibus urbis speciem atque imaginem exhibentes. Fratres vero declinabant & subducebant se fuga; ac dire- D ptionem bonorum suorum perinde ac illi, de quibus Paullus testificatus est [a], cum gaudio exceperunt. Nec eorum quisquam, quod equidem sciam, nisi fortasse unus aliquis in illorum manus incidens, hactenus quidem Deum negavit.

Ἀλλὰ καὶ τὴν θαυμασιωτάτην τότε παρθένον πρεσβύτιν Ἀπολλωνίαν διαλαβόντες, τοὺς μὲν ὀδόντας ἅπαντας, κόπτοντες τὰς σιαγόνας, ἐξήλασαν· πυρὰν δὲ νήσαντες πρὸ τῆς πόλεως, ζῶσαν ἠπείλουν κατακαύσαι, εἰ μὴ συνεκφωνήσειεν αὐτοῖς τὰ [5] τῆς ἀσε-

III. Sed & admirandam illam provectæ jam ætatis virginem Apolloniam tunc comprehenderunt. Et maxillas quidem ejus verberantes, cunctos ei dentes excusserunt. Accenso autem extra urbem rogo, minabantur, vivam se illam combusturos, nisi una

a Heb. x. 30.

1. Διωγμὸς ἤρξατο] In codice Med. Maz. Fuk. & Savil. & apud Georgium Syncellum ante hæc verba scribitur παρ' E ἡμῖν; quomodo etiam legit Rufinus, ut ex versione illius apparet. Sed in codice Med. Maz. & Fuk. πρὸς Φαβιανὸν legitur: nec aliter Rufinus hunc Antiochiæ Episcopum appellat. Vales.

2. Ἀλλὰ γάρ] Particula γὰρ loco suo demota est, & inferius collocanda hoc modo καὶ γὰρ φθάσας. Id.

3. Μάντις καὶ ποιητής] *Poetam* verti; primum, quia poetæ cum vatibus seu divinis magnam habent societatem. Vates enim oracula sua versibus edebant. Deinde, quia Ægyptii poetica in primis delectabantur, quod etiam notavit Eunapius. Porro nulli magis infensi erant Christianis, quam vates & harioli, & hujusmodi hominum genus, qui ad persequendos Christianos populum concitabant, compositis in eam rem oraculis. Id.

4. Τὴν θρησκείαν τῶν δαιμόνων] Delenda mihi videntur hæc verba; quippe quæ sensum turbant, & ab inepto scholiaste adscripta sunt ad explicationem vocis præcedentis. Id.

5. Τῆς ἀσεβείας κηρύγματα] Quænam fuerint illæ voces, difficile est dicere, quas ἀθέους φωνὰς vocabit Dionysius infra in epistola ad Germanum, & δύσφημα ῥήματα vocat in hac epistola. Id.

a Οὐκ ἀπὸ τοῦ βασ.] His excerptis ista præmittit Eusebius: „ In epistola vero ad Fabium episcopum Antiochiæ, „ eorum qui imperante Decio martyrium Alexandriæ sub„ ierunt, certamina refert hoc modo: *Nequaquam* „ cet.

b Καὶ φθάσας κακ.] Heic magni Dionysii mentem minus recte assecutum fuisse Valesium censuit Pearsonius in *Annal. Cypr.* ad ann. ccxlix. §. 1. qui propterea locum ita simpliciter vertit: *Et prævertens malorum huic urbi vates & auctor, qui*[illegible] *ille fuit, commovit & in*[illegible] *jam nos gentil*[illegible] *turbas.*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



βείας [a] κηρύγματα. ἡ δὲ ὑποπαραιτησαμένη βραχὺ καὶ ἀνεθεῖσα, συντόνως ἐπεπήδησεν εἰς τὸ πῦρ, καὶ καταπέφλεκται. Σαραπίωνά τε καταλαβόντες [1] ἐφέστιον, σκληραῖς βασάνοις αἰκισάμενοι, καὶ πάντα τὰ ἄρθρα διακλάσαντες, ἀπὸ τοῦ ὑπερῴου πρηνῆ κατέῤῥιψαν. οὐδεμία δὲ ὁδὸς, οὐ λεωφόρος, οὐ στενωπὸς ἡμῖν βάσιμος ἦν· οὐ νύκτωρ, οὐ μεθημέραν· ἀεὶ καὶ πανταχοῦ πάντων κεκραγότων, εἰ μή τὰ δύσφημά τις ἀνυμνοίη ῥήματα, τοῦτον εὐθέως δεῖν σύρεσθαί τε καὶ πίμπρασθαι. καὶ ταῦτα [b] ἐπιπολὺ μὲν τοῦτον ἤκμασε τὸν τρόπον. διαδεξαμένη δὲ τοὺς [c] ἀθλίους ἡ στάσις, καὶ ὁ πόλεμος ὁ ἐμφύλιος, τὴν καθ' ἡμῶν ὠμότητα πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν ἔτρεψε. καὶ σμικρὸν μὲν προσανεπνεύσαμεν, [d] ἀσχολίαν τοῦ πρὸς ἡμᾶς θυμοῦ λαβόντων.

cum ipsis impia verba pronuntiaret. At illa veniam deprecari paullisper visa, atque interim dimissa, celeriter in ignem insiliit, & conflagravit. Præterea Serapionem quemdam cum in ædibus suis deprehendissent, acerbissimis tormentis excruciarunt, & membris omnibus confractum ex cœnaculo præcipitem dejecerunt. Porro nusquam, non per viam publicam, non per angiportus incedere, aut noctu, aut interdiu nobis licebat: cum omnes ubique & assidue clamitarent; quicumque impia illa verba proferre abnuisset, eum illico trahendum esse, & flammis ultricibus absumendum. Et hæc quidem diutissime viguerunt ad hunc modum. Secuta deinde seditio & bellum civile miseros excipiens, crudelitatem qua in nostros grassati fuerant, in ipsos mutuo convertit. Ac nos quidem paullulum respiravimus, dum illorum cessaret furor.

Εὐθέως δὲ ἡ [2] τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς εὐμενεστέρας ἡμῖν μεταβολὴ διήγγελται· καὶ πολὺς ὁ τῆς ἐφ' ἡμᾶς ἀπειλῆς φόβος ἀνετείνετο· καὶ δὴ καὶ παρῆν τὸ πρόσταγμα· αὐτὸ σχεδὸν ἐκεῖνο οἷον τὸ προῤῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν [3] ἀποφαῖνον τὸ φοβερώτατον, ὡς εἰ δυνατὸν σκανδαλίσαι καὶ τοὺς ἐκλεκτούς. πλὴν πάντες γε κατεπτήχεσαν. καὶ πολλοὶ μὲν εὐθέως τῶν περιφανεστέρων, οἱ μὲν ἀπήντων δεδιότες· [4] οἱ δὲ δημοσιεύοντες, ὑπὸ τῶν πράξεων ἤγοντο· οἱ δὲ ὑπὸ τῶν ἀμφ' αὐτοὺς ἐφείλκοντο· ὀνομαστί τε καλούμενοι, ταῖς ἀνάγνοις καὶ ἀνιέροις θυσίαις προσῄεσαν· οἱ μὲν ὠχριῶντες καὶ τρέμοντες, ὥσπερ οὐ θύσοντες, ἀλλ' αὐτοὶ θύματα καὶ σφάγια τοῖς εἰδώλοις ἐσόμενοι· ὡς ὑπὸ πολλοῦ τοῦ περιεστῶτος δήμου χλεύην αὐτοῖς ἐπιφέρεσθαι· καὶ δήλους μὲν εἶναι πρὸς πάντας δειλοὺς ὑπάρχοντας, καὶ πρὸς τὸ τεθνά-

IV. Sed continuo imperii illius erga nos benignissimi mutatio nobis nunciata est: & gravissimus nobis minarum terror intentabatur. Jamque aderat edictum imperatoris, illud ipsum fere quod a Domino nostro prædictum est [a], horrificum ac terribile exhibens, adeo ut ipsi etiam electi, si fieri posset, scandalum paterentur. Omnes certe mirum in modum exterriti sunt. Ac multi quidem ex illustrioribus præ metu statim occurrerunt. Alii, qui rem publicam administrabant, ipsa actuum suorum necessitate pertracti veniebant. Alii a notis & familiaribus adducebantur: & nominatim citati, ad impura & profana sacrificia accedebant: nonnulli quidem pallidi ac tremebundi, quasi non sacrificaturi, sed ipsi potius victimarum loco idolis immolandi essent; adeo ut a circumstante multitudine deriderentur: quippe qui palam omnibus

a Matth. XXIV. 24.

1. Εφέσιον] Nicephorus legit ἐφέσιον, pessime. De hoc Serapione, Beda & Usuardus ad 14. Novembris; ubi eum sub Decio passum esse affirmant. Sed melius dixissent sub Philippo. Nam Dionysius in hac ad Fabium epistola diserte testatur, Serapionis aliorumque martyria ante Philippi imper. obitum accidisse. Idem error in omnibus martyrologiis admissus est de Apollonia virgine, quam sub Decio passam dicunt die 9. Februarii. VALES.

2. Τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς εὐμενεστέρας] Philippi scilicet imp. mors, qui æquissimum se ac benignissimum erga Christianos præstitit. Igitur illa quæ proxime a Dionysio commemorata sunt, ultimo Philippi imperatoris anno contigerunt. Quod etiam notavit Dionysius in principio hujus epistolæ, ubi dicit, persecutionem anno integro ante edictum imp. Decii Alexandriæ cœptam fuisse. At Christophorsonus nihil penitus heic vidit, qui μεταβολὴν τῆς βασιλείας, interpretatur *mutationem animi* imperatoris erga Christianos. Christophorsoni errorem secutus est Baronius ad annum Christi 253. cap. 102. ID.

3. Παραβραχύ] Hæc est scriptura codicis regii, quem ubique secutus est Stephanus. In Chronico Georgii Syncelli, ubi hæc epistola Dionysii refertur, scriptum est ἡ παρὰ βραχὺ, nequaquam meliore sensu. At in nostris codicibus Maz. Med. Fuk. & Savilii, pro παραβραχὺ scribitur ἀποφαῖνον, longe rectius, ut equidem existimo. Ait enim Dionysius edictum illud Decii adeo terribile fuisse, ut tempora illa Antichristi longe omnium terribilissima repræsentare quodammodo videretur. ID.

4. Οἱ δὲ δημοσιεύοντες] Christophorsonus hunc Dionysii locum ita vertit: *Alii ex privatis ædibus in publicum rapti, ad delubra ducuntur a magistratibus*. Quæ interpretatio nec verbis, nec sensui Dionysii ullo modo convenit. Ego δημοσιεύοντας idem esse censeo, ac τὰ δημόσια πράττοντας, id est, *Decuriones & Magistratus*. Hi enim cum allatum esset edictum imperatoris Decii, quo omnes diis immortalibus sacrificare jubebantur, convenire in curiam ex more, ibique edictum ipsum dum recitaretur, stantes audire necesse habebant, ut scribit Joannes Chrysostomus non uno in loco. Ita primi omnium Decuriones, statim post recitatum imp. Decii edictum diis sacrificarunt, cum ex necessitate officii sui ad curiam convenissent. Sane πράξεις de actu & administratione magistratuum sumitur apud Eusebium in lib. 8. cap. 11. & apud Aristidem in orat. funebri in Alexandrum: τὰ δ' εἰς πράξεις τε καὶ πολιτείας, &c. Sic etiam Plutarchus in eo libro, qui inscribitur πολιτικὰ παραγγέλματα, ubi de Theagene loquitur: οὐδὲν ἂν πάνυ διαφέρουσιν οἱ πρὸς πᾶσαν ἀποδυόμενοι πολιτικὴν πρᾶξιν. Severianus in oratione sexta in Hexamerum, καὶ ἐπειδὴ βασιλεὺς πᾶσιν οὐ παρῆσιν, δεῖ παραστῆσαι τὸν χαρακτῆρα τοῦ βασιλέως, ἐν δικαστηρίοις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν θεάτροις, ἐν παντὶ τόπῳ, ἐν ᾧ πράττει ὁ ἄρχων, δεῖ παρεῖναι ἵνα βεβαιῶται τὰ γινόμενα. Chrysostomus homilia 83. in Matthæum τοὺς τὰ πολιτικὰ πράττοντας vocat Decuriones. Potest etiam verbum δημοσιεύοντες explicari de his, qui in foro seu in publico versabantur. Atque id fortasse rectius fuerit, hoc modo: *Alii, qui in publico versabantur, rebus ipsis, & reliquorum exemplo, ad sacrificandum ducebantur*. Occurrit hæc vox apud Aristidem in Laudatione funebri Alexandri: καὶ ὁπότε μὴ δημοσιεύοι, ἢ παρὰ τοῖς δυνάσταις ἂν ἦν, ἢ ἐν αὐτῇ τῇ βασιλέως οἴκῳ. ID.

a Τὰ τῆς ἀσεβείας κηρύγματα] Existimarim equidem his Dionysii verbis illud innui, quod legimus in Actis S. Polycarpi cap. IX. ubi proconsul sanctum Martyrem alloquens aiebat, λοιδόρησον τὸν Χριστόν. *Convicium fac Christo*. Illud enim in more positum fuisse Christianorum persecutoribus, ut Christo in primis maledicerent, ex Plinio discimus lib. X. epist. XCVII. *Quum*, inquit, *qui negarent se esse Christianos, præeunte me deos appellarent, ... præterea maledicerent Christo (quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt re vera Christiani) dimittendos putavi. Alii se Christianos fuisse quidem dixerunt, sed desiisse: qui omnes .... Christo maledixerunt*.

b Επιπολύ] Hoc est: *diu*, non *diutissime*, (ut Valesius) duravit hæc persecutio Alexandriæ sub imperio Philippi Christianis maxime benigno, ex motu populari & tumultuario orta. Usque ad festum paschatis edictum Decii præcedentis certe sæviit, ut indicat ipse Dionysius in epistola paschali ad Alexandrinos inferius relata. PEARSON. l. c. §. II.

c Αθλίους] Mallem legere ἄθλους: quæ vox agonibus seu certaminibus & passionibus Martyrum frequenter attributa est, & in hac ipsa epistola postea ita usurpatur. Ut sensus sit: *Excipiens autem hos agonas seditio cum civili bello, crudelitatem contra nos in ipsos mutuo convertit*. Id enim διαδέχεσθαι postulat, quod successionem significat: quæ quidem hoc loco non personas, sed res spectat. ID. ibid.

d Ασχολίαν —— λαβόντων] Vertendum: *dum non vacaret ipsis furorem suum in nos exercere*. W. LOWTH.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

ναι καὶ πρὸς τὸ θῦσαι. οἱ δέ τινες ἑτοιμότερον τοῖς βωμοῖς προσέτρεχον, [1] ἰσχυριζόμενοι τῇ θρασύτητι τὸ μὴ δὲ πρότερον Χριστιανοὶ γεγονέναι· περὶ ὧν ἡ τοῦ Κυρίου πρόῤῥησις ἀληθεστάτη, ὅτι δυσκόλως σωθήσονται. τῶν δὲ λοιπῶν, οἱ μὲν εἵποντο τούτοις ἑκατέροις· οἱ δὲ ἔφευγον· οἱ δὲ ἡλίσκοντο. καὶ τούτων οἱ μὲν ἄχρι δεσμῶν καὶ φυλακῆς χωρήσαντες· καί τινες, καὶ πλείονας ἡμέρας καθειρχθέντες, εἶτα καὶ πρὶν εἰς δικαστήριον εἰσελθεῖν, ἐξωμόσαντο· οἱ δὲ καὶ βασάνοις ἐπὶ ποσὸν ἐγκαρτερήσαντες, πρὸς τὸ ἑξῆς ἀπεῖπον.

ostenderent, se tum ad moriendum, tum ad sacrificandum pusillo animo esse. Alii vero promtius ad aras accurrebant, audacter affirmantes, numquam se antea Christianos fuisse: de quibus verissime prædixit olim Dominus, ejusmodi homines ægre salutem consecuturos. Ceteri autem partim alterutros eorum quos diximus, sequebantur: partim se in fugam dabant: partim comprehendebantur. Ex quibus nonnulli, cum usque ad vincula & custodiam progressi essent; quidam etiam plusculos dies in carcere perstitissent; prius tamen quam in judicium inducerentur, fidem ejurarunt. Nonnulli vero cum aliquamdiu tormenta fortiter sustinuissent, ad reliqua quæ intentabantur, supplicia animos desponderunt.

Οἱ δὲ στεῤῥοὶ καὶ μακάριοι στύλοι τοῦ Κυρίου, κραταιωθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰσχυρᾶς ἐν ἑαυτοῖς πίστεως ἀξίαν καὶ ἀνάλογον δύναμιν καὶ καρτερίαν λαβόντες, θαυμαστοὶ γεγόνασιν αὐτοῦ τῆς βασιλείας μάρτυρες. ὧν πρῶτος Ἰουλιανός· ἄνθρωπος ποδαγρὸς, μὴ στῆναι, μὴ βαδίσαι δυνάμενος, σὺν ἑτέροις δύο τοῖς φέρουσιν αὐτὸν, προσήχθη· ὧν ὁ μὲν ἕτερος, αὐθὺς ἠρνήσατο· ὁ δ' ἕτερος Κρονίων ὀνόματι ἐπίκλην δὲ Εὔνους, καὶ αὐτὸς ὁ πρεσβύτης Ἰουλιανὸς, ὁμολογήσαντες τὸν Κύριον, διὰ πάσης τῆς πόλεως μεγίστης οὔσης ὡς ἴστε, καμήλοις ἐποχούμενοι καὶ μετέωροι μαστιγούμενοι, τέλος [2] ἀσβέστῳ πυρὶ περικεχυμένου τοῦ δήμου παντὸς κατετάκησαν. στρατιώτης τε αὐτοῖς ἀπαγομένοις παραστὰς, καὶ τοῖς ἐφυβρίζουσιν ἐναντιωθεὶς, ἐκβοησάντων ἐκείνων προσαχθεὶς ὁ ἀνδρειότατος ὁπλομάχος τοῦ Θεοῦ Βησᾶς, κἀν τῷ μεγάλῳ πολέμῳ τῷ περὶ τῆς εὐσεβείας ἀριστεύσας, ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. καί τις ἕτερος τὸ μὲν γένος Λίβυς, τὴν δὲ προσηγορίαν ἅμα [3] καὶ τὴν εὐλογίαν ἀληθὴς Μάκαρ, προτροπῆς αὐτῷ πολλῆς ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ πρὸς ἄρνησιν γενομένης· οὐχ ὑπαχθεὶς, ζῶν καταπέφλεκται· Ἐπίμαχός τε μετ' αὐτοὺς καὶ Ἀλέξανδρος, [4] μετὰ πολὺν ὃν ἔμειναν δεσμῶται χρόνον, μυρίας διενεγκόντες ἀλγηδόνας· ξυστῆρας· μάστιγας· πυρὶ ἀσβέστῳ καὶ οὗτοι διεχύθησαν.

V. Verum beati illi ac stabiles columnæ Domini, ab ipso confirmati, & fidei suæ robori congruentem & ex æquo respondentem vim atque constantiam nacti, admirabiles regni illius testes effecti sunt. Quorum primus Julianus, vir podagræ doloribus constrictus, qui nec stare poterat nec incedere, una cum duobus aliis qui ipsum portabant, adductus est. Horum alter statim negavit. Alter nomine Cronion, qui Eunus cognominabatur, nec non & senex ipse Julianus, cum Christum confessi essent, per universam urbem, quæ quidem ut nostis maxima est, camelis insidentes, flagris sublimes verberati, tandem ardentissimo igne circumfusa totius populi multitudine consumti sunt. Miles vero qui ipsis dum ad supplicium ducerentur adstabat, & contumeliam inferentes propulerat, Besas nomine, conclamante adversus eum populo in jus adductus est. Ubi fortissimus Dei pugnator, cum in magno illo pro pietate certamine strenue se gessisset, securi percussus est. Alius item oriundus ex Libya, & vocabulo & divina benedictione vere Macar, cum a judice omnibus modis solicitatus, ut Christum negaret, flecti numquam potuisset, vivus comburitur. Post hos Epimachus & Alexander, cum post diuturnum carceris horrorem in quo vincti permanserant, ferreos ungues, flagra ac mille dolorum genera pertulissent, vivæ calcis incendio etiam ipsi colliquefacti perierunt.

Καὶ σὺν αὐτοῖς γυναῖκες τέσσαρες· Ἀμμωνάριον τε ἁγία παρθένος, πάνυ φιλονείκως αὐτὴν ἐπιπλεῖστον τοῦ δικαστοῦ βασανίσαντος, ἅτε προαποφηναμένην ὡς μηδὲν ὧν ἐκεῖνος κελεύοι φθέγξαιτο, ἀληθεύσασα τὴν ἐπαγγελίαν, ἀπήχθη· αἱ δὲ λοιπαί· ἡ σεμνοπρεπεστάτη πρεσβῦτις Μερκουρία· καὶ ἡ πολύπαις μὲν, οὐχ ὑπὲρ τὸν Κύριον δὲ ἀγαπήσασα ἑαυτῆς τὰ τέκνα [5] Διονυσία, καταιδεσθέντος εἰς ἀνένυτον ἔτι βασανίζειν, καὶ ὑπὸ γυναικῶν ἡττᾶσθαι τοῦ ἡγεμόνος, σιδήρῳ τεθνᾶσι, μηκέτι βασάνων πεῖραν λαβοῦσαι. τὰς γὰρ ὑπὲρ πασῶν, ἡ πρόμαχος Ἀμμωνάριον ἀνεδέδεκτο βασάνους.

VI. Eumdem cum ipsis exitum sortitæ sunt quatuor mulieres. Ammonarium quidem virgo sanctissima, cum a judice diutissime torta fuisset ingenti cum pertinacia, propterea quod palam prædixerat, nihil eorum quæ judex jusserat, prolaturam se esse; pollicitationem suam executioni mandans, ad supplicium abducta est. Residuæ vero, Mercuria scilicet anus in primis veneranda, & Dionysia, plurimorum quidem liberorum mater, sed quæ pignora sua minori quam Dominum caritate complexa est: & alia rursus Ammonarium, cum Præfectum jam puderet ulterius incassum torquere & a feminis superari, gladio cæsæ sunt, nullis prius tormentis subditæ. Etenim earum princeps & antesignana Ammonarium, pro omnibus tormenta pertulerat.

Ἥρων δὲ [6] καὶ Ἀτὴρ καὶ [a] Ἰσίδωρος Αἰγύπτιοι·

VII. Heron etiam & Ater & Isidorus Ægyptii,

1. Ἰσχυριζόμενοι] Positum est pro διϊσχυριζόμενοι. VALES.

2. Ἀσβέστῳ πυρὶ] Potest enim verti *vivæ calcis incendio.* Sic infra de Epimacho & Alexandro dixit, πυρὶ ἀσβέστῳ διεχύθησαν. Pro quo Nicephorus habet πυρίῳ. In Menæo ad diem 30. Octobris, ubi mentio fit horum martyrum Juliani, Cronionis & Macarii, legitur ἀσβέστῳ ζῶντος κατ' αὐτῶν ἐκχυθέντος. ID.

3. Καὶ τὴν εὐλογίαν ἀληθὴς Μάκαρ.] Alludit Dionysius ad verba illa Christi in Evangelio, *Beati estis, cum persecuti vos fuerint homines, &c.* quod tamen non vidit Christophorsonus. Qui etiam in eo hallucinatus est, quod Macarium hunc facit Afrum pro Libyco. Eleganter autem Rufinus hunc Dionysii locum ita vertit: *Alius quidam vir nominis sui Macarius, gente Libycus.* Sic enim Latini loquuntur, ut Trebellius Pollio in Aureolo, & Lampridius in Commodo. ID.


4. Μετ' οὐ πολύν] In codice Med. ac Maz. Fuk. & Savil. & apud Georgium Syncellum legitur μετὰ πολύν. quæ lectio magis placet, & Rufini auctoritate confirmatur. In codice regio legitur etiam ὃν ἔμειναν, &c. Quæ lectio si vera est, omnino abesse oportet negativam illam particulam. ID.

5. Διονυσία] Posthæc verba, addidi ex Rufino καὶ Ἀμμωνάριον ἑτέρα. Quatuor enim mulieres illas fuisse supra dixit Dionysius. ID.

6. Καὶ Ἀτὴρ] Apud Georgium Syncellum & Nicephorum legitur Ἀσὴρ. In Rufino, *Arsinus.* In vetere Martyrologio Romano, quod magna parte desumtum est ex Rufino, *Arsenius* dicitur 19. Kal. Januarias. ID.

a Ἰσίδωρος] Photius in Bibliotheca cod. CXIX. Isidorum Pierii celebris Alexandrinæ scholæ magistri fratrem germanum atque in martyrio collegam fuisse refert. In fine tamen monet, quod etsi nonnulli tradiderint Pierium martyrio vitam finisse, alii tamen ipsum post sedatam persecutionem Romæ vitam transegisse dicant. RUINART

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



καὶ σὺν αὐτοῖς παιδάριον ὡς πεντεκαιδεκαέτης ὁ Διόσκορος, παρεδόθησαν· καὶ πρῶτον τὸ μειράκιον λόγοις τε ἀπατᾷν ὡς εὐπαράγωγον, καὶ βασάνοις καταναγκάζειν ὡς εὐένδοτον πειρωμένου, οὔτε ἐπείσθη οὔτε εἶξεν ὁ Διόσκορος, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀγριώτατα καταξάνας, ἐγκαρτερήσαντας, πυρὶ καὶ τούτους παραδέδωκε· τὸν δὲ Διόσκορον ἐλλαμπρυνάμενόν τε δημοσίᾳ, καὶ σοφώτατα πρὸς τὰς ἰδίας πεύσεις ἀποκεκριμένον θαυμάσας, παρῆκεν· ὑπέρθεσιν φήσας εἰς μετάνοιαν αὐτῷ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐπιμετρεῖν. καὶ νῦν ὁ θεοπρεπέστατος σὺν ἡμῖν ἐστι Διόσκορος, εἰς μακρότερον τὸν ἀγῶνα καὶ διαρκέστερον μείνας τὸν ἆθλον. Νεμεσίων δέ τις καὶ αὐτὸς Αἰγύπτιος· ἐσυκοφαντήθη μὲν, ὡς δὴ συνοικὸς λῃστῶν· ἀποδυσάμενος δὲ ταύτην παρὰ τῷ ἑκατοντάρχῳ τὴν ἀλλοτριωτάτην κατ' αὐτοῦ διαβολὴν, καταμηνυθεὶς ὡς Χριστιανὸς, ἧκε δεσμώτης ἐπὶ τὸν ἡγούμενον. ὁ δὲ ἀδικώτατος διπλαῖς αὐτὸν ἢ τοὺς λῃστὰς ταῖς τε βασάνοις καὶ ταῖς μάστιξι λυμηνάμενος, μεταξὺ τῶν λῃστῶν κατέφλεξε· τιμηθέντα τὸν μακάριον τῷ τοῦ Χριστοῦ παραδείγματι.

A cumque illis Dioscorus puer annos circiter quindecim natus, judici oblati sunt. Et cum judex primum ante alios adolescentem Dioscorum, partim sermonibus ut flexibilem decipere, partim tormentis ut mollem ac tenerum cogere tentavisset; ille nec persuasionibus cessit, nec tormentis. Reliqui crudelissime verberati, cum cruciatus fortiter sustinuissent, igni etiam ipsi sunt traditi. Dioscorum vero qui in omnium conspectu inclaruerat, & qui ad omnia interrogata sapientissime responderat, admiratus judex dimisit, spatium se illi ad pœnitentiam concedere affirmans ob ætatis infirmitatem. Et nunc nobiscum versatur divinus Dioscorus, in majus ac diuturnius certamen reservatus. Sed & Nemesion quidam, etiam ipse Ægyptius, primum quidem falso accusatus fuerat, tamquam socius B & contubernalis latronum. Postea vero, cum apud Centurionem hanc calumniam a se utique alienissimam depulisset, delatus quod Christianus esset, ad Præfectum vinctus adducitur. At ille iniquissimus judex, postquam eum duplo gravioribus quam reliquos latrones tormentis ac verberibus affecisset, inter latrones jussit incendi. Et sic vir beatissimus similitudine Christi honoratus est.

Ἀθρόον δέ τι [1] σύνταγμα στρατιωτικὸν, Ἄμμων καὶ Ζήνων καὶ Πτολεμαῖος καὶ Ἰγγένης· καὶ σὺν αὐτοῖς πρεσβύτης Θεόφιλος, εἱστήκεισαν πρὸ τοῦ δικαστηρίου· κρινομένου δή τινος ὡς Χριστιανοῦ, καὶ πρὸς ἄρνησιν ἤδη ῥέποντος, ἐπρίοντο οὗτοι παρεστηκότες, C καὶ τοῖς τε προσώποις ἐνένευον, καὶ τὰς χεῖρας ἀνέτεινον, καὶ συνεσχηματίζοντο τοῖς σώμασιν. ἐπιστροφῆς δὲ πάντων πρὸς αὐτοὺς γενομένης· πρὶν τινὰς αὐτῶν ἄλλους λαβέσθαι, φθάσαντες [2] ἐπὶ τὸ βάθρον ἀνέδραμον, εἶναι Χριστιανοὶ λέγοντες· ὡς τόν τε ἡγεμόνα καὶ τοὺς συνέδρους ἐμφόβους γενέσθαι· καὶ τοὺς μὲν κρινομένους εὐθαρσεστάτους, ἐφ' οἷς πείσονται φαίνεσθαι, τοὺς δὲ δικάζοντας ἀποδειλιᾷν. καὶ οὗτοι μὲν ἐκ δικαστηρίων ἐνεπόμπευσαν καὶ ἠγαλλιάσαντο τῇ μαρτυρίᾳ, [3] θριαμβεύοντος αὐτοὺς ἐνδόξως τοῦ Θεοῦ.

VIII. Porro universus simul militum manipulus, Ammon scilicet, Zeno, Ptolemæus & Ingenuus, cumque illis senex Theophilus, ante prætorium stabant. Et cum quidam ob Christianam religionem in judicium inductus, jam jamque negaturus Christum videretur; illi adstantes dentibus stridere, vultu innuere, manus extendere, ac totius simul corporis motus gestusque edere cœperunt. Cumque omnium in se oculos convertissent, priusquam ab aliquo comprehenderentur, ipsi ad subsellium accurrentes, Christianos se esse professi sunt. Quo facto Præfectus & assessores qui in concilio aderant, metu perterriti sunt. Ac rei quidem ipsi ad ea quæ perpessuri erant, promtissimi & confidentissimi cernebantur: judices autem ipsi contremiscebant. Isti igitur ex prætorio ovantes processerunt; exsultantes ob fidei confessionem, cum Deus per ipsos gloriose triumpharet.

Ἄλλοι δὲ πλεῖστοι κατὰ πόλεις καὶ κώμας ὑπὸ D τῶν ἐθνῶν διεσπάσθησαν· ὧν ἑνὸς παραδείγματος ἕνεκεν ἐπιμνησθήσομαι. Ἰσχυρίων ἐπετρόπευε τινὶ τῶν ἀρχόντων ἐπὶ μισθῷ. τοῦτον ὁ μισθοδότης ἐκέλευε θῦσαι· μὴ πειθόμενον, ὕβριζεν· ἐμμένοντα προεπηλάκιζεν· ὑφισταμένου, βακτηρίαν μεγίστην λαβὼν, διὰ τῶν ἐντέρων καὶ τῶν σπλάγχνων διώσας, ἀπέκτεινε. τί δεῖ λέγειν τὸ πλῆθος τῶν ἐν ἐρημίαις καὶ ὄρεσι πλανηθέντων, ὑπὸ λιμοῦ καὶ δίψης καὶ κρύους, καὶ νόσων καὶ λῃστῶν καὶ θηρίων διεφθαρμένων; ὧν οἱ ὑπεργενόμενοι, τῆς ἐκείνων εἰσὶν ἐκλογῆς καὶ νίκης μάρτυρες. ἓν δὲ καὶ τούτων εἰς δήλωσιν ἔργον παραθήσομαι. Χαιρήμων ἦν ὑπέργηρως τῆς [a] Νείλου καλουμένης ἐπίσκοπος πόλεως. οὗτος [4] εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος ἅμα τῇ συμβίῳ ἑαυ- E

IX. Sed & alii complures per oppida & vicos a Gentilibus discerpti sunt: ex quibus unum exempli gratia commemorabo. Ischyrion mercede conductus procurator erat cujusdam magistratum gerentis. Hic ab eo cujus rem procurabat, jussus idolis immolare, cum minime obtemperaret, primum injuria affectus est. Postea cum in eadem sententia perstaret, variis ab eodem vexatus est contumeliis. Quæ omnia cum patienter sustineret, ille prægrandi fude correpta transfixum per media viscera hominem interfecit. Jam quid opus est commemorare multitudinem eorum, qui in montibus ac per solitudinem oberrantes, fame & siti, frigore ac morbis, & latronum aut bestiarum incursu oppressi interiere? Ex quibus hi qui superfuerunt incolumes, testes sunt electionis illorum atque victoriæ.

1. *Σύνταγμα στρατιωτικὸν*] *Turmam militum* vertit Rufinus, quem secutus est Christophorsonus. Ego *manipulum*, seu *contubernium* malim interpretari. Quidam suspicari possent, hos milites fuisse apparitores seu officiales Præfecti Augustalis, eo quod stetisse dicuntur ante prætorium. Ego tamen potius crediderim legionarios milites fuisse, ex ea legione quæ ad custodiam urbis Alexandriæ erat deputata, & quæ Præfecto Augustali parebat. Præfectus enim Augustalis non solum civilia negotia, sed etiam rem militarem eo tempore curabat. In vetere Martyrologio Romano, natalis horum martyrum ponitur die 13. Kalend. Januarias VALES.

2. *Ἐπὶ τὸ βάθρον*] Subsellium intelligi videtur, in quo sedebat reus, cum a Judice interrogaretur: hodie sellulam vocamus. In actis passionis Phileæ martyris ambon dicitur seu pulpitum. Sic enim incipiunt acta illa: *Imposito ergo Philea super ambonem, Culcianus Præses dixit.* In passione vero SS. Perpetuæ & Felicitatis, *catasta* dicitur & *gradus*. *Ascendimus in catastam. Interrogati ceteri confessi sunt. Ventum est & ad me. Et apparuit pater illico cum filio meo, & extraxit me de gradu.* ID.

3. *Θριαμβεύοντος αὐτοὺς*] Rufinus vertit, *Deo ita triumphante per sanctos suos.* Apparet igitur eum legisse θρι. δι' αὐτοὺς, &c. Rufinum secuti sunt Musculus & Christophorsonus. Videndum tamen, ne Dionysius θριαμβεύοντος αὐτοὺς τοῦ Θεοῦ dixerit pro θριαμβεύειν ποιοῦντος, quod omnino verum puto. Sic *βασιλεύειν* usurpat Gregorius Nazianzenus. ID.

4. *Εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος*] Mons est ita dictus, cujus meminit Herodotus, quem Ptolemæus & alii Troicum vocant. Male ergo Christophorsonus montem Arabiæ vertit. Paullo post Arabicus dicitur, ob vicinitatem Arabum ita nominatus. ID.

a *Νείλου — πόλεως*] Nilopolis. Eusebius ejusdem sedis antistes subscripsit concilio Ephesino. READING.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
258.

τοῦ φυγῶν, οὐκ ἐπανελήλυθεν· οὐδὲ ἠδυνήθησαν ἰδεῖν οὐκέτι, καὶ τοι πολλὰ διερευνησάμενοι οἱ ἀδελφοί· οὔτε αὐτοὺς, [1] οὔτε τὰ σώματα ἄρον. πολλοὶ δὲ οἱ κατ' αὐτὸ τὸ Ἀραβικὸν ὄρος ἐξανδραποδισθέντες ὑπὸ Βαρβάρων [2] Σαρακηνῶν· οἱ μὲν μόλις ἐπὶ πολλοῖς χρήμασιν ἐλυτρώθησαν· οἱ δὲ μέχρι νῦν οὐδέπω. καὶ ταῦτα διεξῆλθον οὐ μάτην ἀδελφὲ, ἀλλ' ἵνα εἰδῇς, ὅσα καὶ ἡλίκα δεινὰ παρ' ἡμῖν συνέβη· ὧν οἱ μᾶλλον πεπειραμένοι, πλείονα ἂν εἰδεῖεν.

A Unicum dumtaxat facinus ad declarandam rei veritatem heic adjiciam. Chæremon erat quidam grandævus, Nili urbis episcopus. Hic una cum conjuge in Arabicum montem fuga delatus, non ulterius reversus est. Et fratres quamvis accurate omnia perscrutati, nec ipsos posthac, nec ipsorum cadavera reperire potuerunt. Porro multi in Arabico illo monte a Barbaris Saracenis capti, & in servitutem redacti sunt. Ex quibus alii soluto ingenti pretio vix tandem redemti: alii nondum hactenus redimi potuerunt. Atque hæc non frustra, frater carissime, a me commemorata sunt: sed ut scias, quæ & quam gravia nobis mala contigerint. Quæ profecto melius intelligunt ii, qui magis experti sunt.

Αὐτοὶ τοίνυν οἱ θεῖοι μάρτυρες παρ' ἡμῖν, [3] οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ κοινωνοὶ, [4] καὶ μέτοχοι τῆς κρίσεως αὐτοῦ, καὶ [a] συνδικάζοντες αὐτῷ· τῶν παραπεπτωκότων ἀδελφῶν τινὰς ὑπευθύνους τοῖς τῶν θυσιῶν ἐγκλήμασι γενομένους, προσελάβοντο· καὶ τὴν ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν αὐτῶν ἰδόντες, δεκτήν τε γενέσθαι δυναμένην τῷ μὴ βουλομένῳ καθόλου τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ ὡς τὴν μετάνοιαν, δοκιμάσαντες, εἰσεδέξαντο καὶ [5] συνήγαγον καὶ συνέστησαν· [6] καὶ προσευχῶν αὐ-

X. Ceterum hi divini Martyres qui nunc assessores sunt Christi, & regni illius consortes, ac judicii participes una cum ipso judicaturi; dum heic apud nos B essent, quosdam e fratribus lapsos, & idolis sacrificasse convictos, susceperunt: & conversionem illorum ac pœnitentiam cernentes, cum judicassent eam placere posse illi qui peccatoris pœnitentiam mavult quam mortem, eos admiserunt & collegerunt, atque in cœtum suum receperunt: & in orationibus ac cibo cum iisdem communicarunt. Quid ergo nobis, fratres, de

1. Οὔτε τὰ σώματα ἄρον] Ultima vox deest in codice regio, prorsusque otiosa est ac superflua. Syncellus quoque eam vocem non habet, sed ejus loco αὐτῶν; non male. VALES.

2. Σαρακηνῶν] Hic locus vel ob id unum notandus est, quod mentio fit Saracenorum. Nam ex scriptoribus quorum opera ad nos pervenerunt, nullus, ut puto, Dionysio Alexandrino antiquior Saracenos nominavit. Amm. quidem Marcellinus in libro 14. scribit se mentionem fecisse Saracenorum in Actibus principis Marci. Spartianus quoque in Nigro Saracenorum mentionem facit, & ab iis Romanos milites victos esse dicit; quod in tempora Divi Marci conferri potest. ID.

3. Οἱ νῦν τοῦ Χριστοῦ πάρεδροι] Martyres simul atque ex corporis vinculis soluti essent, ad Dominum migrare, & cum illo in paradiso degere, Christiani semper crediderunt. Tertullianus in libro de Resurrectione carnis c. 43. *Nemo enim peregrinatus a corpore, statim immoratur penes Dominum, nisi ex martyrii prærogativa, paradiso scilicet, non inferis deversurus*. Et in lib. de Anima cap. 55. ID.


4. Καὶ τῆς κρίσεως μέτοχοι] Fuit hæc opinio veterum Patrum, martyres Christi assessores fore, & cum illo mundum judicaturos. Ita post Dionysium Eulogius Alexandrinus Episcopus in lib. 5. adversus Novatianos. Cujus tamen sententiam reprehendit Photius in Bibliotheca. Ait enim Photius, verba illa Paulli Apostoli ex prima ad Corinthios epistola: *Nescitis quia Sancti mundum judicabunt?* non ita esse accipienda, quasi Sancti futuri sint judices cum Christo. Sed hoc tantum sibi vult Paullus, ex comparatione Sanctorum reliquos homines qui non perinde ac illi pie vixerint, condemnandos esse: ut cum dicitur in Evangelio, fore ut Ninivitæ & Regina Austri malos judicet & condemnet. Et hanc quidem expositionem sumsit Photius ex Joanne Chrysostomo. Verum Eulogii sententia verior mihi videtur. Nam si martyres regni Christi jam nunc consortes sunt, quidni etiam judicii participes sint futuri? Deinde Christus diserte promisit Apostolis, sessuros illos in duodecim cathedris, judices duodecim tribuum. ID.

5. Συνήγαγον καὶ συνέστησαν] Eadem Dionysii verba refert Nicephorus cap. 4. quæ Langus ita vertit: *Explorata pœnitentia atque comprobata, in Ecclesiam eos admiserunt, & ad hunc modum receptis locum suum dederunt*. Eodem modo Christophorsonus interpretatus est, *recipiunt in Ecclesiam, conventus cum illis celebrant, ineunt societatem, &c.* Sed hanc interpretationem equidem probare non possum. Quomodo enim martyres qui in carceres tenebantur adstricti, lapsos in Ecclesiam admittere poterant? Adde, quod non id juris competebat martyribus, sed soli Episcopo, cujus officium erat pœnitentes reconciliare. Martyribus vero intercedere tantum pro lapsis, & commendatitias litteras scribere licebat. Apparet igitur, ita vertendum esse hunc C locum, ut vertimus. Quamquam vox συνέστησαν, aliter etiam explicari potest, passive scilicet pro simul consistere. Sic Dionysius apud Eusebium in lib. 7. cap. 9. μόλις παρακαλούμενος, συνεστάναι ταῖς προσευχαῖς ἀνέχεται. Et Eusebius in lib. 6. cap. 3. de Origene οὐδὲ πώποτε προυτράπη κατὰ τὴν εὐχὴν αὐτῷ συστῆναι. ID.

6. Καὶ προσευχῶν αὐτοῖς ἐκοινώνησαν.] Duplex erat communio in Ecclesia: alia orationis, alia sacramentorum. Et orationum quidem communio pœnitentibus post certum temporis spatium indulgebatur. Communio vero corporis Christi, non nisi reconciliatis post longas pœnitentiæ moras tandem impertiebatur. Vide canonem 11. 12. & 13. Concilii Nicæni. Ex quibus apparet, communionem orationis pœnitentibus fuisse ultimum ac proximum gradum ad communionem sacrorum mysteriorum. Et hæc quidem de communione publica intelligenda sunt, qua concedebatur pœnitentibus, ut palam cum omni populo in Ecclesia orarent. Sed in hoc Dionysii loco de privata com- D munione sermo est, quam video a nonnullis confundi cum publica. Privatam autem communionem voco, quæ a privatis, non autem ab Episcopo, cujus id jus pontificiumque erat, certæ personæ concedebatur. Exempli gratia, quando confessores & martyres, lapsos intercessionem ac misericordiam ipsorum implorantes, benigne excipiebant, & ut una secum Deum orarent, permittebant. Hæc communio licet a martyribus & presbyteris (plerique enim martyrum erant ex clero) lapsis fuisset indulta, nihil juris illis dabat: sed tantum instar præjudicii erat, ut ab Episcopo postea admitterentur ad publicam in Ecclesia orationis communionem. De ejusmodi privata communione intelligendus est Eusebii locus in lib. 6. cap. 3. de Origene, quem paullo ante citavi; & alter in lib. 4. c. 14. Item locus ex epistola Cornelii Papæ (superius relata,) ubi de Moyse presbytero, qui Novatianum a communione sua repulit. Item locus Sulpicii Severi in lib. 3. de vita Martini. Vide F. Florentem ad titulum 7. de trans- E latione Episcopi. ID.

a Συνδικάζοντες] *Judicaturi*, Valesius: quæ quidem interpretatio utpote a textu aliena, sententiæ quoque Dionysianæ vim obtundere perhibetur; ut optime perspexit doctissimus Bossuetius Meldensis episcopus, *prefac. sur l'Apocal.* §. XXVIII. En ipsissima magni viri verba, quibus haud parum lucis huic loco accedit: „ Je vois dans l'Apocalypse non seulement une grande gloire, mais encore une grande puissance dans les Saints. Car Jesus-Christ les met sur son trône: & comme il est dit dans l'Apocalypse XIX. 15. conformément à la doctrine du Pseaume II. 9. qu'*il gouvernera les nations avec un sceptre de fer*; lui-même dans le même Livre (*Apoc.* II. 26.) il applique le même Pseaume & le même verset à ses Saints, en assurant (*ibid.* ℣. 28.) qu'en cela, *il leur* [illegible] *son Pere*. Ce qui montre que non seulement ils seront assis avec lui dans le Jugement dernier, mais encore que dès-à-présent il les associe aux [illegible] qu'il exerce. Et c'est aussi en cette maniere qu'on l'entendoit dès les premiers siecles de l'Eglise: puisque saint Denys d'Alexandrie, qui fut une des lumieres du troisieme, l'explique ainsi en termes formels par ces paroles: *Les divins* [illegible] *de Jesus-Christ; &* [illegible] *à ses jugemens, &* [illegible]. On [illegible] faut pas traduire, comme ont fait quelques-uns, qu'[illegible] *jugeront avec lui*. cum illo [illegible], mais qu'[illegible] *gent*, au tems present, [illegible]. D'[illegible] homme conclut: *Les* [illegible] *casserons-nous leur* [illegible] Reliqua vide iis apud eundem scriptorem.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
258.



τοῖς καὶ ἐκπάσεων ἐκοινώνησαν. τί οὖν ἡμῖν ἀδελφοὶ περὶ τούτων συμβουλεύετε; τί ἡμῖν πρακτέον; σύμψηφοι καὶ ὁμογνώμονες αὐτοῖς καταστῶμεν· καὶ τὴν χάριν φυλάξωμεν· καὶ τοῖς ἐλεηθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν χρηστευσώμεθα· ἢ τὴν κρίσιν αὐτῶν [1] ἄδικον ποιησώμεθα· καὶ δοκιμαστὰς αὐτοὺς τῆς ἐκείνων γνώμης ἐπιστήσωμεν· καὶ τὴν χρηστότητα λυπήσωμεν, καὶ τὴν τάξιν ἀνασκευάσωμεν;

A his suadetis? Quid nos agere debemus? utrum sententiæ martyrum accedemus, & rem ab illis judicatam, seu potius gratiam concessam tuebimur; & cum iis quos illi miseratione prosecuti sunt, benigne agemus? An contra, judicium illorum irritum faciemus, nosque ipsi sententiæ illorum discussores ac judices constituemus; clementiam dolore afficiemus; ordinem constitutum evertemus; Dei ipsius indignationem provocabimus?

Εν δέ σοι [a] τοῦτο παράδειγμα παρ' ἡμῖν συμβεβηκὸς ἐκθήσομαι. Σαραπίων τις ἦν παρ' ἡμῖν πιστὸς γέρων· ἀμέμπτως μὲν τὸν πολὺν διαβιώσας χρόνον, ἐν δὲ τῷ πειρασμῷ πεσών. οὗτος πολλάκις ἐδεῖτο, καὶ [2] οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ, καὶ γὰρ ἐτεθύκει· ἐν νόσῳ δὲ γενόμενος, τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἄφωνος καὶ ἀναίσθητος διετέλεσε. βραχὺ δὲ ἀνασφήλας τῇ τετάρτῃ, προσεκαλέσατο τὸν θυγατριδοῦν· καὶ μέχρι τίνος φησὶν ὦ τέκνον με κατέχετε· δέομαι σπεύσατε, καί με θᾶττον ἀπολύσατε. [3] τῶν πρεσβυτέρων μοί τινα κάλεσον. καὶ ταῦτα εἰπὼν, πάλιν ἦν ἄφωνος. ἔδραμεν ὁ παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον· νὺξ δὲ ἦν· κἀκεῖνος ἠσθένει· ἀφικέσθαι μὲν οὖν οὐκ ἐδυνήθη· ἐντολῆς δὲ ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης, τοὺς ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ [4] μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες τύχοιεν, [5] ἀφίεσθαι, ἵν' εὐέλπιδες ἀπαλλάττωνται·

XI. Unum tibi exemplum proponam, quod apud nos contigit. Erat in hac urbe Serapion quidam senex e numero fidelium: qui reliquo quidem anteactæ vitæ tempore nulli culpæ obnoxius fuerat. Sed in persecu- B tione lapsus, sæpenumero veniam petierat: nec quisquam ei attendebat, eo quod sacrificasset. Idem postea morbo correptus, vocis usu sensuque omni carens triduo permansit. Quarto demum die paullulum recreatus, nepotem ex filia ad se vocat: &, quousque tandem, inquit, me detinetis, fili? Properate quæso, & me quantocyus absolvite: Accerse mihi unum ex presbyteris. Hæc cum dixisset, rursus illum vox destituit. Puer ad presbyterum cucurrit. Jam nox erat: presbyter autem ægrotabat. Sed quoniam in mandatis dederam, ut morituris, si peterent, & maxime si antea suppliciter postulassent, venia indulgeretur,

1. Αδεκτον ποιησόμεθα] In codice Maz. Med. Fuk. & Savil. scribitur ἄδικον ποιησώμεθα, quomodo etiam legitur in Chronico Georgii Syncelli; quam scripturam C meliorem puto. Mox verba illa καὶ τὸν Θεὸν παροξύνωμεν expunximus, quippe quæ nec in nostris codicibus Maz. Med. & Fuk. nec apud Syncellum legerentur. VALES.

2. Οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ] Id est, nemo nec de clero nec de populo, ejus precibus flectebatur, ut veniam illi dandam pacemque indulgendam esse censeret. Nam & populi suffragium ad id erat necessarium, ut aliquis lapsus aut ob aliud crimen ab Ecclesiæ communione separatus, in Ecclesiam reciperetur. Atque interdum Episcopus ipse plebem rogabat, ut petenti pacem & communionem concedi pateretur, quemadmodum docet Cyprianus in epistola 55. ad Cornelium, & Tertullianus in lib. de Pudicitia cap. 13. Sæpius autem plebs ipsa apud Episcopum intercedebat, ut pœnitentes ad communionem admitterentur. Cujus rei insigne habemus exemplum in epistola Cornelii Papæ ad Fabium Antiochenum, de Episcopo illo, qui Novatianum ordinaverat, ᾧ καὶ αὐτῷ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. D Cyprianus in epistola 59. *Quæ res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum & plenum tempus satisfactionis, & sine petitu & conscientia plebis, nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente, pax ei concederetur.* Cornelius in epistola ad Cyprianum: *Ceteros cum ingenti populi suffragio recepimus.* ID.

3. Τῶν πρεσβυτέρων μοί τινα κάλεσον.] Quæret forte aliquis, cur Serapio non ipsum potius accersivit Episcopum, a quo pacem & communionem acciperet. Quippe episcopalis officii erat pœnitentium reconciliatio. Fateor quidem id proprie ad Episcopos pertinuisse. Verum Episcopi cum ubique præsentes esse non possent: ne forte quis in infirmitate positus absque pace & communicatione decederet, presbyteris mandare consueverant, ut pacem ægris postulantibus darent. Nam sine consensu Episcopi, nullus presbyterorum pacem pœnitentibus dare poterat, E ut ex Cypriani epistolis discimus. Itaque cum urbs Alexandria admodum spatiosa esset, presbyteri per singulas urbis regiones erant dispositi, quo morientibus facilius subveniretur. Epiphanius in hæresi Arianorum: ὅσαι γὰρ ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ ἕνα ἀρχιεπίσκοπον οὖσαι· καὶ κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι, διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας τῶν οἰκητόρων, πλησίον ἑκάστης ἐκκλησίας αὐτῶν, καὶ ἀμφόδων, ἤτοι Λαυρῶν ἐπιχωρίως καλουμένων ὑπὸ τῶν τὴν Ἀλεξανδρέων κατοικούντων πόλιν. Id est: *Omnes enim catholicæ communionis Ecclesiæ in urbe Alexandrina, subjectæ sunt uni Archiepiscopo. Seorsum autem singulis præpositi sunt presbyteri, propter ecclesiasticas civium necessitates: habentque domicilia juxta suam quisque Ecclesiam, sive ad vicos, quos Alexandrini Lauras vocant.* Ad quem locum doctissimus vir D. Petavius reprehendit Epiphanium, qui hunc peculiarem Alexandrinorum morem fuisse crediderit: cum tamen in cunctis paullo majoribus urbibus quæ plures habebant basilicas, id fuerit observatum. Verum nequaquam verisimile est, Epiphanium qui multas & maximas imperii Romani civitates lustraverat, morem sui sæculi ignorasse. Quare cum consuetudinem illam Alexandrinæ Ecclesiæ peculiarem fuisse adeo manifeste indicet, credibile est, alium usum fuisse in aliis civitatibus. Sane Constantinopoli, non omnes Ecclesiæ suos habebant presbyteros. Nam basilica sanctissimæ Virginis Mariæ, & basilica sancti martyris Theodori, & basilica Irenes, non habebant peculiares clericos: sed clerici majoris Ecclesiæ & harum trium Ecclesiarum communes erant. Itaque ex clericis majoris Ecclesiæ singuli suo ordine ac per vices, tres illas Ecclesias administrabant, ut docet imp. Justinianus Novella 3. οὐκ ἰδιάζοντας κληρικοὺς οὐδὲ εἰς τούτων ἔχει τριῶν τῶν οἴκων. Jam vero quod Epiphanius dixit, in Alexandrina civitate κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι, Petavius quidem de unico presbytero accepit, qui suam seorsum Ecclesiam regeret. Vertit enim: *Suus cuique præpositus est presbyter.* At in aliis civitatibus aliter observatum esse comperimus. Nam Constantinopoli plures erant Ecclesiæ, in quibus non unus dumtaxat presbyter, sed multi presbyteri & diaconi atque inferiores clerici, a primis basilicarum conditoribus erant constituti; sicut ibidem docet Justinianus. ID.

4. Μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες] Hoc enim in Synodo Africana iisdem temporibus quibus hæc scribebat Dionysius congregata, statutum fuerat; ut scilicet lapsis in exitu constitutis pax daretur, dummodo eam suppliciter atque enixe postulassent ante ægritudinem. Cyprianus in epistola ad Antonianum: *Idcirco, frater carissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis & pacis, si in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.* ID.


5. Ἀφίεσθαι] Ante hanc vocem quædam adduntur in codice Fuk. & Savil. haudquaquam spernenda, τῶν θείων δώρων τῆς μεταδόσεως ἀξιοῦσθαι, καὶ οὕτως ἀφίεσθαι. Sane Christophorsonus hæc etiam in libris suis repererat, sicut ex versione ejus apparet. Et hæc quidem genuina esse Dionysii verba nolim affirmare. Egregie tamen huic loco conveniunt, ut ex sequentibus apparet. Porro hic Dionysii Alexandrini locus in primis notandus est, quippe ex quo

a Εν δέ σοι τοῦτο παραδ.] Hæc refert Eusebius lib. VI. cap. XLIV. quibus ista præmittit: „ Eidem porro Fabio „ Dionysius Alexandrinus episcopus scribens, postquam & „ alia multa quæ ad pœnitentiam spectant in suis ad il- „ lum litteris exposuit, & Martyrum qui recens Alexan- „ driæ martyrium subierant certamina commemoravit; „ inter cetera facinus quoddam refert admiratione dignis- „ simum, quod huic etiam historiæ nostræ inserere neces- „ sarium duxi. Est autem hujusmodi. „ *Unum tibi exemplum* cet.

[1] βραχὺ [2] τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκεν τῷ παιδαρίῳ, [2] ἀποβρέξαι κελεύσας· καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. ἐπανῆκεν ὁ παῖς φέρων· ἐγγύς τε γενομένου, πρὶν εἰσελθεῖν, ἀνενέγκας πάλιν ὁ Σαραπίων, ἥκες, ἔφη, τέκνον· καὶ ὁ μὲν πρεσβύτερος ἐλθεῖν οὐκ ἠδυνήθη· σὺ δὲ ποίησον ταχέως τὸ προσταχθὲν, καὶ ἀπάλλαττέ με. ἀπέβρεξεν ὁ παῖς, καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι· καὶ μικρὸν ἐκεῖνος καταβροχθίσας, εὐθέως ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. ἆρ᾽ οὐκ ἐναργῶς διετηρήθη καὶ παρέμεινεν ἕως λυθῇ, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐξαλειφθείσης, ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἔπραξε καλοῖς [3] ὁμολογηθῆναι δυνηθῇ;

A quo bonæ spei pleni ex hac vita migrarent; exiguam Eucharistiæ partem puero tradidit, jubens, ut in aqua intinctam, seni in os instillaret. Redit igitur puer buccellam afferens. Et cum appropinquaret, priusquam ingrederetur; recreatus iterum senex: Venisti, inquit, fili. Ac presbyter quidem ipse venire non potuit. Tu vero fac citius quod imperatum est, & dimitte me. Mox puer buccellam intinxit, & in os senis infudit. Qui ea paullatim absorpta, continuo animam exhalavit. An non igitur perspicue apparet, eum reservatum fuisse ac tantisper in vita permansisse, quoad reconciliaretur, & deleto jam crimine, pro multis quæ gesserat bonis operibus a Christo agnosci posset & prædicari?

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



EPISTOLA IV.

Ad CORNELIUM *Romanum Pontificem.*

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* VI. *cap.* XLVI.

Πρὸς ἅπασι τούτοις, καὶ Κορνηλίῳ τῷ κατὰ Ρώμην γράφει, δεξάμενος αὐτοῦ τὴν κατὰ τοῦ Νοβάτου ἐπιστολήν· ᾧ καὶ σημαίνει δηλῶν ἑαυτὸν παρακεκλῆσθαι ὑπό τε Ἑλένου τοῦ ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν σὺν αὐτῷ· Φιρμιλιανοῦ τε τοῦ ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ τοῦ κατὰ Παλαιστίνην Θεοκτίστου, ὡς ἂν ἐπὶ τὴν σύνοδον ἀπαντήσοι τὴν κατὰ Αντιόχειαν, ἔνθα τοῦ Νοβάτου κρατύνειν τινὲς ἐπεχείρουν τὸ σχίσμα. [4] πρὸς τούτοις ἐπιστέλλει μηνυθῆναι αὐτὸ, Φάβιον μὲν κεκοιμῆσθαι· Δημητριανὸν δὲ διάδοχον ἐκείνου τῆς κατὰ Αντιόχειαν ἐπισκοπῆς καθεστάναι. γράφει δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐν Ιεροσολύμοις, αὐτοῖς ῥήμασι φάσκων. ὁ μὲν γὰρ μακάριος Αλέξανδρος ἐν φρουρᾷ γενόμενος, μακαρίως ἀνεπαύσατο.

B *Scribit præterea* (Dionysius) *ad Cornelium Romanæ urbis Episcopum, cujus litteras adversus Novatum* (Novatianum) *scriptas acceperat. In qua quidem epistola significat, se ab Heleno Tarsi Ciliciæ episcopo & a ceteris qui cum illo convenerant, Firmiliano scilicet Cappadociæ & Theoctisto Palæstinæ provinciæ episcopis, invitatum fuisse, ut ad synodum Antiochenam occurreret, in qua quidam Novati schisma confirmare tentabant. Scribit etiam sibi nuntiatum fuisse, quod Fabius quidem diem extremum obiisset, Demetrianus vero in ejus locum episcopus Antiochenæ ecclesiæ esset constitutus. Sed & de Hierosolymorum episcopo mentionem facit his verbis:* Quod enim ad Alexandrum spectat, C is in carcerem conjectus, beato exitu defunctus est.

convincitur, Eucharistiam olim datam fuisse pœnitentibus sine reconciliatoria manus impositione, ubi in periculum mortis incidissent. Hujusmodi communio vocabatur Viaticum, canone 77. & 78. Concilii Carthaginiensis IV. & canone 30. Concilii I. Arausicensis: qui canon refertur in lib. 7. Capitularium Caroli Magni cap. 101. Eratque hæc communio dispensatoria, quippe quæ ob mortis metum ante impleta pœnitentiæ tempora pœnitentibus concederetur. Itaque si postea ex morbo convaluissent, pœnitentiam implere, & solemnem manus impositionem seu reconciliationem ante absidem accipere cogebantur, ut scribitur in dicto canone Arausicano: ubi hæc communio postrema, *legitima* dicitur, ad discrimen prioris quæ erat tantum dispensatoria. Quare non assentior illustrissimo Antistiti Gabrieli Albaspinæo, qui in libro I. Observationum cap. II. negat Eucharistiam umquam datam fuisse pœnitentibus, citra reconciliationem. Verum hic Dionysii locus sententiam ejus prorsus evertit. VALES.

1. Βραχὺ τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκε τῷ παιδαρίῳ.] Quod heic dicit Dionysius, Eucharistiam datam esse puero ad infirmum deferendam, non ita mirum videri debet. Diu enim postea id factitatum est, adeo ut S. Udalricus necesse habuerit id nominatim prohibere in sermone synodali, quem edidit Gretserus una cum vita Gregorii VII. Sic ergo ibi legitur cap. 20. *Infirmos visitate & eos reconciliate, & juxta Apostolum oleo sancto inungite, & propria manu communicate. Et nullus præsumat tradere communionem laico aut feminæ ad deferendum infirmo.* Et Gretserus quidem hunc sermonem sancti Udalrici esse existimavit. Ego vero nuper didici, hanc esse epistolam synodicam Ratherii Veronensis episcopi ad suos presbyteros. Sic enim inscribitur in vetusto codice Laudunensi. Porro in manuscriptis Maz. Med. & Fuk. ἔδωκεν legitur non ἐπέδωκεν.

Apud Joannem Zonaram in rebus gestis imp. Decii, ubi locus hic Dionysii ex Eusebio adducitur, scriptum est δέδωκε τῷ παιδαρίῳ.

2. Αποβρέξαι κελεύσας] Rufinus vertit *infundere*: quod, inquit, *infusum jussit seni præberi.* Sic & panem benedictum solebant veteres aqua intingere, ut docet Adamannus in lib. 2. de miraculis S. Columbæ cap. 6. Beda in vita S. Cuthberti cap. 31. & in carmine de ejusdem vita, Theodorus Campidunensis in vita S. Magni cap. 22. Paullus Bernriedensis in vita Gregorii VII. pag. 113. De Eucharistia vero in os ægrotantium infusa loquitur canon 76. Concilii IV. Carthaginiensis: qui quidem canon est de infirmis qui pœnitentiam poposcerant, & postea obmutuerant, antequam presbyter ad eos venisset. Cavetur hoc canone, ut pœnitentia eis detur: & si continuo creduntur esse morituri, reconcilientur per manus impositionem, D & infundatur ori eorum Eucharistia. Aliter in pœnitentibus. Hi enim in articulo mortis constituti Eucharistiam tantum accipiebant sine manus impositione, ut discimus ex canone 77. & 78. dicti Concilii. Benignius enim agendum censuerunt sancti Antistites cum iis, qui devotionis impulsu in infirmitate constituti pœnitentiam petierant, quam cum aliis qui publicorum criminum rei in ordine pœnitentium stabant. ID.

3. Ομολογηθῆναι.] Langus, Wolfius & Musculus vertunt, *confiteri*: quod meo quidem judicio tolerari non potest. Christophorsonus autem interpretatur, *in numerum confessorum referri*; quod non displicet, modo intelligatur a Christo. Alludit enim Dionysius ad illa Christi verba in Evangelio: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum coram Patre meo.*

4. Πρὸς τούτοις ἐπιστέλλει] In eadem scilicet epistola; non in altera, ut putavit Christophorsonus. ID.

E

a Βραχὺ τῆς εὐχ.] Valesii observationem in hunc locum notat Baluzius ad Reginonem pag. 536. „ Vir clarissimus, *inquit*, Henricus Valesius, quum non animadverteret Admonitionem istam multo antiquiorem esse „ ævo Ratherii episcopi Veronensis & Udalrici episcopi „ Augustani, ex eo loco collegit, usum illum tradendi „ communionem laicis ac feminis ad deferendum infirmis, „ perseverasse in Ecclesia usque ad decimum sæculum: „ quam conjecturam an[illegible]xus postea est vir eruditus, qui „ [illegible] [illegible]atoriam Eucharistiæ. Falsa ar„ gumentatio. Nam si isto argumentandi genere uti liceret, pari ratione necessario colligeremus rem quam „ omnes scimus esse falsissimam: nimirum, eumdem usum „ mittendi Eucharistiam infirmis per laicos ac feminas, „ etiamnum perseverare in Ecclesia; quum in Admonitione synodali quæ per universas occidentis ecclesias [illegible] „ gulis annis legitur ab episcopis in suis synodis [illegible] „ [illegible]anis, scriptum habeatur in Pontificali Romano: *Nul-* „ [illegible] *communionem* [illegible] *aut feminæ ad de-* „ *ferendum* [illegible]. „

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
258.

EPISTOLA V.

Quæ est I. de Baptismo,

Ad STEPHANUM *Papam.*

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* VII. *cap.* V.

[a] Ἴσθι δὲ [1] νῦν ἀδελφὲ, ὅτι ἥνωνται πᾶσαι αἱ πρότερον διεσχισμέναι κατά τε τὴν ἀνατολὴν ἐκκλησίαι· [2] καὶ ἔτι προσωτέρω. καὶ πάντες εἰσὶν ὁμόφρονες οἱ πανταχοῦ προεστῶτες, χαίροντες καθ᾽ ὑπερβολὴν ἐπὶ τῇ παρὰ προσδοκίαν εἰρήνῃ γενομένῃ· Δημητριανὸς ἐν Ἀντιοχείᾳ· Θεόκτιστος ἐν Καισαρείᾳ· Μαζαβάνης [3] ἐν Αἰλίᾳ· Μαρῖνος ἐν Τύρῳ [4] κοιμηθέντος Ἀλεξάνδρου· Ἡλιόδωρος ἐν Λαοδικείᾳ ἀναπαυσαμένου Θηλυμίδρου· Ἕλενος ἐν Ταρσῷ, καὶ πᾶσαι αἱ τῆς Κιλικίας ἐκκλησίαι· Φιρμιλιανὸς, καὶ πᾶσα Καππαδοκία. τοὺς γὰρ ἐπιφανεστέρους μόνους τῶν ἐπισκόπων ὠνόμασα, ἵνα μήτε μῆκος τῇ ἐπιστολῇ, μήτε βάρος προσάψω τῷ λόγῳ. αἱ μέντοι Συρίαι ὅλαι καὶ ἡ Ἀραβία [5] οἷς ἐπαρκεῖτε ἑκάστοτε, καὶ οἷς νῦν ἐπεστείλατε· ἥ τε Μεσοποταμία, Πόντος τε καὶ Βιθυνία· καὶ συνελόντι εἰπεῖν, ἀγαλλιῶνται πάντες πανταχοῦ τῇ ὁμονοίᾳ καὶ φιλαδελφίᾳ, δοξάζοντες τὸν Θεόν.

Scias autem, frater, cunctas per orientem & ulterius positas ecclesias quæ prius erant discissæ, nunc tandem ad unitatem reversas esse: & omnes ecclesiarum ubicumque antistites unum idemque sentire, & ob redditam insperato pacem incredibili gaudio exsultare: Demetrianum scilicet episcopum Antiochiæ, Theoctistum Cæsareæ, Æliæ post mortem Alexandri Mazabanem, Marinum Tyri, Laodiceæ vero post Thelymidris obitum Heliodorum; Helenum Tarsi, cunctasque Ciliciæ ecclesias; Firmilianum denique cum universa Cappadocia. Solos enim illustriores episcopos nominavi, ne forte epistola nostra prolixior, & oratio molestior redderetur. Syriarum quidem provinciæ omnes cum Arabia, quibus idemtidem necessaria suppeditatis, & quibus litteras nunc scripsistis; Mesopotamia quoque, Pontus ac Bithynia; ac ut uno verbo absolvam, omnes ubique terrarum lætitia gestiunt, Deoque gratias agunt ob hanc concordiam fraternamque caritatem.

1. *Ἴσθι δὲ νῦν ἀδελφέ*] Ex hac epistola Dionysii ad Stephanum Papam, Baronius ad annum Christi 259. colligit, orientales episcopos tandem errore deposito sententiam Stephani de hæreticis non rebaptizandis amplexos esse. Baronium secutus est Filesacus in notis ad Vincentii Commonitorium. Sed qui Dionysii epistolam attente legerit, longe aliter rem se habere intelliget. Nam epistola illa Dionysii duo capita continebat. Primum, an rebaptizandi essent hæretici: secundum de concordia ecclesiarum orientis, quæ Novatiani hæresim damnaverant, & lapsos recipiendos esse statuerant. Huic igitur sententiæ Demetrianum episcopum Antiochiæ quæ caput erat orientis, & reliquos subscripsisse nuntiat Dionysius: quod quidem Stephano gratissimum fore sciebat, cum Fabius decessor Demetriani in Novatiani sententiam pronior fuisset, & congregato ex Cilicia, Cappadocia, Palæstina & Ægypto episcoporum concilio, eam stabilire conatus fuisset, ut scribit Dionysius apud Eusebium in fine libri 6. VALES.


2. *Καὶ ἔτι προσωτέρω*] Hæc verba non habentur in codice Fuk. & Saviliano. Sed nec Christophorsonus in libris suis ea reperit, ut ex versione ejus apparet. Leguntur tamen apud Syncellum ac Nicephorum, & in nostris codd. regio, Mazarino ac Medicæo. Et Langus quidem ac Musculus ita verterunt: *Scito nunc, frater, orientales atque etiam ulteriores ecclesias, &c.* Recte meo quidem judicio. Sic Eusebius in lib. 3. de vita Constantini cap. 7. *Ἀχαιοί τε καὶ Ἠπειρῶται, τούτων δ᾽ οἱ ἔτι προσωτάτω.* Ita enim scribitur locus ille in codice regio & in schedis & apud Socratem. Per ulteriores ecclesias, intelligo ecclesias Osdroenæ & Mesopotamiæ. Oriens enim proprie dicebatur Syria, cujus caput erat Antiochia. Regebatque hanc provinciam tunc temporis Præses Orientis, ut docet Vopiscus in Aureliano agens de ejus adoptione. Possunt tamen hæc verba etiam aliter intelligi, ut verba sint Eusebii, ex epistola Dionysii carptim quædam capita referentis. Certe in codice Mazarino ac Medicæo hæc verba duobus punctis inclusa sunt. Et in exemplari quidem Medicæo apposita est media distinctio. sive mora: in Mazarino vero distinctio. Verto igitur: *Et paullo post.* Atque hæc posterior interpretatio verior nunc mihi videtur, ac certior. ID.

3. *Ἐν Αἰλίᾳ*] Ælia vocabatur ætate Dionysii, quæ postea dicta est Hierosolyma. Constantini quidem temporibus adhuc Ælia vocabatur. Sic in tabula Peutingerorum & in Itinerario Antonini, quod post imperium Constantini scriptum est, memoratur. Sed & in concilio Nicæno canone 7. Ælia dicitur. Itaque verissimum puto, nomen Hierosolymorum huic urbi inditum fuisse per ambitionem episcoporum illius loci, qui Jacobi Justi successores haberi volebant. Hinc est, quod Rufinus ex more sæculi sui, pro Æliæ nomine heic substituit Hierosolyma: & Eusebius Narcissum, Alexandrum & ceteros, semper Hierosolymorum episcopos appellat. Interdum tamen licet rarius, Æliam nominat; verbi gratia in libro de Martyribus Palæstinæ capite 11. ID.

4. *Κοιμηθέντος Ἀλεξάνδρου*] Hæc verba transposita sunt, & post voces illas *ἐν Αἰλίᾳ* collocari debent. Nam Mazabanes Alexandro Æliæ Episcopo successerat, ut docet Dionysius in epistola ad Cornelium. Vidit hoc etiam Rufinus, ut ex interpretatione ejus apparet. ID.

5. *Οἷς ἐπαρκεῖτε ἑκάστοτε*] Hunc locum non intellexerunt Langus, Musculus & Christophorsonus. Solebat olim ecclesia Romana aliarum ecclesiarum inopiam liberalitate sua sublevare, & captivis fratribus vel in metallum datis pecunias ac vestem conferre, ut testatur Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Soterem papam, cujus verba retulit Eusebius in lib. 4. Idque laudabile institutum ecclesiæ Romanæ sua adhuc ætate perseverasse ibidem scribit Eusebius. In eam rem fiebant collectæ in ecclesia Romana, de quibus Leo papa loquitur in sermonibus. *ἐπαρκεῖν* proprie est sumtus ac viaticum subministrare, vel stipem conferre. Ita Clemens Alexandrinus in primo Stromateo haud procul ab initio (pag. 321.) *ἀπορίᾳ γὰρ ἐπαρκεῖν, (οὐ) δίκαιον· ἀργίαν δὲ ἐφοδιάζειν, οὐ καλόν.* Idem in libro 4. Stromatei (pag. 580.), de stipe seu eleemosyna hoc verbum usurpat, cum ait: *ἐνίοτε γὰρ βουλόμεθα διὰ ἀργυρίου δόσεως, ἢ διὰ σωματικῆς σπουδῆς ἔλεον ποιῆσαι, ὡς δεομένῳ ἐπαρκέσαι, ἢ νοσοῦντι ὑπουργῆσαι, ἢ ἐν περιστάσει γενομένῳ παραστῆναι· καὶ οὐχ οἷοί τε ἐσμὲν, ἤτοι διὰ πενίαν, ἢ νόσον, ἢ γῆρας.* Id est: *Interdum enim optamus quidem misericordiæ opera præstare, tam pecunia quam corporis ministerio: exempli gratia, petenti stipem dare, aut ægrotanti ministrare, aut adjuvare periclitantem. Sed optata perficere non possumus, seu ob egestatem, sive ob morbum, sive ob senectutem.* Eodem sensu Chrysostomus Homilia 67. in Matthæum hanc vocem usurpat: *ἑνὸς τῶν ἐσχάτων καὶ οὐ σφόδρα πλουτούντων πρόσοδον ἡ ἐκκλησία ἔχουσα, ἐννόησον ὅσαις ἐπαρκεῖ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν χήραις, ὅσαις παρθένοις.* Sic & Palladius in dialogo de vita Chrysostomi, ubi de Ammonio & Monachis Ægyptiis loquitur. ID.

a *Ἴσθι δὲ νῦν ἀδ.*] Eusebius lib. VII. cap. II. „ Ad Stephanum, inquit, Dionysius primam earum que *de Baptismo* conscriptæ sunt, epistolam exaravit. „ *Primam* autem vocat Eusebius, quia idem Dionysius alias quatuor deinceps tum ad Xystum, tum ad Dionysium Stephani successores, nec non ad Philemonem, pariter de baptismo hæreticorum conscripsit, *infra* relatas.



EPISTOLA VI.

Quæ est II. de Baptismo,

Ad Xystum II. *Papam.*

Apud Eusebium *ibid.*

Ἐπεστάλκει [1] μὲν οὖν πρότερον (Στέφανος) καὶ [2] A περὶ Ἑλένου καὶ περὶ Φιρμιλιανοῦ, καὶ πάντων τῶν τε ἀπὸ τῆς Κιλικίας καὶ Καππαδοκίας καὶ Γαλατίας, καὶ πάντων τῶν ἑξῆς ὁμορούντων ἐθνῶν, ὡς οὐδὲ ἐκείνοις κοινωνήσων διὰ τὴν αὐτὴν ταύτην αἰτίαν, ἐπειδὴ τοὺς αἱρετικοὺς, φησὶν, ἀναβαπτίζουσι. καὶ σκόπει τὸ μέγεθος τοῦ πράγματος. ὄντως γὰρ δόγματα περὶ τούτου γέγονεν [3] ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἐπισκόπων συνόδοις, ὡς πυνθάνομαι· ὥστε τοὺς προσιόντας ἀπὸ αἱρέσεως, [4] προκατηχηθέντας, εἶτα ἀπολούσασθαι, καὶ ἀνακαθαίρεσθαι τὸν τῆς παλαιᾶς καὶ ἀκαθάρτου ζύμης ῥύπον. καὶ [5] περὶ τούτων αὐτοῦ πάντων δεόμενος, ἐπέστειλα.

Antea quidem litteras scripserat (Stephanus) de Heleno & de Firmiliano, ac de omnibus per Ciliciam & Cappadociam cunctasque finitimas provincias constitutis, testans sese ob eamdem illam caussam ab illorum communione discessurum, quod hæreticos rebaptizarent. Ac vide negotii gravitatem. Re enim vera in maximis, ut audio, episcoporum conciliis decretum est, ut qui ab hæresi veniunt, primum doctrina instituti [catholica,] ac deinde veteris & impuri fermenti sordibus per baptismum purgarentur. De his omnibus illum rogans & obtestans litteras misi.

Et aliquanto post prosequitur Dionysius.

Καὶ τοῖς ἀγαπητοῖς δὲ ἡμῶν καὶ συμπρεσβυτέροις B Διονυσίῳ καὶ Φιλήμονι, συμψήφοις πρότερον Στεφάνῳ γενομένοις, καὶ [6] περὶ τῶν αὐτῶν μοι γράφουσι, πρότερον μὲν ὀλίγα, καὶ νῦν δὲ διὰ πλειόνων ἐπέστειλα.

Sed & dilectis compresbyteris nostris Dionysio & Philemoni, qui prius cum Stephano consentiebant, deque iisdem ad me scripserant, antea quidem paucis, nunc vero pluribus rescripsi.

In eadem epistola de Sabellianis hæreticis, inquit Eusebius cap. vi. *utpote qui tunc increbrescebant, Xystum certiorem facit his verbis.*

Περὶ [7] γὰρ τοῦ νῦν κινηθέντος ἐν τῇ Πτολεμαΐδι τῆς Πενταπόλεως δόγματος, ὄντος ἀσεβοῦς καὶ βλασφημίαν πολλὴν ἔχοντος περὶ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ καὶ πατρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπιστίαν τε πολλὴν ἔχοντος περὶ τοῦ μονογενοῦς παιδὸς αὐτοῦ καὶ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, τοῦ ἐνανθρωπήσαντος λόγου, ἀναισθησίαν δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἐλθόντων ἑκατέρωθεν πρός ἐμὲ καὶ προ γραμμάτων, καὶ τῶν διαλεξομένων ἀδελφῶν, ἐπέστειλά τινα ὡς ἐδυνήθην C παρασχόντος τοῦ Θεοῦ, διδασκαλικώτερον ὑφηγούμενος· ὧν τὰ ἀντίγραφα ἔπεμψά σοι.

Nam cum de doctrina quæ nuper apud Ptolemaidem urbem Pentapoleos mota est, impia & plena blasphemiæ in Deum omnipotentem & patrem Domini nostri Jesu Christi, plena incredulitatis & perfidiæ erga filium ejus unigenitum, & primogenitum omnis creaturæ, Verbum hominem factum, & quæ Spiritus sancti aufert intelligentiam: cum ab utraque parte & litteræ ad me allatæ essent, & C fratres disceptaturi venissent, quantum Deo donante potui, planius edisserens, quasdam scripsi litteras; quarum exempla ad te misi.

1. Ἐπεστάλκει] His præmittit Eusebius: *Ad hunc Xystum* (Dionysius) *secundam de baptismo scripsit epistolam, in qua Stephani simul ac reliquorum episcoporum sententiam ac judicium exponit, ita de Stephano scribens.* Ubi hæc epistola non secunda ad Xystum, sed *secunda de baptismo* dicitur: quia nimirum Eusebius ab eodem Dionysio de eadem re unam ad Stephanum scriptam ante memorarat. Coutant.

2. Περὶ Ἑλένου] Rufinus lib. 7. c. 4. vertit, *ad Firmilianum & Helenum* &c. ac subnexa epistolæ hujus verba prætermittit. Firmilianus epist. 75. ad Cyprianum prædictarum provinciarum episcopos uno *Orientalium* nomine complectens, ait Stephanum modo cum Afris qui in meridie sunt, modo *cum Orientalibus* pacem rupisse. Id.

3. Ἐν ταῖς — συνόδοις] Iconii videlicet ac Synadæ, ut inferius explicatur, habitis, præter ea quæ in Africa celebrata sunt. Id.


4. Προκατηχηθέντας] Interpretatio Valesii, *primum catechumeni fierent*, ideo non placet, quia hinc inducitur lector, ut rebaptizantium judicio, ab hæresi venientes catechumenorum munia prius obire debuerint, quam baptismum perciperent. Certe in concilio Carthaginiensi III. cui Cyprianus præfuit, episcoporum 86. sententias habemus: sed cum eos qui ab hæresi veniunt, baptizandos esse omnes decernant; ut prius catechumeni fiant, nullus petit. Tantum Lucius a Thabeste dixit, *Hæreticos exsecrandos censeo, & ideo exorcizandos & baptizandos esse:* & cap. 37. Vincentius a Thibari, *Primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenerationem tunc possunt ad Christi pollicitationem venire:* manus impositionem, quæ ipso Stephani consensu illis adhibenda erat, exorcismum interpretatus. Isti quidem Afri de doctrina tradenda pariter silent: sed nihil opus erat ut hac de re quidquam præciperetur, cum hæreticum, nisi catholicam profiteatur fidem, recipiendum non esse leges aliæ doceant. Id.

5. Περὶ τούτων] Firmiliano scilicet, Heleno ac sociis, ut eos Stephanus a communione sua minime segregaret. Idem.

6. Περὶ τῶν αὐτῶν] Valesius heic addidit *rebus*, quod verbum cum a Græco absit, neque latine videtur exprimendum. Commode autem illud *de iisdem* dictum intelligere est de Firmiliano & Heleno, quos a communione segregandos Dionysius ac Philemon presbyteri cum Stephano censebant. Id.

7. Περὶ γὰρ κ. τ. λ.] Totum hoc fragmentum Rufinus licentia sibi consueta latine ita convertit: *Cum de ea doctrina, quæ apud Ptolemaidam Pentapoleos civitatem nuper exorta est, plena blasphemiis in Deum patrem & Dominum nostrum Jesum Christum, negans vere esse eum filium Patris, nec primogenitum omnis creaturæ, similiter & Spiritus sancti auferens intellectum: pro quibus cum utræque partes ad me venissent, & præsentibus fratribus quæ commota fuerant discussissent, etiam litteris, prout Deus dedit parvitati meæ, prosecutus sum & scripsi singula quæque diligenter exponens. Quarum tibi exemplaria transmisi.* Id.

Sæcul. III.
circa
Ann. Chr.
258.



EPISTOLA VII.

Quæ est III. de Baptismo,

Ad Philemonem *Xysti presbyterum.*

Apud Eusebium *ibid. cap.* vii.

[1] Ἐγὼ δὲ καὶ τοῖς συντάγμασι καὶ ταῖς παραδόσεσι A τῶν αἱρετικῶν ἐνέτυχον, χραίνων μὲν μου πρὸς ὀλίγον τὴν ψυχὴν ταῖς παμμιάροις αὐτῶν ἐνθυμήσεσιν· ὄνησιν δ᾽ οὖν ἀπ᾽ αὐτῶν ταύτην λαμβάνων, τὸ ἐξελέγχειν αὐτοὺς παρ᾽ ἐμαυτῷ, καὶ πολὺ πλέον βδελύττεσθαι. καὶ δή τινος ἀδελφοῦ τῶν πρεσβυτέρων με ἀπείργοντος καὶ δεδιττομένου [a] συμφύρεσθαι τῷ τῆς πονηρίας [b] αὐτῶ βορβόρῳ· λυμανεῖσθαι γὰρ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ ἀληθῆ γε λέγοντος, ὡς ᾐσθόμην· ὅραμα θεόπεμπτον προσελθὸν ἐπέῤῥωσέ με. καὶ λόγος πρός με γενόμενος προσέταξε διαῤῥήδην λέγων· πᾶσιν ἐντύγχανε οἷς ἂν εἰς χεῖρας λάβοις· διευθύνειν γὰρ ἕκαστα καὶ δοκιμάζειν ἱκανὸς εἶ· καὶ σοι γέγονε τοῦτο ἐξ ἀρχῆς καὶ τῆς πίστεως αἴτιον. ἀπεδεξάμην τὸ ὅραμα, ὡς ἀποστολικῇ φωνῇ B συντρέχον τῇ λεγούσῃ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους, [2] γίνεσθε [c] δόκιμοι τραπεζῖται.

A Ego vero hæreticorum libris legendis ac traditionibus edifcendis operam dabam, ad horam quidem exfecrandis illorum fententiis animum meum coinquinans: hanc tamen ex iis utilitatem percipiens, ut eos apud me refutarem, & multo amplius deteftarer. Et cum frater quidam ex ordine presbyterorum me deterreret, ac vereretur ne eidem nequitiæ cœno commifcerer; quippe animum meum contaminatum iri, aiebat & quidem vere, ut ipfe fentiebam: vifione divinitus miffa confirmatus fum, & fermo ad me factus diferte mihi præcepit dicens, Lege omnia quæcumque in manus venerint: idoneus enim es qui fingula corrigas ac probes: & hinc tibi primum credendi cauffa & B occafio exftitit. Vifionem hanc fufcepi, ut quæ apoftolicæ voci confentiret, quofque majori virtute præditos ita compellanti: [a] *Estote periti nummularii.*

Deinde, inquit Eufebius, *nonnulla de omnibus hærefibus interlocutus fubdit.*

Τοῦτον ἐγὼ τὸν κανόνα καὶ τὸν τύπον παρὰ τοῦ μακαρίου πάπα ἡμῶν Ἡρακλᾶ παρέλαβον. τοὺς [3] γὰρ προσιόντας ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, καί τοι τῆς ἐκκλησίας ἀποστάντας, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀποστάντας, ἀλλὰ συνάγεσθαι μὲν δοκοῦντας, καταμηνυθέντας δὲ ὡς προσφοιτῶντάς τινι τῶν ἑτεροδιδασκαλούντων, ἀπελάσας τῆς ἐκκλησίας, δεομένους οὐ προσήκατο, ἕως δημοσίᾳ πάντα ὅσα ἀκηκόασι παρὰ τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις, ἐξ- C

Hanc ego regulam & formam a beato papa noftro Heracla accepi. Eos enim qui ab hærefibus veniebant, etiamfi ab Ecclefia defeciffent, immo nec defeciffent, fed cum cœtus fidelium frequentare viderentur, infimulati effent quod perverfæ doctrinæ magiftros audituri adirent; ejectos ab Ecclefia, poft multas preces non prius admifit, quam C quæcumque ab adverfariis audierant, palam publi-

a I. Theff. V. 21.

1. Ἐγὼ δέ] Fragmentis fuperioris epiftolæ iftud Eufebius proxime fubnectit his verbis: *In epiftola ad Philemonem Romanum presbyterum, quæ inter eas quas de baptifmo fcripfit eft tertia*, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν περὶ βαπτίσματος, *idem Dionyfius hæc refert.* Nempe recenfetur prima ad Stephanum, fecunda fuperior ad Xyftum, hæc tertia: eoque ordine notat Eufebius hanc epiftolam ad Philemonem fuperiori ad Xyftum non effe anteriorem. Quocirca defendi nequit opinio Baronii, qui fragmentum iftud ex epiftola fub Stephano fcripta excerptum arbitratur. Neque tamen præmiffa ad Xyftum pofterior eft, utpote cujus Dionyfius in ea ipfa n. 2. meminit. Quapropter utramque cenfemus fimul miffam. Nec alia de cauffa hanc in illa commemoratam exiftimamus, nifi ut cum Xyfto communicaretur. D Et hæc igitur ad Xyftum aliquo modo pertinet: ideoque fragmenta ejus nobis ab Eufebio tranfmiffa heic exhibere noftri videtur inftituti. Illa autem eo exhibemus libentius, quod ad quæftionem de baptifmo illuftrandam non parum conferant. Coutant.

2. Γίνεσθε δόκ. τραπ.] Verba eadem plurimi patres, a Cotelerio in lib. 2. Conftit. apoft. c. 36. fumma diligentia collecti, velut Chrifti aut Apoftoli laudant. In noftris tamen feu græcis feu latinis exemplaribus defiderantur. Eorum loco Rufinus, quem propterea ingentis confidentiæ arguit Cotelerius, fubftituere non dubitavit, *Omnia legite, quæ bona funt tenete*, quomodo fcilicet fententiam Paulli 1. Theff. 5. 21. Auguftinus lib. de nat. & grat. cap. 39. profert. Id.


3. Τοὺς γὰρ προσ.] Tres hominum claffes iftic a Dionyfio videntur inftitui: prima eorum, qui apud hæreticos nati & ab illis baptizati, ad Ecclefiam veniebant; altera E eorum qui redibant ad Ecclefiam, a qua palam defecerant; poftrema nonnullorum, qui licet ecclefiæ cœtus frequentare non defitiffent, clam tamen conveniebant hæreticos, eofque velut magiftros audiebant. Quod fi ita eft, ftare nequit quod Hieronymus lib. de fcript. eccl. c. 79. fcribit de Dionyfio Alexandrino: *Hic in Cypriani & Africanæ fynodi dogma confentiens, de hæreticis rebaptizandis ad diverfos plurimas mifit epiftolas.* Ifte quippe præful fingulos proxime memoratos ad Ecclefiam venientes, nullo illorum baptifmo iterato a fe decefforis ac præceptoris fui exemplo fufceptos declarat. Verum poftulare videtur fragmenti hujus claufula, ut & ea quæ antecedunt, ad illos unos referamus, qui ab Ecclefia catholica ad hærefim defecerant. Ut ut eft, hac in re Hieronymi teftimonio inferior non eft auctoritas Bafilii Cæfareæ epifcopi, qui quidem epift. canon. ad Amphiloch. c. 5. hæreticorum baptifmum a Dionyfio Alexandrino fufceptum effe docet; ac mirari fe ait, quo pacto tantus antiftes, canonum peritia præditus, ne Pepuzenorum quidem baptifma, tametfi *in Patrem & Filium & Montanum Prifcillamque baptizabant*, rejiceret. Sic porro loquitur Bafilius, non quia baptifmum in nomine Patris & Filii & Montani ac Prifcillæ conferebant Montaniftæ: fed quia Spiritus fancti vocabulo Montanum ac Prifcillam, per quos Spiritum fanctum locutum ac perfectius datum effe prædicabant, intelligere cenfebantur Spiritum fanctum. Infiftit nempe Bafilius veftigiis decefforis fui Firmiliani, a quo iidem hæretici credere arguuntur *Spiritum per Montanum & Prifcillam* (apud Cyprian. legitur *Prifcam*) *locutum*; adeoque *non veritatis Spiritum, fed erroris.* Denique ab iterando baptifmo, feu a Cypriani Africanæque fynodi dogmate quantum abhorreret Dionyfius, fequens ejus ad Xyftum epiftola ix. comprobabit. Id.

a Συμφύρεσθαι] Quum jamdudum conjeciffem legendum effe συμφύρεσθαι, tandem conjecturam meam confirmavit editio Georgii Syncelli, apud quem ita diferte fcriptum habetur. Vales. — Al. συμφέρεσθαι.

b Αὐτῷ] Stephanus legit αὐτῶν. Atque ita legiffe videtur Valefius; vertit enim: *Veritus ne forte nequitiæ illorum cœno commifcerer.*

c Γίνεσθε δόκ. τραπ.] De hac celebri fententia Fabricius quoque poft Cotelerium plura obfervavit in *Cod. apocr. Nov. Teft.* tom. I. pag. 330. feq.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



ἔφρασαν· καὶ τότε [1] συνήγαγεν αὐτὺς, [2] ὐ δεηθεὶς ἐπ' αὐτῶν ἑτέρυ βαπτίσματος. τῦ γὰρ ἁγίυ πνεύματος πρότερον [3] παρ' αὐτῦ τετυχήκεσαν.

A ceque enarraffent. Tum demum ad cœtus fidelium eos admifit, nequaquam ab eis petens ut baptifmum iterato fufciperent. Quippe jam antea Spiritum fanctum ab ipfo acceperant.

Rurfus hac quæftione abunde ventilata fubjicit.

Μεμάθηκα καὶ τῦτο· ὅτι μὴ νῦν οἱ ἐν Αφρικῇ μόνον τῦτο παρεισήγαγον, ἀλλὰ καὶ πρὸ πολλῦ [4] κατὰ τὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπυς ἐν ταῖς πολυανθρωποτάταις ἐκκλησίαις, καὶ ταῖς συνόδοις τῶν ἀδελφῶν, ἐν Ικονίῳ καὶ Συνάδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς τῦτο ἔδοξεν· ὧν τὰς βυλὰς ἀνατρέπων, εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν αὐτὺς ἐμβαλεῖν ὐχ ὑπομένω. ὐ γὰρ μετακινήσεις, φησὶν, ὅρια τῦ πλησίον σῦ, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σῦ.

Illud præterea didici, non nunc primum apud Afros tantum hunc morem fuiffe invectum, fed & multo antea fuperiorum epifcoporum temporibus apud populofiffimas ecclefias; idque fynodis fratrum Iconii & Synadæ habitis, nec non quam plurimis placuiffe. Quorum fubvertens fententias, in jurgia eos & contentiones conjicere nolim. Dictum eft enim: [a] *Non transferes terminos proximi tui,* B *quos pofuerunt patres tui.*

EPISTOLA VIII.

Quæ eft IV. de Baptifmo.

Ad DIONYSIUM, *tum Xyfti presbyterum, ac poftea ejus fucceſſorem.*

Apud EUSEBIUM *ibid. cap.* VIII.

Νουατιανῷ [5] μὲν γὰρ εὐλόγως ἀπεχθανόμεθα, διακόψαντι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τινας τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀσεβείας καὶ βλασφημίας ἑλκύσαντι, καὶ περὶ τῦ Θεῦ διδασκαλίαν ἀνοσιωτάτην ἐπεισκυκλήσαντι· καὶ τὸν χρηστότατον κύριον ἡμῶν Ιησῦν Χριστὸν ὡς ἀνηλεῆ συκοφαντῦντι· ἐπὶ πᾶσι δὲ τύτοις [6] τὸ λυτρὸν ἀθετῦντι τὸ ἅγιον· καὶ τήν τε πρὸ αὐτῦ πίστιν καὶ ὁμολογίαν ἀνατρέποντι· τό τε πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ αὐτῶν, εἰ καί τις ἦν [7] ἐλπὶς τῦ παραμεῖναι ἢ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτὺς, παντελῶς φυγαδεύοντι.

NAm Novatianum merito averfamur, qui Ecclefiam difcidit & ex fratribus quofdam ad impietatem & blafphemias pertraxit; qui impiiffimam de Deo doctrinam in orbem invexit, & clementiffimum Dominum noftrum Jefum Chriftum quafi immifeC ricordem calumniatur; ac præter hæc omnia facrum lavacrum irritum habet ac rejicit, fidemque & confeffionem, quæ baptifmo præmittuntur, fubvertit, & Spiritum fanctum ab iis penitus fugat, etiamfi fpes aliqua fubfit, vel quod in illis permanferit, vel quod ad eos reverfus fit.

a Deut. XIX. 14.

1. Συνήγαγεν] Valefius & fuperius verbum *συνάγεσθαι cum fratribus communicare*, & nunc *συνήγαγεν ad communionem admifit*, latine convertit. Utrumque cœtus fonat vel quos quifpiam adit, vel quibus copulatur. Quocirca iftud *συνήγαγεν* vertere liceret, cœtibus (fubaudito *catholicis*) *copulavit*. Cui loquendi rationi concinens Siricius epift. 1. ad Himer. c. 1. dicit: Hos *per invocationem folam feptiformis Spiritus, epifcopalis manus impofitione, catholicorum* CONVENTUI SOCIAMUS. Et Leo epift. 2. ad Rufticum c. 18. *Per manus impofitionem, invocata virtute Spiritus fancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt*, CATHOLICIS COPULANDI *funt*. COUTANT.

2. Οὐ δεηθεὶς] Apud Valef. *Nequaquam exiftimans iterato baptifmate eis opus effe*. ID.

3. Παρ' αὐτῦ] Videlicet Heracla, qui baptifmum eis contuliffe ponitur. Iis etiam, qui apud hæreticos baptizati funt, collatus quodam modo dici poteft Spiritus fanctus, ad accipiendum videlicet facramentum, non ad percipiendam facramenti gratiam, quam ab hæreticis percipi poffe negant etiam illi patres, qui hæreticorum baptifma fufcipiunt. Acceptum quippe facramentum, remoto erroris obice quo virtus ejus fufpenfa tenebatur, & *fupplemento ejus quod deerat accedente*. ut loquitur jam non femel laudatus Anonymus Lab. tom. 1. conc. pag. 775. hoc eft, ut ejufdem verbis utar, *fide poftmodum fincerata* prorfufque purgata, integritatem tandem fuam confequitur. ID.


4. Κατὰ τὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκ.] Cyprianus epift. 71. ad Quintum & epift. 2. ad Stephanum ab Agrippino invectum fatetur, Firmilianus vero epift. 75. ad Cyprian. in Oriente confirmatum docet *in Iconio, qui Phrygiæ locus eft*, cum eo conveniffent epifcopi *ex Galatia & Cilicia & ceteris finitimis regionibus*. Cum autem hunc Dionyfii locum Eufebius hiftoriæ fuæ inferuerit, Cyprianum ejus fententiæ, quæ hæreticos rebaptizari volebat primum auctorem nequiit cenfere, licet illius verba lib. 7. c. 2. hoc fonare videantur. ID.

5. Νουατ.] Ex verbis epiftolæ fuperioris colligere eft, eo ipfo tempore, quo Stephanus papa de hæreticis non rebaptizandis fcripfit, Philemonem ac Dionyfium presbyteros eadem de re litteras ad Dionyfium Alexandrinum mififfe. Iifdem quoque Dionyfius Alexandrinus primo paucis, ac deinde cum jam Stephano Xyftus fucceffiffet, pluribus refcripfit; & quidem feparatim, ut ex eo conficitur, quod epiftola quæ ad Philemonem refcripta eft, *tertia de baptifmo*: & quæ ad Dionyfium, *quarta* ab Eufebio appel- D letur. De hac porro idem Eufebius ita præloquitur: *Quarta ejus* (Dionyfii) *de baptifmo epiftola ad Dionyfium fcripta eft, tunc quidem Romanæ urbis presbyterum, fed qui aliquanto poft tempore ejufdem urbis epifcopus conftitutus eft. Ex qua hunc ipfum Romanum Dionyfium eruditiffimum planeque admirandum virum fuiffe teftimonio Dionyfii Alexandrini licet cognofcere*. Tum hæc præfatus, fubnexum fragmentum fubjicit. ID.

6. Τὸ λυτρὸν ἀθετ.] Quocirca in epift. 73. Cypriani ad Jubaianum legimus, *Novatianenfes rebaptizare eos, quos a nobis folicitant*. Et apud Auguftinum, append. tom. 3. antiquus auctor vet. & nov. Teftam. quæft. 102. de ipfo Novatiano ait: *In tantum irafcitur nobis, ut & nos Chriftianos neget*, (ideoque baptifmum nobis iterandum cenfeat,) *cum fciat nos ea fide initiatos, de qua ipfe præfumit*. Quibus concinit illud vulgati Ambrofii Comment. in 1. Cor. cap. 1. *Sic enim erant, ficut nunc Novatiani & Donatiani, qui baptifmum fibi vindicant, a noftris baptizatos reprobantes*. ID.

E 7. Ελπὶς] Græca vox ἐλπὶς interdum pro opinione ufurpatur. Et heic quidem conftructio ejus cum verbo præteriti temporis poftulare videtur, ut illam ea ratione intelligamus. Neque vero cum Valefio hunc locum de lapfis in idololatriam, fed de Catholicis a Novatiano fubverfis interpretamur; quorum ille baptifmum exfufflans, Spiritum fanctum facramenti hujus munere acceptum fugabat, quamvis in eorum aliquibus, antequam fubverterentur, Spiritum fanctum vel permanfiffe per innocentiam, vel per pœnitentiam rediiffe credibile fit. Ita nihil opus eft ut cum Valefio quæramus, *In lapfis quomodo poteft remanere Spiritus fanctus?* ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



EPISTOLA IX.

Quæ est V. de Baptismo,

Ad XYSTUM II. *Papam.*

Apud EUSEBIUM *ibid. cap.* IX.

[1] ΚΑὶ γὰρ ὄντως, ἀδελφὲ, συμβουλῆς δέομαι, καὶ γνώμην αἰτῶ παρὰ σοῦ, τοιούτου τινός μοι προσελθόντος πράγματος, δεδιὼς μὴ ἄρα σφάλλωμαι. τῶν γὰρ συναγομένων ἀδελφῶν πιστὸς νομιζόμενος ἀρχαῖος καὶ πρὸ τῆς ἐμῆς χειροτονίας, οἶμαι δὲ καὶ πρὸ τῆς τοῦ μακαρίου Ἡρακλᾶ καταστάσεως τῆς συναγωγῆς μετασχὼν, τοῖς [a] ὑπόγυιον βαπτιζομένοις παρατυχὼν, καὶ τῶν ἐπερωτήσεων καὶ τῶν ἀποκρίσεων ἐπακούσας, προσῆλθέ μοι κλαίων καὶ καταθρηνῶν ἑαυτόν. καὶ πίπτων πρὸ τῶν ποδῶν μου, ἐξομολογούμενος μὲν καὶ ἐξομνύμενος [2] τὸ βάπτισμα, ὃ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς βεβάπτιστο, μὴ τοιοῦτον εἶναι, μηδὲ ὅλως ἔχειν τινὰ πρὸς τοῦτο κοινωνίαν· ἀσεβείας γὰρ ἐκεῖνο καὶ βλασφημιῶν πεπληρῶσθαι· λέγων δὲ πάνυ τι τὴν ψυχὴν νῦν κατανενύχθαι, καὶ μὴ δὲ παῤῥησίαν ἔχειν ἐπᾶραι τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸν Θεὸν, ἀπὸ τῶν ἀνοσίων ἐκείνων [3] ῥημάτων καὶ πραγμάτων ὁρμώμενος· καὶ διὰ τοῦτο δεόμενος τῆς εἰλικρινεστάτης ταύτης καθάρσεως καὶ [4] παραδοχῆς καὶ χάριτος τυχεῖν. ὅπερ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐτόλμησα ποιῆσαι, φήσας αὐτάρκη τὴν πολυχρόνιον αὐτῷ κοινωνίαν εἰς τοῦτο γεγονέναι. εὐχαριστίας γὰρ ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ [5] ἀμὴν, καὶ τραπέζῃ παραστάντα, καὶ χεῖρας [6] εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα, καὶ ταύτην καταδεξάμενον, καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετασχόντα ἱκανῷ χρόνῳ, οὐκ ἂν [7] ἐξ ἀρχῆς ἀνασκευάζειν

A VEre etenim, frater, consilio opus habeo, & sententiam tuam expeto, ne forte hallucinær, super negotio quod mihi tale accidit. Quidam ex fratribus qui ad ecclesiam conveniunt, jam pridem pro fideli habitus, & qui ante meam ordinationem, ac ni fallor, ante ipsius quoque Heraclæ episcopatum cœtus fidelium particeps fuerat, cum interfuisset baptismo eorum qui nuper baptizabantur, & interrogationes responsionesque audisset, ad me accessit flens & vicem suam ingemiscens. Pedibusque meis advolutus, confiteri atque dejerare cœpit, baptismum quo apud hæreticos initiatus fuerat, non hujusmodi esse, neque quidquam omnino habere cum hoc nostro commune: quippe B plenum fuisse impietatis & blasphemiæ. Ajebatque animum suum acerbissimo doloris sensu compungi, ac ne oculos quidem ad Deum attollere se audere, quod sceleſtis illis verbis ac rebus initiatus fuisset. Quapropter exorabat, ut hoc purissimo lavacro susceptione & gratia donaretur. Quod ego quidem facere non sum ausus; sed diuturnam illi communionem ad id satis fuisse dixi. Nam qui gratiarum actionem audierit, & qui cum ceteris responderit Amen; qui ad sacram mensam adstiterit, & manus ad suscipiendum sanctum cibum porrexerit, atque illum exceperit, & corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi particeps fuerit diutissi-

1. Καὶ γὰρ ὄντως] De hac epistola Eusebius ita præloquitur: *Exstat & quinta ejusdem epistola ad Xystum Romanæ urbis episcopum, in qua postquam adversus hæreticos multa disseruit, hujusmodi quiddam sua ætate contigisse narrat.* In ea autem narrat Dionysius quod nuper contigerat, cum baptisma publice ac solemniter tradidisset. Unde hanc epistolam paullo post Pascha, vel certe Pentecosten, anni 258. scriptam esse colligitur. COUTANT.

2. Τὸ βάπτ.] Rufinus hæc ita reddidit: *baptisma ab hæreticis aliter se suscepisse; quod tamen secundum ea quæ nunc videret a nobis ministrari, nec baptisma duceret, eo quod esset repleta blasphemiis omnis illa confessio.* Dionysii ejusque decessorum ævo in Alexandrina ecclesia, ut baptismo non iterato susciperentur hæretici, usu receptum fuisse ex hoc loco evidenter conficitur. Illud quoque notandum, scrupulum homini de baptismo suo non ideo injectum, quia eum ab hæreticis, sed quia sub aliena forma, ut existimabat, suscepisset. Baptisma enim aliis verbis aut rebus, quam quæ Christus præscripsit, numquam in Ecclesia pro Christi baptismate, adeoque nec pro vero baptismo, habitum est. Non aliter sentiebat Dionysii decessor, etsi forsitan culpandus, quod hominem ab hæresi venientem, qua ratione baptizatus esset, interrogare neglexit. Hujusmodi incommodum ut caveretur deinceps, anno 314. concilium Arelatense can. 8. constituit, *ut si ad Ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogent eum Symbolum; & si perviderint eum in Patre & Filio & Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum sanctum; quod si interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur.* ID.

3. Ῥημάτων καὶ πραγμ.] Valesius, *verbis ac cærimoniis*. Heic religioni est a græco tantisper discedere. Quinam vero essent hæretici, quæ res ac verba quibus baptismum administrabant, ut exposuisset Dionysius, nemo non desideraret. Sed nec forte ipse ab eo qui de baptismo suo ambigebat, quidquam nisi generalibus verbis ediscere potuerat. ID.

4. Παραδοχῆς] Christophors. *susceptione in Ecclesiam*. Musculus simpliciter *susceptione*: quam interpretationem sibi magis probari Valesius in notis declarat; quia in baptismo Deus nos tamquam filios suscipiat. Ipse in Eusebii textu præfert, *verissimaque adoptione*. Nos autem hunc locum sic intelligendum censemus, quasi legeremus, ut

C non modo *susceptione* qua gaudebat in Ecclesiam receptus, sed & *gratia* qua se privatum dolebat, *donaretur*. Ex hac Rufin interpretatione, *Propter quod exorabat mundari se & purificari ecclesiastico baptismate, ut & gratiam consequi posset Spiritus sancti*, illum legisse liquet παραδοχῆς χάριτος, sine media particula καὶ. Quæ lectio si vera est, latine vertendum erit *perceptione gratiæ*. ID.

5. Ἀμὴν] His consentanea sunt ista Justini martyris Apolog. 1. num. LXV. *Ubi absolvit* (sacerdos) *preces, & Eucharistiam perfecit, omnis populus qui adstat, succlamat dicens, Amen.* οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων, Ἀμήν. Quocirca Justinianus imp. Novel. 137. c. 6. *Jubemus*, inquit, *omnes episcopos & presbyteros non in secreto, sed cum ea voce quæ a fidelissimo populo exaudiatur, divinam oblationem .... facere.* Et mox, *Si solum benedicis spiritu, is qui idiotæ locum implet, quomodo tuæ gratiarum actioni subjiciet sanctum illud Amen?* Jam quidem superius pag. 346. not. 2. observavimus, fideles D sacerdoti eucharistiam sibi tradenti, ac dicenti *Corpus Christi*, aut *Sanguis Christi*, respondere olim consuevisse *Amen*. At Dionysium de responsione *Amen* quæ consecrationis verbis subjiciatur, modo loqui orationis ejus series persuadet. Ab eo certe dictum narrat, quem postea ad altare percipiendæ eucharistiæ gratia inducit. Jam vero antiquatum morem revocare privati non est: sed alterum diutino usu nunc receptum vir humilitatis ac pacis studiosus semper prætulerit. Satis habebit, cum ad eum venerit sacræ liturgiæ locum, ubi antiqui respondere solebant *Amen*, eam fidem quam illi hac voce exprimebant, sincero mentis affectu firmare, ut ex Ambrosii lib. de myster. cap. 9. consilio, quod os olim loquebatur dicens, *Amen, hoc est verum est*, nunc *mens intenta fateatur*. ID.

6. Εἰς ὑποδοχ.] Et hic usus, quo fideles Christi corpus manibus excipere solebant, antiquatus est, sed nulla lege abrogatus legitur. Eum saltem ad sæculum sextum in Galliis perseverasse Mabillonius noster lib. 1. Liturg. E Gallic. cap. 5. n. 25. ex libro 10. Gregorii Turon. cap. 8. colligit. ID.

7. Ἐξ ἀρχῆς ἀνασκευάζειν] An Dionysio responderit Xystus, ejusque scrupulum exemerit, nobis ignotum. Forte etiam huic papæ rescribendi opportunitatem persecutio ac mors non multo post interveniens sustulit. At eum qui præscriptis a Christo verbis baptizatus non fuisset,

a Ὑπόγυιον] Sic leg. cum Stephano. Edit. Valesf. ὑπόγυον. Et mox, καὶ ἀποκρ.

ἔτι τολμήσαιμι· θαρσεῖν δὲ ἐκέλευον, καὶ μετὰ βεβαίας πίστεως, καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως τῇ μετοχῇ τῶν ἁγίων προσιέναι. ὁ δὲ οὔτε πενθῶν παύεται· πέφρικέ τε τῇ τραπέζῃ προσιέναι· καὶ μόλις παρακαλούμενος συνεστάναι ταῖς προσευχαῖς ἀνέχεται,

A me, cum adhuc de integro renovare non ausus fuerim. Porro illum bono animo esse jussi, & cum firma fide ac bona conscientia accedere ad Sancta, & participem eorum fieri. Verum ille lugendi finem non facit, & ad mensam accedere exhorrescit, vixque rogatus interesse orationibus sustinet.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

E P I S T O L A X.

Adversus GERMANUM *episcopum*,

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* VI. *cap.* XL. & *lib.* VII. *cap.* XI.

ΕΓὼ δὲ καὶ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λαλῶ, καὶ αὐτὸς οἶδεν ὅτι οὐ ψεύδομαι· οὐδεμίαν [1] ἐπ' ἐμαυτοῦ βαλλόμενος, οὐδὲ ἀθεεὶ πεποίημαι τὴν φυγήν· [2] ἀλλὰ καὶ πρότερον τοῦ κατὰ Δέκιον προτεθέντος διωγμοῦ, Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας [3] Φρουμεντάριον ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου. κἀγὼ μὲν τεσσάρων ἡμερῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔμεινα, τὴν ἄφιξιν τοῦ Φρουμενταρίου προσδοκῶν· ὁ δὲ πάντα μὲν περιῆλθεν ἀνερευνῶν· τὰς ὁδοὺς, τοὺς ποταμοὺς, τοὺς ἀγρούς· ἔνθα κρύπτεσθαί με ἢ βαδίζειν ὑπενόησεν. ἀορασίᾳ δὲ εἴχετο, μὴ εὑρίσκων τὴν οἰκίαν· οὐ γὰρ ἐπίστευεν οἴκοι με [4] διωκόμενον μένειν. καὶ μόλις μετὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν κελεύσαντός μοι μεταστῆναι τοῦ Θεοῦ, καὶ παραδόξως ὁδοποιήσαντος· ἐγώ τε [5] καὶ οἱ παῖδες καὶ πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν, ἅμα συνεξήλθομεν· καὶ ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἔργον ἐκεῖνο γέγονε, τὰ ἑξῆς ἐδήλωσεν· ἐν οἷς τάχα τισὶ γεγόναμεν χρήσιμοι.

I. EGO vero coram Deo loquor: & ipse scit me nequaquam mentiri: numquam mea sponte, nec sine Dei nutu fugam inii. Sed & prius, cum
B persecutionis edictum sub Decio propositum fuisset, Sabinus Frumentarium qui me requireret, eodem temporis momento misit. Atque ego quidem quatriduo domi mansi, adventum exspectans Frumentarii. Ille vero omnia circumeundo perscrutabatur: vias, fluvios, agros; ubi me occultari aut qua transiturum esse suspicabatur. Verum caligo quædam ei obtutum ademerat, ne domum reperiret. Neque enim opinabatur me domi consistere, grassante adversus me persecutione. Vixque post diem quartum, cum Deus mihi ut alio migrarem præcepisset, ac præter opinionem omnium viam aperuisset; ego & famuli, multique ex fratribus simul egressi sumus. Atque id divinæ providentiæ opus fuisse, rerum eventus post-
C ea declaravit: siquidem nonnullis fortasse haudquaquam inutiles fuimus.

Εἶτα τινὰ μεταξὺ εἰπὼν, τὰ μετὰ τὴν φυγὴν αὐτῷ συμβεβηκότα δηλοῖ, ταῦτα ἐπιφέρων. ἐγὼ μὴν γὰρ περὶ ἡλίου δυσμὰς ἅμα τοῖς σὺν ἐμοὶ γενόμενος

II. *Deinde paucis interpositis, ea quæ ipsi post fugam contigerunt, subjungit his verbis.* Ego quidem circa solis occasum una cum comitibus meis

baptizandum esse superius allatus Arelatensis concilii can. 8. clare decidit. Quocirca & Nicænum concilium can. 19. Paulianistas ad Ecclesiam venientes baptizari voluit: *quia* inquit Innocentius epist. 16. ad Macedonas cap. 10. *hæretici illi in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti minime baptizabant*: adeoque nullum erat hujusmodi baptisma. *Quis enim*, inquit Augustinus lib. 6. de bapt. cont. Donat. c. 25. *nesciat non esse baptismum Christi, si verba evangelica quibus symbolum constat, defuerint?* Christi tamen
D generale præceptum est, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua* &c. nec cuiquam, ab Evangelii prædicatione, salutem sperandam censet Ecclesia, nisi qui hoc præceptum re vel voto impleverit. Quantumvis frequentarit quis fidelium cœtus, ibique corporis ac sanguinis Christi particeps fuerit, de gratia Spiritus sancti ab eo percepta nemo certior esse potest, quam de hoc munere tum Cornelio tum sociis ejus indulto certus fuit Petrus: qui nihilo minus eos omnes, quos Spiritu sancto plenos conspiciebat, baptizandos esse non dubitavit: *ut nihil prætermissum videretur*, inquit Cyprianus epist. 2. ad Steph. n. 1. *quominus per omnia divini præcepti atque Evangelii legem apostolica magisteria servarent*. Nec ambigendum mihi videtur, quin hoc ipsum Dionysio exploratum fuerit. Inde igitur angebatur potius, quod cum is qui se rebus ac verbis aliis baptizatum dicebat, nulla certa ratione istud comprobaret, baptismum præter apostolicam doctrinam iterare vereretur. Eum nem-
E pe in se expertus est iterationis baptismi horrorem, quem fidelium animis insitum esse postea Augustinus lib. 5. de bapt. cont. Donat. c. 5. testatus est. Et in hac dubitatione æstuans, de homine prædicto id sentire maluit, quod de aliis in Ecclesia non baptizatis Cyprianus epist. 73. ad Jubaianum sentire se dixit: *Potens est Dominus misericordia sua indulgentiam dare, & eos qui ad Ecclesiam simpliciter* (sine baptismo) *admissi, in Ecclesia dormierunt, ab Ecclesiæ suæ muneribus non separare*. Subinde vero formidinem hujusmodi Leo epist. 135. ad Neonem levavit: ubi præmittens, *In primis itaque providere debemus, ne dum speciem quamdam cautionis tenemus, damnum regenerandarum incidamus animarum*, fatetur quidem deinde, *inexpiabile esse facinus, lavacrum quod regenerandis semel tributum est, bis subire*; verum mox nihilo minus addit: *Sed in hoc* (quem vere baptizatum nemo scit,) *nihil simile formidatur; quoniam non potest in iterationis crimen venire, quod factum esse omnino nescitur*. Porro de baptismo cujus caussa Dionysius Xystum sibi consulendum duxerat, illud certo constabat, eum ab hæreticis fuisse collatum. Nec dubium quin si homo sic baptizatus Cyprianum & eos qui cum illo Africana in synodo convenerant, adiisset, hunc baptizandum esse statim decrevissent. Et inde igitur Dionysium cum iisdem minime consensisse confirmatur. Hinc certe constat hominem illum qui baptizatus ab hæreticis
D fuerat, ab Heracla in Ecclesiam sine novo baptismo fuisse admissum. Ipse vero Dionysius Heraclæ in recipiendis hæreticis morem sequi se conceptis verbis profitetur. COUTANT.

1. Ἐπ' ἐμαυτοῦ] In codice Fuk. & in Chronico Georgii Syncelli, ubi hæc Dionysii epistola refertur, legitur ἐπ' ἐμαυτῷ βαλλόμενος. In codice autem Maz. & Med. scriptum inveni, ἐπ' ἐμαυτὸν βαλλόμενος. Sic Herodotus dixit, βαλλόμενος ἐφ' ἑαυτοῦ πέπρηχε, id est, *se ipsum in consilium adhibens, sua sponte & proprio motu*. Pæne omiseram monere, initium hujus epistolæ in codice Medicæo ita legi, ἐγὼ δὲ ἐνώπιον, &c. quod quidem rectius mihi videtur. Musculus verba, illa, καὶ ἐνώπιον usque ad οὐδεμίαν, parenthesi includit. Sed nihil necesse est, quippe cum ante οὐδεμίαν ponenda sit distinctio, ut habent omnes MSS. codices. Scribendum etiam est οὐδὲ μίαν ex MSS. codicibus Maz. Med. & Fuk. VALES.


2. Ἀλλὰ καὶ πρότερον] Pessime hæc vertit Christophorso-
E nus, qui πρότερον τοῦ διωγμοῦ dici putavit, quod tamen Græci sermonis proprietas non admittit. Sed & sequentia Dionysii verba hujusmodi sensum prorsus respuunt. Sequitur enim αὐτῆς ὥρας, id est eodem tempore, quo edictum persecutionis erat propositum. διωγμὸς enim a Dionysio heic sumitur pro edicto persecutionis. ID.

3. Φρουμεντάριον] Frumentarii milites erant, qui ad investigandos reos & ad colligendos rumores, per provincias mittebantur: quos tandem Constantinus abolevit, ut scribit Aurelius Victor. Hi etiam Judicibus, seu Rectoribus provinciarum inserviebant. Ita Frumentarius ille cujus hoc loco meminit Dionysius, deputatus erat ad obsequium Sabini Præfecti Augustalis. ID.

4. Διωκόμενον μένειν] In codice Maz. Med. & Fuk. legitur διωκόμενον ἔχειν; & paullo ante οὐ γὰρ ἐπίστευσεν. ID.

5. Καὶ οἱ παῖδες] Musculus & Christophorsonus verterunt *liberi*, quod non probo. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



ὑπὸ τοῖς στρατιώταις, εἰς Ταπόσιριν ἤχθην· ὁ δὲ Τιμόθεος κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἔτυχε μὴ παρὼν, μὴ δὲ καταληφθείς· ἐλθὼν δὲ ὕστερον, εὗρε τὸν οἶκον ἔρημον· καὶ φρουροῦντας αὐτὸν ὑπηρέτας· ἡμᾶς δὲ ἐξηνδραποδισμένους.

A a militibus comprehensus, Taposirim perductus sum. Timotheus vero, Deo ita disponente, tum quidem non adfuit, nec comprehensus est. Sed cum postea advenisset, domum vacuam reperit, & satellites qui eam custodiebant: nos vero in servitutem abductos.

Καὶ μεθ' ἕτερά φησι. καὶ τίς ὁ τῆς θαυμασίας οἰκονομίας αὐτοῦ τρόπος; τὰ γὰρ ἀληθῆ λεχθήσεται· [1] ἀπήντα τις τῶν χωριτῶν ὑποφεύγοντι τῷ Τιμοθέῳ καὶ τεταραγμένῳ· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπείξεως ἐπύθετο. ὁ δὲ τἀληθὲς ἐξεῖπε. κἀκεῖνος ἀκούσας (ἀπῄει δὲ εὐωχησόμενος γάμους· διαπαννυχίζειν γὰρ αὐτοῖς ἐν ταῖς τοιαύταις συνόδοις ἔθος) εἰσελθὼν ἀπήγγειλε τοῖς κατακειμένοις. οἳ ὁρμῇ μιᾷ καθάπερ [2] ἀπὸ συνθήματος πάντες ἐξανέστησαν· καὶ δρόμῳ φερόμενοι τάχιστα ἧκον· ἐπιστάντες τε ἡμῖν, ἠλάλαξαν. καὶ φυγῆς εὐθέως τῶν φρουρούντων ἡμᾶς στρατιωτῶν γενομένης, ἐπέστησαν ἡμῖν ὡς εἴχομεν [3] ἐπὶ τῶν ἀστρώτων σκιμπόδων κατακειμένοι· κἀγὼ μὲν (οἶδεν ὁ Θεὸς) ὡς λῃστὰς εἶναι πρότερον ἡγούμενος ἐπὶ σύλησιν καὶ ἁρπαγὴν ἀφικομένους, μένων ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἧς ἤμην γυμνὸς, ἐν τῷ λινῷ ἐσθήματι· τὴν δὲ λοιπὴν ἐσθῆτα παρακειμένην αὐτοῖς ὤρεγον. οἱ δὲ ἐξανίστασθαί τε ἐκέλευον καὶ τὴν ταχίστην ἐξιέναι. καὶ τότε συνεὶς ἐφ' ᾧ παρῆσαν, ἀνέκραγον δεόμενος αὐτῶν καὶ ἱκετεύων ἀπιέναι καὶ ἡμᾶς ἐᾶν· εἰ δὲ βούλονταί τι χρηστὸν ἐργάσασθαι, τοὺς ἀπάγοντάς με φθάσαι, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοὺς τὴν ἐμὴν ἀποτεμεῖν ἠξίουν. καὶ τοιαῦτα βοῶντος, ὡς ἴσασιν κοινωνοί μου καὶ μέτοχοι πάντων γενόμενοι, ἀνίστασαν πρὸς βίαν. κἀγὼ μὲν παρῆκα ἐμαυτὸν ὕπτιον εἰς τοὔδαφος. οἱ δὲ διαλαβόντες χειρῶν καὶ ποδῶν, σύραντες ἐξήγαγον. ἐπηκολούθουν δέ μοι οἱ τούτων πάντων γενόμενοι μάρτυρες· Γάϊος· Φαῦστος· Πέτρος· Παῦλος· [4] οἱ καὶ ὑπολαβόντες με φοράδην ἐξήγαγον τοῦ πολιχνίου· καὶ ὄνῳ γυμνῷ ἐπιβιβάσαντες ἀπήγαγον.

III. *Et aliquanto post*: Quisnam vero, *inquit*, divinæ illius dispositionis ordo ac modus fuit? Dicam enim quæ vera sunt. Aufugienti & perturbato Timotheo agrestis quidam occurrens, caussam festinationis percontatur. Ille rem, ut erat, exposuit. Rusticus re audita (pergebat tunc forte ad nuptiale convivium: solent enim in hujusmodi conviviis totam noctem pervigilare) ingressus rem discumbentibus narrat. B Qui confestim quasi signo dato, omnes uno impetu consurrexerunt: & concito cursu in nos irruentes, clamorem ediderunt. Continuo satellitibus, qui nos custodiebant in fugam versis, supervenientes, nos, ut eramus nudis in grabatis jacentes deprehenderunt. At primo quidem aspectu (Deum testor) latrones esse existimans qui spoliandi ac diripiendi caussa venissent, manens in lectulo meo nudus, sola opertus linea tunica, reliquam vestem quæ juxta me posita erat, eis porrexi. At illi consurgere me & quam celerrime proficisci jusserunt. Tunc demum intelligens, cujus rei gratia venissent, vociferari cœpi: rogans atque obtestans ut abirent, nosque illic dimitterent. C Quod si de nobis bene mereri vellent, orabam ut eos qui me abducebant satellites prævenirent, ipsique caput mihi demerent. Hæc me vociferantem, ut norunt ii qui mihi consortes & principes ærumnarum omnium fuere, invitum surgere coegerunt. Ac me quidem ipse humi supinum abjeci. Illi vero pedibus manibusque comprehendentes me trahere atque educere cœperunt. Sequebantur me Cajus & Faustus, Petrus ac Paullus; qui horum omnium testes fuere. Qui me suscipientes, ex oppidulo exportarunt, ac deinde nudo impositum asino abduxerunt.

[5] Εἰς ἀφροσύνην [a] δὲ κινδυνεύω πολλὴν καὶ ἀναισθησίαν ὄντως ἐμπεσεῖν, εἰς ἀνάγκην συμβιβαζόμενος τοῦ διηγεῖσθαι τὴν θαυμαστὴν περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ἐπειδὴ μυστήριόν φησι βασιλέως κρύψαι καλὸν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακαλύπτειν ἔνδοξον, ὁμόσε χωρήσω τῇ Γερμα-

IV. Equidem vereor ne in dementiam ac stuporem lapsus esse videar, dum referre cogor admirabilem erga nos Dei providentiam ac dispensationem. D Sed quoniam arcanum quidem regis occultare, ut ait scriptura [a], laudandum est; Dei autem opera prædicare gloriosum: adversus Germani impetum

a Tob. XII. 7.

1. Ἀπήντησέ τις τῶν χωριτῶν] In codice Med. Maz. Fuk. & Savil. scribitur ἀπήντα: apud Georgium Syncellum ἀπηντᾶτο, quod magis placet. Nam ἀπήντετο nimis poeticum est. χωρίτας *indigenas* vertit Christophorsonus; interpres Syncelli *incolas*: neuter bene. Sunt enim Rustici homines. Sic in Conciliis Græcis, οἱ τῶν χωρῶν πρεσβύτεροι, *presbyteri pagorum* dicuntur. Pro τῶν χωριτῶν nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum habent τῶν χωρικῶν. Sic Alexandrini vocabant rusticos, ut legitur in libello Sophronii adversus Dioscorum qui oblatus est Synodo Chalcedonensi, μετὰ φάλαγγος λῃστρικῆς χωρικῶν τε, καὶ ἑτέρων τινῶν. Et Theophanes in Chronico pag. 139. de Dioscori junioris electione loquens, ἀνεχώρησαν τὰ πλήθη τῶν χωρικῶν, ubi Anastasius Bibliothecarius recte vertit *rusticorum multitudinem*. VALES.

2. Ὑπὸ συνθήματι] In codice Med. & Maz. scribitur ἀπὸ συνθήματος rectius. Nec aliter codex Fuk. & Savil.

3. Ἐπὶ τῶν ἀστρώτων σκιμπόδων] Scimpodia vocabantur humiles lecti, quales hodieque in aulis habemus sedendi dumtaxat caussa. Libanius in oratione de vita sua pag. 47. οἴκοι τε ἐπὶ τῆς κλίνης, ἐπὶ δὲ τοῦ σκίμποδος ἐν τῷ διδασκαλείῳ. Et Themistius oratione 9. ex quibus apparet, ejusmodi lectos ægrorum caussa fere comparatos fuisse. ἀστρώτων vero nudum verti, secutus Martialem qui in apophoretis ita de Lodicibus loquitur:

Nudo stramina ne toro paterent,
Junctæ nos tibi venimus sorores. ID.

4. Οἱ καὶ ὑπολαβόντες] Hæc verba referenda esse existimo ad Cajum & Faustum & reliquos presbyteros, qui Dionysium ex oppido Taposiri exportarunt; non autem ad rusticos illos & temulentos convivas, ut retulit Christophorsonus: φοράδην vero id est *in sella*. Porro quid fa- E ctum sit Dionysio, postquam Rustici illi fugatis militibus eum Taposiri excedere compulerunt, ipse quidem heic non dicit. Sed in epistola ad Domitium, & Didymum, quæ refertur in libro 7. cap. 11. (superius recitata) ait, se una cum Cajo & Petro solis, sejunctum a reliquis fratribus, in quodam Libyæ loco deserto atque arido conclusum fuisse. Permansit autem in hoc exsilio Dionysius usque ad obitum Decii imp. & ex eo loco litteras scripsit ad Domitium ac Didymum. ID.

5. Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω.] Eadem excusatione utitur Paullus Apostolus in epistola 2. ad Corinthios cap. 11. cum se ipse laudaturus esset, ubi vide quæ notat Joannes Chrysostomus. Ad eum igitur Paulli locum alludit Dionysius. ID.

a Εἰς ἀφροσύνην] Quod sequitur insigne fragmentum ex epistola, seu potius libro Dionysii adversus Germanum episcopum, recitat Eusebius lib. VII. cap. 11. jungendumque est cum altero ejusdem libri fragmento, quod exstat lib. VI. cap. XL. VALES. — Quæ quidem utraque heic habes conjuncta.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

νοῦ βίᾳ. ἧκον πρὸς Αἰμιλιανὸν οὐ μόνος· ἠκολούθησαν δέ μοι συμπρεσβύτερός τέ μου Μάξιμος· καὶ διάκονοι, Φαῦστος καὶ Εὐσέβιος καὶ Χαιρήμων. καί τις τῶν ἀπὸ Ῥώμης παρόντων ἀδελφῶν ἡμῖν συνεισῆλθεν. Αἰμιλιανὸς δὲ οὐκ εἶπέ μοι προηγουμένως, μὴ σύναγε· περιττὸν γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ, καὶ τὸ τελευταῖον ἐπὶ τὸ πρῶτον ἀνατρέχοντι. οὐ γὰρ περὶ τοῦ μὴ συνάγειν ἑτέρους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, ἀλλὰ περὶ τοῦ μὴ δ' αὐτοὺς ἡμᾶς εἶναι Χριστιανούς· καὶ τούτου προσέταττε πεπαῦσθαι· εἰ μεταβαλοίμην ἔγωγε, καὶ τοὺς ἄλλους ἕψεσθαί μοι νομίζων. ἀπεκρινάμην δὲ [1] οὐκ ἀπεοικότως, οὐδὲ μακράν· πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις· ἀλλ' ἄντικρυς διεμαρτυράμην, ὅτι τὸν Θεὸν τὸν ὄντα μόνον, καὶ οὐδένα ἕτερον σέβων, οὐδ' ἂν μετατεθείμην, οὐδὲ παυσαίμην ποτὲ Χριστιανὸς ὤν. ἐπὶ τούτοις ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀπελθεῖν εἰς κώμην πλησίον τῆς ἐρήμου καλουμένην Κεφρώ.

cominus decertabo. Veni ad Æmilianum non solus, sed comitantibus me Maximo compresbytero, & Fausto, Eusebio ac Chæremone diaconis. Quidam etiam ex fratribus Romanis qui tum aderant, nobiscum ingressus est. Porro Æmilianus non dixit mihi prima fronte: Ne conventus agas. Id enim illi supervacuum erat ac postremum, ad id quod primum ac præcipuum est recurrenti. Quippe haudquaquam curabat, ne alios congregarem: sed id agebat, ne ipsi Christiani essemus. Et ab eo cultu desistere me jubebat, ratus scilicet, si ego ab eo cultu descivissem, ceteros exemplum meum secuturos. Respondi non improbabiliter, nec longe arcessita responsione: [a] *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Sed palam & aperte contestatus sum, me illum qui solus est Deus, neque alium ullum præter hunc adorare: nec a proposito discessurum me esse, nec commissurum umquam ut Christianus esse desinerem. Posthæc abire nos jussit in vicum quemdam solitudini proximum, cui nomen est Cephro.

Αὐτῶν δὲ ἐπακούσατε τῶν ὑπ' ἀμφοτέρων λεχθέντων [2] ὡς ὑπεμνηματίσθη. [3] εἰσαχθέντων Διονυσίου, καὶ Φαύστου, καὶ Μαξίμου, καὶ Μαρκέλλου, καὶ Χαιρήμονος· Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν εἶπε· καὶ ἀγράφως ὑμῖν διελέχθην περὶ τῆς φιλανθρωπίας τῶν κυρίων ἡμῶν ἣ περὶ ὑμᾶς κέχρηνται. δεδώκασι γὰρ ἐξουσίαν ὑμῖν σωτηρίας, [4] εἰ βούλοισθε ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν τρέπεσθαι, καὶ θεοὺς τοὺς σώζοντας αὐτῶν τὴν βασιλείαν προσκυνεῖν, ἐπιλαθέσθαι τε τῶν παρὰ φύσιν. τί οὖν φατὲ πρὸς ταῦτα; οὐδὲ γὰρ ἀχαρίστους ὑμᾶς ἔσεσθαι περὶ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτῶν προσδοκῶ, ἐπειδήπερ ἐπὶ τὰ βελτίω ὑμᾶς προτρέπονται. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· οὐ πάντες πάντας προσκυνοῦσι θεούς· ἀλλ' ἕκαστοι τινὰς, οὓς νομίζουσιν· ἡμεῖς τοίνυν τὸν ἕνα Θεὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρήσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις Οὐαλεριανῷ καὶ Γαλλιηνῷ σεβαστοῖς· τοῦτον καὶ σέβομεν καὶ προσκυνοῦμεν· καὶ τούτῳ διηνεκῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν ὅπως ἀσάλευτος διαμένῃ, προσευχόμεθα. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπε· τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον, εἴπερ ἐστὶ Θεὸς, μετὰ τῶν κατὰ φύσιν θεῶν προσκυνεῖν; θεοὺς γὰρ σέβειν ἐκελεύσθητε· καὶ θεοὺς οὓς πάντες ἴσασι. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· ἡμεῖς οὐδένα ἕτερον προσκυνοῦμεν. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπεν· ὁρῶ ὑμᾶς ὁμοῦ καὶ ἀχαρίστους ὄντας καὶ ἀναισθήτους τῆς [5] πρᾳότητος τῶν σεβαστῶν ἡμῶν· διόπερ οὐκ ἔσεσθε ἐν τῇ πόλει ταύτῃ· ἀλλὰ ἀποσταλήσεσθε εἰς τὰ μέρη τῆς Λιβύης, καὶ ἐν τόπῳ λεγομένῳ Κεφρώ· τοῦτον γὰρ τὸν τόπον ἐξελεξάμην ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν σεβαστῶν ἡμῶν. οὐδαμῶς δὲ ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἀλ-

V. Sed verba ipsa quæ ab utroque nostrum dicta sunt, sicut Actis publicis inserta leguntur, accipite. Inducto Dionysio, Fausto, Maximo, Marcello & Chæremone, Æmilianus præfectus dixit: Non solum scripto, sed etiam viva voce vobiscum disserui de humanitate principum nostrorum, qua illi erga vos utuntur. Vobis enim potestatem fecerunt salutis vestræ retinendæ, dummodo ad id quod naturæ consentaneum est ferri, deosque imperii illorum custodes adorare, & eorum quæ naturæ ipsi repugnant oblivisci velletis. Quid ergo ad hæc dicitis? Neque enim vos ingrato animo fore spero adversus eorum clementiam; quippe cum ad meliora vos traducere conentur. Dionysius respondit: Non omnes ab omnibus coluntur dii: sed eos singuli colunt quos arbitrantur deos. Nos quidem unum Deum omnium rerum opificem, qui Valeriano & Gallieno sacratissimis Augustis imperium tradidit, colimus & adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum, ut stabile & inconcussum permaneat. Æmilianus præfectus iterum dixit: Quis vero vos prohibet, quo minus & hunc, si quidem Deus est, cum iis qui natura dii sunt adoretis? Deos enim colere jussi estis: eosque quos cuncti norunt deos. Dionysius respondit: Nos nullum alium adoramus. Æmilianus præfectus dixit. Video, vos ingratos esse simul ac stupidos, qui clementiam Augustorum minime sentiatis. Quam ob rem non manebitis in hac urbe, sed mittemini in partes Libyæ ad locum qui dicitur Cephro. Hunc enim locum jussu Augustorum nostrorum elegi. Nul-

[a] Act. V. 29.

1. Οὐκ ἀπεοικότως] Malim scribere οὐκ ἀπεικότως. Mox verba illa, πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, delenda esse mihi videntur: leguntur quidem hæc verba in cap. 5. Actuum Apostolorum. Sed nihil faciunt ad hunc locum. Nisi malis legere, ut est in codice Regio ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεοικότως, οὐδὲ μακρὰν τοῦ, πειθαρχεῖν, &c. Id est, *responsum dedi, quod non longe abest ab illo Apostolico.* VALES.

2. Ὡς ὑπεμνηματίσθη] Male Christophorsonus hunc locum ita vertit, *sicut a quibusdam in commentarios relata sunt.* ὑπομνήματα Græci vocant, quæ Latini *Acta*, ut observavimus ad librum 1. Hist. eccl. Eusebii, ubi de Actis Pilati. Qui hæc Acta conficiebant, dicebantur a Græcis ὑπομνηματογράφοι. Latini eos *ab Actis* vocabant, ut legitur in Notitia Imperii Romani. Hypomnematographi urbis Alexandrinæ mentio fit in lege ultima codicis Theodosiani de Decurionibus. Ejus officium describit Philo in Flaccum, ubi de Lampone quodam loquens, qui erat Hypomnematographus Præfectorum Ægypti: προσεστὼς γὰρ ἡγεμόσιν ὁπότε ὑπομνηματίζοιεν, τὰς δίκας εἰσάγειν ὡς ἔχων τάξιν, ὧν τὰ μὲν ἀπήλειφε, τὰ περιὼν· τὰ δ' οὐ λεχθέντα προσενέγραφεν. Hoc Hypomnematographi officium gessit olim Alexandriæ Lucianus, ut ipse testatur in Apologia pro iis qui salarium accipiunt, his verbis: ἐγὼ γ' οὖν, εἰ σκέψαιο, δόξαιμ' ἄν σοι οὐ τὸ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρίσθαι, τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, &c. Addit etiam Lucianus, Hypomnematographum salarium amplissimum e fisco habuisse, & peracto recte officio provinciam regendam accepisse. ID.

3. Εἰσαχθέντων Διονυσίου] Hæc erat formula Actorum publicorum, ut docet Ammianus Marcellinus in lib 22. his verbis: *Et Acta super eo gesta, non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium. Consulatu Tauri & Florentii, inducto sub præconibus Tauro.* Ad quem locum vide, quæ olim notavimus. ID.

4. Εἰ βούλοισθε] In tribus exemplaribus Maz. Med. & Fuk. legitur εἰ βούλεσθε. ID.

5. Πρᾳότητος τῶν σεβαστῶν.] Codex Med. & Maz. addunt ἡμῶν, quibus consentit codex Fuk. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

λοις τισὶν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα [1] κοιμητήρια εἰσιέναι. εἰ δέ τις φανείη μὴ γενόμενος εἰς τὸν τόπον τοῦτον ὃν ἐκέλευσα· ἢ ἐν συναγωγῇ τινὶ εὑρεθείη, ἑαυτῷ τὸν κίνδυνον ἐπαρτήσει. οὐ γὰρ ἐπιλείψει ἡ δέουσα ἐπιστρέφεια. ἀπόστητε οὖν ὅπου ἐκελεύσθητε. καὶ νοσοῦντα δέ με κατήπειξεν, οὐδὲ μιᾶς ὑπέρθεσιν δοὺς ἡμέρας. [2] ποίαν οὖν ἔτι τοῦ συνάγειν ἢ μὴ συνάγειν εἶχον σχολήν;

A latenus autem licebit vobis nec quibuscumque aliis conventus agere, aut ea quæ vocantur cœmeteria adire. Quod si quis ad eum quem jussi locum minime profectus deprehendetur, aut in conventu aliquo fuerit inventus; is sibi ipse periculum arcesset. Non enim deerit congrua animadversio. Abscedite igitur quo jussi estis. Statimque me tametsi ægrotantem proficisci compulit, ne diei quidem unius dilatione concessa. Quomodo igitur conventus agere, aut non agere vacuum mihi deinceps fuit?

Εἶτα μεθ' ἕτερά φησιν. ἀλλ' οὐδὲ τῆς αἰσθητῆς ἡμεῖς μετὰ τοῦ κυρίου συναγωγῆς ἀπέστημεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν τῇ πόλει σπουδαιότερον συνεκρότουν ὡς συνών· [3] ἀπὼν μὲν τῷ σώματι ὡς εἶπον· παρὼν δὲ τῷ πνεύματι. ἐν δὲ τῇ Κεφροῖ, καὶ πολλὴ συνεπεδήμησεν ἡμῖν ἐκκλησία· τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀδελφῶν ἑπομένων· τῶν δὲ συνιόντων ἀπ' Αἰγύπτου. κἀκεῖ θύραν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀνέῳξε τοῦ λόγου. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐδιώχθημεν· ἐλιθοβολήθημεν· ὕστερον δέ τινες οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐθνῶν τὰ εἴδωλα καταλιπόντες, ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Θεόν. οὐ πρότερον γὰρ παραδεξαμένοις αὐτοῖς, τότε πρῶτον δι' ἡμῶν ὁ λόγος ἐπεσπάρη. καὶ ὥσπερ τούτου ἕνεκεν ἀπαγαγὼν ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεός· ἐπεὶ τὴν διακονίαν ταύτην ἐπληρώσαμεν, πάλιν ἀπαγήοχεν. ὁ γὰρ Αἰμιλιανὸς εἰς τραχυτέρους μὲν ὡς ἐδόκει, καὶ Λιβυκωτέρους ἡμᾶς μεταστῆσαι τόπους ἐβουλήθη· καὶ τοὺς πανταχόσε εἰς τὸν Μαρεώτην ἐκέλευσε συῤῥεῖν, κώμας ἑκάστοις τῶν κατὰ χώραν ἀφορίσας· ἡμᾶς δὲ μᾶλλον ἐν ὁδῷ, καὶ πρώτους καταληφθησομένους ἔταξεν. ᾠκονόμει γὰρ δηλονότι, καὶ παρεσκεύαζεν, ἵνα ὁπόταν βουληθείη συλλαβεῖν, πάντας εὐαλώτους ἔχοι.

VI. *Paucis deinde interjectis addit*. Sed neque a corporali conventu, Domino juvante, abfuimus. Verum eos qui in urbe erant, perinde ac si adesB sem, majore studio congregavi in ecclesiam; absens quidem corpore, ut jam dixi, animo autem præsens. Apud Cephro vero nobiscum magna fidelium adfuit multitudo; partim eorum qui ab urbe nos secuti fuerant, partim aliorum qui ex reliqua Ægypto confluebant. Ibi quoque januam nobis patefecit Deus ad prædicationem verbi sui. Et initio quidem persecutionem passi, & lapidibus impetiti sumus. Postmodum vero non pauci ex gentilibus, relictis simulacris, ad Deum conversi sunt. Tunc enim primum apud illos verbi divini per nos sparsa sunt semina, cum illud antea non suscepissent. Ac prorsus quasi Deus ejus rei caussa nos ad illos perduxisset; postquam illud ministerium implevi-C mus, iterum nos alio transtulit. Etenim Æmilianus in asperiora quædam loca, & ut credebat magis Libyca, nos transportare constituit. Et cunctis undecumque ad Mareoticam præfecturam confluere jussis, vicos per regionem illam dispersos singulis adsignavit: nos vero magis ad viam publicam, ut primi comprehenderemur, collocavit. Id enim præcipue agebat ac moliebatur, ut quandocumque voluisset, omnes nullo negotio capi possemus.

Ἐγὼ δὲ ὅτε μὲν εἰς Κεφρὼν κεκελεύσμην ἀπελθεῖν, καὶ τὸν τόπον ἠγνόουν ὅποι ποτὲ οὗτός ἐστιν, οὐδὲ τὸ ὄνομα σχεδὸν πρότερον ἀκηκοώς· καὶ ὅμως εὐθύμως, καὶ ἀταράχως ἀπῄειν. ἐπεὶ δὲ μετασκηνώσειν εἰς [4] τὰ Κολλουθίωνος ἀπηγγέλη μοι, ἴσασιν οἱ παρόντες ὅπως διετέθην· ἐνταῦθα γὰρ ἐμαυτοῦ κατηγορήσω. τὸ μὲν πρῶτον ἠχθέσθην καὶ λίαν ἐχαλέπηνα· καὶ γὰρ εἰ γνωριμώτεροι καὶ συνηθέστεροι ἐτύγχανον ἡμῖν οἱ τόποι, ἀλλ' ἔρημον μὲν ἀδελφῶν, καὶ σπουδαίων ἀνθρώπων ἔφασκον εἶναι τὸ χωρίον· ταῖς δὲ τῶν ὁδοιπορούντων ἐνοχλήσεσι, καὶ λῃστῶν [5] καταδρομαῖς ἐγκείμενον. ἔτυχον δὲ παραθυμίας, ὑπομνησάντων με τῶν ἀδελφῶν, ὅτι γειτνιᾷ μᾶλλον τῇ πόλει. καὶ ἡ μὲν Κεφρὼν πολλὴν ἡμῖν ἤγειρεν ἀδελφῶν τῶν ἀπ' Αἰγύπτου τὴν ἐπιμιξίαν, ὡς πλατύτερον ἐκκλησιάζειν δυνάσθαι· ἐκεῖ δὲ πλησιαίτερον οὔσης τῆς πόλεως, συνεχέστερον τῆς τῶν

VII. Ego vero cum Cephro primum abire jussus sum, tametsi ubinam locus ille situs esset, ignorabam, quippe qui vix nomen illius antea audivisD sem; nihilominus alacri constantique animo perrexi. Posteaquam vero mihi renuntiatum est ut ad Colluthionis regionem migrarem, norunt ii qui tum præsentes aderant, quomodo affectus animo fuerim. Heic enim memet ipse accusabo: principio quidem ægre admodum, ac moleste tuli. Etsi enim regio illa notior nobis magisque familiaris erat quam Cephro, tamen fratribus ac probis viris vacuus esse locus dicebatur, & viatorum turbis latronumque incursionibus obnoxius. Sed multum mihi consolationis attulit, quod fratres me admonuerunt, locum illum a civitate propius abesse. Itaque quamvis Cephron maximam nobis multitudinem fratrum ex Ægypto confluentium adduxisset, adeo ut laxius

1. Κοιμητήρια] Latini *areas* vocabant: ita Tertullianus in libro ad Scapulam. Et in Gestis purgationis Cæciliani: *Nam cives in area Martyrum fuerunt inclusi*. Et in Gestis purgationis Felicis: *Tollat aliquis de vestris in aream, ubi orationes facitis*. VALES.

2. Ποίαν οὖν ἔτι] Accusabatur scilicet Dionysius a Germano, quod conventus fratrum non habuisset ante exortam persecutionem, sed fuga saluti suæ prospexisset. Quoties enim ingruebat persecutio, solebant prius episcopi populum congregare, ut eum ad retinendam Christi fidem exhortarentur. Deinde infantes & catechumenos baptizabant, ne sine baptismo ex hac vita migrarent; & Eucharistiam fidelibus dividebant, cum incertum esset, quamdiu duratura esset persecutio. Quem morem docuit nos factum Dorothei cujusdam Thessalonicensis episcopi, temporibus Justini: quod refertur in suggestione Germani, Felicis & Dioscori, missa ad Hormisdam Papam anno Christi 519. ID.

3. Ἀπὼν μετὰ τῷ σώματι ὡς εἶπον] Rectius in codice

E Maz. & Med. scribitur ὡς εἰπεῖν. In Fuk. & Savil. scriptum inveni, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος. Certe alludit Dionysius ad locum Apostoli in priore ad Corinthios cap. 5. ID.

4. Τὰ Κολλουθίωνος] Supplendum videtur μέρη. Sic supra dixit Dionysius, τὰ μέρη τῆς Λιβύης. Erat autem hic locus in Mareotica præfectura. Sic etiam τὰ Βουκόλου tractus quidam Ægypti dicebatur, a nomine scilicet dominorum, qui ea loca olim possederant. Apud Nicephorum Κολούθιον hic locus dicitur cum simplici lambda: quam scripturam rectiorem puto. Nam Κολλουθίων nomen est deflexum a Colutho, quod nomen fuit frequens apud Ægyptios. Certe ita dictus est poeta quidem celebris temporibus Anastasii, oriundus ex Thebaide, ut testatur Suidas. Fuit & alter Coluthus schismaticus in Ægypto temporibus magni Athanasii, cujus crebra fit mentio in Apologia. Eum Acoluthum vocat Gregorius Nyssenus in lib. 11. contra Eunomium. ID.

5. Καταδρομαῖς ἐγκείμενον] Scribendum puto ἐκκείμενον. IDEM.

ὄντως ἀγαπητῶν καὶ οἰκειοτάτων καὶ φιλτάτων ὄψεως ἀπολαύσομεν. ἀφίξονται γὰρ καὶ ἀναπαύσονται· καὶ ὡς ἐν προαστείοις πορρωτέρω κειμένοις, [1] κατὰ μέρ☉ ἔσονται συναγωγαί. καὶ οὕτως ἐγένετο.

A jam conventus agere possemus: illic tamen ob vicinitatem urbis, carissimorum & conjunctissimorum hominum aspectu crebrius nos ajebant esse fruituros. Eos quippe accessuros ibique commoraturos: & tamquam in suburbanis remotioribus, particulares illic conventus futuros. Idque ita contigit.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

Καὶ μεθ᾽ ἕτερα, περὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ αὖθις ταῦτα γράφει. [2] πολλαῖς γε ταῖς ὁμολογίαις Γερμανὸς σεμνύνεται· πολλά γε εἰπεῖν ἔχει καθ᾽ ἑαυτοῦ γενόμενα, ὅσας ἀριθμῆσαι δύναται περὶ ἡμῶν ἀποφάσεις· δημεύσεις· προγραφάς· ὑπαρχόντων ἁρπαγάς· [3] ἀξιωμάτων ἀποθέσεις· δόξης κοσμικῆς ὀλιγωρίας· ἐπαίνων ἡγεμονικῶν καὶ [4] βουλευτικῶν καταφρονήσεις· καὶ τῶν ἐναντίων ἀπειλῶν, καὶ καταβοήσεων καὶ κινδύνων, καὶ διωγμῶν καὶ πλάνης καὶ στενοχωρίας, καὶ ποικίλης θλίψεως ὑπομονήν· οἷα [5] τὰ ἐπὶ Δεκίου καὶ Σαβίνου συμβάντα μοι· οἷα μέχρι νῦν Αἰμιλιανοῦ; ποῦ δὲ Γερμανὸς ἐφάνη; τίς δὲ περὶ αὐτοῦ λόγος; ἀλλὰ τῆς πολλῆς ἀφροσύνης εἰς ἣν ἐμπίπτω διὰ Γερμανὸν, ὑφίεμαι· διὸ καὶ τὴν καθ᾽ ἕκαστον τῶν γενομένων διήγησιν, παρίημι τοῖς εἰδόσιν ἀδελφοῖς λέγειν.

VIII. *Deinde paullo post de his quæ sibi acciderunt, ita scribit.* Sed fortasse Germanus multis fidei confessionibus gloriatur. Multa prædicare potest adversus se gesta. Quot vero enumerare potest perinde atque ego, sententias judicum, publicationes, proscriptiones, direptiones bonorum: abjectiones dignitatum, contemtus gloriæ sæcularis, B laudum a Præfectis ac Decurionibus profectarum despectus: minarum denique quæ coram intentabantur, vociferationum, discriminum, persecutionum, fugæ, ærumnarum & cujusquemodi malorum tolerantiam; cujusmodi sunt ea quæ sub Decio & Sabino, & quæ in hunc usque diem sub Æmiliano nobis contigerunt? Ubinam vero comparuit Germanus? Quænam illius facta est mentio? Verum ab imprudentia illa in quam Germani caussa delapsus sum, tandem absisto. Singularum igitur rerum narrationem fratribus qui plenissimam gestorum notitiam habent, relinquo.

EPISTOLA XI.

Ad HERMAMMONEM.

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* VII. *capp.* I. X. XXIII.

Ἀλλ᾽ οὐδὲ [a] Γάλλος ἔγνω τὸ Δεκίου κακόν· οὐδὲ προεσκόπησε τί ποτ᾽ ἐκεῖνον ἔσφηλεν· ἀλλὰ πρὸς τὸν αὐτὸν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ γενόμενον ἔπταισε λίθον. ὃς εὖ φερομένης αὐτῷ τῆς βασιλείας, καὶ [6] κατὰ νοῦν χορούντων τῶν πραγμά-

C I. SED neque Gallus culpam Decii intellexit: nec prospexit, quid tandem illum pessumdedisset: quin-potius ad eumdem lapidem ante oculos suos positum impegit. Qui cum imperium ipsius prospero in statu esset, cunctaque ex animi senten-

1. Κατὰ μέρος συναγωγαί] Quoties suburbia paullo remotiora erant ab urbe, ii qui in suburbiis illis manebant, non cogebantur ad majoris Ecclesiæ conventus accedere: sed in eo suburbio particulares fiebant conventus in aliqua basilica, aut in loco ad hoc agendum idoneo. Id ex hoc Dionysii loco manifeste colligitur, quem nec Musculus nec Christophorsonus intellexerunt, sed omnia miscuerunt: adeo ut ex eorum interpretatione nihil sani possis elicere. Porro προάστεια Græci dicunt non solum suburbia quæ urbi conjuncta sunt, sed etiam vicos satis longo intervallo ab urbe dissitos. Sic Canopus duodecimo lapide distans ab urbe Alexandria, προάστειον dicitur ab Athanasio in libello, quem obtulit concilio Chalcedonensi. Sic etiam Daphne suburbanum Antiochiæ, Achyrona Nicomediæ, & Septimum dicitur suburbanum Constantinopolis: licet aliquot passuum millibus abessent ab illis civitatibus. Vide Glossarium Pithœi in Novellas Juliani Antecessoris, voce *Proastium*. Porro ex hoc loco colligitur, ætate quidem Dionysii unicam adhuc fuisse Alexandriæ ecclesiam, in quam omnes urbis illius fideles orationis caussa conveniebant. Postmodum vero temporibus Athanasii, cum plures essent ecclesiæ a diversis episcopis Alexandriæ ædificatæ, cives Alexandrini seorsum in diversis ecclesiis colligebantur, κατὰ μέρ☉ καὶ διῃρημένως, ut loquitur Athanasius in Apologia I. ad Constantium: nisi quod majoribus festis, Paschæ scilicet aut Pentecostes, non fiebant particulares conventus; sed universi in majorem ecclesiam conveniebant, ut ibidem testatur Athanasius. VALES.

2. Πολλαῖς γε ταῖς ὁμολογίαις] Hæc, & sequentia ironice dicuntur a Dionysio. Quæ deinde sequuntur, sic lego & interpungo, πολλά γε εἰπεῖν ἔχει καθ᾽ ἑαυτοῦ γενόμενα· ὅσα ἀριθμῆσαι δύναται περὶ ἡμῶν. Certe in vetustissimo codice Maz. post vocem ἡμῶν apposita est virgula, & ante vocem ὅσα ponitur subdistinctio. Codex autem Fuk. emendationi nostræ plane subscribit. ID.

3. Ἀξιωμάτων ἀποθέσεις] Hinc patet, Dionysium Alexandrinum splendido genere ortum fuisse. Nam dignitas ex generis nobilitate præcipue ducitur. Hinc in Gestis purgationis Cæciliani quæ post collationem Carthaginiensem edita sunt, Victor interrogatus a Zenofilo Consulare, cujus conditionis esset, respondit *professor sum litterarum Romanarum*. Deinde interrogatus, cujus dignitatis esset, respondit: *patre Decurione Constantinensium, avo milite qui in Comitatu militaverat*. Ceterum Dionysius Alexandrinus, antequam ad Christi fidem transiret, professione Rhetor fuerat, ut docet Maximus in scholiis ad librum Dionysii Areopagitæ de cælesti Hierarchia cap. 5. ὁ γὰρ μέγας Διονύσι☉ ὁ Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπ☉, ὁ ἀπὸ ῥητόρων, cet. ID.

4. Βουλευτικῶν] Augustus Alexandrinos sine ullis Decurionibus rempublicam suam administrare jusserat. Postea vero Severus imp. Alexandrinis curiam habere permisit, ut scribit Dio in lib. 51. τοῖς δ᾽ Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσεν. Paullo post, βουλεύουσι δὲ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπὶ Σεβήρου αὐτοκράτορ☉ ἀρξάμενοι. Idem scribit Spartianus in Severo cap. XVII. *Alexandrinis jus buleutarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus, ante vivebant, uno judice contenti quem Cæsar dedisset*. Certe in epistola Athanasii ad Solitarios, mentio fit Decurionum Alexandriæ. ID.

5. Τὰ ἐπὶ Δεκίου καὶ Σαβίνου] Hic Sabinus præfectus Ægypti fuerat temporibus Decii imp. De quo Dionysius in epistola ad Fabium, quam retulit Eusebius in cap. XLI. lib. VI. (superius recitatam.) Æmilianus vero præfectus Ægypti de quo heic sermo est, postea imperium occupavit, ut scribit Pollio in 30. tyrannis: qui tamen eum ducem appellat, non autem præfectum Ægypti. ID.


6. Κατὰ ῥοῦν χωρούντων] Ita ex codice regio edidit Robert. Stephanus. Et ferri potest hæc lectio, ut sit metaphora ab iis quæ secundo amne deferuntur. In reliquis tamen exemplaribus Maz. Med. Fuk. & Savilii legitur κατὰ νοῦν; quæ scriptura magis placet, eamque Rufinus etiam secutus est. ID.

a Ἀλλ᾽ οὐδὲ Γάλλ.] Euseb. lib. VII. cap. I. „ Dionysius, „ inquit, in epistola ad Hermammonem de Gallo imperatore ita scribit: *Sed neque Gallus* „ cet.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

τῶν· τοὺς ἱεροὺς ἄνδρας τοὺς [1] περὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ καὶ τῆς ὑγιείας πρεσβεύοντας πρὸς τὸν Θεὸν, ἤλασεν. οὐκοῦν σὺν ἐκείνοις ἐδίωξε καὶ τὰς ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσευχάς.

A tia succederent: viros sanctos qui pro pace & incolumitate ipsius preces ad Deum allegabant, insectatus est. Cum illis ergo orationes pro ipso fieri solitas simul fugavit.



Καὶ τῷ Ἰωάννῃ [a] δὲ ὁμοίως ἀποκαλύπτεται· καὶ ἐδόθη γὰρ αὐτῷ, φησι, στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίαν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία καὶ [2] μῆνες τεσσαρακονταδύο. ἀμφότερα δέ ἐστιν ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ θαυμάσαι· [3] καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ ὡς οὕτως ἔχε συννοεῖν· [4] ἕως ἤπιος καὶ φιλόφρων ἦν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ. οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις οὕτω τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, εὐμενῶς καὶ δεξιῶς πρὸς αὐτοὺς διετέθη· [5] οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι· ὡς ἐκεῖνος οἰκειότατα ἐν ἀρχῇ καὶ προσφιλέστατα φανερὸς ἦν αὐτοὺς ἀποδεχόμενος· καὶ πᾶς ὁ οἶκος αὐτοῦ θεοσεβῶν πεπλήρωτο, καὶ ἦν ἐκκλησία Θεοῦ. ἀποσκευάσασθαι δὲ παρέπεισεν αὐτὸν ὁ διδάσκαλος καὶ [6] τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μάγων [7] ἀρχισυνάγωγος· τοὺς μὲν καθαροὺς, καὶ ὁσίους ἄνδρας κτίννυσθαι καὶ διώκεσθαι κελεύων, ὡς ἀντιπάλους καὶ κωλυτὰς τῶν

II. Joanni quoque similiter revelatum est. Ait enim: [a] *Et datum est illi os loquens magna, & impia: & data est illi potestas, & menses quadraginta duo.* Utrumque porro in Valeriano impletum mirari licet, illudque ante omnia considerare, cujusmodi is ante persecutionem fuerit, qualiter mansuetus quidem ac benignus erat erga famulos Dei. Neque enim ullus superiorum principum, ne illi quidem ipsi qui palam Christiani fuis- B se dicuntur, tanta humanitate ac benevolentia nostros complexus est, quantam ille præ se ferebat initio principatus sui. Totaque ejus familia piis hominibus abundabat, ac Dei ecclesia esse videbatur. Verum magister & archisynagogus magorum Ægypti ei tandem persuasit, ut ab hoc instituto desisceret; jubens ut castos quidem & sanctos viros per-

a Apocal. XIII. 5.

1. Περὶ τῆς εἰρήνης πρεσβεύοντες] Malim scribere, ὑπὲρ τῆς εἰρήνης. VALES.

2. Μῆνες τεσσαρακονταδύο] Hunc Dionysii locum optime exposuit Baronius ad annum Christi 257. cap. 7. de spatio scilicet temporis, quo duravit persecutio Valeriani. Cum enim Valerianus septem fere annis regnaverit, ut inter omnes constat; priore quidem principatus triennio Christianos benigne complexus est: posteriore vero C triennio persecutionem intulit Ecclesiæ. Porro initium principatus Valeriani cœpit anno Christi 253. sub finem, Volusiano 2. & Maximo Coss. Docent id manifeste nummi veteres ab Occone & Goltzio prolati, in quibus Valerianus imperator Tribunitiæ Potestatis 3. Consul 3. inscribitur. Item Trib. Pot. 5. Cos. 4. Idem quoque colligitur ex nummis imp. Gallieni. ID.

3. Καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ ὡς οὕτως ἔχε] Scribendum puto ὡς οὐχ οὕτως, quamvis reclamantibus libris. Sed & transposita videntur esse vocabula. Lego igitur, καὶ αὐτοῦ μάλιστα τὰ πρὸ τούτων, ὡς οὐχ οὕτως ἔχε, συννοεῖν, ἕως ἤπιος καὶ φιλόφρων ἦν, &c. Ita sensus est apertissimus. ID.

4. Ὡς μὲν ἤπιος] Ita quidem ex codice regio edidit Rob. Stephanus. Verum in optimis exemplaribus Maz. & Med. scriptum est, ἕως ἤπιος. In Fuk. vero, & Saviliano legitur, ἕως γὰρ ἤπιος, &c. quam scripturam secutus est Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet. ID.

D 5. Οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι] Philippum imperatorem intelligit, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianam religionem professus est, ut multi veterum prodiderunt. Sed cum Dionysius in plurali numero loquatur, Philippo adjungi potest Alexander Severus, qui imaginem Christi habuit in larario suo, teste Lampridio; & toto principatus sui tempore Christianos fovit & conservavit, ut ab Eusebio relatum est. Porro autem notandum est, Dionysium de imperatoribus illis hoc tantum dicere, quod dicti & existimati fuerint Christiani, non autem quod re ipsa Christiani exstiterint. IDEM.

6. Τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μάγων ἀρχισυνάγωγος] Baronius ad ann. Christ. 252. & 258. ait hunc esse magum illum, qui paullo ante imperium Decii populum Alexandrinorum ad persequendos Christianos incitaverat, de quo superius loquitur Dionysius in epist. III. ad Fabium Antiochenum, E num. 1. Ego vero hunc longe alium esse existimo, qui Valerianum imper. adversus Christianos commovit: Macrianum scilicet, eum qui postea imperium occupavit, de quo infra dicturi sumus: idque manifeste convincitur ex sequentibus Dionysii verbis. Subdit enim, καλὰ γοῦν αὐτοῖς ὁ Μακριανὸς, &c. innuens scilicet, eum quem supra magistrum Valeriani & archisynagogum magorum appellaverat, non alium esse quam Macrianum. Et paullo post addit, ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθεὶς, &c. Quid potest clarius dici? Tota enim hujus orationis series id apertissime demonstrat, Macrianum hujus impietatis auctorem fuisse Valeriano: qui cum Valeriani quasi pædagogus ac magister quidam esset, pessimis consiliis ei subministratis, primo quidem illum, deinde vero semet ipsum perdidit. Porro Macrianum auditorem ac ministrum Valeriani fuisse in gerenda republica, testatur ipse Valerianus in oratione ad Senatum, quam refert Pollio: *P. C. bellum Persicum gerens Macriano totam rempublicam tradidi.* ID.

7. Ἀρχισυνάγωγος.] Habebant Judæi Archisynagogos, qui synagogis præsidebant. Archisynagogus Judæorum Alexandriæ memoratur in epistola Hadriani imper. ad Servianum, quam refert Vopiscus in Saturnino. Præter Archisynagogos erant etiam apud Judæos quidam patres synagogarum; item sacerdotes & presbyteri & diaconi synagogarum, quos Judæi Azanitas vocabant. Erant etiam Apostoli, & supra hos omnes positi Patriarchæ. Hi enim Archisynagogos pro arbitrio constituebant, eosque quotannis aut tertio quoque anno mutabant, ut pecuniam ab eis corraderent. Docet id Palladius in dialogo de Vita Joannis Chrysostomi. De his omnibus Epiphanius in hæresi Ebionæorum, & Imperatores in codice Theodosii, *titulo de Judæis*. Quæ quidem nomina a Judæis sumsisse videntur Christiani. Verum in hoc Dionysii loco aliud significat ἀρχισυνάγωγος, quod mihi quidem obscurum est. Nec minus obscurum est, qui sint οἱ ἀπ' Αἰγύπτου μάγοι. Aruspices videtur intelligere qui Romæ erant, seu sacerdotes Isidis ac Serapidis, quibus præerat Macrianus. Certe vates & harioli fere omnes erant Ægyptii. Vide cap. 4. lib. 2. de vita imper. Constantini: & Eunapium in vita Ædesii. Magicam quoque præ ceteris mortalibus callebant, a Necepso rege ipsis traditam, ut scribit Ausonius Carm. 409. v. 20.

Quique magos docuit mysteria vana Necepsus.

Clemens in libro primo Recognitionum sub initium: *Ægyptum petam, atque ibi hierophantis vel prophetis qui adytis præsunt, amicus efficiar, & pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis per eam quam necromantiam vocant.* Græca Clementis verba si quis forte desiderat, heic apponam ex ejusdem Epitome a Turnebo edita: εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, εἶπον· καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις, καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν, χρήμασι πείσω πολλοῖς, ψυχῆς ἀναπομπὴν διὰ τῆς λεγομένης νεκρομαντίαν ἐργάσασθαι. Plinius quidem tres magicæ species enumerat; Persicam, Judaicam & Cypriam: sed quam ille Judaicam vocat, ea est Ægyptia, ut vel ex ipsius Plinii verbis colligitur. Ait enim Plinius, eam a Mose & Jambre repertam esse; Ægyptiorum magos, qui jussu Pharaonis portenta ediderunt adversum Mosem, perperam confundens cum Mose. Certe magicæ artes & incantationes semper apud Judæos vetitæ fuere. Ceterum magos in comitatu secum habebant imperatores Romani, exemplo Alexandri Magni & regum Persicorum. Sic M. Antoninus in expeditione illa Germanica habuit secum Arnuphim magum Ægyptium, ut scribit Dio. Valerianus quoque imperator magos in exercitu circumduxit, quorum antistes erat Macrianus, teste heic Dionysio. ID.

a Καὶ τῷ Ἰωάννῃ] Huic autem fragmento ista præmittit idem Eusebius lib. VII. cap. X. „ Gallo interim e medio sublato, quum vix biennii spatio imperium tenuisset, Valerianus cum Gallieno filio in ejus locum succedit. De hoc vero quæ tradit Dionysius, ex epistola „ ejus ad Hermammonem licet cognoscere, in qua ita scribit: *Joanni quoque* „ cet.

παμμιάρων ϗ βδελυκτῶν ἐπαοιδῶν ὑπάρχοντας. ϗ γάρ εἰσι ϗ ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες ϗ ὁρώμενοι, [1] ϗ μόνον ἐμπνέοντες, ϗ φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλάς. τελετὰς δὲ ἀνάγνους ϗ μαγγανείας ἐξαγίστους ϗ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν ὑποτιθέμενος, παῖδας ἀθλίους ἀποσφάττειν, ϗ τέκνα δυστήνων πατέρων καταθύειν· ϗ σπλάγχνα νεογενῆ διαιρεῖν· ϗ τὰ τοῦ Θεοῦ κατακόπτειν, ϗ καταχορδεύειν πλάσματα, ὡς ἐκ τούτων [2] εὐδαιμονήσοντας.

sequeretur atque occideret, quippe qui scelestis ac detestandis incantationibus adversarentur atque obstarent. Erant enim & sunt etiamnum ejusmodi, qui vel præsentia atque aspectu suo, & insufflantes dumtaxat ac vocem edentes, dæmonum præstigias disturbare possint. Initiationes autem impuras, & abominanda maleficia, & sacrificia exsecranda peragere eum jussit; miseros infantes mactare; immolare liberos infelicium parentum; recens natorum rimari viscera; Dei figmenta atque opera discerpere ac detruncare, quasi hoc facto ad summam felicitatem esset perventurus.

Καὶ τούτοις ἐπιφέρει λέγων. [3] καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακριανὸς τῆς ἐλπιζομένης βασιλείας προσήνεγκε χαριστήρια· ὃς πρότερον μὲν [4] ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων λεγόμενος εἶναι βασιλέως, οὐδὲν εὔλογον, [5] οὐδὲ καθολικὸν ἐφρόνησεν, ἀλλ' ὑποπέπτωκεν ἀρᾷ προφητικῇ τῇ λεγούσῃ· [6] οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, ϗ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν. οὐ γὰρ συνῆκε τὴν καθόλου πρόνοιαν· οὐδὲ τὴν κρίσιν ὑπείδετο τοῦ πρὸ πάντων ϗ διὰ πάντων ϗ ἐπὶ πᾶσι. διὸ ϗ τῆς μὲν καθολικῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας γέγονε πολέμιος· ἠλλοτρίωσε δὲ ϗ ἀπεξένωσεν ἑαυτὸν τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ· ϗ [7] ὡς πορρωτάτω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ἐφυγάδευσεν· ἐν τούτῳ [8] τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα.

III. *Postea subdit.* Egregiam vero gratiam ob speratum imperium, & præclara munera Macrianus eis obtulit. Qui initio quidem, cum καθολικὸς, id est Rationalis imperatoris diceretur, nihil rationi consonum, nihil catholicum sensit aut publicum. Sed imprecationi propheticæ subjacuit, quæ sic habet: [a] *Væ his qui prophetant ex corde suo, nec præ oculis habent bonum publicum.* Nam neque providentiam universa moderantem intellexit: nec animo reputavit judicium illius qui ante omnia & in omnibus & super omnia est Dei. Quocirca hostis quidem fuit catholicæ Dei Ecclesiæ: alienum autem se & extorrem a misericordia Dei præstitit: & quam longissime a sua se salute relegavit; in hoc exprimens atque exhibens veritatem nominis sui.

Καὶ πάλιν μεθ' ἕτερά φησιν· ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθείς, εἰς ὕβρεις ϗ ὀνειδισμοὺς ἐκδοθεὶς κατὰ τὸ ῥηθὲν πρὸς Ἡσαΐαν· ϗ οὗτοι ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν ϗ τὰ βδελύγ-

IV. *Et paullo post.* Nam Valerianus quidem qui ad hujusmodi facinora a Macriano impulsus fuerat, contumeliis & opprobriis fuit expositus ac deditus, juxta id quod dixit Dominus ad Esaiam: [b] *Et*

a Ezech. XIII. 3.

b Esa. LXVI. 3. 4.

1. Καὶ μόνον ἐμπνέοντες] *Insufflantes* verti: qua voce usus est Prudentius in agone Romani. Solebant enim Christiani dæmonas eorumque præstigias, templa, simulacra exsufflare; abominari se hanc spurcitiem eo indicio declarantes. De hoc more multa jam pridem notavit Brissonius in Commentario ad Tit. cod. Theod. *de Feriis*, & post illum Heraldus in Notis ad Minucium Felicem. Quo referendum puto locum Dionysii apud Eusebium in libro VI. cap. XLI. (Vid. supra epist. III. ad Fabium num. 1.) de Quinta muliere Christiana, quam pagani ad templum idolorum traxerant, ἀποστρεφομένην δὲ ϗ βδελυττομένην, &c. Eodem pertinent hæc Tertulliani verba in lib. de Anima: *Quanto dignior atque constantior Christianæ sapientiæ assertio, cujus adflatui tota vis dæmonum cedit?* Et in lib. de Idololatria cap. 11. Denique in Apologetici c. 23. VALES.

2. Εὐδαιμονήσαντας] Quatuor nostri codices, Mazar. & Med. cum Fuk. & Savil. scriptum habent εὐδαιμονήσοντας rectius, dummodo in singulari numero scribas εὐδαιμονήσοντα. De solo enim Valeriano heic loquitur Dionysius. ID.

3. Καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακριανὸς] Subaudiendum est τοῖς δαίμοσι, non autem τοῖς βασιλεῦσι, ut putavit Christophorsonus. De solo enim Valeriano heic sermo est, ut jam dixi. Adde, quod perit omnis sensus hujus loci, si interpretatio Christophorsoni retineatur. In nostra autem versione sensus est apertissimus: *Macrianus*, inquit, *cum ex dæmonum prædictionibus atque præsagiis ad spem imperii pervenisset, hanc gratiam ipsis retulit, ut Valerianum in Christianos armaret.* Porro in codicibus nostris Maz. Med. & Fuk. scribitur Μακριανὸς, rectius. Ita enim hunc tyrannum appellant historiæ Augustæ scriptores, & nummi veteres. Sed & in antiquissimo codice Vaticano quem rogante me consuluit doctissimus vir Lucas Holstenius, scriptum est Μακριανὸς, tum in hoc loco, tum in capite 23. IDEM.

4. Ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων] Ita Græci vocabant, quos Latini dicunt *Rationales*, seu *procuratores summæ rei*, ut jam pridem notavi ad excerpta Constantini Porphyrogenneti ex Dione Coccejano pag. 122. Quæ quidem heic repetere nihil attinet. Addemus dumtaxat insignem locum Porphyrii in vita Plotini, qui a doctissimo interprete non est intellectus. Loquens enim Porphyrius de Thaumasio quodam, sic ait: ὅτε ϗ Θαυμασίῳ πρὸς τοὔνομα ἐπιστελλόντος, τοὺς καθόλου λόγους πράττοντος. Porro cujusnam imperatoris procurator fuerit Macrianus, incertum est. Cave enim existimes, eum Valeriani procuratorem fuisse. ID.


5. Οὐδὲ καθολικὸν] Ludit Dionysius in nomine Catholici, quo & Rationalis officium, & Christiana religio designatur. Unde Optatus in lib. 2. Catholicam fidem ex eo dictam esse asserit, quod sit rationalis: *Ubi ergo erit proprietas Catholici nominis, cum inde dicta sit Catholica, quod sit rationalis, & ubique diffusa?* Quamquam Catholicam religionem ob id dici, quod rationalis sit, non facile mihi persuadeo. Neque enim καθολικὸς simpliciter, & absolute *Rationalem* significat, nisi subaudiatur λογοθέτης. Ceterum Catholicæ cognomen quando primum adhæserit Ecclesiæ Dei, difficile est dicere. In epistola quidem Smyrnæorum de martyrio beati Polycarpi, mentio fit Ecclesiæ Catholicæ. Item in Actis Passionis Pionii martyris, qui passus est principatu Decii Augusti: *Tum Polemo, Christianus, inquit, es? Respondit Pionius, sum profecto. Cujus, inquit Polemo, es Ecclesiæ? Respondit Pionius: Catholicæ: nulla enim est alia apud Christum.* Apparet igitur, hoc cognomen Ecclesiæ inditum esse circa primam Apostolorum successionem, cum hæreses multis in locis exortæ, veram Christi fidem & Apostolorum traditionem subvertere conarentur. Tunc enim, ut vera & genuina Christi Ecclesia ab adulterinis hæreticorum cœtibus distingueretur, Catholicæ cognomen soli orthodoxorum Ecclesiæ attributum est. ID.

6. Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, ϗ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσι] Hic locus exstat in Ezechielis cap. 13. Quem quidem Hieronymus ita interpretatur: *Væ his, qui prophetant ex corde suo, & omnino non vident.* Dionysius vero noster τὸ καθόλου exponit τὴν καθόλου πρόνοιαν: verba scilicet prophetæ, seu potius LXX. interpretum, ad argumentum suum accommodans. ID.

7. Ὡς πορρωτάτω τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας] Ita quidem Robertus Stephanus: qui cum scripturam codicis regii pæne ubique sequi soleat, hoc tamen loco depravatam codicis Medicæi lectionem sequi maluit. Sed procul dubio scribendum est, τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, ut præter codicem regium præferunt codex Maz. Fuket. & Savilianus. Ita etiam legit Christophorsonus. ID.

8. Τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα] Alludit Dionysius ad nomen Macriani. Nam Μακρὰν, idem est, quod πορρωτάτω. IDEM.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.



ματι αὐτῶν, ἃ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε· καὶ ἐγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας ἀνταποδώσω αὐτοῖς. [1] οὗτος δὲ τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανεὶς, καὶ τὸν βασίλειον ὑποδῦναι κόσμον ἀδυνατῶν [2] ἀναπήρῳ τῷ σώματι, τοὺς δύο παῖδας τὰς πατρῴας ἀναδεξαμένους ἁμαρτίας προεστήσατο· ἐναργὴς γὰρ ἐπὶ τούτων ἡ πρόῤῥησις ἣν εἶπεν ὁ Θεός· ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς τοῖς μισοῦσί με. τὰς γὰρ ἰδίας πονηρὰς ἐπιθυμίας [3] ὧν ἠτύχει, ταῖς τῶν υἱῶν κεφαλαῖς ἐπιβαλὼν, εἰς ἐκείνους τὴν ἑαυτοῦ κακίαν καὶ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν μῖσος ἐξωμόρξατο.

A *ipsi elegerunt vias suas & abominationes suas quas concupivit anima eorum. Et ego eligam ludibria eorum, & peccata retribuam ipsis.* Macrianus vero imperandi cupiditate flagrans, tametsi imperio indignus; cum regium cultum induere non posset ipse corpore debilis, duos filios paterna in se translaturos crimina imperio præfecit. Etenim evidentissime in his impleta est prædictio Dei dicentis: [a] *Ego sum, qui ulciscor peccata parentum in liberis, ad tertiam usque & quartam progeniem eorum qui oderunt me.* Pravis enim cupiditatibus suis quibus ipse frui non potuerat, in filiorum capita translatis, improbitatem suam & odium divini numinis in eos pariter transfudit.

[4] Ἐκεῖνος [a] μὲν οὖν τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων τὸν μὲν προέμενος, τῷ δὲ ἐπιθέμενος, πανγενῇ ταχέως καὶ πρόῤῥιζος ἐξηφανίσθη· ἀνεδείχθη δὲ καὶ συνανωμολογήθη παρὰ πάντων ὁ Γαλλιῆνος· παλαιὸς ἅμα βασιλεὺς καὶ νέος· πρῶτος ὢν καὶ μετ' ἐκείνους παρών. κατὰ γὰρ τὸ ῥηθὲν πρὸς τὸν προφήτην Ἠσαΐαν· τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἰδοὺ ἥκασι· καὶ καινὰ ἃ νῦν ἀνατελεῖ. ὥσπερ γὰρ νέφος τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ὑποδραμὸν καὶ πρὸς ὀλίγον ἐπηλυγάσαν, ἐσκίασεν αὐτὸν καὶ ἀντ' αὐτοῦ προεφάνη· εἶτα παρελθόντος ἢ διατακέντος τοῦ νέφους, ἐξεφάνη πάλιν ἐπανατείλας ὁ ἥλιος ὁ προανατείλας. οὕτω [b] προστὰς καὶ [5] προσπελάσας ἑαυτὸν ὁ Μακριανὸς τῆς ἐφεστώσης Γαλλιήνου βασιλείας· ὁ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ μηδὲ ἦν· ὁ δὲ ἔστιν ὁμοίως ὥσπερ ἦν. καὶ οἷον ἀποθεμένη τὸ γῆρας ἡ βασιλεία· καὶ τὴν προοῦσαν ἀνακαθηραμένη κακίαν, ἀκμαιότερον νῦν ἐπανθεῖ· καὶ πόῤῥωτερον ὁρᾶται καὶ ἀ-

B V. Et ille quidem (Macrianus) cum imperatorum suorum alterum prodidisset, alteri bellum intulisset, brevi cum universa familia stirpitus interiit. Gallienus vero renuntiatus, & communi omnium consensu approbatus est: vetus simul imperator ac novus: prior illis, ac post illos etiam superstes: juxta id quod dictum est Esaiæ prophetæ: [b] *Quæ a principio fuere, ecce venerunt: & nova sunt, quæ nunc orientur.* Nam quemadmodum nubes solis radios subiens, ejus splendorem brevi tempore obscurat, inque ejus locum substituta conspicitur: ea deinde prætergressa aut liquefacta, sol qui antea ortus fuerat, rursum quasi novus exoriri videtur: C ita Macrianus qui se ipsum præposuerat, & ad ipsum Gallieni imperium proxime admoverat; ipse quidem jam non est, quippe qui nec antea erat: Gallienus vero sui similis idemque, qui prius, manet. Ipse denique principatus, velut senectute deposita, & pristinæ improbitatis sordibus repurgatus, nunc

a Exod. xx. 5. *b* Esa. xlii. 9. xliii. 19.

1. *Οὗτος δὲ τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανεὶς*] Pessime hunc locum vertit Christophorsonus, qui hæc de Valeriano dici putavit, cum de Macriano apertissime dicantur. Præcessit enim *ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς*, &c. sequitur deinde, *οὗτος δὲ*, &c. quibus particulis satis declaratur de duobus sermonem fieri. Adde, quod de Valeriano dici non potest, eum imperio quod tantopere concupiscebat, indignum fuisse. Quippe Valerianus erat vir nobilissimus, D & princeps civitatis: & antequam imperaret, omnium consensu imperio dignissimus habebatur, ut Historici tradunt. At Christophorsoni prava versio Baronium etiam in errorem induxit. VALES.

2. *Ἀναπήρῳ τῷ σώματι.*] Certe Joannes Zonaras in Annalibus Macrianum claudum fuisse scribit: quem in historia illorum temporum consulere, haudquaquam inutile fuerit. Solus enim ex iis qui ad nos pervenerunt scriptoribus, Macriani & filiorum ejus res gestas accurate commemoravit. ID.

3. *Ὧν ἠτύχει*] Sic habet codex Regius, quem fere ubique secutus est Stephanus. In reliquis Maz. Med. & Fuk. legitur *ὧν ἠντύχει*, rectius ni fallor. Re vera enim Macrianus id quod tantopere concupierat, adeptus est, imperium videlicet. Sed cum ipse gestandis imperii insignibus, ob corporis debilitatem parum esset idoneus, filios suos ad imperium evexit. Merito igitur de illo dicit Dionysius, E *ὅτι ἠντύχησε τῶν ἰδίων ἐπιθυμιῶν*, id est, *compos fuit votorum suorum.* Ceterum post hæc Dionysii verba de Macriano, sequebatur continuo locus ille, qui legitur in capite 23. hujus libri *ἐκεῖνος μὲν οὖν τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων*, &c. Uterque enim locus descriptus est ex epist. Dionysii ad Hermammonem, scripta anno 9. principatus Gallieni. Quibus addendus ac præponendus est alter locus ex eadem epistola, qui refertur in capite 1. hujus libri. Atque ita concinnatis ac rejunctis inter se omnibus fragmentis, pæne integram Dionysii ad Hermammonem epistolam habituri sumus. ID.

4. *Ἐκεῖνος μὲν οὖν*] Recte Christophorsonus Macrianum heic intelligi animadvertit, cujus proditione Valerianus in Persarum potestatem venit. Valerianum certe ducum proditione in illam calamitatem incidisse, testantur Aurelius Victor, Syncellus & alii. Porro hæc Dionysii verba jungenda sunt cum illis, quæ supra retulit Eusebius lib. vii. cap. 10. Sunt enim ex eadem Dionysii ad Hermammonem epistola. Ac ne unum quidem verbum inter hæc duo fragmenta interjectum erat. Sed & in cap. 1. hujus libri, fragmentum ejusdem epistolæ affert Eusebius. ID.

5. *Προσπελάσας*] In tribus nostris codicibus legitur *προσπελάσας*, quibus consentit etiam Nicephorus. Nec dubito, quin scribendum etiam sit *προσστὰς* cum duplici sigma. Scribendum quoque est *ὁ Μακριανὸς*, ut legitur in Maz. Med. ac Fuk. Idcirco autem Dionysius de Macriani imperio loquitur, quod eum imperatorem Ægyptus cum universo Oriente susceperat. Docet id vetustus nummus a Joanne Tristano V.C. editus, in cujus adversa parte hæc habetur inscriptio, ΑΤΤ. Κ. Μ. ΦΟΤΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟΣ. In altera parte ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ. ID.

a *Ἐκεῖνος*] Hæc præmittit Eusebius vii. 23. „Ad Hermammonem fratresque in Ægypto degentes scribens (Dionysius,) postquam de imperatoris Decii & successorum illius improbitate disseruit, pacis quæ viguit principatu „Gallieni mentionem facit his verbis: *Et ille quidem* „ cet. De hujusmodi autem fragmento consule cl. Valesii observationem in hunc locum.

b *Προστὰς*] Valesius legendum monet *προσστὰς* cum duplici σ, quasi *adstans*: sed ei non accedo. Ipse enim Dionysius in eadem epistola num. iv. de Macriano, *δύο παῖδας προεστήσατο*: & hoc loco similitudinem nubis spectans, quæ quasi ante solem stare videtur; ita loquitur quod ille ante Gallienum stare, ejusque splendorem ab eorum oculis avertere conabatur. *Καὶ προσπελάσας ἑαυτὸν*, ita ille ex mss. legit: sed si neque *προστὰς* neque *προσπελάσας* legas, nihil erit quod voci *βασιλείας* congruat. Illud autem quasi per antithesin addidit, & in eo quasi lusit, quod quum nomen *Μακριανὸς* potius eum longe abesse significaret, appropinquare tamen & propius accedere non vereretur. Vox etiam *ἐφεστώσης* ad *προστὰς* respicit. Agnoscit Gallieni *βασιλείαν* prius *ἐφεστῶσαν* Ægypto, quasi *supra stantem*; tum vero Macrianum imperatorem appellatum, & in Ægypto præcipue receptum (utpote Magorum maximum patronum, quorum prædictionibus imperium arripuerat) quasi *ante stantem* & adpropinquantem describit, ut jam Gallieni regnum plane dispareret. PEARSON. *Annal. Cyprian.* ad ann. CCLXI. num. III. pag. 71.

κούεται, καὶ διαφοιτᾷ πανταχοῦ. εἶθ᾽ ἑξῆς καὶ τὸν χρόνον καθ᾽ ὃν ταῦτ᾽ ἔγραφε, διὰ τούτων σημαίνει. καί μοι πάλιν τὰς ἡμέρας τῶν βασιλικῶν ἐτῶν ἔπεισι σκοπεῖν. ὁρῶ γὰρ ὡς ὀνομασθέντες μὲν οἱ ἀσεβέστατοι, μετ᾽ οὐ πολὺ γεγόνασιν ἀνώνυμοι· ὁ δὲ ὁσιώτερος καὶ φιλοθεώτερος [a] ὑπερβὰς τὴν ἑπταετηρίδα, νῦν ἐνιαυτὸν ἔννατον διανύει, ἐν ᾧ ἡμεῖς ἑορτάσωμεν.

A florentius viget: & longius cernitur atque auditur, & quocumque diffunditur. *Deinde tempus ipsum, quo hæc scribebat, designat his verbis.* Ac mihi rursus imperatoris nostri annos contemplari subit. Video enim impiissimos illos qui adeo celebres olim exstiterunt, brevi postea obscurissimos evasisse. Religiosissimus vero, Deique amantissimus imperator septennalem circulum jam emensus, nonum imperii annum transigit, quo nos festa celebraturi sumus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

EPISTOLA XII.

Ad ALEXANDRINOS.

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* VII. *cap.* XXII.

ΤΟῖς μὲν [b] ἄλλοις ἀνθρώποις, οὐκ ἂν δόξειε καιρὸς ἑορτῆς εἶναι τὰ παρόντα· οὐδὲ ἔστιν αὐτοῖς οὔτε οὗτος, οὔτε τις ἕτερος, [1] οὐχ ὅπως τῶν ἐπιλύπων, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ εἴ τις [2] περιχαρὴς ὃν οἰηθείεν μάλιστα. νῦν μέν γε θρῆνοι πάντα· καὶ πενθοῦσι πάντες· καὶ περιηχοῦσιν οἰμωγαὶ τὴν πόλιν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν τεθνηκότων καὶ τῶν ἀποθνησκόντων ὁσημέραι. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν πρωτοτόκων τῶν Αἰγυπτίων γέγραπται, οὕτως καὶ νῦν ἐγενήθη κραυγὴ μεγάλη. οὐ γάρ ἐστιν οἰκία ἐν ᾗ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ τεθνηκώς· [3] καὶ ὄφελόν γε.

B I. ALiis quidem hominibus præsens hoc tempus non videatur esse tempus festivitatis. Neque vero illis tempus festivitatis est, nec hoc quod a nobis celebratur, nec ullum aliud, non dicam eorum quæ luctuosa sunt, sed etiam eorum quæ vel maxime læta & hilaria existimantur. Nunc quidem certe plena sunt omnia lamentationum: Lugent cuncti: & ob mortuorum hominum ac quotidie morientium multitudinem, tota urbs gemitibus circumsonat. Prorsus enim, ut de primogenitis Ægyptiorum in sacris libris scriptum habetur [a], ita nunc quoque clamor ingens excitatus est. Nulla quippe domus est, in qua non sit aliquod funus. Atque utinam unum dumtaxat in unaquaque domo esset.

Πολλὰ μὲν γὰρ καὶ δεινὰ καὶ τὰ πρὸ τούτου συμβεβηκότα· [4] πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤλασαν· καὶ μόνοι πρὸς ἁπάντων διωκόμενοι καὶ θανατούμενοι, ἑορτάσαμεν καὶ τότε· καὶ πᾶς ὁ τῆς καθ᾽ ἕκαστον θλίψεως τόπος, πανηγυρικὸν ἡμῖν γέγονε χωρίον· ἀγρός· ἐρημία· ναῦς· πανδοχεῖον· δεσμωτήριον. φαιδροτάτην δὲ πα-

C II. Multa quidem, & acerba ante hanc calamitatem nobis contigerunt. Primum enim nos urbe expulerunt. Cumque soli ab omnibus fugaremur atque opprimeremur, nihilominus tunc quoque festos egimus dies. Quivis denique locus in quo varias ærumnas singillatim pertulimus, ager, inquam, solitudo, navis, stabulum, carcer; instar templi ad

a Exod. XII. 29. 30.

1. Οὐχ ὅπως τῶν ἐπιλοίπων] Scribendum omnino est τῶν ἐπιλύπων, ut habent manuscripti codices Maz. ac Med. cum Saviliano. Opponitur enim τῷ περιχαρεῖ, quod mox sequitur. Est autem elegantissimum hoc exordium Paschalis epistolæ, sive orationis Dionysii. Aliis, inquit Dionysius, infidelibus scilicet ac gentilibus, præsens tempus minime opportunum videatur ad festum diem celebrandum; quippe cum luctu & lamentis plena sint omnia. Verum nec ullum omnino tempus, non dico luctuosum, cujusmodi hoc tempus esse fateor; sed ne lætissimum quidem, illis hominibus, id est infidelibus, aptum est ad festivitatem celebrandam. Impii siquidem & mali homines, numquam omnino dies festos agere possunt, licet hostias immolent & libamenta offerant. Soli virtute præditi festos dies agunt. Soli quippe officio funguntur, & vota atque incruentas hostias offerunt Deo. Multa in hanc sententiam habet Origenes in lib. 8 contra Celsum, quæ sunt e Stoicorum philosophia desumta: ex quibus magnam lucem accipit hic Dionysii locus. ID.

2. Περιχαρὴς ὃν οἰηθείεν] Apud Nicephorum legitur ἅτις περιχαρὴς ἂν οἰηθείη. Quæ scriptura ferri non potest, cum verbum οἰηθεὶν in passiva significatione sumi non possit. Dixit ergo Dionysius περιχαρὴς ὃν οἰηθεῖν, pro eo, quod alii dicerent, ὃς ὤοιντο ἂν μάλιστα περιχαρῆ. ID.

D 3. Καὶ ὄφελόν γε] Turnebus ad oram libri sui emendavit, καὶ ὄφελόν γε εἷς. Quæ tamen scriptura in omnibus nostris codicibus non legitur. In codice Regio scriptum inveni, καὶ ὄφελόν γε· εἰς πολλὰ μὲν γὰρ καὶ δεινά, sicut etiam habet Nicephorus. Recte igitur Turnebus, qui sola interpunctione mutata, hunc Dionysii locum restituit, ut dixi. ID.


4. Πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤλασαν] Repetit heic Dionysius, & quasi compendio enumerat cuncta, quæ Christiani passi fuerant Alexandriæ jam inde ab initio sui pontificatus. Primo enim, inquit, nos persecuti sunt. Persecutionem intelligit, quæ cœpta est anno ultimo Philippi imperatoris. Bellum deinde, ait, secutum est intestinum. De hoc civili bello Alexandrinorum vide epistolam Dionysii ad Fabium supra. Deinde cum paullulum, inquit, nos & illi quievissemus, incubuit lues illa gravissima, ea scilicet quæ sub Gallo & Volusiano grassata est, cum jam antea sub Decio cœpisset. Aliquot enim diaconi ea peste consumti sunt temporibus Decii, ut patet ex epistola Dionysii ad Domitium & Didymum. ID.

E

a Ὑπερβὰς τὴν ἑπταετ.] Quis ita umquam locutus est, ut quis post septennium diceretur nonum annum jam agere? Necesse est ut illud septennale aliquid peculiare designet, & diversum ab eo tempore quod postea secutum est. Est autem illud septennium imperii quod cum patre administraverat. Septennium ὑπερίβαινε. Octavo autem imperii anno, Macrianus imperialem honorem adeptus est præsertim in Ægypto. Post purpuram ab eo sumtam, auctoritas multa fuit Gallieni in Ægypto. Anno demum Gallieni nono, hoc ipso scilicet CCLXI., Macriano patre & utroque filio Augustis jam interemtis, majestas Gallieni etiam apud Ægyptios agnita est. Et tunc Gallienus Rescriptum dedit ad Dionysium, Pinnam & Demetrium Ægypti episcopos, quo locos sacros recuperarent, quod πρὸ πολλοῦ, anno scilicet superiore concesserat. Nonus autem Gallieni annus ab adulta hujus anni æstate incepit: & tempus quo scripta est hæc epistola Dionysii, ut observat Eusebius, hinc intelligitur; nempe ante pascha A. D. CCLXII. PEARSON. l. c. pag. 72.

b Τοῖς μὲν ἄλλοι. ἀνθρ.] Euseb. lib. VII. cap. XXI. „ Posthæc, „ inquit, pace vix dum restituta, Alexandriam regressus „ est (Dionysius). Verum quum seditio bellumque rursus „ illic exortum fuisset; adeo ut ipse universos ejus urbis „ fratres, utpote in alterutram seditionis partem distractos „ alloqui non posset: iterum ipso Paschæ die ex urbe Ale„ xandria, tamquam extorris eos per litteras alloquitur. „ Et mox cap. seq. XXII. „ Secuta dein, subdit, post bellum „ peste, quum paschalis solemnitas immineret; iterum „ Dionysius fratres per litteras allocutus est; in quibus „ calamitatis illius magnitudinem describit his verbis: „ [illegible] cet.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 258.



σῶν ἔγαγον ἑορτὴν οἱ τέλειοι μάρτυρες ἀνωχηθέντες ἐν οὐρανῷ. μετὰ δὲ ταῦτα, πόλεμος καὶ λιμὸς ἐπέλαβεν· ἃ τοῖς ἔθνεσι συνδιηνέγκαμεν· μόνοι μὲν ὑποστάντες ὅσα ἡμῖν ἐλυμήναντο· παραπολαύσαντες δὲ καὶ ὧν ἀλλήλους εἰργάσαντό τε καὶ πεπόνθασι· καὶ τῇ Χριστοῦ πάλιν ἐνηυφράνθημεν εἰρήνῃ, ἣν μόνοις ἡμῖν ἔδωκε.

A sacros conventus peragendos fuit. Sed omnium lætissimam festivitatem egerunt consummati martyres; qui in cælo epulati sunt. Posthæc bellum & fames excepit: quæ quidem nos cum Gentilibus junctim pertulimus. Et ea quidem mala quibus nos attriverunt, soli sustinuimus. Quæ autem ipsi sibi vicissim intulerunt ac passi sunt, eorum partem toleravimus. Sed rursus oblectavit nos pax illa, quam Christus nobis solis indulsit.

Βραχυτάτης δὲ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν τυχόντων ἀναπνοῆς, ἐπικατέσκηψεν ἡ νόσος αὕτη· πρᾶγμα φόβου τε παντὸς φοβερώτερον ἐκείνοις, καὶ συμφορᾶς ἡστινοσοῦν σχετλιώτερον· καὶ ὥς ἴδιός τις αὐτῶν ἀπήγγειλε συγγραφεὺς, πρᾶγμα μόνον δὴ τῶν πάντων ἐλπίδος κρεῖττον γενόμενον· ἡμῖν δὲ οὐ τοιοῦτο μὲν, γυμνάσιον δὲ καὶ δοκίμιον οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἔλαττον. ἀπέσχετο μὲν γὰρ οὐδὲ ἡμῶν· [1] πολλὴ δὲ ἐξῆλθεν εἰς τὰ ἔθνη. τούτοις ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων, οἱ γοῦν πλεῖστοι τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ φιλαδελφίαν ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων ἐχόμενοι, ἐπισκοποῦντες ἀφυλάκτως τοὺς νοσοῦντας· λιπαρῶς ὑπηρετούμενοι· θεραπεύοντες ἐν Χριστῷ, [2] συναπηλλάττοντο ἐκείνοις ἀσμενέστατα· τοῦ παρ' ἑτέρων ἀναπιμπλάμενοι πάθους, καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες ἀπὸ τῶν πλησίον, καὶ ἑκόντες [3] ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας· καὶ πολλοὶ νοσοκομήσαντες καὶ ῥώσαντες ἑτέρους, ἐτελεύτησαν αὐτοὶ, τὸν ἐκείνων θάνατον εἰς ἑαυτοὺς μεταστησάμενοι· καὶ τὸ δημῶδες ῥῆμα [4] μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι, ἔργῳ δὴ τότε πληροῦντες, ἀπιόντες [5] αὐτῶν πάντων περίψημα· οἱ γοῦν ἄριστοι τῶν παρ' ἡμῖν ἀδελφῶν, τοῦτον τὸν τρόπον ἐξεχώρησαν τοῦ βίου· πρεσβύτεροί τέ τινες καὶ διάκονοι· καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ λίαν ἐπαινούμενοι· ὡς καὶ τοῦ θανάτου τοῦτο τὸ εἶδος διὰ πολλὴν εὐσέβειαν καὶ πίστιν ἰσχυρὰν γινόμενον, μηδὲν ἀποδεῖν μαρτυρίου δοκεῖν.

III. Cum autem brevissimo temporis spatio nos & illi respirassemus, repente ingruit lues illa; ipsis quidem res omnium formidolosissima & calamitosissima; & quæ sola, ut proprius quidam ipsorum scri- B ptor loquitur, omnium spem opinionemque superavit. Nobis vero non ejusmodi fuit: sed potius meditamentum quoddam ac probamentum perinde ac cetera. Neque enim a nobis abstinuit lues illa, licet plurimum in Gentiles grassata sit. *Addit deinde.* Plurimi quidem ex fratribus nostris ob nimiam caritatem curam omnem propriæ salutis abjicientes sibique mutuo adhærescentes; dum ægros secure atque audacter invisunt, eisque assidue ministrant & curationem adhibent in Christo, una cum illis mortui sunt: aliorum ægritudine libentissime sese implentes, & proximorum morbum in semet ipsos quodammodo attrahentes, doloresque eorum sponte sua exprimentes atque extergentes. C Multique adeo qui alios ægrotantes curaverant & in pristinam valetudinem restituerant, ipsi interierunt: mortem illorum in se ipsos traducentes; verbumque illud vulgare quod officiosæ dumtaxat comitatis hactenus visum fuerat, re ipsa adimplentes, cum aliorum peripsema effecti ex hac vita migrarent. Et hoc quidem pacto optimi quique ex fratribus nostris, quorum nonnulli presbyteri erant ac diaconi; & ex populo laudatissimus quisque mortem oppetierunt: adeo ut genus hoc mortis ob pietatem fideique constantiam nequaquam inferius martyrio censeatur.

Καὶ τὰ σώματα δὲ τῶν ἁγίων ὑπτίαις χερσὶ καὶ κόλποις ὑπολαμβάνοντες, καθαιροῦντές τε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ στόματα συγκλείοντες· ὠμοφοροῦντές τε [6] καὶ διατιθέντες· προσκολλώμενοι· συμπλεκόμενοι· λουτροῖς τε [7] καὶ περιστολαῖς κατακοσμοῦν-

IV. Hi ergo sanctorum corpora supinis manibus D gremioque excipientes; oculos illis & ora claudentes; bajulantes eadem humeris suis; componentes; adhærescentes illis; complectentes; lavacro & vestimentis ornantes: paullo post eadem officia ab aliis

1. Πολὺ δὲ ἐξῆλθεν] Ita quidem scriptum habet codex Regius. Sed in reliquis exemplaribus Maz. Med. ac Fuk. scribitur πολλὴ rectius. Subauditur enim νόσος. VALES.

2. Συναπηλλάττοντο ἐκείνοις] Post has voces in codice regio, & in editione Roberti Stephani apposita est virgula. Verum in tribus nostris exemplaribus Maz. Med. & Fuk. alia est distinctio. Nam post vocem ἀσμενέστατα, apposita est media distinctio, seu mora. Quod quidem idcirco monendum esse duxi, ne quis forte suspicetur, vulgatam interpunctionem temere, ac sine auctoritate scriptorum codicum a nobis mutatam fuisse. ID.

3. Ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας] Langus, & Christophorsonus verterunt *mitigantes:* quam interpretationem equidem probare non possum. Nam ἀναμάσσειν, sive ἐκμάσσειν, idem est, quod *exprimere*, *extergere*. Ait igitur Dionysius, Christianos qui ægros pestilenti morbo laborantes invisebant, expressos ægrotantium dolores in semet ipsos transtulisse. Id enim significat vox ἀναμασσόμενοι, id est excipere in se, & quasi exsugere alterius morbum. Idem igitur est, quod antea dixit Dionysius, καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες. ID.

4. Μόνης φιλοφροσύνης] Non recte, meo quidem judicio, Musculus & Christophorsonus *veram benevolentiam* interpretantur, cum φιλοφροσύνη sit potius benevolentia in sermone & affabilitate posita, quæ comitas dicitur a Latinis. Gallice civilitatem & complementum vocamus. Videtur autem hæc vox περίψημα quæ in epistolis Paulli legitur, vulgo fuisse ab Alexandrinis usurpata, quoties se in salutationibus mutuo compellarent, & operam atque obsequium sponderent: ἐγώ εἰμι περίψημα σοῦ. Quod certe hic Dionysii locus videtur innuere. Nisi potius intelligamus, Christianos vulgo a Gentilibus vocatos fuisse hoc nomine, πάντων περίψημα, id est *purgamenta sæculi:* quod magis placet. ID.

5. Αὐτῶν περίψημα] Codex Med. & Maz. una voce auctiores sunt. Sic enim habent, αὐτῶν πάντων περίψημα. Quomodo etiam in Fuk. scriptum inveni. ID.

6. Καὶ διατιθέντες] Christophorsonus vertit: *decenter ornantes*, male. Nam de ornatu mox subjungit Dionysius. Rectius igitur verti, *componentes*, quomodo loquuntur Latini. Sic Persius:

—— —— *tandemque beatulus alto*
Compositus lecto, &c.

E Hieronymus lib. I. in Jovinianum: *Compositoque ex more cadaveri se ipsa superjecit.* Hinc *compostus* pro sepulto apud Virgilium, & Horatium. Possidius in vita B. Augustini: *Confestim vero pro ejus commendanda corporis depositione oblatum est, peractoque solemniter exsequiarum ministerio, insigniter compositus, deportatus ac sepultus est.* Ita enim legitur in codice Mosciacensi. ID.

7. Καὶ περιστολαῖς] Nec hanc vocem intellexit Christophorsonus, qui vertit, *linteo funebri involvere.* Solebant enim Romani tunc temporis cadavera vestibus amicire. Ac de Gentilibus quidem res protrita est, adeo ut exemplis non egeat. Ipsos vero Christianos fidelium cadavera splendidis vestibus obtexisse, docet exemplum Asturii apud Eusebium lib. VII. cap. XVI. Hieronymus in Epitaphio Paullæ: *Quis inopum moriens non illius vestimentis obvolutus est?* Nec aliter intelligendus est locus Possidii, quem antea citavi. Græci id vocant περιστέλλειν. Athenæus in lib. II. cap. 7. ὃν τρόπον Πυθιονίκην περιέστειλε πλουτήσας ὁ Ἅρπαλος. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

τες· μεταμικρὸν ἐτύγχανον τῶν ἴσων· ἀεὶ τῶν ὑπολειπομένων, ἐφεπομένων τοῖς πρὸ αὐτῶν. τὰ δέ γε ἔθνη πᾶν τοὐναντίον· καὶ νοσεῖν ἀρχομένους ἀπωθοῦντο, καὶ ἀπέφυγον τοὺς φιλτάτους· κἂν ταῖς ὁδοῖς ἐῤῥίπτουν ἡμιθνῆτας· καὶ νεκροὺς ἀτάφους ἀπεσκυβαλίζοντο· τὴν τοῦ θανάτου διάδοσιν καὶ κοινωνίαν ἐκτρεπόμενοι, ἣν οὐκ ἦν καὶ πολλὰ μηχανωμένοις ἐκκλῖναι ῥᾴδιον.

A consecuti sunt; cum superstites semper eorum qui præcesserant, vestigiis insisterent. Gentiles vero prorsus contraria his egerunt. Nam & eos qui ægrotare incœperant, exturbabant; & carissimos refugiebant, eosque in viis semineces destituebant; aut mortuos insepultos projiciebant, aversantes mortis participationem ac societatem; quam tamen licet multiplici adhibita cautione ac diligentia, evitare non poterant.

EPISTOLA XIII.

Ad HIERACEM *episcopum in Ægypto.*

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* VII. *cap.* XXI.

Ἐμοὶ δὲ τί θαυμαστὸν εἰ πρὸς τοὺς ποῤῥωτέρω παροικοῦντας χαλεπὸν τὸ κἂν δι' ἐπιστολῶν ὁμιλεῖν· ὅτε καὶ τὸ πρὸς ἐμαυτὸν αὐτῷ μοι διαλέγεσθαι καὶ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ συμβουλεύεσθαι, καθέστηκεν ἄπορον. πρὸς γοῦν τὰ ἐμαυτοῦ σπλάγχνα τοὺς ὁμοσκήνους καὶ συμψύχους ἀδελφοὺς καὶ τῆς αὐτῆς πολίτας ἐκκλησίας, ἐπιστολιμαίων δέομαι γραμμάτων· καὶ ταῦθ' ὅπως διαπεμψαίμην ἀμήχανον φαίνεται. ῥᾷον γὰρ ἄν τις οὐχ ὅπως εἰς τὴν ὑπερόριον, ἀλλὰ καὶ ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς περαιωθείη, ἢ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπ' αὐτῆς τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπέλθοι. τῆς γὰρ ἐρήμου τῆς πολλῆς καὶ ἀτεκμάρτου ἐκείνης, ἣν ἐν δυσὶ γενεαῖς διώδευσεν ὁ Ἰσραὴλ, [1] ἄπειρος μᾶλλον καὶ ἄβατός ἐστιν, ἡ [2] μεσαιτάτη τῆς πόλεως ὁδός· [3] καὶ τῆς θαλάσσης ἣν ἐκεῖνοι ῥαγεῖσαν καὶ διατειχισθεῖσαν ἔσχον ἱππήλατον· [4] καὶ ὧν ἐν τῇ λεωφόρῳ κατεποντίσθησαν οἱ Αἰγύπτιοι, οἱ γαλήνιοι καὶ ἀκύμαντοι λιμένες γεγόνασιν εἰκών· πολλάκις φανέντες ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς φόνων, οἷον ἐρυθρὰ θάλασσα· ὁ δ' ἐπιῤῥέων ποταμὸς τὴν πόλιν, ποτὲ μὲν ἐρήμου τῆς ἀνύδρου ξηρότερος ὤφθη. καὶ μᾶλλον αὐχμώδης ἐκείνης, ἣν διαπορευόμενος ὁ Ἰσραὴλ οὕτως ἐδίψησεν, ὡς [5] Μωϋσοῦ μὲν καταβοᾶν· ῥυῆναι δ' αὐτοῖς παρὰ τοῦ θαυμάσια ποιοῦντος μόνου ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ποτόν· ποτὲ δὲ [6] τοσοῦτον ἐπλήμμυρεν, ὡς πᾶσαν τὴν περίχωρον, τάς τε ὁδοὺς καὶ τοὺς ἀγροὺς ἐπικλύσαντα, τῆς ἐπὶ Νῶε γενομένης τοῦ ὕδατος φορᾶς ἐπαγαγεῖν ἀπειλήν.

B I. Quid vero mirum, si grave ac difficile mihi est homines longius remotos vel per epistolas alloqui, cum nec mecum ipse colloqui, nec animæ meæ consulere facile possim? Etenim ad mea ipsius viscera, ad contubernales & unanimes fratres ejusdemque Ecclesiæ municipes, missis epistolis opus habeo; easque quomodo transmittam, vix reperio. Facilius enim quis, non dicam extra fines provinciæ, sed ab oriente ad regiones occidentis ultimas commeare possit, quam ex ipsa urbe Alexandria Alexandriam pergere. Quippe vasta illa & invia solitudine quam Israelitæ duabus ætatibus peragrarunt, vastior magisque invia est media urbis platea. Portus autem illi tranquilli & placidi, imaginem C exhibent maris illius, quod olim scissum ac duorum instar parietum utrimque firmatum, Israelitis quidem transitum præbuit; Ægyptios vero in ipso calle submersit. Nam ob crebras hominum cædes ibi perpetratas, maris cujusdam rubri instar fuerunt. Qui vero civitatem ipsam alluit fluvius, interdum quidem aridior visus est & squalidior siticulosa illa solitudine, per quam iter facientes Israelitæ tanta oppressi sunt siti, ut adversus Mosem vociferari non desinerent, quoad virtute illius qui solus mirabilia facit, ex prærupta rupe aqua ipsis ad potum effluxisset. Interdum vero tantopere exundavit, ut circumsitæ regioni viisque & agris omnibus superfusus, aquarum diluvium cujusmodi temporibus Noe D accidit, minari videretur.

Ἀεὶ δὲ αἵματι καὶ φόνοις καὶ καταποντισμοῖς κάτεισι μεμιασμένος, οἷος ὑπὸ Μωϋσεῖ γέγονε τῷ

II. Ceterum cædibus & cruore & submersionibus hominum continuis inquinatus evolvitur; qualis olim

1. Ἄπειρος μᾶλλον καὶ ἄβατος] In codice Fuk. & Savil. scriptum est ἄπορος; quod tamen non probo. Hæc enim opponuntur verbis superioribus: & ἄπειρος quidem opponitur τῇ πολλῇ ἐρήμῳ; ἄβατος vero opponitur voci ἀτεκμάρτου, quæ præcessit. VALES.

2. Μεσαιτάτη τῆς πόλεως ὁδός] In codice regio scriptum inveni τῶν πόλεων, quæ scriptura tolerari potest. Duas quippe urbes ex una fecerat ingens illa seditio, ut jam supra innuit Dionysius, cum ait ab urbe Alexandrina Alexandriam pergere difficilius fuisse, quam ab oriente ad ultimas usque occidentis oras proficisci. Porro hæc Alexandrina seditio tum contigisse mihi videtur, cum Æmilianus tyrannidem Alexandriæ arripuit, de quo vide Pollionem in XXX. Tyrannis. Eumenius in panegyrico ad Constantium, loquens de Gallieni temporibus: *Tota*, inquit, *Ægyptus, & Syriæ defecerant*. ID.

3. Καὶ τῆς θαλάσσης] Ante hæc verba apponenda est finalis distinctio, ut habent omnes manuscripti codices. Quod cum non vidissent interpretes, hæc cum præcedentibus male conjunxerunt, secuti scilicet editionem Roberti Stephani. Ego vero antequam manuscriptum ullum codicem Eusebii vidissem, hunc locum ita distinguendum esse conjeceram, ut ex versione mea apparet. Porro distinctionem, & interpretationem nostram confirmant sequentia Dionysii verba. Addit enim Dionysius, portus urbis Alexandrinæ, peremtorum civium cruore exundantes, [illegible] maris imaginem sæpius præbuisse. Non igitur [illegible] portus, ut dixi, a Dionysio comparatur cum rubro mari. ID.

4. Καὶ ὧν ἐν τῇ λεωφόρῳ] Ante hæc verba Robertus Stephanus in editione sua punctum apposuit, contra fidem omnium scriptorum codicum; qui ante hæc verba mediam dumtaxat distinctionem, sive moram habent appositam. Christophorsonus quidem Roberti Stephani distinctionem secutus, hunc locum ita vertit: *Isti porro placidi & tranquilli urbis portus, fluctuum eorum quibus Ægyptii erant in trajectione submersi, veram effigiem gerunt*. Sed hæc interpretatio non respondet verbis Dionysii. Quamobrem sequenda potius est distinctio scriptorum codicum, & hæc verba cum præcedentibus connectenda. Verum dicet aliquis, quo referendus est articulus ille postpositivus ὧν? Respondeo, articulum hunc referri ad vocem θαλάσσης, & pluralem numerum positum esse pro singulari. Mare quippe utrimque divisum latam in medio viam Israelitis aperuerat. Atque ita duo veluti maria ex uno facta fuerant. Idcirco Dionysius λεωφόρον τῶν θαλασσῶν [illegible] eleganter, quasi bimarem plateam. Quod si cum Christophorsono & Stephano ante has voces finalem distinctionem adscripseris, non erit jam, quo referatur articulus ille postpositivus. Neque enim ad vocem λιμένες referri potest. I[illegible]

5. [illegible]] Ita quidem l[illegible] in codice regio & [illegible]. Verum in Mazarino ac Mediceo [illegible] ptum [illegible] rect[illegible] sine dubio. ID.

6. [illegible]] Hæc est lectio codicis regii non omnino rej[illegible]. Reliqui tamen codices Mazar. ac Med. cum Fuk. & Savil. scriptum habent τοσαῦτα. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 258.

Φαραὼ, μεταβαλὼν εἰς αἷμα καὶ ἐποζέσας. καὶ ποῖον γένοιτ' ἂν τῷ πάντα καθαίροντος ὕδατος ὕδωρ ἄλλο καθάρσιον; πῶς ἂν ὁ πολὺς καὶ ἀπέραντος ἀνθρώποις ὠκεανὸς ἐπιχυθεὶς, τὴν πικρὰν ταύτην ἀποσμήξαι θάλασσαν; ἢ πῶς ἂν ὁ μέγας ποταμὸς ὁ ἐκπορευόμενος ἐξ Ἐδὲμ, τὰς τέσσαρας ἀρχὰς εἰς ἃς ἀφορίζεται μετοχετεύσας εἰς μίαν τοῦ [a] Γηὼν, ἀποπλύναι τὸ λύθρον; ἢ πότε ὁ πεθολωμένως ὑπὸ τῶν πονηρῶν πανταχόθεν ἀναθυμιάσεων ἀὴρ, εἰλικρινὴς γένοιτο; τοιοῦτοι γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς ἀτμοὶ, καὶ ἀπὸ θαλάσσης ἄνεμοι· ποταμῶν τε αὖραι καὶ λιμένων ἀναθυμιάσεις ἀποπνέουσιν, ὡς σηπομένων ἐν πᾶσι τοῖς ὑποκειμένοις στοιχείοις νεκρῶν ἰχῶρας εἶναι τὰς δρόσους. εἶτα θαυμάζουσι καὶ διαποροῦσι, πόθεν [1] οἱ συνεχεῖς λοιμοί· πόθεν αἱ χαλεπαὶ νόσοι· πόθεν αἱ παντοδαπαὶ φθοραί· πόθεν ὁ ποικίλος καὶ πολὺς τῶν ἀνθρώπων ὄλεθρος· διὰ τί μηκέτι τοσοῦτον πλῆθος οἰκητόρων ἡ μεγίστη πόλις ἐν αὐτῇ φέρει, ἀπὸ νηπίων ἀρξαμένη παίδων μέχρι τῶν εἰς ἄκρον γεγηρακότων, ὅσους [2] ὠμογέροντας οὓς ἐκάλει πρότερον ὄντας ἔτρεφεν; ἀλλ' οἱ τεσσαρακοντοῦται καὶ μέχρι τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν, τοσοῦτον πλείονες τότε, ὥστε μὴ συμπληροῦσθαι νῦν τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, προσεγγραφέντων καὶ συγκαταλεγέντων εἰς τὸ δημόσιον σιτηρέσιον, τῶν ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν μέχρι τῶν ὀγδοήκοντα· καὶ γεγόνασιν οἷον ἡλικιῶται τῶν πάλαι γεραιτάτων, οἱ ὄψει νεώτατοι. καὶ οὕτω μειούμενον ἀεὶ καὶ δαπανώμενον ὁρῶντες τὸ ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων γένος, οὐ τρέμουσιν· αὐξομένου καὶ προκόπτοντος τοῦ παντελοῦς αὐτῶν ἀφανισμοῦ.

A a Mose præstitus est Pharaoni, in sanguinem conversus ac fœtidus. Quænam igitur unda lustrare poterit aquam qua omnia purgantur? Quomodo vastus ille nec hominibus permeabilis oceanus, hoc amarum pelagus umquam absterserit? Aut quomodo ingens ille fluvius qui ex Edem profluit, etiamsi quatuor illos in quos dividitur alveos in unum Geonis alveum transfundat, tantam hanc abluet saniem? Ecquando scelestissimis undecumque vaporibus obnubilatus aer, purus tandem serenusque reddetur? Hujusmodi enim halitus ex terra; ex mari venti; ex fluminibus auræ; ex portubus fuligines spirant, ut tabescentium in omnibus subjacentibus elementis cadaverum sanies pro rore sit. Et post hæc miran- B tur & ambigunt homines, undenam continuæ pestes; undenam graves morbi, omnisque generis labes, & multiplices variique hominum interitus: quid caussæ sit, cur urbs maxima tantum civium numerum amplius non ferat, etiamsi ab ipsis infantibus ad decrepitos usque senes numerentur, quot antea crudos senes sic vocatos aluit? Verum tunc temporis adeo plures erant quadragenarii, & supra hos usque ad septuagesimum ætatis annum progressi; ut numerus eorum nunc expleri non possit, adscriptis licet & in album relatis ad annonam ex publico accipiendam his qui quatuordecim annos nati sunt, usque ad octogenarios. Et qui specie ipsa adolescentuli sunt, æquales quodammodo nunc facti C sunt eorum qui olim senes erant. Cumque in terris humanum genus tantopere imminutum & consumtum videant, augescente in dies & crescente ipsorum exscidio, non intremiscunt.

EPISTOLA XIV.

E sacris Parallelis JOANNIS DAMASCENI *Rupefucaldinis.*

Opp. tom. II. *pag.* 753. C. *edit. Paris.* 1712.

Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, ἐκ [b] τῆς δ. ἑορταστικῆς ἐπιστολῆς.

Ἡ Ἀγάπη προπηδᾷ πάντως, τί ὀνῆσαι καὶ ἄκοντα θηρωμένη· καὶ πολλάκις ὀκνοῦντά τινα ὑπ' αἰδοῦς· καὶ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι βαρὺν ἑτέρῳ γενέσθαι τὸν εὖ πάσχειν παραιτούμενον· καὶ μᾶλλον αὐτὸν δυσφορεῖν στέργοντα τοῖς ἰδίοις ἀλγεινοῖς, ὑπὲρ τοῦ μὴ πράγματά τινι καὶ ὄχλησιν παρασχεῖν, ὁ πλήρης ἀγάπης καθικέτευσεν ἀνασχέσθαι, καὶ ὑπομένειν ὡς ἀδικούμενον καὶ ἐπικουρούμενον καὶ χάριν ἄλλῳ μεγίστην, οὐχ ἑαυτῷ παρασχεῖν τὸ ἑαυτοῦ δι' ἐκείνου λωφῆσαι κακόν.

DIONYSII *Alexandrini*, *ex epistola* IV. *festali.*

D Caritas promta est ut omnibus prosit, eumque qui nolit, venatu captum curat: ac illum sæpe qui ex verecundia remisse agat, aut qui beneficiis augeri recusat, ne gravis alteri ac molestus accidat; quique tandem satius habet tristes casus suos ægre tolerare, ne cuiquam negotii aliquid aut anxietatis afferat, qui caritate plenus est, hunc multis rogitat ut permittat patiaturque opem sibi tamquam injuria affecto prestari: unde grates illi, non sibi, maximas referat, quod per eum licuerit malo suo finem imponi.

1. Οἱ συνεχεῖς λοιμοί] Jam inde a temporibus Galli & Volusiani, lues totum pæne orbem Romanum vastavit. Certe Eutropius principatum Galli & Volusiani, sola pestilentia notum fuisse dicit. Addit Aurelius Victor, Gallo Volusianoque favorem ex eo quæsitum fuisse, quod tenuissimi cujusque exsequias solicite curavissent. De hac peste Hieronymus in Chronico ita scribit anno primo imp. Galli: *Pestilens morbus multas totius orbis provincias occupavit, maximeque Alexandriam & Ægyptum; ut scribit Dionysius, & Cypriani de mortalitate testis est liber.* Postea Gallieni temporibus lues iterum grassata est Romæ & in provinciis, ut scribit Pollio in Gallieno, & Aurelius Victor. VALES.

E 2. Ὠμογέροντας] Alexandriæ ὠμογέροντες dicebantur a quadragesimo anno usque ad septuagesimum. Eorum nomina in albo descripta erant, eo quod annonam publicam acciperent, ut testatur Dionysius. His præerant Archigerontes, de quibus fit mentio in lege prima codicis Theodosiani de Alexandrinæ plebis primatibus. Huc etiam referri potest, quod scribit Gregorius Naz. in oratione XXI. de sancto Athanasio, Alexandrinos per sexus & ætates & artes solitos esse distribui, quoties alicui obviam irent honoris caussa. ID.

a Γηών] Ita codex Alex. At Vat. Γεών. Hæc vox, alterutra ratione scripta, desideratur in Trommii Concordantiis Græcis.

b Ex τῆς δ. ἑορταστ. ἐπιστ.] Eusebius *Hist. eccl.* lib. VII. cap. XX. „ Præter supradictas epistolas, inquit, idem Dio„ nysius Paschales illas quas habemus epistolas tunc tem„ poris conscripsit: encomia in illis & panegyricos ser„ mones de paschali festo contexens. Harum unam Flavio „ nuncupavit: alteram Domitio ac Didymo. — Aliam „ quoque epistolam ad compresbyteros Alexandrinæ eccle„ siæ „ cet. Cuinam porro seu quibusnam inscripta fuerit paschalis Dionysii epistola IV. unde hujusmodi fragmentum excerpsit Parallelorum consarcinator, quis me doceat?

SYLLABUS

FRAGMENTORUM


Quæ supersunt ex Operibus & Epistolis

S. DIONYSII EPISCOPI ALEXANDRINI.

PARS I.

PARS II.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
260.



S. DIONYSII PAPÆ
FRAGMENTUM
ADVERSUS SABELLIANOS [1].

Apud ATHANASIUM, de Decretis Nicænæ Synodi, *num.* XXVI. *part.* I.
Opp. tom. I. *pag.* 231. *seq. edit. BB. Parif.* 1698.

Ἑξῆς [a] δ' ἂν εἰκότως λέγοιμι καὶ πρὸς [b] διαιροῦντας καὶ κατατέμνοντας καὶ ἀναιροῦντας τὸ σεμνότατον κήρυγμα τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, τὴν μοναρχίαν εἰς τρεῖς δυνάμεις τινὰς καὶ μεμερισμένας [2] ὑποστάσεις καὶ θεότητας τρεῖς· πέπυσμαι γὰρ εἶναί τινας τῶν παρ' ὑμῖν κατηχούντων καὶ διδασκόντων τὸν θεῖον λόγον, ταύτης ὑφηγητὰς τῆς φρονήσεως· οἳ κατὰ διάμετρον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀντίκεινται τῇ Σαβελλίου γνώμῃ. ὁ μὲν γὰρ βλασφημεῖ αὐτὸν [3] τὸν υἱὸν εἶναι λέγων τὸν πατέρα, καὶ ἔμπαλιν· οἱ δὲ τρεῖς θεοὺς τρόπον τινὰ κηρύττουσιν, εἰς τρεῖς ὑποστάσεις ξένας ἀλλήλων παντάπασι κεχωρισμένας διαιροῦντες τὴν ἁγίαν μονάδα· ἡνῶσθαι γὰρ ἀνάγκη τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὸν θεῖον λόγον· ἐμφιλοχωρεῖν δὲ τῷ Θεῷ καὶ ἐνδιαιτᾶσθαι δεῖ τὸ ἅγιον πνεῦμα· ἤδη καὶ τὴν θείαν τριάδα εἰς ἕνα, ὥσπερ εἰς κορυφήν τινα, τὸν Θεὸν τῶν ὅλων τὸν παντοκράτορα [c] λέγω, συγκεφαλαιοῦσθαί τε καὶ συνάγεσθαι πᾶσα ἀνάγκη. Μαρκίωνος [4] γὰρ τοῦ ματαιόφρονος δίδαγμα, [5] εἰς τρεῖς ἀρχὰς τῆς μοναρ-

A I. JAM vero æquum fuerit difputare adverfus eos, qui monarchiam, quæ auguftiffima eft Ecclefiæ Dei prædicatio, in tres quafdam virtutes ac feparatas hypoftafes trefque deitates dividentes ac difcindentes deftruunt. Audivi enim quofdam qui apud vos divinum verbum prædicant & docent, hujus opinionis magiftros effe, qui quidem e diametro, ut ita loquar, Sabellii opinioni adverfantur. Hic enim blafphemat, ipfum Filium dicens effe Patrem, & viciffim: illi vero tres Deos quodam modo prædicant, dum fanctam unitatem in tres diverfas hypoftafes ab invicem omnino feparatas dividunt. Neceffe eft enim divinum Verbum Deo univerforum effe unitum, & Spiritum fanctum in Deo B manere & inhabitare: adeoque divinam Trinitatem in unum, quafi in quemdam verticem, hoc eft in Deum univerforum omnipotentem, reduci atque colligi. Infipientis enim Marcionis doctrina, quæ in tria principia monarchiam fecat & dividit, diabo-

1. Infigne iftud fragmentum debemus Athanafio, a quo in epiftola de decretis Nicænæ fynodi num. 26. fic laudatur: *Dionyfius quoque Romæ epifcopus, fcribens contra Sabellianos, adverfus illos qui talia* . . . (fcilicet Verbum factum & creatum effe) *audent dicere, indignatur his verbis*. Ex eo opere excerptum eft, quod idem Athanafius epift. de fententia Dion. n. 13. *contra Sabellianos, & eos qui ejus effent fententiæ ob quam Arius ab Ecclefia poftea ejectus eft*, fcriptum dicit, quodque ab epiftola ejufdem pontificis ad Dionyfium Alexandrinum fimul miffa diftinguendum effe in fuperioris epiftolæ notitiam not. 6. probavimus. In hoc C opere Dionyfius Tritheitarum dogma, cui Alexandrinus præful favere videbatur, ita refellit, ut & Sabellianorum fententiam quam impugnabat idem antiftes, fimul confutet. Eaque agendi ratione defenforibus Ecclefiæ magno documento fuit, quo contra hærefes ea prudentia fibi decertandum effe fcirent, ut & oppofitas non modo caverent, verum etiam fimul debellarent. Fragmenti hujus ftilus epiftolam fapit, tractatus ac difceptationis fufioris more confcriptam, quales Dionyfius Alexandrinus, fcribens ad Xyftum, fuiffe docet epiftolas quas adverfus nafcentem Sabellii hærefim miferat. Vel ad eas Pentapoleos ecclefias in quibus orta & propagata erat Sabellii hærefis, vel ad ipfam Alexandrinam cui præerat Dionyfius, vel ad ejus delatores probabiliter miffa eft. Ad initium pontificatus Dionyfii una cum fuperiore videtur referenda, utpote cui occafionem dedit accufatio, quam litteræ Xyfto papæ miffæ pepererunt. COUTANT.

2. Dionyfius nofter heic *cum tota fæcularium fchola*, ut D Hieronymi ad Damafum epift. 10. n. 4. verbis utar, *nihil aliud hypoftafim nifi ufiam novit*, & cum Ecclefia tota facrilegam trium fubftantiarum prædicationem, prout *fubftantia* voci græcæ οὐσία refpondet, averfatur. Jam tum tamen in ecclefia, faltem Alexandrina, ufu receptum erat, ut ὑποστάσεως vocabulum ad perfonam fignificandam affumeretur. Id certe colligitur ex his Origenis in Joan. tract. 2. *Tres perfonas* (τρεῖς ὑποστάσεις) *Patrem & Filium & Spiritum effe credimus*. Idem & lib. 8. contra Celfum, Patrem & Filium δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα affirmat. Ipfe Dionyfius Alexandr. fupra pag. 499. in opufculo IV. num. XV. εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις eodem intellectu dicit. Unde fufpicio eft id, quod nunc differit Dionyfius Romanus, in Alexandrinum cadere, qui cum in Deo τρεῖς ὑποστάσεις prædicaret, velut trium fubftantiarum feu effentiarum divinarum triumque deitatum affertor, ac monarchiæ deftructor audire cœpit, quoad fe ab hac opinione purgaret. Immo Bafilius epift. 41. eum antea *ufiæ* feu *effentiæ diverfitatem* inter divinas perfonas pofuiffe docet. Ubi vero Græcos ὑποστάσεως nomine perfonam intelligere conftitit, etiam Latini *fubftantiæ* vocabulum ad eumdem intellectum accommodare non dubitarunt, ut liquet nominatim de Auguftino lib. 7. de Trin. c. 5. n. 9. ID.

3. Uno verbo hanc Sabellii hærefim enuntiant Ariani apud Athanafium lib. de Synod. n. 16. dicentes illum υἱοπάτορα prædicare: quod Hilarius lib. 4. de Trin. n. 12. latine convertit, *ipfum dixit Filium quem Patrem*. ID.

4. Notior eft Marcionis hærefis, qua duo principia, unum boni, alterum mali fomniavit. Cyrillus tamen Jerofol. licet catech. 6. n. 16. hanc ejus doctrinam notans, dicat eum *diverfos deos ftatuiffe, alterum bonum, & alterum juftum*, hoc eft, unum durum & fevere punientem, alterum benignum & ad mifericordiam propenfum, catech. 16. n. 4. de difcipulis illius præmittit, *Nos tres deos annuntiamus, fileant Marcioniftæ*, tum num. 7. de ipfo magiftro fubjicit, *Impiiffimus Marcion tres deos effe primus afferuit*. Qua autem ratione hoc ab eo affereretur, Epiphanius hær. 42. n. 3. exponit. Verum Rhodon quidam Marcioni fuppar apud Eufebium lib. 7. c. 13. primum fcribit, *Alii perinde ac Marcion duo inducunt principia*; ac paullo poft adjungit, *Alii rurfus ab his tamquam tempeftate in pejus abrepti, non duas folum, fed tres naturas pofuerunt: quorum princeps & antefignanus eft Syneros*. Auguftinus vero lib. de hær. c. 22. Epiphanii Eufebiique fententias fic perftringit: *Quamvis Epiphanius eum* (Marcionem) *tria dicat afferuiffe principia, bonum, juftum, pravum: fed Eufebius Synerum quemdam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum fcribit auctorem*. ID.

5. Superius quidem Dionyfius tres perfonas divinas fic diftinguit, ut *Dei univerforum* appellationem Patri tribuere videatur: at fubinde mentem fuam explicans, divinam Trinitatem in unitatem naturæ, qua fit ut unus *univerforum Deus* fit, convenire aperte docet. Quod cum ita fit, cumque idem fanctus pontifex *tria principia* refpuat; quid *monarchiæ* nomine fibi velit, fatis indicat, nempe unicum

a Ἑξῆς — θεότητας τρεῖς] Vide fis in hunc locum, ad Dionyfii Alexandrini fragmentum XV. ex quatuor libris Dionyfio Romano infcriptis, obfervata fuperius pag. 499. not. 2.

b Διαιροῦντας] Ms. reg. τοὺς καταδιαιροῦντας. MONTFAUC.

c Λέγω] Idem cod. reg. λέγων, ut & legit Ambrof. Camald. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 260.

χίας τομὴν καὶ διαίρεσιν, παίδευμα ὂν διαβολικὸν, οὐ- A χὶ δὲ τῶν ὄντως μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀρεσκομένων τοῖς τοῦ σωτῆρος μαθήμασιν. οὗτοι γὰρ τριάδα μὲν κηρυττομένην ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς σαφῶς ἐπίστανται, τρεῖς δὲ θεοὺς οὔτε παλαιὰν οὔτε καινὴν διαθήκην κηρύττουσαν.

Οὐ μεῖον δ' ἄν τις καταμέμφοιτο καὶ τοὺς ποίημα τὸν υἱὸν εἶναι [a] δοξάζοντας, καὶ γεγονέναι τὸν κύριον, [1] ὥσπερ ἕν τι ὄντως γενομένων νομίζοντας, τῶν θείων λογίων [2] γέννησιν αὐτῷ τὴν ἁρμόττουσαν καὶ πρέπουσαν, ἀλλ' οὐχὶ πλάσιν τινὰ καὶ ποίησιν προσμαρτυρούντων. βλάσφημον οὖν οὐ τὸ τυχὸν, μέγιστον μὲν οὖν, χειροποίητον τρόπον τινὰ λέγειν τὸν κύριον. εἰ γὰρ γέγονεν υἱὸς, ἦν ὅτε [3] οὐκ ἦν· ἀεὶ δὲ ἦν, B [b] εἴ γε ἐν τῷ πατρί ἐστιν, ὡς αὐτός φησι, καὶ εἰ λόγος, καὶ σοφία, καὶ δύναμις ὁ Χριστός· ταῦτα γὰρ εἶναι τὸν Χριστὸν αἱ θεῖαι λέγουσι γραφαὶ, ὥσπερ ἐπίστασθε· ταῦτα δὲ δυνάμεις οὖσαι τοῦ Θεοῦ τυγχάνουσιν. εἰ τοίνυν γέγονεν ὁ υἱὸς, ἦν ὅτε οὐκ ἦν ταῦτα· ἦν ἄρα καιρὸς, ὅτε χωρὶς τούτων ἦν ὁ Θεός· ἀτοπώτατον δὲ τοῦτο. καὶ τί ἂν ἐπὶ πλέον περὶ τούτων πρὸς ὑμᾶς διαλεγοίμην, πρὸς ἄνδρας πνευματοφόρους καὶ σαφῶς ἐπισταμένους τὰς ἀτοπίας τὰς ἐκ τοῦ ποίημα λέγειν τὸν υἱὸν ἀνακυπτούσας; οἷς μοι δοκοῦσι μὴ προσεσχηκέναι τὸν νοῦν οἱ καθηγησάμενοι τῆς δόξης ταύτης, καὶ διὰ τοῦτο κομιδῇ τοῦ ἀληθοῦς διημαρτηκέναι, ἑτέρως ἢ βούλεται ταύτῃ ἡ θεία καὶ προφητικὴ γραφὴ τὸ, κύ- C

A lica sane est, non autem verorum Christi discipulorum, vel eorum quibus Salvatoris disciplina placet. Hi enim probe norunt Trinitatem quidem in divina Scriptura prædicari, tres autem esse deos neque in veteri neque in novo Testamento doceri.

II. Sed neque minus culpandi sunt, qui Filium opus esse existimant, & Dominum factum esse, sicut unum eorum quæ vere facta sunt, arbitrantur: cum illum genitum esse, ut congruit ac decet, non conditum aut factum, divina eloquia testentur. Non levis igitur, sed maxima est impietas, Dominum aliquo modo manufactum dicere. B Nam si factus est filius, erat tempus quando non erat: atqui fuit semper, si utique est, ut ipse declarat [a], in Patre; & si Christus Verbum, sapientia & virtus est: hæc enim Christum esse divinæ docent litteræ, ut ipsi nostis; hæc sane, virtutes Dei sunt. Quocirca si factus est Filius; fuit tempus quando hæc non erant: adeoque fuit tempus, quo sine his erat Deus: quod perabsurdum est. Sed quid pluribus de his apud vos differam, viros Spiritu plenos, & apprime intelligentes quæ sequuntur absurda ex illa sententia, quæ Filium factum asserit? Ad hæc minime attendisse mihi videntur opinionis hujus duces; & idcirco a veritate prorsus aberrasse, C qui aliter quam quod sibi vult divina & pro-

a Joan. XIV. 12.

ab Ecclesia credi rerum omnium principium. Nec ab hac sententia discrepat quod Tertullianus contra Praxeam c. 3. dicit: *Monarchiam nihil aliud significare scio, quam singulare & unicum imperium.* Ideo enim unicum est imperium, quia principium est unicum. Notandum vero quomodo Tertullianus monarchiæ prædicationem cum Trinitatis fide conciliet atque componat. Exprobrarat illi Praxeas, quod monarchiam destrueret. Cui ille, *Qui filium*, inquit, *non aliunde deduco, sed de* SUBSTANTIA PATRIS, *nihil facientem sine Patris voluntate, omnem a Patre consecutum potestatem, quomodo possum de fide destruere monarchiam, quam a Patre, Filio traditam in Filio servo? Hoc mihi & in tertium gradum dictum sit, quia Spiritum non aliunde puto, quam a Patre per Filium. Vide ergo ne tu potius monarchiam destruas.* Quo ex loco perspicuum est, & Tertullianum & Praxeam sibi mutuo objectasse, quod monarchiam destruerent; utrique vero fuisse persuasum, fidem ab eo funditus D destrui, qui monarchiam destrueret. Valde igitur hallucinatur nuperus scriptor, qui ex male intellecto libri contra Prax. c. 10. loco, in quo Praxeas ejusque asseclæ *vanissimi Monarchiani* nuncupantur, monarchiæ assertores non secus atque hæreticos habendos, & ita a Tertulliano habitos esse contendit. Neque vero ille eis vitio vertit, quod monarchiam tenere se profiteantur, sed quod abjecta ejus vera fide illam *vanissime* profiteantur; eo fere modo quo quis Christianum sibi nomen arrogantes, atque alienam a Christianis moribus ac fide ducentes vitam, recte falsos ac vanissimos Christianos appellaret, neque tamen Christianum nomen culpare aut respuere censeretur. Sic nec Prophetas damnat, qui falsos Prophetas vituperat. Sed de his satis. Certe Dionysio nostro *monarchia est augustissima Ecclesiæ Dei prædicatio*. Justini martyris exstat liber *de monarchia Dei* ab Eusebio & Hieronymo laudatus. Irenæus quoque, eodem Eusebio teste lib. 5. hist. c. 20. epistolam ad Florinum *de monarchia* inscripserat. Tatianus Or. con- E tra gentes inter multa, quibus sibi exploratam divinarum litterarum veritatem atque indubitatam docet, hoc etiam commemorat, quod *unam universorum monarchiam* (*τὴν ὅλων τὸ μοναρχικὸν*) *statuerent*. Ne Apelles quidem Marcionis discipulus in colloquio quod cum Rodone habuit, hanc infitiari ausus est monarchiæ, seu unici principii doctrinam. Ipso quippe Rodone teste apud Eusebium lib. 5. cap. 13. *unum principium esse dicebat sicut & nostra religio*. Athanasius similiter Or. 4. cont. Arian. n. 1. in Deo *proprie monarchiam esse* probat. Et in Oratione contra gentes, cum qui monarchiam negaverit, atheon habendum esse non obscure docet his verbis, *ὥσπερ ἐλέγομεν τὴν πολυθεότητα ἀθεότητα, οὕτως ἀνάγκη τὴν πολυαρχίαν ἀναρχίαν εἶναι*. Basilius lib. de Spir. S. cap. 18. hoc sibi probandum proponit, *quomodo in Deo & personas profitemur, nec pium monarchiæ dogma excidit, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα τῆς μοναρχίας οὐ διαπίπτει*. Eadem est Gregorii Nazianz. doctrina tum Orat. 23. tum Orat. 37. ubi objectum illud diluit, *εἰ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς, πῶς οὐ τρεῖς θεοὶ, ἢ πῶς οὐ πολυαρχία τὸ δοξαζόμενον;* Monet & Gregorius Nyss. Or. catech. c. 3. *ut neque monarchiæ dominatus scindatur in diversas dissectus divinitates*. His concinit Cyrillus Jerosol. catech. 6. *In monarchia autem prædicanda*, inquit Epiphanius hær. 62. n. 3. *non aberramus: sed una Trinitatem prædicamus*. Aliorum mitto ea de re testimonia: allatis tantum addo illud Augustini lib. 20. cont. Faust. c. 19. *Discat ergo Faustus, vel potius illi qui ejus litteris delectantur, monarchiæ opinionem nos ex gentibus non habere* &c. COUTANT.

1. Blasphemiæ huic quam postea Arius impie propugnavit, oppositam fidem professus esse atque Arianum dogma palam respuisse Ariminensis concilii patribus visus est Valens, cum teste Hieronymo dial. cont. Lucifer. callide clamavit, *Si quis dixerit creaturam filium Dei ut sunt ceteræ creaturæ, anathema sit*. Ubi vero ille cum sociis jactare cœpit, *se Filium non creaturam negasse, sed similem ceteris creaturis;* merito contestabantur episcopi hac fraude delusi, *qui sine conscientia hæretici ferebantur, se nihil mali in sua fide suspicatos. Putavimus, ajebant, sensum congruere verbis: nec in Ecclesia Dei, ubi simplicitas, ubi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labiis proferri timuimus*. ID.


2. His concinens Nicæna synodus in symbolo *Filium genitum, non factum* profitetur. Athanasius autem Epist. de Sententia Dion. n. 13. professionem illam primum ab hac synodo excogitatam non esse hinc recte probat. *Cum enim*, inquit, *Dionysius Romanus episcopus adversus eos etiam scripserit, qui Filium Dei rem creatam & factam dicunt, liquido constat, non nunc primum, sed olim ab omnibus anathemate damnatam esse inimicorum Christi Arianorum hæresim*. ID.

3. Etiam heic prædamnat Dionysius celebre Arii effatum, ac præludit Nicæno concilio, ad symboli sui calcem anathematizanti *τοὺς λέγοντας ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν*. Quocirca cum Valens Arimini in Ecclesia clamasset, *Si quis dixerit, Erat tempus quando non erat Filius, anathema sit;* hoc audito, inquit Hieronymus dial. adv. Lucif. *cuncti episcopi & tota simul Ecclesia plausu quodam & tripudio Valentis vocem exceperunt*, rati videlicet eum plane Arianam hæresim quæ Filium creatum volebat, his verbis ejurare. ID.

a Δοξάζοντας] Reg. δοξάσαντας. MONTF.

b Εἴ γε] Sic reg. ut & exigit sensus. Editi & alii, εἰ δέ. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 260.



ριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἐκδεξάμενοι. οὐ μία γὰρ ἡ τοῦ ἔκτισεν, ὡς ἴστε, σημασία. ἔκτισε γὰρ ἐνταῦθα ἀκουστέον ἀντὶ τοῦ ἐπέστησε τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγονόσιν ἔργοις, γεγονόσι δὲ δι᾽ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, οὐχὶ δέ γε τὸ ἔκτισε νῦν λέγοιτ᾽ [a] ἂν ἐπὶ τοῦ ἐποίησε. διαφέρει γὰρ τοῦ ποιῆσαι τὸ κτίσαι. οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ ἐκτήσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε, καὶ ἔκτισέ σε; τῇ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ μεγάλῃ ᾠδῇ ὁ Μωσῆς φησι. πρὸς οὓς καὶ εἴποι ἄν τις· ὦ ῥιψοκίνδυνοι ἄνθρωποι· ποίημα ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὁ ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεννηθείς, ὁ εἰπὼν ὡς σοφία, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με; καὶ πολλαχοῦ δὲ τῶν θείων λογίων γεγεννῆσθαι, ἀλλ᾽ οὐ γεγονέναι τὸν υἱὸν λεγόμενον εὕροι τις ἄν. ὑφ᾽ ὧν καταφανῶς ἐλέγχονται τὰ [b] ψευδῆ περὶ τῆς τοῦ κυρίου γεννήσεως ὑπολαμβάνοντες, οἱ ποίησιν, αὐτοῦ τὴν θείαν καὶ ἄρρητον γέννησιν λέγειν τολμῶντες.

A phetica Scriptura, explicant illud: [a] *Dominus creavit me principium viarum suarum.* Non enim una est, ut scitis, verbi *creavit* significatio. Nam hoc in loco *creavit* idem est, quod præfecit operibus ab ipso factis; factis, inquam, per ipsum Filium. At hic *creavit* non perinde intelligendum est, atque *fecit*. Facere enim & creare inter se differunt. [b] *Nonne ipse ille pater tuus possedit te, & fecit te, & creavit te?* ait Moyses in magno Deuteronomii carmine. Sic etiam illos recte quis possit coarguere: O præcipites temerariique homines! ergo ne facta res est [c] *primogenitus omnis creaturæ*, [d] *ex utero ante luciferum genitus*, qui ut Sapientia dicit, [e] *Ante omnes colles gignit me?* Denique B multis in locis divinorum eloquiorum eum genitum dici, at nusquam factum filium, quis legerit. Ex quibus aperte convincuntur falsa de Domini generatione opinari, qui divinam atque inexplicabilem ejus generationem, factionem audent dicere.

Οὔτ᾽ οὖν καταμερίζειν χρὴ εἰς τρεῖς θεότητας τὴν θαυμαστὴν καὶ θείαν μονάδα, οὔτε ποιήσει κωλύειν τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τοῦ κυρίου· ἀλλὰ πεπιστευκέναι εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἡνῶσθαι δὲ τῷ Θεῷ τῶν ὅλων τὸν λόγον. ἐγὼ γάρ, φησι, καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἡ θεία τριάς, καὶ τὸ ἅγιον κήρυγμα τῆς μοναρχίας διασώζοιτο.


III. Neque igitur admirabilis & divina unitas in tres divinitates est separanda, neque factionis vocabulo dignitas ac summa magnitudo Domini est diminuenda: sed credendum est in Deum Patrem omnipotentem, & in Christum Jesum ejus filium, & in Spiritum sanctum: Verbum autem Deo universorum esse unitum. Quippe [f] *ego*, inquit *&*, *Pater unum sumus*: &, [g] *Ego in Patre, & Pater in me est.* C Ita scilicet divina Trinitas & sancta monarchiæ prædicatio integra servabitur.

a Prov. VIII. 22. *b* Deut. XXXII. 6. *c* Coloss. I. 15. *d* Psal. CIX. 3. *e* Prov. VIII. 26. *f* Joan. X. 30. *g* Joan. XIV. 10.

a Ἂν ἐπὶ] Sic mss. & edit. Commel. At edit. Paris. ἀντί. Ceterum ἂν ἐπὶ idem heic significat ac ἀντί. Mox τὸ κτίσαι quod abest ab edit. Commel. restituimus ex mss. reg. & Basil. atque hanc vocem legerunt Nannius & Ambros. Camald. MONTF.

b Ψευδῆ] Cod. reg. & Basil. ψευδῆ. ID.

Sæcul. III.
circa
Ann. Chr.
266.



M A G N E T I S
FRAGMENTUM
Ex Libro III. Apologiæ Evangeliorum
ADVERSUS THEOSTHENEM ETHNICUM.

Apud Franc. Turrianum *tract.* de sanctissima Eucharistia, *contra Volanum Polonum*, *pag. 93. seq. edit. Florentinæ* 1575.

I. Quod vero [1] non sit hoc ξένον καὶ φρικῶδες, id est, inauditum & horrendum, considerare licet puerum infantem, quomodo nisi manducet carnem & sanguinem matris, non vivit: natura enim sanguinis est secundum veritatem lac. Ut autem clarius dicam, naturale aliquid narrabo, ne hoc fabulam putes. Ex terra nati sumus secundum corpus, & quodam modo carne ejus & sanguine alimur, id est, frumento & vino. Audi nunc attente. Principio creavit Filius Dei terram: ex terra hominem formavit: ex homine carnem sumsit ipse. [2] Si igitur de corpore prædicatur terra ratione originis antiquæ; erat autem terra ratione creationis, propria Christi creatura; & ex hac panis & vinum exstiterunt; ex ipsa rursus corpus hominis; hoc autem corpus Christus induit: merito quum accepisset panem & vinum, dixit: [a] *Hoc est corpus meum.*

II. *Deinde subjungit.* [3] Οὐ γὰρ τύπος σώματος, οὐδὲ τύπος αἵματος, ὥς τινες ἐῤῥαψῴδησαν πεπηρωμένοι ἀλλὰ κατ' ἀλήθειαν αἷμα καὶ σῶμα Χριστοῦ. Id est: Non enim figura est corporis aut sanguinis, ut quidam stupida mente nugati sunt, sed potius vere corpus & sanguis Christi. *Pergit adhuc philosophari:* Quandoquidem vero, *inquit*, corpus ex terra exsistit, ex terra autem panis & vinum; quomodo non est alius ausus dicere: [b] *Caro mea vere est cibus, sanguis meus vere est potus?* Nempe, quia nullus est creator terræ, nisi hic: nullius est creatura, nisi Filii Dei. Idcirco dixit: *Hoc est corpus meum:* mea enim, & non alterius, est creatura terræ: omnes enim post terram geniti sunt, corpus a me accipientes: ego vero ante terram, a nullo hanc accipiens: ex hac corpus, id est, ex mea creatura accepi, sumens carnem. Ex meo igitur propono vobis charisma. Ex terra vobis panis ad alendum exstitit: terra vero creatura mea est: ex terra similiter exstitit corpus, & hæc mea massa. Ex unione igitur qua unitus sum, sanctus cum terreno, do panem & vinum, jubens esse corpus meum & sanguinem.

III. Etenim si Abraam, aut alius quispiam ex justis ac sanctis dixisset, *Caro mea est cibus, & sanguis meus potus*, valde mentiri ausus esset; aut si dixisset, *Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus:* non enim hoc ipsius, sed alterius esset substantia; neque manducata, vitam manducantibus præberent. Siquidem quod non habet Verbum vivens unitum cum corpore quod fuit terrenum, ad æternam vitam edentes non adduceret. Christus ergo proprium corpus & sanguinem dedit credentibus, immisso eis vitali pharmaco divinitatis. *Deinde subjungit:* Ἄρτον γοῦν λέγων τὴν σάρκα καὶ οἶνον τὸ αἷμα, ἐπαίδευσεν ἡμᾶς εὐλόγως ἐκ γῆς εἶναι τὸ σῶμα. Id est: Quum igitur eam quæ caro est, vocat panem, & eum qui sanguis, vocat vinum; docuit nos convenienter rationi, ex terra esse corpus similiter & panem, & unius generis substantiam in corpore & pane.

IV. Ceterum panis communis ex terræ cultura elaboratus, etsi caro quædam terræ est; tamen vitam æternam præbere non promittit, sed breve solatium præbentibus tribuit, cito eo extincto fine divino Spiritu. Panis vero in beata Christi terra virtute divinitatis unitæ confectus, solo gustu immortalitatem homini affert. Mysticus enim panis quum benedictionem Patris habeat inseparabilem, illam dico quæ in corpore & sanguine ejus facta est, unit comedentem corpus Christi, eumque membra Christi efficit. Ut enim charta vim quam per

a Matth. XXVI. 26. 1. Cor. XI. 24. *b* Joan. VI. 56.

1. *Quod vero cet.*] Præclaro huic fragmento Turrianus ista præmittit: „ Convertam heic e Græco quæ Magnetes ecclesiasticus auctor & valde vetus, libro III. *Apologiarum adversus Theosthenem* evangeliorum calumniatorem scripsit. Dicebat ergo iste, idem quod Capharnaitæ illi: *Durus est hic sermo; & quis potest audire eum?* „ Respondet Magnetes: *Quod vero* „ cet.

2. *Si igitur de corpore* cet.] Ab his verbis usque ad finem, Turrianum exscripsit Coccius, suppresso ejus nomine, *Thes. Cathol.* tom. II. pag. 607. seq.

3. Οὐ γὰρ — Χριστοῦ] Repetit hunc ipsum locum Turrianus ad lib. V. *Constit. Clem.* cap. XIII. sub finem: ex eoque, ut videtur, Bulengerus *Diatr.* III. *ad Casaub. Exerc.* pag. 164. Lequienus item V. C. eadem recitat ex Turriani l. c. ad *Jo. Damasc. de fide orthod.* lib. IV. pag. 271. ubi observat Damasceni ævo notissimos fuisse libros Macarii Magnetis contra Theosthenem ethnicum. Neque præterire licet illustre testimonium Zachariæ Cretensis in *Responsionibus* ad Reverendiss. Claudium Guisium Cardinalem Lotharingium, quas haud ita pridem edidit vir doctissimus Joannes Lamius ad *Nicetæ Enarrat. in Epist.* 1. *ad Corinth.* part. 1. pag. 72. seqq. Sic igitur ille pag. 77. Ὁ δὲ Μάγνης διδάσκαλος ἀρχαῖος ὤν, ὅπως ἐν ἀπολογίᾳ τοῦ εὐαγγελίου πρὸς Θεοσθένην φησὶ, Ὅτι ἡ εὐχαριστία ἀληθῶς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Χριστοῦ· οὐ τύπος σώματος καὶ αἵματος, ὥς τινες ῥαψῳδήσαντες πεπηρωμένοι τὸν νοῦν ἔλεγον. „ Magnes autem „ qui antiquus magister est, ita in Evangelii Apologia „ adversus Theosthenem ait, Quod Eucharistia vere corpus & sanguis Christi est, non figura corporis & sanguinis, ut quidam fabulantes mente excæcati dixerunt. „

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 266.

litteras magistri accepit, discipulo tradit, & per eam cum magistro illum unit: sic corpus quod ille panis mysticus est, & sanguis qui illud vinum, immortalitatem intemeratæ divinitatis participanti tribuunt αὐτόθεν id est, e suo sive ex se ipsis; & per eam ad mansionem incorruptibilem creato- A ris reducunt. [1] Caro enim Salvatoris manducata non corrumpitur, nec sanguis hic potatus consumitur: quin potius qui edit, ad incrementum virium venit; qui vero editur, consumi non potest: quia omnis consumtio ratione quadam naturæ cognata est.

1. *Caro enim Salvatoris manduc.*] Græca hujus loci exhibet Allatius in *Exercit. contra Creyghtonum* pag. 563. *Οὔτε σὰρξ τοῦ σωτῆρος τρωγομένη φθείρεται, οὔτε ἐξαναλίσκεται τὸ αἷμα πινόμενον· ἀλλ' ὁ τρώγων μὲν εἰς αὔξησιν θείων δυνάμεων αἴρεται· τὸ δὲ τρωγόμενόν ἐστιν ἀδαπάνητον· ἐπειδὴ τῆς ἀδαπανάτου φύσεως λόγῳ τινὶ συγγενὲς ὑπάρχει, καὶ ἀχώριστον.* „ Neque caro Salvatoris manducata corrumpitur, „ neque sanguis potatus consumitur: sed qui edit, di„ vinis virtutibus augescit; quod vero editur, consumi „ non potest: quoniam minime consumtibili naturæ co„ gnatum quodammodo est, nec ab ea separabile. „ Eadem ex Allatio repetit Lequienus l. c. pag. 273.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 270.

S. FELICIS I.

PAPÆ ET MARTYRIS

FRAGMENTUM

Ex epistola ad Maximum episcopum & clerum Alexandrinum.

Inter Acta Concilii Ephesini *Act.* I. *pag.* 512. *al.* 1055.

Interprete Mario Mercatore.

A

Felicis *episcopi sanctissimi Romæ & martyris, ex epistola ad Maximum episcopum & ad clerum Alexandriæ ecclesiæ.*

De incarnatione vero Verbi & fide, credimus in Dominum nostrum Jesum Christum, natum ex virgine Maria. Hic enim B est filius Dei æternus, & Verbum; & non ita homo a Deo adsumtus, ut esset alius præter ipsum. Neque enim hominem adsumsit Dei filius, ut esset alius præter ipsum: sed quum esset Deus perfectus, factus est simul & homo perfectus, incarnatus ex virgine.

Φήλικος τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Ῥώμης καὶ μάρτυρος ἐκ τῆς πρὸς Μάξιμον τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸν κλῆρον Ἀλεξανδρείας ἐπιστολῆς.

Περὶ δὲ τῆς σαρκώσεως τοῦ λόγου καὶ τῆς πίστεως, πιστεύομεν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας γεννηθέντα, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ ἀΐδιος υἱὸς καὶ λόγος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ ἀναληφθεὶς, ἵν' ἕτερος ᾖ παρ' ἐκεῖνον. οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ἵνα ᾖ ἕτερος παρ' αὐτόν· ἀλλὰ Θεὸς ὢν τέλειος, γέγονεν ἅμα καὶ τέλειος ἄνθρωπος, σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου.

Ex versione Theodori Peltani.

A

Felicis *sanctissimi episcopi Romæ & martyris ex epistola ad Maximum episcopum & clerum Alexandrinum.*

De Verbi autem incarnatione & fide, credimus in Dominum nostrum Jesum Christum ex B virgine Maria natum, quod ipse est sempiternus Dei filius & Verbum; non autem homo a Deo assumtus, ut alius sit ab illo. Neque enim hominem assumsit Dei filius, ut alius ab eo exsistat: sed cum perfectus Deus esset, factus est simul & homo perfectus, ex virgine incarnatus.

S. ANATOLII ALEXANDRINI

LAODICENSIS IN SYRIA EPISCOPI

CANON PASCHALIS,

E VETERI MS. PRIMUM IN LUCEM EDITUS,


ET

BREVI COMMENTARIO ILLUSTRATUS

AB ÆGIDIO BUCHERIO SOC. JESU.

S. ANATOLII ALEXANDRINI

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 272.



LAODICENSIS IN SYRIA EPISCOPI

CANON PASCHALIS.

I. DE ratione ordinationis temporum ac vicissi- A tudinum mundi dicturi, diversorum computatiorum scita ponemus. Qui lunæ tantummodo cursu computato, solis ascensum descensumque relinquentes, diversos circulos sibique contrarios, & in calculo veræ computationis numquam inventos, adjectis quibusdam problematibus, construxerunt; cum certum sit, computationis rationem, absque his ambobus simul concurrentibus, non esse probandam. Nam & in veteribus exemplaribus, id est Hebræis & Græcis voluminibus, non tantum lunæ cursum, sed etiam solis non solum gressus, sed & singula ac minutissima horarum momenta, quæ in suo tempore, cum ratio popoſcerit, proferemus, invenimus computata. E qui- B bus Hippolytus XVI. annorum circulum quibusdam ignotis lunæ cursibus composuit. Alii XXV. alii XXX. nonnulli LXXXIV. annorum circulum computantes, numquam ad veram Paschæ computandi rationem pervenerunt. Verum majores nostri, Hebræorum & Græcorum librorum peritissimi (Isidorum, & Hieronymum, & Clementem dico) licet dissimilia mensium principia pro diversitate linguæ senserint; tamen ad unam eamdemque Paschæ certissimam rationem, die & luna & tempore convenientibus, summa veneratione Dominicæ resurrectionis, consenserunt. Sed & ORIGENES omnium eruditissimus, & calculi componendi perspicacissimus (quippe qui & χαλκέντης vocatus) libellum de Pascha luculen- C tissime edidit. In quo annuntians de die Paschæ, non solum lunæ cursum, & æquinoctii transitum intuendum, sed & solis transcensum, omnium tenebrarum tetras insidias & offendicula auferentis, & lucis adventum ac totius mundi elementorum virtutem & inspirationem afferentis, esse servandum, ita dicit: *In die*, inquit, *Paschæ non dico observandum ut dies Dominica inveniatur, & (α) lunæ* VII. *dies transeundi, sed ut sol divisionem illam, lucis scilicet & tenebrarum, in exordio mundi, Domini dispensatione æqualiter compositam, transcendat: & ab una in duas, a duabus in tres, a tribus in quatuor, a quatuor in quinque, a quinque in sex horas, luce in solis ascensu crescente, tenebræ decrescant.* (β) *a .... & vicesimi numeri adjectione completa*, XII. *partes in uno eodemque die suppleantur.* Sed & ego, si aliquid stillicidii, post quorumdam exuberantia eloquentiæ scientiæque flumina, tentassem inferre; quid aliud credendum esset, nisi jactantiæ, & (ut verius dicam) dementiæ ab omnibus esse adscribendum, nisi nos paullisper orationum tuarum pollicitarum animaret auxilium? quia credimus orationi ac fidei tuæ nihil esse impossibile. Qua confidentia roborati, profundissimum obscurissimæ computationis & improvisum pelagus, consurgentibus undique quæstionibus ac problematibus intumescentibus, ingrediemur verecundia contemta.

VETUS *Interpres*. C

II. Est ergo in primo anno initium primi mensis, quod est XIX. annorum circuli principium; secundum Ægyptios quidem mensis Phamenoth XXVI. die; juxta Macedones vero Dystri mensis XXII. die; secundum Romanos vero Martii mensis XXIII. id est (δ) VIII. Kalendas Aprilis. In qua die non solum invenitur sol conscendisse primam partem, verum etiam quadram lunam (*lege*, *quartam diem*) jam in ea die habere; id D est, in prima ex duodecim partibus. Hæc autem particula prima ex XII. vernale est æquinoctium: & ipsa est initium men-

C

[1] Ἔχει τοίνυν (γ) ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τὴν νουμηνίαν τοῦ πρώτου μηνός, ἥτις ἁπάσης ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος· [2] τῇ κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενὼθ ἕκτῃ καὶ εἰκάδι, κατὰ δὲ τοὺς Μακεδόνων μῆνας, Δύστρου δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι· ὡς δ' ἂν εἴποιεν Ῥωμαῖοι, πρὸ ἕνδεκα Καλανδῶν Ἀπριλλίων. Εὑρίσκεται δὲ ὁ ἥλιος ἐν τῇ προκειμένῃ Φαμενὼθ ἕκτῃ καὶ εἰκάδι οὐ μόνον ἐπιβὰς τοῦ πρώτου τμήματος, ἀλλ' ἤ- D δη καὶ τετάρτην ἡμέραν ἐν αὐτῷ διαπορευόμενος. Τοῦτο δὲ τὸ τμῆμα, πρῶτον δωδεκατημόριον καὶ ἰσημερινόν, καὶ μηνῶν ἀρχήν, καὶ κεφαλὴν τοῦ κύκλου, [3] καὶ ἄφεσιν τοῦ τῶν πλα-

C

Interprete H. VALESIO.

II. Habes igitur in primo anno novilunium primi mensis, quod caput est totius circuli novemdecim annorum: secundum Ægyptios quidem die vicesima sexta mensis Phamenoth; juxta Macedones vero die vicesimo secundo mensis Dystri: ut autem Romani dicerent, ante diem undecimum Calendarum Aprilium. Porro in supradicta die vicesima sexta mensis Phamenoth, sol reperitur non modo primum ingressus D segmentum, verum etiam quartum in ea diem percurrens. Hanc partem primum dodecatemorium, & æquinoctium; & mensium initium, & caput circuli, & carceres cursus plane-

1. Ἔχει τοίνυν] Heic subaudiri aliquid manifestum est. Christophorsonus quidem festum Paschale subaudiri existimavit; quod est absurdum. Neque enim Pascha incidit in Novilunium primi mensis. Ego vero existimo scribendum esse ἴχνος: vel certe ἴχε in imperativo. VALES.

2. Τῇ κατ' Αἰγυπτίους μὲν Φαμενὼθ] In cod. Med. Fuk. & Mazar. legitur τὴν. Sed omnino legendum est τῇ, ut sequentia demonstrant. ID.

3. Καὶ ἄφεσιν τοῦ δρόμου] Hanc vocem non intellexerunt interpretes. ἄφεσις proprie est transenna, ex qua emittuntur quadrigæ, ut recte notavit Scaliger in notis ad Manilium pag. 126. Primum igitur dodecatemorium vocabatur ἄφεσις, quod ab illo tamquam a carceribus inciperet cursus planetarum. ἄφεσις ergo idem est, quod ἀφετηρία. ID.


(α) *Lunæ* VII.] Forte *Lunæ* XIV. BUCHER.

(β) A ....] In ms. erat *acce*. Nescio an sit, *ac cc*. an *ac c*. ID.

(γ) Ἔχει τοίν.] Græca hæc Anatoliana servavit nobis Eusebius Hist. eccl. lib. VII. cap. XXXII. Ea stitimus inter veterem interpretem Bucherianum, & recentiorem Valesium.

(δ) *Id est* VIII. *Kal.*] Ita expresse ms. codex, licet conformiter ad præcedentes numeros legendum esset XI. Credo esse verum antiqui textus vestigium. BUCHER.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 272.



VETUS *Interpres*.

ſium, & caput circuli, & abſolutio curſus ſtellarum, quæ planetæ, id eſt, vagæ, dicuntur, ac finis XII. particulæ, & totius circuli terminus. Et ideo dicimus, non parum delinquere eos, qui ante hoc initium novi anni Paſcha putant eſſe celebrandum.

A

νητῶν δρόμου καλεῖν εἰώθασι· τὸ δὲ πρὸ τούτου, μηνῶν ἔσχατον καὶ τμῆμα δωδέκατον καὶ τελευταῖον δωδεκατημόριον, καὶ τέλος τῆς τῶν πλανητῶν περιόδου. διὸ καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ τιθεμένους τὸν πρῶτον μῆνα, καὶ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ Πάσχα [1] κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας, οὐ μικρῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἁμαρτάνειν φαμέν.

A *Interprete* H. VALESIO.

rarum vocare ſolent. Quæ vero hanc partem proxime antecedit, finis menſium, & ſegmentum duodecimum, & ultimum dodecatemorium, & terminus circuitus planetarum vocatur. Quamobrem, qui primum menſem in ea ſtatuunt, & quartam decimam Paſchalis feſti ex ea deducunt, eos non mediocriter errare affirmamus.

III. Sed nec a nobis primis exordium ſumit hæc ratio: an- B tiquis Judæis fuiſſe comprobata monſtratur, & ante adventum Chriſti obſervata. Sicut evidenter docet Philo & Joſephus, ſed & iis antiquiores Agathobullus, & ab eo eruditus Ariſtobulus ex Paneade; qui unus ex illis ſeptuaginta ſenioribus fuit, qui miſſi fuerunt a pontificibus ad Ptolemæum regem, Hebræorum libros interpretari in Græcum ſermonem, quique multa ex traditionibus Moyſi proponen- C ti regi percunctantique reſponderunt. Ipſi ergo, cum quæſtiones Exodi exponerent, dixerunt Paſcha non prius eſſe immolandum, quam æquinoctium vernale tranſiret.

Ἔστι δ' οὐχ ἡμέτερος οὗτος ὁ λό- B γος· Ἰουδαίοις δὲ ἐγινώσκετο τοῖς πάλαι καὶ πρὸ Χριστοῦ· ἐφυλάττετό τε (α) πρὸς αὐτῶν μάλιστα. μαθεῖν δ' ἔστιν ἐκ τῶν ὑπὸ Φίλωνος, Ἰωσήπου, Μουσαίου λεγομένων· καὶ οὐ μόνων τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι παλαιοτέρων· [2] ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων τῶν ἐπίκλην διδασκάλων· [3] Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ, ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα κατειλεγμένος τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι γραφὰς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ τούτου πατρὶ, καὶ C βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωϋσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσεφώνησε βασιλεῦσιν· οὗτοι τὰ ζητούμενα κατὰ τὴν Ἔξοδον ἐπιλύοντες, φασὶ δεῖν τὰ διαβατήρια θύειν ἐπίσης ἅπαντας μετὰ ἰσημερίαν ἐαρινὴν, μεσοῦντος τοῦ πρώτου μηνός· τοῦτο δὲ εὑρίσκεται, τὸ πρῶτον τμῆμα τοῦ ἡλιακοῦ, ἢ ὥς τινες αὐτῶν ὠνόμασαν, ζωοφόρου κύκλου διεξιόντος ἡλίου.

III. Atque hæc opinio non a no- B bis primum excogitata eſt; ſed a priſcis Judæis etiam ante Chriſti adventum cognita, & ab iis diligenter obſervata eſt. Idque ex Philonis, Joſephi ac Muſæi verbis licet cognoſcere. Neque ex his dumtaxat, verum etiam ex aliis antiquioribus: duobus ſcilicet Agathobulis, qui Magiſtri cognominati ſunt: & Ariſtobulo viro præſtantiſſimo, qui unus fuit ex illis ſeptuaginta viris, qui ſacra Hebræorum volumina in Ptolemæi Philadelphi & parentis ipſius D gratiam Græco ſermone interpretati ſunt: & qui libros explanationum legis Moſaicæ iiſdem regibus nuncupavit. Hi dum ſolutiones afferunt quæſtionum in Exodum, ajunt cunctos pariter Paſcha immolare debere poſt æquinoctium vernum in medio primi menſis. Id autem contingit, cum ſol primam partem ſolaris, aut ut quidam nominant, zodiaci circuli percurrit.

IV. Ariſtobulus etiam hoc addit: in die Paſchæ non ſolum D obſervandum eſſe, ut ſol æquinoctium vernale transſcendat, verum etiam & luna. Cum enim duo ſint æquinoctia, inquit, veris & autumni, æquis ſpatiis diremta; & decima quarta die menſis primi ad veſperum ſit ſtatuta ſolemnitas: quando ſoli oppoſita (luna) e regione deprehenditur, ſicut etiam oculis probare licet; invenitur utique vernalis æquinoctii partem ſol obti-

Ὁ δὲ Ἀριστόβουλος προστίθησιν, D ὡς εἴη ἐξ ἀνάγκης τῇ τῶν διαβατηρίων ἑορτῇ μὴ μόνον τὸν ἥλιον τὸ ἰσημερινὸν διαπορεύεσθαι τμῆμα, καὶ τὴν σελήνην δέ. τῶν γὰρ ἰσημερινῶν τμημάτων ὄντων δύο, τοῦ μὲν ἐαρινοῦ· τοῦ δὲ μετοπωρινοῦ· καὶ διαμετρούντων ἄλληλα· δοθείσης τε τῆς τῶν διαβατηρίων ἡμέρας τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς μεθ' ἑσπέραν, ἐστήξεται μὲν ἡ σελήνη τὴν ἐναντίαν καὶ διάμετρον τῷ ἡλίῳ στάσιν· ὥσπερ οὖν ἔξεστιν ἐν ταῖς πανσελήνοις ὁρᾷν· ἔσονται δὲ ὁ μὲν

IV. Addit præterea Ariſtobulus, D in celebranda Paſchali feſtivitate neceſſario id requiri, ut non modo ſol, ſed & luna ſegmentum æquinoctiale percurrat. Nam cum duo ſint ſegmenta æquinoctialia, alterum vernum, alterum autumnale; eaque ex diametro ſibi viciſſim oppoſita; cumque quarta decima dies menſis ad veſperum Paſchali feſto adſignata ſit: luna quidem ex adverſo ſoli conſiſtet, quemadmodum videre eſt in pleniluniis. Ac ſol quidem vernum æquinoctiale ſegmen-

1. Κατ' αὐτὴν λαμβάνοντας] Omnino ſcribendum eſt κατ' αὐτό, ut jam pridem conjeceram. Atque ita emendavit Petavius in animadverſionibus ad Epiphanium, pag. 190. ubi hunc Anatolii locum diligenter exponit. In quo etiam exponendo egregiam operam navavit Ægidius Bucherius. VALES.

2. Ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων] Duos fuiſſe Agathobulos cognomento doctores, ſcribit Anatolius. Sed quod eos Philone & Joſepho vetuſtiores facit, vereor ne opinione ſua falſus ſit. Nam Agathobulus philoſophus floruit temporibus Hadriani, ut ſcribit Euſebius in Chronico, & ex illo Georgius Syncellus. ID.

3. Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ] Rufinus *Ariſtobulum ex Paneade* interpretatur, gravi errore. Sed Rufinum nihil moror, cujus verſio innumeris mendis referta eſt. Miror Scaligerum, qui animadverſionibus Euſebianis pag. 130. Anatolii verba ex prava Rufini interpretatione corrigenda eſſe cenſuit. Beda quoque in lib. de ratione computi, pravam Rufini interpretationem ſecutus ita ſcribit: *Sicut eorum* E *antiquiores Agathobulus, & ab eo eruditus Ariſtobulus & Paniada, qui unus ex illis ſeptuaginta ſenioribus fuit, qui miſſi fuerant a pontificibus, &c.* Videtur Beda exiſtimaſſe, Paniadam nomen fuiſſe proprium ſcriptoris Judæi: quia ſcilicet in codice Rufini quo utebatur, ſcriptum erat *Ariſtobulus & Paneada*, quomodo etiam legitur in vetuſtiſſimo codice Pariſienſis Eccleſiæ qui penes me eſt, & in Corbejenſi non minoris vetuſtatis codice, qui nunc eſt in bibliotheca S. Germani. Ceterum quod hunc Ariſtobulum unum fuiſſe ex ſeptuaginta ſenioribus ſcribit Anatolius, id jam pridem refutavit Scaliger in eo loco quem citavi. Porro hic Ariſtobulus διδάσκαλος etiam cognominatus eſt, ut ſcribitur in lib. 2. Maccabæorum cap. 1. eo quod Ptolemæi regis magiſter fuiſſet. Neque enim aſſentior Scaligero, qui hunc Ariſtobulum cujus mentio fit in hiſtoria Maccabæorum, diſtinguit ab illo Peripatetico philoſopho, qui ſuos in legem Moſis commentarios Ptolemæo Philometori nuncupavit. ID.

(α) Πρὸς αὐτῶν] Legeram πρός. Nunc vero in quibusdam ſchedis videtur eſſe πρό. ---- Ita in emendand. ad calcem edit. Cantabr.

VETUS *Interpres*. A

nens, luna vero e contrario autumnalis:

κατὰ τὸ ἐαρινὸν ἰσημερινὸν ὁ ἥλιος τμῆμα· ἡ δὲ ἐξ ἀνάγκης κατὰ τὸ φθινοπωρινὸν ἰσημερινὸν ἡ σελήνη.

A *Interprete* H. VALESIO.

tum obtinebit: luna vero segmentum autumnalis æquinoctii necessario occupabit.

Οἶδα πλεῖστα καὶ ἄλλα πρὸς αὐτῶν λεγόμενα· τοῦτο μὲν πιθανά· τοῦτο δὲ κατὰ τὰς [1] κυριακὰς ἀποδείξεις προϊόντα· δι᾽ ὧν παριστάνειν πειρῶνται τὴν τοῦ Πάσχα καὶ τῶν ἀζύμων ἑορτὴν, δεῖν πάντως μετ᾽ ἰσημερίαν ἄγεσθαι. παρίημι δὲ τὰς τοιαύτας τῶν ἀποδείξεων [2] ὕλας ἀπαιτῶν, ὧν περιῄρηται μὲν τὸ ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως νόμῳ κάλυμμα· ἀνακεκαλυμμένῳ δὲ τῷ προσώπῳ λοιπὸν ἤδη Χριστὸν καὶ τὰ Χριστοῦ ἀεὶ κατοπτρίζεσθαι μαθήματά τε καὶ παθήματα. τοῦ δὲ τὸν πρῶτον παρ᾽ Ἑβραίοις μῆνα περὶ ἰσημερίαν εἶναι, παραστατικὰ καὶ τὰ [3] ἐν τῷ Ἐνὼχ μαθήματα.

V. Scio & alia multa ab iisdem tradi, partim probabilia, partim certissimis demonstrationibus conclusa; quibus se putant evidenter ostendere, Pascha & festum azymorum omnino post æquinoctium esse celebrandum. Verum hujusmodi demonstrationum copiam exigere prætermittimus, quibus velamen Mosaicæ legis ablatum est: & quibus revelata jam facie Christum, Christique doctrinam & passionem tamquam in speculo deinceps intueri licet. Ceterum primum mensem apud Hebræos circa æquinoctium incipere manifeste convincitur, vel ex iis B præceptis quæ in libro Enoch leguntur.

VI. Et ideo in hac concordatione solis & lunæ Pascha non est immolandum, quia quamdiu in hoc cursu deprehenduntur, tenebrarum potestas non est victa: & quamdiu æqualitas inter lucem & tenebras perdurat, nec a luce diminuta, Pascha non esse immolandum ostenditur. Idcirco ergo post æquinoctium Pascha immolari præcipitur, quia XIV. luna ante æquinoctium, & in æquinoctio totam noctem non implet. Post æquinoctium vero luna XIV. una die adjecta, quod est æquinoctii transgressus, licet ad verum lumen, id est ortum solis & diei principium non pertenderit; tamen post se tenebras non derelinquet. Ideo ergo septem dies Azymorum ad immolandum Pascha Moysi a Domino custodiri jubentur, ut in ipsis nulla tenebrarum potestas lucem supergredi inveniatur. Et licet quatuor noctium initium tenebrescat, id est XVII. & XVIII. & XIX. & XX. tamen vigesima luna tenebras extendi usque ad noctis medium ante exorta non permittit.

VII. Nobis autem, quibus impossibile est, ut hæc omnia uno eodemque tempore apte veniant, id est, luna XIV. & dies Dominica, æquinoctio transacto; & quos necessitas Dominicæ resurrectionis constringit, ut in die Dominica Pascha immolemus; conceditur ut usque ad vicesimam lunam principium nostræ solemnitatis extendamus. Quia vicesima luna licet totam noctem non impleat, tamen in secunda vigilia exorta majorem noctis partem illuminat. Certe si usque ad duarum vigiliarum terminum, quod est noctis medium, ortus lunæ tardaverit; non lux tenebras, sed tenebræ lucem superant. Quod certum est in Pascha non esse possibile, ut aliqua pars tenebrarum luci dominetur: quia solemnitas Dominicæ resurrectionis lux est; & non est communicatio luci cum tenebris. Et si in tertia vigilia luna scanderit; non est dubium lunam XXII. vel XXIII. lunam exortam, in qua verum Pascha non est possibile immolari. Nam qui hac ætate lunæ Pascha definiunt posse celebrari, non solum illud auctoritate divinæ Scripturæ affirmare E non possunt, sed & sacrilegii & contumaciæ crimen, & animarum periculum incurrunt; dum affirmant, veram lucem posse immolari cum aliqua dominatione tenebrarum, quæ omnibus dominetur.

VIII. Igitur non est huic assertioni contrarium, sicut quidam Galliæ partis Computarii affirmant, illud quod in Exodo legitur: [a] *Primo mense, XIV. die mensis primi ad vesperum comedetis azyma, usque ad vicesimum primum diem mensis ad vesperum. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris*. Unde affirmant Pascha in vicesima C prima luna posse immolari; intelligentes, quod si luna XXII. adjecta fuerit, VIII. dies azymorum inveniantur. Quod in veteri quidem testamento non potest probabiliter inveniri, Domino per Moysen præcipiente: [b] *Septem diebus comedetis azyma*. Nisi forte ab eis decimus quartus dies in azymis cum Paschæ immolatione non annumeretur; contra Evangelii dictum, dicentis: [c] *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum*. Quin dubium non est, quin XIV. dies sit, in quo discipuli Dominum interrogaverunt secundum morem antiquitus sibi constitutum: *Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?* Sed ideo hanc adjectionem affirmant, qui in hoc errore decipiuntur, quia nesciunt, XIII. & XIV. / XIV. & XV. / XV. & XVI. / XVI. & XVII. / D XVII. & XVIII. / XVIII. & XIX. / XIX. & XX. / XX. & XXI. lunam probatissime in uno die inveniri. Omnis namque dies in lunæ computatione, non eodem numero quo mane initiatur, ad vesperum finitur: quia dies quæ mane in luna, id est usque ad sextam & dimidium horæ, XIII. annumeratur, eadem ad vesperum XIV. invenitur. Unde ergo & Pascha usque ad XXI. in vesperum extendi præcipitur; quæ mane sine dubio, id est usque ad eum quem diximus horarum terminum, XX. habebatur. Computa ergo a fine XIII. lunæ, quod est initium XIV. ad finem vicesimæ, unde & XXI. principium inchoatur; & invenies septem tantum dies azymorum, in quibus verissimum Pascha Domini ductu præfinitum est immolari debere.


a Exod. XII. 18. 19. b Ibid. ℣. 15. Levit. XXIII. 6. c Matth. XXVI. 17. Marc. XIV. 12. Luc. XXII. 7.

1. Κυριακὰς ἀποδείξεις] Christophorsonus vertit *ratas*: sic κυρίαι δόξαι dicuntur a Græcis. Rufinus *validissimas assertiones* vertit. VALES.

2. Ὕλας ἐπ᾽ αἰῶνι] Nostri quinque codices uno consensu scriptum habent ὕλας ἀπαιτῶν: sed in codice regio eadem manu adnotatur, scribendum esse ἐπ᾽ αἰῶνι. Certe ἐπ᾽ αἰῶνι legendum esse, ex sequentibus apparet. Nisi enim ita legeris, quo referes ea, quæ sequuntur verba ὧν περιῄρηται, &c.? Sed nunc re attentius examinata, scribendum censeo ὕλας ἀπαιτῶν· ᾧ περιῄρηται, &c. Idque & sensus, & syntaxeos ratio postulat. ID.

3. Ἐν τῷ Ἐνώχ] Liber Enoch citatur a Juda in epistola canonica. Erat liber apocryphus, nec inter canonicos Hebræorum libros receptus. Sed tamen Apostoli, eorumque exemplo antiqui Patres, testimonia ex apocryphis proferre non dubitarunt, ea scilicet, quæ ad adstruendam veritatem facerent, ex iis eligentes. Vide Georgium Syncellum in Chronico, ubi luculentum fragmentum affert ex libris Enoch. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 272.



IX. Sed quid mirum, si in XXI. luna erraverint, qui tres addiderunt dies ante æquinoctium, in quibus Pascha immolari posse definiunt? Quod certum omnimodis est putari absurdum, cum apertissimis Judæorum Historiographis, & LXX. Senioribus evidenter definitum sit, Pascha in æquinoctio celebrari non posse.

X. Sed illis nihil arduum fuit, quibus licitum erat omnibus, quando XIV. luna post æquinoctium advenisset, Pascha celebrare. Quorum exemplum sequentes usque hodie omnes Asiæ episcopi (quippe qui & ipsi ab auctore irreprehensibili, Joanne scilicet Evangelista, & pectoris Domini incubatore, doctrinarum sine dubio spiritalium potatore, regulam susceperunt) indubitanter omnibus annis, quando XIV. luna adfuisset, & agnus apud Judæos immolaretur, æquinoctio transvadato, Pascha celebrabant: non acquiescentes auctoritati quorumdam, id est Petri & Paulli successorum; qui omnes ecclesias in quibus spiritalia Evangelii semina severunt, solemnitatem resurrectionis Domini in die tantum Dominica posse celebrari docuerunt. Unde & contentio quædam exorta est inter eorum successores, Victorem scilicet Romanæ urbis eo tempore episcopum, & Polycratem qui tunc in episcopis Asiæ primatum gerere videbatur. Quæ Irenæo tunc Galliæ partis præsule rectissime pacata est; utriusque partibus in sua regula perseverantibus, nec a cœpto antiquitatis more declinantibus. Illi quidem in XIV. die mensis primi diem Paschæ observabant, secundum Evangelium, ut putabant, nihil omnino extrinsecus addentes, sed fidei regulam per omnia conservantes. Hi autem Dominicæ passionis diem transeuntes, ut tristitia ac mœrore repletum, confirmant, ne liceat aliquando, nisi in die Dominica in qua resurrectio Domini a morte facta est, & in qua nobis exorta est sempiternæ caussa lætitiæ, dominicum Paschæ celebrare mysterium. Aliud enim est secundum quod ab Apostolo, immo a Domino præceptum est, cum contristato contristari, & cum cruce passo compati, ipso dicente: [a] *Tristis est anima mea usque ad mortem*; aliud cum victore inimicum antiquum triumphante, ac summo triumpho devicto adversario lætante collætari, ipsomet præcipiente: [b] *Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quam perdideram.*

XI. Illud autem quod modo nobis innuunt, quod transeuntes lunam XIV. principium Paschæ lucidum celebrare non possumus, nos non movet neque conturbat. Licet enim, usque ad vicesimam lunam principium Paschæ extendi, illicitum esse definiant; tamen usque ad XVI. & XVII. quæ in eadem die eveniunt in qua Dominus resurrexit a mortuis, protelari debere, negare non possunt. Sed nos usque ad XX. lunam propter diem Dominicam melius extendi Pascha decernimus, quam propter XIV. lunam diem Dominicam anticipare; in qua nobis in principio lux, & nunc in fine omnium bonorum præsentium commoda & auspicia futurorum ostensa sunt. Quia non minore laude Dominus diem vicesimum prosequitur, quam decimum quartum. In Levitico namque ita præcipitur: [c] *Mense primo, decimo quarto die mensis hujus ad vesperum Phase Domini est. Et decimo quinto die mensis hujus solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus* A *azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus & sanctus. Omne opus servile non facietis in eo. Dies autem septimus erit vobis celebrior & sanctior. Omne opus servile non facietis in eo.* Et idcirco confirmamus, nihil culpæ contraxisse eos ante tribunal Christi, qui in hunc diem initium solemnitatis Paschæ extendi debere censuerunt. Maxime cum tribus angustiis coarctamur; id est, ut in die Dominica solemnitatem Paschæ venerantes, æquinoctio transvadato, XX. lunam non excedamus.

XII. Sed hoc ab aliis sapientibus & acutissimis viris impossibile esse definitur, quod in illo angusto & brevissimo XIX. annorum circuli spatio, Pascha verissimum, id est, in die Dominica, æquinoctium transgrediens inveniatur. Sed nos ut manifestius fiat hoc, quod illis incredulitatem inducit, illum quem diximus annorum circulum, cum lunæ cursibus ponemus; computatis ante diebus, quibus reciprocis cursibus involvitur annus, in Kalendis, & Idibus, & Nonis, & solis ascensu & descensu.

XIII. Januarius in Kalendis, una dies, Luna prima. In Nonis quinta dies, Luna 5. In Idibus, 13. dies, Luna 13. In pridie Kalendas Februarii, 31. dies, Luna 1. In Kalendis Februarii, 32. dies, Luna 2. In Nonis, 36. dies, Luna 6. In Idibus, 44. dies, Luna 14. In pridie Kalendas Martii, 59. dies, Luna 29. Kalendis Martii, 60. dies, Luna 1. In Nonis, 66. dies, Luna 7. In Idibus, 74. dies, Luna 15. In pridie Kalendas Aprilis, 90. dies, Luna 2. Kalendis Aprilis, 91. dies, Luna 3. In Nonis, 95. dies, Luna 7. In Idibus, 103. dies, Luna 15. In pridie Kalendas Maii, 120. dies, Luna 3. Kalendis Maii, 121. dies, Luna 4. In Nonis, 127. dies, Luna 10. In Idibus, 135. dies, Luna 18. In pridie Kalendas Junii, 151. dies, Luna 3. Kalendis Junii, 152. dies, Luna 5. In Nonis, 153. dies, Luna 9. In Idibus, 164. dies, Luna 17. In pridie Kalendas Julii, 181. dies, Luna 5. Kalendis Julii, 182. dies, Luna 6. In Nonis, 188. dies, Luna 12. In Idibus, 196. dies, Luna 20. In pridie Kalendas Augusti, 212. dies, Luna 5. Kalendis Augusti, 213. dies, Luna 7. In Nonis, 217. dies, Luna XII. In Idibus, 225. dies, Luna 19. In pridie Kalendas Septembris, 243. dies, Luna 7. Kalendis Septembris, 244. dies, Luna 8. In Nonis, 248. dies, Luna 12. In Idibus, 256. dies, Luna 20. In pridie Kalendas Octobris, 273. dies, Luna 8. Kalendis Octobris, 274. dies, Luna 9. In Nonis, 280. dies, Luna 15. In Idibus, 288. dies, Luna 23. In pridie Kalendas Novembris, 304. dies Luna 9. Kalendis Novembris 305. dies, Luna 10. In Nonis, 309. dies, Luna 14. In Idibus, 317. dies, Luna 22. In pridie Kalendas Decembris, 334. dies, Luna 10. Kalendis Decembris, 335. dies, Luna 11. In Nonis, 339. dies, Luna 15. In Idibus, 347. dies, Luna 23. pridie Kalendas Januarii, 365. dies, Luna 11. Kalendis Januarii, 366. dies, Luna 12.

XIV. Nunc autem post computationem dierum, & lunæ cursum ostensum, quibus in finem usque volvitur totus, annorum circuli principium inchoandum est. HOC PASCHA A VI. KALENDAS APRILIS, USQUE IN IX. KALENDAS MAII.

a Matth. XXVI. 38. *b* Luc. XV. 7. *c* Levit. XXIII. 5-7.

	ÆQUINOCTIUM.	LUNA.	PASCHA.	LUNA.
1.	*Sabbato.*	XXVI.	XV. *Kalend. Maji.*	XVIII.
2.	*Dominica.*	VII.	*Kalendis Aprilis.*	XIV.
3.	II. *Feria.*	XVIII.	XI. *Kalendas Maji.*	XVI.
4.	III. *Feria.*	XXIX.	*Idibus Aprilis.*	XIX.
5.	IV. *Feria.*	X.	IV. *Kalend. Aprilis.*	XIV.
6.	V. *Feria.*	XXI.	XIV. *Kalend. Maji.*	XVI.
7.	(α) *Sabbato.*	II.	VI. *Kalend. Aprilis.*	XVII.
8.	*Dominica.*	XIII.	*Kalendis Aprilis.*	XX.
9.	II. *Feria.*	XXIV.	XVIII. *Kalend. Maji.*	XV.
10.	III. *Feria.*	V.	VIII. *Idus Aprilis.*	XV.
11.	IV. *Feria.*	XVI.	IV. *Kalend. Aprilis.*	XX.
12.	V. *Feria.*	XXVII.	III. *Idus Aprilis.*	XV.
13.	VI. *Feria.*	VIII.	III. *Nonas Aprilis.*	XVII.
14.	*Sabbato.*	XX.	IX. *Kalend. Maji.*	XX.
15.	*Dominica.*	I.	VI. *Idus Aprilis.*	XV.
16.	II. *Feria.*	XII.	II. *Kalend. Aprilis.*	XVIII.
17.	(β) IV. *Feria.*	XXIII.	XIV. *Kalend. Maji.*	XIX.
18.	V. *Feria.*	IV.	II. *Nonas Aprilis.*	XIV.
19.	VI. *Feria.*	XV.	VI. *Kalend. Aprilis.*	XVII.

XV. Hic circulus XIX. annorum a quibusdam Africanis Rimariis qui ampliores circulos conscripserunt, non probatur, quia eorum suspicationibus ac opinionibus videtur satis esse contrarius. Quippe qui has in suo numero rationes probatissimas componunt, principium quoddam Paschæ finemque componentes, id est, Ne ante XI. Kalendas Aprilis, nec post vicesimam primam lunam, & XI. Kalendas Maii Pascha immolandum esse. Quos terminos non solum non sequendos, sed etiam detestandos ac succidendos esse decernimus. Cum in veteri quidem lege hoc solum custodiri debere decernitur, uti ne ante transgressum vernalis æquinoctii in quo autumnalis novissima pars vincitur, decima quarta die mensis primi, qui non diei sed lunæ orsibus computatur, Pascha immoletur. Quod quidem, ut Domini jussione sancitum est & catholicæ fidei conveniens in omnibus, anticipari illicitum ac periculosum esse, omni sapienti non dubium est. Et idcirco hoc solum fatis est omnibus sanctis & catholicis viris custodire, ut plurimorum diversis opinionibus prætermissis, intra terminos quos exposuimus, solemnitatem Dominicæ resurrectionis concludant.


XVI. Ceterum quod tuæ epistolæ subjeceras, ut solis ascensum descensumque qui in diminutione dierum ac noctium conficitur, huic opusculo insinuare conarer, hoc modo inchoatur atque consumitur. Per XV. dies & horæ dimidium sole ascendente per singula momenta, id est per IV. in una die, ab VIII. Kalendas Januarii, in VIII. Kalendas Aprilis hora diminuitur, in qua consumuntur XII. horæ & assis, id est prima pars ex XII. particulis. In qua die ad vesperum, si luna XIV. accidisset, agnus apud Judæos immolabatur. Sin autem excedens numerus, XV. vel XVI. luna fuisset inventa, in vespere ejusdem diei in XIV. die secundæ lunæ eodem mense natæ ad vesperum Pascha celebrabatur; septem diebus comedentes azyma, usque ad diem XXI. in vesperum. Nobis ergo similiter si eveniat, ut VII. Kalendas Aprilis & dies Dominica & luna XIV. inveniatur, XIV. Pascha celebrandum est. Sed & si XV. vel XVI. & usque ad XX. luna fuerit inventa, pro reverentia Dominicæ resurrectionis quæ in die Dominica facta est, nobis similiter celebrandum est; ita tamen ut principium Paschæ finem solemnitatis eorum, id est vicesimam lunam, non excedat. Et ideo non parum deliquisse diximus eos, qui anticipare vel excedere hunc numerum divinæ insertum Scripturæ ausi sunt. Et ab VIII. Kalendas Aprilis in VIII. Kalendas Julias per XV. dies hora diminuitur; per duo momenta & dimidium, & sextam partem momenti, sole ascendente per singulos dies. Et ab VIII. Kalendas Julias in VIII. Kalendas Octobris similiter per XV. dies, & quatuor horas, hora diminuitur; descendente sole in unaquaque die per eumdem numerum momentorum: & spatium quod superest, usque in VIII. Kalendas Januarii, simili numero horarum ac momentorum finitur. Ita ut VIII. Kalendas Januarii horam & horæ dimidium hora habeat. Eo usque namque dies & nox diminuuntur. Et XII. horæ quæ in vernali æquinoctio in principio Domini dispensatione constitutæ sunt, in VIII. Kalendas Julii nocte diminutæ, sole ascendente per singulos quos supra diximus gradus XVIII. in duodecimo longiori spatio reperiantur adjunctæ. Et iterum XII. horæ quæ in autumnali æquinoctio solis descensu repleantur, in VIII. Kalendas Janua-

(α) *Sabbato*] Heic primum Anatolium Bissextum admittit. BUCHER.


(β) IV. *Feria*] Bissextum secundum heic agnoscit Anatolius. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 272.

rii sex horæ in XII. divisæ inveniantur disjunctæ, A noctе XVIII. in XII. divisas tenente. Quæ in VIII. Kalendas Julii similiter VI. in XII. partitas tenebat.



XVII. Hoc autem non ignores, quod ista quatuor quæ diximus temporum confinia, licet mensium sequentium Kalendis approximentur, unumquodque tamen medium temporis, id est verni & æstatis, autumni & hiemis teneat. Et non exinde temporum principia inchoantur, unde mensium Kalendæ initiantur. Sed ita unumquodque tempus inchoandum est, ut a prima die veris tempus æquinoctium dividat; & æstatis VIII. Kalendas Julii, & autumni VIII. Kalendas Octobris, & hiemis VIII. Kalendas Januarii similiter dividitur.



INDEX CAPITUM

CANONIS ANATOLIANI.

ÆGIDII BUCHERII IN ANATOLII ALEXANDRINI CANONEM PASCHALEM COMMENTARIUS.

PRÆFATIO.

QUod in Paschales Victorii, Hippolyti ac Judæorum Canones præstitimus, idem & heic in Anatolianum facere, id est brevi eum Commentario illustrare, consilium est: ratione tanto majore quanto Canon iste prioribus obscurior est; regulisque inusitatis ac pæne paradoxis intricatior.

CAPUT PRIMUM.

Sitne genuinus Anatolii Canon iste Paschalis.

ANatolium, genere Alexandrinum, Græce Canonem suum scripsisse, nemo dubitat. Et dubium omne eximit Eusebius, qui bonam hujus partem Græce citat. Versionem hanc Latinam Rufino æque omnes adscribunt, eoque parum accuratam, nec satis fidam existimant. Sane Græca, quæ libro 7. cap. 26. (32.) Historiæ suæ ecclesiasticæ feliciter inseruit Eusebius, & Rufinianis uberiora sunt, & aliter subinde clariusque concipiuntur: ut vel prima comparatione cuivis perspicuum est. Hoc nomine non nego, labem nonnullam in hujusce Canonis textum irrepere potuisse. Sed quæstio est, an textus iste, seposita Rufini parum certa interpretatione, genuinus alias ac verus sit Anatolii fetus, quem Eusebius *Canonem de Paschate*, Hieronymus *Volumen super Pascha*, vocant.

Ex principiis quidem sane paradoxis, præterque communem eorum qui de Paschate Christiano scripserunt, opinionem constitutis, quæ Canon hic præ se fert, videri forte possit adulterinus & suppositius; & alterius potius quam Anatolii tam laudati, tam catholici scriptoris. Ut ex multis heic interim pauca seligam; Paschæ Dominicam luna quarta decima nullo scrupulo indicit, in quo eum Quartadecimanis, seu Tessareskædecatitis ab Ecclesia rejectis, facit: etsi id illi perpetuum non sit; nec nisi ter toto decemnovennali cyclo recurrat. Præterea eamdem Paschatis Dominicam a 13. luna, saltem exeunte, in vicesimam dumtaxat diffundit: tametsi Scriptura, & cum ea Alexandrini inter quos studuit Anatolius, a quarta decima in vicesimam primam aperte propagent; Latini in vicesimam quoque secundam extendere nihil vereantur. Ad hæc litteras Dominicales & Bissextum, aliave pleraque tam confuse constituit, ut non docti alicujus & sancti Patris, qualem supponunt omnes Anatolium; sed rudis & ignari, forteque a veritate catholica devii scriptoris potius esse videatur. De quo plura mox capite tertio.

Germanum nihilominus Anatolii partum fortius hæc evincunt. Primo Eusebii Cæsariensis qui eum videre potuit, auctoritas: quique non exile Canonis hujusce fragmentum Anatolii nomine profert, plane huic opusculo conforme, nisi ubi fides vacillat interpretis. Idem facit & Beda, initio libelli de Æquinoctio & de ratione temporum, capite quarto. Deinde Colmannus Scotorum episcopus, apud eumdem Bedam libro 3. Historiæ Anglorum ecclesiasticæ capite 25. Anatolium virum, ut ait, sanctum & in Historia ecclesiastica laudatissimum, ab quarta decima luna ad vicesimam Pascha celebrandum tradidisse asserit. Quod etiam catholicus Anglorum Presbyter VVilfridus, contra Colmannum pro Paschate Alexandrino disputans, non modo admittit, sed & insuper ab decima tertia luna ad vesperum subinde Pascha Scotos inchoare exprobrat, quod ex hujusce Canonis Anatoliani rationibus nonnumquam effici necessum est. Denique Beda ipse pleraque ad verbum ex hoc Canone sæpius exscribit, & Anatolio attribuit. Nam primum toto fere de æquinoctio libello, ita de Anatolii in figendo æquinoctio sententia disputat; ut quivis facile pervideat, isthæc eum non aliunde quam ex hoc etiam mendoso corruptoque Canone Latino haurire potuisse. De quo nos uberius capite sequenti. Rursum idem Beda de Ratione temporum, capite 40. disertissime saltum lunæ abs Anatolio, non in fine vel capite cycli decemnovennalis, sed anno ejus decimo quarto qui est ultimus ogdoadis, collocari scribit: *Faciens*, inquit, *illam ascendere* (seu saltare) *in æquinoctio, de octava in vigesimam.* Quod idem plane Canonis hujus exhibet diagramma.

Denique clarissime idem Beda, eodem libro de Ratione temporum cap. 33. Canonem hunc Anatolianum verbis hisce confirmat: *Sed & homo Ecclesiæ sanctus Anatolius, in opere suo Paschali, cum de Æquinoctiis & Solstitiis, deque horarum ac momentorum incrementis subtilissime disputasset; ita disputationem suam, simul & ipsum libellum terminavit: Hoc autem non ignores, quod ipsa quatuor quæ prædiximus, temporum confinia, licet mensium sequentium Kalendis approximentur; unumquodque tamen medium temporum, id est Veris & Æstatis, Autumni & Hiemis teneat: & non exinde temporum confinia incboentur, unde mensium Kalendæ initiantur. Sed ita unumquodque tempus incboandum est, ut a prima die Veris tempus Æquinoctium dividat; & Æstatis, IX. Kalendas Julii; & Autumni, VIII. Kalendas Octobris: & Hiemis, VIII. Kalendas Januarii similiter dividat.* Hæc ille. Quæ plane eadem & extrema sunt hujusce Canonis nostri verba, cui proinde non parvam fidem adstruunt.

SÆCUL III. CIRCA ANN. CHR. 272.

Quæ autem heic in contrarium afferuntur argumenta, infra Capite tertio commodius excutientur.

CAPUT SECUNDUM.

Quo Martii Juliani die Æquinoctium figat Anatolius.

Quæstionem hanc non hodie primum, sed ab antiquis jam inde temporibus motam, satis intelligimus ex Bedæ de Æquinoctio vernali libello. *Sunt*, ait, *qui contendunt, Anatolium in hac sententia* (nempe de Æquinoctii die) *nequaquam undecimum, sed octavum Kalendarum Aprilium diem posuisse*. Et tamen ex hodiernis scriptoribus vix unum videas, qui non pro indubitato supponat, Æquinoctium ex Anatolii mente, XI. Kalendas Apriles, seu XXII. Martii Juliani committi. Probant verbis ipsius: *Est ergo in primo anno initium primi mensis* (Paschalis scilicet) *quod est* XIX. *annorum circuli principium, secundum Ægyptios quidem, mensis Phamenoth* XXVI. *die: juxta Macedones vero, Dystri mensis* XXII. *ut autem Romani loquuntur, undecimo Kalendas Apriles*, &c. Sed verba hæc esse corrupta, jam ostendam.

Dico igitur, Anatolii sententiam heic, Cæsaris sive Sosigenis esse planissime; diem nimirum Æquinoctii committi, Phamenoth XXIX. Dystri XXV. VIII. Kalendas Apriles, seu Martii XXV. Id tribus maxime claris & incorruptis textus ipsius Anatolii locis efficitur. Primo dicit: *Isto die* XXVI. *Phamenoth sol non modo primum Signiferri segmentum ingressus reperitur, sed etiam quartam jam in illo diem percurrisse*. Sane Anatolii ævo, circa annum Christi vulgarem & hodiernum CC. LXXVI. quo hæc ab eo elucubrata existimo, Astronomicum veris Æquinoctium, seu ipsam circulorum Zodiaci & Æquinoctialis intersectionem, in XXI. aut XXII. Martii Juliani diem (qui cum XXV. & XXVI. Phamenoth concurrunt) incurrisse nemo negaverit. Quomodo ergo sol, ex Anatolii sensu tam clare heic expresso, quartam in Ariete diem tunc percurrisse potuit? At si pro XXVI. Phamenoth, seu Martii XXII. substituas, ut decet, XXIX. Phamenoth, Martii XXV. plane verum erit, solem in primo Zodiaci segmento, quod Arietem appellamus, quartam jam diem omnino percurrisse, aut quintam percurrere. Et Anatolii sensus erit, ipsam circulorum intersectionem Martii XXI. potius quam XXII. committi, quod ab Alexandrinis, ut reor, hauserat, qui paucis post annis id publice tenuerunt.

Secundo, addit hoc eodem Opusculo, §. VIII. *Sed quid mirum, si in* XXI. *luna erraverint, qui tres addiderunt dies ante Æquinoctium, in quibus Pascha immolari posse definiunt? Quod certum est omnimodis etiam putari absurdum*. Per eos, *qui tres ante Æquinoctium dies addiderunt*, Cæsariensis in Palæstina concilii Patres Anatolius heic intelligit. Qui licet diem Æquinoctii civilis in Martii vicesimo quinto & ipsi agnoscerent; tres tamen prævios dies quibus Christus post institutum venerabile Sacramentum comprehensus, passus & sepultus fuit, extra limitem Paschalem excludi noluerant. Nec enim alii de quibus id dici possit, occurrunt. Nam Judæi, & Christianorum primi, Latini saltem, qui ad Martii XVIII. ut dixi, primum solis in Arietem incessum adfixerant, non tantum tres, sed septem dies addiderant. Anatolium igitur, si absurde (ita enim innuit) prævios tres ad hactenus usurpatum civile Æquinoctium dies additos existimat, in prisco Cæsaris Æquinoctio, quod cum XXV. Martii componebatur, hærere necessum est, non illud Martii XXII. defigere. Quod argumentum sane validum, Beda quoque suo illo de Æquinoctii die opusculo profert, & quidem ex eorum qui jam tum nobiscum sentiebant, objectione ac sensu.

Tertius iisque palmaris Anatolii locus est §. VIII. ibi enim per omnes Cycli sui decemnovennalis annos, Æquinoctii quoque sui diem feriamque determinans, semper ad Martii XXV. numquam ad XXII. fixus ac firmus hæret, ut in ejus Tabula videre potes. Cumque sæpius repetat, Pascha numquam nisi transmisso jam æquinoctio, rite celebrari posse; id ipse tanta religione pæneque superstitione observat, ut citimum Pascha Dominicum non VII. seu postridie æquinoctii Cæsariani, sed VI. primum Kalendas Apriles indicat. Credo, quo certius æquinoctii diem in Paschatis sui sanctione transmitteret, tantoque lux tenebris dominaretur. Ita nihil certius, quam æquinoctium cum Martii XXV. abs Anatolio compositum.

Adversariorum ratio, ex Anatolii verbis hausta, satis jam olim ab aliis, teste Beda rejecta est, cum dixerunt, *Eusebium* (seu quem alium) *cum hanc Anatolii lucubrationem in Historia ecclesiastica refert, diem pro die mutasse; & quod cetera bene posita videret, uno verbo corrigere voluisse, quod in ea minus perfecte dictum conspexerat. Ne illum videlicet quem laudare proposuerat, palam notabilem monstraret, si ejus pura verba, &, ut ipse scripserat, suis inderet Historiis*. Scio Bedam istud sibi de Eusebio persuadere non posse. Sed nos similia multa Græculorum fuisse scimus ingenia, hæresi præsertim infectorum: cujusmodi fuisse Eusebium, clare docet Baronius. Neque magis urget, quod subdit idem Beda; mirum, si Victorem Capuanum, qui & ipse XI. non VIII. Kalendas Apriles in Anatolio legit, talis impostura latuerit. Nam non Victorem modo, in ea adhuc ætatis illius caligine, sed & plerosque acutissimos hujus ævi doctissimi scriptores eadem impostura fefellit. Anatolium laudare volebat Eusebius. Non poterat, nisi aut Æquinoctium male ab Nicæna Synodo fixum diceret; aut Anatolii textum ad Synodi sententiam saltem proxime revocaret. Posterius priore facilius & acceptius credidit. Nec vero desunt etiamnum aliqua corruptionis illatæ vestigia. Nam Codex manuscriptus ex quo hæc exscripsimus, VIII. *Kalendas Apriles*, ex vera ac prima lectione, non XI. clare exhibet. Tametsi XXII. Dystri diem ex prava correctione retineat.

Ceterum cur Eusebius, aut si quis alius, Anatolium corrigere aggressus, XXII. potius, quam XXI. Martii, pro XXV. substituerit, non satis pervideo. Nicæna siquidem Synodus ad Martii XXI. seu XII. non XI. Kalendas Apriles Æquinoctium adfixit, & ita deinceps Ecclesia retinuit. Quin ita quoque sensisse videtur Anatolius, quando ipsa Martii XXV. qua suum ille civile figit Æquinoctium, solem in primo dodecatemorii segmento, quartam jam diem διαπορευόμενον, seu prætergressum esse ac superasse aperte scribit, innuens quintam tunc percurrere. Neque satisfaciet, qui dicet Ptolemæi opinionem videri secutum Anatolium. Cur enim ille, si scriptoris Ethnici, & 130. annis anterioris opinionem sequeretur, solem XXV. Martii quartam dodecatemorii primi partem jam *percurrisse*, & non potius ex ejusdem sensu *percurrere* dixisset? An tantus vir

in tam acri studio ad cæli & horologiorum motus non A attenderit? Verum quidquid de hoc subsit, (parum enim interest) certum est, Anatolium non in primo primi segmenti gradu Æquinoctium civile constituere; sed vel in quinto, ut nos quidem probabilius existimamus; vel certe, ut alii, in quarto; sicut Cæsarem & Metonem in octavo, & Eudoxum ex Gemini sententia in sexto constituisse, supra in tractatu de Judæorum anno capite tertio declaravimus.

Priusquam caput hoc finio, consideret heic mecum lector, num Alexandrinæ scholæ doctores æquinoctium civile in Martii xxv. huc usque non retinuerint, quando, qui inter eos non infimus erat B Anatolius, tam tenaciter eo die retinet; tametsi quinto (saltem quarto) primi dodecatemorii gradui respondere pervideat. Quod si est, tunc quoque dicendum, Alexandrinum patriarcham Dionysium, vix undecim annis ante hanc Anatolii lucubrationem fato functum, octaeteridem suam Paschalem ad hunc æquinoctii Cæsariani, non Nicæni aut Ptolemaici, diem adaptasse: siquidem ante æquinoctium & ipse Pascha celebrari non vult, ut supra monuimus.

CAPUT TERTIUM.

Termini Paschales, & aliquot paradoxa Anatolii. C

A Ceteris computistis, tam Latinis quam Alexandrinis, in sole & luna multum differt Anatolius.

In sole quidem *Primo*; quia æquinoctium civile, non ut Alexandrini & Nicæna Synodus, in Martii xxi. aut, ut Latini prisci cum Judæis, in xviii. sed in xxv. cum Cæsare decernit, ut jam vidimus. Nec ante illud, nec in illo, sed nec postridie quidem illius Pascha celebrari vult. Tanta inest illi æquinoctii etiam civilis certo transsiliendi sollicitudo. *Quamdiu* (ait §. vi.) *æqualitas inter lucem & tenebras perdurat, nec a luce diminuta,* D *Pascha non esse immolandum ostenditur. Idcirco ergo post æquinoctium Pascha immolari præcipitur; quia* xiv. *luna ante æquinoctium, & in æquinoctio totam noctem non implet. Post æquinoctium vero luna* xiv. *una die adjecta* (nota) *quod est æquinoctii transgressus; licet ad verum lumen, id est ortum solis, & diei principium non pertenderit, tamen post se tenebras non derelinquit.* Ita ille; quibus citimam suam paschalem dominicam nonnisi secundo ab æquinoctio commisso die, seu Martii xxvii. constituit.

Secundo, Litteras dominicales & bissexta longe alia ratione dispensat. Nam e novemdecim annis bissextiles dumtaxat duos ponit, septimum scilicet E & xvii. ut in Tabula ejus Paschali videre est. Atqui xix. annis quatuor, ut minimum, subinde quinque conveniunt. Cumque septuaginta sex annis bissextiles omnino xix. imputentur, ex ejus doctrina nonnisi octo competerent. Ita annum solarem ab Juliano diversum tantoque breviorem facit: ac proinde paschales dominicas veris difformes, quæque sæpius in ferias simplices incurrunt, instituit. Certe nonnisi quatuor prioribus Enneadecaeteridos suæ annis, item septimo & octavo cum veritate consentit, nisi forte casu juvetur.

In luna vero magis etiam differt. *Primo*, quia qui Enneadecaeteridos primus ipsi est annus, Alexandrinis est undecimus, Latinis & Victorio nostro secundus. Ab anno siquidem vulgaris Christi epochæ 276. Cyclum suum orditur, octo ante Alexandrinum annis, ut deinceps, ac præsertim capite iv. demonstramus.

Secundo, differt in saltu lunæ. Hunc enim Alexandrini anno Cycli sui decemnovennalis xix. qui est Romanorum hodiernorum primus, constituunt; Latini & Victorius xvi. suo, ipse xiv. item suo, ut ex ejus Tabula patet; quæ eo anno ab viii. in xx. saltum facit. De quo etiam Cyrillus aliquid §. 4. & 7. sui Prologi, tametsi suppresso Anatolii nomine, insinuat; expressius autem Beda de Ratione temporum cap. 40. *Denique* (ait) *Anatolius, qui verissime in æquinoctio verno initium mensium & caput circuli totius terminumque decernit, non ipse hanc in capite* (ut Romani scilicet) *vel fine* (ut Ægyptii) *sui circuli decemnovennalis, sed in* xiv. *ejus anno, qui est ultimus ogdoadis, mutationem lunæ posuit: faciens illam ascendere de* viii. *in* xx. Hæc ille. Hinc fit, ut Aurei numeri Anatoliani a xiv. ad xix. sursum uno die in Kalendario Juliano promoveantur.

Tertio, dissidet in ipso Aureorum numerorum situ, & quod inde sequitur in ætate lunæ determinanda. Nam cum xxx. Martii die cyclum suum primum bis expresse componit, semel textus sui §. xi. rursus in Tabulæ suæ anno primo. Qui cum respondeat cyclo Alexandrinorum xi. Latinorum secundo; illum triduo, biduo hunc prævertat necessum est. Idem de ceteris annis judicium est; quorum situs & ætas tam ex comparatione cum primo jam dicto, quam ex Tabulæ Paschalis Anatolii versu perpendiculari quarto & ultimo perinde colligitur. Saltu tamen ad posteriores sex Canonis annos adjuncto. Quo fit, ut Anatolii lunæ Alexandrinas plerumque biduo triduove, Latinas uno saltem die, nonnumquam biduo, rarissime triduo præcurrant. Cycli quidem Anatolii xii. xiv. & xv. tam tertium, quintum, & sextum Alexandrinorum, quam Latinorum xiii. xv. & xvi. triduo anticipant. At ix. & xvii. Anatolii, Alexandrinos xix. & viii. quatriduo, Latinos x. & xviii. nonnisi biduo prævertunt, ut nostra ad capitis hujusce finem Tabula demonstrat. Magna, fateor, disparitas; & difficilioris de tanto viro fidei. Sed lunæ ætas singulis Tabulæ Anatolianæ annis bis expressa, fidem istam vel ab invitis extorquet.

Beda quidem de Ratione temporum cap. 4. annum cycli Anatoliani xiv. cum ultimo ogdoadis, id est, ut reor, octavo Alexandrinorum, ut paullo ante audivimus; ac proinde primum cycli illius cum horum xiv. componit: atque ita lunas Anatolii cum Alexandrinis & Latinis pæne coævas instituit. Sed cur minus illi credam, ut maxime vellem, tria obstant. *Primo*, saltum lunæ Beda ipse cum Cyrillo, ut jam dixi, in xiv. cycli Anatolii anno expresse statuit. Id cum altero stare nequit; sic enim lunæ saltus ad annum Tabulæ Anatolianæ xiv. rite positus, in ejusdem xvii. (qui cum Alexandrino viii. primum concurrit) contra suppositionem transferendus esset. *Secundo*, obstat ætas lunæ, tam exserte abs Anatolio, sive in ipso æquinoctii die, Martii xxv. sive in Paschatis die notata; quæ huic Bedæ dicto nulla ratione quadrare potest, ut per se liquet. *Tertio*, obstant Litteræ dominicales, bis item heic signatæ. Nam quam...

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 270.

eas nonnisi Tabulæ prioribus annis, item vii. & viii. veras agnoscam, aliis semper erroneas; eas tamen ejusmodi planissime manuscriptus codex exhibet: prorsus ut vel hunc vel Bedam falli necesse sit. Ego codici magis assentior, & per se fido constantique, & expressis Anatolii verbis conformiori. Hic enim §. vi. fine, & æquinoctium & plenilunium in Paschate plane transmittenda sciscit, ut omnem tenebrarum potestatem lux superet. Quod & Cyrillus Prologi sui §. 4. innuit; cum tam de Latinorum quam Anatolii saltu agens, supputationem eorum inconvenientem esse, *nimisque properare*, plane ex codicis nostri sententia subjungit.

Non nego tamen, visos aliquando mihi Aureos Anatolii numeros, in Martio & Paschali mense, a librario, uno sursum die male protrusos; idque ex §. Tractatus ejus xi. satis colligi posse videbatur: ubi Aureus numerus primus cum primo Martii die componitur. Ac licet ex lunæ ætate xxvi. ad æquinoctii Anatoliani diem notata, cum ultimo Februarii, uno scilicet citius die, componi videatur: hoc tamen potius mendosum docent 59. dies, quos Anatolius, ut ceteri, a primo Januarii ad ultimum Februarii recte numerat; quæ justa est duorum lunæ mensium quantitas. Hinc quoque rectius Aureus numerus i. in Martii primum & ultimum diem devolvendus videbatur; ut luna hæc anni tertia, tricenaria non minus quam prima, juxta naturalem alternationem, esse possit: non ad Martii xxx. seu penultimum relinquenda; licet ea in Tabula Paschali, & §. xi. ex parte sciscat Anatolius. Accedebat præterea, his admissis, jam lunas Anatolii Latinorum & Alexandrinorum lunis coæviores utcumque fieri, uno certe minus die præcurrere. Quare, ut ita facerem, omnino pendebam. Verum adverti me tum in majus incommodum impingere. Lunas Paschales xiv. ter Anatolius ternis suæ Tabulæ annis, ii. v. & xviii. definivit. Si Aureos ejus numeros uno die devolvimus, eæ jam non decimæ quartæ, sed decimæ tertiæ erunt; quod ejus rationibus adversatur. Idem est de ternis quoque vicesimis Paschalibus ejus lunis judicium. Priori igitur sententiæ potius insistendum, & dicendum, Anatolium sui heic in tam intricata re oblitum (nisi forte librarium, quod non puto) se lectoremque confundere.

Quarto, differt Anatolius in capite & fine primi mensis; quem Latini a Martii die quinto, Alexandrini ab octavo ineunt. Ipse omnium tardissime ab decimo; quia tardissime quoque figit æquinoctium. Anno cycli sui xi. dominicam Paschalem indicit iv. Kalendas Apriles, seu Martii xxix. luna sua xx. ac proinde lunam istam ab x. Martii orditur. Anno quidem cycli xix. citimam Paschalem suam dominicam notat vi. Kalendas Aprilis, seu Martii xxvii. Verum cum lunam istam xvii. dumtaxat numeret, plane primam nonnisi a Martii xi. deducit; postridie ineuntis lunæ jam dictæ. Ubi id notandum venit, Anatolium illam Alexandrinorum & Ecclesiæ hodiernæ regulam nihil morari, Paschalem eam esse quartam decimam, quæ vel in ipsum æquinoctium, vel proxime post ipsum incurrit. Nam æquinoctium ipse cum xxv. Martii componit. Immo unum præterea diem, nempe Martii xxvi. (quem æquinoctii transgressum appellat) ante legitimam Paschalis citimi functionem transmitti vult; ut tanto tenebras lux superet. Ita nulla illi aut perexilis est neomeniarum & terminorum Paschalium ratio, sed dominicarum dumtaxat,

A quæ a Martii xxvii. ad Aprilis xxiii. inclusive reperiuntur: dummodo nec infra xiv. nec supra xx. lunæ diem contingant; idque sive terminus Paschalis qui est xiv. luna, æquinoctium præcurrat, sive subsequatur, sive in illud incurrat. En ejus verba, & unica omnisque regula: *Hoc Pascha a* vi. *Kalendas Aprilis, usque in* ix. *Kalendas Maji*. Ergo dominicam suam Paschalem citimam vi. Kalendas Aprilis, seu Martii xxvii. expresse affigit, anno cycli sui xix. seu ultimo, Littera dominicali sua eaque erronea B. luna item sua xvii. Remotissimam autem, ix. Kalendas Maji, seu Aprilis xxiii. Littera dominicali erronea A. anno cycli sui xiv. luna sua xx. Quare dominicalium Pascha-

B lium cancellos diebus xxviii. dumtaxat concludit, a Martii xxvii. ad Aprilis xxiii. atque adeo Pascha in solo mense Ægyptiorum Pharmuthi, a i. ejus die, ad 28. numquam in Phamenoth admittit. Nisi forte quis præterea diem Martii xxvi. qui est ultimus seu tricesimus Phamenoth, quem æquinoctii transgressum ab eo vocari jam diximus, huic etiam limiti quadam ratione accensendum putet. Sic enim dies xxix. conficientur; quod non existimo. Verum tam Latini prisci quam Alexandrini, ex natura rei, triginta quinque; & Victorius triginta quatuor assignat, tota hebdomade diffusiores; quos ipse proinde rejicit. Immo ne Patrum quidem Cæsariensium limitem, tametsi xxxi.

C dierum dumtaxat, admittere vult, cum §. xv. ita loquitur: *Quidam Africani Rimarii has in suo calculo rationes probant, principium quoddam Paschæ finemque componentes; id est, nec ante* xi. *Kalendas Apriles, nec post* xxi. *lunam, &* xi. *Kalendas Maji, Pascha immolandum esse. Quos terminos non solum non sequendos, sed & detestandos ac succidendos esse decernimus*. Ita ipse.

Quinto, differt in lunæ ætate dominicæ Paschali assignanda. Latini dominicam Paschæ citimam non ante lunam suam xvi. Alexandrini non ante xv. indicunt. Ipse etiam luna xiv. admittit; ut patet annis cycli ipsius ii. v. & xviii. in quo cum quar-

D tadecimanis facit. Hinc fit ut eamdem Paschæ dominicam numquam ultra xx. lunam diffundat: quum Alexandrini ad xxi. Latini ad xxii. etiam propagent. Cur id faciat, rationem ipse reddere conatur, §. Tractatus sui viii. Et in hoc Scoti prisci cum eo sentiebant, si Bedæ fides, libro 3. Historiæ Anglorum ecclesiasticæ, cap. 25. In ultimo Tabulæ Anatolii perpendiculari versu qui lunæ ætatem in Paschali dominica designat, tres anni, nempe viii. xi. & xiv. lunam xx. exhibent, nullus xxi. aut xxii.

Sexto denique differt Anatolius in ipsa Paschalis cycli revolutione; quam cum nonnisi annis 532.

E absolvi certum sit, lunari cyclo scilicet in solarem ducto, seu xix. annis in xxviii. ipse tamen eam annorum xix. intervallo concludit; ratus, opinor, pares esse quartadecimarum & dominicarum Paschalium revolutiones, quæ toto cælo differunt. Hinc ipse §. xii. *Sed hoc*, inquit, *ab aliis sapientibus & acutissimis viris impossibile esse definitur; quod in illo angusto ac brevissimo* xix. *annorum circuli spatio, Pascha verissimum, id est in die dominica, æquinoctium transgrediens inveniretur. Sed nos, ut manifestius fiat, quod illis incredulitatem inducit*, &c. Rursum §. xiii. *Hic circulus* xix. *annorum a quibusdam Africanis Rimariis, qui ampliores* (nota) *circulos conscripserunt, non probatur: quia eorum suspicationibus videtur satis esse contrarius*.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 270.

Verum si Africanos istos Rimarios secutus fuisset, A bissextiles annos rariores admittere, Litterarumque dominicalium seriem ita succidere ac confundere coactus non fuisset; quando vere illa tam brevi circulo concludi non potest.

Hæc omnia Anatolii placita, quam paradoxa sint, nemo non videt: ex illis quidem magnam in lectoris intellectu confusionem oriri necessum est. Prorsus ut an Anatolii tanti viri esse possint, non immerito quæsiverimus. Sed tot Bedæ adeoque Eusebii testimonia, quæ eadem verba referunt, & manuscriptus codex dubitare vetant, ut supra vidimus. Ego quidem vix in usum inductum existimo, nisi forte ad paucos annos Laodiceæ ubi Anatolius fuit B episcopus, aut vicinis etiam locis. Diu enim subsistere non potuisse, vel solæ Litteræ dominicales tanto errore collocatæ satis arguunt. Et facile illum excluserit Eusebii Cæsariensis episcopi cyclus, non ita multo post usurpari cœptus, ut supra diximus: adeo ut iste, quia confusior, a posteris clariore scientia jam perfusis nullo pæne loco sit habitus; primumque statim locum Eusebio concesserit. Ego heic Anatolii mentem perspectam reddere conatus sum, non immemor illius, ***nihil inventum simul & perfectum***. Primus ille Enneadecaeterida lunarem ad Christiani Paschatis inventionem aptare tentavit, nullius, ut reor, ante solo tritam. Quid mirum, si veritatis scopum non statim attigerit?

Sed nos jam Tabellas duas exhibeamus; quarum prima cyclum Anatolii cum Alexandrinorum Latinorumque Cyclis Aureisve numeris comparet: altera in Kalendario Juliano etiam methodice, ex ejus tamen erronea sententia, disponat.

Cyclus Anatolii.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Cyclus Alexandrinorum.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Cyclus Victorii & Latin.	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1



Sæcul. III. circa Ann. Chr. 270.

CYCLI ANATOLIANI IN KALENDARIO DISPOSITIO.

MARTIUS.

Dies Martii.		Litteræ Dominicales.	Menses Ægyptiorum.	Cyclus Anatolii.	Cyclus Alexandrinorum.	Cyclus Latinorum & Victorii.
Kal.	1	d	5 Phamenoth.		III	13
VI	2	e	6	9		2
V	3	f	7	17	XI	
IV	4	g	8			10
III	5	A	9	6	XIX	18
Prid.	6	b	10	14	VIII	
Non.	7	c	11			7
VIII	8	d	12	3	XVI	
VII	9	e	13		V	15
VI	10	f	14	11		4
V	11	g	15	19	XIII	
IV	12	A	16		II	12
III	13	b	17	8		1
Prid.	14	c	18	16	X	
Idib.	15	d	19			9
XVII	16	e	20	5	XVIII	17
XVI	17	f	21		VII	
XV	18	g	22	13		6
XIV	19	A	23	2	XV	
XIII	20	b	24		IV	14
XII	21	c	25	10		3
XI	22	d	26	18	XII	
X	23	e	27		I	11
IX	24	f	28	7		19
VIII	25	g	29	15	IX	
VII	26	A	30			8
VI	27	b	1 Pharmuthi.	4	XVII	
V	28	c	2		VI	16
IV	29	d	3	12		5
III	30	e	4	1	XIV	
Prid.	31	f	5	9	III	13

APRILIS.

Dies Aprilis.		Litteræ Dominicales.	Menses Ægyptiorum.	Cyclus Anatolii.	Cyclus Alexandrinorum.	Cyclus Latinorum & Victorii.
Kal.	1	g	6 Pharmuthi.	17		2
IV	2	A	7		XI	10
III	3	b	8	6		18
Prid.	4	c	9	14	XIX	
Non.	5	d	10		VIII	7
VIII	6	e	11	3	XVI	
VII	7	f	12	11	V	15
VI	8	g	13	19		4
V	9	A	14		XIII	
IV	10	b	15	8	II	12
III	11	c	16	16		1
Prid.	12	d	17		X	
Idib.	13	e	18			
XVIII	14	f	19			
XVII	15	g	20			
XVI	16	A	21			
XV	17	b	22			
XIV	18	c	23			
XIII	19	d	24			
XII	20	e	25			
XI	21	f	26			
X	22	g	27			
IX	23	A	28			
VIII	24	b	29			
VII	25	c	30			
VI	26	d	1 Pachon.			
V	27	e	2			
IV	28	f	3			
III	29	g	4			
Prid.	30	A	5			

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 270.

CAPUT QUARTUM.

A quo hodiernæ Christi epochæ anno Canonis sui ducat initium Anatolius.

VIX ullum dubitare existimo, quin Canonem suum decemnovennalem Anatolius ante Alexandrinos ediderit. Quis enim sibi persuadeat, potuisse tam confusum edere, si tam ordinatum, cujusmodi est Alexandrinus, ante oculos habuisset? Adde, Eusebium, Timotheum, Cyrillum, Victorium, Bedam & alios id scriptis suis satis innuere: moxque clare patebit.

Georgius Hervart Novæ Chronologiæ cap. 236. Canonis hujus Anatoliani initium a vulgari anno Christi 277. Probi imperatoris secundo deducit, duasque rationes profert. *Primo, quia tot diversarum gentium anni tam diversi, ad eum annum in Eusebii Chronico adpositi, anno indubie primo Cycli Paschalis Anatolii sunt accommodati. Post enumerationem enim horum annorum mox in Eusebii Chronico subsequitur: Anatolius Laodicenus episcopus, philosophorum disciplinis eruditus, multorum sermone celebratur.*

Secundo, scribit Anatolius anno Cycli sui primo, mensis primi neomeniam quæ totius Enneadecaeteridos initium est, in Phamenoth XXVI. *Dystri autem & Martii* XXII. *incurrere. Id autem secundum astronomicam veritatem anno Christi 277. melius quam octo annis tardius, nempe anno Christi 285. convenit.* Ita Georgius Hervart.


A Sed nos ex jam dictis, necessario ab anno antecedente 276. ordiendum opinamur. *Primo*, quia Anatolianum ejus anni Pascha ita postulat, sive lunarem sive solarem illius cyclum consideres; eodem nempe die, Aprilis XVI. indictum, quo & Alexandrini & Latini indicunt, tametsi omnes in lunæ ætate dissentiant. Non est autem verisimile, Anatolium recte in primo anno deviasse. *Secundo*, conveniunt & trium proxime sequentium annorum Litteræ dominicales, ut & annorum septimi & octavi. Quod si Paschales dominicæ subinde diversæ sunt, id ex diversis Anatolii placitis oritur: verbi gratia, quod luna XIV. Pascha legitimum sanciat; quod æquinoctium ante Martii XXV. & citimam Paschæ dominicam ante XXVII. non agnoscat; B quod neomenias ante alios indicat, & similia. Et tamen adhuc anno Cycli sui quarto, cum utrisque dominicum Pascha Idibus Aprilis rite sciscit.

Nec Hervartii argumenta valde premunt. Qui enim anno 277. floruit, potuit & 276. floruisse, immo tunc maxime cœpisse. Et qui Cyclum anno 277. in lucem emittit, eoque editionis annum diversis characteribus insignit; nihil obstat, quin ejus initium ab anteriore etiam anno bene deducere possit, si rationes ita forte exigant. Denique possunt diversi isti diversarum gentium anni pro Manichæanæ hæreseos ortu, qui in annum istum 277. a sanctis Patribus rite confertur, tanto magis annotari, C quanto ea confusiore Anatolii Cyclo celebrior est. Quod & ex parte Scaliger ante nos advertit. Neque verum est, Anatolium Enneadecaeteridos suæ principium in XXII. sed potius in XXV. & XXVI. Martii referre; ut patet ex capite secundo hujus Commentarii, & clarius etiam ex ipsa Anatolii Tabula Paschali, immo & ex ipsius textu, cum primi mensis neomeniam Martii XXX. defigit.


INDEX

Eorum quæ in Commentario Bucheriano ad Anatolii Alexandrini Canonem Paschalem peraguntur.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 270.



MALCHIONIS
ECCLESIÆ ANTIOCHENÆ PRESBYTERI
EPISTOLA
Ex persona Synodi Antiochenæ perscripta,
ADVERSUS PAULLUM SAMOSATENUM.



I.

Apud Eusebium Hist. eccl. *lib.* vii. *cap.* xxx.

Διονυσίῳ καὶ Μαξίμῳ καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσι συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις· καὶ πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, Ἕλενος καὶ Ὑμέναιος καὶ Θεόφιλος καὶ Θεότεκνος καὶ Μάξιμος· Πρόκλος· Νικόμας καὶ [1] Αἰλιανός· καὶ Παῦλος καὶ Βώλανος καὶ Πρωτογένης καὶ Ἱέραξ καὶ Εὐτύχιος καὶ Θεόδωρος καὶ Μαλχίων καὶ Λούκιος· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ σὺν ἡμῖν παροικοῦντες τὰς ἐγγὺς πόλεις καὶ ἔθνη [2] ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι· καὶ αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

A *Dionysio & Maximo, & omnibus per universum orbem comministris nostris; episcopis, presbyteris & diaconis; & universæ ecclesiæ catholicæ quæ sub cælo est, Helenus & Hymenæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Ælianus, Paullus, Bolanus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodorus & Malchion & Lucius; & reliqui omnes qui nobiscum sunt vicinarum urbium & provinciarum episcopi, presbyteri ac diaconi, & ecclesiæ Dei, carissimis fratribus in Domino salutem.*

Τούτοις μετὰ βραχέα, ἐπιλέγουσι ταῦτα· ἐπεστέλλομεν δὲ ἅμα καὶ παρεκαλοῦμεν πολλοὺς B καὶ τῶν μακρὰν ἐπισκόπων, ἐπὶ τὴν θεραπείαν τῆς θανατηφόρου διδασκαλίας· ὥσπερ καὶ Διονύσιον τὸν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας· καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας, τοὺς μακαρίτας· ὧν ὁ μὲν ἐπέστειλεν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, τὸν ἡγεμόνα τῆς πλάνης οὐδὲ προσρήσεως ἀξιώσας· [3] οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ, ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ πάσῃ· ἧς καὶ τὸ ἀντίγραφον ὑπετάξαμεν. ὁ δὲ Φιρμιλιανὸς καὶ δὶς ἀφικόμενος, κατέγνω μὲν τῶν ἐκείνου καινοτομουμένων, ὡς ἴσμεν καὶ μαρτυροῦμεν οἱ παραγενόμενοι, καὶ ἄλλοι πολλοὶ συνίσασιν· ἐπαγγειλαμένου δὲ μεταθήσεσθαι, πιστεύσας καὶ ἐλπίσας [4] ἄνευ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας τὸ πρᾶγμα εἰς δέον καταστήσεσθαι, ἀνεβάλετο παρακρουσθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ καὶ τὸν Θεὸν C τὸν ἑαυτοῦ καὶ κύριον ἀρνουμένου, καὶ τὴν πίστιν ἣν καὶ αὐτὸς πρότερον εἶχε μὴ φυλάξαντος. ἔμελλε δὲ καὶ νῦν ὁ Φιρμιλιανὸς εἰς τὴν Ἀντιόχειαν διαβήσεσθαι· καὶ μέχρι γε Ταρσῶν ἧκεν, ἅτε τῆς ἀρνησιθέου αὐτοῦ κακίας πεῖραν εἰληφώς· ἀλλὰ γὰρ μεταξὺ συνεληλυθότων ἡμῶν καὶ καλούντων καὶ ἀναμενόντων ἄχρις ἂν ἔλθῃ, τέλος ἔσχε τοῦ βίου.

I. *Paucis deinde interjectis hæc subjungunt.* Scripsimus etiam ad complures episcopos longius dissitos; eosque hortati sumus, ut ad exitialis doctrinæ morbum curandum accederent. Nam & ad Dionysium Alexandrinum, & ad Firmilianum Cappadociæ antistitem, beatæ recordationis viros, litteras dedimus. Quorum ille scripsit quidem Antiochiam: sed erroris ducem ne salutatione quidem dignatus est; neque ad eum nominatim, verum ad universam Antiochensium ecclesiam litteras suas direxit, quarum etiam exemplum heic subjecimus. Firmilianus vero cum bis Antiochiam venisset, damnavit quidem dogmatis ab illo invecti novitatem, ut testamur nos qui adfuimus, & alii plures perinde ac nos optime norunt. Sed cum ille mutaturum se sententiam promisisset; credens ei Firmilianus, speransque sine ullo religionis nostræ probro atque dispendio rem optime posse constitui, distulit sententiam suam; deceptus scilicet ab homine, qui Deum ac Dominum suum negabat, & qui fidem quam antea profitebatur violaverat. Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus: & jam Tarsum usque pervenerat; quippe improbitatem hominis Deum negantis antea fuerat expertus. Sed cum nos jam convenissemus; interea loci dum illum accersimus, dum ejus adventum exspectamus, abiit e vita.

1. Αἰμιλιανὸς] In codice Mazar. Fuket. Savil. & Med. Αἰλιανὸς legitur. Rufinus quoque Ælianum vocat, atque ita fere Nicephorus & Syncellus. Ceterum Athanasius in libro de Synodis Arimini & Seleuciæ, testatur in hac synodo 70. fuisse patres, qui Paullum Samosatensem deposuerunt. Vales.

2. Ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ αἱ ἐκκλησίαι] Notanda est in primis hujus epistolæ inscriptio, quæ non solum episcoporum, sed presbyterorum & diaconorum, atque adeo plebis ipsius nomen præfixum continet: eodem plane modo in Actis Carthaginiensis synodi cui præfuit Cyprianus, *cum in unum Carthagine convenissent episcopi plurimi, cum presbyteris & diaconis, præsente etiam plebis maxima parte, &c.* Idem legitur in concilio Eliberitano. Id.

3. Οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ] Falsa est igitur, ac supposititia epistola Dionysii Alexandrini ad Paullum Samosatensem, quæ edita est in tomo xi. bibliothecæ sanctorum Patrum una cum x. propositionibus Paulli Samosatensis, & Dionysii ad eas responsionibus. Nam patres D quidem Antiocheni concilii affirmant Dionysium non dedisse litteras ad Paullum, sed tantum ad ecclesiam Antiochensem. In illa autem epistola quæ Dionysii nomine publicata est, Dionysius bis Paullo scripsisse dicitur. Sed nec stilus illius epistolæ ac responsionis, reliquis Dionysii scriptis respondet. Itaque opus illud adulterinum esse, ob eas quas dixi rationes mihi persuadeo, licet Baronius eam epistolam pro vera ac germana habuerit. Id.

4. Ἄνευ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας] Male hunc locum vertit Christophorsonus, qui Rufinum recte præeuntem sequi noluit. Vertit enim, *sine ulla verborum contumelia*, cum vertendum esset, *sine ulla religionis nostræ contumelia*. Id.

Μεθ᾽ ἕτερα δ᾽ αὖθις τὸν βίον τοῦ αὐτοῦ οἵας ἐτύγχανεν ἀγωγῆς, διαγράφουσιν ἐν τούτοις· ὅπου δὲ [1] ἀποστὰς τοῦ κανόνος ἐπὶ κίβδηλα καὶ νόθα διδάγματα μετελήλυθεν, οὐδὲν δεῖ τοῦ ἔξω ὄντος τὰς πράξεις κρίνειν· οὐδὲ ὅτι πρότερον πένης ὢν καὶ πτωχός· καὶ μήτε παρὰ πατέρων παραλαβὼν μηδεμίαν εὐπορίαν· μήτε ἐκ τέχνης ἤ τινος ἐπιτηδεύματος κτησάμενον, νῦν εἰς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον ἐλήλακεν, ἐξ ἀνομιῶν καὶ ἱεροσυλιῶν, καὶ ὧν αἰτεῖ καὶ [2] σείει τοὺς ἀδελφούς, [3] καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους καὶ ὑπισχνούμενος βοηθήσειν μισθοῦ· ψευδόμενος δὲ καὶ τούτους, καὶ [4] μάτην καρπούμενος τὴν τῶν ἐν πράγμασιν ὄντων ἑτοιμότητα πρὸς τὸ διδόναι ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τῶν ἐνοχλούντων· [5] πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν. [6] οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ καὶ ὑπερῆρται κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποδυόμενος· καὶ [7] δουκηνάριος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι· καὶ σοβῶν κατὰ τὰς ἀγοράς· καὶ ἐπιστολὰς ἀναγινώσκων καὶ [8] ὑπαγορεύων ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ καὶ δορυφορούμενος· τῶν μὲν προπορευομένων, τῶν δὲ ἐφεπομένων πολλῶν τὸν ἀριθμόν· ὡς καὶ τὴν πίστιν φθονεῖσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τὸν ὄγκον αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπερηφανίαν τῆς καρδίας· οὔτε τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς συνόδοις τερατείαν, ἣν μηχανᾶται δοξοκοπῶν καὶ φαντασιοκοπῶν· καὶ τὰς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχὰς τοῖς τοιούτοις ἐκπλήττων· [9] βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν ἑαυτῷ κατασκευασάμενος, οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητής· [10] σήκρητον δέ, ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες, ἔχων τε καὶ ὀνομάζων· παίων τε τῇ χειρὶ τὸν μηρόν, καὶ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσί· καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις [11] κατασείουσι ταῖς ὀθόναις, μηδ᾽ ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ᾽ αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις, ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις· τοῖς δ᾽ οὖν ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν, ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων· καὶ εἰς τοὺς ἀπελθόντας ἐκ τοῦ βίου τούτου

II. *Deinde paullo post, cujusmodi fuerit hominis vita, exponunt his verbis.* Sed quoniam a fidei regula recedens, ad spuriam & adulterinam doctrinam se transtulit, hominis ab ecclesia alieni actus examinare nihil attinet: neque quod cum antea pauper ac mendicus esset, nec ullas omnino facultates aut a parentibus relictas accepisset, aut artis ullius exercitio sibi comparasset; nunc ad incredibilem opulentiam pervenit per scelera ac sacrilegia, fratrumque concussiones: dum injuria affectos decipit, promittens quidem sese illis accepta mercede opem laturum: fallens autem ipsos, & ex facilitate litigantium, qui, ut negotio liberentur, quidvis dare parati sunt, lucrum inaniter captans; & pietatem quæstum esse existimans. Neque quod fastu & arrogantia supra modum elatus sæculares gerit dignitates, & Ducenarius vocari quam Episcopus mavult: per forum magnifice incedens; epistolas legens, ac dictans inter ambulandum palam ac publice; stipatusque maxima hominum multitudine, partim præeuntium, partim subsequentium: adeo ut ex illius fastu & arrogantia, incredibilis invidia odiumque multorum adversus fidem nostram conflatum sit. Neque item attinet examinare ambitiosam hominis vanitatem in ecclesiasticis conventibus, quam omni studio consectatur; nihil aliud quam inanem gloriam captans, & pompam affectans atque hujusmodi artibus animos imperitorum perterrefaciens. Nam & tribunal & sublimem thronum, non ut Christi discipulus, sibi ipse construxit, & secretum, perinde ac sæculares magistratus, ita appellatum habuit. Adhæc femur manu percutere, & tribunal pedibus pulsare solitus. Eos vero qui non laudarent, nec ut in theatris fieri solet, oraria concuterent, neque una cum fautoribus ipsius viris ac mulierculis indecore auscultantibus exclamarent atque exsilirent; sed cum gravitate ac modestia, sicut in domo Dei decet, audirent, increpabat & contumeliis afficiebat. Et alios quidem legis no-

1. Ἀποστὰς τοῦ κανόνος] Sic vocant Patres regulam fidei. Ita Eusebius in lib. 4. cap. 23. de Dionysio Corinthiorum episcopo loquens, τῷ τῆς ἀληθείας παρεστατε κανόνι. VALES.

2. Σείει τοὺς ἀδελφούς] Duplici ratione concussionis crimen admittitur; aut cum terrore potestatis, magistratus vel miles aliquid exigit; aut cum per fraudem & calumniam, suffragii prætextu aliquid a quopiam elicitur, ut in le e t. D. de calumniatoribus. Hoc secundum genus concussionis intelligunt Patres concilii Antiocheni. De primo genere concussionis loquitur Maximinus in epistola ad Sabinum, quam refert Eusebius in lib. 9. cap. 9. Nescio autem, cur tantopere refugerit Christophorsonus voces *concutere*, & *concussiones*, cum tamen sint Latinæ, & a veteribus Jurisconsultis crebro usurpatæ. Sed & in Evangelio ea vox habetur, ubi Joannes militibus ita præcipit: *neminem concutiatis: contenti estote stipendiis vestris*. Apud Græcos antiquissimus est usus vocis σείειν eo sensu pro *calumniari*. Sic enim Aristophanes & Teleclides loquuntur, teste Suida in voce σεῖσαι. ID.

3. Καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους.] Langus vertit, *præmia accipiens*, non male. Utitur hac voce Paullus in ep. ad Colossenses cap. 3. ID.

4. Μάτην καρπούμενος] Vox μάτην referenda est non ad Paullum ipsum qui hac arte pecuniam corradebat, sed ad litigantes, qui pecuniam suam quam Paullo dederant ut suffragium suum ipsis commodaret, perdebant absque ullo fructu. ID.

5. Πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν] Hæc verba desumta sunt ex epistola 1. ad Timotheum cap. 6. ID.

6. Οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ] In vetustissimo codice Mazar. Fuk. & Medic. legitur, καὶ ὅπως ὑψηλοφρονεῖ. Sed rectior est vulgata scriptura, quam regius codex & Syncellus & Nicephorus confirmant. Hæc enim verba pendent ex superioribus. ID.

7. Δουκηνάριος] De Procuratoribus Ducenariis vide quæ scripsit Salmasius in notis ad Historiam Augustam. Sic dicebantur Procuratores, qui ducenta sestertia annui salarii nomine accipiebant a Principe, ut clare docet Dio in lib. 53. pag. 506. ID.

[8.] Ὑπαγορεύων ἅμα] Post hanc vocem punctum in summo [...]tatur tum in codice regio, tum apud Nicephorum & Syncellum. Sed cum in codice Med. & Maz. nulla heic notetur distinctio, malim legere uno ductu, ὑπαγορεύων ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ, &c. Certe Rufinus hunc locum ita legit atque intellexit, ut ex ejus versione apparet: *Nam & incedens per plateas, tali quadam ambitione utebatur, publice epistolas relegens, atque in auditu omnium & oculis dictans*. ID.

9. Βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλόν] Reprehendunt Patres Antiocheni concilii in Paullo episcopo Antiochiæ, non quod thronum habuerit. Hoc enim insigne erat episcoporum, ut in throno seu cathedra sederent. Qui mos jam inde ab apostolicis temporibus invaluerat in Ecclesia. Certe Jacobi fratris Domini thronum Hierosolymis adhuc sua ætate servatum fuisse, testatur Eusebius in lib. 7. cap. 18. Id igitur in Paullo damnant memorati Patres, quod tribunal sibi exstrui curasset in ecclesia, & in eo thronum sublimem sibi statuisset. Recte itaque Rufinus hunc locum ita vertit: *In ecclesia vero tribunal sibi multo altius quam fuerat, exstrui, & thronum in excelsioribus collocari jubet*. Episcopi quidem sedebant in cathedra paullo altiore quam reliqui presbyteri, ut dicemus ad librum 10. Sed tribunal non habebant. Postea vero invaluerunt absidæ gradatæ & exhedræ, de quibus Ambrosius loquuntur & Augustinus: quæ quidem a tribunali parum differebant. ID.

10. Σήκρητον δέ] Hunc locum non intellexerunt interpretes Musculus & Christophorsonus. Secretum proprium erat Magistratuum, & majorum Judicum: locus scilicet interior Prætorii, cancellis munitus ac velis obpansis inclusus, in quo Magistratus sedebant, dum reorum caussas cognoscerent. Vide quæ notavi ad Amm. Marcellini lib. 15. pag. 87. In codice Mazar. Med., & Fuket. legitur σήκρητόν τε rectius, ut opinor. Sed mox legendum est παίων δέ, non ut vulgo editum est τε. ID.

11. Κατασείουσι ταῖς ὀθόναις] Solebant olim in theatris spectatores in signum favoris oraria concutere. Vide [...] notavit Casaubonus ad Vopiscum in Aureliano. [...] piscus dicit, Aurelianum primum omnium oraria dedisse Populo Romano ad favorem. Aurelianus igitur id acceperat ab Orientalibus, qui longe ante ipsum orariis ad eam rem utebantur, ut docet hic locus, & Philostratus [...] cap. 5. [...] in vita Apollonii, loquens de Tarsensibus, & Dio libro 61. in fine. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 270.

παροινῶν ἐξηγητὰς τοῦ λόγου. φορτικῶς ἐν τῷ κοινῷ, καὶ μεγαλορρημονῶν περὶ ἑαυτοῦ, καθάπερ οὐκ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφιστὴς καὶ γόης· ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, τῇ μεγάλῃ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν. οἷα καὶ τοὺς θωπεύοντας αὐτὸν [1] ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν τε καὶ πόλεων καὶ πρεσβυτέρους, ἐν ταῖς πρὸς τὸν λαὸν ὁμιλίαις καθίησι διαλέγεσθαι.

A strae doctores jam vita functos petulanter in concione lacerabat: de se autem ipse magnifice loquebatur, non ut episcopus, sed ut sophista quidam & impostor. Quin etiam psalmos in honorem Domini Jesu Christi cani solitos, quasi novellos & a recentioribus hominibus compositos abolevit. Mulieres autem magno Paschæ die in media ecclesia psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit; quod quidem audientibus horrorem merito incusserit. Episcopos quoque vicinorum pagorum & civitatum, nec non & presbyteros assentatores suos submisit, qui in suis ad populum concionibus eadem de ipso prædicarent.

Τὸν μὲν γὰρ υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ βούλεται συνομολογεῖν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, ἵνα τι προλαβόντες τῶν μελλόντων γραφήσεσθαι θῶμεν· καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ ψιλῷ ῥηθήσεται, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἐπέμψαμεν [2] ὑπομνημάτων δείκνυται πολλαχόθεν· οὐχ᾽ ἥκιστα δὲ ὅπου λέγει Ἰησοῦν Χριστὸν κάτωθεν. οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ψάλλοντες καὶ ἐγκωμιάζοντες ἐν τῷ λαῷ, ἄγγελον τὸν ἀσεβῆ διδάσκαλον ἑαυτῶν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι λέγουσι. καὶ ταῦτα οὐ κωλύει, ἀλλὰ καὶ λεγομένοις πάρεστιν ὁ ὑπερήφανος. τὰς δὲ [3] συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, οἷς καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει, συνειδὼς καὶ ἐλέγξας ὅπως αὐτοὺς ὑπόχρεως ἔχῃ, περὶ ὧν λόγοις καὶ ἔργοις ἀδικεῖ, μὴ τολμῶντας κατηγορεῖν τῷ καθ᾽ ἑαυτοὺς φόβῳ· ἀλλὰ καὶ πλουσίους ἀπέφηνεν· ἐφ᾽ ᾧ πρὸς τῶν τὰ τοιαῦτα ζηλούντων φιλεῖται καὶ θαυμάζεται· τί ἂν ταῦτα γράφοιμεν; ἐπιστάμεθα δὲ ἀγαπητοὶ ὅτι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων καλῶν ἔργων· καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοοῦμεν, ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον· οἱ δ᾽ ὑπωπτεύθησαν· [4] ὥστ᾽ εἰ καὶ δοίη τις αὐτῷ τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλὰ τὴν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην, ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι, μή τινα σκανδαλίσῃ, τοὺς δὲ καὶ μιμεῖσθαι προτρέψηται. πῶς γὰρ ἂν ἐπιπλήξειεν ἢ νουθετήσειεν ἕτερον, μὴ συγκαταβαίνειν ἐπιπλέον εἰς ταὐτὸν γυναικὶ μὴ ὀλισθῇ φυλαττόμενον [5] ὡς γέγραπται· ὅς τις μίαν μὲν ἀπέστησεν ἤδη, δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ εὐπρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ᾽ ἑαυτοῦ· κἂν ἀπίῃ ποι, συμπεριφέρει· καὶ ταῦτα τρυφῶν καὶ [6] ὑπερεμπιπλάμενος;

III. Etenim Filium Dei e cælo descendisse, nobiscum B confiteri renuit, ut aliquid obiter præmittamus ex iis quæ infra uberius exponentur. Neque id simplici assertione nostra, sed ex ipsis quæ ad vos misimus gestis non semel declaratur: maxime vero, ubi dicit Jesum Christum e terra ortum fuisse. At vero illi qui in ejus honorem psalmos canunt, & coram populo eum deprædicant: ipsum quem impietatis doctorem habuerunt, angelum esse dicunt e cælo delapsum. Atque hæc ille omnium hominum superbissimus non prohibet; sed interest ipse, cum dicuntur. Quid heic referre attinet subintroductas, ut Antiocheni vocant, mulieres, tam ipsius quam presbyterorum ejus ac diaconorum? In quibus non hoc solum, sed etiam alia insanabilia crimina, quorum conscius est & quorum ipsos reos esse convicit, C nihilominus tegit ac dissimulat, ut illos sibi obnoxios habeat: utque dum sibi ipsis metuunt, ipsum ob ea quæ impie agit ac loquitur, accusare non audeant. Ad hæc divitiis eos locupleravit. Cujus rei caussa ab iis qui talia concupiscunt, amatur atque suspicitur. Quid, inquam, attinet hæc scribere? Scimus utique, fratres dilectissimi, episcopum & universum clerum, bonorum operum exemplum multitudini præbere debere. Neque illud ignoramus, quot ex ejusmodi mulierum contubernio partim in præceps lapsi sint, partim in suspicionem venerint. Itaque etiam si quis concesserit, nihil ab eo turpe committi, suspicionem tamen quæ inde nasci solet, vitari oportebat; ne quemquam offenderet, neve aliquos ad imitationem sui provocaret. D Quo enim modo increpabit alium & admonebit, ut a frequentiori mulieris consuetudine abstineat, ne forte corruat, sicut scriptum est, is, qui unam quidem jam dimisit, duas vero ætate florentes & forma conspicuas secum habet, & quocumque proficiscitur, circumducit; idque deliciis diffluens, & epulis sese ingurgitans?

Ὧν ἕνεκα στενάζουσι μὲν καὶ ὀδύρονται πάντες καθ᾽

IV. His de caussis omnes quidem apud se privatim

1. Ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν] Chorepiscopos intelligere videtur. Eos enim distinguit epistola ab episcopis urbium. Hos igitur in concionibus ad populum, similia ac mulieres illas psaltrias, de Paullo dixisse asserunt Patres: quod Christophorsonus non intellexit. VALES.

2. Ὑπομνημάτων] Quod supra observavimus, errare vulgo interpretes in hujus vocis explicatione, id perspicuum fit hoc loco. Nam & Langus & Musculus & Christophorsonus *commentarios* interpretati sunt; cum acta seu gesta vertere debuissent. Acta autem illa synodi Antiochenæ, nihil aliud erant, quam disputatio Malchionis adversus Paullum Samosatenum, quæ a notariis excepta fuerat, ut supra dixit Eusebius. Ex iis Actis testimonia quædam profert Leontius Byzantius in libro 3. contra Nestorium, eaque distinguere videtur a disputatione Malchionis contra Paullum: ubi etiam doctus interpres *commentarios* vertit. ID.

3. Συνεισάκτους.] Quid essent συνείσακτοι mulieres, jam pridem notavit Joannes Langus, vir doctissimus ad librum 6. Nicephori cap. 30. & post illum B. Rhenanus ad lib. 7. Rufini. Quorum doctis observationibus nihil est, quod addamus. Hujusmodi mulieres a Clericis vulgo Sorores vocabantur. Id me docuit canon 3. concilii Nicæni, qui in vetustissimo codice Corbejensi hanc habet inscriptionem: *De subintroductis, id est adoptivis Sororibus*. Ex quibus explicanda est lex Honorii 44. in codice Theodos. de Episcopis & Clericis. *Eum, qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio Sororiæ appellationis non decet, &c.* Sic etiam devotæ Deo virgines quosdam sibi extraneos adjungebant, quos Fratres vocare consueverant. Quam nequitiam perstringit Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis: *Frater Sororem virginem deserit. Cælibem spernit virgo germanum: fratrem quærit extraneum.* E *Et cum in eodem proposito esse se simulent, quærunt alienorum spiritale solatium, ut domi habeant carnale commercium.* Dicebantur etiam Commanentes ejusmodi mulieres. Sic enim inscribitur canon ille concilii Nicæni in vetustissimo codice C. Justelli *De Commanentibus*. Agapetas quoque eas vocabant, teste Hieronymo in dicta epistola, ubi acerrime in eas invehitur. ID.

4. Ὥς τε καὶ εἰ δοίη] Rectius in codice Maz. Fuk. & Med. legitur ὥς τ᾽ εἰ καὶ δοίη. Atque ita Nicephorus & Syncellus, nisi quod apostrophen non habent. ID.

5. Ὡς γέγραπται] Intelligit locum, qui habetur in cap. 25. Ecclesiastici, aut certe locum ex cap. 6. Proverbior. IDEM.

6. Ὑπερεμπιπλάμενος] Melius in codice Maz. & Fuk. scribitur ὑπερεμπιμπλάμενος, quam vocem non intellexerunt interpretes. Arguunt Patres Paullum, quod formosas mulieres semper secum haberet; idque luxu diffluens, & vino atque epulis sese ingurgitans, quæ libidinis incentiva sunt. ID.

ἑαυτούς· οὕτω δὲ τὴν τυραννίδα ᾗ δυναστείαν αὐτοῦ πεφόβηνται, ὥστε κατηγορεῖν μὴ τολμᾷν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὡς προειρήκαμεν, ἐξέτασεν ἄν τις τὸν ἄνδρα, τὸ γοῦν φρόνημα καθολικὸν ἔχοντα, καὶ συγκαταριθμούμενον ἡμῖν· τὸν δὲ * ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον ᾗ [1] ἐμπομπεύοντα τῇ μιαρᾷ αἱρέσει τῇ Ἀρτεμᾶ (τί γὰρ οὐ χρὴ μόλις τὸν πατέρα αὐτοῦ δηλῶσαι;) οὐδὲν δεῖν ἡγούμεθα τούτων τὰς λογισμὰς ἀπαιτεῖν.

A ingemiſcunt atque ſuſpirant: ſed potentiam ejus ac tyrannidem adeo reformidant, ut accuſare illum non audeant. Verum de his, ſicut antea diximus, examinaverit fortaſſe aliquis & in judicium vocaverit hominem catholicæ profeſſionis, nobiſque fidei ac miniſterii ſocietate conjunctum. Ab hoc vero, qui prodito atque ejurato religionis noſtræ myſterio ad exſecrandam tranſgreſſus hæreſim Artemæ (quidni enim parentem illius vobis tandem indicemus?) in ea ſe plurimum jactavit: ab hoc, inquam, rationem eorum omnium exigendam eſſe non exiſtimamus.

Εἶτ' ἐπὶ τέλει τῆς ἐπιστολῆς, ταῦτ' ἐπιλέγουσιν. Ἠναγκάσθημεν οὖν ἀντιτασσόμενον αὐτὸν τῷ Θεῷ ᾗ μὴ εἴκοντα ἐκκηρύξαντες, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καταστῆσαι ἐπίσκοπον Θεοῦ προνοίᾳ ὡς πεπείσμεθα, τὸν [2] τοῦ μακαρίου Δημητριανοῦ ᾗ ἐπιφανῶς προστάντος πρὸ τούτου τῆς αὐτῆς παροικίας υἱὸν Δόμνον, ἅπασι τοῖς πρέπουσιν ἐπισκόπῳ καλοῖς κεκοσμημένον· ἐδηλώσαμέν τε ὑμῖν, ὅπως τούτῳ γράφητε, ᾗ τὰ [3] παρὰ τούτου κοινωνικὰ δέχησθε γράμματα. τῷ δὲ Ἀρτεμᾷ οὗτος ἐπιστελλέτω· καὶ οἱ τὰ Ἀρτεμᾶ φρονοῦντες, τούτῳ κοινωνείτωσαν.

V. *In fine autem epiſtolæ hæc adjiciunt.* Hunc igitur Deo bellum indicentem, nec cedere volentem, B cum a communione noſtra abdicaſſemus, neceſſe habuimus alium ejus loco eccleſiæ catholicæ epiſcopum ordinare, non abſque divina, ut credimus, providentia: Demetriani ſcilicet beatæ memoriæ epiſcopi qui ante hunc magna cum laude eamdem rexit eccleſiam, filium Domnum; virum omnibus quæ epiſcopum decent, dotibus exornatum. Quod quidem idcirco vobis ſignificavimus, ut & ad eum ſcribatis, & ab eo communicatorias litteras accipiatis. Hic vero ad Artemam ſcribat, ſi lubet; & qui Artemam ſectantur, cum eo communicent.

II.

Fragmenta Epiſtolæ, ut videtur, ejuſdem SYNODI ANTIOCHENÆ, *ejus videlicet partis quam conſtat fuiſſe ab Euſebio prætermiſſam.*

Apud LEONTIUM BYZANTINUM *lib.* III. *contra Neſtor. ſub finem.*

Ait igitur in commentariis (de Paullo loquuntur) ſervare dignitatem ſapientiæ.

Et poſt alia.

Si autem ſecundum formationem & generationem copulatus erat, homini hoc accidere. *Et rurſus*: Non enim congeneratam fuiſſe cum C humanitate ſapientiam, ut nos credimus, ſubſtantialiter, ſed ſecundum qualitatem.

Et poſt alia.

Quid autem vult dicere aliam eſſe & diverſam formationem Chriſti a noſtra, volentibus nobis [4] in hac maxima una re differre ipſius conſtitutionem a noſtra, quod ſcilicet in ipſo ſit Verbum quod in nobis homo interior.

1. Ἐκπομπεύσαντα] Nicephorus, & Syncellus habent ἐμπομπεύσαντα. Sed in codice Maz. Fuk. ac Medic. ἐμπομπεύοντα ſcribitur rectius. Ceterum in hujus loci verſione corrigendus eſt Rufinus hoc modo: *Hic vero, qui abjurato fidei myſterio ad pollutiſſimam ſe Artemæ hæreſim contulit.* Et paullo poſt ubi leguntur hæc verba: *Hic vero, qui indignus habitus eſt eſſe in Eccleſia Catholica, anathema ſcribat.* Lego *Artemæ ſcribat*, ut fere ſcriptum habent duo vetuſtiſſimi codices. Ex quibus etiam ſequentia corrigenda ſunt in hunc modum: *Artemæ ſcribat, & illius hæreſis ſectatores ei communicent.* Sic enim habet Græcum exemplar epiſtolæ, ex quo hæc converſa ſunt. Atque ita diſerte ſcriptum habet vetuſtiſſimus codex Rufini in bibliotheca S. Germani. VALES.

2. Τοῦ μακαρίου] In codice Med. Fuk. & Maz. & apud Nicephorum & Syncellum legitur τοῦ μακαρίτου, nec multum refert, utro modo ſcribatur. Id.

3. Παρὰ τούτου τὰ κοινωνικὰ δέχεσθε γράμματα] Communicatorias litteras vocant Latini, quarum uſus eſt antiquiſſimus in eccleſia. Eaſdem etiam *formatas* dixerunt, ut teſtatur Auguſtinus in epiſtola 163. Duplex autem fuit earum genus. Aliæ enim clericis & laicis peregrinaturis dabantur, ut a peregrinis epiſcopis ad communionem admitterentur. Aliæ erant quas epiſcopi teſtandæ communionis ſuæ cauſſa ad alios mittebant epiſcopos, & quas D ipſi viciſſim ab aliis accipiebant: de quibus heic loquitur Synodus. Eæ autem paullo poſt ordinationem mitti ſolebant a recens ordinatis epiſcopis. De his intelligendus videtur Auguſtinus in epiſtola 162. Cyprianus in epiſtola ad Cornelium pag. 92. Denique Epiſtola ſynodica concilii Sardicenſis. Si quis tamen cuncta hæc loca de formatis etiam intelligere voluerit, equidem non repugnabo. Porro notanda eſt hoc loco diligens cautela ſanctorum Patrum, qui depoſito hæretico ſacerdote, nomen catholici epiſcopi qui in ejus locum ſubſtitutus fuerat, cunctis epiſcopis ſignificant; ut ſcilicet ſciant a quo eccleſiaſticas litteras accipere, & ad quem ſcribere debeant. Eamdem ob cauſſam Cyprianus miſit Cornelio Papæ nomina catholicorum epiſcoporum totius Africæ, ut ſcribit in epiſtola citata ad Cornelium. Patres quoque Sardicenſis concilii eamdem adhibuerunt diligentiam. Sed & quoties mortuis epiſcopis alii in eorum locum fuerant ordinati, eorum nomina reliquis epiſcopis indicare conſueverat ordinator, ut ſcirent ad quos ſcribere, & a quibus pacificas litteras accipere deberent, ut diſcimus ex Theophili epiſtolis Paſchalibus. ID.

4. *Nos dicimus, quod* [illegible] *perſona: ſic D*[illegible] *perſona, quæ* [illegible] *P*[illegible]. CAN.

* Ἐξορχησάμενον] Valeſius ita interpretatur quaſi in aliquo codice legiſſet ἐξορκισάμενον. — Ex corrigendis ad calcem edit. Cantabr. — Lectionem quidem vulgatam exhibent quoque Syncellus & Nicephorus: ſed vim vocis ἐξορχησάμενον ſatis expreſſit Valeſius verbis illis, *prodito ... myſterio*. Interpretationem confirmat Budæus ex Luciano E & Syneſio in *Comment.* L. G[illegible] Ἐξορχήσασθαι. De aliis hujus vocis acceptionibus vi[illegible] Heſychium edit. noviſs. v. Ἐξορχήσασθαι, ubi tamen [illegible] rem ex noſtra epiſtola [illegible] laudatur. Neque omittas velim Harpocrationem v. Ἐξορχούμενος; ad quem item locum plura [illegible] Valeſius. Adi quoque, ſi lubet, Suidam v. Ἐξορχ[illegible]

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 270.

Et postea.

Si dicere habitasse in eo sapientiam, sicut in nullo alio; hoc modum quidem inhabitationis eumdem declarat, mensura vero & multitudine excellit: verbi gratia, duplo plus, aut quomodocumque amplius, vel minus duplo quam alii, cognoscente ipso a sapientia. Hoc autem nolunt catholici & ecclesiastici canones, sed potius illos quidem participasse sapientiam foris inspirantem, quæ alia est apud ipsos; ipsam vero sapientiam per se ipsam substantialiter in corpus ex Maria venisse.

Et post alia.

Ac dicunt, non esse duos filios. Si autem filius est Dei Jesus Christus; filius vero etiam sapientia; & aliud est sapientia, & aliud Jesus Christus: duo sunt filii.

Et postea.

Copulationem [1] vero cum sapientia aliter intellige, secundum disciplinam & participationem; non autem secundum substantiam in corpore formatam.

Et post alia.

Neque Deus qui corpus humanum ferebat & induerat, passionum humanarum principaliter expers erat; neque corpus humanum divinorum operum principaliter expers erat in eo in quo erat, & per quem hæc opera faciebat. Formatus est principaliter ut homo in ventre; & [2] secundario Deus erat in ventre *συνουσιωμένος τῷ ἀνθρωπίνῳ*, id est, copulata substantia ejus cum homine.

I I I.

Ex Actis disputationis habitæ a Malchione *contra Paullum Samosatenum.*

Apud Petrum Diaconum *lib.* de Incarnat. ad Fulgentium, *cap.* vi.
Inter opera S. Fulgentii Epist. xvi.

[3] Ex simplicibus fit certe compositum, sicut in Christo Jesu, qui ex Deo Verbo & humano corpore quod est ex semine David, unus factus est, nequaquam ulterius divisione aliqua, sed unitate subsistens. Tu vero videris mihi secundum hoc nolle compositionem fateri; ut non substantia sit in eo Filius Dei, sed sapientia secundum participationem. Hoc enim dixisti, quia sapientia dispendium patiatur, & ideo composita esse non possit: nec cogitas, quod divina sapientia sicut antequam se exinanisset, indiminuta permansit; ita & in hac exinanitione quam gessit misericorditer, indiminuta atque indemutabilis exstitit. Et hoc etiam dicis, quod sapientia habitaret in eo, sicut habitamus & nos in domibus, [4] ut alter in altero: sed neque pars domus nos sumus, nec nostri pars domus est.


I V.

Ex iisdem Actis apud Leontium l. c.

Nonne ante dicebam, quod non concedis filium unigenitum qui est ex æternitate ante omnem creaturam, in toto Salvatore *οὐσιῶσθαι*? id est, unitum esse secundum substantiam?

1. *Συνάφειαν, humanitatem ajebat Paullus unitam esse cum sapientia, sicut disciplina unitur cum discente per participationem.* Can.
2. Secundario] *κατὰ δεύτερον λόγον*. Turrian.
3. *Ex simplicibus*] Huic fragmento ista præmittit Petrus Diaconus: „ Hinc etiam a sanctis Patribus adunatione „ ex divinitate & humanitate Christus Dominus noster „ compositus prædicatur. Quod nolens Paullus Samosate- „ nus confiteri, damnatus est ab Antiocheno concilio, „ Malchione presbytero ejusdem Antiochenæ ecclesiæ, „ viro per omnia eruditissimo, & ab universis sacerdoti- „ bus qui contra eumdem Paullum convenerant tunc ele- „ cto; qui summum disputationis certamen a concilio me- „ morato suscipiens, ita eumdem hæreticum inter cetera „ redarguit, dicens: *Ex simplicibus* „ cet.
4. *Ut alter in altero*] Editi Lovan. & Basil. *ut alter in altera*.

ACTA
DISPUTATIONIS
S. ARCHELAI
CASCHARORUM IN MESOPOTAMIA EPISCOPI.



ACCESSERE

NONNULLA VETERA MONUMENTA,

AD HÆRESIM MANICHÆORUM PERTINENTIA.

μοσίᾳ, ἐν αὐτῇ τῇ Κασχάρῃ, πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος αἱρησάμενοι ὁμοῦ κριτὰς, Μάρσιπόν τινα ὀνόματι, καὶ Κλαύδιον, καὶ Αἰγιαλέα, καὶ Κλεόβουλον, τὸν μὲν τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφον, τὸν δὲ ἰατροσοφιστὴν, τὸν δὲ φύσει γραμματικὸν, καὶ τὸν ἄλλον σοφιστήν. καὶ πολλῶν ῥημάτων εἰρημένων ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τοῦ τε Μάνη τὰ τῆς μυθώδους διδασκαλίας προβαλλομένου, καὶ τοῦ Ἀρχελάου, ὥσπερ ἀριστεύοντος ὁπλίτου, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δυνάμει καθαιροῦντος τὰ βέλη τῶν διεναντίας, τὸ πέρας τὸ ἧττον ἀπενεγκαμένου τοῦ Μάνη, καὶ κρινάντων τῶν κριτῶν, τὸ βραβεῖον εἶναι τῇ ἀληθείᾳ.

A nulla interjecta mora, publicam collationem instituunt in oppido ipso Caschara, ut ante omnia controversiam illam agitarent. Ad id vero concertationis arbitros deligunt, Marsipum quemdam, & Claudium, & Ægialeum, & Cleobulum, quorum primus ethnicæ sapientiæ, secundus medicinæ professor, tertius Grammaticus, postremus erat Sophista. Multa in ea disputatione ultro citroque jactata sunt; cum hinc Manes fabulas suas proponeret, inde Archelaus, velut egregius miles, adversarii tela vi sua ac virtute discuteret. Postremo victus est Manes, ac de Judicum sententia veritati cessit.

Idem ibid. §. XI.

Ἐντεῦθεν ὁ Μάνης ἀποδράσας &c. ἀναχωρήσας δὲ ἔρχεται εἰς κώμην τῆς Καρχάρων εἰς Διοδωρίδα καλουμένην, ἐν ᾗ Τρύφων τις ἐπιεικέστατος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐτύγχανε τῶν αὐτόθι πρεσβύτερος· παρ' ᾧ ὁ Μάνης γενόμενος, πάλιν ἐκύκα καυχώμενος, καταλαβὼν τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν τὰ ἄλλα, καὶ θαυμαστὸν τῇ θεοσεβείᾳ, πενιχρὸν δὲ τῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ὑπείληφεν, οὐκ ἴσχυσεν ἐπιτωθάζειν τῷ τοῦ Χριστοῦ δούλῳ.

B Inde igitur discedens Manes Diodoridem (pagus is est in Carcharis) sese contulit: ubi Tryphon [1] quidam erat vir optimus, ac tum loci illius presbyter. Ad hunc Manes divertens, rursum miscere omnia, ac se arroganter efferre, nactus hominem alioqui bonum, & excellenti pietate præditum, sed orationis præsidio destitutum. Verum ne sic quidem, uti speraverat, illudere Christi servo potuit.

Paullo post.

Ἐντεῦθεν πάλιν βουληθέντος διαλέξασθαι πρὸς Τρύφωνα τὸν πρεσβύτερον, καὶ αὐτοῦ ἐν πολλοῖς ἀντειπόντος, γράψαντός τε τῷ Ἀρχελάῳ &c.

Sed cum Manes iterum cum Tryphone presbytero congredi vellet, qui sibi in plerisque contradixerat, ille rem omnem per litteras Archelao significat.

Et post pauca.

Ὁ δὲ ἀπέστειλεν αὐτῷ δύο λόγους ἐν προχείρῳ καταλαβέσθαι τῷ Μάνῃ, ἐκδέξασθαι δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν αὐτῷ ἐσήμανεν. ὁ Μάνης δὲ ἐν τῇ μέσῃ κώμῃ προῆλθεν ὀρθριαίτερον, προσκαλούμενος ἐν τῷ συνάρξασθαι, προκαλεῖσθαι τὸν Τρύφωνα εἰς λόγους ἥκειν. καὶ τοῦ Τρύφωνος ἰνδαλλομένου, ἀποκριθέντος δὲ αὐτοῦ πρὸς ἔπος ὧν ᾔτησε κατὰ τὴν ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ σύνεσιν, καὶ στροβήσαντος τὸν ἀπατεῶνα, ἠρέμα πως· ἐν ᾧ ἑαυτῷ ἐνεδοίαζεν, ἀνακύπτει ὁ Ἀρχέλαος ὥσπερ ἰσχυρὸς οἰκοδεσπότης τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενος, καὶ μετὰ παρρησίας ἐπελθὼν τῷ συλᾶν ἐπιχειροῦντι ἐνεβριμεῖτο. εὐθὺς δὲ ὡς εἶδεν ὁ Μάνης τὸν Ἀρχέλαον, ὑποκριτικῶς καθ' ὑπόκρισιν ἔφη· ἔα με πρὸς Τρύφωνα διαλέγεσθαι· ὑπερβαίνει γάρ με τὸ σὸν ἀξίωμα διὰ τὴν ἐπισκοπήν. ὁ δὲ καὶ μετὰ ἐλέγχους τοῦ λόγου μείζονα αὐτὸν ὑποκριτὴν ἀποδείξας, ἀπεφίμωσεν· τῶν δὲ ὑπ' ἐκείνου προτεθέντων λόγων τὰς ἐπιλύσεις ποιησάμενος, αὖθις εἰς αἰσχύνην αὐτὸν κατέστησε, μηκέτι δυνάμενον διαίρειν στόμα. οἱ δὲ λαοὶ ζῆλον πάλιν ἀνειληφότες, ἐπειρῶντο τὸν ἀλιτήριον διαχειρίσασθαι· ὁ δὲ ἀποδρὰς τοὺς δήμους, καὶ εἰς τὸν προειρημένον κάστελλον Ἀραβίωνος πάλιν ἀφῖκται.

C Archelaus his acceptis litteris, duos ad eum libros mittit, quos in promtu facileque comprehenderet, contra Manem conscriptos. Ceterum ut adventum suum præstolaretur admonuit. Interim Manes medium in pagum summo diluculo prodiens, Tryphonem ad disputandum provocat. Qui cum se stitisset, & ad omnia quæ quæsierat, singillatim pro ea quam a Deo acceperat sapientia respondisset, atque impostorem lenius agitaret, apud se nonnihil hæsitans; repente Archelaus nec opinato conspectus est, qui tamquam acerrimus paterfamilias, suorumque studiosissimus, audacter in prædonem fremens incurrit. Quem ut Manes aspexit, simulata blanditia; sine me, inquit, cum Tryphone D contendere; tu enim me, cum sis episcopus, dignitate superas. Archelaus vero, ex eo quod jam illius dogma confutatum erat, multo quam verbis exprimi posset, simulandi callidiorem esse docuit, osque illi prorsus occlusit. Tum quæ ab illo proposita fuerant dissolvens, novum ei pudorem incussit, cum ne hiscere quidem amplius auderet. Sub hæc populus, ardentibus rursum animis, scelestum illum opprimere conatus est. Quorum ille manus effugiens ad castellum Arabionis reversus est.

Idem ibid. §. XXI.

Ἤδη δὲ ἀνδράσι μεγάλοις θαυμαστῶς κατ' αὐτοῦ ἀντιρρήσεις τοῦ ἐλέγχου πεποίηνται· Ἀρχελάῳ μὲν τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς προείρηται.

Jam a magnis viris admirabiles ad illius refutandos errores lucubrationes sunt editæ, velut ab Ar-E chelao episcopo, ut antea dictum est.

1. Heic notandum, Epiphanium perperam *Tryphonem* vocare presbyterum illum, qui cum Manete disputavit: nam in Actis disputationis Archelai *Diodorus* diserte appellatur. Eumdem errorem erravit Photius infra num. VII. ZACAGN.

Et §. XXV.

Κατὰ λέξιν δὲ καθεξῆς ὑποτάξω ἁρμοττόντως τὸ αὐτῶ φρόνημα ἀπὸ Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν πεπραγματευμένων ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίᾳ, ὡς αὐτὸς ἀπεκάλυψε Τύρβων, εἷς τῶν αὐτοῦ μαθητῶν, περὶ οὗ ἄνω ἐπεμνήσθην. ἐπερωτησάντων τοίνυν τῶν περὶ Ἀρχέλαον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ Μάρκελλον, Τύρβωνα περὶ τῆς τῶ Μάνη διδασκαλίας, ὁ Τύρβων ἀπεκρίνατο λέγων, ἅπνα ἐκ τῶ βιβλίω παρεθέμην, καὶ ἔστιν τάδε.

A Sed nunc illius dogma ad verbum, uti consentaneum est, adscribam, ex Archelai opere, quod adversus eumdem illum edidit, ex iis quæ a Tyrbone discipulo illius acceperat, de quo mentionem ante fecimus. Nam cum Archelaus episcopus, & Marcellus de Manis dogmatibus Tyrbonem interrogassent, hæc ille ipsa respondit, quæ nos ex eo libro descripsimus, suntque ejusmodi.

Sequuntur excerpta ex Actis disputationis ARCHELAI cum Manete, quæ G. L. habentur in editione nostra cap. VII.

B Idem Epiphanius in libro *de Mensuris & Ponderibus* §. XX. iterum meminit ARCHELAI ejusque disputationis cum Manete.

III.

S. HIERONYMUS *lib.* de Vir. illustr. *cap.* LXXII.

ARCHELAUS episcopus Mesopotamiæ librum disputationis suæ quam habuit adversus Manichæum exeuntem de Perside, Syro sermone composuit; qui translatus in græcum habetur a multis. Claruit sub imperatore Probo, qui Aureliano & Tacito successerat.

IV.

HERACLIANUS *Chalcedonensis episcopus in* libris adversus Manichæos.
Apud PHOTIUM Biblioth. *cod.* XCV.

Ανατρέπει δὲ τὸ παρὰ Μανιχαίοις καλούμενον εὐαγγέλιον, καὶ τὴν γιγάντειον βίβλον, καὶ τοὺς θησαυρούς. Καταλέγει καὶ ὅσοι πρὸ αὐτῶ κατὰ τῆς τῶ Μανιχαίου συνέγραψαν ἀθεότητος, Ἡγεμόνιόν τε τὴν τοῦς Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίας ἀναγράψαντα.

C Evertit vero id, quod Manichæi appellant Evangelium, & Giganteum librum, atque Thesauros. Recenset insuper eos, qui ante se in Manichæorum impietatem calamum strinxerunt, Hegemonium nimirum, qui disputationem Archelai adversus ipsum Manetem perscripsit. &c.

V.

SOCRATES Hist. eccl. *lib.* I. *cap.* XXII.

Ταῦτα δὲ ἡμεῖς οὐ πλάσαντες λέγομεν· ἀλλὰ διὰ λόγου Ἀρχελάου τοῦ ἐπισκόπου Κασχάρων, μιᾶς τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ πόλεων, ἐντυχόντες συνηγάγομεν· αὐτὸς γὰρ Ἀρχέλαος διαλεχθῆναι αὐτῷ φησι καὶ τὰ προγεγραμμένα εἰς τὸν βίον ἐκτίθεται.

Atque hæc nos haudquaquam commenti sumus; sed ex disputatione quadam Archelai Cascharorum urbis in Mesopotamia Episcopi, a nobis lecta, excerpsimus. Hic enim Archelaus ait, se cum Manichæo ipso disputasse, & ea quæ superius a nobis relata sunt, de illius vita commemorat.

VI.

PETRUS SICULUS in *Historia Manichæorum* pag. 25. 35. & 37. ea cuncta ad verbum refert, quæ supra ex Cyrillo Hierosolymitano, S. Epiphanio D de Mensuris, & Ponderibus, & ex Socratis Historia Ecclesiastica, de Archelao ejusque cum Manete disputatione modo retulimus.

VII.

PHOTIUS *lib.* I. adversus Manichæos. Exstat editus in
Biblioth. Coislin. V. C. Montfauc. pag. 356.

Φυγὰς (ὁ Μάνης) καταλαμβάνει Μεσοποταμίαν, καὶ σπείρειν πάλιν ἀπάρχεται τὰ τῆς ἀποστασίας ζιζάνια· ὁ δὲ τῶν Καρχάρων ἐπίσκοπος, Ἀρχέλαος αὐτῷ ὄνομα, ἀνὴρ ἱερὸς, καὶ περὶ λόγους τούς τε θείους καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους περιδέξιος, ἑλληνικὸν ἀθροισάμενος ἀκροατήριον, ἵνα μὴ δόξῃ, Χριστιανῶν κρινόντων, φιλοτιμίᾳ λαμβάνειν τὰ νικητήρια ἡ ἀλήθεια, πρὸς τὴν τῆς μανίας ἐπώνυμον, τὸν τῆς δυσσεβείας ἀνακινήσας λόγον, οὕτω κατήσχυνε, καὶ διήλεγξε τὸν τρισαλιτήριον, ὡς αὐτίκα τε φυγεῖν ἐκεῖθεν, καὶ μηδὲ φυὴν λαβεῖν τὰ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ σπέρματα. ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀποδρὰς, καταλαμβάνει κώμην τινὰ τῶν εὐτελεστάτων, κἀκεῖ πάλιν ὑπο-

E carcere fugiens (*Manes*) in Mesopotamiam venit, ibique hæreseos suæ zizania iterum spargere cœpit. At Carcharorum episcopus cui nomen Archelaus, vir sacer, & multa in sermonibus de divinis humanisque rebus dexteritate præditus, E coacto ethnicorum auditorio, ne si Christiani judicassent, veritati victoriam judicum favore cessisse videretur, usque adeo impiissimum illum redarguit tantoque pudore suffudit, ut statim fugam arripuerit, & ejus hæreseos semina, antequam nascerentur, oppressa fuerint. Porro inde fugiens Manes, ad vilissimum quoddam oppidum pervenit, ibique rursus fovere atque evulgare

θάλπειν ἐμηχανᾶτο, καὶ παραδεικνύειν τὸ οἰκεῖον δυσσέβημα· ἀλλ' ὁ θερμὸς τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, καὶ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν Ἀρχέλαος, οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν προβάτων ποιούμενος πρόνοιαν, οὐκ ἐνεβραθύμει διώκειν τὸν πικρότερον λύκου τὸ ποίμνιον διασπαράσσειν ἐπιχειρούμενον.

A suam impietatem machinabatur: sed acerrimus pietatis propugnator & re vera pastor Archelaus qui sedulam ovium curam gerebat, eumdem lupo sæviorem in Christi gregem, ut eum disperderet, irruentem persequi nequaquam cessavit.

Et infra, *pag.* 358.

Ὁ μὲν οὖν Μάνης οὗτος, ὁ τῆς τηλικαύτης ἀποστασίας ἔξαρχος, ἔτει τῆς βασιλείας ἐννάτῳ Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλιήνου, οἳ Ῥώμης εἶχον τὸ βασίλειον κράτος, τὴν ἐν Πέρσαις φυλακὴν διαφυγὼν (οὐδὲν γὰρ κωλύει διελθεῖν ἃ τῆς ἱστορίας ὁ δρόμος παρῆλθεν ἄνωθεν) καὶ μετὰ Μεσοποταμίαν γεγονὼς, ὑπὸ δὲ τοῦ θεσπεσίου Ἀρχελάου, Καρχάρων δὲ τῆς αὐτῆς χώρας οὗτος ὁ ἱερὸς ἀνὴρ ἔφορος ἦν, πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους ἐλέγχους τῆς δυσσεβείας ἀπητήθη. ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὴν ἀδόκητον αἰσχύνην ἀποδρὰς, εἰς Διωρίδα Καρχάρων κώμην παραδύεται. ἐν ταύτῃ δὲ Τρύφωνί τινι σπουδαίῳ, ἱερῷ μὲν ἀνδρὶ, τὸν δὲ τοῦ πρεσβυτέρου διέποντι βαθμὸν, ἐντυχὼν, τὰ ἴσα ὑπέστη. πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτός γε ὁ Ἀρχέλαος τὴν ἐκεῖσε παρείσδυσιν τοῦ πλάνου μαθὼν, ὀξὺς γὰρ ἦν, καὶ θερμὸς τὸν εὐσεβῆ ζῆλον, καταλαμβάνει τὸ χωρίον, καὶ πολλῆς ἐμπλήσας τὸν πλάνον ἀμηχανίας, καὶ ἣν ἔφευγεν αἰσχύνης, οἷς αὐτοῦ τὰ μυσαρὰ τῶν δογμάτων ἀνέτρεπέ τε, καὶ ἀνεσκεύαζε, καὶ προυτίθει πᾶσι γελωτά τε καὶ βδέλυγμα, παρασκευάζει πάλιν φυγάδα γενέσθαι.

Hic itaque Manes tam impiæ hæreseos auctor nono anno Valeriani & Gallieni, qui Romanum obtinebant imperium, ex Persarum carceribus fugiens (nil enim vetat, quominus ea persequamur, quæ supra historiæ decursus prætermisit) cum in Mesopotamiam venisset, a divino Archelao (erat autem sacer iste vir Carcharorum ejusdem regionis urbis Episcopus) B ejus impietas egregie abundanterque confutata est. Atque inde, insperato suffusus pudore, fugiens, ad Dioridem Carcharorum regionis oppidum clam accessit, ubi in Tryphonem quemdam sacrum probatumque virum & in presbyterii gradu positum incidens, non minorem ignominiam pertulit. Quin & ipse Archelaus Manetem illuc advenisse cognoscens, (erat enim vir acer & pietatis zelo succensus) ad idem oppidum accessit; & deceptorem illum ad consilii inopiam redactum, & confusione quam maxime vitabat, perfusum, iterum iis rationibus quibus exosa ejus dogmata sub- C vertit, & cunctis deridenda atque detestanda proposuit, fugam arripere coegit.

VIII.

Auctor anonymus Libelli Synodici *cap.* xxvii.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ὑπὸ Ἀρχελάου ἐπισκόπου Καρχάρων καὶ Διοδώρου ἱερέως, κατὰ Μάνεντος τοῦ ἐρεβώδους καὶ Διοδωριάδου πρεσβυτέρου, ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε.


Synodus divina & sacra particularis collecta in Mesopotamia ab Archelao Carcharorum episcopo & Diodoro sacerdote, contra Manem infernalem & Diodoriadem presbyterum, quæ multis modis confutatos hosce abdicavit.

IX.

Auctor anonymus Historiæ Hæreseos Manichæorum,
e ms. codice regio Taurinensi.

[1] *Scythianus* quidam fuit ex genere Saracenorum, a quo hæresis Manichæorum orta est; qui adversus veram rectamque fidem quatuor libros conscripsit, quorum unum vocavit *Mysterium*, secundum *Capitulorum*, tertium *Evangelium*, quartum vero *Thesaurum* appellavit: & habuit discipulum nomine *Terebintus*, qui discipulus, mortuo *Scythiano*, [2] sumens memoratos quatuor libros, nec non & pecuniam non parvam, quoniam [3] fuit *Scythianus* valde ditissimus erat. Ergo, ut memorabimus, *Terebintus* devenit in Persida, & a quadam vidua solitaria susceptus est, quæ sola secreta ejus scire potuit. Hic elatione tumidus dicebat se de virgine natum, & ab Angelo in montibus enutritum; qui etiam, mutato sibi nomine, *Buddam* se pro *Terebinto* appellavit. Sed cum quadam die in solario ascenderet, ab immundo spiritu exinde dejectus, repente spiritum reddidit. Tum vidua D quæ eum susceperat, pro morte ejus pecuniæ cupiditate gavisa puerum sibi pro senectutis solatio [4] comparavit, nomine *Curbicius*, quem & litteris non mediocribus erudivit: post cujus mortem non solum libros quos *Terebintus* reliquerat, sed & pecuniam *Curbicii* sumens, Trembi [5] discipulos adquisivit, quorum unus *Thomas*, alius *Abda*, tertius est *Hermas*. Hos ad prædicandum libros quos *Scythianus* conscripserat, mittebat, [6] quibus plurimæ provinciæ in memorata secta irretitæ sunt. Tamen & ipse *Curbicius* post mortem viduæ, immutato sibi nomine *Manen* se pro [7] *Curbicio* nuncupavit, qui aliquando a Rege Persarum comprehensus, tali sententia damnatus est, ut hircorum E more discoriatus, uter ejus ad portam penderet, carnes vero ejus volucribus cæli ad escam proficerent. Hæc ita esse melius nosse cupientes Archelaum legant.

1. Ms. *Scitianus*. 2. *sumebat*.
3. Hoc *fuit* delendum esse arbitror.
4. Ms. *comparabit*.
5. Videtur legendum *tres*.
6. Ms. *per quibus*.
7. Ms. *Curbicium*.



ACTA DISPUTATIONIS S. ARCHELAI

CASCHARORUM IN MESOPOTAMIA EPISCOPI

CUM MANETE HÆRESIARCHA.

I. THESAURUS verus, sive disputatio habita in [1] Carchar civitate Mesopotamiæ, judicantibus [2] Manippo, & Ægialeo, & Claudio, & Cleobolo. In qua urbe Mesopotamiæ erat quidam vir, Marcellus nomine, qui vita & studiis & genere, prudentia quoque & honestate valde clarus habebatur; facultatibus etiam copiosus, & quod omnium maximum est, religiosissime Deum timens, & his quæ de Christo dicebantur, semper cum timore auscultans; nec quidquam omnino boni erat, quod illi viro deesset: unde & honore plurimo ab universa civitate colebatur, plurimisque ipse civitatem suam frequenter largitionibus remunerabatur, pauperibus tribuens, afflictos relevans, tribulatis auxilium ferens. Sed ne infirmitate verborum virtutibus viri derogemus, potius quam digna proferamus, hæc dixisse sufficiat: ad opus quod propositum est, veniam. Quodam in tempore cum Archelao episcopo captivorum multitudo fuisset oblata a militibus qui ibi castra servabant, septem millia numero & septingenti, non mediocris eum solicitudo constrinxerat, eo quod pro salute ipsorum aurum a militibus posceretur; qui cum dissimulare non posset, pro religione & timore Dei vehementer æstuabat, & tandem ad Marcellum properans, rei gestæ negotium exponit. Verum, ut hæc audivit vir piissimus Marcellus, nihil omnino moratus, ingreditur domum, præparans pretia captivorum, quantacumque poposcissent qui deduxerant vinctos; & continuo, reseratis bonorum suorum thesauris, pietatis pretia militibus, nec numero aliquo nec discretione ulla [3] distinguit, ut magis dona quam pretia viderentur. At illi admirati & amplexi tam immensam viri pietatem munificentiamque, & facti stupore permoti, exemplo misericordiæ [4] commonentur, ut plurimi ex ipsis adderentur ad fidem Domini nostri Jesu Christi, [5] derelicto militiæ cingulo; alii vero, vix quarta pretiorum portione suscepta, ad propria castra discederent; ceteri autem parum omnino aliquid, quantum viatico sufficeret, accipientes abirent.

II. His itaque gestis lætus Marcellus erat valde, A & accito uno ex captivis, Cortynio nomine, perquirebat ab eo caussam belli, vel quo casu ipsi inferiores exstiterint, ac vinculis captivitatis innexi sint. At ille, loquendi sibi potestate permissa, ita exorsus est. Nos, domine mi Marcelle, viventi Deo credimus soli. Est autem nobis mos hujusmodi fratrum nostrorum in nos traditione descendens, quique a nobis observatus est usque ad hunc diem: per annos singulos extra urbem egressi una cum conjugibus ac liberis, supplicamus soli & invisibili Deo, imbres ab eo satis nostris ac frugibus obsecrantes: quod cum tempore ac more solito celebraremus, immorantes jejunos vesper obtexit, & gravabant nos duo omnium difficillima, B jejunium, & vigiliæ. Circa medium vero noctis invidus nobis & importunus somnus obrepsit, & cervicibus degravatis ac laxis, [6] demerso capite, frontem genibus elidit. Hoc autem factum est, quoniam tempus aderat, ut Dei judicio pœnas pro meritis penderemus; forsitan enim peccantes ignorabamus, aut etiam agnoscentes non desinebamus. In illa igitur hora subito militum nos multitudo circumdat, ut æstimo, putantes nos pro insidiis consedisse, aut omnino usum vel studium habere prœliorum; & nulla conventus nostri caussa penitus explorata, bellum nobis denuntiant, non sermone, sed gladio; & homines qui injuriam facere cuiquam non didicimus, sine ulla misericordia C [7] missibilibus vulnerant, hastis confodiunt, mucronibus jugulant. Et interfecerunt quidem ex nobis ad mille trecentos viros, vulneraverunt autem quingentos. Cum vero dies inclaruit, qui superfuerant ex nobis, huc perduxerunt captivos, nec sic quidem aliquid nobis misericordiæ concedentes: agebant enim nos ante equos, hastilium verberibus stimulatos, & equorum frontibus impulsos. Et perduravit quidem, si cui vires fuerunt tolerandi; plurimi vero ante ora dominorum crudelium concidentes, animas exhalabant; pendentes uberibus parvulos suos matres, defatigatis ac dimissis onere brachiis, humi decidere sinebant, agitatæ insequentium minis; omnis vero senilis ætas victa laboriD bus ac resoluta per inediam, corruebat in terram.

1. Hæc eadem urbs infra cap. 3. *Charra* vocatur, non *Carchar*, aut *Caschar*, ut Epiphanius habet. Quare disputatio ista habita fuisse videtur apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem. Vide plura in præfatione nostra, ubi de Archelao.

2. Μάρσιπος vocatur apud Epiphanium in Hæresi Manichæorum LXVI. num. 10.

3. Forte, *distribuit*.


4. Forte, *commoventur*.

5. Abhorruisse a militia Christianos primitivæ Ecclesiæ, ne Paganorum commercio atque superstitionibus macularentur, notius est ex Tertulliano de Corona Militis c. 11. quam ut pluribus demonstrari opus sit. Sed ad illustrandum hunc disputationis Archelai cum Manete locum, plurimum facit, quod ibidem ait Tertullianus. *Plane si quos militia præventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut Centurionum fidelissimorum, quem Christus probat, & quem Petrus catechizat; dum tamen suscepta fide atque signata, aut deserendum statim sit ut a multis actum; aut omnibus modis cavillandum, ne quid adversus Deum committatur, quæ nec ex militia permittuntur; aut novissime perpetiendum pro Deo, quod æque fides pagana condixit.* Concilium Nicænum can. 12. *Quicumque vocati per gratiam, primum quidem impetum monstraverunt, deponentes militiæ cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi; ita ut quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent: hi decem annis post triennii tempus quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant.* Vide Lupum & Beveregium in eumdem canonem.

6. Forte, *dimisso*.

7. Barbara vox pro, *missilibus*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



Superbi vero milites hoc tam cruento collabentium spectaculo, tamquam voluptate aliqua fruebantur, cum alios deficientes sterni solo cernerent; in aliis sitis ardoribus fatigatis, intuerentur etiam vocis meatum, arescente linguæ glutino, præpediri; alios vero viderent, conversis post terga oculis, exspirantium parvulorum suorum ingemiscentes exitiis; cum illi infelicissimas matres vagitibus inclamarent, illæ vero prædonum acerbitatibus agitatæ, quibus solis libere uti licebat, gemitibus responderent: quarum si quæ tenerius propriis indulgerent visceribus, interitus sortem sponte sibi parem cum filiis præsumserunt; si quæ vero habere aliquid tolerantiæ potuerunt, captivæ huc usque perductæ sunt. Triduo itaque exacto, cum ne noctibus quidem aliquam requiem cepissemus, ad locum hunc perducimur, in quo post hæc jam quid gestum sit, melius ipse nosti.

III. His auditis vir piissimus Marcellus plurimum in lacrymas profusus est, misertus tantos & tam varios casus; sed nihil moratus, cibos præparat, fatigatis per semet ipsum ministeria exhibens, imitatus patrem nostrum Abraham patriarcham [a] qui quondam Angelis a se hospitio susceptis, non vernaculis imperavit vitulum deferre de gregibus; sed ipse senior impositum humeris pertulit, ac per semet præparatos cibos propriis manibus Angelis apposuit. Simili & Marcellus functus officio, denos præcipit per convivia reclinari, septingentisque omnibus extructis mensis, cum ingenti lætitia reficiebat universos; ita ut qui superesse potuerant, oblivionem caperent laborum, ac totius mali efficerentur immemores. Cum autem quintus decimus transigeretur dies, Marcello cuncta affatim ministrante captivis, placuit eis omnibus remeandi ad propria tribui facultatem, præter eos quos vulnerum cura retinebat, quibus competens adhibita medela, ad sua ceteros abire præcepit. Sed his omnibus majora addidit Marcellus pietatis officia: cum plurima namque suorum manu progressus est ad sepelienda corpora in itinere peremtorum, & omnia quæcumque invenire potuit, ut dignum erat, tradidit sepulturæ: quo munere impleto, ad [1] Charram rediit, atque exinde recuperata sanitate, vulneratos ad patriam remeare permittit, largissimo ad iter viatico præparato. At vero facti hujus opinio ad reliqua Marcelli bene gesta immensum cumulum contulit: per universam enim regionem illam ingens fama discurrit de pietate Marcelli, ita ut plurimi ex diversis urbibus videndi atque cognoscendi viri cupiditate flagrarent, & maxime hi quibus ferre penuriam usus ante non fuerat, quibus omnibus vir egregius indulgentissime ministrabat, Marcelli veteris imitatus exempla, ita ut omnes dicerent hoc viro nullum pietate præstantiorem. Sed & viduæ universæ in Domino credentes ad eum concurrebant; cum imbecilli quoque ex eo sibi auxilium certissimum præsumebant, nec non & orphani omnes ab ipso nutriebantur, domusque ejus peregrinorum & pauperum hospitium dicebatur: super omnia vero hæc, fidei curam egregie ac singulariter retinebat, ædificans cor suum super immobilem petram.

IV. [2] Igitur cum diversis in locis fama de eo sæpissime spargeretur, etiam Stranga fluvio superato, Persarum in regionem eum pertulit admirandum, in qua demorabatur Manes quidam; qui ad se hujuscemodi viri opinione perlata, plurima secum ipse volvebat, quemadmodum eum doctrinæ suæ posset laqueis irretire, sperans assertorem dogmatis sui fieri posse Marcellum. Præsumebat enim universam se occupare posse provinciam, si prius talem virum sibimet subdere potuisset; in quo duplici cogitatione animus æstuabat, utrumnam ipse ad eum pergeret, an litteris eum primo tentaret adoriri; verebatur enim, ne forte improviso & subito ingressu malum sibi aliquod nasceretur; ad ultimum versutioribus consiliis parens, scribere decrevit: accitumque unum ex discipulis, [3] Turbonem nomine qui per Addam fuerat instructus, tradita Epistola, abire jubet, ac perferre Marcello; [4] quique acceptam eam huic, cui a Mane fuerat præceptum, pertulit, omni itinere diebus quinque transacto. Veloci etenim usus est cursu, in quo plurimum supradictus Turbo laboris & molestiæ pertulit: si quando enim [5] veluti peregrinans ad hospitium pervenisset, [6] quæ quidem diversoria hospitalissimus Marcellus instruxerat, cum a servatoribus hospitiorum interrogaretur, unde, & quis, vel a quo missus esset, ajebat: sum quidem [7] Mesopotamensis, de Persida autem venio, a Manichæo magistro Christianorum missus. At illi [8] ignotum sibi nomen non libenter amplexi, Turbonem etiam ipsis hospitiis detrudebant, ne aquæ quidem ipsius ad bibendum facultate concessa; quæ cum singula quotidie atque horum nequiora perferret ab his, qui per singula loca mansionibus atque hospitiis præerant, nisi ad ultimum Marcello se portare litteras indicasset, peregrinus Turbo mortis pertulisset exitia.

V. Acceptas igitur Marcellus litteras resolvit, ac legit, præsente Archelao civitatis episcopo, quarum exemplum hoc est.

a Gen. XVIII.

1. Habita est itaque hæc disputatio apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem, cujus episcopus erat Archelaus, uti supra adnotavimus.

2. Hinc incipit pars hujus operis edita a Valesio ex Codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana bibliotheca servatur.

3. Codex Bobiensis legit, *Adda Turbonem*. Fuit autem Adda unus ex discipulis suis, cui Orientem hæresi inficiendum Manes demandavit, ut infra cap. XI. dicitur.

4. Codex Bobiensis, *Quippe* mala lectio.

5. Idem codex *ad vesperam veluti peregrinus*.

6. Idem codex, *quæ quidem ipsa diversoria*. Hinc autem apparet quam sedulo hospitalitati operam dederint primitivæ ecclesiæ fideles, Paulli præcepto in Epistola ad Hebræos cap. 13. vers. 1. obsecuti. Tertullianus de Præscriptionibus adversus Hæreses cap. 20. *Sic omnes* (Ecclesiæ videlicet) *primæ & apostolicæ; dum una omnes probant unitatem, dum est illis communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis; quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio*. Nota sunt, quæ de Christianorum erga Peregrinum hospitem officiis refert Lucianus in libro de ejusdem morte. Sed & quod de diversoriis atque hospitiis, per regias vias in Persidem ducentes, a Marcello constructis, heic legimus, id aliis in locis, ac ubique ferme a Christianis factum fuisse, aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I. in Julianum Apostatam, ubi imperatorem hunc ad Christianorum imitationem diversoria & hospitia per orbem Romanum ædificari mandasse testatur, ut Gentilium superstitionibus majorem laudem venerationemque conciliaret. Vide plura apud Priorium de Litteris Canonicis cap. 5. & seqq. & Thomasinum de Tesseris hospitalitatis cap. 26.

7. Codex Bob. *Mesopotamenus*.

8. Codex Bobiensis, *ignoratum*.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 278.

A

ΜΑΝΙΧΑΙΟΣ

Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἅγιοι, καὶ παρθένοι, Μαρκέλλῳ τέκνῳ ἀγαπητῷ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ δεξιὰ τοῦ φωτὸς διατηρήσει σε ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, καὶ τῶν συμπτωμάτων αὐτοῦ, καὶ παγίδων τοῦ πονηροῦ, ἀμήν.

Τὴν μὲν περὶ σὲ ἀγάπην μεγίστην οὖσαν αἰσθηθεὶς, λίαν ἐχάρην· τὴν δὲ πίστιν οὐκ οὖσαν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἤχθέσθην. ὅθεν πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἀποσταλεὶς, φειδόμενός τε τῶν ἀπάτῃ καὶ πλάνῃ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότων, B ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς σὲ ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀποστεῖλαι, πρῶτον μὲν πρὸς σωτηρίαν τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς· ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἅμα σοι τυγχανόντων, πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτόν σε ἔχειν τὸν λογισμὸν, ὡς οἱ τῶν ἁπλουστέρων καθηγεμόνες διδάσκουσι λέγοντες, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ μίαν ἀρχὴν εἰσηγούμενοι, οὐ διακρίνοντες, οὐδὲ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ φαύλου, καὶ τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἔνδον, ὡς προείπομεν· ἀλλὰ κιρνῶντες καὶ ἐγκαταμιγνῦντες θάτερον θατέρῳ, οὐ παύονται. σὺ δὲ, ὦ τέκνον, μὴ ἴσα τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀλογίστως, καὶ ἁπλῶς ἀμφότερα, ὡς ἂν τύχοι, ἑνώσῃς, μηδὲ τῷ τῆς ἀγαθωσύνης Θεῷ ἀνατίθεσο. C ἀρχὴν γὰρ, καὶ τέλος, καὶ τὸν τούτων πατέρα τῶν κακῶν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρουσιν, ὧν τὸ τέλος κατάρας ἐγγύς. οὔτε γὰρ ἐν τοῖς εἰρημένοις εὐαγγελίοις παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύουσιν, ὅτι οὐ δύναται δένδρον καλὸν καρποὺς κακοὺς ποιῆσαι, οὐδὲ μὴν δένδρον κακὸν καλοὺς καρποὺς ποιῆσαι. καὶ πῶς τὸν Θεὸν τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῶν κακῶν αὐτοῦ πραγμάτων λέγειν τολμῶσι ποιητὴν καὶ δημιουργὸν, θαυμάζειν μοι ἐπέρχεται. καὶ εἴθε μὲν ἄχρι τούτων ἔφθασεν αὐτῶν ἡ ματαιοπονία καὶ μὴ τὸν μονογενῆ τὸν ἐκ τῶν κόλπων τοῦ πατρὸς καταβάντα Χριστὸν, Μαρίας τινὸς γυναικὸς ἔλεγον εἶναι υἱὸν, ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς καὶ τῆς ἄλλης δυσωδίας τῶν γυναικῶν γεγενῆσθαι. καὶ ἵνα μὴ τὰ πολλὰ διὰ ταύτης τῆς ἐπιστολῆς γράφων, εἰς μῆκος χρόνου D διατύρω σου τὴν ἐπιείκειαν, οὐκ ἔχων τὰς φυσικὰς φράσεις, ἐπὶ τούτοις ἀρκεσθήσομαι. τὸ δ᾽ ὅλον γνώσῃ παρόντος μου πρὸς σὲ, εἴγε τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας ἔτι φείδῃ· οὐδὲ γὰρ βρόχον τινὶ ἐπιβάλλω, ὡς οἱ τῶν πολλῶν ἀφρονέστεροι ποιοῦσιν. νόει ἃ λέγω, τέκνον τιμιώτατε.

[1] MANICHÆUS

Apostolus Jesu Christi, & qui mecum sunt omnes sancti & virgines, Marcello filio carissimo gratia, misericordia, pax a Deo patre & Domino nostro Jesu Christo, & dextera lucis conservet te a præsenti sæculo malo, & [2] *a ruina ejus, & a laqueis maligni.*

Dilectionem quidem tuam immensam sentiens, vehementer gavisus sum; fides vero, quia non sit [3] juxta te recta ratione, moleste tuli: propter quod ad emendationem generis humani [4] missus B sum, & subveniens his qui se seductionibus atque erroribus tradiderunt, hæc [5] scripta ad te necessarium duxi transmittere; primo quidem ad salutem animæ tuæ, deinde & eorum qui tecum sunt; [6] uti ne indiscretos animos geras, sicut simpliciorum [7] magistri docent dicentes, malum & bonum ab eodem subsistere, & unum initium introducentes, neque quidquam perscrutantes, vel discernentes [8] a luce tenebras, & bonum a malo, & exteriorem hominem ab interiori, sicut prædiximus; sed confundere ac permiscere alterum alteri non cessant. Tu vero, o fili, ne similiter ut multi hominum, irrationabiliter & simpliciter utraque indiscreta [9] permisceas, neque bonitatis Deo inferas contumeliam. Initium enim & C finem, & horum patrem malorum ad [10] Deum referunt, [a] *quorum finis est maledicto proximus*. Non enim [11] his quæ dicta sunt in evangeliis Salvatoris nostri & Domini Jesu Christi credunt, quia [b] *non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere*. Quomodo Dominum, Satanæ & malorum ejus actuum factorem dicere audeant & conditorem, plurimum miror. Et atque utinam eo usque eorum vanitas pervenisset, & non unigenitum, [12] *qui de Patris finibus descendit*, [c] Christum, Mariæ cujusdam mulieris esse dicerent filium, ex sanguine & carne ac reliquis mulierum spurcitiis generatum. Et, ut ne plurima per hanc epistolam scribam, atque in longitudinem temporis protraham patientiam tuam, cum mihi non adsit eloquentia D naturalis, sufficit ista dixisse. Omnia autem cognosces, cum præsens fuero apud te; si tamen saluti tuæ [13] parcere, ac providere festinas: non enim [d] *laqueum alicui injicio*, sicuti plurimi insipientium faciunt. Intellige quæ dico, fili [14] honorabilis.

VI. Hac epistola lecta, bajulum litterarum Marcellus [15] obsequentissime fovebat hospitio; Archelaus vero ea quæ lecta sunt, non libenter amplexus, velut leo conclusus dentibus [16] infrendebat, auctorem epistolæ sibi desiderans dari; quem Marcellus suadebat quiescere, semet polliciens procuraturum præsentiam viri. Rescribere ergo Marcellus ad ea quæ scripta sunt, statuit epistolam continentem hæc.

a Hebr. VI. 8. *b* Matth. VII. 18. *c* Joan. I. 18. *d* I. Cor. VII. 35.

1. Hanc Epistolam cum Marcelli responsione integram refert Epiphanius in Manichæorum hæresi (LXVI.) n. 6. ex quo græca desumsimus.
2. Codex Bobiensis, *a ruinis ejus, & de laqueis*. Sic & Epiphanius.
3. Idem codex, *juxta rectam rationem*. Sic & Epiphanius.
4. Idem codex, *missus sum subveniens*. Epiphanius, *missus & subveniens*.
5. Idem codex, *hæc scripta necessarium duxi*.
6. Hinc patet recte in græco Epiphanii textu emendasse Petavium, *πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτον* nam prius, *μὴ*, deerat.
7. Codex Casinensis, *magistri dicentes*. Sed aliam lectionem exprimit etiam Epiphanius.
8. Male idem codex, *a luce, a tenebris*.
9. Codex Casinensis, *Permiscens*: at Bobiensis, *Permisceas neque bonitatis Dei inferas*. Epiphanius, *Permisceas*, E *neque ad bonitatis Deum referas. Initium enim, &c.* Præterea Casinensis legit paullo post, *Initium & finem*. Nos autem ex utroque codice, atque Epiphanio hunc locum emendavimus.
10. Bobiensis codex, *Dominum*.
11. Casinensis habebat, *In his*. Vide tamen an leviter emendandum sit apud Epiphanium, *οὔτε γὰρ τοῖς εἰρημένοις ἐν εὐαγγελίοις*.
12. Codex Bobiensis, *Qui patris finibus discessit*. Casinensis, *Quidem patris finibus descendit*. Nos ex Epiphanio hunc locum restituimus.
13. Casinensis, *patere*. Melior alia lectio Bobiensis codicis, ut patet ex Epiphanio.
14. Codex Bobiensis, *Honorabilis. Vale*: quod verbum non habet Epiphanius.
15. Codex Bobiensis, *Obsequentissime*.
16. Codex Bobiensis, *Infringebat*.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ

Ἀνὴρ ἐπίσημος, Μανιχαίῳ τῷ διὰ τῆς ἐπιστολῆς δηλουμένῳ, χαίρειν.

Τὴν μὲν ὑπὸ σοῦ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν προσηκάμην· τὸν δὲ Τύρβωνα προσεδεξάμην κατὰ φιλοφροσύνην ἐμήν, τῶν δὲ γραμμάτων τὸν νοῦν οὐδαμῶς ἔγνων, εἰ μὴ σὺ παραγενόμενος φράσῃς ἡμῖν καταλογάδην ἕκαστον, ὡς ὑπέσχου διὰ τῆς ἐπιστολῆς. ἔρρωσθε.

MARCELLUS

[1] Vir notus, Manichæo, qui sibi per epistolam indicatus est, salutem.

Scriptam quidem a te epistolam sumsi, & Turbonem solita mihi humanitate suscepi, sensum vero litterarum nequaquam adverti; nisi forte tu præsens exponas nobis per verba, singula, [2] sicut promisisti. Vale.

Hanc epistolam signatam tradebat Turboni referendam ad eum, a quo prius ipse pertulerat; ille vero ad eum redire penitus reluctabatur, memor itineris laborum, & rogabat alium pro se dirigi, abnegans ultra sibi [3] ad eum rediturum, aut communionem cum eo aliquam facturum: Marcellus vero, accito uno ex pueris suis, Callisto nomine, præcipit proficisci, qui nihil moratus, illico proficiscitur: & post triduum pervenit ad Manem, quem in castello quodam [4] Arabionis reperit, atque epistolam tradidit; qua ille perlecta, gavisus est, a Marcello invitatum se esse, ac sine mora iter invadit: Turbonis tamen remorationem non prosperam [5] præsagitus, & quasi consulto itinere ad Marcellum perrexit. Turbo vero de Marcelli domo prorsus non discedebat, nec ab Archelai episcopi confabulatione cessabat: valde enim studiose uterque de Manichæi studiis perquirebant, scire cupientes, qui sit, unde, vel quid verbi ferat. At ille universa dilucide enarravit, repetens & exponens de fide ejus hoc modo.

Εἰ τὴν τοῦ Μάνη πίστιν θέλετε μαθεῖν παρ᾽ ἐμοῦ ἀκούσατε συντόμως. οὗτος δύο σέβει θεοὺς ἀγεννήτους, αὐτοφυεῖς, ἀϊδίους, ἕνα τῷ ἑνὶ ἀντικείμενον, καὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν, τὸν δὲ πονηρὸν εἰσηγεῖται· φῶς τῷ ἑνὶ ὄνομα θέμενος, καὶ τῷ ἑτέρῳ σκότος. καὶ τοῦ μὲν φωτὸς εἶναι μέρος τὴν ἐν ἀνθρώποις ψυχὴν, τοῦ δὲ σκότους τὸ σῶμα, καὶ τὸ τῆς ὕλης δημιούργημα· μῖξιν δὲ, ἤτοι σύγκρασιν τοῦτον λέγει γεγονέναι τὸν τρόπον, ἀπεικάζων τοὺς δύο τῷδε τῷ παραδείγματι. καθάπερ δύο βασιλεῖς ἀντιμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες ἀπαρχῆς ἐχθροὶ, καὶ ἀνὰ μέρος ἑκάστου τὰ ἴδια ἔχοντος· κατὰ δὲ σύστασιν τὸ σκότος ἐπελθὸν ἐκ τῶν ὁρίων αὐτοῦ προσεμαχήσατο τῷ φωτί. γνόντα δὲ τὸν ἀγαθὸν Πατέρα τὸ σκότος ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐπιδεδημηκὸς, προβάλλειν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν, λεγομένην Μητέρα τῆς ζωῆς, καὶ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τὰ πέντε στοιχεῖα. εἰσὶ δὲ, ἄνεμος, φῶς, ὕδωρ, πῦρ καὶ ὕλη. καὶ ταῦτα ἐνδυσάμενον, ὡς πρὸς κατασκευὴν πολέμου, κατελθεῖν κάτω, καὶ πολεμῆσαι τῷ σκότει. οἱ δὲ τοῦ σκότους ἄρχοντες ἀντιπολεμοῦντες αὐτῷ, ἔφαγον ἐκ τῆς πανοπλίας αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ψυχή. τότε δεινῶς ἐθλίβη ἐκεῖ κάτω ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ σκότους, καὶ εἰ μὴ δεξαμένου εἰσήκουσεν ὁ Πατὴρ, καὶ ἀπέστειλεν ἑτέραν δύναμιν προβληθεῖσαν ὑπ᾽ αὐτοῦ, λεγομένην ζῶν Πνεῦμα, καὶ εἰ μὴ κατελθὼν δέδωκεν αὐτῷ δεξιὰν, καὶ ἀνήνεγκεν ἐκ τοῦ σκότους, πάλαι ἂν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος κατεχόμενος, ἐκινδύνευσεν. ἔκτοτε οὖν κατέλειψε κάτω τὴν ψυχήν· καὶ διὰ τοῦτο Μανιχαῖοι ἐὰν συντύχωσιν ἀλλήλοις, δεξιὰς διδόασιν ἑαυτοῖς σημείου χάριν, ὡς ἀπὸ σκότους σωθέντες· ἐν γὰρ τῷ σκότει πάσας τὰς αἱρέσεις εἶναι λέγει. τότε ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τὸν κόσμον, καὶ αὐτὸ φορέσαν ἑτέρας τρεῖς δυνάμεις, κα-

VII. [6] Si fidem Manichæi discere a me vultis; breviter audite. Hic duos colit deos innatos, ex semet ipsis exstantes, æternos, unum uni adversantem; & alterum quidem bonum, alterum autem malum introducit. Lux uni nomen imponit, & alteri tenebræ. Et lucis quidem esse partem animam quæ in hominibus est, tenebrarum autem corpus, & quæ ex materia est conditio. Permixtionem autem, vel conjunctionem [7] hoc modo dicit effectam, conferens ambos deos in hujuscemodi exemplum. Quemadmodum si duo reges sint adversum se pugnantes, qui ab initio fuerint inimici, habentes singuli suas portiones; acciderit autem ut tenebræ progredientes fines suos, bellum cum luce commiserint. Quod cum cognovisset bonus Pater, tenebras ad terram suam supervenisse, [8] produxit ex se virtutem, quæ dicitur Mater vitæ; [9] qua virtute circumdedit primum hominem, quæ sunt quinque elementa, [10] idest, Ventus, Lux, Aqua, Ignis, & Materia; quibus indutus, tamquam [11] ad paratum belli, descendit deorsum pugnare adversum tenebras. At vero tenebrarum principes, repugnantes ei, comederunt de armatura ejus, quod est anima. Tunc ibi vehementer afflictus est deorsum [12] primus parens homo a tenebris; & nisi orantem eum exaudisset Pater, & misisset alteram virtutem quæ processerat ex se, quæ dicitur Spiritus vivens, & descendens porrexisset ei dexteram & eduxisset eum de tenebris, olim primus homo detentus periclitaretur. Ex eo ergo animam deorsum [13] reliquit: & propterea Manichæi cum sibi invicem occurrunt, dant sibi dexteras hujus signi gratia, tamquam ex tenebris liberati, in tenebris enim [14] omnes hæreses esse dicunt. Tunc vivens Spiritus creavit mundum, & in-

1. Melior Petavii versio, *Vir illustris*.
2. Codex Bobiensis, *Sicut per epistolam promisisti. Vale. Hanc epistolam scriptam atque signatam tradebat Turboni ferendam*. Epiphanius pariter legit, *sicut per epistolam promisisti. Vale*.
3. Codex Bobiensis, *ad illum reversurum, aut communionem cum eo aliquam fore*.
4. Castellum hoc trans fluvium Strangam situm fuisse in medio Persarum & Mesopotamiæ, ait Epiphanius in hac hæresi num. 7.
5. Codex Bobiensis, *Præsagus*.
6. Sequentia usque ad cap. 12. ad verbum græce retulit Epiphanius num. 25.
7. Hinc patet apud Epiphanium legi debere, *τοῦτον λέγει*; cum prius esset, *τούτων*.
8. Codex Bobiensis, *Produxit ex virtute*. Casinensis, *Produxerit & esse virtutem*. Sed legendum ex Epiphanio uti emendatum est.
9. Codex Bobiensis, *Qua circumdedit*. Casinensis, *Quæ virtute*. Sed ex Bobiensi, & Epiphanio emendavi, *Qua virtute*.
10. Codex Bobiensis, *Id est, lux, aqua, ignis & materia*. Sed Epiphanius legit *ventus, lux, aqua, ignis & materia*, ut in codice Casinensi, qui veram exhibet hujus loci lectionem.
11. Epiphanius legit, *Ad apparatum belli*.
12. Codex Bobiensis, concinente Epiphanio, *Primus homo*.
13. Codex Bobiensis, *relinquit*; mala lectio, ut patet ex Epiphanio.
14. Codex Bobiensis, *omnis hæresis esse dicitur*. Sed hanc lectionem rejicit Epiphanius.

τελθὼν ἀνήνεγκε τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἐστερέωσεν ἐν τῷ στερεώματι, ὅ ἐστιν αὐτῶν σῶμα ἡ σφαῖρα. τότε πάλιν τὸ ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τοὺς φωστῆρας, ἅ ἐστι τῆς ψυχῆς λείψανα, καὶ οὕτως ἐποίησε τὸ στερέωμα κυκλεῦσαι· καὶ πάλιν ἔκτισε τὴν γῆν εἰς εἴδη ὀκτώ. ὁ δὲ Ὠμοφόρος κάτω βαστάζει, καὶ ἐπὰν κάμῃ βαστάζων, τρέμει, καὶ σεισμοῦ αἴτιος γίνεται παρὰ τὸν ὡρισμένον καιρόν. τούτου ἕνεκα τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἀπέστειλεν ὁ ἀγαθὸς Πατὴρ ἐκ τῶν κόλπων εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς, καὶ εἰς τὰ ταύτης κατώτατα μέρη, ὅπως αὐτῷ τὴν προσήκουσαν ἐπιτιμίαν δῷ. καὶ ὁσάκις ἂν σεισμὸς γένηται, ἢ τρέμει κάμνων, ἢ ἀντιφέρει εἰς τὸν ἕτερον ὦμον. τότε τοίνυν καὶ ἡ ὕλη ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἔκτισε τὰ φυτά, καὶ συλωμένων αὐτῶν ἀπό τινων ἀρχόντων ἐκάλεσε πάντας τοὺς τῶν ἀρχόντων πρωτίστους, καὶ ἔλαβεν ἀπ᾽ αὐτῶν ἀνὰ μίαν δύναμιν, καὶ κατεσκεύασε τὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἔδησε τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ. αὕτη ἐστὶ τῆς συγκράτεως ἡ ὑπόθεσις.

Ὅτε δὲ εἶδεν ὁ Πατὴρ ὁ ζῶν θλιβομένην τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι, εὔσπλαγχνος ὢν καὶ ἐλεήμων, ἔπεμψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἠγαπημένον εἰς σωτηρίαν τῆς ψυχῆς, διὰ γὰρ ταύτην τὴν πρόφασιν, καὶ τὴν τοῦ Ὠμοφόρου ἀπέστειλεν αὐτόν. καὶ ἐλθὼν ὁ υἱὸς μετεσχημάτισεν ἑαυτὸν εἰς ἀνθρώπου εἶδος, καὶ ἐφαίνετο τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος, μὴ ὢν ἄνθρωπος, καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν γεγεννῆσθαι. ἐλθὼν οὖν ποιεῖται τὴν δημιουργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ψυχῶν, καὶ μηχανὴν συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κάδους, ἥ τις ὑπὸ τῆς σφαίρας στρεφομένη, ἀνιμᾶται τῶν θνησκόντων τὰς ψυχάς. καὶ ταύτας ὁ μέγας φωστὴρ ταῖς ἀκτῖσι λαβὼν, καθαρίζει, καὶ μεταδίδωσι τῇ σελήνῃ, καὶ οὕτως πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ᾽ ἡμῖν προσαγορευόμενος. πλοῖα γὰρ, ἤτοι πορθμεῖα εἶναι λέγει τοὺς δύο φωστῆρας. εἶτα ἐὰν γεμισθῇ ἡ σελήνη, μεταπορθμεύει εἰς ἀπηλιώτην, καὶ οὕτως ἀπόκρουσιν ποιεῖται, τοῦ γόμου ἐλαφρυνομένη· καὶ οὕτω πληροῖ τὸ πορθμεῖον, καὶ πάλιν ἀπογομοῖ ἀνιμωμένων ὑπὸ τῶν κάδων τῶν ψυχῶν, ἄχρις οὗ τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος σώσει τῆς ψυχῆς. τῆς γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς οὐσίας πᾶσαν ψυχὴν, καὶ πᾶν κινούμενον ζῶον μετέχειν λέγει. τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν τοῖς αἰῶσι τοῦ Πατρὸς, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλειος. ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος στύλος ἐστὶ φωτὸς, ἐπειδὴ γέμει ψυχῶν τῶν καθαριζομένων. αὕτη ἐστὶν ἡ

A dutus alias tres virtutes, descendens eduxit [1] principes, & crucifixit eos in firmamento, quod est ejus corpus sphæra. Et rursum ipse vivens Spiritus creavit luminaria, quæ sunt [2] reliquiæ animæ, & fecit ea [3] firmamentum circumire; & iterum creavit terram, [4] & sunt octo. Est autem omophorus deorsum, id est, qui eam portat in humeris; & cum laboraverit portans, intremiscit: & hæc est caussa terræ motus præter constitutum tempus. Hac de caussa filium suum misit benignus Pater [5] de finibus suis in cor terræ & in interiores ejus partes, [6] quo illum, ut par erat, coerceret: quotiens enim efficitur terræ motus, tremante eo ex labore, vel de humero in humerum transferente pondus, efficitur. Tunc ergo & ipsa
B materia creavit ex se plantas vel germina; quæ cum [7] furatæ essent a quibusdam principibus, convocavit omnes principes primarios, & sumsit ab eis singulas virtutes, & fecit hominem hunc secundum speciem primi hominis illius, [8] & junxit animam in eo.

VIII. Cum autem vidisset Pater vivens affligi animam in corpore, [9] quia est miserator & misericors, misit filium [10] suum dilectum ad salutem animæ; hac enim caussa, & propter omophorum misit eum. Et veniens filius, transformavit se in speciem hominis; [11] & apparebat quidem hominibus ut homo, cum non esset homo, & homines [12] putaverunt eum natum esse. Cum ergo venisset, machinam quamdam [13] concin-
C navit ad salutem animarum, id est, rotam statuit, habentem duodecim urceos: [14] quæ rota per hanc sphæram vertitur, hauriens animas morientium, quasque luminare majus, id est, sol radiis suis [15] adimens purgat, & lunæ tradit, & ita adimpletur lunæ [16] discus, qui a nobis ita appellatur. Naves enim vel translatorias cymbas esse dicit duo ista luminaria; & cum repleta fuerit luna, transfretare animas, ad subsolanam partem, & ita [17] apocrusin, detrimentum, patitur, cum onere fuerit relevata: & [18] iterum repleri cymbam, & rursus exonerari, dum hauriuntur per urceos animæ, usquequo partem suam propriam liberet [19] animarum. De substantia autem boni Patris omnem animam, atque omne animal quod movetur,
D partem trahere confirmat. Cum igitur luna onus quod gerit, animarum, sæculis tradiderit Patris, permanent [20] illæ in columna gloriæ, quod vocatur [21] Vir perfectus. Hic autem Vir est columna lucis: repleta est enim mundarum animarum: & hæc est caussa

1. Hæc est hujus loci vera lectio, Epiphanio probata. Quam enim ex codice Bob.ensi Valesius exprimit, corruptam esse nemo non videt; sic enim se habet, *Descendens eduxit principes Jeru, exiens in firmamentum, quod est, &c.* In græco Epiphanii est, *Et stabilivit in firmamento, quod est ipsorum corpus sphæra.* Sed vide eumdem Epiphanium cap. 48.

2. Ita & Epiphanius. Male apud Valesium, *Reliquæ animæ.* Vide eumdem Epiphanium ibid. cap 49.

3. Et heic male codex Bobiensis, *in firmamento circuire*, ut patet ex Epiphanio.

4. Epiphanius habet εἰς εἴδη ὀκτώ. *Creavit terram octuplici specie. Omophorus autem*, hoc est, bajulus. *infra sustinet.* Sed latinus noster interpres legit, εἰσὶ δὲ, vel, εἰσὶ δὴ.

5. Codex Bobiensis, *de finibus in cor terræ.* Sic legit & Epiphanius.

6. Idem codex, *quod illum, ut pareret, coerceret.* Prava lectio. Hinc autem patet Petavium apud Epiphanium pro ἐπιθυμίαν, recte emendasse ἐπιτιμίαν.

7. Codex Casinensis, *furata essent, convocavit.* Nos Bobiensem codicem & Epiphanium secuti sumus.

8. Male codex Bobiensis, *& vexit animam in eo*; quam lectionem non sequitur Epiphanius: subditurque apud eumdem, *Et hæc est commixtionis ratio;* quæ verba de suo fortasse addidit Epiphanius.

9. Codex Bobiensis, *qui est.*

10. Ita cod. Bobiensis, & Epiphanius, Casinensis non habet *dilectum.*

11. Uterque codex, *& parebat.* Sed nos Epiphanii lectionem prætulimus.

12. Codex Bobiensis, probante Epiphanio *putabant eum natum esse.* Casinensis male, *naturam esse.*

13. Codex Bobiensis, *concinnatam.* Epiphanius habet, *Veniens igitur opus quoddam ad animarum salutem molitus est, & machinam construxit, cados duodecim habentem, quæ a sphæra conversa mortuorum animas sursum evehit.*

14. Codex Bobiensis, *quæ per hanc sphæram hauriens animas viventium.* Mala lectio, ut ex Epiphanio apparet.

E 15. Epiphanius, λαβὼν, *assumens.*

16. Codex Bobiensis, *discursus*, pessima lectio.

17. In codice Casinensi, *Apocrisin*, scribitur; sed nos locum restituimus ex codice Bobiensi, in quo *Apocrusin* recte legitur, licet in aliis hic depravatissimus exsistat. Ἀπόκρουσιν autem Alexandro Aphrodisiensi, & Tralliano dicitur facere luna, cum decrescit, seu senescit, ut notum est.

18. Epiphanius ἕως, *& ita repleri.*

19. Idem Epiphanius, τῆς ψυχῆς, *animæ*; sed ex hujus antiqui interpretis versione debet emendari.

20. Legendum *illæ*, hoc est, animæ ex Epiphanio, licet uterque codex habeat, *illa.*

21. Epiphanius habet, *Aer perfectus*, unde colligitur latinum hujus operis exemplar e græco expressum esse, & male interpretem legisse, ἀνὴρ, pro ἀὴρ; vertendum autem esse, *Aer perfectus. Aer autem hic &c.* ut græca cum latinis conveniant, & aliquis inde sensus eruatur.

αὐτία, δι᾽ ἧς αἱ ψυχαὶ σώζονται. ἡ δὲ τοῦ ἀποθανεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐστὶ πάλιν αὕτη. παρθένος τις ὡραία κεκοσμημένη, πιθανὴ πάνυ συλᾶν ἐπιχειρεῖ τοὺς ἄρχοντας, τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ ζῶντος Πνεύματος ἀνενεχθέντας καὶ σταυρωθέντας· φαινομένη δὲ τοῖς ἄρρεσι θήλεια εὔμορφος, ταῖς δὲ θηλείαις νεανίας εὐειδὴς καὶ ἐπιθυμητός. καὶ οἱ μὲν ἄρχοντες ὁπόταν ἴδωσιν αὐτὴν κεκαλλωπισμένην, οἰστροῦνται τῷ φίλτρῳ, καὶ μὴ δυνάμενοι αὐτὴν καταλαβεῖν, δεινῶς φλέγονται τῷ ἐρωτικῷ πόθῳ τὸν νοῦν ἐξαρπασθέντες. ὅταν οὖν τρεχόντων αὐτῶν, ἡ παρθένος ἄφαντος γένηται, τότε ὁ ἄρχων ὁ μέγας προβάλλει τὰς νεφέλας ἐξ αὐτοῦ, ὅπως σκοτίσῃ τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τὸν κόσμον. καὶ οὕτως ἐὰν θλίβῃ πάνυ, καθάπερ ἄνθρωπος ἱδρῶν ἀποκοπεῦται· ὁ δὲ ἱδρὼς αὐτοῦ ἐστιν ἡ βροχή. ὁμοῦ καὶ ὁ θερισμὸς ἄρχων ἐὰν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, καταχέει λοιμὸν ἐφ᾽ ὅλης τῆς γῆς, ὅπως θανατώσῃ τοὺς ἀνθρώπους. τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο κόσμος καλεῖται πρὸς τὸν μέγαν κόσμον. καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντες ῥίζας ἔχουσι, κάτω συνδεθείσας τοῖς ἄνω. ὁπόταν οὖν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, τότε ἄρχεται κόπτειν τὰς ῥίζας τῶν ἀνθρώπων· καὶ ὅταν κοπῶσιν αἱ ῥίζαι αὐτῶν, τότε ἄρχεται λοιμὸς γίνεσθαι, καὶ οὕτως ἀποθνήσκουσιν. ἐὰν δὲ τὰ ἄνω τῆς ῥίζης πόνῳ σαλεύσῃ, σεισμὸς γίγνεταί τε, καὶ ἐπακολουθεῖ, συγκινουμένου μὲν τοῦ Ὠμοφόρου, αὕτη ἡ αἰτία τοῦ θανάτου.

A salutis animarum: mortis vero caussa hominibus est ista. Virgo quædam decora & exornata, elegans valde, furto appetit principes, qui sunt in firmamento a vivente Spiritu educti & crucifixi: quæ cum apparuerit, maribus femina decora apparet; feminis vero adolescentem speciosum & concupiscibilem demonstrat. Sed principes quidem, cum eam viderint exornatam, * amore ejus in libidinem moventur; & quia eam apprehendere non possunt, vehementer instigantur amoris incendiis excitati; rapti sunt enim [1] libidinis calore: cum enim currentibus post eam anxii effecti fuissent, Virgo subito nusquam comparuit. Tunc princeps ille magnus producit nebulas ex semet ipso, uti obscuret in ira sua omnem mundum: qui B cum tribulatus fuerit plurimum, sicut homo sudat post laborem, ita & hic princeps [2] sudat ex tribulatione sua, cujus sudor pluviæ sunt. [3] Sed & messis princeps, si deceptus fuerit a Virgine, [4] effundit pestem super terram, ita ut morte afficiat homines; corpus enim hoc mundus vocatur, ad similitudinem magni hujus mundi, [5] & omnes homines qui sunt deorsum, radices habent sursum colligatas. Cum ergo deceptus fuerit a Virgine, [6] tunc incipit excidere radices hominum; & cum excisæ fuerint radices eorum, efficitur pestilentia, & ita moriuntur. [7] Quod si superiores partes radicum validius concusserit, fit terræ motus, & insequitur Omophori concussio: & hæc est mortis occasio.

C

Ἐρῶ δὲ ὑμῖν καὶ τοῦτο, πῶς μεταγγίζεται ἡ ψυχὴ εἰς πέντε σώματα. πρῶτον καθαρίζεται μικρόν τι ἀπ᾽ αὐτῆς, εἶτα μεταγγίζεται εἰς κυνὸς, ἢ εἰς καμήλου, ἢ εἰς ἑτέρου ζώου σῶμα. ἐὰν δὲ ᾖ πεφονευκυῖα ψυχὴ, εἰς κελεφῶν σῶμα μεταφέρεται· ἐὰν δὲ θερίσασα εὑρεθῇ, εἰς μογιλάλους. τῆς δὲ ψυχῆς ἐστι τὰ ὀνόματα ταῦτα, νοῦς, ἔννοια, φρόνησις, ἐνθύμησις, λογισμός. οἱ δὲ θερισταὶ, ὅσοι θερίζουσιν, ἐοίκασι τοῖς ἄρχουσι τοῖς ἀπαρχῆς οὖσιν εἰς σκότος, ὅτε ἔφαγον ἐκ τῆς τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πανοπλίας. διὸ ἀνάγκη αὐτοὺς μεταγγισθῆναι εἰς χόρτον, ἢ εἰς φασήλια, ἢ εἰς κριθὴν, ἢ εἰς στάχυν, ἢ εἰς λάχανα, ἵνα θερισθῶσι, καὶ κοπῶσι. καὶ εἴ τις πάλιν ἐσθίει ἄρτον, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν βρωθῆναι, ἄρτον γενόμενον. εἴ τις φονεύσει ὀρνίθιον, ὀρνίθιον ἔσται. εἴ τις φονεύσει μῦν, καὶ αὐτὸς μῦς ἔσται. εἴ τις πάλιν ἐστὶ πλούσιος ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ σκηνώματος αὐτοῦ, ἀνάγκη αὐτὸν εἰς πτωχοῦ σῶμα μεταγγισθῆναι, ὥστε περιπατοῦντα αὐτὸν ἐπαιτῆσαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνελθεῖν αὐτὸν εἰς κόλασιν αἰώνιον. τοῦ δὲ σώματος τούτου ὄντος τῶν ἀρχόντων καὶ τῆς ὕλης, ἀνάγκη τὸν φυτεύοντα περσέαν διελθεῖν πολλὰ σώ-

IX. Dicam autem vobis, quomodo & animæ in alia quoque corpora [8] transfunduntur. In hoc primo purgatur aliquid ex ea parum; deinde transfunditur in canem, aut in camelum, aut in alterius animalis corpus. Quod si [9] homicidium commisit, anima in elephantiacorum corpora transfunditur; quod si messem secuit; in mutos. Nomina autem animæ sunt ista, [10] Mens, Sensus, Prudentia, Intellectus, Cogitatio. Messores autem qui messem metunt, conferuntur principibus, * qui ex materia orti, in tenebris sunt, ex quo manducaverunt de primi hominis armatura. Propter quod necesse est eos transfundi in fœnum aut in faseolum, [11] aut in hordeum, aut in D olera, ut & ipsi desecentur & demetantur: & qui manducant panem, [12] necesse est, ut & ipsi manducentur, panem effecti. Qui occiderit pullum, & ipse pullus erit; qui murem, mus etiam ipse erit. Si quis vero est dives in hoc mundo, cum exierit de corpore suo, necesse est eum in corpus pauperis injici, [13] ita ut ambulet, & mendicet, & post hæc eat in pœnas æternas. Cum ergo corpus hoc principum sit, & materiæ, necesse est eum, qui plantaverit perseam, transire per multa corpora, usquequo [14] persea illa

* Melior in seqq. Epiphanii lectio, quæ sic latine sonat: *Amoris æstro aguntur, cumque eam assequi nequeant, extra mentem acti, præ amore & cupiditate mirum in modum exardescunt. Quum igitur, accurrentibus illis, virgo se ex illorum aspectu subduxerit, tunc, &c.*

1. Male codex Bobiensis, *libidinis amoris calorem; cum ergo currentibus eis post eam, virgo, &c.*

2. Idem codex, *sudat ei ex tribulatione;* prava lectio.

3. Epiphanius habet ex versione Petavii: *Sic & Princeps alter, Messor appellatus, si Virginis illecebra capiatur, pestem in universam terram perdendis hominibus immittit.* In textu tamen græco, *Messis* est, non *Messor*: sed fortasse legendum θερισμοῦ.

4. Codex Casinensis, *effundit famem*. Bobiensis, *effundet famem*. Sed nos ex seqq. & ex Epiphanio, *pestem*, substituimus. Facile autem fuit veteri latino interpreti ob similitudinem vocum, λιμὸς, *fames*, & λοιμὸς, *pestis*, in hunc errorem incidere.

5. Epiphanius habet, *Et omnes homines radices habent infra cum superioribus connexas.*

6. Codex Bobiensis, *tunc cum incipiet.*

7. Apud Epiphanium legitur, *Quod si superiores partes radicum præ labore quatiantur, terræ motus fit, atque consequitur, Omophoro quidem insimul concusso.*

8. Codex Bobiensis, *transferuntur;* mala lectio. Epiphanius habet, *quomodo anima in quinque corpora transfundatur. Primum, &c.*

9. Codex Bobiensis, *homicidium admisit, anima in elephantorum corpora*. In Casinensi scribitur, *in elefantia eorum corpora*, quod procul dubio, *elephantiacorum*, legi debet. Epiphanius tamen habet, κελεφῶν, *colephorum*, ignotum mihi animal.

E

10. Petavius melius vertit apud Epiphanium, *Mens, notio, intelligentia, cogitatio, ratiocinatio.*

* Codex Bobiensis, *qui ex materia horti*, typographorum, ut videtur, errore. Apud Epiphanium legitur, *qui ab initio in tenebris sunt.*

11. Codex Bobiensis male, *faseolum.*

12. Codex Bobiensis, *necesse est, & ipsum manducari panem effectum. Quod si occiderit pullum, & ipse pullus erit. Quis vero est dives.* Sed Epiphanius cum Casinensi codice convenit. Male autem in margine emendavit Valesius, *Quisquis vero est dives.*

13. Codex Bobiensis, *ut ambulet, mendicet.*

14. Male in Casinensi codice legebatur, *per se ad illam.* Porro περσέα Petavius vertit, *Persica arbor*. Vide Epiphanium num. 9.



ματα, ἕως ἂν καταβληθῇ ἡ περσέα ἐκείνη. εἰ δέ τις οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ οἰκίαν, διασπαραχθήσεται εἰς τὰ ὅλα σώματα. εἴ τις λούεται εἰς τὸ ὕδωρ, τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν πήσσει. καὶ εἴ τις οὐ δίδωσι τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ εὐσέβειαν, κολασθήσεται εἰς τὰς γενεὰς, καὶ μετενσωματοῦται εἰς κατηχουμένων σώματα, ἕως οὗ δῷ εὐσεβείας πολλάς. καὶ διὰ τοῦτο, εἴ τι κάλλιστον ἐν βρώμασι, τοῖς ἐκλεκτοῖς προσφέρουσι. καὶ ὅταν μέλλωσιν ἐσθίειν ἄρτον, προσεύχονται πρῶτον, οὕτω λέγοντες πρὸς τὸν ἄρτον, οὔτε σε ἐγὼ ἐθέρισα, οὔτε ἤλεσα, οὔτε ἔθλιψά σε, οὔτε εἰς κλίβανον ἔβαλον· ἀλλὰ ἄλλος ἐποίησε ταῦτα, καὶ ἤνεγκέ μοι, ἐγὼ ἀναιτίως ἔφαγον. καὶ ὅταν καθ' ἑαυτὸν εἴπῃ ταῦτα, λέγει τῷ κατηχουμένῳ· ηὐξάμην ὑπὲρ σοῦ, καὶ οὕτως ἀφίσταται ἐκεῖνος. ὡς γὰρ εἶπον ὑμῖν πρὸ ὀλίγου, εἴ τις θερίζει θερισθήσεται· οὕτως ἐὰν εἰς μηχανὴν σῖτον βάλλῃ, βληθήσεται καὶ αὐτὸς, ἢ φυράσας φυραθήσεται, ἢ ὀπτήσας ἄρτον ὀπτηθήσεται· καὶ διὰ τοῦτο ἀπείρηται αὐτοῖς ἔργον ποιῆσαι. καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινὲς, τῶν φωστήρων δυνάντων ἀπὸ τούτου τοῦ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσι. καὶ εἴ τις περιπατεῖ χαμαὶ, βλάπτει τὸν ἀέρα. ἐπειδὴ ὁ ἀὴρ ψυχή ἐστι τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πετεινῶν καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ἑρπετῶν. καὶ εἴ τις ἐν κόσμῳ ἐστὶν, εἶπον ὑμῖν, ὅτι τὸ σῶμα τοῦτο οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης ἐστὶ καὶ σκότος ἐστὶ, καὶ αὐτὸ σκοτωθῆναι δεῖ.

quam plantaverat, concidat. Qui autem ædificaverit sibi domum, [1] dispergetur per omnia corpora. Si quis laverit se in aqua, animam suam [2] vulnerat; & qui non præstiterit electis ejus [3] alimenta, pœnis subdetur [4] gehennæ, & transformatur in catechumenorum corpora, usquequo faciat misericordias multas: & propterea si quid optimum est in escis, [5] offerunt illud electis: & cum voluerint manducare panem, orant primo, ista dicentes ad panem, Neque ego te messui, neque molui, neque [6] tribulavi, nec in clibanum te misi; alius te fecit, & detulit te mihi; ego innocenter te [7] manduco. Et cum intra semet ipsum hæc dixerit, [8] respondet ad eum qui ei detulit: oravi pro te; & ille discedit ita. Sicut ergo dixi vobis paullo ante, si quis messuerit, demetetur; ita & si quis frumentum in molam miserit, etiam ipse mittetur in molam, aut si quis consperserit, conspergetur, [9] aut si panem coxerit, excoquetur; & propter hoc illicitum est apud eos opus facere. Et iterum dicunt esse [10] alios quosdam, præter hunc quem videmus, mundos, quibus hujus mundi luminaria, cum heic occiderint, oboriuntur. [11] Et illi dicunt, si quis ambulat in terra, lædit terram, & [12] qui movet manum, lædit aerem quia aer anima est hominnm, & animalium, & volatilium, & piscium, & [13] repentium, & si quid est in hoc mundo: dixi enim vobis, quia [14] corpus hoc non est Dei, sed materiæ est tenebrarum, & ideo necesse est illud obscurari.

Περὶ δὲ τοῦ παραδείσου, (οὐ) καλεῖται κόσμος. ἔστι δὲ τὰ φυτὰ τὰ ἐν αὐτῷ, ἐπιθυμία, καὶ ἄλλαι ἀπάται, διαφθείρουσαι τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων. τὸ δὲ ἐν παραδείσῳ φυτὸν, ἐξ οὗ γνωρίζουσι τὸ καλὸν, αὐτό ἐστιν ὁ Ἰησοῦς· ἡ γνῶσις αὐτοῦ, ἡ ἐν τῷ κόσμῳ· ὁ δὲ λαμβάνων, διακρίνει τὸ καλὸν, καὶ τὸ πονηρόν. ὁ μέν τοι κόσμος, οὐδ' αὐτός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἢ ἀπὸ μέρους τῆς ὕλης ἐπλάσθη, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ἀφανίζεται· ὃ δὲ ἐσύλησαν οἱ ἄρχοντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, αὐτό ἐστι τὸ γεμίζον τὴν σελήνην, τὸ καθαριζόμενον καθημερινὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου· καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἡ ψυχὴ, μὴ γνοῦσα τὴν ἀλήθειαν, παραδίδοται τοῖς δαίμοσιν, ὅπως δαμάσωσιν αὐτὴν ἐν ταῖς γεέννais τοῦ πυρός· καὶ μετὰ τὴν παίδευσιν μεταγγίζεται εἰς σώματα, ἵνα δαμασθῇ, καὶ οὕτω βάλλεται εἰς τὸ μέγα πῦρ, ἄχρι τῆς συντελείας. περὶ δὲ τῶν παρ' ὑμῖν προφητῶν, οὕτως λέγει· πνεῦμα εἶναι ἀσεβείας, ἤτοι ἀνομίας τοῦ σκότους, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνελθόντος. καὶ διὰ τοῦτο πλανηθέντες οὐκ ἐλάλησαν· ἐτύφλωσε

X. Paradisus autem [15] qui vocatur mundus, & arbores quæ in ipso sunt, concupiscentiæ sunt, & ceteræ seductiones corrumpentes [16] cogitationes hominum. Illa autem arbor quæ est in Paradiso, ex qua agnoscitur bonum, ipse est Jesus, & [17] scientia illius quæ est in mundo; quam qui acceperit, discernit bonum a malo. Mundus autem nec ipse est Dei, sed [18] ex parte materiæ plasmatus, & ideo omnia exterminantur. Quod autem furati sunt principes a primo homine, ipsum est quod adimplet lunam, quod quotidie purgatur a mundo: [19] & si exierit anima quæ non cognoverit veritatem, traditur dæmonibus, ut eam doment in gehenna ignis: & postea quam [20] correcta fuerit, transfunditur in alia corpora, ut dometur, & ita injicitur in illum magnum ignem usque ad consummationem. De prophetis autem qui [21] apud vos sunt, hæc dicit, spiritus esse impietatis sive iniquitatis tenebrarum illarum, quæ ab initio [22] ascenderunt, a quibus decepti, non sunt locuti in veritate; excœcavit enim princeps ille [23] mentes ipsorum; & si quis sequitur ver-

1. Codex Bobiensis, *Dispergitur*. Epiphanius habet ut codex Casinensis.
2. In græco Epiphanii est πήσσει, *frigore adstringit, congelat*. Latinus tamen interpres legisse videtur πλήσσει.
3. Apud Epiphanium scribit, εὐσέβειαν, *pietatem*.
4. Epiphanius, *per multas generationes, pœnas expendet*.
5. Codex Bobiensis, *offerunt illud illis electis*. Casinensis, *offerre illud electis*; sed ex Epiphanio legendum ut edidimus.
6. In græco Epiphanii ἔθλιψα, *subegi*, eo sensu quo farinam subigere dicimus.
7. Casinensis, *Manduco & solvo*. Sed nos Bobiensis codicis, & Epiphanii lectionem expressimus.
8. Codex Bobiensis, *Respondet ad illum, qui detulit: oravi pro te. Si quis messuerit, demetetur &c.* Epiphanius habet: *Dicit catechumeno, oravi pro te, & ita ille discedit. Nam, sicut ego paullo ante dixi, si quis messuerit, demetetur*. Sed melior latini interpretis lectio.
9. Codex Bobiensis, *Ita & si quis panem*.
10. Idem codex, *Alios præter hunc quem videmus, mundum*.
11. Codex Bobiensis, *Et ibi dicunt*.
12. Idem codex, *Qui levat manum*.
13. Idem codex, *repentium. Et si quod*.
14. Codex Bobiensis, *Corpus hoc non illud necesse est obscurari*. Sed mutilum hunc locum esse patet ex Epiphanio, qui cum Casin. cod. concordat. Nisi quod habet Epiphanius, *Sed materia est, ipsumque corpus obscuritas est*.
15. Hinc patet apud Epiphanium legi debere ὃς καλεῖται κόσμος; non autem, οὐ καλεῖται κόσμος.
16. Codex Bobiensis, *cogitationem*. Epiphanius habet, *Cogitationes hominum illorum. Arbor autem*. Sed melior videtur latini interpretis lectio.
17. Codex Bobiensis, *& scientia ejus*. Epiphanius, γνῶσις *cognitio*, vel etiam *scientia*. Hinc autem patet legendum esse apud eumdem, καὶ ἡ γνῶσις αὐτοῦ, *ejusque cognitio*.
18. Ita apud Epiphanium, & in codice Bobiensi. At Casinensis, *ex materia*.
19. Codex Bobiensis, *& si exierit, animamque non cognoverit veritas, tradetur*. Sed codicis Casinensis lectionem firmat Epiphanius.
20. Codex Bobiensis, *correpta fuerit, transfundetur*. Casinensis, *correpta fuerit, transfunditur*. Nos tamen, *correcta fuerit*, edidimus ex Epiphanio.
21. Hinc patet apud Epiphanium pro ὑμῖν non esse legendum ἡμῖν, ut Petavius in margine emendandum esse monuit; nam hæc Turbo videtur narrasse antequam hæresim deposuisset. Vide pag. seq. not. 8.
22. Codex Bobiensis, *Ascenderunt, quibus deceptis*. Epiphanius, *Et ob id aberrantes*. Male autem ibi expungendam esse negativam particulam censuit Petavius, eam enim antiquus latinus interpres retinet; qui tamen legisse videtur in græco textu οὐκ ἐλάλησαν ἐν ἀληθείᾳ.
23. Codex Bobiensis, *mentem illorum*. Ita & Epiphanius

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



γὰρ αὐτῶν ὁ ἄρχων τὴν διάνοιαν· καὶ εἴ τις ἀκολουθεῖ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ἀποθνήσκει εἰς τοὺς αἰῶνας, δεδεμένος εἰς τὴν βῶλον, ὅτι οὐκ ἔμαθε τὴν γνῶσιν τοῦ Παρακλήτου. ἐνετείλατο δὲ τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ μόνοις, οὐ πλέον ἑπτὰ οὖσι τὸν ἀριθμὸν, ἐὰν παύσησθε ἐσθίοντες, εὔχεσθε, καὶ βάλλετε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔλαιον ἐξωρκισμένον ὀνόμασι πολλοῖς, πρὸς στηριγμὸν τῆς πίστεως ταύτης· τὰ δὲ ὀνόματά μοι οὐκ ἐφανερώθη· μόνοι γὰρ οἱ ἑπτὰ τούτοις χρῶνται. καὶ πάλιν τὸ παρ' ὑμῖν τίμιον καὶ μέγα ὄνομα Σαβαὼθ, αὐτὸ εἶναι τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πατέρα τῆς ἐπιθυμίας· καὶ διὰ τοῦτο ἁπλάριοι προσκυνοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν, θεὸν αὐτὴν ἡγούμενοι. περὶ δὲ τοῦ Αδὰμ πῶς ἐκτίσθη, λέγει οὕτως· ὅτι ὁ εἰπὼν, δεῦτε, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' B ὁμοίωσιν, ἢ καθ' ἣν εἴδομεν μορφὴν, ἄρχων ἐστὶν, ὁ εἰπὼν τοῖς ἑτέροις ἄρχουσιν, ὅτι δεῦτε, δότε μοι ἐκ τοῦ φωτὸς οὗ ἐλάβομεν, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἡμῶν τῶν ἀρχόντων μορφὴν, καθ' ἣν εἴδομεν, ὅ ἐστι πρῶτος ἄνθρωπος· καὶ οὕτως ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον. τὴν δὲ Ευαν ὁμοίως ἔκτισαν, δόντες αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν, πρὸς τὸ ἐξαπατῆσαι τὸν Αδάμ· καὶ διὰ τούτων γέγονεν ἡ πλάσις τοῦ κόσμου, ἐκ τῆς τοῦ ἄρχοντος δημιουργίας.

Τὸν δὲ Θεὸν μὴ ἔχειν μέρος μετ' αὐτοῦ τοῦ κόσμου, μηδὲ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς σεσυλῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ γενέσθαι αὐτῷ θλίψιν. τούτου χάριν πέμπει, καὶ συλᾷ ἀπ' αὐτῶν τὴν ψυχὴν C αὐτοῦ καθ' ἡμέραν διὰ τῶν φωστήρων τούτων, ἡλίου καὶ σελήνης, ὑφ' ὧν ὅλος ὁ κόσμος καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἁρπάζεται. τὸν δὲ λαλήσαντα μετὰ Μωϋσέως, καὶ τῶν Ιουδαίων, καὶ τῶν ἱερέων, τὸν ἄρχοντα λέγει εἶναι τοῦ σκότους· ὥστε ἕν εἰσι, καὶ τὸ αὐτὸ οἵ τε Χριστιανοὶ, καὶ οἱ Ιουδαῖοι, καὶ οἱ ἐθνικοὶ, τὸν αὐτὸν Θεὸν σέβοντες· ἐν γὰρ ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἐξαπατᾷ αὐτοὺς, οὐκ ὢν ἀληθείας Θεός. διὰ τοῦτο οὖν ὅσοι ἐπ' ἐκεῖνον ἐλπίζουσι τὸν Θεὸν, τὸν μετὰ Μωϋσέως λαλήσαντα καὶ τῶν προφητῶν, μετ' αὐτοῦ ἔχουσι δεθῆναι, ὅτι οὐκ ἤλπισαν ἐπὶ τὸν Θεὸν τῆς ἀληθείας. ἐκεῖνος γὰρ μετὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἐλάλησε μετ' αὐτῶν. μετὰ δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ τέλει λέγει, καθὼς αὐτὸς ἔγραψεν, ὁ πρεσβύτης, ὅταν προφανῇ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, τότε ὁ D Ωμοφόρος ἀφίησιν ἔξω τὴν γῆν, καὶ οὕτως ἀπολύεται

A ba ipsorum, morietur in sæcula, [1] devinctus intra massam, quoniam non didicit scientiam Paracliti. Præcipit autem electis suis solis, [2] qui non sunt amplius quam septem numero, ut cum [3] desinerent manducantes, orarent, & mitterent oleum super caput, [4] exorcidiatum (α), invocatis nominibus plurimis, ad confirmationem fidei [5] hujus: nomina tamen mihi non manifestavit; [6] soli enim illi septem utuntur his nominibus. Et [7] iterum hoc, quod [8] apud vos magnum & honorabile [9] est, nomen Sabaoth, ille dicit naturam esse hominis, & patrem concupiscentiæ; & propterea, inquit, [10] simpliciores adorant concupiscentiam, deum eam putantes. De Adam vero quomodo creatus sit, [11] ita dicit, quia qui dicit; [a] *Venite, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, [12] secundum eam quam videmus formam, princeps est qui hæc dicit ad collegas suos principes: id est, Venite, date mihi de lumine quod accepimus, & faciamus secundum [13] nostram, qui principes sumus, formam, & secundum eam quam videmus, quod est primus homo: & ita hominem creaverunt. [14] Evam quoque similiter fecerunt, dantes ei de concupiscentia sua ad decipiendum Adam: & per hæc factum est figmentum [15] mundi per conditionem principis.

XI. [16] Deum vero non habere partem cum mundo, nec gaudere super eo, [17] quod ab initio [18] furtum passus sit a principibus, & oborta fuerit ei tribulatio: hac de caussa mittit, & furatur ab eis animam suam quotidie per luminaria hæc, id est, per solem & lunam, per quos universus mundus & omnis creatura [19] raptatur. Illum vero qui locutus est cum Moyse & Judæis & sacerdotibus, principem dicit esse tenebrarum: & ideo unum atque idem sunt Christiani, & Judæi, & [20] Gentes, eumdem Deum colentes; in concupiscentiis enim suis seducit eos, quia non est Deus veritatis. Propter hoc ergo quicumque in illum Deum [21] sperant, qui cum Moyse locutus est & Prophetis, cum ipso habent vinculis tradi, quia non speraverunt in Deum veritatis; ille enim secundum concupiscentias suas locutus est cum eis. Post hæc vero omnia ad ultimum dicit, [22] sicut ipse scripsit: Senior cum manifestam fecerit ejus imaginem, tunc ipse Omophorus extra se terram derelinquit, & ita dimit-

a Gen. I. 26.

1. Codex Bobiensis, *devictus*, quod est contra græci textus sensum.
2. Idem codex, *Qui sunt*, mala lectio.
3. Codex Bobiensis, *desinerint*.
4. Oleum *exorcidiatum* ait, pro exorcizatum, contra quam veteres interdum scribere solebant: heic enim syllaba *za* in *dia* convertitur; illi autem præpositionem græcam διά, & *j* consonans vocalibus adjunctum in *z* mutabant; sic *Zabulus*, pro *Diabolus*, & similia. Vide Barthium in notis ad Phœbadium cap. 1.
5. Codex Bobiensis, *ad confirmationem fidei. Hujus nomina*. Casinensis, *ad confirmationem fidei. Horum nomina*. Nos juxta fidem græci apud Epiphanium textus emendavimus; *ad confirmationem fidei hujus. Nomina tamen*, &c.
6. Codex Casinensis, *soli autem*.
7. Bobiensis codex, *iterum quod*.
8. Hinc patet apud Epiphanium legendum non esse ὑμῖν, ut paullo ante monuimus.
9. Codex Bobiensis, *esset*.
10. Quid Manichæis ἀπλαρίων, vox significaret, eruditis explorandum reliquit Petavius. Verum hoc nomine Catholicos, quasi *simpliciores*, ut antiquus latinus interpres transtulit, ab eisdem designatos fuisse ex anathematismis, quos olim apud Græcos publice emittebant Manetis asseclæ, ad catholicam fidem venientes, probat Ducangius in Glossario mediæ & infimæ Græcitatis. Male autem in Cæsareæ bibliothecæ scripto codice, ex quo eosdem anathematismos a Clarissimo Viro Jacobo Tollio humanissime descriptos habeo, pro ἀπλαρίους, scribitur ἀπλαναρίους. Meliore tamen vocabulo eos ἁπλουστέρους vocat Manes in epistola ad Marcellum superius relata.
11. Idem codex, *ita dicit. Venite*. Sed hæc mera est librarii hallucinatio. Ceterum dolose corruptum fuisse a Manete hunc Geneseos locum additione vocis, *Venite*, testis est Epiphanius num. 56.
12. Idem codex, *& secundum*.
13. Codex Bobiensis, *nostram, qua;* lectio improbanda.
14. Codex Bobiensis, *Qui Evam*.
15. Male Casinensis codex, *mundum*.
16. Codex Bobiensis, *Dominum vero non habere patrem cum* E *mundo*. Typographi forsitan error.
17. Codex Bobiensis, *propter quod*.
18. Male codex Casinensis, *furcam*.
19. Codex Bobiensis, *rapatur*. Valesius autem recte correxit, *raptatur*.
20. Codex Casinensis, *Gentes unum Deum*. Codex autem Bobiensis, *Gentiles eumdem Deum*, quam lectionem, consona cum esset Græco apud Epiphanium textui, nos retinuimus.
21. Male codex Bobiensis, *superant*.
22. Casinensis & Bobiensis codices habent, *Sicut ipse senior scripsit. Cum manifestam*. At nos ex Epiphanio unius vocis transpositione locum restituimus. Senior autem ille, hoc est, πρεσβύτερος, idem esse videtur cum eo, quem infra Seniorem tertium vocat. Præterea codex Bobiensis, pro *fecerit*, habet *feceris*.

(α) *Exorcidiatum*] Quod attinet ad ea quæ heic observat cl. Zacagnius, vide sis adnotata inferius ad Commodianum *Instr.* xxxv. v. 543.

τὸ μέγα πῦρ, καὶ ὅλον ἀναλίσκει τὸν κόσμον, εἶτα πάλιν ἀφίησι τὸν βῶλον μετὰ τοῦ νέου αἰῶνος, ὅπως πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν δεθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα. τότε δὲ ταῦτα γενήσεται, ὅταν ὁ ἀνδριὰς ἔλθῃ. αἱ δὲ προβολαὶ πᾶσαι, ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἐν τῷ μικρῷ πλοίῳ, καὶ ἡ μήτηρ τῆς ζωῆς, καὶ οἱ δώδεκα κυβερνῆται, καὶ ἡ παρθένος τοῦ φωτὸς, καὶ ὁ πρεσβύτης ὁ τρίτος, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, καὶ τὸ ζῶν πνεῦμα καὶ τὸ τεῖχος τοῦ μεγάλου πυρὸς, καὶ τὸ τεῖχος τοῦ ἀνέμου, καὶ τοῦ ἀέρος, καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ ἔσωθεν πυρὸς τοῦ ζῶντος, πρὸς τὸν μικρὸν φωστῆρα οἰκοῦσιν, ἄχρις ἂν τὸ πῦρ καταναλώσῃ τὸν κόσμον ὅλον; ἐν ποσοῖς ποτὲ ἔτεσιν, ὧν οὐκ ἔμαθον τὴν ποσότητα. καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκατάστασις ἔσται τῶν δύο φύσεων. καὶ οἱ ἄρχοντες οἰκήσουσι τὰ κατώτερα μέρη ἑαυτῶν, ὁ δὲ Πατὴρ τὰ ἀνώτερα, τὸ ἴδιον ἀπολαβών. ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν παρέδωκε τοῖς τρισὶν αὐτοῦ μαθηταῖς, κελεύσας ἕκαστον εἰς κλίματα ὁδεύειν. καὶ ὁ μὲν Ἀδδας τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη ἔλαχεν, ὁ δὲ Θωμᾶς τὴν Σύρων γῆν κεκλήρωται, Ἑρμείας δὲ ἄλλος τὴν εἰς Αἴγυπτον πορείαν ἐποιήσατο. καὶ μέχρι σήμερον ἐκεῖσε διατρίβουσι, τὴν τοῦ δόγματος ὑπόθεσιν στῆσαι θέλοντες,

titur magnus ille ignis, qui mundum consumat universum. Deinde iterum [1] dimittunt animam, quæ objicitur inter medium novi sæculi, ut omnes animæ peccatorum [2] vinciantur in æternum. Tunc autem hæc fient, [3] cum statuta venerit dies. [4] Prolationes autem omnes Jesus est in modica navi, & Mater vitæ, & duodecim Gubernatores, & Virgo lucis, & Senior tertius. Unde [5] & majori in navi vivens spiritus adhibetur, & murus illius ignis magni, & murus venti, & aeris, [6] & aquæ, & interioris ignis vivi, quæ omnia in luna habitabunt, usquequo totum mundum ignis absumat: in quot autem annis, numerum non didici. Et post hæc restitutio erit duorum [7] luminarium, & principes habitabunt in inferioribus [8] partibus suis: Pater autem in superioribus, quæ sua sunt recipiens. Hæc est omnis doctrina quam tradidit tribus discipulis suis, & jussit eos in tres mundi [9] plagas proficisci. [10] Adda partes sortitus est Orientis; Thomas vero Syrorum terras suscepit; Hermas vero ad Ægyptum profectus est: & usque in hodiernum, ibi degunt, dogmatis hujus gratia prædicandi.

XII. [11] Hæc cum Turbo dixisset, vehementer accendebatur Archelaus; Marcellus vero non movebatur, Deum exspectans, [12] auxilium veritati suæ futurum: Archelao autem erat cura pro populo, tamquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis [13] replevit, & in Archelai [14] episcopi domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes, adducens secum juvenes, & virgines electos [15] ad viginti duo simul: & primo omnium Turbonem [16] requirebat pro foribus Marcelli; quem cum non invenisset, ad Marcellum ingreditur salutandum. Quo ille viso, admiratus est primo habitus indumenta; habebat enim calciamenti genus, quod [17] quadrisole vulgo appellari solet; pallium autem varium, tamquam [18] aerina specie; in manu vero validissimum baculum tenebat ex ligno [19] ebelino; Babilonium vero librum portabat sub sinistra ala; [20] crura etiam braccis obtexerat colore diverso, quarum una rufa, alia velut prasini coloris erat: [21] vultus vero ut senis Persæ (α) artificis, & bellorum ducis videbatur. Igitur Marcellus statim ad Archelaum mittit, qui cum verbo citius affuisset, invehi in eum animo urgebatur ex ipso habitu ac specie ejus, [22] & maxime quidem, quod & quæ Turbone referente cognoverat; secretius factum apud semet ipsum retractaverat, & diligenter præparatus advenerat. At vero prudentis-

1. Codex Bobiensis, *dimittitur anima, quæ objicior inter medium novi sæculi*. Græca sonant, *Deinde iterum glebam novo cum æone mittit, ut omnes peccatorum animæ in æternum vinculis constrictæ teneantur*. Unde autem tanta inter textum græcum, & latinam versionem diversitas oriatur, ignoro.

2. Codex Bobiensis, *vincantur*, quam lectionem mendosam esse græcus apud Epiphanium textus evincit.

3. Codex Bobiensis, *cum ista tota venerit, probationes, &c.* Sed apud Epiphanium est, *cum statua venerit*.

4. Hic locus mire in Bobiensi etiam codice est depravatus, in quo sic legitur: *Probationes autem omnes, Jesus est in modica navi, & Mater vitæ, & duodecim Gubernatores, & Virgo lucis, & Senior tertius. Unde & major in navi vivens Spiritus adhibetur, & murus ignis illius magni, & murus venti & aeris, & aqua interioris ignis vivensque. Omnia in luna hab.tabunt usquequo totum mundum ignis absumat; in quem autem annorum, numerum non didici*. Videtur autem antiquus interpres non bene intellexisse quibusdam in locis vim græci textus, cujus verba apud Epiphanium ita latine sonant ex versione nostra. *Cunctæ vero propagationes, seu prolationes potestatum ex bono Deo, nempe, Jesus, qui in minori navigio manet, & vitæ Mater, & Gubernatores duodecim, & Virgo lucis, & Senior tertius, qui in majore navigio residet, & vivens Spiritus & ingentis ignis murus, & murus venti, & aeris, & aquæ, & interioris ignis viventis; hæ inquam omnes propagationes, seu prolationes, apud minus luminare habitant, quousque ignis universum mundum absumat; id quod certo annorum spatio continget, quorum numerum nescio*. Sed de his Manichæorum ineptiis commodior nobis agendi locus erit in Manichæorum historia.

5. Codex Casinensis, *majore navi*. Legendum autem *majori in navi*. Græci enim textus apud Epiphanium hic est sensus.

6. Codex Bobiensis, *& aquæ interioris ignis vivensque*. Casinensis, *eaque interioris vivi*. Nos ex græco textu latinum correximus.

7. Codex Casinensis, *luminariorum*. Græca sonant, *duarum naturarum*.

8. Heic lacuna est in codice Bobiensi, in quo etiam *recipies*, perperam legitur.

9. Hinc patet recte Petavium in græco hujus loci textu pro κλήματα, ut perperam legitur in Basileensi Epiphanii operum editione, substituisse κλίματα.

10. Codex Bobiensis, *ex quibus Adda*. Ceterum ex Codice Bobiensi, & Epiphanio Casinensem supplevimus, in quo nulla Thomæ mentio.

11. Huc usque Epiphanius.

12. Codex Bobiensis, *auxilio*.

13. Codex Bobiensis, *donavit*.

14. Vox, *episcopi*, deest in Bobiensi.

15. Codex Bobiensis, *ad duodecim*.

16. Codex Bobiensis, *requirit*.

17. Codex Bobiensis, *trifolium*. Persas altis calceis usos fuisse ait Strabo lib. xv.

18. Mire corruptus est heic Bob. cod. legit enim, *aer inaspici enim. Manus vero*.

19. Codex Bobiensis, *ebilino*. Baculum ex ebeno gestasse Prophetas, hoc est, sacrarum rerum interpretes ex Callisthene probat Ducangius in Glossario, verbo Ἐβίνιον.

20. Heic lacuna est in codice Bobiensi.

21. Casinensis, *Vultus erat*.

22. Codex Bobiensis non habet, *quidem*.

(α) *Artificis & bellorum ducis*] Ad hæc verba præstat in medium proferre quæ animadvertit Philippus Buonarruotius V. C. in opere Italice inscripto: *Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di Vetro*, edito Florentiæ 1716. pag. 69. Quum, inquit, hujus Disputationis Acta e Græco sint translata, hæc verba *artificis & bellorum ducis* quæ cum præcedentibus minus recte cohærent, versa videntur ab interprete qui exemplari mendoso usus fuerit, quique sic legerit ὡς δημιουργοῦ καὶ στρατηγοῦ, quum fuisset legendum ὡς δημάρχου καὶ στρατηγοῦ: quæ proinde verba hoc pacto vertenda essent, ut pro *artificis* legatur *principis populi sive tribuni*, & pro *bellorum ducis* legatur *magistratum gerentis*, juxta vim vocis στρατηγὸς; quæ quidem non tantum militare munus, sed etiam civile innuit. Idque confirmari potest auctoritate Plauti in *Curculione* Act. II. Scen. III. ℣. 6. 7. ubi utraque hæc vox cum aliis muniis civilibus jungitur. *Nec strategus .... nec demarchus* cet.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

ſimus Marcellus omni contentionum ſtudio ſublato, utrumque audire [1] decernit, invitatis viris primariis civitatis; ex quibus judices elegit, religione gentiles, quatuor numero, quorum hæc ſunt nomina, Manippus [2] Grammaticæ artis & diſciplinæ rhetoricæ peritiſſimus, Ægialeus archiater nobiliſſimus & litteris apprime eruditus, Claudius & Cleobolus duo fratres egregii [3] rhetores. Fit ergo magnificus conventus; ita ut domus Marcelli quæ erat immenſa, repleretur ex his qui ad audiendum fuerant [4] vocati: & cum in conſpectu omnium conſtitiſſent ii qui adverſum ſe dicere proponebant, tunc illi electi judices excelſiores omnibus conſederunt, atque Manæ dicendi initium datum eſt. Silentio igitur facto, [5] primum aggreſſus eſt hoc modo.

XIII. [6] Ego, viri fratres, Chriſti quidem ſum diſcipulus, apoſtolus vero Jeſu; pro nimia autem humanitate Marcelli adeſſe feſtinavi, ut qualiter oporteat obſervare modum divinæ religionis, eum edoceam: ne ſicut muta animalia, quæ intellectu carent nec quid agunt advertunt, ita etiam Marcellus, qui nunc ſe velut dedititium doctrinæ Archelai ſubjugavit, ad ultimum damno animæ feriatur, cum præparandæ divini cultus obſervantiæ ultra non habuerit facultatem. Scio autem & certus ſum, quod [7] emendato Marcello, etiam vos omnes ſalvi eſſe poteritis; ipſius enim judicio ſuſpenſa pendet urbs veſtra: quod ſi ab unoquoque veſtrum abjiciatur vana præſumtio, & ea quæ dicentur a me, veri amore audiantur, futuri ſæculi hereditatem, cælorum regna capietis. Sum quidem ego Paraclitus, qui ab Jeſu mitti prædictus ſum, [a] *ad arguendum mundum de peccato, & de* [8] *injuſtitia*. Sicut & qui ante me miſſus eſt Paullus, [b] *ex parte ſcire, & ex parte prophetare* ſe dixit, mihi reſervans quod perfectum eſt, ut hoc quod ex parte eſt deſtruam. Tertium ergo teſtimonium accipite, Apoſtolum me eſſe Chriſti electum: & ſi vultis mea verba ſuſcipere, invenietis ſalutem; nolentes autem, vos æternus ignis abſumere habet. Sicut enim Hymenæus & Alexander [c] *traditi ſunt ſatanæ, ut diſcerent non blaſphemare*; ita & vos omnes pœnarum principi trademini, pro eo quod manus injeciſtis in patrem Chriſti, cum eum dicitis cauſſam eſſe omnium malorum, & conditorem injuſtitiæ, & totius iniquitatis creatorem, ex eodem fonte dulcem & amaram producentes aquam: quod fieri aut intelligi nulla ratione poſſibile eſt. Cui enim oportet credi? magiſtris veſtris iſtis, qui carnibus veſcuntur & affluentiſſimis deliciis perfruuntur, aut Salvatori Chriſto Jeſu dicenti, ſicut ſcriptum eſt in Evangeliorum libro: [d] *Non poteſt arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere?* Et alio in loco, [e] patrem diaboli, mendacem & homicidam ab initio eſſe confirmat. [9] Rurſum deſiderium fuiſſe tenebris, ut inſequerentur illud, quod de luce initio fuerat prolatum Verbum, & [f] inimicum hominem zizaniorum ſeminatorem, & [g] principem ſeculi mundi hujus Deum, qui hominum mentes excæcat, ut in evangelio Chriſti deſerviant? Bonus eſt iſte Deus, qui ſuos homines ſalvari non vult? Et, ut ne multa alia revolvam & ſpatium temporis obteram, veræ doctrinæ [10] differens tempus, hæc dixiſſe ſufficiat, & ad propoſitum redeam, ut competenter oſtendam iſtorum abſurdam eſſe doctrinam, nec quicquam Deo & Patri Domini noſtri Salvatoris adſcribendum, ſed malorum noſtrorum cauſſam accipere ſatanam: in ipſum etenim rejiciendum, quod omnia hujuſcemodi mala ab ipſo generentur. Sed & ea quæ in prophetis & lege ſcripta ſunt, ipſi nihilominus adſcribenda ſunt; ipſe eſt enim, qui in prophetis tunc locutus eſt, plurimas eis de Deo ignorantias ſuggerens, & tentationes, & concupiſcentias. Sed & devoratorem eum ſanguinis & carnis oſtendunt; quæ omnia ad eum pertinent ſatanam & ad prophetas ejus, quæ transformare voluit in patrem Chriſti, & ſcribere pauca quædam vera, ut per hæc etiam cetera quæ ſunt falſa, crederentur. Unde bonum nobis eſt ex omnibus quæ uſque ad Joannem ſcripta ſunt, nihil omnino ſuſcipere, a diebus vero ejus evangelizatum regnum cælorum ſolum amplecti: ſemet ipſos enim irriſerunt, ridicula & ludicra introducentes, exiguis quibuſdam verbis in lege adumbratis, ignorantes quia malis ſi admiſcerentur bona, malorum corruptione etiam quæ bona ſunt, exterminantur. Et ſi quidem eſt quiſquam, qui poſſit oſtendere, legem recti tenentem eſſe, debet cuſtodiri; ſin autem malam oſtendere, interimenda eſt & abjicienda, quippe quæ [11] mortis [h] miniſterium continet informatum, quæ vultus Moyſi gloriam, contegens, deſtruxit. Non eſt igitur ſine periculo cuiquam veſtrum pariter cum lege & prophetis novum [12] teſtamentum, tamquam unius ſint utraque, docere; quippe cum renovet de die in diem Salvatoris noſtri eruditio: illa vero veteraſcens & ſeneſcens prope exterminium fiat. Quod manifeſtum eſt his, qui diſcretionem habere poſſunt; quia ſicut arboris cum ſenuerint rami, vel truncus fructum ultra non affert, ſed abſcinduntur, & membra corporum cum corrupta fuerint, amputantur: corruptionis enim virus ex membris per omne corpus infunditur, & niſi artificis diligentia remedium morbus acceperit, corpus omne vitiatur; ita ergo & recipientes legem, niſi cognoveritis cujus ſit, animas cum ſalute perdetis. [i] *Lex enim, & Prophetæ uſque ad Joannem Baptiſtam*; a Joanne vero lex veritatis, lex promiſſionum, lex cælorum, lex annuntiatur humano generi nova. Equidem donec non erat qui veriſſi-

a Joan. XVI. 8. *b* I. Cor. XIII. 9. *c* I. Tim. VII. 30. *d* Matth. VII. 18. *e* Joan. VIII. 44. *f* Matth. XIII. 25. *g* Epheſ. VI. 12. *h* II. Cor. VI. 7. *i* Luc. XVI. 16.

1. Codex Caſinenſis male, *cernit*.
2. Codex Bobienſis, *Grammaticus & diſciplinæ rhetoricæ artis peritiſſimus, & Ægidius*. Horum autem Judicum primum, Gentilium Philoſophiæ profeſſorem, ſecundum Medicum, tertium Grammaticum, quartum Rhetorem facit Epiphanius num. 10.
3. Codex Caſinenſis, *Rectores*.
4. Codex Bobienſis, *convocati*.
5. Codex Caſinenſis, *plurima*.
6. Huc uſque Valeſius edidit ex codice Bobienſi.
7. In codice Caſinenſi, *enim dato*.
8. Videtur hic locus a Manete, vel ab imperito librario corruptus; nam in ſacro textu, *juſtitia*, ſcribitur contrario ſenſu. Varia autem ſacræ Scripturæ loca doloſe interpolaſſe, atque corrupiſſe Manetem diſerte Archelaus aſſerit infra cap. 53. & ex Epiphanio colligitur in ejuſdem hæreſi num. 56.
9. Videtur reſpicere Manes ad illa Joan. I. 5. *Et tenebræ eum non comprehenderunt*.
10. In codice Caſinenſi, *differens* legitur.
11. Hic unus ex illis ſacræ Scripturæ locis eſſe videtur, quos Manes, Archelao teſte in cap. 53. hujus diſputationis, ad ſuam fulciendam hæreſim corrupit: nam diverſum ſenſum præ ſe ferunt Paulli verba ad quæ reſpicit, tam in vulgata editione, quam apud Archelaum noſtrum infra cap. 43.
12. Ita Codicis Caſinenſis lectionem correximus, in quo ſcriptum eſt, *novum teſtimonium, tum tamquam*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

mam scientiam Domini nostri Jesu vobis ostenderet, peccatum non habebatis: nunc autem & videtis, & auditis, [1] & in inscitias ire vultis, ut legem quæ destructa est & relicta, [2] sicut Paullus qui apud vos probatissimus habetur, ait in quadam epistola sua hoc modo: [a] *Si enim quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me constituo.* Hoc autem dicit, gentiles eos judicans, propter quod [b] sub elementis mundi essent, priusquam venerit plenitudo fidei, credentes in lege & prophetis.


XIV. Judices dixerunt: Si quid adhuc manifestius habes, dic de doctrinæ tuæ modo, & fidei titulo. Manes dixit: Ego duas naturas esse dico, unam bonam, & alteram malam; & eam quidem quæ bona est, in quibusdam partibus habitare; malam vero esse tam mundum hunc, quam omnia quæ in eo sunt, quæ quasi ergastula in parte maligni posita sunt, sicut ait Joannes: [c] *Totus mundus in maligno est positus*, & non in Deo. Propterea duo loca esse diximus, unum bonum, & alium qui extra eum est, ut in his spatium habens, posset in se suscipere creaturam mundi. Si enim dicimus monarchiam unius naturæ, & omnia Deum replere, & nullum esse extra eum locum, quis erit creaturæ susceptor? ubi gehenna ignis? ubi tenebræ exteriores? ubi fletus? In ipso dicam? Absit; alioquin etiam ipse in his pariter cruciabitur. Non ista sentiatis quicumque salutis vestræ curam geritis; exemplum enim vobis dicam, ut plenius intelligatis. Unum vas est mundus; quod Dei substantia totum hoc vas replevit, quomodo jam potest in ipso vase aliquid amplius reponi? Si repletum est, quomodo suscipiet quod ponitur, nisi evacuetur de vase pars aliqua? Aut quo proficiet quod evacuabitur, cum locus non sit? Ubi terra? ubi cælum? ubi abyssus? ubi stellæ? ubi sedes? ubi potestates? ubi principes? ubi tenebræ exteriores? quis est qui horum posuit fundamenta, & ubi? Non potest aliquis dicere, nisi forte blasphemet. Quomodo autem & condere potuit creaturas non subsistente materia? si enim de non exstantibus, [3] consequentur has visibiles creaturas meliores esse, & omnibus virtutibus plenas. Quod si malitia est, & mors in eis, & corruptio, & si quid bono contrarium est; quomodo ex alia natura factas esse eas dicimus? Si vero consideretis quomodo generentur filii hominum, invenietis non esse Dominum hominis creatorem; sed alium, qui & ipse ingenitæ est naturæ, cujus conditor nullus, nec creator, nec factor est, sed sola malitia sua talem eum protulit. Est igitur vobis hominibus commixtio cum uxoribus vestris, de hujuscemodi occasione descendens. Cum quis vestrum carnalibus aliisque cibis fuerit satiatus, tunc ei concupiscentiæ oboritur incitatio, & ita generandi filii fructus augetur, ut non ex virtute aliqua, nec ex philosophia, nec ex alio ullo intellectu; sed ex sola ciborum satietate, & libidine, & fornicatione. Et quomodo mihi quisquam dicet, quia ad imaginem Dei factus est pater noster Adam, & ad similitudinem, & similis est ei qui fecit eum? Quomodo omnes qui ex eo generati sumus, similes ei sumus? immo vero e contrario plurimæ nobis sunt formæ, diversi vultus ferentes effigiem? Quod quam verum sit, demonstrabo vobis in parabolis. Intuemini mihi aliquem volentem [4] thesaurum aut aliquid aliud signare, & accepta cera, vel luto velle vultus sui signaculum quod gerit, exprimere; quod si alius quoque vultus sui figuram similiter expresserit, numquid simile signaculum apparebit? Nequaquam; etiamsi vos nolitis, quod verum est, confiteri. Quod si non sumus similes in signaculo, sed est in nobis differentia; quomodo non probatur Principum nos, & materiæ esse facturam: [5] secundum enim ipsorum formam, & similitudinem, & imaginem etiam nos exsistimus formæ diversæ. Quod si eam quæ ex initio facta commixtio est, & qualiter facta sit, vultis ediscere, edicam.

XV. Judices dixerunt: Non prius quæritur quomodo facta sit prima commixtio, nisi prius detur ratio, duo esse principia naturalia. Cum enim claruerit duo esse ingenita, tunc etiam reliqua fidem capient, etiam si pars aliqua non accommodaverit assensum: judicandi enim nobis potestate permissa dicemus, quod nostræ opinioni claruerit. Demus tamen & Archelao dicendi facultatem ad hæc, ut quæ ab utroque dicta fuerint comparantes, pro veritate possimus ferre sententiam. Archelaus dixit: Tametsi ingentis audaciæ, & blasphemiæ plena est intentio adversarii. Manes dixit: Audite Judices, [6] quid dixerit, adversarii? Ergo duæ res sunt. Archelaus dixit: Insaniæ magis quam prudentiæ videtur mihi plenus iste, qui mihi hodie controversiam movet, quia dixero Adversarii, sed ablata tibi est in modico sermone objectio: [7] tametsi quidem ex hoc arbitratus es me affirmaturum duas esse naturas. Ingentem doctrinam ferens ades; neutrum enim eorum quæ asseris, stat. Potest enim is qui non natura, sed proposito adversarius est, amicus effectus, non esse adversarius, & ita cum alter e nobis alteri acquieverit, unum atque idem uterque apparebit; quæ caussa indicat creaturas rationabiles libero arbitrio

a Gal. II. 18. *b* Ibid. IV. 3. *c* I. Joan. V. 19.

1. Locus corruptus: forte, *& inficias*.
2. Deest fortasse, *observetis*, vel quid simile.
3. In codice Casinensi est, *consequentem*.
4. Antiquos anulis omnia signasse, quæ a domesticorum & servorum rapinis vindicare satagebant, arcas, armaria, amphoras, penum aliaque furto ac rapinæ obnoxia, res notissima est antiquitatis Romanæ & Græcæ studiosis, deque ea post alios late agit Kirchmannus de Anulis c. 10. Anuli ad hoc facti, *signatorii*, & *sigillatorii*, & a Vopisco in Aureliano, *sigillaritii* nuncupantur; quin & *signacula*, ut Archelai disputationis interpres vertit, dici posse scite tradit Salmasius de subsignandis testamentis cap. 19. Cera autem in hanc rem usos fuisse veteres late probat Vossius de Idololatria lib. 4. cap. 91. De creta, quam *lutum* idem Archelai interpres vocat, testis est Servius in lib. 4. Æneidos ad illa verba; *Longæva sacerdos*, ubi Sibillæ apud Cumas agenti ab Erythræis epistolam missam fuisse refert, *antiquo more signatam*. Meminit Herodotus in Euterpe γῆ σημαντρίδι, *terra signatricis*: & Cicero orat. 4. in Verrem epistolæ *cretula* signatæ. Cujus autem generis esset hæc terra, ex eodem Cicerone liquet in Or. pro Flacco, ubi sic ait: *Hæc quæ a nobis prolata laudatio obsignata erat creta illa Asiatica, quæ fere est omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis, sed & in privatis litteris.* Pinguis enim, lenta & glutinosa est creta illa. Denique de proprii vultus imagine in anulis interdum repræsentata, locus est Plauti in Pseudolo scen. 1. *Ea caussa miles heic reliquit symbolum, Expressam in cera ex anulo suam imaginem.* Ceterum thesauri sigillo obsignati mentio est apud Theodoretum in orat. 5. de providentia haud procul ab initio, ubi de apibus.
5. In codice Casinensi erat, *Sed Deum enim*, nullo sensu: nos ex ingenio, ut editum est, correximus.
6. Forte, *quod dixerit*, vel *quia dixerit*.
7. Ita hunc locum restituimus; nam in codice legebatur, *tam si quidem ex hoc arbitratus est se affirmat[illegible]*, sed supra vocem *tam*, quædam lineola litteræ [illegible] apparebat, quam particulæ & compendium esse [illegible].

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 278.



esse permissas, unde & conversiones recipiunt, & [1] ideo ingenitæ naturæ esse non possunt. Quid ergo ais? duæ istæ naturæ inconvertibiles sunt, an convertibiles, aut una eorum convertitur? At vero Manes remoratus est, non inveniendo responsum; intuebatur enim quod ex utroque concluderetur retractans; quia si dicam converti eas, respondebit mihi illud, quod in Evangelio scriptum est de arboribus; quod si negem esse convertibiles, permixtionis statum & caussam necessario [2] expetet. Interea aliquando respondit Manes: inconvertibiles quidem sunt utræque, quantum [3] spectat ad contraria; convertibiles vero, quod spectat ad propria. Archelaus dixit: Videris mihi delirus esse, & obliviscens propositionum tuarum; sed ne eorum quidem quæ [4] didicisti, verborum virtutes vel qualitates agnoscere. Neque enim conversio quid sit agnoscis, neque quid sit ingenitum, aut quid dualitas, non quid præteritum, vel quid præsens, quidve futurum sit, sicut ex his quæ a te nunc dicta sunt, adverti. Inconvertibilem enim esse affirmasti utramque naturam, quantum ad contraria [5] spectat; convertibilem vero, quantum ad propria. Ego vero dico, quia qui in propriis vertitur, non excedit a se, sed est in eisdem, quibus semper est inconvertibilis; qui vero recipit convertibilitatem, hic extra propria effectus, devenit in aliena.

XVI. Judices dixerunt: Convertibilitas illum cui accidit, transfert in alium; ut si dicamus, Judæus, si velit fieri Christianus, aut si Christianus velit esse Gentilis, hæc species est convertibilitatis, & caussa. Neque vero si Gentilis, cum in omnibus propriis suis maneat, ac diis suis hostias offerat, templisque ex more deserviat, donec perseverat in propriis, ac proficit, numquid dici potest esse conversus? Quid igitur dicis? recipiunt convertibilitatem an non? Et immorante Mane, Archelaus ait: Si quidem convertibiles esse dicit utrasque naturas, quid est quod impediat, uti ne unum atque idem eas esse opinemur? Si enim inconvertibiles sunt, non est in his naturis quæ similiter inconvertibiles sunt & similiter ingenitæ, ulla discretio, neque altera ex his bona agnoscitur aut mala. Quod si convertibiles sunt, scilicet provenire potest, & bonum effici malum, & malum bonum. Si enim hoc provenire possibile est, quare non unum dicamus ingenitum, quod intelligere magis dignum est juxta rationem veritatis? Intueri enim oportet, quomodo malus ille fuerit ab initio, aut in quos malitiam exercuerit ante mundi constitutionem. Cum cælum nondum exstitisset, & nondum terra subsisteret, non homo, non animal; in quos exercebat malitiam? quem opprimebat injuste? quem spolians occidit? Quod si suis eum dicas exstitisse malum, sine dubio ergo ostenditur illum bonæ esse naturæ. Si vero & illi omnes mali sunt, quomodo potest satanam & satanas ejicere? Sed conclusus [6] sermone convertis, ut dicas, bonus vim passus est a malo. Sed nec hoc quidem est tibi sine periculo dicere, ut lucem victam esse confirmes; quod enim vincitur, vicinum habet interitum. Quid enim ait sermo divinus? [a] *Quis enim potest introire in domum fortis, & deripere vasa ejus, nisi illo sit fortior?* Quod si hominibus eum malum exstitisse dixeris, & ex A eo malitiæ suæ indicia demonstrasse: ergo ante hoc bonus fuit, & convertibilitatem recipit ex eo, quod [7] creati hominis caussa invenitur exstitisse malitiæ. Sed postremo dicat quod est malum, ne forte nomen solum defendat aut adstruat. Quod si non nomen mali, sed substantia; fructus nobis malitiæ & nequitiæ hujus exponat, quoniam non agnoscitur umquam arboris natura sine fructu [b].

XVII. Manes dixit: Constet apud te prius, quia est radix alia malitiæ, quam non plantavit Deus, & tunc tibi dicam fructus ejus. Archelaus dixit: Non hoc veri expetit ratio; neque enim assentiar tibi radicem esse malæ arboris illius, de B cujus fructibus numquam ullus gustaverit. Tamquam si velit aliquid quis emere; nisi prius gustando discat, utrum arida sit species aut liquida, pecuniam non profert; ita neque ego tibi assentiar esse arborem malam & pessimam, nisi prius qualitas fructuum ejus fuerit manifestata: scriptum est enim, [c] quia de fructibus arbor cognoscitur. Dic ergo nobis, o Manes, arbor quæ dicitur mala, quem afferat fructum, aut cujus naturæ sit, quam virtutem habeat, ut tibi credamus, etiam radicem arboris ipsius esse talem? Manes dixit: Radix quidem mala, arbor autem pessima, incrementum vero non ex Deo; fructus autem fornicationes, adulteria, homicidia, avaritia & omnes mali actus C malæ illius radicis. Archelaus dixit: Ut tibi credamus, quia isti sunt fructus malæ illius radicis, gustum nobis eorum profer; substantiam enim ingenitam esse pronuntiasti hujus arboris, cujus fructus secundum sui similitudinem proferuntur. Manes dixit: Hæc ipsa injustitia quæ in hominibus est, testimonium reddit, & avaritia de gustu illius malæ radicis. Archelaus dixit: Ergo, ut dixisti, fructus sunt arboris hujus iniquitates istæ, quæ geruntur ab hominibus. Manes dixit: Ita plane. Archelaus dixit: Si fructus isti sunt, idest, actus hominum mali, ipsi ergo homines radicis locum atque arboris obtinebunt; ipsos enim pronuntiasti fructus ferre hujuscemodi. Manes dixit: Ita dico. Archelaus dixit: D Male dicis, ita dico; non enim ita dicis, alioquin cum homines cessaverint peccare, arbor malitiæ infructuosa apparebit. Manes dixit: Impossibile est quod dicis; si enim unus cessaverit, aut alius, aut plures; alii autem hoc agerent. Archelaus dixit: Si omnino possibile est unum, & alium, & plures, sicut ais, non peccare, possibile est etiam hoc omnes agere; unius enim conditoris sunt, & unius massæ homines omnes; & ne otiose per ineptias sequar, ea quæ incondite protulisti, certis præscriptionibus excludam. Ais fructus malæ radicis atque malæ arboris esse actus hominum, id est, fornicationes, adulteria, perjuria, homicidia & reliqua his similia? E Manes dixit: Ita. Archelaus dixit: Ergo si humanum genus interire pervenerit a facie terræ, ita ut ultra jam peccare non possint, periret arboris hujus substantia, fructum ultra non afferens. Manes dixit: Et quando, quod dicis, fiet? Archelaus dixit: Quoniam quod futurum est nescio, homo enim sum; non tamen sermonem istum indiscussum relinquam. Quid dicis de humano genere, ingenitum est, aut factura? Manes dixit: Factura est. Archelaus dixit: Si factura est ho-

[a] Marc. III. 27. [b] Matth. VII. 18. [c] Ibid. ℣. 16.

1. Forte, *& ideo duæ ingenitæ naturæ esse non possunt.*
2. In codice Casinensi erat, *expetit.*
3. In eodem codice tam in hoc commate, quam in sequenti, perperam legitur *exspectat.*
4. Forte, *dixisti.*
5. Et heic male legitur in codice Casinensi, *exspectat.*
6. Forte, *sermonem convertis.*
7. Forte, *creatio hominis.*

mo, quis est adulterii, & fornicationis, & reliquorum talium pater? cujus hic est fructus? Priusquam fieret homo, quis erat qui fornicaretur, aut adulteraret, aut homicidia perpetraret? MANES DIXIT: Sed homo a mala natura plasmatus, manifestum est, quia ipse sit fructus, etiam si peccet, etiam si non peccet: unde semel absolute nomen hominum & genus tale est, etiamsi justa gesserit aut injusta. ARCHELAUS DIXIT: Sed & illius rei faciamus mentionem. Si ipse, ut ais, hominem fecit malignus, quare malitiam exercet adversus eum?

XVIII. JUDICES DIXERUNT: Hoc volumus scire a te, Manichæe, quomodo illum affirmasti malum esse? Ex eo, quo homines facti sunt, aut antea? B Quia enim necesse est te malitiæ ejus opus ostendere ex eo tempore ex quo malum eum fuisse asseris; certus esto, quia neque cognoscitur vini qualitas, nisi prius gustaverit quis, sicut & ex fructu omnis arbor dignoscitur. Quid ergo dicis? ex quo tempore malus est hic? necessaria enim nobis videtur hæc ratio. MANES DIXIT: Semper. ARCHELAUS DIXIT: Ostendam etiam hoc, optimi viri & prudentissimi auditores, quoniam sermo ejus omnino non constat; nam & ferrum non est semper malum, nisi ex quo homo est, & artificium ejus in malo conversum, utendo ex eo perverse; omne peccatum exstitit ex quo homo est. Sed nec ille quidem ipse magnus serpens, malus C ante hominem fuit; sed post hominem, in quo malitiæ suæ ostendit fructum, quia ipse voluit. Si ergo nobis post hominem apparet secundum scripturas malitiæ pater; quomodo ingenitus erit, qui post hominem qui factura est, malus effectus est? Sed ex hominis [1] tempore a se creati, cur malus ostendatur? Quid in eo concupivit? si omne corpus suæ facturæ erat, quid zelatus est? Qui enim zelatur aut concupiscit, meliora & aliena concupiscit. Si ergo ex eo homo est, mala natura, demonstratur quomodo suus fuit, sicut frequenter ostendi, homo. Si enim suus erat homo, malus erat etiam ipse, tamquam talis arboris fructus; mala enim arbor, sicut ais, malos fructus facit. Cum omnes enim D mali essent, quid desideravit, aut unde initium malitiæ ostendit, si ex tempore plasmati hominis malitiæ ejus homo caussa est? Lege autem ac præcepto sibi dato, homo poterat nequaquam obtemperare serpenti & his quæ ab eo dicebantur, cui si non obtemperasset homo, qua ex caussa malus fuisset? Quod si ingenitum est malum; & quomodo interdum homo fortior illo invenitur? Obtemperans enim mandato Dei frequenter vincet omnem malitiæ radicem; & ridiculum est, si iste qui factura est, fortior inveniatur ingenito. Cujus autem est lex & mandatum, illud dico, quod homini datum est? Sine dubio confitebitur Dei esse. Et quomodo potest dari lex alieno, aut inimico quis potest dare E præceptum? Aut ille qui accipit præceptum, quomodo potest adversus diabolum, idest, adversus creatorem suum pugnare, tamquam si filius patri, cum beneficiorum debitor sit, irrogare velit injurias? Ita in hac parte inutilitatem hominis designas, si per legem & mandatum adversus eum qui plasmaverit, dicat, atque eum vincere conetur. In tantum enim stoliditatis progressum esse ipsum diabolum putabimus, quod adversum se hominem fecisse non senserit, nec animadverterit quid A futurum esset, nec providerit quid sequebatur; cum etiam in nobis qui factura sumus, sit aliqua vel parva scientia, inest & aliquid prudentiæ, & existimationis nonnumquam certæ. Et quomodo ingenito ne exiguum quidem providentiæ fuisse credimus, neque existimationis, aut intellectus; sed brutissimus sensu, & obtusissimi cordis, & naturæ pecoris invenitur, secundum assertionem videlicet tuam? Quod si ita est; quomodo homo qui ingenio atque scientia non parum pollet, ab eo qui ignarus omnium atque hebes sensu est, potuit accepisse substantiam? Quomodo hujuscemodi auctoris opus esse hominem audebit aliquis confiteri? Quod si homo anima est & corpus, & non solum corpus sine anima, quæ sine se subsistere non possunt; quare ea inimica sibimet dices & contraria? Videtur enim mihi Dominus noster Jesus Christus de his dixisse per parabolas: [a] *Nemo potest vinum novum in utres veteres mittere, alioquin rumpentur utres, & vinum effundetur.* Sed vinum novum in utres novos mittendum est; quoniam quidem idem Dominus est utris & vini, nam etsi diversa substantia sit, sed dominatione & observantiæ usu ex his duabus una persona subsistit. Non enim animam dicimus substantiæ unius esse cum corpore; sed habere unumquodque qualitatem suam; & tamquam ad unum genus atque unam speciem hominum, uter ac vinum comparatur, ita ab uno Deo hominem editum ratio expetit veritatis: gaudet enim anima corpore, & diligit & colit illud; nihilominus etiam corpus gaudet ab anima se vivificatum. Quod si maligni opus dicat esse quis corpus, cum sit & corruptibile ac vetustum atque deterrimum, non potest ferre spiritus virtutem, nec animæ commotionem & ejus splendidissimam creaturam. Sicut enim si [b] assumentum panni rudis assuat quis vestimento veteri, major scissura fit; ita etiam corpus, si præclarissimo operi, animæ adsociatum fuerit, interiret. Similiter & si quis inferat lucernæ lumen in locum tenebrosum, fugantur continuo tenebræ, nec apparent; ita intelligendum est, anima corpori inserta, continuo tenebras effugatas, & unam jam effectam esse naturam, atque unum hominem in unam speciem constitutum: & ita conveniet consonanter vinum novum esse missum in utres novos, & assumentum panni rudis assutum non esse veteri vestimento. Sed ex hoc ostendere possumus consonantiam esse virtutum in utraque, id est, corporis atque animæ substantia, in qua ait scripturarum doctor maximus Paullus, [c] Deum in corpore, sicut voluit, unumquodque membrum posuisse.

XIX. Quod si tibi id difficile videtur intellectu, nec acquiescis his dictis, saltem exemplis tibi affirmabo. Intuere hominem templum esse quoddam, sicut scriptum est [d]; spiritus autem qui in ipso est, referat ejus formam, qui inhabitat templum; neque ergo templum constitui potest, non agnito prius habitatore templi, neque inhabitator collocatur, si templum non sit exstructum. Cum ergo utrumque una ac pariter dedicetur; quomodo in his inimicum aliquid aut contrarium inveniri potest, & non potius ab amicis atque idem volentibus utrumque videtur effectum? Et ut scias, quoniam & amicitia & genere conjuncti sunt, qui scit & audit, *Faciamus hominem*, & reliqua, re-

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

a Matth. IX. 17. b Ibid. ℣. 16. c Cor. XII. 18. d I. Cor. III. 17. & II. Cor. VI. 16.

1. Prima facie hic locus videbatur esse corruptus, sed modica vocum transpositione clare sensus ejus constabit, ut sit: sed ex tempore hominis a se creati, hoc est, quo hominem ipse creavit, cur malus ostendatur?

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

spondit. [1] Hic enim qui templum exstruit, interrogat illum qui informat simulacrum, mensurasque etiam magnitudinis ac latitudinis vastitatisque perquirit, ut ita fundamentorum spatia describat; neque enim in vanum quis templum exstruit, nisi mensuras collocandi didicerit simulacri. Similiter igitur perquiritur modus corporis atque mensura, ut possit apte in eo anima collocari ab artifice omnium Deo. Quod si dicat quis inimicum esse eum, qui plasmaverit corpus; [2] Deus qui creator est animæ meæ, quomodo non, dum alteri invidet, alterius operi irrogavit infamiam, ut aut ille qui templum exstruit, angustum faciat, ita ut capere non possit quod collocatur? aut ille qui simulacrum fecit, quomodo non grave aliquid pertulit & ponderosum, quo intromisso, templum continuo concideret? Secundum hoc, quod novimus esse inimicorum studia, contemplemur hæc, si non ita se habent; sin autem oportet omnia iisdem mensuris, eadem æquitate disponi, similique gloria efferri; quid adhuc de hoc dubitamus? Addimus tantum, si placet, etiam illud exemplum: similis videtur esse homo navi, quæ instructa ab artifice, atque in mare deducta est, quamque navigare impossibile est sine gubernaculis, quibus regi & flecti possit in quæcumque loca voluerit gubernator ejus. Et quia eodem artifice indigeat corpus gubernaculorum, quo & totius navis, nulli dubium est; sine gubernaculis enim otiosum erit omne navis opus, corpus illud immensum. Ita ergo animam corporis gubernacula dicimus; reguntur autem utraque arbitrii atque animæ libertate, quo velut gubernatore utimur; [3] quæ cum per conjunctionem unum effecta, consonantiam officii sui continent ad omne opus, quodcumque ex semet ipsis efficiunt, uni auctori & conditori testimonium ferunt.

XX. His auditis, turbæ quæ aderant, vehementer gavisæ sunt, ita ut pæne manus injicerent in Manem, quos vix Archelaus cohibens & reprimens, conquiescere fecit. JUDICES DIXERUNT: Sufficienter ostendit Archelaus hominis & corpus & animam unius esse factoris, eo quod consonare in conjunctione non possit opus unius, si propositum artificis a se dissentiret alterius. Quod si dicatur unum explicare utrumque minime valuisse, infirmitatem ostendit artificis; quia & si dicat quis animam boni Dei esse, otiosum opus invenitur hominis nisi etiam corpus acceperit. Quod si rursum corpus mali Dei dicatur esse figmentum, otiosum nihilominus erit, si animam non acceperit: quæ utique nisi commixtione atque sibi invicem fuerit inserta cum corpore, homo nec erit, nec dicetur. Unde multis exemplis approbavit Archelaus, totius hominis unum atque eumdem esse factorem. ARCHELAUS DIXIT: Scire te non dubito, Manes, hoc, quod generantis aut creantis filius dicitur ille, qui [4] natus est & creatus. Quod si malignus hominem finxit, pater ejus esse debet secundum naturam. Et cui ergo dicebat Dominus Jesus, docens orare homines: [a] *Sic dicite cum oratis, Pater noster, qui es in cælis.* Et iterum; [5] *Orate patrem vestrum, qui est in occulto* [b]. De satana autem dixit vidisse se eum: [c] *Sicut fulgur cadentem de cælo*, uti ne quisquam audeat dicere, quod ipsum nos docebat orare; neque enim descenderat Jesus, ut homines conjungeret, & reconciliaret satanæ, quin potius conterendum eum sub pedibus fidelium suorum tradidit. Sed ego beatiores istos dicam esse Gentiles, qui multos quidem introducunt deos, unanimes tamen atque amicos eos confitentur; hic vero duos introducens, inimicitias inter eos discordemque sententiam non erubescit adstruere. [6] Quod si simulatos sub hujuscemodi conditione [7] introducerent deos, ludum jam gladiatorium inter eos erat videre, innumeras habentes naturas diversasque sententias.

XXI. Jam vero de interiore atque exteriore homine quid me necesse est dicere, cum Salvatoris voce dicatur ad eos qui camelum glutiunt & deforis hypocritæ sunt, blandimentis atque adulatione circumdati, ad quos Jesus ait: [d] *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quare, quod deforis est catini, & calicis lavatis; quod autem intus est, immunditia plenum est? Aut nescitis, quia qui fecit, quod foris est, & quod de intus est, fecit?* Numquid de catino, & de calice loquebatur? Numquid vitriarius erat qui hæc dicebat, aut figulus, ex luto fingens vasa? Nonne de corpore atque anima evidentissime loquebatur? Quoniam quidem Pharisæi [e] aneti, & cimini decimas exspectantes, quæ erant graviora legis relinquebant, [8] & his quæ extrinsecus erant adhibentes diligentiam, contemnebant ea quæ ad salutem animæ pertinebant; exspectabant etiam [f] salutationes in foro, & primos [9] discubitus in cœnis quos sciens Dominus Jesus perditos esse, dicebat eis, quia his solis rebus quæ deforis erant, adhiberent diligentiam, & ea quæ intrinsecus erant contemnerent velut aliena, ignorantes quoniam qui corpus fecerat, ipse fecit & animam. Et quis ita lapideus est & stolidus, ut non ad omnia ei iste sermo sufficiat? Cui sermoni consonans Paullus ait, interpretans ea quæ in lege scripta sunt, hoc modo: [g] *Non infrenabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura est Deo?* [10] *Aut propter nos utique dicit?* Sed quid immoramur ulterius? adjiciam tamen pauca de pluribus. Si duo sunt ingenita & his loca certa decernimus, dividitur Deus, si intra certum locum est & non ubique diffunditur, & erit multo inferior loco in quo est, ([11] majus enim quod continet semper, eo quem continet) & efficitur Deus ejus magnitudinis, cujus est locus in quo continetur, sicut homo, si sit in domo. Deinde ratio requirit, quis est, qui inter eos diviserit, aut quis eis certos terminos statuerit; & invenitur jam uterque multo inferior virtutis humanæ. Lysimachus enim & Alexander totius mundi imperium tenuerunt, omnesque nationes barbaras atque omne genus hominum subjicere potuerunt, ita ut non esset alius imperator per illud tempus præter ipsos sub cœlo. Et quomodo audebit quisquam di-

a Matth. VI. 9. Luc. XI. 2. *b* Matth. VI. 9. *c* Luc. X. 18. *d* Matth. XXIII. 26. Luc. XI. 39.
e Luc. XI. 48. *f* Luc. XX. 46. Matth. XXIII. 6. Marc. XII. 38. *g* I. Cor. IX. 9.

1. Forte, *Sic enim qui templum exstruit*. In codice enim erat, *exstruis*.
2. In codice Casinensi, *Deum*.
3. In codice Casinensi est, *quæ eum conjunctionem*.
4. In eodem codice legitur, *natus est creatus*.
5. Melius in Vulgata, *Ora Patrem tuum in abscondito*.
6. In codice Casinensi, *Quod simulatos*.
7. In Casinensi codice est, *introduceret*. Sed heic de Gentilibus loqui palam est: quare legendum, *introducerent*.
8. In eodem codice, *ex his*.
9. Heic mire depravatus est codex Casinensis, legit enim *Primos discipulos subitos in cœnis, quod scientes Dominus*. Nos eum ex sacro textu restituimus.
10. Melius vulgata, *An propter nos*.
11. In Casinensi, *Malus*, nullo sensu.

cere, non ubique esse Deum, qui est lumen verum indeficiens, cujus est regnum sanctum & sempiternum, [1] ceu nequissimi istius impietas, qui nec [2] æqualem quidem cum hominibus potestatem omnipotenti Deo tribuit?


XXII. JUDICES DIXERUNT: Lumen in tota domo lucere scimus, & non in una aliqua parte, sicut & Jesus dicit, quia [a] *Nemo lucernam accendens ponit sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Si ergo lumen est, necesse est illud (si tamen Jesus creditur) mundo universo lucere, & non per partes; [3] a quo si universum obtinet mundum, ubi jam ingenitæ tenebræ, nisi forte accidentes, intelligantur? ARCHELAUS DIXIT: B Quoniam quidem multo melius a vobis intelligitur sermo evangelicus, quam ab isto qui se Paraclitum esse profitetur, quem ego magis Parasitum, quam Paraclitum dixerim, dicam ego quomodo acciderint tenebræ. Cum lux esset ubique diffusa, mundum cœpit Deus condere, initium a cælo & terra sumens, in quo ita ratio evenit, ut medietas quæ est terræ locus umbra obtectus, [4] objectu videlicet earum quæ factæ sunt creaturarum, inveniretur obscurus, ita ut res expeteret introduci lucem huic ipsi in medietate posito loco. Unde & in Genesi Moyses enarrans facturam mundi, nequaquam facit tenebrarum mentionem, aut quasi factæ sint, aut non factæ; sed ipse tacuit, his qui C possint advertere, derelinquens rationem hujus intellectus; quæ quidem nec satis est ardua atque difficilis: cui enim non fiat manifestum, solem istum visibilem, cum ab oriente fuerit exortus, & tetenderit iter suum ad occidentem, cum sub terram ierit, & interior effectus fuerit ea quæ apud Græcos sphæra vocatur, [5] quod tunc objectu corporum obumbratus non appareat? Sed obtecto eo, obstante terræ corpore, superducitur umbra, quæ ex se efficit tenebras; usquequo rursum, inferioris spatii cursu per noctem transacto, ad orientem revolvat, atque in locis solitis obortus appareat. Est ergo umbræ atque noctis caussa, corporis terræ soliditas; quod etiam [6] ex suimet ipsius umbra homo intelligere potest. D Ante cælum enim & terram atque omnes istas corporeas creaturas indeficiens lux manebat, cum nullum corpus exsisteret, quod umbram sui objectione generaret; & ideo nusquam tenebras, nusquam noctem fuisse profitendum est. Nam si, verbi gratia, placeat ei cui potestas est omnium, plagam quæ ad occasum est, auferre de medio; non agente sole ad illam partem cursum, nusquam fiet vespera aut tenebræ; sed erit sol semper in cursu, nec umquam occidet, & medium cæli axem pæne semper tenebit, nec aliquando desinet apparere: & per hoc erit universus orbis terrarum clarissimo lumine radiatus, ex quo nec ulla ejus pars obumbrabitur, sed manebit ubique unius luminis E æqualitas. Occidentali autem plaga statum suum servante, & sole cursum suum tribus mundi partibus ministrante; hi quidem qui sub sole sunt, clarius videntur illuminari, ita ut pæne dixerim, dormientibus adhuc iis qui e diversa plaga con- A sistunt, isti priores diei exordium sumant. Sicut autem ante eos qui in parte occidua jacent, illis lumen exoritur, ita velocius obscuratur, & soli omnium qui in orbis medietate consistunt, æqualitatem semper sentiunt lucis. Cum enim medium sol tenuerit cælum, nullus est locus qui aut lucidior aut obscurior esse videatur; sed omnes mundi partes [7] ex æquo & justo, solis fulgore luminantur. Si ergo, ut superius diximus, occiduæ plagæ pars auferatur e medio, ultra jam non obscurabitur pars quæ ei adjacet. Et hæc quidem mihi simplicius dicta sint, cum possim & zodiacum circulum describere: [8] sed non intui nunc fieri ratus sum, propter quod de his silebo, & ad illud B caput recurram quod objecit adversarius, affirmans [9] omni nisu, tenebras esse ingenitas; quod & ipsum, quantum valuimus, jam confutatum est.

XXIII. JUDICES DIXERUNT: Si consideremus lucem fuisse ante conditionem creaturarum, & nihil fuisse objectum quod ex se umbram generaret, necesse est lucem ubique fuisse diffusam, & omnia loca fulgore lucis illuminata, sicut ostensum est ex his quæ a te nuper dicta sunt; in quibus veram esse rationem videntes, damus palmam allegationibus Archelai. Si enim divisionem accipiat universus mundus, veluti muro quodam per medium instructo, & ex una parte habitent tenebræ, ex alia C vero lux; intelligitur nihilominus, quia ex eo quod instructum est ædificium, umbra generata, acciderint tenebræ: & rursum nobis quærendum est, quis ædificaverit murum in medio duorum, si tamen ædificatum fateris, o Manichæe. Si vero illa ratio consideretur, quasi murus non sit instructus; rursus sine aliqua exceptione unus esse universus intelligitur locus, ac sub una potestate positus; unde ex omni parte tenebræ ingenitam naturam habere non possunt. ARCHELAUS DIXIT: Dicat mihi etiam hoc ad ea quæ proposita sunt. Deo in regno suo posito, & maligno similiter in suo regno, quis inter medium ipsorum construxerit murum? Non enim potest dividere quid duas substantias, nisi quod sit D [10] utriusque majus, sicut dicit in Genesis libro, quia [b] *divisit Deus inter lucem & tenebras.* Talem esse aliquem necesse est & muri istius instructorem: murus enim terminos uniuscujusque demonstrat, sicut inter eos qui rura incolunt, lapis solet portionem uniuscujusque dividere; quæ tamen res magis intellectum dat, quando hujuscemodi divisio fraternæ potius hereditatis sit ratio. Verum nunc non est mihi de his dicendum, quamquam necessarium videatur; nam illud est quod petimus, quis est qui exstruxerit murum ad designandum uniuscujusque terminum regni? Non dixerat; nolo moretur heic perfidus, sed jam confiteatur dualitatis suæ in unum refusam esse substantiam. E Dicat quemquam, qui medium exstruxerit murum. Quid agebat alter, altero instruente? Dormiebat, aut ignorabat, aut resistere non valuit, aut pretio concessit? Dic quid faciebat, vel quis est omnino, qui exstruxit? Vos deprecor, Judices, quos Deus plenissime repletos intellectu misit nobis, judicate,

a Matth. V. 16. b Genes. I. 4.

1. In codice Casinensi est, *eu*, quod legendum putavimus, *ceu*.
2. Ita depravatum locum ex ingenio restituimus; nam in codice Casinensi scribitur: *Nec quæ vellem quidem*.
3. Forte, *Atque*.
4. In Casinensi codice, *obtectu*.
5. In Casinensi est, *quod nunc oblectu*.
6. Ita emendavimus scriptum codicem, qui habebat, *Exuet ipsius umbra*.
7. In codice Casinensi legitur, *ex ea quo*; & mox *fulgure*.
8. Locus manifeste corruptus, cujus mihi emendatio non occurrit.
9. In Casinensi erat, *Omni nisi*; sed legendum, *Omni nisu*, hoc est, omni conatu; formula dicendi huic interpreti usitata. Vide cap. 40. & præsertim cap. 47.
10. In codice Casinensi, *utrumque majus*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



quis ex duobus exstruxerit, & quid agebat unus, A cum alter exstruxerat.

XXIV. JUDICES DIXERUNT: Dic nobis, o Manes, quis designaverit fines utriusque regni, quis murum fecerit medium? Pro magno enim Archelaus interrogationem haberi hujus sermonis exposcit. MANES DIXIT: Bonus Deus, & nihil habens commune cum malo, firmamentum posuit in medio, quo alienum a se esse [1] patefaceret malignum. ARCHELAUS DIXIT: Usquequo dignitate nominis mentiris? Deum etenim solummodo nomine appellas, & deitatem ipsius humanis infirmitatibus comparas. Aliquando ex non exstantibus, aliquando ex subjecta materia, quæ quidem ante se fuerit, B asseris exstruxisse, ut homines solent exstructores. Interdum etiam eum timidum, interdum & convertibilem dicis; Dei est enim agere, quæ Dei sunt; hominis vero, quæ humana sunt. Si ergo Deus, ut ais, murum construxit, timidum se hic, & nihil fortitudinis se habere designat. Scimus enim semper eos, qui suspicantur ab extraneis sibi dolos intendi, atque hostium verentur insidias, ipsi solent urbes suas muris circumdare; in quo & ignorantiam habent pariter, atque imbecillitatem sui ostendunt. Sed ne illud quidem a nobis reticendum est, quin potius in medium proferendum, ut & multa assertionum copia, machinationum adversarii diversitas destruatur, auxilium nobis ferente C veritate. Concedimus structuram factam esse muri, quæ ad discretionem esset uniuscujusque regni: impossibile enim est sine hoc uno habere unumquemque proprium regnum; eodem vero modo impossibile est, & malignum egressum propriis finibus boni partes invadere, muri interdictione constante, nisi forte prius dejiciatur, sicut audivimus ab hostibus fieri, atque etiam oculis nostris [2] nuper conspeximus. Cum Rex aliquis oppugnat turrim valido muro circumdatam, adhibet primo ballistas & jacula, securibus deinde portas excidere atque arietibus muros conatur evertere; & cum obtinuerit, tum demum ingressus, quæ libuerit, agit, sive captivos placet cives adducere, sive cuncta subvertere, aut etiam, si placuerit, rogatus indulget. Quid D ergo dicit iste? Non substantia, id est, proposito adversarius quis dejecit, quod interjectum fuerat munimentum: in præcedentibus enim professus est, quia supervenerint tenebræ ex propriis finibus in regnum Dei boni. Quis prius dejecit munitionem? Impossibile enim erat ingredi malum, munitione constante. Quid taces? Quid moraris tu, Manichæe? Etiamsi tu differas, aggrediar mea sponte. Si enim dixeris, quia Deus destruxerit, requiram quid eum moverit ad destruendum hoc, quod prius propter importunitatem maligni, & separationem ipse exstruxerat? Quid iratus, aut quid damni perpessus, adversum se ipse pugnare contendit? Aut E numquid de maligni facultatibus aliquid concupivit? Quod si horum nihil in caussa est Deo destruendi ea, quæ jamdudum ad alienandum a se & separandum malum ipse construxerat; illud nec mirum putandum est, [3] quod ejus consortio fuerit delectatus; munitio enim quæ missa fuerat propter hoc, ne ejus molestiam pateretur, idcirco destructa videbitur, quoniam non jam molestus, sed amicus fore putabitur. Quod si a maligno murum dicas esse destructum; quomodo possunt boni Dei opera a maligno superari? alioquin fortior Deo invenietur maligna natura. Quomodo & ipse, cum sit omnino totus tenebræ, luci supervenit, & comprehendit, Evangelista testimonium ferente: [a] *Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt?* Quomodo cæcus armatur? Quomodo tenebræ adversus lucis regnum dimicant? Sicut enim hæc [4] illæsis oculis solis radios in se recipere non possunt; ita & hic ferre non valet regni lucis intuitum, sed manet semper extraneus & alienus.

XXV. MANES DIXIT: Non omnes capiunt verbum Dei, sed quibus datum est scire mysteria regni cælorum [b]. [5] Et jam quidem scio qui sint nostri: *Meæ* enim, inquit, [c] *oves vocem meam audiunt*. Propter nostros ergo quibus datus est veritatis intellectus, per similitudines dicam. Similis est malignus leoni, qui irrepere vult gregi boni pastoris; quod cum pastor viderit, fodit foveam ingentem, & de grege tulit unum hædum, & jactavit in foveam; quem leo invadere desiderans, cum ingenti indignatione voluit eum absorbere, & accurrens ad foveam, decidit in eam, ascendendi inde sursum non habens vires; quem pastor apprehensum pro prudentia sua in cavea concludit, atque hædum qui cum ipso fuerit in fovea, incolumem conservavit. Ex hoc ergo infirmatus est malignus, ultra jam leone non habente potestatem faciendi aliquid, & salvabitur omne animarum genus, ac restituetur quod perierat, proprio suo gregi. ARCHELAUS DIXIT: Si leonem maligno comparas, Deum vero pastori, oves atque hædum, dic, cuinam comparabimus? MANES DIXIT: Oves & hædus unius mihi videntur esse naturæ; in similitudinem autem ponuntur animarum. ARCHELAUS DIXIT: Animam ergo perditum dedit Deus, objiciens eam leoni in fovea. MANES DIXIT: Nequaquam, absit hoc; sed apprehensus est hoc ingenio, in futurum vero salvabit eam. ARCHELAUS DIXIT: Ridiculum jam istud est, viri auditores, si agnum quem retinebat in finibus, pastor extimescens leonis ingressum, projecit eum devorandum, & dicitur quia in futurum salvabit eum. Quomodo non, totum hoc ridiculo plenum est? Nam & in hoc etiam judicium adimitur. [6] Deus enim satanæ animam tradidit, in perditionem ab eo assumendam. Quando enim pastor, [7] nonne David de ore leonis, vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter *ore leonis*; quod ait, de ore leonis aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit. Sed dices mihi: Deus est, & omnia potest. Audi ergo ad hæc: cur igitur quod possit, non illud potius asseris, quod poterit propria virtute vincere leonem, [8] sive pura Dei potentia, & numquam machinis quibusdam,

a Joan. I. 5. *b* Matth. XIX. 11. *c* Joan. X. 27.

1. In codice Casinensi, *partum faceret*.
2. Nota Archelai ætatem, & habitæ disputationis tempus; loqui autem heic videtur Archelaus de Carrhis a Persis sub Valeriano Augusto expugnatis, vel de eisdem iterum ab Odenatho orientis rege Gallieni Imperatoris temporibus in Romani imperii ditionem redactis. Vide Trebellium Pollionem in Gallieno cap. 10. & 12.
3. In codice Casinensi, *putandum est consortio*. Sed, *si ejus consortio*, vel, *Quod ejus consortio*, videtur legendum.
4. In eodem codice *illius oculis*, nullo sensu.
5. In Casinensi codice scribitur, *etiam quidem*. Sed legendum videtur, *& jam quidem*; sæpe enim in hoc codice junguntur verba, quæ disjungi debent.
6. Loquitur heic Archelaus ex Manetis sententia, qui cum pastorem prævidentem, ac prænoscentem inevitabili leonis devorationi exposuisse hædum diceret, necessario consequebatur pastorem ipsum caussam esse perditionis hædi, eique illius necem jure adscribi.
7. Heic aliquid deesse videtur. Forte *Quando enim pastor hoc fecit? Nonne David*, &c.
8. Ita corrigi debere videtur lectio codicis Casinensis, qui habet, *si & pura*; nisi malueris, *si est pura*.

& foveæ hædo sive agno tradito? Dic mihi etiam A illud, si pastori superveniat leo, non habenti oves, quid fiet? Ingenitus enim est, qui dicitur pastor, ingenitus quoque etiam leo. Cum ergo nondum esset homo, priusquam pastor haberet gregem, si supervenisset leo, quid fiebat, quia non erat leonis esca priusquam hædus esset? MANES DIXIT: Leo quidem nihil manducabat, exercebat tamen malitiam suam per quæcumque poterat invenire, discurrens per vertices montium; quod si aliquando ei etiam esca erat necessaria, capiebat ex bestiis quæ erant sub regno suo. ARCHELAUS DIXIT: Ergo unius sunt substantiæ, bestiæ quæ sunt in regno maligni, & hædi qui sunt in regno boni Dei. MANES DIXIT: Absit; nequaquam: nihil commune est; neque ipsis B ad invicem, neque his quæ sua sunt. ARCHELAUS DIXIT: Unus atque idem est usus in esca leonis. Si enim ex propriis aliquando bestiis capiebat cibum, aliquando & de his boni Dei; nulla est in his differentia, quantum ad escas pertinet, & ex hoc apparet unius eas esse substantiæ. [1] Sed aliud alio longe differre ignorantiam pastori adscribimus, quia non aptam escam, quin potius alienam obtulit, vel projecit leoni. Aut forte rursus dissimulare volens, dices mihi, quia nihil leo ille comedebat. Illum ne igitur qui comedere nesciebat, ipse ad comedendum animam provocavit, nec sola fovea ad decipiendum eum uti voluit, si tamen hoc dignum est facere Deum, & dolos exquirere? C Et sicut rex aliquis, bello sibi illato, nequaquam propria virtute confisus, sed imbecillitatis suæ timore perterritus, muris ipse urbis inclusus, vallum aliaque munimenta circumdat ac præparat, manui ac viribus nihil fidens; si vero vir fortis sit, etiam porro a suis finibus in occursum hosti procedit, & agit omnia, usquequo vincat & obtineat adversarium.

XXVI. JUDICES DIXERUNT: Si ais pastorem hædum sive agnum leoni projecisse, cum ille irrueret adversum ingenitum, actum est. Quem enim potest judicare pastor hædorum atque agnorum, D cum ipse inveniatur eis in delicto, si caussa traditus etiam agnus per infirmitatem pastoris resistere non valuit leoni, & consequens est, ut quodcumque fuerit leoni libitum, gerat; tamquam si dominus unum e servis suis ejectum, vel per metum tradat adversario suo, quem rursus recipere suis viribus non valeat? Si vero casu aliquo provenerit eum recipi, qua tandem ratione tormenta ei poterit irrogare, si ad omnia quæ ei imperabat inimicus, parebat, cum [2] eum ipsum tradiderit inimico, sicut leoni hædum? prænoscentem enim asseris esse pastorem. Verberatus enim agnus, & interroganti se pastori, cur in his leoni paruerit, respondet; tu me leoni tradidisti, nec restitisti adversus eum, sciens & prævidens quæ mihi gerenda forent, cum ejus me necesse esset obtemperare præceptis. Et ne multa dicamus, neque Deus perfectus pastor ostenditur, neque leo alienos cibos percepisse demonstratur: & ideo ipsa veritate edocente claruit, his quæ ab Archelao dicta sunt, palmam nos debere conferre. ARCHELAUS DIXIT: Quoniam quidem de omnibus de quibus disceptavimus, prudentia Judicum plenissimum terminum posuit, tacendum est de reliquis, & in tempus aliud reservandum. Sicut enim [3] si quis serpentis conterat caput, in nullum jam reliqua corporis ejus membra deputanda sunt; ita dualitatis quæstione rejecta, sicut pro viribus ostendimus, reliqua quæ per hanc asserebantur, cum ipsa pariter explosa sunt. Sed in ipsum, qui adest, assertorem horum paucis dicam, ut omnibus innotescat quis, & unde, & qualis est; dixerat enim se esse Paraclitum illum, quem Jesus proficiscens humano generi missurum se esse promiserat ad salutem fidelium animarum, & non longe [4] possit ei Paullus vas electionis, & vocatus Apostolus, unde & prædicans veram doctrinam [5] ajebat: [6] *Aut* [a] *documentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?* Et quidem quod dico tali exemplo, [7] sed clarius. Homo quidam conclusit in thesauro frumenti plurimum, ita ut refertus esset locus; quem locum [8] clausum atque signatum sufficientibus signaculis, custodiri præcepit: ipse dominus vero [9] cessit; alius autem quidam post multum temporis advenit ad thesaurum, dicens se ab eo qui signaculis locum concluserat, missum ad hoc, ut etiam ipse in eumdem thesaurum triticum congregaret. Quem cum vidissent custodes, poscebant ab eo [10] signaculi fidem, quo possint ei videlicet aperire thesaurum, & parere ei, tamquam ab illo, qui signaverat, misso; [11] qui cum nec claves ostenderet, neque signaculorum fidem deferret, (neque enim habebat jus) a custodibus ejectus est, & fugatus; fur enim potius & latro ab eis esse deprehenditur, convictus & [12] confugatus etiam ex hoc, quod post multum tempus, quam promissum fuerat, adesse desideret, neque claves neque signacu-

a II. Cor. XIII. 3.

1. Locus iste videtur mendosus, nec quid sibi velit Archelaus clare intelligitur, nisi legamus, *Sed alium ab alio longe differre si dicamus, ignorantiam pastori adscribimus.*

2. Forte legendum, *eum ipse.*

3. In codice Casinensi deficit, *si*, & paullo post, *quæstione relecta*, habet. Sed necessaria visa est utrobique correctio nostra.

4. Vel heic nonnulla desunt, vel fortasse legendum, *ut non longe post sit ei Paullus*; nempe, ut ipso parum inferior sit Paullus Apostolus, quem a Deo ante se ad humani generis salutem missum fuisse ait supra Manes, ita tamen ut sibi, quod perfectum erat, reservatum fuerit. Vide supra cap. 13.

5. In codice Casinensi est, *agebat*, librarii, ut arbitror, errore sic infra cap. 29. *Jesus ad discipulos agebat.*

6. Vulgata legit, *An experimentum*; in græco tamen textu est, *ἐπεί*.

7. Forte *fit*, vel *fit*, aut etiam, *est*.

8. Supra thesauri solo sigillo obsignati mentionem facit Archelaus: at heic sigillo claves adjungit, quo pacto charmora quæque ab antiquis custodiri consuevisse, testis est Aristophanes in comœdia, cui titulus, *Θεσμοφοριάζουσαι* pag. 787. apud quem mulier quædam conqueritur gynæcorum fores sigillis & pessulis a maritis obfirmari, quem morem irridet Menander apud Stobæum.

9. Forte *recessit*, vel *discessit*.

E 10. Anulis pro tessera, seu signo in repetendo deposito, & majore nuntiis fide concilianda veteres usos fuisse, ex Plauto, & Apulejo discimus; quorum primus in Bacchide act. 2. scena 3. vers. 93. ita inquit Chrys. *Anulum gnati tui Facito, ut memineris ferre.* Nic. *Quid opus est anulo?* Chrys. *Quia id signum est Theotimo qui cum illi afferet,* [illegible] Alter vero in lib. 10. de Asino aureo hoc iratæ cujusdam mulieris facinus refert. *Anulo mariti surrepto, rus profecta, mittit quemdam servulum,* [illegible] *incomitata festinat, &c.*

11. In Casinensi, *Quicumque*. Sed sensus postulare videtur, ut [illegible] legatur.

12. Forte, [illegible].

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 278.




la neque ullum omnino custodibus indicium deferens, non quantitatem frumenti reconditi sciens; quæ omnia manifesta indicia sunt, nequaquam eum ab illo esse transmissum, [1] & ideo, ut consequenter erat, a custodibus reservatus est.

XXVII. Aliud etiam, si videtur, dicimus exemplum. Homo quidam paterfamilias dives plurimum, ad tempus peregre absuturus, filiis suis pollicitus est, missurum se esse aliquem, qui pro se distribueret eis ex æquo substantiam. Et quidem non multo post misit tutum virum quemdam, justum & verum; qui cum venisset, suscepta universa substantia, primo omnium instruere eam ac regere studuit, laborans plurimum in itineribus, [2] sedens ipse per se suis manibus opus faciens, & ministrans; [3] deinde moriturus testamentum scribit, propinquis suis & proximis omnibus hereditatem derelinquens, & signacula dedit eis, & nominatim singulos convocans, præcepit eis servare hereditatem & custodire ac regere substantiam, sicut susceperant, & perfrui bonis & fructibus, ipsi domini heredesque derelicti. Si qui vero ex agri hujus fructibus percipere rogaret, indulgenter præberent; [4] sin autem coheredem se dicens, exposceret, devitarent, atque alienum esse pronuntiarent; opus autem magis facere debere eum, qui recipi velit. Quomodo ergo his omnibus bene recteque dispositis & statutis, ac plurimo tempore in eo statu perseverantibus, eum qui post trecentos fere annos venerit, & heredem esse se confirmet, non abjiciemus, non juste alienum pronuntiamus, qui nec de propinquis se esse ostendit, qui defuncto nostro non adfuerit ægrotanti, qui in exsequias non ierit Crucifixo, qui sepulcro non adstiterit, qui omnino nesciat, quomodo aut qualiter defunctus est, qui denique thesaurum frumenti ingredi cupiat, nullo indicio delato ab eo qui obsignaverit? Nonne eum, tamquam latronem & furem abjiciemus, ac modis omnibus expellemus? Hæc igitur signa quæ in prædictis comprehendimus exemplis, iste non deferens adest, dicens se esse Paraclitum qui ab Jesu præsignatus est mitti; in quo [5] mendacem, ignorans fortasse asseret Jesum; qui enim dixerat se non multo post missurum esse Paraclitum, invenitur [6] post trecentos & eo amplius annos misisse hunc, sicut ipse sibi testimonium perhibet. Quid dicent Jesu in die judicii illi, qui jam vita excesserunt ex illo tempore usque nunc? Nonne hæc apud eum allegabunt, Noli nos cruciare, si opera tua non fecimus; cur enim cum promiseris sub Tiberio Cæsare missurum te esse Paraclitum, qui argueret nos de peccato & de justitia, [a] sub Probo demum Romano imperatore misisti, orphanos dereliquisti, dum ipse dixeris: [b] *Non derelinquam vos orphanos*, cum ipse dixeris te, mox ires, missurum esse Paraclitum? Quid poteramus orphani facere, non habentes tutorem? nihil nos deliquimus, tu nos fefellisti. [7] Sed absit hoc a Domino nostro Jesu Christo salvatore omnis animæ. Non enim moratus est in promissionibus suis, sed cum dixisset: [c] *Vado ad Patrem meum, & mitto vobis Paraclitum*, statim misit, dividens, donans discipulis suis; [8] abundantius vero conferens Paullo.

XXVIII. Manes dixit: Tuimet ipsius indicio comprehensus es. Hæc enim adversum te locutus, ignoras, quia dum in me vis probra conjicere, majori culpæ succumbis. Dic age mihi, si, ut ais, qui a Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, Noli nos judicare, quia opera tua non fecimus; non enim misisti nobis Paraclitum, [9] cum dixeris te missurum: non multo magis illi hæc dicent, qui a Moyse usque ad adventum ipsius Jesu Christi vita excesserunt, & eo rectius dicent, [10] Noli nos tradere tormentis, quoniam agnitionem tui non accepimus? Et non solum hi qui ante ipsius adventum decesserunt, jure hæc allegare videbuntur; verum etiam illi, qui ab Adam usque ad adventum Jesu obierunt? Neque Paracliti enim scientiam consecuti sunt, neque Jesu doctrina eruditi sunt. [11] Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut ais, quod a Tiberio est salventur; ipse enim [d] *Eos Christus de maledicto legis redemit*, sicut Paullus testimonium dedit: [e] *Quia littera occidit, nec quemquam vivificat*, & [f] *Quod lex ministerium mortis est*, [g] *virtusque peccati*. Archelaus dixit: [h] Erras nesciens scripturas, neque virtutem Dei; multi enim etiam post adventum Christi usque nunc perierunt & pereunt; hi scilicet, qui operibus justitiæ deservire noluerunt; illi vero soli, qui susceperunt eum & suscipiunt, [i] *Potestatem acceperunt filii Dei fieri*. Non enim omnes dixit; sed neque tempus terminavit: *Quicumque enim*, inquit, *acceperunt eum*. Adest autem semper justis viris, a creatura mundi, nec cessat inquirere sanguinem ipsorum ex sanguine Abel justi, usque ad sanguinem Zachariæ [k].

a Joan. xvi. 8. *b* Job xiv. 18. *c* Job xiv. 16. 28. *d* Galat. III. 13. *e* II. Cor. III. 6. *f* II. Cor. III. 7. *g* I. Cor. xv. 56. *h* Matth. xxii. 29. *i* Joan. I. 12. *k* Matth. xxiii. 35.

1. In codice Casinensi legitur, *& ideo consequenter*.
2. Forte, *sed & ipse per se*.
3. In codice Casinensi, *Deinde die moriturus*, nos secundam vocem, ex præcedentis verbi postremæ syllabæ repetitione veluti insertam, sustulimus. Vel fortasse legendum, *Deinde die, qua moriturus erat, testamentum*.
4. Aut nihil video, aut ita restituendus est hic locus manifeste corruptus; nam in codice ita scribitur. *Sin autem conderem se dicens, exposceret, devitarent persequi, alienum esse pronuntiaret*.
5. Hoc eodem argumento adversus Montanistas utitur Theodorus Heracleota in cap. 14. Evang. Joan. vers. 17. cum inquit: *Nam si illis non diligentibus solum, sed & pro Deo mortem oppetentibus, non misisset, quem promiserat Paraclitum, secundum Phrygiorum impietatem, mendacium in Evangeliis reperiretur. Quod si vero, cum sit ipsa veritas, miserit iis Spiritum sanctum, temere errando comminiscuntur, dicentes per Montanum & Priscillam missum esse Paraclitum post ducentos & triginta annos ab Apostolica gratia transactos*.
6. Contentionis æstu actus videtur heic dixisse Archelaus, post trecentos & amplius annos a Christi morte Manetem emersisse: nam a Christi morte usque ad habitæ cum Manete disputationis tempus, anni circiter CCXLIX. intercedunt. Vide præfationem nostram in Archelao.
7. Parva mutatione hunc locum recte, ni fallor, emendavimus, qui in codice Casinensi ita se habet. *Sed absit hanc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omne animæ*.
8. Mire heic & in seqq. depravatus est codex Casinensis, in quo legitur, *Abundantibus vero confitens Paullo. Manes dixit, Tuum & ipsius indicio comprehensus es; hæc enim versum te locutus, ignorans, quia dum me vis probra conjicere, majori culpæ se succumbit. Dic age mihi studias, qua Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, nolite nos judicare*. Nos tot menda, quantum per conjecturas licuit, abstergere conati sumus.
9. Verbum, *missurum*, nostra est additio, cum in Casinensi desit; & sane vocem illam, vel quid simile ibi deficere ipsa orationis series ostendit.
10. In Casinensi est, *noli nostra de tormentis*, nullo sensu, nisi ut editum est, corrigatur.
11. In codice Casinensi sic legitur, *Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut eas, quod a Tiberio est, salventur*. Nos autem verba illa, *ut eas*, interpretati sumus, *ut ais*, exemplo alterius loci infra cap. 30. ubi *ut as*, pro, *ut ais*, vel, *ut asseris*, a librario scriptum fuisse, sensu ipso poscente, conjecimus.



Unde ergo Abel justus, & illi omnes reliqui [1] per ordinem, qui inter justos enumerantur, cum lex non esset Moysi, cum Prophetæ oborti non essent, nec prophetiæ munus implessent? Nonne justi effecti sunt ex eo quod legem implebant: [a] *Ostendens unusquisque eorum* [2] *opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia sua?* Cum enim quis legem non habens, naturaliter, quæ legis sunt, facit; hic legem non habens, ipse sibi est lex. Et intuere multitudinem legum per singulos justos, qui bene agebant vitam suam, nunc ex semet ipsis proferentes in cordibus suis insitam Dei legem, nunc a propriis parentibus inquirentes, aliquando etiam ab antiquioribus & senioribus addiscentes. Verum quia pauci [3] per hunc modum poterant ad justitiæ culmen ascendere, idest, per parentum traditiones, nulla in litteris lege conscripta, miseratus est Deus humanum genus, & scriptam legem per Moysen voluit hominibus dare, quoniam quidem non apprime in cordibus eorum naturalis legis æquitas retinebatur. Consona igitur primæ creationi humanæ fit in litteris legislatio, quæ per Moysen datur salutis caussa plurimorum. Si enim æstimamus hominem sine operibus legis justificari, & Abraham reputatus est justus; quanto magis ii qui adimpleverint legem, continentem ea quæ hominibus expediunt, justitiam consequentur? Et quoniam trium solummodo sermonum mentionem fecisti, de quibus Apostolus dixit: [b] *Ministerium mortis esse legem*, & [c] *Christum redemisse nos de maledicto legis*, & quoniam: [d] *Virtus peccati est lex*. Adde adhuc, & dic quantacumque tibi videntur adversus legem esse conscripta.

XXIX. MANES DIXIT: An non idem est, quod Jesus ad discipulos ajebat, incredulos eos esse demonstrans: [e] *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis?* Hoc utique dicit, quia quanta voluerit malignus princeps hujus mundi, & quanta desideraverit, per Moysen scripserit, & dederit hominibus facienda. [f] *Ille enim homicida est ab initio, & in veritate non stetit, quoniam veritas in eo non est; cum loquitur mendacium, de suis propriis loquitur quoniam mendax est, sicut & pater ejus.* ARCHELAUS DIXIT: Sufficit tibi hæc, * sunt, an habes & alia, quæ dicas? MANES DIXIT: Habeo quidem multa, & horum majora; sed his contentus ero. ARCHELAUS DIXIT: Exemplum scilicet accipiamus ex his, eorum quæ habere te dicis; ut si hæc recte posita fuerint inventa, etiam reliqua cum his adnumerentur: sin minus, ero ego obnoxius sententiæ Judicum, id est, victi ignominiam feram. Ais ergo ministerium mortis esse legem, & principem hujus mundi mortem, regnare ab Adam usque ad Moysen; scriptum est enim: [g] *In eos qui* [4] *non peccaverunt*. MANES DIXIT: Ergo mors regnavit sine dubio, quia dua-

A litas est, nec aliter, nisi essent ingenita. ARCHELAUS DIXIT: Et quomodo ingenita mors certo ex tempore regni sumit exordium? ab Adam enim, inquit, & non dixit ante Adam. MANES DIXIT: Quomodo vero, & justorum, & peccatorum obtinuerit regnum dicito. ARCHELAUS DIXIT: Cum prius confessus fueris, quia a tempore, & non æternitate regnavit, tum dicam. MANES DIXIT: Scriptum est hoc, quia [h] *Ab Adam usque ad Mosen regnavit*. ARCHELAUS DIXIT: Ergo & finem habet, quod cœpit [5] ex tempore; & verum est illud quod dictum est, quia [i] *Absorpta est mors in victoria*. Etiam ingenita non erit, quæ & initium habere monstratur, & finem. MANES DIXIT:

B Deus ergo eam fecit. ARCHELAUS DIXIT: Nequaquam; absit: [k] *Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum*. MANES DIXIT: Deus eam non fecit; facta tamen est, ut ais: a quo acceperit imperium, vel a quo creata sit, dicito? ARCHELAUS DIXIT: Si hoc plenissime ostendero, quod substantiam ingenitæ naturæ mors habere non possit, nonne confiteberis unum Deum esse, & hunc ingenitum? MANES DIXIT: Loquere, subtiliter enim vis [6] discere. ARCHELAUS DIXIT: Quia tu verba illa ita protulisti, tamquam tibi proficerent ad ostensionem ingenitæ radicis; sufficiunt tamen nobis & ea quæ supra tractata sunt, in quibus plenissime ostendimus, impossibile esse duarum na-

C turarum ingenitarum exsistere posse substantias.

XXX. JUDICES DIXERUNT: Dic ad ea, quæ nuper proposuit, Archelae? ARCHELAUS DIXIT: Principem mundi, & malignum, & tenebras, & mortem unum eumdemque esse dicit, legemque ab eo datam, propter hoc quod scriptum est: [l] *Ministerium mortis*, & reliqua quæ objecit. Quoniam, [7] inquam, sicut superius diximus, malorum memoriæ lex non diligenter hærebat, [m] scripta naturaliter in cordibus eorum; neque apud seniores erat satis firma traditio, [8] cum eis inimica semper memoriæ inhæsisset oblivio; & aliter quis eruditur a magistro, aliter a semet ipso: perveniebat facile

D legis naturaliter scriptæ transgressio, & ex prævaricatione mandatorum regnum mors in hominibus obtinebat; hujuscemodi est enim genus hominum, quod virga ferrea regi indigeat a Deo. Exsultabat ergo mors, & cum omni potestate regnabat usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverant, hoc modo quo diximus; super peccatores quidem, veluti proprios sibique subjectos, sicut fuit Cain, & Juda; super justos vero propter hoc, quod non consentirent ei, quin potius resisterent, abscindentes a se libidinum vitia & concupiscentias, veluti hi, qui fuerant [n] ab Abel, & usque ad Zachariam, transterens semper usque ad tempus in similes illius. Cum vero adfuisset Moyses, & legem dedis-

E set filiis Israel, & revocasset eis in memoriam omnes justificationes legis, quæcumque observare oporte-

a Rom. II. 15. *b* II. Cor. III. 7. *c* Gal. III. 13. *d* 1. Cor. xv. 56. *e* Joan. VIII. 44. *f* Ibid. *g* Rom. V. 14. *h* Ibid. *i* 1. Cor. xv. 54. *k* Sap. I. 13. *l* II. Cor. III. 7. *m* Rom. II. 15. *n* Matth. XXIII. 35.

1. In codice Casinensi, *qui per ordinem, qui inter justos*.
2. In eodem codice scribitur, *opus legis scriptura*.
3. Ita videtur legendum; licet in codice Casinensi scribatur, *per hunc mundum*.
4. Irenæus quoque lib. 3. adv. hæreses cap. 20. cum particula negativa laudat hunc D. Paulli locum: unde patet D. Augustinum in libro de Peccat. meritis & remiss. lib. 1. cap. 11. recte censuisse, ita ad græcorum codicum fidem legendum esse, licet in majori latinorum codicum parte sine particula negativa legeretur. Hanc tamen postremam lectionem multis contendit veram esse Hilarius Diaconus in commentariis ad eum Paulli locum inter D. Ambrosii opera: sed ejus opinionem, utpote originali peccato adversantem, rejecit Ecclesia, quæ probatam D. Augustino lectionem in latinis quoque sacræ Scripturæ codicibus huc usque retinuit.
5. In codice Casinensi manifesto errore scribitur, *exemplo se*.
6. Fortasse, *docere*.
7. In codice Casinensi male, *iniquam*.
8. Ita necessario emendanda vitia est ejusdem codicis [illegible], in quo scribitur, *cum eas inimica semper memoriæ in[illegible] sea oblivio*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

bat & facere, eos vero solos qui prævaricarentur legem, morti traderet; intercisa est mors, ne super omnes regnaret: regnabat enim super peccatores solos, dicente sibi lege, ne contigeris hos qui mea præcepta custodiunt. Hujus ergo verbi ministerium Moyses detulit morti, reliquos omnes prævaricatores legis [1] interitui tradens: non enim pro eo, ut omnino mors nulla ex parte regnaret, Moyses advenit, cum utique plurimi etiam post Moysen sub mortis ditione tenerentur. Ex hoc *ministerium mortis* appellatum est, [2] quoniam soli transgressores legis puniebantur, non etiam conservatores, sicut Abel faciens ea quæ legis sunt & custodiens, quem Cain, vas maligni effectus, interemit. Verum etiam post hæc voluit mors pactum quod fuerat per Moysen positum, rescindere, & regnare denuo super justos: & irruit quidem in Prophetas, interficiens & lapidans eos qui missi erant a Deo usque ad Zachariam: Dominus autem meus Jesus, justitiam Moysi legis custodiens, indignatus adversus mortem pro prævaricatione [3] pacti, & totius illius ministerii, advenire dignatus est in hominis corpore, vindicaturus non semet ipsum, sed Moysen, & eos qui ex ordine post ipsum fuerant violentia mortis oppressi. Malignus vero ignorans hujuscemodi dispensationem, ingressus est Judam ut per ipsum interficeret eum, sicut antea Abel interfecerat justum. Sed cum intrasset in Judam, pœnitentia ductus, se ipse suspendit: propter quod ait sermo divinus: [a] *Ubi est mors victoria tua? ubi est mors aculeus tuus?* Et: *Absorpta est mors in victoria*. Hac ergo ex caussa *Ministerium mortis* appellata est lex, quia peccantes prævaricantes morti tradebat; servantes autem se, defendebat a morte, & constituebat in gloria, ope atque auxilio Domini nostri Jesu Christi.

XXXI. Audi etiam & de eo, quod dictum est, [b] *Qui redemit nos de maledicto legis Christus*. Hoc in loco pervideo, magnificum Dei famulum Moysen [4] imaginariam legem his, qui recte [5] velint videre tradidisse, & legem veram. Sicut enim Deus cum fecisset mundum, & omnia quæ in eo sunt, in sex diebus, requievit in die septima ab omnibus operibus suis; non dico, quia [6] requieverit

A fatigatus, sed quoniam ad perfectum adduxerat omnem quam facere disposuerat, creaturam: denique ait, [c] *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*. Numquidnam cælum facit, aut solem, aut hominem, aut animalia, aut virgulta, aut tale aliquid? Sed his quidem visibilibus perfectis, a tali opere conquievit; [7] invisibilia autem, & intrinsecus usque modo operans, salvat. Ita ergo etiam unumquemque nostrum, sicut ipse Deus est, indesinenter huic operi legislator vult esse devinctum: a sæcularibus jubet protinus conquiescere, & omnino nullum opus gerere mundanum; & hoc appellatur sabbatum. Addidit etiam hoc in lege, nihil absurdum fieri debere; sed observare nos, & diri- B gere vitam nostram ex æquo & justo. Et imminebat hæc lex, acerrime maledictum inferens his qui eam fuissent transgressi; sed quoniam homines erant & illi, & sicut etiam nobis frequenter accidit, controversiæ oriebantur, & irrogabantur injuriæ; & lex statim districtissimam [8] ultionem quam fecerat, retorquebat: ita ut si quis pauperum voluisset in sabbato fascem ligni colligere, sub maledicto legis effectus, morti continuo subjiceretur. [d] Arctabantur ergo coertione legis homines, qui cum Ægyptiis fuerant educati, nec poterant pœnas legis & maledicta tolerare. Rursum autem ille qui semper salvator est, Jesus Dominus noster adveniens, liberavit eos ex hujuscemodi cruciatibus C legis atque maledictis, donans eis injurias. Nec, sicut Moyses, severitate usus est legis, nulli indulgendo injuriam; sed hic dixit, si quis passus fuerit a proximo suo injuriam, indulgeat non semel tantum, sed & nec secundo, nec tertio, nec solum septies, sed septuagesies septies [e]: quod si post hæc injuriam permanserit irrogando, tunc demum legi eum debere succumbere Moysi, nec ultra veniam dari ei qui in injuriis perseverat, cum sibi septuagesies septies fuerit indultum. Non solum autem huic, sed etiam si quis filio hominis intulisset injuriam, veniam dedit. Si vero Spiritui sancto, duobus eum subdidit maledictis, id est Moysi legis, & suæ; Moysi quidem in præsenti, suæ vero in D judicii tempore; ait enim ita: [f] *Neque in hoc sæculo, neque in futuro remittetur ei*. Moysi ergo lex est, quæ in præsenti sæculo nulli veniam tribuit; Christi vero est, quæ vindicat in futuro.

a 1. Cor. xv. 54. *b* Galat. III. 13. *c* Joan. V. 17. *d* Num. xv. 32. *e* Matth. xviii. 21. *f* Matth. xii. 32.

1. In Casinensi codice, *interit ut tradens*, manifestus librarii error.

2. Scite adversus Manichæos, ut videtur, Jo. Chrysostomus in hunc D. Paulli locum Homilia 7. *Per mortis autem ministerium legem intelligit. Atque interim vide, quam sedulo in ista comparatione caveat, ne ullam hæreticis ansam præbeat. Non enim dixit, lex mortem efficit, sed mortis ministratio est. Mortem enim ministrabat, non autem pariebat. Nam peccatum id erat, quod mortem efficiebat. Lex autem mortem invehebat, ac peccatum indicabat; non autem faciebat. Malum enim apertius detegebat ac plectebat, non autem ad malum impellebat. Neque ad id ministrabat, ut peccatum fieret, aut mors exsisteret; sed ut pœnas daret is, qui peccasset; ac proinde hac quoque ratione peccatum delebat. Nam dum ipsa peccatum adeo formidandum esse ostenderet, procul dubio hoc etiam faciebat, ut ipsum fugiendum esse videretur. Quemadmodum igitur is qui ensem in manus sumit, ac sonti caput amputat, judici pronuntianti ministrum se præbet, neque ipse est qui interimit, etiam si alioqui ipse sit qui caput abscindit: nec rursus is qui sententiam profert, ac sontem condemnat; sed ejus de quo supplicium sumitur, improbitas. Eodem modo heic quoque non lex erat, quæ necem afferebat; sed peccatum ipsum erat, quod & interimebat & condemnabat.*

3. In codice Casinensi est, *acti*, quod etiam manifesta est librarii hallucinatio.

4. *Imaginariam* Archelaus vocat legem, vetus testamentum, quod typus esset & imago futuræ novæ legis: Sic & Petrum de Vineis in epistolis suis non semel, *imaginarium* hominem vocasse nuntium seu legatum observat Cangius in Glossario, quod illum a quo missus fuerat, repræsentet, & ejus velut imaginem referat. Utitur & hac voce Evagrii Monachi vetus interpres in disputatione Theophili episcopi Alexandrini cum Simone Judæo cap. 13. ubi sabbata *imaginariam* requiem vocat septimæ illius diei, in qua Deum, mundi creatione absoluta, requievisse pagina sacra testatur. Quare Archelaus in responsione ad Diodorum presbyterum infra cap. 41. totus est in demonstrando, E non esse rejiciendum vetus testamentum, quia tamquam speculum veram nobis exprimit novæ legis imaginem.

5. Forte, *velint vivere*.

6. In Casinensi est, *requie requieverit*: sed ea lectio nobis visa est unius ejusdemque vocis repetitio, nisi potius græcismus sit.

7. Casinensis habet, *invisibili autem & trinsecus*. Sed legendum videtur, ut editum est, vel *invisibilia autem intrinsecus*. Deus enim, ut inquit D. Augustinus in libro de Gratia Christi cap. 24. non lege atque doctrina insonante forinsecus; sed interna atque occulta mirabili ac ineffabili potestate operatur in cordibus hominum non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Similia inculcat tum in capite decimo tertio ejusdem operis, tum alibi passim.

8. In Casinensi codice, *ultionem fecerat retorquebat*. Sed necessaria visa est relativi articuli additio, ne sensus ulla ex parte nutaret.

Ex hoc intuere quemadmodum confirmat legem, non ſolum non ſolvens eam, ſed implens. Redemit ergo eos ab eo, quod in præſenti poſitum erat, maledicto legis, ex quo [a] *Maledictum legis* appellatum eſt. Hæc omnis hujus ſermonis eſt ratio. Cur autem [b] *Virtus peccati dicta ſit lex*, pro viribus noſtris breviter exponemus. Scriptum eſt enim: [c] *Quia juſto lex non eſt poſita, ſed injuſtis, & non ſubditis, impiis & ſceleſtis*. Non ergo erat tunc lex litteræ poſita delinquentibus ante Moyſen, unde & Pharao ignorans virtutem peccati, delinquebat affligens injuſtis oneribus filios Iſrael, divinitate neglecta, non ſolum ipſe, ſed & omnes qui cum eo erant. Verum ne utar longiore circuitu, brevius dicam. Erant quidam Ægyptiorum admixti cum populo Moyſi, cum ab eo regeretur populus in deſerto; & cum Moyſes poſitus eſſet in monte, pro eo ut acciperet legem, impatiens populus, [1] non ille qui vere erat Iſraelita, ſed qui ex Ægyptiis fuerat admixtus, vitulum ſibi conſtituit Deum, ſecundum priſtinum morem quo coluerat ſimulacra, in quo nec ſcelerum pœnas aliquando rependeret; & ideo virtutem peccati ſui penitus ignorabant: quæ cum regreſſus agnoviſſet Moyſes, præcepit eos gladiis trucidari, ex quo initium factum eſt ſentire eos virtutem peccati per legem Moyſi, & propterea *Virtus peccati* appellata eſt lex.

XXXII. De eo vero, quod in evangelio ſcriptum eſt, [d] *Vos de patre diabolo eſtis*, & reliqua, breviter dicimus, quia eſt diabolus inoperans in nobis, qui ſui arbitrii poteſtate tales eſſe voluit. Deus enim omnia quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii ſenſum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii poſuit. Peccare noſtrum eſt; ut autem non peccemus, Dei donum eſt, ex eo quod in noſtro ſit arbitrio conſtitutum peccare, vel non peccare; ſicut etiam tu ſine dubio noſti, o Manes, ſi tamen congregans in unum diſcipulos tuos, [2] & eos commonens ne delinquant, neve aliquid injuſte gerant, judicii legem unuſquiſque eorum poſſit evadere. Et certe qui voluerint, [e] obſervant mandata; qui vero contemſerint & in perverſum declinaverint, ſine dubio legem judicii ferent. Ex hoc etiam Angelorum quidam, mandato Dei non ſubditi, voluntati ejus reſtiterunt: &

A aliquis quidem de cælo, tamquam fulgur ignis [f], cecidit ſuper terram; alii vero in felicitate [3] hominum filiabus admixti, a dracone afflicti, ignis æterni pœnam ſuſcipere meruerunt. Ille igitur in terram decidens nec ultra cæli regionibus admiſſus, inter homines volutatur, decipiens eos, atque perſuadens ſibi ſimiles effici tranſgreſſores, & uſque in hodiernum adverſarius eſt mandatis Dei. Sed non omnes lapſum ruinæ ejus ſequentur, pro eo quod unicuique libertas arbitrii eſt: ex hoc enim & appellatus eſt Diabolus, eo quod tranſitum fecerit de cæleſtibus, & quod in terris mandato Dei obtrectator exſiſteret. Quia autem Deus ſit qui prius mandatum dedit, ipſe Dominus Jeſus ait ad diaB bolum: [g] *Vade poſt me ſatana*. Et ſine dubio ire poſt Deum, ſervi eſt. Et iterum quod ait ad eum: [h] *Dominum Deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſervies*. Quoniam ergo obtemperabant quidam hominum voluntatibus ipſius, audierunt a Salvatore: [i] *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri facere vultis*. Denique, cum faciant voluntates ejus, audiunt: [k] *Generatio viperarum, quis vobis oſtendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ*. Ex hoc ergo pervide quanta vis ſit hominem liberi eſſe arbitrii: dicat tamen etiam ipſe, ſi eſt judicium piorum, & impiorum. MANES DIXIT: Eſt judicium. ARCHELAUS DIXIT: Puto quæ [4] a nobis de diabolo dicta ſunt, C non parum rationis & pietatis obtinent. Habet enim & unaquæque creatura ordinem ſuum: & alius quidem ordo eſt humani generis, & alius animalium eſt, atque alius Angelorum: una vero & ſola inconvertibilis eſt divina ſubſtantia, æterna & inviſibilis, ſicut & omnibus notum eſt, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: [5] [l] *Dominum nemo vidit umquam, niſi unigenitus filius qui eſt in ſinu Patris*. [6] Reliquæ ergo omnes creaturæ viſibiles ſint neceſſe eſt, cælum, terra, mare, homines, Angeli, Archangeli: Deus vero, cum a nullo umquam viſus ſit, quid ei poteſt ex iſtis creaturis eſſe homouſion? Unde & ſingula quæque ſecundum ordinem ſuum propriam dicimus habere D ſubſtantiam. Tu vero ex uno omne animal quod movetur, factum dicis, & ſubſtantiam a Deo accepiſſe dicis ſimilem, & poſſe eam peccare, atque ad judicium venire; & eum non vis recipere ſermonem dicentem, diabolum Angelum fuiſſe, &

a Galat. III. 13. *b* 1. Cor. xv. 56 *c* I. Tim. I. 9. *d* Joan. VIII. 44. *e* Matth. XIX. 17. *f* Luc. x. 18. *g* Matth. IV. 10. *h* Ibid. *i* Joan. VIII. 44. *k* Matth. III. 7. *l* Joan. I. 18.

1. Non pauca primitivæ Eccleſiæ Patres ex Judæorum ſententia loquebantur, ut ex his quæ in capite ſequenti & ad Theophili Alexandrini diſputationem cum Simone Judæo cap. 13. adnotavimus, lucide apparet. Hujus generis etiam eſt, quod heic de Ægyptiis vituli aurei conſtructoribus & adoratoribus tradit Archelaus; nam in Scemoth Rabba pag. 15-. col. 1. *Et iſti* (nempe Ægyptii proſelyti) *fecerunt vitulum, quia colebant idololatriam, & iſti fecerunt, & in cauſſa fuerunt, ut populus peccaret. Vide quid ſcriptum ſit* Exodi XXXII. verſ. 4. *Non eſt ſcriptum heic, Iſti ſunt dii noſtri, ſed iſti ſunt dii tui: quod proſelyti, qui cum Moyſe aſcenderant, ipſi fecerunt illum, & dixerunt Iſraeli, Iſti ſunt dii tui. Idcirco Deus ſanctus benedictus dixit Moyſi, Vade, deſcende. quia corrupit populus tuus*. Vide Salomonem Jarchi in eumdem Exodi locum verſ. 8. Aben Ezra ibid. verſ. 22. & Abarbanellum ibid. verſ. 11. At vel ex nuda ſacri Textus lectione, & ex LXX. Interpretum verſione hanc Rabinorum conjecturam valde incertam futilemque eſſe clare colligitur.

2. Ita reſtituendam cenſuimus depravati codicis Caſinenſis lectionem, in quo ſic ſcribitur, *& communis me, &c.* niſi quis maluerit, *communiens*.

3. En alter Archelai locus, ex quo id quod in præcedenti capite de Hebræorum opinionibus a primitivæ Eccleſiæ Patribus interdum propugnatis diximus, aperte confirmatur. Quod enim heic de Angelis cum feminis concumE bentibus, tradit Archelaus, jam uſque a Philonis Hebræi & Joſephi temporibus Judæorum opinio eſt, quam etiam ſequuntur Tertullianus, Juſtinus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Methodius, Cyprianus, Lactantius, ut late probat Pamelius in Tertulliani Paradoxo 1. & Fevardentius in notis ad Irenæum ejuſdem opinionis affeclam lib. 4. cap. 70. Horum tamen Patrum nonnulli bonos a malis Angelis deceptos, nonnulli malos Angelos cum hominum filiabus commixtos fuiſſe credidere; ſed utramque opinionem communi calculo reiiciunt alii Patres, & recentiores omnes ſacræ Scripturæ interpretes, quorum catalogum texere, cum res vulgatiſſima ſit, prætermittimus.

4. In Caſinenſi legitur contrario ſenſu, *a vobis*, quod tamen in hunc locum non quadrat.

5. Hunc locum iiſdem verbis laudat Irenæus adv. Hæreſ. lib. 3. c. 11. licet alibi Vulgatæ verſionem ſequatur.

6. Archelaus heic veterum quorumdam Patrum ſententiam amplectitur, qui ſolum Deum incorporeum, reliqua vero creata omnia corporea eſſe putarunt, quod nempe loco circumſcripta, in ſe ipſis ſubſiſterent; licet noſtri reſpectu, qui craſſa & denſa corpora habemus, incorporeos dici putarent. Vide Dionyſium Petavium tomo tertio Theologicorum dogmatum lib. 1. cap. 2. & ſequentibus, ubi latiſſime omnium Patrum ea de re ſententias expendit.

SECUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



in prævaricatione decidisse, & non esse ejusdem cum Deo substantiæ. Interimere debes judicii [1] ratione, ut quis nostrum fallat appareat. Si enim non potest qui a Deo creatus est Angelus, in transgressione decidere, quomodo potest pars Dei anima peccare? Si vero judicium esse dicis peccantium animarum, & unius eas cum Deo dicis esse substantiæ, & tamen cum de divina eas asseras esse natura, dicis nihilominus [2] Dei non servare mandata; etiam sic plurimum meus sermo [3] procedit, dicens primo diabolum, eo quod mandatum non servaverit, decidisse; non enim erat ex Dei substantia: decidit non tam ut læderet humanum genus, sed ut ab eo potius illuderetur: [a] dedit enim nobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici.

XXXIII. JUDICES DIXERUNT: Sufficienter ostendit de origine diaboli. Cum enim utraque pars confitetur futurum esse judicium, necessario liberi arbitrii unusquisque monstratur; [4] quo evidenter ostenso, nulli dubium est, quod unusquisque in quamcumque elegerit partem, propria usus fuerit arbitrii potestate. MANES DIXIT: [5] Si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum. ARCHELAUS DIXIT: Confitere primo, quia vera sit ratio eorum quæ nunc adduximus, & tunc ostendam tibi patrem ejus. MANES DIXIT: Si mihi ostenderis patrem ejus mendacem, & Deo horum nihil adscripseris, tunc tibi de omnibus accommodabitur fides. ARCHELAUS DIXIT: Omni ratione de diabolo diligenter exposita, & dispensatione prolata, sicut hominum viget sensus, etiam apud se ipsum potest diligenter advertere, quis iste sit, qui diaboli appellatus est pater. Sed cum te tu Paraclitum esse dicas, plurimum tibi etiam ab humana deest prudentia. Quoniam ergo prodidisti ignorantiam tuam; dicam ego [6] quid ille sit pater diaboli. MANES DIXIT: [7] ... dico: & adjecit, omnis qui conditor est, vel creator aliquorum, pater eorum .... condiderit, appellatur. ARCHELAUS DIXIT: Miror quomodo saltem hoc recta ratione responderis, nec celaveris sermonis hujus intelligentiam vel naturam. Audi jam ex hoc, quis sit pater ejus. Cum ex cælorum regno cecidisset, erat super terras, intendens & inquirens cui se posset adjungere, quem ex consortio sui participem quoque nequitiæ suæ valeret efficere. Et quidem donec homo non erat, neque ille appellabatur homicida, neque cum patre mendax; post hæc vero, cum factus esset homo, ac mendacio ejus fuisset & circumventione deceptus, cum se se inseruisset corpori serpentis sapientioris omnium bestiarum, tunc appellatus est mendax, una cum patre suo; [8] & effectum est non solum super ipsum mendacii maledictum, sed & super patrem ejus. Cum ergo serpens recepisset eum in se se, & recepisset universum, tamquam prægnans effectus est, ingentis malitiæ fascem portans; & erat sicut puerpera quæ partu urgetur, volens evomere malignæ suggestionis ejus [9] agitata. Primi enim hominis gloriam graviter ferens serpens, ingressus paradisum, & conceptis in se doloribus, mendaces cœpit generare sermones, & mortem parere hominibus, qui a Deo fuerunt figurati, & acceperant vitam. Verum non potuit totum se manifestum facere per serpentem; sed reservavit perfectionem suam, quam demonstraret in Cain, a quo generatus est totus. Et per serpentem quidem hypocrises & fallacias ad Evam demonstravit: per Cain vero homicidii exordium dedit, inserens se in primitias frugum, quas ille male distribuit. Ex hoc homicida appellatus est ab initio; mendax vero quoniam fefellit, dicens: [b] *Eritis tamquam dii*: ejecti sunt enim postea de paradiso illi, quos deos futuros esse fallebat. Efficitur ergo prior pater ejus, qui eum in utero concepit & genuit atque in lucem edidit serpens; secundus vero Cain, qui per iniquitates conceptas, dolores & parricidium peperit; interfectio etenim iniquitatem, injustitiam atque impietatem pariter perpetravit. Sed & quicumque eum suscipiunt, & faciunt ejus desideria, fratres ejus efficiuntur. Pater ejus perfectus est Pharao; pater ejus efficiuntur unusquisque impiorum; pater ejus effectus est Judas, quia concepit quidem eum, sed abortus est; non enim perfectum edidit partum, quia majorem personam aggressus est per Judam, & ideo abortum factum esse dico; quia tamquam si mulier semen viri concipiat, atque in se se quotidianos accipiat profectus, ita & Judas quotidie [10] proficiebat in pejus, occasionibus sibi a maligno, quasi seminibus, datis. Et primum quidem fuit ei semen pecuniæ cupiditas, incrementum vero furtum, furabatur enim ea quæ mittebantur in loculum; dolores vero partus fuerunt, & collocutio cum Pharisæis, & pretii scelerata conventio: abortus est vero, non partus, laqueus mortis informis. Sed & tu, si malignum ex te protuleris, & facias ejus concupiscentias, genuisti eum, & pater ejus esse diceris; si vero pœnitentiam gesseris, & abjeceris pondus, velut parturies. Ut enim in ludis scholaribus, si acceperit quis a magistro materiam, reliquum corpus orationis ex semet ipso generet ac procreet, eorum quæ genuerit, conditor ipse dicitur; ita qui ex summa malitia parum quid fermenti acceperit, pater & genitor dicatur necesse est illius,

a Luc. x. 19. *b* Gen. III. 5.

1. Forte, *rationem*, ut sensus sit non debere Manetem judicium admittere, cum ejus dogmata de homine & Angelis judicio advertentur. In græco enim texto hujus disputationis, ἀναιρεῖν, fortasse scriptum erat; quod cum occidere pariter ac auferre & de medio tollere significet, priorem sensum secutus est non satis accuratus, nec satis elegans antiquus interpres.

2. Series & consequentia sermonis omnino videtur postulare ut legatur, *Dei non servare mandata*, licet in Casinensi codice desit negativa particula; nisi quis potius legendum putet, *Dei servare, vel non servare mandata*, pro arbitrii scilicet libertate

3. In Casinensi, *præcedit*.

4. In eodem codice legitur, *Quo videntur ostenso nulli dubium est unusquisque in quamcumque elegerit partem propria usus arbitrii potestate*. Nos an recte locum hunc emendaverimus, videant eruditi.

5. Codex Casinensis heic ita se habet, *Si a Deo bonus, ut as mendacem esse dixisti Jesus*. Abutebatur autem Manes, ut suum de malo Deo dogma statueret, Joannis evangelii loco in cap. VIII. 5. & 44. in quo sic Pharisæos redarguit Jesus: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere; ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo; cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater ejus.* Quare hoc argumento Archelaum heic urget Manes. Si a Deo sola promanant bona, ipseque summe bonus est, mendacem oportet fuisse Jesum, qui in Joannis evangelio, Diaboli patrem non modo mendacem esse, sed & mendacis diaboli creatorem, exstitisse dicit. Hinc autem patet non improbandam esse emendationem nostram, qua legimus, *Si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum*.

6. Forte, *quis ille sit*.


7. Lacunæ istæ facile impleri posse videntur, si ita legamus. *Manes dixit, Jam dico, & adjecit, omnis &c. pater eorum quæ condiderit, appellatur*.

8 In codice Casinensi, *ut*.

9. Forte, *cogitata*.

10. In codice Casinensi est, *proficiebat impetus*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



qui ab initio restitit veritati. Quod simili modo provenire potest etiam his, qui virtuti student; nam audivi fortissimos viros dicere ad Deum, propter timorem tuum [1] Dominum in utero concepimus, & doluimus, & peperimus spiritum salutis; ita & quicumque de timore maligni concipiunt, & pariunt spiritum iniquitatis, ipsi patres ejus dicantur necesse est; filii enim dicuntur, dum adhuc ministerio ejus parent; patres vero, qui ad perfectionem malitiæ pervenerunt. Ita namque & Dominus noster ait ad Pharisæos: [a] *Vos de patre diabolo estis*, filios eos faciens illius, donec adhuc conturbari videbantur, & cogitabant in cordibus suis mala pro bonis adversum justos. Ergo apud se talia cogitantibus, translatis in se malignis eorum cogitationibus, Judas malorum caput, & ad perfectum perducens iniqua consilia, effectus est sceleris pater, immanitatis suæ præmio ab eis triginta argenteis honoratus; totus enim [b] *In eum post bucellam panis ingressus est diabolus*. Sed ut diximus, postquam uterus intumuit, & dolorum tempus advenit, abortum fascem iniquæ conceptionis effudit, & ideo nec perfecte pater appellabatur, nisi eo tantum tempore quo conceptus gerebatur in utero; postea vero quam confugit ad laqueum, non integrum videtur edidisse partum, quia pœnitentia subsecuta est.

XXXIV. Ignorare vos non arbitror, quoniam pater unum quidem sit nomen, diversos tamen habet intellectus: alius enim pater dicitur eorum, quos naturaliter genuerit filiorum; alius vero eorum, quos tantummodo enutrierit; nonnulli vero temporis atque ætatis privilegio: unde & Dominus noster Jesus plurimos patres habere dicitur; nam & David pater ejus appellatus est, & Joseph pater ejus putatus est, cum nullus horum pater ejus fuerit veritate naturæ. Nam David pater ejus dicitur ætatis ac temporis privilegio; Joseph vero lege nutriendi; solus autem Deus Pater ejus natura est, qui omnia per Verbum suum velociter nobis manifestare dignatus est. Nec in aliquo remoratus Dominus noster Jesus, [2] intra unius anni spatium languentium multitudines reddidit sanitati, mortuos luci: qui verbi sui potestate universa amplexus est, in quo tandem remoratus est, ut in Paraclito mittendo tamdiu eum remoratum credamus. Quin potius, ut superius dictum est, adfuit statim plurimum diffusus in Paullum, cujus etiam testimonio credidimus dicenti: [c] *Mihi autem soli data est gratia hæc*. Qui prius quidem fuit persecutor Ecclesiæ Dei, sed rursum manifestatus est omnibus, quia esset fidelis Paracliti minister; per quem universis innotuit singularis ejus clementia, quod & usque ad nos qui aliquando sine spe eramus, donorum ejus largitio pervenit. Quis enim nostrum sperare poterat persecutorem Paullum & inimicum Ecclesiæ, defensorem ejus ac tutorem futurum? Et non solum hoc, verum etiam & magistrum, ecclesiarum conditorem & architectorem. Post hunc ergo, & post eos qui cum ipso fuerant, id est, post discipulos, nullum alium venire secundum Scripturas sperandum est; ait enim Dominus noster Jesus de Paraclito: [d] *Quia & de meo accipiet*. Vas ergo probabile elegit hunc virum, quem misit ad nos Paullum [3] in spiritus influxit Spiritus, & sicut non super omnes homines Spiritus habitare poterat, nisi super eum qui de Maria Dei genitrice natus est, ita & in nullum alium Spiritus Paraclitus venire poterat, nisi super Apostolos, & super beatum Paullum. [e] *Vas enim electionis*, inquit, *mihi est, ut portet nomen meum in conspectu regum & gentium*. Ipse quoque in prima epistola sua posuit, dicens: [f] *Secundum gratiam quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi in gentibus, consecrans Evangelium Dei*. [g] *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto*. Et rursum ait: [h] *Non enim audeo quidquam loqui eorum, quæ per me non effecit Christus verbo & factis*. [i] *Ego enim sum* [4] *novissimus omnium Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Gratia autem Dei sum, id quod sum*. Et eos qui experimentum quærebant ejus, qui in eo loquebatur Christus, vult propterea habere, quia esset in ipso Paraclitus, cujus muneris gratiam consecutus, & [5] magnifico honore ditatus ait: [k] *Pro quo ter Dominum rogavi, ut discederet a me: & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur*. Rursum, quia vere ipse sit Paraclitus qui erat in Paullo, ait Dominus noster Jesus Christus in Evangelio: [l] *Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis*. In quo ostendit etiam se ipsum Paraclitum, cum dicit alium. Unde credentes Paullo, audivimus eum dicentem: [m] *Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus*: & horum similia, de quibus superius diximus; unde & tamquam fidelibus nobis heredibus suis consignat testamentum sua ad Corinthios epistola, velut pater, dicens: [n] *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas: & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum Scripturas: & quia apparuit Cephæ, deinde undecim Apostolis, postea amplius quam quingentis fratribus* [6] *de semel, ex quibus plurimi adhuc manent usque nunc; quidam autem & dormierunt. Postea autem visus est Jacobo; deinde omnibus Apostolis; novissime autem omnium, tamquam abortivo, visus est & mihi: Ego enim sum novissimus omnium Apostolorum*. [o] *Sive ergo ego, sive illi, ita annuntiavimus*. Et rursum tradens heredibus eam quam ipse hereditatem promeruit, dicit: [p] *Timeo autem ne forte, sicut serpens seduxit Evam astutia sua, ita* [7] *corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate & castitate, quæ in Christo est. Si enim is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicavimus; aut Spiritum alium accepetis quem non accepistis; aut aliud Evangelium, quod non accepistis; bene pateremini. Puto enim quia nihil minus feci vobis a ceteris Apostolis*.

a Joan. VIII. 44. *b* Joan. XIII. 27. *c* Ephes. III. 8. *d* Joan. XVI. 14. *e* Act. IX. 15. *f* Rom. XV. 15. 16. *g* Ibid. IX. 1. *h* Ibid. XV. 18. *i* I. Cor. XV. 9. *k* II. Cor. XII. 9. *l* Joan. XIV. 16. *m* II. Cor. XIII. 3. *n* I. Cor. XV. 3-9. *o* Ibid. ℣. 11. *p* II. Cor. XI. 3-5.

1. Forte, *Domine*.
2. In codice est, *inter*. Sed unum annum Christi prædicationi, ac miraculis videtur adscribere Archelaus cum aliis antiquis Patribus: quare legendum, *intra*. Vide infra cap. 49.
3. Locus corruptus. Forte, *in Spiritu. Influxit Spiritus, &c.*
4. Melius Vulgata, *minimus*, græce enim, ἐλάχιστος.
5. In codice Casinensi est, *magnifico hoc ore*; sed legendum censui *honore*.
6. Forte, *in simul*. Vulgata, *simul*.
7. In Casinensi, *corrumpantur sensus vestri a simplicitate*. Se! nos ex Vulgata supplevimus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

XXXV. Hæc autem dixit, ostendens omnes reliquos qui venerint, falsos Apostolos, dolosos operarios, transfigurantes se in Apostolos Christi: [a] *Et non mirum; ipse enim satanas transfigurat se,* [1] *velut Angelum lucis. Quid ergo magnum, si & ministri ejus transfigurentur in ministros justitiæ: quorum finis erit secundum opera eorum?* Indicat autem quales essent, & a quibus circumveniebantur. Volentibus autem Galatis ab evangelio transferri ait: [b] *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vocavit vos, in aliud evangelium: quod non est aliud: nisi sunt qui vos conturbant, & volunt* [2] *avertere vos ab evangelio Christi. Sed etiam si nos ipsi, aut Angelus de cælo vobis annuntiaverit, præterquam quod traditum est vobis, anathema sit.* Et rursum ait: [c] *Mihi infimo omnium* [3] *Apostolorum data est gratia hæc.* [d] *Quæ enim deerant tribulationum Christi, in carne mea adimpleo.* Et in alio rursum loco profitetur, quia [e] *Super ceteros Christi minister*, tamquam si postea omnino non sit alius exspectandus; jubet enim neque Angelum de cælo suscipi. Et quomodo [4] de Persida venientem Manem, & dicentem se esse Paraclitum, nos esse credimus? Ita enim agnosco ex hoc, quod unus iste sit ex illis qui transformantur, de quibus manifeste vobis indicavit Vas electionis Apostolus Paullus dicens: [f] *Quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi mendacia* [5] *loquentes, cauteriatam habentes conscientiam, probibentium nubere, abstinere se a cibis, quos Deus creavit* [6] *ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem; quoniam omnis creatura Dei bona est, & nihil abjiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.* Sed & Spiritus Evangelista Matthæus diligenter significat Domini nostri Jesu Christi sermonem: [g] *Videte ne quis vos seducat; multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducent. Quod si etiam aliquis vobis dixerit, Ecce heic est Christus, aut ecce ibi; nolite credere. Exsurgent enim falsi Christi,* [7] *& falsi Apostoli, & falsi Prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducant, si potest fieri, etiam electos. Ecce prædixi vobis. Si dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. Si dixerint vobis, in penetralibus; nolite credere.* Et post ista omnia mandata, iste nec signum quidem aliquod aut prodigium ullum ostendens, neque affinitatem aliquam habens; sed ne in numero quidem Discipulorum positus, neque Defuncto nostro obsecutus, cujus he- A reditate gaudemus; cum neque ei languenti adstiterit, non testis exstiterit testamenti, immo potius cum ne in notitiam quidem venerit eorum, qui obsecuti sunt ægrotanti: postremo cum nullius prorsus accipiat testimonium, Paraclitum se esse vult credi; cum etiam si signa, & prodigia faceres, falsum Christum, & falsum Prophetam te reputari oporteret secundum scripturas. Et ideo convenit nos cautius agere, secundum quod beatus Apostolus monet, dicens in epistola [8] quam Colossensibus scripsit: [h] *Permanete in fide fundati & radicati, & immobiles ab spe evangelii quod* [9] *audivimus, quod prædicatum est in omni creatura quæ sub cælo est.* Et rursum: [i] *Sicut ergo accepistis Chri-* B *stum Jesum Dominum,* [10] *in ipso ambulate, radicati & fundati super ipsum, confirmati fide, sicuti docti estis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos* [11] *exspoliet per philosophiam, & inanem seductionem, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo deitatis.* Quibus omnibus ita diligenter expositis, beatus Apostolus, velut pater filiis, addit tamquam signaculum quoddam testamenti dicens: [k] *Certamen bonum certavi, circumcucurri, fidem servavi. De cetero reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex; non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt adventum ejus.*

C XXXVI. Nullum ex vobis, o Manes, [12] Galatam facies, nec ita nos transferes a fide Christi; etiam si signa & prodigia facias, etiam si mortuos suscites, etiam si imaginem nobis Paulli ipsius afferas, [13] anathema es satana; præscriptum est enim de te; præmoniti, & præstructi sumus a sanctis Scripturis. Vas es Antichristi, & neque bonum vas, sed sordidum & indignum, quod ille sicut aliquis barbarus vel tyrannus, cum in eos qui sub [14] legum justitia degunt, conatur irruere, præmisit prius tamquam morti destinatum, ad explorandum quanta & qualis sit legitimi regis virtus ac populi: ipse enim inopinatus irruere pertimuit, sed neque D alium ex necessariis viris mittere ullum ausus est, ne quid pateretur adversi. Talem te nobis, sub bono & sancto rege positis, velut morti destinatum, rex tuus præmisit Antichristus. Et hæc quidem non inexplorata proloquor; sed ex eo quod nullam te video facere virtutem, ita de te sentio. Illum enim & in Angelum lucis transformandum, & ministros ejus tales adventuros prænoscimus, & signa & prodigia facturus, [l] ita ut, si possibile sit, etiam electi seducantur. Quis ergo es tu, qui

a II.Cor. XI. 14.15. *b* Gal. I. 6-8. *c* Ephes. III.8. *d* Coloss. I.24. *e* II.Cor. XI.23. *f* 1. Tim. IV. 1-4.
g Matth. XXIV. 4.5.23-26. *h* Coloss. I. 23. *i* Ibid. II. 6-9. *k* II. Tim. IV. 7. 8. *l* Matth. XXIV. 24.

1. Ita & Cyprianus haud procul ab initio libri de Unitate Ecclesiæ, ac si in græco textu esset ὡς. Sed Vulgata, & Tertullianus pluribus in locis legunt, *In Angelum lucis*.

2. Melius Vulgata, adstipulantibus Cypriano, Ambrosio, Hieronymo & Augustino, *convertere Evangelium Christi;* licet Tertullianus adv. Marcionem lib. 4. cap. 5. *pervertere*, legisse videatur.

3. Græce est, ἁγίων, *Sanctorum*, ut habet Vulgata.

4. In Casinensi corruptus est hic locus, habet enim, *de Persida venientem monet;* sed legendum, *Manem*, vel *modo*, &.

5. In Vulgata juxta græcum textum est, *loquentium, habentium, probibentium*. Aut igitur heic eodem modo legendum, aut corrigendum, *probibentes*. Sed hanc lectionem antiqua etiam apud Tertullianum versio improbat, quæ Vulgatæ hac in parte similis est.

6. In Casinensi est, *ad perficiendum*. Sed Vulgatæ lectionem substituere satius visum est.

7. Verba illa, *& falsi Apostoli*, ab interprete Archelai E videntur adjuncta, explicationis caussa; nam nec in græco: nec in Vulgata, nec apud Cyprianum aliosque Patres leguntur.

8. Vocem, *Quam*, nos addidimus, ita sensu poscente. Aut forte, *scripta*, legendum.

9. In Vulgata, *Audistis*.

10. Ita Vulgata; in codice autem Casinensi legitur, *in ipsum*.

11. Casinensis codex, *exspoliet, & per*. Cypr. initio libri de Bono Patientiæ habet, *Deprædetur per philosophiam*. Græce est συλαγωγῶν, quod verbum Vulgata, *decipiat*, & Tertull. de Præscript. c. 7. *circumveniet*, interpretantur.

12. In eodem codice corruptissime legitur, *Galatam facies vicit, o nostras feras*. Nos modica mutatione locum hunc restituere conati sumus.

13. Et heic mire depravatus est idem codex, in quo legitur, *Anathema esse ana*. An recte nos emendaverimus doctorum esto judicium. Vide etiam an corrigendum sit, *Anathema es & maranatha*.

14. Vide an, *regum*.

neque necessarium aliquem locum sortitus es a A patre tuo satana? Nam quem mortuum suscitas? quod profluvium sanguinis sistis? [1] quos luto cæci oculos illinitos videre facis? Quando esurientem turbam paucis panibus reficis? Ubi super aquas incedis, aut quis te vidit ex his qui in Hierusalem habitant? Persa barbare, non Græcorum linguæ, non Ægyptiorum, non Romanorum, non ullius alterius linguæ scientiam habere potuisti; [2] sed Chaldæorum solum, quæ ne in numerum quidem aliquem ducitur; nullum alium loquentem audire potes. Non ita Spiritus sanctus, absit hoc malum, sed omnibus dividit, & omnia linguarum genera novit, & agnoscit universa, & omnibus omnia efficitur, ita ut eum etiam cordis cogitata B non lateant. Quid enim dicit Scriptura? quia unusquisque propria sua lingua [a] audiebat per Paraclitum Spiritum loquentes Apostolos. Sed quid amplius [3] dicabo? Barba sacerdos Mithræ, & collusor, solem tantum coles Mithram [4] locorum mysticorum illuminatorem, ut opinaris, & conscium, hoc est quod apud eos ludes, & tamquam elegans minus perages mysteria. Verum quid ego hæc indignanter accipio? Nonne oportet te multiplicari tamquam zizania, usquequo ille ipse magnus pater tuus adveniat, suscitans mortuos, pæne usque ad gehennam omnes persequens qui sibi obtemperare noluerint, plurimos deterrens arrogantiæ metu quo est ipse circumdatus, aliis abhibens minas, C vultus sui conversione & circumductione ludificans: [b] sed ultra non proficiet; insipientia enim ejus omnibus pervulgata erit, sicut Jamnes & Mambres. JUDICES DIXERUNT: Sicut ex te comperimus, tamquam Apostolo Paullo dicente, insuper etiam ab Evangelio præscribente [5] nulli alii æque in posterum præbetur ingressus ad prædicandum, vel docendum, vel ad evangelizandum, vel prophetandum in hac vita dumtaxat, nisi forte falsus Propheta habeatur, aut falsus Christus. Unde cum dixeris in Paullo fuisse Paraclitum, & ipsum omnia consignasse, quare dixit: [c] *Ex parte scimus, & ex parte prophetamus; cum autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est destruetur*: D quem alium exspectans, hoc dixit? Quod si ipse confitetur exspectare se aliquem perfectum; & si venire aliquem necesse est, ostende nobis de quo dicat? ne forte in hunc videatur iste sermo recurrere, aut in eum qui misit illum, satanam, sicut tu dicis. Si enim confiteris venturum esse quod perfectum est, non potest esse satanas; si autem satanam exspectas, non potest esse perfectum.

XXXVII. ARCHELAUS DIXIT: Quoniam non sine Deo dicta sunt quæ a beato Paullo prolata sunt, certum est, quod Dominum nostrum Jesum Christum dixerit exspectandum esse perfectum, [d] qui solus Patrem novit, & cui voluerit revelare, sicut E possum ex verbis ipsius demonstrare. Sed quia, cum venerit quod perfectum est, destruetur id quod ex parte est; iste vero sese asseverat esse perfectum; quid destruxit ostendat: quod enim destruetur, ignorantia est quæ in nobis est. Dicat igitur, quid destruxit, quid in notitiam protulit? Si quid facere potest, faciat, ut credi ei possit? Sermo vero iste, quantam habeat virtutem, si potuerit diligenter intelligi, ita demum credi poterit his quæ a me fuerint afferta. Igitur in prima ad Corinthios epistola hæc dicit Paullus de perfecto, qui venturus est: [e] *Sive prophetiæ destruentur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur; ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est, destruetur.* Vide ergo quantam in sese habeat virtutem quod perfectum est, & cujus sit ordinis ista perfectio. Dicat autem iste quam destruxerit prophetiam Judæorum ac Hebræorum, [6] seu linguas cessare fecit Græcorum, aut eorum qui idola colunt, vel quæ alia dogmata destruxit, Valentiniani, aut Marcionis, aut Tatiani, aut Sabellii ceterorumque qui propriam sibimet ipsis scientiam composuerunt. Quem horum destruxit, dicat, aut quando destruet, quasi perfectus? Inducias fortassis aliquas quærit? [7] Non plane, non tam obscure, & ignobiliter adveniet ille, qui perfectus est, idest, Jesus Christus Dominus noster. Sed sicut rex adveniens ad urbem suam, præmittit primo [8] Protectores suos, signa, dracones, labaros, duces, principes, præfectos, & universa continuo commoventur, aliis vero metuentibus, aliis vero gaudentibus pro exspectatione regis: ita & Dominus meus Jesus qui est vere perfectus, adveniens præmittit in primo gloriam suam, incontaminati atque immaculati regni prædicatores sacratos; & tunc universa creatura commovebitur, & conturbabitur, supplicans atque obsecrans, usquequo eam a servitute liberet. Humanum vero genus metuat necesse est, [9] & quamplurimum conturbetur, pro eo quod multa delicta commiserit; soli vero justi lætabuntur, exspectantes quæ sibi promissa sunt; nec ultra mundanarum rerum substantia permanebit, omnia destruentur, sive prophetiæ sive horum libri, sive linguæ totius generis cessabunt, eo quod ultra non egeant soliciti esse homines, & cogitare de his quæ ad vitam necessaria sunt, sive scientia quorumcumque doctorum etiam ipsa destruetur: nihil enim horum sufferre poterit magni illius regis adventum. Sicut enim parva scintilla ad splendorem solis admota assumitur, illico non apparet; ita universa creatura, omnis prophetia, cuncta scientia, universæ linguæ, sicut superius diximus, destruentur. Sed quia cælestis regis præsentiam paucis verbis, & fragilibus & valde infirmis exponere non valet humana natura, ut fortasse Sanctorum debeat esse & valde dignorum de ipso ali-

a Act. II. 6. *b* II. Tim. III. 8. 9. *c* 1. Cor. XIII. 9. 10. *d* Matth. XI. 27. *e* 1. Cor. XIII. 8-10.

1. In Casinensi, *Quod luto*.
2. Chaldæorum siquidem linguam Syriacæ dialectum esse tradit Abulfaragius in Historia Dynastiarum pag. 11.
3. Ita in codice Casinensi, quod tamen nonnulli fortasse emendandum putarent hoc pacto, *Quid amplius dicam? Barbare*. Sed fieri potest, ut verbo *dicare* usus sit rudis interpres pro contendere, dicam trahere, vel dicacem esse.
4. Quæ sequuntur, nostris conjecturis emendavimus; nam in Casinensi codice heic mire corrupto scribitur, *locorum mysteriorum illuminatorem*. Mox, *apud eos ludis*. Et infra, *advenias? suscitans mortuos? pæne usque ad gehennam omnes persequens, qui si ut obtemperare noluerit, plurimos terrens arrogantiæ metu. Quod est ipse circumdatus, aliis adhibet minas vultus sui conversione circumdatio ludificat Sed &c.* Manes autem tamquam Mithræ sacerdos traducitur, quia solem venerabantur Manichæi, ut alibi ostendo.
5. In Casinensi est, *nulli alio atque posterum*: quem locum, uti editum est, legendum censui.
6. In Casinensi est, *sed*, prava lectio.
7. Codex Casinensis, *Non plane nota*. Sed omissas ab oscitante librario lineolas censui, quæ vocalibus superposita consonantes designarent.
8. De his late post Gothofredum Ducangius in Glossario.
9. In codice Casinensi, *& cum plurimum conturbetur*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

quid enarrare; tamen necessitatis caussa, ista me sufficit protulisse, hujus importunitate compulsum, ut istum vobis qualis esset ostenderem.

XXXVIII. Et ego quidem beatifico Marcionem, & [1] Valentinianum, ac Basilidem aliosque hæreticos, [2] sic ut istius comparatione, qui velut intellectu aliquo usi sunt, qui videntur sibi omnem Scripturam posse intelligere, & [3] ita se ductores statuerunt iis qui se audire voluissent; nullus tamen ipsorum ausus est Deum se prædicare, vel Christum, vel Paraclitum, sicut iste, qui aliquando quidem de sæculis disputat, aliquando de sole, quomodo facta sint, tamquam major ipse sit eorum: omnis enim qui de aliquo exponit quomodo factus sit, majorem se & antiquiorem ostendit esse, quam est ille de quo dicit. Quis autem & de substantia Dei dicere audeat, nisi forte solus Dominus noster Jesus Christus? Quæ quidem ego non ex meis verbis adstruo, sed Scripturæ quæ nos edocuit, auctoritate confirmo; quoniam quidem & Apostolus dicit ad nos: [a] *Ut sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi, quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboravi.* Intelligere debemus quæ sit vis & ratio sermonis hujus; verbum enim ducis obtinet locum, [4] opera vero regis. Sicut ergo aliquis regi suo adventanti, omnes qui sub cura sua sunt, studet obedientes, paratos & caros hilaresque ostendere ac devotos, sed etiam innocentes ac bonis omnibus abundantes, ut ipse laudem consequatur a rege, & majore ab eo honore dignus habeatur, tamquam bene gubernata quæ sibi est commissa provincia: ita & beatus Paullus dicit ad nos: [b] *Ut sitis velut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam ipsius in diem Christi.* Scilicet quod Dominus noster Jesus Christus veniens, videat profecisse doctrinam ejus in nobis; & quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravit, retribuat ei debitam coronam. Et rursus quoque in eadem epistola commonet nos, [c] ne terrena sapiamus, sed conversationem nostram debere esse in cælis; unde & Salvatorem exspectamus Dominum nostrum Jesum Christum. Et quoniam nobis non est tutum scire ultimam diem, designavit in epistola quam scribit ad Thessalonicenses: [d] *De temporibus autem & momentis, fratres, non habetis opus, ut aliquid vobis scribam; ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.* Et quomodo nunc adstat iste persuadens, & rogans unumquemque Manichæum effici, & circumvenit, & ingreditur domos, decipere quærens animas [e] oneratas peccatis? Sed nos non ita sentimus, quin potius res ipsas proferamus in medium, & conferamus, si placet, ad perfectum Paraclitum. Videtis enim quia interdum interrogat, nonnumquam deprecatur. Sed scriptum est in evangelio Salvatoris nostri, quia & illi qui a sinistris Regis assistunt, dicent: [f] *Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut nudum, aut peregrinum, aut* [5] *in carcere, & non ministravimus tibi?* rogantes ut sibi indulgeret; sed quid illis respondit justus judex Rex? [g] *Discedite a me in ignem æternum operarii iniquitatis.* Abjecit eos in æternum ignem, cum illi rogare non cessent. Vides ne, quid sit perfecti Regis adventus? non talem, qualem tu asseris perfectionem. Quod si post ipsum exspectandus est magnus judicii dies, multo utique hic illo inferior est. Quod si inferior erit, perfectus non erit. Si perfectus non erit, non de ipso dicit Apostolus. Quod si non de ipso dicit Apostolus, iste autem de se dictum esse mentitur, pseudo-propheta utique judicandus est. Sed & multa alia horum similia dici possunt; quæ si omnia persequi velimus, nullum nobis tempus ad omnia explenda sufficiet. Unde abundare existimavi de multis pauca dixisse, reliquas partes tractatus hujus exsequi volentibus derelinquens.

XXXIX. His auditis dederunt gloriam Deo immensam, & ipso dignam: Archelaum vero multis honoribus affecerunt. Tunc Marcellus assurgens, & [6] stolas exuens, circumdat Archelaum, atque osculis eum defixus amplectitur, & inhæret. Tunc vero infantes, qui forte convenerant, primi in Manem pellere ac [7] fugere cœperunt, quos turba reliqua insecuta, concitavit se ad effugiendum Manem. Quod cum pervidisset Archelaus, elevata in modum tubæ voce sua, multitudinem cupiens cohibere, ait: Cessate, fratres dilecti, ne forte rei sanguinis inveniamur in die judicii; scriptum est enim de talibus, quia [h] *Oportet & hæreses esse inter vos, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.* Et his dictis, sedatæ sunt turbæ. Quoniam vero placuit Marcello disputationem hanc excipi atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, si quid imperitum aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantum est quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quemque non lateat. Tunc ergo, cum effugisset Manes, nusquam comparuit. Turbo vero minister Archelao traditur a Marcello, quem cum Diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perseveravit. Manes autem fugiens advenit ad quemdam vicum longe ab urbe positum, qui appellabatur Diodori. Erat autem presbyter loci illius nomine, & ipse [8] Diodorus, quietus & mitis, fidei ac famæ bonæ valde: & cum quadam die Manes, congregata turba, [9] concionaretur, ac peregrina quædam & aliena a paterna traditione populo qui adstabat afferret, nullum omnino ex his formidans quod sibi posset obsistere, Diodorus videns proficere ejus nequitiam, deliberat Archelao mittere epistolam, continentem hæc.

a Philipp. II. 15. *b* Ibid. *c* Ibid. III. 19. *d* I. Thessal. V. 1. 2. *e* II. Tim. III. 6.
f Matth. xxv. 44. *g* Luc. xiii. 27. *h* 1. Cor. xi. 19.

1. Valentinianum vocat, quem alii Valentinum nominant, celebrem Apostolicorum temporum hæresiarcham.

2. In codice Casinensi est, *sicut istius paratione*. Sed legendum, *sic ut istius comparatione*. Archelaus enim beatos facit Marcionem aliosque hæreticos, non quod ita de illis sentiendum sit; sed quod Maneti insanissimo comparati, minus errare deprehendantur.

3. Casinensi, *ita seu ductores, statuerunt, qui*.

4. Cui hæc cum præcedentibus non cohæreant, vide præfationem nostram in Archelao. Sensus autem esse videtur, solius Regis, perfecti videlicet illius qui exspectatur, opus esse, hominum ignorantiam, ut antea dixit, penitus destruere, quod non præstiterat Manes.


5. Ita Vulgata juxta græcum textum, Cyprianus lib. de Opere & Eleemosynis aliique. Casinensis tamen habet *in carcerem*.

6. Forte, *stolam*.

7. *Fugere*, & *effugere*, pro fugare, in fugam conjicere, suo loquendi more dicit antiquus interpres.

8. Nescio quo pacto Diodorum hunc Tryphona vocet Epiphanius in hac Manichæorum hær. num. 11.

9. In Casinensi codice, *continuaretur*.



[1] ARCHELAO EPISCOPO
DIODORUS
S. D.

XL. SCire te volo, religiosissime Pater, quoniam advenit quidam in diebus istis, nomine Manes, ad loca nostra, qui novi testamenti doctrinam se adimplere promittit. Et quidem erant quædam in his quæ ab eo dicebantur, nostræ fidei; quædam vero afferebat longe diversa ab iis quæ a nostra [2] paterna traditione descendunt. Interpretabatur enim quædam aliene, quibus etiam ex propriis addebat, quæ mihi valde peregrina visa sunt & infida. Pro quibus etiam permotus sum scribere hæc ad te, sciens doctrinæ tuæ perfectum & plenissimum sensum, quoniam latere te horum nihil potest; & ideo confisus sum ad explananda nobis hæc invidia te non posse prohiberi. Quamvis nec ego quidem in alterum aliquem inclinari potuerim sensum, tamen propter simplices quosque, tuæ auctoritatis compulsus sum implorare sermonem. Re vera enim vir valde vehemens tam sermone quam opere, sed & aspectu ipso atque habitu apparet. Sed & pauca quædam, quæ retinere possum ex iis quæ ab eo dicta sunt, scribo tibi, sciens quia ex iis etiam reliqua intelliges. Nosti quia morem hunc habent qui dogma aliquod asserere volunt, ut quæcumque voluerint de Scripturis assumere, hæc propensius sui intelligentia depravent. Sed hoc præveniens Apostolicus denotat sermo dicens: [a] *Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepistis, anathema sit*. Itaque post hæc quæ semel ab Apostolis tradita sunt, ultra non oportet quidquam aliud suscipere discipulum Christi. Verum ne sermonem longius protraham ad propositum redeo. Legem Moysi, ut breviter dicam, dicebat hic non esse Dei boni sed maligni principis, nec habere eam quidquam cognationis ad novam legem Christi; sed esse contrariam & inimicam, alteram alteri obsistentem. Ego audiens, dicebam eis sermonem evangelicum, quomodo dixit Dominus noster Jesus Christus: [b] *Non veni solvere legem, sed adimplere*. Ille vero ait, nequaquam eum hunc dixisse sermonem; cum enim ipsam inveniamus eum resolvisse legem, necesse est nos hoc potius intelligere quod fecit. Deinde cœpit dicere plurima ex lege, multa etiam de Evangelio & Apostolo Paullo, quæ sibi videntur esse contraria, quæ etiam cum fiducia dicens, nihil pertimescit; credo quod habeat adjutorem draconem illum qui nobis semper inimicus est. Dicebat ergo quod ibi dixerit Deus: [c] Ego divitem & pauperem facio; hic vero Jesus [d] beatos diceret pauperes. Addebat etiam, quod [e] nemo possit ejus esse discipulus, nisi renuntiaret omnibus quæ haberet: ibi vero [f] Moyses, argentum & aurum ab Ægyptiis sumens, cum populo fugisset ex Ægypto: Jesus autem nihil proximi desiderandum esse præcepit. Deinde quod [g] ille oculum pro oculo, dentem pro dente in lege cavisset expendi; noster vero Dominus [h] percutienti unam maxillam, juberet etiam alteram præparari. Quod ibi [i] Moyses eum qui sabbato opus fecisset, & non permansisset in omnibus quæ scripta sunt in lege, puniri lapidarique præcepit, sicut factum est ei qui adhuc ignorans in sabbato fascem ligni collegerat; Jesus vero [k] in sabbato etiam lectum portare præcepit a se curato; sed & discipulos [l] in die sabbati vellere spicas, ac manibus confricare non prohibet, quod sabbatis utique non licebat fieri. Et quid plura dicam? multis & variis assertionibus hujuscemodi dogmata ab eo summo nisu atque summo studio affirmabantur. Nam ex auctoritate Apostoli, Moysi legem, legem esse mortis conabatur asserere; Jesu vero legem, legem esse vitæ, per id quod ait: [m] *In quo & idoneos nos [3] faciat Deus ministros novi testamenti, non littera sed Spiritu. Littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quod si [4] ministerium mortis, in litteris formatum in lapidibus, factum est in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ [5] destruetur; quomodo non magis ministerium Spiritus erit in gloria? Si enim ministerium damnationis gloria est, multo magis abundabit ministerium justitiæ ad gloriam. Neque enim glorificatum est, quod gloriosum factum est in hac parte, propter eam quæ supereminet gloriam: si enim quod destruetur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria est*. Sed hoc quidem, sicut ipse nosti, in secunda ad Corinthios epistola. Addit autem ex prima epistola, terrenos esse dicens discipulos veteris testamenti & animales, & [n] ideo carnem & sanguinem regnum Dei possidere non posse. Ipsum quoque Paullum ex propria sua persona dicebat asserere id quod ait: [o] *Si ea quæ destruxi, iterum ædifico, prævaricatorem me æstimo*. Sed & illud eumdem ipsum evidentissime de carnis resurrectione dixisse, [p] non esse Judæum qui in manifesto est, neque quæ in manifesto, in carne est circumcisio, neque secundum litteram, legem quidquam utilitatis retinere. Et rursum quod [q] Abraham habet gloriam, sed non apud Deum. Tantummodo [r] agnitionem peccati per legem fieri. Sed & alia multa, legi obtrectans, inferebat, eo quod lex ipsa peccatum sit, in quibus simplices quique, dicente eo, movebantur; & [s] usque ad Joannem igitur ajebat lex & Prophetæ. Ajebat autem Joannem regnum cælorum prædicare; [6] nam & per

a Galat. I. 8. *b* Matth. V. 17. *c* Prov. XXII. 2. *d* Matth. V. 3. *e* Luc. XIV. 33. *f* Exod. XII. 35. *g* Exod. XXI. 24. *h* Luc. VI. 29. *i* Num. XV. 32. *k* Marc. II. 11. *l* Luc. VI. 1. *m* II. Cor. III. 6-11. *n* I. Cor. XV. 50. *o* Gal. II. 18. *p* Rom. II. 28. *q* Rom. IV. 2. *r* Ibid. III. 20. *s* Joan. I. 29.

1. Meminit hujus epistolæ Epiphanius in hac hæresi num. 11. ejusque argumentum, non autem verba, ut Petavius interpretatur, breviter refert. In titulo hujus epistolæ vox, *salutem*, deest in codice Casinensi, sed litteram *s*, eam vocem indicantem, repetere neglexit librarius, eo quod in fine præcedentis vocis exsistat.

2. Videant hæretici quam clare tam heic, quam infra Diodorus antiquas Ecclesiæ traditiones sequendas amplectendasque esse declaret.


3. Vulgata, *fecit Deus*, quod magis græco textui consonum est.

4. Vulgata, *Ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus*; sed nostri interpretis lectio magis ad sensum græci quo nunc utimur, textus accedit.

5. Infra cap. 42. habet, *ab[illegible]tur*.

6. In Casinensi, *nam & [illegible]onem*, omissa, ut patet, præpositione *per*. Sed & legi potest, *abs[illegible]one*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



abſciſſionem capitis ejus hoc eſſe indicatum, quod omnibus prioribus & ſuperioribus ejus abſciſſis, poſteriora ſola ſervanda ſint. Ad hæc igitur nobis, o religioſiſſime Archelae, paucis reſcribe; audivi enim non mediocriter tibi eſſe in talibus ſtudium: Dei enim donum eſt, idcirco quod dignis & amicis ſuis, ſibique propoſiti ſocietate conjunctis, Deus donat hæc munera. Noſtrum enim eſt propoſitum [1] præparare & proximos fieri benignæ ac diviti menti; & continuo ab ea largiſſima munera conſequimur. Quoniam ergo in iis voto & propoſito meo ſermonis non ſufficit eruditio (idiotam enim me eſſe confiteor) ad te miſi, ſicut ſæpius dixi, quæſtionis hujus ſolutionem pleniſſimam recepturus. Incolumis mihi eſto, Pater incomparabilis & honorabilis.

XLI. Accepta hac epiſtola Archelaus admiratus eſt hominis audaciam; ſed interim Diodori allegationibus, ut res ſuadebat celerem dare reſponſum, continuo ſcripſit hoc modo.

[2] ARCHELAUS DIODORO PRESBYTERO FILIO HONORABILI

Salutem.

Acceptis litteris tuis, valde gaviſus ſum, dilectiſſime. Cognovi autem, quod vir iſte qui ante hos dies ad me venerat, & ſcientiam aliam præter eam quæ Apoſtolica eſt & Eccleſiaſtica, introducere cupiebat, ad te quoque venerit; quem quidem ego non admiſi, in præſenti enim nobis diſputantibus confutatus eſt. Et velim quidem omnia quæ a me dicta ſunt, ſcribere tibi, ut ex his agnoſceres fidem ejus; ſed quia de vacanti [3] fieri poterit hoc, nunc quod inſtat, paucis reſpondere tibi neceſſarium duxi, ad ea quæ mihi ſcripſiſti quod ab illo dicerentur. Erat ergo ei [4] ſummum ſtudium, legem Moyſi oſtendere non eſſe conſonantem legi Chriſti; & hæc ex noſtris Scripturis aſſeverare tentabat. Nos vero ex eadem ipſa Scriptura non ſolum confirmavimus legem Moyſi, & omnia quæ in ea ſcripta ſunt; verum etiam omne vetus teſtamentum convenire novo teſtamento & conſonare probavimus, unumque eſſe textum, tamquam ſi una veſtis videatur [5] ex ſubtegmine atque ſtamine eſſe contexta. Hoc ſolum, quod veluti purpuram videmus in veſte, novum teſtamentum [6] in textura veteris teſtamenti; [7] gloriam enim Domini in eodem ſpeculamur. Non ergo abjiciendum eſt [8] ſpeculum, cum nobis ipſam imaginem rerum ſimilem veramque [9] demonſtret; quin potius, & eo amplius honorandum eſt. Sed & puerum [10] qui ad doctores a pædagogo perducitur, cum adhuc parvulus eſt, numquid cum ad ætatem pervenerit, [11] dehonorare [12] oportet pædagogum, propterea quod jam opera ejus non indiget, & poteſt ſolus jam ſine ejus adminiculo ad ſcholas pergere atque ad auditoria properare? [13] Aut rurſum parvulus qui lacte nutritus eſt, cum profecerit ad validiores cibos, cum injuria debet abjicere atque exhorreſcere nutricis mammillas? quin potius veneratur & colit, & beneficii ſui [14] debitor fatetur. Aliud etiam, ſi videtur [15] adhibemus exemplum. Homo quidam projectum in terram cum vidiſſet infantem, & jam vehementer afflictum, [16] collegit eum & nutrire apud ſe cœpit, uſquequo ad ætatem adoleſcentiæ perveniret, toleravitque omnes [17] qui evenire ſolent nutritoribus labores. [18] Accedit vero poſt tempus is qui naturalis ei fuerat pater, requirere puerum, & invenit eum apud illum qui nutrierat. Quid faciat hic puer, patre cognito? de juſto enim puero mihi ſermo eſt. Nonne multis donis munerato eo qui ſe educaverat, ſequitur naturalem [19] patrem pro reſpectu hereditatis? Ita mihi intelligendum eſt magnificum Dei famulum Moyſen [20] inveniſſe populum afflictum ab Ægyptiis, quem aſſumtum nutriebat in deſerto [21] tamquam pater, docebat ut magiſter, regebat ut rector. Conſervavit populum, uſquequo veniret cujus eſt; & poſt aliquantum tempus adveniens pater oves recepit. Nonne per omnia honorabitur quidem ab eo cui tradidit gregem; gloriabitur vero ab iis qui ab eo conſervati ſunt? Quis igitur ita mentis inſanæ eſt, o dilectiſſime Diodore, ut alienos a ſe dicat eos qui inter ſe conjuncti ſunt, qui pro ſe invicem prophetarunt, [22] qui æqualia & ſibi ſimilia atque congruita, immo potius germana ſigna ac prodigia demonſtrarunt? Et primo quidem Moyſes ad populum dixit: [a] *Prophetam vobis ſuſcitabit Dominus Deus noſter ſicut me.* Jeſus deinde ait: *De me* [b] *enim Moyſes locutus eſt.* [23] Vides quomodo dexteras ſibi invicem tradunt, [24] quamvis alter Pro-

a Deut. XVIII. 18. *b* Joan. V. 46.

1. In Caſinenſi codice legitur, *præpararet proximus fieri benignæ hac diviti menti.* Et infra, *Idiotam me eſſe confiteor.* Sed ita emendandum eſſe, uti editum eſt, nemo, ut arbitror, infitias iverit.
2. Hanc Archelai epiſtolam, cum ſubſequentibus nonnullis uſque ad caput 46. hujus operis edidit pariter ex codice Bobienſi Valeſius, cujus varias lectiones adnotamus.
3. Cod. Bobienſis, *fieri poteſt.*
4. Cod. Bobienſis, *ſuum ſtudium.*
5. In Caſinenſi eſt, *ex ſubtemine, & quæ ſtamine.* Sed nos Bobienſis cod. lectionem meliorem eſſe cenſuimus.
6. Codd. Caſin. & Bob. *in texturam.*
7. Corruptus eſt hoc in loco Bobienſis codex, quem non recte Valeſius correxit.
8. Caſinenſis non recte, *ſpeculum nobis per ipſam imaginem.* Sed melior alia Bobienſis codicis lectio, quam ſecuti ſumus.
9. Bobienſis, *demonſtrarit.*
10. Et heic melior Bobienſis codicis lectio; nam Caſinenſis habet, *qui a doctore iis a pædagogo.*
11. Codex Bobienſis, *dehoneſtare.*
12. Codex Caſinenſis, *oportet, & pædagogum, propter quod ore ejus non indiget.* Et paullo poſt, *atque plauditoria properare.* Sed nos Bobienſis codicis lectionem expreſſimus.
13. Bobienſis, *Ut rurſum.*
14. Caſinenſis, *debitorem.* Forte, *& beneficii ſe debitorem fatetur.*
15. Bobienſis, *adhibeamus.*
16. Idem codex, *colligit, & nutrire apud ſe quærit.*
17. Idem codex, *qui venire ſolent nutricibus labores.*
18. Idem codex, *Accidit vero poſt tempus, ut is qui &c. requireret puerum, & inveniret eum.*
19. Codex Bobienſis, *patrem proſpectu.* Et mox, *mihi intellige magnificum.*
20. Male Caſinenſis, *veniſſe.*
21. Bobienſis habet, *tamquam pater educabat. Ut magiſter regebat & conſervabat populum &c. Et cum poſt aliquantum tempus adveniens pater proprias oves recepit.*
22. Codex Bobienſis, *qui æqualia, atque cognata.* Mox, *ad populum; Prophetam.*
23. Male Caſinenſis codex, *Unde.*
24. Male Caſinenſis, *quam.*

pheta, alter vero Filius sit dilectus; alter fidelis famulus, alter vero Dominus agnoscatur. Sed & quondam volens quis sine pædagogo ire ad scholas, non suscipitur a magistro dicente, non eum suscipiam, nisi acceperit pædagogum. Quis sit autem de quo dicitur, breviter exponam. [a] Homo quidam erat dives, gentiliter vivens, in multa luxuria quotidie degens; alius vero pauper erat vicinus ejus, qui ne quotidianum quidem cibum [1] poterat invenire. Accidit utrumque vita discedere & in infernum descendere, & pauperem mitti in locum requiei, & reliqua quæ nosti. Verumtamen erant divitis fratres quinque, [2] ea quæ & ipse egerat, agentes, sine dubio quæ domi a tali magistro didicissent. Rogavit dives simul uno tempore ut edisceret majorem doctrinam; Abraham vero sciens, quoniam adhuc indigent pædagogo, ait ei: *Habent Moysen & Prophetas*. Si enim illos non susceperint, ut ab eo velut pædagogo gubernentur, non poterunt majoris magistri capere doctrinam.

XLII. Sed & de aliis sermonibus, ut potero, exponam, id est, quod non contraria Moysi locutus est Jesus [3] aut fecit. Primum quod ait [b] oculum pro oculo, dentem pro dente, [4] hoc justum est; quod autem cæsum præstare jubet & alteram maxillam, [5] hoc bonitas est. Numquid justitia bonitati contraria est? Absit; profectus autem est de justitia ad bonitatem. Et rursus: [c] *Dignus est operarius mercede sua*. Quod si voluerit quis fraudem facere, [6] exigi ab eo illa quæ per fraudem interceperat, justissimum est, maxime cum multa sit merces. Hoc autem dico, quando Ægyptii affligebant filios Israel per operum compulsores in fingendis lateribus, quod cum suppliciis Moyses totum pariter intra unum momentum temporis exegit. [7] Numquid hoc iniquitas appellanda est? Absit. Illa sane bonitatis est [8] abstinentia, cum utitur quis frugaliter, renuntians omnibus quæ superflua sunt. [9] Quod vero in veteri testamento dictum est: [d] Ego divitem facio & pauperem; Jesus vero [e] beatificat pauperes, non dixit [10] sæcularis substantiæ pauperes sed pauperes spiritu, id est, qui non superbia [11] inflammantur, sed humilitate [12] se mitigant & inclinant, [f] non plus sapientes quam oportet sapere. Quam quidem adversarius quæstionem non competenter aptavit. Heic enim video & [g] Jesum libenter intuentem divitum munera, cum in gazophylacio [13] offeruntur; & parum hoc est, si a solis divitibus in gazophylacio munera [14] offeruntur; immo vero etiam duo minuta paupterculæ viduæ libenter suscipiuntur, in quo amplius aliquid, quam quod Moyses præceperat de suscipienda pecunia demonstratur. Ille enim [15] ab his qui habebant accipiebat; hic autem accipit etiam ab his qui non habent. Sed ait, scriptum est: [h] *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus*. Rursum video Centurionem valde divitem, & sæculari præditum potestate [i] fidem habere plusquam [16] omnem Israelitam; ut si quis fuit, etiam qui renuntiaverat a Centurione superatur in fide. [17] Sed dicet nobis quis, Non est ergo bonum renuntiare divitiis. Bonum, inquam, his qui possunt; [18] sed abuti divitiis ad opus justitiæ atque misericordiæ parem gratiam tribuit ac si universis pariter renuntietur. De eo autem quod dicit, destructum esse sabbatum, non plane destruxit; [k] ipse enim [19] Dominus erat sabbati; tamquam si sponsi quis custodiens thorum diligenter [20] exstructum, a nullo alio extraneo vexari vel contingi [21] patiatur, usquequo ipse sponsus adveniat; & cum advenerit, strato suo sicut libuerit utatur, vel hi quos ipse secum jusserit introire. Testimonium etiam dedit his quæ dicimus, cælesti voce ipse Dominus Jesus Christus dicens: [l] *Numquid potestis* [22] *filios sponsi facere jejunare, donec cum ipsis est sponsus?* Sed circumcisionem non abjecit, quin potius ipse pro nobis in semet ipsum caussam circumcisionis [23] excepit, labore nos relevans, & pati nos frustra doloris aliquid non sinens. Quid enim prodest, circumcidenti se quidem & adversus proximum suum pessima cogitanti? Voluit autem magis largissimæ [24] viæ spatia compendioso nobis tramite demonstrare, ne forte cum longa spatia circuimus, ante nobis dies claudatur in noctem; & dum de foris quidem splendidi hominibus apparemus, [m] intrinsecus lupis rapacibus comparemus, aut [n] sepulcris conferamur dealbatis. [25] Multo enim ille huic præferendus est qui veste squalida ac detrita circumdatus, nihil mali in corde suo conclusum retinet adversus proximum suum. [26] Cordis enim circumcisio sola salutem confert: nihil præstat eis ista carnalis, nisi forte spirituali circumcisione muniantur. Audi etiam quid dicit Scriptura: [o] *Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt*. Quid ergo mihi opus est laborare, cum cognoverim [27] compendia viæ, si possum mundus esse corde, sicut & si quis prævaleat [p] in duobus mandatis omnem legem implere & Prophetas?

a Luc. XVI. 19. *b* Matth. V. 32. *c* Matth. X. 10. *d* Prov. XXII. 2. *e* Matth. VI. 3. *f* Rom. XII. 3. *g* Marc. XII. 41. *h* Luc. XIV. 33. *i* Matth. VIII. 10. *k* Matth. XII. 8. *l* Marc. II. 19. *m* Matth. VII. 15. *n* Matth. XXIII. 7. *o* Matth. V. 8. *p* Matth. VII. 12.

1. Codex Bobiensis, *potest*, mala lectio.
2. Codex Bobiensis, *& ea quæ ipse gesserat agentes*. Et infra, *uno tempore discere majorem doctrinam ab Abraham. Abraham vero*.
3. Male Casinensis, *autem fecit*. At in Bobiensi codice sequitur, *Primum quidem, quod ait*.
4. Codex Bobiensis, *in hoc*.
5. In Bobiensi codice heic plura verba desunt; habet enim, *hoc bonitas est. Absit*.
6. Codex Bobiensis, *& exigi ab eo illa, quæ fraude interceperat*. Casinensis vero, *exige ab eo illa quæ fraudem interceperat*. Nos ex utroque codice meliorem lectionem conflavimus.
7. Bobiensis *exigit. Numquid iniquitas*.
8. Hinc patet Valesium recte ad marginem emendasse Bobiensis codicis lectionem, quæ habet, *absentia*.
9. Codex Bobiensis, *Quod ergo*, & mox, *Jesus beatificat*.
10. Codex Bobiensis, *sæculari substantia*.
11. Forte, *inflantur*.
12. Codex Bobiensis, *humilitate mitigant*.
13. Codex Casinensis, *offeruntur, & pauperum hoc est*. Bobiensis autem, *offeruntur; & parum hoc est*, quæ vera est hujus loci lectio.
14. Codex Bobiensis, *inferuntur*.
15. Idem codex, *ab his tantummodo, qui habebant suscipiebant*.
16. Idem codex, *omnem Israel, ut si quis fuerit*.
17. Codex Bobiensis, *dicit*.
18. Bobiensis codex, *sed & abuti*. Forte, *sed & uti*, vel, *sed etiam uti*.
19. Codex Casinensis, *Deus*.
20. Ita cod. Bobiensis; nam Casinensis male, *exstruxit*.
21. Idem codex, *patitur*. Et mox, *quos secum*.
22. In græco est *υἱοὶ νυμφῶνος*, *filii thalami sponsalis*, seu, ut vertit Vulgata, *filii nuptiarum*: quæ meliores sunt hujus loci versiones.
23. Codex Bobiensis, *suscepit*.
24. Codex Bobiensis, *viæ compendiosum nobis tramitem demonstrare*.
25. Idem codex, *multum enim*.
26. Idem codex, *cordis ergo*. Et mox, *nihil præstante carnali*. Et infra, *muniatur*.
27. Idem codex, *compendium viæ*.

Post hæc vero omnia edocet Apostolorum maximus Paullus [1] dicens : [a] *Aut experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus?* Quid ergo mihi opus est [2] circumcisione, cum possim & in præputio justificari? Et scriptum est : [b] *Si* [3] *quis circumcisus est, non adducat præputium; aut si quis in præputio est, non circumcidatur : Utrumque enim nihil est, nisi observatio mandatorum Dei*. Cum ergo nullum possit salvare circumcisio, non magnopere requirenda est; maxime cum si quis in præputio vocatus fuerit & circumcidi voluerit, continuo [4] prævaricator legis efficiatur. Si enim circumcidor, & mandata legis adimpleo ut salvari possim; incircumcisus & in præputio positus, multo magis mandata custodiens habebo vitam. In spiritu enim circumcisionem cordis accepi, non jam [5] litteræ per atramentum, [c] in quo laus non ex hominibus sed ex Deo est. Non ergo referatur ad me hujuscemodi incusatio. Sicut enim [6] aliquis dives multis auri atque argenti [7] talentis, ita ut omne domestici usus ministerium ex hujuscemodi metallis habeat structum, in nullo vasis fictilis speciem requirit; sed non propterea [8] figuli opus aut ars fictilium vasorum ab eo detestanda est : ita etiam ego gratia Dei [9] dives factus & cordis circumcisionem consecutus, nequaquam vilissimæ illius circumcisionis indigeo, nec tamen malam esse dico. Absit. Quod si diligentius de his voluerit aliquis edoceri, inveniet hæc in [10] epistola prima Apostoli [11] plenissime tractata.

XLIII. De velamento vero Moysi, & de ministerio mortis, dicam sermone brevissimo. Non enim valde mihi hæc insinuare aliquid adversus legem videntur. Ait ergo sermo [12] propositus : [d] *Quod si ministerium mortis, in litteris formatum in lapidibus, factum est in gloria, ita ut non possent filii Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ aboletur;* & reliqua : tamen gloriam esse confitetur in vultu Moysi, quod est amicum nobis. Quod si destruitur, & velamen [13] habet lectio ejus, hoc me non exacerbat, neque conturbat, si tantum in eo [14] gloria sit. Neque vero omnigene in ignobilitatem redigitur, quod [15] destruetur. Cum enim de gloria disputat Scriptura, [16] scisse se differentias gloriæ testatur : [e] *Alia enim*, inquit, [17] *gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum; stella enim a stella differt in gloria*. Si enim sol majorem habet gloriam quam luna, non continuo in ignobilitatem luna redigitur. Ita & si Dominus meus Jesus Christus præcellit in gloria Moysen, tamquam Dominus famulum; non continuo respuenda est gloria Moysi : ita enim possumus satisfacere auditoribus, sicut & verbi ipsius [18] natura persuadet, ex Scripturis, quæ dicimus, affirmantes vel certe etiam exemplis ea manifestius comprobantes. Si quis lucernam accenderit noctu, cum sol ortus fuerit, parvo lucernæ igne non indiget, propter splendorem solis ubique radiantis; sed non ideo abjecit lucernam, veluti contrariam soli; quin potius comperto ejus usu, etiam diligentius [19] servavit. Custodivit ergo populum lex Moysi tamquam lucerna, usquequo sol nobis verus Salvator noster orietur, sicut & ait : [f] *Et illuminabit Christus*. Sed quod dicit : [g] *Obscurati sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim ipsum velamen* [20] *manet in lectione veteris testamenti. Non revelatur, quia in Christo* [21] *destruitur. Usque in hodiernum enim, cum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Cum autem conversus* [22] *fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem spiritus est*. [23] Quid inquit? Usque in hodiernum ne præsens est Moyses? non dormivit, non requievit, non [24] abscessit e vita? Quomodo in hodiernum dicit? Sed intuere velamen, ubi dicit, positum [25] supra cor eorum, in lectione eorum. Hæc est vox quæ arguit filios Israel, legentes Moysen & non intelligentes, neque convertentes se ad Dominum; quoniam ipse est, qui a Moyse prophetatus est venire. Hoc est velamen, [h] quod erat positum super faciem Moysi, quod est testamentum ejus; [26] ait enim in lege : [i] *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux* [27] *de femoribus ejus, usquequo veniat*,

a II. Cor. XIII. 3. *b* I. Cor. VII. 18. *c* Rom. II. 29. *d* II. Cor. III. 7. *e* I. Cor. XV. 41. *f* Ephes. V. 14. *g* II. Cor. III. 14. *h* Exod. XXXIV. 33. & II. Cor. III. 13. *i* Gen. XLIX. 10.

1. Idem codex, *dicens, experimentum*.
2. Idem codex, *circumcisio*.
3. Melius Vulgata juxta fidem græci textus, *Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est, non circumcidatur. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est : sed observatio mandatorum Dei*.
4. Codex Bobiensis, *prædicator legis*, mala lectio.
5. Legendum forsitan, *littera*, ut cum D. Paulli loco in epistola ad Romanos ad quem Archelaus respicit, concordet.
6. Male Casinensis codex, *alius*.
7. Bobiensis, *talentis repletus, ita omne*.
8. Codex Bobiensis, *figuli opus aufers, aut fictilium*. Casinensis vero, *figul' opus & ars aut fictilium;* sed videtur legendum, *figuli opus, aut ars fictilium*, uti editum est.
9. Codex Bobiensis, *dives factus sum, & cordis circumcisionem consecutus, nequaquam*. At Casinensis, *dives factus, & circumcisionem consecutus, nec quemquam*. Nos Casinensem, ex Bobiensi partim supplevimus, partim emendavimus.
10. Epistolam primam intelligit epistolam ad Romanos, quam ab antiquissimis Ecclesiæ temporibus primum inter Paulli epistolas locum habuisse, vel ex hoc Archelai loco apparet. Vide Epiphanium in Hæresi 42. ubi crimini vertit Marcioni, quod Epistolam ad Romanos quarto loco inter D. Paulli epistolas collocaverit. Vide etiam supra cap. 34.
11. Male codicis Bobiensis, *plenissime pertractans*.
12. Male codicis Bobiensis, *propheticus*. Et mox, *litteris firmatum*.
13. Bobiensis codex, *si habet*.
14. Codex Bobiensis & heic corruptam lectionem exhibet, nempe, *gloria; neque vero, omni genere in nobilitate*. Valesius recte emendat, *in ignobilitatem*.
15. Codex Bobiensis, *destruitur*.
16. Idem codex, *scis esse differentias gloriæ; alia enim gloria*. Mala lectio.
17. Vulgata, Irenæus lib. 2. cap. 24. & Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirinum cap. 58. habent, *claritas*, pro *gloria*. Sed postrema vox placuit etiam Tertulliano de Resurr. carnis cap. 52.
18. Bobiensis, *natura demonstrat*. Mox, *exemplis manifestius*. Et infra, *sol exortus*.
19. In codice Bobiensi, *servabit*. Male Casinensis codex, *observavit*. Et infra, *ante quam lucerna*. E contra pejor in sequentibus Bobiensis codicis lectio, ubi sic se habet, *sol nobis verus Salvator orietur, sicut ait, & illuminat tibi Christus. Sed qui dicit*.
20. Codex Bobiensis, & Vulgata ita legunt, sed in Casinensi habetur, *tenet & in lectione*.
21. Codex Casinensis, *destruetur*: lectio Vulgatæ contraria, quæ etiam habet, *non revelatum*, utrobique juxta fidem græci textus.
22. Codex Bobiensis, *fuerit quis ad Dominum, auferetur velamen*. Vulgata enim habet, *auferetur*. At in Casinensi codice est *aufertur*.
23. Casinensis, *quod*, mala lectio.
24. Codex Bobiensis, *abscessit vita? Quamobrem ergo in hodiernum*.
25. Idem codex, *supra cor eorum. Hæc est*.
26. Idem codex, *ait enim intellige*, & mox, *de Juda*.
27. Codex Bobiensis *de femore ejus usquequo veniat, qui est*. Ceterum ista hujus loci interpretatio longe diversa est a Vulgata, & ab antiquioribus versionibus, quas exhibent

(α) *cujus est, & ipse erit exspectatio gentium.* [1] *Qui alligabit ad vitem pullum suum, & ad optimam vitem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ indumentum suum.* [2] *Suffusi* (β) *oculi ejus a vino, & candidi dentes ejus a lacte*, & reliqua. Qui etiam & unde venturus esset designavit, dicens: [a] *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris sicut me; ipsum audite.* Et quidem quia non possit intelligi, hoc (γ) de Jesu [3] Nave dictum esse, manifestum est. Nihil enim hujus circumcisionis in ipso invenitur; adhuc enim ex Juda reges fuerunt post ipsum, & ideo aliena longe est ab eo hæc prophetia. [4] Et hoc est velamen, quod est in Moysen; neque enim, sicut fortasse aliqui imperitorum putant, linteum aliquod aut pellis fuit, quæ vultum ejus operiret. Sed Apostolus diligenter ostendit dicens, velamen esse positum in lectione veteris testamenti, propter quod is qui appellatur antiquitus Israel, exspectat adventare Christum, non [5] intelligentes, quia defecerunt ex Juda principes, & ex femoribus ejus duces; sicut nunc videmus [6] regibus eos principibusque subjectos tributa pendere, nulla sibi potestate vel judicandi vel puniendi concessa, sicut Judas habuit, [b] quia Thamar, posteaquam condemnaverat, potuit [7] justificare. Sed & videbitis vitam vestram [c] pendentem ante oculos vestros.

XLIV. Habet etiam hic sermo velamen. Usque ad Herodem enim ex parte aliqua regnum tenere videbantur; ab Augusto autem prima [8] adscriptio in eis facta est, & cœperunt tributa pendere, & censum dare. Ex quo autem Dominus noster Jesus cœptus est prophetari atque exspectari, ex eo principes ex Juda esse cœperunt & duces populi, qui rursum defecerunt [9] in adventu præsentiæ ejus. Si ergo auferatur velamen quod in illa lectione positum est, [10] intelligent virtutem circumcisionis, invenient & generationem ejus quem prædicamus, & crucem, & quæcumque de Domino nostro gesta sunt, ipsa esse quæ de eo fuerant prædicta. Et velim quidem de Scripturis discutere unumquemque [11] sermonem, & ostendere, ut intelligi dignum est. Sed quoniam nunc aliud est quod urget, [12] de vacanti nobis ista dicentur; hæc enim dixisse nunc sufficit, ut ostendamus non sine caussa velamen positum super cor quorumdam in lectione veteris testamenti. Quicumque vero ad Dominum convertuntur, ab iis [13] velamen aufertur. Quæ omnia quam vim habeant in se se, his qui sensu vigent, intelligendum relinquo. Veniamus etiam ad illum sermonem Moysi, [14] quo ait: [d] *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me;* in quo magnam video prophetiam famuli Moysi, [15] scientis eum qui venturus esset, amplius se quidem auctoritatis habiturum, similia tamen esse passurum, & similia signa, ac prodigia ostensurum. Ibi enim [e] Moyses natus, a matre sua [16] in thibin positus, exponitur ad ripas fluminis: heic Dominus noster Jesus Christus [f] natus ex [17] matre sua Maria, per Angelum fugatur in Ægyptum. Ibi Moyses [g] educens populum de medio Ægyptiorum, salvavit; & heic Jesus [h] populum de medio Pharisæorum educens, æternæ tradidit saluti. Ibi Moyses per orationem petens, [i] e cælo accepit panem quo pasceret populum in deserto; heic [18] Dominus meus Jesus [k] virtute propria ex quinque panibus viros quinque millia satiavit in deserto. Ibi Moyses cum probaretur, [l] positus in monte jejunavit quadraginta dies; & heic Dominus meus Jesus [m] a spiritu actus in desertum, cum tentaretur a diabolo, quadraginta diebus similiter jejunavit. Ibi in conspectu Moysi, [n] propter infidelitatem Pharaonis omnia Ægyptiorum primogenita perierunt; & heic [o] Jesu nascente, propter infidelitatem Herodis omne [19] masculinum Judæorum subito perit. Ibi Moyses [p] orat, ut parcatur a plagis Pharaoni ac populo ejus; & heic Dominus noster Jesus [q] orat indulgeri Pharisæis, dicens: *Pater ignosce eis, quoniam nesciunt quid faciant.* Ibi Moysi [r] vultus resplenduit [20] in gloria Domini, ita ut non possent filii Israel intendere in faciem ejus propter gloriam vultus ejus; & heic Jesus Christus Dominus [s] resplenduit sicut sol, & discipuli ejus non poterant [21] aspicere in faciem

a Deut. XVIII. 18. *b* Genes. XXXVIII. *c* Deut. XXVIII. 9. *d* Deut. XVIII. 18. *e* Exod. II. *f* Matth. II. 13. *g* Exod. XIV. *h* Marc. VIII. 15. *i* Exod. XVI. *k* Matth. XIV. *l* Exod. XXXIV. *m* Matth. IV. 2. *n* Exod. XII. *o* Matth. II. 16. *p* Exod. VIII. *q* Luc. XXIII. 34. *r* Exod. XXXIV. 35. *s* Matth. XVII. 2.

Tertullianus de Trinit. cap. 9. & Cyprianus adv. Judæos lib. 1. cap. 21. Sed nec græco LXX. Interpr. textui respondet, licet non una semper sit ejusdem lectio in codd. mss. & apud Patres. Vide Nobilium in notis ad eum locum.

1. Codex Casinensis, *quia alligabit*; sed hanc lectionem ex repetitione vocalis *a*, ortam puto. Bobiensis *alligavit*.

2. Codex Bobiensis, *effusi oculi*. Mox, *Qui enim*. Mox, *designavit, Prophetam*.

3. In Bobiensi inepta lectio, *Mane*.

4. Codex Casinensis. *Et hæc est velamen*. Et infra, *vel [illegible]*.

5. Codex Bobiensis, *intelligens*.

6. Male Bobiensis codex, *regibus eos, regibusque subjectos*.

7. Codex Bobiensis *justificare. Sed videbitis*. Casinensis *justificari. Sed & videbitis*.

8. Bobiensis codex, *abscriptio*. Mox, *cœperuntque*. Et infra, *Dominus meus*.

9. Idem codex, *in adventum*.

10. Idem codex, *intelligens*. Et infra, *ipsa quæ de eo*.

11. In codice Bobiensi mutilus est hic locus; habet enim, *sermonem, ut intelligi, dignum est. Dixisse nunc sufficit*.

12. In Casinensi est, *de vacantibus*; sed legendum, *de vacanti*. Sic supra cap. 41.

13. Codex Bobiensis, *velamentum*.

14. Codex Bobiensis, *quod ait*.

15. In Casinensi codice scribitur, *scientibus*, in Bobiensi, *scientes*; sed Valesius, *scientis*, emendandum censuit, cujus sententiæ adstipulati sumus. Infra Bobiensis, *& amplius*.

16. Thibis, θῖβις, apud LXX. est fiscella scirpea in Vulgata. Mox Bobiensis *ripam*.

17. Codex Bobiensis, *matre Maria*.

18. Codex Bobiensis, tam heic, quam infra, *Dominus noster*. Mox, *saturavit*.

19. Idem, *masculum*. Mox, *pro populo*. Infra, *Pharisæus, Pater*. Mox, *quid faciunt*.

20. Codex Bobiensis, *in gloriam*.

21. Idem, *respicere*. Mox, *vultus ejus*.

(α) *Cujus est*] Prudentio Marano viro doctissimo ad Justini *Apol.* I. §. XXXII. videtur hoc esse librariorum erratum, pro *cui jus est*. Quæ quidem lectio restituta propius illi accedit quam novimus fuisse veteribus usurpatam, ᾧ ἀπόκειται, *cui repositum est*. Vide sis superius hac de re [illegible] Cotelerium ad *Constit. Apost.* lib. VI. cap. XI. sub finem: qui præterea ad earumdem *Const.* lib. I. cap. 1. præclare versum censet heic ejusmodi Geneseos locum: *qui alligabit ad vitem pullum suum, & ad optimam* [illegible] *asinæ suæ*.

(β) *Suffusi oculi ejus*] De hac lectione fuse disputat Grabius in Differt. *de variis vitiis LXX. Interpp.* §. 19. pag. 36. Quo ex loco nonnulla excerpta dedimus ad Justini *Dial. cum Tryph.* §. LII. tom. I. hujus Biblioth. pag. 507.

(γ) *De Jesu Nave*] Corruptam lectionem *de Jesu M[illegible]* viderat jam pridem in Valesiana editione hujus Di[illegible]tionis Cotelerius ad *Barnabæ* Epist. cap. XII. ubi de [illegible] nomine pro more suo differit erudite.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

ejus propter gloriam vultus ipsius, & immensum luminis splendorem. Ibi Moyses [a] eos qui [1] vitulum statuerant, gladio dejecit; & heic Dominus Jesus ait: [b] *Veni gladium mittere super terram, &* [2] *dividere hominem a proximo suo*, & reliqua. Ibi Moyses [3] in caliginem nubium [c] aquas ferentium sine metu incessit; & heic Dominus Jesus [d] cum omni potestate super aquas ambulavit. Ibi Moyses [e] imperavit mari; & hic Dominus Jesus [f] cum esset [4] in mari, surgens imperavit ventis & mari. Ibi Moyses [g] cum impugnaretur, extensis manibus certavit adversus Amalech; & heic Dominus Jesus impugnatis nobis & pereuntibus violentia erratici spiritus qui nunc [5] in justis operatur, extensis in cruce manibus salutem dedit. Sed & alia multa prætereo, dilectissime Diodore, dum festino ad te [6] libellum hunc velociter mittere, quæ tu pro tua prudentia facile poteris reparare. Scribe autem [7] mihi omne, quod postea egerit adversariæ partis minister. Incolumen te anima & spiritu custodiat [8] Deus omnipotens.

XLV. Accepta hac epistola Diodorus, & collecto ex ea sensu, conflixit adversus Manem; ita ut ab omnibus collaudaretur, quod diligenter & competenter ostenderit, duorum testamentorum atque utriusque [9] legis inter se se cognationem: plura etiam ex semet ipso inveniens, objecit ei valida valde & fortia pro veritate. Conclusit etiam adversarium Diodorus [10] ex nominibus, dicens ita: Dixisti duo esse testamenta, dic ergo duo esse vetera aut duo nova? Ejusdem enim temporis, vel potius æternitatis, duo asseris esse ingenita; & si duo sunt, duo esse [11] oportet vetera testamenta, aut duo nova. Quod si hoc non dicis, sed unum esse vetus, & aliud novum; [12] rursum unus utriusque auctor ostenditur, & ejus esse vetus, cujus & novum, consequentia ipsa [13] edocet: veluti si quis dicat [14] homini, loca mihi veterem domum tuam; [15] nonne per hoc etiam novæ domus dominum eum esse pronuntiat? Aut rursum si dicat ei, novam domum tuam præsta mihi; nonne eodem verbo etiam veterem eum habere designat? Deinde illud etiam pervidendum est, quia [16] ex quo duo sunt, ingenitam habentes naturam; ex eo necesse est etiam habere unumquemque ipsorum vetus testamentum, & fient duo vetera testamenta; si tamen ambos antiquos, & sine initio esse dicis. Ego autem non ita didici, neque ita continent Scripturæ. Tu vero qui dicis legem Moysi esse maligni principis, & non boni Dei, dic mihi, qui erant illi qui resistebant in faciem Moysi, Jamnem dico & Mambrem? Omne enim quod resistit, non sibimet ipsi resistit, sed alii, aut meliori aut deteriori, sicut Paullus indicat ad Timotheum in secunda Epistola sua [17] scribens: [h] *Quemadmodum Jamnes & Mambres restiterunt Moysi; ita & isti restiterunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient.* [18] *Insipientia enim eorum omnibus nota est, sicut & illorum fuit.* Vides quomodo Jamnem & Mambrem hominibus comparat corruptis mente, & reprobis circa fidem; Moysen vero veritati? Sed & sanctus Joannes maximus Evangelistarum ait, [i] gratiam gratia præstare, & differre; ex plenitudine enim Jesu legem Moysi accepisse nos dicit; aliam autem gratiam pro illa gratia per Jesum Christum esse completam in nobis. Quod ostendens etiam ipse Dominus noster Jesus ajebat: [19] *Non* [k] *putetis, quia ego vos accusabo apud Patrem. Est qui vos accuset Moyses,* [20] *in quem vos speratis; si enim* [21] *crederetis Moysi, crederetis utique & mihi; de me enim ille scripsit. Quod si litteris illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Sunt etiam [22] alia multa quæ dici possent & de Apostolo Paullo, & de Evangeliis; ex quibus ostendere possumus veterem legem non esse alterius quam Domini, cujus est novum Testamentum, quæ nos competenter [23] exponere & aptare convenit. Jam vesper impedit, dies enim clauditur, & finem nos disputandi facere par est; crastino autem [24] nobis, de quibus tibi videtur, quæstiones habeantur. Et his dictis discesserunt. [25]

XLVI. Cum autem mane factum esset, subito adventavit Archelaus ad castellum hunc in quo morabatur Diodorus, priusquam omnino quisquam ad publicum procederet. Manes vero ignorans præsentem esse Archelaum, rursum Diodorum provocabat ad publicum, ut cum eo disputatione contenderet, volens eum verbis opprimere, ex eo quod advertebat, eum hominem esse simplicem, & non satis scripturarum quæstionibus eruditum; Archelai enim doctrinæ jam perceperat gustum. Cum ergo & turbæ convenissent ad solitum disputationis locum, & Manes jam verba facere cœpisset, subito in medio eorum apparuit Archelaus, ac Diodorum complexus, sancto osculo salutavit. Diodorus vero, & omnes qui præsentes erant, admirati sunt opus divinæ providentiæ, ut in tempore ipso adventaret Archelaus quo quæstio mo-

a Exod. XXXII. *b* Matth. X. 34. *c* Exod. XXIV. in fine. *d* Matth. XIV. 25. *e* Exod. XIV. *f* Matth. VIII. 26. *g* Exod. XVII. *h* II. Tim. III. 8. 9. *i* Joan. I. 16. *k* Joan. V. 45-47.

1. Codex Bobiensis, *vitulum fecerant*.
2. Melius Vulgata, *separari hominem adversus patrem suum*: & Tertull. advers. Gnosticos cap. 10. *dividere hominem &c.*
3. Bobiensis codex, *in caligine*.
4. Idem codex, *in navi*.
5. Codex Bobiensis, *in istis*.
6. Codex Bobiensis, *velociter libellum*.
7. Idem, *mihi, carissime, quid postea*.
8. Codex Casinensis, *Deus omnium*.
9. Male Casinensis codex, *legis inesse cognitionem*. Male & infra Bobiensis *veniens, objecit*. Sed & Casinensis pro, *objecit*, male habet *objecta*.
10. Ridicula est heic Bobiensis codicis lectio, in quo scribitur, *ex navibus*; e contra Casinensis mox habet, *dicens ita dixit*: mala itidem lectio.
11. Codex Bobiensis, *oportet & vetera*.
12. Male Casinensis *rursus omnis utriusque*.
13. Codex Casinensis, *docent*.
14. Hæc est Bobiensis codicis lectio; nam in Casinensi est, *homini diviti mihi*, nullo sensu. Forte, *dimitte mibi*.
15. Codex Bobiensis, *non per*; sed in seq. habet *nonne*.
16. Hoc in loco lacuna est in Bobiensi codice, in quo scribitur, *ex quo duo sunt ingenita habentes naturam ipsorum testamentum, & fient &c.* Valesius ex ingenio ita emendavit, *ex quo duo sunt ingenita, habent ex natura ipsorum testamentum*. Sed ipsum male conjecisse Casinensis codex ostendit.
17. Codex Bobiensis, *ita scribens*.
18. Codex Bobiensis, *Insipientia enim illorum manifesta erit omnibus, sicut &c.* quod magis ad Vulgatæ lectionem accedit.
19. Codex Bobiensis, *Non potestis*; pessima lectio.
20. Casinensis codex, *Moyses, quem*: lectio rejicienda.
21. Codex Bobiensis, *creditis Moysi, crederitis utique forsan & mibi*.
22. Codex Casinensis, *alia plura jam, quæ dici possint*.
23. Codex Bobiensis, *exponere & a Patre ut convenit*: quæ verba cum nullum habere sensum vidisset Valesius, *exponere & aperire ut convenit*, emendandum esse putavit: & quidem non recte, ut ex Casinensi codice apparet.
24. Codex Bobiensis non recte, *vobis*.
25. Huc usque edidit Valesius.


vebatur; re enim vera, quod fatendum est, quasi ex parte aliqua religiosus Diodorus pertimuerat conflictum. Cum autem vidisset Archelaum Manes, cessavit quidem continuo ab insultatione, & supercilio non parum dejecto, manifeste intelligebatur, quod conflictum vellet effugere. Multitudo vero auditorum adventum Archelai, velut Apostoli præsentiam, opinata est, pro eo quod ad verbi defensionem tam paratus & tam promtus exsisteret. Et cum dextera silentium poposcisset a populo (tumultus enim non mediocris exstiterat) hoc modo cœpit Archelaus. Tametsi prudentiam, gloriam etiam nostrorum nonnulli assecuti sunt; tamen hoc vos deprecor, ut eorum quæ ante me dicta sunt, testimonium reservetis. Scio enim & certus sum, fratres, quoniam [1] Diodoro non pro ipsius impossibilitate successi; sed quoniam istum ego novi tunc, cum ad loci mei partes improbus advenisset, Marcelli [2] viri illustris gratia, volens eum divertere a nostra doctrina & a fide, videlicet, quo impietatis hujus idoneus efficeretur assertor; & tamen omnibus suis verbis in nullo eum divertere & movere prævaluit. Similis enim inventus est religiosissimus Marcellus [a] petræ, in qua ædificata est domus solidissimis fundamentis; & cum descendisset pluvia, & irruissent flumina ac venti, & illisissent in domum illam, perstitit; fundata enim erat solidissimis & immobilibus fundamentis: huic autem qui præsens est, infamiam potius intulit conatus ipse, quam laudem. Non autem mihi venia dignus videtur qui ignoraverit, quod futurum est: oportebat enim eum prænoscere, qui sunt proprii sui; si quidem Spiritus Paracliti habitat in eo. Sed quoniam ignorantiæ tenebris obcæcatus est, in vanum cucurrit, cum iter faceret ad Marcellum, & similis [3] facere astrologo, describenti quidem cælestia, ignoranti vero quæ suæ domui geruntur. Sed ne videar per hæc verba differre quæstionem, jam sileam; de iis vero dabo ipsi potestatem, sumat quodcumque vult propositionis & quæstionis initium. Vos tantummodo, sicut superius dixi, indeclinabiles Judices esse quæso, ut vera dicenti honorem verum palmamque tradatis.

XLVII. Tunc Manes, silentio ab omnibus facto, ita exorsus est. Tu quoque, Archelae, bene me de Deo sentientem, dignamque opinionem de Christo retinentem, verbis molestissimis obtundis, licet tale sit Apostolorum genus, patiens & ferens omnia, etiamsi eos conviciis quis aut maledictis obtrectet. Si persequi volueris, paratus sum; & si inferre supplicia, non refugiam. Si etiam interficere me vis, non reformido; illum enim solum [b] oportet timere, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. ARCHELAUS DIXIT: Absit a me. Non est mihi tale propositum. Quid enim perpessus es a me, vel a nostris? Et quidem cum obtrectares, atque injuriam irrogares, & cum detraheres de paternis nostris traditionibus, & cum velles animas hominum bene institutas ac diligenti cautela servatas interficere, quibus utique repensari non possunt universæ mundi divitiæ? Verumtamen propter quod assumis o Manichæe? Quid est quod indicas? Quæ salutis signa ad nos deferas, dicito. Verborum enim nuda jactatio non poterit præsenti multitudini satisfacere, ut agnoscant qui nostrum rectius obtinet scientiam veritatis. De quo ergo vis nos capite disputare, hoc prius dicito, cum prius dicendi acceperis facultatem. MANES DIXIT: Si non iterum his quæ a nobis recte dicuntur, infideliter resistis, dicam; si autem talis exsistis, qualem te prius sensi, dicam adversus Diodorum, declinans inquietudinem tuam. ARCHELAUS DIXIT: Prædixi jam, quod abutimur inanitate verborum. Si quis [4] nostrum resistere infideliter invenitur, Judicibus hæc permitte discernere; tu autem quid asseras, dicito. MANES DIXIT: Si non iterum resistis his quæ a me iterum recte dicuntur, incipiam. ARCHELAUS DIXIT: Si non hoc est, si non illud, sermo est hominis ignorantis. Ignoras ergo quod futurum est. Sed hoc quod futurum ais, resistere me aut non resistere, in mea est potestate. Quomodo ergo stabit sermo ille duarum arborum, in quo fidis veluti scuto firmissimo? Si enim contrariæ partis ego sum, quomodo obedientiam meam requiris? Quod si obedientiæ in me est mens, quomodo pertimescis ne resistam? Ais enim quia malum semper permanet malum, & bonum semper permanet bonum, vim verbi istius penitus [5] ignorans. MANES DIXIT: Numquid te advocatum meorum adhibui sermonum, [6] ut etiam meæ scientiæ intelligentiam disponas; quippe qui propria explanare non valeas, quomodo aliena poteris explicare? Quod si victum jam se profitetur Diodorus, tunc mihi tecum sermo movebitur. Si autem stat ille, & est idoneus ad dicendum; desine tu, & noli perturbare substantiam veritatis. Es enim ovis aliena, efficieris tamen postea in numero ejusdem gregis, [7] sicut vox Jesu ostendit, ejus qui apparuit quidem in hominis specie, nec tamen fuit homo. ARCHELAUS DIXIT: Ergo non putas eum ex Maria Virgine esse? MANES DIXIT: Absit ut Dominum nostrum Jesum Christum per naturalia pudenda mulieris descendisse [8] confitear; ipse enim testimonium dat, quia [c] de finibus Patris descendit. Et: [d] *Qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Et: [e] *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me.* Et: [f] *Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel.* Sunt & alia innumera testimonia hujuscemodi, quæ indicant eum venisse, & non natum esse. Quod si potentior illo es, & magis scire potes quod verum est, quomodo jam illi credimus? ARCHELAUS DIXIT: Neque illo potentior sum, servus enim sum, & neque æqualis Domini mei esse possum; ego enim sum inutilis servus, verborum ejus discipulus, credens his quæ ab ipso dicta sunt, & hæc indeclinabilia esse confirmo. MANES DIXIT: Similis tui quidam, cum ei aliquando dixisset: [g] *Maria mater tua, & fratres tui foris stant*, non libenter accipiens, eum qui dixerat, increpavit dicens: *Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?* Et ostendit eos qui facerent voluntatem suam, & matres sibi esse & fratres: sin autem vis dicere matrem ipsius Mariam, non est tibi sine periculo; sine dubio enim

a Matth. VII. 24. b Matth. X. 28. c Joan. I. 18. & III. 13. d Matth. X. 40. e Joan. VI. 38. f Matth. XV. 24. g Matth. XII. 47.

1. In codice Casinensi erat, *Diodorus*, nullo sensu.
2. Male Casinensis, *viri in l... gratia*.
3. Forte, *factus est*.
4. Casinensis codex, *nostrorum*.
5. In Casinensi, *ignorat*.
6. In codice Casinensi est, *aut etiam*, lectio improbanda.
7. Casinensis, *sicut vos Jesus*.
8. In codice Casinensi est, *confitetur*, librarii errore, ut palam est.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



etiam fratres ex ea habuisse monstratur. Et dic utrum de Joseph generati sunt, aut ex eodem Spiritu sancto? Ergo & multos Christos, si ex eodem Spiritu sancto generatos [1] dixeris, habuimus. Quod si non ex eodem Spiritu, sed tamen dixeris eum fratres habuisse; sine dubio intelligendum est, quia post Spiritum, post Gabriel, nupserit Joseph Virgo castissima, & immaculata [2] Ecclesia. Quod si etiam hoc absurdum est omnino, eam quolibet modo concubuisse cum Joseph, dic an fratres habuerit. Numquidnam etiam mœchiæ ei crimen impingis, [3] o prudentissime Marcelle? Quod si horum nihil convenit incontaminatæ Virgini; unde ei fuisse fratres adstrues? Quod si fratres ei fuisse non potes edocere; quomodo Maria mater ejus erit, sicut ait ille qui scribere ausus est, *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant?* Quod etiam si ille ausus est dicere, illo ipso potentior aut major esse nemo potest, qui ostendit nobis matrem aut fratres suos; [a] sed & Davidis [4] esse non dignatur audire. Apostolus Petrus discipulorum omnium eminentissimus tunc agnoscere eum potuit: cum singuli opiniones suas quas de ipso habebant, promerent, ait: [b] *Tu es Christus filius Dei vivi*: & statim beatificat eum dicens, *Quoniam revelavit tibi Pater meus cælestis*. Vide quanta sit differentia eorum, quæ ab Jesu dicta sunt? Illi enim qui dixerat: *Ecce mater tua foris stat*, respondit: *Quæ mihi est mater, aut fratres?* Ei autem qui dixit: *Tu es Christus filius Dei vivi*, beatitudinem benedictionemque restituit. Si ergo de Maria vis esse eum natum, mentitur ipse cum Petro: si autem verum dicit Petrus, sine dubio ille prior fefellit. Quod si prior fefellit, caussam ad scriptorem rejicienda est. Unum igitur Christum nos scimus esse secundum Apostolum Paullum, cujus vocibus credimus consonantibus dumtaxat adventui ejus.

XLVIII. His auditis turbæ permotæ sunt, veluti rationem veritatis continentibus, & Archelao nil habente quod his posset opponere; hoc enim indicavit tumultus qui inter eos exortus fuerat; sed cum multitudo conquievisset, Archelaus hoc modo respondit. Vocis quidem Domini nostri Jesu Christi nullus poterit esse potentior, si neque nomen aliquod æquale ei esse invenitur: [c] *Propter quod Deus eum exaltavit, & donavit illi nomen quod est super omne nomen*; neque in testimonio quis æqualis ei esse poterit: & ideo ego vocis ejus tibi testimonia proferam, primum quidem dissolvens hæc quæ a te dicta sunt, uti ne dicas, quoniam nec sibi ipsi consonant, ut est tibi consuetudo dicendi. Ais enim quia eum qui nuntiaverat ei de matre aut de fratribus, increpaverit Jesus, quasi fallentem, secundum id quod scriptorem fefellit. Neque is qui annuntiavit ei de matre & fratribus increpatus est, neque Petrus supra illum solus beatificus est; sed uterque ab eo dignam responsionem

A propria interrogatione percepit, sicut in consequentibus sermo monstrabit. Cum quis parvulus est, [d] cogitat sicut parvulus, sapit ut parvulus; cum autem perfectus fuerit vir, destruentur ea quæ sunt parvuli; id est, dum ad priora se quis extendit, obliviscetur quæ post se sunt. Unde Domino nostro Jesu Christo docente, & curante humanum genus, uti ne simul omnia deperirent, cumque in talibus studiis mens omnium auditorum esset intenta, non opportune ingressus hic nuntius de matre ejus suggessit, ac fratribus. Quid enim? [5] debuit ne etiam se ipso judicante, derelinquere eos quos curabat & quos erudiebat, & cum matre ac fratribus colloqui? Nonne continuo de hoc ipso detraheres? [6] Cum enim peccatis onustos & gravatos ad discipulatum delegit duodecim numero, quos & Apostolos nominavit, dicens eis, [e] relinquite matrem & patrem, ut me digni efficiamini, ut ultra non possit eis memoria patris aut matris robustum pectus inflectere. Et iterum volente alio quodam dicere ei, Ibo, & sepeliam patrem meum, ait: [f] *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*. Intuere ergo quomodo Dominus meus Jesus [7] ad necessaria discipulos ædificat, & pro meritis unicuique sancta verba committit. Ita & in eo tempore quo importune annuntiaverat quidam ei de matre, non complectitur pro matris præsentia paternum præterire præceptum. Ut autem tibi ostendam hæc ita esse, Petrus aliquando, cum jam beatificationem fuisset ab eo consecutus, ait ad Jesum: [g] *Propitius esto Domine, non erit tibi istud*, cum dixisset ei Jesus, quia [8] oporteret filium hominis ascendere Jerosolymam, & occidi, & tertia die resurgere; respondens ait Petro: *Vade retro satana, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum sunt*. Quoniam ergo existimas illum qui ei de matre renuntiaverat & fratribus, increpatum esse ab Jesu; istum vero qui paullo ante dixerat, *Tu es filius Dei vivi*, beatitudinem consecutum; vide quia magis [9] hunc prætulit Jesus, cui & clementius & cum venia responsum dare dignatus est; Petro vero post illam benedictionem nullum jam veniæ largitur titulum, pro eo quod naturam rei sibi dictæ non diligenter adverterit. Illius enim nuntii error responsi ratione corrigitur; hujus vero tarditas intellectus acerbiori increpatione damnatur. Ex quo advertere potes, quod Dominus Jesus interrogationum sibi opportunitate servata, dignum promat singulis opportunumque responsum. Quod si, ut ais, ex eo quod verum dixerat, Petrus beatificatur, & pro eo quod fefellit, nuntius ille culpatur; dic mihi quare cum dæmones eum confiterentur, dicentes: [h] *Scimus te*, [10] *qui sis sanctus Deus*, increpavit eos, & [11] silere præcepit? Cur non (si quidem confitentium se testimoniis delectatur) etiam istos, sicut Petrum vera dicentem, benedictionibus remuneratus est? Quod si hoc absurdum est, relinquitur ut pro loco, pro tempore, pro personis, pro rebus, pro accidentium salute,

a Matth. XXIII. 42. *b* Matth. XVI. 16. *c* Philip. II. 9. *d* 1. Cor. XIII. 11. *e* Matth. X. 37. *f* Luc. IX. 59. *g* Matth. XVI. 22. *h* Luc. IV. 34.

1. In Casinensi, *dixerint habuimus. Quid.* Sed obvia est hujus loci emendatio.

2. Vox, *Ecclesia*, videtur supervacanea, & per librarii errorem adjecta. Certe sine ipsa integer est hujus loci sensus.

3. Ex his verbis colligi posse videtur, Marcellum cum Archelao ad Diodori castellum venisse.

4. Casinensis codex, *David Jesse*.

5. In codice Casinensi, *debuit & etiam*. Mala lectio.

6. In codice Casinensi corruptissime legitur, *Cum enim peccatis bonus & gravatus ad discipulatum diligit duodecim numero*. Nos quantum per conjecturas licuit, hujus loci menda sustulimus, & fortasse paullo post pro, *dicens eis*, legendum est, *dixit eis*.

7. In eodem codice, *ad necessariam*.

8. In eodem codice, *oportet*, secus atque habet Vulgata editio.

9. In codice Casinensi est, *huic*.

10. In codice Casinensi, *quis es*. Sed librarii error nobis visa est illa lectio.

11. In eodem codice est *finire*. Sed *silere*, legi debere nos facer textus edocet. Vide tamen an, *sinere*, legendum sit.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

ea quæ dicta sunt intelligamus, uti ne temere pronuntiantes, digna coercitione feriamur, & ut te magis ac magis edoceam, multo amplius illum qui de matre nuntiaverat, honoratum: tu autem oblitus rei quæ nobis proposita est, in aliud conversus es. Audi ergo breviter; si enim volueris diligentius intueri quæ dicta sunt, inveniemus in illo priore multam Dominum Jesum ostendisse clementiam, idque convenientibus te exemplis edoceam. Rex quidam, cum adversus hostem processisset armatus, & cogitaret atque disponeret quemadmodum posset manum sibi hostilem atque barbaram subjugare; cumque in multa esset cura & solicitudine constitutus, in medio adversariorum positus, ac postea jam captivos eos tenere incipiens, jam jam illa solicitudo immineret, quemadmodum eos qui secum laboraverant, [1] ac pondus belli toleraverant, procuraret: quidam ei nuntius importunus occurrens, de rebus domesticis suggerere aliqua cœpit. At ille admiratus est audaciam atque importunam suggestionem, & morti tradere hujuscemodi hominem cogitabat; quod nisi de carissimis affectibus talis nuntius exstitisset, eo quod incolumes esse hos, & recte ac prospere agentes omnia nuntiasset, dignum protinus potuit excepisse supplicium. Quæ enim erat cura alia regis, belli dumtaxat tempore, nisi provincialium salus, nisi dispositio rei militaris? Ita & Domino meo Jesu Christo pugnanti adversum passiones quæ profunda viscerum obsederant, & curans eos qui multo tempore variis infirmitatibus fuerant devincti, & inclinato omni nisu pro salute universitatis; ille nuntius importune adveniens de matre & fratribus nuntiavit. Et potuit quidem similem Petro, aut etiam graviorem accepisse sententiam; sed matris & fratrum intellectum nomen clementiam provocavit.

XLIX. Sed & amplius adhuc omnibus ostendere cupio, ut agnoscant universi, assertio tua quantum impietatis obtineat. Si enim, secundum tu dicis, non est natus, sine dubio nec passus est; pati enim qui natus non est, impossibile est. Quod si non est passus, crucis nomen aufertur. Cruce autem non suscepta, nec Jesus ex mortuis resurrexit. Quod si Jesus ex mortuis non resurrexit, nec aliquis alius resurget. Quod si nullus resurget, nec judicium erit. Certum est enim, quia si non resurgam, nec judicer. Quod si non judicium erit, frustra erit observatio mandatorum Dei, nullus abstinentiæ locus est: [a] *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur*. Hæc autem omnia connectis, [2] negans quod de Maria natus est: si enim confessus fueris eum de Maria natum, & passio subsequatur necesse est, & passionem resurrectio, & resurrectionem judicium, & salva nobis erunt Scripturæ præcepta. Non ergo jam vana est quæstio, sed plurima in hoc verbo. Sicut enim omnis lex & prophetiæ in duobus sermonibus constant, ita etiam nostra

A omnis spes in beatæ Mariæ partu suspensa est; & ideo responde mihi ad singula quæ te interrogabo. Quomodo abjiciemus tantas & tales Apostoli voces, quæ dicunt: [3] *Cum* [b] *autem fuit Dei voluntas in nobis, misit Filium suum factum ex muliere*. Et iterum: [c] *Pascha nostrum immolatus est Christus*. Et quia, [d] *Deus & Dominum suscitavit, & nos* [4] *cum illo suscitabit per virtutem suam*. Et alia multa his similia dicta sunt, ut est illud: [e] *Quomodo dicunt quidam in* [5] *vobis, quia resurrectio mortuorum non est? Si enim resurrectio mortuorum non est, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra. Inveniemur etiam falsi testes Dei, qui* B *testimonium perhibuimus adversus Deum, quia suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Si quidem mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, vana est fides vestra; adhuc estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantummodo speramus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, initium dormientium*: & reliqua. Quis rogo tam temerarius & impudens invenitur, [6] qui istis sacrosanctis vocibus non accommodet fidem, in quibus nulla est distinctio, nulla dubitatio? Quisnam quæso etiam te, o stulte Galata, fascinavit, sicut & illos: [f] *Quorum ante oculos Je-* C *sus Christus* [7] *rescriptus est crucifixus*? Unde arbitror sufficere hæc testimonia ad ostensionem judicii & resurrectionis & passionis, quibus consequenter & pariter ex Maria partus ostenditur. Quid enim, si tu nolis acquiescere, sed evidentissime Scriptura proclamet? Verumtamen interrogabo te: tu autem mihi responde. Quando Jesus de Joanne testimonium dat, & dicebat, quia [g] *Major in natis mulierum nullus surrexit Joanne Baptista; qui autem minor est in regno cælorum, major est illo*: dic mihi qua ratione major illo est in regno cælorum? Numquid Jesus minor erat Joanne in regno cælorum? [8] Dico, absit. Dic ergo in quo, ut vel te ipsum superare possis? Sine dubio minor erat D Joanne Jesus inter natos mulierum; in regno autem cælorum major illo erat. Dic mihi illud etiam, o Manichæe: si ais Christum non esse ex Maria natum, sed apparuisse quidem ut hominem, cum homo non esset, præstante hoc & agente virtute quæ in ipso est; dic mihi, super quem Spiritus sanctus sicut columba descendit? Quis est etiam, qui baptizatur a Joanne? Si perfectus erat, si Filius erat, si virtus erat, non poterat Spiritus ingredi, sicut nec regnum potest ingredi intra regnum. Cujus autem ei cælitus emissa vox testimonium detulit dicens: [h] *Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui*? Dic age, nihil remoreris: quis ille est, qui parat hæc omnia; qui agit uni- E versa? Responde: ita ne blasphemiam pro ratione impudenter allegas, & inferre [9] conaris?

a 1. Cor. XV. 32. *b* Galat. IV. 4. *c* I. Cor. V. 7. *d* Ibid. VI. 14. *e* Ibid. XV. 12-20. *f* Galat. III. 1. *g* Matth. XI. 11. *h* Matth. III. 17.

1. In codice Casinensi, *ac pondus bellico toleravant*. Nos emendavimus, *ac pondus belli toleraverant*. Fortasse tamen rudis interpres scripserat, *ac pondus belli contoleraverant*.

2. Ita legendum censui, licet in codice Casinensi scribatur, *negatis id quod*.

3. Vulgata editio græco textui consona legit, *At ubi venit plenitudo temporis*: eamque lectionem probant Irenæus, Tertullianus, Cyprianus & alii.

4. Verba, *cum illo*, non habent græca, neque Vulgata, neque Irenæus lib. 5. adversus hær. cap. 6. & 7. neque Tertullianus lib. 5. adversus Marcionem cap. 7. neque in libro de Pudicitia cap. 16.

5. In codice Casinensi est, *in nobis*, & infra, *vana est fides nostra*. Sed Vulgatæ lectio huic præferenda, utpote quæ ex librarii oscitantia videatur exorta. Irenæus quoque Tertullianus, Cyprianus aliique Vulgatæ lectionem sequuntur.


6. In eodem codice legitur, *qui istam sacrosanctam vocibus &c.* librarii, ut arbitror, errore.

7. Vulgatæ editionis melior lectio, *præscriptus est*.

8. Hæc verba, *dico absit*, nisi mendum sit in codice, videntur tamquam ex Manetis persona ab Archelao prolata.

9. Male in codice Casinensi, *coneris*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



L. MANES DIXIT: Nemo quidem qui adverſum hæc quæ a te dicta ſunt, reſpondere potuerit, blaſphemiæ crimen incurrit, quin potius eſt omni laude digniſſimus. Oportet enim artificem rebus propoſitis reſponſione diligenter aptata, manifeſta omnibus ea de quibus quæritur vel dubitatur, oſtendere, & maxime idiotis. Et quoniam tibi doctrinæ noſtræ non placet ratio, tamquam artifex bonus, etiam hanc mihi quæſtionem rationabiliter exſolve. Mihi enim pium videtur dicere, quod nihil eguerit filius Dei, in eo quod adventus ejus procuratur ad terras; neque opus habuerit columba, neque baptiſmate, neque matre, neque fratribus, fortaſſe neque patre, qui ei ſecundum te fuit Joſeph; ſed totus ille ipſe deſcendens, ſemet ipſum in quocumque voluit transformavit in hominem, eo pacto quo Paullus dicit, quia [a] *habitu repertus eſt ut homo*. Cujus igitur rei indiguerit is qui ſemet ipſum in omnia transformarit, oſtende. Quando enim voluit, hunc hominem rurſum transformavit in ſpeciem ſolis ac vultum. Quod ſi rurſus reſiſtis, mihi recte dicenti fidem nolis accomodare, audi definitionem tuam in qua ſtas. Si enim hominem eum tantummodo ex Maria eſſe dicis, & in baptiſmate Spiritum percepiſſe: ergo per profectum filius videbitur, & non per naturam. Si tamen tibi concedam dicere, ſecundum profectum eſſe filium, quaſi hominem factum; hominem vere eſſe opinaris, id eſt, qui caro & ſanguis ſit. Neceſſe eſt ergo, & [b] Spiritum, qui ſicut columba apparuit, non aliud eſſe quam naturalem columbam; ſicut homo enim dictum eſt, & ſicut columba, & quodcumque opinari poteſt de eo ſermone quod dictum eſt, [1] ſicut homo, hac opinione concipe etiam de eo, quod dictum eſt, ſicut columba; neceſſe eſt & hæc æqualiter recipere, ita enim in Scripturis quæ de eo ſcripta ſunt, inveniuntur. ARCHELAUS DIXIT: Sicut tibi ipſe non potes, tamquam bonus artifex, neque ego tibi hanc quæſtionem [2] diligenter aptatam manifeſtarem atque manifeſte diſſolverem, niſi propter hos qui aſſiſtunt & qui nos audiunt: & ideo, ſicut convenit, quæſtionis hujus quoque exponam rationem. Tibi quidem non videtur pie dici, matrem habuiſſe Jeſum Mariam, & reliqua quæ nunc proſecutus es, quæ quidem omnia repetere perhorreſco. Interdum quidam cogi ſolet artifex propter imperitiam reſiſtentis dicere & facere ea quæ tempus recuſat: & ideo quia mihi eſt illata neceſſitas propter præſentem turbam, ad ea quæ a te non recte dicta ſunt, paucis [3] reſpondeam. Dic ergo mihi; ſi Jeſum hominem naturaliter factum intellexerimus ex Maria, habentem carnem & ſanguinem intellexerimus; neceſſe eſt etiam Spiritum ſanctum veram columbam fuiſſe, & non ſpiritum. Et quomodo poterit vera columba verum hominem ingredi, atque in eo permanere; caro enim carnem ingredi non poteſt: ſed magis ſi Jeſum hominem verum confiteamur, eum vero qui dicitur, ſicut columba, Spiritum ſanctum, ſalva eſt nobis ratio in utraque. Spiritus enim ſecundum rectam rationem habitat in homine, & deſcendit, & permanet: & competenter hoc & factum eſt, & fit ſemper, ſicut tu te ipſum ante hoc tempus profitebaris eſſe Paraclitum Dei, ut [4] dicam ſilex, non homo, qui frequenter obliviſceris ea quæ dicis. Spiritum enim veniſſe ſuper te dixiſti, quem promiſerat Jeſus eſſe miſſurum: & unde niſi de cælo deſcendat? Et ſi deſcendit Spiritus ſuper hominem dignum ſe, ſuper te autem veras columbas deſcendiſſe ſentiendum eſt, ut te columbarium potius furem accipiamus, inſidias eis ac laqueos molientem; dignus enim es, qui verbis ridiculis illudaris; ego tamen parco, ne auditores videar offendere hæc dicens, & maxime quia præter propoſitum meum, in te ingerere quæ merearis audire. Sed redeam ad rem. Memor ſum enim transformationis ſuæ, qua dicis, quia Deus transformaverit ſe in hominem, vel in ſolem, ex hoc volens oſtendere Jeſum noſtrum habitu ſolo & viſu factum eſſe hominem; quod abſit ab unoquoque fidelium dicere. Hæc alioquin ſecundum te ad ſomnium nobis redeant univerſa, & figuras; non ſolum autem, ſed adventus nomen delebitur; poterat enim in cælo poſitus facere quæ voluerat, ſi Spiritum eum eſſe, & non hominem, dices. Sed non ita eſt, quoniam [c] *Exinanivit ſemet ipſum, formam ſervi accipiens*: Dico autem de eo, qui ex Maria factus eſt homo. Quid enim? non poteramus & nos multo facilius & latius iſta narrare? ſed abſit ut a veritate declinemus jota unum, aut unum apicem. Eſt enim qui de Maria natus eſt filius, qui totum hoc [5] quo magnum eſt, voluit perferre certamen Jeſus. Hic eſt Chriſtus Dei, qui deſcendit ſuper eum qui de Maria eſt. Quod ſi non credis neque voci quæ cælitus facta eſt, temerarium aliquod ipſe producis; &, ſi dixeris, nemo credet. Statim enim in deſertum a ſpiritu ductus eſt Jeſus, ut tentaretur a diabolo, quem cum diabolus ignoraret, dicebat ei: [d] *Si filius es Dei.* [6] Ignorabat autem propter quid genuiſſet Filium Dei, qui prædicabat regnum cælorum, quod erat habitaculum magnum, nec ab ullo alio parari potuiſſet: unde & affixus cruci, cum reſurrexiſſet ab inferis, aſſumtus eſt illuc, ubi Chriſtus Filius Dei regnabat; ut cum judicium habere cœperit, hi qui ignoraverunt eum, [e] videant quem compunxerunt. Ut autem credas; cum diſcipuli ejus per annum integrum manſerunt cum eo, quare nullus ipſorum procidit ſuper faciem ſuam, ſicut paullo ante dicebas, ſed in una hora illa, quando ſicut ſol reſplenduit vultus ejus? Nonne propter habitaculum illud, quod ex Maria fuerat effectum? Sicut enim Paracliti pondus nullus alius valuit ſuſtinere, niſi ſoli diſcipuli, & Paullus beatus; ita etiam Spiritum qui de cælis deſcenderat, per quem vox paterna teſtatur dicens: [f] *Hic eſt filius meus dilectus*, nullus alius portare prævaluit, niſi qui ex Maria natus eſt, ſuper omnes ſanctos Jeſus. Sed & ad hæc quæ objicio, reſponde. Si habitu eum & ſpecie dicis eſſe hominem, quomodo ab his qui ex viro & muliere nati ſunt, Phariſæis teneri potuit, & ad judicium protrahi; cum ſpirituale corpus a craſſioribus corporibus non valeat comprehendi? Quod ſi habes aliquid quod ad verbum atque ad propoſitum reſpondeas, qui num-

a Philip. II. 7. *b* Matth. III. 16. *c* Philip. II. 7. *d* Matth. IV. 1. *e* Joan. XIX. 37. *f* Matth. III. 17.

1. In codice Caſinenſi ſcribitur, *ſicut homo ac opinione*.
2. Codex Caſinenſis ita legit, *hanc quæſtionem diſſigenter aptare tam manifeſtarem, atque manifeſte diſſolverem*. Sed ex Manetis interrogatione, cui Archelaus reſpondet, nos hunc locum reſtituimus.
3. *Reſpondeo*, pro, *reſpondebo*: ſic in cap. 48. *edoceam*, pro, *edocebo*.
4. Caſinenſis, *ut dicam dilere non homo*. Videant Eruditi, an recte emendatum ſit.
5. Forte, *quod*.
6. Locum hunc noſtra conjectura ita correximus, ut aliquis inde ſenſus eliceretur; nam in Caſinenſis codicis lectione magna obſcuritas ex librarii erroribus exorta; ſic enim ſe habet, *Ignorabat autem propter qui genuiſſet filium Dei prædicabat regnum cælorum, qui erat, &c.*

quam ad propofita refpondifti, perge quæfo, & A pugillum plenum folis mihi affer, aut modium plenum? Ipfe vero fol pro eo quod fubtilioris eft corporis, cooperire te & circumdare poteft; tu vero eum, etfi conculcaveris, nihil lædis. Dominus vero meus Jefus, fi tentus eft, ut homo ab hominibus tentus eft. Si non eft homo, nec tentus eft. Si non eft tentus, nec paffus eft, nec baptizatus eft. Si ille non eft baptizatus, neque quifquam noftrum baptizatus eft. Baptifma autem fi non eft, nec erit remiffio peccatorum, fed in fuis peccatis unufquifque morietur. MANES DIXIT: Ergo baptifma propter remiffionem peccatorum datur? ARCHELAUS DIXIT: Etiam. MANES DIXIT: Ergo peccavit Chriftus, quia baptizatus eft? ARCHELAUS B DIXIT: Abfit; quin potius [a] pro nobis peccatum factus eft, noftra peccata fufcipiens: [1] propter quod ex muliere natus eft, & propter quod ad baptifma venit, ut hujus partis perciperet purificationem, ut Spiritum qui defcenderat in fpecie columbæ, corpus quod fufceperat, portare poffit.

LI. Hæc cum dixiffet Archelaus, admiratæ funt turbæ veritatem doctrinæ ejus, & laudes ei immenfas cum clamoribus reddiderunt; ita ut omni ftudio conarentur, [2] & ultra ei non finerent ad propria remeare: & tunc quidem difcefferunt. Poftea vero congregatis eis, Archelaus acquiefcere fibi, atque audire verbum fuadebat: non enim foli C qui cum Diodoro erant, audiebant eum, fed omnes quicumque ex provincia ejus aderant atque ex vicinis locis; factoque filentio, hoc modo de Mane dicere aggreffus eft. Qualiter fe quidem habeat noftra doctrina audiftis, & fidei noftræ experimenta cœpiftis; prout potui enim intelligere Scripturas, coram omnibus vobis expofui. Sed nunc [3] paucisfime dicere volentem deprecor, ut cum filentio audiatis; ut agnofcatis, qui fit & unde & qualis fit ifte, qui advenit, ficut Sifinius [4] quidam unus ex comitibus ejus indicavit mihi, quem etiam ad teftimonium eorum quæ a me dicentur, fi placet, vocare paratus fum. Sed ne [5] ipfe quidem dicere recufavit eadem quæ nos dicimus, præfente D Mane; credidit enim doctrinæ noftræ fupradictus, ficut & apud me alius Turbo nomine. Quæcumque ergo conteftati funt mihi, fed & ea quæ nos ipfi deprehendimus in hoc viro, non faciam latere confcientiam veftram. Tunc vero turbæ eo amplius incitatæ, congregatæ funt ad audiendum Archelaum; etenim ea quæ ab eo dicebantur, plurimam eis oblectationem præbebant; propter quod & certatim adhortabantur eum dicere quæcumque vellet, quæcumque fentiret; paratos fe effe ad audiendum, & ufque ad vefperum permanere, etiam accenfis luminibus, pollicebantur: quorum animofitate incitatus Archelaus cum omni fiducia dicere exorfus eft. Viri fratres, fuperiores quidem cauffas Domini mei Jefu audiftis; dico autem eas, quæ ex lege & prophetis judicantur; inferiores vero Domini mei Jefu Chrifti Salvatoris noftri non ignoratis. Sed quid plura? Appellati fumus ex Salvatoris defiderio Chriftiani, ficut univerfus orbis terrarum teftimonium perhibet, atque Apoftoli edocent; [6] fed & [b] optimus architectus ejus, fundamentum noftrum, id eft Ecclefiæ, Paullus pofuit, & legem tradidit, [7] ordinatis Miniftris, & Presbyteris, & Epifcopis in ea, defcribens per loca fingula, quomodo & qualiter oporteat Miniftros Dei, quales & qualiter fieri Presbyteros, qualefque effe debeant qui epifcopatum defiderant; quæ omnia bene nobis & recte difpofita, ufque in hodiernum, ftatum fuum cuftodiunt, & permanet apud nos hujus regulæ difciplina. Iftius vero qui nunc nobis ex Perfarum provincia ebullivit, Manes nomine, adverfum quem mihi difputatio jam fecundo commota eft, genus vobis dicam, & totum; fed & doctrina ejus unde defcendat, luciditfime demonftrabo. Ifte non eft primus auctor hujufcemodi doctrinæ, nec folus; fed quidam ex Scythia, [8] Scythianus nomine, Apoftolorum tempore fuit fectæ hujus auctor & princeps, ficut & fuerunt & multi alii apoftatæ, qui primatus fibi vindicare cupientes, [9] falfa pro veris confcripferunt, fimpliciores quofque ad fuam libidinem pervertentes; quorum nomina & perfidias dicere nunc tempus non finit. Hic ergo Scythianus dualitatem iftam [10] introducit contrariam fibi, quod ipfe a Pythagora fufcepit, ficut & alii omnes hujus dogmatis fectatores: qui omnes dualitatem defendunt, declinantes Scripturæ viam directam; fed non in amplius proficient.

LII. Nullus tamen ita impudenter prævaluit ficut ifte Scythianus. Inimicitias enim inter duos ingenitos introduxit, & omnia hæc [11] quæ confequuntur hujufcemodi affertionem. Quique Scythianus ipfe ex genere Saracenorum fuit, & captivam quamdam accepit uxorem de fuperiore Thebaide, quæ eum fuafit habitare in Ægypto magis quam in defertis. Atque utinam numquam eum illa provincia fufcepiffet, [12] in qua cum eum habitaret, cum Ægyptiorum fapientiam didiciffet; erat enim, ut quod verum eft dicamus, valde dives ingenio & opibus, ficut hi qui fciebant eum, per traditionem nobis quoque teftificati funt. Difcipulum autem habuit quemdam, [13] nomine Terebinthum, qui fcripfit ei quatuor libros; ex quibus unum quidem ap-

a II. Cor. V. 21. *b* I. Cor. III. 10.

1. In codice Cafinenfi quo ufi fumus, adverbium *propter*: defideratur fed illud librarii ofcitantia omiffum fuiffe fequentia clare demonftrant.
2. Et heic particula, *&*, deeft in codice Cafinenfi, quam tamen orationis feries evidenter expofcit.
3. Forte, *pauciffima*.
4. Codex Cafinenfis nullo fenfu habet, *Sifinius quidam vos ex comitibus ejus indicavit mihi, quæ etiam &c.*
5. Et heic emendavimus codicis Cafinenfis lectionem, ita fe habentem, *ipfe quidem me dicere recufavit &c.*
6. Codex Cafinenfis, *Sed & optimos architectos ei fundamentum*, cujus manifeftam corruptionem modica mutatione fuftulimus.
7. Locus notandus de Hierarchiæ ecclefiafticæ ordine ab Apoftolis inftituto. Epifcopos autem, Presbyteros & Miniftros tantum nominat Archelaus; quod Miniftrorum, hoc eft, Diaconorum nomine omnes infra Presbyteratum ordines antiquiffimi Patres comprehendere confueverint: ita Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum pag. 667. Tertullianus de Baptifmo cap. 17. Origenes homil. 2. in Hie- E rem. & in Matthæi cap. 19. pag. 363. & alibi paffim.
8. Qui *Scythianus* apud omnes alios veteres qui de Manichæorum hærefi tractarunt, appellatur, tam heic, quam in fequentibus a veteri interprete, *Scutianus* & *Excutianus* vocatur, nifi ubique imperiti librarii fit error. — In codice autem ms. Regio-Alexandrino Vat. legitur: *Quidam Stutianus nomine, qui Apoftolorum* cet. Sic infra femper *Stutianum* vocat. *
9. Cod. Regius-Alex. Vat. *falfa pro veris confinxerunt*. *
10. Codex Cafinenfis, *introduxit*. *
11. In eodem codice, *quæ eum fequuntur*. Mala lectio.
12. Heic nonnulla deeffe palam eft. Forte, *in qua cum diu habitaret, depravatus eft, cum Ægyptiorum fapientiam didiciffet*. — Cod. Reg. Alex. Vat. *in qua cum habitaret, & Ægyptiorum*. Mox ibid. *teftati funt*, pro *teftificati funt*. *
13. Et heic manifeftus eft librarii error in codice Cafinenfi, in quo fcribitur *Terbonem*; nam Cyrillus Hierofolymitanus Catechefi 6. & alii omnes Τέρβινθον, *Terbinthum*, feu *Terebinthum*, Scythiani difcipulum faciunt. Quin

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.

pellavit Mysteriorum, alium vero Capitulorum, A tertium autem Evangelium; & novissimum omnium, Thesaurum appellavit: & erant ei isti quatuor libri, & unus discipulus [1] nomine Terebinthus. Quia ergo aliquantum temporis secum isti ambo decreverant soli habitare; placuit Scythiano discurrere in Judæam, ut ibi congrederetur cum omnibus quicumque ibi videbantur esse doctores: & pervenit eum continuo vita defungi, nec potuisse aliquid promovere. [2] Ille vero discipulus qui cum eo fuerat conversatus, in fugam versus est, & Babyloniam petiit, [3] quæ nunc provincia habetur a Persis, quæque abest nunc a locis nostris itinere dierum & noctium ferme sex: quo cum venisset, talem de se famam pervulgavit ipse Terebinthus, B dicens omni se sapientia Ægyptiorum repletum, & vocari non jam Terebinthum, [4] sed alium Buddam nomine, sibique hoc nomen impositum; ex quadam autem virgine natum [5] esse, simul & ab Angelo in montibus enutritum. [6] Parcus vero quidam propheta, & Labdacus Mithræ filius, arguebat eum mendacii, & erat eis quotidie animosa exaggeratio de hujusmodi negotio. Sed quid plura? Licet frequentius objurgaretur, tamen nuntiabat eis quæ ante seculum essent, & de sphæra, [7] & duobus luminaribus; sed & quo, & quomodo animæ discedant, & qualiter iterum revertantur in corpora, & alia multa hujuscemodi, & horum nequiora, id est, bellum Deo commotum esse in principiis, C ut ipse propheta crederetur. Pro quibus dum argueretur, ad viduam quamdam secessit cum suis quatuor libris, nullo ibidem discipulo acquisito, præter anum solam quæ ejus particeps facta est. [8] Tunc deinde mane primo ascendit solarium quoddam excelsum, ubi nomina quædam cœpit invocaeare, quæ nobis Turbo dixit, solos septem electos didicisse. Cum ergo ascendisset ritus nescio cujus, vel artificii gratia; solus autem ascendit, [9] ne inde ab aliquo convinci posset, quod si dissimulasset vel pro nihilo duxisset, cogitabat se a veris principibus [10] pœnis esse subditum. Hæc eo cogitante, justissimus Deus sub terras eum detrudi per spiritum jubet: & continuo de summo dejectus, exa- D nime corpus deorsum præcipitatum est, quod anus illa misera, collectum locis solitis sepeliit.

LIII. Tunc omnia illa quæ secum de Ægypto pertulerat, manserunt apud eam; & gavisa est valde de morte ejus, duplici caussa, primo quod non libenter aspiceret artes illius, secundo pro his quæ de hereditate fuerat consecuta; erat enim multum pretii. Quæ cum sola esset, habere aliquem ad ministerium voluit, & comparavit sibi [11] puerum annorum ferme septem, [12] Corbicium nomine, quem statim manumisit ac litteris erudivit. Quique cum duodecim annorum esset effectus, [13] anus illa diem obiit, ipsique universa bona sua tradidit, & cum ceteris [14] reliquis, etiam quatuor illos libellos quos Scythianus scripserat, non multorum versuum singulos. Tunc ergo Corbicius, sepulta domina, bonis sibi derelictis omnibus uti cœpit, & migravit ad medium civitatis locum in quo manebat rex Persarum; & commutato sibi nomine, Manem semet ipsum pro Corbicio appellavit; nec Manem, sed Manes; Persarum enim lingua tali utitur declinatione. Effectus igitur puer ille annorum prope [15] sexaginta, eruditus secundum doctrinam quæ [16] in locis illis est, & pæne dixerim super omnem hominem; diligentius tamen hæc didicit, quæ in illis quatuor libellis continebantur: acquisivit etiam discipulos tres, quorum nomina sunt hæc, Thomas, Addas & Hermas. Tunc assumit illos [17] libellos, & transfert eos, ita ut multa alia a semet ipso insereret eis, quæ anilibus fabulis similia sunt. Habebat ergo tres istos discipulos conscios malorum suorum; nomen vero libellis proprium adscribit, prioris nomine deleto, tamquam si eos solus ex semet ipso conscripserit. Tunc visum est ei mittere discipulos suos cum his quæ conscripserat in libellis, ad superiora illius provinciæ loca, & per diversas civitates & vicos, ut haberet aliquos se sequentes: & Thomas quidem [18] partes Ægypti voluit occupare, Addas vero Scythiæ, solus autem Hermas residere cum eo elegit. Cum ergo illi essent profecti, regis filius ægritudine quadam arreptus est; quem rex curari desiderans, edictum

& in seqq. ubique *Tereventus* scribitur. Quod vero ait Archelaus, hunc Scythiano scripsisse quatuor libros quos recenset, contrarium est Cyrilli mox laudati narrationi, aliisque, qui Scythianum solum eorum auctorem agnoscunt. — Cod. Reg. Alex. Vat. *quemdam, qui scripsit*. Paullo post, *tertium vero Evangelium*. *

1. Codex Reg. Alex. Vat. *nomine Terybeneus*. *Quum ergo aliquantum temporis secum isti ambo decrevissent, soli placuit Stutiano excurrere in Judæam*. Sic infra ubique vocat *Terybeneum*. *

2. Idem codex: *ille vero discipulus omnibus quæcumque ejus fuerant, congregatis, in fugam versus est*. Mox *provincia habitatur a Persis*, pro *habetur*. Et paullo post, *vocari jam non Terybeneum, sed Buddam*. *

3. Nota quousque extenderentur imperii Romani limi- E tes eo tempore, quo Archelaus cum Manete disputavit.

4. Mire heic sese exserit librarii qui Casinensem codicem exaravit, oscitantia; scripsit enim, *sed aliud cujusdam nomine*: legendum autem esse, *sed alium Buddam nomine*, Cyrilli Hierosolymitani, Epiphanii & aliorum narrationes palam evincunt.

5. Cod. Reg. Alex. Vat. *se esse simulabat, & ab Angelo*. Mox vero, *Labdacus Metri filius* pro *Mithra*. — *quotidie fatis animosa certatio de hujusmodi negotio*. *

6. De his Persarum Sacerdotibus, vide Epiphanium in hac hæresi num. 3. & nos in Manichæorum Historia.

7. Cod. Reg. Alex. Vat. *& de duobus luminariis mysteria*. *Sed & quomodo animæ discedebant*. Et mox, *revertebantur*. *

8. In codice Casinensi scribitur, *Nunc*; sed *Tunc*, legendum esse non ambigo.

9. Codex Casinensis habet, *ut inde ab aliquo convinci possit*. Contrarius tamen sensus quem expressimus, verior est; nam id sibi vult Archelaus, Manetem solum, cujusdam præstigii caussa, solarium ascendisse, ne a Parco & Labdaco Mithræ sacerdotibus id egisse deprehensus, debitas pœnas Persarum Regi persolveret. — Cod. Reg. Alex. Vat. *ascendit, ut ne ab aliquo*. *

10. Cod. Reg. Alex. Vat. *pœnis esse subdendum*. *Hæc illo cogitante*. Paullo post, *de Ægypto protulerant*. Et mox, *duplici ex caussa*. — *quæ hereditate fuerat consecuta: erat enim multum pecuniæ avida*. *Quæ quum* cet. *

11. Idem codex, *puerulum*. Mox, *quemque statim*. Et paullo post, *Qui quum*. *

12. *Cubricum*, Κύβρικον, hunc, non *Corbicium*, vocant Cyrillus, Epiphanius & alii.

13. Codex Reg. Alex. Vat. *anus die illa qua obiit, ipsique* cet. Mox, *ceteris reliquiis*. Paucisque interjectis, *in qua manebat rex Persarum*. *


14. Forte, *reliquis*.

15. Ita constanter in Casinensi codice scribitur; vereor tamen ne in hoc annorum numero mendum sit. — Codex Reg. Alex. Vat. *Effectus est igitur puer ille annorum prope septuaginta*. *

16. Idem codex Reg. Alex. *in locis illis est, pæne dixerim super omnem hominem diligentius: tamen didicit ea quæ in quatuor illis libellis continebantur. Acquisivit etiam ipse discipulos*. *

17. In eodem cod. Vat. *libellos, ut transferret eos, ita ut alia multa*. Paullo post, *ex semet ipso scripserit*, pro *conscripserit*. *

18. Idem codex, *partes Ægyptiorum voluit occupare; Abdas vero Syriæ*. *



proposuit [1] in vita, si quis eum curare possit, accipere præmium, multo proposito. Tum iste, sicut illi [2] qui cibum, quod nomen est tale eludere solent, præsentiam suam Manes exhibet apud regem, dicens se esse puerum curaturum; [3] quæ cum audisset rex, suscepit eum cum obsequio, ac libenter habuit. Verum ne multa narrando quæ gessit, tædium auditoribus inferam, mortuus est puer in manibus ejus, vel potius extinctus. Tunc rex in carcerem detrudi jubet Manem, & ferri [4] talento onerari. Illi vero duo discipuli ejus qui missi fuerant ad docendum per singulas civitates, quærebantur ad pœnam. Quique fugientes, [5] licet numquam cessarunt alienam hanc & ab Antichristo inspiratam, per loca singula inserere doctrinam,

LIV. Post hæc ad magistrum suum redeunt, referentes quæ eis acciderant: audiunt etiam ea quæ in ipso collata sunt mala. Accedentes ergo, ut [6] dicebam, ad eum sui, & suggerentes ei de his malis quæ per loca singula patiebantur, de reliquo [7] converti se debere ad salutem suadebant: pertimuerant enim, verentes ne quid sibi ex his malis quæ illi inferebantur, [8] accederet. At ille suadens eos nihil vereri, ad orationem consurgit. Tunc deinde jubet, in carcere positus, legis Christianorum libros comparari: valde enim hi qui missi fuerant ab eo per singulas civitates, ab omnibus hominibus exsecrationi habebantur, maxime apud quos Christianorum nomen venerationi erat. Sumto ergo aliquantulo auri modo, [9] abierunt [10] ad loca in quibus Christianorum libri conscribebantur; & simulantes se nuntios esse Christianos, rogabant præstari sibi libros ad comparandum: & ut ne multa dicam, comparant universos libros Scripturarum nostrarum, & deferunt ad eum in carcere constitutum. Quibus ille acceptis, homo astutus cœpit in nostris libris occasiones inquirere dualitatis suæ, nec suæ quidem, sed Scythiani, qui hoc ante plurimum temporis protulerat; & [11] in nostris libris, sicut etiam adversus me disputans fecit, assertionem suam proferre, quædam in his accusans, quædam permutans, solo Christi nomine adjecto; quem se idcirco suscipere simulavit, ut per civitates singulas sanctum & divinum nomen audientes Christi, minime exsecrantes eos, [12] discipulos istius non fatigarent. Invenientes autem vocem etiam de

A Paraclito positam in Scripturis, semet ipsum esse subjecit; qui non legerat diligenter, quia Paraclitus jam tunc venisset, cum Apostoli adhuc essent super terram. His ergo tam scelerate compositis, mittit & discipulos suos prædicaturos intrepide fictos simulatosque errores, & novas falsasque voces annuntiaturos per loca singula. Quod cum rex Persarum cognovisset, dignis eum suppliciis subdere parat. Quo Manes agnito, admonitus in somnis, elapsus de carcere, in fugam versus est, auro plurimo custodibus corruptis; & mansit in castello Arabionis. Unde scriptam epistolam per Turbonem ad Marcellum nostrum misit, in qua significavit se esse venturum. [13] Quo cum venisset, fuit nobis cer-
B tamen tale, quale & heic vidistis & audistis, in quo, prout potuimus, ostendimus eum pseudoprophetam. Sed custos quidem carceris qui eum dimiserat, punitus est; rex vero eum requiri jussit, & [14] in quibuscumque locis repertum comprehendi. Hæc cum ego cognovissem, necessarium fuit me etiam vobis indicare, quia requiritur iste a rege Persarum usque in hodiernum diem.

LV. His auditis, turbæ volebant Manem comprehensum tradere [15] potestati barbarorum qui erant vicini [16] ultra Strangam fluvium, quoniam & ante tempus venerant quidam ad requirendum eum, quo nusquam reperto, discesserant; erat enim tunc fu-
C ga constitutus. Cum ergo hæc ita Archelaus prodidisset, continuo se in fugam dedit Manes, & evadere potuit, [17] dum nemo eum insequeretur. Sed populus, cum Archelai quem libenter audiebant, relatione teneretur, quidam tamen crebre insecuti sunt post eum. Sed ille vias quibus venerat, repetens, transito fluvio ad Arabionis castellum rediit, ubi postea comprehensus, oblatus est regi; quique plurima adversus eum indignatione commotus, duas mortes in eum vindicare cupiens, unam filii, alteram carcerarii, jussit eum ante portam civitatis excoriatum suspendi; & pellem ejus, medicamentis infectam, inflari; carnes vero [18] volucribus dari jussit. Quibus postea agni-
D tis, Archelaus adjecit ea priori disceptationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego, qui inscripsi in prioribus exposui. Congregatis igitur omnibus Christianis, ferri adversus eum sententiam placuit, veluti epilogum quemdam [19] morti ejus transmitten-

1. Legendum fortasse, *invitans*. — Atque hanc lectionem confirmat codex Reg. Alex. Vat. Mox in eodem cod. *curare posset, accederet, præmio multo proposito. Tunc iste, sicut illi qui cubum quod nomen est aleæ ludere solent, præsentiam sui exhibet Manes*. Ista vera est hujus loci lectio, quam nos subodoravimus, ut in nostris ad hunc locum notis videri potest. *

2. Locus valde corruptus. Forte legendum, *qui cybum, quod nomen est tali, ludere*.

3. Cod. Reg. Alex. Vat. *Quod quum audisset*, pro *quæ*. Mox, *narrando quæ gesta sunt*. *

4. Hoc est, vinculis ferreis, ab eorum pondere: nam *τάλαντον* interdum est pondus.

5. Cod. Reg. Alex. Vat. *licet numquam cessarent alienam*. Paullo post, *quid eis acciderint*, lege *acciderit*. Mox vero, *Accedentes ergo, ut decebat, ad eum sui, & suggerentes sui ei de his*. *

6. In codice Casinensi, *ut dicebant*; nos levi mutatione, *dicebam*, emendandum censuimus. Sed & fortasse, *ut decebat*, legendum; melior tamen visa est prior lectio.

7. In eodem codice, *conventi*, scribitur; sed *converti*, legendum esse, quæ sequuntur clare, ut arbitror, innuunt.

8. Forte, *accideret*. — Atque ita quidem ms. Reg. Alex. Vat. *

9. Cod. ms. Reg. Alex. Vat. *ad illa loca*. Mox, *se novitios esse Christianos*, pro *nuntios*. Paullo post, *& ne multa dicam — & referunt ad eum*. *

10. Vides ut arcani disciplinam in occultandis fidei mysteriis olim custodierint Christiani, & quanto curaverint studio, ne sacrosanctæ Legis libri ad Gentilium manus pervenirent, etiam antequam Diocletiani persecutio exorta esset, ac traditionis periculum immineret. Præterea hinc apparet, non ubique sed certis quibusdam in locis Christianorum libros vendi consuevisse.

11. Idem cod. Vat. *& ex nostris libris*. *

12. In eodem cod. Vat. *discipulos istius non fugarent. Inveniens autem etiam de Paraclito positum in scripturis*. Mox, *mittit discipulos suos*, sine particula *&*. *

13. Cod. Reg. Alex. Vat. *Quo cum advenisset*. Paullo post, *pseudo-prophetam esse manifeste. Sed*. *

E 14. Idem cod. *in quibuscumque locis repertum ostendimus comprehendi*. Fortasse, *offenderetur, comprehendi*. *

15. In eodem cod. Vat. *potestati barbarorum, qui erant vicini ultra Stracum fluvium*. Mox, *venerant quidam hominum ad requirendum eum; quo nusquam reperto discesserunt*. *


16. Et heic præcisius imperii Romani limes, quinam Archelai ætate & Probo imperante esset, designatur.

17. Cod. Reg. Alex. Vat. *dum ne eum insequeretur is populus, & Archelai quem libenter audiebant, relatione tenerentur*. Mox *crebro*, pro *crebre*. Paullo post, *venerat, repetans, transito fluvio Adrabionis rediit*. Vide an legendum sit, *repedans*. *

18. In his verbis, *volucribus dari jussit*, desinit apographum Regio-Alexandriuum Vaticanum, excerpta quædam ex Actis disputationis Archelai a cap. LI. ad LV. continens; unde varias lectiones descripsimus, hoc signo * notatas, quarum ope quædam Archelai loca restituuntur.

19. Forte, *mortis ejus*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



tes, consonantem reliquis vitæ ejus negotiis. Addidit etiam hoc Archelaus dicens: Viri fratres, ne quis vestrum incredulus sit his quæ a me dicta sunt: id est, quod non ipse primus auctor scelerati hujus dogmatis exstiterit Manes; sed tantum, quod per ipsum aliquibus terræ partibus manifestatum sit. Sed non statim is qui aliquid quocumque portaverit, auctor ejus putandus est, sed qui invenerit. Sicut enim gubernator acceptam navem quam alius fecit, ad quæcumque loca voluerit perducere, alienus est tamen omni genere a constructione ejus; ita intelligendus est & iste: non enim ex initio huic rei ipse originem dedit; [1] sed ea tantum quæ ab illo fuerant inventa, per se detulit hominibus, sicut certis testimoniis notum est: quibus propositum est vobis ostendere, [2] non ex Mane originem mali hujus manasse; sed ab alio, & ante multum temporis a barbaro quodam exorta, in silentio habita; ab isto vero ignote latentia, veluti propria ejus esse prolata, deleto conscriptoris titulo, sicut superius exposui. Fuit prædicator apud Persas etiam [3] Basilides quidam antiquior, non longe post nostrorum Apostolorum tempora; qui & ipse cum esset versutus, & vidisset, quod eo tempore jam essent omnia præoccupata, dualitatem istam voluit affirmare, quæ etiam apud Scythianum erat. Denique cum nihil haberet, quod assereret proprium, [4] aliis dictis proposuit adversariis. Et

A omnes ejus libri difficilia quædam & asperrima continent. Exstat tamen tertius decimus liber tractatuum ejus, cujus initium tale est: *Tertium decimum nobis tractatuum scribentibus librum, necessarium sermonem uberemque salutaris sermo præstavit.* Per parvulam divitis, & pauperis naturam sine radice, & sine loco rebus supervenientem, unde pullulaverit indicat. Hoc autem solum caput liber continet. Nonne continet & alium sermonem, & sicut opinati sunt quidam, nonne omnes offendemini ipso libro, cujus initium erat hoc? Sed ad rem rediens, Basilides interjectis plus minus vel quingentis versibus ait: *Desine ab inani & curiosa varietate: requiramus autem magis, quæ de* B *bonis & malis etiam barbari inquisierunt, & in quas opiniones de his omnibus pervenerunt. Quidam enim horum dixerunt, initia omnium duo esse, quibus bona & mala associaverunt, ipsa dicentes initia esse & ingenita, id est in principiis lucem fuisse, ac tenebras, quæ ex semet ipsis erant, non quæ esse dicebantur. Hæc cum apud semet ipsa essent, propriam unumquodque eorum vitam agebat, quam vellet,* [5] *& qualis sibi competeret; omnibus enim amicum est, quod est proprium, & nihil sibi ipsum malum videtur. Postquam autem ad alterutrum agnitionem uterque pervenit,* [6] *& tenebræ contemplatæ sunt lucem, tamquam melioris rei sumta concupiscentia, insectabantur ea commisceri.*

Nonnulla fortasse desunt.

1. Male codex Casinensis, *sed etiam*.

2. Aut nihil video, aut ita corrigenda est codicis Casinensis lectio, quæ sic se habet, *non ex Manen originem mali hujus Manes esse*.


3. Etsi Basilidem qui paullo post Apostolorum tempora hæresim docuit, Alexandrinum fuisse, & in Ægypto scholas erroris aperuisse, testetur Eusebius lib. IV. Histor. Ecclesiast. cap. 7. nihilominus, qui ab Archelao memoratur, idem ac Basilides Alexandrinus esse videtur, licet apud Persas hæresim prædicasse dicat. Fieri enim potest, ut Basilides Alexandria digressus, Persas quoque hæreticis dogmatibus inficere tentasset. Sane Basilidis Persæ nulla, quod sciam, apud veteres mentio. Scripsit autem Basilides Alexandrinus libros 24. in Evangelium, eodem Eusebio teste, qui non alii esse videntur a tractatuum libris, C quos laudat Archelaus, & ab exegeticis illis, ex quorum libro 23. quædam loca refert Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4. An autem Evangelium illud in quod Basilides scripsit, Apostolorum esset, an aliud quod suo marte confinxit, cujus meminit Origenes Hom. I. in Lucam, Hieronymus in prologo suorum Comment. in Matthæum, & Ambrosius in prologo in Evangelium Lucæ non satis liquido constat.

4. Forte, *aliorum dicta*.

5. In codice Casinensi, *& quales ibi competeret*.

6. Tenebras desiderio lucis adipiscendæ actas fuisse Manes quoque asserit in cap. XIII. hujus operis, & apud Titum Bostrensem adversus Manichæos lib. I, pag. 48. editionis Canisianæ.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



FRAGMENTUM *

Actorum ejusdem Disputationis ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi VI. §§. XXVII. XXVIII. XXIX.

A I. Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ [1] ὅπλον δικαιοσύνης, Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος· καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ χριστιανῶν κρινόντων, δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι· Λέγε, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνην, ὃ κηρύσσεις. ὁ δὲ ὡς [2] τάφον ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ βλασφημίας πρῶτον τοῦ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων ἤρξατο, φάσκων· Ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κακῶν ἐστιν εὑρετὴς, λέγων περὶ ἑαυτοῦ· [3] Ἐγὼ πῦρ καταναλίσκον. ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ὑπεξέλυε τὴν βλασφημίαν, εἰπών· Εἰ ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέγων, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Κύριος θανατοῖ καὶ B ζωογονεῖ· διὰ τί τιμᾷς Πέτρον, τὴν Ταβιθὰν μὲν ἐγείραντα, τὴν δὲ Σαπφείραν θανατώσαντα; εἰ δὲ καὶ μέμφῃ, ὅτι πῦρ ἡτοίμασε, διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Πορεύεσθε [4] ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Ἐγὼ Θεὸς ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά· ἐξήγησαι, πῶς λέγει Ἰησοῦς, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λεγόντων, δυοῖν θάτερον· ἢ ἀμφότεροι καλοὶ διὰ τὴν ὁμολεξίαν· ἢ εἰ ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί ψέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ παλαιᾷ λέγοντα;

Εἶτα ὁ Μάνης πρὸς τοῦτον λέγει, Καὶ ποῖος Θεὸς τυφλοῖ; Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων· Ἐν οἷς ὁ Θεὸς C τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, [5] εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου. ὁ δὲ Ἀρχέλαος, καλῶς ὑποκρούσας, Προανάγνωθι, φησὶν, ὀλίγον· εἰ δὲ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. ὁρᾷς ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται. οὐ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. εἶτα, ἆρα μόνος ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων; [6] Ἰησοῦς δὲ αὐτὸς οὐκ εἴρηκε, Διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐν παρα-

I. Fugit e carcere (Manes), & in Mesopotamiam venit: verum occurrit ei scutum justitiæ, Archelaus episcopus: eumque coram philosophis judicibus reprehendens, collecto Gentilium auditorio, ne, si Christiani judices essent, viderentur favisse, Age profer, ait Archelaus ad Manem, quod prædicas. At ille, cui [a] os quasi sepulcrum patens erat, primum a blasphemia in creatorem omnium, initium sumsit, inquiens: Veteris testamenti Deus, malorum inventor est, de se ipse dicens: [b] *Ego ignis consumens*. Tum sapiens Archelaus hanc solvit refutavitque blasphemiam his verbis: Si veteris Deus testamenti, ut ais, ignem se dicit, cujus est ille filius, qui ait: [c] *Ignem veni mittere in terram?* Si culpas eum qui dicit: [d] *Dominus mortificat & vivificat*; quamobrem Petrum colis, qui [e] Tabitham a mortuis excitavit, & [f] Sapphiram morti tradidit? Si vitio vertis, quod [g] ignem præparavit; quare hunc non carpis qui dicit: [h] *Discedite a me in ignem æternum?* Si reprehendis eum qui dicit: [i] *Ego Deus faciens pacem, & creans mala*; expone quo modo Jesus dicat: [k] *Non veni pacem mittere, sed gladium*. Cum ambo paria dicant, e duobus alterum: aut uterque bonus, eo ipso quod verbis congruant: aut si Jesus hæc dicens, abest a reprehensione, quare dignum reprehensione clamas eum, qui in veteri testamento similia profert?

II. Tum Manes hæc contra: Et qualisnam Deus excæcat? Paulli enim verba sunt: [l] *In quibus Deus sæculi hujus excæcavit cogitationes infidelium, ut ne fulgeat in illis illuminatio evangelii*. Archelaus autem hoc præclare refellens: Quæ paullulum antecedunt, inquit, lege: [m] *Quod si etiam opertum est evangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum*. Videsne pereuntibus obtectum dici evangelium? [n] Non enim danda sunt sancta canibus. Præterea, solusne veteris testamenti Deus excæcavit cogitationes infidelium? Jesus etiam ipse nonne dixit: [o] *Ideo ipsis in pa-*

a Psal. V. 11. b Deut. IV. 24. c Luc. XII. 49. d I. Reg. II. 6. e Act. IX. 40. f Act. V. 10. g Deut. XXXII. 22. h Matth. XXV. 41. i Isa. XLV. 7. k Matth. X. 34. l II. Cor. IV. 4. m Ibid. ℣. 3. n Matth. VII. 6. o Matth. XIII. 13.

1. Ὅπλον δικαιοσ.] In editis ὅπλῳ δικαιοσ. *armis justitiæ*. Legimus ὅπλον in mss. Coisl. Roe, Casaub. Petro Sicul. Grod. qui vertit *scutum justitiæ*. TOUTT.

D 2. Ὡς τάφον] Particulam ὡς adjecimus ex Grod. & Petro S culo. ID.

3. Ἐγὼ πῦρ] Codd. Coisl. Ottob. Roe, Casaub. ἐγὼ ὁ Θεὸς πῦρ κατ. Sed in ms. Ottob. deest articulus ὁ. In loco autem Scripturæ citato, non Deus, sed Moyses de Deo in tertia persona loquitur ita: Κύριος ὁ Θεός σου, πῦρ καταναλίσκον ἐστί. ID.

4. Ἀπ' ἐμοῦ] Verba hæc desiderantur in codd. Ottob. Coisl. Roe, Casaub. Grod. Petro Sic. Paullo post, in Roe & Casaub. scribitur, ἐγὼ ὁ Θεὸς, ὁ ποιῶν, proxime ad sacrum textum. Cyrillus ipse *Catech.* IX. n. VII. citans sequentia hujus prophetici testimonii verba, legit, ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας φῶς. Loco ἐξήγησαι πῶς λέγει Ἰησοῦς, Siculus scribit: διὰ τί οὐ μέμφῃ τὸν Ἰησοῦν λέγοντα: *Cur non reprehendis Jesum ajentem* cet. Post εἰρήνην in codd. Roe, Casaub. & Ottob. in Coisl. autem cod. post βαλεῖν, additur ἐπὶ τὴν γῆν. Petrus Sic. legit ἐπὶ τῆς γῆς, *super terram*. Habentur ea verba in citato Matthæi textu; verum non E in hoc versiculi membro quod heic refertur, sed in superiore: μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν. IDEM.

5. Εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι] In Ottob. habetur αὐγάσαι. Petrus Sic. legit, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ: *Ut non fulgeat illis illuminatio scientiæ gloriæ evangelii Christi*. Sed ex iis quæ habentur num. seq. patet Manem non ita citavisse. IDEM.

6. Ἰησοῦς δὲ κ. τ. λ.] Hæc paullo aliter Petrus Siculus: Ἢ καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς — οὐκ εἴρηκε· διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες οὐ βλέπουσι; *An non & Jesus ipse — ita locutus est: Propterea in parabolis ipsis loquor, quia videntes non vident?* At Raderus Siculi interpres, quomodo in Cyrilli textu, *ut videntes non videant*. Siculi allegatio evangelici dicti fidelior est, & textum Matthæi ad amussim repræsentat: contra, ea quæ in textu est, partim ex Matthæi, partim ex Lucæ verbis cap. 8. ℣. 10. consarcinata est: atque idcirco, me judice, minus mutationis aut emendationis suspicione laborat. ID.

* Ne quidpiam Actorum Disputationis Archelai episcopi cum Manete omitteremus, opportunum censuimus heic eorumdem fragmentum ex Cyrilli Hierosolymitani catechesi sexta pag. 147. primæ editionis desumtum, corollarii loco subjungere, eo præsertim quod in præcedentibus Actis, ab Hegemonio, ut videtur, in epitomen redactis, non reperiatur. — Fragmentum istud contulimus cum noviss. edit. Paris. BB. ann. 1720. versionem recensuimus, & c. editoris notas subjecimus.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 278.

βολαῖς λαλῶ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι. μὴ μισῶν αὐτὺς, ἐβύλετο μὴ βλέπειν; ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τὺς ὀφθαλμὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος πονηρία, ἐκεῖ καὶ ἀποχὴ [1] τῆς χάριτος. τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται.

Εἰ [2] δὲ δεῖ καὶ ὥς τινες ἐξηγοῦνται, τοῦτο εἰπεῖν, οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα· εἰ καὶ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ἐπὶ καλῷ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια ἀναβλέψωσιν. οὐ γὰρ εἶπεν· ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. τὸ δὲ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστι· τύφλωσον τῦ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος· τύφλωσον τοῦ λῃστοῦ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ λῃστρικὸν, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. ἀλλ' οὐ θέλεις οὕτω νοῆσαι; ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις· τυφλοῖ καὶ ὁ ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας, καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται, βλαπτόμενοι ὑπὸ τοῦ φωτός· οὐχ ὅτι τυφλωτικός ἐστιν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων οὐ βλέπει· οὕτω καὶ οἱ ἀπιστίᾳ νοσοῦντες ταῖς καρδίαις, οὐ δύνανται ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτῖσιν. καὶ οὐκ εἶπεν· ἐτύφλωσε τὰ νοήματα, εἰς τὸ μὴ ἀκοῦσαι τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλ' εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ εὐαγγελίου, πᾶσιν ἐφίεται· ἡ δόξα δὲ τοῦ εὐαγγελίου, τοῖς Χριστοῦ μόνοις γνησίοις ἀφώρισται. ἔλεγεν οὖν ὁ κύριος, τοῖς μὲν ἀκοῦσαι μὴ δυναμένοις, ἐν παραβολαῖς· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐπέλυε κατ' ἰδίαν τὰς παραβολάς. ὁ αὐγασμὸς γὰρ τῆς δόξης τοῖς πεφωτισμένοις, ἡ τύφλωσις τοῖς ἀπίστοις. ταῦτα τὰ μυστήρια ἃ νῦν ἡ ἐκκλησία διηγεῖταί σοι τῷ ἐκ κατηχουμένων μεταβαλλομένῳ· οὐκ ἔστιν ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι. οὐ γὰρ ἐθνικῷ τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια· οὐδὲ τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως, ἵνα οἱ εἰδότες πιστοὶ, νοήσωσι· καὶ οἱ μὴ εἰδότες, μὴ βλαβῶσι.

rabolis loquor, ut videntes non videant? Odio ne eos prosequens, volebat ut non viderent? An quia indignum erat, quoniam oculos ipsi suos occluserant? Ubi enim voluntaria malitia, illic & gratiæ donum abest. [a] *Habenti enim dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod se putat habere, auferetur.*

III. Si autem, ut interpretantur nonnulli, dicendum est illud, (horum enim non est illaudabilis oratio) etiam si excæcarit infidelium mentes, ad rem bonam excæcavit, ut ad sancta respiciant. Non enim dixit, Excæcavit eorum animam, sed *cogitationes infidelium*. Cujus dicti sensus, ejusmodi est: Excæca scortatoris scortandi cogitationes, & servatus est homo: excæca latronis rapiendi & latrocinandi studium, & salvus est homo. Verum hoc modo non vis intelligere? Est & alia interpretatio. Excæcat & sol obtusam oculorum aciem, & oculorum imbecillitate laborantes excæcantur lumine perculsi: non quod sol excæcandi facultate sit præditus, sed quod oculorum status a videndo impediatur: sic & quibus corda laborant incredulitate, ii divinitatis radios contueri non possunt. Nec dixit: Excæcavit cogitationes ne audiant evangelium; sed [b] *ne fulgeat in illis illuminatio gloriæ evangelii Domini nostri Jesu Christi.* Nam evangelium audire ab omnibus expetitur: at evangelii gloria solis Christi germanis sincerisque (discipulis) tribuitur. Dominus itaque loquebatur in parabolis iis quidem qui non poterant audire: discipulis vero privatim parabolas & similitudines explicabat. Gloriæ enim fulgor eorum est, qui jam illustrati sunt: excæcatio, infidelium. Hæc mysteria nunc tibi patefacit Ecclesia ex catechumenorum sorte transgresso: Gentilibus exponere mos non est. Non enim Gentili cuiquam de Patre & Filio & Spiritu sancto arcana mysteria declaramus: neque palam apud catechumenos de mysteriis verba facimus, sed multa sæpe loquimur occulte: ut fideles qui rem tenent, intelligant; & qui non tenent, ne lædantur.

a Matth. xxv. 29. b II. Cor. iv. 4.

1. Τῆς χάριτος] Siculus, τῆς φωτιζούσης χάριτος, *illuminantis gratiæ*. Id.

2. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ὡς] In codd. Roe & Casaub. ex δεῖ καὶ ὡς unum verbum δικαίως confectum est: at ita manet manca constructio. Petrus Siculus legit quidem δικαίως, sed phrasim paullo commutat: εἰ δὲ καὶ δικαίως τινὲς ἐξηγοῦνται, ἔστι καὶ οὕτως εἰπεῖν· (οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα) κ. τ. λ. *Quod si etiam recte interpretantur nonnulli, licet quoque sic dicere, (non enim absurda est oratio)* cet. Id.

VETERA MONUMENTA, AD HÆRESIM MANICHÆORUM PERTINENTIA.

I.

* Ὅπως δεῖ ἀναθεματίζειν ἐγγράφως τοὺς ἀπὸ Μανιχαίων προσερχομένους τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ.

ΑΝάθεμα Μάνεντι ἤτοι Μανιχαίῳ, καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐκτεθεῖσι καὶ συγγραφεῖσι παρ' αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς πειθομένοις αὐτῷ, καὶ τοῖς ὡς προεῖπον παρ' αὐτοῖς ἀσεβῶς ἐκτεθεῖσι πέντε βίβλοις, ἃ καὶ ἐκάλεσεν οὗτος τὸ ζῶν εὐαγγέλιον, ὅπερ καὶ νεκροποιεῖ, καὶ τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς, ὅσπερ ἐστὶν θησαυρὸς θανάτου· καὶ βίβλον ἀναθεματίζω τῶν ἐπιστολῶν Ὀμόδα καὶ τὴν τῶν μυστηρίων, ἥτις ἐστὶν πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τὴν τῶν πάντων πραγματείαν, καὶ τὴν λεγομένην ἑπτάλογον Ἀγαπίου, καὶ αὐτὸν Ἀγάπιον· καὶ πᾶσαν αὐτῶν βίβλον, καὶ πᾶσαν εὐχὴν παρ' αὐτῶν λεγομένην, μᾶλλον δὲ γοητείαν.

Ἀναθεματίζω δὲ καὶ καταθεματίζω Ζαράδην καὶ Βοδδᾶν, καὶ Σκυθιανὸν, τοὺς πρὸ Μανιχαίων γεγονότας.

Ἔτι ἀναθεματίζω καὶ τὸν Σισίννιον τὸν διάδοχον τοῦ αὐτοῦ Μάνεντος, καὶ Ἀδδαν τὸν καὶ Ἀδίμαντον, ὃν ἀπέστειλεν ὁ αὐτὸς ὁ δυσσεβὴς Μάνης εἰς διάφορα κλίματα.

Πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεματίζω καὶ καταθεματίζω σὺν τοῖς προγεγραμμένοις πᾶσιν, Ἱέρακα καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἀφθόνιον, τοὺς ἐξηγητὰς καὶ ὑπομνηματιστὰς τοῦ αὐτοῦ ἀνόμου καὶ βεβήλου Μάνεντος, καὶ Θωμᾶν, καὶ Ζαρυᾶν, καὶ Γαβριάβιον.

Ἔτι ἀναθεματίζω καὶ Μαρκίωνα, καὶ Οὐαλεντινιανὸν, καὶ Βασιλίδην, καὶ πάντα ἄνθρωπον τὸν τολμῶντά τι βλασφημεῖν, καὶ λέγειν κατὰ τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης.

Ἔτι ἀναθεματίζω τὸν μὴ δεχόμενον Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας, καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντα, ἤτοι συγγραφέντα.

Ἔτι ἀναθεματίζω τὸν προσκυνοῦντα τῷ ἡλίῳ, καὶ τῇ σελήνῃ, καὶ τοῖς ἄστροις πᾶσι ὡς θεοῖς.

Ἀναθεματίζω δὲ καὶ καταθεματίζω πάντα ἄνθρωπον λέγοντα δύο ἀρχὰς εἶναι, καὶ ταύτας ἀντικαθεστώσας ἀλλήλαις, ἀγεννήτους, μίαν μὲν πονηρὰν, μίαν δὲ ἀγαθήν.

Ἀναθεματίζω δὲ καὶ τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ σῶμα ἐκ τῆς πονηρᾶς συνέστηκεν ἀρχῆς, ἢ φύσει κακόν.

Ἀναθεματίζω δὲ πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ ὁμολογοῦντα τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γεγενῆσθαι ὑπὸ τοῦ μόνου Θεοῦ.

Πρὸς τούτοις δὲ ἀναθεματίζω τὸν ἀρνούμενον ἡμᾶς τε καὶ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τουτέστι τὸν Ἀδὰμ τὸν ὅμοιον ἡμῖν μὴ διαπεπλάσθαι ἐκ γῆς ὑπὸ Θεοῦ. πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεματίζω καὶ ὅσαπερ Ἰτάλης, καὶ Σκότος, καὶ ὁ καλούμενος Σακλακαίτης Νεβρὼδ περὶ διαφόρων οὐρανῶν καὶ ἰδεῶν μυθολογοῦσι. καὶ ὁμολογῶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης Θεὸν, καὶ τοὺς ἐν ἑκατέρᾳ διαπρέψαντας καὶ

A *Qualiter oporteat a Manichæorum hæresi ad sanctam Dei ecclesiam accedentes scriptis (errorem) abjurare.*

ANathema sit Manenti, Manichæo nimirum, & ejus opinionibus, & omnibus ab eo expositis & conscriptis, & cunctis ei morem gerentibus; & iis quæ, ut præfatus sum, exposuit, & quæ vocavit ille vivens Evangelium quod potius trucidat, & vitæ Thesaurum qui potius mortis est thesaurus. Anathematizo librum epistolarum Omodæ, & alium de sacramentis librum ad eversionem legis & sanctorum Prophetarum studiose compositum. Anathema libro, omnium Negotiatio, vocato, Eptalogo Agapii, & ipsi Agapio. Omnem etiam ipsorum librum (detestor) & omnem precationem (sive potius incantationem) ab eis recitatam, abominor. B

Anathematizo & detestor Zaradem & Boddam, & Scythianum Manichæorum præcessores.

Insuper anathematizo Sisinnium ipsius Manis successorem, & Addan, & Adimantum, quem in varia mundi climata ipse impius Manes misit.

Simul cum his anathematizo & detestor, cum his, inquam, supra scriptis omnibus Hieracem, & Heraclidem, & Aphthonium, expositores & commentatores nefandi & profani Manentis, & Thomam, & Zaruam, & Gabriabium. C

Anathematizo insuper Marcionem, & Valentinum, & Basilidem, & omnem hominem blasphemare ausum, & contra vetus & novum testamentum eloqui.

Adhuc anathematizo eum, qui Moysem, & Prophetas, & omnia ab eis exposita, id est conscripta non acceptat.

Anathematizo præterea, qui solem, lunam, vel astra omnia ceu deos adoraverit.

Anathematizo & detestor omnem hominem duo principia sibi invicem adversantia, ingenita, unum malum, & aliud bonum, asserentem.


D Anathematizo & eos qui corpus ex malo principio prodiisse, & natura malum esse asserunt.

Anathematizo & omnem hominem, cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, a solo Deo facta fuisse non confitentem.

Simul cum his anathematizo, nos & primum hominem, id est Adam similem nobis e terra a Deo conditum esse, negantem. Atque insuper anathematizo quæcumque Iteules, & Scotus, & Saclacætes Nebrod vocatus, de cælis & ideis diversis comminiscuntur. Et unum eumdemque veteris & novi testamenti Deum, & eos qui in utroque excelluerunt, & ut sancti laudati sunt, & ut ami-

* Conferendi Anathematismi Manichæorum, quos e Cæsareis & Regiis codicibus ediderunt viri egregii Jo. Baptista Cotelerius ad lib. IV. Recognitionum Clementis cap. 24. & Jac. Tollius in Insignibus itineris Italici p. 126.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



ἐπαινȣμένȣς ἁγίȣς ἐπίςαμαι καὶ φίλȣς Θεȣ͂· καὶ τὸν τȣ͂ μεγάλȣ Θεȣ͂ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησȣ͂ Χριςȣ͂ γέννησιν, καὶ τὰ σωτήρια πάθη, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάςασιν, ȣ̉ δοκήσει, ȣ̉δὲ κατὰ φαντασίαν λέγω τοῦ λοιπȣ͂ γεγονέναι, ἀλλὰ κατ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν πεπράχθαι ὡς ὁμȣσίȣ τῷ πατρὶ καὶ ἡμῖν τοῦ αὐτοῦ ὑπάρχοντος.

A ci Dei habiti, profiteor: ficut & magni Dei, & Salvatoris noftri Jefu Chrifti nativitatem, & falutarem paffionem, & a mortuis refurrectionem fcio, non apparenter folum aut imaginario, fed fecundum veritatem realiter exftitiffe, ut ejus qui Patri nobifque confubftantialis exfiftit.

Hujus anathematifmi reliqua propter imperfectum ejus fenfum deeffe videntur.

II.

PROSPERI EX MANICHÆO CONVERSI ET PRISTINOS ERRORES DETESTANTIS ANATHEMATISMI ET FIDEI CATHOLICÆ PROFESSIO.

Capitula S. Auguftini, quæ debeant publica voce relegere & de manu propria fubfcribere, in quibus fufpicio eft quod Manichæi fint.

I. QUI credit duas effe naturas ingenitas, diverfis principiis exfiftentes; unam bonam quod eft Deus, alteram malam quam non creavit Deus, [1] fibi invicem adverfantes, anathema fit.

II. Qui credit duas naturas bellum inter fe geffiffe, & partem naturæ Dei in eodem bello principibus tenebrarum, & omnibus gentibus ad malam naturam pertinentibus fuiffe permixtam & ab eis teneri colligatam, oppreffam, inquinatam, per quod & credi facit Dei naturam effe mutabilem & coinquinabilem, anathema fit.

III. Qui credit partem Dei ligatam & inquinatam teneri in dæmonibus, & in omnibus animalibus, fructuumque [2] generibus, & per efcas Manichæorum electorum folvi atque purgari, ut credatur pars Dei polluta teneri in cucumeribus, in melonibus & radiculis & porris & quibufcumque viliffimis herbulis, [3] & ei fubveniri, cum ab electis Manichæorum ifta eduntur, anathema fit.

IV. Qui credit hominem primum [4] non a Deo factum, fed a principibus tenebrarum genitum, ut pars Dei, quæ in eorum membris captiva tenebatur, copiofius & abundantius in eo teneretur, anathema fit.

V. Qui credit eo modo creatum hominem, quod mafculi & feminæ principes tenebrarum concubuiffent, & fetus fuos majori principi tenebrarum dediffent, & ille omnes comediffet, & cum fua conjuge concubuiffet, atque ita ex illa Atlantem quem blafphemant patrem Adæ generaffet, ligans in illo magnam partem Dei, quæ ligata fuerat in omnibus fetibus principum tenebrarum, quos ei manducandos dederunt, anathema fit.

VI. Qui credit principes tenebrarum ligatos effe in cælo velut fphæra, habentes in fe colligatam in anguftiis atque angoribus vitalem fubftantiam, hoc eft partem Dei, & eo modo liberari de membris eorum, cum beatus pater, qui lucidas naves habet diverforia & habitacula, id eft folem & lunam, virtutes fuas transfigurat in feminas pulcras, quas opponit concupifcendas mafculis principum tenebrarum; & in mafculos pulcros, quos opponit concupifcendos feminis principum tenebrarum, ut per ipfam concupifcentiam folvatur ex iis vitalis fubftantia, id eft pars Dei, & ex eorum membris liberata purgetur, anathema fit.

VII. Qui credit partem Dei, quæ de admixtione [5] gentis tenebrarum non potuerit liberari atque purgari, damnari eam & in æternum affigi [6] horribili globo, in quo globo includitur gens tenebrarum, anathema fit.

VIII. Qui credit legem quæ data eft per Moyfem non effe a bono & vero Deo latam, & [7] Spiritu Dei boni & veri locutos Prophetas qui fuerunt in populo Ifrael, & in canone Scripturarum divinarum habentur apud catholicam ecclefiam, anathema fit.

IX. Qui credit non habuiffe veram carnem Filium Dei Jefum Chriftum, neque ex femine David natum effe de virgine Maria, neque verum corpus habuiffe, nec veram carne mortem fuiffe perpeffum, & a mortuis refurrexiffe, fed tantum fpiritum fuiffe, [8] fic autem in carne apparere voluiffe, ut & caro putaretur quæ non erat, atque hoc modo contradicit Evangelio, Domino ipfo dicente: [a] *Videte manus meas & pedes meos, palpate & videte, quia fpiritus offa & carnem non habet, ficut me videtis habere*. Qui ergo fic confitetur Chriftum Deum ut verum & integrum etiam hominem neget, anathema fit.

X. Quicumque adventum Spiritus Paracleti, quem Dominus in Evangelio promittit effe venturum in Apoftolos, poft afcenfionem Domini, in die Pentecoftes non ftatim credit effe impletum, fed poft multos annos in Mane vel in Adimanto difcipulo ejus veniffe credit, anathema fit.

XI. [9] Quicumque carnem hanc quam geftamus, id eft corpora humana, refurrecturam negant, anathema fit.

XII. Qui animas humanas transfundi iterum in aliis corporibus vel animalibus credit, anathema fit.

XIII. Quicumque folem & lunam naves effe cæleftes dicit, ad animas vel Dei fubftantiam transferendam, & honorem eis vel luci ifti vifibili aliquid divinitatis adfcribit, & non ficut reliquam creaturam ad minifterium humanum a Domino cæli ac terræ conditam, anathema fit.

XIV. Qui credit omnem carnem quadrupedum, ferpentium, volatilium & natatilium, vel omnium quæ in mundo funt, non a Deo vero creatam, fed a principibus tenebrarum, anathema fit.

XV. Qui fymbolum vel orationem Manichæorum non deteftans, fed venerans, aut recordari aut ore proferre voluerit, anathema fit.

XVI. Qui credit animas humanas ex fubftantia Dei effe, & corpora humana a principe tenebrarum vel facta vel fieri, anathema fit.

a Luc. xxiv. 39.

1. *Codex Gervafianus:* habentem principes fuos & mala fua quæ non creavit Deus, anathema fit.
2. Fruticumque.
3. Herbis.
4. Qui eft appellatus Adam.
5. Commixtione.
6. Affici.
7. Nec.
8. Sine carne.
9. Qui fequuntur articuli, non leguntur in cod. Gervafiano, exceptis 18. & 19. quemadmodum nec in appendice Tomi VIII. Operum S. Auguftini, pag. 38.

XVII. Qui credit diabolum non esse a Deo factum angelum bonum, & propria voluntate per superbiam lapsum factum esse diabolum, eumdemque asserit non esse inter reliquos Angelos a Deo creatum, sed semper coæternum Deo fuisse, anathema sit.

XVIII. Qui credit Manem, sive Manichæum, qui supra scripta omnia, quæ anathemate & damnatione sunt digna, prædicavit, Spiritum sanctum habuisse Paracletum, cum ea omnia docere non potuerit Spiritus veritatis, sed spiritus falsitatis, anathema sit.

XIX. Anathema etiam ipsi Mani, vel Manichæo, qui omnes supra dictas impietates & alias sacrilegas A & damnabiles fabulas docuit & conscripsit, & credendas miseris persuadere conatus est, intendens spiritibus seductoribus & doctrinis dæmoniorum mendaciloquorum.

XX. Anathema Adimanto & omnibus discipulis ac sectatoribus ejus: & sicut jam dictum est, qui in eum Spiritum Paracletum venisse credit, anathema sit.

XXI. Omnibus etiam supra dictæ perversitatis auctoribus, & doctrinæ vel legi eorum, vel omnibus secretis & catholicæ fidei contrariis, orationibus ac sacrilegiis eorum, & cunctis scripturis eorum; quæ citra canonem habentur Ecclesiæ, quas fides recta non suscipit, anathema sit.

Abjuratio & professio Prosperi.

In Christi nomine, ego Prosper hanc chartulam anathematis Manichæorum relegi, & anathema dicens omnibus supra scriptis erroribus, manu propria subscripsi, & repudiatis omnibus eorum impietatibus, fide plenissima doctrinis eorum & traditioni- B bus anathema dixi & dico: & me quæcumque Ecclesia catholica confitetur, credere & sequi in omnibus sub testificatione divina polliceor atque promitto. Not. sub die XIII. Kalendas Decembris, Olybrio juniore viro clarissimo Consule.

III.

FRAGMENTUM VETUSTISSIMUM

IN QUO

MANICHÆORUM HÆRESIS DAMNATUR,

e Codice ms. bibl. Ambrosianæ.

. . . . quod Christus est, faciens Deum verum, anathema sit: homo enim per adoptionem & sanctificationem, Fidei potestatem Dei Filius efficitur: Christus autem verus Deus, veri Dei Patris est Filius per naturam.

Si quis animam hominis non confitens creaturam, sed ex substantia eam adserat Creatoris, vel dicat Dei portionem, anathema sit.

Si quis Patrem & Filium, animam & sensum dicit esse, anathema sit.

Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum totam Dei in terrena humilitate, vel animalem evacuans Deitatem hominem vult intelligi, anathema sit.

Si quis doctrinam potestatem dans hoc vult intelligi Trinitatem, & non potius inseparabilem unam eamdemque adsignet potestatem, anathema sit.

Si quis dixerit de Deo omnipotente, ipse est Jesus, ipse est Christus, ipse Filius, ipse Pater, ipse Spiritus homo, anathema sit.

C Si quis animam contemporalem adserat Deo, & non ei (eam), postquam a Deo creata est, æternitate fuisse donatam, anathema sit.

Si quis duas animas in homine esse, unam de substantia Dei, & alteram carnis, anathema sit.

Si quis peccatum carnis non dicit pertinere ad animam, anathema sit.

Et si quis carnem hominis a diabolo, vel Angelis factam esse dicit, & non a Deo, anathema sit.

Et si quis hujus mundi principem, hoc est diabolum, & tenebrarum globum adserit procreatum, & non a Deo bonum Angelum factum, & propria postremum perversitate mutatum, anathe- D ma sit.

Si quis dicit animam de sede cælesti propriis desideriis ad terrena adductam, & non corpori jubente Domino copulatam, anathema sit.

Si quis dixerit pluvias, coruscationes, fulmina, nubes, grandines, non Dei nutu fieri vel moveri, anathema sit.


V. C. LUD. ANTONII MURATORII

Disquisitio in hos Anathematismos.

I. ANtiquissimum codicem in Ambrosiana bibliotheca adservamus ante annos mille, aut minimum nongentos manu exaratum, ubi amplum legitur de hæresi Manichæorum fragmentum, una cum integra S. Archelai Caschararum in Mesopotamia episcopi ad Diodorum epistola, qua Manetis seu Manichæi illo tempore viventis errores ac deliramenta refelluntur. Scilicet cum impio hæresiarcha aperto Marte congredi sanctissimus episcopus voluit, ut publica victoria perdi- E tissimum Ecclesiæ hostem everteret, populosque in veræ fidei consensu firmaret. Hujusce disputationis Acta olim prolixo ut videtur opere, & Syriaco sermone conscripta fuerant, testibus Hieronymo in lib. de Scriptor. Eccles. Cyrillo Hierosol. episc. Catech. 6. Socrate Hist. eccles. lib. 1. cap. 22. Ea vero hoc eodem anno * Latine ex antiqua versione prodierunt in lucem cura Cl. V. Laurentii Alexandri Zacagnii Vaticanæ bibliothecæ præfecti, cujus eruditionem consiliumque utilissimum in ve-

* A. MDCXCVIII.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 278.



teribus monumentis edendis commendare pluribus possem. Præclarum etiam historiæ illius fragmentum Latio antiquitus donatum in laudato codice ms. apud nos adhuc habetur, quod tamen ab Ambrosiana exscriptum ac erutum anno Christi 1668. publicæ luci traditum fuit a Clar. Viro Henrico Valesio ad calcem Annot. in Socratem ac Sozomenum. Ejusdem fragmenti ac epistolæ ab Archelao scriptæ, nostræque etiam bibliothecæ meminerunt Bigotius vir doctissimus præfat. in Pallad., & Guilielmus Cave in Hist. Litteraria, quod tamen Dupinio in Bibliotheca Scriptor. Ecclesiast. animadversum nequaquam est, dum Archelai vitam ac scripta jejune nimis recenset. Aliud autem dignum æternitate fragmentum eodem illo in Codice huc usque delituit, nempe aliquot Capitula in Manichæos antiquis temporibus promulgata, quæ litterariæ reipublicæ plane interest nosse. An ex aliquo concilio hæc in Manetem fulmina prodierint, primo inquirendum reor: nam hosce tantum hæreticos heic designari atque configi nemo infitias ibit. Nonnullæ heic quidem Priscillianistarum opiniones anathemate percutiuntur, quas Manichæis placuisse nusquam animadverti; cujusmodi potissimum illa est: *Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum unam personam, aut exsistentiam esse*, ita ut Pater idem sit Filius ac Spiritus sanctus. Verum quum multo plures ibidem damnentur sententiæ, quæ Manichæis dumtaxat, & non Priscillianistis arrisere, hinc ad Manichæos tantum pertinere istud fragmentum arbitror: & potissimum quia Manichæorum historiæ connexum in veteri MS. exstat, atque, ut S. Leo, S. Augustinus aliique agnoscunt, universa pæne Manetis figmenta Priscillianistæ sibi adoptarunt. Ad rem itaque aggrediamur. Aureliano, seu quod veri videtur similius, Probo Romanum imperium regente erupit in publicum Manes genere Persa, ex mancipio hæresiarcha factus! Quum Persidi aliisque provinciis annis aliquot venenum suum afflasset, ægrotantem regis Persarum filium superbus homo sanitati se restituturum pollicitus est. At contra votum res cessit: nam filius vi morbi e vivis raptus est, ipsique Maneti, ni fuga sibi consuluisset, fatum idem imminebat. Hinc Mesopotamiam contagione sua inficere aggressus a laudato episcopo Archelao semel iterumque convictus, & in fugam actus, tandem in Persarum manus incidit, a quorum rege, ut vivo pellis detraheretur, imperatum.

II. Cum Manete ejus impia dogmata non periere, sed in alias regiones propagata Africam potissimum occuparunt, ubi Augustinum sectatorem primo, deinde acerrimum hostem invenere. Porro nascentis hæresis pestem suffocare, ut dixi, omnium primus conatus est S. Archelaus Cascharorum episcopus, adultæ vero pertinaciam Titus Bostrensis, Diodorus Tarsensis, Georgius Laodicenus Arianus, Eusebius Phœnix (hoc est Emisenus) confoderunt, cujus rei testem Theodoritum habemus. Quibus alii addendi, nempe Eusebius Cæsariensis, Serapion Thmuensis, Athanasius Alexandrinus, Apollinarius Laodicenus aliique complures, quorum meminit S. Epiphanius adv. Hæres. Manichæor. Hær. 45. aut 66. Quod tamen mirum fortasse videatur, illud est, a catholica Ecclesia singulatim in Manichæos concilia numquam fuisse habita. Cujus rei caussam, ni fallor, adducere possumus, quod nequaquam Christianis accensendi ii erant, sed quidem Gentilibus, e quorum sinu & contubernio Manes eruperat, novasque opiniones immixtis etiam Christianis aliquot sententiis proposuerat. Hinc est, quod Cyril-

A lus Hierosol. episc. Cathec. 6. ita scribit: οὐκ ἔστιν ἀπὸ Χριστιανῶν ὁ Μάνης, μὴ γένοιτο· οὐδὲ κατὰ τὸν Σίμωνα ἐξεβλήθη τῆς ἐκκλησίας, οὔτε αὐτὸς οὔτε οἱ πρὸ αὐτοῦ διδάσκοντες· κλέπτης γὰρ ἀλλοτρίων κακῶν ἐξιδιοποιούμενος τὰ κακά. Hoc est: *A Christianis non est Manes, absit: neque ut Simon ille Magus ejectus est ab Ecclesia, neque ipse, neque qui ante eum docebant: fur enim alienorum malorum sibi ea vindicavit*. Hæc sanctus ille episcopus adversus Manichæos certans, quorum errorem ante 70. annos ortum habuisse affirmat. A Paganis igitur seu Ethnicis superstitionibus, atque a diaboli schola Manes emergens Christiana dogmata cum Ethnicis tam subdole temperavit, ut neque Christi affecla


B videretur, neque mereretur Gentilis agnomen, instar perditissimi Mahumeti, qui ex Judaismo, hæresibus non paucis, atque ex germana Christi religione omnium pertinacissimam sectam conflavit. Quemadmodum vero Mahumetum Ecclesia in conciliis damnare minime consuevit, quia ovili nostro se ille haudquaquam surripuit; ita Manetem ejusque sectatores idcirco, ut arbitror, catholicis synodis Ecclesia confodere noluit, quod ii in alienigenarum Gentiliumque numero haberentur. Et profecto ab hac errorum sentina Mahumetanismum originem duxisse satis recte animadvertit scriptor quidam in Comment. ad Augustini librum de Hæres. cap. 46. nullaque similior secta, sive modum

C nascendi, sive dogmatum vesaniam spectes, inveniri quam Mahumetismus & Manichæismus potest. Etenim quod ad nascendi modum spectat, in eo conveniunt, quod uterque a Saracenis & Arabibus emanavit. Mahumetum Arabem, ac Saracenum fuisse neminem præterit; stultissimæ vero opiniones, pro quibus Manes Persa pertinacissime propugnavit, primum a quodam Scythiano invectæ fuerunt, quem Saracenum Epiphanius, Socrates lib. 1. cap. 22. & Nicephor. Callist. nuncupant, easque postea impius Manes sibi adoptavit ac disseminavit. Scythianus suas blasphemias aliquo titulo commendaturus, Hierosolymam se contulit, ut ibi ab ipsius Numinis ore illas accepisse videretur. Quod

D ipsum deinde Mahumetus egit, ut Alcorano suo fidem conciliaret, tutiusque hominibus venena propinaret. Manes autem conditione, ut supra diximus, primo servus, manumissus postea dominam cui serviebat, in conjugem accepit, a qua pluribus receptis opibus in altam phrenesim magna ambitione excæcatus extumuit. Id quod Mahumeto quoque accidit. Utraque vero secta in Perside, Arabia atque Ægypto potissimum viguit, unde postea Mahumetismus tamquam ex serpentis ovo enatus & exclusus est.

III. Hæc aliaque plura ad Augustini locum adnotavit Scriptor ille, cujus tamen insulsam plane

E calumniam heic dissimulare nequeo. A carnibus in usum cibi a rerum creatore destinatis adhorrebant Manichæi, eisque vesci magnum reputabant piaculum, quum creaturas ii ex natura bonas negarent, immundasque affirmarent, quod *carnes diabolus operari fæculentiore materia mali* crederetur. Quapropter ab ipsis quoque ovis & lacte abstinebant, quia a carne proveniunt. Quid ad hæc sciolus ille? *Atqui*, ait, *Papistæ dum in suis jejuniis ex Gregorii decreto, quod est in c. Denique, dist. 4. refugiunt, damnantque esum eorum, quæ sementinam, ut ipsi loquuntur, trahunt originem carnis, manifeste in Manichæorum errorem incidunt: jubent enim carne, lacte, caseo & ovis abstinere*. Eadem, qua cæcus iste, confidentia, seu dicam melius impudentia heterodoxi alii, præcipueque




Kemnitius in 4. parte Examin. Trid. Conc. pag. 460. & seq. hunc nobis orthodoxis errorem affingunt: sed quantum fallantur, suosque fallant hæretici, dum hæc in nos comminiscuntur, nolo meis, sed S. Augustini verbis palam facere. Disputans ille adversus Faustum Manichæum lib. 30. cap. 5. Manichæorum a carnibus abstinentiam Paulli auctoritate refellebat. Exemplo veterum Patrum sub Lege Moysi suam dementiam tuebantur adversarii, quum eorum nonnullos ab hujusmodi cibis abstinuisse constaret. Atqui magnus Doctor ait: *Audi qua mente aut consilio hoc adversum vos capitulum referamus; non quod a carnibus abstineatis, nam hoc a quibusdam & primi Patres nostri fecerunt, sicut commemoras; non tamen ea damnandi, sed significandi gratia, quod non intelligitis, & unde jam quantum sufficere videbatur, in superioribus partibus operis hujus loquutus sum*. Tum addit verba omnino notanda: *Et Christiani, non hæretici, sed catholici edomandi corporis caussa propter animam in orationibus amplius humiliandam, non quod illa esse immunda credant, non solum a carnibus, verum a quibusdam terræ fructibus abstinent, vel semper sicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicut per Quadragesimam fere omnes, quanto magis quisque vel minus voluerit seu potuerit. Vos autem ipsam creaturam negatis bonam, & immundam dicitis*. Reliqua videri possunt, quibus catholicæ Ecclesiæ pia consuetudo abstinendi nonnumquam a carnibus a Manichæorum consilio, atque blasphemia procul esse, ac manifestissime differre cognoscitur. Nobis nihil, quod a Deo creatum sit, immundum aut malum videtur. Cibis tamen nonnullis interdum abstinemus, ut carnem domemus, promtioremque spiritum in divinis meditationibus efficiamus. Hic olim a catholicis pius usus usurpabatur, laudemque ab omnibus Patribus, & præsertim ab Augustino meruit. Idem nunc apud orthodoxos manet, non nisi ab hæreticis vituperandus.

IV. Sed Manichæorum deliramenta repetamus, quæ ab Ethnicismo, non a Christianismo processisse diximus, ideoque minus proprie hæreticos debuisse appellari. Quamquam eorum superstitio tantum a Christianis scholis mutuata est, ut vix ullus sit, qui eosdem hæreticis non accenseat. *Secundo anno Probi*, inquit Eusebius Cæsar. in Chronico, *insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta*. S. Augustinus lib. 2. Retract. cap. 10. *Secundinus*, ait, *quidam non ex eis quos Manichæi Electos, sed ex eis quos Auditores vocant, quem nec facie quidem noveram, scripsit ad me velut amicus honorifice objurgans, quod oppugnarem illam hæresim &c.* Libro etiam de hæres. ad Quod vult Deum de Manichæis loquens: *Promissionem Domini nostri Jesu Christi in suo hæresiarcha Manichæo dicunt esse completam*. Librum item contra Epistolam Manichæi, quam vocant Fundamenti, ita ille exorditur: *Unum verum Deum omnipotentem & rogavi & rogo, ut in refellenda & revincenda hæresi vestra Manichæi &c.* Hoc alibi frequentissime repetit. Itaque potestatem Ecclesiæ catholicæ in Manichæos fuisse fatendum est, atque in illos concilia cogi potuisse non dubito. An igitur alicui concilio proponenda nunc primum capitula adjudicabimus? Ego unum video locum, quo me recipiam. Vastata per Gensericum atque occupata Africa, catholici alio migrare coacti sunt, ut liberam impio tyranno sedem relinquerent. Horum fortunam sequuti sunt Manichæi, quorum ingens numerus Lybicis oris incubabat, & ipsi Genserico minus probati. Per catholicorum urbes mentita religione distributi Romam potissimum se contulere. Verum illic tuto vivere nefariam gentem cujus impietas in dies se prodere audebat, Leonis Magni sanctissimi pontificis vigilantia non sivit. In eos igitur anno Christi 444. synodum constituit Leo, ibique plurimum criminum reos omniumque vitiorum sorde infectos convicit atque damnavit. Audiamus ipsum pontificem Serm. 5. de jejunio dec. mensis: *Residentibus mecum episcopis ac presbyteris, & in eumdem consessum christianis viris ac nobilibus congregatis, Electos & Electas eorum* (hoc est Manichæorum) *jussimus præsentari. Qui quum de perversitate dogmatis sui, & de festivitatum suarum consuetudine multa referarent, illud quoque scelus quod eloqui verecundum est, prodiderunt, quod tanta diligentia investigatum est, ut nihil minus credulis, nihil obtrectatoribus relinqueretur ambiguum. Aderant enim omnes personæ, per quas infandum facinus fuerat perpetratum, puella scilicet ut multum decennis &c. omnium par fuit horum & una confessio, & patefactum est exsecratum, quod aures nostræ vix ferre potuerunt, de quo ne apertius loquentes castos offendamus auditus, gestorum documenta sufficiunt &c.* Quum autem iis ipsis temporibus Priscilliani fœdissima hæresis Hispaniam pervagaretur, ac a Turibio Asturicensi episcopo consultus ea de re S. pontifex Leo fuisset, reposuit hic anno 447. eruditissimam Epistolam, quæ inter editas nonagesima tertia numeratur. In illa vero de Manichæis quoque sermonem instituit, quum ab hoc fœtidissimo fonte Priscillianus suam uberius derivasset camerinam, atque inter alia hæc edisserit: *In exsecrabilibus autem Manichæorum mysteriis, quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius occultantur, unum prorsus nefas est, una est obscenitas & similis turpitudo. Quam etsi eloqui erubescimus, sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, a Manichæorum qui comprehensi sunt, confessionibus detectam, ad publicam fecimus pervenire notitiam; ne ullo modo possit dubium videri, quod in judicio nostro, cui non solum frequentissima præsentia sacerdotum, sed & illustrium virorum dignitas, & pars quædam Senatus ac plebis interfuit, ipsorum qui omne facinus perpetrarant, ore referatum est, sicut ea quæ ad dilectionem tuam nunc direximus, gesta demonstrant*. His apertissimis verbis concilium aliquod Romæ contra Manichæos coactum significat S. Leo, ejusque acta ad Turribium quoque se mittere affirmat. Ibi igitur capitula a me nunc edita potuere procudi, quum gravissimæ gentis non mores tantum, sed etiam doctrina damnationem ac pœnam mererentur.

V. Attamen amat Polymnia verum: ego in laudata synodo nullos canones conditos reor. Si enim recte Leonis verba pensamus, de Manichæorum obscenitate judicium tantummodo illic institutum fuit, ut vitæ impietate perspecta ab Urbe expellerentur. Certe nullum verbum Leo pontifex de illorum dogmatibus inicit, neque canonum promulgatio conciliis est necessaria. Ad quodnam itaque concilium confugiemus? Alium S. Leonis locum audiamus. Scribit is ad episcopos per Italiam constitutos in hæc verba: *Plurimos impietatis Manichææ sequaces & doctores in Urbe investigatio nostra reperiit, vigilantia divulgavit, auctoritas & censura coercuit. Quos potuimus emendare, correximus; ut damnarent Manichæum cum*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



prædicationibus & discipulis suis publica in Ecclesia professione, & manus suæ subscriptione compulimus. Veri propterea simile videri potest Manichæos illos, qui ejurare ac *damnare Manichæum cum prædicationibus suis pubblica in Ecclesia professione* compellebantur, hisce anathematum jaculis usos fuisse a S. Leone probabiliter præscriptis. Sic pestiferæ Manichæorum sectæ apertis verbis renuntiabatur. Solitos autem anathematis vocabulo uti, dum Manetis errores exsecrabantur, ad Fidem orthodoxam conversos, exemplo illustri testatur Marcus Gazensis diaconus, cujus calamo descripta est disputatio publica inter S. Porphyrium Gazensis civitatis episcopum & Juliam Antiochenam, feminam tum natalibus tum acerrimo erga Manichæorum sectam studio clarissimam. Habetur hæc apud Metaphr. die 26. Febr. Lipomanum, Surium & Annalium parentem ad annum Ch. 403. Quum in sententia sua constans perseveraret Julia, divinum illam perculit supplicium, facto repente vivendi fine. Tum inquit Marcus: *Qui autem cum ea erant duo viri ac mulieres, & quicumque ab ea corrupti fuerant, currentes prociderunt ad pedes beatissimi episcopi dicentes: Erravimus: & petebant pœnitentiam. Beatus vero fecit omnes anathematizare Manetem auctorem eorum hæresis &c.* Sed egregium, simillimumque nostro documentum invenire est Tomo 2. Concil. Gall. a C. V. Jacobo Sirmondo e Soc. Jesu ante omnes productum. Ita inscribitur: *Prosperi ex Manichæo conversi pristinos Manichæorum errores detestantis anathematismi, & Fidei Catholicæ professio*. Illic igitur quampluribus Manichæorum erroribus anathema dicitur, eorumque nonnulli cum iis quos nunc proferimus, conveniunt. In fine Prosper ita fidem suam profitetur: *In Christi nomine ego Prosper hanc chartulam anathematis Manichæorum relegi, & anathema dicens omnibus suprascriptis erroribus manu propria subscripsi, & repudiatis omnibus eorum impietatibus fide plenissima doctrinis eorum & traditionibus anathema dixi, & dico &c.* Non diversa Capitula, sed tamen pauciora publici juris facta reperiuntur Tomo 10. Oper. S. Aug. in Append. edit. 1586. hoc titulo inscripta: *Commonitorium B. Augustini ad Ecclesiam, sub qua cautela Manichæi, si conversi fuerint, suscipi debeant*. Opusculum hoc in Appendice Tomi Octavi rejecere Clarissimi Patres Benedictini ex Congregatione S. Mauri, quorum diligentiæ ac eruditioni tantum Ecclesia, ac litteratorum respublica debent, quum an Augustinum auctorem haberet prudenter ambigerent. Hinc vides quotquot ad veram Fidei lucem olim revertebantur coactos fuisse Manetem ejusque errores anathemate percellere. Et id moris etiam Augustini temporibus viguisse, en tibi ipsummet testem. Capite postremo Actor. cum Felice Manichæo hæc S. Doctor scribit: *Post hæc cum multis verbis inter se agerent, Felix dixit: dic jam quid vis faciam? Augustinus dixit: ut anathematizes Manichæum, cujus sunt tantæ istæ blasphemiæ &c. Felix dixit: Prior tu anathematiza, ut ego postea anathematizem*. Quum vero Augustinus accepta charta scripsisset, atque Maneti anathema dixisset, Felix hæc addidit verba: *Ego Felix qui Manichæo credideram, nunc anathematizo eum, & doctrinam ipsius &c. Has omnes & ceteras blasphemias Manichæi anathematizo*.

VI. Probabili igitur conjectura adducor ut credam, fragmentum nostrum nonnullis constare anathematismis, quos in Manetem ejusque prava dogmata depromendos ad veram Christi fidem venientibus quis antiquitus proposuerit. An is Leo Magnus fuerit, an quisquam alius, nolo divinare. Ingratum autem lectoribus minime futurum arbitror, si quædam ex hisce Capitulis aliqua luce perfundere nitar: non enim universa cum vulgatis errorum catalogis in quos Manichæi impegerunt, convenire video: verba etiam librariorum, ut arbitror, vitio alicubi sunt vitiata. Primum itaque anathematismum, deficiente priorum linearum ordine, vix intelligere possumus. At, ni fallor, hanc Manichæorum sententiam perspicue ab Augustino expressam detexisse mihi videor in lib. contra Secundinum Manichæum cap. 5. Quum enim in quibusdam sacræ Scripturæ locis Filium Dei primogenitum appellari animadvertissent, inde alios divini Filii fratres commenti sunt, humanamque naturam, & substantiam ejusdem cum Filii divinitate substantiæ esse autumarunt, ad alia sacræ paginæ loca animum nequaquam advertentes, ubi Dei Filius unigenitus quoque nuncupatur. Multa loco citato in hanc pravam sacrorum codicum interpretationem disputat Augustinus, atque inter alia sic ait: *Lege Scripturas: nusquam invenies de Christo dictum, quod adoptione sit Filius Dei; de nobis autem sæpissime legitur: Accepistis spiritum adoptionis filiorum &c.* Plura ab ipso pete, atque evidenter patebit quam temere confusa a Manichæis fuerit *filii* significatio, quam & Christo & hominibus Scriptura tribuit; hac tamen differentia, ut illum per naturam, nos per adoptionem Dei filios esse intelligamus. Secundo ei anathema infligitur, qui animam humanam Creatoris substantiam, aut portionem Dei affirmaverit. S. Augustinus de hæres. ad Quod vult Deum hæc de Manichæis habet: *Ex his autem suis fabulis vanis atque impiis coguntur dicere animas bonas, quas censent ab animarum malarum, naturæ scilicet contrariæ, commixtione liberandas, ejus, cujus est Deus, esse naturæ*. Libro vero Retract. 1. cap. 15. idem melius exprimit: *Scripsi*, inquit, *adhuc Presbyter contra Manichæos de duabus animabus, quarum dicunt unam partem Dei esse*. Hæc ille ibi, & pluribus aliis in locis. Tertio cognoscimus Manichæos in hanc impiam concessisse opinionem, ut Patrem & Filium nil aliud quam animam & sensum esse arbitrarentur; quem quidem Manetis errorem apud alios auctores designatum non video, uti neque duos subsequentes, qui corruptis tamen verbis heic anathemate confodiuntur. Quarto S. Leo epist. 93. ad Turribium errores Priscillianistarum fusissime confutat; capite autem primo ait: *Demonstratur quam impie sentiat de Trinitate divina, qui & Patris, & Filii, & Spiritus sancti unam atque eamdem asserunt esse personam; tamquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur. Quod blasphemiæ genus de Sabellii opinione sumserunt*. Idem quoque de Priscillianistis tradit Augustinus lib. ad Oros. cap. 4. ubi a Sabellio hujusmodi errorem procedere & ipse affirmat, nihilque de Manichæis meminit. Profecto talia Manetem sensisse nusquam animadverti. Quinto animam *Deo coæternam* nil mirum si Priscillianistæ, ac ante illos fortasse etiam Manichæi, censerent; siquidem teste Augustino de hæres. ad Quodvultdeum cap. 70. animas ejusdem esse naturæ atque substantiæ, cujus est Deus, dementer credebant. Quum vero hic æternus negari non possit, consequens erat animas eadem æternitate donatas affirmare. Sexto duas in homine animas somniarunt Manichæi, quarum una de substantia Dei, altera carnis esset. Hujusmodi

commentum libro de duabus animabus contra Manichæos scripto S. Augustinus exsibilavit, aliique scriptores repulere. Septimo peccatum carnis ad animam pertinere negabant, atque animæ ex eorum sententia nil libidines corporis, aliaque flagitia officiebant. Quapropter in omnem obscenitatem ac turpitudinem abjecti, ut S. Leo supra laudatus fidem facit, carnem quam veluti ex mali principio deductam exsecrabantur, omnis impudicitiæ ac voluptatis experimento contumeliis se afficere dictitabant. S. Epiphanius hæresim illorum exponens num. 86. edit. Petav. hujusmodi insaniam longa oratione invadit. Octavo, ut mox innuebam, Manichæis impia opinio insederat, humanam carnem a diabolo seu a principio malo originem duxisse, eamque propterea odio prosequebantur. Philastrius episcopus Brixiensis lib. de hæres. c. 14. *Manichæi*, inquit, *hominis animam de Deo esse putantes, corpus a diabolo factum arbitrantur*. Idem & alii Patres referunt, atque refellunt. Nono diabolum natura sua malum perpetuo fuisse censebant, eumque errorem & Priscillianistæ sibi adoptarunt. De hoc insano dogmate ego ad Bachiarium * aliqua adnotavi. Ad *globum tenebrarum* heic memoratum nescio an pertineant quæ Augustinus habet lib. de natura boni adversf. Manich. & alibi. Decimo solem, & lunam, & reliqua cæli luminaria in se animas continere dicebant. Audiamus ipsum Augustinum lib. de hæres. ad Quodvultdeum c. 46. *Naves*, inquit, *illas, id est duo cæli luminaria, ita distinguunt, ut lunam dicant factam ex bona aqua, solem vero ex igne bono. Esse autem in eis navibus sanctas virtutes, quæ se in masculos transfigurant, ut illiciant feminas gentis adversæ &c.* Hinc, ut idem Augustinus & ex eo auctor Prædestinati fidem faciunt, orationes ad solem per diem, & ad lunam per noctem faciebant, ipsaque luminaria indigno cultu adorabant. Undecimo quum animam æternitate donatam ipsique Deo *coæternam* fecissent, illam Manichæi suis desideriis a cælesti sede ad terrena deductam mentiebantur. Epiphanius ad hæres. Manichæorum n. 44. disputans: Εἰ γὰρ, ait, τὴν ψυχὴν ἀπέστειλεν ἐνταῦθα ἡ ἄνω δύναμις, ἵνα διὰ τῆς ψυχῆς πηδήσῃ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας θηρεύσηται, οὐκ ἀπέβη ὁ σκοπὸς τῇ οὕτω βουλευσαμένῃ. Κἄν τε γὰρ ἀπέστειλε τὴν ψυχὴν θηρεῦσαι, τεθήρευται, ἢ παγιδεῦσαι, πεπαγίδευται. Ita vertit Petavius: *Si animam virtus cælestis in hunc orbem emiserit, ut per eam principatus irretiret potestatesque captaret, non illa scopum quem volebat, assequuta fuit. Nam quum animam velut ad venandum captandumque miserit, capta ipsa tamen potius est; & quum ad irretiendum venerit, suis est implicata retibus.* Postremo pluvias, fulgura, nubes, grandines aliaque in aere meteora non Dei summi nutu fieri aut moveri somniarunt: quam eorum opinionem numquam a Patribus aut memoratam aut refutatam legi. Atque hæc sunt Manichæorum deliramenta, quorum memoriam omnium luculentissime servavit Augustinus pluribus in libris, Epiphanius ad hæresim 44. seu 66. Philastrius lib. de hæres. Nicetas Choniates in Thesauro, Alexander Lycopolita tom. 27. Biblioth. SS. PP. nuperæ editionis, Gabr. Prateolus & alii.


SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 278.



* Muratorius Anecdot. Latin. Tom. 2. p. 20.



COMMODIANI
INSTRUCTIONES
ADVERSUS GENTIUM DEOS,
PRO CHRISTIANA DISCIPLINA.




ACCESSIT

ANTONII

CARMEN ADVERSUS GENTES.

COMMODIANI INSTRUCTIONES ADVERSUS GENTIUM DEOS PRO CHRISTIANA DISCIPLINA:

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 280.



Per Litteras Versuum Primas.

I.

PRÆFATIO.

PRæfatio nostra viam erranti demonstrat;
Respectumque bonum, cum venerit sæculi meta;
Æternum fieri: quod discredunt inscia corda:
Ego similiter erravi tempore multo,
Fana prosequendo, parentibus insciis ipsis.
Abstuli me tandem inde, [1] legendo de Lege.
Testificor Dominum; [2] doleo: pro civica turba!
Inscia quod perdit, pergens deos quærere vanos.
Ob ea perdoctus, ignaros instruo verum.

II.

INDIGNATIO DEI.

In lege præcepit Dominus cæli terræ marisque:
Nolite, inquit, adorare deos inanes,
De manibus vestris factos ex ligno vel auro;
Indignatio mea ne vos disperdat ob ista.
Gens ante Mosen rudis, sine lege morata,
Nesciensque Deum, [3] morientes deos orabant,
Ad quorum effigies faciebant idola vana.
Translatis Judæis Dominus de terra Ægypti,
Imposuit legem postmodum, & ista præcepit
Omnipotens, sibi soli deservire, non illis.
De [4] resurrectione quoque docetur in ipsa,
Et spe, fortunatum rursum in ævo vivendi,
Idola si vana relinquantur, neque colantur.

III.

CULTURA DÆMONUM.

Cum Deus omnipotens exornaret [5] mundi naturam,
Visitari voluit terram ab Angelis istam,

Per litt. vers. pr.] Eugenius episcopus Toletanus cujus opuscula Jacobus Sirmondus edidit, epitaphia duo scripsit per litteras versuum primas & ultimas.

V. 2. *Respectumque bonum*] Septuaginta Interpretes *Respectum*, dicunt *ἐπισκοπὴν*, *visitationem*; divinæ scilicet gratiæ aut ultionis; benedictionis in vitam æternam; maledictionis in gehennam. Bonum respectum pollicetur Sapientia Salomonis justis & sanctis, cap. 3. *Et in tempore erit respectus illorum:* ΚΑΙ ΕΝ ΚΑΙΡΩ ΕΠΙΣΚΟΠΗΣ ΑΥΤΩΝ ΕΚΛΑΜΨΟΥΣΙ.

V. 6. *Legendo de lege*] Legem heic & alibi passim appellat libros utriusque testamenti.

V. 9. *Ignaros instruo verum*] Atque hinc titulus operi, Instructiones, Christianæ videlicet pietatis. Habemus etiam sub eodem *Instructionum* titulo, Eucherii episcopi Lugdunensis duos ad Salonium libros, sæculo Theodosii junioris.

V. 20. *De resurrectione quoque docetur,*] In lege Domini docetur de resurrectione corporum: docetur etiam de spe vitæ rursum vivendæ in ævo. Atque hinc jam auctor incipit dogma suum Millenariæ felicitatis adstruere.

V. 21. *Et spe, fortunatum*] Tertullianus in hanc sententiam librum scripserat, *De spe fidelium*: & hunc librum habuit olim in suo Tertulliani codice Agobardus episcopus Lugdunensis, sicut indice declaratur exemplaris antiqui quod in bibliotheca regia servatur.

— *Rursum in ævo vivendi*] In ævo, in orbe terræ, in hoc mundo.

Cultura dæmonum] Quæ narrantur hac Instructione de Angelis apostatis sive desertoribus, unde nati gigantes, ac de gigantibus dæmones auctores simulacrorum & idololatriæ, peculiaria fere sunt Commodiano. Etsi nolim infitiari, quæ sunt hac de re a veteribus Christianis tradita, originem traxisse de libro Enoch apocrypho; unde aliquid tamen Paullus ipse citavit. Sed tam varia super hisce ac diversa quisque commentus est, & sic omnes ab auctore suo, & abs se invicem, dissentiunt, ut quid traditionis instar poni oporteat, valde sit incertum; præter hoc unum: valde esse temerarium mortali, de rebus divinis aliquid asserere, ultra quod est ab ipso Domino nostro proditum.

V. 23. *Cum Deus omnipotens exornaret mundi nat.*] ΚΟΣΜΟΝ ΚΟΣΜΗΣΑΣ, stellis, angelis. ΚΟΣΜΟΝ Græci nomine ornamenti appellavere: eum & nos a perfecta absolutaque elegantia, mundum. Plinius initio libri secundi.

V. 24. *Visitari voluit terram ab Angelis*] Moses non dixit angelos, sed filios Dei, de quibus observabimus aliquid ad Instruct. xxxvi.

1. *Legendo de Lege*] Ita quoque Minucius in *Octav.* cap. vii. *Specta de libris*. Ad quem locum observat Davisius, hanc loquendi rationem scriptoribus Africanis, & præsertim Tertulliano, esse familiarem. Sic ipsemet Commodianus infra Instr. xlvii. ℣. 740.

Fideles admoneo fratres de odio tollant.

Vid. not. seq.

2. *Doleo: pro civica turba! Inscia quod perdit*] Magis placet interpunctio quam exhibet Dodvvellus in *Dissert. de Commodiani ætat.* §. ix.

—— *Doleo pro civica turba.*

Dolet nimirum, inquit, pro suæ conditionis hominibus, erroris antiqui sociis. Sic Instr. xxii. ℣. 277.

Heu doleo, cives, sic vos hebetari de mundo.


Neque aliter Davisius, qui mox pro *perdit* rectius perit legendum censet.

3. *Morientes deos orabant*] Baluzius in notis ad Cyprianum *de idolor. vanit.* ex codice ms. S. Albini Andegavensis legit *defunctos deos* orabant. Quæ quidem lectio confirmari videtur ex Instr. xx. ℣. 262. *Adoratis enim stulti malo leto defunctos.*

4. *De resurrect. — docetur in ipsa* Lege] Opinioni suæ stabiliendæ nonnulla quidem Geneseos loca torquebant Chiliastæ; sed quibusdam etiam prophetarum *ῥήσεσι* & Apocalypsi Joannis præcipue nitebantur. Vide Justini M. Dialogum cum Tryphone p. 239. Irenæum lib. v. capp. xxx. seqq. & Tertullianum contra Marcion. lib. iii. cap. xxiv. Davis.

5. *Mundi naturam*] Ipsum mundum. Infra Instr. vii. ℣. 8.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 280.



Legitima cujus spreverunt illi dimissi:
Tanta [1] fuit forma feminarum quæ flecteret illos,
Ut coinquinati non possent [2] cælo redire.
Rebelles ex illo contra Deum verba misere.
Altissimus inde sententiam misit in illos;
De semine quorum Gigantes nati feruntur.
Ab ipsis [3] in terra artes prolatæ fuerunt;
Et tingere lanas docuerunt, & quæcumque geruntur.
Mortales & illis mortuis simulacra ponebant.
Omnipotens autem, quod essent de semine pravo,
Non censuit illos recipi defunctos e morte.
Unde modo vagi subvertunt corpora multa:
Maxime quos hodie colitis deos & oratis.

IV.

SATURNUS.

Saturnusque senex; si deus, [4] quando senescit?
Aut si deus erat, cur natos ille vorabat
Terroribus actus? sed quia deus non erat ille,
Viscera natorum rabie monstrosa sumebat.
Rex fuit in terris, in monte natus Olympo;
Nec divinus erat, sed deum sese dicebat.
Venit inops animi, lapidem pro filio sorpsit.
Sic deus evasit: dicitur modo Juppiter ille.

V.

JUPPITER.

Juppiter hic natus in insula Creta Saturno,
Ut fuit adultus, patrem de regno privavit.
Proinde nobilium uxores sororesque delusit.
Præterea, [5] sceptra fecerat faber illi Pyracmon.
Initio cælum terram Deus & mare fecit:
Terribilis autem iste, medio tempore natus,
Ex antro processit juvenis, furtimque nutritus.
Respice quod rerum auctor est Deus, non Jovis ille.

VI.

DE FULMINE IPSIUS JOVIS.

Dicitis o stulti, Jovis tonat: fulminat ipse:
Et si parvulitas sic sensit, cur annis ducentis
Fuistis infantes; numquid & semper eritis?
Versa in maturum infantia, non capit ævum
Lusus; puerilis ætas cessit, sic & corda recedant.
Moribus virilibus consilia vestra debentur.
Insipiens ergo Jovem tonitruare tu credis;
Natus hic in terris [6] lacte caprino nutritur.
Ergo si illum devorasset Saturnus,
In istis temporibus quis pluebat illo defuncto?
Præsertim si mortali patre deus nasci credatur.
Saturnus in terris senuit, & defecit in ipsis.
Illum non aliquis prophetavit prænasci.
Vel si tonat ipse, lex ab ipso lata fuisset.
Seducunt historiæ per vates confictæ.
Ille autem in Creta regnavit, & ibi defecit.

V. 25. *Legitima cujus sprev.*] Mandata, leges.

V. 26. *Tanta fuit forma feminar.*] Justinus, Athenagoras, Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Sulpicius Severus & alii, consimilia tradiderunt ex illo apocrypho Enoch: cujus verba ipsa Jos. Scaliger edidit notis ad Græca Eusebianæ Chronologiæ, ubi *de Egregoris*.

V. 35. *Non censuit illos recipi*] Lactantius lib. II. c. XIV. *Tum in cælum ob peccata quibus se immerserant, non recepti, ceciderunt in terram*.

V. 36. *Subvertunt corpora multa*] Quod fieri creditur in caducariis, epilepticis. August. lib. de beata vita pag. 215. *Isti homines caducarii sunt; quo nomine vulgo apud nos vocantur, quos comitialis morbus subvertit*. Observavimus ad illud Tertulliani ad Scapulam, *cum a dæmone præcipitaretur*.

V. 39. *Cur natos ille vorabat*] Nota est fabula, Saturnum filios suos vorasse, quum audisset a filio se regno esse pellendum; & uxorem, nato Jove, lapidem pro infante obtulisse voraci. Servius ad XIII. Æneid.

V. 44. *Lapidem pro filio sorp.*] Et lapidem omnino torminalem.

V. 53. *Non Jovis ille*] Sic Instruct. seq. *Jovis tonat*; & sæpe deinceps usurpavit Jovis in primo casu: quod est etiam ab auctoribus multo etiam antiquioribus factitatum.

De fulmine ipsius Jovis] Hoc tantum in apographo. At in acrostichide addidit Commodianus, AUDITE; ridendo scilicet: nam toto poematio docet, Jovem non esse deum, non tonare, non audiri tonantem.

V. 55. *Et si parvulitas sic sensit*] Parvulos intra annum vigesimum quintum dici Cujacius observavit, ad l. 2. *de fundis patrim.* quæ est Constantini, & ad l. 1. *de fugit. col.* quæ est Gratiani. Ea vero intra tempora vixit Commodianus, & sæculi sui sermone usus est; quo etiam sermone utitur vetus interpres S. Scripturæ.

— *Cur annis ducentis*] Annos ducentos a Christi sæculo numerat, trecentis adhuc currentibus.

V. 57. *Versa in maturum infantia*] Vetus versio Paulli, 1. ad Cor. cap. XIII. 11. *Cum essem parvulus, sapiebam ut parvulus; quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli*. Apollonius apud Philostr. lib. 1. cap. XIII. pag. 23. ΜΕΙΡΑΚΙΟΝ ΩΝ ΕΖΗΤΗϹΑ, ΝΥΝ ΔΕ ΟΥ ΧΡΗ ΖΗΤΕΙΝ, ΑΛΛΑ ΔΙΔΑΣΚΕΙΝ, Α ΕΥΡΗΚΑ.

V. 60. *Tonitruare tu credis*] Glossæ veteres: *Tonitrum, tonitru*. ΒΡΟΝΤΗ. Aliæ mss. ΒΡΟΝΤΗ, *Tonitruum*. ΒΡΟΝΤΩ, *Tonitruo*. ΒΡΟΝΤΑΙΟϹ, *Tonitruabilis*. Legendum *tonitrualis*. Lucret. lib. 1. *Neve ruant cæli tonitralia templa superne*.

——— *Qui putatis Majos ab astris,*
Nascentes regere, aut totam mundi naturam.

Sic *ἀστέρων φύσεις* pro stellis dixit Maximus Tyrius Dissert. I. & in istiusmodi locutionibus frequens est Lucretius. Vide Tan. Fabrum ad lib. I. ℣. 132. Davis.

1. *Tanta fuit forma feminarum quæ flecteret illos*] Ex male intellecto Geneseos capite VI. 2. nata est hæc sententia. Josephus *Antiq. Jud.* lib. I. cap. III. num. 1. *Πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι Θεοῦ, γυναιξὶ συμμιγέντες, ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδας*. Sic item auctor *Testament. Patriarch.* in Testam. Rubenis cap. V. Aliorum scriptorum locos indicavit Pamelius ad Tertulliani Paradox. I. Id.

2. *Cælo redire*] In cælum. Virgilius *Aeneid.* XI. 191.

It cælo *clamorque virum clangorque tubarum.*

Sic *cælo receptus* apud Phædrum lib. IV. Fab. XI. 3. Vid. Thom. Munckerum ad Hygini *Fab.* XV. Id.

3. *Ab ipsis in terra artes*] Hanc opinionem ex Pseudenocho sumserunt veteres. Tertullianus *de cultu Femin.* lib. I. cap. II. hanc in rem plura suppeditabit. Vide & lib. II. cap. X. Id.

4. *Quando senescit*] Leg. *quomodo* (vel *quo modo*) *senescit*. Non enim quærit Commodianus, quo tempore senescat ille qui deus habitus est, Saturnus. Id.

5. *Sceptra fecerat faber illi Pyracmon*] Unus e Cyclopibus. Virgilius *Aen.* VIII. 424.

Ferrum exercebant magno Cyclopes in antro
Brontesque, Steropesque & nudus membra Pyracmon.

At aliter Hesiodus *Theog.* ℣. 140. Cui consonat Apollodorus *Bibl.* lib. I. cap. 1. §. 2. Id.

6. *Lacte caprino*] Amaltheam alii capram, alii capræ dominam statuunt. Vide sis Ovidii *Fast.* ℣. 113. Lactantium lib. I. *Divin. Instit.* cap. XXI. & Hyginum Poet. *Astron* lib. II. cap. XIII. Id.

Omnipotens vobis factus [1] Alcmenes amator; A
Vivos ipse modo similiter amaret, si viveret ille.
Impuros oratis, & dicitis [2] esse cælestes,
Semine mortali natos de Gigantibus illis.
Auditis, & legitis natum in terra fuisse;
Unde bene meruit corruptor ascendere cælum?
Dicitur & fulmen Cyclopas illi fecisse;
Immortalis enim habuit a mortalibus arma.
Tot rerum criminibus, parricidam quoque suorum,
Ex auctoritate vestra contulistis in altum.

VII.

DE SEPTIZONIO ET STELLIS.

De circulo Zonæ fallit vos imperitia vestra,
Ex eoque forte Jovem experitis orandum.
Saturnus fertur ibi, sed stella; nam ille
Expulsus a Jove, aut Jovis in stella credatur:
Poli qui sidera tractavit, solique sator,
Trojanis qui bellum fecit, Venerem almam amavit, B
Ipsis sideribus aut Mars cum ipsa deprensus
Zelo maritali; deus nominatur adulescens.
O nimium stulti, qui putatis Majos ab astris,
Nascentes regere, aut totam mundi naturam.
In vulnera positi, & ipsi sub fata viventes
Obsceni, [3] curiosi, bellatores, impiæ vitæ;
Et filios totidem mortales illi fecere;
Terribiles omnes, stulti, septizonio fortes.
Si stellas colitis, colite & bis sena sigilla;
Tum arietem, taurum, geminos, ferumque leonem.
Et denique vadunt in piscibus: coque, probabis.
Lex sine lege fuga vestra, quod vult esse valebit.
Lasciva vult esse, sine freno vivere quærit.
Ipsi quod vultis eritis, & deos & deas oratis.
Sic ego colui dum erravi, quod modo culpo.

VIII.

DE SOLE ET LUNA.

De Sole & Luna, licet sint præsentanea nobis,
Erratis, [4] quod ego prius, putatis oranda.
Sunt quidem in astris, sed non sua sponte currunt. C
Omnipotens illos, cum conderet omnia primum,
Locavit ibidem cum stellis quarta dierum.
Errorem antiquus quin cum * * *
Et quidem in Lege jussit, ne quis illos adoret.
Tot deos oratis, qui nihil de vita promittunt.
Lex quorum in terra non est, nec ipsi prædicti.
Vos autem seducunt sacerdotes pauci,
Numinis [5] quid dicant aliquid morituri prodesse.
Accedite, legite, & discite verum.

IX.

MERCURIUS.

Mercurius vester fiat cum saraballo depictus.
Et galeam aut pileum pinnatus, & cetera nudus.

V. 70. *Ganymedis amatori*] In apographo legitur *erme*, & superscriptum, *medis*. Festus. *Catamitum, pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovis concubinus*.

V. 72. *Et dicitis esse cælestes*] Nam & in cælum dicitur raptus ab aquila Ganymedes. Videatur opusculum Eusebii, IV. edit. Sirm. pag. 198. 199.

De Septizonio] Septizonium dixere & Septemzonium, & Septizodium, omnem septenarium ordinem. Moles, D alias aliis superstructas; giganteos contextus. Septizonium Severi. Am. Marcel. XV. *Septizonium operis ambitiosi nymphæum*. Jos. Scaliger Animad. in Euseb. chron. p. 209.

V. 84. *Expulsus a Jove*] In apographo legitur, *Effugit expulsus a Jove*. Abundat verbum, *Effugit*, itaque demto, constat versus & acrostichis. *Nam ille Expulsus a Jove; aut Jovis in stella credatur*. Jovis, in primo casu, ut Instr. v. — *non Jovis ille*.

V. 85. *Poli qui sidera tractavit, solique sator*] Sic emendandum videtur, ut Jovem derideat, soli conditorem, sicut & poli; qui neque solum, neque polum condiderit.

V. 86. *Venerem almam amavit*] Sic emendavimus, quod est in apographo, *avem mortalem amavit*. Mendose: nec ad rem faceret historia Ledæ in cycnum conversæ. At Jovialis in Venerem lasciviæ plena sunt poetarum figmenta.

V. 87. *Ipsis sideribus*] In ipso cælo.

— *Aut mars cum ipsa deprensus*] Martem notat in Venere deprensum.

— *Cum ipsa*] Venere quæ est in cælo, & in numero quidem stellarum. Hinc vero firmatur conjectura proxime allata.

V. 88. *Zelo maritali*] Junonigenæ Vulcani. Ovid. IV. Fast.

— *Deus nominatur adulescens*] Mars.

V. 89. *Qui putatis Majos ab astris*] In apographo legitur, *marbos*: & sic ubique constanter, ubi tamen haud dubie legendum est, MAJOS, hoc est, Maja genitos, Atlantis filia.

V. 93. *Et filios totidem mortales*] Hoc est, consimiliter mortales.

V. 97. *Et denique vadunt in piscibus*] Etenim qui bis sena Zodiaci sigilla complectuntur versiculi vulgares, sic desinunt, — *Caper, Amphora, Pisces*. Pergit Commodianus ridendo: *Coque, probabis*. Antecedit enim Aquarius: *probabis*; experieris, non esse deos, & coquina ipsa probabit.

V. 102. *Licet sint præsentanea nobis*] Astra præsentanea dicit Solem & Lunam, quæ apprime omnium astrorum sentiuntur a nobis; quæ sunt efficacissima, validissima, & spectatissima. Sic divi præsentes, Virgilio; apud quem & Nisus ad Lunam: *Tu dea, tu præsens nostro succurre labori*. Æneid. IX. 404.

V. 109. *Nihil de vita promittunt*] Vita immortali, æterna.

— *Promittunt*] Horatius: *Quæ medicorum, Promittunt medici*. Juvenalis: *Oculos medico nil promittente relictos*.

V. 114. *Cum saraballo*] Hieronymus in Danielem: *Aquila*, inquit, *& Theodotio saraballa dixerunt, & non, ut corrupte legitur*, sarabara. Hesychius: ΤΑ ΠΕΡΙ ΤΑΣ ΚΝΗΜΙΔΑΣ ΕΝΔΥΜΑΤΑ. Tertullianus lib. de Pallio, ubi E de Alexandro: *In captiva sarabara decessit*. Idem ad Martyras: *Deus scilicet non audiat penulatos, qui tres sanctos in fornace Babylonii regis orantes cum sarabaris & tiaris suis*


1. *Alcmenes amator*] Ita editio Rigaltii Paris. ann. 1661. quam sequitur Witembergensis ann. 1705. At Davisius in sua Cantabrigiensi ann. 1712. *Ganymedis amator*. Insinuante fortasse Rigaltio, qui hanc lectionem in nota expressit.

2. *Et dicitis esse cælestes*] Lapsus est Rigaltius V. C. Non enim de Ganymede nunc agit Commodianus, sed omnes gentium deos perstringit. Davis.

3. *Obsceni, curiosi*] Interdum quidem *curiositas* in vitio ponitur, sed nihil ad rem facit quam tractat Commodianus. *Obsceni*, FURIOSI legendum omnino. Id.

4. *Erratis, quod ego prius, putatis oranda*]. Excidit vocula sensui prorsus necessaria. Leg. *Erratis, quod*, UT *ego prius, putatis oranda*. Id.

5. *Numinis quid dicant*] Leg. *Numinis* QUI *dicant*. Id



Rem video miram, deum cum saccello volare.
Currite pauperculi cum gremio quo volat ille,
Ut sacculum effundat; vos extunc estote parati.
Respicite pictum, quoniam vobis sic ab alto
Jactabit nummos; vos tunc saltate securi.
Vane, non insanis? colere [1] deos pictos in axe?
Si vivere nescis, cum bestiis perge morari.

X.

N E P T U N U S.

Neptunum facitis deum ex Saturno pronatum:
Et tridentem gerit, ut pisces suffigere possit.
Patet esse deum cumatilem illo paratu.
Trojanis non ipse cum Apolline muros eduxit?
Unde deus factus inops cæmentarius ille?
Non [2] Cyclopem genuit monstrum? non Majus & ipse
Vivere non poterat de suo? quod structura gerebat.
Sic genuit generatus, qui fuit jam mortuus olim.

X I.

A P O L L O   S O R T I L E G U S, F A L S U S.

Apollinem facitis citharœdum atque divinum.
Primum de Maja natus in insula Delo,
Oblata mercede postmodum structor, obsecutus
Laomedonti regi Trojanorum muros eduxit.
Locavitque sese, quem deum seducti putatis:
Offibus cujus amor Cassandræ flagravit,
Subdole quem lusit virgo, falliturque divinus.
Officio vervecis potuit scire bicordem,
Repudiatus enim discessit inde divinus.
Terruit hunc virgo specie, quam ille deberet.
Illa prior quæ debuerat deum amavisse,
Lasciviens qui Daphnem sic cœpit amare:
Et tamen insequitur, dum vult violare puellam;
Gratis amat stultus, nec potuit consequi cursu.
Vel, si deus erat, occurreret illi per auras.
Sub tectis illa prior venit, remansitque divinus.
Fallit vos gens hominum, nam victu tristi fuerunt.
Admeti pecora [3] quoque pavisse refertur.
Lusibus impositis dum mitteret discum in altum,
Sublapsum non potuit retinere, prostravit amicum:
Ultimus ille dies fuit Hyacinthi sodalis.
Si divinus erat, mortem præscisset amici.

X I I.

L I B E R   P A T E R, B A C C H U S.

Liberum patrem certe bis genitum dicitis ipsi.
In India natus [4] ex Jove, Proserpina primum.
Belligerans contra Titanas profuso cruore,
Exspiravit enim sicut ex mortalibus unus
Rursus fato suo redditus in altero ventre.
Percipit hoc Semele iterum Jovis altera Maja,

exaudivit. Versio latina vetus Danielis cap. III. 94. habet, *saraballa*: Græca tamen retinet CAPABAPA. Isidorus, Orig. XIX. citat ex Publio: *Ut quid ergo in ventre tuo Parthi sarabara suspenderunt?* Hieronymus in Dan. Latine vertit, *braccas*: quæ versio verior videtur & aptior ad mentem Publii, Tertulliani & Commodiani.

V. 121. *Deos pictos in axe*] Axis hoc loco ponitur eo sensu, quo Virgilius dixit Æn. IV. 481. *ubi maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum*. In axe, in cælo. Nam Axis ANACTPOC. Ser.

V. 122. *Si vivere nescis*] Hoc est, si non sapis ad Christum, vitæ auctorem æternæ.

—— *Cum bestiis perge morari* [Alludit ad bestias & ZΩΔIA, quæ in Zodiaco pingi solent; ariete, tauro, leone.

V. 126. *Trojanis non ipse cum Apolline*] Vid. Servium, ad illud Virg. Æneid. II. 610. *Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit*.

V. 131. *Apoll. facitis cithar.*] Eusebius, IV. Opusculor. a Sirmondo editor. pag. 199. *Nonne & citharista ille honestus? Primo quidem cur citharistas deos ponamus?* &c.

V. 138. *Officio vervecis*] Officio haruspicis, qui exta vervecis inspexisset.

—— *Bicordem*] Vafram, versutam. *Bicordem* vocat, quæ duplici corde fuit, fefellitque amatorem suum. Uno corde promisit amplexus suos Apollini, ut ab eo disceret artem divinandi: altero corde perfida fuit; postquam didicit, negavit, quod promiserat. Bicors, ambiguo corde. Hesychius ΔΙΨΥΧΙΑ, ΑΠΟΡΙΑ. Commodianus dixisset, BICORDIA, & in epistolis Barnabæ & Clementis, ΔΙΨΥΧΟC, ΔΙΓΝΩΜΟC, ΔΙΓΛΩCCOC.

V. 140. *Terruit hunc virgo specie*] Leg. *Torruit*.

V. 141. *Illa prior quæ deb.*] A quo tam efficacem scientiam percipere cupiebat.

V. 144. *Nec potuit consequi cursu*] Julius Firmicus: *Sed ex isto mulierum corruptarum grege una puella amatorem deum & vituvit & vicit: Daphnem enim divinans deus & futura prædicens, nec invenire potuit nec stuprare*. Euseb. qui supra: *O injuriam! Virgo ob pudicitiam fugit: deus autem qui dicitur, ob amorem libidinis insequitur, & non comprehendit, &c.* Et paullo post: *Sed forte quædam poeta facilis & inconsiderate loquens mentitus de diis est talia, & non est insequutus virginem citharista*, &c.

V. 147. *Nam victu tristi fuerunt*] In apographo legitur *bizo*, depravatum ex *victu*.

—— *Tristi*] Diro, misero, crudo, sive crudeli.

V. 148. *Admeti pecora*] In apographo *aprmutia*.

V. 153. *Liberum patrem certe bis genitum*] Consimilem fabulam narrat Julius Hyginus, Astron. CLXVII. *Liber, Jovis & Proserpinæ filius, a Titanis est distractus; cujus cor contritum, Jovis Semelæ dedit in potionem. Ex eo prægnans cum esset facta Juno, in Beroen nutricem Semelæ se commutavit, & ait: Alumna, pete a Jove, ut sic ad te veniat, quemadmodum ad Junonem, ut scias quæ voluptas est cum deo concumbere. Illa autem instigata petit a Jove, & fulmine est icta; ex cujus utero Jovis Liberum exsuit, & Nyso dedit nutriendum, unde Dionysus est appellatus, & Bimater est dictus*. Idem num. CLXXIX. Non. Dionysiacor. VIII. initio.


V. 158. *Jovis altera Maja*] Jovis heic primo casu, ut supra. Glossæ Isidori. *Maja*, medica, obstetrix.

1. *Deos pictos in axe*] A Commodiani mente procul aberravit doctissimus Rigaltius. *Axis* enim hoc in loco non *cælum*, sed *asserem* denotat. Festus in voce: *Tabula sectilis axis appellatur*. Aulus Gellius *Noct. Att.* lib. II. cap. XII. *In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt*. DAVIS.

2. *Non Cyclopem genuit monstrum?*] Polyphemum intelligit. Vid. Homeri Odyss. A. 70. Adi & Hyginum Fab. CXXV. ac Servium ad Æn. III. 678. Nonnulli tamen auctores hunc Cyclopem aliis parentibus ortum tradunt. Vid. V. C. Jos. Barnesium ad Euripidis *Cyclop.* ṽ. 644. ID.

3. *Admeti quoque*] Baluzius in notis ad Cyprianum *de Idolor. vanit.* monet, in ms. Commodiani exemplari S. Albini Andegavensis scriptum esse *a primitia* pro *Admeti*.

4. *Ex Jove, Proserpina primum*] Absorpta est vocula Leg. *ex Jove* ET *Proserpina primum*. DAVIS.



Abſciſſo cujus utero, prope partum defunctæ,
Tollitur, & datur Niſo nutriendus alumnus.
Ex eo bis natus, Dionyſus ille vocatur,
Religio cujus in vacuo falſa curatur.
Bacchantur & illi, qualia nunc ipſi videntur
Aut periculones Mimnermoniſque ſutores,
Conſpirant in malo, proludunt ficto furore,
Ceteros ut fallant, dicturos numen adeſſe.
Hinc manifeſte vides homines ſimile viventes,
Vino permotati primus quod expreſſerat ille,
Sub ludicro ſuo honorem illi dedere.

XIII.

INVICTUS.

Invictus [1] de petra natus, ſi deus habetur,
Nunc ergo retro vos de iſtis date priorem.
Vicit petra deum; quærendus eſt petræ creator.
Inſuper & furem adhuc depingitis eſſe;
Cum ſi deus eſſet umquam, non furto vivebat.
Terrenus utique fuit, & monſtrivora natura.
Vertebatque boves alienos ſemper [2] in antris,
Sicut & Cacus, Vulcani filius ille.

XIV.

SILVANUS.

Silvanus unde deus iterum apparuit eſſe?
Inde forte placet, eo quod bene fiſtula cantat,
Largitur quoniam lignum; nam forte non eſſet.
Venalem emiſti dominum cum emſeris illi.
Aſpice, deficit lignum. quid illi debetur?
Non te pudet, ſtulte, tales adorare tabellas?

V. 161. *Ex eo bis natus Dionyſus*] Hæc poetica nominis origo. Aliam tradidit Philoſtratus, Vit. Apoll. II. ΝΤϹΙΟϹ ΓΑΡ Ο ΔΙΟΝΤϹΙΟϹ ΑΠΟ ΤΗϹ ΕΝ ΙΝΔΟΙϹ ΝΤϹΗϹ. Arſaces, Armeniæ rex pardalin ſacravit elogio: REX ARSACES DEO NYSÆO. Stephanus: ΛΕΓΕΤΑΙ ΚΑΙ ΝΤϹΑΙΟϹ. Hoc igitur ex Philoſtrato colligere eſt, Nyſam eſſe veluti femur Caucaſi: hanc vero partem fuiſſe conſitam vite, Baccho, Dionyſo; atque inde fabulam Jovis geſtantis in femore, ΕΝ ΜΗΡΩ, Bacchum. Menſores agrorum; ut vertices & ſupercilia montium, ſic etiam femur & ſuram & crepidinem, & corrigiam & pedem dixere. Undæ & poetæ Dionyſum femori Jovis inſertum.

V. 164. *Aut periculones*] Gloſſæ veteres, ΡΙΨΟΚΙΝΔΤΝΟϹ, *periculoſus*. Alii dixere, parabolum & parabolanum. Paullus ad Philipp. ΠΑΡΑΒΟΛΕΤϹΑΜΕΝΟϹ ΤΗ ΨΗΧΗ. Verſio latina vetus Ms. *parabolatus de anima ſua*.

—— *Mimnermoniſque ſutores*] Sic legitur in apographo, Fortean ſcripſerat Commodianus, *Mimnermomerique ſutores*. ΓΕΛΩΤΟΠΟΙΟΙ, ΡΑΨΩΔΟΙ, qui ex Mimnermi & Homeri carminibus in alium ſenſum conſutis & concinnatis riſum captabant in theatris. Videndus Athenæus lib. XIII. pag. 620. ubi de hilarodis & hilarotragœdis.

V. 167. *Simile viventes*] Ut ſupra, hac ipſa Inſtr. *bacchantur qualia*. Juvenalis, *bacchanalia vivunt*. Aut *ſimile* adverbialiter dixit, unde ſimillime.

V. 168. *Vino permotati*] Motantur bene poti, perpotati. Motari, frequenter motari. Frequenter moveri; ſaltare. Hor. *Ut feſtis matrona moveri juſſa diebus*.

—— *Primus quod expreſſerat ille*] Bacchus in India primus vini uſum monſtraſſe dicitur. Unde & vitiſator, & vitium repertor.

V. 169. *Ludicro ſuo*] Ludis, orgiis trietericis.

V. 170. *Invictus*] Hiſtoriam Agdeſtis hujuſce invicti, qui fuit magnæ Matris filius, Agdi petræ, in Phrygiæ finibus, inauditæ per omnia vaſtitatis nepos, narrat ex Timotheo Theologo Arnobius lib. v. adverſus Gentes, ad eamque hiſtoriam Commodianus noſter reſpexit, nec aliunde petenda eſt huic Inſtructioni lux. Valde autem abludit Timotheus ab iis, quæ de eodem Adgeſti referuntur in Achaicis Pauſaniæ pag. 223.

—— *Invictus de petra natus*] Arnobius (lib. v. ſub init.) *Huic robur invictum, & ferocitas animi fuerat intractabilis, inſana & furialis libido & ex utroque ſexu; vi rapta divaſtare, diſperdere; ire immanitas quo animi duxerat; non deos curare, non homines, nec præter ſe quidquam potentius credere*, &c. Invictus autem deus etiam dictus eſt Mithras, quo nomine Solem appellant Perſæ: quod in antiquis inſcriptionibus paſſim legitur. Quin & confundi aliquando videntur Agdeſtia cum Mithriacis, præſertim Chriſtianorum ſcriptis: & Mithran virum fuiſſe abactorem boum tradidit Julius Firmicus lib. de Errore prof. relig. unde & Statius dixit: *Indignam ſequi torquentem cornua Mithran*. Quod Adgeſti Commodianus imputat.

V. 171. *Nunc ego retro vos de iſtis date priorem*] In apographo: *Nunc ergo reticeo*. Unde hanc a quibuſdam video confici ſcripturam; *Nunc ergo reticeo*, quam arbitramur minime ad Commodiani mentem facere. Nam hoc ſibi vult: Dicitis invictum de petra natum: date igitur, hoc eſt, narrate de iſtis, Invicto & Petra, unde genus & originem traxerint. Etenim qui retro fuiſſe arguetur eorum parens aut creator, is haud dubie fuit prior, ſuperior, major. Deinde ex hiſtoria Timothei ſive Arnobii ſubjicit: *Vicit petra deum*; cui Commodianus reponit: Si petra deum vicit, quærendus eſt creator illius petræ, unde prognatus eſt deus ille veſter Invictus.

V. 172. *Vicit petra deum*] Arnobius (lib. v. ſub init.), ubi de lapidibus in orbem vacuum a Deucalione & Pyrrha jactatis: *Ex quibus*, inquit, *cum ceteris & hæc, Magna quæ dicitur, informata eſt Mater atque animata divinitus. Hanc in vertice ipſo petræ datam quieti & ſomno, quam inceſtis Juppiter cupiditatibus appetivit. Sed cum obluctatus diu, id quod ſibi promiſerat obtinere nequiſſet, voluptatem in lapidem fudit victus*, &c. En Juppiter a petra victus.

V. 173. *Inſuper & furem adhuc depingitis eſſe*] Sic Inſtr. LIII. *Et proprium ſatellem dedicat eſſe*. Et proxima Inſtr. ſeq. de Silvano: *Silvanus unde deus iterum apparuit eſſe*.

V. 174. *Cum ſi deus eſſet umquam*] Eſt qui malit: *Cum ſi deus eſſet, utique non furto vivebat*. Sed hæc particula, *utique*, rurſus occurret verſu proxime ſeq.

V. 175. *Monſtrivora natura*] Placet emendatio. *Monſtruoſa*. Leonino vultu.

V. 176. *Vertebatque boves alienos*] Itaque Invictus iſte, ſicut & Mithras, prædones, abigei, indignata ſequi torquentes cornua, quod ſupra notavimus ex Statio. Et confirmat Luctatius ad Theb. I. Julius Firmicus: *Virum vero abactorem boum colentes, ſacra ejus ad ignis naturam transferunt*.

V. 178. *Silvanus*] Gloſſæ veteres: Silvanus, Pan, ΘΕΟϹ ΤΛΑΙΟϹ. Syrinx, fiſtula. Unde commenti ſunt Syringem puellam amatam Pani. Servius ad III. Georg. *Pan, ruſticum numen*.


V. 181. *Venalem emiſti dominum*] Commodianus ſcripſiſſe videtur; *Venalem emiſti deum*. Sic Inſtr. XVI. *Et qui fabricantur deos tibi nuncupas eſſe*.

—— *Cum emſeris illi*] Nempe fiſtulam: abſque illa eſſet, non haberetur deus.

V. 183. *Non te pudet, ſtulte, tales ador. tab.*] Non te etiam pudeat, alias, quamvis concinniores adorare fabellas, ſive tabellas?

1. *Invictus de petra natus*] Deus invictus, perpetuum Solis eſt epitheton: ideoque non Agdeſtis, ſed Mithras denotatur. Vide ſis Inſcript. Gruteri pag. 33. ſeqq. Et omnia ſane quæ de INVICTO tradit Commodianus, Mithræ tribuunt veteres. Hic enim *de petra* natus ferebatur. Hieronymus in Jovinianum lib. I. col. 149. edit. BB. *Narrant & gentium fabulæ MITHRAM & Erichthonium, vel in LAPIDE vel in terra, de ſolo æſtu libidinis eſſe generatos*. Etiam fur cenſebatur: unde βουκλόπος dictus eſt Porphyrio περὶ τῶν νυμφῶν ἄντρου pag. 262. DAVIS

2. *In antris*] In antra. Vide infra Inſtruct. XXIV. VV. 326. 327. Arnobius lib. II. pag. 46. edit. Plantin. *Qui veram IN ORBE religionem induxit*. Iterum pag. 68. *Alii vero perpetuas* (eſſe dicunt animas) *nec IN NATURA poſſe degenerare MORTALI*. Hæc loca corruperunt Critici recentiores. Plura ſimilium locutionum exempla congeſſit Thomas Munckerus vir diligentiſſimus ad Hygini Fab. L. 92. ID.



Unum quære Deum, qui post mortem vivere [1] diat.
Secede ab istis qui sunt biothanati facti.

X V.

HERCULES.

Hercules quod [2] monstrum Aventini montis elisit,
Evandri qui solitus erat armenta furari;
Rustica [3] mens hominum, indocilis quoque, pro laude
Cum gratias agere vellent, [4] absenti Tonanti.
Voverunt hostias inepti, [5] ut deo orando,
Lactentes aras in memoriam sibi fecerunt.
Ex eo provenit de vetusto more colatur.
Sed deus hic non est, licet fuit fortis in armis.

X V I.

DE DIS DEABUSQUE.

Dicitis esse deos, qui sunt manifeste cruenti:
Et dicitis fata genesis adscribere vobis.
Dicite nunc ergo quibus primum sacra ferantur,
Inter utrimque vias, mors immatura vagatur.
Si tribuunt fata genesis, cur deum oratis?
Deciperis, vane, qui manes quæris orare,
Et qui fabricantur dominos tibi nuncupas esse,
Aut feminas quoque nescio quas deas oratis,
Bellonam & Nemesin deas, [6] Fariam una cælestem,
Virgines, & Venerem, cui conjuges vestræ delumbant.
Sunt alia præterea dæmonia fanis,
Quæ nec numerantur adhuc, & in collo feruntur,
Ut nec ipsi sibi possint rationem reddere. Pestes
Exportari magis in ultimas terras deberent.

X V I I.

DE SIMULACRIS EORUM.

Deludunt vos pauci scelerati vates inanes,
Extricare suam dum quærunt vitam;
Subornant [7] aliis esse sub mysteria falsum.
Inde simulantes concuti numine quodam,

V. 184. *Qui post mortem vivere diat*] Quid si Commodianus scripserit, *duat*? archaice, pro *dederit*, ut *fuat* pro *fuerit*, & apud Festum *duit* dederit. Glossæ veteres: *Duit*, ΔΟΙΗ, *Duint*, ΔΟΙΕΝ, ΔΩCΩCIN. In apographo, pro emendatione ponitur, *post mortem vivere docet*.

V. 185. *Qui sunt biothanati facti*] Biothanatos dicit, idololatras, qui peracto vitæ suæ curriculo præcipitantur in mortem æternam: at Christiani, de morte ad vitam vocantur immortalem. Huc non pertinent, quæ apud Tertullianum de aoris & biothanatis, sive biaiothanatis, libro de Anima.

V. 187. *Rustica mens hominum*] In apographo legitur: *rustica gens hominum*.

V. 188. *Absenti Tonanti*] Hoc est, mortuo Jovi.

V. 194. *Et dicitis fata genesis*] ΓΕΝΕCΕΙC, geneses, genituras.

V. 199. *Dominos tibi nuncupas esse*] Sic Instr. LIII. *Et proprium satellem dedicat esse*.

V. 201. *Furiam*] In apographo legitur, *Furiam*. Et inter deas censet Arnobius, *Lavernam*, *Bellonam*, *Discordias*, *Furias*. Hanc vero cælestem, alii Lunam, alii Atargatin, sive Astarten, alii deam Syriam nuncupant.

V. 202. *Cui conjuges vestræ delumbant*] Luxu lasciviaque fractæ lumborum crispitudine fluctuant. Idcirco Persius lasciva carmina *lumbos intrare* dixit. Hinc etiam delumbati & elumbes.

V. 204. *Quæ nec numerantur adhuc*] Plinius Hist. nat. II. *Et numina in iisdem innumerabilia invenimus: inferis quoque in genera descriptis, morbisque, & multis etiam pestibus, dum esse placata trepido metu cupimus*.

— *In collo feruntur*] Ut solent amuleta, ΠΕΡΙΑΠΤΑ: vel potius, succollantur. Itaque mox dicet: *Exportari magis in ultimas terras deberent*.

V. 208. *Extricare suam dum quærunt vitam*] Sic Horat. Ser. I. Sat. III. *Mercedem aut nummos unde unde extricat*. Glossæ veteres: *Extricare*, ΕΚΠΟΔΙCΑΙ. Expedi, ΕΚΠΛΕΞΟΝ. Bibaculus, de Valerio Catone: *Omnes solvere posse quæstiones, unum difficile expedire nomen*.

V. 209. *Subornant aliis esse sub mysteria falsum*] Hoc est, fraudibus & imposturis sic illudunt oculis vulgi, ut falsitas mysterio tecta & adumbrata non deprehendatur. Ex eo gènere impostorum Galli Matris Magnæ, Romanis, Sangarium fluvium ponte transgressis, occurrere cum insignibus suis, inquit Livius lib. XXXVIII. cap. XIX. *vaticinantes fanatico carmine, deam Romanis vim belli & victoriam dare*. Ita vero scripsisse Livium: *vim belli & victoriam dare*, non ut in omnibus editis legitur: *viam belli*, apparet ex Polybio: ΦΑCΚΟΝΤΕC ΠΡΟCΑΓΓΕΛΛΕΙΝ ΤΗΝ ΘΕΟΝ ΝΙΚΗΝ ΚΑΙ ΚΡΑΤΟC. Insignia impostorum dicit Livius, quæ Polybius ΠΡΟCΤΗΘΙΔΙΑ ΚΑΙ ΤΥΠΟΥC.

1. *Vivere diat*] Procul dubio leg. *vivere* DICIT. Sic infra Instr. XXI. ℣. 272.

Justitiam legis quære magis: illa salutis
Auxilium portat, & fieri DICIT *æternum*.

Sed & ipse litterarum ductus emendationem nostram stabilit & confirmat. DAVIS. — Mihi magis probatur emendatio Rigaltii. Neque enim Davisii conjectura firmatur ex ℣. 272. Instr. XXI. Lex quidem *dicit*: at Deus vivere DAT. Minus vero placet quod heic reponit Vonckius, *vivere sciat* in *Lect. Latin.* lib. I. cap. IX. pag. 74.

2. *Monstrum Aventini montis*] Cacum significat. Ovidius *Fast.* I. 551.

Cacus Aventinæ timor atque infamia silvæ.

Virgilio *Aen.* VIII. 267. *semiferus* nominatur. Vid. Livium lib. I. cap. VII. & Dionysium Halic. lib. I. cap. XXXIX. DAVIS.

3. *Rustica mens hominum*] Non erat cur mſ. lectionem v. *gens hominum* repudiaret Rigaltius: nam sana prorsus est & sincera. Noster supra Instr. XI. ℣. 147. *Fallit vos* GENS HOMINUM. Ovidius *Amor.* lib. II. Eleg. XIV, 10.

Gens hominum *vitio deperitura fuit*.

Sic etiam Tertullianus in *Apolog.* cap. XXVI. ID.

4. *Absenti Tonanti voverunt hostias*] In historiæ fidem peccat Commodianus. Non enim Aborigines, sed Hercules ipse Jovi mactavit hostiam. Vide Ovid. *Fast.* I. 579. & Dionysium Halic. lib. I. cap. XXXIX. ID.


5. *Ut deo orando* cet.] Hæc de Hercule capienda, cui *ara maxima* fuit ab Italis dicata. Vide Livium lib. I. cap. VII. Virgilium *Aen.* VIII. 268. & Dion. Halic. lib. I. cap. XL. Diversus abit Ovidius *Fast.* I. 581. ID.

6. *Fariam una Calestem Virgines*] Apographi lectio non est deferenda, si modo locus commode distinguatur. Scrib. FURIAM, *una Calestem*, *virgines*. Sic apud Gruterum p. CCCXVIII. 4. *Sacerdoti* CÆLESTIS *incomparabili*. Tertullianus *Apol.* cap. XII. *Ad bestias impellimur: certe quas Libero & Cybele &* CÆLESTI *applicatis*. Vide & cap. XXIV. ac Th. Reinesium ad primæ Classis Inscript. XXIX. ID.

7. *Subornant aliis esse sub mysteria falsum*] Sensus quem fingit Rigaltius, ex hisce verbis exsculpi non potest. Fortean legendum:

Subornant aliis esse sub mysteria SACRUM.

Seu falso persuadent aliis, sanctum aliquid & divinum mysterium subesse. ID.



Majeſtatemque canunt, & ſe ſub figura fatigant. A
Vidiſtis ſæpe Dindymarios, quaſi fragore
Luxurias ineunt, dum furias fingere quærunt,
Aut cum dorſa ſua allidunt ſpurca bipenne:
Cum doctrina ſua ſervant quod cruore ſanant,
Reſpicite quo non illos nomine cogunt,
Ipſis qui ſe primum componunt integra mente.
Sed ſtipem ut tollant, ingenia talia quærunt.
Ex eo videte, quoniam ſunt omnia ficta.
Obumbrant populum ſimplicem, perituri ni credant.
Res ſemel in vano de vetuſtate proceſſit,
Ut [1] vaticinanti credatur prodenti falſa.
Majeſtas autem illorum nulla locuta eſt,

XVIII.

DE AMMUDATE ET DEO MAGNO.

Diximus jam multa de ſuperſtitione nefanda;
Et tamen exſequimur, ne quid præteriſſe dicamur.
Ammudatemque ſuum cultores more colebant: B
Magnus erat illis, quando fuit aurum in æde.
Mittebant capita ſub numine quaſi præſenti.
Ventum eſt ad ſummum, ut Cæſar tolleret aurum:
Defecit numen, aut fugit, aut tranſit in ignem.
Auctor hujus ſceleris conſtat, qui formabat eumdem.
Tot viros & magnos ſeducit falſe prophetans;
Et modo reticuit qui ſolebat eſſe divinus.
Erumpebant enim voces, quaſi mente mutata;
Tamquam illi deus ligni loqueretur in aurem.
Dicite nunc ipſi, ſi non ſint numina falſa?
Ex eo prodigio quot perdidit ille propheta?
Oblitus eſt iſte prophetare, qui ante ſolebat.
Monſtra adeo iſta ficta ſunt per vinivoraces;
Audacia quorum damnabilis numina fingit.
Geſtabant enim, & aruit tale ſigillum:
Nam & ipſe ſilet, nec ullus de illo prophetat
Omnino, ſed vos ipſos perdere vultis.

XIX.

NEMESIACIS VANIS.

Non ignominium eſt, virum ſeduci prudentem,
Et colere talem, aut Dianam dicere lignum? C
Mane ebrio, crudo, perituro creditis viro;
Ex arte qui ficte loquitur quid illi videtur:
Severe dum agit, [2] ſibi viſcera paſcit.

V. 211. *Et ſe ſub figura fatigant.*] Sub figura, ſub perſona; ficte, ſimulate. Pub. Syrus: *Heredis fletus ſub perſona riſus eſt.*

V. 212. *Vidiſtis ſæpe Dindymarios*] Dindymarii ſunt, pecora Dindymenæ Cybeles. Atys Catulli, ad ſuas Gallas: *Agite, ite ad alta Gallæ Cybeles nemora ſimul. Simul ite, Dindymenæ dominæ vaga pecora.* Martialis XI. 82. *Spado Dindymus.*

V. 214. *Aut cum dorſa ſua allidunt*] Circa iſtorum nebulonum præſtigias variant ſcriptores. Lucianus, lib. de Dea Syria, ΤΕΜΝΟΝΤΑΙ ΤΕ ΤΟΥC ΠΗΧΕΑC, ΚΑΙ ΤΟΙCΙ ΝΩΤΟΙCΙ ΠΡΟC ΑΛΛΗΛΟΥC ΤΥΠΤΟΝΤΑΙ. Apulejus, lib. VIII. *Brachiis ſuis humero tenus renudatis, attollentes immanes gladios ac ſecures, evantes exſiliunt; incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium.* Et paullo poſt: *Ad poſtremum ancipiti ferro quod gerebant, brachia ſua diſſecant.* Et poſt alia quædam: *Arrepto flagro --- indidem ſeſe multinodis commulcent ictibus: mira contra plagarum dolores præſumtione communiti.* D

— *Dorſa ſua allidunt ſpurca bipenne*] In apographo; *parca bipenne*. Commodianus aliquid heic propudioſe obſceni Gallis cinædis exprobrare videtur. Gloſſæ veteres: ΙCΧΙΟΝ, *Doſſum*, *Lumbi*. Gloſs. aliæ: ΟCΦΥΕC, ΙCΧΙΑ. Apulejus: *Cerneres profectu gladiorum, ictuque flagrorum, ſolum ſpurcitia ſanguinis effeminati madeſcere*, &c.

V. 215. *Cum doctrina ſua ſervant*] Hoc eſt: nequidquam doctrina ſua ſervant, neque item cruore ſuo ſanant.

V. 218. *Stipem ut tollant, ingenia talia quærunt*] Supra eadem Inſtr. dixit: *Dum vitam ſuam extricare quærunt.* Talia vero jam ævo ſuo agyrtarum ingenia fuiſſe teſtatur auctor libri *de morbo ſacro*, qui vulgo fertur Hippocratis: ΑΝΘΡΩΠΟΙ ΒΙΟΥ ΔΕΟΜΕΝΟΙ ΠΟΛΛΑ ΚΑΙ ΠΑΝΤΟΙΑ ΤΕΧΝΕΟΝΤΑΙ ΚΑΙ ΠΟΙΚΙΛΛΟΥCΙΝ.

— *Ingenia talia quærunt*] Sic apud Tertullianum: *Ingenium decoris: ingenia pœnarum: ingenia artium*, &c. E

V. 220. *Obumbrant populum*] Fallunt, objecta nube & umbra, fraudibus.

V. 221. *De vetuſtate proceſſit*] Ovidius IV. Faſt. — *pro magno teſte vetuſtas Creditur, acceptam parce movere fidem.*

V. 222. *Vaticinanti credatur prodenti falſa*] Forte hæc tranſpoſita fuere: *falſa prodenti.*

V. 223. *Majeſtas autem illorum nulla locuta eſt*] Hoc de ſimulacris gentium Commodianus, ex oraculo Pſalmi CXIII. *Os habent & non loquentur.* Majeſtas illorum, nempe ſimulacrorum de quibus eſt Inſtructionis titulus, *nulla locuta eſt*, hoc eſt, nihil locuta eſt: nulla fudit oracula.

DE AMMUDATE] Gratulabor monſtranti alium ſcriptorem, qui hujuſce numinis mentionem fecerit. Terminatio Perſicam vocem indicat; ut ſunt, Mithridates, Orondates, Tiridates, Meherdates. Et eſt apud Procopium in Perſicis ΑΜΜΟΥΔΙΟC, ager haud ignobilis, ΔΑΡΑC ΜΕΤΡΟΝ ΕΙΚΟCΙ CΤΑΔΙΩΝ ΑΠΕΧΩΝ, ubi caſtra Perſarum adverſus Romanos. Et apud Heſychium, *Datis*, nomen imperatoris Perſæ: ſed hæc, quam ſunt inania, ſi non aliunde confirmentur?

NEMESIACIS] De Gallis Cybeles, Idæis, Bellonariis, Iſiacis & Nemeſiacis etiam ſcripta Gentium profanarum confuſe differunt. Nemeſiacum deſcribit Apulejus Mil. VIII. *Infit vaticinatione clamoſa, conficto mendacio, ſemet ipſum inceſſere atque criminari, quaſi contra fas ſanctæ religionis deſignaſſet aliquid, & inſuper juſtas pœnas noxii facinoris ipſe de ſuis manibus expoſcere. Arrepto denique flagro*, & cetera, quæ ſupra de Dindymariis obſervavimus, ad Inſtr. XVII. Ubi de fragore quo luxurias ineunt, & furias fingunt: qui fragor & furor etiam Nemeſiacorum fuit, ut videre eſt in iſtis Apulejanis: *Ab ingreſſu primo ſtatim abſonis ululatibus conſtrepentes fanatice pervolant*, &c. Propterea Nemeſin Catullus deam vehementem eſſe dixit, epigrammate ad Licinum: *Ne pœnas Nemeſis repoſcat a te. Eſt vehemens dea, lædere hanc caveto.* Babrius, apud Suidam: ΠΑΡΗΝ Δ' Η ΝΕΜΕCΙC, Η Τ' ΑΔΙΚ' ΕΠΟΠΤΕΥΕΙ. Et alia hujuſmodi ibidem in hanc ſententiam de ſcriptoribus antiquis citata. Ammianus Marcellinus lib. XIV. *Hæc, & hujuſmodi quidem innumerabilia ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix operatur Adraſtia; quam vocabulo duplici etiam Nemeſin appellamus*, &c. Hanc denique Apul. lib. de Mundo, *Neceſſitatem* eſſe dicit *ultionis ineffugibilem.*

V. 244. *Non ignominium eſt*] Iſidorus lib. 4. cap. ult. ubi de pœnis, quæ ſunt legibus conſtitutæ, *Ignominium & Infamium.*

V. 248. *Sibi viſcera paſcit*] Apulejus: *Morſibus ſuos incurſant muſculos, brachia diſſecant.*

1. *Ut vaticinanti*] Hanc lectionem poſtulat Acroſtichidis ratio. Editi, *Et vaticinanti*. Perperam. DAVIS.

2. *Sibi viſcera paſcit*] Omnino lapſus eſt Rigaltius. Vult enim Commodianus, Nemeſiacum dum *ſevere* agit, ſeu flagris & gladio corpus lacerat, victum ſibi quærere. Hinc Inſtr. XVII. V. 213.

——— *Dum furias fingere quærunt*,

Aut cum dorſa ſua allidunt ſpurca bipenne ....
Obumbrant populum ſimplicem, perituri ni credant.

Apulejus *Metam.* lib. VIII. pag. 173. *Ubi tandem fatigati vel ... certe ... laniatu ... ſatiati, pauſam carnificinæ dedere, ſtipes ... æreas, immo vero & argenteas, multis certatim offerentibus, ... recepere patulo* cet. ID.

SÆCUL.III.
CIRCA
ANN. CHR.
280.



Incopriat cives unus deteſtabilis omnes.
Adplicuitque ſibi, ſimili collegio facto,
Cum quibus hiſtoriam fingit, ut deum adornet.
Ipſe ſibi neſcit divinare, ceteris audet.
Succollat, quando libet, eum, & quando, deponit.
Vertitur a ſe rotans cum ligno bifurci;
Ac ſi putes illum afflatum numine ligni.
Non deos vos colitis quos ipſi falſe prophetant;
Ipſos ſacerdotes colitis, in vano timentes.
Sed ſi corde viges, fuge jam ſacraria mortis.

XX.

TITANES.

Titanas vobis Tutanos dicitis eſſe.
Immites [1] tacitos ſub culmine veſtro rogatis.
Tot lares, ædiculas, ſimulacra ficta Titano.
Adoratis enim ſtulti malo leto defunctos;
Non legem ipſorum legentes: non ipſi loquuntur.
Et deos audetis æramine dicere fuſos.
Solveritis eos magis in vaſcula vobis.

XXI.

MONTESIANIS.

Montes & deos dicitis: dominentur in auro.
Obſcurati malo, aliena mente juvantes.
Nam, ſi purus animus & mens ſerena maneret,
Tu tibi de illis ipſi diſputare deberes.
Excordaris homo, ſi putas, ut ipſi te ſalvent.
Seu regant, ſeu minuant. Si quid tu ſani requiris,
Juſtitiam Legis quære magis: illa ſalutis
Auxilium portat, & fieri dicit æternum.
Nam [2] quod in vanis ſequeris, per tempora gaudet.
In brevi lætaris, & poſtmodum plangis in imis.
Subtrahe te illis, ſi vis reſurgere cum Chriſto.

XXII.

HEBETUDO SÆCULI.

Heu doleo, cives, ſic vos hebetari de mundo!
Excurrit alius ad ſortes, aves aſpicit alter,
Balantum cruore fuſo, [3] manus inſpicit alter,
Et cupit audire reſponſa vana credulus.
Tot duces, & reges ubi ſunt conſulti de vita,
Vel portenta ſua ſciſſe quid profuit illis?

V. 249. *Incopriat cives*] Conviciis, opprobriis conſpurcat, & quaſi ſtercore conſpergit. Gloſs. Iſidori a Vulcanio editæ: *Scurra, qui incopriatur. Scurrula, qui incopriat.* Scurras dictos fuiſſe Græco vocabulo ΚΟΠΡΙΟϹ, jam pridem ex Dione & Svetonio viri eruditiſſimi docuere. Suidas; ΚΟΠΡΙΟϹ ΑΝΗΡ ΩϹ ΑΠΟ ΔΗΜΟΤ, ΛΕΓΕΙ ΔΕ ΤΟΝ ΚΟΠΡΟΛΟΓΟΝ. In apographo legitur *incopiat*.

V. 254. *Vertitur a ſe rotans*] Planus ille artificio ligni decuſſatim bifurci rotat ſeſe, ut imperita plebecula correptum a numine exiſtimet, caducaria paſſione, ſubita ruina, vertigine & rotatione divina, axe divino circumactum. At naſuti rident impoſtorem, & inclamant: *Quære peregrinum*. &, *Tollat te qui non novit*.

— *Cum ligno bifurci*] Agrimenſores terminum dixere bifurcium, ungulam bifurcam.

V. 259. *Titanas vobis Tutanos*] *Titanas Mauri pro regibus colunt*. Arnob. lib. I.

V. 260. *Immites, tacitos*] In apographo; *Aut mutas, tacitas*.

V. 265. *Solveritis eos magis*] Utilius æramina illa conflata, & colliquefacta diſſolveritis, unde fiant *urceoli, pelves, ſartago, patellæ*. Juvenalis Sat. x. 64.

V. 266. *Montes & deos dicitis*] In apographo legitur, *Monteſes deos dicitis*, quod accedere videtur ad deos Montenſes: quorum mentio fit inſcrip. quadam apud Gruterum pag. XXI. 3. ubi legimus ex deorum Montenſium præcepto poſitam fuiſſe aram Jovi Fulgeratori. Nihilominus tamen ſcribendum heic eſſe arbitramur, *Montes & deos dicitis*; ut Monteſiani Commodiano ſint, qui numina quædam in Montibus eſſe crederent. Ideoque ait: *dominentur in auro Obſcurati malo*; avaritiem damnans eorum, qui felicitatis humanæ ſummam ponebant in nummis & auri congerie: quod eſt malorum omnium irritamentum. Iſti, inquit, dii dominentur in auro obſcurati malo; quaſi deſcribat deos illos Manes Metallorum cuſtodes ſub obſcuris & intimis montium cavis, invidentes mortalibus, nimium cupidis theſaurorum: qui nempe dii ſi forte proſint ſuffodientibus montium latebras avaris, proſunt inviti, tamquam nolentes, & aliena mente; hoc eſt, animo prorſus alieno ſic juvantes, ut dici non debeant dediſſe, quod niſi rapina non tollitur: nimirum expugnatione ac ruina montis, multo igne, aceto multo ſuffoſſi ruptique. Plinius, Hiſt. nat. XXXIII. principio libri: *Perſequimur omnes telluris fibras, videmuſque excavatos montes, mirantes dehiſcere aliquando, aut intremiſcere illam: ceu vero non hoc etiam exemplum indignationis ſacræ parentis exprimi poſſit. Imus in viſcera ejus, & in ſede Manium opes quærimus. Illa nos ad inferos agunt, quæ occultavit atque demerſit. Utinamque poſſet e vita in totum abdicari aurum*; ſacra fames, *ut celeberrimi auctores dixere, proſciſſum conviciis ab optimis quibuſque, & ad perniciem vitæ repertum*. Et cap. IV. *Opem vicerit gigantum*. Et paullo poſt: *Relinquuntur itaque fornices crebri montibus ſuſtinendis. Occurſant ſilices: hos igni & aceto rumpunt*. Et poſt alia quædam: *Manes trahuntur ad homines, ut vitium importent*.

V. 281. *Tot duces & reges ubi ſunt conſulti de vita*] Hujuſce artis aſtronomicæ profeſſor Julius Firmicus lib. II. cap. ultimo, per adulationis aulicæ prudentiam diſciplinæ ſuæ prævaricator eſſe maluit, quam periclitari quid etiam circa regum ſive imperatorum geneſeis valeret. *Cave*, inquit, *ne quando de ſtatu reipublicæ, vel de vita Romani imperatoris aliquid interroganti reſpondeas. Non enim oportet, nec licet, ut de ſtatu reipublicæ aliquid nefaria curioſitate diſcamus. Sed nec aliquis Mathematicus verum aliquid de fato imperatoris definire potuit. Solus enim imperator ſtellarum non ſubjacet curſibus: & ſolus eſt, in cujus fato ſtellæ decernendi non habent poteſtatem*, &c.

V. 282. *Portenta ſua ſciſſe*] Quibus de ſe aliquid ſignificatur ac præmonſtratur. Gloſſæ veteres: *Portendit*, CHMAINEI ΔΙΑ ΤΕΡΑϹ.

1. *Immites, tacitos ſub culmine veſtro rogatis. Tot lares*] Exemplar ms. *Aut mutas, tacitas*: a quo nimium receſſit Rigaltius. Forſan leg. *Ita* MUTÆ TACITÆ *ſub culmine veſtro rogatis Tot lares*. nam Lares, Mutæ deæ filii. Lactantius *Div. Inſt.* I. 20. *Hanc* (Mutam) *eſſe dicunt, ex qua ſint nati Lares*. Vide ſis Ovid. *Faſt.* II. 572. 583. ſeqq. Statim vero legendum *adicula*: quod Latini ſermonis ratio demonſtrat. DAVIS.

2. *Nam quod in vanis ſequeris, per tempora gaudet*] Leg. *Nam quod* INANES *ſequeris, per tempora* GAUDES. Commodianus Inſtr. II. ℣. 12.


Nolite, inquit, adorare deos INANES.

Lactantius *Div. Inſt.* II. 1. *Geſtio enim convictis* INANIBUS (alii codd. MANIBUS) — *ſingularis Dei adſerere majeſtatem*. ID.

3. *Manus inſpicit alter*] Legendum crediderim,

Balantum cruore fuſo, MANES ELICIT *alter*.

Nam beſtiarum ſanguinem mortuis evocandis adhibebant, ut patet ex Homero *Odyſſ.* A. 36. & Iſidoro *Origin.* lib. VIII. cap. IX. ne plures memorem. Immo nonumquam humano cruore non abſtinebant. Vide Janum Broukhuſium ad *Tibulli* lib. I. Eleg. II. 45. ID.



Discite quæso bonum, cives, simulacra cavete: A
Omnipotentis enim in Lege quærite cuncti.
Sic ipsi complacuit Domino dominorum in altis,
Ad probationem nostram dæmonas [1] in mundo vagari.
Et tamen ex alia parte mandata præmisit,
Cælestes fieri qui relinquunt aras eorum.
Unde non hoc curo disputare parvo libello:
Lex docet, in medio ciet, Consulite pro vobis.
In [2] duas intrastis vias, condicite rectam.

XXIII.

DE UBIQUE PARATIS.

Dum ventri servis, innocentem esse te dicis,
Et quasi communis facis te ubique paratum.
Væ tibi stulte homo, mortem circumspicis ipse.
Barbaro de more sine lege vivere quæris;
Ipse tibi hymnificas etiam incinere de verbo,
Qui simplicem fingis: Simpliciter vivo cum isto. B
Vivere te credis, dum ventrem cupis implere.
Exiguus tua in domo residere prave;
Paratus ad epulas, & refugiscere præcepta.
Aut quia discredis Deum judicare defunctos;
Rectorem cæli facis te inepte pro illo.
Aspicis ad ventrem, quasi tu sis providus illi.
Tu modo profanus, modo sanctus esse videris.
In supplicem prodis dei, sub aspectu tyranni.
Senties in fatis cujus modo lege juvaris.

XXIV.

INTER UTRUMQUE VIVENTIBUS.

Inter utrumque putans dubie vivendo cavere,
Nudatus a Lege, decrepitus luxu [3] præcedis.
Tot vane prospicis, quid quæris iniqua?
Et quidquid egisti istinc remanere defuncto,
Respice tu stulte: non eras, & ecce videris.
Unde processisti nescis, nec unde nutriris; C
Tu Deum excelsum fugis tuæ vitæ benignum,
Rectoremque tuum, qui te magis vivere vellet:
Vertis te in faciem & dorsum deo remittis:
Mergis te in tenebras, dum putas te in luce morari.
Quid in synagoga decurris ad Pharisæos,
Ut tibi misericors fiat, quem denegas ultro?
Exis inde foris, iterum tu fana requiris.
Vis inter utrumque vivere, sed inde peribis.
Insuper & dicis, Quis est qui a morte redemit?
Ut credamus ei, quoniam ibi pœnæ aguntur,
Eja, non sic, ut putas esse, maligne.
Nam illi prodest post funera, recte qui vixit.
Tu tamen mox moriens duceris in loco maligno:
In Christo credentes autem in loco benigno:
Blanditurque quibus hæret amœnitas illa.
Vobis autem dubiis, in vos sine corpore pœna,
Suscitat in fratrem tortoris ordo clamare.

XXV.

QUI TIMENT, ET NON CREDENT.

Quamdiu, stulte homo, Christum agnoscere non vis?
Vitas agrum pinguem, & sterili semina jactas.
In silva manere quæris, ubi latro moratur.
Tu dicis, Et ego Dei sum; & foras oberras.
Ingredere jam nunc toties invitatus in aulam.

V. 293. *Et quasi communis*] Ambiguum est in apographo, *communis* legi debeat, an *comis*. *Communem animum & levem* dixit Terentius.

V. 295. *Barbaro de more*] Barbaros mores nuncupat, ritus ac religiones Gentium minime Christianarum, sæculi ritus, non Ecclesiæ.

V. 296. *Ipse tibi hymnificas*] In apographo legitur, *hynnificis* quasi alludat Commodianus ad hinnitum jumenti. Et Græca phrasi dixerit, *Ipse tibi hinnificas incinere*. Ipse tamen Instructione LX. dicet *chorum hymnificatum*, pro Ecclesia quæ delectari solet hymnis & laudibus Dei ac Domini nostri. Latina versio Esaiæ x. 30. *Hinni voce tua, filia Gallim*.

V. 299. *Exiguus tua in domo*] Domi tuæ exilis & præparcus.

V. 300. *Paratus ad epulas*] Potentiorum: etiam ubi apponuntur idolothyta.

— *Et refugiscere præcepta*] Christi Domini, sive disciplinæ Ecclesiasticæ, & Christianæ caritatis agapas.

V. 305. *In supplicem prodis dei*] Hoc est, Christo supplicas, adgeniculatus simulacro Jovis.

— *Sub aspectu tyranni*] Tyrannum dicit, Cæsarem non Christianum: simulacrum Jovis, diabolum.

V. 308. *Nudatus a Lege*] Viduus operibus indictis lege Christiana.

— *Præcedis*] Præcessisse dicuntur Christiani, qui sunt in Ecclesiæ pace dimissi ad Dominum.

V. 317. *Quid in syn. decurris ad Pharisæos*] In apographo legitur: *decurris sæpe bifarios*.

V. 325. *Duceris in loco maligno*] Ad male Christianum: D *duceris*, inquit, *in loco maligno*. Ad vere Christianum: *duceris in loco benigno*. Extra hosce duos ordines sanctus Ephrem Syrus, ævo Commodiani proximus, ab Hieronymo, libro de Scriptoribus Ecclesiasticis, laudatus, alium non esse medium ordinem docet. Deinde ait: *Loquor autem de altero quidem superno, altero vero inferno, inter quos medians est varietas differentiæ retributionum*. Idem paullo post: *Effugere gehennam, hoc ipsum est regnum cælorum ingredi: quemadmodum & eo excidere, est gehennam introire*. Hæc sunt a Gerardo Vossio de Græcis nondum editis Latine versa; atque ut ipse Vossius editione sua censuit, neutiquam Purgatorio præjudicant. Tertullianus ad Animam: *Affirmamus te manere post vitæ dispunctionem, & exspectare diem judicii, proque meritis aut cruciatui destinari aut refrigerio: utroque sempiterno*.

V. 327. *Quibus hæret amœnitas illa*] Amœnitatem intelligit Millenariorum.

V. 328. *In vos sine corpore pœna*] Ignis æternus, qui etiam animas torret, exutas corpore. E

V. 329. *Suscitat in fratrem clamare*] Per *fratrem*, intelligit fidelem, Christianum. *Suscitat in fratrem clamare*, hoc est, advocare fratris auxilium; sicuti faciebat dives ille purpuratus clamans ad Lazarum, ut intingueret extremum digiti sui in aquam. Lucæ XVI. 24.

— *Tor[illegible]*] Tentatoris, diaboli, exprobrantis damnato caussam suæ damnationis; ut hanc etiam adjiciat damnati supplicio contumeliam.

V. 334. *Ingredere jam nunc toties invitatus*] Instructione XXXIII. *[illegible] ad præsepe pastoris*.

1. *Dæmonas in mundo vagari*] Baluzius ad Cyprianum *de Idolor. vanit.* pag. 571. edit. Paris. 1726. testatur, in veteri codice S. Albini Andegavensis legi *dæmones in mundo vagi*. Ita ipsemet Commodianus Instr. III. ℣. 36.
Unde modo vagi subvertunt corpora multa.

2. *In duas intrastis vias*] De in-bus vi's multa collegerunt H. Menardus & J. B. Cotelerius ad *Barnabæ* epist. cap. XVIII. In sequentibus leg. CONDISCITE *rectam*. DAVIS.

3. *Luxu præcedis*] Leg. *procedis*. ID.

Matura jam messis, tempus totidemque paratum.
Ecce modo mete: quid? non te pœnitet? inde
Nunc, si non habes, collige: vindemia vina.
Tempus adest vitæ credendi tempore mortis.
Est Dei lex prima fundamentum posteræ legis.
Te quidem signabat crediturum in lege secunda,
Nec minæ ex ipso, sed ex ipsa tibi potentes:
Obstupe jam factus, jura te credere Christo;
Nam testamentum vetus de illo proclamat.
Credere enim opus est tantum in ipso defuncto,
Resurgere posse, vivere tempore toto.
Ergo si quis ea discredis esse futura,
Dummodo vincetur reus in morte secunda,
Eventura canam paucis in isto libello.
Nam cognosci potest, ubi sit spes anteponenda.
Tamen vos adhortor quantocius credere Christo.

XXVI.

REPUGNANTIBUS ADVERSUS LEGEM CHRISTI DEI VIVI.

Respuis infelix bonum disciplinæ cælestis,
Et ruis in mortem, dum vis sine freno vagari.
Perdunt te luxuria & brevia gaudia mundi:
Unde sub inferno cruciaberis tempore toto,
Gaudia sunt vana quibus oblectaris inepte.
Non illa te reddunt hominem fuisse defunctum?
Anni te non possunt jam triginta reddere doctum?
Nescius si primum errasti, respice canum.
Tu putas nunc vitam istic perfrui lætam
Injurias inter: ibi sunt damna tuorum,
Bella, vel infandæ fraudes, cum sanguine furta,
Ulceribus corpus vexatur, gemiturque, ploratur,
Seu [1] leves invadit, aut longo morbo teneris,
Aut natis orbaris, aut perdita conjuge defles.
Deseritur totum: heu! ruunt dignitates ab alto,
Vitiis, pauperie, dupliciter certe si languis:
Et dicis vitam, ubi vitrea vita mortalis?
Respice jam tandem hoc tempus inritum esse:
Sed in futuro tibi spes est sine dolo vivendi,
Vivere volebant utique parvuli rapti,
Sed vita privati juvenes senescere forte,
Lætitios dies, perfruique ipsi parabant;
Et tamen inviti reponimus omnia mundo.
Gens & ego fui perversa mente moratus,
Et vitam istius sæculi veram esse putabam;
Mortemque similiter sicut vos judicabam adesse;
Cum semel exisset, animum periisse defunctum.
Hæc autem sic non sunt, sed conditor orbis & auctor
Requisivit enim fratrem a fratre peremtum.
Impie [2] dic, inquit, Ubinam frater? ille negavit.
Sanguis enim fratris ad me proclamavit in altum.
Torqueris, video, ubi nil sentire putabas:
Ille autem vivit, & loca dextera tenet;
Delicias fruitur, quas tu perdidisti, nefande;
Et cum revocasti sæculum; & ille prægressus,
Immortalis erit; nam tu sub tartara planges.
Vivit certe Deus, qui defunctos vivere fecit;
Innocuisque bonis ut reddat præmia digna:
Vesanis autem & impiis tartara sæva.
Incipe sentire judicia Dei, seducte.

XXVII.

STULTE, NON PERMORERIS DEO.

Stulte, non permoreris, nec mortuus effugis Altum.
Tu licet disponas nihil te sentire defunctum,
Vinceris insipiens: vivit Deus conditor orbis,
Legitima cujus clamant valere defunctos.
Tu autem dum præceps sine Deo vivere quæris,
Extinctum [3] in fatis judicas, & fatale credis.
Non ita disposuit, ut tu putas, Deus æternus,
Oblivitos esse mortuos de gesto priore.
Nunc nobis imperitans fecit receptacula mortis;

V. 335. *Tempus totidemque paratum*] *Totidem* pro etiam, consimiliter, ut supra.

V. 339. *Est Dei lex prima*] Vetus testamentum præ se tulit umbras & sacramenta sive mysteria Novi.

V. 341. *Nec minæ ex ipso*] Deo, scilicet. Nam te salvum fieri vult Deus. Ideoque posita lege monstravit tibi viam salutis: quam si pravitate tua derelinquas, jam ipsa tibi via comminatur exitium.

V. 342. *Obstupe jam factus*] Varro in libris de re rust. dixit: *Excande me fecerunt*, & *Consue quoque faciunt*, & *Perferue ita fit*. Ennius autem dixerat — *Saxo cere comminuam brum.*

V. 347. *Vincetur reus*] Convincetur.

— *In morte secunda*] Post corporis mortem, anima mortis æternæ pœnis addicta. Apoc. II. *Qui vicerit, non lædetur a morte secunda*. Tertullianus libro de Fuga in persec. *In stagno sulphuris & ignis, quod est mors secunda.*

V. 351. *Disciplinæ cælestis*] Divinæ, Christianæ.

V. 356. *Non illa te reddunt hom. fuisse def.*] Cogitatio mortis non te reddit tibi? non te revocat ad temet ipsum? ad mentem sanam? Fortean vero legendum, *Terrebunt*. Non te illa terrebit cogitatio, adfore tempus, vel intra paucos dies futurum te in statu hominis defuncti, cujus anima corripietur a dæmone crucianda?

V. 366. *Dupliciter certe si languis*] Si langues, si languore aliquo diuturno consumeris; atque ut supra dixit: *si longo morbo teneris*. Unde illud: *Genus esse misericordiæ, cito occidi*.

V. 367. *Vitrea vita*] Quod de fortuna dixit vetus scriptor, hoc de vita humana verissime dicatur: *Vita nostra vitrea est: tunc quum splendet, frangitur*.

V. 372. *Lætitios dies*] Lætitiæ, Lætificos, Lætos. Valde mihi suspecta est istius vocabuli formatura, nec pronuntiari quidquam potest, nisi inspecto codice antiquo. Vetus Interpres Latinus Epistolæ, quæ dicitur Barnabæ, ΕΥΦΡΟϹΥΝΗΝ vertit *lætationem*. In edit. Paris. prave legitur: *legationem*.

V. 380. *Ille negavit*] Etenim respondit: *Nescio*. Negavit scire se, quod certissime sciebat; nam ipse recens adhuc erat a fratris nece; atque hoc mentitus Deo in quem non cadit ignorantia, impudentissime negavit Deum; & sacrilego mendacio, Dei scientiam suffurari, & quasi occidere conatus est: optavit eripi Deo divinitatem, ΤΟ ΘΕΙΟΝ.

V. 385. *Et cum revoc. sæculum*] Repugnans adversus legem Christi, revocasti sæculum, revocasti diabolum, cui renuntiaveras.

NON PERMORERIS DEO] Non sic moreris, ut vel mortuus, effugias Dei manus; ut jam in defunctum Deus non habeat quid faciat.

V. 393. *Vinceris insipiens*] Etiam invitus insipientiæ teneris.

V. 394. *Legitima cujus clamant*] Legitima dicit leges & mandata Christi: disciplina ex fide custodita.

— *Valere defunctos*] Vocatos scilicet ad vitam æternam.

V. 398. *Oblivitos esse mortuos*] Oblivioni tradita esse, quæ defunctus quisque gessit olim, dum viveret in corpore.

1. *Seu leves invadit*] Omnino scribendum, *seu* LEVIS *invadit*, morbus scilicet. DAVIS.

2. *Impie dic, inquit, Ubinam frater?*] Ad Caini & Abelis historiam respicit. Vide *Gen.* IV. 9. ID.

3. *Extinctum in fatis*] Extinctionem, mortem. ID.

Post cineres autem nostros videbimus illa.
Exuere stulte, qui putas per funera ut non sis;
Rectorem dominumque tuum nil posse fecisti:
Mors autem in vacuum non est, si corde retractes.
Optandum noscas: nam sero senties illum,
Rector eras carnis; non te certe caro regebat.
Exemtus ab illa, reconditur illa, tu horsum:
Recte mortalis homo separatur a carne:
Idcirco non poterunt oculi mortales æquari.
Sic habet abyssus noster de Dei secreto.
Da nunc ergo Deo, fragilis dum moreris, honorem:
Et crede quod Christus vivum te de mortuo reddet.
Omnipotenti laudes in Ecclesia reddere debes.

XXVIII.

JUSTI RESURGUNT.

Justitia & bonitas, pax & patientia vera
Vivere post fata faciunt, & cura de actu.
Subdola mens autem, noxia, perfida, prava,
Tollit se in partes, & fera morte moratur.
Impie, nunc audi, quid per malefacta lucraris;
Respice terrenos judices, in corpore qui nunc
Excruciant pœnis diros: aut ferro parantur
Supplicia meritis, aut longo carcere flere.
Ultime tu speras Deum irridere cælestem,
Rectoremque poli, per quem sunt omnia facta?
Grassaris, insanis, detractas nunc & Dei nomen;
Unde non effugies: pœnas per factaque ponet.
Nunc volo sis cautus, ne venias ignis in æstum.
Trade te jam Christo, ut te benefacta sequantur.

XXIX.

DIVITI INCREDULO MALO.

Differes, dives, nimium tua cuncta videndo
Insatiabiliter, quibus adhuc adhærere quæris.
Vivere post ista, dicis, non spero defunctus.
Ingrate summo Deo, qui sic Deum judicas esse;
Te [1] qui nesciente protulit, deinde nutrivit:
Ipse prata tua gubernat, vineas ipse,
Ipse gregem pecorum, & quidquid possides ipse.
Nec istis attendis, aut tu regis omnia forte.
Cælum hoc & terram & maria salsa qui fecit,
Reddere decrevit nos ipsos in aureo sæclo;
Et modo si credis, vivitur in Dei secreto.
Disce Deum, stulte, qui vult te immortalem adesse,
Ut gratias illi referas in agone perennes.
Lex docet ipsius, sed quia vagari tu quæris,
Omnia discredis, & inde in tartaros ibis:
Mox animam reddis, duceris quo te pœnitet esse.
Adluitur ibi pœna spiritalis æterna;
Lugia sunt semper, nec permoreris in illa,
Omnipotentem Deum jam nunc ibi sero proclamans.

XXX.

DIVITES HUMILES ESTOTE.

Disce, moriture, bonum te ostendere cunctis.
In medio populi quid te facis alterum esse?
Vadis ubi nescis, & inscius inde recedis.
Impie tractas, cum ipso corpore sitis
Tu semper divitias: nimium te tollis in altum,
Et typhum ducis, nec respicis pauperes ultro.
Subditos nunc vobis, nec parentes pascitis ipsos.
Heu miseri! fugiant longius mediocres a vobis.
Vixit: &, Extinxi. Pauper, ΕΥΡΗΚΑ, clamat.
Mox furiis ageris, cum pereas ipse, Charybdis.
Indisciplinati sic vos divites estis.
Legem datis istis, non vobis paratis ipsis.
Exue te dives tantis malis, Deo perversus,
Subveniat utique tibi quod nunc [2] operasti, si forte.
Estote comes minimis, dum tempus habetis,
Sicut ulmus amat vitem, sic ipsi pusillos.
Terribilem legem malis, bonis æque benignam
Observa nunc sterilis, subtutus in prosperis esto:
Tollite corda fraudis divites, & sumite pacis.
Et spectate malum vestrum. Benefacitis? Adsum.

V. 401. *Exuere stulte qui putas*] Qui te per mortem sic exui putas, ut jam sis nullus, nec amplius tui supersit quidquam.
V. 404. *Optandum noscas*] Illum videlicet Deum Patrem ac Dominum nostrum.
V. 406. *Reconditur illa*] Sepulcro.
— *Tu*] Anima tua; principalissima pars tui.
— *Horsum*] Horsum se capessit.
V. 408. *Non poterunt æquari*] Divinis.
V. 414. *Cura de actu*] Supra dixit: *de gesto priore*.
V. 419. *Excruciant pœnis diros*] Sic de ipso Christo, Instruct. XXXVI. *per crucem dirus*. Glossæ veteres: *Dirus*, ΘΕΟΧΟΛΩΤΟΣ, ΔΕΙΝΟΣ. *Diritas*, ΔΕΙΝΟΤΗΣ. Aliæ Glossæ: ΔΕΙΝΟΣ, *Malitiosus*, *iniquus*, *sævus*, *trux*, *acerbus*, *atrox*. ΔΕΙΝΟΠΟΙΩ, *acerbo*, *inacerbo*. Et alibi: ΘΕΟΧΟΛΩΤΟΣ *Deiratus*, *ms. deo iratus*. Et apud Festum: Dirus *dei ira natus*. Juvenalis, *dis ille iratis genitus*.
V. 436. *In aureo sæclo*] In aurea Jerusalem: illo scilicet millenario inoffensæ felicitatis curriculo.
V. 437. *In Dei secreto*] Supra dixit: *Sic habet abyssus noster de Dei secreto*.
V. 444. *Lugia sunt semper*] Fletus & stridor dentium.
V. 454. *Pauper*, ΕΥΡΗΚΑ, *clamat*] In apographo: *Vixit & extinxit pauper Ebrea clamor*. Emendatio præclara: *Vixit, & Extinxi. Pauper* ΕΥΡΗΚΑ *clamat*. Ait Commodianus versu præcedenti: *Heu miseri! fugiant longius mediocres a vobis*: divitibus, scilicet. Deinde divitem inducit obloquentem in funere pauperis, quasi dum viveret importuni, ac nimium instantis: Abegi tandem magnam a me molestiam: Vixit putidus ille Lazarus. Extinxi miserum. Tum de pauperis anima corpore exuta, & jam in cælum assumta. *Pauper*, inquit Commodianus, ΕΥΡΗΚΑ *clamat*: quod est: Inveni quod optaveram, quod petieram a Domino: Teneo viam qua itur in cælum. Sic autem in ipsa lapidatione Stephanus: *Video cælos apertos* &c.
V. 455. *Furiis Charybdis*] Angelis satanæ in inferni voragine, ubi non est substantia, sed inenatabile profundum.
V. 463. *Observa nunc sterilis*] De sterilibus Christianis dicetur Instr. LV.
V. 465. *Benefacitis? Adsum*] Hoc ex persona Dei misericordiam offerentis, & resipiscenti gratiam atque auxilium præsentissimum suggerentis, se ipsum videlicet omnimodæ felicitatis auctorem.

1. *Te qui nesciente protulit*] Leg. *Te qui* NESCIENTEM *protulit*. DAVIS.
2. *Operasti*] Hoc est, operatus est. Ἀρχαϊκῶς, vel si mavis, barbare. Simili licentia dixit Instr. XXXI. ℣. 466. INTUITE *dicta Salomonis*. Iterum Instr. XXXIX. ℣. 481. BACCHENT *aulica semper*. ID.

XXXI.

JUDICIBUS.

Intuite dicta Salomonis, judices omnes,
Uno verbo suo qualiter vos ille detractat.
Dona [1] quam & xenia corrumpunt judices: inde
Inde jus sequitur: datores semper amatis;
Cumque erit caussa, victoriam tollit iniqua.
Innocens sic ego sum, nec vos incuso pusillus,
Blasphemium tollit Salomon quia aperte.
Vobis autem [2] deus est venter & præmia jura.
Suggerit hoc Paullus Apostolus, non ego duplex.

XXXII.

SIBI PLACENTIBUS.

Si locus aut tempus favet, aut persona provexit;
Judex esto novus: quid nunc extolleris inde?
Blasphemas indocilis, de cujus præstantia vivis,
In fragilitate tanta non respicis umquam.
Per gradus & lucra avidus fortunæ præsumis;
Lex tibi non ulla est, nec te in prosperitate dinoscis.
Auro licet censeantur, bacchent aulica semper;
Cruciarium Domini si non adorasti, peristi.
Et locus & tempus & persona tibi donatur
Nunc, si tamen credis: sin autem, pro eo timebis.
Tempera te Christo; & cervicem illi depone.
Isti honor remanet & tota fiducia rerum.
Blanditur quando tibi tempus, cautior esto.
Ultima fatorum non providens quæ te oportet,
Sine Christo revivíscere non potes umquam.

XXXIII.

GENTILIBUS.

Gens sine pastore ferox, jam noli vagare.
Et ego qui moneo idem fui, nescius, errans.
Nunc ideo Domini figuram sumite vestri:
Tollite corda fera & exasperata sursum:
Intrate [3] stabiles Silvestri ad præsepe pastoris,
Latronibus tuti sub regia tecta manentes.
In silva lupi sunt; ideo refugite sub antro.
Bellaris, insanis, nec respicis ubi moraris.
Uni crede Deo, uti mortuus vivere possis;
Surgas & in regno cum fiet resurrectio justis.

V. 470. *Victoriam tollit iniqua*] In apographo legitur, *victoria tollit iniquam*.

V. 472. *Blasphemium tollit Salomon*] Sic in apographo legitur, ut supra, *Ignominium*, & *Infamium*, Instr. XIX.

V. 476. *Judex esto novus*] Novum magistratum adeptus.

V. 477. *De cujus præstantia*] Dei, qui tanta tibi tam liberali manu præstat.

V. 482. *Cruciarium Domini*] Sic legitur in apographo: *Cruciatum Domini*, *Crucem Christi*, *Christum crucifixum*. ΤΟΝ ΜΕΓΑΝ ΕΚΕΙΝΟΝ ΤΟΝ ΕΝ ΤΗ ΠΑΛΑΙCΤΙΝΗ ΑΝΑCΚΟΛΟΠΙCΘΕΝΤΑ. Pro Cruciario, Græci dixere Martyrium: quo nomine vocitatam fuisse basilicam, a Constantino Cæsare magnifice excultam, narrat Eucherius episcopus Lugdunensis libello, *de Urbis Hierosolymitanæ situ*. Ex eo vero in Vaticana libello, doctissimus Jac. Sirmondus observavit alteram quoque basilicam ejusdem Constantini erectam fuisse, appellatamque proprio nomine, *Anastasin*. Hanc certe Latini scriptores eo jure nuncupaverint Resurrectionem, quo jure Græci crucem dixere Martyrium, basilicæ illius nomen, cujus præcipue mentionem fecit Eucherius. Porro vocabulum illud, ΑΝΑCΤΑCΙΝ, pro ipsa fidelium Resurrectione, Commodianus noster ad sua Latina transtulit, Instr. XLIII. Nemo tamen idcirco basilicæ quoque nomen fuisse negaverit. Sed nummum sub Constantino cusum, cujus pars anterior exhibet viri, absque nomine ullo, vultum; posterior vero, templi inter duos milites structuram; Christi Domini effigiem præferre, non alio magis argumento probabitur, quam quod Christus ipse dixerit, destructurum se templum hoc, se ipsum demonstrans, & triduo post reparaturum; hoc est, se quoque ipsum resurrecturum, significans. Absque illo certe significatu, adversus eos qui forte vultum illum esse negaverint Christi, multo levioribus aget conjecturis, qui contradicet. Jam si veram illic esse Christi effigiem, perque annos trecentos servatam fuisse archetypi fidem credimus, cur tamdiu premitur res tanto studio cultuque Christianis omnibus conspicienda? cur autem apud illos tamdiu latuit, qui tam formosum sibi depingi Christum volunt? Etenim Sirmondus qui nummum vidit, hoc tantum ait, faciem esse vividam & gravem. Austeram alicubi dixi, ut sic quam minime derogarem traditionibus Patrum, primo illo Christi sæculo proximorum, quibus nec pudori fuit neque fraudi, neque item odio, ΤΟ ΔΥCΕΙΔΕC, ΤΟ ΑΕΙΔΕC, ΤΟ ΕΥΤΕΛΕC ΚΑΙ ΤΗΝ ΟΨΙΝ ΑΙCΧΡΗΝ.

V. 485. *Tempera te Christo*] Obtempera Christo: Compone vitam tuam ad Christi leges, secundum mandata Christi.

GENTILIBUS] Omnibus quidem; sed iis præsertim, qui adhuc per Italiam passim & Romæ sæviebant in Christianos, aut Christi nomen sive disciplinam oderant ac deridebant.

V. 492. *Domini figuram sumite vestri*] Induite Christum Dominum. Paul. ad Rom. XIII. 14. & ad Galat. III. 27. *In baptismo Christum induistis*. Sumite figuram, characterem Christi. Hoc est: Servate mandata & præcepta. Ipse Christus, Matth. XI. 29. *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde*. Unde subjungit Commodianus: *Tollite corda fera*.

V. 493. *Tollite corda sursum*] Alludit ad solemnem formulam, *Sursum corda*.

V. 494. *Intrate stabiles*] In apographo, *Intrate stabilis silvestri ad præsepia tauri*. In promtu fuit emendatio: *Intrate stabiles Silvestri ad præsepe pastoris*. Quæ verba ad Ecclesiæ Romanæ præstantiam faciunt non mediocriter.

V. 495. *Sub regia tecta*] In Ecclesia Christi. Sub rege Christo.

V. 496. *Refugite sub antro*] In cryptis Ecclesiæ Christianæ. Et fortean alludit ad illud temporis, quo Silvester, ad montem Soractem cum suis clericis delituisse creditur.

1. *Dona quam & xenia corrumpunt judices*] Respicit, uti quidem credo, ad *Eccle.* III. 16. In quem locum sic Hieronymus tom. V. pag. 10. edit. Victor. *Manifestus sensus est, sed nubilo interpretationis obvolvitur. Sub sole, inquit, iste veritatem & judicium exquisivi: & vidi etiam inter judicum ipsa subsellia, non veritatem valere, sed munera*. Vide Psal. LXXXI. 2. DAVIS.

2. *Deus est venter*] In animo habuit Commodianus *Philipp.* III. 19. ID.

3. *Intrate stabiles Silvestri ad præsepe pastoris*] Nimium profecto recessisse videtur Rigaltius ab apographi lectione, quæ ipso teste sic se habet:

Intrate stabilis silvestri ad præsepia tauri.

Sirmondus apud Fabricium in *Delect. Argument.* pag. 229. legebat:

Intrate stabiles vestra ad præsepia tauri.

Quæ magis placet quam Dodvelliana:

Intrate stabula silvestres ad præsepia tauri.

Davisius tamen Dodvvello accedit; qui quidem pluribus suam hujus loci emendationem tuetur in dissertatione *de Commodiani ætate* §§. VI. & IX.

XXXIV.

ITEM GENTILIBUS IGNARIS.

Indomita cervix respuit jugum ferre laboris; A
Tunc juvat in campis crassis satiari siliquis:
Et tamen invita domatur utilis equa,
Minuiturque ferox esse, primum dedomata.
Gens, homo, tu frater, noli pecus esse ferinum,
Erue te tandem, & tecum ipse retracta;
Non utique pecus, nec bestia es, sed homo natus;
Tu te ipse doma sapiens, & [1] intra sub arma,
Idola qui sequeris, nihil nisi vanitas ævi:
Levia vos corda perdunt pæne liberatos.
Ibi aurum, vestes, argentum ulnis refertur;
Bellatur ibi, dein cantatur pro psalmis Amor.
Vitam esse putas, ubi ludis, aut prospicis ista?
Sortiris, ignare, extincta, aurea quæris;
Inde non effugies pestem, licet ipse divinus.
Gratiam quam misit Dominus in terra legendam,
Non requiris eam, sed sic quasi [2] bestius errans.
Aurea præfata venient tibi sæcla, si credis,
Rursus & incipies immortale vivere semper.
Illud quoque datur scire quod ante fuisti:
Subjectum te præbe Deo, qui cuncta gubernat.

XXXV.

[3] DE LIGNO VITÆ ET MORTIS.

Adam protolapsus, ut Dei præcepta vitaret, B
Belias [4] tentator fuit de invidia palmæ;
Contulit & nobis seu boni seu mali quod egit,
Dux [5] nati nativitatis, morimur indeque per illum:
Ex divino ipse ut recedens exsul a verbo.
Finitis sex millibus annis immortales erimus.
Gustato pomi ligno mors intravit in orbem:
Hoc ligno mortis generamur vitæ futuræ.
In ligno pendet vita ferens poma, præcepta.
Cavete [6] nunc vitalia poma credentes.
Lex a ligno data est homini primitivo timenda,
Mors unde provenit neglecta lege primordi:
Nunc extende manum, & sume de ligno vitali.
Optima lex Domini sequens de ligno processit.
Perdita lex prima; gustat unde licet illi,
Qui deos adorat vetitos, mala gaudia vitæ.
Respuite gustum; sufficiet scire quod esset.
Si vivere vultis, reddite vos legi secundæ.
Templorum culturas, [7] dæmonum fata vitate
Vertite vos Christo, & eritis Deo sodales.
Xanta Dei lex est, quæ mortuos vivere docet.
Ymnum sibi solus Dominus proferre præcepit;
Zabolicam [8] legem omnes omnino vitate.

V. 501. *Crassis satiari siliquis*] Horatius Epistolar. II. Ep. 1. — *vivit siliquis & pane secundo*.

V. 502. *Domatur utilis equa*] Hoc exemplo Philostratus narrat Apollonii fratrem a fratre suo juniore fuisse correctum. K'AKEINON MEN ΩCΠEP OI KATAΨΩNTEC TOTC ΔTCHNIOTC TE KAI MH ETAΓΩΓOTC TΩN IΠΠΩN EC ΠEIΘΩ HΓAΓE KAI METEPPTΘMICE TΩN AMAPTHMATΩN, &c. lib. 1. cap. 10.

V. 507. *Intra sub arma*] In castris Christianorum: fias miles Christi: in Ecclesia Christi.

V. 516. *Bestius*] De Bestia fecit masculinum *Bestius*.

V. 517. *Aurea præfata*] Heic etiam fabulam ingerit Millenariorum, sive aureæ & gemmatæ Jerusalem.

C V. 521. *Adam protolapsus*] Alludit ad protoplastum.

V. 522. *Belias tentator*] Diabolus, bestia pro serpens. Sic Instr. LIII. *Tu tibi præterea in Belian parcere noli*.

V. 532. *Lege primordi*] Legem primordialem dixit Tertullianus lib. adv. Jud. cap. 2.

V. 534. *Optima lex Domini sequens*] Lex secunda: Novum Testamentum, Evangelium.

V. 538. *Reddite vos legi secundæ*] Sic supra, Instr. XXVI. *Non illa te reddunt*.

V. 539. *Dæmonum fata*] Oracula idolorum, idololatrarum præstigias.

V. 541. *Xanta Dei lex est*] Sancta. Sic *Xantones*, Santones. Elias Vinetus ad Ausonii Epist. XI.

1. *Intra sub arma*] Hæc locutio non potest id denotare, quod vult Rigaltius. Locus mihi videtur corruptus, quem levi mutatione sic emendarim:

Tu te ipse doma sapiens, & intra sub ANTRO.

Gentiles tamquam bestias alloquitur, quæ ex silvis in ANTRA sunt compellendæ. Supra Instr. XXXIII. ℣. 496.

In silva lupi sunt; ideo refugite sub ANTRO. DAVIS.

2. *Bestius errans*] Leg. *Sed sic, quasi bestius*, ERRAS: ut res ipsa docet. ID.

3. DE LIGNO VITÆ & MORTIS] In hac Instructione non servatur acrostichis, sed series litterarum alphabeti. Sic & infra Instr. LX. ubi tamen deest littera X.

4. *Belias tentator*] In testamentis Patriarcharum, Sibyllinis oraculis & aliis multis veterum scriptis, diabolus Βελίαρ, ut Commodianus BELIAS, dicitur. Sed utraque scribendi ratio prorsus est vitiosa. Verum nomen est BELIAL. Vide Usserium ad cap. XI. Epistolæ ad Philippenses Ignatio adscriptæ. DAVIS.

5. *Dux nati nativitatis*] Otiosa jacet vox media, sensumque turbat. Leg. *dux nativitatis*: hoc est, qui primus omnium natus fuit, seu protoplastus. ID.

6. *Cavete nunc vitalia poma credentes*] Superiore versu Christum significans dixerat Commodianus: *In ligno pendet vita ferens poma, præcepta*: cur ergo jam monet, ut *poma vitalia caveamus?* Omnino leg. CAPITE *nunc vitalia poma credentes*. Sic mox ℣. 533. *Nunc extende manum, &* SUME *de ligno vitali*. ID.

7. *Dæmonum fata*] *Fata* quidem, *oracula* denotare monet Servius ad *Æneid*. V. 703. Sed de responsis deorum non D agit Commodianus. Meo periculo lege: *Templorum culturas, dæmonum* FANA *vitate*. ID.

8. *Zabolicam legem*] Sic infra Instr. LIX. ℣. 922. *Cuncta de Zabuli pompa*. Et Instr. LXVIII. *Zacones* pro *Diacones*. Lactantius *de mortib. persecut.* cap. XVI. *Post illas novem gloriosissimas pugnas quibus a te* ZABULUS *victus est, non est ausus ulterius congredi tecum*. Alii quoque scriptores ecclesiastici eamdem loquendi rationem usurpasse noscuntur: Hilarius in cap. XXVI. Matth. Hieronymus in versione Homiliarum I. III. VI. IX. & XI. Origenis in Ezechielem: ut reliquos prætereamus. Ceterum de particula διά in ζα Æolicum mutata, consulere præstat virorum eruditorum observationes ad Hesychium noviss. edit. v. ζαβάλλειν: sed in primis Dissertationes Huetianas a Tilladeto editas, tom. I. pag. 93-95. Vide quoque infra Rigaltium ad inscriptionem *Instruct.* XXXVII.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 280.

XXXVI.

DE CRUCIS STULTITIA.

De duplici signo dixi, mors unde processit; A
Et iterum inde procedere vitam frequenter.
Crux autem stultitia facta est adulteræ genti.
Rex [1] æternitatis per crucem dirus adumbrat,
Ut sibi nunc credant, o stulti morte viventes!
Cain juniorem occidit, nequam repertus:
Inde [2] Enoch suboles Cainæa nati feruntur.
Sic gens iniqua increvit mundo, quæ numquam
Transmittit animos in Deum: credere crucem
Venit in horrorem, & dicunt se vivere recte.
Lex in ligno fuit prima, & inde secunda.
Terribilem legem primo, [3] cum pace revenit.
In prævaricationes vanas elati ruerunt:
Trajectum clavis Dominum cognoscere nolunt:
Judicium cujus cum venerit, ibi dignoscent.
Abel genus autem credit modo Christo benigno.

XXXVII.

QUI JUDÆIDIANT FANATICI.

Quid? medius Judæus, medius vis esse profanus?
Unde non effugies judicium Christi defunctus.
Ipse [4] cæcus eras, & ad cæcos intras, inepte:
Idcirco cæcum cæcus in fossam deducit; B
Vadis ubi nescis, & inscius inde recedis;
Discentes ad doctos eant, doctique recedant.
At tu ad eos vadis, unde nihil discere possis.
Exis pro foribus, inde & ad idola vadis.
Interroga primum quid sit in lege præceptum;
Dicant illi tibi, si jussum est deos adorare.
Ignorantur enim propter quod maxime possunt.
At illi quoniam rei sunt, ex ipso delicto
Nihil de præceptis Dei nisi mirabile narrant:
Tunc tamen in fossam secum vos cæci deducunt.
Funera sunt, nimium de illis nota referre.
Aut quia concludit agrum congestus aratri.
Noluit omnipotens illos intelligere Regem;
A scelere tanto [5] refugit ipse cruentus.
Tradidit sese nobis superaddita lege,
Inde modo latitant nobiscum rege deserti.
Ceterum in illis si spem esse putatis,
In totum erratis, si Deum & fana colatis.

XXXVIII.

JUDÆIS.

Improbi semper, & dura cervice recalces,
Vinci vos non vultis, sic exheredes eritis.
Dixit Esajas incrassato corde vos esse. C
Aspicitis legem, quam Moses allisit iratus.
Et idem Dominus dedit illi legem secundam:
In illa spem posuit, [6] quod vos subsannati reicitis.
Sed ideo digni non eritis regno cælesti.

DE CRUCIS STULTITIA] Aut composito vocabulo legendum, *crucistultitia* CTATPOMOPIA; aut deerit acrostichidi versus.

V. 546. *Crux autem stultitia facta est*] Paullus ad Corinth. ΕΛΛΗ Ι ΜΩΡΙΑ. Heic vero Commodianus universim ad omnes gentes quæ idola colunt, ut per gentem adulteram significet Cainæam.

V. 547. *Per crucem dirus adumbrat*] ut supra, *obumbrant populum simplicem*. Cruce sua Christus sapientes sæculi pro stultis & fatuis habuit. Adumbravit eos diritate Crucis, tam admiranda divinæ majestatis patrans facinora.

V. 550. *Inde Enoch suboles Cainæa*] In apographo legitur: *Inde Nobel suboles Cananæi*. De isto Enoch Eusebius, priore Chronicorum libro, quem edidit Scaliger. *Iste Enoch alter est; non qui transpositus est, ut non moriatur: ille enim filius est Jareth septimus ab Adam.*

V. 559. *Abel genus autem*] Immo genus Sethi, quem ipse Adamus (seu potius, ipsa Eva) ait positum sibi a Deo fuisse semen aliud pro Abele, quem occiderat Cainus. Lucas, ad Sethum, non ad Cainum (ad Abelem), Christi genealogiam refert. Quæ autem de miaigamia filiorum hominum cum filiis Dei, qui & Egregori passim in scriptis veterum reperiuntur, tot fabularum intricata sunt commentis, ut quid adfirmari liquido possit, minime discernant etiam perspicacissimi. Videatur Suidas, in vocabulo ΜΙΑΙΓΑΜΙΑΙ, cum Excerptis Scaligerianis ex Enochi libro I. & Collectaneis Petavianis, volumine de Angelis.

QUI JUDÆIDIANT *fan.*] Judaizant. In antiquissimis Cypriani Codicibus concil. Carthag. Exorcidiare, pro Exorcizare. Sic & Instr. XXXV. *Zabolicam legem*, pro Diabolica, & passim *Zacones*, pro Diacones.

V. 574. *Funera sunt*] Alludit ad vulgatum illud, ΔΙC ΚΡΑΜΒΗ ΘΑΝΑΤΟC; Crambe reposita mors est. *Occidit miseros Crambe repetita magistros.*

V. 575. *Aut quia concludit agrum cong. ar.*] Acrostichidos modus non capit plura.

V. 577. *A scelere tanto*] Scelus intelligit Judæorum, qui Regem suum Dominum nostrum crucifixere. D

—— *Refugit ipse cruentus*] In ipsa cruce Christus consummatis omnibus quæ Pater mandaverat, abdicavit populum ingratum, convertitque sese ad Nationes exteras. *Cruentum* heic dicit, quem supra *dirum*.

V. 583. *Vinci vos non vultis*] Sic supra Instr. XXVII. *Vinceris insipiens*. At insipiens, cum vinci se patitur, resipiscit. Judæi qui recalcitrant, vinci nolunt.

1. *Rex —— dirus adumbrat, Ut sibi nunc credant*] Blasphemiæ reus est, qui Salvatorem nostrum, *dirum* vocaverit. Leg. *Rex ætern.* —— DIROS *adumbrat, Ut sibi* NON *credant*. Sic Instruct. XXVIII. ℣. 419. *Excruciant pœnis* DIROS. DAVIS. — Hac posita emendatione, respexerit Commodianus illud *Luc.* VIII. 10. *Ut videntes non videant, & audientes non intelligant*. Confer & *Matth.* XIII. 13. Et vide vide mox infra ℣. 577.

2. *Inde Enoch*] Vid. *Genes.* IV. 17. Hunc Ενωσον vocat Josephus *Antiqq.* lib. I. cap. III. Et ita sane nonnulla LXXviralis Interpretationis exemplaria. DAVIS.


3. *Cum pace revenit*] Qui sit horum verborum sensus, equidem non video. Fortean legendum: *Et inde secunda Terribilem legem primo cum pace* REVINCIT. ID.

4. *Ipse cæcus eras*] Procul dubio legendum: *Ipse cæcus* ERRAS. ID.

5. *A scelere tanto refugit ipse cruentus*] Absit, ut benignissimus humani generis Redemtor, *cruentus* nominetur. Leg. *A scelere tanto refugit ipse* CRUENTOS: seu post tantum scelus Judæos istos sanguinolentos aversatus est. (Eodem sensu, quo supra ℣. 547.) ID.

6. *Quod vos subs.*] Leg. *quam*, nempe legem. ID.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 280.



XXXIX.

ITEM JUDÆIS.

Inspice Liam, typum Synagogæ fuisse;
Tam infirmis oculis, quam Jacob in signo recepit:
Et tamen servivit rursum pro minore dilecta.
Mysterium verum & typum Ecclesiæ nostræ.
Intuite [1] plene dictum Rebeccæ de cælo:
Unde similantes alienæ, Christo credatis.
Deinde Thamar partum geminorum adite:
Ad Cain intendite, primum terræ cultorem,
Et Abel pastorem, qui fuit immaculatus
In fratris exitio offertor mactatus a fratre.
Sic ergo percipite, juniores Christo probatos.

XL.

ITERUM IPSIS.

Incredulus populus, non est nisi vester, iniqui,
Tot locis & totiens reprobatus lege clamantum,
Et [2] sabbata vestra spernit & tricesimas Altus
Respuit omnino universas vestras de lege,
Ut ne sacrificia faceretis illi præcepta;
Mittere qui dixit lapidem in scandalo vestro.
Iniqua [3] si qui non crediderint morte perisse;
Perque alias leges salvari dilectos: inde
Suspensam in ligno vitam, nec illi creditis,
Ipse Deus vita est: pependit ipse pro nobis.
Sed vos indurato corde subsannatis eumdem.

XLI.

DE ANTICHRISTI TEMPORE.

Dixit [4] Esaias: Hic homo, qui commovet orbem,
Et reges totidem, sub quo fiet terra deserta.
Audite quoniam propheta de illo prædixit:
Nihil ego composite dixi, sed neglegendo.
Tum scilicet mundus finitur, cum ille parebit.
In tres [5] imperantes ipse diviserit orbem:
Cum fuerit autem Nero de inferno levatus,
Helias veniet prius signare dilectos.
Res quas Africæ regio & Arctoa natio, tota
In septem annis tremebit undique terra,
Sed medium tempus Helias, medium [6] Nero tenebit.
Tunc Babylon meretrix incinefacta favilla,

V. 589. *Inspice Liam*] His argumentis pugnant, Justinus, Tertullianus, Cyprianus & alii Patres Christiani adversus Judæos.

V. 590. *Tam infirmis oculis*] Cyprianus: *Majorem Liam oculis infirmioribus*. Sulpicius Severus: *Lia oculis deformior*. Hancce Liam Commodianus ait typum Synagogæ fuisse: at Rachelem juniorem & pulcriorem, Ecclesiæ Christianæ. Quæ sane comparatio *decutit supercilium Judæorum, qui Synagogæ angustias, Ecclesiæ latitudini præferebant*. Hieronymus Epist. ad Dardanum 126.

---- *Quam Jacob in signo recepit*] Suppositam sibi, pro Rachele quam diligebat.

---- *In signo*] Mysterio & figura, veteris Testamenti.

V. 591. *Pro minore dilecta*] In apographo, *pro minore delicto*. Mendose. Cyprianus: *Minorem speciosam, in typum Ecclesiæ*.

V. 594. *Similantes alienæ*] Virgil. —- *formam adsimilata Camerti*.

V. 601. *Lege clamantum*] Scriptis Prophetarum. Sic Instruct. LVI. *Si Propheta tantum declamasset in nubem*.

V. 602. *Altus*] Qui & Altissimus.

V. 606. *Iniqua morte perisse*] Mortuum esse: sublatum de rebus humanis. Humano, seu potius Ethnico more loquitur. Neque enim perisse dici debet, qui a mortuo die tertia revixit.

V. 611. *Dixit Esaias*] Quæ sequuntur non sunt apud Esaiam, ut jam isthinc verissima sit Auctoris præfatio; *Nihil se composite* dixisse. Sed est tamen apud Esaiam de Nova Jerusalem locus, qui ab Justino Martyre adversus Tryphonem citatur pro tempore illo mille annorum. Et est prophetiæ cap. LXV.

---- *Qui commovet orbem, & reges tot.*] Commovet orbem & consimiliter reges. Jam sæpe observavimus hanc particulam *totidem* in hoc significatu.

V. 617. *Nero de inferno levatus*] Sic Instr. LXI. *de cloaca levatus*. Depravatissime in apographo: *Herode inferno levatus*.

V. 621. *Medium Nero tenebit*] Sulp. Severus Hist. II. 28. *Opinione multorum receptum fuisse* ait, *ipsum Antichristum venturum*.

V. 622. *Tunc Babylon meretrix*] Quæ in Apocalypsi Joannis habet in fronte nomen, *Mysterium; Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ*. Tertullianus lib. adversus Judæos: *Babylon apud Joannem nostrum Romanæ urbis figura est. Proinde & magnæ & superbæ & sanctorum debellatricis*. Auctores finium regundor. *Babylonem* Romam dixere: ubi & observavimus, quæ huc pertineant pag. 271. & 313.

1. *Intuite plene dictum Rebeccæ de cælo*] Respicit auctor Gen. XXV. 23. Καὶ εἶπε Κύριος αὐτῇ (Ῥεβέκκῃ) Δύο ἔθνη ἐν τῇ γαστρί σου εἰσί· καὶ δύο λαοὶ ἐκ τῆς κοιλίας σου διαστελοῦνται· καὶ Ο ΜΕΙΖΩΝ ΔΟΥΛΕΥΣΕΙ ΤΩ ΕΛΑΣΣΟΝΙ. Adeatur & D. Paullus ad Rom. IX. 12. 13. Davis.

2. *Et sabbata vestra spernit & tricesimas Altus*] Digitum intendit Commodianus ad Esaiæ I. 13. 14. *Ne offeratis ultra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Neomeniam & sabbatum & festivitates alias non feram: iniqui sunt cætus vestri. Calendas vestras & solemnitates vestras odivit anima mea*. Pro *Neomeniis* & *Calendis* Commodianus *tricesimas* dixit. Sic & Horatius lib. I. *Sat.* IX. 69.

———— *Hodie* tricesima *sabbata. Vin' tu*
Curtis Judæis oppedere?

Hac de re videatur Scaliger *Canon. Isagog.* lib. III. pagg. 223. 264. Id.

3. *Iniqua —— morte perisse*] De Christo accepit dicta hæc verba Rigaltius. At inspecto Scripturæ textu, quem sane respexisse Commodianus comperitur, videtur auctor locutus, non de Christo, sed de incredulis Judæis, quos iniqua seu mala *morte perisse* tradit. Confer *Isa.* VIII. 14. 15. cum *Matth.* XXI. 42. 44.

4. *Dixit Esaias*] Memoria lapsus est Rigaltius, quum ea quæ sequuntur, apud Esaiam non esse confirmaret: leguntur enim cap. XIV. 16. 17. *Numquid iste est vir qui conturbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum?* cet. Quod propheta de rege Babylonio dixerat, Commodianus ad Antichristum deflectit. Davis.


5. *In tres imperantes ipse diviserit orbem*] Si sana sit exemplaris lectio, re vera Commodianus hæc *neglegendo dixit*. Antichristus enim non *in tres imperantes orbem dividere*, sed tres reges superare debuit. Vide *Dan.* VII. 24. Irenæum lib. V. capp. XXV. XXVI. & Lactantium VII. 16. Forsan legendum:

In tres imperantes ipse DEVICERIT *orbem*:

seu adversus tres imperatores pugnans, orbem subjugarit. Idem.

6. *Medium Nero tenebit*] Tres annos cum dimidio regnabit. Irenæus lib. V. cap. XXV. *Dabitur in manus ejus* (Antichristi) *usque ad tempus temporum & dimidium temporis: hoc*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 280.



Inde ad Jerusalem perget, victorque Latinus
Tunc dicet: Ego sum Christus quem semper oratis.
Et quidem conlaudant illum primitivi decepti.
Multa signa facit, quoniam ejus pseudopropheta,
Præsertim ut credant illi, loquetur imago.
Omnipotens tribuit ut talis evadat.
Recapitulantes scripturas ex eo Judæi,
Exclamant pariter ad excelsum sese deceptos.

XLII.

DE POPULO ABSCONSO SANCTO OMNIPOTENTIS CHRISTI DEI VIVI.

Desideretur absconsus ultimus sanctus,
Et quidem ignotus a nobis ubi moretur,
Per [1] novem tribum agens, & dimidiam nobis
O . . . .
Præcepitque per legem vivere priscam:
Vivamus nunc omnes; novella traditio legis:
Lex ut ipsa docet, [2] aptius judico vobis.
Obrelictæ duæ tribuum & dimidia: quare
Ab istis dimidia tribuum? ut martyres essent
Bellum cum inferret electis suis in orbem:
Seu certe sanctorum chorus prophetarum
Consurgeret ad plebem, qui frenum imponeret illis,
Obsceni quos equi trucidarunt calce remissa;
Nec rueret temere ad pacem manus aliquando.
Semotæ sunt istæ tribuum, & mysteria Christi
Omnia per istas complentur sæculo toto.
Sunt autem de scelere duorum fratrum enatæ,
Auspicio quorum facinus secutæ fuere.
Non immerito tales dispersi sunt ipsi cruenti:
Convenient iterum propter mysteria Christi.
Tunc autem properant compleri legis narrata.
Omnipotens descendit Christus ad suos electos,
Obscurati nobis qui fuerunt tempore tanto;
Millia tot facti: illa est gens vera cælestis.
Non natus ante patrem moritur ibi, neque dolores
In suis corporibus sentiunt, aut tubera naso.
Pausantes in lecto suo mature recedunt,
Omnia complentes legis: ideoque tutantur.
Transire jubentur ad Dominum partibus dextris,
Exsiccat fluvium quibus sicut ante trajectis;
Nec minus & Dominus ipse procedit cum illis,
Transiit ad nostra; veniunt cum rege cælesti.
In quorum itinere quid dicam quod Deus educet?
Subsidunt montes ante illos, & fontes erumpunt:
Cælestem populum gaudet creatura videre.
Hic tamen [3] festinant matrem defendere captam.
Rex autem iniquus qui obtinet illam, ut audit,
In partem boreæ fugit, & colligit omnes.
Sed cum se inlidet exercitu Dei tyrannus
Terrore cælesti [4] prosternuntur milite cæli;
Ipse cum infando comprehenditur pseudopropheta.
Decreto Domini traduntur vivi gehennæ.
Ex eo primores & duces servire jubentur.
Intrabunt tunc sancti ad antiquæ ubera matris.
Ut autem & illi refrigerent, quos male ille suasit,
In variis pœnis cruciabit sibi credentes.
Ventum est ad finem, quo tolluntur scandala mundo.
Incipiet Dominus judicium dare per ignem.

V. 623. *Victorque Latinus*] Irenæus lib. v. cap. xxv. *Sed & LATEINOS nomen habet sexcentorum sexaginta sex numerum. Et valde verisimile est, quoniam novissimum regnum hoc habet vocabulum: Latini enim sunt, qui nunc regnant. Sed non in hoc nos gloriavimur*, &c. Quam iste Latinus ab illo Silvestro diversus! ad cujus præsepe cunctos convocat Christianos Instr. xxx.

V. 625. *Primitivi decepti*] Sic Instruct. xxxv. *homini primitivo*.

V. 627. *Loquetur imago*] Apoc. xiii. 15. Hoc etiam de Apollonii Tyanæi imagine narratur.

V. 629. *Recapitulantes ex eo scripturas*] Hesychius: ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΟΥΤΑΙ, ΣΥΜΠΛΗΡΟΥΤΑΙ, ΕΠΑΝΑΛΑΜΒΑΝΕΙ. Frequenter usurpat hoc verbum Irenæus lib. v. cap. xv. de ipso Christo: *Recapitulans*, inquit, *in se omnia quæ in cælis, & quæ in terra sunt*. Et paullo post: *Hæc igitur in semet ipso recapitulatus est, adunans hominem spiritui*, &c. Tertullianus lib. v. adv. Marc. *Sicut verbum illud in Græco sonat, recapitulare, id est, ad initium redigere, vel ab initio recensere omnia in Christum*. Esdr. iv. 12. 25. *qui recapitulabunt impietates ejus, & qui perficient novissima ejus*.

V. 641. *Sanctorum chorus prophetarum*] Synodus episcoporum.

V. 643. *Obsceni quos equi*] Carpit Novati & Novatiani scelera, qui abstenti ejectique Ecclesia plebem adversus episcopos suos accenderant. Vid. Cypriani Epist. 49.

V. 644. *Nec rueret temere ad pacem*] Hoc pertinet ad historiam Lapsorum & Schismaticorum, qui factiosis prensationibus episcopos perurgebant, ut pacem indignis etiam inviti concederent.

V. 647. *De scelere duorum fratrum*] Quondam fratrum, hodie apostatarum.

V. 649. *Cruenti*] Truces, diri, atroces.

V. 650. *Propter mysteria Christi*] In apographo: *propter mysteria castus*.

V. 651. *Compleri legis narrata*] Hac loquendi formula usus est, deque Antichristo & fine sæculi consentanea Commodiano scripsit, circa annum Christi 360. Q. Julius Hilario: *Si nos imperio Dei, quod fidele est, audiamus, accipiamus necesse est quidquid nobis divina lex fideliter enarravit*, &c.

V. 656. *Aut tubera naso*] In apogr. *ubera nato*, prave. Ozænam significat, vel potius polypum. Ozæna, malum ulcus in naso, a polypo pisce nuncupatum; & est ΚΑΡΚΙΝΩΔΕΣ, nares urget & strangulat.

V. 657. *Pausantes in lecto*] Inscriptio vetus Mediolani AVRELIVS, EVSEBIVS, MATRI. CONTRA. VOTVM. FIDEL. PAVSANT. Gruterus pag. ML. 9

V. 659. *Transire jubentur ad Dom.*] Sic Inscriptione antiqua, Viennæ Allobrogum. TRANSIIT SUB DIE . . . ORBIS. FAUSTO. VIRO. C. — CONSS.

V. 670. *Prosternuntur milite cæli*] Vid. Apoc. xix. 19. In apographo legitur: *prosternuntur milites Eli*.

V. 671. *Pseudoproph.*] Apoc. xix. 20.

V. 673. *Primores & duces servire*] Infra Instr. lxxx. dicet: *Sub jugo servili portent victualia collo*.

V. 678. *Judicium dare per ignem*] Tertullianus, lib. de resurr. car. cap. 25. *Dehinc & igne dato, universalis resurrectionis censura de libris judicabitur*.

est, triennium & sex menses, in quibus veniens regnabit super terram. Vide sis & capp. xxviii xxx. ac Lactantium lib. vii. cap. xvii. In eadem sententia fuit Hieronymus aliique veteres. DAVIS. — An *tribus*?

1. *Per novem tribum agens*] Leg. *Per novem* TRIBUUM agens. Sic mox v. 638. *Obrelicta duæ* tribuum *& dimidia*. DAVIS.

2. *Aptius judico vobis*] Hæc verba levi mutatione sic correxerim: APERTIUS *indico vobis*. Obscura scripturarum de novem tribubus & dimidia, de Antichristo aliisque nonnullis se declaraturum profitetur Commodianus. ID.

3. *Festinant matrem defendere captam*] Hierosolymam significat. Vide sis Instr. xli. v. 623. ID.

4. *Prosternuntur milite cæli*] Emendatio Rigaltii soloecam reddit orationem: præcesserat enim *tyrannus*, nomen singulare. Leg. *prosternuntur milites* ILLI, videlicet Antichristi. Vide Lactantium *Div. Instit.* lib. vii. capp. xvii. & xix. IDEM.

XLIII.

DE SÆCULI ISTIUS FINE.

Dat tuba cælo signum, sublato leone, A
Et fiunt subito tenebræ cum cæli fragore.
Summittit oculos Dominus ut terra tremiscat;
Adclamat ut & audiant omnes in orbem:
Ecce diu tacui sufferens tanto tempore vestra.
Conclamant pariter plangentes sero gementes;
Ululatur, ploratur, nec spatium datur iniquis.
Lactanti quid faciet mater? cum ipsa crematur.
In flamma ignis Dominus judicabit iniquos:
Justos autem non tanget ignis, sed immo delinget,
Sub uno morantur, sed pars in sententia flevit.
Tantus erit ardor, ut lapides ipsi liquescant;
In fulmina coeunt venti, furit ira cælestis,
Ut [1] quacumque fugit impius, occupatur ab igne.
Suppetium nullum erit, nec nautica puppis:
Flammat Amen gentes, & Medi Parthique fervent
In annis mille, [2] ut ferunt operta Joannis.
Nam inde post annos mille gehennæ traduntur,
Et fabrica cujus erant, cum ipse cremantur.

XLIV.

DE RESURRECTIONE PRIMA.

De cælo descendet civitas in anastasi prima: B
Est quod referamus de fabrica tanta cælesti.
Resurgemus illi qui fuimus illi devoti,
Et [3] incorrupti erunt, jam tunc sine morte viventes:
Sed nec dolor ullus, nec gemitus erit in illa.
Venturi sunt illi quoque sub Antichristo qui vincunt
Robusta martyria: & ipsi toto tempore vivunt.
Recipiuntque bona quoniam mala passi fuere,
Et generant ipsi per annos mille nubentes,
Comparantur ibi tota vectigalia terræ,
Terra quia nimium fundit sine fine novata.
Inibi non pluvia, non frigus in aurea castra,
Obsidiæ nullæ, sicut nunc, neque rapinæ,
Nec lucernæ lumen desiderat civitas illa:
Ex auctore suo lucet, nec non ibi paret
Per duodecim millia stadia lata, longa, sic alta;
Radicem in terra, sed caput cum cælo peræquat;
In urbe pro foribus autem sol & luna lucebit.
Malus in angore septus propter justos alendos.
Ab annis autem mille Deus omnia perdet.

XLV.

DE DIE JUDICII.

De die judicii propter incredulos addo.
Emissus iterum Dei [4] donabitur ignis: C
Dat gemitum terra verum, tunc in ultima fine
Iter agentes, & tunc increduli cuncti.

DE SÆCULI FINE] *Clausulam temporum* dixit Tertullianus lib. de resurr. car. Alibi: *Clausulam sacrificationis & gloriæ sæcularis.*

V. 679. *Sublato leone*] Hunc fore Neronem opinabantur Christiani. Sulp. Severus Dial. II. cap. XIV. ubi de iis, quæ Angelus beato Martino nuntiaverat: *Cum ab eo de fine sæculi quæreremus, ait nobis: Neronem & Antichristum prius esse venturos*, &c. Et paullo post: *Denique Neronem ab Antichristo esse perimendum* &c.

V. 687. *In flamma ignis*] Paullus II. ad Thessal. I. 8. ΕΝ ΠΥΡΙ ΦΛΟΓΟΣ. Apoc. XIX. 12. ΦΛΟΞ ΠΥΡΟΣ.

V. 694. *Flammat Amen*] *Amen*, Verbum Dei: quo ipse Dominus designatur: Ο ΠΙΣΤΟΣ ΚΑΙ ΑΛΗΘΙΝΟΣ. Η ΑΡΧΗ ΤΗΣ ΚΤΙΣΕΩΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ. Apocal. III. 14. D Quemadmodum vero hac Instructione Commodianus ait, *Flammat Amen*, sic per Ecclesiam Romanam ad similitudinem cælestis tonitrui *Amen reboare* dixit Hieronymus, procemio lib. II. ad Gal. Vid. Isid. Orig. VI. cap. 19.

V. 695. *Ut ferunt operta Joannis*] In apographo legitur: *Ut ferunt corpora sanctis*: quod procul dubio depravatum est. Emendamus: *Ut ferunt operta Sancti*, vel potius *operta Joannis*. Veteres Glossæ: *Opertum*, ΑΠΟΚΡΥΦΟΝ. Apocalypsin Latini dixere, *Revelationem*. De Apocalypsi Joannis, Sulpicius Severus Hist. Eccl. II. 31. inter dubia recenset. Hieronymus epist. ad Dardanum CXXIX. num. 4. ubi de epistola Barnabæ ad Hebræos: *Utramque*, inquit, *suscipimus*: (epistolam nimirum ad Hebræos & Apocalypsin.) Quæ certe Revelatio mysteria nobis exhibet valde operta & abscondita.

V. 698. *De cælo descendit civitas*] Tertullianus lib. III. adv. Marc. *Confitemur in terra nobis regnum repromissum; sed ante cælum, sed alio statu; utpote post resurrectionem in* E *mille annos; in civitate divini operis Jerusalem, cælo delata; quam & Apostolus matrem nostram sursum designat.* Ibidem paullo post: *Constat Ethnicis quoque testibus in Judæa per dies quadraginta matutinis momentis civitatem de cælo pependisse*, &c.

—— *In anastasi prima*] Apoc. XX. 5. Tertullianus lib. de resurr. car. *Diabolo in abyssum relegato, primæ resurrectionis prærogativa de soliis ordinatur.* Ex Millenariorum disciplina duas constituit resurrectiones; primam resurgentium ad illam mille annorum terrenam felicitatem: alteram universalem, quum dabit Deus ignem totius orbis conflagratorem, ad supremi judicii censuram. Et tamen ipse Tertullianus alibi passim Martyrum animas in ipsa martyrii corona statim rapi ad cælum adfirmat: aliis vero, & fidelibus quidem ipsis, moram resurrectionis opponit; ita ut apud inferos modicum quodque delictum breviore aut longiore mora illa resurgendi luant. Sententiis certe perplexis & intricatis; ut solent esse mortalium, Dei consilia curiose nimis inquirentium, vel minus verecunde sollicitantium. Vid. lib. de Anim. c. XXIV. & Scorp. c. XII. Observ. ad Cypr. Epist. LII.

V. 706. *Et generant ipsi*] Hoc certe fuit eximie fatuum in illa millenarii temporis fabula. Lactantius VII. 24. *Per eosdem mille annos infinitam multitudinem generabunt, & erit soboles eorum sancta & Deo cara*, &c.

V. 710. *Obsidiæ nullæ*] Infra dicet: *Obsidiando perit.*

V. 716. *Malus in angore*] Malum dicit, draconem, serpentem, diabolum, satanam, ΠΟΝΗΡΟΝ.

—— *Angore*] Angina, cruciatu.

V. 721. *Iter agentes*] Præfinitum in terra vivendi spatium peragentes. Vel *in terra agentes.*


1. *Ut —— occupatur ab igne*] Leg. OCCUPETUR: quod ipsa postulat Latinitas. DAVIS.

2. *Ut ferunt operta Joannis*] De Apocalypseos αὐθεντίᾳ jejune nimis Rigaltius heic. Fallitur vero dum scribit, Apocalypsin inter dubia recensere Sulpicium Severum. Sic enim ille *Hist. eccl.* lib. II. cap. XXXI. *Domitianus Vespasiani filius persecutus est Christianos. Quo tempore Joannem Apostolum atque Evangelistam in Pathmum insulam relegavit: ubi ille arcanis sibi mysteriis revelatis, librum sacræ Apocalypsis* (QUI QUIDEM A PLERISQUE AUT STULTE AUT IMPIE NON RECIPITUR) *conscriptum edidit.*

3. *Incorrupti erunt*] Leg. *incorrupti erimus*. DAVIS.

4. *Donabitur ignis*] Forte legendum *dominabitur ignis*, seu cuncta vastabit. ID.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
280.



Evitante tamen sanctorum castra suorum,
In una flamma convertitur tota natura:
Uritur ab imis terra, montesque liquescunt:
De mare nil remanet, vincitur ab igne potente.
Interit hoc cælum [1] & astra, & ista mutantur.
Componitur alia novitas cæli terræque perennis.
Inde qui mereunt, mittuntur in morte secunda:
Interioribus autem habitaculis justi locantur.

XLVI.

CATECUMINIS.

Credentes in Christo, derelictis idolis, omnes
Admoneo paucis propter salutaria vestra.
Temporibus primis per errorem si qua gerebas,
Erogatus enim Christo tu cuncta relinque,
Cumque Deum nosti, esto bonus tiro, probatus;
Virgineusque pudor tecum versetur in agno.
Mens bonis invigilet: cave ut non delinquas in ante.
In baptismo tibi genitale solox lavatur.
Nam si quis peccans catechumenus pœna notatur,
In signis illa vivat, sed non sine damno.
Summa tibi: gravia peccata devita tu semper.

XLVII.

FIDELIBUS.

Fideles admoneo fratres [2] de odio tollant:
Impia martyribus odia reputantur in ignem;
Destruitur martyr, cujus est confessio talis:
Expiari [3] malum nec sanguine fuso docetur.
Lex [4] iniquo datur, ut possit sese frenare.
Inde debet carere dolis; similiter & tu.
Bis Deo peccas, qui lites fratri protendis:
Unde non effugies peccatum prisca sectans.
Semel es lotus, numquid poteris denuo mergi?

V. 722. *Evitante tamen*] Ut supra, Instr. XLIII. *Justos autem non tanget ignis.*

V. 728. *Mittuntur in morte secunda*] Prima est corporis, secunda animæ; quæ est mors æterna, ignis æternus. Vid. Instr. LII.

V. 729. *Interioribus autem habitaculis*] Etenim intrare, sive introire dicuntur sancti in regnum Dei, in vitam æternam. Mali contra, ejiciuntur, pelluntur, mittuntur in tenebras exteriores.

CATECUMINIS] Hoc vocabulum ita scriptum vulgo fuisse ævo Commodiani acrostichis indicat. Sunt autem ΚΑΘΗΧΟΥΜΕΝΟΙ, Audientes, Competentes. ΔΙΔΑϹΚΟΜΕΝΟΙ.

V. 736. *Cave ut non delinquas in ante*] Hoc est, ut vitam non vivas, qualem vivebas antequam esses ad fidem Christianam vocatus. Sic Instr. seq. *Unde non effugies peccatum prisca sectans.* Prisca sectatur, qui professus Christi nomen, redit ad vomitum, & vitam vivit sæculi vitiis dissolutam, qui moribus utitur quibus utebatur ante fidem Christo datam.

V. 737. *In baptismo tibi genitale solox lavatur*] In apographo legitur: *In baptismo tibi genitale sola tenantur.* Prima visione placebat, baptismum genitalem dici, quo sensu dixit Cyprianus ad Donatum, *Undæ genitalis auxilio superioris ævi labem detersam*: ut hæc sententia Commodiani fuerit, novam in Christiano baptismo nobis nativitatem donari, qua nempe renascimur depositis sordibus Adami veteris. Omnes enim ex eo nascimur, ejusque peccatum quasi per traduces longa serie propagatum in nos dimanavit. At renascimur in Christo, baptismo videlicet genitali. Qui sensus sane bonus est & verus. Sed quid fiet his, quæ sequuntur in apographo, *sola tenantur*, vel *sola lavantur?* Sic igitur opinabar: sola peccata genitalia lavari baptismo, non ea quæ post baptismum, violata Christianæ disciplinæ fide, committuntur. Qui sensus satis, itidem commodus videatur, ut sit genitale peccatum, quod ab origine sua quisque secum infert. Verum, ne quid dissimulem, displicebat ea scriptura; genitalia sola baptismo lavari, quæ ipsa sui ambiguitate risum movet. Itaque pensitatius cogitanti subvenit alia hujuscemodi. *In baptismo tibi genitale solox lavatur.* Quæ lectio, etsi non penitus sublata ambiguitate, sed tamen correcta, lavacri genitalis necessitatem taxat, ut jam solox genitale dicantur sordes originalis peccati, quas elui baptismo credimus. *Solox*, usitatum Tertulliani Pallio vocabulum, sub Commodiani stilum, ut pleraque alia quæ passim observavimus, venit. Lanam crassam significare notat Festus. ΟΙϹΥΠΕΙΟΝ, ΕΡΙΟΝ ΡΥΠΑΡΟΝ ΠΡΟΒΑΤΩΝ. Unde & Solœcismum dixere Grammatici, & quidquid crassum aut pingue, inhonestum & turpe.

V. 738. *Nam si quis peccans catech.*] Cyprianus lib. III. ad Quirinum art. 98. *Catechumenum peccare jam non debere.* In cujus articuli testimonium citat ex epistola Paulli ad Rom. cap. III. *Faciamus mala, dum veniant bona.* Quasi dicerent quidam in Catechumenatu positi, Ludamus, indulgeamus voluptatibus & genio, quantum videbitur: etenim, quidquid peccatum a nobis fuerit, abluet baptismus. Nimirum, fuere tam impii, qui distulerint baptismum in extrema vitæ tempora, ut malitia sua diuturniore fruerentur, securi de istius lavacri, etiam in extremis, efficacia. Hoc vero Constantini Cæsaris baptismo crimini datum est. Multo prudentior & tutior illa Prosperi Aquitani confessio. *Natum me quondam sub lege peccati, & transfusa in me a parentibus ordinaria mortis conditione captivum, ne longo ferocis domini jure detineret, inter ipsa me vitæ initia misericors & miserator Domine liberasti. Ante inveni tyrannicidam, quam intelligerem servitutem*, &c.

— *Pœna notatur*] Mox dicet: *sed non sine damno.* Prolato scilicet catechumenatus sui tempore. Patres synodi Nicænæ can. 15. de catechumenis qui prolapsi sunt, statuerunt, tribus annis eos a catechumenorum oratione separatos, postea recipi debere.

V. 739. *In signis illa vivat*] Legendum arbitramur, *in signis ille vivat.* In signis, nempe Christianis, ut *in castris*

V. 740. *Summa tibi*] Quasi diceret: *Hoc in summa tibi sit animo & memoria fixum.*

V. 741. *Fratres de odio tollant*] Adversus hæc inter Christianos odia & dissensiones studiosissime Tertullianus egit, libello ad Martyres: *In primis ergo benedicti, nolite contristare Spiritum sanctum*, &c. Fratres odio tollunt, qui per odia fraternitatem evertunt; nec tantum de amicis, sed de fratribus faciunt inimicos. Itaque scribendum *Fideles admoneo, fratres ne odio tollant.*

V. 745. *Lex iniquo datur*] Iniquum dicit eum, qui non est Christianus.

—— *Ut possit sese frenare*] Sic etiam dicet Instruct. sequenti: *Lex homini data est, & doctrina vitæ legenda, Ex qua recordatur, ut possit vivere caute.*

V. 748. *Unde non effugies pecc. prisca sectans*] Hoc est. quod supra dixit: *peccans in ante.* Utrum legas, *peccatum prisce sectans*, quod est in apographo; aut, *prisca sectans*, parum refert: sensus est idem.

V. 749. *Semel es lotus, numquid poteris denuo mergi?*] Amisisti baptisma, quod unum est. Præclara est Prosperi fides: *Licet ego a donis tuis recesserim, in me tamen tua dona manserunt.*

1. *Et astra, & ista mutantur*] Forsan reponendum, *& astra* VEL IPSA *mutantur*. Utut sit, cuivis patet sanam non esse vulgatam lectionem. DAVIS.

2. *De odio tollant*] Importuna Rigaltii emendatio. Sic Instr. XXII. ℣. 277.
Heu, doleo, cives, sic vos hebetari de mundo.
Et Instr. I. ℣. 6. *legendo de lege.* Ad quem locum vide sis adnotata.

3. *Expiari malum nec sanguine fuso docetur*] Respicit Commodianus ad I. *Corinth.* XIII. 3. DAVIS.

4. *Lex iniquo datur*] Heic vero in animo habuit auctor I. *Tim.* I. 9. Vide sis & *Gal.* V. 23. ID.

XLVIII.

FIDELES CAVETE MALUM.

Falluntur volucres, & ſilvarum beſtiæ ſilvis, A
Ipſis incanta, jactura quibus eſt tradita, mentis.
Decipiuntque quæſtuoſa, ut eſca, ſequentes;
Et vitare malum neſciunt, nec lege tenentur.
Lex homini data eſt, & doctrina vitæ legenda,
Ex qua recordatur, ut poſſit vivere caute,
Suique locum; mortis & deroget ea quæ ſunt.
Condemnat ſe ipſum graviter, qui regi delinquit;
Aut ferro ligatus, aut de ſuo gradu dejectus,
Vel vita privatus perdit, quod frui deberet.
Exemplo moniti, graviter peccare nolite.
Tranſlati lavacro magis caritatem habete.
Eſcam muſcipuli, ubi mors eſt, longe vitate.
Multa ſunt martyria, quæ fiunt ſine ſanguine fuſo.
Alienum non cupere, [1] velle martyrii habere.
Linguam refrenare, humilem te reddere debes,
Vim ultro non facere, nec factam reddere contra.
Mons [2] patiens fueris, intellige te martyrem eſſe.

XLIX.

POENITENTIBUS.

Pœnitens es factus, noctibus diebuſque precare: B
Attamen a matre noli diſcedere longe,
Et tibi miſericors poterit Altiſſimus eſſe.
Non fiet in vacuum confeſſio culpæ; perinde
In reatu tuo diſce manifeſte deflere.
Tu ſi vulnus habes, herbam medicumque require.
Et tamen in pœnis poteris tua damna lenire.
Namque, fatebor enim, unum me ex vobis adeſſe,
Terroremque linquendum: [3] ſenſi ipſe ruinam.
Idcirco commoneo vulneratos cautius ire.
Barbam comamque fœdare in pulvere terræ,
Volutarique ſaccis, & petere ſummo de Rege;
Subveniet tibi, ne pereas forte de plebe.

L.

QUI APOSTATAVERUNT DEO.

Quando bellum autem geritur, aut ingruit hoſtis,
Vincere qui poterit aut latere, magna tropæa.
Infelix autem erit, qui fuerit captus ab illis. C
Amittit patriam & regem, qui digne pro veritate
Pugnare, pro patria qui noluit, neque pro vita:
Obiſſe deberet, quam ire ſub barbaro rege;
Servitiumque petat, qui hoſtibus ſine lege deferre.
Tu ſi prœliando moreris pro rege, viciſti.
At ſi manus dederis, incolumis Lege periſti.
Transfluviat hoſtis; tu ſub latebra conde:
Aut ſi intrare poteſt, ſi nec ne, ne ceſſa:

V. 751. *Ipſis incanta, jactura quibus eſt trad. mentis*] Diſrupto vocabulo, *incantamentis*. Quo fit ut verſus etiam videatur diſruptus. Conſimiliter luſit Eugenius ille Toletanus, ad quemdam Joannem, cui diſplicebant verſus nexi,

O, *Io*, verſiculos nexos qui deſpicis, *hannes*
Accipe *di* ſollers ſi noſti jungere *viſos*.

Hæc illius ævi technopaignia fuere Tmeſis: *Ipſis incantamentis jactura quibus eſt tradita*. Hoc eſt, quæ objecta ſunt paſſim & negligenter fallendis volucribus & beſtiis. Incantamenta dicit, ſophiſmata; omne genus fallaciarum capiendis volucribus & beſtiis. Quidni autem & incautamenta dixerit hujuſmodi dolos objectos, ſive expoſitos fallendis avibus & beſtiis incautis? Hæc vero tmeſis, non eſt durior illa Enniana: *Saxo cere comminuam brum.* D

V. 752. *Decipiuntque quæſtuoſa, ut eſca, ſeq.*] In apographo ſuperſcriptum eſt, *Decipiunt quæ aurea*. Vera fortean ſcriptura fuerit. *Decipiuntque antra, ut eſca, ſequentes*. Antra, foſſæ obtectæ virgultis & frondibus, ſubruendis beſtiis inſequentibus venatores.

V. 756. *Suique locum*] Repetendum de præcedentibus: *recordatur*. Lex homini data, facit ut recordetur vivere caute: facit, ut recordetur locum ſui, hoc eſt, cælum, ſi caute & recte vivat; infernum, ſi prave. Eadem vero lex facit, *ut deroget ea*, quæ ſunt mortis: ut deprecetur a Deo mortem, quam peccando forte promeruit æternam.

V. 761. *Eſcam muſcipuli*] Sic emendari videtur, quod eſt in apographo depravatum, *Et eſcam muſcipuli, ubi mors & longa vita*. Gloſſæ veteres: *Muſcipulum*, ΜΥΑΓΡΑ. *Muſcipula*, ΠΑΓΙΔΕΣ: & in ſingulari feminino. E *Muſcipula*. ΠΑΓΙΣ. Phædrus lib. v. fab. 1. *Qui ſæpe laqueos & muſcipula evaſerat*.

V. 764. *Velle martyrii habere*] Sic legitur in apographo; nec aliud ſignificat, quam velle martyrium tollere, ſive habere: optare martyrium, cupere martyrem fieri.

V. 768. *Pœnitens es factus*] Ad pœnitentiam admiſſus. Etenim indulgeri ſibi pœnitentiæ locum ambiebant, longa pœnitentiæ demonſtratione. Ægre pœnitentia dabatur illi, qui ſic deliquerat, ut probrum Eccleſiæ objiceret, retinenti ſecum tam ignominioſum peccatorem, ut expelli, abſtineri ac prohiberi Eccleſia meruiſſet, qui Eccleſiam delicto ſuo fecerat ut erubeſceret. Porro eadem Eccleſia non invidebat pœnitentibus ad Deum converſionem, apud quem de venia impetranda non deſperabat.

V. 769. *A matre noli diſcedere*] Ab Eccleſia, domina matre, cujus de uberibus alimur.

V. 776. *Senſi ipſe ruinam*] Senſi, me mori. Senſi, unde ipſe decideram. In apogr. *Senſiſſe ruinam*.

V. 779. *Volutarique ſaccis*] In apographo: *volutarique ſatis*. Pœnitentis habitus, mala ſui ipſius tractatio, extra lætitiam deverſari, in aſperitudine ſacci, & horrore cineris, ab omni vitæ fruge dilati. In ſacco & cinere volutantis, concinerati & conciliati: Tertullianus.

V. 780. *Ne pereas forte de plebe*] Hoc eſt, de Eccleſia; de turba fidelium, de populo Chriſti, de populo ſancto. Erat enim tunc temporis Eccleſia, Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, plebs, ſive laici.

V. 786. *Quam ire ſub barbaro rege*] Barbarum regem dicit, regem non Chriſtianum.

V. 789. *Si manus dederis*] Thus in acerram miſeris.

1. *Velle martyrii habere*] Voluntatem martyrii habere. Infinitivus pro nomine ſubſtantivo. Sic Perſius *Sat.* v. 53.


Velle *ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno*.

Multa ſimilia veterum loca collegimus ad Minucii Felicis *Octav.* cap. XXXIV. Ediderat Rigaltius, *velle* martyrium *habere*. DAVIS.

2. *Mons patiens fueris*] Quid ſit *mons patiens*, me quidem fugit. Leg. *mens patiens fueris*. Mentem quæ pars potior eſt hominis, pro toto homine poſuit Commodianus. Vide ſupra Inſtr. XXVII. ℣. 406. ID.

3. *Senſi ipſe ruinam*] Leg. *ſenſiſſe ruinam*, ut eſt in apographo, cujus fidem temere deſeruit Rigaltius. Fatebor, inquit Commodianus, me ruinam ſenſiſſe. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 280.



Undique te redde tutum, tuos quoque; vicisti.
Et vigilanter age, ne quis incurrat in illa.
Res infamis erit, si quis se propalat hosti.
Vincere qui nescit, & occurrit tradere sese,
Nec sibi nec patriæ laudem remisit ineptus.
Tunc vivere noluit, cum ipsa vita peribit.
Domini si quis inops, aut profanus ab hoste,
Eramen sonans facti, [1] vel ut aspides, surdi,
Orare satis debent, aut se condere tales.

L I.

DE INFANTIBUS.

Duellum hostis subito venit inundans,
Et prius quam fugerent, parvulos occupavit inertes.
Improperandum eis non est, licet capti videntur:
Nec quidem excuso: ob delicta forte parentum
Fuere promeriti; ideo Deus tradidit illos.
Attamen adultos hortor in arma recurrant,
Nascanturque [2] quasi denuo suæ matri de ventre.
Terribilem legem fugiant, semperque cruentam,
Impiam, indocilem, ferina vita viventem.
Bellum enim aliud cum fuerit forte gerendum,
Vincere qui poterit, aut certe jam scire cavere,
S . . . .

L I I.

DESERTORES.

Desertores enim genere non uno dicuntur.
Est alius nequam, alius in parte recedit;
Sed tamen utrique judicia [3] vera decernuntur.
Ecce militatur Christo, sicut Cæsari paretur.
Refugium regis pete, si delictor fuisti;
Tu illum implora, prostratus illi fatere:
Omnia concedet, cujus sunt & omnia nostra.
Repositis castris, ulterius cave delinquas.
Errare noli diu miles per spelæa ferarum.
Sit tibi peccare, desistere gestum immensum.

L I I I.

MILITIBUS CHRISTI.

Militiæ nomen cum dederis, freno teneris.
Incipe tunc ergo dimittere pristina gesta:
Luxurias vita, quoniam labor imminet armis.
Imperio regis omni virtute parendum,
Tempora postrema si vis pertingere læta.
Ille bonus miles, semper exspecta fruenda;
Blandire noli tibi, desidias omnino mitte,
Ut tuo præposito cottidie præsto sis, ante
Solicitus esto, matutinus signa revise.
Cum videris bellum, agonia sume propinqua.

V. 792. *Undique te redde tutum*] Dissentit a Tertulliano Commodianus: consentit autem Cypriano. Suadet in persecutione fugam, aut latebras. Immo in latebris & in fuga martyrium esse docet. Omnino vetat, ne quis incurrat, ne quis se offerat. Denique ait Christianum qui se propalat hosti, esse sui ipsius traditorem. Si tamen incidat in hostem, vel opprimatur a persequentibus, tunc pro nomine Christi esse debere constantissimum. Nam si vitam negando redimat, cum ipsa vita periturum.

V. 797. *Tunc vivere noluit*] Vitam æternam vivere noluit, qui parum fortis coram præside, coram tyranno fuit; tura dedit idolo, vel negavit Christum: æternæ vitæ renuntiavit, ut momentaneam servaret.

V. 798. *Domini si quis inops*] Ut simpliciter ethnicus. Inopem Domini dicit, qua forma de Saturno, *venit inops animi*, Instr. IV.

Vel profanus ab hoste] A persecutoribus nominis Christiani subactus; a quibus rediit negator.

V. 799. *Æramen sonans facti*] I. Corinth. XIII. I. Χαλκὸς ἠχῶν.

— *Vel ut aspides surdi*] Qui adversus Dei sapientiam aures suas obturant.

V. 800. *Orare satis debent*]. Ita ut pœnitentiæ facultatem ab episcopo impetrare mereantur; Ecclesia, quam negato Christo dehonestaverunt, placata per longam ac miserabilem exomologesin.

— *Aut se condere tales*] Ita ut nuspiam posthac in Ecclesiæ castris conspiciantur.

DE INFANTIBUS.] Sensus est apertus: stabilienda tantum scriptura Instructionis in hunc modum, quo nunc edi curavimus.

V. 802. *Et prius quam fugerent, parvulos*] In apographo: *Et priusquam fugeres parvulos oc in.*

V. 808. *Terribilem legem fugiant*] In apographo: *Terribilem tegem fugiens*. Fugiant, inquit, legem illam terribilem, ethnicam; quæ sacrificare idolis jubet, cujus legis cultores flammis æternis sunt destinati.

DESERTORES] Desertorum duo genera constituit: Turificatorum & Libellaticorum.

V. 814. *Est alius nequam*] Qui sacrificat idolo; quod est apud Deum principale crimen.

— *Alius in parte recedit*] Qui ne pertrahatur in Capitolium sacrificaturus, paciscitur; oblato præsidi libello; concussori, pecunia.

V. 816. *Militatur Christo, sicut Cæs. par.*] Militatur Christo, qui sacrificare idolo vetat; & in sacrificantes, etiam mortuos, animadvertit pœnis æternis. Paretur Cæsari, qui mori jubet non sacrificantes idolo; nec habet, quid faciat mortuis: nam sic mortui pro Christo, qui sic Cæsari paruerunt: ut mortem fortiter oppetierint pro Christi nomine, vitam vivunt æternam.

V. 817. *Si delictor fuisti*] Delictorem dicit, peccatorem: & sic etiam loqui Cyprianum observavimus.

V. 820. *Repositis castris*] Castris scilicet adversus Ecclesiam rursus positis, tu ipse post acceptam pœnitentiam repositus Ecclesiæ castris, noli amplius esse desertor.

V. 822. *Sit tibi peccare, desistere gest. im.*] Consimile est illud Instruct. XLIII. *Summa tibi: gravia peccata devita tu semper.*

V. 824. *Incipe tunc ergo dimittere prist. gesta*] Supra dixit: *Cave, ut non delinquas in ante*, Instr. XLVI. Opponit heic, *dimittere pristina*, illi quod Instr. XLVII. *sectavii prisca.* Prisca seu pristina sunt, quæ ante fidem commissa sunt, & qualia peccant ethnici sive profani.

V. 826. *Imperio regis*] *Regis*, intellige, Christum, Ecclesiæ caput.

V. 830. *Ut tuo præposito cottidie præsto sis*] Emendavimus, quod in apogr. depravatum fuerat, *ut tuo proposito*. Præpositum vocat, quem Justinus & alii, ΠΡΟΕΣΤΩΤΑ; Tertullianus *præsidentem:* qui & *præpositum Ecclesiæ* dixit, & *præpositum baptismo*.

V. 832. *Agonia sume propinqua*] Sume, præsume, intellige, in proximo esse festum & solemne certamen, ex quo patet in cælum iter. Agonalem diem, & Agonalia festa certamina dixere Romani, quæ prius Agonia dicebantur; teste Ovidio, I. Fast. *Et prius antiquus dicebat Agonia sermo.*

1. *Vel ut aspides, surdi*] Respicit ad *Psal.* LVIII. 5. DAVIS.

2. *Nascanturque quasi denuo*] Metaphoram sumsit ex *Joan.* III. 3. 4.

3. *Judicia vera decernuntur*] Heic, ut & apud optimos scriptores, *verum* justi vel æqui recipit potestatem. Vide sis Broukhusium ad Propertii lib. III. Eleg. XIII. II. ID.

Hæc gloria regis, militem videre paratum.
Rex adeſt, optato propter ſpem dominicaturum.
Ille parat dona, ille pro victoria lætus
Suſcipit, & proprium ſatellem dedicat eſſe.
Tu tibi præterea in Belian parcere noli:
Impiger eſto magis, ut reddat famam pro morte.

LIV.

DE REFUGIS.

Damnatorum animæ merito ſe ipſæ ſecernunt.
Ex hoc progeniti iterum ad ſua recurrunt.
Radix Cainæa, maledictum ſemen erumpit,
Et in ſervili gente ſub barbaro rege refugit,
Flamma quos æterna torquebit die decreto.
Vult vagus errare ſine diſciplina profugus,
Graſſari per fauces viarum lege ſolutus.
Iſti ergo tales, quos nulla pœna coegit,
Si vivere nolunt, ab idolis reſpici debent.

LV.

DE LOLII SEMINE.

De [1] ſemine lolii, qui ſtant in Eccleſia mixti.
Expletis temporibus meſſis, ſeparatur a fructu
Lolium enatum, quod non miſerat Dominus.
Omne lolium agricola collectum ſeparat illud.
Lex ager nobis eſt: qui fecerit bonum in illa,
Ipſa utique nobis præſtat requiem veram
Ipſe dominator: nam lolium igne crematur.
Si ergo putatis, quoniam ſub uno morantur,
Erratis: ſteriles Chriſtianos vos eſſe deſigno.
Maledicta [2] fuit arbor ſine fructu ficulna
In verbo Domini; & ſtatim exaruit illa.
Non operas facitis, non donum gazo paratis.
Et ſic promereri Dominum putatis inanes?

LVI.

DISSIMULATORI.

Diſſimulas legem tanto præconio latam,
In tot prophetarum cæleſti voce clamantem?
Si propheta tantum declamaſſet [3] in nubem,
Sufficeret utique Domini vox miſſa per illum.
In tot prophetarum volumina lex Domini proclamat;
Malitias nullus dimittit: ita æque de corde
Vis bona videre, & fraudibus vivere quæris.
Lex ipſa cur ergo proceſſit tanto labore?

V. 834. *Optato propter ſpem dominicaturum*] Scribendum videtur: *præter ſpem dimicaturum*. Venturum regem, id eſt, Chriſtum, qui præſideat martyrio, certamini. Vigilate utique milites Chriſti, *quia qua hora non putatis, filius hominis veniet*. Luc. XII. 40.

V. 836. *Et proprium ſatellem dedicat eſſe*] Satellem dixit pro, Satellitem: & *proprium eſſe dedicat*, hoc eſt, ſtabilem, firmum fortemque. In apogr. ſuperlitum animadverti veteris ſcripturæ veſtigium, *deduat*, quam heic minime convenire arbitramur.

V. 837. *Tu tibi præterea in Belian parcere noli*] In apographo ſcriptum fuerat: *Tu tibi præterea in delictis parcere noli*. Quæ ſcriptura ferri & explicari poſſet, niſi nos admoneret is qui apographum recenſuit, veterem manum fuiſſe, *in Belian*. Hoc eſt, cave ne deſidia aut ſupinitate tua, dum tibi forte nimium blandiris, deſis tibi ipſi adverſus Belian, ſive diabolum; ne tibi improvido obrepat Satanas, Malus, Iniquus.

V. 838. *Impiger eſto magis*] Tantum abſit, ut tibi perniciem inferat Belias tentationibus ſuis; quin potius ab iis famam reporta; ita ut ſis exemplo fratribus diſciplinæ ac fidei diligentiſſime ſervatæ.

DE REFUGIS] In apographo legitur, *de refugiis*, & ante ultimum verſum apparet lacuna, quaſi *refugia* dixerit Commodianus, pro *refugis*: ut *ſervitia* pro *ſervis*. Nos deeſſe quidquam non arbitramur, & Inſtructioni titulum fecimus, *De refugis*: ſic fuerit nota lacunæ ſuperflua.

V. 840. *Ex hoc progeniti*] Ex hoc ſcilicet Belia, de quo Inſtr. præced.

— *Iterum ad ſua recurrunt*] Ad ſuos ethnicos, idololatras.

V. 841. *Radix Cainina*] Vel potius, Cainæa, ut ſupra Inſtr. XXXVI. In apogr. vitioſe, *Radix Cananæa*.

V. 842. *Sub barbaro rege*] Ut ſupra, Chriſtum ſimpliciter dixit, Regem, ita heic barbarum regem vocat Belian, Satanam, Antichriſtum.

V. 843. *Die decreto*] Decretorio, cenſorio, die judicii, die reſpectus. In cognitione animarum. In reſpectione.

V. 847. *Si vivere nolunt, ab idolis reſpici debent*] In apographo legitur: *Sydere volunt*. Secundum hæc veſtigia ſcribendum: *Si videre volunt* quos adorent deos, nec fidem adhibere velint Deo vero, quia non vident; confidant autem ſimulacris ſuis æneis ligneiſque: aſpiciant ea certe quantum voluerint, oculos habent æneos ligneoſque, nec tamen vident: ergo talium fabricatores & cultores deorum, numinibus ipſi ſuis potiores ſe faciunt, & ſubſannant oculos deorum ſuorum cæcos; adeoque ob impietatem ſuam ab ſuis ipſi diis reſpui debent. At, ſi verum amamus, præferenda erit hæc ſcriptura: *Si vivere nolunt, ab idolis reſpici debent*. Etenim tota Commodiani philoſophia eſt, vita æterna: quam ſi vivere iſti, inquit, nolunt, ab idolis reſpici debent: hoc eſt, ab Satanæ miniſtris, qui nidulantur in cavis ſimulacrorum.

V. 852. *Lex ager nobis eſt*] Agri parabola ſignificat nobis legem Chriſti. Ipſe Chriſtus: *Ego ſum vitis vera*. Joan. XV. 1.

V. 856. *Steriles Chriſtianos*] Infrugiferos, ΑΓΟΝΟΥC, ſpadones: bonorum operum ſteriles.

V. 859. *Non donum gazo paratis*] Gazum dicit, theſaurum ſacrum, Corbonam, Gazam Eccleſiæ, Gazophylacium. Inſtr. LXXII. *In gazo præterea de labore mittere debes*. *Arcam* dixerat Tertullianus: alii *Concham*. Heic igitur Commodianus ſteriles Chriſtianos appellat, qui de facultatibus ſuis in uſus pauperum nihil conferebant. Hanc ſterilitatem Cyprianus *ſacrilegam* eſſe ait, lib. de opere & eleemoſyn. Paullinus epiſt. XXXIV. *Aridas manus* dixit eorum qui negligebant in Eccleſia poſitam a Domino menſam indigentibus. Idem: *Cæleſtis igitur trapezitæ hæc menſa eſt*, [illegible] *Dei* [illegible] *exercens*.

DISSIMULATORI] Hypocritæ; qui ſe Chriſtianum ſimulat, & Antichriſtiana, ſive ſæcularia & ſatanica vivit.


V. 866. *Ita æque de corde Vis bona vid.*] Qua mente cupis Dei benedictionibus & benefactis adfici, eadem optas per calumnias & dolos de fratris tui ſpoliis diteſcere.

1. *De ſemine lolii*] Lolii parabola legitur *Matth.* XIII. 24. DAVIS.

2. *Maledicta — ficulna*] Vide *Matth.* XXI. 19. *Marc.* XI. 13. ID.

3. *Declamaſſet in nubem*] Hæc lectio prorſus eſt abſurda. Legendum puto, *declamaſſet* IN ORBEM. Ut mox V. 865. Vult Commodianus ſatis fuiſſe, ſi unus tantum propheta Domini leges mundo annuntiaſſet. ID.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 280.



Abuteris Domini mandata, & te filium inquis. A
Tu si talis eris sine caussa, videris, inquam.
Omnipotens mites quærit sibi filios esse,
Rectos corde bono, devotos legi divinæ:
Immites autem jam scitis ubi demersit.

LVII.

SÆCULARIA IN TOTUM FUGIENDA.

Si quidam doctores, dum exspectant munera vestra,
Aut timent personas, laxant singula vobis;
Et ego non doleo, sed cogor dicere verum.
Cum caterva mali pergis ad spectacula vana,
Ubi satanas fragoribus Circo operatur.
Licere persuades tibi quodcumque placebit. B
Altissimi proles, cum filiis Zabuli mixta,
Respicere num vis, queis renuntiasti, priora?
In ipsis versaris iterum, [1] quid proderit Unus?
Aut si pro languore datum; quod stulte profanus
I . . . .
Nolite diligere mundum, neque ambitum ejus:
Tanta Dei vox est, & tibi proba videtur.
Observas mandatum hominis, & Dei devitas;
Tu fidis muneri, quo doctores ora procludunt,
Ut taceant, neque dicant tibi jussa divina.
Me [2] vera dicentem, sicut teneris, prospice summum:
Filius cujus eras, illi te adsigna clientem.
Vivere si quæris gentiliter homo fidelis,
Gaudia te mundi removent a gratia Christi:
Indisciplinate quod leve licere præsumis,
Et caros histriones & cantica musica quæris,
Nec tali subolem garrire amentia curas;
Eum [3] vita frunisci putas? improvidus erras.
Altissimus jubet, & justa præcepta devitas.

LVIII.

CHRISTIANUM TALEM ESSE.

Cum Dominus dicat, [4] In gemitu edere panem: C
Heic, ut quid nunc agis, qui cupis vivere lætus?
Rescindere quæris sententiam summi Dei missam
In protoplastum: vis frenum prodere legis.
Si Deus omnipotens cum sudore vivere jussit,
Tu qui jocundaris, eris jam exterus illi.
Indignatum ait Dominum scriptura Iudæis.
Ab [5] esca refecti surrexerunt ludere filI.
Nunc ergo cur illos prosequimur sponte profectos?
Unde perierunt illi, nos cavere debemus,
Maxima pars vestrum luxuriis dedita paret.
Transgrederis legem, cum te fucis inficis: in te
Apostolus clamat, immo Deus per illum:
Licentia vestra vos, inquit, in ipsa deperdunt.
Esto ergo talis, qualem vult esse te Christus.
Mitis & in illo hilaris; nam sæculo tristis.
Excurre, labora, suda, cum tristitia pugna.
Spes cum labore venit, & victoriæ palma donatur.
Si refrigerare cupis, admartyriza:
Exspecta requiem futuram in transitu mortis.

V. 871. *Omnipotens mites quærit*] Matth. V. 5. *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*. Pacificatores, ΕΙΡΗΝΟΠΟΙΟΙ.

V. 873. *Immites autem*] Paullo ad Tim. II. 3. ΑΝΗΜΕΡΟΙ, ΑΦΙΛΑΓΑΘΟΙ, oppositi benignis.

— *Scitis ubi demersit*] In stagnum ignis, ubi *fletus & stridor dentium*.

Sæcularia in totum fug.] Hoc est, non esse dissimulandum: neque enim convenire Ecclesiæ cum sæculo. Ecclesia, Christus; sæculum, satanas. Itaque non permiscendam esse Altissimi prolem cum filiis diaboli: neque laxandam esse disciplinam nimia pastorum indulgentia, per gratiam aut sordes.

V. 874. *Doctores*] Doctores, præpositi, præsides, pastores, episcopi.

V. 877. *Cum caterva mali*] Mali, id est, satanæ.

V. 878. *Ubi satanas fragoribus Circo op.*] Tertullianus lib. de Spect. *Cum ergo furor interdicitur nobis, ab omni spectaculo auferimur; etiam a Circo, ubi proprie furor præsidet* &c.

— *Circo operatur*] In apographo scriptum fuerat: *Ubi satanas fragoribus comparatus*.

V. 881. *Queis renuntiasti priora*] *Priora* dicit quæ supra, *pristina*, *prisca*, ea quæ *in ante* Fidem. Ea vero sunt, diabolus, pompa & angeli ejus. Tertullianus, & toto illo de Spectaculis. E

V. 882. *Quid proderit Unus*] Quid proderit tibi factum fuisse in lavacro filium Dei, qui est unus, omnipotens, Altissimus, cui perfidum dixisti sacramentum? Immo jam judicatus damnatusque es ab eo qui solus est; cui *soli* peccasti; ut est in Psalm. LI. soli, inquam, Deo, qui consortem non habet: adversus quem non habes opponere alium Deum, qui te eripiat. Scio adversam huic Psalmi versiculo interpretationem adferri ex Ambrosio; quæ Davidis, id est, regis personam accipit, & circa adulationem judicari periclitatur.

V. 883. *Aut si pro languore datum*] Ad refocillandas, aut recreandas animi languescentis vires, ab iis mollissimis & facillimis doctoribus concessa tibi fuerint spectacula. D

V. 885. *Nolite diligere mundum*] 1. Joan. II. 15.

— *Neque ambitum*] Hoc est, id omne quod mundo ambitur & continetur. Joannes dixit: *ea quæ in mundo sunt*. Tertullianus & Cyprianus dixere, *pompa diaboli*.

V. 887. *Observas mandatum hominis*] Discernit inter mandata Dei, & mandata sive traditiones hominum; quod ostendimus sæpissime factum a Cypriano; secundum præcepta Paulli.

V. 888. *Quo doctores ora proclud.*] Et fiunt muti, non valentes latrare.

V. 890. *Prospice summum*] Altissimum; Deum opt. max. qui & summus Doctor.

V. 892. *Gentiliter*] Ethnice. Sic Paullus ad Gal. 2,

V. 896. *Subolem garrire*] *Loquacem nidum*, dixit Juvenalis Sat. v.

V. 897. *Eum vita frunisci*] Vita illa quam Deus fidelibus suis pollicetur, frui putas?

Christianum talem esse] Non hypocritam, non dissimulatorem, non sæcularia sectantem.

V. 904. *Eris jam exterus illi*] Non coheres Christi, non filius Dei, non municeps æternæ illius civitatis.

V. 907. *Sponte profectos*] Judæos recutitos, curtos, ΛΕΙΠΟΔΕΡΜΟΥΣ, verpos.

V. 916. *Spes cum labore venit*] Spes labori convenit. Spes alit agricolam.

V. 917. *Admartyriza*] Adsiste martyri, procede ad martyras, qui in carcere: horum necessitates pro facultatibus sicut par est, temet addicas. Id.

1. *Quid proderit Unus?*] Insubida est enarratio Rigaltii. Leg. *quid proderit* Unctus, id est, Christus, qui cruci fuit affixus ut homines a diaboli potestate retraheret, sibique *populum electum* faceret. Sic Instr. LXXII. ℣. 1151. *Sicut singularis illa, quam prætulit Unctus*. Davis.

2. *Me vera dicentem — prospice summum*] An igitur *mendicus Christi* se *summum* dixit? Leg. *Me vera* dicente, *sicut teneris, prospice summum*. Meo monitu ductus, Deo,

3. *Eum vita frunisci*] Acrostichidis ratio legendum monet. Dum *vita frunisci putas, improvidus erras*. — *Frunisci*. Frui. Vide Festum & Nonium cap. 2. Id.

4. *In gemitu edere panem*] Respicit ad *Gen.* III. 19. Id.

5. *Ab esca refecti, surrexerunt ludere filI*] Moses *Exod.* XXXII. 6. Locum laudat D. Paullus 1. *Cor.* X. 7. Id.

LIX.

MATRONIS ECCLESIÆ DEI VIVI.

Matronas vis eſſe, Chriſtiana, ut ſæculi domnas, A
Auro te circumdas, aut ſerica veſte pudica;
Terrorem legis ex auribus vento remittis:
Res vanas adfectas, [1] cuncta de Zabuli pompa:
Ornaris ad ſpeculum, cincinnos fronte reflexos;
Nec non & inducis malis medicamina falſa:
In oculis puris ſtibium perverſo decore,
Seu crines tingis, ut ſint toto tempore nigri.
Eſt Deus inſpector, penetrat qui ſingula corda:
Ceterum pudicis iſta neceſſaria non ſunt.
Caſto atque pudico ſenſu pertundite pectus.
Lex Dei teſtatur tales abſcedere leges,
Ex corde qui credit, feminæ marito probatæ
Sufficiat eſſe non cultibus, ſed bona mente.
Induere veſtes quas optat frigus & æſtus
Aut nimium ſolis; tantum ut pudica proberis:
Et in plebe Dei facultatis dona demonſtra.
Das tibi momerium Clariſſima quondam.
Exanimata jacens precibus viduarum erecta,
In dando promeruit, non comtibus, inde levari.
Vos matronæ bonæ vanitatis fugite decorem.
In feminas congruit cultura lupanas.
Vincite malignum, pudicæ feminæ Chriſti.
In dando, divitias veſtras oſtendite totas.

LX.

ITEM IPSIS.

[2] Audi vocem, quæ vis Chriſtiana manere, B
Beatus [3] Paullus qualiter te ornari præcepit;
Cæliloquus item Eſajas doctor & auctor:
Deteſtatur enim pravitatem mundi ſequentes.
Exaltatæ [4], inquit, jacebunt filiæ Sion.
Fas in Deo non eſt Chriſtianam coli fidelem.
Gentili more quæris procedere, Dei ſancta?
Has Dei præcones damnant in lege clamantes;
Injuſtas eſſe feminas, quæ ſe taliter ornant.
Capillos inficitis, oculos fuligine relinitis,
Levatis comulas granulatim, fronte depicta,
Malas medicatis quodam ſuperducto rubore,
Nec non & inaures graviſſimo pondere pendent;
Obruitis collum monilibus, gemmis & auro;
Palmas Deo dignas præſagio malo ligatis.
Quid memorem veſtes, aut totam Zabuli pompam?
Reſpuitis legem cum vultis mundo placere.
Saltatis in domibus, pro pſalmis cantatis amores.
Tu licet ſis caſta, non te purgas ſiniſtra ſequendo:
Vos ideo tales Chriſtus cum Gentibus æquat;
Ymnificato choro placitoque Chriſto placete;
Zelantes fervore Chriſto offerte odorem.

tuis adjuva: conſtantiam monitis, hortatibus fove, accende. Ipſe Commodianus, Inſtruct. LXI. *Certe ſi non ipſe pugnat, vel ſuggerat illis*. Vetus inſcriptio, Romæ, via Oſtienſi. MANDROSA MARTYRVM OBSEQVIIS DEVOTA TRANSEGI FALSI SECVLI VITAM. Apud Grut. pag. MLV. C

V. 926. *Crines ut ſint toto temp. nigri*] Etiam cum appropinquante ſenio candidiores fiunt.

V. 931. *Ex corde quæ credit feminæ marito prob.*] Sufficiat feminam marito qui credit ex corde, probatam eſſe, non cultibus, ſed bona mente.

V. 936. *Das tibi momerium*] Sic legitur in apographo. Heſych. ΜΟΜΜΩ. Ο ΗΜΕΙC ΜΟΡΜΩ ΦΑΜΕΝ. ΤΟ ΦΟΒΗΤΡΟΝ ΤΟΙC ΠΑΙΔΙΟΙC. Etymologicum: ΜΟΡΜΩ, ΟΝΟΜΑ ΓΥΝΑΙΚΟC. ΜΕΤΑΦΟΡΙΚΩC ΕΚ ΤΑΥΤΗC ΤΑ ΠΡΟC ΚΑΤΑΠΛΗΞΙΝ ΤΥΠΩΘΕΝΤΑ ΠΡΟCΩΠΕΙΑ ΕΚΑΛΟΥΝ ΜΟΡΜΟΛΥΚΕΙΑ. *Momar*, Sicula dictio: habitus vituperandus & turpis. Feſtus, & Iſidorus in Gloſſis. Ait igitur Commodianus, Matronas Chriſtianas indecenter excultas, ipſas ſibi momerium dare, indutas improbiore aut laſciviore cultu comtuque. D

— *Das tibi*] Circumdas. Induis.

V. 937. *Precibus viduarum erecta*] Tabithæ hiſtoriam tangit. Commotus viduarum precibus Petrus oravit Deum, ut ſuſcitaret a morte Thabitam, & erecta eſt clamante Petro, *Tabitha ſurge*. Act. IX. Cyprianus lib. de opere & eleemoſ.

V. 938. *Non comtibus*] In apographo, *non comitibus*: & ſuperſcriptum, *cultibus*. Lucretius I. -- *Virgineos circumdata comtus*.

V. 940. *Feminas lupanas*] In apographo, *Lupans*: Lupanas. ΛΥΚΑΙΝΑC. Lupas. Gloſſæ, ΠΟΡΝΗ, *Lupanaria*, Meretrix, ΠΟΡΝΕΙΟΝ, *Lupanarium*.

V. 943. *Audi vocem*] Inſtructionis iſtius verſus ſunt abecedaria, ſive alphabetica ſerie compoſiti.

V. 948. *Fas in Deo non eſt*] Hoc etiam habet Commodianus a Tertulliano, & quæ deinceps hac Inſtructione ſequuntur.

V. 951. *Injuſtas eſſe feminas*] Injuſtæ ſunt, quæ damnant Dei manus: exprobrant Deo, quod non aliter ipſas ornaverit: adfectant, quod noluit Deus: faciunt ſe alias, quam fecerit Deus: quod eſt injuſtum & inverecundum. Sic Tertullianus juſtum eſſe colorem negat de colorum adulterio confectum. Auctor naturæ Deus, interpolator ſatanas. Vid. lib. II. de cultu fem.

V. 952. *Oculos fuligine relinitis*] Nigro pulvere, quo oculorum exordia producuntur.

V. 953. *Levatis comulas*] Juvenalis in VI. — *tot adhuc compagibus altum ædificat caput*.

— *Granulatim*] Diſcriminatis per granos capillis. Granos intellige ipſa crinium flagella. Vetus interpres hiſtoriæ Judith: *Comam diſcriminavit, id eſt granam fecit*. Et in ſynodo Bracarenſi: *Placuit, Lectores granos gentili ritu non demittant*. Gloſſæ vet. *Granitum*. ΚΟΚΚΩΤΟΝ. Iſidorus Orig. XI. *Granos & cinabar. Gothorum*. Jac. Sirmondus, & Jo. Savaro, ad Epiſt. II. lib. I. Sidonii Apollin. Alia diſpoſitio crinium in gradus & anulos toto capite comto. Quintil. XII. 10.

V. 954. *Malas medicatis*] Tertullianus: *Cutem medicaminibus urgent: genas rubore maculant*.

V. 957. *Palmas Deo dignas*] Quas dignius debeatis ad Deum orantes expandere.

— *Præſagio malo ligatis*] Etenim damnationis præſagium eſt: cujus eſt apud Matthæum formula: *Ligatis manibus & pedibus ejus mittite eum in tenebras exteriores*.

V. 963. *Hymnificato choro*] Eccleſiæ Chriſti.

— *Placitoque Chriſto placete*] Cui Pater de cælo: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui*.

1. *Cuncta de Zabuli pompa*] Sic & Inſtr. ſeq. v. 958. Vide adnotata ſuperius ad Inſt. XXXV. v. 543.

2. *Audi vocem cet.*] Heic non ſervatur Acroſtichidis ratio, ſed ſeries litterarum alphabeti, ut ſupra Inſtr. XXXV. Deeſt tamen hoc loco littera X.

3. *Beatus Paullus — præcepit*] Reſpicit ad I. *Tim.* II. 9. Vide & epiſt. ad *Titum* II. 3. DAVIS.

4. *Exaltatæ, inquit, cet.*] Horum verborum ſenſus legitur *Iſa.* III. 16-24. ID.

LXI.

IN ECCLESIA, OMNI POPULO DEI.

Juſtus ego non ſum, fratres, de cloaca levatus:
Nec me ſupertollo, ſed doleo veſtri, qui cerno
Ex tanto populo nullum in agone coronari.
Certe ſi non ipſe pugnat, vel ſuggerat illis,
Cladem objurgatis: o venter effercite luxu,
Laborat frater adverſante mundo ſub armis,
Et fartus opibus nec pugnas, nec pugnanti te ſiſtis?
Stulte, non intendis unum bellare pro multis?
In talem pendet Eccleſia tota, ſi vincat.
Abſtineri vides fratrem, & pugnare cum hoſte.
Optas tu in caſtris pacem, foras ille repugnat:
Miſericors eſto, ut ſis ante omnia ſalvus.
Nec metuis Dominum præconio tanto clamantem:
Inimicis etiam qui jubet alimenta præbere,
Prandia ab eo proſpice Tobia, qui ſemper
Omnibus omnino diebus cum paupere ſumſit.
Paſcere tu quæris, ſtulte, qui te denuo paſcat.
Vis ille mihi paret, qui componi proponit?
Laute cibatum diſtento ventre declamat
Oppreſſus inopia frater juxta tabeſcens.
De die dominica quid dicis? ſi non ante locavit,
Excita de turba pauperem, quem ad prandium ducas.
In tabulis ſpes eſt veſtra de Chriſto refecto.

LXII.

MARTYRIUM VOLENTI.

Martyrium, fili, quoniam deſideras, audi.
Abel qualis erat eſto, aut qualis Iſaac ipſe, aut
Rectam [1] qui diligit Stephanus ſibi vitam in iter.
Tu quidem quod optas, res eſt felicibus apta,
Vince prius Malum benefactis, recte vivendo.
Rex ille tuus cum viderit, eſto ſecurus.
Ipſius eſt tempus, & nos in utrumque gerentes:
Ut ſi bellum abeſt, in pace martyres ibunt.
Multi quidem errant dicentes, Sanguine noſtro,
Vicimus Iniquum, quo manente vincere nolunt.
Obſidiando perit, & ideo ſentit Iniquus:
Legitimus autem non ſentit pœnas adactas.
Ejulatuque zelando pectus pugnis pertunde.
Nunc ſi benefactis viceris, martyr in illo.
Tu ergo qui quæris martyrium tollere verbo,
In pace te veſti bonis; & eſto ſecurus.

V. 965. *De cloaca levatus*] De ſæculo, de idololatria. Supra Inſtr. XLI. *Nero de inferno levatus*.

V. 967. *Nullum in agone coronari*] Hoc deplorabat etiam Cyprianus.

V. 969. *Cladem objurgatis*] Lapſorum deformes reliquias. Cypr. lib. de Lapſis.

—— *O venter effercite luxu*] In apographo: *ovanter efficite luxu*.

V. 971. *Nec pugnanti te ſiſtis*] Ut obfirmes hortatu, conſilio, exemplo; ut reſoveas ſubſidio.

V. 974. *Abſtineri vides fratrem*] Cauſſa ſchiſmatis abſtentum.

—— *Pugnare cum hoſte*] Stare adverſus Eccleſiam cum hoſte, cum aliis ſchiſmaticis.

V. 975. *Optas tu in caſtris pacem*] Ante pacem Eccleſiæ datam, optas præcipitem dari pacem abſtentis. Cypr.

—— *Foras ille repugnat*] Ille lapſus vel abſtentus contemnit Eccleſiam, aut adverſatur Eccleſiæ.

V. 976. *Miſericors eſto*] Sis molliſſimo corde pius & beneficus erga pauperes.

V. 979. *Prandia ab eo proſp. Tobia*] Propius accedet ad veſtigia ſcripturæ, quæ eſt in apographo: *Prandia ab eo proſpice Tobo*. Sic in Bibl. Theodulfi præfatione aureis litteris: *liber Tobi*. Et in veteri Canone Scripturarum apud Anaſtaſium Patr. CP. *Tobe & Tobias*. Tobias. Græce ΤΩΒΙΤ ΚΑΙ ΤΩΒΙΑC. Et apud Suidam, ΤΩΒΙΤ, ΟΝΟΜΑ ΚΥΡΙΟΝ, ΚΑΙ ΤΩΒΙΑC ΟΜΟΙΩC. Pater vocatus ΤΩΒΗΤ, vel ΤΩΒΙΤ, filius ΤΩΒΙΑC. In apographo, *ab eo proſpice Lurna*. Supra ſcriptum *Jobba*. Tobiæ erga pauperes pietatem ſacris paginis commendatam in ſuorum Teſtimoniorum lib. III. Cyprianus contulit.

V. 981. *Qui te denuo paſcat*] Lucas XIV.

V. 982. *Qui componi proponit*] Componi, ſepeliri, qui de ſepultura cogitat, qui ſe felicem putat, ſi quam primum componatur. Horatius: *Omnes compoſui. Felices! nunc ego reſto, Confice*. Acro: *Omnes compoſui: Omnes in urnis ſepelivi*.

V. 985. *Si non ante locavit*] Promiſit alteri, qui eum vocavit, cui copiam ſui condixit ad prandium.

V. 986. *Excita de turba pauperem*] In apographo, *Excute*. Hic vero locus indicat ævo Commodiani in Eccleſia diebus dominicis Agapas in uſu fuiſſe.

V. 987. *In tabulis ſpes eſt*] In tabulis Novi Teſtamenti.

—— *De Chriſto refecto*] Chriſtus ipſe, Matth. XXV. 35. *Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare*, &c.

V. 992. *Vince prius Malum*] Satanam, qui in ſacris litteris Ο ΠΟΝΗΡΟC.

V. 993. *Rex ille tuus*] Chriſtus.

V. 994. *Ipſius eſt tempus*] Perſecutionis & pacis.

—— *Et nos in utrumque gerentes*] Ipſi Chriſto ſerviamus in pace & bello.

V. 995. *Si bellum abeſt*] Si perſecutio ceſſat.

—— *In pace martyres ibunt*] Ut ſupra, *Martyres ſine ſanguine*: quibus etſi defuere tormenta, etſi defuit tyrannus, non defuit animus adverſus quælibet tormenta fortis.

V. 997. *Quo manente vinc. nol.*] Manente Iniquo vincere nolunt, deficiunt, non perſtant in fide, evertuntur, dejiciuntur de fide.

V. 998. *Obſidiando perit Iniquus*] Obſidione diuturna ſatanas circa fortiſſimum Chriſtianum tandem fatigatur & frangitur.

V. 999. *Legitimus autem*] Fortiſſimus Chriſtianus, verus athletes, probe fidelis, non vincitur, non ſentit pœnas, ipſa tormenta ſuperat.

V. 1000. *Ejulatuque zelando pect. pug. pertunde*] Ejulatum ſuum caſtigabit pugnis, & præ zelo & amore Domini zelabit mortem. Sap. I. 12.

V. 1002. *Martyrium*] Martyrium ſubire: martyrem fieri. Sic loquitur verſio Latina vetus Euſebii Cæſ. opuſculo de Reſurr. I. *Ei qui occiditur, & ei qui martyrium tollit*.

1. *Rectam qui diligit Stephanus ſibi vitam in iter*] Procul dubio ſcribendum:

Rectam qui DELEGIT *Stephanus ſibi* VIAM *in iter*.

Vide *Act*. VI. VII. DAVIS.

LXIII.

BELLUM COTTIDIANUM.

Belligerare quæris, ſtulte, quaſi bella quieſcant, A
Ex protoplaſto die pugnatur in fine vobis.
Libido præcipitat, bellum eſt, pugna cum illo.
Luxuria ſuadet, abutere, bellum viciſti.
Vino copioſo parce; ne per illum (illud) aberres.
Maledicti retine linguam, unde Dominum adoras.
Compeſce furorem: pacificum redde te cunctis,
Oppreſſos miſeriis deprimere cave minores.
Tutorem adcommoda tantum, & noli nocere.
Tramite vos recto ducite ſincero præ zelo.
In tuis divitiis comem te redde puſillis.
De labore tuo dona, nudum veſti: ſic vinces.
Inſidias nulli facias, qui Deo deſervis.
Aſpice principium, unde periit invidus hoſtis.
Non ſum ego doctor, ſed lex docet ipſa clamando.
Verba geris tanta vane, qui ſub uno momento
Martyrium quæris otioſus tollere Chriſto.

LXIV.

DE ZELO CONCUPISCENTIÆ.

Dum cupis, inde peris; dum ardes proximi zelo: B
Extinguis te ipſum quando te incendis ab intus.
Zelaris alium, invide, de malo laborantem;
Et te parem concupis fieri pecuniæ tantæ.
Lex ſic non aſpicit: dum illum incumbere quæris,
Omnia ſuſpenſus, vivis in ardore lucrorum.
Cumque reus tibi ſis, ipſum te judice damnas.
Oculorum acies numquam ſatiatur avara.
Nunc ergo ſi redeas & cogites, vana cupido eſt.
C . . . .
Unde Deus clamat: Stulte hac nocte vocaris,
Poſt te mors ruit: cujus erunt iſta talenta?
In ſuprema ædis injuſta lucra condendo.
Suggeret [1] cum Domino unicuique vita diurna.
Congeſtet alius: tu bene vivere quære.
Et Dei cor conſcius, ages ſuper omnia victor.
Nec enim dico [2] ut te in trivio tinnites,
Cum pro die tuo vigilas, ſine fraude vivendo.
In eſca perit avis, aut hæret improvida viſco.
Arbitrare tibi ſimpliciter valde cavendum.
Excedant alii finem: tu proſpice ſemper.

LXV.

QUI DE MALO DONANT.

Quid te bonum fingis alieno vulnere, vecors? C
Unde tu largiris, alter cotidie plorat.
Iſta tu diſcredis Dominum videre de cælis?
Dona iniquorum non probat Altiſſimus, inquit.
Erumpes miſeris, dum fueris locum adeptus.
Munera dat alter, ut alterum reddat inanem.
Aut ſi feneraſti: duplicem centeſima nummum,
Largiri vis, ut te, quaſi malum malo depurges.
Omnipotens tales operas omnino recuſat.
Donaſti de lacrymis: candidatus ille ingratis

BELLUM COTTIDIANUM] Hominis vita, militia eſt. ΠΕΙΡΑΤΗΡΙΟΝ. Jobi VII. 1. Hanc vero ſententiam fuſe exſequitur Arrianus ad Epictetum III. c. 24. CTPATEIA TIC ECTIN O BIOC EKACTOY, KAI AYTH MAKPA KAI ΠΟΙΚΙΛΗ, &c. pag. 174. Hæc philoſophus ille profanus, qui litteras noſtras attigerat. Eſt autem multo perfectior ſapientia Chriſti apud Euſebium, ſeptimo opuſculorum quæ Sirmondus edidit Latina verſione antiqua, Græcis, ſi non jam interiere, adhuc latentibus pag. 255. *Semper perſecutio eſt, ſemper inviſibile bellum habetur, ſemper corona, ſemper abnegatio. Vultis videre certamina religioſitatis? Nonnumquam efferbuit quis ira adverſus ſubditum ſibi; rememoratus autem Domini, depoſuit acerbitatem: pejus enim eſt fervori incenſæ iræ reſiſtere, quam flammæ ignis quæ a foris habetur. Quia igitur martyr eſt qui propter Deum ad exteriorem flammam reſiſtit; martyr & vere martyr, qui extinguit interius incendium invidiæ propter Dominum Jeſum.* Et paullo poſt: *Certamina igitur cottidiana ſunt iſta, quæ per dies & noctes ſunt nobis.* Deinde apponit exempla.

V. 1004. *Belligerare quæris*] Temere & furioſe ad martyrium ruis, inquietus & turbidus.

V. 1010. *Compeſce furorem*] Noli contra furiatæ mentis adverſarium refuriari; nec maledicenti remaledicere, nec remordere mordentem.

V. 1013. *Sincero præ zelo*] In apogr. *ſincero perfecto*.

V. 1020. *Otioſus Chriſto*] Qui nullis operibus vaces, quæ mandatis Chriſti continentur.

V. 1025. *Dum illum incumbere quæris*] Incumbere in illum, tamquam in prædam.

V. 1029. *Si redeas*] Ad temet ipſum.

V. 1031. *Stulte hac nocte vocaris*] Lucæ XII. 20. TATTH TH NTKTI THN ΨΥΧΗΝ COY AΠAITOYCIN AΠO COY. Cyprianus lib. de Opere & Eleemoſ. *Stulte, hac nocte expoſtulatur anima tua: quæ ergo paraſti, cui erunt?* Martialis VII. 44. *Rape, congere, aufer, poſſide: relinquendum eſt.*

V. 1033. *In ſuprema ædis*] Luc. *in apothecas*.

V. 1037. *Ut te in trivio tinnites*] Captandæ plebeculæ gratia cum tintinnabulo incedas.

V. 1040. *Simpliciter valde cavendum*] Columbæ ſimplicitatem, ſerpentis prudentia temperare debes.

QUI DE MALO DONANT.] Ignatius ad Trallianos: ΠΑ- D
PAINEI TIC TΩN ΠΑΛΑΙΩΝ, MHDEIC AΓAΘOC ΛΕΓΕCΘΩ KAKΩ TO AΓAΘON KEPANNYC.

V. 1045. *Dona iniquorum*] Eccleſiaſtici XXXIV.

V. 1046. *Erumpes miſeris*] Ut ſupra: *Illum incumbere quæris, Omnia ſuſpenſus.* Inſtr. LXIV.

V. 1048. *Duplicem centeſima nummum*] Ex pecunia fenore occupata, quot menſibus centeſimam exegiſti: ut apud Juvenalem Pollio, *qui triplicem uſuram præſtare paratus, Circuit, & fatuos non invenit.* Et apud Horat. 1. Ser. Sat. 2. *Quinas qui capite mercedes exigit.*


— *Centeſima*] Eſdræ II. 5. *Reddite eis agros ſuos, quin potius & centeſimam pecuniæ.* Græca Sixtinæ editionis tantum habent: KAI AΠO TOY AΡΓYΡIOY TON CITON KAI TON OINON, KAI TO EΛAION EΞENEΓKATE EAYTOIC. Deeſſe aliquid videtur. Latinus interpres latina ſua, ad ævi ſui uſum accommodavit. Chryſologus: *Uſura mundi, unum ad centum. Uſura Chriſti, centum ad unum.*

E V. 1051. *Candidatus*] Candidatum dicit petitorem, rogatorem, mendicum, & candidatum fortean baptiſmi, quem Tertullianus dicit, *candidatum Dei*.

1. *Suggeret cum Domino unicuique vita diurna*] Locus in mendo cubat, ſed facile poteſt in integrum reſtitui. Leg. *Suggeret cum* DOMINUS *unicuique* VITAM DIURNAM. Vide *Matth.* VI. 31. *Luc.* XII. 29. *Vitam* pro victu poſuit Commodianus. Donatus ad Terentii *Phorm.* Act. I. Scen. III. 12. *Vita & mores ſignificat, & animam, &* ALIMENTUM, *& ſpatium vivendi, & fortunam accidentem viventibus.* Simili modo *βίος* adhibent Græci. DAVIS.

2. *Ut te in trivio tinnites*] Deleto pronomine leg. *ut in trivio tinnites*. Vide *Matth.* VI. 2. ID.

Sæcul. III.
circa
Ann. Chr.
280.



Oppressus usuris deplorat factus egenus.
Nactus præterea tempus captatoribus, hostis
Ad præsens populus; [1] pretio tu sanctus iniquus,
Nec non & de lucro mercis vis te piare;
Te ipsum inludis, non alium, inique.

LXVI.

DE PACE SUBDOLA.

Dispositum tempus venit nostris: pax est in orbe;
Et ruina simul blandiente sæculo premit
Præcipitis populi, quem in schisma misistis.
Aut facite legem civitatis, aut exite de illa.
Conspicitis [2] stipulam cohærentem in oculis nostris,
Et vestris in oculis non vultis cernere trabem.
Subdola pax vobis venit, persecutio flagrat.
Vulnera non parent, & sic sine cæde ruitis.
Bellum in absconso geritur, sub pace quod ipsa
De vobis vix unus caute se gessit.
O male muniti, & in occisione prædicti!
Laudatis pacem subdolam, & vobis iniquam.
Alterius facti milites, non Christi, peristis.

LXVII.

LECTORIBUS.

Lectores moneo quosdam, cognoscere tantum,
Et dare materiam ceteris exemplo vivendi;
Certamen fugere, lites totidemque vitare;
Terrorem premere, nec umquam esse superbos.
Obsequia [3] justa malorum quoque deferte.
Reddite vos Christo similes, filioli magistro;
Inter agrestina benefactis lilia sitis.
Beati facti estis, cum feritis edicta.
Vos flores in plebe, vos estis Christi lucernæ.
Servate quod estis, & memorare potestis.

LXVIII.

MINISTRIS.

Mysterium Christi [4] Zacones exercite caste,
Idcirco ministri facite præcepta magistri.
Nolite ludere personam judicis æqui,
Integrate locum vestrum per omnia docti,
Susum [5] intendentes, semper Deo summo devoti.
Tuta Deo reddite sacra ministeria aræ,
Rebus [6] in diversis exemplum dare parati.
Inclinate caput vestrum pastoribus ipsi.
Sic fiet, ut Christo possitis esse probati.

V. 1053. *Tempus captatoribus*] Annonæ flagellatoribus.
—— *Hostis Ad præsens populus*] Qui jam avaritiem tuam detestatur: sed in futurum habebis etiam Deum ultorem.

V. 1055. *De lucro mercis*] Turpiter comparatæ, turpius repositæ ac reservatæ, ad captandum ex annonæ raritate lucrum.

V. 1057. *Dispositum tempus*] Pacis subdolæ. Sæculum a Deo sic ordinatum. Ejusmodi vero tempus a Cypriano descriptum fuerat, libro de lapsis: *Traditam nobis divinitus disciplinam pax longa corruperat. Studebant augendo patrimonio singuli*, &c.

V. 1059. *Præcipitis populi*] Qui temere pacem dari volebat lapsis, qui ad pacem festinabant.

V. 1060. *Facite legem civitatis*] Legem, disciplinam civitatis Dei, Ecclesiæ. Cypr. Epist. 10. 11. 12. 13. 14.

V. 1067.] *Et in occisione prædicti*] Jeremiæ XLVIII. 15. & L. 27.

V. 1068. *Laudatis pacem subdolam*] Inceditis per ignes suppositos cineri doloso.

V. 1070 *Lectores moneo quosdam*] Quibus ea non erat peritia, quam Cyprianus in iis ordinandis requirebat, Epist. 24. 32. & 34.
—— *Cognoscere tantum*] ΑΝΑΓΝΩΝΑΙ: quod a Commodiano transfertur ad simplicem notitiam frontis & oris & vultus.

V. 1072. *Certamen fugere*] Contentiones, jurgia.

V. 1073. *Terrorem premere*] Non esse minaces.

V. 1074. *Obsequia justa malorum*] Episcoporum, atque etiam ceterorum, immo etiam sæcularium potestatum.

V. 1076. *Agrestina lilia*] ΚΡΙΝΑ ΤΟΥ ΑΓΡΟΥ. Matth. VI. 28.

V. 1077. *Cum feritis edicta*] Quæ ad martyrii coronam ducunt.

V. 1078. *Vos flores in plebe*] Ecclesiastici XXXIX. 19. *Florete flores quasi lilium*. Quomodo autem in plebe Lectores, qui etiam a Cypriano tam studiose velut in gradu constituebantur, adhibita in consilium plebe aut ratam habente ordinationem? nam & inter Lectores erat doctor Audientium sive Catechumenorum. Erat igitur Lector in ordinatione quidem clericali, non autem sacerdotali, quæ ab Episcopo qui summus erat sacerdos, ultra diaconum aut subdiaconum non extendebatur. Adeoque florebat in plebe Lector, melloproximus sacerdotio sive ordini sacerdotali. Videantur Epistolæ Cypriani supra citatæ. Scripturas, sive codices sacros penes Lectorem fuisse, docent Gesta purgationis Cæciliani & Felicis sub Constantino & Constantio Coss.
—— *Vos estis Christi lucernæ*] Etenim Lectores ex ambone & pulpito scripturas legebant in Ecclesia.

V. 1080. *Mysterium Christi Zacones*] Idem Ignatius ad Trall. ΔΕΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟΥC ΔΙΑΚΟΝΟΥC ΟΝΤΑC ΜΥCΤΗΡΙΩΝ ΧΡΙCΤΟΥ ΙΗCΟΥ ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΤΡΟΠΟΝ ΑΡΕCΚΕΙΝ, &c.
—— *Zacones*] Diacones, breviata dictione Græca. ΔΙΑΚΟΝΟΥΝΤΕC.
—— *Mysterium Christi*] Sacramentum Christi. Corpus Christi plerisque in ecclesiis Diaconi offerebant, quod postea vetitum Concil. Arelatensi I. cap. 15. *De diaconis quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.* Arelat. II. 15. *Ut diaconus in secretario inter Presbyteros non sedeat: & corpus Christi præsente presbytero tradere non præsumat.* Unde sequitur absente Presbytero, tradidisse. Hoc vero mysterium caste exerceri vult Commodianus.

1. *Pretio tu sanctus iniquus*] Hæc prorsus repugnant. Leg. *pretio tu* FACTUS *iniquus*. Davis.


2. *Conspicitis stipulam* cet.] Respicit ad *Matth.* VII. 3. aut ad *Luc.* VI. 41. Id.

3. *Obsequia justa malorum quoque deferte*] Leg.
Obsequia justa MALIS *quoque deferte*.
Nam vulgatam lectionem respuit Latini sermonis ratio. Id.

4. *Christi Zacones*] Vide adnotata superius ad Instr. XXXV. ℣. 543.

5. *Susum intendentes*] Adi sis infra Rigaltium ad Instr. LXXVII. ℣. 1204.

6. *Rebus in diversis*] *Diversam partem* pro contraria dixisse veteres, probe quidem scio: sed *res diversas* eo sensu legisse me non memini. Scribendum? *Rebus in* ADVERSIS *exemplum dare parati*. Davis.



LXIX.

PASTORIBUS DEI.

Paſtor ſi confeſſus fuerit, geminavit agonem.
Apoſtolus autem tales jubet eſſe magiſtros:
Sit patiens rector, ſciat ubi frena remittat.
Terreat in primis, & poſtea melle perungat.
Obſervetque prius ut faciat ipſe quæ dicit.
Redditur in culpa paſtor ſæcularia ſervans,
In faciem cujus ſis auſus dicere quidquam.
Bullit in inferno rumoribus ipſa gehenna.
Væ miſeræ plebi, dubia quæ fronte vacillat.
Si talis aderit paſtor, pæne perdita ſtat;
Devotus autem continet, recte gubernans.
Exhilarantur examina regibus aptis.
In talibus ſpes eſt, & vivit Eccleſia tota.

LXX.

MAJORIBUS NATIS DICO.

Me ſolum expoſcit tempus vobis dicere verum.
Ab uno ſæpe monetur, quod multi detrectant.
In me ſolum volo odia convertere veſtra,
Omnium ut paveant præcordia tentatorem.
Reſpicite dictum, quod veritas odia tollat.
Jam prædixi quidem de pace ſubdola quanta.
Blandiens dum vobis ſubrepſit, eheu, ſeductor.
Vos quia neſciſtis laqueos inſtare, ruiſtis.
Sorbetis omnino amara, ſed eſt ſæculi ipſum.
Non gratis agit, pro quo interceditis, ullus.
Ab igne qui refugit, agit in voragine, veſtro:
Tunc petit ſuppetium miſer denudatus a vobis.
Ipſi jam horreſcunt judices peculantia veſtra.
S . . . .
De breviori titulo non tot inararem,
Inſpicitis docentes quibus vos tenditis ultro:
Cum ipſis & epulas capitis, & paſcitis ipſos.
Ob ea jam terræ pæne fundamenta intratis.

LXXI.

INFIRMUM SIC VISITA.

Infirmus ſi fuerit frater; de paupere dico;
Nolite vacui talem viſitare jacentem.
Fac ſub Deo bonum, obſequia redde per nummum.
Inde revaleſcit, vel, ſi conciderit ille,
Refoveatur homo pauper, qui non habet unde
Mercedem tibi, pro illo ſed conditor orbis & auctor.
Vel ſi pigeret ire ad pauperem, ſemper aboſum,

V. 1089. *Paſtor ſi confeſſus*] Si de nomine interrogatus clare & conſtanter reſponderit, Sum Chriſtianus. Si tus acerræ profanorum imponere juſſus, fortiter abnuendo clamaverit: Non facio.

V. 1094. *Sæcularia ſervans*] Qui ſe adhuc ſæcularibus immiſceat. Sæcularia dicit oppoſita Chriſto: antichriſtiana. Contraria ſunt Chriſtus & ſæculum, ſive ſatanas. Chriſtus perſonas non reſpicit: ſæculum ſive ſatanas loquitur nobilitatem, generoſitatem, magiſtratus. Chriſtus ſimplicitatem, & ſanctam paupertatem: ſæculum divitias. Chriſtus benignitatem, miſericordiam, pietatem: ſatanas regna, ultiones, perfidias, rapinas, incendia, triumphos. Plura de iſtis oſtendimus Epiſtola præfixa editioni noſtræ Cypriani, quæ ab ſæculo Commodiani ſummum cepiſſe videntur incrementum.

V. 1097. *Plebi, dubia quæ fronte vacil.*] Ait Commodianus paſtores, epiſcopos, presbyteros, frontem eſſe populi Chriſtiani. Itaque, ut in acie militari, primis ordinibus collocandos eſſe milites fortiſſimos, qui ſint exemplo ceteris. Tertullianus lib. de fuga. *Sed quum ipſi ductores, id eſt ipſi diaconi, presbyteri & epiſcopi fugiunt; quis de gregario numero ſuſtinebit, ad gradum in acie figendum ſuadentes*, &c. p. *696.*

V. 1099. *Devotus autem*] Bonus ille paſtor, qui ponit animam ſuam pro ovibus.

—— *Continet*] Totum ovile continet in veſtigio fidei conſtantis.

V. 1100. *Examina regibus aptis*] Etenim apium examina regem ſive ducem quæque ſuum habere dicuntur. Cyprian. Ep. *69.*

Majoribus natis] Tales erant primores, patroni, locupletes, qui tenuiores in clientelam ſuam recipiebant.

V. 1102. *Me ſolum*] *Solus ut plures altare Domini circumdabo*, inquit Tertullianus adverſus Pſychicorum glorioſiſſimam multitudinem, lib. de Pudic.

V. 1103. *Ab uno ſæpe*] In hanc ſententiam fabulatur Phædrus Aug. lib. IV. Fab. 3. *Plus eſſe in uno ſæpe, quam in turba boni*. Hac autem Inſtructione Commodianus eorum qui inter ævi ſui Chriſtianos auctoritate pollebant vitia carpit. Sed & cunctis paſſim Inſtructionibus de neglecta diſciplina tanto cordis affectu zeloque differit, ut ſui ſæculi Chriſtianis deſperationem ſalutis incutiat. Senſit oraculi veritatem Gennadius epiſcopus Maſſilienſis, nec amolitus eſt quidem vaticinii ſive querelæ triſtitiam, ſed Commodianum ipſum poſteris tradens, hoc diſcrimine fecit inſignem. Neque tamen iſta fuit ſolius Commodiani querela. Nam & pacem Eccleſiæ ſubdolam paullo ante Cyprianus opuſculo ſuo de Lapſis arguerat: & poſtmodum Sulpicius Severus hiſtoriæ ſacræ libros ſuos hac certe miſerabili deploratione concluſit. *Et nunc*, inquit, *cum maxime diſcordiis epiſcoporum turbari aut miſceri omnia cernerentur; cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconſtantia, invidia, factione, libidine, avaritia, arrogantia, ſomno, deſidia eſſent depravata; poſtremo plures adverſum paucos bene conſulentes inſanis conſiliis & pertinacibus ſtudiis certabant.*

V. 1105. *Omnium tentatorem*] Satanam. Heic certe Commodianus incutit deſperationem epiſcopis.

V. 1106. *Quod veritas odia tollat*] Pariat, conciliet ſibi. Sic ipſe alibi dixit, *Martyrium tollere*, quod eſt patrare, reportare martyrii Chriſtiani gloriam.

V. 1111. *Non gratis agit*] Patrocinium veſtrum venditis magno.


V. 1114. *Peculantia veſtra*] Sic legitur in apographo: quæ ſcriptura, ſi vera eſt, *peculantia* dixerit peculatum, ΔΙΑΡΠΑΓΗΝ.

V. 1118. *Et paſcitis ipſos*] Devoratis.

V. 1119. *Terræ fundamenta*] Inferos. Locus Eſaiæ c. XIV. 15. ſecundum Septuag. ſic habet: ΝΥΝ ΔΕ ΕΙϹ ΑΔΗΝ ΚΑΤΑΒΗϹΗ ΚΑΙ ΕΙϹ ΤΑ ΘΕΜΕΛΙΑ ΤΗϹ ΓΗϹ. Aquila & Theodotio dixere. ΕΙϹ ΛΑΚΚΟΝ. Latina verſio vetus: *in fundamenta laci*. Gloſſæ veteres: ΛΑΚΚΟϹ, *Lacuna, lacus, ciſterna*. Item: *Lamæ*, ΠΗΛΩΔΕΙϹ ΤΟΠΟΙ. Tertullianus dixit, *ſtagnum ignis & ſulphuris*, lib. de Fug.

V. 1121. *Talem viſitare jacentem*] Clinicum, Grabbatarium.

V. 1126. *Pauperem, ſemper aboſum*] Importuni divitibus, & odioſi ſolent eſſe pauperes, ſed & proximis etiam & amicis. ΦΙΛΟΙ ΜΙϹΗϹΟΥϹΙ ΦΙΛΟΥϹ ΠΤΩΧΟΥϹ. Prov. XIV. 20.



Mitte nummos, & [1] unde se resumere possit. A
Similiterque soror si paupera lecto decumbit,
Incipiant vestræ matronæ victualia ferre.
Clamat ipse Deus: frange tuum panem egeno.
Verbis opus non est visitare, sed benefactis.
Iniquum est, frater inopia victus ægrotet.
Satagite, non verbis, esum potumque requirit.
Inspicite tales, sed certe debilitatos,
Transigere sese qui non possunt, date subinde.
A Domino vobis spondeo dari quadruplum.

LXXII.

PAUPERIBUS SANIS.

Pauperies sana quid, nisi divitiæ adsint?
Ars certe si fuerit, jam & tu communica fratri.
Unum præsta tibi, ne superbus esse dicaris.
Polliceor, quoniam securior divite vivis.
Excipe doctrinam magni Salomonis in aures.
Responsorem in alto odit Deus pauperem esse: B
Idcirco te subde, & honorem redde potenti.
Blandus [2] enim sermo, proverbium nosti, deriget.
Vincitur officio etsi fuerit ira vetusta.
Si lingua taceat, nil melius invenisti.
Sane si non fuerit ars unde vita regatur,
Aut operam præbe, aut cursum, jussu potentis:
Non pudeat neque pigeat procurrere sanum.
In gazo præterea de labore mittere debes;
Sicut singularis illa, quam prætulit Unctus.

LXXIII.

FILIOS NON LUGENDOS.

Filiorum casus licet & dolium cordis relinquat,
In nigris exire tamen nec plangere fas est.
Lex prudenter ait; animo, nec pompa, dolere,
In Salomoniaco libro, septimana finita.
Oblita Dominum de resurrectione promissa,
Si martyras feceris filios, sic voce deflebis? C
Non pudet infrenem gentiliter plangere natos?
Os laceras, tundis pectus, vestimenta deducis,
Nec metuis Dominum cujus optas regnum videre?
Luge quod fas est: noli tamen errare pro illis.
Vos ideo tales, [3] quod minus quam gentes estis:
Germine zabolico facitis ut turbæ pronatæ;
Extinctos clamatis: qua gratia? false, peristi.
Nec dolore duxit pater filium mactandum ad aram:
Dolore nec vates filium luxit defunctum:
Omnipotentis enim nec flens deducebat alumnum,
Sed Deo devotus festinanter funus agebat.

V. 1127. *Unde se resumere possit*] Unde ad sublevandam inopiam suam sumere aliquid possit, & sumticulum facere parandis sibi necessariis, quibus doleat natura negatis; ac tandem vires resumet suas.

V. 1129. *Victualia ferre*] Ipse Instr. ult. dicet — *portent victualia collo*.

PAUPERIBUS SANIS.] Instructione præcedenti dixit, de infirmis & jacentibus: jam de valentibus & sanis, sed egenis; qui tamen artis suæ quæstu parare sibi possunt, unde se exhibeant. Et hos quidem aliquid de subsidio artis suæ conferre vult fratribus infirmis.

V. 1137. *Pauperies sana*] Eccl. xxx. 14. ΠΤΩΧΟΣ ΥΓΙΗΣ ΚΑΙ ΙΣΧΥΩΝ ΤΗ ΕΞΕΙ.

V. 1142. *Responsorem in alto*] Qui sic respondit quasi despiciat. Prov. XVIII. 25. *Cum obsecrationibus loquitur pauper*.

V. 1144. *Blandus enim sermo*] Blandus sermo sæpe apud iratos plurimum valet, & gratia sua facit ut subsidant iracundo cristæ, ut fervor detumeat; confutat animum iracundi fervidum. Sic Lucilius dixit: *Coquus ahenum cum fervit, paula confutat trua*.

— *Deriget*] Rigorem solvit, emollit, fundit, liquefacit. Plautus eodem sensu dixit: *dirigere*, in Curcul. *Clipeatus elephantum ubi machæra dirigit*, hoc est, ita discindit aut transverberat, ut effuso sanguine prærigida belluæ moles dissolvatur, aut divisa prosternatur. Glossæ: ΑΠΕΥΘΥΝΩ, *Derigo*.

— *Proverbium nosti*] Glossæ veteres: ΘΕΟΛΟΓΙΑ, *Dei proverbia*.

V. 1150. *In gazo præterea*] Supra Instruct. LV. *Non donum gazo paratis*. Glossæ, *Gaza*, ΧΡΗΜΑΤΑ, ΠΕΡΣΙΔΙ ΔΙΑΛΕΚΤΩ. Cyprianus: *Et dominicum celebrare te credis, qui Corban non respicis?* Commod. LXI. *De die dominica quid dicis?* cet.

— *Singularis illa*] Vidua. Solitaria.

— *Unctus*] Christus. Tertullianus Apolog. cap. III. *Christianus, quantum interpretatio est, de unctione deducitur*. Nomen de suavitate vel benignitate compositum.

V. 1153. *In nigris exire*] Ut mox erat gentium minime Christianarum. Julius Paullus, Sententiarum lib. 1. Tit. de Sepulcris & Lugendis: *Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura & alba veste*. Atra vestis conveniens luctui color, tristior habitus; spem resurrectionis non habebant, mortuos suos lugebant ut perditos, ut jam nullos. At Christiani, qui Fideles Fratresque suos ad vitam æternam migrasse, abiisse, præcessisse dicebant, non exibant in nigris. ΤΟ ΓΑΡ ΜΕΛΑΝ ΘΑΝΑΤΩΔΕΣ. Itaque aversabantur omnia mortis præsagia. Nam & nigrum illud & ferale in tumulis Theta, & nigra in veste senescere, ad Christianos pertinere negabant, de vita post D excessum æterna certos.

V. 1155. *In Salomoniaco libro*] Liber inscribitur *Ecclesiasticus, Sapientia Jesu* filii Sirach. Salomoniacum librum vocat Commodianus, quia gnomas sive sententias continet ad exemplum Salomonis.

— *Septimana finita*] Ecclesiastici XXII. 13. *Luctus mortui septem dies*. Morem fuisse antiquissimum discimus ex historia Jacobi, Genes. L. 10. & ex iis quæ sunt ad eum locum, & ad Siracidem ab doctis viris notata ex Philone & Ammiano Marcellino.

V. 1158. *Gentiliter plangere*] More gentium. Paullus ad Thessal. 1. ΚΑΘΩΣ ΚΑΙ ΟΙ ΛΟΙΠΟΙ, ΟΙ ΜΗ ΕΧΟΝΤΕΣ ΕΛΠΙΔΑ. Scilicet resurrectionis.

V. 1164. *Extinctos clamatis*] Ut supra Instr. XXX. *Vixit: &, Extinxi*. Extinctos ethnici dicebant defunctos: Christiani, præmissos, ad Deum translatos, evocatos a Domino.

V. 1165. *Nec dolore duxit pater*] Hæc Abrahami & Davidis exempla ad communem hunc de filiis non lugendis E locum citavit Ennodius episcopus Ticinensis Epist. I. lib. II. ubi Sirmondus hosce Commodiani versiculos & ipsius quidem Commodiani nomen, ab ævo Gennadii & Gelasii ignoratum primus indicavit. Eusebius, opusculo de Resurrectione: *Noli enim quærere, si non est occisus Isaac. [illegible] quo proposuit pater, mortuus est patri Isaac.*, pag. 51. editionis Sirmondi.

V. 1168. *Deo devotus*] Glossæ: *Devotissimus*, ΚΑΘΟΣΙΩΤΑΤΟΣ. Omnia pati & facere paratus.

1. *Unde se resumere possit*] Vires suas recuperare. Similiter Galli dicunt *se reprendre*. Vide Car. Dufresnii Glossarium. DAVIS.

2. *Blandus enim sermo, proverbium nosti, deriget*] Respicit Commodianus ad *Prov.* XV. 1. ID.

3. *Quod minus quam gentes estis*] Leg. QUID *minus quam gentes estis*. ID.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
280.

LXXIV.

DE POMPA FUNERIS.

De funeris pompa solicitus esse qui quæris, A
Erras; Dei servus adhuc in morte placere,
Pro! exanimum corpus ornari funestum.
O vanitas vera, cupere defunctis honorem.
Mens mundi detenta, nec in morte Christo devota.
Proverbia nosti: per forum efferri volebat,
Adeo illi similes & fera mente viventes,
Faustum felicemque diem in exitu vultis habere,
Ut coeat populus, laudem cum luctu videre.
Non provides quonam merearis ire defunctus.
Ecce prosequuntur illi: tu jam forte cremaris
Redactus in pœnam. Quid proderit pompa defuncto?
Incusatus eris qui ob ista collegia quæris.
Sub Vejove cupis vivere: te decipis ipsum.

LXXV.

CLERICIS.

Congruit in Pascha, die felicissimo nostro, B
Lætentur & illi, qui postulant sumta divina:
Erogetur eis quod sufficit, vinum & esca.
Respicite fonte quo memorentur ista pro vobis.
In modico sumtu deficitis Christo donare.
Cum ipsi non facitis, quo modo suadere potestis
Justitiam legis talibus? vel semel in anno.
Sic multos urget blasphemia sæpe de vobis.

LXXVI.

DE FABULOSIS ET SILENTIO.

Dum leve videtur cuicumque neque vitatur,
Et quasi facile ruit, dum abuteris illud,
Fabulæ subveniunt, quo venisti fundere preces,
Aut pulsare domum stomachi pro delicto diurno.
Buccina præconum clamat, lectore legente,
Ut pateant aures, & tu magis obstruis illas; C
Luxaris labia, quibus ingemiscere debes.
Obsera malis pectus, vel in pectore solve.
Sed quia divitibus faciunt pecuniæ frontem,
Inde perit omnis, quando sibi maxime fidunt.
Sic feminæ quoque coeunt quasi initient balneo;
Et de [1] domo Dei facitis ceu nundinas, artent.
Terruit sane Dominus domum orationis,
Sacerdos Domini cum *sursum corda* præcepit,
In prece fienda, ut fiant silentia vestra;
Limpide respondes, nec temperas quoque promissis.
Exorat ille Altissimum pro plebe devota,
Ne pereat aliquis, & tu te in fabulas vertis;
Tu subrides ibi, aut detrahis proximi famæ;
Indisciplinate loqueris, quasi sit Deus absens,
Omnia qui fecit, nec audiat neque cernat.

V. 1174. *Proverbia nosti*] Sic Julianus Cæsar Dionysio cuidam: ΜΥΘΟΝ ΑΚΗΚΟΑϹ. & ΙϹΤΟΡΙΑΝ ΕΠΙϹΤΑϹΑΙ.

--- *Per forum efferri volebat*] Quemadmodum ille apud Horatium Gargilius, *qui mane plagas, venabula, servos, Differtum transire forum populumque jubebat.*

V. 1181. *Qui ob ista collegia quæris*] Corporis artificum Libitinariorum, qui funera ad ritum Ethnicum ministrabant magnifico apparatu; numerosissima turba prosequentium funus & majorum imagines.

--- *Collegia quæris*] Advocas, sic Instr. XIX. dixit collegium facere --- *simili collegio facto.*

V. 1182. *Sub Vejove*] Sub Idolis. In apogr. *sub vigore.*

V. 1183. *Congruent in Pascha, die felicis.*] Quo pignus & arrhabonem accepimus resurrectionis in vitam æternam.

V. 1184. *Qui postulant sumta divina*] Ita in apographo, ubi superscriptum est: *qui postulant sabata divina.* Neutra lectio probabilis mihi videtur. Ista vero sensum efficiet huic instructioni convenientissimum: *Lætentur & illi, qui postulant sub acta divina.* Commendatur pietas erga pauperes; illos præsertim, qui postulant & rogant opem ac beneficia fidelium, sub id tempus quo solvitur Synaxis die Paschæ; sub id tempus quo pronuntiari solet missa, sive missio paschalis: sub id tempus, quo dimittuntur fideles, peractis solemnibus, peractis mysteriis, peractis rebus divinis. E

V. 1186. *Respicite fonte quo memorentur ista*] In apogr. *Respues de forte quo memorentur.* Quæ sunt corruptissima.

V. 1188. *Cum ipsi non facitis*] Supra Instr. LXIX. dixit: *Observetque prius, ut faciat ipse quæ dicit.* Apollonius: ΔΕΙ ΓΑΡ ΝΟΜΟΘΕΤΗΝ Α ΠΕΠΕΙΗΚΕΝ ΕΑΥΤΟΝ, ΤΑΥΤΑ ΕΠΙΤΑΓΜΑΤΑ ΕϹ ΤΟΥϹ ΠΟΛΛΟΥϹ ΠΟΙΕΙϹΘΑΙ. Horatius: *Si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi.* Pharisæorum est, dicere & non facere: imponere plebi onera, quæ ipsi ne digito quidem velint attingere.

V. 1190. *Sic multos urget blasphemia*] Hoc de sæculi sui Clericis Commodianus: & Clerici vocabulum tunc pertinebat etiam ad Sacerdotem. Hoc de sæculo quoque suo testatur etiam ad Eustochium Hieronymus Epist. XXII. num. 16. *Clerici ipsi*, inquit, *quos in magisterio esse oportuerat doctrinæ pariter & timoris, osculantur capita matronarum, & extenta manu, ut benedicere eos putes velle, si nescias, pretia accipiunt salutandi. Illæ interim quæ sacerdotes suo viderint indigere præsidio, eriguntur in superbiam*, cet. D Quanta jam illis temporibus per Ecclesias spatia confecerat Antichristus? Jam ipsi præsides indigebant monitoris præsidio; & qui monitis suis regendæ plebis pontificium susceperant, mala prævaricatione præsidium ipsi suum deserebant.

DE FABULOSIS] Congerronibus, confabulatoribus.

V. 1194. *Domum stomachi*] Pectus.

--- *Stomachi*] Cordis, animi, conscientiæ.

--- *Pro delicto diurno*] In apogr. legitur, *divino.* Delictum diurnum; cottidianæ incursiones.

V. 1197. *Luxaris labia*] Labia profanas, violas, dissolvis luxu, nequitia. Ut a luxuria, luxuriari; sic a luxu, luxari. ΑϹΩΤΕΥΟΜΑΙ, *Luxo, luxurior.* Festus: *Luxantur a luxu dictum id est, luxuriantur.*

V. 1201. *Quasi initient balneo*] Quasi initent balneum. Et versu seq. *Et de domo Dei ceu nundinas facitis artent.*

V. 1202. *Ceu nundinas*] ΟΙΚΟΝ ΕΜΠΟΡΙΟΥ. Joan. II. 16.

V. 1203. *Terruit sane Dominus domum orationis*] Cum intorto flagello ejecit collybistas. Joan II. 15.

V. 1204. *Sursum corda*] Præconis formula poscentis attentionem & silentium. Glossæ veteres: *Sus*, ΑΝΩ, *Susum*, ΕΠΑΝΩ. Item. ΑΝΩ, ΚΑΤΩ *Susum, Deorsum.*

V. 1207. *Pro plebe devota*] Pro omni fraternitate.

1. *Et de domo Dei facitis —— artent*] Sensus, nisi fallor, postulat ut legatur: *Et de domo Dei* FACIANT *ceu nundinas*, ARTANT. —— DAVIS.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
280.



LXXVII.

EBRIOSIS.

Ebrioso modum non pono, sed belluam malo. A
Bibendo superbis, interior a mente recedis,
Regentis imperium tenens apud, stulte, Cyclopas:
Inde in historiis; dum mortuus non bibo, dicis,
Optima mihi bibere, & corda sapere.
Subministra magis, (quid amplius quæris abuti?)
Infimo pauperclo, & eritis ambo refecti.
Si facias ista, extinguis tibi gehennam.

LXXVIII.

PASTORI.

Pascere qui quæris, & quod potuisti parasti;
Assidue pascendo recte fecisti.
Sed tamen invise pauperem qui te non repascat.
Tunc erit mensa tua per unum Deum probata.
Omnipotens tales vel maxime pasci præcepit.
Respice [1] cum pascis infirmos, & feneras Alto.
In illo vos Dominus voluit probatos adesse.

LXXIX.

ORANTI.

Orantem si cupias exaudiri de cælo,
Rumpe de latibulis nequitiæ vincula.
Aut si benefactis ores miseratus egenis,
B Ne dubites quin quod petieris detur oranti.
Tu sane si nudus benefactis Deum adores,
In totum ne facias sic orationes inepte.

LXXX.

NOMEN GAZÆI.

Incolæ cælorum futuri cum Deo Christo
Tenente [2] principium, vidente cuncta de cælo.
Simplicitas, bonitas, habitet in corpore vestro.
Irasci nolite sine caussa fratri devoto:
Recipietis enim quidquid feceritis ab illo.
Hoc placuit Christo, resurgere mortuos imo,
Cum suis corporibus, & quos ignis ussit in ævo,
Sex millibus annis completis mundo finito.

V. 1212. *Ebrioso modum non pono, sed belluam malo*] In apographo legitur: *Ebrioso modum non puo, sed bellua malor*. Et prima quidem lectione statim se obtulerat emendatio: *Ebrioso modum non pono, sed bellua major*. Unde apparebat iste sensus: Deditus ebrietati, modum sibi non ponit; nec ponere monentem audit; sed major bellua, major helluo modum ponit combiboni suo, quem turbata mente crapula consopitum prostravit; jam non mentis, non rationis compotem; ac per hoc belluam. Sed hæc sunt exposita & coacta nimis. Itaque placet ista simplicior scriptura: *Ebrioso modum non pono, sed belluam malo.*

V. 1213. *Bibendo superbis*] In Apographo legitur: *supernis* vel *superius*.

V. 1214. *Regentis imperium tenens apud, st. Cyclopas*] Polyphemi.

V. 1215. *Inde in historiis*] In fabulis, in Odyssea. Glossæ: ΙCΤΟΡΙΑΙ. *Monimenta*. Hesych. ΙCΤΟΡΕΙ, ΜΥΘΕΥΕΙ. ΙCΤΟΡΙΑ, ΜΑΡΤΥΡΙΑ, ΚΑΙ ΤΑ ΟΜΟΙΑ.

V. 1216. *Optima mihi bibere*] Hoc ex persona sua Commodianus apponit: intelligit autem bibere vitam æternam per evangelia, præcepta & exempla Christi.

V. 1219. *Extinguis tibi gehennam*] Alludit ad historiam divitis purpurati, cujus lingua apud inferos tam ardenti cruciatu urebatur, ut de Lazari digito instillari sibi aquæ tantillum pro summo levamine exoptaret. Luc. XVI.

PASTORI] Convivatori. ΕCΤΙΑΤΟΡΙ.

V. 1222. *Pauperem qui te non rep.*] Instr. LXI.

V. 1225. *Feneras Alto*] Cyprianus lib. de discipl. *Patrimonium tuum Deo fenera, Christum ciba.*

1228. *De latibulis*] De intimo recessu cordis; de penetralibus mentis tuæ.

V. 1229. *Ores miseratus egenis*] Paullinus, epist. XXXIV. *Aliud est, quando tu solus oras pro te: & aliud, quando multitudo pro te apud Deum trepidat.*

NOMEN GAZÆI] Id est *Commodiani*; a Gaza, *Gazæus*: C a Commodis *Commodianus*. Commoda autem dicuntur opes, divitiæ, gaza. Glossæ veteres: Commoda, ΑΥCΙΤΕΛΗ, ΧΡΗΜΑΤΑ.

V. 1239. *Et quos ignis ussit in ævo*] Legibus Cæsarum de pœnis, summa fuit ignium pœna. Christiani vero, etiam in corporibus defunctorum, rogos & busta exhorrescebant, præsaga formidine ignis illius æterni. Hoc igitur in primis curabant, ut martyrio devotis obfirmarentur animi adversus ignium tormenta. Petrus I. Epist. IV. 12. hortatur Christianos ne expavescant martyrium si per ignes & ustionem corporis accidat, nec exhorreant ut rem novam, inauditam, inusitatam, aut alienam Christianis. ΜΗ ΞΕΝΙΖΕCΘΕ ΤΗ ΕΝ ΥΜΙΝ ΠΥΡΩCΕΙ. Cyprianus Ep. LVI. *Nolite mirari ardorem accidentem vobis, qui ad tentationem vestram fit*, cet. ubi etiam observavimus nonnihil. Atque hæc parodia sic fuerit Christiana: *O quantos æstus, quantos patiere labores! Si fuerint ignes res peregrina tibi.*

V. 1240. *Sex millibus annis completis*] Justinus Martyr. D Dial. cum Tryph. Jud. pag. 307. hoc se cum plerisque aliis recte sentientibus credere profitetur: ΕΓΩ ΔΕ, ΚΑΙ ΟΙ ΤΙΝΕC ΕΙCΙΝ ΟΡΘΟΓΝΩΜΟΝΕC ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΧΡΙCΤΙΑΝΟΙ, ΑΝΑCΤΑCΙΝ ΚΑΙ ΧΙΛΙΑ ΕΤΗ ΕΝ ΙΕΡΟΥCΑΛΗΜ, cet. Hujusce temporis, annorum sex mille, consummationem sic putabat circa an. Chr. 369. Q. Julius Hilario, quem farcinatores bibliothecæ Patrum ediderunt ex bibliotheca Petri Pithœi: *A passione Domini Christi, ex quo tempore fide in se credentibus resurrectionem pollicitus Dei filius, anni compleantur necesse est quadringenti & septuaginta, ut concludatur summa sex millium annorum. Septimo millesimo incipiente, fide vera credentes liberabuntur e mundo. Tunc enim erit resurrectio prima sanctorum. De quadringentis vero & septuaginta annis a passione Domini in Consulatum Cæsaris & Attici, die nono Kal. April. anni transierunt trecenti sexaginta novem. Restant itaque anni centum & unus, ut consummentur anni sex mille*, &c.

1. *Cum pascis infirmos, & feneras Alto*] Salomon *Prov.* XIX. 17. *Qui pauperi miseretur, Deo fenerat*: ut habet vetus interpres apud Cyprianum *Testim. ad Quir.* lib. III. cap. 1. DAVIS.

2. *Tenente principium*] Nullus dubito quin ad illud Davidicum *Psalm.* CIX. 4. respexerit auctor: *Tecum principium in die virtutis tuæ.* Nimirum *principium*, ἀρχὴ, principatus: quod etiam Suetonius *principium* dixit, ut ad citati Psalmi locum monuit doctissimus Meldensium antistes Bossuetius.

Vertitur interea cælum tenore mutato:
Comburuntur enim impii tunc igne divino.
Ira Dei fummi ardet creatura gemendo.
Digniores, ftemmate & generati præclaro,
Nobilefque viri fub Antichrifto devicto;
Ex præcepto Dei rurfum viventes in ævo,
Mille quidem annis ut ferviant fanctis & Alto,
Sub jugo fervili, ut portent victualia collo;
Ut iterum autem judicentur regno finito.
Nullificantes Deum, completo millefimo anno,
Ab igne peribunt, cum montibus ipfi loquendo.
In buftis & tumulis omnis caro redditur acto,
Demerguntur inferno, trahunt pœnas in ævo.
Oftenduntur illis, & legunt gefta de cælo:
Memoria prifca debito & merita digno.
Merces in perpetuo fecundum facta tyranno.
Omnia non poffum comprehendere parvo libello.
Curiofitas docti inveniet nomen in ifto.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 280.



V. 1250. *Completo millefimo anno*] Epiftola, quæ tribuitur Barnabæ, pag. 54. ΟΥΚΟΥΝ ΤΕΚΝΑ ΕΝ ΕΞ ΗΜΕΡΑΙΣ, ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΞΑΚΙΣΧΙΛΙΟΙΣ ΕΤΕΣΙ, ΣΥΝΤΕΛΕΣΘΗΣΕΤΑΙ ΤΑ ΠΑΝΤΑ. Vetus interpres latinus: *Unde fcire debetis, quia in fex millia annorum confummabuntur omnia.*

V. 1251. *Cum montibus ipfi loquendo*] Luc. XXIII. 30. *Tunc incipient dicere montibus, Cadite fuper nos: & collibus, Operite nos.* Quod Ofeas prædixerat. X. 8. (Apoc. VI. 16.)


V. 1252. *Omnis caro redditur acto*] Redditur & reftituitur una cum actis & operibus cuique fuis; ut fecundum ea quæ geffit quifque, ad coronam aut gehennam mittatur.

V. 1258. *Curiofitas docti inveniet nomen in ifto*] Ab hoc poftremo poematii verfu furfum relegens per litteras verfuum primas inveniet. COMMODIANUS MENDICUS CHRISTI. & pro titulo: NOMEN GAZÆI, quod eft *Commodiani*, a gazo, five gazophylacio.



INSTRUCTIONUM
ACROSTICHA.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 280.



ANTONII CARMEN

ADVERSUS GENTES.

Discussi, fateor, sectas ANTONIUS omnes; A
Plurima quæsivi, per singula quæque cucurri:
Sed nihil inveni melius quam credere Christo.
Hæc ego disposui leni conscribere versu:
Et ne displiceat, quod talia [1] carmina pando;
David ipse [2] chelyn modulata voce rogavit,
Quo nos exemplo pro magnis parva canemus,
Dicentes quæ sunt fugienda, sequenda, colenda,
Cum tamen in cunctis & res, & caussa probetur.
Judaicum primo populum nec gratia novit
Mira Dei; nam tum Pharaoni ereptus iniquo,
Et mare transgressus pedibus, lucente columna
Cum duce, [3] qui mergi infestos vidit equestres, B
Et cui desertis nihilum quoque defuit agris,
Manna [4] cui e cælo, & fons de rupe cucurrit.
Post hæc ipse Deum præstantem tanta negavit:
Dumque aliud numen dementi pectore quærit,
Ignibus incensis quod misit perdidit aurum,
Par quoque Paganus lapides quos sculpsit adorat,
Et facit ipse sibi, quod debeat ipse timere.
Tum simulacra colit, quæ sic ex ære figurat,
Ut quando libitum est, mittat [5] conficta monetæ,
Aut magis in species convertat sæpe pudendas.
Hinc miseras mactat pecudes; mentesque deorum
Quos putat irasci, calido in pulmone requirit,
Atque hominis vitam pecoris de morte precatur.
Quid petit ignosci veniam, qui sanguine poscit?
Illud enim quale est? quam stultum? quamve notandum?
Cum Deus omnipotens hominem formaverit olim,
Audet homo formare deum. Ne crimina desint,
Hunc etiam vendit dominus, sibi comparat emtor.
Philosophos credam quidquam rationis habere,
Qui ratione carent, quibus est sapientia vana?
Sunt Cynici canibus similes, quod nomine produnt.

V. 1. ANTONIUS] Quem Paullinus heic adloquatur, quis me doceat? Nominativum pro Vocativo adhibitum ab antiquis, ostendit Vossius lib. IV. cap. V. *de Arte Grammat.* MURATOR. Sic & in seqq.

V. 13. *Qui mergi*] Ni poetica licentia Paullinus est usus, carminis rationi aliquid deest. Fortasse pro *mergi* legendum *mersos*.

V. 15. *Et fons*] Heic quoque laborat aliquantulum versus. Scriberem:

Manna cui e cælo, cui fons &c.

V. 21. *Ex ære figurat*] Tertullianus in Apolog. cap. 13. idem ethnicis objiciebat. *Domesticos deos quos Lares dicitis, domestica potestate tractatis pignorando, demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerva; ut quisque contritus atque contusus est, dum diu colitur, ut quisque dominus sanctiorem expertus est domestica necessitate. Publicos æque publico jure fœdatis, quos in hastario vectigales habetis. Si Capitolium, si olitorium forum petatur, sub eadem voce præconis, sub eadem hasta, sub eadem annotatione quæstoris divinitas addicta conducitur.* Cacabulum Tertulliano memoratum, quod vas spurcitiarum fuit, a Paullino modeste innuitur per hæc verba:

Aut magis in species convertat sæpe pudendas.

V. 24. *Mentesque deorum*] In pecudum cæsarum extis deorum mentem stulte perquirebant Gentiles. Ovid. lib. 5. Metam. D

Fibra quoque ægra notas veri, monitusque deorum
Prodiderat. - - - -

Hunc eorumdem errorem Seneca & ipse ethnicus improbabat, Natur. Quæst. lib. 2. *Nimis deum otiosum, & pusillæ rei ministrum facis, si aliis somnia, aliis exta disponit &c.* Consule lib. Cæs. Bulengeri de Magia &c.

V. 31. *Etiam vendit*] Ad hoc spectant rursus, quæ ex Tertulliano nuper attulimus. Julius Firmicus de Err. prof. Relig. cap. 16. *Vendebatur Deus, ut prodesset emtori, & emtor suppliciter adorabat quidquid paullo ante viderat subhastatum.*

V. 32. *Philosophos credam*] Eleganter in hanc rem scripsit S. Eucherius in Parænet. ad Valerian. Inter alia hæc habet: C *Brevi tibi liquebit, quanto hæc nostra, id est pietatis veritatisque præcepta illis philosophorum præceptis præferri debeant. In illis namque eorum præceptis vel adumbrata virtus, vel falsa sapientia: in his vero consummata justitia, solida veritas continetur. Unde licet dicere philosophiæ alios nomen usurpasse; nos vitam. Etenim qualia possunt ab his dari præcepta vivendi? Caussam nesciunt.*

V. 34. *Sunt Cynici*] Vulgo κυνικοὶ dicebantur hi philosophi, hoc est *canini ἀπὸ τοῦ κυνὸς a cane.* Diogenes Laert. in Antisthenis vita hæc ait: *κατῆρξε πρῶτος τοῦ κυνισμοῦ, Cynicam primus sectam instituit*, & in ea princeps fuit. Hinc de illo Ausonius canit:

Inventor primus Cynices ego. Quæ ratio isthæc?
Alcides multo dicitur esse prior.
Alcida quondam fueram doctore secundus,
Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.

Idem vero Laertius in Prœm. Cynicos de ignominia sic appellatos asserit: Καὶ *ἀπὸ σκωμμάτων, ὡς οἱ κυνικοί.* Svetonius in Vespasian. *Demetrium Cynicum in itinere obvium sibi post damnationem, ac neque assurgere, neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit Canem appellare.* Eleganter quoque Augustinus de Civ. Dei l. 14. cap. 20. *Hoc illi canini philosophi, hoc est Cynici, non viderunt, proferentes contra humanam verecundiam quid aliud quam caninam, hoc est immundam sententiam.*

1. *Talia carmina pando*] Corn. Valerius Vonckius V. C. *Observata ad* hoc *Antonii carmen* exhibet in *Specimine Critico* pagg. 1 —— 10. quorum nonnulla recenset Anonymus Lipsiensis in *Actis Erudītor.* 1746. pag. 215. seqq. Unde potiora quæ ad Carmen istud illustrandum spectant, excerpere animus est. Heic itaque Vonckius legit *talia carmine pando*. Elegantius tamen, quam ferat ætas ac stilus auctoris.

2. *Chelyn m. v. rogavit*] Licentius fortasse quam par fit, mutat vir criticus *chelyn* in *Deum*. Quidni porro scripserit auctor, *David ipse chelyn rogavit*? Nimirum respexerit ad *Psalm.* LVI. 9. CVII. 3. *Exsurge gloria mea, exsurge psalterium & cithara.*

3. [illegible] *v. e.*] Cl. Muratorius, ut laboranti metro succurreret, pro *mergi* reponebat *mersos*. Vonckius, *qui mergi funestos*. Neutra tamen emendatione opus. Sic enim etiam Virgilius per hiatum ejusmodi, *Eclog.* III. ℣. 6.


Et succus pecori & lac subducitur agnis.

Atque ita optimi Poetæ sæpissime. Noster mox ℣. 15. similiter. A. LIPS.

4. *Manna cui e cælo, & fons*] Quo metrum huic versui restituant, editor quidem rescribit *Manna cui e cælo, cui fons*; criticus vero facilius transponit *fons &*. Sed nihil hoc loco mutandum ob Poetæ licentiam, Lipsiensi anonymo jure videtur.

5. *Mittat conficta m.*] Leg. *mittat confracta moneta.* Vo[illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 280.



Sunt, & sectantes incerti dogma Platonis,
Quos quæsita diu animæ substantia turbat,
Tractantes semper, nec definire valentes;
Unde Platonis amant de Anima describere librum,
Qui præter titulum nil certi continet intus.
Sunt etiam Physici Naturæ nomine dicti,
Quos antiqua juvat, rudis atque incondita vita.
Namque unus baculum quondam, & vas fictile portans,
Utile quod solum, solumque putarat habendum;
Illud ut auxilii, atque hoc esset caussa bibendi.
Cum stare agricolam, manibusque haurire supinis
Potandas vidisset aquas, vas fictile fregit,
Quo procul abjecto, removenda superflua dixit.
Rusticus hunc docuit quod spernere posset & istud.
Hi neque vina bibunt, nec victu panis aluntur,
Nec lecto recubant, nec frigora vestibus arcent;
Ingratique Deo, quod præstitit ille, recusant.
Quid dicam diversa sacra? Et DIs atque Deabus
Condita Templa loquar? Quæ [1] sint Capitolia primum
His deus, uxorque dei, ipsamque sororem
Esse volunt, quam Vergilius notat auctor eorum
Dicendo: Et Soror, & Conjux. Plus de Jove fertur,
Et natam stuprasse suam, fratrique dedisse;

V. 35. *Sectantes incerti*] Plato plerumque Socrati adhæsit, ac idcirco inter Socraticos refertur a Laertio in Prolegom. Quia vero τὴν ἀρχαίαν Ἀκαδημίαν συστησάμενος *veterem Academiam instituit, Sectæ novæ* fundamenta jecit. Hinc Platonicorum secta. Proprie tamen ii vocabantur Academici. Laertius in Platonis vita: Ἐτάφη ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, ἔνθα τὸν πλεῖστον χρόνον διετέλεσε φιλοσοφῶν· ὅθεν καὶ Ἀκαδημαϊκὴ προσηγορεύθη ἡ παρ' αὐτοῦ αἵρεσις. *Sepultus est in Academia, ubi plurimum temporis philosophatus fuerat: unde & quæ ab eo fluxit secta Academica est appellata*. Augustinus de Civ. Dei cap. 12. lib. 8. *Cum Speusippus sororis Platonis filius, & Xenocrates in scholam ejus quæ Academia vocabatur, eidem successissent; ob hoc & ipsi, & eorum successores Academici appellabantur. Recentiores tamen philosophi nobilissimi quibus Plato sectandus placuit, noluerunt se dici Peripateticos aut Academicos, sed Platonicos*.

—— *Incerti dogma*] Prudentius in Apotheosi:

Consule barbati deliramenta Platonis,
Consule & hircosos Cynicos, quos somniat, & quos
Texit Aristoteles torta vertigine nervos.

V. 36. *Diu animæ*] Versus aliquantum laborat. Scriberem:

Quos animæ quæsita diu substantia turbat.

V. 39. *Qui præter titulum*] Egregius utique, celeberrimusque Platonis est liber, ubi *de animæ immortalitate* quæstionem habet: sed si cum Christianorum assertis, certissimisque nostræ Fidei documentis componatur, *nil certi continet intus*. Homini ethnico, & longe a vera religione polito magnum fuit sapientiæ portentum, non irridendam omnino de ejusdem animæ perennitate proferre sententiam: in qua tamen quot errores erraverit, non est meum heic investigare, sed monere tantummodo, ibi in incertum pleraque ferri. Theodoritus scriptor eruditissimus Serm. 5. contra Græcos hanc Platonis sententiam acutissime examinat, ac nutantem sæpissime deprehendit. Addit porro: Καὶ ὁ μὲν σοφώτατος Πλάτων περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς παμπόλλους λόγους διεξελθὼν οὐδ' Ἀριστοτέλη τὸν φοιτητὴν ἔπεισε τόνδε στέρξαι τὸν ὅρον. Ita vertit Acciajolus: *At Plato quidem sapientissimus, qui complures sermones de immortalitate animæ disseruit, ne Aristoteli quidem auditori suo persuasit eam positionem*.

V. 40. *Sunt etiam Physici*] Φύσις Græce, Latine dicitur *natura*. Hinc Physici, seu naturales Philosophi. Laertius in Procem καὶ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς περὶ φύσιν πραγματείας φυσικοὶ προσηγορεύθησαν. *Et alii, quod de natura rerum scripsere, Physici sunt appellati*.

V. 42. *Namque unus baculum*] Laertius in Vita Diogenis: θεασάμενος ποτὲ παιδίον ταῖς χερσὶ πῖνον, ἐξέρριψε τῆς πήρας τὴν κοτύλην. *Intuitus Diogenes aliquando puerum cava bibentem manu, cotylum pera productum abjecit*. Hoc Diogeni universa scriptorum cohors adjudicat, ac Seneca potissimum Ep. 90. & S. Hieronymus advers. Jovian. lib. 2., qui Paullino concordes, non puerum, ut Laertius habet, sed rusticum Diogeni magistrum fuisse consentiunt. Quum vero Antisthenis Cynicorum antesignani auditor iste fuerit, ac Cynicam philosophiam sectatus Cynici supra omnes cognomentum meruerit, utique miror, cur Paullinus Cynicos a Physicis aperte distinguens, cuidam postea e Physicis hoc Diogenis factum adscribat. Neque reponatur, veteres tripartitam coluisse philosophiam, ac propterea Physicam quæ pars e tribus erat, Cynicis etiam competere; siquidem Cynici hanc philosophiæ partem aversabantur, ac uni Ethicæ operam dabant. Sunt Laertii verba in Menedemo: Ἀρέσκει οὖν αὐτοῖς (Κυνικοῖς) τὸν λογικὸν καὶ τὸν φυσικὸν τόπον περιαιρεῖν, μόνῳ δὲ προσέχειν τῷ ἠθικῷ. *Placet ergo illis* (Cynicis) *Logicam ac Naturalem philosophiam tollere, at uni Ethicæ animum intendere*. Quæ vero Paullinus addit, omnino Cynicis, non Physicis conveniunt.

V. 49. *Hi neque vina bibunt*] Expresse de Cynicis id Laertius tradidit in Menedemi Cynici vita: ἔνιοί τε γοῦν καὶ βοτάναις, καὶ παντάπασι ὕδατι χρῶνται. *Plerique etiam herbis, & aqua frigida utuntur*. Et de Diogene in ejus vita sic ait: ἐν οἴκῳ τε ἐδίδασκε διακονεῖσθαι λιτῇ τροφῇ χρωμένους, καὶ ὕδωρ πίνοντας. *Domi etiam ministrare docebat cibo levi ac vili contentos, & aqua*.

V. 50. *Nec lecto recubant*] Celebre Diogenis Cynici dolium etiamnum habetur, in quo philosophus ille noctu diuque recubabat. Hunc alii Cynici imitati. Cresollius in Mystagog. lib. 4. cap. 20. sect. 3. de his ait: *Inanissimæ gloriæ caussa Cynici dormiebant in herbaceis toris, aut nuda humo, ut ea vitæ duritate & fucata patientia, omnium in se oculos converterent*. Pallio itaque substrato incubare etiam isti solebant, quod innuit Martial. lib. 4. Epigr. 52. de Cynico agens:

Quem nudi tegit uxor abolla grabati.

Abolla autem pallium erat.

—— *Nec frigora*] Iis tantum vestibus caruere Cynici, quæ frigori arcendo inserviunt; tunica enim destituti solo utebantur pallio. S. Cyprianus in his *exerti, ac seminudi pectoris inverecundam jactantiam* arguit. Vide Augustin. lib. 14. de Civ. Dei cap. 20.

V. 51. *Ingratique Deo*] Recte Seneca lib. de Brev. vitæ cap. 14. Cynicos ait *naturam hominis excedere*. Tot corporis ab his philosophis quæsita incommoda superbiæ potius, quam veræ sapientiæ miracula fuere. Diogenes fastum Platonis se aliquando calcare profitebantur, cui Plato: *At fastu alio*. Tatianus Assyrius in elegantissima Oratione adversus Græcos supra his consulatur.

V. 53. *Quæ sint Capitolia*] Mutila heic, & absque interpunctione (qua totus Codex MS. caret) non facile enucleanda oratio occurrit. Adderem tamen binum *est*, ac ita distinguerem:

\- - - *Quæ sint Capitolia? Primum*
His deus est, uxorque dei est, ipsamque sororem
Esse volunt &c.

V. 54. *Ipsamque sororem*. Virgilius heic a Paullino memoratus Æneid. lib. 1. sic Junonem de se loquentem inducit:

Ast ego quæ divum incedo regina, Jovisque
Et soror & conjux - - -

Greg. Nazianz. Orat. 1. in Julian. Ἥρα τοῦ μεγάλου Διὸς ἀδελφὴ, καὶ ὁμόζυγος. *Juno magni Jovis soror, & conjux*. Hanc ethnicis impudentiam exprobrat Augustinus lib. 4. cap. 10. de Civ. Dei. Minucius quoque: *Deos colitis incæstos cum matre, cum filia, cum sorore conjunctos*.

V. 55. *Vergilius*. Ita Codex. Politianus Miscell. Ep. 2. cap. 77. & lib. 5. Ep. 3. apertis testimoniis evincit *Vergilium*, non *Virgilium* esse scribendum. Ita marmora plura, ita vetustissimi libri ferunt. Cæl. Rhodig. lib. 7. Antiq. lect. cap. 4., & Manut. in Orthogr. aliis exemplis prolatis contrariam tuentur sententiam. Horum rationes apud Dausquium in Orthogr. recolendæ, apud quem *Virgilius* rectius sonat.

V. 57. *Natam stuprasse*] Non heic aliam intelligi quam Proserpinam Jovis e Cerere filiam fatebuntur omnes, quum ista Plutonis deinde fuerit mancipata conjugio. Verum quis illam a Jove stupratam affirmavit? Eusebius Cæsar.

1. *Quæ sint Capitolia primum*] Sic legit ac distinguit Vonckius:

------ *Quæ sint Capitolia, primus*
His deus.

Utque alias caperet, propriam variasse figuram;
Nunc serpens, nunc taurus erat, nunc cygnus, & arbos:
Seque immutando, qualis fuit, indicat ipse;
Plus aliena sibi quam propria forma placebat.
Turpius his aquilam finxit, puerique nefandos
Venit in amplexus. Quid dicit turba colentum?
Aut neget esse Jovem, aut fateatur dedecus istud.
Nomen habet certe, quod nec ratione probetur.
Sacra Jovi faciunt, & Juppiter Optime dicunt,
Huncque rogant, [1] & Jane Pater primo ordine ponunt.
Rex fuit hic Janus, proprio qui nomine fecit
Janiculum, prudens homo; qui cum multa futura
Posset respicere, hunc duplici pinxere figura,
Et Janum geminum veteres dixere Latini.

lib. 2. de Præp. Evang. hæc habet: *Κύει μὲν ἡ Δημήτηρ· ἀνατρέφεται δὲ ἡ κόρη· μίγνυται δ' αὖθις ὁ γεννήσας οὑτοσὶ Ζεὺς τῇ Φερεφάττῃ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ, μετὰ τὴν μητέρα Δηώ, ἐκλαθόμενος τοῦ προτέρου μύσους, καὶ μίγνυται δράκων γενόμενος.* Hoc est: *Ceres peperit; educatur filia; huic Proserpinæ filiæ a se genitæ rursus Juppiter post matrem Cererem immiscetur prioris oblitus sceleris, ac draconis forma suscepta illam comprimit.* Hæc autem iisdem pæne verbis Eusebius e Clemente Alexandr. in monit. ad Gent. hausit, cui Arnobium advers. Gent. lib. 5. fuse rem hanc tractantem addere potes. Hinc lucem accipiet Ovidii locus 6. Metamor. Inquit is Jovis adulteria recensens:

Aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis,
Mnemosynen pastor, variusque Deoida serpens.

Deois heic Proserpina est, Cereris ex Jove filia: Græce enim *Δηὼ ἀπὸ τοῦ δήω*, hoc est *invenio*, dicitur Ceres, & inde Patronymicum nomen Deoidis Proserpinæ communicatum. Orpheus (seu quis alius sit Auctor) ex hoc nefando concubitu Liberum genitum ait, cui adstipulatur Diodorus Sic. lib. 3. Bibl. Hist.

V. 59. *Nunc serpens*] *Serpentis* figuram induit Juppiter, quum Proserpinæ, ut nuper vidimus, se miscuit; *Tauri*, quum Europam asportavit; *Cycni*, quum Ledam fefellit; ac denique *arboris* (nisi forte *aurum* pro *arbos* heic legendum sit,) quum in aliam quamdam feminam nefandus adulter procubuit. Hæc & alia Ovidius exprimit lib. 6. Metam.

Fecit olorinis Ledam recubare sub alis;
Addidit ut Satyri celatus imagine pulcra
Juppiter impleri gemino Nycteida fetu:
Amphitryon fuerit, cum te Tirynthia cepit,
Aureus ut Danaen, Asopida luserit ignis,
Mnemosynem pastor, variusque Deoida serpens.

Venuste etiam Græcus quidam duobus hisce carminibus lusit:

Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς δι' ἔρωτα
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

Fuit Juppiter cycnus, taurus, satyrus, aurum: propter amorem Ledæ, Europæ, Antiopes, Danaes. Hanc Jovis procaciam ridet Nazianzen. in Orat. advers. Julian. *τὰ πάντα γίνεται δι' ἀσέλγειαν, καὶ ἀκαθαρσίαν ὁ Ζεὺς &c. Quidvis efficitur Juppiter ob impuritatem, ac libidinem.* Plura pete ex Arnobio, Lactantio, Clemente, aliisque vetustissimis Patribus.

V. 62. *Turpius his aquilam.*] Per aquilam Ganymedem rapuit Juppiter. De hoc Virgil. lib. 3. Æneid.

- - - - Quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.

Quidam tamen ipsum Jovem in aquilam conversum hujus rapinæ auctorem faciunt. Est Græcum carmen:

Αἰετὸς ὁ Ζεὺς ἦλθεν ἐπ' ἀντίθεον Γανυμήδην.

Juppiter aquila factus volavit ad pulcrum Ganymedem. Ovidius quoque lib. 10. Metam.

Rex superum Phrygii quondam Ganymedis amore
Arsit: & inventum est aliquid, quod Juppiter esse,
Quam quod erat, mallet. Nullo tamen alite verti
Dignatur, nisi quæ portat sua fulmina terræ.

Est hæc Paullini nostri mens isto in loco.

V. 64. *Aut neget esse Jovem*] S. Justinus Martyr in Apolog. prima, quæ hactenus habita secunda, sic loquitur (§. xxi.) *ἀπείη δὲ σωφρονούσης ψυχῆς ἔννοια τοιαύτη περὶ θεῶν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα, καὶ γεννήτορα πάντων, κατ' αὐτοὺς Δία, πατροφόντην τε, καὶ πατρὸς τοιούτου γεγονέναι, ἔρωτί τε κακῶν, καὶ αἰσχρῶν ἡδονῶν ἥττω γενόμενον, ἐπὶ Γανυμήδην, καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθείσας γυναῖκας ἐλθεῖν. Absit enim a casta mente hæc de diis cogitatio, videlicet ipsum eorum ducem & patrem omnium secundum eos Jovem, parricidam, & patre tali genitum, & præ amoris impotentia a pravis fœdisque voluptatibus victum, ad Ganymedem compluresque alias adulterio imminutas feminas venisse.* Lactantius Ganymedis raptu memorato subdit: *Hæc qui fecit viderimus an maximus, certe optimus non est.* Plura in hanc rem Augustin. lib. 7. cap. 9. de Civ. Dei, & Arnob. lib. 3. adversus Gentes.

V. 65. *Nomen habet certe*] Quum tot sint Jovis flagitia, utpote qui stupris familias exagitet, & sæpe Jovem Ethnici sine caussa inimicum habeant, nomen Jovis huic deo non competere ait, seu, ut opinatur Lactantius Div. Inst. lib. 1. cap. 11. *Jovem, Junonemque a juvando esse dictos Cicero interpretatur, & Juppiter quasi juvans pater dicitur: quod nomen in Deum minime congruit, quia juvare hominis est, opis aliquid conferentis in eum, qui sit alienus, & exigui beneficii.* Tum demonstrare pergit, quam parum Summo DEO conveniat vocabulum istud.

V. 66. *Et Juppiter Optime*] Plinius in Paneg. *Parens*, ait, *hominum deorumque Optimi prius, deinde Maximi nomine colitur.* Erat cognomen hoc præcipuum Jovis, illudque apud veteres scriptores sæpissime occurrit. Nostram ad rem faciunt Lactantius lib. 1. Inst. Div. cap. 10. ubi inquit: *Quid horum omnium pater Juppiter, qui in solemni precatione Optimus, & Maximus nominatur?* Et infra: *Hæc qui fecit viderimus an maximus, certe optimus non est.* Arnobius quoque lib. 1. adversus Gent. *Cum a vobis & Juppiter Optimus, & Maximus habeatur.*

V. 67. *Jane pater*] Veteres, ut docet Brissonius de Formul. lib. 1. a Jano precationes auspicabantur. Martial. lib. 10. Epigr. 28. de hoc numine agens:

Annorum, nitidique sator pulcherrime mundi.
Publica quem primum vota precesque canunt.

Aur. Victor in Brev. Hist. Rom. *In sacris omnibus primum locum Jano detulerunt usque eo, ut etiam quum aliis diis sacrificium fit, dato ture in altaria, Janus prior nominetur, cognomento quoque addito, Pater.* Paullus Festi abbreviator in verbo *Chaos*: *Unde Janus detracta aspiratione nominatur, ideo quod fuerit omnium primus, cui primo supplicabatur.* Arnob. lib. 3. de ipso agens: *Atque ita per vos Dei nomen creditur, quem in cunctis anteponitis precibus.* Hinc. Ovid. lib. 10. Fast.

- - - Cur quamvis aliorum numina placem,
Jane tibi primum tura merumque fero?

Consulantur Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 9., Horat. Ep. 16. lib. 1., Servius in VII. Æneid. &c.

V. 69. *Janiculum*] Cyprianus lib. de Idol. vanit. de Saturno agens, *Hunc fugatum*, ait, *hospitio Janus excepit, de cujus nomine Janiculum dictum est.* Solin. Polyhist. cap. 2. Arnob. lib. 1. & Augustin. lib. 7. de Civ. Dei cap. 4. idem asserunt. Sed & Virgil. lib. 8.

Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem:
Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Minucius: *Itaque latebram suam, quod tuto latuisset, vocare maluit Latium, & urbem Saturniam de suo nomine; & Janiculum Janus ad memoriam uterque posteritati reliquerunt.* Miror Dionysium Halicarnass. tam accuratum alioqui Romanarum antiquitatum scriptorem scriptis prodidisse a Romulo Æneæ filio, Ascaniique & Remi fratre conditam *Αἰνείαν πόλιν, ἀπὸ τοῦ πατρὸς, τὴν ὕστερον, κληθεῖσαν Ιανῖκλον*, hoc est: *Urbem Æneam a patre denominatam, quæ postea Janiculum appellata fuit.*

— *Qui cum multa futura*] Est & hæc aliorum opinio afferentium ideo bifrontem Janum fingi, quia præterita respexerit, ac futura prævideri. Ovidius tamen lib. 1. Fast., Macrob. lib. 1. Saturn., August. lib. 7. de Civ. Dei cap. 8. aliique diversas excogitarunt rationes, quas recolere volenti ad manum erunt eorum volumina. Macrobius vero lib. citato, & potissimum cap. 7. Paullino adstipulatur.

V. 71. *Janum geminum*] Numa omnium primus Janum Geminum dedicavit. Vellejus lib. 2. ita illum vocat: *Certæ pacis argumentum Janus Geminus clausus dedit.* Plin. lib. 34. cap. 7. *Præterea Janus Geminus a Numa rege dicatus.* Idem cap. 2. lib. 33. *Nota æris fuit ex altera parte Janus Geminus, ex altera rostrum navis.* Ad hoc respiciunt sequentia Paullini carmina. Vide quoque Varronem lib. 4. de Lingua Latina, Sveton. in Neron. cap. 14., & Macrob. cap. 9. lib. 1. Saturn.

1. *Et Jane pater*] Recte conjecisse videtur Vonckius, AT *Jane pater*. Mox ỽ. 70. pro *hunc* rescribit, *hinc dup...* p. f. optimo quidem jure.



Hic quia navigio Aufonias advenit ad oras,
Nummus huic primum tali eft excufus honore,
Ut pars una caput, pars fcalperet altera navem.
Cujus nunc memores quæcumque nomifmata fignant,
Ex veteri facto Capita hæc, & Navia dicunt.
De Jove quid fperant, qui eft [1] a rege fecundus,
Quique facrificiis apponitur ore precantum?
Hic habet, & matrem captam paftoris amore:
Nam prior eft paftor, quam Juppiter, [2] aut Jovis ipfe;
Sed melius paftor caftum fervare pudorem
Qui voluit, fprevitque deam, cui fæva viriles
Abfcidit partes, ne quando tangeret ille
Alterius thalamum, qui noluit ejus adire.
Hoc tamen, hoc egit fententia jufta deorum,
Ne fieret conjux, qui non eft factus adulter?
Nunc quoque femiviri myfteria turpia plangunt:
Nec defunt homines, quos hæc contagia vertant,

V. 73. *Nummus huic*] Plutarchus in Quæft. Rom. hac de re fcribit: *Διὰ τί τὸ παλαιὸν νόμισμα τῇ μὲν εἶχεν Ἰανοῦ διπρόσωπον εἰκόνα, τῇ δὲ πλοίου πρύμναν, ἢ πρῷραν ἐγκεχαραγμένην; πότερον (ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν) ἐπὶ τιμῇ Κρόνου πλοίῳ διαπεράσαντος εἰς Ἰταλίαν; Cur antiquum numifma ab una parte Jani bifrontis imaginem, ab altera navis aut proram, aut puppim infculptam habet? An, quæ vulgata opinio eft, in honorem hoc fit Saturni, navigio in Italiam advecti?* Ipfe quidem Plutarchus hanc rationem haud omnino probandam ait: fed huic acquievere probatiffimi Auctores. Ovid. Faft. lib. 1. cum Jano colloquens ita canit:

- - - Sed cur navalis in ære
Altera fignata eft, altera forma biceps?

Janus refpondet:

Cauffa ratis fupereft: Tufcum rate venit in amnem.
Ante pererrato falcifer orbe deus.
At bona pofteritas puppem formavit in ære
Hofpitis adventum teftificata dei.

Verum enimvero ab aliis diffidere videtur Paullinus, quum ipfi Jano adventum in Italiam tribuit, quod alii ad Saturnum referunt. Athenæus Deipnofoph. l. 15. non Italiæ folum, fed & Græciæ in ufu fuiffe afferit hujusmodi nummos; ait enim: *τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πολλὰς πόλεις, καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ἐπὶ τοῦ νομίσματος ἐγχαράττειν πρόσωπον δικέφαλον, καὶ ἐκ θατέρου μέρους ἢ σχεδίαν, ἢ στέφανον, ἢ πλοῖον. Civitates in Græcia multas, in Italia, Siciliaque monetam cudere impreffam bicipiti facie, & ex altera parte vel rate, vel corona, vel navigio.* Similes nummi vifuntur etiamnum apud antiquitatis amatores, & præfertim apud Clarifs. Virum S. R. I. Com. Francifcum Mediobarbum Biragum, qui ampliffimum in re nummaria thefaurum poffidebat, præteritifque annis laudatiffimum emifit opus de Numifm. Imper. quo Occonem mirabiliter auxit. Sed heu infortunium noftrum! Ereptus e vivis eft hoc anno (A. 1697.) vir ifte doctiffimus, magnumque fui defiderium viris eruditis reliquit.

V. 75. *Nomifmata*] *Numifma*, & *nomifma* dicitur. Primum apud Horatium occurrit lib. 2. Ep. 1. & Martial. lib. 1. Epigr. 40. Alterum in antiquis Gloffis, & apud auctores præftantiffimos. Certe melius Græcæ Orthographiæ accommodatur, quæ *Νόμισμα* habet.

V. 76. *Capita hæc & navia*] Eft ludus apud Italos puerulos, quem vocant: *giocare a tefta, o arma*, aut *a tefta, o croce*, & apud Gallos *jouer a croix, ou pile*. Ille ipfe eft, qui apud antiquos. Accipe auctoritatem. Aur. Victor (feu quis alius ille auctor fit,) in lib. de Orig. gent. Rom. *Iftum etiam*, inquit, *ufum fignandi æris, ac monetæ in formam incutiendæ Janus oftendiffe traditur, in qua ab una parte caput ejus imprimeretur, altera navis, qua vectus ille erat.* En ut auctor ifte in Jani adventu Paullino concordat. Subdit: *Unde aleatores pofito nummo, opertoque optionem conluforibus ponunt enuntiandi, quid putent fubeffe, caput, aut navem, quod nunc vulgo: corrumpentes naviandi dicunt.* Tu vocem hanc *naviandi* corrige, & *navia* repone. His confonat Macrobius lib. 1. cap. 7. Saturn. *Cum primus Janus æra fignaret, fervavit & in hoc Saturni reverentiam; ut quoniam ille navi fuerat adductus, ex una quidem parte fui capitis effigies, ex altera vero navis exprimeretur. Æs ita fuiffe fignatum hodieque intelligitur in alea lufu, cum pueri denarios in fublime jactantes capita, aut naviam, lufu tefte vetuftatis, exclamant.* Andreas Schottus heic integre legi *naviam*, non *navim* ex 4. Mss. Pithæorum ait; fed mihi potius *navia*, aut *navium* legere placeret, id verfus Paulliniani metro inconcuffe docente. Certe Jo: Ifaac. Pontanus in edit. Macrob. anni 1597. *navia* legit.

V. 77. *A rege fecundus*] Ante Jovem filium Saturnus regnavit. Expulfus dein filio reliquit regni aut cæleftis, aut terreni habenas. Lactantius lib. 1. cap. 11. Div. Inft. *Video alium deum regem fuiffe primis temporibus, alium confequentibus. Poteft ergo fieri, ut alius fit poftea futurus. Atqui divinum imperium, aut femper immutabile eft; aut fi eft mutabile, quod fieri non poteft, femper utique mutabile eft.* Hinc Saturnia regna: ac ætas aurea Saturni imperio adfcribitur.

V. 78. *Quique facrificiis*] Quod fuperius innuerat repetit, nempe Ethnicorum precationes, votaque a Jani invocatione inchoari, deinde ad Jovem verti: quod fane numinum maximum, omniumque rectorem numquam decebat.

V. 79. *Hic habet & matrem*] Atym paftorem deperiit Rhea, feu Cybele Jovis genitrix. Ille impudicæ nolens aufcultare deæ, eft eviratus. De hoc Ovid. lib. 4. Faft.

Phryx puer in filvis facie fpectabilis altis
Turrigeram cafto junxit amore deam &c.

Hoc deæ facinus Ethnicis exprobrat Minucius in Octav. *Cybeles Dyndima, pudet dicere, quæ adulterum fuum infeliciter placitum, quoniam & ipfa deformis & vetula, ut multorum deorum mater, ad ftuprum illicere non poterat, exfecuit, ut deum fcilicet faceret eunuchum.* Auguftinus lib. 6. cap. 7. de Civ. Dei: *Sacra funt Matris deum, ubi Atys pulcher adolefcens ab ea dilectus, & muliebri zelo abfciffus, etiam hominum abfcifforum, quos Gallos vocant, infelicitate deploratur.*

V. 80. *Nam prior eft paftor*] Tantis ambagibus, ac difcordiis Gentilium theologia conftat, ut fe per illam extricare nemo facile poffit. Eufeb. Cæf. lib. 2. cap. 4. de Præp. ubi de Phrygum theologia differit, Cybelem ante deorum connubia Atydis amore correptam ait. Verum quot capita tot fententiæ.

— *Aut Jovis ipfe*] *Jovis* in recto cafu recte dicitur. Prifciano teftante, apud veteres *Jovis* folum dicebatur a *juvando*, adjectoque altero vocabulo dictus eft *Juppiter*, quafi *Jovis pater*, feu ut melius arbitratur Lactantius, *Juvans pater*. Jovis in recto cafu effertur apud Hyginum in Lib. Fabul. Nonnium Marcellum, aliofque quos confulere potes. Quidam feveriffimus cenfor Gallus Natalis Alex. libros quatuor *de Symbolo ad Catechum.* Auguftino abjudicat, quippe quod illi ftilus ab Auguftiniano, immo a Grammaticorum dogmatis abhorrere videtur. Inter exempla hoc profert: *Illic fingitur, quod idem Jovis Junonem habeat fororem, & conjugem*; & nomen *Jovis* in nominandi cafu ufurpatum fugillat: Verum decipitur, quum hujufce nominis ufus apud graviffimos auctores obvius fiat, ac propterea Auguftinum non dedeceat. Nos iftis contenti ad alias pergimus.

V. 81. *Sed melius*] Magis ne placeret: *fed melior*?

V. 87. *Semiviri*] Hi funt Galli Matris deum facerdotes, quibus virilia in Atydis evirati memoriam amputabantur. Lactantius lib. 1. cap. 17. *Deum mater, & amavit formofum adolefcentem, & eumdem cum pellice deprehenfum exfectis virilibus femivirum reddidit. Et ideo nunc facra ejus a Gallis facerdotibus celebrantur.* Minucius Cybeles impuritate detecta fubdit: *Propter hanc fabulam Galli eam, & femiviri fui corporis fupplicio colunt. Hæc jam non funt facra; tormenta funt.* Vide Juvenal. Sat. 2. ipfumque Paullinum Natali XI.

V. 88. *Nec defunt homines*] Totus eft Auguftinus lib. 6. de Civ. Dei, & alibi in confutanda hac Ethnicorum vanitate, ac fubterfugio. Hi fabulas aniles internis fcatere myfteriis, ibique Philologicas veritates latere paffim

1. *A rege fecundus*] Vir cl. perperam *a rege* intelligit de Saturno, quum denotetur Janus, quem fupra ṽ. 67. dixerat priori præ Jove ordine in precibus gaudere. Idque adftruit fequens ṽ. 78. Quo etiam pertinet, præter fcriptores citatos a Muratorio ad ṽ. 67. Catonis locus *de Re Ruft.* cap. 134. *Prius quam porcum feminam immolabis, Jano ftruem commoveto fic: Jane pater te hac ftrue commovenda bonas preces precor.* Tum deinde: *Fertum Jovi moveto, & mactato fic: Juppiter te hoc ferto obmovendo bonas preces precor.* cet. VONCK.

2. *Aut Jovis ipfe*] Melius forfan, *aut Jovis ipfo*. Et heic *aut* fcriptum pro *haut* vel *haud*. Prior, inquit, paftor eft Jove, non Juppiter paftore, ut fruftra Poetæ garriunt. *Aut* vero ut plurimum veteres *ἀντὶ τοῦ haut* fcribere confueviffe norunt eruditi. ID.

Intus & arcanum quiddam quasi majus adorant: A
Idque vocant Sanctum; quo si velit ire pudicus,
Iste profanus erit. Sic artior ipse sacerdos
Femineos vitat coitus, [1] patiturque viriles.
O mens cæca virum! De sacris semper eorum
Scena movet risus, nec ab hoc errore recedunt.
Saturnum perhibent Jovis esse patrem, huncque vorasse
Natos ante suos, & mox e ventre nefandas
Evomuisse dapes; sed postea conjugis arte
Pro Jove suppositum mersisse in viscera saxum;
Quod nisi fecisset, consumtus Juppiter esset.
Huncque Chronon dicunt, fic̄teque Chronon, quia tempus
Quæ creat absumit, rursusque absumta promittit.
Cur tamen oblique nomen pro tempore fingunt?
Hunc etiam, quod sæpe sibi de prole timebat,
Ab Jove dejectum cælo latuisse per agros
Italiæ Latiumque, ideo tunc esse vocatum.
Magnus uterque deus! Terris est abditus alter,
Alter non potuit terrarum scire latebras.
Hinc Latiare malum prisci statuere Quirites,
Ut mactatus homo nomen satiaret inane.
Quæ nox est animi? quæ sunt improvida corda?
Quod colitur nihil est, & sacra cruenta geruntur.
Quid quod & invictum spelæa sub atra recondunt,

B

objiciebant; sed suismet illi rationibus confundebantur. *Deinde*, ait cap. 8. S. Doctor, *si ista Sacra, quæ scenicis turpitudinibus convincuntur esse fœdiora, hinc excusantur, atque purgantur, quod habent interpretationes suas: cur non etiam poetica similiter excusantur, atque purgantur?* &c. Greg. Nazianzenus in Orat. 1. advers. Julian. enumeratis quibusdam Gentilium superstitionibus hæc subdit: *ταῦτα ἐπισκυκλείσθω τοῖς θαυμασοῖς τῆς θεολογίας ἀκροαταῖς, εἶτ' ἐπινοείσθω τούτοις ἀλληγορήματα καὶ τερατεύματα, καὶ τῶν προκειμένων ἐκπίπτων ὁ λόγος εἰς βάραθρα χωρείτω, καὶ κρημνοὺς θεωρίας οὐκ ἐχούσης τὸ στάσιμον. Hæc eximiis, & admirandis divinitatis auditoribus inculcentur, posteaque his allegoriæ ac portentosæ interpretationes excogitentur, atque à propositis rebus aberrans oratio in barathra feratur, & præcipitia contemplationis nihil solidum habentis.*

V. 92. *Patiturque viriles*] Deesse versum heic suspicor: sensus enim in ancipiti manet. Certe vox *abscindi* penitus C heic necessaria, ut sit sensus: *patiturque viriles abscindi partes.*

V. 94. *Scena movet risus*] Jul. Firmicus de error. profan. Relig. cap. 13. hæc luculenter habet: *O facinorosæ cupiditatis triste solatium! O hominum deflenda persuasio! Scenam de cælo fecistis, & errantes animos per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxistis.* Et infra: *ad theatrum potius templa transferte, ut in scenis religionum istarum secreta tradantur, & ut nihil prætermittat impietas, histriones facite sacerdotes.* Mitto Augustinum Ep. 5. ad Marcellin. & lib. 7. cap. 26. de Civ. Dei, & Tertullianum in Apologet. cap. 15.

V. 95. *Saturnum*] Rem fuse narrat Hesiodus in Theogonia, Natalis Com. in Mythologia lib. 2. & reliqui Ethnicæ theologiæ eruditionem scriptis prosequuti.

V. 100. *Huncque Chronon*] Scribendum fuerat *Cronon*, Græce enim Saturnus est Κρόνος. At quia tempus significare dicitur, χρόνος quoque appellatur. De hoc Macrob. D lib. 1. Saturn. cap. 22. Dionys. Halicarn. lib. 1. Antiqu. Cicero de Nat. Deor. lib. 2. aliique agunt. Arnobius tamen hanc denominationem minime probat lib. 3. advers. Gentes: *Nam si tempus*, ait, *significatur hoc nomine, Græcorum ut interpretes autumant, ut quod Chronos est, habeatur Cronos; nullum est Saturnium numen. Quis enim est tam demens, qui tempus esse dicat deum?* &c.

V. 101. *Quæ creat, absumit*] Latinum reddidit eleganter Orphei, seu Onomacriti versum de Saturno, in ejus Hymno:

Ὃς δαπανᾷς μὲν ἅπαντα, καὶ αὔξεις ἔμπαλιν αὐτός.
Omnia qui profers, consumis & omnia rursus.

Pro voce *promittit* legerem *remittit*.

V. 105. *Latiumque ideo*] Virgilius Æneid. lib. 8. de Saturno agens:

- - - Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

V. 108. *Latiare malum*] Crudelissimum hoc erat Ethnicismi piaculum. Jovi quem Latiarem appellabant, humana immolabatur hostia. Tertullianus in Apolog. cap. 9. rem prodit: *Ecce in illa religiosissima Urbe Æneadarum piorum est Juppiter quidam, quem ludis suis humano proluunt sanguine.* Locum illustrat egregie Cerda. Minucius: *Hodieque a Romanis Latiaris Juppiter homicidio colitur, & quod Saturni filio dignum est, mali & noxii hominis sanguine saginatur.* Et alibi: *Cum Latiaris cruore perfunditur.* Porphyrius lib. 2. περὶ ἀποχ. ἐμψ. *Ἀλλ' ὅτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαζόμενον ἄνθρωπον; Quin & nostro ævo quis nescit in magna Urbe Jovis Latiaris festo immolari hominem?* Prudent. lib. 1. in Symmachum:

Funditur humanus Latiari in munere sanguis.

S. Athanas. in Orat. contra Gent. *καὶ οἱ πάλαι δὲ Ῥωμαῖοι τὸν καλούμενον Λατιάριον Δία ἀνθρωποθυσίαις ἐθρήσκευον. Prisci quoque Latini Jovem Latiarem victimis humanis sunt venerati.* Tatianus contra Græcos: *εὗρον δὲ μὲν Ῥωμαίοις τὸν Λατιάριον Δία λύθροις ἀνθρώπων, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀνδροκτασιῶν αἵμασι τερπόμενον. Item apud Romanos Latiarem Jovem humano cruore, & sanguine per homicidia fuso placari.* Dionys. Halic. lib. 4. Antiq. Rom. sacra hæc Jovi Latiari facta commemorat, neque tamen victimæ hujus meminit. Hinc disce, melius *Jovem Latiarem*, quam *Latialem* dici, quod quidam negant.

V. 112. *Et invictum*] Quum hosce duos versus clariss. viro doctissimoque Equiti, Prospero Mandosio communicassem, ut arcanam eruditionem mihi reseraret, rescripsit ille sibi ac illustrissimo Ciampino admodum sententiam probari Abb. Philippi Bonarotæ viri eruditissimi, cujus in scientia numismatum antiquorum peritiam brevi mirabimur; Hic enim agi de sacrificiis Mithræ asserebat, quæ maximam apud Ethnicos famam sibi conciliarunt. Ego igitur, quum per viros tantos profecerim, rem paucis attingam, & præclaram explicabo eruditionem. A Persis omnium maxime solis cultus usurpabatur. Hunc *Mithram* vocabant, additumque illi *Invicti* cognomen. Plura apud Gruterum p. 33. & seq. & apud Reinesium marmora occurrunt *Deo Invicto, Deo Invicto Mithræ*, SOLI MITHRÆ, SOLI INVICTO, & SOLI INVICTO MITHRÆ posita. Jul. Firmicus de Err. Prof. Relig. cap. 5. Jovem in duas dividi potestates, quarum unam (hoc est virilem) Mithram dici asserit. Herodotus lib. 1. de Persis loquens: *θύουσι δὲ οὐρανίῃ Ἀφροδίτῃ, τὴν καλέουσι Μίθραν. Sacrificant vero cælesti Veneri, quam vocant Mithram.* Nicetas ad Stelitevt. Nazianz. *Τὸν Μίθραν οἱ μὲν τὸν ἥλιον, οἱ δὲ τὸν νεφρὸν τοῦ πυρὸς, ἄλλοι ἰδικήν τινα δύναμιν ὑπολαμβάνουσι. Mithram alii solem, alii renem ignis, nonnulli peculiarem quamdam potestatem esse volunt.* Itaque quum non solem tantum, sed quid aliud per Mithram significari videam, facile Gruterianam Inscriptionem p. 22. num. 12. explicabo. Ita se habet illa: D. I. M. ET. SOLI. SOCIO. SAC. hoc est, *Deo Invicto Mithræ, & Soli Socio sacrum*. Pro Mithra heic aliud Numen intelligendum est a sole diversum, non ipsemet sol *tamquam alienigena*, uti parum recte opinatur Reinesius ad Inscript. 48. Cl. 1. Legitur quoque in priscis Inscriptionibus NANNÆ. SEBECIO. DEO. MITHRÆ. quæ verba omnia ad Solem Mithram referenda censet I. Cæs. Bulengerus cap. 4. lib. 1. de lic. & vet. Magia. Ego tamen tribus Diis dicatum marmor puto, ut NANNA sit *Dianæ Nanææ* nomen, de qua Liber 1. cap. 6. & 2. cap. 1. Machab. Hieronymus, & Josephus meminere; SEBECIUS pro *Jove Sabazio* intelligatur, de quo Orpheus, seu Onomacritus E in Hymno

Κλῦθι πάτερ, Κρόνου υἱὲ, Σαβάζιε κύδιμε δαῖμον.
Audi pater, Saturni fili, Sabazie inclyte deorum.

Neque enim scio, qua auctoritate Bacchum etiam *Sabazium* dixerit Heinsius in Arist. Sacr. Sed hæc satis superque.


—— *Spelæa*] Græcum est verbum σπήλαιον, quod latine spelunca dicitur; sed Græcum nomen & aures Ausoniæ toleravere. Virgilius Eclog. 10.

Certum est in silvis inter spelæa ferarum &c.

Claudianus de bello Get.

1. *Patiturque viriles*] Nihil heic deest: quod suspicatur Muratorius. Mirum profecto in re tantilla hæsitasse magnum virum. Enimvero perversam Cybeles sacerdotum castitatem exagitat Antonius, qui femineos vitent coitus; at, quod nequius longe, patiantur viriles. Hujusmodi flagitiis infames fuisse Gallos, Magnæ Matris sacrificulos, constat ex Ambrosio *de Virgin.* lib. I. cap. IV. *Quid de sacris Phrygiis loquar, in quibus impudicitia disciplina est, at [illegible] sexus fragilioris?* VONCK.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 280.



Quæque tegunt tenebris, audent hunc dicere solem?
Quis colat occulte lucem, sidusque supernum,
Celet [1] in infernis nisi rerum caussa malarum?
Quid quod & Isiacum sistrumque, caputque caninum
Non magis abscondunt, sed per loca publica ponunt?
Nescio quid certe quærunt, gaudentque repertum;
Rursus & amittunt, quod rursus quærere possint.
Quis ferat hoc sapiens, illos quasi claudere solem,
Hos proferre palam propriorum monstra deorum?
Quid [2] Serapis meruit, qui sic laceratur ab ipsis
Per varios turpesque locos? Hic [3] denique semper
Fit fera, fitque canis, fit turpe cadaver aselli,
Nunc [4] homo, nunc panis, nunc corpore languidus ægro.
Talia dum faciunt, nihil hunc sentire fatentur.
Quid loquar & Vestam, quàm se negat ipse sacerdos
Scire quid est? imisque tamen penetralibus intus
Semper inextinctus servari fingitur ignis.
Cur dea, non deus est? Cur ignis femina fertur?
Ista quidem mulier, sicuti [5] commendat Hyginus,

- - - *metuenda ferarum*
Spelæa - - -

Mithræ Sacrificia secretissimis in antris peracta. Religioso silentio apud ejus cultores illic accepta mysteria servabantur. Quin ex iis sacris initiari volentes, multis cruciatibus probationem subibant. Hinc Suidas in verb. *Mithra* ait: *οὐκ ἂν οὖν εἰς αὐτὸν δυνήσαιτό τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ διά τινων βαθμῶν παρελθὼν τῶν κολάσεων δείξει ἑαυτὸν ὅσιον, καὶ ἀπαθῆ. Nullus autem potest initiari, nisi per quosdam suppliciorum gradus se sanctum, & perturbationum immunem ostenderit.* Hoc idem confirmant Nazianz. Orat. 3. Lamprid. in Commodo, ac Tertull. cap. 15. de Cor. Mil. Sunt hujus verba: *Erubescite Romani commilitones ejus non jam ab ipso judicandi, sed ab aliquo Mithræ milite, qui cum initiatur in spelæo &c.* S. Justin. Martyr in Dialog. cum Tryphone Mithræ sacra peragi bis ait, *ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ παρ' αὐτοῖς σπηλαίῳ, in loco, qui apud illos spelæum, seu specus vocatur.* Vide Hieron. in Ep. ad Lætam. Reines. Cl. 1. n. 48. Inscript. Bulenger. lib. 1. cap. 4. de lic. & vet. Mag. Selden. de Diis Syris Synt. 1. cap. 6. Salmas. ad Hist. Aug. fol. 349. 382. &c.

V. 113. *Quæque tegunt*] Scribendum potius videtur *quemque tegunt tenebris*. Nihilo secius placet sensus.

V. 115. *Celet*] *Celo* pro *lateo* inusitatum verbum. Tegendi tantum, atque occultandi significatione usurpatum invenio. Me tamen monuit eruditissimus vir Michael Maddius clarissimi viri Car. M. Maddii dignissimum germen, apud Plautum in Bacch. Act. 3. scen. 2. legi:

Ut ut eris, moneo, non celabis.

Et a Scholiaste Lambino ita explicari: *nos falles, non latebis*. Certe si pronomen *te* heic subintelligendum contendis, & ego in Paullini versu pronomen *se* subintelligam. Si cui placeret emendare, legerem:

Celet in infernis ni se horum caussa malorum.

Sane in Cod. Ms. non *malarum*, sed *malorum* est scriptum.

V. 116. *Isiacum*] In sacris Isidis sistra quatiebantur, & Anubidis caput caninum exponebatur. Lucan. lib. 8. rem complectitur utramque:

Semideosque canes, & sistra jubentia luctum.

Ausonius ad Paullinum nostrum scribens Epist. 25.

Isiacos agitant Mareotica sistra tumultus.

Anubis porro Cynocephalus etiam dicebatur, nomine ejus formam exprimente. Athanasius orat. contra Græc. *ὁ παρ' Αἰγυπτίοις Κυνοκέφαλος Ἄνουβις. Apud Ægyptios canina facie Anubis.* Ovid. Metam. lib. 9.

- - - *Cum qua latrator Anubis*
Sistraque erant, numquamque satis quæsitus Osiris.

De sistris consule Laurent. Pignor. in Mensa Isiac. & egregiam dissertationem Benedicti Bacchini eruditiss. & clariss. viri.

V. 118. *Nescio quid*] Locum Minucii expressit Paullinus. Inquit ille: *Mox invento parvulo gaudet Isis, exsultant sacerdotes, Cynocephalus inventor gloriatur, nec desinunt annis omnibus vel perdere quod inveniunt, vel invenire quod perdant.* Jul. Firmicus cap. 2. *Nihil heic invenis, nisi quod iterum aut quæras, aut lugeas.* Ipse Paullinus Nat. XI.

- - - *Nam quid, rogo, cæcius illis;*
Qui non amissum quærunt, nusquamque manentem
Inveniunt? - - -

V. 122. *Quid Serapis meruit*] Heic aquam hærere mihi lubenter fateor. Alicujus festi diei meminit Paullinus, quo Serapis multas induere figuras cogebatur: at hujus vestigia nusquam reperio. Certe Macrobius, & Plutarchus in lib. de Osid. & Osir. nulla alia effictum forma Serapidem faciunt quam humana: *πανταχοῦ ἀνθρωπόμορφον Ὀσίριδος ἄγαλμα, ubique simulacrum Osiridis humana specie ostenditur.* Ab eruditioribus itaque exspectanda solutio.

V. 127. *Quid loquar & Vestam*] Vestam esse ipsam terram sunt quidam arbitrati, alii domorum omnium servatricem, alii etiam per illam purum ætheris ignem significari opinabantur. Hinc Orpheus illam non Siculas habitare regiones, sed in æthere morantem ajebat:

Ἑστία εὐδυνάτοιο Κρόνου θύγατερ βασίλεια,
Ἣ μέσον οἶκον ἔχεις πυρὸς ἀενάοιο μεγίστου.
Vesta potentis Saturni filia regina,
Quæ mediam regionem ætheris magni, ignisque habitas.

Alii alia, ut mirum non sit, si Sacerdotibus ejus ignotum quoque quid illa sit, noster affirmet.

V. 130. *Cur ignis femina*] Vidisti supra ex Orpheo Vestam pro igne sumi: addo nunc Ovid. lib. 6. Fast.

Nec tu aliud Vestam, quam vivam intellige flammam.

Et tamen is ante dixerat:

Vesta eadem est & Terra - -

Augustin. lib. 4. cap. 10. de Civit. Dei ita fatur: *Eamdem terram Cererem, eamdem etiam Vestam volunt, cum tamen sæpius Vestam non nisi ignem esse perhibeant:* quod idem repetit lib. 7. cap. 16. Vide Ciceronem de Nat. Deor. & in 2. de Leg. Diodorum, aliosque. Miratur igitur, ridetque Paullinus, cur ignis femina dicatur.

V. 131. *Hyginus*] Augusti libertus fuit Jul. Hyginus, ac Ovidii familiaris. Librum *fabularum* scripsit, qui etiamnum exstat. Verum ibi citatum a Paullino locum nancisci non potui. Scripsit ille præterea libros *Genealogiarum*, & librum de *Penatibus*, quem laudat Macrob. lib. 3. c. 14. Saturnal. librum *de proprietatibus Deorum*, Macrobio itidem teste lib. 3. c. 8. & *Confusaneas quæstiones* Fabio, Gellio ac Diomedi memoratas, quæ nobis omnia temporum voracitas invidet. Ex hisce libris propositam eruditionem procul dubio Paullinus noster hauserat.

1. *Celet in infernis*] Muratorius heic ingeniose profecto. Sed omni emendatione facile carebimus, dum sic locum rite distinguamus:

Quis colat occulte lucem, sidusque supernum
Celet? in infernis nisi rerum caussa malarum.

Quis, inquit, tam stupidus est, ut lucem occulte colat, & sidus supernum, solem puta, in spelæis atris abscondat? quum in infernis solus mali auctor habitet. Post *malarum* subaudiendum *est*, ut nemo non videt. Posset ceteroquin locus, servata vulgari interpunctione, alio & commodo satis sensu explicari, si violati metri dicam Antonio quis scriberet; cujus leges quum tot antiquiores Poetæ sæpe neglexerint, idem cur a nostro alienum existimemus, nihil est quod exigat. Si quis ergo maluerit, ita interpretetur: & sidus supernum celet in locis abditis aut infernis, nisi rerum malarum caussa? Ut ita in auferendi casu sumatur *caussa*, non nominandi. VONCK.

2. *Quid Serapis meruit, qui sic lacer.*] Notum ex historiis, quid Ægyptii de Osiride (qui idem cum Serapide) tradiderint, eum nempe a Typhone interemtum, & in partes quatuordecim discerptum fuisse. Id autem in sacris suis Ægyptii repræsentabant: eoque respicit Plutarchus *de Iside & Osiride*, quando scribit, Isidem in memoriam mariti Osiridis sacra instituisse, *sanctissimis sacrificiis admiscens imagines, indicia & exempla suorum eventorum*. ID.

3. *Hic denique semper Fit fera* etc] Existimarim equidem, Antonium, quum novisset Ægyptios plurima simulacra sub figura diversorum animalium colere, ea omnia ad unum Serapidem referenda censuisse. Concinit Paullinus *Natali* XI. V. 98. Vide Martianum Capell. *de Nupt. Philol.* lib. II. pag. 43. ID.

4. *Nunc homo, nunc panis*] Hic versus videtur corruptus. Legendum:

Nunc homo, nunc sanus, nunc corpore languidus ægro.

Dicit enim Poeta, Serapidem sub *hominis* figura repræsentari, qui nunc *sanus* sit, nunc *ægritudine languidus*. Vide Marshami *Chron.* sæc. XI. pag. 319. ID. — Optime. Anonymo item Lipsiensi perplacet hæc restitutio.

5. *Sicuti commendat Hyginus*] Leg. *commentat*: quod rarius quidem, usitatum tamen. VONCK.

Stamine prima novo veſtem contexuit olim, A
Nomine de proprio dictam, quam tradidit ipſa
Vulcano, qui tunc illi monſtrarat opertos
Cuſtodire focos. Hic rurſum munere lætus
Obtulit hanc Soli, per quem deprehenderat ante
Martis adulterium. Nunc omnis credula turba
Suſpendunt Soli per Vulcanalia veſtes:
Utque notent Venerem, tunc & portatur Adonis:
Stercora tunc mittunt, ipſum [1] pro ſtercore jactant.
Omnia ſi quæras, magis & ridenda videntur.
Additur heic aliud: Veſtæ quas Virgines ajunt
Quinquennes epulas audis portare Draconi, B
Qui tamen aut non eſt, aut ſi eſt, diabolus ipſe eſt,
Humani generis contrarius antea ſuaſor.
Et venerantur eum, qui nunc in nomine Chriſti
Et tremit, & pendet, ſuaque omnia facta fatetur.
Quæ mens eſt hominum, ut pro veris falſa loquantur,
Qui linquenda colunt, contraque colenda relinquunt?
Jam ſat erit nobis vanos narrare timores.
Hæc [2] ego cuncta prius, clarum cum lumen adeptus,
Neque diu incertum, & tot tempeſtatibus actum
Sancta ſalutari ſuſcepit Eclesia portu,
Poſtque vagos fluctus tranquilla ſede locavit:
Ut mihi jam liceat, deterſa nube malorum
Tempore promiſſo lucem ſperare ſerenam.
Jam prior illa ſalus, quam perdidit immemor Adam,
Tunc vero ſuadente malo, nunc remige Chriſto,
Eruta de ſcopulis ſemper manſura reſurget.
Rector enim noſter ſic undique cuncta gubernat;
Ut modo qui nobis errorem mentis ademit,

V. 138. *Suſpendunt Soli*] Vulcanalia feſta erant in Vulcani honorem. De his mentio exſtat in vetuſtiſſimis Kalendariis apud Gruter. p. 133. 134. 135. & in alio non diſſimili apud Dempſter. Rom. Antiqu. in Paralip. ad cap. 4. lib. 4. Peragebantur autem X. Kalend. Septemb. His Columella concordat de Re Ruſt. lib. 11. cap. 3. *Ceterum*, ait, *Auguſto circa Vulcanalia, tertia ſatio eſt*. Meminit etiam Varro de lingua Lat. In uſu autem antiquis fuit idolorum cultoribus veſtes falſis ſuſpendere diis. Ariſtoph. in Avibus:

- - - - - *τίς δὲ θεὸς*
Πολιοῦχος ἔσται, τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον;

Quis autem deus urbi præſidebit, cui dividemus veſtes? Hoc eſt: Cui deo veſtes ſuſpendemus? Apulejus lib. 6. Aſ. Aur. *Vides dona ſpecioſa, & lacinias auro litteratas, ramis arborum poſtibuſque ſuffixas*. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 18. *In aliis myſteriis traditur mos, ut veſtem in qua quiſpiam initiatur, templis & numinibus dicaret*. Hæc, & alia congerit Pinto Ramirez in Spicileg. Sacr. tract. 1. cap. 2. & 22. §. 15. Verum veſtes Soli ſingulariter dedicatas apud neminem invenire potueram, quum eruditiſſimus Abbas Blanchinus, cujus curæ Em. Otthoboni bibliotheca demandata eſt, per clariſs. Ciampinum quemdam hac de re apud Herodotum exſtare locum me monuit. Eſt autem lib. 2. ubi agit de Neco Rege: *ἐν τῇ δὲ ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι πέμψας ἐς Βραγχίδας τὰς Μιλησίων*. *In veſtitu autem curioſus quum fuiſſet, illum Apollini dicatum ad Branchidas Mileſiorum miſit*.

V. 139. *Portatur Adonis*] Erant quidem Adonia apud Gentiles, hoc eſt feſta Adonidi ſacra, de quibus meminit Ariſtophanes in Pace, & Ovid. Metam. lib. 10. eo verſu per Venerem prolato:

Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.

Præſertim vero Alexandriæ, ut aſſerit Nat. Comes lib. 5. cap. 16. Mythol. Adonidis ſolemnia fervebant, cujus imago magna cum pompa ferebatur. Sed heic aliud innui tempus patet, quo & Adonidis ſimulacrum portaretur, nempe in ipſis Vulcanalibus; ait enim: *Tunc & portatur Adonis*. Celebris eſt Veneris, & hujus pueri fabula.

V. 140. *Stercora tunc mittunt*] Fimo dii Gentium dehoneſtari ſolebant. Doctiſſimus Abbas Blanchinus Othobonianæ bibliothecæ Præfectus per Cl. virum Jo. Ciampinum Orphei, ſeu Onomacriti verſum de ritu ſimili, ut animadverterem monuit. Habetur ille apud Nazianz. in Stelitevt. 1. adverſus Julianum:

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε θεῶν, εἰλυμένε κόπρῳ.
Juppiter glorioſiſſime, deum maxime, delibute ſtercore.

Seldenus de Diis Syris Synt. 2. cap. 5. hunc eumdem recitat verſum, ſed ad *Jovem Stercoreum* non magis attinere cenſet illud *εἰλυμένος κόπρῳ*, quam Virgilii de Jove verba:

- - - *Totamque infuſa per artus*
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Quaſi utrobique Juppiter arcanis naturæ involutus dicatur. Verum nil rei Latina carmina cum Græcis habent, & *κόπρος* ille, quo delibutus dicitur Juppiter, hujuſmodi ab explicatione abhorret. Dii Stercorei fuere præterea, ac, ut ibidem notat idem Seldenus, *Beelzebul* ſonat *Dominus Stercoreus*, & Rabbi Abraham Benkattun verſum 33. cap. 23. Exodi ita explicat: *Non ſines apud te habitare, qui colunt deos peregrinos vel ſtercoreos*. Sed cur Adonis ſtercora patiebatur? Cauſſam inveniſſe mihi videor. Nonnulli Adonidem ſemen tritici eſſe ſtatuerunt, inter quos Theocriti Scholiaſtes ita loquutus eſt: *Ἄδωνις, ἤγουν ὁ σῖτος, ὁ σπειρόμενος ἓξ μῆνας ἐν τῇ γῇ ποιεῖ ὑπὸ τῆς σπορᾶς &c.* *Adonis, videlicet frumentum ſatum ſex menſes humi ſub ſatione* C *degit*. Tam bene igitur Adonidi ſtercora aptantur, quam tritico. Quia vero inter Vulcanum, Veneriſque amaſios inimicitiæ intercedebant; hinc Adonis male habitus, quum Vulcani ſacra peragebantur. Has ergo propiores cauſſas arbitror, cur adeo turpia ille in Vulcanalibus ſubire cogeretur.

V. 143. *Quinquennes epulas*] Quum mihi horum carminum germana explicatio lateret, monuit me Joannes Ciampinus V. C. & maximum Urbis decus, ſolutionem a Lipſio petendam cap. 10. de Veſta, & Veſtal. Hunc equidem Auctorem ante conſulueram, ſed incurioſo effugerat hæc eruditio. Inquit autem is: *In ambage vel nube eſt, quod in Silveſtri Actis quibuſdam legitur: Draconis eum ora clauſiſſe, & perpetuo ergaſtulo mancipaſſe, cui Kalendis ſingulis a Virginibus Veſtæ ſuppeditari ſolita ſunt alimenta. Nam quis veterum tale aliquid? eoque ſperni aut abjici a magnis viris ut falſa, video. Me cunctante an non Tertullianus huc adſpexerit ad Uxor.* cap. 6. hiſce verbis: *Romæ quidem quæ* D *ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auſpicia pœnæ ſuæ cum ipſo Dracone curantes de Virginitate cenſentur*. Hæc Lipſius. Tu vero ſodes intuere quantum ponderis hiſce omnibus a Paullino accedat. Quomodo vero *quinquennes epulas* vocet, fateor me nondum percepiſſe. Habetur quidem in codice noſtro ſcriptum *quinquennis*, at neque metrum, neque ſenſus hanc lectionem patiuntur, ſcriptumque pro *quinquenneis*.

V. 149. *Qui linquenda*] Similis locus Minuciano: *Nonne ridiculum eſt, vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas?*

V. 151. Ego *cuncta prius*] Heic verſum unum, pluresve deeſſe nemo diffitebitur; quippe verba priora in incerto manent, ſimilemque ſenſum, ut compleantur, requirunt: *Hæc ego cuncta prius dubia mente volvebam, & probare neſciebam, clarum cum lumen adeptus ſum* &c.

V. 153. *Eclesia*] Ita effert alibi Paullinus hoc nomen metri gratia. In Epithal.

Grande ſacramentum, quo nubit Eclesia Chriſto.
E *Hic vos nectat amor, quo ſtringit Eclesia Chriſtum.*

In Nat. IV. quoque & alibi. Ita etiam uſurpavit Anonymus lib. 1. contra Marcionem iis carminibus, quæ Tertulliano adſcribuntur:

Sic & Apoſtolico decurrit Eclesia verbo.

V. 161. *Ut modo*] Tempus deſignat, quo hæc ſcriptis mandabat, nempe annum 395. ſe enim Nolam nuper contulerat Paullinus, ut ibi religioſo pioque vivendi inſtituto daret operam. Vide quæ diſſerui in Præfat. ad hoc Poema.

1. *Ipſum pro ſtercore jactant*] Leg. *ipſum pro! ſt. j.* Heic enim loci *pro* rei indignationem indicat, nec præpoſitionis vice fungitur, ſed interjectionis. VONCK.

2. *Hæc ego cuncta prius, clarum cum lumen adeptus*] Exiſtimabat cl. Muratorius, heic aliquid deeſſe. Eruditus Vonckius legebat, *clarus ſum lumen adeptus*, aut *clarum cum lumen adeptum*. Mihi tamen magis probatur Lipſienſis Anonymi conjectura. „ Quid, inquit, ſi legeres *cla-* „ *rum* QUAM *lumen adeptus*? Sic omnia bene fluerent. Di- „ cit Antonius: Hæc ego cuncta prius cogitavi, quam „ clarum lumen adeptus eram, ſanctaque Eccleſia me re- „ cipiebat. „

Hic [1] meliore via paradiſi lumina pandat. A
Felix noſtra Fides uni, certoque dicata.
Unus enim Deus eſt, ſubſtantia Filius una,
Unus in utroque eſt unus vigor, una poteſtas.
Namque Dei Verbum patrio de pectore Chriſtus
Emicuit, ſemperque fuit, qui non quaſi natus,
Ore ſed egreſſus, chaos illud inane removit,
Et tulit informem contextæ noctis hiatum:
Diſtribuitque [2] locis mare, terras, aera, cælum,
Hiſque dedit geminam pulſa caligine lucem.
Aſt ubi cuncta novum ſtupuerunt ſurgere ſolem,
Quatuor [3] hæc hauſit variis exordia rebus.
Sunt homines terris, ſunt addita ſidera cælo, B
Aere pendet avis, liquido natat æquore piſcis.
Sic elementa ſuis decoravit ſingula formis,
Nexuit hæc diverſa licet, diſcretaque junxit,
Junctaque diſcrevit, quæ nunc diviſa cohærent.
Claudit enim oceanus terram, mare clauditur, ipſe
Axe ſub æthereo medius concluditur aer.
Hoc etiam cælum, quod nos ſublime videmus,
Sex aliis infra eſt ſpatio ſurgentibus æquo,
Poſtque thronos ſeptem, poſt tot cæleſtia regna
Cetera pars omnis, quæ cunctis eminet ultra,
Quæ ſuper excedit, quæ paſſim tendit in altum,
Quæ ſine fine patet, quam nec mens colligit ulla,
Lucis inacceſſæ domus eſt, ſedeſque potentis
Sancta Dei unde procul, quæ fecit ſubdita cernit.
Omnia ſic conſtant, dum ſpiritus omnia cingit.
Hæc eadem quorum nobis conceditur uſus,
Quæ polus inferior magna complectitur Urbe,
Cuncta licet diſtent, una cum pace tenentur.
Denique nomen habent unum, ſunt omnia Mundus.
Hunc etiam Græci Coſmon dixere priores:
Hinc ita compoſitum diſtinguens utraque lingua
Coſmon ab ornatu, Mundum de lumine dixit.
Nam quo ſol nitet, hoc totum ſordebat in umbra,
Et manet exemplum, quotiens nox omnia fœdat,
Et docet ex tenebris, quæ ſit data gratia lucis.
Tot bona qui fecit, qui ſic operatus ubique eſt,
Hic [4] Deus de corde Dei, hic Spiritus oris,

V. 175. *Sic elementa*] Vix erit quiſquam, cui nova non videatur Paullini ſententia. En aperte *mare*, *terras*, *aera*, *cælum* elementorum nomine diſtinguit, neque hilum de igne cogitat. Res pulcra, & diſquiſitione digna. Conſulat itaque lector Diſſertationem xx. quam idcirco poſui, ut ſingularem eruditionis hujus partem elucidatam facerem.

V. 180. *Medius concluditur aer*] Abſit, ut imaginariam illam ignis ſphæram, quam Ariſtoteles ejuſque ſectatores lepide excogitarunt, ac etiamnum probant, Paullinus noſter admiſerit. Hinc aerem non a commentitiis illis flammis, ſed ab æthere cœlove concluſum affirmat.

V. 183. *Poſque thronos ſeptem*] Non ſeptem tantum, ſed novem ſub Empyreo conſtitutos fuiſſe cælos omnino fatendum. Septem ex iis errantia ſidera tenent, ut habet verſiculus:

Cynthia, Mercurius, Venus, & Sol, Mars, Jove, Satur.

Octavum a fixis ſideribus occupatur; nonum vero primum Mobile eſt, cui ſuccedit Empyreum. Nihilominus ſeptem cælos ante Empyreum exſtare diſerte Paullinus ſentit. Qua ratione quæris? Poetica facultate reſpondeo; ſiquidem apud Poetas in octavo cælo, videlicet in ſidereo cælo, Dei ſummi domicilium ſtatuitur. Virgilius lib. 10. Æneid.

Conciliumque vocat divum pater, atque hominum rex
Sideream in ſedem - - -

Sidon. Apollin. in Panegyr. Aviti de deorum concilio:

Ipſe pavimentum ſunt ſidera, jum Pater aureo
Tranquillus ſeſe ſolio locat - - -

Euripides in Jone Διὸς πολύαστρον ἕδος, *Jovis pavimentum multiſidereum*, appellat, cui adde Chryſoſt. Orat. 2. de Dei nat. alioſque. Fuit hæc quoque veterum Chriſtianorum ſententia. *De cælorum diverſitate* Philaſtrius Brixienſis epiſcopus imaginariam hæreſim recenſet cap. 46. aitque: *Sive ergo ſex cælos ſecundum David, & ſeptimum hoc firmamentum accipere quis voluerit, non errat: nam Salomon tres cælos dicit, ita cælum, & cælum cæli. Paullus æque Apoſtolus uſque ad tertium cælum ſe raptum fatetur. Sive ergo ſeptem quis acceperit, ut David, ſive tres, ſive duos, non errat.*

V. 188. *Unde procul*] Virgilium imitatur, ita lib. 10. Æneid. canentem:

Conciliumque vocat divum pater, atque hominum rex
Sideream in ſedem, terras unde arduus omnes
Caſtraque Dardanidum ſpectat - - -

Liceat quoque Italicorum vatum principem heic audire lib. 1. Hieroſolymæ Liberatæ.

Quando dall' alto ſoglio il Padre eterno,
Ch' è nella parte più del Ciel ſincera,
Gli occhj in giù volſe, e in un ſol punto, e in una
Viſta mirò ciò ch' in ſe 'l mondo aduna.

V. 191. *Complectitur Urbe*] Romani imperii fines eosC dem ac orbis terrarum Poetæ ſtatuerunt. Rutil. in Itiner. eleganter:

Dumque offers victis proprii conſortia juris
Urbem feciſti, qui prius orbis erat.

Scholiaſt. in Dionyſ. de ſitu orb. ὅπερ δὲ πόλις τοῖς αὐτῆς ὁρίοις καὶ χώραις ἐστὶ, τοῦτο ἤδη ἡ πόλις τῆς ἁπάσης οἰκουμένης, ὥσπερ αὐτῆς χώρας ἄστυ κοινὸν ἀποδεδειγμένη. *Quod autem eſt ſuis finibus & regionibus urbs aliqua, hoc Roma eſt totius orbis provinciis, quaſi commune totius habitabilis terræ oppidum.* Hinc Roma Claudiano dicitur, *quæ fundit in omnes imperium*. Sic Plin. cap. 5. lib. 35. Romam eſſe *unam cunctarum gentium in toto orbe patriam* dixit. Plura pete a Bulengero de Imp. Rom. lib. 2. cap. 5.

V. 195. *Hinc ita*] Arrideret: *Hunc ita.*

V. 196. *Coſmon ab ornatu*] Κόσμος Græcis eſt ornamentum. Ab hac ſignificatione, Mundi qui Græcis Κόσμος D dicitur, nomen derivatum cenſet Paullinus, quia re vera eſt mundus venuſta ornamentorum ſeries. Alii ἀπὸ κόσμου, qui eſt *ordo*, ſeu *modus*, nominis hujus etymologiam deducunt, quum mundus rerum ſimul nexarum atque ordinatarum vere ſit ſtatus. Tertullianus adverſus Marcion. lib. 1. poetæ noſtro ſubſcribit: *Ut ergo*, ait, *aliquid de iſto hujus mundi indigno loquar, cui & apud Græcos ornamenti & cultus, non ſordium nomen eſt.*

—— *Mundum de lumine*] Honor. Auguſtodun. lib. de Imag. Mundi cap. 1. Iſidor. lib. 3. Orig. cap. 28. & 13. cap. 1. *Mundum* quaſi *movendum*, *quia in perpetuo ſit motu*, dictum putant. Sed rectius Varro, Cicero, Plinius, Paullus I. C. & alii, *a munditie* appellatum volunt. Huic etymologiæ Paullinus accedit, dum *a lumine mundum* dici ait.

V. 201. *Hic Deus eſt*] Hoc eſt divinum Verbum, Deique Filius, per quem ut ſupra cecinit, *omnia facta ſunt & ſine eo factum eſt nihil, quod factum eſt.* In Ms. dici- E tur: *Hic Deus de corde.* Appoſui verbum *eſt*. Adhuc tamen claudicat verſus: poſſem alterum *eſt* adjicere: *Hic eſt Spiritus oris.*

1. *Hic meliore via* cet.] Muratorius ſic diſtinguebat:

Hic meliore via paradiſi limina pandat
Felix. Noſtra fides uni certoque dicata.

Sed cum viris eruditis ita diſtinguendus hic locus; non ut interpunctio ſit poſt nomen *Felix*, ac illius velut Martyris Paullino celebrati nomen ad priora referatur.

2. *Diſtribuitque locis —— cælum*] Res diſquiſitione digna videtur Muratorio, quod mare, terras, aera & cælum elementorum nomine diſtinguat auctor, neque hilum de *igne* cogitet. At philoſophum heic egiſſe Antonium non putem: imitatus fortaſſe verba ſacri ſcriptoris *Gen.* 1. ubi nec ulla *ignis* mentio. Prudentius etiam *ignem* non agnoſcit tamquam elementum per ſe conſiſtens, ſed quod ex alio progignitur, lib. 1. *Symmach.* ℣. 395.

Quicquid humus, pelagus, cælum mirabile gignit,
Id duxere deos, colles, freta, flumina, flammas.

VONCK.

3. *Quatuor hæc hauſit var. ex. reb.*] Leg. *auxit*: nam *hauſit* prorſus nihili. ID.

4. *Hic Deus de corde Dei, hic Spiritus oris*] Muratorius ob cæſuram ſupplet: *Hic Deus* EST *de corde Dei*. Et ſic ſatis recte. Ceterum & Virgilius ante *hic* eliſin ſprevit lib. 1. *Æn.* ℣. 20.

Poſthabita coluiſſe Samo. Hic illius arma.

Similiter ſupra ℣. 54. ms. habebat.

His deus, uxorque dei, ipſamque ſororem.

Sancti sermo Patris, tantarum fabrica rerum : A
Nec se Paganus laudet, si vitat idola,
Ac satis esse putat, quod numine credat in uno.
Quid colet ille Deum, qui Verbum non colit ejus?
Qui non Virtutem simili veneratur honore?
Quique invisibilem incomprehensibilemque fatetur
Esse Deum, hic etiam Christum si cogitet, idem
Inveniet, quoniam Verbum comprehendere nemo,
Nemo videre potest; opera ejus sola videntur.
In Patre Natus enim, in Nato Pater omnia fecit,
Et quidquid virtute dedit, pietate tuetur.
Sic fuit, & steterit versus Salvator in ævum,
Qui tulit errores, qui fecit vera videri,
Placatoque Patri pereuntem reddidit orbem. B
Nec mirum, si cuncta regit, qui cuncta creavit,
Qui dedit ex nihilo totum, lucemque tenebris
Prætulit, atque diem jussit succedere nocti;
Quodque in carne fuit, carnis peccata remittit.
Cernit enim, fragilem faciles incurrere lapsus,
Corripiensque tamen veniam dabit omnibus unam,
(Remque novam dicam, nec me dixisse pigebit)
Plusque pius quam justus erit. Si denique justus
Esse velit, nullus fugiet sine crimine pœnam:
Justus enim mala condemnat, pius omnia donat.
Hoc facit, ut rata sint venturæ munera vitæ,
Et quod culpa tulit, rursum indulgentia reddat:
Quæ si non fuerint plebi concessa roganti, C
Tunc prope nullus erit delicto liber ab omni.
Qui possit meritus promissa luce potiri?
Tangere tunc lætis cælorum regna libebit;
Tunc poterit mors ipsa mori, quum tempore toto
Vita perennis erit, quia tunc in sede beata
Nullus peccandi locus est, ubi nulla cupido est.
Gloria tanta manet populo servata fideli.
Amplius hoc tribuit, majus dedit hoc quoque munus,
Quod peccatorem quem pœnitet, antea lapsum,
Non facit in numero turbæ peccantis haberi:
Quippe satis pœna est, cum sit sua culpa dolori;
Supplicium proprium timor est; tormenta reatus
Tum veluti patitur qui se meruisse fatetur.
Quid poterit melius, vel quid moderatius esse?
Judicat, inquirit, castigat, parcit, honorat,
Omnia qui vincit, nec ab ipsa vincitur ira.
Quod de præsenti jam cernimus esse futurum;
Nam cum sæpe minax horrentia nubila cogit,
Et terrore pio rutilo nimis igne coruscat,
Tristibus & pluviis, & nubibus intonat atris,
Omne genus timet interitum; [1] sed vita potestas
Desinet, & pariter cælum mentesque serenat.
Hoc quoque tunc sperare jubet, qui se modo cuncta
Perdere posse probat, si perdere velle recusat.
Sic iteranda salus venturo ostenditur ævo,
Æternique Dei pietas æterna manebit.

V. 202. *Fabrica rerum*] *Fabrica* pro *officina* proprie usurpari docuit Sipontinus. Ita forte capiendum heic nomen istud. Mea tamen sententia aut error in codicem irrepsit, aut carmen aliquod abest.

V. 203. *Nec se Paganus*] De hoc nomine plura pete a magno Annalium parente Baronio in Martyrol. ad diem 31. Januar. Gothofredo ad lib. 6. C. Th. tit. 10. de Paganis &c. aliisque scriptoribus. Sæculo Christi quarto nomen hoc Gentilibus aptari cœpit, quum iidem ab urbibus pulsi in *Pagis* agrisque profanam adhuc religionem exercerent.

V. 203. *Si vitat*] In Ms. legebatur: *Si qui idola vitat.* Emendavi.

V. 204. *Numine*] Ita scribere placuit pro *nomine*, quemadmodum habet Ms.

V. 213. *Versus Salvator*] Illud *versus* mihi parum arridet. Fortasse *verus* scribendum est.

V. 249. *Vita potestas*] Errorem aliis tollendum relinquo.

Ubi itidem cl. editor addit binum *est*: *Hic deus est, uxorque dei est*. Quoniam autem in hoc carmine tot occurrunt loca, in quibus si codicem ms. consulas, (at quem tutius?) desideratur cæsura aut elisis non admittatur; haud sane credibile mihi fit, casu omnia illa loca corrupta D fuisse. Et forte in plerisque contra metrum peccarit Antonius, ut Poetis illius temporis cujus se prodit noster, haud insolens. Nulla enim omnino nobis adest ratio, cur in omnibus hisce scripti codicis spernatur auctoritas. VONCK.

1. *Sed vita potestas*] Illud *vita potestas* heic plane mortuum. Muratorius errorem aliis tollendum relinquit: Fabricius *victa* conjiciebat. Genuina, ni fallor, lectio est *visa potestas*. Quando, inquit, signa majestatis suæ prodit supremum Numen, omne genus interitum timet: sed *potestas* ejus simul ac *visa est*, vel apparuit, desinet; atque ita cælum, antea nubibus atris incinctum, serenat, & mœstas hominum mentes redivivo splendore consolatur. Quæ antecedunt & sequuntur hæc satis adjuvant, ut plura addere necesse non habeamus. ID. — Huic Vonchkii emendationi calculum adjicit Anonymus Lipsiensis.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
284.



THEOGNOSTI
ALEXANDRINI
FRAGMENTA
EX LIBRIS VII. ΥΠΟΤΥΠΩΣΕΩΝ

I.

Ex Libro II.

Apud ATHANASIUM de Decret. Nicænæ Syn. §. xxv.
Ex edit. BB. Parif. 1698. tom. I. part. I. pag. 230.

A Οὐκ [1] ἔξωθέν τίς ἐστιν ἐφευρεθεῖσα ἡ τοῦ υἱοῦ οὐσία, οὐδὲ ἐκ μὴ ὄντων ἐπεισήχθη· ἀλλὰ ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας ἔφυ, ὡς τοῦ φωτὸς τὸ ἀπαύγασμα, ὡς ὕδατος ἀτμίς. οὔτε γὰρ τὸ ἀπαύγασμα, οὔτε ἡ ἀτμὶς, αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἐστὶν, ἢ αὐτὸς ὁ ἥλιος· οὔτε ἀλλότριον, ἀλλὰ ἀπόρροια τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, οὐ μερισμὸν ὑπομεινάσης τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας. ὡς γὰρ μένων ὁ ἥλιος ὁ αὐτὸς, οὐ μειοῦται ταῖς ἐκχεομέναις ὑπ' αὐτοῦ αὐγαῖς· οὕτως οὐδὲ ἡ οὐσία τοῦ πατρὸς ἀλλοίωσιν ὑπέμεινεν, εἰκόνα ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν υἱόν.

Non extrinfecus adinventa eft Filii fubftantia, neque ex nihilo educta: fed ex Patris fubftantia nata eft, ut lucis fplendor, & aquæ vapor. Neque enim fplendor aut vapor, ipfa aqua vel ipfe fol eft: neque rurfus aliquid eft alienum, fed eft aliquid emanans ex Patris fubftantia; ita tamen ut nullam divifionem eadem Patris fubftantia fit perpeffa. Ut enim fol idem manens, radiis ab ipfo profluentibus non minuitur: ita neque Patris fubftantia mutationem ullam patitur, quum Filium fuum ipfius imaginem habet.

II.

Apud ATHANASIUM Epift. IV. ad Serapionem §. XI. *tom.* I. *part.* II. *pag.* 703.

B Ὁ δὲ Θεόγνωστος καὶ αὐτὸς προστιθεὶς, φησὶ ταῦτα· ὁ πρῶτον παραβεβηκὼς ὅρον καὶ δεύτερον, ἐλάττονος ἂν ἀξιοῖτο τιμωρίας· ὁ δὲ καὶ τὸν τρίτον ὑπεριδὼν, οὐκέτι ἂν συγγνώμης [2] τυγχάνοι. πρῶτον δὲ ὅρον καὶ δεύτερόν φησι τὴν [3] περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ κατήχησιν· τὸν δὲ τρίτον, [4] τὸν ἐπὶ τῇ τελειώσει καὶ τῇ τοῦ πνεύματος μετοχῇ παραδιδόμενον λόγον. καὶ τοῦτο βεβαιῶσαι θέλων, ἐπάγει τὸ παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον τοῖς μαθηταῖς· [5] ἔτι πολλὰ ἔχω ὑμῖν λέγειν, ἀλλ' οὔπω δύνασθε χωρεῖν. ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ ἅγιον πνεῦμα, διδάξει ὑμᾶς.

Theognoftus autem hæc adjicit: Qui primum & fecundum terminum tranfgreffus eft, minori fupplicio dignus videri poffit: qui autem tertium contemferit, non ulterius veniam confequetur. *Primum autem terminum & fecundum ait, doctrinam de Patre & Filio acceptam: tertium vero, Verbum in initiatione & in participatione Spiritus traditum. Quod confirmare volens, adducit illud difcipulis a Salvatore dictum:* [a] Adhuc multa habeo vobis dicere, fed non poteftis portare modo. Cum autem venerit Spiritus fanctus, docebit vos.

III.

Ibidem.

C Εἶτά φησιν· ὥσπερ τοῖς μηδέπω χωρεῖν δυναμένοις τὰ τέλεια διαλέγεται ὁ σωτὴρ, συγκαταβαίνων αὐτῶν τῇ σμικρότητι· τοῖς δὲ τελειουμένοις συγγίνεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ οὐδέπου τοῖς ἐκ τούτων ἂν φαίη τὴν τοῦ πνεύματος διδασκαλίαν ὑπερβάλλειν τῆς τοῦ υἱοῦ διδαχῆς· ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν υἱὸς συγκαταβαίνει τοῖς ἀτελέσι, τὸ δὲ πνεῦμα σφραγίς ἐστι τῶν τελειουμένων· οὕτως οὐ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πνεύματος πρὸς τὸν υἱὸν ἄφυκτός ἐστι καὶ ἀσύγγνωστος ἡ εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημία· ἀλλ' ὅτι ἐπὶ μὲν τοῖς ἀτελέσιν ἐστὶ συγγνώμη, ἐπὶ δὲ τοῖς γευσαμένοις τῆς [6] οὐρανίου δωρεᾶς καὶ [7] τελειωθεῖσιν, οὐδεμία περιλείπεται συγγνώμης ἀπολογία καὶ παραίτησις.

Deinde ait (Theognoftus:) Sicut eos qui perfecta nondum capere poffunt alloquitur Salvator, ad illorum fe fe parvitatem demittens: cum perfectis autem Spiritus fanctus verfatur; neque tamen quis ideo dixerit, Spiritus fancti doctrinam, Filii doctrinam fuperare; fed quod Filius quidem fe fe demittat ad imperfectos, Spiritus vero fanctus figillum fit perfectorum: fic non propter excellentiam Spiritus fancti præ Filio, inexpiabilis & citra veniam eft blafphemia in Spiritum: fed quia imperfectis datur venia; iis vero [b] qui donum cæleste guftaverunt & initiati funt, nulla veniæ relinquitur excufatio vel deprecatio.

a Joan. XVI. 12. 13. *b* Heb. VI. 4.

D 1. Οὐκ ἔξ.] Huic fragmento fequentia præmittit Athanafius: *μάθετε τοίνυν, ὦ χριστομάχοι Ἀρειανοί, ὅτι Θεόγνωστος μὲν, ἀνὴρ λόγιος, οὐ παρῃτήσατο τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἰπεῖν. γράφων γὰρ περὶ υἱοῦ ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ὑποτυπώσεων, οὕτως εἴρηκεν· οὐκ ἔξ.* „ Difcite igitur o Chrifti hoftes Ariani, Theognoftum virum eruditum minime refugiffe ab hac ipfa dictione *ex fubftantia*. Nam in fecundo Hypotypofeωn hæc de Filio fcribit: *Non extrinfecus* „ cet.

2. Τυγχάνοι] Sic codd. mſs. regius & Seguerianus. Bafilienfis vero τυγχάνῃ. Editi τύχοι. MONTF.

3. Περὶ πατρός] Reg. & Seguer. περὶ τοῦ πατρός. ID.

4. Τὸν ἐπί] Τὸν deeft in reg. & Seguer. Mox regius, Seguer. Angl. Gobler. & Felckmanni I. καὶ τῇ τοῦ πνεύματος. Editi, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ τοῦ πνεύματος. ID.

5. Ἔτι] Reg. & Seguer. ἐπεί. Paullo poft in iifdem δὲ deeft poft ὅταν. Ibidem reg. Seguer. Gobler. & Felckmanni I. τὸ ἅγιον πνεῦμα. Editi, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Hic autem Scripturæ locus, quoad fententiam tantum, non ad verbum ab Athanafio affertur. ID.

6. Οὐρανίου] Reg. & Seguer. ἐπουρανίου. ID.

7. Τελειωθεῖσιν] *Heb.* VI. 4. quo procul dubio heic refpexit Theognoftus, legimus φωτισθέντας καὶ γευσαμένους, *eos qui fuerunt illuminati & guftaverunt* cet. Hinc putaverim equidem eodem fenfu dixiffe Theognoftum τελειωθεῖσιν, quo Apoftolum φωτισθέντας: fcilicet de baptizatis feu *illuminatis* locum effe accipiendum. Hac enim fignificatione utrumque verbum φωτίζεσθαι & τελειοῦσθαι fuiffe a Patribus ufurpatum, neminem latet. Vide fis Svicerum in *Thef. eccl.* v. Τελειόω & Φωτίζω.

S. METHODII

EPISCOPI ET MARTYRIS

OPERA

QUOTQUOT EXSTANT:

Collecta primum, Latine reddita Notisque illustrata

CURA ET STUDIO

FRANCISCI COMBEFISII:

NUNC DEMUM RECENSITA ET AUCTA.

VETERUM TESTIMONIA
DE S. METHODIO
EPISCOPO ET MARTYRE.

I.

S. HIERONYMUS de Vir. illustr. *cap.* LXXXIII.
cum vetere INTERPRETE GRÆCO.

METHODIUS, Olympi Lyciæ, & postea Tyri A episcopus, nitidi compositique sermonis, adversum Porphyrium confecit libros; & Symposium decem virginum; de resurrectione opus egregium contra Origenem: & adversus eumdem de Pythonissa, & αὐτεξουσίου. In Genesim quoque & in Cantica canticorum commentarios; & multa alia quæ vulgo lectitantur. Et ad extremum novissimæ persecutionis; sive ut alii affirmant, [2] sub Decio & Valeriano, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.

Μεθόδιος [1] Ὀλύμπου Λυκείας, καὶ μετὰ ταῦτα Τύρου ἐπίσκοπος, λαμπροῦ καὶ συγκειμένου λόγου, κατὰ Πορφυρίου συνέταξε τεύχη· καὶ συμπόσιον δέκα παρθένων· περὶ ἀναστάσεως λόγον ἄριστον κατὰ Ὠριγένους. κατὰ τοῦ αὐτοῦ περὶ Πυθωνίσσης, καὶ περὶ αὐτεξουσίου· εἰς τὴν γένεσίν τε, καὶ εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων ὑπομνήματα, καὶ ἕτερα πολλὰ χύδην ἀναγινωσκόμενα. ὃς περὶ τὰ τελευταῖα τοῦ διωγμοῦ· ἢ καθώς τινες βεβαιοῦνται, ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ, ἐν Χαλκίδι τῆς ἀνατολῆς μαρτυρήσας ἐστεφανώθη.

IDEM *Epist.* XLVIII. *ad Pammachium*, *num.* XIII.
opp. tom. I. *pag.* 220. *edit. Veron.*

Origenes, METHODIUS, Eusebius, Apollinaris, B & Porphyrium, multis versuum millibus scribunt adversus Celsum

IDEM *Epist.* LXX. *ad Magnum Oratorem*, *num.* III.
ibid. pag. 425.

Scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius: priori Origenes, alteri METHODIUS, Eusebius & Apollinaris fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros: METHODIUS usque ad decem millia procedit versuum, cet.

IDEM *in præfat. ad* Comment. in Danielem.
ibid. tom. V. *pag.* 617.

Porphyrio sollertissime responderunt Eusebius Cæsariensis episcopus tribus voluminibus, id est, octavodecimo & nonodecimo & vicesimo; Apollina- C rius quoque uno grandi libro, hoc est, vicesimosexto; & ante hos ex parte METHODIUS.

IDEM *in* Comment. ad Daniel. *cap.* XIII.
Ibid. tom. V. *pag.* 730.

Cujus (Porphyrii) calumniæ plenius responderunt Eusebius Cæsariensis, Apollinarius Laodicenus, & ex parte disertissimus vir martyr METHODIUS.

1. Eadem fere ac iisdem verbis Suidas, exscribens & ipse Hieronymum: tantum adjecit ad Ὀλύμπου Λυκείας· τῶ, ἤτοι Πατάρων. Significans eamdem utroque nomine notari civitatem, cujus is, priusquam transferretur Tyrum, episcopatum gesserit: nec esse alium Methodium, quem Hieronymus dixerit Olympi, & quem Græci celebrant Patararum episcopum. Equidem ne vestigium potui deprehendere novi hujus Methodii Patarensis diversi a Tyrio; D tribuentibus ubique codicibus Methodio Patarensi, quæ Hieronymus tribuit suo illi Methodio Olympi, ac postea Tyrio. Ita præter alios passim Damascenus in *elementis* eminentissimi Cardinalis Rupifucaldii: mirumque videatur, ut Græci, solius Patarensis obscurioris memoriam solemnem habeant, nusquam vero apud eos exstet memoria Tyrii, si quidem ille alius est. Quare æstimo levius pronuntiasse Baronium ad notas Martyrol. ad alterum Methodium Constantinopolitanum 14. Jun. dum ex brevi illa citatione Damasceni *orat.* 3. *de Imag.* Methodii Patarensis & martyris, novum sibi confingit Methodium. Hesychius Pataras urbem, Patarin vocat, quo etiam nomine montem nominat: ego eumdem puto atque Olympum Lyciæ montem, cujus ipse Methodius ut familiaris in libro *de resurrect.* meminit, a quo & civitas, Olympus dicta sit: nec aliud ea de re certioribus monumentis hactenus occurrit. COMBEFIS.

2. Isthæc *sub Decio & Valeriano* verba, in omnium præstantissimo cod. Veronensi non sunt: ex quo venit in mentem suspicari, etiam illa, *sive ut alii affirmant*, e glossatoris manu profecta, sensim in textum irrepsisse. Re autem ipsa non habet Suidas, *ἢ καθώς τινες διαβεβαιοῦνται*, *sive ut alii affirmant*, tametsi jungit ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ, *sub Decio & Valeriano*, quemadmodum etiam auctor Menologii a Sirleto editi. Sed hæc duo nomina addiderit nonnemo ad libri oram, ut qui novissimam persecutionem moverunt imperatores, suo sensu indicaret: alius vero eadem illaturus in textum, ut fucum faceret credibiliorem, præposuerit, *sive ut alii affirmant*. Utcumque se res habuerit, certum est sub hisce imperatoribus, hoc est anno 254. Methodium martyrio non fuisse coronatum: siquidem post annos quatuordecim, id est 268. Porphyrio in Christianos obtrectanti respondit. VALLARS.

IDEM *lib.* II. contra Rufinum, *num.* XXXIII,
ibid. tom. II. *pag.* 527.

Ex eo quod asserui, Porphyrium contra hunc prophetam (Danielem) multa dixisse, vocavique hujus rei testes METHODIUM, Eusebium & Apol- A linarium, qui multis versuum millibus illius vesaniæ responderunt, me accusare poterit quare non in præfatiuncula contra Porphyrii libros scripserim.

I I.

S. GREGORIUS NYSSENUS Ex Quæst. de eo quid sit, ad imaginem Dei & ad similitudinem.

Opp. tom. II. *pag.* 26. *edit. Parif.* 1638.

Οθεν καὶ φησι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ Συμποσίῳ ὁ Μεθόδιος ἀμήχανον καὶ ἀδιήγητον κάλλος ἔχειν· καὶ τούτου χάριν ὥσπερ ζηλοτυπεῖσθαι καὶ ἐρᾶσθαι αὐτὴν ὑπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων, ὡς κρείττονα αὐτῶν τῶν νοερῶν περικειμένην μορφήν.

Idcirco & animam, inquit METHODIUS in Symposio, immensa quadam & inenarrabili pulcritudine pollere: eamque ob caussam quadam veluti zelotypia & amore illius flagrare spiritus adversarios, B utpote quæ præstantiore quam ipsi, licet spiritales & intelligentes sint, forma sit prædita [1].

I I I.

S. EPIPHANIUS Hær. LXIV. *cap.* LXIII.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν ἀπὸ μέρους καθ' εἱρμὸν τῶν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Μεθοδίου, τοῦ καὶ Ευβουλίου. [2] — Πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα ἐν τῇ περὶ τῆς ὑποθέσεως ἀκολουθίᾳ τῷ προειρημένῳ Μεθοδίῳ, ἀνδρὶ λογίῳ ὄντι, καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένῳ εἰρημένα εἴρηται.

Atque hæc sunt e beati METHODII, qui & EUBULIUS dictus est, scriptis ordine decerpta. — Multa enim ad idem argumentum, METHODIUS ille, vir apprime doctus, acerrimusque veritatis patronus, in eodem libro (contra Origenem) disputavit.

I V.

ANDREAS CÆSARIENSIS *in* Apocal. *Serm.* XI. *cap.* XXXIII.

Ο δὲ μέγας Μεθόδιος εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν ἐξέλαβεν, ἀνάρμοστα τῇ δεσποτικῇ γεννήσει τὰ περὶ αὐτῆς ἡγησάμενος, διὰ τὸ ἤδη πρὸ πολλοῦ τετέχθαι τὸν κύριον ἡμῶν. καλὸν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ μακαρίου Μεθοδίου μεμνῆσθαι, ὅς φησιν ἐν τῷ λεγομένῳ Συμποσίῳ ἐκ προσώπου Πρόκλης (lege Προκίλλης) οὕτως· ἡ γυνὴ, καὶ τὰ ἑξῆς.

C At magnus METHODIUS ad Ecclesiam retulit, in dominicæ nativitatis mysterium parum ea convenire ratus, quæ hoc loco de illo narrantur: maxime vero quod Dominus noster dudum ante patefactam libri hujus prophetiam natus fuerit. At ipsamet *Methodii* verba in medium adferre lubet. Hic ergo in tractatu quem Symposion scripsit, ex persona Procillæ virginis ita scribit: ***Mulier sole induta*** cet.

V.

ARETHAS *in* Apocal. *cap.* XXXIII. *pag.* 752.

Ετεροι δὲ καὶ πάλιν ταύτην τὴν γυναῖκα τὴν ἐκκλησίαν ἔφασαν εἶναι, ἥ τις τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον Χριστὸν περιβέβληται, καὶ τὴν σελήνην τὴν συναγωγὴν ὑπὸ κάτω τῶν ποδῶν, ὡς ἤδη παλαιωθεῖσαν ἔθηκε. καὶ τὰ ἑξῆς πάντα ἁρμοδίως, ὡς Ανδρέας, καὶ Μεθόδιος.

Rursum vero alii hanc mulierem dixerunt esse Ecclesiam, quæ sole justitiæ Christo stipata est; & lunam id est Synagogam sub pedibus ejus, tamquam D jam vetustiorem effectam posuit. Et quæ sequuntur omnia congruo modo adaptarunt, ut Andreas, & METHODIUS.

V I.

LEONTIUS BYZANTIUS *lib.* de Sectis *Act.* III.

Εγένοντο δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου

Fuerunt autem in temporibus a Christi nativitate usque ad imperium Constantini doctores hi &

1. Exstat locus Methodii a Nysseno laudatus, sub initium *Orat.* VI. Vide sis Allatium in Diatr. *de Methodiorum scriptis* pag. 316. edit. Rom. 1656.

2. Ita Epiphanius. Quæ indicant *Convivium decem Virginum* in quo EUBULIUS, personæ unius e primis nomen est, celebratissimum sui excellentia cognomen EUBULII auctori Methodio adjecisse. Nam vel primum vel inter prima Methodii hoc opus exiisse indicant illa ejusdem Patris verba in principio Homiliæ in Symeonem: *Πάλαι ἱκανῶς, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχέων τὰ περὶ Παρθενίας ἐν τοῖς περὶ ἁγνείας Συμποσίοις κατεστρωκότων ἡμῶν.* Hoc est: *Quum jam quidem, quæ dici potuerunt de Virginitate*, CONVIVIO *nostro* DE CASTITATE *intexuerimus*, cet. Jam quidem hunc E a se librum ait editum, quum illam Homiliam haberet. Fuit hæc igitur ejus vel prima vel inter primas lucubratio: ex qua, sicut Clemens Alexandrinus e suis *στρωμάτων* Commentariis STROMATEI, & Joannes *Scalæ* auctor ex illo suo libro, CLIMACI: sic Methodius EUBULII cognomen facile trahere potuit. EDITOR LUPAREUS.

διδάσκαλοι καὶ πατέρες οἵδε, Ιγνάτιος ὁ Θεοφόρος, Εἰρηναῖος, Ιουστῖνος φιλόσοφος καὶ μάρτυρ, Κλήμης, καὶ Ιππόλυτος ἐπίσκοπος Ρώμης, Διονύσιος Αρεοπαγίτης, Μεθόδιος ἐπίσκοπος Πατάρων, Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς, Πέτρος ὁ Αλεξανδρείας ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς.

A Patres. Ignatius Theophorus, Irenæus, Juſtinus Philoſophus & Martyr, Clemens, & Hippolytus Romæ epiſcopus, Dionyſius Areopagita, METHODIUS Patarenſis epiſcopus, Gregorius Thaumaturgus, Petrus Alexandriæ epiſcopus & martyr.

V I I.

S. MAXIMUS *in Schol. ad* Dionyſii Areopag. *cap.* VII. de eccleſ. Hierarch.

[1] Ανάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ Ολυμπίου Αδριανουπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας τὰ κατ' αὐτοῦ Ωριγένους ὑπ' αὐτῶν περὶ ἀναστάσεως γραφέντα, καὶ Αντιπάτρου τοῦ Βόστρων ἐπισκόπου, καὶ μαθήσῃ τὴν μυθώδη αὐτοῦ καὶ ἀλλόκοτον ληρῳδίαν.

Lege S. METHODII martyris, & Olympii Hadrianopolitani epiſcopi Lyciæ, nec non Antipatri Boſtrorum epiſcopi libros, quos in eum Origenem de reB ſurrectione conſcripſerunt: & diſces fabuloſum ejus, ac monſtruoſum deliramentum,

V I I I.

JOANNES THESSALONICENSIS *apud* L. ALLATIUM *in* Diatr. de Methodiorum ſcriptis, *pag.* 333. *edit. Rom.* 1656.

Καὶ τοῦτο πολλοὺς τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων φρονήσαντας εὑρίσκομεν· ὧν ἐστὶ Βασίλειος ὁ μέγας, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Αθανάσιος, καὶ ὁ μέγας Μεθόδιος, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτούς.

Et hoc multos ſanctorum Patrum ſenſiſſe invenimus; quorum eſt Baſilius ille Magnus, & ſanctæ memoriæ Athanaſius, atque magnus METHODIUS, & qui eos ſequuntur,

I X.

PHOTIUS Bibl. *cod.* CCXXXVII. *pagg.* 950. 963.

Ανεγνώσθη τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Μεθοδίου, ἐκ τοῦ περὶ ἁγνείας [2] ὡς ἐν ὁμοίῳ συνόψεως ἐξεδόθη τύπῳ. —— [3] Σημειωτέον ὡς οὗτος ὁ Διάλογος, ᾧ ἡ ἐπιγραφὴ, Συμπόσιον, ἢ, περὶ Αγνείας, παραπολὺ νενοθευμένος ἐστίν. εὑρήσεις γὰρ ἐν αὐτῷ παραβεβλημένας καὶ Αρειανικὰς δοξοκοπίας, καὶ ἑτέρων τινῶν κακοδοξούντων μυθολογήματα.

C Lectus eſt ſancti martyris & epiſcopi METHODII liber *de Caſtitate* ad formam CONVIVII compoſitus. —— Obſervandum eſt hunc Dialogum, cui titulus *Sympoſium*, ſive de *Caſtitate*, magnam partem adulteratum eſſe: offendes enim in illo adjectas etiam Arianicas vanaſque opiniones, aliaſque male ſentientium fabulas.

IDEM *ibid. cod.* LXII. *pag.* 347.

Παρατίθησι δὲ τὰς κατὰ τοὺς ἐλέγχους ἀποδείξεις ἔκ τε τῆς γραφῆς, παλαιᾶς τε καὶ νέας, καὶ ἐκ τῶν λογάδων πατέρων Αθανασίου, καὶ τῶν τριῶν Γρηγορίων, τοῦ τε Θαυματουργοῦ λέγω, καὶ τοῦ Θεολόγου, καὶ τοῦ θεσπεσίου Νύσσης, Βασιλείου τε τοῦ Καισαρείας, καὶ Ιωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, Κυρίλλου τοῦ Αλεξανδρείας, καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Πρόκλου· ἀλλὰ δὴ καὶ Μεθοδίου τοῦ ἱερομάρτυρος, καὶ Κοδράτου. ὧν ἐνίων καὶ ῥήσεις τινὰς ὁ Ανδρέας ἀποσπαράξας καὶ παραπλασάμενος, ἃ δὲ καὶ κακούργως ἢ καὶ ἀνοήτως ἐξειληφὼς, ἐκεῖθεν, ὡς ᾤετο, τὴν οἰκείαν πλάνην ἐκράτυνεν.

Confirmat deinde (Euſebius Theſſalonicenſis) haſce ſuas Reprehenſiones e libris ſacræ ſcripturæ veteris juxta ac novi inſtrumenti: Patrum item leD ctiſſimorum ſententiis, Athanaſii, & trium Gregoriorum, admirandorum inquam illius patratoris, Theologi, & divini Nyſſeni, Baſilii ſimiliter Cæſareæ antiſtitis, & Joannis Chryſoſtomi, Cyrilli Alexandrini, & Proculi præſulis Conſtantinopolitani: ſancti adhæc martyris METHODII, & Quadrati. Quorumdam enim ex his dicta quædam Andreas (Incluſus) avulſerat, & perverterat: ſimulque malitioſe aut imperite interpretando, errorem ſuum ex illis, ut ſibi quidem perſuaſit, confirmarat

1. Putarem legendum, *ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ολύμπου ἐπισκόπου τῆς Λυκίας. Lege ſancti Methodii martyris Olympi Lyciæ epiſcopi*. Quis enim hic Olympius Hadrianopolitanus epiſcopus Lyciæ? Quæ Hadrianopolis in Lycia? ALLAT. *Diatr. de Methodi ſcript.* pag. 328.

2. Ως —— συνόψεως] Lege ὃς —— συμποσίου. EDITOR LUPAR.

3. Ad Photii cenſuram quod attinet, videbatur illa mihi paullo durior; quod præcipue non videantur Ariani admodum uſi hac Methodii lucubratione, aut ex illa argumenta ſumſiſſe: ubi tamen paullo diligentiorem ei adhibui operam, ipſeque mihi recenſui, gravius laborare deprehendi, ſubindeque notavi, quæ vel molliri poſſent, vel nullam excuſationem, meo ſane ſenſu, admitterent: quæ ipſa non aliunde aſperſa, ſed ab ipſo Dialogi auctore inſerta videantur, pro ejus ævi ſimplicitate, & antequam E vel θεολογία vel οἰκονομία (Trinitatis ſcilicet & Incarnationis doctrina) Conciliorum Generalium luce, erudita Patrum ætate, occaſione enaſcentium errorum ac hæreſeon, ſatis illuſtrata eſſet. Si quid vero altius preſſi ſtilum, indulgeat lector, nec mihi ſolum, ſed & illis gratiam habeat, qui mihi operi præiverunt, bonaſque horas adornando Methodii hoc Convivio collocarunt ac utiliter ediderunt: nec deſit forte, ubi me quoque non ſatis aſſecutum Methodii mentem ipſe deprehendas; quæ mea errata candore tuo velim emendes. COMBEFIS.

X.

Græci Canonis *in* Sympos. Ode III. *apud* Allatium *l. c. pag.* 315.

Τῆς παρθενίας τὸ σεμνὸν καὶ τῆς Ἁγνείας τὸ κάλλος διὰ πείρας ἔνδοξε μαθὼν, σοφίᾳ τῇ σῇ καὶ λόγων χάριτι, πᾶσαν τὴν τούτων καλλονὴν ὑποδεικνύεις θεόφρον, καὶ τὴν αἰωνίζουσαν φαιδρότητα. — Στερεωτέρας ἐδωδῆς πνευματικῶν Συμποσίων ἐμπλησθέντες πάνσοφε τῶν σῶν, τὴν ὄντως τρυφὴν ἐκεῖθεν τρέφονται τὴν διαμένουσαν, ἀεὶ συμφυομένην ἀῤῥεύστως καὶ συναυξομένην τοῖς μετέχουσιν.

A Virginitatis decus, & Castimoniæ pulcritudinem cum experimento didicisses, o gloriose, doctrina tua & sermonum venustate universam eorum pulcritudinem, divina mente prædite, & numquam finientem hilaritatem commonstras. — Firmiori cibo spiritualium Conviviorum tuorum repleti, sapientissime, veris inde lætitiis aluntur, quæ numquam deficiunt, sed semper novis fluxibus simul cum participantibus enascuntur & augentur.

X I.

Martyrologium Romanum xiv. *Kal. Octobris.*

Natalis sancti Methodii, Olympi Lyciæ ac postea Tyri episcopi, sermonis nitore ac doctrina clarissimi: qui ad extremum novissimæ persecutionis, B ut scribit sanctus Hieronymus, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.

X I I.

Menologium Græcorum *jussu Basilii imperatoris Græce editum, ad diem* xx. *Junii.*

Part. III. *pag.* 138. *edit. Urbin.* 1727.

Μεθόδιος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἱερομάρτυς ἐκ βρέφους ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ἀναθεὶς, σκεῦος τίμιον καὶ δοχεῖον τοῦ θείου πνεύματος γέγονεν. ὅθεν καὶ ψήφῳ Θεοῦ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξιωθεὶς, καὶ τῆς ἐν Πατάροις ἐκκλησίας ἐπίσκοπος γεγονὼς, καλῶς ἐποίμανε τὸ ποίμνιον ἑαυτοῦ. διὸ καὶ τὴν Ὠριγένους αἵρεσιν πλεονάζουσαν ἰδὼν, ὡς ἄριστος ποιμὴν τῷ θείῳ πυρὶ τῶν αὐτοῦ λόγων κατέφλεξε. καὶ μὴ φέρων ὁ ἐχθρὸς διάβολος τὴν αὐτοῦ παῤῥησίαν καὶ ἔνστασιν, ἐξώπλισε τοὺς αὐτοῦ ὑπουργοὺς πρὸς τὴν τούτου ἀναίρεσιν. ὁ δὲ καὶ πρὸ τοῦ θανάτου τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας, νέκρωσιν ζωηφόρον ἐνδυσάμενος, καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν νεκρὸν ἑαυτὸν λογιζόμενος κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον Παῦλον, ξίφει τὴν ἱερὰν καὶ μακαρίαν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε χαίρων καὶ ἀγαλλόμενος.

Methodius Christi sacromartyr, ab infantia Deo honorabile vas se ipsum consecravit, divini Spiritus receptaculum factus. Quare Dei suffragio pontif- C catu dignus effectus est: creatusque Patarensis ecclesiæ episcopus, gregem suum optime pavit. Gliscentem autem Origenis hæresim cernens, ut optimus pastor, divino eloquiorum suorum igne incendit. Sed quum inimicus diabolus ejus libertatem & constantiam ferre non posset, satellites suos in ejus necem armavit. Ille vero ante quam martyrio fungeretur, quum mortificationem vivificam induisset, & quotidie mortuum se reputaret secundum divinum Apostolum Paullum, ferro sanctum ac beatum caput præcidendum obtulit, & lætus gaudensque ad Dominum migravit. D

X I I I.

Auctor Synaxarii *in* Menæo *die* x. *Julii.*

Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Μεθοδίου ἐπισκόπου Πατάρων.

Οὗτος ὁ μακάριος ἐκ παίδων ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ἀναθεὶς, σκεῦος θεῖον καὶ δοχεῖον θείου πνεύματος γέγονεν. ὅθεν καὶ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος τὴν ἱερωσύνην ψήφῳ Θεοῦ λαβὼν, καλῶς καὶ θεοφιλῶς ἐποίμανε τὸ ἐμπιστευθὲν αὐτῷ ποίμνιον, λόγοις προσηνέσι καταφωτίσας τὸ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα. διὸ καὶ τὴν Ὠριγένους πλάνην ἐπιπολάζουσαν ἰδὼν, ὡς ἄριστος ποιμὴν, πυρὶ θείῳ ταύτην κατέφλεξε, πᾶσαν τὴν ἀχλὺν καὶ σκοτόμαιναν ἐκμειώσας, σοφίᾳ λόγων καὶ θείᾳ χάριτι. ἡ δὲ τῶν λόγων αὐτοῦ ἀστραπὴ, καὶ ἡ τῆς γνώσεως σάλπιγξ, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξέλυθεν. ὅθεν μὴ φέρων ὁ ἐχθρὸς τὴν παῤῥησίαν καὶ ἔνστασιν τοῦ μεγάλου, ὁπλίζει τοὺς ἑαυτοῦ ὑπουργοὺς πρὸς τὴν τούτου ἀναίρεσιν. ὁ δὲ πρὸ τῆς μαρτυρίας, νέκρωσιν ζωηφόρον ἐνδυσάμενος, ξίφει τὴν κεφαλὴν τμηθεὶς, πρὸς τὴν κρείττονα ζωὴν μετέθη. πρῶτον μὲν, ἱερουργῶν

Sancti Martyris Methodii *episcopi Patarensis.*

Hic beatus vir, cum a puero se Deo consecrasset, Dei vasculum ac Spiritus sancti conceptaculum factus est. Unde & divina gratia Deique suffragio, sacerdotio suscepto, creditum sibi gregem bene ac congrua pietate, Ecclesiæ cœtum suavibus E illustrans eloquiis, pavit. Quare etiam, quum Origenianum errorem novum emergentem videret, tamquam bonus pastor, divino combussit igni, dejecta prorsus caligine & obscura nocte, sermonum sapientia ac gratia divina. Porro, sermonum ejus instar fulguris micans splendor, ac scientiæ tuba, *in omnem terram exivit.* Eoque non ferens hostis præclari viri libertatem pugnacemque adversus ipsum contentionem, suos in ejus necem armat ministros. Is autem, qui ante martyrium vivificam mortificationem induisset, amputato capite, ad meliorem vitam translatus est: quumque primum, Dei Agnum


τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, ὕστερον δὲ θυόμενος, προσήχθη τῷ Χριστῷ θυσία ζῶσα. ὅθεν καὶ διπλοῖς στεφάνοις κατεκοσμήθη. ὁ δὲ γενναῖος πρόμαχος τῆς ἀληθείας, αἵμασι μαρτυρικοῖς τὸ τέλος ἀπενεγκάμενος, ἀνεπαύσατο αἰωνίως. ἑαυτὸς ὁ θεῖος τῷ ὄντι τοῦ Θεοῦ ἱερεύς τε καὶ μάρτυς, κατέλιπεν ἡμῖν συγγράμματα τῆς αὐτοῦ φιλοπονίας, πάσης γνώσεως καὶ ὠφελείας τυγχάνοντα. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μενόντων σαφέστατα προεθεάσατο, καὶ προηγόρευσεν ἀκριβέστατα. περί τε τὰς βασιλέων ἐναλλαγὰς καὶ μεταβολὰς καὶ μεταποιήσεις, καὶ ἐθνῶν ἐκδρομὰς, καὶ χωρῶν καὶ τόπων ἐρημώσεις καὶ ἀφανισμούς· περί τε ὀρθοδόξων καὶ αἱρετικῶν βασιλέων· καὶ περὶ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου· καὶ περὶ τοῦ ἀντιχρίστου καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ τοῦ ἀφανισμοῦ καὶ πανωλεθρίας πάσης σαρκὸς ἀνθρωπίνης. ταῦτα πάντα σαφέστατα, ὁ θεῖος οὗτος προεθεάσατο.

A immolaret, ipſe poſtmodum immolatus, oblatus eſt Chriſto hoſtia vivens. Unde etiam duplicem coronam conſecutus eſt. Strenuus itaque veritatis pugil, quum martyrii ſanguine glorioſum reportaſſet finem, ſempiternum requievit. Hic plane admirabilis Dei Sacerdos & Martyr, libros nobis abs ſe elaboratos reliquit, ſcientia omni plenos ac utiliſſimos. Quin & de futuris clariſſime vaticinatus eſt, ac perquam perſpicue prædixit: nempe, quod ſpectat ad regnorum utrimque mutationes, gentium excurſiones, locorumque ac regionum vaſtationes. Item quod ad orthodoxos reges & hæreticos, nec non quod ad mundi conſummationem, atque [a] ad Antichriſtum & ejus regnum, mundique deſtructio-
B nem, ac omnis humanæ carnis interitum. Hæc inquam omnia, vir eximius clariſſime vaticinatus eſt.

[a] Exſtant quædam Methodii noſtri de Antichriſto Latine edita in bibl. Patrum Colon. ac nuperrima Paris. Ipſa forte ad quæ reſpicit auctor Synaxarii, quamquam Bellarmino videantur minus viro ſancto digna. Nihil ego pronuntiaverim, re minus mihi diſcuſſa; ac nec Methodianis noſtris adjicienda putavi, deficiente Græco codice ad quem conferrem, & opus totum expenderem. Sane ut non placet nimia in hujuſmodi prophetis prophetiiſque extra canonem credulitas, ita nec levius ſpreverim, ſi qua præſertim velut ſanctorum antiqua obtineant. COMBEFIS.



SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
290.




ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΕΘΟΔΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ ΤΩΝ ΔΕΚΑ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.

Η ΠΕΡΙ ΑΓΝΕΙΑΣ.



S. METHODII

EPISCOPI ET MARTYRIS.

CONVIVIUM DECEM VIRGINUM,

SIVE DE CASTIMONIA.

PERSONÆ COLLOQUENTES.

[1] ΕΥΒΟΥΛΙΟΝ [a].	A	EUBULIUM.
ΓΡΗΓΟΡΙΟΝ.		GREGORIUM.
ΑΡΕΤΕ.		ARETE.
ΜΑΡΚΕΛΛΑ.		MARCELLA.
ΘΕΟΦΙΛΑ.		THEOPHILA.
ΘΑΛΙΑ.		THALIA.
ΘΕΟΠΑΤΡΑ.		THEOPATRA.
ΘΑΛΛΟΥΣΑ.		THALLUSA.
ΑΓΑΘΑ.		AGATHA.
ΠΡΟΚΙΛΛΑ.		PROCILLA.
ΘΕΚΛΑ.		THECLA.
ΤΟΥΣΙΑΝΑ.		TUSIANA.
ΔΟΜΝΙΝΑ.		DOMNINA.

ΕΥΒΟΥΛ.* ΕΥΚΑΙΡΟΤΑΤΑ ἐπέστης, ὦ Γρηγόριον. καὶ γὰρ ἔναγχός σε ἐζήτουν, βουλόμενος μαθεῖν τὴν Μαρκέλλης συνουσίαν καὶ τῶν λοιπῶν Παρθένων τῶν τότε τῷ συνδείπνῳ παραγενομένων, περὶ τῶν τῆς Ἀγνείας λόγων, τίνες ἦσαν. φασὶ γὰρ σφόδρα μεγαλοπρεπῶς οὕτως αὐτὰς καὶ ἰσχυρῶς ἠγωνίσθαι, ὡς μηδενὸς εἶναι τῶν εἰς τὸ προκείμενον ἀναγκαίων ἐπιδεεῖς. εἰ οὖν ἑτέρου τινὸς ἕνεκα ἦλθες, τοῦτο εἰσαῦθις ἀναβαλλομένη, μὴ ὀκνήσῃς νῦν, περὶ ὧν πυνθανόμεθά σου, ἀκολούθως ἡμῖν ἅπαντα διελθεῖν.


B EUBUL. OPPORTUNISSIME ades, o Gregorium: nam & modo te quærebam, ſcire volens de congreſſu Marcellæ & Theopatræ, nec non reliquarum Virginum quæ tunc ad convivium convenerunt; quales de Caſtimonia ſermones contulerunt. Ajunt enim eas magnifice adeo ac gnaviter pro ſe quamque in ea contentione eſſe verſatas, ut nihil admodum omiſerint, quod ad iſtius argumenti plenam tractationem videri neceſſarium poſſit. Si ergo veniſti rei alterius cauſſa, ea quæſo in tempus aliud dilata, ne continue graveris rogantibus nobis cuncta ordine referre.

1. Εὐβούλιον] Sic habent omnes Codices: proinde non facile nudaque conjectura cum Poſſinio, ſive eo qui ejus editioni præfuit, mutandum Εὐβούλιος. Quod tamen paſſim maſculino jungit, virum quis ſuſpicari poſſit, cui Gregorium ipſa femina, referat dicta Virginum; cum illa terminatio feminam innuat, ut in Gregorio, ſic in Eubulio. Nam ſervandi decoris cauſſa, mulierem mulieri loquentem inducit, quæ φιλομαθίᾳ magis virum præferret ac alumnum ſapientiæ; quo ſenſu ὑποκοριστικόν aliquid ea voce denotetur. Sed hæc leviora, quam ut in eis diutius immorandum ſit. Hoc tamen exiſtimem Methodium virum eccleſiaſticum, magis verſaſſe animo evangelicas voces & apoſtolicas, ex quibus & denarium Virginum habuerit, & non eſſe in eis maſculum & feminam, ſed no- C vam in Chriſto creaturam, quam Convivium Socraticum apud Platonem; hincque feminino proclive maſculinum junxiſſe in Εὐβούλιον· ex qua hujus dramatis prima interloquente perſona, Eubulii nomen Methodio hæſiſſe potius videatur, quam binomium jam initio fuiſſe. Luparæ titulus ipſe diminutus: placuit Allatianus, apud quem alios vide.

a Εὐβούλιον] Uterque codex primæ hujus Dialogi perſonæ nomen hoc modo in recto efferebat. Eſt ea terminatio Græcis ὑποκοριστική, non niſi ſexui aut ætati molliori conveniens. Quare cum puerum heic non induci loquentem ſatis appareat: reſtabat ut Εὐβούλιον non minus quam Γρηγόριον mulier heic eſſe putaretur. Verum cum Maz. codex maſculina paſſim Eubulio adjuncta copularet: neceſſe fuit intelligere mulierem hoc loco *Gregorium* vocatam, cum viro *Eubulii* nomen habente fabulari. Nec in eo quidquam contra decorum eſt. Idonea profecto index rerum in muliebri convivio geſtarum miniſtra ejus menſæ mulier fuit: quæ quod miniſterii attentione avocata, veriſimiliter nequiviſſet orationes convivantium Virginum, præſertim ſublatis ferculis, & poſt miniſtrarum receſſum habitas cognoſcere; apte fingitur Theopatræ, unius e ſodalibus, relatu didiciſſe: ſicut Apollodorus narrator Con-

* Hoc ſigno indicantur Notæ Allatianæ, quæ huic operi ſubjiciuntur.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ΓΡΗΓΟΡ. Ἡμβροτον, ὡς ἔοικε, τῆς ἐλπίδος, ἐπί- A ρου προαναγγείλαντος ἤδη περὶ ὧν ἐρωτᾶς. ἐγὼ γὰρ μηδέπω μηδὲν ἀκηκοέναι νομίσασά σε τῶν γεγονότων, σφόδρα μέγα ἐφρόνουν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐκαλλωπιζόμην ὡς πρώτη σοι μέλλουσα ἐξαγγέλλειν. διὸ δὴ καὶ ἐσπούδαζον τάχιον δεῦρο ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, αὐτὸ δὴ τοῦτο εὐλαβηθεῖσα, τὸ μὴ προληφθῆναι ὑπ' ἄλλου.

ΕΥΒΟΥΛ. Θάρσει· καὶ γὰρ οὐδὲν ἀκριβῶς, ὦ μακαρία, πεπύσμεθα τῶν γεγονότων. οὐ γὰρ εἶχεν ὁ ἀγγείλας ἀφηγήσασθαι πλέον ἢ ὅτι διάλογοι γεγένηντο· τίνες δὲ, καὶ ὅπως, ἐπανερωτώμενος ἠγνόει.

ΓΡΗΓΟΡ. Οὐκοῦν βούλεσθε, ἐπειδὴ δι' αὐτὸ ἐνταῦθα παρεγενόμην, ἁπάντων ἐξ ἀρχῆς ἐπακοῦσαι B τῶν εἰρημένων; ἢ, τὰ μὲν παραλείψω, τῶν δὲ ἐπιμνησθῶ, ἃ ἀξιομνημόνευτα ἡγοῦμαι τυγχάνοντα;

ΕΥΒΟΥΛ. [1] Οὔπω [a] πάντως· ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν, ὦ Γρηγόριον, πρῶτον εἰσήγησαι, τὴν τε συνέλευσιν, ἔνθα ἐγένηθη, καὶ τῶν ἐδεσμάτων τὰς παρασκευάς· σεαυτήν τε πῶς ᾠνοχόησας.

—— [2] Αἱ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι.

Δειδέχατ' ἀλλήλας, μέγαν οὐρανὸν εἰσορόωσαι.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἀεὶ [b] δεινὸς ἐν ταῖς ὁμιλίαις [3] καὶ φιλοπεύσμων σφόδρα τυγχάνεις, ἅπαντας ἀπηχνῶς ἐξελέγχων.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκ ἄξιον περὶ τούτων, ὦ Γρηγόριον, νῦν σε φιλονεικεῖν· ἀλλ' ὅπερ ἐδεόμεθά σου, διήγη- C σαι ἡμῖν τὰ γεγονότα ἐξ ἀρχῆς, καὶ μὴ ἄλλως ποίει.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἐγὼ δὲ πειράσομαι. πρῶτον δέ μοι αὐτὸς ἀπόκριναι, Γινώσκεις δήπου τὴν θυγατέρα Φιλοσοφίας [4] Ἀρετήν.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί οὖν;

ΓΡΗΓΟΡ. Ταύτης εἰς κῆπον κληθεῖσαι, τὸν κατ' ἀνατολάς, καρπώσασθαι τῶν ὡραίων ἐπορευόμεθα· ἐγώ τε (ἔφη μοι ἡ Θεοπάτρα, ταύτης γὰρ ἐπυνθανόμην) καὶ ἡ Πρόκιλλα καὶ ἡ Τυσιανή· ὡς * τραχεῖαν καὶ δύσβατον ὡδεύσαμεν, ὦ Γρηγόριον, καὶ ἀνάντη τρίβον. ἐπειδὴ οὖν ἠγγίζομεν, ἡ Θεοπάτρα ἤδη ἔφη, τῷ χώρῳ, μεγάλη * τις καὶ εὐειδὴς ἠστυχῇ βαίνουσα καὶ εὐσχημόνως, ὑπήντησεν ἡμῖν γυνὴ, στολὴν πάνυ εὔ- D λαμπρον, ὥσπερ ἀπὸ χιόνος, ἠμφιεσμένη· θεῖον

GREG. Spe, reor, frustrata sum: præripuitque mihi aliquis gratiam primi nuntii, earum rerum de quibus sciscitaris. Ego vero nihil horum te a quoquam audivisse existimans, gestiebam scilicet, placebamque non parum mihi, eo quod tibi prima nuntium allatura eram. Quare festinabam venire huc ad vos, id ipsum verita quod accidit, ne quis adventum meum occuparet.

EUBUL. Bono animo esto: nihil enim, o bona, exacte comperimus. Nec qui nuntiavit indicare aliud potuit, quam communes sermones habitos esse; quinam vero aut quales fuerint, interrogatus nescivit.

GREG. Vultis igitur, quoniam huc ea caussa veni, a principio audire cuncta quæ dicta sunt; an potius aliis omissis, eorum dumtaxat meminisse, quæ memoratu digna putavero?

EUBUL. Haud sane: sed nobis a principio, o Gregorium, primum insinua, & congressus ubi fuerit, & de apparatu ciborum; de te quoque, ut vina illis fuderis.

Illæ autem pateris genialiter aureis,

Ut se invitarint oculis ad sidera versis.

GREG. Ut semper in colloquiis valde acris aggrediendique audacior exsistis, o Eubulium, omnia plane verba rimans ac pensitans, nullosque eorum pugna non superans!

EUBUL. Non est quod de his, o Gregorium, nunc jurgium moveas: sed quod te rogamus, narra nobis quæ ab initio gesta sunt; nec aliter feceris.

GREG. Sane conabor. Primum vero tu mihi responde; Nosti Areten Philosophiæ filiam?

EUBUL. Quid tum?

GREG. Hujus ad hortum ad orientem positum, invitatæ ibamus, ut mala æstivosque reliquos fructus carperemus; tum certe ego (dixit mihi Theopatra; ex hac enim percontata eram;) tum & Procilla atque Tysiana: Quam asperam ac difficilem, arduamque ac præruptam, o Gregorium, ambulavimus semitam! Postquam igitur (addebat Theopatra) prope jam ad locum veneramus, grandis quædam & formosa sedate decoreque gradiens nobis occurrit Matrona, stolam splendidissimam, nivei

1. Οὔπω πάντως] Primus Luparæ editor emendat, atque Οὕτω reponit, contra sui ipsius codicis fidem & Methodii mentem. Plane enim negan er inferendum, non affirmate, non esse præcipua solum delibanda, sed singula ut dicta gestaque sunt prosequenda: sicque nec aliter dicere jubet paullo post Eubulium, ne loco quidem ac Convivii dapibus suppressis.

2. Αἱ δὲ χρ.] Iliad. δ'. ψ. 3. 4.

3. Καὶ φιλοπεύσμων] Amplector lectionem cod. Maz. & Allat. de qua editor Lupar. *Non malè M. ἀεὶ δεινὸς καὶ φιλοπεύσμων. quod non prætulerim.* Ego mihi præferendum putavi, quod magis cohæreat cum sequenti ἐξελέγχων· ut notetur Eubulij non curiositas, τὸ φιλόπευστον, sed vincendi ardor & suadendi, judiciique sagacitas ac confutandi, qua deterreatur a dicendo, ex quo sic singula sciscitatur Gregorium, velut eorum quæ dixerit, rationem ei reddiṭura.

4. Ἀρετήν] *Virtutem*: cujus mox descriptio & prosopopœja.

vivii Socratici, quæ retulit, ex Aristodemo qui interfuerat, se accepisse profitetur in eo Platonis libro, quem heic manifeste Methodius æmulatus est. Porro Gregorium, licet mulier, citra ullam ἀπρέπειαν fingitur in familiarem reversa domum, hæc quæ partim viderat, partim re- E scierat, ad virorum cœtum recitasse. Alios enim cum Eubulio fuisse, non semel indicatur: ut illis verbis Eubulii ejusdem paullo post, μὴ ὀκνήσῃς νῦν περὶ ὧν πυνθανόμεθά σου, ἀκολούθως ἡμῖν ἅπαντα διελθεῖν: & illis ipsius Gregorii mox respondentis, διὸ δὴ καὶ ἐσπούδαζον τάχιον δεῦρο ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Ex his conjectamur nomen verum primæ hujus personæ in recto esse Εὐβούλιον: sicque ubique rescripsimus. Neque enim exemplum ullum exstare putamus viri qui Græce Εὐβούλιον vocetur. Itaque non dubitamus Εὐβούλιον a Methodio scriptum. Ceterum ex similitudine nominis Γρηγόριον, errandi occasionem librariis oblatam. Cujus opinionis in confirmationem trahimus quod ab Epiphanio Her. LXIV. *Eubulius* alterum nomen Methodio tribuitur: sive id evenerit ex libri hujus ipsius celebritate, a primo, ut sæpe fit, vocabulo denominationem nacti, & nomen adventitium, proprio notius, auctori conciliantis, ut Clemens Στρωματεὺς, & Gregorius *Dialogus* cognominati sunt: sive jam antea binominis Methodius sese heic minus usitato signavit nomine. EDITOR LUPAR.

a Οὔπω πάντως] Sic ex conjectura restitutum est, loco ὅπω πάντως codicis Vat. quod difficile quadrat in hunc locum. Hemistichium deflexum ex Homero Il. δ'. sic mendose concipiebatur in cod. Vat.

—— —— —— Αἱ δὲ χρυσέοις δεπάεσσιν

Δειδέχατ' ἀλλήλας μέγαν εἰς οὐρανὸν ὁρόωσαι.

quæ nemo non videt quam necessario ad numeros reduxerimus. ID.

b Ἀεὶ δεινὸν καὶ φιλόπευστον] Ita cod. Vat. non male. Maz. ἀεὶ δεινὸς καὶ φιλοπεύσμων, quod non prætulerim. Illud ejusdem codicis M. magis probo, quod pro ἀπηχνοῦς post ἅπαντας, elegantius, ni fallor, ἀπηχνῶς legit. Paullo post, illa verba, ἔφη μοι ἡ Θεοπάτρα, ταύτης γὰρ ἐπυνθανόμην, parenthesi inclusi, necessario, ut opinor. Inducitur enim illic Theopatra loquens a Gregorio recitante ipsius verbis quæ ex ipsa audierat. Sane cum fingatur Gregorium intus apud Areten fuisse, utpote pocillatricem parati Convivii futuram, non poterat ipsa vidisse quæ Theopatræ, & sociis ejus postremis ad condictum venientibus per viam contigerant. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

A δέ τι καὶ ἀμήχανον· ἀληθῶς ἅπασα κάλλος ἦν· * αἰδὼς γὰρ αὐτῇ τῷ προσώπῳ πολλὴ μετὰ σεμνότητος ἐπήνθει. τό τε βλέμμα βλοσυρὸν μετὰ πρᾳότητος ἱλαρῶς οὕτω κεκερασμένον οὐκ οἶδα, ἔφη, ποτὲ θεασαμένη. πάντα γὰρ ἀκαλλώπιστος ἦν, καὶ νόθον ἔφερεν οὐδέν. αὕτη οὖν προσελθοῦσα μετὰ πολλῆς χαρᾶς, ἑκάστην ἡμῶν, μήτηρ ὥσπερ διὰ πολλοῦ θεασαμένη, περιεπτύσσατο καὶ κατεφίλει· Ὦ θυγατέρες σφόδρα μοι ποθοῦσαι, λέγουσα, εἰς τὸν λειμῶνα τῆς ἀφθαρσίας ὑμᾶς εἰσαγαγεῖν, μόλις ἐληλύθατε, * κατὰ τὴν ὁδὸν ποικίλων ὑμᾶς ἐκφοβησάντων ἑρπετῶν. ἑώρων γὰρ ἀποσκοποῦσα πολλάκις ἐκτρεπομένας, καὶ ἐδεδίειν μήπως ἀποπηδήσασαι κατολισθήσητε διὰ κρημνῶν. ἀλλὰ χάρις, ᾧ ἡρμοσάμην ὑμᾶς, τέκνα, νυμφίῳ, B ἐπινεύσαντι πάντα τελεσιουργὰ ταῖς εὐχαῖς. a καὶ ἅμα ταῦτα λεγούσης, εἰς τὴν περίβολον, ἔφη, 1 φθάνομεν, ἀνεῳγμένων ἔτι τῶν θυρῶν· εἰσελθούσας δὲ καταλαμβάνομεν ἤδη τὴν Θέκλαν καὶ τὴν Ἀγάθην καὶ τὴν Μαρκέλλαν, μελλούσας δειπνεῖν. εὐθέως οὖν τὴν Ἀρετὴν ἔφη φάναι, Δεῦτε δὴ καὶ ὑμεῖς, περὶ τὰς ὁμοτρόπους ὑμῖν ταυτασὶ ἐφεξῆς ἐνθάδε κατακλιθῆναι. b ἦμεν γὰρ, ὡς οἶμαι, πᾶσαι τὸν ἀριθμὸν ἐκεῖ δαιτυμόνες, 2 ἔφη μοι, δέκα. ἦν δὲ τὸ χωρίον περικαλλὲς ὑπερφυῶς, καὶ πολλῆς ἀναπαύσεως πεπληρωμένον. ἀὴρ μὲν γὰρ ἐκέχυτο καθαραῖς φωτὸς βολαῖς ἀνακεκερασμένος, κούφως μετὰ πολλῆς εὐταξίας· καὶ πηγὴ κατὰ τὸ μεσαίτατον ἡσύχως ἐλαίου δίκην ἀνέβρυε γλυκύτατον C πόμα· ἀφ᾽ ἧς ὕδωρ διειδὲς καὶ καθαρὸν ῥέον, ἐποίει κρήνας· αἱ δὲ, ποταμηδὸν ὑπερχεόμεναι ἐπότιζον ἅπαντα τὸν χῶρον, πλούσια παρέχουσαι νάματα. δένδρα γὰρ ἦν διάφορα, νεαραῖς ὀπώραις c πληθύνοντα ἐκεῖ, εἰς ἓν κάλλος τῶν καρπῶν αἰωρουμένων ἱλαρῶς· καὶ λειμῶνες ἀειθαλεῖς, εὐπνόοις ἄνθεσι καὶ ποικίλοις 3 κατεστρωμμένοι, ἀφ᾽ ὧν προσέβαλεν ἠπίως πνεῦμα πολλὴν εὐωδίαν φέρον· d ἦν δὲ

A plane candoris, induta: tota re vera divinæ immensæque pulcritudinis fulgens radiis. Pudor gravitate mixtus efflorescebat in facie. Aspectus, qualem vidisse numquam memini, simul terribilis, simul hilari suavitate temperatus. Nativi omnia decoris: fuci juxta artisque expers erat. Hæc igitur progressa, læto admodum vultu unamquamque nostrum quasi mater filias post longam absentiam intuens, amplexibus & osculis excipiebat; O Filiæ, dicens, mihi vehementer optanti in pratum incorruptionis vos inducere, vix tandem advenistis, varios ut par est, per viam insidiantium passæ terrores reptilium. Videbam enim e specula prospiciens, de via sæpius deflectentes; & metuebam ne B pedem referentes, per abrupta laberemini. Sed gratia ei, a cui vos, Filiæ, Sponso aptavi; qui suo numine cunctos ex voto succefsus dedit. Dumque hæc illa loqueretur, ad septum, inquit, mox pervenimus, cum necdum fores clausæ essent: jamque ingressas Theclam & Agatham & Marcellam, ad cœnam accinctas offendimus. Statim igitur dixisse ait Areten ei: Venite & vos, ut heic ordine cum vobis studii morumque sodalibus discumbatis. Eramus enim ni fallor, ait, omnes convivæ decem numero. Locus porro erat incredibiliter amœnus, tranquillæque plenus voluptatis. Levis per eum aer mollissime diffundebatur, puræ lucis radiis suavissime contemperatus. Vivus in medio scaturiebat C fons, lenissimo fluxu oleum imitans, dulcissimus ad potum; unde liquor pellucidus & purus varie in rivos divisus, passim errantibus venis universum late hortum irrigabat. Quo ebriæ humore, omnis passim generis felices arbores comta recentibus pomis capita jactabant, in hoc late pendentibus fructibus, ut solum decus ac ornatum præberent. Jam vero prata æterni veris immortali adorea adornata, suavissime spirantibus & mire variis constrata flori-

a II. Cor. II. 2.

1. Φθάνομεν] Sic omnes codd. nec bene editor Lupar. φθάνωμεν, quasi τὸ ἔφη sit hortantis ad ingressum, non simpliciter narrantis. Sequentia etiam meliora Maz. codicis & Allat. εἰσελθούσας δὲ, *ingressas jam invenisse*, graviusque, quam quod ingressæ invenirent: estque hoc non adeo levis momenti discrimen. Alludat his nominibus Methodius ad Virgines, Theclam, Agatham, &c. quæ jam agone perfunctæ essent, & in Sponsi thalamum seu ejus paradisum receptæ: quibus nondum clauso thalamo illæ aliæ adjungerentur: alludendo ad Matth. 25. ubi fatuæ Virgines frustra pulsant clauso jam ostio: emenso scilicet eis vitæ curriculo ac imparatis & sine oleo repertis in adventu Sponsi in ipso mortis articulo.

2. Εφη μοι] Laudat editor Luparensis Vaticanum interpretem, id est Possinium, quod εὔφημοι δέκα correxerit: Ego fallentibus oculis divinasse putem, quod nusquam Methodio in mentem venit, nimisque durum exsistit. Optimum, quod omnes codd. repræsentant, ἔφη μοι: ut, quod jam semel & iterum fecit Gregorium facitque sequentibus, suæ auctorem narrationis, Theopatram arcessat; cunctaque hæc sub ejus fide se narrare significet. Nec video, quæ sit fides interpretis, qui sic plana, uno D omnium codicum consensu comprobata, levi conjectura sibi mutanda & emondanda (mihi magis quasi plagio depravanda) indulgeat atque permittat, eoque nomine eruditionis laudem aliquam præferentes viros laudatores inveniat.

3. Κατεστρωμμένοι] Allat. & cod. Mazar. propius ad metaphoram quam τὸ κατεστεμμένοι Vat. quod præfert editor Lupar. Potius enim strata floribus dicas prata, quam coronata: etsi excerpti inde flores in serta cedant & coronas, his qui sibi illorum adhibent ornamenta, non etiam qui sibi eos sternunt; vel etiam triclinio, solo, lecto, mensæ insternunt: ut quod natura ruri, id illi arte faciant domi; non florum coronam, sed stratum, & quasi stragulam ac tapetem. Quod utrumque malorum verbis expressum Sap. II. 8. *Coronemus nos rosis antequam marcescant: nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.*

a Καὶ ἅμα ταῦτα λέγουσα εἰς τὸν περίβολον, ἔφη, φθάνομεν (sic cod. Vat. nos φθάνωμεν reposuimus) ἀνεῳγμένων ἔτι τῶν θυρῶν] Cod. Maz. aliter. Καὶ ἅμα ταῦτα λεγούσης εἰς τὸν περίβολον, ἔφη, φθάνομεν ἀνεῳγμένων ἔτι τῶν θυρῶν. Nos illa priora præferimus, ut τὸ ἔφη ad Areten referatur invitantem hospitas Virgines ad ingrediendum in septum adhuc patens. Alludit enim ad fatuas Virgines evangelicæ Parabolæ, quæ serius appulsæ occlusas inexorabiliter fores repererunt. Pro eo quod sequitur in cod. Vat. εἰσελθοῦσαι δὲ, cod. Maz. habebat εἰσελθούσας, non magni momenti discrimine. EDITOR LUPAR.

b Ημεν γὰρ, οἶμαι, πᾶσαι τὸν ἀριθμὸν ἔφη μοι δέκα] Ita cod. Vat. At Maz. sic: ἦμεν γὰρ, ὡς οἶμαι, πᾶσαι τὸν ἀριθμὸν δαιτυμόνες ἔφη μοι δέκα. Recte interpres in Vaticano correxit εὔφημοι δέκα. Ait nimirum Theopatra (hæc enim sermonem resumit ab illo loco ἦμεν γὰρ &c. unde in versione reponendum: *eramus autem* &c.) Ait, inquam, cum consedissent vocatæ Virgines, repertum eas esse omnino decem, auspicato & bene ominato ex evan- E gelica Parabola numero. Alludit observatas veteribus superstitiones omnibus notas in numero convivalium cœtuum. Mox opportune suggerit cod. Maz. ἡσύχως, quod in Vat. deerat. Ubi ratio similitudinis aquæ scaturientis e fonte, cum oleo, innuitur, in lenitate nimirum fluxus minime præcipitis sita. ID.

c Πληθύνοντα] Cod. Vat. πληθύοντα. Maz. melius πληθύνοντα; uti & mox εὐπνόοις, pro ἐμπνόοις: quamquam quod inferius εὐωδίας fiat mentio, ἐμπνόοις retinere possit. At Vat. vicissim rectius versu mox sequenti κατεστεμμένοι, pro κατεστρωμμένοι: quod tamen & ipsum ferri posset. Item quod ἠπίως verbo προσέβαλεν adjungit, quod adverbium in Maz. non comparet. ID.

d Ην δὲ ἐγ.] Arboris in cod. Vat. innominatæ, sed generico tantum verbo designatæ, codex Maz. proprium vocabulum exprimit sic locum efferens: ἦν δὲ ἐγγὺς γὰρ δένδρον ὑψηλὸν, ἄγνος, ὑφ᾽ ᾧ. Quæ omnia libenter recipimus, & interpretationem Latinam sic ad textum emendatum refingendam putamus. *Erat autem prope arbor excelsa, vitex.*

ἐγγὺς [1] Ἄγνος δένδρον ὑψηλὸν, ὑφ' ᾧ ἀνεπαυόμεθα διὰ τὸ λίαν ἀμφιλαφὲς αὐτὸ καὶ σύσκιον τυγχάνειν.

ΕΥΒΟΥΛ. Δεύτερον δοκεῖς μοι καταγώγιον, ὦ μακαρία, τοῦ παραδείσου χρησμῳδεῖν.

ΓΡΗΓΟΡ. Ἀληθῆ προμηθεῖς. ὡς οὖν δαιτός τε παντοδαπῆς ἤδη καὶ εὐφροσύνης ποικίλης ἐτυγχάνομεν, ὡς μηδενὸς εἶναι τῶν τερπνῶν ἐπιδεεῖς, ἔφη, τὸ [a] μετὰ ταῦτα εἰσελθοῦσαν, εἰσηγήσασθαι τὴν Ἀρετὴν τάδε· ὦ νεανίδες, ἐμῆς αὐχήματα μεγαλοφροσύνης. ὦ καλλιπάρθενοι τοὺς [2] ἀκηράτους Χριστοῦ γεωργοῦσαι λειμῶνας ἀνυμφεύτοις χερσὶ, τροφῆς μὲν ἅλις ἤδη καὶ εὐωχίας. πάντα γὰρ πλήρη καὶ ἄφθονα τὰ παρ ἡμῶν. τί οὖν ἐστιν ὃ θέλω λοιπὸν ἤδη καὶ τί προσδοκῶ; λόγον ἑκάστην ὑμῶν ἐγκωμιαστικὸν περὶ Παρθενίας εἰπεῖν. [3] κατταρχέτω δὲ Μαρκέλλα, ἐπειδὴ καὶ πρώτη ἀνάκειται, καὶ ἔστιν ἅμα πρεσβυτέρα. τὴν μέντοι καλῶς ἀγωνισαμένην, αἰσχυνοίμην ἂν ἐμαυτὴν, ἐὰν μὴ ποιήσαιμι ζηλωτὴν, τοῖς ἀμιάντοις τῆς σοφίας ἀναδήσασα πετάλοις. τὴν μὲν οὖν Μαρκέλλαν ἐντεῦθεν, ὡς οἶμαι, ἀρξαμένην, εὐθέως ἔλεγεν εἰπεῖν.

Λόγος Α'.

ΜΑΡΚΕΛΛΑ.

ΟΤΙ, μεγάλη τίς ἐστιν ὑπερφυῶς καὶ θαυμαστὴ καὶ ἔνδοξος ἡ Παρθενία· καὶ εἰ χρὴ φανερῶς εἰπεῖν ἑπομένην ταῖς ἁγίαις γραφαῖς, τὸ οὖθαρ τῆς

A bus: per quos lenis aura commeans, odorem late jucundissimum spargebat. Erat autem prope Agnus arbor excelsa, sub qua nobis considentibus, locum opportunum rami ejus densi foliis & patule diffusi præbuerunt.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

EUBUL. Alterum mihi videris, o beata, Paradisi diversorium oraculo promere.

GREG. Vere consulteque dicis. Ut igitur omni genere ciborum & jucunditate undique varia perfusis, nihil jam voluptatis aut deliciarum desiderandum videbatur suppetere, ingressam post hac Areten, hunc quemdam sermonem ajebat auspicatam esse: O puellæ, meæ gloria magnificentiæ! o Virgines pulcherrimæ, incorrupta Christi prata innu-
B ptis legentes manibus; cibi quidem & epularum jam abunde est: cuncta enim a nobis affatim plenaque suppetunt. Quid igitur est quod demum volo, quidve exspecto? utique ut unaquæque vestrum sermonem habeat in laudem Virginitatis. Incipiat vero Marcella, quoniam & prima recumbit, & simul reliquis senior est: quam utique præclare agone perfunctam, nisi æmulandam fecerim, immarcescibilibus sapientiæ foliis coronans, ipsa mihi dedecus probrumque adsciverim. Marcellam autem hinc exorsam, hunc ferme in modum locutam ferebat.

Oratio I.

C

MARCELLA.

I. MAgna supra modum atque miranda gloriosaque res est Virginitas: ac si palam loquendum ex sacrarum Scripturarum nutu sensuque,

1. Ἄγν☉, δένδρον ὑψηλόν] Ἄγν☉, al. λύγ☉. Dictam ἄγνον arborem, quasi ἄγονον, & quod ἀγνίζειν faciat, perdendo & extinguendo semen, communi auctorum consensu liquet: quam ob rem etiam mulieres Athenis in Thesmophoriis virginitatem servantes sibi eam sternebant, ut auctor est Dioscor. lib. 1. cap. 135. Plin. lib. 24. cap. 19. Qua de re videndus Joannes Bodæus a Stapel ad Theophrast. lib. 3. Historiæ plantarum pag. mihi 264. Valde diminutus Vaticanus codex, in quo deesset vox propria ἄγν☉, vel incuriosus scriba quem illa fugerit; potuitque Possinius supplere ex Epiphanii, & Photii Methodianis excerptis.


2. Ἀκηράτους ---- λειμῶνας] Possinius ἀνηρότους, *inarata viridaria*.

3. Κατταρχέτω δὲ Μαρκέλλα] Quod Methodius omnium Christi Virginum Marcellam primam facit ac cunctis seniorem, ne Thecla quidem excepta; tresque jam istas Marcellam, Theclam, Agatham in paradisum ac locum deliciarum emenso vitæ hujus itinere receptas esse, indicio est, agnovisse Methodium mulierem quamdam evangelicam Marcellam nomine, & quidem Virginitatis cultu claram, quæ illa professione reliquis, ne excepta quidem Thecla, præiverit; quam liquet, non ipsius Domini, sed Paulli Apostoli, fuisse discipulam. Erat ergo jam tum illa traditio, qua mulier quæ Luc. 11. exclamavit, *Beatus venter qui te portavit*, &c. Marcella dicta perhibetur, ut tradidit Petrus in Catalogo lib. 6. cap. 151. Mombr. l. 2. &c. habetque nostræ Phocensis Provinciæ traditio ac monumenta: quibus celebratur Marthæ pedisequa sive ancilla, cui adhæserit quoad illa vixit, ejusque vitam scripserit, ac cum ea in Virginitatis proposito consenuerit: postmodumque in Illyrico consummata, dum patriam repetit, in Provinciam relata, ad Magdalenæ pedes Aquis sextiis, sive in ejus urbis agro, quietis locum invenerit. Bar. 29. Julii. *Feruntur quædam Acta nomine Marcellæ Marthæ pedisequæ, quæ recenset Mombrit. t. 2. sed quæ te vera recentiorem præ se ferant scriptorem: licet multa contineant, quæ non tantum scriptis, sed & traditione firmentur.* Acta hæc vindicare, nihil heic interest. Unum certe habemus, antiquam esse traditionem Marcellæ evangelicæ cujus nomen aliunde Methodio innotuerit, quam ex ipso Evangelio; forte ex quibusdam aliis Evangeliis non receptis ab Ecclesia, seu ex aliis libris apocryphis, in quibus nihil vetat plura vera contineri; cum apocryphorum fidem non-
D numquam arcessant Paullus, aliique scriptores canonici; ac Ecclesia ex Jacobi ἀδελφοθέου apocrypho pleraque acceperit, quæ de sanctæ Mariæ ortu & educatione, aliisque Evangelio præviis, pie veneratur ac recolit: ipsa eadem antiquis Patribus, Auctori imperfecti in Matthæum, Gregorio Nysseno Epiphanio aliisque, non aliunde quam ex eodem ipso libro nota; quidquid Moderni quidam excidisse putent, quem illi librum habuere hoc argumento: nulla certe ratione, cum totidem verbis illis relata habeat, qui exstat jam dictus liber; quædam etiam non satis vulgo probata, cujusmodi est quod narrat in sanctæ ejusdem Mariæ partu de obstetrice, quod Zeno Martyr non improbavit, sive quisquis auctor est Sermonum ejus nomine; nec Andreas Cretensis aliique Græci, qui etiam pictis tabellis repræsentabant: sic nihil indecorum vel commissum vel præscriptum eo libro existimarunt, quod ita advocata ac castigata narretur, ut per eam nihil temeratum in tam sancto puerperio videri possit.

E

Est ἄγν☉ Græcis, Latinis *vitex*, recentioribus *Agnus castus*, arbor castifica, aptum ideo diversorium Convivii virginalis. De ea Dioscorides lib. 1. cap. XXVI. sic habet ex interpretatione Marcelli Virgilii: Græca enim ad manum hæc scribenti non erant: *Agnon sunt qui Agonon, qui Lygon, qui Tridactylum, qui Amictomicum, qui Ibis sanguinem, qui Piper agreste, qui Ligusticum vocent. Magi Semnon, Ægyptii Sum, Romani Salicem Amerinam appellant. Arborescens frutex vitex est. Nascitur asperis & incultis locis prope profluentes torrentes, aquas & flumina. Ramulos habet longos vitilium modo lentore suo infragiles, folia oleæ, teneriora tamen. Florem alterum ejus genus candido cum purpureo, alterum purpureo tantum colore profert*, &c. Addit paullo post: *Agnus autem, id est, castus frutex, hic a Græcis dictus est, quoniam in Thesmophoriis castitatem custodientes mulieres foliis ejus cubitus sibi substernunt.* Hæc ille: quæ patientius descripsimus, quod ex his intelligatur, quam apte ad propositum loco alto & prærupto vicinis aquis perfluo fingatur excrevisse talis arbor, & opportune delectam ejus umbram instruendo celebrandoque Virginum Epulo. EDITOR LUPAR.

a Μετὰ ταῦτα] Cod. Vat. habebat μετὰ ταῦτα εἰσηγήσασθαι &c. Cod. Maz. μετὰ ταῦτα εἰσελθοῦσαν εἰσηγ. Mox ubi Vat. ἀνηρότους, non male; Maz. legebat ἀκηράτους. Et paullo post ubi Vat. λόγον ἑκάστην ὑμῶν παρθενίας εἰπεῖν, Maz. λόγον ἑκάστην ὑμῶν ἐγκωμιαστικὸν περὶ παρθενίας εἰπεῖν. ID.



[a] ἀφθαρσίας, κ̀ τὸ ἄνθος κ̀ ἡ ἀπαρχὴ αὐτῆς, τοῦτο τὸ ἄριστον καὶ κάλλιστον ἐπιτήδευμα μόνον τυγχάνει. καὶ διὰ ταῦτα καὶ ὁ Κύριος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν τοὺς ἀποπαρθενεύσαντας σφᾶς αὐτοὺς ἐπαγγέλλεται, ἔνθα περὶ διαφορᾶς εὐνουχισμῶν ἐν εὐαγγελίοις παρεγγυᾷ. σπάνιον γὰρ σφόδρα καὶ δυσεπίτευκτον ἀνθρώποις Ἁγνεία· καὶ ὅσῳ κορυφαιότατον καὶ μεγαλοπρεπὲς, τοσούτῳ καὶ τοὺς κινδύνους μείζονας ἔχον.

A incorruptionis uber, ejusque flos ac primitiæ est. Una hæc optima honestissimaque professio. Unde & Dominus eos potissimum in regnum cælorum ingressuros pollicetur, qui ipsi se ipsos castraverunt, ubi in Evangeliis [a] Eunuchorum differentias tradit. Rara quippe admodum arduaque hominibus Castitas; ac quanto principalior magnificentiorque, tanto etiam majoribus obsepta periculis est.

Δεῖται οὖν ἐῤῥωμένων καὶ γενναίων φύσεων, αἵ τινες [b] ἀθρόως τῆς ἡδυπαθείας τὸ ῥεῦμα [1] ὑπεριπτάμεναι, ἄνω μετέωρον ἀπευθύνουσι τὸ ὄχημα τῆς ψυχῆς, μὴ ἀπολήγουσαι τοῦ σκοποῦ, ἕως ἂν ὑπερπηδήσασαι κούφως τὸν κόσμον ὀξυτάτῳ διανοίας τάχει, καὶ ἐπὶ τὴν οὐράνιον ἀληθῶς ἁψῖδα σταθεῖσαι, αὐτὴν εἰλικρινῶς θεάσωνται τὴν ἀφθαρσίαν, ἀπὸ τῶν ἀμιάντων τοῦ Παντοκράτορος ἀποπηδῶσαν κόλπων.

Ergo indoles requirit fortes & generosas, quæ acri impetu atque volatu voluptatis fluxu superato, sublime sursum mentis vehiculum dirigant, a proposito suo numquam abscedentes, quoad alacri leviter saltu mundum supergressæ, acutissima men- B tis pernicitate, inque cælesti vere constitutæ culmine, ipsam pure contemplentur incorruptionem, ab Omnipotentis impolluto sinu exsilientem.

Τοῦτο τὸ πόμα γεννᾷν οὐκ ἐχώρησε γῆ· μόνος αὐτὸ πηγάζειν οἶδεν ὁ οὐρανός. Παρθενίαν γὰρ βαίνειν μὲν ἐπὶ γῆς, ἐπιψαύειν δὲ τῶν οὐρανῶν ἡγητέον· ἧς δὴ ἐφιέμενοι, καὶ πρὸς μόνον τὸ τέλος αὐτῆς ἀφορῶντές τινες, ἀνίπτοις ποσὶν ἀτελεῖς ὑπὸ βαναυσίας προσυπελθόντες, ἐκ μέσης ἀνέκαμψαν ὁδοῦ, οὐδὲν ἄξιον φρόνημα τοῦ ἐπιτηδεύματος ἐπανῃρημένοι. οὐ γὰρ μόνον ἄφθορα τὰ σώματα τηρεῖσθαι δεῖ, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς ναοὺς κρείττονας ἀποφαίνεσθαι τῶν ἀγαλμάτων· ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἀγάλματα τῶν σωμάτων οὔσας θεραπεύεσθαι χρὴ κοσμουμένας δικαιοσύνῃ. θεραπεύονται δὲ καὶ ἀποσμήχονται τότε μᾶλλον, ὁπόταν ἀόκνως [c] κατακούειν τῶν θείων ἁμιλλώμεναι λόγων, μὴ ἀπολήγωσι πρὶν αὐτοῦ ἐφάψασθαι ὅ ἐστιν ἀληθὲς, ἐπὶ σοφῶν ἀφικνούμεναι θύρας.

Hoc nectar gignere non valet terra: uni cælo datum est illud ex se profundere. Itaque Virginitatem ambulare quidem super terram, contingere vero vertice cælos existimandum est. Cujus desiderio quidam tacti, & ad illius solummodo finem animum attendentes, illotis pedibus ex mentis sorditate imperfecti animo accedentes, vix mediam aggressi viam pedem retulerunt, nullo scilicet pro studii institutique præstantia digno satis arrepto mentis proposito. Non enim solum incorrupta servanda sunt corpora, uti neque templorum, quam statuarum major C habenda est ratio: sed animabus quæ sint corporum statuæ justitia perornandis, omnis vero adhibenda diligentia. Adhibetur autem, ac tum maxime concinnantur, cum firmo constantique proposito divinos sermones audire impigre certaverint, donec [b] terendis sapientum foribus, ipsum quod est Verum assecutæ fuerint.

Ὥσπερ γὰρ ἅλατι τῶν κρεῶν οἱ ἰχῶρες ἐκτήκονται καὶ αἱ σηπεδόνες, καὶ πάντα τὰ φθοροποιά· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τῆς Παρθένου αἱ ἄλογοι πᾶσαι τοῖς μαθήμασι ἀποστύφονται τοῦ σώματος ἐπιθυμίαι. ἀνάγκη γὰρ τὴν μὴ πασσομένην, δίκην ἅλατος, τοῦ Χριστοῦ ταῖς φωναῖς ψυχὴν, ἐπόζειν, καὶ [d] σκώληκας γεννᾷν, ὥσπερ ἀμέλει ἐπώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου, μετὰ δακρύων ἐξομολογούμενος ὁ Δαβὶδ [2] ἐν τοῖς ὄρεσιν ἔκραζεν ὁ βασιλεὺς, ὅτι μὴ ἀπέστυψεν ἁλίσας τοῖς σωφρονισμοῖς ἑαυτὸν, ἀλλὰ ῥαθυμήσας [e] εἰς οἶστρον ὑπεσύρη, καὶ ἐξώζεσε μοιχείαν. ταύτῃ πᾶν δῶρον ἐν τῷ Λευϊτικῷ, ἐὰν μὴ ἅλατι ἁλισθῇ, ἀπαγορεύεται εἰς ὁλοκάρπωμα προσφέρεσθαι Κυρίῳ τῷ Θεῷ. ἅλας δὲ ἡμῖν τὸ δηκτικὸν πρὸς ὠφέλειαν ἀποστῦφον, ἡ πνευματικὴ πᾶσα τῶν γραφῶν ἐδόθη μελέτη· ἧς δὴ χωρὶς, ἀδύνα-

Ut enim carnium tabes ac putredines sale absumuntur, cunctaque ex eis corruptionis semina terguntur: sic in Virgine, a ratione procul abhorrentes corporeæ omnes libidines, doctrinarum austero adstringuntur. Neque enim fiat, ut qui ritu salis, Christi vocibus animus non conspergitur, non fœteat atque verminet, uti sane David rex ex monti- D bus lacrymarum imbre confitens clamabat: [c] *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ*; quod nimirum veluti sale sobriis meditationibus se ipsum non defricuerat aut adstrinxerat, sed segnius agens in œstrum abreptus, adulterii quoque sordibus computruerat. Hinc omnis oblatio in Levitico [d], nisi prius sale condita fuerit, in holocaustum cedere prohibetur Domino Deo. Sal vero nobis quod mordeat & ad utilitatem adstringat, spiritalis omnis Scriptura-

[a] Matth. XIX. 12. [b] Eccli. VI. 36. [c] Psal. XXXVII. 6. [d] Levit. II. 13.

1. Ὑπεριπτάμεναι] Allat. & Mazar. μετοχετεύσασαι· *Alio derivato fluxu*; ab eo se abstrahentes, omnemque libidinem coercentes; quæ utraque vox nullo incommodo servari possit.

2. Ἐν τοῖς ὄρεσιν] Suspecta mihi vox. Nam loquitur Methodius de Davidis luctu ab adulterio; quem non in montibus habuit, sed domi & Jerosolymis, ubi a Nathan propheta correptus fuit. Quare potius foret ἐν βάρεσι· in palatio ac regiis ædibus in quibus stratum suum largo lacrymarum imbre vere pœnitens rex pius perfundebat. Ante quidem, & Saule persequente sic in montibus vagus agebat ac profugus, in quem per eam fugam, non pauca illius Psalmi; ut quod ait, *Amici mei & proximi mei adversum me* &c. partimque in Absalon persecutione E fuit, etsi eo brevi turbine, extincto parricida, liber evasit, potioresque amici fidem illi servaverint. Mox pro εἰς οἶστρον, frigidius Vat. Possinii, εἰς ὕστερον· quod malim exscribentis mendum. Sic certe solet, post stimulos ad libidinem, res ipsa sequi, ut in Davide: nam prius amore exarsit ab incauto mulieris aspectu, tumque regis potentia adductam domum constupravit.

a Ἀφθαρ.] Pro ἐκκλησίας codicis Vat. codex Maz. legit ἀφθαρσίας, & versu sequenti post ἡ ἀπαρχὴ, addit αὐτῆς. Mox codex Vat. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Κύριος εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Cod. Maz. εἰς τὴν βασιλείαν εἰσελάσαι τῶν οὐρ. &c. Paullo post pro σφόδρα Vat. codicis, Maz. habet πάνυ, forte utrumque jungendum. EDITOR LUPAR.

b Ἀθρ.] Codex Vat. ἀθρόως τῆς ἡδυπαθείας τὸ ῥεῦμα ὑπεριπτάμεναι. Maz. ἀθρόως τὸ ῥεῦμα μετοχετεύσασαι τῆς ἡδυπαθείας. Mox pro οὐράνιον Maz. cod. legit οὐρανίαν. ID.

c Καταχ.] Ubi codex Vat. legit κατακούειν ἁμιλλώμεναι λόγων, Maz. melius κατακούειν τῶν θείων ἁμιλλώμεναι λόγων. ID.

d Σκωλ.] Vat. σκώληκας ποιεῖν. Maz. γεννᾷν. In alterutro nimia librarii licentia. ID.

e Εἰς οἶσ.] Hæc est lectio codicis Maz. ubi Vat. habet εἰς ὕστερον. Οἶστρος est stimulus carnis & cupiditas ad flagitium trahens. Etiam illud magis probo quarto post versu προσφέρεσθαι, quod Maz. cod. habet ἀντὶ τοῦ φέρεσθαι Κυρίῳ quod erat in Vat. Mox recte omittitur in cod. Maz. vox αὐτῆς post præpositionem χωρὶς. ID.

τὸν τῷ Παντοκράτορι διὰ τοῦ λόγου προσενεχθῆναι A ψυχήν· Ὑμεῖς γάρ ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς, ὁ Κύριος ἔφη τοῖς Ἀποστόλοις.

Χρὴ οὖν τὴν Παρθένον ἀεὶ τῶν καλῶν ἐρᾶν, καὶ τοῖς πρωτεύουσιν εἰς σοφίαν ἐμπρέπειν, καὶ μηδὲν ῥάθυμον μηδὲ μαλθακὸν ἔχειν· ἀλλ' ἀριστεύειν, καὶ ἄξια τῆς Παρθενίας φρονεῖν, ἀποσμήχουσαν τῷ λόγῳ τοὺς ἰχῶρας ἀεὶ τῆς ἡδυπαθείας, μήπως λαθοῦσα βραχεῖα σηπεδὼν γεννήσῃ τὸν σκώληκα τῆς ἀκολασίας. Ἡ γὰρ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσῃ τῷ Κυρίῳ, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι, φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος. πολλαὶ δὲ πάρεργον ἡγούμεναι τὴν ἀκρόασιν, νομίζουσι χαρίζεσθαι μεγάλα, ἐὰν κἂν τὸ βραχὺ παράσχωσι τὰς B ἀκοάς· ἃς ἐκκλειστέον· μικρολόγῳ γὰρ φύσει καὶ ταπεινῇ καὶ ἐπιμορφαζομένῃ σοφίᾳ, οὐ χρὴ μαθημάτων θείων κοινωνεῖν. ἢ γὰρ οὐ γελοῖον ἐκείνας ἀδολεσχεῖν, αἵ τινες ἐπὶ μὲν τοῖς μικροῦ ἀξίοις πάντα ποιεῖν συντείνονται, ὅπως ἀκριβέστατα ἕξουσι τὰ τελεσιουργούμενα· ἐπὶ δὲ τῶν ἀναγκαίων, δι' ὧν μᾶλλον αὐταῖς ὁ τῆς Σωφροσύνης ἔρως αὔξεται, μὴ μεγίστας [1] ἡγεῖσθαι τὰς ἀκριβείας;

rum data meditatio est: sine qua animus per rationem omnium auctori Deo grata hostia offerri non potest: [a] *Vos enim estis sal terræ*, ait Dominus Apostolis.

Oportet igitur Virginem honestarum semper rerum studio flagrare, & inter eminentes sapientiæ laude, honoratum locum tenere: nihil pigrum aut molle habere, sed excellere, & heroico Virginitatis proposito dignos sensus alere, quæ semper defluentis voluptatis saniem doctrinæ meditatione detergat; necubi forte latens vel minima putredo, incontinentiæ vermem progignat: [b] *Innupta enim cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino, ut sit sancta corpore & spiritu*, inquit beatus Paullus. B Multæ vero auditionem ac discendi curam, ceu rem in secundis habendam existimantes, multum sibi deberi putant, si vel modicum tempus doctrinæ aures adhibeant: quas a sacris disputationibus excludere deceat. Angustæ enim atque morosæ humilique animæ, nec non sapientiæ inanem quamdam jactanti speciem, haud impartiendæ sunt divinæ disciplinæ. Quei enim non ridiculum apud eas pluribus commentari, quæ in re quidem exigui momenti, ingenii vires omnes contendant, ut perfectissime optata assequantur: in necessariis vero per quæ potissimum Castitatis amor in eis augeatur, haud sane diligentiam maximi facere?

Μεγάλη γὰρ ἀληθῶς ὑπερβολῇ τὸ τῆς Παρθενίας ἀνθρώποις ἀπ' οὐρανῶν κατεπέμφθη φυτόν· καὶ διὰ τοῦτο ταῖς πρώταις οὐκ ἀπεκαλύφθη γενεαῖς. ἔτι γὰρ ἄνθρωπος ὀλιγοστὸς ἦν, καὶ ἐχρῆν αὐτὸν εἰς C πλῆθος αὐξήσαντα τελειωθῆναι. διὸ δὴ καὶ τὰς σφετέρας ἀδελφὰς οἱ παλαιοὶ λαμβάνοντες γυναῖκας, οὐδὲν [a] ἦν ἀπρεπές, μέχρι νόμος ἐλθὼν διεστείλατο, καὶ τὸ πρῶτον δοκοῦν εἶναι καλὸν ἀπαγορεύσας, ἁμαρτίαν ἀπεφήνατο, Ἐπικατάρατον καλῶν τὸν ἀποκαλύπτοντα τὴν ἀσχημοσύνην τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ· τοῦ Θεοῦ κατὰ καιρὸν τὴν ἁρμόζουσαν ἡμῶν τῷ γένει σπουδαίως προσφέροντος βοήθειαν, ὥσπερ δὴ καὶ οἱ πατέρες τοῖς υἱοῖς. οὐ γὰρ εὐθέως ἄνωθεν ἐπιστᾶσι τοὺς παιδαγωγούς· ἀλλὰ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ἐάσαντες ἀθύρεσθαι, μοσχαρίων δίκην, πρῶτον εἰς διδασκάλων συμψελλιζόντων ἀποστέλλουσιν, ἔστ' ἂν ἀποβαλόντες τὴν μειρακιώδη τρίχα τοῦ νοός, εἰς τὴν D τῶν μειζόνων ἄσκησιν παραπεμφθῶσι· κἀκεῖθεν αὖθις εἰς τὴν τῶν ἔτι μειζόνων. ταύτῃ γὰρ καὶ τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἡγητέον προσηνέχθαι τοῖς πρὸ ἡμῶν. ἔτι γὰρ ὁ κόσμος ἀνθρώπων ἀπλήρωτος ὤν, ὡς νήπιος ἦν, καὶ ἐχρῆν αὐτὸν εἰς πλῆθος πρότερον, ἐκ τούτων ἀνδρωθέντα πληθυνθῆναι. ἀλλ' ὅτε λοιπὸν ἀπὸ περάτων ἐπὶ πέρατα κατῳκίσθη, τῆς ἀνθρωπότητος εἰς ἄπειρον κεχυμένης, οὐκ ἔτι τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν τὸν ἄνθρωπον ἐπέτρεπεν ὁ Θεός, σκοπῶν ὅπως τῶνδε εἰς τάδε μεταβαίνοντες, πλησιαίτερον προκόπτωσιν ἔρχεσθαι τῶν οὐρανῶν, μέχρις ἂν εἰς αὐτὸ τὸ μέγιστον μάθημα καὶ κορυφαιότατον τὴν Παρθενίαν φθάσαντες, τελειωθῶσιν· ἀπὸ τῆς ἀδελφομιξίας ὁδεύσαντες πρῶτον, εἰς τὸ ὀθνείας ἐπάγεσθαι γαμετάς· κἀκεῖθεν εἰς τὸ μη- E

II. Magno enim re vera excessu a summis cælorum demissa venit Virginitatis planta: quamobrem etiam primis hominum ætatibus haud fuit C detecta. Nondum quippe numerosum erat genus humanum, decebatque ipsum prius multitudine augeri atque perfici. Quare ne proprias quidem sorores cum antiqui uxores acciperent, turpe aliquid ac indecens erat; donec Lex veniens denuntiavit, idque vetando, quod primo honestum esse videbatur, peccatum esse sanxit: [c] *Maledictum eum* vocans, *qui turpitudinem sororis suæ revelaverit*. Deo nimirum certis paullatim temporum momentis, quod humano generi congruum esset, propense admovente auxilium; ut & parentes erga liberos pæne faciunt. Non enim ab ipsis statim cunabulis pædagogos illis præficiunt: sed concesso ætati primulæ spatio quodam puerilia ludendi, ac quasi vitulorum more tantisper D lasciviendi, ad magistros una cum eis balbutientes, primaque rudimenta ac elementa docentes, eos mittunt; donec infantili velut quadam mentis lanugine posita, ad majorum disciplinarum exercitamenta transmittant, atque hinc ad alia his sublimiora. Simili quoque ratione existimandum se gessisse erga majores nostros Deum universorum ac Patrem. Tum siquidem mundus necdum hominum confertus frequentia, velut infans erat: decebatque augeri prius in multitudinem, ex qua in virum quasi adolesceret. At ubi jam ab extremis ad extrema coloniis frequentatus est, humana sobole in immensum usquequaque fusa, non amplius iisdem ac prius, Deus hominem permisit insistere moribus; id nemE pe providens, ut sensim ex aliis ad alia gradum facientes, majore profectu propinquius cælis assurgerent: quoad in maximum ipsum ac celsissimum evadentes Virginitatis documentum, quod perfectum est adipiscerentur, a fratrum sororumque mixtis conjugiis primum progredientes ut externas ducerent

a Matth. V. 13. *b* 1. Cor. VII. 34. *c* Levit. XVIII. 9. & XX. 17.

1. Ἡγεῖσθαι] Componit Methodius τῷ ἀδολεσχεῖν· *operam, otium perdere serioque nugari*, in illis quæ angusti animi sunt, τό, μὴ μεγίστας ἡγεῖσθαι τὰς ἀκριβείας· *non maximi facere diligentiam in necessariis*; ut utrumque dicat ridiculum. Sic nihil vitii in illa voce, cujus emendatione exspectandi sint alii codices; ut visum est Editori Lupar. Satis est, ut qui exstant summo consensu nihil Methodio viroque prudenti sensum adversum reddant.

a Οὐδὲν ἀπρ.] Codex Vat. οὐδὲν ἀσχημόνων. Maz. audaci diversitate οὐδὲν ἦν ἀπρεπές. Glossemate in contextum recepto. EDITOR LUPAR.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

κέτι πολλαῖς ἐπιβαίνειν τετραπόδων νόμῳ καθάπερ εἰς ὀχείαν γεγονότας· κἀντεῦθεν εἰς τὸ μὴ μοιχοὺς γεγονέναι· καὶ αὖ πάλιν εἰς Σωφροσύνην, καὶ ἀπὸ σωφροσύνης εἰς Παρθενίαν, ἔνθα μελετήσαντες τῆς σαρκὸς ὑπερφρονεῖν, εἰς τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἄδιον ἀφόβως ἐνορμίζονται χῶρον.

Εἰ δέ τις ὡς ἀμάρτυρον τῶν γραφῶν αἰτιάσασθαι τολμήσοι τὸν λόγον, φέρε δὴ παραθέντες καὶ τὰ τῶν προφητῶν, ἀληθέστερα μᾶλλον ἀποδείξομεν τὰ προειρημένα. ὁ γοῦν Ἀβραὰμ πρῶτος ἐν διαθήκῃ τὴν περιτομὴν λαβὼν, οὐδὲν ἕτερον αἰνίσσεσθαι δοκεῖ, [1] τὸ οἰκεῖον [a] περιτεμνόμενος τῆς σαρκὸς αὐτοῦ μέλος, ἢ τοῦτο, τὸ μηκέτι τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος δημιουργηθέντα παιδοσπορεῖν· ἀπὸ τῆς ἰδίας ἕκαστον διδάσκων ἀδελφῆς, οἷα σαρκὸς ἀποτέμνειν τὴν κατὰ συνουσίαν ἡδονήν. ὥστε τὸ πλησιάζειν, καὶ ὁμεύνοις χρῆσθαι ταῖς σφῶν ἀδελφαῖς, ἀπὸ τῶν τοῦ Ἀβραὰμ πέπαυται καιρῶν· τὸ δὲ πλειόνων συναλλαγαῖς ἁρμόζεσθαι γυναικῶν, ἀπὸ τῶν προφητικῶν ἀνήρηται χρόνων. Ὀπίσω γάρ σου τῶν ἐπιθυμιῶν μὴ πορευθῇς, καὶ ἀπὸ τῶν ὀρέξεων σου κωλύου· οἶνος γὰρ καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετούς. καὶ ἐν ἑτέρῳ, Ἡ πηγή σου τοῦ ὕδατος ἔστω σοὶ [2] ἰδία, καὶ συνευφραίνου μετὰ γυναικὸς τῆς ἐκ νεότητός σου· δηλονότι παραιτούμενος τὰς πολλάς. ὁ δὲ Ἱερεμίας, Ἵπποις θηλυμανεῖς ἀναφανδὸν τοὺς εἰς διαφόρους μαργῶντας γυναῖκας καλεῖ. [3] Πολύγονον γὰρ, φησιν, ἀσεβῶν πλῆθος, οὐ χρησιμεύσει, καὶ ἐκ νόθων μοσχευμάτων οὐ δώσει ῥίζαν εἰς βάθος.

Ἀλλὰ γὰρ ἵνα μὴ μακρηγορῶμεν ἐπὶ πολὺ τὰς προφητικὰς ἀναλεγόμενοι φωνὰς, φέρε δὴ συστήσωμεν πάλιν, ὅπως διαδέχεται τὴν ἐπὶ μιᾷ γυναικὶ συναλλαγὴν ἡ Σωφροσύνη, μέχρις ἂν ἐκλύσῃ τελείως τὴν ἐκ τοῦ ἔθους ἐπὶ τὴν συνουσίαν κατωφορὰν, πρὸς ὀλίγον ἀφαιρουμένη τὰς τῆς σαρκὸς ἡδυπαθείας. αὐτίκα γοῦν εἰσάγεταί τις ἐμφανῶς ἤδη λοιπὸν παραιτούμενος τουτονὶ τὸν περισπασμὸν, Κύριε, λέγων, πάτερ καὶ δέσποτα τῆς ζωῆς μου, μὴ ἐγκαταλίπῃς με ἐν βουλῇ αὐτῶν, μετεωρισμὸν ὀφθαλμῶν ἄφελε ἀπ' ἐμοῦ· [4] καρδίας ὄρεξις καὶ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσάν με. καὶ ἐν τῇ πανaρέτῳ δὲ Σοφίᾳ, γυμνῶς ἤδη τοὺς ἀκροατὰς εἰς ἐγκράτειαν ἐφελκόμενον καὶ σωφροσύνην τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοιαῦτα μελῳδεῖ· [5] Κρεῖσσον ἀτεκνία μετ' ἀρετῆς, κεκραγός· ἀθανασία γάρ ἐστιν ἐν μνήμῃ αὐτῆς, ὅτι καὶ παρὰ Θεῷ γινώσκεται καὶ

uxores: deinde, ut ne multis quadrupedum ritu, velut in unam hanc rem nati, congrederentur: inde ut adulteri non essent, atque hinc rursus ut Castitatem, eaque perfuncti, Virginitatem colerent: ubi se in carnis contemtu exercentes, in tranquillum incorruptionis locum velut tutissimo portu, metu soluti appellerent.

III. Ne quis vero orationem, ut Scripturarum testimoniis destitutam audeat cavillari, age producamus prophetarum locos, iisque certo certius veriora, ea quæ dicta a nobis sunt, ostendemus. Primus itaque Abraham accepto circumcisionis fœdere, nihil aliud videtur innuere, proprium carnis suæ membrum putando, quam, haud amplius licere cum ea quæ iisdem orta parentibus sit, rem maritalem habere; a propria quemque sorore, velut a carne propria docens congressum amputare. Itaque ab Abrahami ætate, morem illum quo sorores fratribus nuptiarum fœdere jungebantur, sublatum videmus. Multas autem simul ab uno haberi uxores a propheticis temporibus perinde abolitum est: [a] *Post concupiscentias enim tuas*, inquit, *ne eas*, *& a desideriis tuis avertere*: [b] *Vinum enim & mulieres apostatare facient sapientes*. Et alio loco: [c] *Fons tuus aquæ sit tibi proprius*, *& jucundare cum uxore*, *quæ tibi adhæsit a juventute tua*: repudiata scilicet plurium uxorum licentia. Jeremias vero, [d] *Equos amatores & emissores* eos manifeste vocat, qui se in diversarum mulierum amores effundunt: [e] *Multigena enim impiorum multitudo non erit utilis*, *& adulterinæ plantationes non dabunt radices altas*.

Sed ne prolixi simus colligendis propheticis vocibus, age, adstruamus rursum, quomodo voluntaria Castitas, legitimo etiam usui singularis cum una conjugii successerit; tantisper scilicet substrahens carnis libidines, dum perfecte proclivem ex consuetudine in copulam impetum ac pæne effrenem represserit. Statim sane manifeste inducitur, qui hanc deinceps occupationem a se amoliatur, dum ait: [f] *Domine Pater & dominator vitæ meæ*, *ne derelinquas me in consilio eorum*. *Extollentiam oculorum amove a me*. *Cordis concupiscentia & concubitus non apprehendant me*. In libro autem Sapientiæ quo omnis virtutis traduntur documenta, palam jam & sine ambage auditores ad continentiam & Castitatem attrahens Spiritus sanctus, talia modulatur: [g] *Melior est liberorum orbitas cum virtute*, inclamans; *immortalitas enim est in memoria illius*, *quoniam & apud Deum nota est*, *& apud homi-*

a Eccli. XVIII. 30. *b* Ibid. XIX. 2. *c* Prov. V. 15. 18. *d* Jer. V. 8. *e* Sap. IV. 3. *f* Eccli. XXIII. 1. 5. 6. *g* Sap. IV. 1. 2.

1. Τὸ οἰκεῖον περιτεμνόμενος] Editor idem pæne plagio, contra omnium codicum fidem, ὀχεῖον mutat: aitque errare codices, ipse magis errans. Satis fuit Methodio, ut propriæ carnis membri amputatione diceret, significatum in Abrahamo deinceps illicitam fratrum cum sororibus (qui velut unum corpus censeantur, uno ex semine atque utero) copulam: nec fuit necesse, re cunctis nota, membrum ipsum virile exprimere, quadam piarum aurium offensione; illa præsertim voce, qua nusquam usa Scriptura aut Patres, ubi illis sermo est de Circumcisione; quæ nec apud profanos pudenda ipsa veretrumque significet, sed ipsam quasi admissionem, marisque insilientis congressionem; seu mares ipsos sic congressui destinatos. Sua, suo nomine edant, licet, magni illi Aristarchi, si in mundo auctoritatem inveniunt; non ea levitate ex suo ingenio Veterum monumenta componant, eisque obtrudant. Longe diversa Vat. lectio a reliquis, τὸ μηκέτι εἰς τὴν ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἵματος σάρκα δημιουργηθεῖσαν παιδοσπορεῖν· sed idem sensus, τὰ ἐκ τοῦ αὐτοῦ αἵματος δημιουργηθέντα.

2. Ἰδία] Non bene Possinius sive qui ei imposuit, imperitus scriba, ἡδεῖα· *dulcis*; qua voce hæc auctoritas nihil ad intentum Methodii faceret, de singularitate conjugii, non de illius, seu rei maritalis dulcedine. Adde nihil ejusmodi sacrum textum sic pervium habere.

3. Πολύγ.] Vide Augustinum *de Doctr. Christ.* lib. II. cap. XII. n. 18.

4. Καρδίας] Sixt. κοιλίας, *ventris*. Sic & Vulg.

5. Κρεῖσσ.] Paullo aliter Vulg. etsi totidem verbis reddit Possinius.

a Οἰκεῖον] Vat. codex οἰκεῖον περιτεμνόμενος. Maz. οἰκεῖον περιστελλόμενος. Vaticani τὸ περιτεμνόμενος longe aptius est. Ceterum uterque errat in voce οἰκεῖον; agitur enim de circumcisione, & designatur membrum in quo ea fieri consueverat: ad quod nimis generica est vox οἰκεῖον, quæ manui, pedi & omnibus aliis partibus corporis convenit. Scripserit ergo Methodius ὀχεῖον: notum enim quid sit Græcis ὀχεύειν, & inde ducta ὀχεία & ὀχεῖος. Dinarcho ἵππος ὀχεῖος equus admissarius, & Aristoteli VI. Histor. Anim. generali vocabulo ὀχεῖα *mares*. Sic enim illic habet cap. XVIII. τὰ ὀχεῖα ἐκ τῶν θηλειῶν οὐκ ἐξαίρεσι. *Mares a feminis non segregant*. EDITOR LUPAR.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

παρὰ ἀνθρώποις. παροῦσάν τε τιμῶσιν αὐτὴν, καὶ ποθοῦσιν ἀπελθοῦσαν· καὶ ἐν τῷ αἰῶνι στεφανηφοροῦσα πομπεύει, τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασα.

A *nes. Cum præsens est, colunt illam, & desiderant eam cum se abduxerit: & in perpetuum coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum agone superato.*

Περὶ μὲν οὖν καιρῶν τῆς ἀνθρωπότητος, ὅπως ἀρξαμένη ἀπὸ τῆς ἀδελφομιξίας, ὥδευσεν ἐπὶ τὴν ἐγκράτειαν, εἴρηται· περὶ δὲ Παρθενίας λείπεται· ὅσον οὖν δυνατὸν, πειρατέον [1] φράσαι. καὶ πρῶτον ἐξεταστέον, δι' ἣν αἰτίαν πολλῶν προφητῶν καὶ δικαίων πολλὰ καὶ καλὰ διδαξάντων καὶ ἐργασαμένων, Παρθενίαν οὐδεὶς οὔτε ἐνεγκωμίασεν, οὔτε εἵλετο. μόνῳ γὰρ ἄρα ἐφυλάσσετο τοῦτο πρεσβεῦσαι τὸ μάθημα τῷ Κυρίῳ, ἐπεὶ καὶ μόνος παρελθὼν, ἄνθρωπον ἐδίδαξε χωρεῖν εἰς Θεόν. ἔπρεπε γὰρ τῷ Ἀρχιερεῖ καὶ Ἀρχιπροφήτῃ καὶ Ἀρχαγγέλῳ, τούτῳ καὶ Ἀρχιπαρθένῳ προσαγορευθῆναι. τὸ δὲ παλαιὸν, οὐδέπω τέλειος ἄνθρωπος ἦν· καὶ διὰ τοῦτο τὸ τέλειον οὐδέπω χωρῆσαι τὴν Παρθενίαν ἴσχυεν. ἔτι γὰρ ἔχρῃζε κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονὼς, καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἀπολαβεῖν· ὅπερ τελεσιουργῆσαι καταπεμφθεὶς ὁ Λόγος εἰς τὸν κόσμον, [*] τὴν ἡμετέραν μορφὴν πρότερον ἀνέλαβε, πολλοῖς ἁμαρτήμασι κατεστιγμένην, ἵνα δὴ τὴν θείαν ἡμεῖς, δι' οὓς αὐτὸς ἐφόρεσε, πάλιν χωρῆσαι δυνηθῶμεν. καθ' ὁμοίωσιν γὰρ ἀκριβωθῆναι τότε πάρεστι Θεοῦ, ὁπότε δὴ τοὺς αὐτοῦ χαρακτῆρας τῆς κατὰ ἄνθρωπον πολιτείας, ζωγράφων δίκην ἐπιστημόνων, ἐν ἑαυτοῖς ὥσπερ σανίσιν ἐντυπωσάμενοι κατέχωμεν, ἣν αὐτὸς ἐφανέρωσε μαθητεύοντες τρίβον. ταύτῃ γὰρ ἠρετίσατο τὴν ἀνθρωπίνην ἐνδύσασθαι σάρκα Θεὸς ὢν, ὅπως ὥσπερ ἐν πίνακι θεῖον ἐκτύπωμα βίου βλέποντες, ἔχωμεν καὶ ἡμεῖς τὸν γράψαντα μιμεῖσθαι. οὐ γὰρ ἕτερα φρονῶν, ἕτερα ἐποίει, οὐδὲ μὴν ἕτερα νομίζων εἶναι τὰ καλὰ, ἐδίδασκεν ἕτερα· ἀλλ' ἅπερ ἦν ἀληθῶς ὠφέλιμα καὶ καλὰ, ταῦτα καὶ ἐδίδασκε καὶ ἐποίει.

IV. De humano itaque genere dictum est, quomodo a sororum conjugiis ad continentiam usque, sensim per ætatum gradus profecerit: superest ut & de Virginitate dicamus. Hoc igitur quanta fuerit facultas, nobis connitendum. Atque id in primis disquiramus necesse est, quid tandem caussæ sit, cum multi prophetæ & justi multa ac præclara tum docuerint, tum ipsi præstiterint; nullus tamen Virginitatem aut laudibus celebrarit, aut propositum ejus B assumserit? Soli nimirum Domino disciplina hæc sancienda servabatur, qui & solus in mundum adveniens, homines docuit in Deum transire. Decebat enim qui princeps sacerdotum esset, princepsque prophetarum & princeps Angelorum, eumdem etiam Virginum principem audire. Antiquitus autem, necdum homo perfectus erat: ac ideo Virginitatem (rem utique perfectam) capere necdum poterat. Adhuc enim qui ad Dei imaginem formatus erat, id quoque quod est ad similitudinem recipere debebat. Quod ut perficeret, Verbum in mundum missum, nostram prius formam multis peccatorum maculis compunctam suscepit, ut nos scilicet propter quos gestavit, divinam rursus capere valeremus. C Ad Dei enim similitudinem accurate effingi id demum est, ejus characteres & lineamenta in vitæ humanæ consuetudinem imitando transferre: pari arte qua periti pictores, objecti oculis exemplaris ductus & colores in paratis tabulis ad vivum exprimunt; quod assequemur, dum ostensam ab eo viam ac disciplinam condiscamus atque sequamur. Eo quippe consilio placuit humanam carnem, Deus cum esset, induere, ut velut in tabula divinum vitæ exemplar propositum cernentes, nos quoque auctorem imitari possemus. Non enim alia sentiens, alia faciebat; at neque alia bona esse existimans, alia docebat: sed quæ vere utilia honestaque erant, hæc & docebat atque præstabat.

Τί οὖν ὁ Κύριος, ἡ ἀλήθεια καὶ φῶς ἐπραγματεύσατο κατελθών; ἄφθορον ἐφύλαξεν ἐν Παρθενίᾳ τὴν σάρκα [2] κοσμήσας· καὶ ἡμεῖς ἄρα εἰ μέλλοιμεν καθ' ὁμοίωσιν ἔσεσθαι Θεοῦ καὶ Χριστοῦ, φιλοτιμώμεθα τὴν Παρθενίαν τιμᾶν. ὁμοίωσις γὰρ Θεοῦ, φθορᾶς ἀποφυγή. ὅτι δὲ καὶ Ἀρχιπάρθενος, ὃν τρόπον καὶ Ἀρχιποίμην καὶ Ἀρχιπροφήτης γέγονεν ὁ Λόγος ἐνανθρωπήσας, τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ὁ Χριστόληπτος ἡμῖν παρέστησεν ἐν βιβλίῳ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννης, λέγων· Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ τὸ Ἀρνίον ἑστὼς ἐπὶ τὸ ὄρος Σιὼν, καὶ μετ' αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες ἔχουσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῆς μεγάλης· καὶ ἡ φωνὴ ἣν ἤκουσα, ὡς φωνὴ κιθαρῳδῶν κιθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν· καὶ ᾄδουσι καινὴν ᾠδὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν, εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς· οὗτοί εἰσιν οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· Παρθένοι γάρ εἰσιν. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθήσαντες τῷ Ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ. τοῦ χοροῦ τῶν Παρθένων ἐξάρχοντα δεικνύων τὸν Κύριον.


D V. Quid igitur Dominus, ipse Veritas & Lumen, molitus est, in mundum veniens? Nempe homo factus, incorruptam carnem in Virginitate servavit. Et nos itaque, si ad Christi Dei nostri similitudinem enitimur, Virginitatem colere magnifice studeamus. Dei enim simulacrum, corruptionis fuga. Quod autem etiam principem Virginum, haud secus ac principem pastorum ac prophetarum Ecclesiæ, Verbum homo factum prætulerit, ipse nobis Christi numine afflatus Joannes in libro Apocalypsis ostendit, quibus ait: [a] *Et vidi; & ecce Agnus stans supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus &* E *nomen Patris ejus, scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem e cælo, tamquam vocem aquarum multarum, & tamquam vocem tonitrui magni. Et vox quam audivi, sicut vox citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum novum in conspectu throni & quatuor animalium & seniorum: Et nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui emti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit.* En ut Dominum, principem ostendat atque auspicem chori Virginum.

[a] Apoc. XIV. 1-4.

1. Φράσαι] Cod. Vat. φάναι.

2. *Σάρκα κοσμήσας*] [illegible].

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



Ἐπίστησον δὲ πρὸς τούτοις, ὅπως τὸ ἀξίωμα τῆς Παρθενίας μέγιστον παρὰ τῷ Θεῷ. Οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν [1] ἀνθρώπων ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ Ἀρνίῳ, καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη ψεῦδος· ἄμωμοι γάρ εἰσι, καὶ ἀκολουθοῦσι φησὶ τῷ Ἀρνίῳ, ὅπου ἂν ὑπάγῃ. σαφῶς ἡμᾶς κἀντεῦθεν διδάσκειν βούλεται, ὅτι ἐν ἀριθμῷ τοσούτῳ, τουτέστιν ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τέσσαρσι χιλιάσιν, ἀπάνωθεν τὸ πλῆθος περιώριστο τῶν Παρθένων, τῶν ἄλλων ἁγίων εἰς πλῆθος ἀόριστον ὀχλιζομένων. τί γὰρ παρεγγυᾷ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν διαλεγόμενος, προσεκτέον. Καὶ εἶδον ἀπὸ πάσης γλώττης καὶ φυλῆς καὶ παντὸς ἔθνους πλῆθος πολὺ, ὃ ἀριθμῆσαι αὐτὸ οὐδεὶς ἠδύνατο. οὐκοῦν συνέστηκεν, ὡς ἔφην, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁγίων αὐτὸν πληθὺν ἄφατον εἰσάγειν· ἐπὶ δὲ τῶν ἐν Παρθενίᾳ, βραχύτατον ἀριθμὸν, ὡς πρὸς σύγκρισιν τῶν εἰς ἀναρίθμητον πλῆθος συμπληρούντων.

Animadverte insuper, quam vere maxima sit Virginitatis dignitas apud Deum. [a] *Hi emti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno, & in ore ipsorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt; & sequuntur Agnum*, inquit, *quocumque ierit*. Clare nos & hinc docere vult, tantulo numero (nimirum quadraginta quatuor millium) definitam a principio fuisse multitudinem Virginum; cum infinita multitudo sit aliorum sanctorum. Quid enim & de aliis differens insinuet, considerandum. [b] *Et vidi ex omni tribu & lingua & ex omni natione, multitudinem magnam quam dinumerare nemo poterat*. Constat igitur, uti dicebam, aliorum quidem sanctorum numero superiorem multitudinem inducere; Virginum vero exiguum plane numerum, si ejus cum aliorum innumera multitudine ratio habeatur.

Οὗτος, ὦ Ἀρετὴ, ὁ παρ᾽ ἐμοῦ σοι περὶ Παρθενίας λόγος. εἰ δέ τι παρέλιπον, ἀποπληρούτω διαδεξαμένη με Θεοφίλα.

Hæc mea, o Arete, de Virginitate, ait, Oratio est: in qua si quid omisi, suppleat cui lampadem dicturæ trado, Theophila.

Λόγος Β΄.

ΘΕΟΦΙΛΑ.

Εἰπεῖν οὖν ἔφη τὴν Θεοφίλαν. Ὅτι δοκεῖ μοι ἀναγκαῖον εἶναι, ἐπειδὴ καλῶς ἡ Μαρκέλλα ὁρμήσασα ἐπὶ τὸν λόγον, οὐχ ἱκανῶς ἐπλήρωσεν, ἐμὲ πειρᾶσθαι τέλος ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ. τὸ μετὰ γὰρ εἰς Παρθενίαν ἐκ προβάσεως προκόψαι τὸν ἄνθρωπον, Θεοῦ παρορμήσαντος αὐτὸν κατὰ καιρὸν καὶ καιρὸν, δοκεῖ μοι καλῶς διειλέσθαι· τὸ δὲ μηκέτι χρῆναι λέγειν τοὐντεῦθεν τεκνογονεῖν, οὐ καλῶς. ἐγὼ γὰρ καθεωρακέναι μοι δοκῶ σαφῶς ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὅτι Παρθενίας ἐλθούσης, ὁ Λόγος οὐκ ἀνεῖλε πάντη τὴν τεκνογονίαν. οὐ γὰρ ἐπειδὴ τῶν ἀστέρων ἡ σελήνη μείζων ἐστὶ, παρὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἀστέρων τὸ φῶς ἀναιρεῖται.

Ἀρξώμεθα δὲ ἀπὸ τῆς Γενέσεως, ἵνα δὴ καὶ πρεσβεύωμεν μᾶλλον τὴν γραφήν. ἡ γὰρ ἀπόφασις τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ διάταγμα τὸ ἐπὶ τῆς τεκνοποιΐας, ὁμολογουμένως μέχρι καὶ νῦν συμπληροῦται. πλάσσοντος τὸν ἄνθρωπον ἔτι τοῦ δημιουργοῦ. τοῦτο γὰρ καὶ πάντη καταφανὲς, ὡς ἄρα τὸν κόσμον ἀκμὴν ἐργάζεται ζωγραφῶν ὁ Θεὸς, ὥσπερ δὴ καὶ ὁ Κύριος ἐδίδαξεν, Ἕως ἄρτι ὁ Πατήρ μου ἐργάζεται, λέγων. ἀλλ᾽ ὁπόταν οἱ ποταμοὶ ἤδη λωφήσωσιν, εἰς τὸ τῆς θαλάσσης εἰσβάλλοντες ἀγγεῖον, καὶ τὸ φῶς τελείως χωρισθῇ τοῦ σκότους· νῦν γὰρ ἔτι διαχωρίζεται· καὶ τοὺς καρποὺς μετὰ τῶν ἑρπετῶν καὶ τετραπόδων ἀναδιδόναι παύσηται λοιπὸν ἡ ξηρὰ, καὶ ὁ προωρισμένος τῶν ἀνθρώπων ἀριθμὸς ἀναπληρωθῇ· τότε δὴ λοιπὸν καὶ τῆς παιδοποιΐας ἀφεκτέον. νῦν γὰρ εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον ἀνάγκη συνεργεῖν, ἔτι συνεστῶτος τοῦ κόσμου καὶ τεκταινομένου. Αὐξάνεσθε γὰρ ἐλέχθη καὶ πληθύνεσθε. καὶ οὐ χρὴ τὸ διάταγμα βδελύσσεσθαι τοῦ δημιουργοῦ, ἐξ οὗ δὴ καὶ αὐταὶ γεγόναμεν. ἀρχὴ γὰρ γενέσεως ἀνθρώπων, ἡ τοῦ σπέρματος εἰς τοὺς αὔλακας τῆς μήτρας γίνεται καταβολὴ, ὅπως τὸ ἐκ τῶν ὀστέων ὀστοῦν, καὶ ἡ ἐκ τῆς σαρκὸς σὰρξ ἕτερος ἄνθρωπος ἀοράτῳ ληφθέντα δυνάμει πάλιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τεχνίτου δημιουργηθῶσι. ταύτῃ γὰρ ἐκείνην ἡγητέον πληροῦσθαι τὴν φωνὴν, Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου.

ORATIO II.

THEOPHILA.


I. IN his itaque exorsa Theophila est. Quandoquidem quam Marcella bene cœperat Orationem, non sufficienter absolvit, operæ pretium existimo, ut finem sermoni imponere satagam. Etenim ad Virginitatem per intervalla profecisse hominem, Deo illum certis vicibus atque gradibus promovente, præclare mihi disputatum apparet: quod autem intulit, Non esse deinceps procreandis liberis dandam operam, haud probare possim. Manifeste siquidem ex Scripturis mihi intelligere videor, noluisse Dei Verbum, postquam Virginitatem mundo intulit, omnino abrogare conjugium. Non enim quoniam sideribus luna major est, continuo ceterarum stellarum lumen extinguitur.

Incipiamus autem a Genesi, ut antiquissimæ Scripturæ suum ordinis primatum assignemus. Profecto Dei sententia & præceptum illud [c] propagandi generis, etiam hodie viget & servatur: Deo etiamnum hominis formandi opifice. Hoc etenim plane manifestum est, nunc quoque velut pictor tabellam, sic Deum mundum efficere, uti sane etiam Dominus docuit, dum ait: [d] *Pater meus usque modo operatur*. Verum ubi flumina cursum suum absolverint, seque vasto maris alveo reddiderint; ubi lumen a tenebris perfecte separatum fuerit; (nunc enim adhuc in ista separatione laboramus) ubi fructus suos cum reptilibus & quadrupedibus edere deinceps arida desierit, & expletus erit præfinitus hominum numerus: tunc sane a generando abstinendum erit. Nunc enim edenda Dei imagine suam hominem conferre operam necesse est, dum adhuc stat mundus, novisque quotidie molibus ejus fabrica adimpletur. [e] *Crescite* enim, inquit, *& multiplicamini*. Nec fas est Creatoris præceptum abominari, ex quo nobis est quod exsistimus. Principium enim generationis hominum, seminis in genitale arvum demissio est; ut ex ossibus os & ex carne caro, arcana vi desumta, in alterum rursus hominem ejusdem artificis opera condantur. Sic enim impleri putandum eam sententiam: [f] *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*.

a Apoc. XIV. 4. 5. b Apoc. VII. 9. c Gen. I. 28. d Joan. V. 17. e Gen. I. 28. f Gen. II. 23.

1. Ἀνθρώπων] Possinius, ἐθνῶν, *ex gentibus*: non bene.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
290.



Τοῦτο γὰρ ἴσως ᾐνίσσετο, καὶ ἡ μετὰ τὸν ὕπνον A ἔκστασις ἐπιβληθεῖσα τῷ πρωτοπλάστῳ, προδιατυπουμένη τὴν ἐπὶ τῆς φιλοτησίας θέλξιν τοῦ ἀνδρὸς, ὁπότε διψήσας τέκνων ἐξίσταται, ταῖς παιδογόνοις θηλυνόμενος καθ' ὕπνον ἡδοναῖς, ἵνα πάλιν τι, ἀπὸ τῶν ὀστῶν αὐτοῦ καὶ τῆς σαρκὸς ἀποσπασθὲν, ἕτερος ἄνθρωπος, ὡς ἔφην, ἀναπληρωθῇ. ἐκταρασσομένης γὰρ τῆς ἁρμονίας τῶν σωμάτων ἐν τοῖς κατὰ συνουσίαν ἐρεθισμοῖς, ὡς οἱ τετελεσμένοι τὴν γαμήλιον ἡμᾶς διδάσκουσι τελετὴν, πᾶν τὸ μυελῶδες τοῦ αἵματος καὶ γονιμώτατον, ὅπερ ἐστὶν ὑγρὸν ὀστοῦν, ἐκ πάντων ἐπαθροιζόμενον τῶν μελῶν, ἀφροποιηθὲν καὶ θρομβωθὲν, διὰ τῶν παιδογόνων εἰς τὴν ἔμψυχον τῆς θηλείας ἐξύεται γῆν. εἰκότως ἄρα ἕνεκεν τούτου, καταλιπεῖν λέλεκται τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα, τότε B πάντων ἀθρόως ἀμνημονήσας, ὅτε φιλοστόργοις ἑνούμενος τῇ γυναικὶ συμπλοκαῖς, κάτοχος ἐπιθυμίας γίνεται γεννητικῆς, παρέχων ἀφαιρεῖσθαι τῷ θείῳ τὴν πλευρὰν δημιουργῷ, ὅπως ἐξ υἱοῦ δὴ καὶ αὐτὸς πατὴρ πάλιν ἐκφανῇ.

II. Id enim forsitan innuebat illa per somnium primo homini injecta ecstasis, viri inter muliebres amplexus mulcedinem illam præfigurans, cum liberorum sitiens a se quasi excedit, genitalibus per somnum effeminatus deliciis, ut rursum ab ejus ossibus & carne decerptus delibatusque, alius (uti dicebam) homo impleatur. Turbata enim corporum harmonia titillationibus coitus (uti nos docent, qui opus maritale experti sunt) medullosa quæque ac prolifica pars sanguinis (quod os quoddam liquidum est) ex cunctis coacta membris, spumoso coagulo concrescens, per naturales meatus in vivam feminæ humum expluitur. Merito propter hoc dictum est, derelicturum hominem patrem & matrem, cunctis repente per hæc intervalla memoria elabentibus, dum conjugalibus mulieri adglutinatus complexibus, genitalis impos libidinis evadit: tollendam costam divino præbens Artifici, ut ex filio idem rursus pater exsistat.

Οὐκοῦν εἰσέτι πλάσσοντος καὶ νῦν δὴ τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ, πῶς οὐ τολμηρὸν τὸ βδελύσσεσθαι τὴν παιδουργίαν, ἣν αὐτὸς οὐκ ἐπαισχύνεται ταῖς ἀμιάντοις ὁ Παντοκράτωρ ἐργαζόμενος χερσί; Πρὸ τοῦ γάρ με πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, τῷ Ιερεμίᾳ φησί. τῷ δὲ Ἰὼβ· Μὴ σὺ λαβὼν πηλὸν, ἔπλασας ζῶον, καὶ λαλητὸν αὐτὸ ἐποίησας, ἔφη, ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ ὁ Ἰὼβ πρὸς αὐτὸν [1] ἱκετικῶς φέρεται, λέγων τὸ, Αἱ χεῖρές σου C ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με. πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον τὸ, ἀπαγορεύεσθαι γάμων συναλλαγὰς, προσδοκωμένων ἔτι καὶ μεθ' ἡμᾶς ἔσεσθαι Μαρτύρων, καὶ τῶν ἀντιταξομένων τῷ πονηρῷ, δι' οὓς δὴ καὶ τὰς ἡμέρας ὁ λόγος ἐπηγγείλατο κολοβωθήσεσθαι; εἰ γὰρ φαῦλον, ὡς ἔφης, ἀπεντεῦθεν νενόμισται τῷ Θεῷ τὸ παιδοσπορεῖν, δι' ἣν αἰτίαν οἱ παρὰ δόγμα φυόμενοι καὶ τὴν βουλὴν τὴν θείαν, εὐάρεστοι δυνήσονται παραστῆναι τῷ Θεῷ; ἢ πῶς οὐκ ἀνάγκη εἶναι κίβδηλον, ἀλλὰ μὴ [2] θεοφυὲς τὸ τεχθὲν, εἰ παρὰ τὴν γνώμην καὶ τὸ διάταγμα, δίκην παραχαράγματος, πλάσσεται τῆς δυνάμεως; ἵνα δὴ καὶ ἀνθρώποις δύνασθαι δῶμεν ἀνθρωποπλαστεῖν. D

Quamobrem, Deo etiamnum quotidie per nuptialem ejusmodi congressum hominem formante, quomodo non temerarium fuerit abominari liberorum procreationem, cui suas immaculatas immiscere manus omnipotens Creator haud indecorum ducat? [a] *Priusquam* enim, inquit, *formarem te in utero, novi te*, Jeremiam alloquens. Et Jobo ait: [b] *Numquid tu accepto limo effinxisti animal, & vocale illud fecisti super terram?* Jobus autem contra Deo supplex accedit, dicens: [c] *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me.* Quomodo vero non absurdum fuerit prohibere congressus nuptiales, cum exspectentur etiam post nos futuri Martyres, & qui Nequissimo restituri sunt, ob quos etiam [d] breviandos dies illos pollicitus est divinus sermo? Quod si malum (ut ajebas) ex hoc tempore Deo visum est, liberis operam dare; quo pacto illi quos futuros Christus prædixit, Martyres & Sancti, contra Dei placitum & voluntatem nati, usque adeo ei cari & accepti esse poterunt? Aut quomodo non plagiaria nescio qua suppositum arte ac manu, non divina satione natum illud quodcumque fateri necesse est, quod præter mentem ac contra præscriptum creantis potentiæ subditirium exstiterit? ut & facultatem condendi hominis hominibus tribuendam quis velit.

Καὶ ἡ Μαρκέλλα ἀπολαβοῦσα, ὦ Θεοφίλα, μέγα σφάλμα, ἔφη, καὶ ἐναντίον οἷς εἶπας ἀναφαίνεται· καὶ οἴει λεληθέναι παρωσαμένη τηλικοῦτον νέφος. ἥκει γὰρ ἐκεῖνος ὁ λόγος, ὅν ἴσως ἀπαιτῶν σε τις ὡς σοφωτάτην, λέξει. Περὶ τῶν ἐκ μοιχείας ἀνόμως φυομένων τί φῂς; ἔδωκας γὰρ εἰσελθεῖν εἰς τὸν κόσμον ἀμήχανον εἶναι καὶ ἀδύνατον, μὴ χειραγωγηθέντα τῷ θελήματι τῆς [3] μεγαλοσύνης, κατασκευασθέντος αὐτοῦ τοῦ σκηνώματος πρὸς τοῦ Θεοῦ. καὶ ἵνα μὴ καταφύγῃς ὥσπερ εἰς τειχίον ἐχέγγυον, προχειριζομένη τὴν λέγουσαν γραφὴν, Τέκνα δὲ μοιχῶν ἀτελεσφόρητα, ἀποκρούσεταί σε πρᾴως εἰπὼν, Ὅτι καὶ μὴν τελεσφόροις πολλαχῶς ὠδῖσιν ὥριμον καρπὸν τοὺς ἐκ παρανόμων συλληφθέντας ὧδε συναλλαγῶν ὁρῶμεν φυομένους. E

III. Heic Marcella interpellans, Gravis error, o Theophila, in tua, inquit, Oratione apparet, qui eam secum ipsam committit, contraria prius a te dictis adstruens: & putas te latere tanta offusa nube? Occurrit tamen ille tibi ex adverso sermo, quo te aliquis ut sapientissimam adiens interrogare isto pacto possit. De iis qui ex adulterio illegitime generantur, heus tu quid dicis? Concessisti enim nulla posse ratione fieri, ut quis veniat in mundum, quin divinæ ei majestatis nutus ductor exstiterit, parato ei qui sit nasciturus, a Deo corpusculo. Et ne confugias velut in arcem securam, prolato testimonio Scripturæ, dicentis: [e] *Filii autem adulterorum maturitatem non consequentur*; refellet te leniter, dicens: Atqui videmus haud raro illegitimis conceptos copulis maturescere in partus vitales, valentesque adolescere.


Εἰ δ' αὖ πάλιν σοφιζομένη φαίης, ὦ οὗτος, ἐγὼ τὸ ἀτελεσφόρητον ἐπὶ τῶν τελειουμένων ἡγοῦμαι τάσσεσθαι τῇ χειροδιδάκτῳ δικαιοσύνῃ, λελέξεται, Καὶ μὴν, ὦ μακαρία, πλεῖ-

Si autem argute iterum distinguens dicas, Ego vero, heus tu, maturitatis nomine quam non consequantur, justitiam Christianam intelligo, cujus illi compotes non sunt; reponet statim: Atqui,

[a] Jer. I. 5. [b] Job XXXVIII. 14. sec. edit. LXX. [c] Job X. 8. [d] Matth. XXIV. 22. Marc. XIII. 20. [e] Sap. III. 16.

1. Εὐκτικῶς] Allatius, ἀσεβῶς. Sic & codex Mazar.
2. Θεοφυὲς] Ita cod. Vat. At Allatius & ms. Mazar. θεοφιλὲς, *Deo carum*.
3. Μεγαλοσ.] Ms. Maz. & Allat. δυνάμεως.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



στοι τεχθέντες ἐξ ἀδίκου σπορᾶς οὐδὲν ἧττον οὐ μόνον τῇ ποίμνῃ συναγελάζεσθαι καταριθμοῦνται τῶν ἀδελφῶν, ἀλλὰ καὶ καθηγεῖσθαι τούτων κληροῦνται πολλαχῶς. οὐκοῦν ὄντος φανεροῦ, καὶ πάντων ἱστορούντων, καὶ τὰ ἐκ μοιχείας φυόμενα τελεσιουργεῖσθαι, οὐ χρὴ νομίζειν περὶ συλλήψεων καὶ τόκων τὸ Πνεῦμα πεπροφητευκέναι· ἀλλ' ἴσως περὶ τῶν τὴν ἀλήθειαν μοιχωμένων, οἵ τινες κλεψισόφοις νοθεύοντες δόγμασι τὰς γραφὰς, ἀτελεσφόρητον γεννῶσι σοφίαν, τῇ θεοσεβείᾳ συγκρίνοντες τὴν πλάνην. διὸ καὶ ταύτης σου τῆς προφάσεως ἐξῃρημένης, ἴσθι δὴ, εἰ καὶ τὰ ἐκ μοιχείας εὐδοκοῦντος ἀπόκριναι γεννῶνται τοῦ Θεοῦ. ἔφης γὰρ, εἶναι ἀδύνατον, ἀνθρώπου τελεσφορηθῆναι γονὴν, μὴ μορφώσαντος αὐτὴν καὶ ψυχώσαντος τοῦ Κυρίου.

o beata, multi ex iniquo sati semine, nihilo secius, non solum gregi fidelium adunati: verum etiam ut illis præessent haud raro sortiti sunt. Quare cum communi omnium sensu & experientia notissimum sit, ortos ex adulterio utrovis modo quod perfectum est adipisci: non est putandum de conceptibus aut partubus, propheticum illud Spiritus sancti oraculum esse intelligendum; sed forte potius de illis, qui adulterant veritatem: qui nimirum sophisticis decretis corrumpentes Scripturas, immaturam gignunt sapientiam, quod pietati errorem commisceant. Itaque hoc quoque tibi effugio præcluso, i modo, & ex adulterio quoque conceptos fetus, responde, Deo bene volente generari. Dixisti enim, Fieri non posse, ut ad maturitatem & consummationem perveniat humanus fetus, nisi Dominus formam animumque indiderit.

Καὶ ἡ Θεοφίλα ἀπὸ γενναίου ὥσπερ ληφθεῖσα τῶν μέσων ἀνταγωνιστοῦ, ἐσκοτοδινίασε, καὶ μάλα μόλις ἀναπνεύσασα, ἔφη· Ἐρωτᾷς ἐρώτημα διὰ παραδείγματος, ὦ μακαρία, χρῇζον ἀποδειχθῆναι, ἵν' ἔτι μᾶλλον εἰδῇς, ὡς διὰ πάντων ἡ ποιητικὴ δύναμις διήκουσα τοῦ Θεοῦ, πλέον εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων γένεσιν αὐτουργεῖ, αὔξουσα τὰ εἰς γόνιμον φυτευόμενα γῆν. οὐ γὰρ τὸ σπειρόμενον αἰτιατέον, ἀλλὰ τὸν εἰς ἀλλοτρίαν ἄρουραν κλεψιγάμοις εὐναῖς, οἷα μισθωτὸν ὀλίγης ἡδονῆς, τὴν ἰδίαν ἀναισχύντως πιπράσκοντα σποράν. ἀπείκασον γὰρ τοιούτῳ τινὶ τὴν ἡμετέραν γένεσιν εἰς τὸν βίον, οἷον οἴκῳ παρακειμένην ἔχοντι τὴν εἴσοδον ὄρεσιν ὑψηλοῖς· διήκειν δὲ τὸν οἶκον ἐπὶ πολὺ κάτω, μέχρις ἄκρων τῆς εἰσόδου ἔχοντα πολλὰς ὀπὰς ἐκ τῶν ὀπίσω, καὶ περιφερῆ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος γεγονότα. ἀπεικάζω, ἔφη ἡ Μαρκέλλα. Οὐκοῦν ἀπόλαβε ἔνδον καθεζόμενον ἐργάζεσθαι πλάστην πολλοὺς ἀνδριάντας· τούτῳ δ' αὖ τὴν ὕλην τοῦ πηλοῦ διὰ τῶν ὀπῶν ἔξωθεν νόησον ὑπὸ πολλῶν ἀνθρώπων ἀνενδεῶς χορηγεῖσθαι, οὐδενὸς αὐτὸν ὁρῶντος τὸν τεχνίτην. δὸς δὲ κεκαλύφθαι τὸν οἶκον ὁμίχλῃ καὶ νεφέλαις, καὶ μηδὲν αὐτοῖς ἔξωθεν εἶναι καταφανὲς, ἢ μόνας τὰς ὀπάς. δεδόσθω, ἔφη, καὶ τοῦτο. ἔχειν δὲ ἕκαστον αὐτῶν τῶν συμπονούντων, εἰς τὴν τοῦ πηλοῦ συγκομιδὴν ἀπονενεμημένην αὐτῷ μίαν ὀπὴν, εἰς ἣν χρὴ μόνον αὐτὸν φέροντα τὴν ἰδίαν ὕλην ἀποτίθεσθαι, μὴ ἁπτόμενον ἑτέρας. εἰ δ' αὖ περιέργως ἀνεῳγνύναι τὴν ἑτέρῳ κεκληρωμένην ἐπιχειροίη, πῦρ αὐτῷ καὶ μάστιγας ἀπειλητέον.

IV. Heic Theophila velut robusti lacertis adversarii media correpta, vertigine tentata quadam est: tum ægre tandem spiritu resumto, Rem, inquit, o beata, quæris, ad sui plenam declarationem exemplo quodam indigentem, cujus beneficio melius intelligas, Dei vim creatricem per omnia quidem pertingentem, præcipue tamen ipsam a se humanam præstare generationem, augendo quæ in genitalem sunt seminata terram. Neque enim id quod seminatur culpandum est: sed in eo omnis culpa residet, qui in alienum agrum, furtivis cubilibus, veluti mercede brevis voluptatis, propriam impudenter sementem vendit. Informa enim, quæso, animo, talem quamdam imaginem nostri in vitam ortus ac generationis. Cogita domum, cujus altissimis montibus ingressus adjaceat, ipsaque longe in multam & inferne capacem demissa sit profunditatem; quæ denique a summo capite ab ingressu multa retro foramina habeat, ac cujus figura ea parte orbicularis exsistat. Informo, inquit Marcella, quam jubes imaginem. Jam imaginare sedentem intus operari plasten statuas plurimas, ex limo quem ei per ea quæ dixi foramina, multi assidue homines congerant, nemine ipsum artificem vidente. Fac etiam occultari domum nebulis ac caligine, nihilque illis qui exterius materiam ministrant, præter sola foramina, conspicuum esse. Detur, inquit, & hoc. Habere item unumquemque collaborantium in luti comportationem assignatum sibi foramen unum, per quod solum oportet eum materiam propriam deponere, nulla ratione tangendo aliud quodcumque: proposita etiam pœna ignis & verberum, ei qui curiosius tentaverit aperire foramen alteri assignatum.

Οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα λοιπὸν δὴ θεώρησον. ἔνδοθεν τὸν πλάστην περιερχόμενον τὰς ὀπὰς, καὶ τὸν εὑρισκόμενον ἐν ἑκάστῃ πηλὸν κατ' ἰδίαν λαμβάνοντα πλάττειν, καὶ μηνῶν περιόδοις ἀποπλάσαντα, πάλιν ἀποδιδόναι τοῖς ἔξω διὰ τῆς αὐτῆς τὸν πλάστην ὀπῆς, ἔχοντα τοιαύτην ἐντολὴν, πάντα τὸν δυνάμενον δημιουργηθῆναι πηλὸν ἀδιαφόρως ἐργάζεσθαι, κἂν εἰς ἀλλοτρίαν ὑπό τινος εἰσοχετεύηται κακοτρόπως ὀπήν. οὐδὲν γὰρ ἠδικηκέναι τὴν ὕλην· διὸ ὡς ἀναιτίαν μὲν δὴ χρῆναι πλάττεσθαι καὶ μορφοῦσθαι. τὸν δὲ παρὰ τὸ διάταγμα καὶ τὴν ἐντολὴν εἰς ἀλλοτρίαν αὐτὴν ἀποτιθέμενον ὀπὴν, ὡς ἀλάστορά τε καὶ παραβάτην τιμωρεῖσθαι. οὐ γὰρ τὸν πηλὸν αἰτιατέον, ἀλλ' ἐκεῖνον τὸν παρὰ τὸ ὅσιον τοῦτο πεποιηκότα· ἀκρασίας γὰρ χάριν εἰς ἀλλοτρίαν ἀποκομίσας ὀπὴν ἀπέθετο λαθραίως τῇ βίᾳ. ἀληθέστατα λέγεις.

Tum jam mihi deinceps figulum interius foramina circumeuntem considera, & quamcumque sub unoquoque materiam offenderit, hanc fingentem, certisque mensium periodis efformatam statuam, per idem rursus foramen emittere: quippe cui hæc posita lex sit, ut nullo discrimine, quacumque aptam operi oblatam sibi argillam fingat ac figuret, etiamsi perverse per alienum a quopiam demissa foramen fuerit. Nihil enim peccasse materiam; ac propterea tamquam innoxiam fingi eam oportere atque formari. Eum vero qui contra interdictum in alienum ipsam foramen deposuit, ut sceleratum & transgressorem, merito pœna mulctandum esse. Non enim in lutum culpa referenda, sed in illum qui rem præter fas gessit. Impudicitiæ enim actus stimulis, in alienam vi furtim destinatam rimam intulit ac deposuit. Verissima loqueris.

Οὐκοῦν λοιπὸν δὴ καιρὸς τούτων ἤδη προδιηνυσμένων, ταύτην σε πᾶσαν προσάπτειν, ὦ σοφωτάτη, τὴν εἰκόνα τοῖς ἤδη ἔμπροσθεν εἰρημένοις.

V. Ergo his hactenus ita præparatis, restat ut omnem hanc similitudinem, o sapientissima, his quæ jam superius dicta sunt, adhibeas. Et domum qui-

τὸν μὲν οἶκον ἀφομοιοῦσαν τῇ ἀοράτῳ τῆς γενέσεως ἡμῶν φύσει· * τὴν δὲ προσκειμένην εἴσοδον τοῖς ὄρεσι, τῇ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν εἰς τὰ σώματα [1] καταβάσει καὶ καταπομπῇ τῶν ψυχῶν· τὰς δὲ ὀπὰς, τῷ θηλυκῷ καὶ γυναικείῳ γένει· τὸν δὲ πλάστην, τῇ ποιητικῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ, [a] ἥτις ἐπικαλύμματι τῆς γενέσεως ἡμῶν τῇ φύσει χρωμένη, * ἔνδον ἡμᾶς ἀοράτως ἀνθρωποπλαστεῖ, τὰ ἐνδύματα ταῖς ψυχαῖς ἐργαζομένη. τοὺς δὲ κομίζοντας τὴν ὕλην τοῦ πηλοῦ, τῷ ἀνδρείῳ καὶ ἀρρενικῷ παραβλητέον· ὁπότε διψήσαντες τέκνων, εἰς τοὺς κατὰ φύσιν τῆς θηλείας φερομένους πόρους ἐγκαταβάλλουσι τὴν σποράν, ὥσπερ κἀκεῖ τὸν πηλὸν εἰς τὰς ὀπάς. θείας γάρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, μοίρας τῆς δημιουργικῆς τὸ σπέρμα μεταλαμβάνον, οὐκ αὐτὸ αἴτιον νομιστέον εἶναι τῶν τῆς ἀκολασίας ὑπεκκαυμάτων. ἡ μὲν γὰρ τέχνη, τὴν ὑποκειμένην ὕλην ἀεὶ τεκταίνεται. οὐδὲν γὰρ αὐτόθι καθ' ἑαυτὸ τῶν πραγμάτων ἡγητέον εἶναι κακόν, ἀλλὰ παρὰ τὴν πρᾶξιν τῶν χρωμένων τοιῶσδε γίνεσθαι. κοσμίως μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ σωφρόνως, κόσμιον ἀπέβη· αἰσχρῶς δὲ καὶ ἀσχημόνως, αἰσχρόν. τί γὰρ ἠδίκησε σίδηρος γεωργικῆς χάελν καὶ τεχνῶν εὑρεθεὶς, τοὺς εἰς ἀλληλοφόνους αὐτὸν θήξαντας μάχας; τί δὲ χρυσὸς ἢ ἄργυρος ἢ χαλκὸς, καὶ συλλήβδην ἡ εὐέργαστος ἅπασα γῆ, τοὺς πλημμελοῦντας ἀχαρίστως εἰς τὸν σφέτερον δημιουργὸν, ἐν τῷ παρατρέπεσθαι τὰ ἀπ' αὐτῶν [2] ποικιλλόμενα βρέτη; κἂν γὰρ ἀπὸ κλεψιμαίων τῇ ὑφαντικῇ παρέχοιτό τις ἔελα τέχνη, πρὸς ἓν μόνον ἀποβλέπουσα τοῦτο ἡ τέχνη, δημιουργεῖ τὴν ὑποκειμένην, εἰ δέξεται τὴν κατασκευήν, οὐδὲν ἀποβαλλομένη τῶν ἑαυτῇ χρησίμων· ἐπεὶ μηδὲν αἴτιόν ἐστιν ἐνταῦθα τὸ κλαπὲν ἄψυχον ὄν. διὸ δή, αὐτὸ μὲν ἐργαστέον καὶ κοσμητέον· τὸν δὲ ὑφελόμενον ἀδίκῳ φωρᾷ τιμωρητέον. ἀτὰρ δὴ καὶ τοὺς δηλήμονας τῶν γάμων, καὶ διαρρήκτας τῆς εὐαρμοστίας τοῦ βίου τῶν χορδῶν, φλεγμαίνοντας οἴστρῳ, καὶ τὴν ὄρεξιν εἰς μοιχείαν ἐκκαλουμένους, αὐτοὺς μὲν βασανιστέον καὶ τιμωρητέον· ἀπ' ἀλλοτρίων γὰρ κήπων τὰς παιδογόνους λυμαίνονται κλέπτοντες συμπλοκάς· τὴν δὲ σποράν, ὥσπερ δὴ κἀκεῖ τὰ ἔελα, μορφωτέον καὶ ψυχωτέον.

Καὶ τί δεῖ παραδείγμασι τοσούτοις [b] κεχρημένην μηκύνειν τὸν λόγον; οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως ἐν ὀλί-

dem illam, inadſpectabilem generationis noſtræ naturam eſſe intelligas: aditum autem adjacentem montibus, deſcenſum e cælis animarum in corpora, & quod in illa mittuntur: foramina vero, femininum ſexum ac muliebrem: plaſten quoque, creatricem Dei potentiam, quæ pro generationis velo, noſtra utens natura, inadſpectabili ratione intus nos humana forma effingit, animarum indumenta concinnans. Qui denique lutum argillamque comportant, mares ac viros exprimere cogitandi ſunt, cum illi liberorum agente ſiti in naturales feminæ meatus ſemen injiciunt, haud ſecus ac illi argillam in foramina important. Semini enim, quadam divinæ creatricis potentiæ (ut ſic dicam) participatione aſperſo, haud imputandi exæſtuantes impuræ libidinis ardores. Ars porro in ſubjecta ſibi materia, quod ſuum eſt, agit. Nullam vero rem ex ſe ac per ſe ipſam malam eſſe, exiſtimandum eſt, ſed talem fieri per abutentium operationem. Honeſte videlicet & caſte exhibita, honeſta evadit: turpiter vero & indecenter adminiſtrata, turpis fit. In quo enim male meruit ferrum propter agriculturam & artes inventum, de iis qui ad mutuas illud cædes acuunt? In quo aurum aut argentum, aut æs, & ut verbo colligam, omnis materia atque metalla, dum ſe mollia præbent ac tractabilia, de his qui ingratis in auctorem ſuum animis, in ſtatuas varie diſtinctas efformataſque, hæc adoranda proponunt? Certe ſi quis furto quæſita vellera textrinæ præbuerit, in unum hunc ſcopum intuens ars, quod ſubjectum eſt fabricatur, ut ſtructuram admittat, nihil reſpuens eorum que illi ad uſum ſuum apta objecta ſunt. Nam neque quod furto ablatum eſt, in crimen vocandum ſit; quippe inanimum. Lanam itaque elaborare ac concinnare, nihil prohibet: qui vero injuſta eam manu furtoque abſtulit, is pœna afficiendus. Sic corruptores nuptiarum, ac qui concinnæ caſtæque vitæ, velut citharæ, temere chordas rumpunt, effrenes inflammatæ cupiditatis æſtus in adulteria laxantes, ipſi quidem cruciandi puniendique ſunt: nocent enim graviter, ex alienis hortis inconceſſos furando concubitus: ſemen vero ipſum, uti & illic vellera, formandum eſt animaque donandum.

VI. Et quid opus tanta exemplorum vi fruſtra ſermonem producere, cum ſatis liqueat Dei profe-

1. Καταβάσει καὶ καταπομπῇ] Locus hic difficilior, quo videtur Methodius ipſam Origenis præexſiſtentiæ Animorum opinionem ſequi, ac quaſi illi pridem πολιτείαν ſuam n cti in cælis, inde in corpora ſic a Deo formata deſcendant ac demittantur: ſive alias hæc illis pœna eſt & carcer, ut Origenes voluit; ſive natura, quod exponi poſſit Methodius, nec ita palam adverſatur fidei. Erudite admodum hanc ſpartam adornavit Leo Allatius, ac Methodium vindicavit; cum is qui illius occupavit Methodiani Sympoſii editionem, ſubolere ſibi difficile aliquid nec indicaverit. Putem ipſe Methodium nihil aliud velle, quod ita exprimit, quam Animorum naturam ſignificare, quæ a Deo ſit & cæleſtis, nec a materia proficiſcatur, velut anima reliquorum viventium, ſed a Deo proprio parente ſupra vim omnem actionis humanæ illiuſque ſupplemento, exeat; qui ſingulas ſingulis formatis corporibus jure quaſi naturæ, eaque quam ſibi præfixit lege, Animas tribuat, ne humana actio ad prolem ordinata, ſui inſufficientia & præſtantia effectus, caſſa maneat. Hinc certe noſtra dicta cæleſtis origo, & qua nobis ineſt ut in Deum auctorem noſtrum vergamus, etſi inefficaci conatu, niſi Dei ipſius gratia adjuvetur. Hæc fere mens Scholiaſtæ quem adducit Allatius ex ſuo codice, acerrimum ac eruditum Methodii vindicem: quem certe tantum Origenis adverſarium, præcipuo hoc illius errore haud putandum eſt ita abreptum eſſe: vel ſaltem fautores Origenis illi auſos aſpergere, cum ſtatim fraus ex reliquis Viri ſcriptis, ipſaque hac ejus lucubratione, prodenda foret. Hac eadem ratione Gregorius Theologus in Chriſti Natalem & ſanctum Paſcha, hominem vocat οὐράνιον καὶ ἐπίγειον ζῶν καὶ μικρὸν κόσμον· *Cæleſte & terreſtre animal ac parvum mundum*: utraque ſcilicet natura conſtantem, qua ipſe major mundus conflatur, ſpiritali & corporea: qui ipſe maxime opus ſit, ratione cujus *uſque modo Pater operatur*, uti ſupra citavit Methodius: non ſola argillæ membris humanis efformatione, ſed magis Animi, qui Dei proprium opus ac fabrica, nova in finem uſque mundi, per ſingulas hominum generationes, editione, a ſeque creatione.

2. Ποικιλλόμενα βρέτη] Variam lectionem in voce ποικιλλόμενα Vat. cod. agnoſcit etiam Allatius. Ad hæc Poſſinius pro βρέτη, fallentibus oculis, vel etiam illudente ſcriba, βρέφη legit; quod & conatur reddere, cum ſit nullius heic frugis. Non enim metalla enumerata, bene ad liberos componantur, ſed ad ſtatuas & ſimulacra, quæ ſic varia ex illis Græci colenda efformabant, invita natura, in contemtum Dei. Vox quoque ποικιλλόμενα ipſa non ſatis Græca, ut undique pateat, unam duntaxat probatam lectionem, quam ex Allat. & Maz. cod. ſequor.

a Ἥτις —— ἀνθρωποπλαστεῖ] Sic & Poſſinius. At Allatius: ἥτις αἰτία τῆς γενέσεως ἡμῶν, ὡς ἔφην, τῇ φύσει χρωμένη ἐστίν· αὕτη δὲ ἴσως ἀνθρωποπλαστεῖ. Neque aliter legit in cod. Mazar. editor Lupareus, omiſſis ſolummodo δὲ ἴσως poſt αὕτη.

b Κεχρημένην] Allat. & Poſſin. καταχρωμένην.

SÆCUL III. CIRCA ANN. CHR. 290.

γῳ χρόνῳ τοσοῦτον ἔξω θείας κομιδῆς ἔργον ἐξήνυσε φύσις. τίς γὰρ ὀστέων ἄπηκτον ἔπηξεν οὐσίαν; τίς δὲ ξυνέδησε ἐπιτείνεσθαι νεύροις καὶ ἀνίεσθαι περὶ τὰς ἁρμογὰς καμπτόμενα τὰ μέλη; τίς δ' ὑπονόμους κατεσκεύασε τῷ αἵματι, καὶ μαλακὴν ἀρτηρίαν τῷ πνεύματι; [1] ἢ τίς ἄλλος ἐζύμωσε χυμὸν δεύσας αἵματι, καὶ μαλθακὴν ἐκ χοὸς σάρκα; ἢ μόνος ὁ ἀριστοτέχνης τὴν λογικωτάτην εἰκόνα καὶ ἔμψυχον, τὸν ἄνθρωπον ἡμᾶς ἑαυτοῦ τεκταινόμενος, καὶ κηροπλαστῶν ἐξ ὑγρῶν καὶ βραχυτάτων σπερμάτων ἐν μήτρᾳ; τίς γάρ ἐστιν ὁ προμηθούμενος μὴ συμπνίγεσθαι τῷ ὑγρῷ καὶ τῇ συνοχῇ τῶν ἀγγείων, ἐπικλυζόμενον ἔσω τὸ ἔμβρυον; ἢ τίς ὁ μετὰ τὸ λοχευθῆναι καὶ εἰς φῶς ἀνελθεῖν, εἰς μέγεθος καὶ κάλλος καὶ ῥώμην ἐξ ἀσθενοῦς καὶ βραχέος μεταβάλλων, ἢ μὴ αὐτὸς οὗτος ὁ ἀριστοτέχνης, ὡς ἔφην, Θεὸς, τῇ ποιητικῇ δυνάμει τῷ Χριστῷ μετασχηματίζων καὶ μεταζωγραφῶν τὰς ἰδέας; * ὅθεν δὴ καὶ τημελούχοις Ἀγγέλοις, κἂν ἐκ μοιχείας ὦσι τὰ ἀποτικτόμενα, παραδίδοσθαι παρειλήφαμεν ἐν θεοπνεύστοις γράμμασιν. εἰ γὰρ παρὰ τὴν γνώμην ἐγίνοντο καὶ τὸν θεσμὸν τῆς μακαρίας ἐκείνης φύσεως τοῦ Θεοῦ, πῶς Ἀγγέλοις ταῦτα παρεδίδοτο τραφησόμενα μετὰ πολλῆς ἀναπαύσεως καὶ ῥᾳστώνης; πῶς δὲ καὶ κατηγορήσοντα σφῶν αὐτῶν τοὺς γονεῖς ἀπαρρησιάστως εἰς τὸ δικαστήριον ἐκάλλησκον τοῦ Χριστοῦ; σὺ οὐκ ἐφθόνησας ἡμῖν, ὦ κύριε, τὸ κοινὸν, λέγοντα, τοῦτο φῶς· οὗτοι δὲ ἡμᾶς εἰς θάνατον ἐξέθεντο, καταφρονήσαντες τῆς σῆς ἐντολῆς. ἐκ γὰρ ἀνόμων, φησὶν, [2] ὕπνων τέκνα γεννώμενα, μάρτυρές εἰσι πονηρίας κατὰ γονέων ἐν ἐξετασμῷ πιθανῶν λόγων.

Καὶ τάχα μὲν οὖν δὴ χώραν ἕξει πιθανολογῶν τις ἐν οὐ κριτικοῖς καὶ φρονίμοις ἀνδράσι, τὸν χιτῶνα τῆς ψυχῆς τὸν σάρκινον τοῦτον ὑπὸ ἀνθρώπων φυτευόμενον αὐτομάτη μορφοῦσθαι παρὰ τὴν ἀπόφασιν τοῦ Θεοῦ· [3] οὐ μὴν ἤδη καὶ τῆς ψυχῆς τὴν ἀθάνατον οὐσίαν μετὰ τοῦ θνητοῦ σπείρεσθαι διδάσκων πιστευθήσεται σώματος. τὸ * γὰρ ἀθάνατον καὶ ἀγήρω, μόνος ὁ Παντοκράτωρ ἐμφυσᾷ ἡμῖν, καὶ μόνος τῶν ἀοράτων ἐστὶ καὶ ἀνολέθρων ποιητής. ἐνεφύσησε γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο φησὶν ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. ἀμέλει τὰς χειροτέχνας τούτους ἀντιπώμενος ὁ λόγος, ἐπὶ λύμῃ τῶν ἀνθρώπων τὰ ἀνδροείκελα κατασκευάζοντας ἀγάλματα, οὐκ αἰσθόμενα τὸν ἴδιον ποιητὴν, ἐν τῇ πανκρέτῳ Σοφίᾳ φησί, Σποδὸς ἡ καρδία αὐτῶν, καὶ γῆς εὐτελεστέρα ἡ ἐλπὶς αὐτῶν, πηλοῦ τε ἀτιμότερος ὁ βίος αὐτῶν, ὅτι ἠγνόησαν τὸν πλάσαντα αὐτοὺς, καὶ τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτοῖς ψυχὴν ἐνεργοῦσαν, καὶ ἐμφυσήσαντα αὐτοῖς πνεῦμα ζωτικόν. οὗτός ἐστι πάντων ἀνθρώπων ποιητὴς ὁ Θεὸς. διὸ καὶ πάντας ἀνθρώπους, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, σώζεσθαι βούλεται, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. καὶ ἐπειδὴ τοῦτο μόλις τέλος ἔσχε, λοιπὸν δὴ τὰ μετὰ ταῦτα λεκτέον. Ὁπόταν γάρ τις τὴν θεωρίαν τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον συμβαινόντων κατὰ φύσιν ἀκρι-

A Ꞩto opus esse, corporum ſtructuram? Quando enim natura brevi adeo tempore, niſi Deo adjutorium ſubminiſtrante, tantum opus perficeret? Quis enim incompactam compegit oſſium ſubſtantiam? Quis vero colligavit, ut nervis extenderentur ac remitterentur ad juncturas artuum ſic membra flectentia? Quis cuniculos ſanguini, mollemque ſpiritui arteriam præparavit? Aut quis alius humorem ſanguine imbutum, exque limo mollem palpam, fermento prope dilatavit; niſi ſolus ſummus artifex, qui vivum nos hominem, rationalem ſui effigiem fabricatus, ex humanis tenuiſſimiſque ſeminibus, velut ex cera, in vulva effingit? Ad cujus enim id curam ſpectat, ne tum humido, tumque vaſculorum B anguſtiis ſuffocetur, intus innatans utero geſtatus imperfectus fetus? Quis a partu jam editum inque lucem ſuſceptum, ſic imbecillem exiguumque in molem & formam ac robur idoneum provehit? niſi ille idem, ut dixi, ſupremus artifex Deus, creatrice vi, quaſi Chriſto exemplari figuras ducens atque ad vivum ſpecies depingens? Unde & tutelaribus Angelis, etiam ex adulterio ſuſceptas proles commendari, ex divinis litteris accepimus. Si enim invita beatæ illius naturæ (Dei ſcilicet) voluntate, præterque ejus conſilium ac legem exſiſterent: quomodo Angelis traderentur blande admodum ac indulgenter educandæ? Quomodo etiam ſuos genitores accuſaturæ, libere ad Chriſti tribunal citarent? Tu C quidem, Domine, inquiunt, non invidiſti nobis commune hoc lumen: hi autem nos in mortem expoſuerunt, contemto tuo mandato. [a] *Ex illegitimis enim ſomnis*, inquit, *filii qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ adverſus parentes in interrogatione perſuaſibilium ſermonum*.

VII. Et adhuc locum habebit aliquis probabiliter diſputandi apud imperitos & imprudentes, tunicam hanc animæ carneam, ab hominibus ſatam, caſu formari præter Dei ſententiam; immortalem tamen animi ſubſtantiam cum mortali ac fragili corpore ſeminari qui doceat, fidem non merebitur. Quod enim mortis ſeniique expers eſt, ſolus utique nobis D inſpirat Omnipotens, ſoluſque inviſibilium incorruptibiliumque creator eſt. [b] *Inſpiravit enim*, inquit, *in faciem ejus ſpiraculum vitæ: & factus eſt homo in animam viventem*. Denique artifices illos increpans Scriptura, qui ad hominum perniciem, humana forma ſtatuas concinnarent, nullo ejus ſenſu præditas, quo auctore fiant, in libro Sapientiæ (omnis ſcilicet virtutis officina) ait: [c] *Cinis eſt cor eorum, & terra ſupervacua ſpes eorum, & luto vilior vita eorum: quoniam ignoraverunt qui ſe finxit, & qui inſpiravit illis animam quæ operatur; & qui inſufflavit eis ſpiritum vitalem*. Hic cunctorum hominum conditor eſt, Deus. Proptereaque, ut ſcribit Apoſtolus, [d] *Vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis* E *venire*. Et quoniam hoc vix tandem caput expedivimus, quæ ſuperſunt deinceps dicenda ſunt. Ubi enim quis, eorum quæ ex humana ratione homini accidunt, conſiderationem natura duce diligenter didi-

a Sap. xv. 6. b Gen. II. 7. c Sap. xv. 10. 11. d I. Tim. II. 4.

1. Ἢ τίς ἄλλος] Monſtra quodam codex Vat. ἢ τίς Θεός quod & Poſſinius ſequitur. Accepi, non ut novam lectionem, ſed ut partem textus, quo exponitur mira fabrica humani corporis: quod ex parvo humore ac ſpuma quaſi fermento dilatetur maſſa corporis, in dura oſſa ac mollem carnem cruentumque humorem exporrecta.

2. Ὕπνων] Sic & Vulg. emendata, cum pro *ſomnis* irrepſiſſet *omnes*, ut teſtatur Nobilius.

3. Οὐ μὴν ἤδη] Planum argumentum Methodii. Eſto admitti poſſit corpus ſic a natura formari, velut fere in reliquis animantibus, vi ſcilicet ſeminis: de Animo tamen qui ſit immortalis, qui dicat, nullam fidem mereri, ſed a Deo αὐτῶς fieri & dari. Poſſinius tamen interrogate legens, id affirmat quod negat Methodius: quamquam ex fide ejus qui de corpore ita ſentit; quaſi arguat Methodius unum ex altero ſequi. quod eſſet argumentum a minori ad majus affirmate; proinde nullius conſequentiæ. Contra, dato priore membro, alterum nulla probabilitatis ſpecie dari poſſe aut admitti, ex ipſa rei indole evincit & locis Scripturæ: quod utique gravis Theologi eſt. Apud Allatium etiam particula *non* obrepſit, mendo ut videtur typographico; qua ſubmota, omnia conſtant.



θῶς ἐκμάθῃ, εἴσεται μὴ βδελύσσεσθαι παιδοποιΐαν· ἐπαινεῖν δὲ καὶ προτιμᾶν Ἁγνείαν. οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ τῶν ἄλλων ἡδύτερόν ἐστι καὶ προσηνέστερον τὸ μέλι, τὰ λοιπὰ δὴ ταύτῃ νομίζεσθαι προσήκει πικρά, ὁπόσα δὴ τῇ ἐμφύτῳ γλυκασίᾳ κεκέρασται τῶν ἀκροδρύων. καὶ τούτων μὲν ἐχέγγυον μάρτυρα παρέξομαι τὸν Παῦλον, Ὥστε καὶ ὁ γαμίζων, λέγοντα, τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, καλῶς ποιεῖ· καὶ ὁ μὴ γαμίζων, κρεῖσσον ποιεῖ. οὐ γὰρ δὴ τῇ τοῦ κρείττονος καὶ γλυκυτέρου παραθέσει, τὸ ἕτερον ἀνειλεῖν εἰσηγορεῦσαι ὁ λόγος· ἀλλ᾽ ἑκάστῳ τὸ οἰκεῖον καὶ λυσιτελὲς ἀπονέμειν διαθεσμοθετεῖ. τοῖς μὲν γὰρ οὐδέπω συνεχώρησε Παρθενίας τυχεῖν· τοὺς δὲ οὐκέτι βούλεται χραίνεσθαι φοινισσομένους ἐρεθισμοῖς, ἀλλὰ μελετᾶν ἀπεντεῦθεν ἤδη καὶ φαντάζεσθαι τὴν ἰσάγγελον μεταστοιχείωσιν τῶν σωμάτων· ἔνθα οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, κατὰ τοὺς ἀψευδεῖς τοῦ Κυρίου χρησμούς· ἐπεὶ μηδὲ πᾶσιν ὁ ἀμόλυντος καὶ παρεκτικὸς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν εὐνουχισμὸς ἐμπιστεύεται· ἀλλὰ μόνοις δηλονότι, τοῖς δυναμένοις τὸ ἀειθαλὲς ἄνθος, καὶ ἄχραντον τῆς Παρθενίας τηρῆσαι. ἀνθηροτάτῳ γὰρ καὶ ποικιλωτάτῳ λειμῶνι ἀπεικάζεσθαι λόγος ἔχει προφητικὸς τὴν ἐκκλησίαν, οὐ μόνον τοῖς τῆς Ἁγνείας πεποικιλμένην καὶ κατεστεμμένην ἄνθεσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῆς τεκνογονίας καὶ τοῖς ἐγκρατείας. ἐν κροσσωτοῖς γὰρ χρυσοῖς πεποικιλμένη ἀπὸ δεξιῶν ἡ βασίλισσα παρέστατι τοῦ Νυμφίου.

Ταῦτά σοι κατὰ δύναμιν κἀγὼ τὸν ἐμαυτῆς, ὦ Ἀρετή, εἰς τὸν περὶ τῆς ἀληθείας συμβάλλομαι λόγον. εἰπούσης δὲ ταῦτα τῆς Θεοφίλας, θόρυβον ἡδὺν ἐκ πασῶν ἡ Θεοπάτρα ἔφη γεγονέναι τῶν Παρθένων, ἐπαινουσῶν τὸν λόγον. ὡς δὲ ἡσύχασεν, σιωπῆς ἐπὶ πολὺ γενομένης, ἀναστῆναι τὴν Θάλειαν· ταύτῃ γὰρ ἐν τρίτῳ ἐπετέτραπτο μετὰ τὴν Θεοφίλαν ἀγωνίζεσθαι, ὑπολαβοῦσα οὖν ἐντεῦθεν, ὡς οἶμαι, ἤδη καὶ αὐτή.

A cerit, sane noverit haud abominandam liberorum procreationem, cum tamen Castimonia majori laude atque honore coronanda sit. Neque enim eo quod mel ceteris dulcius est ac suavius, continuo reliqua amara reputare convenit, quæcumque in fructibus jucundi saporis partem aliquam a natura sortita sunt. Et horum quidem idoneum testem producemus Paullum, cujus illa sunt: [a] *Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit.* Non enim scilicet id proponendo quod melius ac dulcius est, aliud omnino Scriptura sublatum voluit: sed unicuique quod proprium est ac utile, tribuendum decernit. Sunt quibus nondum concessit potiri Virginitate: sunt quos non amplius B titillationibus erubescentes inquinari permittit, sed jam inde meditari, deincepsque cogitare vult, Angelicæ puritatis æmulam corporum transformationem; ubi juxta verax Domini oraculum: [b] *Non nubunt, neque nubuntur.* Quandoquidem non omnibus incontaminatus ille, & [c] quo regnum cælorum præbeatur, Eunuchismus creditur: sed illis dumtaxat, qui & semper virentem & incontaminatum Virginitatis florem valent servare. Florentissimo enim & maxime variegato prato comparari Ecclesiam habet propheticus sermo, non modo Virginitatis distinctam & coronatam floribus, sed & conjugii, & continentiæ. [d] *In fimbriis* enim *aureis variegata adstat regina a dextris* Sponsi.

C Hæc tibi pro viribus ego meis, o Arete, confero ad susceptum pro veritate sermonem. Quibus a Theophila dictis, lene a cunctis Virginibus extitisse murmur narrabat Theopatra, illis sermonem laudantibus. Ubi autem susurrus quievit, post longum silentium, assurrexisse Thaliam: (ei quippe tertio loco mandatum erat post Theophilam concertare.) Ea igitur sequens, hinc & ipsa exorsa est.

Λόγος Γ'.

Θ Α Λ Ε Ι Α.

Σὺ μοι δοκεῖς, ὦ Θεοφίλα, ἔφη, καὶ τῇ πράξει καὶ τῷ λόγῳ πασῶν κρατιστεύειν, καὶ σοφίας τὰ δεύτερα φέρεσθαι οὐδενός. οὐ γάρ ἐστιν ὅστις αἰτιάσεταί σου τὸν λόγον, οὐδ᾽ εἰ παντάπασι φιλόνεικος εἴη καὶ ἀντιλογικός. πλὴν ἐκεῖνό με μόνον, τῶν ἄλλων ὀρθῶς εἰρημένων, ὦ μακαρία, δοκεῖ ταράττειν τι καὶ ἀνιᾶν, ἀναλογιζομένην, ὡς οὐκ ἂν ὁ πνευματικώτατος σοφὸς ἀνήρ, τὸν Παῦλον λέγω, ματαίως ἀνέφερεν εἰς Χριστὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, [1] τὴν σύνερξιν τοῦ πρωτοπλάστου καὶ τῆς γυναικός, εἰ μηδὲν ὑψηλότερον ἐφαντάζετο τῶν ῥητῶν καὶ τῆς ἱστορίας ἡ γραφή. εἰ γὰρ ὅλως εἰς τὸν περὶ συνελεύσεως ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς δεῖ παραλαμβάνεσθαι τύπον ψιλῶς τὴν γραφήν, τίνος δὴ χάριν ὁ Ἀπόστολος τούτων ἐπιμνησθεὶς, καὶ εἰς τὴν τοῦ Πνεύματος ἡμᾶς, οἶμαι, χειραγωγῶν ὁδόν, εἰς Χριστὸν καὶ εἰς Ἐκκλησίαν ἀναφέρων, ἀλληγορεῖ τὰ κατὰ τὴν Εὔαν καὶ τὸν Ἀδάμ;

Ἡ μὲν γὰρ λέξις τῆς Γενέσεως οὕτω φησί· Καὶ εἶπεν ὁ Ἀδάμ, Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· αὕτη κληθήσεται Γυνή, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ,

ORATIO III.

THALIA.


I. Mihi videris, o Theophila, & actione & D eruditione cunctis præcellere, nec cuiquam sapientiæ laude cedere. Non enim est qui reprehendere possit Orationem tuam, vel si contentiosus & pervicax sit. Unum tamen in ea me, aliis præclare dictis, o beata, videtur turbare, ac quasi injecto scrupulo moleste habere, dum mecum reputo, haud frustra spiritu plenissimum ac sapientem virum (Paullum dico) in [e] Christum & Ecclesiam relaturum conjunctionem primi hominis ac mulieris, si nihil sublimius Scriptura innueret, quam quod ex nudis ipsis verbis ac historia, pervio sensu haberi potest. Si enim omnino de viri ac mulieris congressu nude locus Scripturæ accipi debet, quid caussæ est, cur Apostolus eum citans, & ad Spiritus, E puto, nos manu ducens viam, quæ de Adamo & Eva memorantur, per allegoriam in Christum transfert & in Ecclesiam?

Locus Geneseos sic habet: [f] *Et dixit Adam, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Mulier, quoniam de viro sumta est. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in*

a 1. Cor. VII. 38. *b* Matth. XXII. 30. *c* Matth. XIX. 12. *d* Psal. XLIV. 10. *e* Ephes. V. 32. *f* Gen. II. 23. 24.

1. Τὴν σύνερξιν] Malui retinere Vat. vocem, quod etiam in reliquis postmodum repetatur; ut appareat glossema esse, quod Allat. & Mar. heic σύζευξιν habent: quasi rariorem vocem, ut solet, communiore exponant. Ea utitur Plato in eam ipsam rem, pro viri & uxoris quasi in secreto, copulatione, quæ nuptiarum mysterium est, quod Apostolus in Christum & Ecclesiam transfert.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 290.



καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ὁ δὲ Ἀπόστολος εἰς αὐτὴν δὴ ταύτην ἐπισκεπτόμενος τὴν περικοπὴν, οὐκέτι κατὰ τὸ κείμενον αὐτὴν, ὡς ἔφην, αἰσθητῶς ἐπὶ συνέρξεως βούλεται παραλαμβάνεσθαι γυναικός τε καὶ ἀνδρὸς, ὥσπερ δὴ καὶ σύ. σὺ γὰρ φυσικώτερον ἐπεξεργαζομένη τὸν λόγον, συλλήψεων πέρι καὶ τοκετῶν ἔδωκας μόνον ἀποφαίνεσθαι τὴν γραφήν. ἵνα γὰρ τὸ ἀπὸ τῶν ὀστέων ὀστοῦν ἄνθρωπος ἕτερος ληφθὲν γεννηθῇ, ταύτῃ συνεῖναι τὰ ζῶα σπαργῶντα [a] δρυῶν δίκην ἐν ὥρᾳ τοῦ κύειν. ἐκεῖνος δὲ πνευματικώτερον εἰς Χριστὸν ἀναπέμψας τὸν λόγον, διδάσκων οὕτως ἔφη. Ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυτὸν ἀγαπᾷ. οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησεν, ἀλλ᾽ ἐκτρέφει καὶ θάλπει, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν, ὅτι μέλη ἐσμὲν τοῦ σώματος αὐτοῦ. ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστίν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν.

A *carnem unam*. Apoſtolus autem eam ſententiam conſiderans, nequaquam illam prout jacet, juxta ſenſum ut dixi ac ſonum litteræ, de viri ac feminæ copula vult accipi, quemadmodum tu facis: naturali modo de conceptibus ſolummodo ac partubus Scripturam iſtam interpretando. Sic enim poſuiſti; Ut os ex oſſibus homo alter ſumtum gigneretur, coire viva corpora, diſtendique ac tumere, arborum inſtar, cum prægnant. Paullus autem ſpiritaliter ad Chriſtum hæc referens, in hunc nos modum edocet. [a] *Qui ſuam uxorem diligit, ſe ipſum diligit. Nemo enim umquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam: quia membra ſumus corporis ejus.* B *Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo in carnem unam. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico, in Chriſtum & in Eccleſiam.*

Μὴ κινείτω δέ σε, εἰ περὶ ἑτέρων διαλεγόμενος εἰς ἕτερα μεταπηδᾷ· ὥστε νομίζειν ἀναμιγνύναι καὶ παρεμβάλλειν αὐτὸν ἀνόμοια τοῖς προκειμένοις, παρεκβαίνοντα τοῦ σκέμματος, ὥσπερ δὴ καὶ νῦν. περὶ τῆς Ἁγνείας γὰρ ἐθελήσας ὡς εἰκὸς, μεμελημένως αὐτῷ κρατυνθῆναι λόγον, προδιορθοῦται πρότερον τὴν ἐπιχείρησιν, τῷ λειοτέρῳ τῆς φράσεως ἀρχόμενος τύπῳ. * ὁ γάρ τοι χαρακτὴρ αὐτῷ τῶν λόγων ποικιλώτατος ὢν, καὶ κατὰ παραύξησιν ἐξειργασμένος· ἄρχεται μὲν ἐπιπολαιότερον· προχεῖται δὲ εἰς τὸ ὑψηλότερον καὶ μεγαλοπρεπές· εἶτ᾽ αὖθις εἰς βαθύτητα μεταβάλλων, ὅτε μὲν εἰς τὸ ἁπλούστερον καὶ ἀφελὲς, ὅτε δὲ εἰς τὸ δεινότερον καταλήγει καὶ λεπτὸν, οὐδὲν ἀλλότριον ἐπεισάγων τῶν κεφαλαίων ταῖς ἐξαλλαγαῖς· ἀλλὰ πάντα κατά τινα θαυμαστὴν οἰκειότητα συμπεριγράφων εἰς ἓν τὸ προκείμενον αὐτῷ σκέμμα τῆς ἀποθέσεως ἀπεργάζεται. χρὴ οὖν με ἀκριβέστερον ἀνακαλύψαι τὸν νοῦν τῶν κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἐπιχειρημάτων, οὐδὲν τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων ἀνακρουομένην.


II. Nec vero te moveat, quod aliis de rebus inſtituto ſermone, ad alia tranſſilit: ut permiſcere doctrinam videatur, eaque intercalare quæ argumento diffideant, ab inſtituta digrediens conſideratione, uti ſe res in verbis inductis habet. Nam cum de Caſtitate, ut apparet, ſedulo doctrinam tradere ac confirmare vellet, inſinuat ſe prius, & molles quaſi C aditus ad eum ſcopum captat, leniori ac plauſibiliori utens ſermonis ingreſſu. Eſt enim ejus dictionis character admodum varius, & ad rem ſenſim augendam comparatus. Ac ipſo quidem exordio rem levius attingens, moxque ſe in altiora ac magnifica diffundens: tum rurſus in profunditatem ſe ſe demittens, interdum in ſimplex aliquid & facile, interdum in difficilius aliquid & ſubtilius deſinit; nec quidquam tamen per iſtas alternationes alienum a ſcopo inducit: ſed cuncta mirabili quadam neceſſitudine ac nexu complexus, inſtitutæ a ſe conſiderationis unum argumentum abſolvit. Operæ pretium igitur factura videar, ſi Apoſtolicarum ſententiarum ſenſum paullo accuratius explicavero; ita ta- D men, ut earum quæ jam in ſuperioribus dicta ſunt, nihil rejiciam.

Ἱκανῶς γὰρ κἀκεῖνά μοι διεξεληλυθέναι καὶ λαμπρῶς δοκεῖς, ἀκινδυνότερον, ὦ Θεοφίλα, τὰ ῥήματα τῆς γραφῆς, ὡς εἶχεν, ἐπεξεργασαμένη. σφαλερὸν γὰρ πάντῃ καταφρονεῖν τῶν κειμένων, ὡς εἴρηται, μάλιστα τῆς Γενέσεως, ἔνθα ἀποφάσεις ἀπαράλλακτοι φέρονται τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν σύστασιν τοῦ παντὸς, αἷς ἡρμοσμένως εἰσέτι καὶ νῦν κάλλιστα κατὰ μέτρον τέλεον ἀπαρτιοῦται τελείως ὁ κόσμος, ἔστ᾽ ἂν αὐτὸν πάλιν αὐτὸς ὁ διακοσμήσας νομοθέτης, ἀναστοιχειῶσαι βουληθεὶς, ἑτέρῳ διατάγματι τοὺς πρώτους τῆς φύσεως ἀναλύσῃ θεσμούς. ἀλλ᾽ ἐπεὶ οὐ χρὴ ἀνεξέλεγκτον, καὶ ὥσπερ ἐξ ἡμισείας χωλὴν τὴν ἀπόδειξιν τοῦ λόγου καταλεῖψαι· φέρε δὴ καὶ τὴν κατ᾽ ἀναγωγὴν αὐτῇ συζυγίαν ἀποδῶμεν ἡμεῖς, βαθύτερον ἐπισκεψάμεναι τὴν γραφήν. οὐ γὰρ τοῦ Παύλου καταφρονητέον, τοῦ ὑπερκαταβαίνοντος τὸ ῥητὸν, καὶ εἰς τὸν Χριστὸν αὐτὸ συντείνειν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἀποφηναμένου.

Abunde enim atque præclare illa quoque videris ediſſeruiſſe, cautius, o Theophila, ipſa prout jacent Scripturæ verba exponens. Nam neque periculo vacat, ſubjecti textus verba, uti dictum eſt, omnino ſpernere; præſertim Geneſeos, ubi condenda rerum hujus univerſitatis mole ac ſtatuenda, immobilia Dei feruntur oracula ac decreta: quibus in hunc uſque diem aptatus mundus, ſuis ſenſim partibus perfecte dirigitur; donec rurſus ipſe qui concinnavit Legiſlator, opus ſuum reformare volens, primas naturæ leges alia conſtitutione antiquaverit. Sed quoniam non decet inexploratam E ac velut dimidia ſua parte claudicantem explicationem doctrinæ relinquere; age, anagogicum quoque litterali ſenſum, velut alterum bigæ animal reddamus, profundius hanc Scripturam ſpeculando. Non enim is eſt qui contemni poſſit Paullus, quem modo vidimus tranſſcenſo dicti hujus vulgari ſenſu, ad Chriſti illud myſterium Eccleſiæque traduxiſſe.

[a] Epheſ. V. 28-32.

a Δρυῶν δίκην] Lectio ex conjectura interpretis. Nam Vat. codex habebat δρῶν δίκην. Maz. gloſſemate docti lectoris e margine in contextum, ut veriſimile eſt, recepto δένδρων pro δρυῶν poſuit. δρῦς, ut Græce ſcientibus notum, non ſolam quercum, ſed omnino genus omne arborum ſæpe ſignificat, immo & plantarum. Nam ἀκρόδρυα de omni fructu dici, Cajus etiam Juriſconſultus annotavit. Si cui tamen magis probetur δένδρων, non repugnabimus. Editor Lupar.



Καὶ πρῶτον ἐξεταστέον, [1] εἰ Ἀδὰμ ἀπεικάζεσθαι δύναται τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, ἐν τῷ παραπτώματι τῆς παραβάσεως ἁρεθεὶς, καὶ ἀκούσας τὸ, Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. πῶς δὲ καὶ πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως νομισθήσεται, ὁ μετὰ τὴν γῆν καὶ τὸ στερέωμα πηλοπλαστούμενος; πῶς δὲ καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς αὐτὸς εἶναι συγχωρηθήσεται, ὁ ἐκβαλλόμενος διὰ τὴν παράβασιν, ἵνα μὴ πάλιν ἐκτείνας τὴν χεῖρα καὶ φαγὼν ἀπ᾽ αὐτοῦ, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα; * τὸ γὰρ ἀπεικαζόμενον, ἐκείνῳ οὗ ἐστιν ἀπείκασμα, ὁμοιοῦσθαι καὶ παραβάλλεσθαι κατὰ πολλὰ χρὴ, ἀλλὰ μὴ ἐκ τῶν ἐναντίων καὶ ἀνοικείων τὴν σύστασιν ἔχειν. οὐ γὰρ ἂν τὸ ἄνισον τῷ ἀρτίῳ, ἢ τὴν ἁρμονίαν τῇ ἀναρμοστίᾳ τις ἐξισάσαι τολμῶν, ὡς ἔμφρων ἀποδεχθήσεται· ἀλλὰ τὸ ἴσον τῷ φύσει ἴσῳ, κἂν ἐξ ὀλίγου ἴσον ᾖ, καὶ τὸ λευκὸν τῷ φύσει λευκῷ, κἂν αὐτὸ βραχύτατον ᾖ καὶ μετρίως φαντάζοιτο τὴν λευκότητα ἐκείνου, δι᾽ ἣν δὴ καὶ αὐτὸ λέγεται λευκόν. ἴσον δὲ καὶ ἁρμόνιον καὶ λαμπρὸν, τὸ ἀναμάρτητον εἶναι καὶ ἀδιάφθορον ἀνενδοιάστως παντί που σαφὲς, [2] τὴν σοφίαν· ἀνάρτιον δὲ καὶ ἀναρμόνιον, τὸ θνητὸν καὶ ἁμαρτωλὸν, καὶ διὰ κατάγνωσιν ἐκβληθὲν καὶ ἀπὸ καταδίκην ἐληλυθός.

Τὰ μὲν οὖν δὴ πρὸς τῶν πολλῶν ἀντιστραφευόμενα, σχεδὸν εἶναι τοιαῦτα δὴ νομίζω, ὅσοι δὴ μὴ θέλουσιν εἰς Χριστὸν ἀναφέρεσθαι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καταφρονοῦντες τῆς συνέσεως, ὡς εἰκὸς, Παύλου. φέρε γὰρ ἡμεῖς ἐπισκεψώμεθα, πῶς ὀρθοδόξως ἀνήγαγε τὸν Ἀδὰμ εἰς τὸν Χριστὸν, οὐ μόνον τύπον αὐτὸν ἡγούμενος εἶναι καὶ εἰκόνα, ἀλλὰ καὶ [3] αὐτὸ τοῦτο Χριστὸν καὶ αὐτὸν γεγονέναι, διὰ τὸ τὸν πρὸ

III. Atque heic primum disquirendum, an Adam comparari possit Filio Dei: ille, inquam, Adam in lapsu prævaricationis deprehensus, quique audivit, [a] *Terra es, & in terram reverteris.* Quomodo vero etiam [b] *primogenitus omnis creaturæ* putabitur, qui post terram & firmamentum e luto formatus est? Rursus qua ratione [c] lignum vitæ eum esse concedetur, qui ejicitur [d] propter prævaricationem, ne rursus extendat manum & comedat ex ipso, & vivat in æternum? Quod enim comparatur alteri, illi pluribus simile exsistat necesse sit ac affine, non contrario plane modo ac dissentanee se habeat, & quasi ex oppositis consistat. Nemo enim qui impar pari, & harmonicum concentum non harmonico dissentaneoque comparare audeat, sapientis laudem consequitur. Sed par, natura pari haud immerito comparetur, etsi solum modico par exsistat; albumque, albo natura, etsi minutissimum sit, illiusque albedinis sensum modice referat, quatenus ipsum quoque album audiat. Jam par & harmonicum & candore splendidum cunctis plane citra omnem ambiguitatem habeatur, quod a peccato ac interitu immune exsistit (nempe Sapientia:) impar vero & inharmonicum atque dissentaneum, quod mortale & peccato obnoxium ac quasi reprobum ejectum pœnæque addictum est.

IV. Hæc fere esse existimo quæ ab eis vulgo objectantur, qui spreta, ut apparet, Paulli prudentia, primum hominum ad Christum negant referri. Age vero nos quoque consideremus, quam is recto sanoque sensu Adamum ad Christum retulerit; non hoc solum, quod Adamum Christi figuram ac simulacrum fuisse censuerit, sed quod etiam hoc ipsum, eumdem ipsum Christum exstitisse existimaverit; id-

a Gen. III, 19. *b* Coloss. I, 15. *c* Apoc. II, 7. *d* Gen. III. 22.

1. Εἰ Ἀδάμ] Allatius parenthesim interponit. εἰκὸς γὰρ ἀντιπαραθεῖναι τινὰς ἄλλοτε ἄλλως· πῶς ὁ Ἀδάμ, quæ aliis desiderantibus, non admodum necessaria mihi visa est: & forte scholion sit, quod in textum irrepserit: ubi Allatius ἀντιπροθεῖναι legit, reddiditque, *Non enim dedecet alias alio modo & tempore considerationes interponere.* Malim tamen, *Par enim est quosdam alias aliter inter se componere*, seu comparare; id est, secundum aliam & aliam rationem pro loco & tempore, quomodo idem sæpe contrariis comparatur, ut quod & Christus Leo dicitur, & diabolus: sicque fuerit istud προδιόρθωσις ad sequentem comparationem primi & secundi Adam, in qua Methodius non omnino rectum servavit.

2. Τὴν σοφίαν] Hiulcam sibi litteram fingit Possinius redditque, *in confesso est apud sapientes*: cum velit Methodius, ipsam sapientiam τὸ ἀναμάρτητον esse, quod *ab omni immune peccato est*, cujus sunt & aliæ dotes ibi assignatæ, contrariæ illi quod mortale & peccato obnoxium est, cujusmodi sunt primus & secundus Adam, inter quos proinde nulla videatur admittenda comparatio. Hæc enim ratio est eorum, quos ipse confutat: estque simile illi Apostoli, *Quæ societas luci ad tenebras? quæ conventio Christi ad Belial?* 2. Cor. 6, 15. in eo scilicet in quo ita dissident, & quod illis nominibus præcise importatur: cum alioqui res ipsas in aliquo convenire nihil impediat.

3. Αὐτὸ τοῦτο Χριστὸν γεγονέναι.] Non videntur hæc sane dicta. Possinii expositio pia est, sed violenta. Plane enim distinguit Methodius primum Adamum ac secundum, vultque utramque ipsum re ipsa Christum exstitisse, incedente Verbo ac illabente; primo, ex terra virgine; tumque alteri, utero virginali formato: ratione etiam firmans, quod primum Dei germen & primus Archangelorum, *primum τοῦ ἀνθρωπείου*, *humani generis*, ut Allatius, vel τῶν ἀνθρώπων, *hominum*, incessere debuerit, puraque divinitate uterque ipsum quod est esse Christus, fuerit: quæ voces partim Arianici furfuris sunt, partim Nestoriani. Quod primus Archangelorum ὁ Λόγος & Sapientia, qui in primum Adamum immeaverit, tumque in secundum, sitque in eis primus, uti Adamus primus [illegible] in hominibus intra lineam creatorum, quanta [illegible], eumdem Λόγον ponit, qui [illegible] Angelorum [illegible] hominum [illegible] Λόγος. non [illegible] Angelus, vel homo; quod nusquam Angelus exstiterit, ut nec Angelos, sed semen Abrahæ, Paullo auctore, apprehendit. Id vero purus putus Arianismus est; quo dato, nihil non concedebant Catholicis ad titulorum fumum & excellentias, quibus Λόγον, sic a Dei ipsa natura & οὐσίας extraneum, primumque in creatorum serie & Intelligentiarum, exornare vellent, etiam Deum dicendo, sed ὁμωνύμως, Deum factitie & θέσει, non natura ipsa deitatis entisque a se necessarii, & qua unum, una substantia & virtus, cum Deo & Patre sit. Eodem sensu Arianico Eusebius passim Ἀρχιστράτηγον, *Principem cælestis militiæ* vocat: quam in eo vocem perstringunt in cod. cardin. Mazar. aliisque Scholiastæ, magisque in Michaelem, quam in ipsum Λόγον qua Λόγος, quadret: quamquam illa ipsa difficilius trahantur ad sanum sensum, quod ita Methodius primum Archangelorum posuit, analogia ad Adamum primum hominum: vellemque vel Allatium heic medicinæ aliquid fecisse aperiendo Methodij sensum catholicum, vel etiam Possinium, qui & ipse dissimulat; solumque excusat caput τῆς Οἰκονομίας: ut dicatur primus Adam ipse re ipsa Christus, quod ipse verus Christus, ex eo carne sumta, secundus Adamus homo factus sit; & quasi ipse jam aliqua sui parte Christus exstiterit: quod quam remotum sit, nemo non videt; extraque mentem Methodii, qui τὸν Λόγον, Archangelorum primatem, primum hominem incessere debuisse congruentia assumat, quod uterque primus & caput sui ordinis. Quousque ita incessit, ipse τὸ ἀναμάρτητον (*ipsa innocentia*, ut hic vocem voce reddam) & *Sapientia*, ut tamen peccaverit, factusque tenebræ & insipiens sit &c. argumento est, horum unionem voluntate fuisse & accidentario dono gratiæ, velut in Prophetis, non natura & substantia, καθ᾽ ὑπόστασιν (ut vocant nostri Theologi) quæ omnem potentiam peccandi excludit, quod per eam Λόγος ipse auctor operationum sit ac agens proprium, in natura quam ea unione suam fecit. Hoc discrimen tangere debuit Methodius, & quo συνωνύμως Christum significaret primum ac secundum Adamum: secus vero, non in incessione videtur discrimen ponere, sed in naturæ quam incesserit, ne priori similem lapsum incurreret peculiari intra claustra virginalia protectione ejusque paullatim quasi duratione; quod quid aliud sit quam professus Nestorianus, cujus merito Christus Dei

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



αἰώνων εἰς αὐτὸν ἐγκατασκῆψαι Λόγον, ἥρμοζε γὰρ A [a] τὸ πρωτόγονον τοῦ Θεοῦ ϗ πρῶτον βλάστημα ϗ μονογενὲς τὴν σοφίαν, τῷ πρωτοπλάστῳ ϗ πρώτῳ ϗ πρωτογόνῳ τῶν ἀνθρώπων ἀνθρώπῳ κερασθεῖσαν ἐνηνθρωπηκέναι. τοῦτο γὰρ εἶναι τὸν Χριστόν, ἄνθρωπον ἀκράτῳ θεότητι ϗ τελείᾳ πεπληρωμένον, ϗ Θεὸν ἐν ἀνθρώπῳ κεχωρημένον· ἦν γὰρ πρεπωδέστατον, τὸν [b] πρεσβύτατον τῶν αἰώνων ϗ πρῶτον τῶν Ἀρχαγγέλων, ἀνθρώποις μέλλοντα συνομιλεῖν, εἰς τὸν πρεσβύτατον ϗ πρῶτον τῶν ἀνθρώπων εἰσοικισθῆναι τὸν Ἀδάμ. ταύτῃ γὰρ ἀναζωγραφῶν τὰ ἐξ ὑπαρχῆς, ϗ ἀναπλάσσων αὖθις ἐκ Παρθένου ϗ Πνεύματος, τεκταίνεται τὸν αὐτόν· ἐπειδὴ ϗ κατ' ἀρχὰς, οὔσης παρθένου γῆς ἔτι ϗ ἀνηρότου, λαβὼν χοῦν, τὸ λογικώτατον B ἐπλάσατο ζῶον ἀπ' αὐτῆς ὁ Θεὸς ἄνευ σπορᾶς.

circo nimirum quod Verbum quod est ante sæcula, in illum venit seque illi conjunxit. Decebat enim primogenitum Dei, ac unigenitum germen (id est, Sapientiam) primum formato primoque ac primogenito hominum generis homini admixtum, hominem fieri. Id enim Christum esse, hominem pura perfectaque deitate plenum, & Deum qui in homine capiatur. Congruentissimum quippe erat antiquissimum Æonum & primum Archangelorum cum hominibus versaturum, in antiquissimo primoque hominum inhabitare, id est, Adamo. Sic enim eum qui a principio erat, renovans, exque Virgine ac Spiritu ipsum rursus reformans, eumdem fabricatur: quandoquidem similiter a principio, terra virgine necdum aratrum passa, accepto inde luto, ex illo Deus ratione præditum animal sine semente formaverat.

Καί μοι ἐχέγγυος μάρτυς ϗ σαφὴς ὁ προφήτης Ἱερεμίας παρήτω· Καὶ κατέβην εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως, λέγων, ϗ ἰδοὺ αὐτὸς ἐποίει ἔργον ἐπὶ τῶν λίθων· ϗ διέπεσε τὸ ἀγγεῖον, ὃ αὐτὸς ἐποίει ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ· ϗ πάλιν ἐποίησεν αὐτὸ ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι. ἔτι γὰρ πηλουργούμενον τὸν Ἀδὰμ, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ϗ τηκτὸν ὄντα ϗ ὑδαρῆ, ϗ μηδέπω φθάσαντα, δίκην ὀστράκου, τῇ ἀφθαρσίᾳ κραταιωθῆναι, ὕδωρ ὥσπερ καταλειβομένη ϗ καταστάζουσα, διέλυσεν αὐτὸν ἡ ἁμαρτία. διὸ δὴ πάλιν ἄνωθεν [1] ἀναδεύων ϗ πηλοπλαστῶν τὸν αὐτὸν εἰς τιμὴν ὁ Θεὸς, ἐν τῇ παρ- C θενικῇ κραταιώσας πρῶτον ϗ πήξας μήτρᾳ, ϗ συνενώσας ϗ συγκεράσας τῷ Λόγῳ, ἄτηκτον ϗ ἄθραυστον ἐξήγαγεν εἰς τὸν βίον· ἵνα μὴ πάλιν τοῖς τῆς φθορᾶς ἔξωθεν ἐπικλυσθεὶς ῥεύμασι τηκεδόνα γεννήσας διαπέσῃ· ὡς ϗ ἐν τῇ περὶ τῆς ἀνευρέσεως τοῦ προβάτου φαίνεται, διδάσκων ὁ Κύριος παραβολῇ· ἔνθα φησὶν ὁ Κύριός μου πρὸς τοὺς παρεστηκότας· Τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἔχει ἑκατὸν πρόβατα, κἂν ἀπολέσῃ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐκ ἀφίησι τὰ ἐννενήκοντα ἐννέα ἐπὶ τοῖς ὄρεσι, ϗ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς ζητεῖ αὐτὸ ἕως εὕρῃ; ϗ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους αὐτοῦ· ϗ ἐλθὼν εἰς οἶκον συγκαλεῖται τοὺς φίλους ϗ γείτονας, λέγων, Συγχάρητέ μοι, ὅτι εὑρέ- D θη τὸ πρόβατόν μου τὸ ἀπολωλός.

V. Adsit mihi hujus rei testis idoneus & disertus, propheta Jeremias: [a] *Et descendi*, inquit, *in domum figuli; & ecce ipse faciebat opus super lapides. Et cecidit vas, quod ipse faciebat in suis manibus. Et rursus fecit vas illud alterum, sicut placuerat in conspectu suo facere.* Adhuc enim dum ex luto, ut sic dicamus, Adamus formaretur cum mollis & udus esset, ac necdum quasi pro testæ ritu, immortalitate excoctus & duratus fuisset, peccato guttæ instar distillante ac defluente, dissolutus est. Quare eum rursus ab integro madefaciens, exque luto [b] vas in honorem, eumdem Deus formans, in virginali primum durans & compingens utero, simulque uniens ac miscens Verbo, solidum infractumque in vitam eduxit: ne rursus inundantibus corporis fluxibus, contracta tabe decideret. Uti etiam in parabola inventæ ovis cernitur Dominus docere, ubi ad adstantes ait Dominus meus: [c] *Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: & si perdiderit unam ex illis, nonne relinquit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat eam? Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos, gaudens; & veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ perierat?*

Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ὡς ἀληθῶς ἦν τε ϗ ἔστιν, ἐν ἀρχῇ ὢν πρὸς τὸν Θεὸν, ὁ ἀρχιστρατηγὸς ϗ ποιμὴν τῶν κατ' οὐρανὸν, ᾧ πάντα πείθονται ϗ ὁμαρτοῦσι τὰ λογικὰ, ϗ ποιμαίνων εὐτάκτως ϗ ἀριθμῶν τὰ πλήθη τῶν μακαρίων Ἀγγέλων. οὗτος γὰρ ἴσος ϗ τέλειος ἀριθμὸς ἀθανάτων ζώων, κατὰ γενεὰς ϗ

VI. Quoniam enim ipse verissime [d] erat atque est, qui a principio erat apud Deum & Deus erat, ipse imperator pastorque cælestium, cui omnes animi obtemperant ac quem sequuntur, composito regens ordine atque numerans beatorum cœtus Angelorum. Hic enim ille par est & perfectus immor-

a Jerem. XVIII. 3. 4. *b* II. Tim. II. 20. 21. *c* Luc. XV. 4-6. *d* Joan. I. 1.

Filius evaserit, ac quæcumque de hoc homine fides docet & Scriptura loquitur, doceant me qui in Methodianis me versatiores videri volunt, omnique Veterum turba, qui vel maxime Methodium numerant inter eos Patres, quibus per simplicitatem obrepserunt aliqua a fide devia: quod præcipue elucere in hoc Dialogo advertit Photius in sua censura, sive ipse ita incaute locutus est, sive alii ei aspersere: quod non facile ipse contextus ac dialogi E tota compositio admitti sinit. τὸ πρεσβύτατον τῶν αἰώνων, aliquid perinde olet fabularum hæreticorum, quibus sic celebrati Æones, ut videre est apud Irenæum & alios.

1. Ἀναδεύων] *Infundens, suligensque*: quod Vat. ἀναμορφῶν, *reformans* atque *instaurans*. Illud propius modum attingit, quo ex luto aliquid refingitur: etsi non videtur, quod jam testa fuit, quavis infusione in luti materiam subigi posse, ut inde vas instauretur.

a Τὸ πρωτ. τοῦ Θεοῦ] Quod Verbum heic πρωτόγονον τοῦ Θεοῦ ϗ πρῶτον βλάστημα, πρεσβύτατος τῶν αἰώνων ϗ πρῶτος τῶν Ἀρχαγγέλων dicitur, intelligendum salva æternitate, & consubstantialitate cum Patre Verbi ejusdem. Simul in memoriam revocandum Patres plerosque Nicæna Synodo priores minus exacte interdum de divinis personis locutos, ut singillatim demonstrat Petavius lib. I. de Trinit. a cap. III. ad VI. inter eos quoque Methodium numerans cap. IV. num. XII. Atque hinc occasionem Photio datam suspicor admonendi, hoc opus fuisse depravatum Arianis opinionibus immistis: quod non obstat quin utiliter edatur: si ratio similis non prohibuit, quin laudabiliter & bono publico in lucem producerentur scripta Justini martyris, Athenagoræ, Tatiani, B. Theophili, Irenæi, Clementis utriusque Romani & Alexandrini, Origenis, Dionysii Alexandrini, Gregorii Thaumaturgi, Luciani martyris, Tertulliani, Lactantii & similium: apud quos multo duriora in hoc genere leguntur, quam apud Methodium nostrum. EDITOR LUPAR. ---- Dum ait sanctus Methodius Adamum fuisse a Verbo assumtum, non ita intelligendum hoc est, quasi totum corpus & anima, & individua natura primi hominis Christo carnem assumenti unita fuerit: sed quod caro ex Adamo propagata, & quæ parte sui quadam in ipso exstiterit, assumta fuerit a Verbo se incarnante. Atque ideo Adamus ipse quodammodo secundum aliquid sui Christus fuerit. POSSIN.

b Πρεσβύτατον τῶν αἰώνων] Allat. *sæculorum antiquissimum*. Quod magis placet.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
290.



φυλὰς διῃρημένων, συμπαραληφθέντος ἐνταῦθα τῇ A ποίμνῃ καὶ τοῦ ἀνθρώπου. δεδημιούργητο γὰρ καὶ αὐτὸς ἔξω φθορᾶς, ἵνα τὸν βασιλέα γεραίρῃ πάντων καὶ ποιητὴν, ἀντίφθογγα μελῳδῶν ταῖς τῶν Ἀγγέλων ἐξ οὐρανοῦ φερομέναις βοαῖς. ἀλλ' ἐπεὶ συνέβη παρεληλυθότα τὴν ἐντολὴν, ὀλέθριον πτῶμα καὶ δεινὸν πεσεῖν εἰς θάνατον ἀναστοιχειωθέντα· διὰ τοῦτό φησιν ὁ Κύριος, ἑαυτὸν εἰς τὸν βίον ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐληλυθέναι, καταλελοιπότα τὰς τάξεις καὶ τὰ στρατόπεδα τῶν Ἀγγέλων. ἀπεικονιστέον γὰρ τὰ μὲν ὄρη, τοῖς οὐρανοῖς· τὰ δὲ ἐννενήκοντα ἐννέα πρόβατα, ταῖς Δυνάμεσι καὶ ταῖς Ἀρχαῖς καὶ ταῖς Ἐξουσίαις, ἃς καταλέλοιπεν, ἀναζητῆται κατελθὼν τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον, ὁ στρατηγὸς καὶ ποιμήν. ἔλειπε γὰρ ἄνθρωπον εἰς τὴν βίβλον ἐγκαταλεχθῆναι ταύτην B ἔτι καὶ τὸν ἀριθμὸν, βαστάσαντος αὐτὸν τοῦ Κυρίου καὶ ἀμφιεσαμένου· ἵνα μὴ καὶ πάλιν, ὡς ἔφην, τοῖς τρικυμίαις καὶ ταῖς ἀπάταις περικλυσθεὶς καταποντωθῇ. ταύτῃ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἀνείληφεν ὁ Λόγος, ὅπως δὴ δι' αὐτοῦ καταλύσῃ τὴν ἐπ' ὀλέθρῳ γεγονυῖαν καταδίκην, ἡττήσας τὸν ὄφιν. ἥρμοζε γὰρ μὴ δι' ἑτέρου νικηθῆναι τὸν πονηρὸν, ἀλλὰ δι' ἐκείνου, ὃν δὴ καὶ ἐκόμπαζεν ἀπατήσας αὐτὸν τετυραννηκέναι· ὅτι μὴ ἄλλως τὴν ἁμαρτίαν λυθῆναι καὶ τὴν κατάκρισιν δυνατὸν ἦν, εἰ μὴ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος, δι' ὃν εἴρητο τὸ, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, [1] ἀναπλασθεὶς ἀνέλυσε τὴν ἀπόφασιν, τὴν δι' αὐτὸν εἰς πάντας ἐξενηνεγμένην· ὅπως καθὼς ἐν τῷ Ἀδὰμ πρότερον πάντες ἀποθνήσκουσιν, C οὕτω δὴ πάλιν καὶ ἐν τῷ ἀνειληφότι Χριστῷ τὸν Ἀδὰμ, πάντες ζωοποιηθῶσι.

talium animalium numerus, per cognationes tribusque divisorum, aggregato heic tali gregi etiam homine. Nam & ipse corruptionis exsors creatus est, ut regem universorum & creatorem, altero velut choro, Angelorum e cælo clamoribus respondente, laudaret ac celebraret. Sed quia contigerat, eum violato Dei mandato, gravi ac exitioso lapsu corruere in mortem resolutum: propterea dicit Dominus, se in mundum, relictis Angelicis ordinibus ac cohortibus, e cælis venisse. Montes enim cælos designare putandum est: per oves vero nonaginta novem, Virtutes & Principatus & Potestates quas reliquit, descendens ipse imperator & pastor ad quærendam ovem quæ perierat. Restabat enim ut & homo in hanc matriculam & catalogum adjiceretur, quem ipse Dominus gestaret ac induisset: ne rursus, uti dicebam, tricumanis fluctibus fraudibusque obrutus, imo pelago mergeretur. Eo namque consilio susceptus a Verbo homo est, ut devicto serpente, suo munere atque opera, hominis exitio latam condemnationem dilueret. Consentaneum quippe fuit, non ab alio vinci diabolum, quam ab illo ipso, quem a se seductum, suæ se tyrannidi subjecisse gloriabatur. Nam neque aliter solvi peccatum, & damnationem aboleri possibile erat, nisi rursus ille ipse homo ob quem dictum erat, [a] *Terra es, & in terram reverteris*, reformatus, quæ ejus reatu in omnes pervaserat, sententiam antiquasset: ut [b] sicut prius in Adam omnes moriebantur, sic & in Christo rursus qui Adamum assumsisset, omnes vivificarentur.

Καὶ περὶ μὲν τοῦ, τὸν ἄνθρωπον ὄργανον γεγονότα καὶ ἔνδυμα τοῦ μονογενοῦς, τοῦτο ἀπεργάσασθαι, ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁ εἰς αὐτὸν εἰσοικισθεὶς, σχεδὸν ἤδη μοι δοκεῖ τέλος ἔχειν· τὸ δὲ ὅτι μήτε ἀνισότης ἐστὶ, μήτε μὴν ἀναρμοστία, πάλιν ἐξ ἀρχῆς διὰ βραχέων ἐπισκεπτέον. τὸ γὰρ αὐτοφύσει καλὸν καὶ αὐτοφύσει δίκαιον καὶ ὅσιον, οὗ τὰ ἄλλα κατὰ μετοχὴν γίνεται καλὰ, [2] τὴν Σοφίαν ὁ λέγων τυγχάνειν μετὰ τὸν Θεὸν, ὀρθότατα λέγει· τὸ δὲ αὖ ἀνόσιον καὶ ἄδικον καὶ πονηρὸν, τὴν ἁμαρτίαν. δύο γὰρ τὰ εἰς ἄκρον ἀλλήλοις ἐναντία, D ζωὴ καὶ θάνατος, ἀφθαρσία καὶ φθορά. ἰσότης μὲν γάρ ἐστιν ἡ ζωὴ, ἀνισότης δὲ ἡ φθορά· καὶ ἁρμονία μὲν ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ φρόνησις, ἀναρμοστία δὲ ἡ ἀφροσύνη καὶ ἡ ἀδικία. ὁ δὲ ἄνθρωπος τούτων ὢν μεταξὺ, οὔτε αὐτὸ τοῦτο δικαιοσύνη, οὔτε μὴν ἐστὶν ἀδικία· ἀλλὰ τῆς ἀφθαρσίας ἐν μέσῳ βεβηκὸς καὶ τῆς φθορᾶς, εἰς ὁπότερον αὐτῶν νεύσας [3] προσκλιθῇ; εἰς τὴν τοῦ κρατήσαντος μεταβάλλεσθαι λέγεται φύσιν. ἐκκλίνας μὲν γὰρ εἰς τὴν φθορὰν, φθαρτὸς γίνεται καὶ θνητός· εἰς δὲ τὴν ἀφθαρσίαν, [4] ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος. μεθόριον γὰρ τοῦ τῆς ζωῆς ξύλου, καὶ τοῦ γνωστοῦ καλοῦ τε καὶ πονηροῦ τεθεὶς, οὗπερ ἀπεγεύσατο τῶν καρπῶν, εἰς τὴν τούτου καὶ με-

VII. Hactenus satis exposuisse mihi videor, quemadmodum homo instrumentum factus & indumentum Unigeniti hoc ipse præstiterit, quod & ille qui in eo habitavit. Quod autem neque imparitas illa sit, nec inconcinnitas dissonantiaque, rursus a capite breviter est considerandum. Ipsum enim natura bonum, ipsum natura justum sanctumque, cujus reliqua participatione fiant bona; qui secundum Deum Sapientiam esse dixerit, rectissime senserit: contra vero sceleratum & impium, injustumque ac pravum, esse peccatum. Duo namque sunt summe alia aliis opposita, vita & mors, incorruptio & corruptio. Paritas enim est vita, imparitas vero corruptio: & harmonia quidem, justitia & prudentia; ejus vero turbatio & dissonantia, imprudentia & injustitia. Homo autem inter hæc medius, neque ipsa justitia, at neque injustitia est: sed in incorruptionis ac corruptionis medio constitutus, ad utrumvis horum propendens deflexerit, in ejus quod obtinuerit dicitur naturam indolemque transferri. Si quidem enim in corruptionem declinaverit, corruptioni obnoxius ac mortalis evadit: sin in incorruptionem, incorruptibilis & immortalis. In confinio quippe positus arboris vitæ & scientiæ boni & mali, utriusvis poma gustaverit [c], in ejus formam commuta-

a Gen. III. 19. b 1. Cor. xv. 22. c Gen. II. 9.

1. Ἀναπλασθεὶς] Sic Vat. Mazar. vero & Allat. ἀναπαλαίσας, *quasi denuo lucta perfunctus*, instauratoque certamine. Probe hæc Ecclesiastica, quibus ea quæ sunt Christi hominis ut capitis, totius corporis esse perhibentur, ut ejus victoria, cujusque nostrum victoria intelligatur, qui membris illius associamur, omnesque cum illo unum mystice corpus sumus: cujus perinde membrum Adamus fuit, ipse in Christo prædestinatus, & in Christo victor, instaurata illi Christi gratia, per pœnitentiam lucta, qui in se victus ceciderat.

2. Τὴν Σοφίαν μετὰ Θεόν.] Cum Sapientiam, ipsum Λόγον dicere videatur, cujus in Christo vult ipsa hominis opera, quod sensu optimum esse potest, de Verbo ut in natura per unionem καθ' ὑπόστασιν propria; non videtur post Deum auctor divinorum in nobis munerum, & quasi E secundum αἴτιον, quod Ariani ponebant Verbum, cum sit unus cum Deo & Patre auctor & caussa, ut est una divinitas & virtus. Sin autem hæc, divinas velit participationes, ac quasi primos Dei effectus, ex quibus reliquis est ut sint talia, sic vera doctrina est, ipsaque toties Dionysio inculcata, & qua Deum omnibus anteponit quæ de illo dici aut intelligi possunt, huicque adeo ipsi quod Deus nominatur; cum & hoc cujusdam sit actionis & effectus connotatio: non ut Palamitæ, virtus & divinitas vere ab essentia distincta, illique velut quædam emanatio ab æterno conjuncta, ut optime nobiscum Calecas, ac reliqui ejus hæresis impugnatores.

3. Προσκλιθῇ] Ita ms. cod. Mazar. & Allatius. At Vatic. [illegible].

4. Ἄφθαρτος] Allatius. [illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



περιεβλήθη μορφήν· οὔτε τὸ τῆς ζωῆς ξύλον. αὐτὸς A ὢν, οὔτε τὸ τῆς φθορᾶς· ἀλλὰ μετοχῇ μὲν καὶ παρουσίᾳ φθορᾶς, θνητὸς φανείς· προσοικειώσει δὲ καὶ ἀλοιφῇ ζωῆς, ἄφθαρτος πάλιν καὶ ἀθάνατος· ὥσπερ καὶ ὁ Παῦλος ἐδίδαξε, λέγων· οὐ γὰρ ἡ φθορὰ κληρονομήσει τὴν ἀφθαρσίαν, οὐδὲ ὁ θάνατος τὴν ζωήν· φθορὰν μὲν καὶ θάνατον αὐτὸ τὸ φθεῖρον ὁριζόμενος εἰκότι λόγῳ καὶ τὸ ἀποκτεῖνον, ἀλλ᾽ οὐ τὸ φθειρόμενον καὶ θνῆσκον· ἀφθαρσίαν δὲ καὶ ζωὴν, αὐτὸ τὸ ἀθανατίζον καὶ ζωοποιοῦν, ἀλλ᾽ οὐ τὸ ἀθανατιζόμενον καὶ ζωοποιούμενον. ὥστε οὔτε ἀναρμοστία καὶ ἀνισότης ὁ ἄνθρωπός ἐστιν, οὔτε μὴν ἰσότης καὶ εὐαρμοστία· ἀλλ᾽ ὅτε μὲν ἐδέξατο τὴν ἀναρμοστίαν, ὅπερ ἐστὶ τὴν παράβασιν καὶ τὴν ἁμαρτίαν, γέγονεν B ἀνάρμοστος καὶ ἀπρεπής· ὅτε δὲ τὴν ἁρμονίαν, τουτέστι τὴν δικαιοσύνην, γέγονεν εὐάρμοστον ὄργανον καὶ εὐπρεπές· ὅπως ὁ Κύριος ἡ ἀφθαρσία νικήσασα τὸν θάνατον, εὐήχως τὴν ἀνάστασιν μελῳδήσῃ τῇ σαρκὶ, μὴ ἐάσας αὐτὴν κληρονομηθῆναι πάλιν ὑπὸ τῆς φθορᾶς. καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ τούτων ταῦτα ἤδη λελέχθω.

A tur, cum neque ipse lignum vitæ, neque corruptionis exsistat: sed qui corruptionis commercio & præsentia, mortalis monstretur; necessitudine vero & complexu vitæ, incorruptibilis rursum ac immortalis eniteat; sicut & Paullus docuit, dicens: [a] *Non enim corruptio possidebit incorruptionem, neque mors vitam*: corruptionem quidem & mortem merito statuens, id quod corrumpit atque occidit; non quod corrumpitur autve moritur: uti & incorruptionem & vitam, ipsum quod immortale & vivum præstat, non quod immortalitate & vita donatur. Quare neque inconcinnitas nec imparitas homo est, neque item paritas & concinnitas: sed ubi inconcinnitatem (prævaricationem scilicet peccatumque) admi- B sit, inconcinnus deformisque evasit: ubi vero harmoniam ac concinnitatem (nempe justitiam) concinnum organum decensque effectus est: quo scilicet Dominus (mortis illa victrix incorruptio) sonore resurrectionem carni moduletur, non sinens eam rursus possideri a corruptione. De hoc quoque capite, satis hactenus dictum est.

Προγεγύμνασται γὰρ μετὰ συστάσεων οὐκ εὐκαταφρονήτων ἐκ τῆς γραφῆς, ὡς ἄρα ὁ πρωτόπλαστος, [1] οἰκείως εἰς αὐτὸν ἀναφέρεσθαι δύναται τὸν Χριστὸν, [2] οὐκέτι τύπος ὢν καὶ ἀπείκασμα μόνον καὶ εἰκὼν τοῦ μονογενοῦς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τοῦτο Σοφία γεγονὼς καὶ Λόγος. δίκην γὰρ ὕδατος συγκερασθεὶς C ὁ ἄνθρωπος τῇ Σοφίᾳ καὶ τῇ ζωῇ, τοῦτο γέγονεν ὅπερ ἦν αὐτὸ τὸ εἰς αὐτὸν ἐγκατασκῆψαν ἄκρατον φῶς. ὅθεν ὁ Ἀπόστολος εὐθυβόλως εἰς Χριστὸν ἀνηκόντισε τὰ κατὰ τὸν Ἀδάμ. οὕτως γὰρ ἂν μάλιστα ἐκ τῶν ὀστῶν αὐτοῦ καὶ τῆς σαρκὸς τὴν ἐκκλησίαν συμφωνήσει γεγονέναι· ἧς δὴ χάριν καταλείψας τὸν πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, κατῆλθεν ὁ Λόγος προσκολληθησόμενος τῇ γυναικί· καὶ ὕπνωσε τὴν ἔκστασιν τοῦ πάθους, ἑκουσίως ὑπὲρ αὐτῆς ἀποθανών· ὅπως αὐτὸς ἑαυτῷ παραστήσῃ τὴν ἐκκλησίαν ἔνδοξον καὶ ἄμωμον, καθαρίσας τῷ λουτρῷ πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ νοητοῦ καὶ μακαρίου σπέρματος, ὃ σπείρει μὲν αὐτὸς ὑπηχῶν καὶ καταφυτεύων ἐν τῷ βάθει τοῦ νοός· ὑποδέχεται δὲ καὶ μορφοῖ δίκην γυναικὸς ἡ ἐκκλησία, εἰς τὸ γεννᾷν τὴν ἀρετὴν καὶ ἐκτρέφειν. ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ, D Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, πληροῦται προσηκόντως, εἰς μέγεθος καὶ κάλλος καὶ πλῆθος καθ᾽ ἡμέραν αὐξανομένης αὐτῆς, διὰ τὴν σύνερξιν καὶ κοινωνίαν τοῦ Λόγου, συγκαταβαίνοντος ἡμῖν ἔτι καὶ νῦν, καὶ ἐξισταμένου κατὰ τὴν ἀνάμνησιν τοῦ πάθους. οὐ γὰρ ἂν ἄλλως ἡ ἐκκλησία συλλαβεῖν τοὺς πιστεύοντας καὶ ἀναγεννῆσαι διὰ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας δύναιτο, ἐὰν μὴ καὶ διὰ τούτους ὁ Χριστὸς κενώσας ἑαυτὸν, ἵνα χωρηθῇ κατὰ τὴν ἀνακεφαλαίωσιν, ὡς ἔφην, τοῦ πάθους, πάλιν ἀποθάνῃ καταβὰς ἐξ οὐρανῶν, καὶ προσκολληθεὶς τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, παράσχοι τῆς πλευρᾶς ἀφαιρεῖσθαι τῆς ἑαυτοῦ δύναμίν τινα, ὅπως αὐξηθῶσιν οἱ ἐν αὐτῷ οἰκοδομηθέντες ἅπαντες, E οἱ γεγεννημένοι διὰ τοῦ λουτροῦ, ἐκ τῶν ὀστῶν καὶ ἐκ τῆς σαρκὸς, τουτέστιν ἐκ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ, καὶ

VIII. Præstruximus enim non levibus ex Scriptura petitis rationibus, primum hominem recte in Christum referri posse, qui non jam figura & simulacrum atque imago Unigeniti sit, sed & hoc ipsum, Sapientia Verbumque evaserit. Instar enim aquæ C commixtus homo Sapientiæ ac Vitæ, hoc factus est, quod erat illa ipsa purissima Lux quæ in eum venit. Unde Apostolus recta ad Christum direxit, quæ de Adamo dicta erant. Sic enim maxime ex ossibus & ex carne ejus Ecclesiam exstitisse convenit: cujus scilicet gratia, relicto Patre qui est in cælis, descendit Verbum ut adhæreret uxori, & dormivit ecstasim passionis, sponte pro illa moriens: [b] *Ut ipse sibi exhiberet Ecclesiam gloriosam & immaculatam, mundans eam lavacro*, ad spiritale beatumque semen suscipiendum, quod seminat ipse insusurrans plantansque in mentis penetralibus: concipit vero & format instar uxoris Ecclesia, ad generandam virtutem ac enutriendam. Per eum namque mo- D dum convenienter impletur, quod ita præceptum est: [c] *Crescite & multiplicamini*; dum ipsa Ecclesia per Verbi copulam & communionem, etiamnum adhuc se nobis inclinantis, & per passionis commemorationem ecstasim facientis, in magnitudinem & decorem ac multitudinem augetur. Non enim aliter Ecclesia concipere possit credentes, & per lavacrum regenerationis eos regenerare, nisi propter hos quoque Christus se ipsum exinaniens (quo nimirum, per passionis recapitulationem capiatur) quemadmodum dicebam, descendendo de cælis rursum moriatur, & adhærescens uxori suæ Ecclesiæ, vim quamdam ex suo latere auferendam præbuerit, ut augmentum sumant omnes qui in illo ædificantur; qui nimirum per E lavacrum nascuntur, ex ossibus & ex carne ejus (ex illius nimirum sanctitate exque gloria) accipientes. Ossa enim & carnem Sapientiæ, qui dicat prudentiam esse

[a] 1. Cor. xv. 50. [b] Ephes. V. 27. 26. [c] Gen. II. 18.

1. Οἰκείως] Ms. Mazar. cum Allat. δικαίως.

2. Οὐκέτι τύπος ὤν.] De Christo satis intelligitur, etsi nulla substantiarum confusione, sed solum τῷ καθ᾽ ὑπόστασιν. De Adamo vero, idque necdum gratiam per Christum consecuto, sed Dei sola liberalitate, qui unus ipse ejus ordinis auctor exstiterit, quomodo non Christi figura ac repræsentatio, sed hoc ipsum quod Λόγος in ipsum adveniens ac ipse re vera Christus exstiterit, ac velut hoc illi peculiare sit; hincque adeo ad Christum quasi per identitatem referatur, vel aliter quam Sancti reliqui, accidentario dono gratiæ, qua dii quodammodo efficimur, divino in nobis semine in deitatem aucti secundum tenuem quamdam imitationem, unam ipsam contra unionem hypostaticam hominis possibilem, non video ut Methodius ex Scriptura habuerit, aut suadere possit. Ἀνάμνησις mortis Christi ejusque passionis (id est commemoratio) ipsa & in baptismo, in quo in ejus mortem intingimur, seu illam adumbramus: in Eucharistia vero augustius, in qua nostri Adæ ἔκστασις & sopor totus mystice peragitur, ac num per κοινωνίαν peculiarius Methodius indicare voluerit in qua utique mortem Domini, ipsa ejus sumtione (quæ pridem Baptismo comes erat) commemoramus, vel (ut Paullus loquitur) annuntiamus.

ἐκ τῆς δόξης προσειληφότες. ὅσα γὰρ καὶ σάρκα Σοφίας ὁ λέγων εἶναι σύνεσιν καὶ ἀρετὴν, ὀρθότατα λέγει· πλευρὰν δὲ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ Παράκλητον, ἀφ' οὗ λαμβάνοντες, εἰς ἀφθαρσίαν ἀναγεννῶνται προσηκόντως οἱ πεφωτισμένοι. ἀδύνατον δὲ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου μεταχεῖν τινα καὶ μέλος κατάλεχθῆναι Χριστοῦ, ἐὰν μὴ πρότερον καὶ ἐπὶ τούτου συγκατελθὼν ὁ Λόγος, ἐκστῇ κοιμηθεὶς, ἵνα τὴν ἀνανέωσιν καὶ τὸν ἀνακαινισμὸν συνεξαναστὰς τοῦ ὕπνου τῷ ὑπὲρ αὐτοῦ κεκοιμημένῳ, καὶ αὐτὸς μεταλαβεῖν δυνηθῇ πνεύματος, ἀναπλασθείς. τοῦτο γὰρ κυρίως ἂν ἡ πλευρὰ λέγοιτο τοῦ Λόγου, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ ἑπτάμορφον, κατὰ τὸν προφήτην· ἀφ' οὗ λαμβάνων ὁ Θεὸς κατὰ τὴν ἔκστασιν τοῦ Χριστοῦ, ὃ δή ἐστι μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν καὶ τὸ πάθος, τὴν βοηθὸν, αὐτῷ κατασκευάζει· λέγω δὴ τὰς ἡρμοσμένας αὐτῷ καὶ νενυμφευμένας ψυχάς. ἔστι γὰρ ὅτε πολλαχῶς αὐτὸ τὸ ἄθροισμα καὶ τὸ στῖφος τῶν πεπιστευκότων ἐκκλησίαν, οὕτως ὀνομάζουσιν αἱ γραφαὶ, τῶν τελειοτέρων κατὰ προκοπὴν εἰς ἓν πρόσωπον καὶ σῶμα τὸ τῆς ἐκκλησίας ἀναγομένων· οἱ μὲν γὰρ κρείττονες καὶ τρανότερον σπάσαντες ἤδη τὴν ἀλήθειαν, ἤτοι διὰ τὴν τελείαν κάθαρσιν καὶ πίστιν ἀποστειρωθέντες τῶν τῆς σαρκὸς ἀποπημάτων, ἐκκλησία γίνονται καὶ βοηθὸς τοῦ Χριστοῦ, Παρθένος ὥσπερ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, αὐτῷ καθηρμοσμένοι τε καὶ νενυμφευμένοι, ἵνα τὴν καθαρὰν τῆς διδασκαλίας ὑποδεξάμενοι καὶ γόνιμον σποράν, συνεργήσωσι βοηθοῦντες τῷ κηρύγματι πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν σωτηρίαν. οἱ δὲ ἀτελεῖς ἔτι καὶ ἀπαρχόμενοι τῶν μαθημάτων, εἰς σωτηρίαν ὠδίνονται καὶ μορφοῦνται, ὥσπερ ὑπὸ μητράσι πρὸς τῶν τελειοτέρων, ἔστ' ἂν ἀποκυηθέντες ἀναγεννηθῶσιν εἰς μέγεθος καὶ κάλλος ἀρετῆς· καὶ πάλιν αὖ κατὰ προκοπὴν ἐκκλησία καὶ οὗτοι γεγονότες, εἰς ἑτέρων τόκον ὑπουργήσωσι τέκνων καὶ ἀνατροφὴν, μήτρας δίκην ἐν τῷ δοχείῳ τῆς ψυχῆς τὸ θέλημα τελεσφορήσαντες ἀλώβητον τοῦ Λόγου.

Ἐπισκέψασθαι γὰρ χρὴ καὶ τὰ κατὰ τὸ ἀοίδιμον Παῦλον· ὅτι ὁπότε οὐδέπω τέλειος ὤν ἦν ἐν Χριστῷ, γεννᾶται πρότερον καὶ γαλουχεῖται, εὐαγγελιζομένου καὶ ἀνακαινίζοντος αὐτὸν Ἀνανίου τῷ βαπτίσματι, καθὼς ἐν ταῖς Πράξεσιν ἡ ἱστορία περιέχει. ὅτε δὲ ἠνδρώθη καὶ ᾠκοδομήθη, ἤδη εἰς τελειότητα πνευματικὴν ἀναπλασθεὶς, καὶ βοηθὸς ἀπειργάσθη καὶ νύμφη τοῦ Λόγου, τὰ σπέρματα τῆς ζωῆς ἀποδεξάμενος καὶ συλλαβών· τηνικαῦτα ὁ πρότερον χρηματίσας παιδίον, ἐκκλησία γίνεται καὶ μήτηρ, ὠδίνων καὶ αὐτὸς τοὺς δι' αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ πεπιστευκότας, ἔστ' ἂν καὶ ἐν τούτοις ὁ Χριστὸς μορφωθεὶς ἀποτεχθῇ. Τεκνία γάρ μου, φησὶν, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. καὶ πάλιν, Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

Οὐκοῦν ταύτῃ συνέστηκεν, εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἀναφέρεσθαι καὶ τὸν Χριστὸν, τὸ κατὰ τὴν Εὔαν θεώρημα καὶ τὸν Ἀδάμ. τοῦτο γὰρ τὸ μέγα μυστήριον, ὡς ἀληθῶς, καὶ ὑπερκόσμιον, ὃ ἐγὼ δι' ἀσθένειαν καὶ ἀμβλύτητα νοὸς, κατ' ἀξίαν τε καὶ μέγεθος εἰπεῖν ἀδυνατῶ· ὅμως δ' οὖν ἐπιχειρητέον. λέγειν γὰρ ἑπόμενον ἂν εἴη λοιπὸν ἤδη καὶ τὰ ἑξῆς πρὸς ὑμᾶς.

Ὁ γάρ τοι Παῦλος εἰς ἁγιασμὸν ἐκκαλούμενος πάντας καὶ σωφροσύνην, ταύτῃ τὸ κατὰ τὸν πρωτόπλαστον καὶ τὴν Εὔαν, καὶ δευτέραν ἐπιστάσιν, εἰς Χριστὸν ἀνηκόντισε καὶ τὴν Ἐκκλησίαν, πρὸς τὸ τοὺς ἀνεπιστήμονας καταισχύνασθαι, γυμνουμένους προφάσεων. ἀκολασταίνοντες γὰρ διὰ τὰς ὑπερβαλλούσας ῥύσεις ἐν αὐτοῖς τῶν ἡδυπαθειῶν, παρὰ τὸν ὀρθό-

atque virtutem, rectissime dixerit: costam autem, Paracletum, Spiritum Veritatis; ex quo sumentes, in incorruptionem convenienter regenerantur qui fuerint illuminati. Fieri vero nequit, ut quisquam Spiritus sancti particeps fiat, & membrum Christi aggregetur, nisi prius in ipso quoque se se demittens Verbum ecstasi facta obdormierit, ut renovationem & instaurationem (pariter e somno exsurgens cum eo, qui pro ipso obdormivit) reformationis Spiritus percipere possit. Is enim proprie Verbi costa dicatur, [a] septiformis scilicet Veritatis Spiritus, juxta prophetam; de quo accipiens Deus, post Christi ecstasim (posteaquam scilicet homo factus ac mortuus est) quæ eum sit adjutura fabricatur: nempe illi aptatas ac desponsas animas. Multis enim locis sacræ litteræ, congregationem ipsam cœtumque Fidelium, sic Ecclesiam nominant: dum nimirum perfectiores ob virtutis profectum, in unam personam ac corpus Ecclesiæ referuntur. Nam meliores, & qui jam liquidius veritatem perceperunt, hi præ perfecta quam adepti sunt, munditie & fide, carnis libidinum steriles ac vitiorum, Christi Ecclesia eique adjutrix fiunt; qui Virginis in morem, ut Apostolus loquitur [b], illi aptati sint atque desponsi, ut puro atque feraci doctrinæ suscepto semine, cooperentur, propensa ope ad reliquorum salutem prædicationi favendo. Qui autem imperfecti adhuc & tirones disciplinis incipiunt imbui, hi a perfectioribus, ut a matribus, parturiuntur atque formantur, donec & illi maturo partu editi, in virtutis magnitudinem ac decus regenerentur: ac rursus ipsi quoque per idoneum perfectum Ecclesia facti, ad aliorum partum educationemque liberorum operam conferant, uteri vice, in vase animæ, voluntatem Verbi nulla noxa ad maturitatem perducentes.

IX. Considerandum enim ut & in inclyto Paullo sese res habuerit. Cum enim is nondum in Christo perfectus esset, generatur primum atque lactatur, evangelicis documentis imbuente ac per baptisma, ipsum renovante Anania, sicut in Actibus [c] historia continet. At ubi factus esset vir, jamque ædificatus (spiritali scilicet perfectione novum formatus) etiam adjutor & sponsa Verbi evasisset, qui vitæ semina & suscepisset & concepisset: tunc, qui ipse prius infans exstiterat, Ecclesia parensque efficitur, parturiens & ipse eos qui ejus opera Domino credidissent, donec in illis quoque formatus Christus pareretur. [d] *Filioli enim, inquit, mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Et rursus: [e] *In Christo enim Jesu per Evangelium ego vos genui.*

Hinc igitur apparet, ad Christum & Ecclesiam referri, quæ de Eva atque Adamo Scripturæ verbis narratio habetur. Hoc enim vere magnum illud sacramentum est, & mundi usu superius: quod ego ob imbecillitatem & mentis hebetudinem, pro ejus dignitate & magnitudine enarrare non valeo: id tamen connitendum. Restat enim ut quæ hujus loci reliqua sunt, apud vos exsequar.

X. Paullus igitur ad sanctimoniam & Castitatem cunctos provocans, in hunc modum, quæ ad primum hominem & Evam spectant, secunda consideratione sensuque in Christum direxit & Ecclesiam; quo indoctis os obstrueret, omnem illis prætextum adimens & excusationem. Impudici enim ac libidinosi homines, ob nimios in eis voluptatum fluxus, ac illece-

a Isai. xi. 2. b II. Cor. xi. 2. c Act. ix. 7. d Gal. iv. 19. e I. Cor. iv. 15.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



δοξον βιάζεσθαι τολμῶσι λογισμὸν τὰς γραφὰς, ὥσπερ ἔρυμα προανατείνοντες ἀκρασίας, τό τε Εἶπεν ὁ Θεὸς, Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. καὶ τὸ, Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα· οὐδὲ αἰσχύνονται καταστρέχοντες τοῦ Πνεύματος· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τούτῳ γεγονότες, ἐντυφόμενον ἔτι καὶ ἐνθουσιῶντα τὸν οἶστρον ἀναρριπίζουσιν, ἐξάπτοντες ἐρεθισμοῖς. διὸ δὴ καὶ μάλα δριμέως τὰς ἐπικλόπους ταύτας αὐτῶν καταφροσύνας τε καὶ πεποιημένας προφάσεις ἐκκόπτων, ἐλθὼν εἰς τὸ διατάξασθαι, πῶς δέοι προσφέρεσθαι τοὺς ἄνδρας ταῖς γυναιξὶ, ἀποφηνάμενος, ὅτι οὕτως ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἑαυτὸν παραδιδοὺς ὑπὲρ αὐτῆς, ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι· ἀνέδραμεν εἰς τὴν Γένεσιν, ἐπιμνησθεὶς τῶν περὶ τὸν πρωτόπλαστον ῥητῶν, ἐξομαλίζων εἰς τὸν προκείμενον αὐτῷ καὶ αὐτὰ νοῦν τῆς ὑποθέσεως· ὅπως μὴ παράσχῃ λαβὴν τοῖς κεφαλαίοις καταχρήσασθαι τούτοις τοὺς πρεσβεύοντας, προφάσει τεκνογονίας, σωμάτων παρατριβάς.

A bras, etiam Scripturis vim inferre conantur, ut perverso eas sensu exponant, ac tamquam vallum defendendæ incontinentiæ illas obtendant; tam quod ita habetur, [a] *Et dixit Deus, Crescite & multiplicamini*; tum illud aliud, [b] *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem.* Neque ipsos pudet Spiritum incursare adversumque ire; sed tamquam in hoc nati, qui adhuc foveantur ac insideant, concupiscentiæ fomitem flatu prope eventilant, ac titillationibus reaccendunt. Quare satis acriter dolosa hæc & maligna ipsorum consilia quæsitosque prætextus excutiens; cum eo processisset ut præscriberet, qua ratione viros uxoribus uti condeceat; ac pronuntiasset, sic nimirum ut & Christus ipse se gessit, B qui [c] *se ipsum* pro Ecclesia *tradidit, ut eam sanctificaret & mundaret lavacro aquæ in verbo*; recurrit ad Genesim, eorum quæ illic de primo homine dicuntur mentionem inducens, exque subjecti argumenti sententia, hæc eadem exponens: ne quam sacris illis verbis abutendi occasionem iis præbeat, qui liberorum procreandorum prætextu, hisce venereis immorari docent.

Ἐπισκέψασθε γὰρ, ὅτι σωφρονεῖν, ὦ Παρθένοι, κατὰ κράτος θέλων τοὺς πεπιστευκότας, διὰ πολλῶν αὐτοῖς τεκμηρίων ὑπεμφαίνειν πειρᾶται τὸ ἀξίωμα τῆς Ἁγνείας ὅτε μὲν, Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, λέγων, Καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι· αὐτόθεν δεικνὺς ἤδη περιφανῶς, τὸ μὴ προσψαύειν γυναικὸς εἶναι καλὸν, προτάξας αὐτὸ καὶ προεκθέμενος ἀπολελυμένως. εἶτα τὴν ἀσθένειαν αὖθις συνιδὼν καὶ τὴν ὑπέκκαυσιν τῶν ἀκρατεστέρων τὴν εἰς συνουσίαν, συνεχώρησε τοῖς μὴ δυναμένοις ἄρχειν σαρκὸς χρῆσθαι ταῖς ἑαυτῶν ὁμεύνοις μᾶλλον, ἢ παραπίπτοντας ἀσχημόνως ἐκχεῖσθαι περὶ πορνείας. ἀμέλει μετὰ τὸ ἐπιτρέψαι ταῦτα, εὐθέως παρήγαγε τόδε, Ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν. ὅπερ ἐστὶν, Εἰ μὴ δύνασθε, ὦ οὗτοι, παντάπασι σωφρονεῖν διὰ τὴν ὑγρότητα τῶν σωμάτων, ἐπιτρέψω μᾶλλον ταῖς σφῶν αὐτῶν κοινωνεῖν γαμεταῖς· ἵνα μὴ καὶ ἐγκράτειαν ἐπαγγέλλεσθαι νομιζόμενοι, πειράζησθε συνεχῶς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ εἰς ἀλλοτρίας ἐκφλεγόμενοι.

XI. Considerate enim, o Virgines, ut omnino etiamque atque etiam Fideles ad Castitatem inducere satagens, per multa argumenta illis insinuare conetur ejus præstantiam; ut cum modo ait, [d] *De quibus autem scripsistis mihi, Bonum esse homini* C *mulierem non tangere*: inde jam clare ostendens, honestum esse non accedere ad uxorem; cum hoc absolute præstruxisset ac proposuisset. Deinde infirmitatis humanæ conscius, æstumque vehementem reputans quo intemperantiores in coitum rapiuntur, non valentibus carnem ex imperio coercere, suis potius uti uxoribus permisit, quam ut indecore in fornicarios congressus effundantur. Denique sic facta illa indulgentia, mox istud adjecit, [e] *Ne tentet vos satanas, propter incontinentiam vestram.* Quod est: si non potestis, heus vos, omnino in castitate vivere, propter insolitam corporibus vim libidinis, suadeo ac hortor, ut vestris potius uxoribus consuescatis; ne dum profiteri videmini continentiam, tentemini assidue a malo dæmone, D ad alienarum mulierum cupiditatem inflammati.

Φέρε γὰρ, αὐτὰ κείμενα διαθρήσωμεν ἐπιμελέστερον· ὅτι μὴ ἀπολελυμένως ὁ Ἀπόστολος ἐπένευσε ταῦτα τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ προσθεὶς τὴν αἰτίαν πρότερον, δι' ἣν εἰς τοῦτο παρήχθη. ἀποφηνάμενος γοῦν, Καλὸν εἶναι ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, εὐθέως παρήγαγε· Διὰ δὲ τὰς πορνείας, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. τουτέστι, διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς πορνείας, εἰ μὴ φέρετε κολάζειν τὴν ἡδονήν. καὶ ἑκάστη γυνὴ τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλὴν ἀποδιδότω· ὁμοίως δὲ καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί. ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ προσευχῇ· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς διὰ τὴν ἀκρασίαν. τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν. τεθεωρημένως δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο. κατὰ συγγνώμην γὰρ ἐπεσημήνατο συμβεβουλευκέναι νῦν, οὐ κατ' ἐπιταγήν· ἐπειδὴ τὴν μὲν ἐπιταγὴν ἐπὶ τῆς Σωφροσύνης, καὶ τοῦ μὴ ἅπτεσθαι γυναικὸς λαμβάνει· τὴν δὲ συγγνώμην, ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων, ὡς ἔφην, κο-

XII. Age enim, contextum ipsum diligentius inspiciamus; ac observemus, non sic absolute hæc passim omnibus Apostolum concessisse, sed adjecta prius caussa ex qua ad id adactus est. Cum itaque in hæc verba sententiam dixisset, [f] *Bonum esse homini mulierem non tangere*; statim subjunxit: *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat.* Hoc est, propter fornicationis necessitatem; nisi voluptatem cohibere non sustinetis. [g] *Et unaquæque mulier proprium virum habeat. Uxori vir debitum reddat, similiter & uxor viro. Mulier sui corporis* E *potestatem non habet, sed vir; similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.* Circumspecte admodum istud etiam appositum est. Secundum indulgentiam enim significavit se nunc consilium dedisse, non secundum imperium. Nam imperium quidem ibi potius usurpat, ubi Castitatem suadet, & tangi mulierem vetat: indulgentiam vero, uti dicebam, illis adhibet, qui concupiscentiam cohibere non possunt. Ac de iis

a Gen. II. 18. b Ibid. ℣. 24. c Ephes. V. 26. d 1. Cor. VII. 1. e Ibid. ℣. 5.
f 1. Cor. VII. 1. 2. g Ibid. ℣. 2-6.

λάζειν τὴν ἐπιθυμίαν. περὶ μὲν οὖν μονογάμων τε κὴ μονογαμίδων, ὧν ἡ συζυγία ἕως ἔτι κὴ αὖθις, ταῦτα νομοθετεῖ. [1] περὶ δὲ τῶν ἀποβαλομένων ἤδη γαμετὰς ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν τοὺς συζύγους, πάλιν αὐτὴν ἀκριβῶς ἐξιχνευτέον τῆ Ἀποστόλε φωνὴν, ὅ τι ποτε χρησμῳδεῖ.

Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις, [a] Καλὸν αὐτοῖς, ἐὰν ὕτω μείνωσιν, ὡς καὶ ἐγώ. εἰ δὲ ὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. κρεῖσσον γάρ γαμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι. ἐπέμεινε καὶ ἐνθάδε προκρίνων τὴν ἐγκράτειαν. ἑαυτὸν γὰρ παράδειγμα μέγιστον λαβὼν, εἰς τὸ ζηλῶσαι τοὺς ἀκροατὰς προεκαλέσατο ταύτην τὴν ἔνστασιν. κρεῖττον εἶναι διδάξας τὸν ἐπὶ μιᾷ γαμετῇ συνεζευγμένον ἐφ᾽ ἑαυτῷ μένειν, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτός. εἰ δ᾽ αὖ τῦτο διὰ τὴν ἐκπύρωσιν καὶ τὴν ἀκμὴν τῦ σώματος, δυσκατόρθωτον εἴη τινὶ, εἰς δεύτερον κατὰ συγγνώμην παρελθεῖν τὸν οὕτως ἔχοντα συγκατατίθεται γάμον. οὐκ αὐτὸ τοῦτο διγαμίαν ἀποφηνάμενος εἶναι καλὸν, ἀλλ᾽ ἄμεινον κρίνας τῆς ἐκπυρώσεως. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐν ἡμέρᾳ τῦ Πάσχα καὶ τῆς νηστείας ἐπισφαλῶς νοσηλευομένῳ προσέφερε τροφὴν, καὶ ἐκέλευε διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀπογεύεσθαι τούτων τῶν προσφερομένων, λέγων, Ὡς ἄρα τὸ μὲν ἀληθῶς, ὦ ὗτος, καλὸν, ἐχρῆν ὥσπερ δὴ καὶ ἡμᾶς, καί σε καρτερῶς διαμείναντα, [2] τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν: ἀπηγόρευται γὰρ σήμερον διαίτης ἐπιμνησθῆναι τὸ σύνολον. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ νόσῳ προκατασχεθεὶς ἐξησθένησας, καὶ οὐ

quidem, tam viris quam feminis, qui singulari conjugio vel jam devincti sunt, vel deinde conjungentur, ista constituit. De iis vero viris qui jam uxores amiserunt, aut mulieribus quæ amiserunt viros; deinceps diligenter examinanda est Apostoli sententia, quid de illis insinuet.

[a] *Dico autem innuptis*, inquit, *& viduis: Bonum est illis, si sic permanserint, sicut & ego. Quod si se non continent, nubant: melius est enim nubere, quam uri.* Heic quoque constanter priores partes Continentiæ assignat. Se ipsum enim exemplum maximum adhibens, ad ejus conatus æmulationem quantumvis arduam, auditores provocavit; præstare docens, eum qui unius uxoris conjux exstiterit, apud se deinceps manere, sicuti & ipse faciebat. Quod si id ipsum, ob æstum vimque concupiscentiæ, nonnulli difficilius fuerit, eum qui ita comparatus sit, ad secundas nuptias transire secundum indulgentiam consentit. Non quod secundas nuptias bonum quid esse ac honestum decernat; sed præstare id judicans, quam ut quis libidinum æstu ardeat. Velut enim si quis in die Paschæ ac jejunii graviter ægrotanti cuipiam cibum offerat, jubeatque, qua laborat ægritudine, gustare quæ apponantur, dicens: Bonum quidem erat, o amice, ac vere decebat, te quoque, uti & nos, fortiter perseverantem, eadem percipere: interdictum enim hodie est, cibi ullius vel prorsus meminisse: quod tamen morbo correptus es

[a] 1. Cor. VII. 8. 9.

1. Περὶ τῶν ἀποβαλομένων ἤδη γαμετάς,] Textum Paulli, quod ipse aperte petit, de viduis viris & mulieribus, Methodius accipit: in quibus se maximum exemplum proponere ad contentionem virtutis, & ut sic maneant solutique a matrimonio deinceps castitatem colant, Paullum dicit. καλὸν αὐτοῖς ἐὰν οὕτω μείνωσιν ὡς κἀγώ. Sicque ex mente Methodii Paullus viduus fuit: aut nisi viduus erat, conjugem in sororem verterat, ejus deinceps abstinens consuetudine, ne cui illa impedimento foret Evangelicæ functioni: quomodo majores saltem sacerdotes & episcopi, assumto sacerdotio, nec invitis conjugibus cælibes deinceps in Ecclesia fuere. Quæstio hæc nihil pietatem tangit: perindeque est, sive Paullus ante vocationem uxorem habuerit, haud secus ac Petrus, sive illa caruerit: quod ante Evangelium Virginitatis cultus nullus apud Hebræos erat, aut quam exiguus. Quin autem argumentum longe probabile ex hoc loco trahatur Methodio, ut & Chrysostomo lib. *de Virgin.* & aliis, ad superiores Paulli nuptias adstruendas, vix potest negari: quod de Virginibus differens quæ maritos non attigerunt, numquam illas suo exemplo provocat; secus vero semel & iterum cum de Viduis, sive illis, qui semel conjugati, ab uxorum se amplexibus continerent. Libet heic recentioris auctoris non inerudıti expositionem Methodianæ affinem adscribere. *Hebræi dicunt* אלמנה & אלמן. *Græci mulierem amisso conjugio, χήραν vocant: ut Vir amisso conjugio χῆρος dicatur, ἀναλογία permittit: usus popularis non recipit: quare aliam vocem quæsivit Paullus, & ἄγαμον dixit, generis nomen pro specie usurpans. Nam ἄγαμος ex vi vocis, est tam qui numquam in conjugio fuit, quam cui conjugium periit. Sed in posteriore sensu heic usurpat Paullus, ut viduarum a[...] mentio nos docet, & vox ἄγαμος repetita infra 11.* Sic quoque sensit Ignatius, si tamen Ignatius, non ejus interpolator Epist. ad Philadelphenos, ubi aliorum celebrata continentia, qui Virgines perstiterunt, non abhorrere se a nuptiis docet, sed optare ut vel inter sanctos conjugatos, & ad eorum vestigia in regno cælorum inveniatur; ὡς Πέτρυ καὶ Παύλυ, καὶ τῶν ἄλλων Ἀποστόλων τῶν γάμοις προσομιλησάντων. *Sicut Petrus & Paullus, & reliqui Apostoli, qui nuptiis fuerunt sociati.* Sed nihil horum veteres codices Anglicani, in quibus exstat versio antiqua Epistolarum Ignatii, qualis fere Græcus textus nuper prodiit ex Codice Florentino, qui ipse verus purusque Ignatianus haberi potest, ac qualem antiqui habuerunt Eusebius, Hieronymus, Theodoretus &c. quibus mirum si præscribat post tot sæcula Calvini tinctus veneno, uniusque ejus discipulorum, calamus. Ex vero itaque Ignatio, de Paulli nuptiis nihil haberi potest: ipse Methodius potius insinuat, explicatione Paullini textus, quam aperte afferat. Unus ergo erit auctor ejus conjugii Clemens Alexandrinus cujus verba recitat Euseb. l. 3. Histor. c. 30. & Niceph. l. 2. c. 44. ex illo scilicet loco Phil. 4. 3. Καὶ ἐρωτῶ καὶ σε, σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνε αὐταῖς: qui tamen locus minus favet. Nam primo genus dissidet: γνήσιε· *germane*, *vere*. Quamquam enim Attici quandoque masculina jungunt femininis, non tamen tanta videtur fuisse Paullo Græci sermonis peritia aut elegantia, ut ejusmodi Atticismum sectatus sit. Deinde quantæ ac cujus auctoritatis Philippis uxor quondam Paulli, tumque soror, ut ei & mulieres & viros commendaret? Ponam verba Grotii. Σύζυγος, *qui Hebraice* בר צון, *non tantum dicitur* de junctis matrimonio, *verum etiam* de collegis. *Quem autem Philippis potius* collegam *vocaret Paullus, quam τῶν πρεσβυτέρων προεστῶτα, cujus summa erat etiam in pecuniis elargiendis auctoritas? Ad Epaphroditum ergo per ἀποστροφὴν, vertit se oratio, tamquam præsentem futurum ubi Epistola hæc in ecclesia Philippensium legeretur. Nec aliud heic σύζυγος, quam supra συνεργός· Adjutor.* Hæc mihi satis. Unum est, nullum veterum de Paulli uxore eum locum interpretatum; nec proinde nobis interpretandum, aut Clementi sic quasi obiter ex pervio vocis usu magisque trito colligenti, assentiendum; quod nempe Paullus τὴν αὐτῦ ὐκ ὀκνεῖ προσαγορεῦσαι σύζυγον· *Suam ipsius conjugem compellare non veretur*. Atqui magis attendenti τὸν αὐτῦ occurrisset; *suum collegam*, *adjutorem*, vel episcopum, vel quemvis alium præcipuæ auctoritatis in ecclesia quæ erat Philippis, virum, ac qui viduis senioribus aliisque indigentibus sufficere posset, quod in Paulli uxorem, in ea præsertim Ecclesia, non capit. Quid enim tantæ auctoritatis mulieri Hebrææ extra patriam in urbe Græcorum?

2. Τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν] *Eadem mysteria sumere*, quod præcipue in Paschate fiebat & die Resurrectionis, expleta jejuniorum observantia, de qua heic Methodius, & quam ipsam Pascha vocat, quod dies illi Paschæ proximi, ipsi quoque ita dicerentur, arctiorique jejunio & inedia peragerentur: Magno præsertim Sabbato, quando ad diei Dominicæ auroram vel gallicinium Fideles jejunium tenebant, tuncque celebratis divinis mysteriis illis impartiebantur. Quem ritum hic omnis locus indicat, sonatque postcommunio (ut vocant) Missæ Sabbati sancti, quam sic occupato die illa celebrant, cum pertineat ad noctem ipsam resurrectionis. Illa ergo die vel cibi meminisse piaculum erat, a quo tamen per indulgentiam infirmus immunis erat. Cespitarunt graviter Interpretes, cum alter reddidit; *de oblatis abstinere*; alter, *facere quod omnes hodie faciunt*, id est in inedia perseverare; nihil attendentes scopum illius omnis inediæ, sic Methodio insinuatum; nempe τὴν μεταλῆψιν· *mysteriorum perceptionem*, ea die Sanctis omnibus ac Fidelibus communem.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



δύνῃ φέρειν· ταύτῃ δὴ συγγνώμην νέμοντες συμβουλόμεθα σιτίων ἐπορέξασθαί σε, ἵνα μὴ παντάπασι διὰ τὴν νόσον οὐ δυνηθεὶς ἀντισχεῖν πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν τῆς τροφῆς, διαφθαρῇς. οὕτω καὶ ὁ Απόστολος ἐνθάδε, πρότερον εἰπὼν, Οτι βούλοιτο πάντας οὕτω διαμεῖναι σώφρονας, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτός· τὸ μετὰ ταῦτα τοῖς βεβαρημένοις νόσῳ τῶν παθῶν, ἵνα μὴ πορνείαις [1] μιανθῶσιν, οἰστρηλατούμενοι τῶν παιδογόνων μελῶν τοῖς γαργαλισμοῖς εἰς ἐπιμιξίας ὀθνείων σπερμάτων, ἐπέτρεψε τὴν διγαμίαν· μᾶλλον κρεῖσσον αὐτὴν εἶναι κρίνας τοῦ πυροῦσθαι καὶ ἀσχημονεῖν.

Καὶ περὶ μὲν Εγκρατείας καὶ Γάμων, καὶ Σωφροσύνης καὶ κοινωνίας ἀνδρῶν, καὶ ἐν τίνι τούτων τὸ ὠφέλιμόν ἐστιν εἰς δικαιοσύνης κατασκευὴν, σχεδὸν ἤδη μοι τέλος ἔχει· περὶ δὲ Παρθενίας εἰρῆσθαι λείπεται λοιπὸν, εἴ τι καὶ περὶ ταύτης ἄρα διαθεσμοθεῖται. οὐκοῦν καὶ τούτων πέρι διαληπτέον. ἔχει γὰρ ὧδε· Περὶ δὲ τῶν Παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω· γνώμην δὲ δίδωμι, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. νομίζω οὖν τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην· ὅτι καλὸν ἀνθρώπῳ οὕτως εἶναι. δέδεσαι γυναικί; μὴ ζήτει λύσιν· λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζήτει γυναῖκα. ἐὰν δὲ καὶ λάβῃς, οὐχ ἥμαρτες. καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ Παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· θλίψιν δὲ ἕξουσι τῇ σαρκὶ οἱ τοιοῦτοι. ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι. λίαν εὐλαβῶς τὸν περὶ Παρθενίας εἰσηγησάμενος λόγον, καὶ μέλλων συμβουλεύειν γαμίζειν τὴν ἑαυτοῦ Παρθένον, ὅτῳ φίλον, ὅπως μηδὲν τῶν εἰς ἁγιασμὸν φερομένων κατ' ἀνάγκην γένοιτο καὶ βίαν, ἀλλὰ κατὰ πρόθεσιν αὐτεξούσιον ψυχῆς· τοῦτο γὰρ πρόσφορον Θεῷ· οὐ βούλεται ἐξ αὐθεντίας αὐτῷ ταῦτα καὶ γνώμης λελέχθαι τοῦ Κυρίου· τουτέστι τὸ γαμίζεσθαι τὴν Παρθένον. ἀμέλει φήσας, Εὰν δὲ καὶ γήμῃ ἡ Παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· σχεδὸν πάλιν ὑπολαβηθεὶς ἀνετάραξε τὴν συγκατάθεσιν, κατὰ συγγνώμην ἀνθρωπίνην ὑπεμφαίνων ταῦτα συμβεβουλευκέναι, ἀλλ' οὐ κατὰ θείαν.

Εὐθέως γοῦν μετὰ τὸ εἰπεῖν, Καὶ ἐὰν γήμῃ ἡ Παρθένος, οὐχ ἥμαρτε· ἐπήγαγε τὸ, Θλίψιν δὲ ἕξουσι τῇ σαρκὶ οἱ τοιοῦτοι. ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι· ὅ δή ἐστιν· Εγὼ φειδόμενος ὑμῶν, ὦ οὗτοι, ταῦτα συνεθέμην, ἐπειδήπερ ταῦτα οὕτω φρονεῖν εἵλεσθε, [2] ὅπως μὴ δόξω κατὰ βίαν ἐπισπέρχειν ὑμῶν εἰς τοῦτο, καὶ ἀναγκάζειν τινάς. ὅμως δὲ, εἰ καὶ ταύτην, φίλον ὑμῖν μᾶλλον τρέπεσθαι, ἀποδυσπετήσαντας ἁγνείαν βαστάζειν· καὶ οὕτω λυσιτελεῖν ἡγοῦμαι κρατεῖν ὑμᾶς τῶν τῆς σαρκὸς ἐρεθισμῶν, μὴ παραχρωμένους, διὰ τὸ γεγαμηκέναι, τοῖς ἑαυτῶν σκεύεσιν εἰς ἀκαθαρσίαν. ἐπιφέρει γοῦν, Τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, Ο καιρὸς συνεσταλμένος· λοιπόν ἐστιν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν. εἶτα αὖθις ἐπιμένων καὶ προκαλούμενος ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἐπεξειργάσατο τὸν λόγον, ἰσχυρῶς κρατύνων τὴν ἔνστασιν τῆς Παρθενίας. ῥητῶς γοῦν τὰ ἑξῆς ἐπισυνάψας τοῖς προειρημένοις, ἐπεφώνησε· Θέλω ὑμᾶς ἀμερίμνους εἶναι· ὁ ἄγαμος, μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου· ὁ δὲ γαμήσας, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. [3] καὶ μεμέρισται καὶ ἡ

ac infirmaris, nec ferre inediam potes; idcirco secundum indulgentiam consulimus ut cibis vescaris: ne forte non valens ob ægritudinem adversus cibi cupiditatem resistere, moriaris. Sic vero heic quoque Apostolus. Prius dixerat, optare se omnes castos perseverare, uti & ipse erat: postea tamen libidinum morbo gravatis, ne se stupris contaminarent, genitalium membrorum titillationibus, velut œstro quodam, in incestos adulterinosque congressus acti præcipites, secundas potius nuptias permisit; præstare eas judicans, quam ut quis incendio illo ardeat ac se inhoneste impudicitiis gerat.

XIII. De Continentia & Nuptiis, deque Castitate & re maritali, hactenus a me dictum sit, ac in utris horum inveniatur utilitas ad justitiæ profectum: jam superest ut de Virginitate loquamur, Num & de illa aliquid sancitum sit. Quare de his quoque nobis est differendum. Ait itaque Paullus: [a] *De Virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit: tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco.* Valde caute introducto de Virginitate sermone, daturusque consilium, ut cui quisque maluerit virginem suam nuptui tradat; quo scilicet, eorum quæ ad sanctimoniam ducunt, nihil per necessitatem vimque fiat, sed liberæ voluntatis animique proposito; (hoc enim Deo acceptum) non vult hæc jubentis auctoritate abs se dicta, exque Domini sententia, (ut nimirum virgo nuptui tradatur.) Nimirum cum dixisset, [b] *Et si nupserit Virgo, non peccavit*; propemodum rursus quod dixerat veritus, assensum pæne dubio turbavit; datum a se consilium indicans, secundum humanam indulgentiam, non secundum divinam.

Ideo statim postquam dixerat, *Si nupserit Virgo, non peccavit*; addidit [c]: *Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco.* Quasi dicat, Ego vobis parcens, o amici, in his assensum dedi, quod sic sentire in animum ipsi induxeritis; ne per vim ad hoc impellere videar, ac vestrum nonnullis necessitatem imponere. Sin tamen ita placet ut ad nuptias potius animum vertatis, qui Castimoniæ leges ægre feratis; vel hoc modo e re vestra judico, ut carnis libidines moderemini, non abutentes nuptialis licentiæ prætextu in immunditiam, vestris ipsorum vasis. Subinfert ergo: [d] *Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint.* Deinde rursus insistens, & ad eadem incitans, sermonem expediit, quod sic ad Virginitatem urgebat, fortius confirmans. Ubi itaque ipsissima hæc quæ sequuntur verba superioribus adjunxerat, quasi concludendo exclamat: [e] *Volo vos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Domino. Qui autem cum uxore est, solicitus est quæ sunt uxoris, quomodo placeat uxori. Et divisa sunt & uxor &*

a 1. Cor. VII. 25-28. *b* Ibid. ℣. 8. *c* Ibid. *d* Ibid. ℣. 29. *e* Ibid. ℣. 32-34.

1. Μιανθῶσιν] Sic Allatius. Sed codex Vat. quem sequitur Possinius, λιμανθῶσιν.

2. Οπως μὴ δόξω] Adversativa sensum incommodans, mihi mota, quæ & in Lupar. clausa edita erat, ut superflua. Sequentia ut exstant in Allatii codice, glossema videntur, & explicatio vocis ἐπισπέρχειν, quod ita habet, μάχεσθαι καὶ κατατρέχειν ὑμῶν. Alia item, quæ non est necesse exscribere. Satis enim est, quod ex Vat. lucida nobis Methodii mens, ut reddidimus, nulla vi textus, constet.

3. Καὶ μεμέρισται] Clara Paulli sententia, sic ut Græcis expressa est; nempe diversa instituta esse, γυναῖκα καὶ

γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵνα ᾖ ἁγία καὶ σώματι καὶ πνεύματι· ἡ δὲ γαμήσασα μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῷ ἀνδρί. πᾶσι γὰρ ἀναμφισβητήτως ἐστὶ καταφανὲς, ὡς ἄρα μεριμνᾷν τὰ τοῦ Κυρίου καὶ ἀρέσκειν τῷ Θεῷ, πολλῷ ἄμεινον τοῦ μεριμνᾷν τὰ τοῦ κόσμου καὶ ἀρέσκειν τῇ γυναικί. τίς γὰρ οὕτως ἠλίθιος καὶ πηρὸς τὰς ὄψεις, ὃς οὐκ αὐτόθεν αἴσθεται τὴν παραίνεσιν τοῦ Παύλου τὸ πλέον ῥέπουσαν εἰς Ἁγνείαν; Τοῦτο γὰρ, φησι, πρὸς τὸ ὑμῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον.

A *virgo. Quæ innupta est, cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.* Omnibus autem sine ulla dubitatione manifestum est, solicitum esse quæ Domini sunt & placere Deo, multo melius esse, quam solicitum esse quæ sunt mundi, & placere uxori. Quis enim sic fatuus ac mente cæcus, ut statim non sentiat, Paulli adhortationem vehementer ad Castimoniæ suasionem incumbere? [a] *Porro hoc, inquit, ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est.*

Ἐπίστησον δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ὅπως καὶ θεοδώρητον εἶναι τὸ τῆς Παρθενίας ἐπιτήδευμα παρεγγυᾷ· ὅθεν τοὺς κατὰ πρόφασιν κενοδοξίας τῶν ἀκρατεστέρων ἐπὶ τοῦτο παρεληλυθότας ἀποβάλλεται, συμβουλεύων γαμεῖν, ἵνα μὴ καιρῷ τῆς ἀκμῆς, σφυγμοὺς καὶ φλεγμονὰς παρεχούσης αὐτοῖς τῆς σαρκὸς, ἀσχημονῶσιν οἰστρηλατούμενοι τὴν ψυχήν. τί γὰρ παραδίδωσιν ἐπισκεπτέον. εἰ δέ τις ἀσχημονεῖν ἐπὶ τῆς παρθένου αὐτοῦ νομίζει, φησὶν, ἐὰν ᾖ ὑπέρακμος, καὶ οὕτως ὀφείλει γενέσθαι, ὃ θέλει ποιείτω· οὐχ ἁμαρτάνει· γαμείτωσαν. οἰκείως ἐνταῦθα προκρίνων τὸν γάμον τῆς ἀσχημοσύνης, ἐπὶ τῶν ἑλομένων μὲν παρθενεύειν, δυσανασχετούντων δὲ τὸ μετὰ ταῦτα καὶ ἀποκαμόντων· καὶ λόγῳ μὲν, δι' αἰδῶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους, αὐχούντων ἐπιμένειν· ἔργῳ δὲ, οὐδὲ μακρότερον ἐνδιατρίψαι δυναμένων τῷ εὐνουχισμῷ. [1] τὸν μέντοι αὐτοκρατορικῷ καὶ αὐθαιρέτῳ κρίνοντα προθέσει τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα παρθένον, καὶ μὴ ἔχοντα ἀνάγκην, ὅπερ ἐστι πάθος ἐκκαλούμενον τὴν ὀσφὺν εἰς συνουσίαν· εἶναι γὰρ καὶ διαφορὰς, ὡς εἰκὸς, σωμάτων· τούτῳ διαμιλλωμένῳ καὶ διαθλοῦντι καὶ σπουδαίως ἐπιμένοντι τῇ ἐπαγγελίᾳ, καὶ ταύτην ἄριστα διαπεραινομένῳ, παρακελεύεται μένειν καὶ τηρεῖν, τῇ Παρθενίᾳ τὰ πρωτεῖα νέμων. ὁ γὰρ δυνάμενός, φησι, καὶ φιλοτιμούμενος τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα παρθένον, κρεῖττον ποιεῖ· ὁ δὲ μὴ δυνάμενος, γαμίζων δὲ νομίμως, καὶ μὴ λαθροφθορῶν, καλῶς. καὶ περὶ μὲν τούτων αὐταρκῶς.

XIV. Adverte autem, præter ea quæ dicta sunt,
B ut & Dei donum, Virginitatis institutum Paullus statuat ac admoneat. Idcirco qui instigante inani gloria, cum libidinibus deditiores sint, illud arripiunt, rejicit, nuptias consulens, ne vigente ætate, rebelliones membrorum & æstus carnis patientes, œstro perciti, turpitudinis aliquid admittant. Quid vero tradat, examinandum. [b] *Quod si quis turpe sibi ducit in virgine sua, si prætereat nubendi tempus, & sic oportet fieri: quod vult faciat; non peccat: jungantur matrimonio.* Apposite heic nuptias præferens turpitudini, in illis qui arrepto Virginitatis proposito, ægre deinde ferunt animisque fatiscunt: & sermone quidem, præ humano pudore propositum se tenere gloriantur: re autem ipsa, nec
C longissime salutare eunuchismum possunt. Qui tamen libero suique juris proposito eam sibi legem indixerit, ut carnem suam servet virginem; [c] *quique non habet necessitatem,* (libidinem scilicet in copulam lumbos incitantem; esse enim par est, varias corporum indoles) huic Paullus certanti atque pugnanti, inque professione strenue perseveranti, ac stadium hoc præclare decurrenti, primas tribuit, dum cœptis manere ac servare hortatur, quod generosæ indolis proposito illi constitutum sit. Qui enim potest, inquit, ambitque carnem suam servare virginem, melius facit: qui autem non potest, legitime autem nuptias init, nec se furtivis cubilibus inquinat, bene & ipse facit. Verum de his hacte-
D nus satis.

Λαβέτω δὲ μετὰ χεῖρας ὁ βουλόμενος τὴν πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολὴν, καὶ καθ' ἕκαστον ὁμιλήσας τοῖς ἐγγεγραμμένοις, τότε καὶ τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα σκεψάσθω, ἀντιπαραβάλλων, εἰ μὴ συμφωνίας πάσης ἔχονται καὶ ὁμοφροσύνης τῆς πρὸς αὐτά. ταῦτά σοι κατὰ δύναμιν ὑπὲρ Ἁγνείας, ὦ Ἀρετὴ, κἀγὼ συνεισφέρω.

Sumat qui volet hanc ad Corinthios Paulli Epistolam, & singulis ejus loci partibus accurate inspectis, hæc quæ diximus etiam consideret, aliaque aliis componat, num per omnia consentiant atque congruant. Hæc tibi pro viribus de Castimonia, o Arete, ex meis & ipsa rationibus confero.

a 1. Cor. VII. 35. *b* Ibid. ℣. 36. *c* Ibid. ℣. 37.

παρθένος. *Uxorem & Virginem*: ita ut Virginis nomine intelligat, quovis modo cælibem; unde statim easdem exponit voces in ἄγαμος & γαμήσασα· in muliere innupta, & quæ viro collocata sit: quarum studia sint, placere Deo, & viro. Vulg. Interpres aliter legit, qui τὸ, καὶ μεμέρισται, ad superiora referat; ad virum cogitantem quæ sunt uxoris, ut illi placeat, qua cura divisus est. Tum sequitur, Καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος· *Et mulier innupta & Virgo* &c. quæ sic diversa, Possinius non satis ex fide Interpretis repræsentat ut Methodiana; cum is a communibus Græcis non dissentiat; quidquid olim vel fallente memoria, vel aliis exemplaribus, Hieronymus quæ sunt Græci textus Latina tradiderit, & contra: eadem tamen esse, nec ipse, nec quisquam doctus existimare potuit. Sic sane Vulgata editione proclive utendum sit, reddendis Patrum monumentis, cum eorum voces ab ea minime diversæ sunt aut sententiæ: qui secus faxit, is, religioso prætextu, lumina antiquitatis extinguit, invitosque Patres cogit & ridendos exponit, nec inde Vulgatæ fidei aut majestati contulit: quam etsi maximam voluit sancta Synodus Tridentina, intra limites tamen seduli Interpretis, non textus ipsius originalis, & ut ex illo vel non licuerit Patribus, aut etiam nobis non liceat, alia commentari.

E

1. Τὸν μέντοι] Allatii codex, ipse istis diminutus, alia ponit, quibus innuat eam indulgentiam Paulli, ut qui habet necessitatem & patitur stimulos ac ægre continet, conjugium ineat, nec illo peccet, illis dumtaxat prodesse, qui se voto non obstrinxerunt: aliis, nec ipsam necessitatem excusationi fore, ne suo ipsi judicio condemnati sunt. αὐτοκατάκριτοι, Tit. 3. 11. ipsi sibi reatus auctores; qui non consulta sua indole & mentis ipsa firmitate, levius votum emisere. Καὶ μὴν αὐθαιρέτως κρίνονται οἱ τοιοῦτοι, παρὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτῶν. *Atqui sua ipsi voluntate hi tales condemnantur, propter suum votum.* Velit igitur Methodius (sive quisquis auctor est hujus quasi scholii) Paulli dispensationem non tollere; quin sacrilega conjugia sint eorum, qui voti castitatis rei, prætexta libidinis necessitate, illis inhiant: ut nec modo facile præsumenda aut credenda juvare ea indulgentia sit, ac nisi gravi admodum caussa; cumque in litteris Apostolicis una hæc fere exprimatur, periculum salutis animæ ob graves stimulos carnis, nescio, qui illos sic graves non patitur, & ut necessitatem habere, Paullina phrasi, intelligatur, sed alias ob caussas (puta commodi temporalis, aut etiam tædii mollescentis animi) secum dispensari petit, etiam expressa veritate, per eum stilum Curiæ, a periculo animæ tutus haberi possit.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

ΕΥΒΟΥΛ. Σφόδρα διὰ πολλῶν, ὦ Γρηγόριον, μόλις εἰς τὸ προκείμενον ἀφίκετο, μακρότατον ἀναμετρησαμένη καὶ περαιωθεῖσα πέλαγος λόγων. A

ΓΡΗΓ. Ἔοικεν οὕτως ἔχειν· ἀλλ' ἴθι, καὶ τὰ λοιπὰ ἐφεξῆς μνημονεύσαντες, μιμητικώτατα διέλθωμεν, ὧν ἔτι ἔναυλον τὴν ἀκρόασιν ἔχειν μοι δοκῶ, πρὶν ἀποπτῆναι καὶ διαφυγεῖν. εὐεξάλειπτοι γὰρ νέων ἀκουσμάτων μνῆμαι γερόντων.

ΕΥΒΟΥΛ. Ἀλλὰ λέγε· τούτων γὰρ καὶ ἐληλύθαμεν ἀσμένως ἀκουσόμενοι τῶν λόγων.

ΓΡΗΓ. Ναὶ μὲν δὴ, καθάπερ εἶπας, μετὰ τὸ καταχθῆναι τὴν Θάλειαν δρόμοις ἀκυμάντοις εἰς τὴν γῆν, ἡ Θεοπάτρα ἐφεξῆς ἀπολαβοῦσα, ἑαυτὴν ἔφη εἰπεῖν τάδε.

EUBUL. Quam multis, Gregorium, vix tandem attigit propositum, longissimum emensa atque transgressa pelagus sermonum!

GREG. Ita videtur, ut dicis: sed age, reliqua etiam servato ordine, & ut acciderunt, vestigiis perorantium insistentes percurramus, donec mihi auditio illa in auribus perstrepit, antequam fugiat avoletque: facile enim recordatio rerum auditarum, ex memoria deletur senum.

EUBUL. Dic sane: talium enim sermonum auditores cupidi convenimus.

GREG. Ubi ergo, ut recte dicebas, excurso tranquillo quodam prolixi sermonis æquore, terram aliquando Thalia tenuit: eam Theopatra excipiens, se B in hunc modum locutam ipsa referebat.

Λόγος Δ'.

ΘΕΟΠΑΤΡΑ.

Εἰ μὲν ἐπὶ τῶν αὐτῶν, ὦ Παρθένοι, διεξόδων ἡ σοφία τῆς λογικῆς ἵστατο τέχνης, καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ διεπορεύετο τρίβον, οὐδεμία ἂν ὑπῆρχε μηχανὴ τοῦ οὐκ ἀποκναίειν, ἐπιχειροῦσαν τοῖς ἤδη προηγωνισμένοις. εἰ δὲ μυρίαι μὲν [1] λόγων ὁρμαὶ καὶ διέξοδοι, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ἐπεισπνέοντος ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ· τίς ἡ ἀποκλήρωσις, ἐγκαλύπτεσθαι καὶ δειλιᾶν; οὐκ ἀνυπαίτιος γὰρ ὅτῳ μέτεστι χάριτος, ἐὰν τὰ καλὰ μὴ κοσμοίη λόγοις εὐχαριστηρίοις, καὶ τὰ φαῦλα μὴ διασκεδάσοι. C διὸ φέρε καὶ ἡμεῖς ὑμνήσωμεν τῶν χαρισμάτων τὸ καλλιφεγγὲς ἄστρον καὶ τιμαλφέστατον τοῦ Χριστοῦ, τὴν Ἁγνείαν. εὐρυτάτη γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος αὕτη καὶ ἄφθονος ὁδός. πόθεν οὖν ἀπαρξάμεναι δὴ, πρέποντα δόξομεν καὶ εἰκότα λέγειν τοῖς προκειμένοις, ἐντεῦθεν ἐπισκεπτέον.

ORATIO IV.

THEOPATRA.

I. Si semper iisdem, o Virgines, vestigiis artis dicendi sapientia insistere deberet, & una eademque perpetuo graderetur via: fieri non posset quin molesta esset oratio mea, dum illis de rebus sermonem aggredior, quas aliæ jam dicendo melioribus occupaverunt. Quoniam vero numero superiores sunt orationum viæ fluxusque, [a] multifariam multisque modis Deo nos afflante, quæ mihi sors atque ratio, ut occultari ac degeneri metu deceat mussitare? Non enim extra culpam est, quisquis tandem gratia præditus, ea quæ præclara sunt eucharisticis sermonibus non exornaverit, & quæ mala vitioque hærentia, non difflaverit. Quare nos quoque pro modulo facultatis, purissime lucentem ac nobilissimam Christi stellam, Castimoniam laudemus. Latissima enim hæc est ac liberaliter fusa Spiritus via. Unde igitur ducto initio, apta possimus & consentanea dictis jam intexere, hinc providendum.

Ἐγὼ γὰρ ἀκριβῶς αἰσθέσθαι μοι δοκῶ, ὅτι τῆς εἰς τὸν παράδεισον ἀποκαταστάσεως, καὶ τῆς εἰς τὴν ἀφθαρσίαν μεταβολῆς, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν καταλλαγῆς οὐδὲν οὕτως αἴτιον ἄλλο γέγονε καὶ σωτήριον D ἀνθρώποις, τὸ στρατηγῆσαν ἡμᾶς εἰς ζωὴν, ὡς Ἁγνεία. πειράσομαι γὰρ, ἣ διανοοῦμαι, περὶ τούτων ἐνδείξασθαι νῦν· ἵνα σαφῶς τὴν δύναμιν τοῦ προειρημένου χαρίσματος ἀκούσασαι, πόσων ἡμῖν παρεκτικὸν ἀγαθῶν ἐγενήθη, γνῶτε· τὸ γοῦν ἀρχαῖον μετὰ τὸ μετοικισθῆναι τὸν ἄνθρωπον ἐκβληθέντα διὰ τὴν παράβασιν, τὸ ῥεῦμα τῆς φθορᾶς ἐπὶ πολὺ προσεχύθη, καὶ φερόμενον σφοδρῶς συρμοῖς ἐξαισίοις, οὐ μόνον ἔξωθεν ἀτάκτως παρέφερε τὸ προστυγχάνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπιχεόμενον εἴσω, κατέκλυζε τὰς ψυχάς. καὶ αἱ δὲ, συνεχῶς τοῦτο πάσχουσαι, κωφαὶ καὶ [2] δυσπαθεῖς ἐφέροντο, κυβερνᾷν ἀπαλλαγεῖσαι τὰ σφέτερα σκάφη, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐφάψασθαι βεβαίου τινός. E αἱ γὰρ αἰσθήσεις τῆς ψυχῆς, ὡς οἱ τούτων ἔφασαν ἐπιστήμονες, ἐπειδὰν τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων παθῶν ἡττηθεῖσαι, προσδέξωνται τὰς ἐπιφορὰς τοῦ τῆς ἀνοίας ἐπικλύσαντος εἴσω κύματος, εὐθέως τῆς εὐθείας ὁρμῆς ἐμποδίζουσι, σκοτωθεῖται τὸ πᾶν αὐτῆς [3] εὔδιον πορεύεσθαι κατὰ φύσιν κύτος. ὅθεν ὁ Θεὸς οἰκτειρήσας ἡμᾶς ἔχοντας οὕτως, καὶ οὔτε ἀνασχεῖν οὔτε

II. Ego sane, plane comperisse mihi videor, nihil ita efficax exstitisse restituendis in paradisum hominibus, & mortalitati in incorruptionem reparandæ, reconciliandisque cum Deo mortalibus atque iis salutare (ad vitam scilicet viam instruens communiensque) ac Castitatem. Cur ita sentiam, in præsentiarum exponere conabor: ut nimirum vi doni quo de agimus, clare audita, omnium nobis bonorum caussam exstitisse illud intelligatis. Pridem itaque postquam e paradiso ejectus transgressionis suæ reatu homo, terræ incolatu damnatus est, corruptionis late fluxus effusus est, vehementique impetu immensis vorticibus irruens ac præcipitans, non solum foris quidquid incideret transversum agebat, sed & jam intus irrumpens, animas obruebat. Hæ vero quibus continue istud obtunderet, surdæ ac mutæ pæneque attonitæ ac nullo sensu ferebantur, neglecta suarum navium regendarum cura; quod nihil firmum fixumque occurreret, cui adhærerent ac applicarentur. Sensus enim animæ (ut talium rerum peritorum sententia est) postquam irruentibus foris libidinibus victi, inundantis intus dementiæ fluctus impetum vimque exceperint, statim a recto deflectunt cursu, tenebrisque obsiti, omnem ejus tranquillum ex naturæ rationibus, incessus obturbant

a Heb. I. 1.

1. Λόγων ὁρμαί] All. τρίβοι aliaque diversæ lectionis: ut ἐπιπνέοντος Πνεύματος, loco Θεοῦ. Illud loco τοῦ οὐκ ἀνυπαίτιος· οὐκ ἂν ὑπ' ἀγνοίας ὀκνήσαιμεν τῆς χάριτος, mihi durius; etsi inde mutuatus sum, καὶ τὰ φαῦλα μὴ διασκεδάσοι, quod ipsum deesse poterat. Virtutis enim laudi, vitii vituperium a se comes est.

2. Δυσπαθεῖς] Maz. & All. δυσμαθεῖς. Illud primum videtur aptius, ut stuporem quemdam mentis attonitæ sonet, & quæ omni quasi sensu destituatur, per αὔξησιν vocis κωφαί, *surdæ & mutæ*. Possinius, *a vitiis abreptæ*, quod cum superiori voce sensu non cohæret.

3. Εὔδιον πορεύεσθαι] Vat. εὐήνιον. sicque reddit Possinius: at non quadrat metaphora cum voce κύτος· quæ est *sinus*, *capacitas*, *amplitudo*; qua tranquilla ac luce suffusa, fit incessus & iter ex natura: suffusis vero tenebris, atraque in ea procella, impediatur quidquid ejusmodi est.

ἀνασφῆλαι δυναμένοις, κατέπεμψεν ἐξ οὐρανῶν τὸ ἄριστον καὶ εὐκλεέστατον βοήθημα, τὴν Ἁγνείαν· ὅπως ἐξ αὐτῆς ἀποδήσαντες ἡμῶν τὰ σώματα, πλοίων δίκην, γαλήνην ἔχωμεν, ὁρμισθέντες ἄνευ φθορᾶς, καθὼς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μαρτυρεῖ. τοῦτο γὰρ ἐν ἑκατοστῷ τριακοστῷ ἕκτῳ φέρεται ψαλμῷ, ἔνθα ὕμνον εὐχαριστήριον ἀναπέμπουσιν ἱλαρῶς αἱ ψυχαὶ τῷ Θεῷ, ὁπόσαι δὴ παραληφθεῖσαι καὶ κρατηθεῖσαι περιπολοῦσιν ἤδη μετὰ Χριστοῦ τὸν οὐρανὸν, ὅτι μὴ κατεσπάσθησαν ὑπὸ ὑλικῶν καὶ σωματικῶν ῥευμάτων. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὸν Φαραὼ φασὶ τύπον ἀπενέγκασθαι κατὰ τὴν Αἴγυπτον, διαβόλου· ἐπειδὰν τὰ μὲν ἄῤῥενα ἀφειδῶς εἰς τὸν ποταμὸν ἐκέλευε ῥίπτεσθαι· τὰ δὲ θήλεα ζωογονεῖσθαι. καὶ γὰρ καὶ ὁ διάβολος βασιλεύων ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως τῆς μεγάλης Αἰγύπτου, τοῦ κόσμου, τὰ μὲν ἄῤῥενα καὶ νοητὰ τῆς ψυχῆς ἔκγονα, ὑπὸ τῶν ῥευστῶν παραφέρεσθαι καὶ ἀναιρεῖσθαι παθῶν σπουδὴν ἔσχε· τὰ δὲ σαρκικὰ καὶ ἀναίσθητα αὐξάνεσθαί τε καὶ πληθύνεσθαι γλίχεται.

Ἀλλὰ γὰρ ἵνα μὴ παρεκβαίνωμεν τοῦ προκειμένου, φέρε δὴ τὸν ψαλμὸν ἐξηγησώμεθα ἐν χερσὶ λαβοῦσαι τοῦτον, ὃν αἱ καθαραὶ καὶ ἀλώβητοι ψυχαὶ προσᾴδουσι τῷ Θεῷ. ἐπὶ τῶν ποταμῶν, λέγουσαι, Βαβυλῶνος, ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς Σιών. ἐπὶ ταῖς ἰτέαις ἐν μέσῳ αὐτῆς, ἐκρεμάσαμεν τὰ ὄργανα ἡμῶν. ὄργανα καλοῦσαι σαφῶς τὰ σκηνώματα ἑαυτῶν, ἃ ἀνεκρέμασαν ἀπὸ τῶν πεισμάτων τῆς Ἁγνείας, ἐξάψαντες τοῦ ξύλου, ἵνα μὴ δυνηθῶσιν ἐξαρπασθεῖσθαι πάλιν παρασυρῆναι τῷ ῥεύματι τῆς ἀκρασίας. Βαβυλὼν γὰρ, τάραχος ἢ σύγχυσις ἑρμηνευομένη, τὸν περίῤῥυτον βίον δείκνυσι τοῦτον, οὗ ἐν μέσῳ καθεσθέντες περικλυζόμεθα, καθ᾽ ὃν ἐσμεν ἐν τῷ κόσμῳ χρόνον, τῶν ποταμῶν τῆς κακίας ἐφορμώντων ἀεί. διὸ καὶ περιδεεῖς ἐσμεν καὶ κατολοφυρόμεθα, καὶ βοῶμεν μετὰ κλαυθμοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα μὴ καταλισθήσωσιν ἡμῶν ἀποῤῥηχθέντα τοῖς κύμασι τῆς ἡδονῆς ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τῆς Ἁγνείας τὰ [1] ὄργανα. ἐν τύπῳ γὰρ τῆς Παρθενίας πανταχοῦ παραλαμβάνουσι τὴν ἰτέαν αἱ θεῖαι γραφαί· ἐπειδήπερ τὸ ἄνθος αὐτῆς εἰς ὕδωρ ἀποτριβὲν, ἐὰν ποθῇ, πᾶν ὅσον εἰς ὀχείας ἀνάζεῖ καὶ ἐρεθισμοὺς, κατασβέννυσιν, ἕως ἂν εἰς ἄρδην ἀποστειρώσῃ καὶ ἄγονον ἀπεργάσηται πάσαν τὴν ἐπὶ παιδοποιΐαν, φοράν. ὥσπερ δὴ καὶ [2] Ὅμηρος ἐμήνυσε, διὰ τοῦτο καλέσας ὠλεσικάρπους τὰς ἰτέας. καὶ ἐν Ἠσαΐᾳ δὲ οἱ δίκαιοι ὡς ἰτέα λέγονται φύειν ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ. εἰς ὕψος γὰρ τότε τὸ τῆς Παρθενίας ἔρνος μεγεθύνεται σφοδρῶς τε καὶ λαμπρῶς, ὅταν ὁ δίκαιος καὶ ἐγκεχειρισμένος τηρεῖν αὐτὴν καὶ ἐργάζεσθαι, τοῖς ἠπιωτάτοις τοῦ Χριστοῦ νάμασι ἀρδεύεται, σοφίᾳ καταψεκάζων. ὃν γὰρ τρόπον τὸ δένδρον τοῦτο χλοηφορεῖν πέφυκεν ὕδατι καὶ βλαστάνειν· οὕτως ἐπανθεῖν ἀεὶ καὶ ἐπακμάζειν πιαινομένη λόγοις πέφυκεν ἡ Παρθενία· ἵνα δὴ καὶ ἀνακρεμάσαι τὸ ὄργανον ἀπ᾽ αὐτῆς ἑαυτοῦ δυνῆταί τις.

Εἰ οὖν οἱ ποταμοὶ τῆς Βαβυλῶνος, τὰ ῥεύματα τῆς ἡδυπαθείας εἰσὶν, ὥς οἱ σοφοί φασι, τὰ συγχέοντα καὶ ταράσσοντα τὴν ψυχήν· ἀνάγκη τὰς ἰτέας εἶναι τὴν Σωφροσύνην, ἀφ᾽ ἧς ἀνακρεμῶντες ἀνέλκομεν τὰ ὄργανα τὰ παιδογόνα, ταλαντούμενα κάτω καὶ βρίθοντα τὸν νοῦν· ἵνα μὴ κατενεχθέντα περὶ τοὺς ὀχετοὺς τῆς ἀκρασίας, σκωλήκων δίκην εἰς τοὺς ἰχῶρας ἐγχρίμπτωνται καὶ τὰς σηπεδόνας. χρησιμωτάτην γὰρ καὶ ἐπίκουρον

A ac impediunt finum. Quare Deus nostri misertus, quod sic male haberemus, optimum e cælis eximieque clarum demisit, Castitatem, auxilium; ut ex illa religatis instar navium nostris corporibus, tranquillo frueremur, a corruptione immunes in portum subducti, uti etiam Spiritus sanctus testatur. Hoc enim habetur in Psalmo centesimo trigesimo sexto, ubi animæ lætantes gratulatorium hymnum concinunt, quæcumque hinc assumtæ ac apprehensæ, cum Christo jam in cælo deambulant, quod a terrenis corporeisque vorticibus minime abreptæ sunt. Hinc enim etiam [a] Pharaonem Ægypti tyrannum, figuram diaboli fuisse ajunt, quando mares quidem immiti sævitia jubebat in profluentem abjici, fe-B minas vero servari. Sic enim diabolus, [b] ab Adamo ad Moysen usque, magnæ hujus Ægypti (mundi scilicet) imperium regens, mares quidem ac spirituales animæ fetus, a fluxis affectibus abripi atque necari serio procurabat: carnalia vero sensusque expertia germina, hæc vero augeri ac multiplicari gliscit.

III. Verum ne quod propofuimus nobis excidat; age, in manus sumentes Psalmum, ipsum exponamus, quem puræ extraque omnem noxam animæ Deo concinunt, dicentes: [c] *Super flumina Babylonis illic sedimus & flevimus, cum recordaremur Sion. In salicibus in medio ejus, suspendimus organa nostra.* Palam organa vocantes, sua ipsarum corpora, C quæ e rudentibus suspenderunt, alligantes Castimoniæ ligno, ne rursus abreptæ, incontinentiæ fluxu trahi in transversum possent. Babylon enim quam turbationem seu confusationem interpreteris, vitam hanc denotat aquis circumfluam; in cujus medio sedentes circumluimur, quamdiu in mundo hoc versamur, malitiæ flumin bus continue ingruentibus. Propterea etiam pavidi sumus & ingemiscimus, atque ad Deum cum lacrymis clamamus, ne organa nostra, voluptatis fluctibus ab arbore Castitatis avulsa, lapsu corruant. Ubique enim sacræ litteræ Virginitatis typo salicem assumunt; quod nimirum flos ejus in aquam intritus, si bibatur, quidquid titillationes intus ciet ac prurigines, extinguat: eoque D usque valet, ut steriles & ad generandum inutiles, omnes in venerem motus præstet; uti & Homerus indicavit, salices propterea *frugiperdas* vocans. In Esaja quoque, [d] *Justi quasi salices germinare* dicuntur, *juxta præterfluentes aquas.* Tunc enim alte surgit, & ample speciosequc amplificatur Virginitatis frutex, quando justus & cui ejus servandæ atque colendæ concessum munus est, mitissimis Christi fontibus irrigabitur, sapientiæ guttis ebrius. Ut enim salix non nisi aquis affluentibus viret ac crescit: sic beatæ Virginitatis ea indoles est, ut sacris eam impinguari sermonibus atque doctrinis ad florendum atque vigendum necesse sit: nec aliter in eam molem firmitatemque proficiat, ex qua suum quisque E organum suspendere possit.


IV. Si ergo flumina Babylonis fluxus voluptatis sunt, (ut sapientes volunt) confundentes & turbantes animam: necesse est ut Castitas salicibus designetur, ex qua suspendentes sursum trahimus libidinis organa, vergentia deorsum mentemque degravantia; ne velut torrentis impetu in cloacas impudicitiæ protrusæ, vermium instar ad sanies & putres tabos adhærescant. Utilissimam enim, & in primis efficacem ad consequendam incorruptionem donavit Deus Vir-

[a] Exod. I. 16. [b] Rom. V. 14. [c] Psal. CXXXVI. 1. 2. [d] Isa. XLIV. 4.

1. Ὄργανα] Sic Possinius ex cod. Vat. At Allatius, σώματα.

2. Ὅμηρος ἐμήνυσε] Odyss. κ. 510.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



εἰς ἀφθαρσίας κτῆσιν τὴν Παρθενίαν ὁ Θεὸς ἐδωρήσατο, σύμμαχον ἀποστείλας τοῖς ὀρεγνυμένοις καὶ ποθοῦσι· καθὼς ὁ ψαλμὸς ὑφηγεῖται τὴν Σιὼν, ὃ δή ἐστι, τὴν ἔκλαμπρον Ἀγάπην, καὶ τὴν περὶ αὐτῆς ἐντολήν. ἐπειδήπερ ἡ Σιὼν ἐντολὴ σκοπιᾶς ἑρμηνεύεται. ὧδε γὰρ ἀναλογισώμεθα πάλιν καὶ τὰ ἑξῆς.

Τί δήποτε [1] ἐπηρωτῆσθαι πρὸς τῶν αἰχμαλωτιστῶν ὁμολογοῦσιν αἱ ψυχαὶ, τὴν ᾠδὴν ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας ᾆσαι Κυρίου; ἢ πάντως ὅτι τὸ Εὐαγγέλιον ἱερὰν ᾠδὴν εἶναι καὶ ἀπόρρητον διδάσκουσιν, ἣν οἱ ἁμαρτάνοντες καὶ μοιχώμενοι τῷ πονηρῷ προσᾴδουσι. [2] ἐξορχοῦνται γὰρ τὰς ἐντολὰς, τὸ θέλημα τῶν πνευμάτων πληροῦντες τῆς πονηρίας, καὶ ῥίπτουσι τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, καὶ τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν B τῶν χοίρων, ὃν τρόπον κἀκεῖνοι περὶ ὧν ὁ προφήτης δυσχεραίνων φησὶ, Καὶ ἀνέγνωσαν ἔξω νόμον. οὐ γὰρ ὅτι τῶν πυλῶν ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἢ τῶν οἰκιῶν ἀνεγίνωσκον ἐξιόντες οἱ Ἰουδαῖοι τὸν νόμον, διὰ τοῦτο δὴ καὶ ὁ προφήτης ἰσχυρῶς αὐτῶν κατηγορεῖ καὶ ὑπαιθρίους ἐγκλήματι βοᾷ γεγονέναι· ἀλλ' ὅτι παρερχόμενοι τὰς ἐντολὰς καὶ ἀσεβοῦντες εἰς τὸν Θεὸν, ἐπιμεμορφασμένως μὲν ἀνεγίνωσκον δῆθεν ὡς εὐσεβεῖς τὰ προστάγματα· κατὰ ψυχὴν δὲ οὐκ ἐδέχοντο μετὰ πίστεως ἴσχοντες, ἀλλ' ἀπέπτυον ἔργοις ἀρνούμενοι. ἐντεῦθεν γὰρ τὴν ᾠδὴν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ᾄδουσι Κυρίου· ταπεινότεροι περιέλκοντες καὶ ἐξηγούμενοι τὸν νόμον· βασιλείαν αἰσθητὴν προσδοκῶντες, καὶ ἐπὶ γῆς ταύτης τῆς C ἀλλοτρίας, ἣν παρελεύσεσθαι λόγος, τιθέμενοι τὰς ἐλπίδας· ἔνθα οἱ αἰχμαλωτισταὶ δελεάζουσιν ἡδοναῖς, λοχῶντες πρὸς ἀπάτην.

Aginitatem, fidam eam sociam mittens, his qui cupide ad id decus adspirant: quales Psalmista subindicat nomine Sionis, quæ vox perillustrem Caritatem, & quod de illa mandatum est, denotat. Etenim vocabulum *Sion*, si interpreteris, *Mandatum speculæ* sonat. Sic enim reputamus etiam quæ deinde sequuntur.

Quid tandem est, cur abs se postulatum, ab iis qui captivas duxerunt, animæ fateantur, ut canticum Domini canerent in terra aliena? Nempe hoc dicendo plane docent, Evangelium, sacrum esse ac arcanum canticum: quod qui peccant & fornicantur, diabolo canunt. Insultant enim & tacenda mandata produnt, voluntatem implentes spirituum nequitiæ; [a] sanctaque projiciunt canibus, & margaritas ante porcos mittunt, haud secus ac illi, de quibus Propheta indignatus ait: [b] *Et legerunt foris legem*. Non enim utique, quod extra portas Hierusalem aut domos suas egressi, legem Judæi legerent; propterea tam acriter increpantur a Propheta, gravisque sceleris reos proclamat; sed quod mandata transgredientes & in Deum impii, larvata pietate quasi religiosi Deique cultores præcepta legebant: animis vero nequaquam admittebant, per fidem ea retinentes, sed operibus abnegando, ipsa respuebant. Hinc enim canticum Domini cantant in terra aliena, humilius legem distrahentes ac exponentes; terrenum scilicet regnum exspectantes, spesque suas in aliena hac terra, quam transituram habet divinus sermo [c], collocantes, ubi & qui diripuerunt ac captivos abduxerunt, voluptatibus illectant, insidiantes ut eos decipiant.

Ἐοίκασι δὲ καὶ οἱ προσᾴδοντες τὸ Εὐαγγέλιον ἄφροσιν, ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας μελῳδεῖν τὴν ᾠδὴν Κυρίου, ἧς μή ἐστιν ὁ Χριστὸς γεωργός· αἳ δὲ τὸ καθαρώτατον καὶ φαιδρὸν καὶ ἀμιγὲς καὶ ἀβλαβὲς καὶ εὐπρεπὲς τῆς Παρθενίας ὑποδῦσαι καὶ ἀναλάμψασαι κάλλος, καὶ στεῖραι καὶ ἄγονοι τῶν ῥᾳστῶν καὶ ἀλγεινῶν εὑρεθεῖσαι παθῶν, ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας οὐ μελῳδοῦσι τὴν ᾠδήν· ὅτι μὴ φέρονται τὰς ἐλπίδας τῆδε, μηδὲ προστετήκασι θνητῶν σωμάτων τρυφαῖς, μηδὲ ταπεινῶς κατασκέπτονται τὸν νοῦν τῶν ἐντολῶν· D ἀλλ' εὖ καὶ γενναίως μετὰ φρονήματος ὑψηλοῦ τὰς ἐπαγγελίας ἄνω περιαθροῦσι, τὸν οὐράνιον δηλῶσαι καὶ σύμφυτον τόπον. ὅθεν ἀγάμενος αὐτῶν ὁ Θεὸς τὰ φρονήματα, μεθ' ὁρκωμοσίας ἐξαιρέτους ἐπαγγέλλεται διδόναι τιμὰς, ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης προκατάσσων καὶ καθιδρύων. λέγει γὰρ ὧδε, Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου Ἱερουσαλὴμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου. κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου μνησθῶ· ἐὰν μὴ προκατάξωμαι τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου. Ἱερουσαλὴμ, τὰς ἀμιάντους αὐτὰς δὴ ταύτας, ὡς ἔφην, καὶ ἀπήμονας ψυχὰς εἶναι λέγων, αἵτινες ἄτρυγον τὸ τῆς Παρθενίας αὐστηρῶς ἀμολύντοις χείλεσι σπασάμεναι

V. Videntur autem etiam qui insanis Evangelium accinunt, modulari canticum Domini in terra aliena, cujus Christus non est cultor. Quæ vero animæ, purissimum, lætum, impermixtum, pium, speciosum Virginitatis decus induerunt ejusque luce splendescunt, sterilesque & infecundæ fluxarum ac molestarum libidinum passionumque inventæ sunt, canticum haud modulantur in terra aliena: quod nimirum non eo spes ferunt, nec mortalium corporum libidinibus intabescunt, nec humilius mandatorum sensum æstimant: sed bene ac fortiter, generoso sublimique proposito, sursum promissiones contuentur, cælum intuentes, ut sibi aptum ac connaturalem locum. Unde pluris Deus earum nobiles sensus ac cogitata faciens, jurejurando pollicetur, eximios se illis honores concessurum, in lætitiæ capite priore illis constituta sede locoque. Sic enim ait: [d] *Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui: si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ*. Nomine Jerusalem, incontaminatas istas quas dixi, & noxæ expertes designans animas, quæ austero Virginitatis mero impollutis

a Matth. VII. 6. *b* Amos IV. 5. juxta LXX. *c* I. Petr. III. 10. *d* Psal. CXXXVI. 5. 6.

1. Ἐπηρωτῆσθαι] Evangelistæ passim ea voce utuntur, & simplici ἐρωτᾶν, eodem rogandi sensu atque jubendi, non interrogandi; qui certe minus commodus hoc loco est: unde & ex Hebræo reddunt Moderni, *petierunt nos*: Allat. *se postularas Animæ fatentur*. Nec aliter Agellius, Dumvis, Clarius, & alii docti: velimque uti Joan. 16. 2. mutatum est, quod veteres reddiderant, Οὐ με ἐρωτήσετε, *non me interrogabitis quidquam*; *non me rogabitis*; heic quoque in Psalmo mutaretur, *Quia rogaverunt nos*: quod rogare, in eo qui potestate pollet, imperium est seu jussio. Sic bene Theodoretus verbo κελεύειν expressit: Chrysostomus, *instantibus Barbaris & gravibus minis inducentibus*; βαρβάρων ἐπικειμένων μετὰ τοσαύτης ἀπειλῆς. Bene monet Thesauri auctor, etsi frequens est iste hujus vocis usus apud Evangelistas, haud credendum ipsos illius auctores esse. Ego putem, vel ex loco hoc Psalmi, τοὺς Ο'. illis E præivisse, quorum facile voces secuti sunt alii deinceps Ecclesiastici viri: in quibus magna opus diligentia, ne a sensu magnis illis Senioribus intento, per eorum phraseως inscitiam, excidamus: quod etiam Græcorum disertissimis evenisse quandoque deprehendi. Multisque ἡ τῶν Ο'. ἔκδοσις, Hebraicæ veritati nihil dissona appareret, si & Hebraica ipsa pura nobis exstarent, qualia illi habuerunt, & eorum nos ipsi voces plene caperemus.

2. Ἐξορχοῦνται] Maz. & All. Ἐξέρχονται τῶν ἐντολῶν. *Egrediuntur ex mandatis*; quod nihil cohæret: nec Possinius nostrum illud Vaticani assecutus est, dum reddit, *Transiliunt enim mandata*: immo, quasi *eis insultant, temere illa divulgant*; quæ illius vocis nota significatio est: confirmatque verbis dominicis Methodius, quibus projicere sancta canibus prohibemur, aut ut margaritas ante porcos mittamus.

πόμα, ἑνὶ ἀνδρὶ [1] Παρθένον ἁγνὴν καθαρμόζονται παραςῆσαι Χριςῷ κατ' ὀυρανὸν, τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νικήσασαι. ταύτῃ γὰρ καὶ Ησαΐας ὁ προφήτης παρεγγυᾷ· Φωτίζου, φωτίζου, λέγων, Ιερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκε. * ταῦτα δὲ τὰ ἐπαγγέλματα [2] μετὰ τὴν ἐξανάςασιν πλεσιουρθήσεται δῆλον καὶ παντί, οὐ γὰρ περὶ τῆς πολυθρυλλήτου κατὰ Ιουδαίαν [3] πολίχνης τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον χρησμῳδεῖ, ἀλλὰ περὶ τῆς ὀυρανουπόλεως ἀληθῶς ἐκείνης καὶ μακαρίας Ιερουσαλήμ· ἣν δή φησιν αὐτὴν εἶναι τὸ ἄθροισμα τῶν ψυχῶν, ἃς προανατάξασθαι πρώτας ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης τῶν καινῶν αἰώνων προφανῶς ὁ Θεὸς ἐπαγγέλλεται, εἰς καθαρὰν οἴκησιν ἀδύτων φώτων τῷ λευκοτάτῳ τῆς Παρθενίας ἐςολισμένας κόσμῳ κατοικίζων· ὅτι μὴ ἐμνημόνευσαν τὸν κόσμον [4] ἀποδύσασθαι τὸν νυμφικὸν, τουτέςι χαυνῶσαι τὸν λογισμὸν φαντασίαις ἐκτόποις.

Αμέλει, τὸ, μὴ ἐπιλαθέσθαι νύμφην τὸν κόσμον, μηδὲ Παρθένον τὴν στηθοδεσμίδα αὐτῆς, λεγόμενον ἐν Ιερεμίᾳ, τὸ μὴ ἐνδοῦναι καὶ χαλάσαι τὸν δεσμὸν τῆς σωφροσύνης ἀπάταις δηλοῖ καὶ περισπασμοῖς, στήθη γὰρ αἱ φρένες εἰκότι λόγῳ, καὶ ὁ νοῦς ἡμῶν εἶναι νομίζεται. ἡ δὲ στηθοδεσμὸς, ἡ συνδοῦσα ζώνη καὶ συσφίγγουσα τὴν πρόθεσιν τῆς ψυχῆς εἰς ἁγνείαν, ἐστὶν ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη· ἣν ἐμοί τε καὶ ὑμῖν ὁ στρατηγὸς ἡμῶν καὶ ποιμὴν Ιησοῦς καὶ ἄρχων καὶ νυμφίος, ὦ καλλιπάρθενοι, ἄρρηκτον καὶ ἐσφραγισμένον μέχρι τέλους τηρῆσαι παράσχοι. τούτου γὰρ τοῦ κτήματος τοῖς ἀνθρώποις ἄμεινον βοήθημα οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως ἕτερον λάβοι, ἀρέσκον Θεῷ καὶ προσφιλές. διὸ ἐγὼ χρῆναι φημὶ τὴν Αγνείαν ἅπαντας τιμᾷν, καὶ διὰ παντὸς ἀσκεῖν τε καὶ ἐγκωμιάζειν.

Αὗταί σοι καὶ παρ' ἡμῶν αἱ ἀπαρχαὶ τῶν λόγων [5] ἀρκείσθωσαν, ὦ Αρετή· τὰ μὲν παιδείας, τὰ δὲ καὶ σπουδῆς χάριν. ἀλλὰ δέχομαι τὸ δῶρον, ἔφη

hausto labiis, [a] *Uni viro* aptantur *virginem castam in cælo exhibere Christo*, [b] *incoinquinatorum certaminum præmio* coronatæ. Hinc enim Esajas propheta denuntiat: [c] *Illuminare, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.* Hæc porro promissa [d] post resurrectionem implenda, cuivis patet. Neque enim de Judææ illo oppidulo toties nominato, Spiritus sanctus loquitur, sed de cælesti utique illa & beata Jerusalem, quam vult intelligi esse animarum cœtum, quem abs se primo ordine constitutum iri in principio lætitiæ novorum sæculorum, manifeste Deus pollicetur: qui nempe candidissimo exornatas Virginitatis mundo, in pura nulloque umquam occasu obdormientium luminum domo collocet; quod utique illis in mentem non venerit, ut nuptialem mundum exuerent; ut mentis scilicet tenorem, turpium cogitationum illapsu laxarent.

VI. Denique, [e] *Non oblivisci sponsam ornatus sui, & Virginem fasciæ pectoralis suæ*, quod apud Jeremiam dicitur, significat non remittere nec relaxare vinculum Castitatis, ullis seductum illecebris aut avocationibus. Pectoris enim mentione mens nostra & cogitatio merito designari creditur: Fascia vero pectoralis, zona scilicet colligens adstringensque animi in Castimoniam propositum, est caritas in Deum; quam mihi & vobis imperator noster & pastor Jesus, idemque præses & sponsus, o præclaræ Virgines, præstet ut infractam, veluti inviolabili sigillo munitum depositum, in finem usque servemus. Hoc enim pignore, nullum facile hominibus melius auxilium quisquam usurpaverit, Deo placens ac carum. Quamobrem ajo ego honori omnibus habendam Virginitatem esse, omnique loco ac tempore tum colendam, tum laudandam.

Hæc tibi & a nobis primitiæ sermonum, o Arete, sufficiant, vel eruditionis vel studii gratia. Ego vero (ajebat dixisse Areten) libens accipio quod of-

a II. Cor. II. 2. *b* Sap. IV. 2. *c* Isa. LX. 1. *d* Philip. III. 11. *e* Jer. II. 32.

1. Παρθένον ἁγνὴν παραςῆσαι] *Ut Virginem castam exhibeatis*, seu præsentetis, uni Viro, Christo. Hæc enim nostra Virginum desponsatio: hic noster Sponsus. Male Allatius, ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένῳ· *Uni viro virgini*. Quasi Virgo illa quam debemus exhibere, sit ipse Christus; non Virgines sic illi exhibendæ, ut una sponsa uni Viro. τὸ, παραςῆναι quod habet Allatius, retineri etiam posset, ut idem significetur quasi passive. Paullo ante pro μεθ' ὁρκωμοσίας, erat in eo μεθ' ὅρκου μόνας. Sic ludunt imperiti scribæ: miserque interpres est, qui sibi tam putidis & apertæ mendosis fucum fieri sinat. Ipsa hæc Methodii violenta expositio, nec ejus superioribus cohærens; cum spectent hæc ad Animas, sic quasi captivitatem lugentes, non ad Sponsum, qui Virgines reliquis in cælesti aula prælaturus sit, & in capite gaudii & convivii collocaturus.

2. Μετὰ τὴν ἐξανάςασιν] Juxta illud Paulli Phil. 3. 11. εἴ πως καταντήσω εἰς ἐξανάςασιν τῶν νεκρῶν. Quæ non est simplex resurrectio ac mortuis omnibus communis, sed Virginum propria, seu præcipuorum Sanctorum, qui sic exurgent ut Christo obviam eant in aera, eique assurgant, juxta verba Paulli 1. Thess. 4. 14. Longa heic disputatione Leo Allatius Methodii mentem discutit. An senserit non potituras Animas beata requie ante communem resurrectionem, ac cum ita ad Christum assumentur præmia redditurum: exponitque locutum de ipso homine, non de Animabus, cum eas jam superius in cælis cum Christo versari docuerit. Sed num versari cum Christo, ipsa visio beata antiquorum phrasi fuerit, plenaque ac ultima exspectata felicitas, cui unum desit complementum corporis, ut totus ipse homo beatus dicatur, ac Deo frui; non perinde apertum est: primum enim vix est qui neget; cum alterum non pauci infitientur, nec desint loca quæ favere videantur, ex quibus illa opinionum nata perplexitas, donec per Sedem Apostolicam decisa quæstio est, rataque habita decisio in concilio Florentino. etsi nec modo plures Græcorum de Animorum statu ante judicium recte sentiant. τὸ, ἐκ μέρους, *ex parte*, quod exponit Leo Allat. *ab homine non integro, cum illa fruatur Animus solus a corpore sejunctus*, nullus adduci possum ut ex mente Methodii existimem, cum δι' αἰνιγμάτων jungat τῷ, ἐκ μέρους, & distinguat contra πρόσωπον κατὰ πρόσωπον· quod nemo dicat ipsam in se Dei visionem ac beatam; sed quia per fidem ambulamus, quæ nec Animos deserit, donec Deum in se clare videant. Deinde visura Deum post resurrectionem corpus & Animum, eoque simul perfectissima visione fruitura, nec nostra, nec Augustini autve Methodii habet theologia, quæ mentis solum oculum trahi posse contendit & elevari, ut divinam ipsam lucem contempletur: quæ ipsa ejus elevatio grande mysterium est, nec nisi fide cognitum; sic elevata Dei pura luce, ac quod ejus κρύφιον est (divina scilicet essentia, & quod a se Ens est) supra omnem capacitatem, etiam intellectus creati, ut vix radicalis ac remota in eo potentia sit; eo quod potentia est entis cognoscitiva, sub ejus tota latitudine analogica, intra cujus lineam ipse quoque Deus intelligatur, sed ut excedens, ad quem tota vis proxima sit divina ipsa lux communicata, seu lumen gloriæ, ut vocant, quidquid illud sit, in Anima seu intellectu vidente Deum. Oculus vero corporeus, tam potentia limitata est, quam auditus vel olfactus, seu quivis alius sensus, materiali quadam inter eos latitudine spiritalitatis; ut si illo videri Dei essentia possit, possit & audiri & olfieri vel gustari: sicque Deus ipse corpus fuerit, ensque finitum ac certo situ visibile aut qualitate, a quibus nec sensus visus sui limitatione abstrahit.

3. Πολίχνης] Possinius, *primaria civitate*: sed scripserit *parvula*.

4. Αποδύσασθαι] Leo Allatius, ac si legisset ἐπενδύσασθαι, *Quod non recordatæ sunt ornamentum nuptiale induere*: immo, *exuere*: nisi hoc illi typorum mendum. Certe præmium hoc servati mundi nuptialis, est, tenoris mentis illibati; non ejus excussi, quo merito eijciendus thalamo ac convivio, qui non indutus veste nuptiali ingressus sit.

5. Αρκείσθωσαν] Allat. ἀπαρκείσθωσαν, *oblata sunt*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



φάναι τὴν Ἀρετὴν, καὶ κελεύω μετὰ σὲ τὴν Θάλλουσαν λέγειν. δεῖ γάρ με παρὰ μιᾶς ἑκάστης ὑμῶν ἀποδέξασθαι τὸν λόγον. τὴν οὖν Θάλλουσαν βραχὺ ἐπισχοῦσαν, καὶ πρὸς ἑαυτὴν τι σκεψαμένην, εἰπεῖν ἔφη.

A fers, & jubeo post te Thallusam dicere. Debet enim unaquæque vestrum sermonem corrogare. Thallusam itaque paullulum moratam quasi ad colligendam se commentandumque breviter aliquid, sic locutam referebat.

Λόγος Ε'.

ΘΑΛΛΟΥΣΑ.

Ἀλλ' ὦ Ἀρετὴ, συλλήπτειραν ἀξιῶ παραστῆναί σε καὶ τὰ νῦν, ὅπως πρῶτον μέν σου, καὶ τῶν παρόντων δὲ φανῶμεν ἄξια λέγειν. τὸ γὰρ μέγιστον καὶ ἐπιφανέστατον ἀνάθημα καὶ δῶρον, οὗ μηδὲν ἀντάξιον ἄλλο προσενέγκασθαι πάρεστιν ἀνθρώποις Θεῷ, [1] τὸν ἆθλον τῆς Παρθενίας εἶναι πέπεισμαι, διαρκῶς ἀπὸ τῶν ἱερῶν ἠσθημένη γραμμάτων. καὶ γὰρ ἂν πολλῶν πολλὰ κατ' εὐχὰς ἐν τῷ νόμῳ καλὰ κατεργασαμένων, μόνοι μεγάλην εὐχὴν ἐλέγοντο πληροῦν, οἱ σφᾶς αὐτοὺς αὐθαιρέτῳ βουλῇ προσενέγκασθαι βουλόμενοι. ἔχει γὰρ τὸ ῥητὸν οὕτως· Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν, λέγων, Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἀφαγνίσασθαι ἁγνείαν Κυρίῳ. εὔχεται χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ εἰς τὸν νεὼν σκεύη προσκομίσας ἀναθεῖναί τις· ἕτερος ἀναθεῖναι τὴν δεκάτην τῶν καρπῶν, ἄλλος τῆς οὐσίας, ἕτερος τὰ κράτιστα τῶν ποιμνίων, ἄλλος τὴν ὕπαρξιν καθιεροῖ, καὶ οὐδέπω μεγάλην εὐχὴν εὔξασθαι δύναται τῷ Κυρίῳ· ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ ἑαυτὸν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ ὁλοτελῶς.

I. Ego vero te, Arete, rogo ut nunc quoque præsto auxilio sis: quo sermonem instituere, te primum, deinde etiam & reliquo cœtu non indignum videamur. Sacris videlicet instituta libris ac

B litteris plane mihi persuasi, maximum & spectabilissimum quod divinis appendi tholis possit (pulcherrimum, inquam, quod ab homine umquam Deo offeri possit) munus esse Virginitatis. Enimvero cum multa in Lege memorentur multorum cum laude vota, soli magno se voto obstrinxisse dicebantur, qui se ipsos libera voluntate Deo offerre in animum induxissent. Sic enim se locus habet: [a] *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens; Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Vir sive mulier, quicumque magne voverit tum castificandi castimoniam Domino.* Vovet aliquis aurea argenteaque vasa in templi usum se consecraturum: hic fructuum, ille bonorum decimas a se offerendas: alius pinguissima quæque

C capita gregum & armentorum: non nemo suas omnes facultates Deo consecrat: nec tamen adhuc ullus horum consequi potest, ut magnum votum vovisse dicatur; sed ille dumtaxat, qui se in solidum Deo obtulit.

Ἐπιχειρητέον γὰρ ἀληθεῖ λόγῳ πρὸς ὑμᾶς, ὦ Παρθένοι, τὴν [2] κατὰ τὸ προκείμενον διάνοιαν δηλῶσαι τῆς γραφῆς. ὁ γὰρ κατά τι μόριον φυλασσόμενος καὶ προσέχων, κατά τι δὲ περισπώμενος καὶ πλημμελῶν, ὅλος οὐκ ἀνάκειται Θεῷ. χρὴ γὰρ τὸν τέλειον πάντα ἀναθεῖναι, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς καὶ τὰ τῆς σαρκὸς, ὅπως ἄρτιος εἴη, καὶ μὴ ἐλλιπής. ταύτῃ δὴ καὶ τῷ Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς ὑφηγεῖται, Λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν, λέγων, καὶ αἶγα τριετίζουσαν καὶ κριὸν τριετίζοντα, καὶ τρυγόνα καὶ περιστεράν· ὅ ἐστιν ἄριστα. ἐπίστησον γὰρ, ὅτι περὶ τούτων κἀκεῖνο παρεγγυᾷ· Προσένεγκέ μοι καὶ φύλαξον ἄζυγα καὶ ἀκάκωτόν σου τὴν ψυχὴν, δαμάλεως δίκην, καὶ τὴν σάρκα καὶ τὸν λογισμόν· τὴν μὲν ὡς αἶγα, ἐπειδὴ τὰ μετέωρα καὶ κρημνώδη περιπολεῖ· τὸν δὲ ὡς κριὸν, ἵνα μηδαμῶς ἀποσκιρτήσας ἐκπέσῃ καὶ ἐξολισθήσῃ τῆς ἀληθείας. οὕτω γὰρ ἐντελὴς ἔσῃ καὶ ἀνεπίληπτος, ὦ Ἀβραὰμ, ἀναθεὶς ἐμοὶ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν αἴσθησιν καὶ τὸν νοῦν, ἃ συμβολικῶς δάμαλιν ἔφη καὶ αἶγα καὶ κριὸν τριετίζοντα, οἱονεὶ τὴν γνῶσιν ἀκατάμεμπτον τῆς Τριάδος ἐπαγγελμένα.

II. Vera enim mihi apud vos aggrediendum, o Virgines, ratione, ut allati jam textus Scripturæ sensum aperiam. Nimirum qui ex parte se ipse custodit sibique attendit, ex parte vero curis distrahitur atque ab officio relaxatur; is non totus Deo addictus est. Quare necesse est, ut qui perfectus esse velit, cuncta Deo consecret, tum quæ animi sunt, tum quæ carnis; ut integer sit, & quem nihil deficiat. Idcirco enim Deus Abraham præcipit, di-

D cens: [b] *Sume mihi vaccam triennem & capram trimam, & arietem annorum trium: turturem quoque & columbam.* Optime sane. Adverte enim hoc quoque de illis mandare, hancque loci sententiam esse. Offer mihi & serva, quæ sub jugum missa non sit, nec aratri laboribus subacta, primum vaccæ symbolo, animam tuam, tum carnem, postremo mentem: quarum hæc quidem capram referat, qua celsa abruptaque perambulat: illa arietem, ne quando resiliat atque a veri tramite excidat. Sic enim perfectus eris & a culpa immunis, o Abraham, tuis cum anima, tum sensu & mente, mihi pariter consecratis; quæ symbolice vaccam & capram & arietem triennem vocavit, tamquam quæ sanctæ Tri-

E nitatis cognitionem rectam præ se ferrent.

Τάχα δὲ καὶ τὴν πρώτην καὶ τὴν μέσην καὶ τὴν τελευταίαν τοῦ βίου καὶ τῆς ἡλικίας ἡμῶν αἰνίσσεται τελείων, βουλόμενος, ὡς ἔνι μάλιστα. ἢ τὸν τῶν παί-

Nisi forte heic potius, prima & media ac postrema, vitæ nostræ ætatisque via occulte innuitur; Deo hoc agente, ut quam maxime licuerit, pue-

[a] Num. vi. 2. [b] Gen. xv. 9.

1. Τὸν ἆθλον τῆς Παρθενίας] *Virginitatis munus* libens reddidi, prout ludi & certamina, iisque obeundis labores, Latinis *munera* sunt; Græcis ἆθλος. Possinius *Virginitatis professionem*: quod sensu non abest. Sequentia, *ultro susceptum ejus caussa*, inutile glossema: non enim de alia sermo Virginitate viro Ecclesiastico, ut opus sit hoc annotare.

2. Κατὰ τὸ προκείμενον.] Vat. habet, κατὰ τὸ πνεῦμα. Quod esset *spiritualem sensum*: nec est necesse ut πνεῦμα heic loci, divinus ipse Spiritus intelligatur, uti reddidit Possinius. Η, κατὰ τὸ πνεῦμα διάνοια, opponitur τῇ, κατὰ τὸ ῥητόν: *sensus spiritalis*, *litterali*. Spiritali ergo sensu, votum Nazareatus, votum quo quis magne vovet, mirificum illud opus (ut sonant Hebræa, voluerunt οἱ LXX. exprimere voce illa, μεγάλως εὔξασθαι) de Virginibus exponit Methodius, quæ Deo & animam & corpus, ac quidquid demum sunt, obtulere, servantque: ut Deo sancta & separata: quod sane pro humana imbecillitate maximæ virtutis est. Post πλημμελῶν, Allatius, οὐκ ἀρεστὸς τῷ Θεῷ, *non placet Deo*: quod glossema videtur, nisi utrumque Methodius scripsit, id est, *Non integra oblatio est, aut quæ placeat Deo*.

δων καὶ τὸν τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸν τῶν γεραιτέρων χρόνον σωφρόνως βιώσαντας, αὐτῷ προσενέγκασθαι· καθ' ὃν τρόπον καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐν εὐαγγελίοις παρακελεύεται Ἰησοῦς Χριστὸς, ὧδε νομοθετῶν· Οἱ λύχνοι ὑμῶν μὴ σβεννύσθωσαν, καὶ οἱ ὀσφύες ὑμῶν μὴ λυέσθωσαν. διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι γίνεσθε ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον αὐτῶν, πότε ἀναλύσῃ ἐκ τῶν γάμων, ἵνα ἐλθόντι καὶ κρούσαντι αὐτῷ, εὐθέως ἀνοίξωσι. μακάριοί ἐστε, ὅτι ἀνακλινεῖ ὑμᾶς, καὶ παρελθὼν διακονήσει· κἂν τῇ δευτέρᾳ, κἂν τῇ τρίτῃ φυλακῇ, μακάριοί ἐστε. ἐπισκέψασθε γὰρ ὅτι τρεῖς ὑποθέμενος φυλακὰς νυκτὸς, ἑσπερινὴν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην, καὶ τρεῖς ἑαυτοῦ παρουσίας, ὦ Παρθένοι, τὰς τρεῖς ἡμῶν τῆς ἡλικίας ᾐνίξατο μεταβολὰς, τὴν μειρακιώδη καὶ τὴν πρόσηβον καὶ τὴν πρεσβυτικήν· ἵνα κἂν τὴν πρώτην ἄγοντας ἡλικίαν, τουτέστι παῖδας ὄντας, ἐὰν ἔλθῃ παραληψόμενος τοῦ κόσμου, ἑτοίμους καταλάβῃ καὶ καθαροὺς, μηδὲν ἐπιτετηδευκότας σκαιόν· κἂν τὴν δευτέραν ὁμοίως, κἂν τὴν τρίτην. ἑσπερινὴ γὰρ φυλακὴ, ὁ καιρός ἐστι τῆς ἀκμῆς τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἡ νεότης, καθ' ἣν ἄρχεται ταράσσεσθαι τὸ ἡγεμονικὸν, ἐπιθολούμενον ταῖς ἐξαλλαγαῖς τοῦ βίου, ἡβώσης αὐτοῦ τῆς σαρκὸς ἤδη καὶ τρεπομένης εἰς πάθος. δευτέρα δὲ, ὁπηνίκα λοιπὸν εἰς ἄνδρα τέλειον ἐλάσας, [1] ἄρχεται στάσιν καὶ βεβαιότητα τῶν θορύβων ὁ νοῦς προσλαμβάνειν καὶ τῆς οἰήσεως. τρίτη δὲ ὅτε αἱ πλεῖσται φαντασίαι φθίνουσι τῶν ἐπιθυμιῶν, ἀπομαραινομένης ἤδη τῆς σαρκὸς καὶ εἰς γῆρας προκυπτούσης.

rilem virilemque ac senilem ætatem caste transactas, illi offeramus. Quemadmodum & Dominus noster Jesus Christus in Evangelio præcipit, ita sanciens: [a] *Lampades vestræ ne extinguantur, & lumbi vestri ne solvantur. Ideo & vos similes estote hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, ut cum venerit & pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati eritis, quia faciet discumbere, & transiens ministrabit. Et si in secunda vigilia, & si in tertia, beati eritis.* Considerate enim, quemadmodum tres noctis designando vigilias (vespertinam & secundam & tertiam) tresque suos adventus, o Virgines, triplicem ætatum nostrarum vicem innuerit; puerilem scilicet, adultam ac senilem. Nempe hoc satagens, ut sive primam agentes ætatem (hoc est, puerilem) ex mundo assumturus venerit, paratos nos ac mundos nullique pravo instituto addictos inveniat: ac similiter sive alteram decurrentes, sive tertiam. Vespertina enim custodia, ætatis flos est & juventus, cum mens turbari incipit vitæ alternationibus, pubescente jam carne atque in libidinem gestiente. Secunda vero in virum jam perfectum provecta, quando mens quietem ac firmitatem adversus perturbantes motus inanemque jactantiam incipit assumere. Tertia denique cum magna pars desideriorum ac cogitationum evanescit, marcescente jam carne atque in senium vergente.

Διὸ προσήκει ἄσβεστον ἐν τῇ καρδίᾳ πίστεως ἐξάψαντας λύχνον, καὶ ὀσφὺν ἀναζωσαμένους τῆς σωφροσύνης, ἐγρηγορέναι καὶ προσδοκᾶν ἀεὶ τὸν Κύριον· ἵνα κἂν ἐν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ παραλαβεῖν ἡμῶν τινας βουληθῇ, κἂν ἐν τῇ δευτέρᾳ, κἂν ἐν τῇ τρίτῃ ἐλθὼν, καὶ εὑρὼν ἑτοιμοτάτους, καὶ ἃ προσέταξεν ἐργαζομένους, ἀνακλινεῖ εἰς Ἀβραὰμ κόλπους καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Ἱερεμίας δὲ, Ἀγαθόν φησιν ἀνδρὶ, ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐν νεότητι αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κυρίου μὴ ἀποστῇ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. ἀγαθὸν γὰρ ἐκ παίδων, ὡς ἀληθῶς, ὑποθέντα τὸν αὐχένα [2] τῇ θείᾳ προσοχῇ, μὴ ἀποσείσασθαι μέχρι γήρως τὸν ἐπιβάτην καθαραῖς φρεσὶν ἐποχούμενον, ἀεὶ τὸν λογισμὸν εἰς τὰ χείρω καθέλκοντος τοῦ πονηροῦ. τίς γὰρ οὐ τὰς δι' ὀμμάτων, τίς δ' οὐ τὰς δι' ὤτων, τίς δ' οὐ τὰς διὰ γεύσεως, ὀσφρήσεώς τε καὶ ἁφῆς ἡδονὰς καὶ τέρψεις ἀποδέχεται, τὴν ἡνίοχον μὴ φέρων σωφροσύνην, εἴργουσαν καὶ καθαιμάττουσαν τὸν ἵππον τῆς κακίας; ἕτερος μὲν οὖν εἰς ἕτερα ἐπιβλέψας, ἄλλα δοξάσει· ἡμεῖς δὲ ἀνατιθέναι λέγομεν ἑαυτὸν τελείως Θεῷ, ὃς καὶ [3] τὴν σάρκα ἄχραντον ἐκ παίδων φιλοτιμεῖται φυλάττειν, Παρθενίαν ἀσκῶν. περισπουδάστους γὰρ, μεγάλας ἐλ-

III. Quamobrem convenit, accensa in corde quæ semper ardeat fidei lampade, & lumbis balteo Castitatis succinctis, nos vigilare, ac Dominum semper exspectare: ut sive in prima ætate nostrum aliquos velit assumere, sive in secunda, sive in tertia veniens, paratissimosque inveniens & quæ mandavit exsequentes, in sinu Abrahæ, Isaac & Jacob reclinet. Jeremias vero, [b] *Bonum*, ait, *est viro cum portaverit jugum ab adolescentia sua*; [c] *& a Domino non recesserit anima ejus*. Bonum sane, a prima ætate & a puero supposita divinæ disciplinæ cervice, ad senectam usque non excutere sessorem puris mentibus insidentem, cum diabolus in deterius vitiumque animum trahere numquam desinat. Quotus enim quisque est, qui non per oculos, qui non per aures, gustumque & nares & tactum, voluptates ac delicias admittat, Castitatis sessoris impatiens, quæ utique nequitiæ equum coerceat ac cruenta calce cohibeat? Erit forte, qui alio respiciens, secus omnino ac alia sentiat. Nostra vero hæc sententia; hocque dicimus, perfecte Deo offerri ac consecrari, qui & carnem a puero intaminatam Virginitatis cultu servare contendit. Vere enim expetendas

[a] Luc. XII. 35-38. [b] Thr. III. 27. [c] Jer. XVII. 5.

1. Ἄρχεται στάσιν] Heic status priori contrarius describitur, quo ἄρχεται ταράσσεσθαι, *mens turbari incipit* passionibus ac libidinum æstu: altero itaque, adulta jam ætate & in virum provecta, *sedari incipit roburque nancisci* adversus turbationes ejusmodi & passiones, quæ pæne evanescunt senili ætate, membris jam frigentibus. Non bene Possinius vocem στάσιν, *statu nisi quodam incipit*: est enim heic, quam Aristoteles κινήσει opponit, id est *quies*: quam qui *statum* reddit ea acceptione, plane βαρβαρίζει, nec Latina vocem Græcam exponit. Nihil felicius explicata vox οἰήσεως. Possinius *erroribus vitæ dominari*: Allatius, [illegible]. Est hæc alterum vitium, quo maxime laborat adolescentia, *inanis quædam jactantia & arrogantia*, τῦφος: qui ipse affectus in viro jam maturiore ætate ac sensu saniore, mitescit ac sedari incipit: idem [illegible] οἶμα: unde οἰηματίας, *superbus*, *insolens*, * qui de se magna concipit: ita juvenes per inexperientiam ac calore sanguinis: quæ sic docte expressa Methodio, verborum phaleris alio trahere non convenit.


2. Τῇ θείᾳ προσοχῇ] Virtutis diligentia est ac sedulitas; ac, quod reddebam, *disciplina*: quo argumento præclare inter reliquos Basilius. *Attentio* dicatur, per me licet: προσευχῇ quod habent Mazar. & Allatius, non placet. Et quidem oratio vel maxime Virgini necessaria ut se contineat: sed huic accedant necesse est, etiam reliqua virtutis exercitia atque opera, ut sit plena sanctificatio ac oblatio.

3. Τὴν σάρκα ἄχραντον] Necessario istud assumtum ex Allatio. Hæc namque perfecta Deo consecratio est, cum ipsa caro Virginitatis cultu a puero intemerata constiterit: quod certe arduum certamen. Alia supplet Possinius minus accommoda. περισπουδάστους ex eodem Allatio supplettum: etsi τὸ, περισπούδαστος Vat. non displicet.

* Ita quoque Budæus Comment. L. G. v. Οἰηματίας, unde sua hausisse videtur Combefisius. Adi sis Hesychium v. Οἴησις, noviss. edit. tom. II. pag. 723.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

πίδων δωρεὰς τοῖς ἐφιεμένοις αὐτῆς ταχέως φέρει, τὰ λυμαντήρια τῆς ψυχῆς ἀπομαραίνουσα πάθη καὶ ὑπεκκαύματα. φέρε γὰρ, εἰσηγήσομαι πῶς ἀνακείμεθα τῷ Κυρίῳ.



Τὸ γοῦν, Μεγάλως εὔξασθαι εὐχὴν, ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς νομοθετούμενον, τοῦτο παρίστησιν, ὅπερ ἐπὶ πλέον ἐγὼ διηγησαμένη ἀποφαίνω, Μεγάλην εὐχὴν εἶναι παρὰ πάσας εὐχὰς ἀποδεικνῦσα τὴν Ἁγνείαν. τότε γὰρ ἀνάκειμαι προφανῶς πᾶσα τῷ Κυρίῳ, ὁπότε μὴ μόνον τὴν σάρκα συνουσίας ἀνέπαφον, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν ἀτοπημάτων ἄσπιλον τηρεῖν ἀγωνίζομαι. Ἡ γὰρ ἄγαμος, φησι, μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ Κυρίῳ· οὐ μόνον ἵνα μὴ χωλὴν τῆς ἀρετῆς κατά τι μόριον ἀπενέγκηται τὴν δόξαν, ἀλλ' ἄμφω, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ ἐν τῷ σώματι καὶ ἐν τῷ πνεύματι ἁγιάζηται, ἀναθεῖσα τὰ μέλη Κυρίῳ. τί γάρ ἐστι τὸ ἀναθεῖναι ἑαυτὸν τελείως Κυρίῳ, λεκτέον. ἐὰν ἐπὶ τῶνδε μὲν ἀνοίξω τὸ στόμα, ἐπὶ τῶνδε δὲ κατακλείσω. οἷον, ἀνοίξω μὲν περὶ τὰς ἐξηγήσεις τῶν γραφῶν, εἰς τὸ ὀρθοδόξως ὑμνῆσαι καὶ μεγαλοπρεπῶς κατὰ δύναμιν τὸν Θεόν· κατακλείσω δὲ, θύραν αὐτῷ θεμένη καὶ φυλακὴν, τοῦ μάταια μὴ λαλεῖν· ἁγνεύει μου τὸ στόμα καὶ ἀνάκειται τῷ Θεῷ· ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γέγονεν ὄργανον σοφίας· γράφει γὰρ δι' αὐτῆς ἀριδήλοις γράμμασιν, ὑπὸ τοῦ βάθους καὶ τῆς δεινότητος τῶν γραφῶν φωτίζων τὸν [1] νοῦν, [a] τοῦ [2] Πνεύματος ὁ Λόγος, ὁ Κύριος γραμματεὺς τῶν αἰώνων ὀξυγράφος, ὅτι ταχέως καὶ ὀξέως τὴν βουλὴν ἀναγράφεται μόνος καὶ πληροῖ τοῦ Πατρὸς, Ὀξέως σκύλευσον, ἀκούων, ταχέως προνόμευσον. τούτου κάλαμός ἐστιν ἡ γλῶσσά μου τοῦ γραμματέως. ἡγνίσθη γὰρ αὐτῷ καὶ ἀνάκειται κάλαμος ὥσπερ ὡραῖος, ὡραιότερα γράφων τῶν τὰ ἀνθρώπινα δόγματα κροτυνόντων ποιητῶν καὶ λογογράφων. ἐὰν ἐθίσω καὶ τὰς ὄψεις μὴ ἐπιθυμεῖν ὥρας σωμάτων μηδὲ τέρπεσθαι θέαις ἀσχήμοσιν, ἀλλὰ τὰ ἄνω περισκοπεῖν, ἁγνεύουσι καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἀνάκεινται τῷ Κυρίῳ. ἐὰν τὰ ὦτα φράξασα ἀπὸ δυσφημίας καὶ ψιθυρισμῶν, ἀναπετάσω λόγῳ Θεοῦ, φοιτῶσα παρὰ σοφοῖς, ἀνατέθεικα καὶ τὰς ἀκοὰς τῷ Κυρίῳ. ἐὰν ἀποστήσωμαι τὰς χεῖρας ἀπὸ καπηλείας, [3] ἀπὸ μεταπράσεως, ἀπὸ φιλοχρημοσύνης, ἀπὸ πληκτισμοῦ, ἁγνεύουσι καὶ αἱ χεῖρες Θεῷ. ἐὰν ἐφέξω τὸ πορευτικὸν διεστραμμένας ὁδοὺς πορεύεσθαι, ἀνατέθεικα καὶ τοὺς πό-

ejus accensis desiderio, magnas munerum spes affert, quæ exitiosos animo labefactet affectus ac incendia comprimat. Nunc explicandum, quomodo nostra Deo consecratio devotioque consistat.

IV. Quod itaque in libro Numerorum sancitur, [a] *Magne votum vovere*, hoc ostendit; quod ego paullo amplius explanans, Magnum votum inter omnia vota, Castimoniam esse statuo ac probo. Tunc enim palam & in solidum totaque Domino consecrata sum, cum non solum carnem a concubitu intactam, verum etiam a reliquis vitiorum sordibus omnique turpitudine illibatam servare contendo. [b] *Nam innupta*, inquit, *cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino*: non solum ut ex parte ac claudicantem virtutis opinionem laudemque referat; sed ut utroque, ut auctor Apostolus est, *& corpore scilicet & spiritu sancta sit*, consecratis membris Domino. Quid enim sit se Deo perfecte consecrare, id vero dicendum. Ut sub exemplo loquar: Si os meum ad quædam aperuero, ad quædam clausero. Puta, aperiam enarrandis Scripturis, ut recta fide ac magnifice, quanta facultas est, Dei laudibus incumbat; claudam vero, [c] ostio imposito ac custodia, ne inania loquatur: os meum castum est ac Deo consecratum. [d] *Lingua mea calamus* exstitit, Sapientiæ organum. Scribit enim per illam clarissimis litteris, ex alto subtilisque Scripturarum vi mentem illustrans Spiritus Sermo: Dominus velox sæculorum scriba; ea scilicet ratione, quod solus cito ac velociter paternum conscribat impleatque consilium: qui nempe audiat, [e] *Cito prædare*; *velociter spolia detrahe*. Hujus scribæ lingua mea calamus est. Illi enim caste dicata devotaque est, haud secus ac speciosus calamus; lepidiora scribens, quam vel Poetæ vel Oratores, qui humanis doctrinis vim dicendi ac facundiam qua pollent, impendant. Si & oculos assuefecero ne corporum formam concupiscant, nec turpibus spectaculis oblectari permisero, sed cælestia contueri jussero; casti erunt oculi & Deo sacri. Si rursus adversus obtrectationes atque murmura, aures sepivero, Deique verbo aperuero, [f] sapientum frequens terens limina, consecravi & aures Domino. Si manus a turpi & sordida nundinatione, cauponariaque ac institoria arte, ab avaritia, a percussione avertero: castæ sunt & manus ac Deo dicatæ.

a Num. VI. 1. *b* 1. Cor. VII. 34. *c* Psal. CXL. 3. *d* Psal. XLIV. 2. *e* Isa. VIII. 1. *f* Eccli. VI. 36.

1. Νοῦν] Allatius, *νόμον*; qui & mox habet *ἐξηγεῖται*, pro *ἀναγράφεται*.

2. Τοῦ Πνεύματος ὁ Λόγος] Durius videretur, nisi nota esset mens Methodii, ipso satis explicata contextu, quo τοῦ Πνεύματος voce, non Spiritus personam, sed Patris, se velle significat, cujus & scriba velox ὁ Λόγος sit: si tamen hoc ita decoquendum, nec scribarum putre mendum existimandum, qui fallentibus oculis pro Πατρὸς, Πνεύματος legerint, levissima harum vocum distinctione in Mss. ac proclivi errore, nisi quis πνς, & πρς, quibus in eis distincte pinguntur summa affinitate, attenderit. Sicque alias me emendasse memini inspectis antiquis codd. in hac ipsa voce sic laborantia: ac utinam illorum mihi facta copia, vel modo liceret meis oculis credere, qui falli alios & fallere non incerta conjectura intelligam. Et certe alienum a Methodii simplicitate, ut nulla ratione tanta heic vocum enallage uti voluerit, atque doctrinam obscurare: etsi quod dicitur Joan. IV. 24. *Spiritus Deus est*, hanc ejus vocem posset excusare. Aliud est, quod Auctor Imperfecti Spiritum in Domini conceptione, ipsum Verbum exponat, quod ipsum a se Virgini obumbraverit eique supervenerit, suique auctor templi ac corpusculi fuerit: quamquam ipsa fabrica & effectio, ipsius deitatis ac Trinitatis opus est; non propria aut Verbi, aut Spiritus: merito tamen Verbo appropriata, ut in quo Pater condat omnia ut in prima Ratione; in qua ut primus, ita & secundus Adam conditus intelligatur: quippe divinæ sapientiæ eximium opus ac singulare, non minus quam bonitatis, ratione cujus Spiritui sancto communius solet appropriari.

3. Ἀπὸ μεταπράσεως] Bene Leo Allatius *institoria*, *negotiatione*: quasi revenditione; qua res vilius emtæ paullo carius veneunt: quæ ipsa nundinatio quandoque Reip. necessaria ac civitati, potestque, modo absit fraus, honesto inde lucello, pro industriæ ratione, citra omnem culpam exerceri: etsi minus deceat Virginem, quæ tota Sponso hærere debet, illique addicta esse cui est consecrata. Possinius, *a plagio*. At quantum ut Virgo ac puella a se plagium deprecetur? Alia hujus generis hominum proclivia crimina atque vitia; nec tam longe viro docto arcessendum plagium, cujus vix notio in feminam, eamque Christi Virginem, cadat. Multi in Rep. plagiarii, si *μεταπράται* omnes hujus sceleris notandi. Plagii crimen est, cum quis sciens hominem liberum, aut alienum mancipium dolo malo vendit, emit, donat, celat: translata etiam vox a Martiale ad librorum fures, quod & ipsos, quasi liberos habeant, quorum curis ingenii partu sublati sunt atque editi.

a Τοῦ πνεύματος ὁ Λόγος] Heic legendum τοῦ Πατρὸς ὁ Λόγος, *Verbum Patris*, statuit doctissimus Maranus ad Justini M. *Dialogum cum Tryphone* §. XXX. „ Sæpe enim, inquit, errarunt librarii in his vocibus πατρὸς & πνεύματος; quia breviter scriptæ ad hunc modum πρς πνς, simillimæ sunt. „ Atque hujusce errati exempla præter hoc Methodianum, ex Justino & Tatiano depromit.

δας, οὐκ εἰς δικαστήρια καὶ θιάσους παρερχομένη, ὅθι [1] ἄνδρες ἀλιτροδίκαι πλέθουσιν· ἀλλ᾽ εἰς τὸ κατορθῶσαι πληρώσασα τι τῶν ἐντολῶν. τί μοι λοιπὸν, ἐὰν διαγνεύω καὶ τὴν καρδίαν, πάσας τὰς διανοήσεις αὐτῆς ἀναθεῖσα Κυρίῳ· φαῦλον οὐδὲν διαλογίζομαι, τῦφος οὐκ ἐμπολιτεύεται καὶ ὀργὴ παρ᾽ ἐμοί· τὸν νόμον καὶ ἐν ἡμέρᾳ μελετῶ Κυρίου καὶ ἐν νυκτί.; καὶ τοῦτ᾽ ἔστι μεγάλην ἁγνείαν ἁγνεῦσαι, μεγάλην εὐξάμενον εὐχήν.

A Si facultatem gradiendi cohibuero, ne perversas incedat vias; pedes etiam consecravi: non ad fora, non ad convivales cœtus aut choreas vadens, ubi perditi judicii homines versantur; verum eos adhibens, ut virtutis aliquid impleam, Dei quidpiam mandatorum præstans. Quid jam restat, si & corde casta sim, omnes illius cogitationes Domino consecrans: nihil malum mente versem, nihil ex sæculi usu animo reputem; si penes me non superbia, non iracundia vim ullam obtineat; si legem Domini interdiu ac noctu mediter? Hoc demum est, [a] *Magnam castificare Castimoniam, eum qui magnum votum nuncupaverit.*

Πειράσομαι δὲ καὶ τὰ ἑξῆς ὑμῖν, Παρθένοι, φράσαι τῶν διατάξεων, ἐπειδήπερ τῶν σφετέρων ἐξήρτηται καὶ αὐτὰ κατορθωμάτων, θεσμοὶ περὶ Παρθενίας ὄντα, καὶ χρησμοὶ διδάσκοντες ὡς ἀπέχεσθαι προσήκει, καὶ [2] ἀναγωγὸν εἶναι τὴν Παρθένον. γέγραπται γὰρ οὕτως· Καὶ ἐλάλησε Κύριος τῷ Μωϋσῇ, λέγων, Λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν ἀφαγνισθῆναι Κυρίῳ, ἀπὸ σίκερα καὶ οἴνου ἁγνισθήσεται, καὶ ὄξος ἐξ οἴνου, καὶ ὄξος ἐκ σίκερα, καὶ ὅσα κατεργάζεται ἐκ σταφυλῆς, οὐ πίεται· καὶ σταφυλὴν πρόσφατον καὶ σταφίδα οὐ φάγεται, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς εὐχῆς αὐτοῦ. ὅπερ ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τῆς πονηρίας τῶν γεννωμένων, ὁ κατεγγυήσας ἑαυτὸν τῷ Κυρίῳ καὶ ἀναθεὶς, οὐ δρέψεται, διὰ τὸ παρεκτικὸν ἀεὶ μέθης αὐτὸ καὶ ἐκστάσεως πεφυκέναι. δύο γὰρ ἀμπέλων διαφορὰς ἐκ τῶν γραφῶν ᾐσθήμεθα, αἳ χωρὶς ἀλλήλων γενέσθην, ἀνομοίως τε ἐχέθων. ἡ μὲν γὰρ ἀθανασίας τε καὶ δικαιοσύνης ἐστὶ παρεκτική· ἡ δὲ μανίας αὖ καὶ παραφροσύνης. ἄμπελος μὲν γὰρ νηφάλιος καὶ εὐφραντικὴ, κλημάτων δίκην, ἐκ τῶν μαθημάτων τοὺς βότρυς ἱλαρῶς ἀπαιωροῦσα τῶν χαρισμάτων, καταστάζοντας ἀγάπην, ὁ Κύριος ἡμῶν ἐστιν Ἰησοῦς, ὁ λέγων διαῤῥήδην τοῖς Ἀποστόλοις, Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἀληθινὴ, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ δὲ Πατήρ μου ὁ γεωργός. ἀγρία δὲ καὶ θανατηφόρος, ὁ διάβολος, λύσσαν καὶ ἰὸν καὶ ὀργὴν ἀποστάζων. ὥσπερ δὴ καὶ Μωϋσῆς ὑφηγεῖται διαγράφων περὶ αὐτοῦ· Ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων, φησὶν, ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόῤῥας. ἡ σταφυλὴ αὐτῶν, σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν. θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος. ἐκ ταύτης τρυγήσαντες οἱ Σοδόμων οἰκήτορες, εἰς ἄκαρπον ἀῤῥένων ὄρεξιν οἰστρηλατηθῆναι τραπῆναι παρὰ φύσιν. ἐντεῦθεν καὶ ἐπὶ Νῶε κραιπαλήσαντες, εἰς ἀπιστίαν κατωλισθον, καὶ ὑποβρύχιοι κατεποντώθησαν κατακλυσμῷ. ἐντεῦθεν ἀρυσάμενος ὁ Κάϊν, τὰς μισαδέλφους ἐφοίνιξε χεῖρας, καὶ ἔχρανε τὴν γῆν λύθρῳ συγγενικῷ. ἐντεῦθεν μεθυσκόμενα τὰ ἔθνη, θήγουσιν ἑαυτῶν εἰς ἀλληλοφόνους μάχας τοὺς θυμούς· οὕτω γὰρ [3] οὐκ ἐξίσταται ἄνθρωπος ἀπὸ οἴνου καὶ παραπαίει, ὥσπερ ἀπὸ

V. Hinc jam consequenter exponere pergam, quæ B isto Legis loco præscribuntur; quod hæc quoque vestris annexa sint muneribus oracula, docentia a quibus Virginem abstinere deceat, & quæ a se arcere. Sic autem habent: [b] *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Vir sive mulier quicumque magne fecerit votum castificandi Castitatem Domino, a sicera & vino temperabit: & acetum ex vino, & acetum ex sicera, & quæcumque ex uva fiunt, non bibet, & uvam recentem, & uvam passam non comedet, omnibus diebus voti sui.* Hoc est: Qui se Domino vovit illique consecravit, non carpit ex illis quæ ex arbore nequitiæ nascuntur, quod ea semper ebrietatem & a sana mente alienationem soleant inducere. Duo C enim vitium genera, quantum ex Scripturis intelligimus, seorsim diversaque area nascuntur, ac dissimiles sunt. Harum una, immortalitatis auctor ac justitiæ; altera, furoris ac dementiæ caussa exsistit. Nempe vitis quidem illa prior, sobria [c] ac lætificans cor, e præceptis suis velut ex palmitibus, lætas ostentans pendentes charismatum uvas stillantes caritatem, Dominus noster Jesus est, qui palam ait Apostolis: [d] *Ego sum vitis vera, vos palmites: & Pater meus agricola est.* Agrestis vero alia & mortifera vitis, diabolus est, rabiem & venenum & iram distillans; uti & Moyses narrat, ita describens: [e] *Ex vite Sodomorum vitis eorum, & palmes eorum ex Gomorrha. Uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis eis. Furor draconum vinum eorum, & furor aspidum insanabilis.* Ex hac vite collecta vindemia [f] Sodomorum cives, in sterilem D masculorum concupiscentiam, œstro furiosæ libidinis contra naturam versi sunt. Indidem [g] qui Noe temporibus crapulæ indulgebant, in infidelitatem prolapsi sunt, & submersi diluvio perierunt. Inde hausto Cain poculo, [h] parricidales manus fraterno sanguine cruentavit, & terram cognato cruore polluit. Inde ebriæ Gentes, barbaræ mentis furores suos in pugnas & mutuas cædes exacuunt: non sic enim a vino movetur homo a sede rationis & pedibus titubat, quemadmodum ab invidia ac ira. Non sic a

a Num. VI. 1. *b* Ibid. ✝. 1-4. *c* Zach. IX. 17. Psal. CIII. 15. *d* Joan. XV. 1. 5. *e* Deut. XXXII. 32. 33. *f* Gen. XVIII. 20. & XIX. 4. *g* Gen. VI. 7. *h* Gen. IV. 8.

1. Ἄνδρες ἀλιτροδίκαι] Quasi *scelesti judices*, mali censores, qui non vitio, sed virtuti dicam inferant & pietati. Sic mihi pro ejus vocis novitate similique compositione in ἀλιτρόξιος, aliisque ejus generis. Hincque forte θιάσους judiciis junxerit (pro ejus ætatis ratione) cærimonias cœtusque intelligens in honorem deorum, quos Christi Virgo maxime vitare debeat, & in eis ἀλιτροδίκας, scelestissimos judices ac censores, qui dæmonum sacra pro vero Dei cultu usurpanda suadeant. Geniales etiam cœtus seu convivales & choreæ, parum æqua Virginibus, hominumque in eis corruptorum judicia; quæ omnia Methodius complecti potuit ea vocis amplitudine.

2. Ἀναγωγὸν εἶναι τὴν παρθένον] Allatius, παρθενίαν: quod ipsum ferri potest: pro ἀναγωγὸν, ἀναγωγὴν repræsentat, quod utrumque eodem sensu exponendum, prout ἀναγωγὸς δύναμις, *subductrix facultas* dicitur: ἀναγωγὴ E πτυέλου apud Athen. l. 1. *extractiva salivæ*: ἀναγωγὴ αἵματος, *rejectio sanguinis*. Galen. Dioscor. &c. Sic ergo constituta de magno Voto & Nazareatu docent, quid Virgo rejicere & a se removere debeat, ut sit vere sancta Domino. Altero significatu accepit Leo Allatius prout ἀναγωγὴ quasi *sursum vectio* sublimisque instituto & ratio exponitur, dum ita reddit, *& Virginitatem ipsam sui institutione ad superiora homines traducere*: quæ certe remotiora videntur: cumque Nazareatus omnis, deque illo latæ leges in separatione & remotione quorumdam, seu abstinentia ab illis, per ejus tempus, positæ sint, ac de illis exponat Methodius: planius explicatur vox illa priore a nobis allato sensu; ut vox vocem declaret, quo nihil apud auctores usitatius.

3. Οὐκ ἐξίσταται] Nihil opus cum Possinio interrogandi legere. Major vis & emphasis in simplici comparatio-

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 290.

ζήλου καὶ ὀργῆς. οὕτως οὐ μεθύσκεταί τις ἀπὸ οἴνου καὶ παραπαίει, ὡς ἀπὸ λύπης, ὡς ἀπὸ ἔρωτος, ὡς ἀπὸ ἀκρασίας. ἀπὸ ταύτης προςέτακται τῆς ἀμπέλου μὴ γεύεσθαι τὴν Παρθένον, ἵνα νηφάλιος ὑπάρχουσα καὶ ἄϋπνος ἀπὸ μερίμνης βιωτικῆς, ἔκλαμπρον τὴν λαμπάδα τοῦ φωτὸς τῆς δικαιοσύνης ἐξάπτῃ τῷ Λόγῳ. Προσέχετε, γάρ φησιν ὁ Κύριος, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι κραιπάλῃ καὶ μέθῃ καὶ μερίμναις βιωτικαῖς, καὶ ἐπιστῇ ἐφ' ὑμᾶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη ὡς παγίς.

A vino inebriatur ac vestigiis vacillat, ut a mœrore, ab amore, a turpi libidine. Ex hac vite nefas Virginem gustare, quo sobria ac vigil ab hujus sæculi anxietate, splendentem justitiæ luce lucernam Verbo accendat. Ait namque Dominus: [a] *Attendite ne graventur corda vestra crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ; & superveniat in vos dies illa, tamquam laqueus.*

Οὐ μόνον δὲ τῶν ἐκ τῆς ἀμπέλου κατεργαζομένων ἐκείνης προςέτακται μηδαμῶς κατὰ μηδένα τρόπον προσψαύειν τὴν Παρθένον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιμίμων αὐτῆς καὶ παραπλησίων· σίκερα γὰρ πᾶς ὁ σκευαστὸς οἶνος καλεῖται καὶ νόθος, κἄν τε ἐκ τῶν φοινίκων, κἂν ἐκ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων σκευαζόμενος ᾖ. ἐπισομίζουσι γὰρ ὃν τρόπον αἱ ἐξ οἴνου προποσίαι, καὶ ταῦτα, σφοδρῶς τὸν λογισμόν. καὶ εἰ χρὴ φάναι λόγῳ πρὸς ὑμᾶς ἀληθεῖ, πᾶν τὸ μέθην φέρον καὶ ἔκστασιν ψυχῆς, μετὰ τὸν οἶνον ἐξ ἀμπέλου, σίκερα κικλήσκουσιν οἱ σοφοί. ὅπως οὖν δὴ μὴ μόνον τῶν γενικῶν ἁμαρτημάτων φυλασσομένη τῆς πονηρίας, ὑπὸ τῶν ἀντιμίμων αὐτοῖς χραίνηται καὶ ἀντιρρόπων, ἑτέρων μὲν κρατοῦσα, ὑφ' ἑτέρων δὲ κρατουμένη, τουτέστιν, ἱματίων διαφερόντων ὑφαῖς ἁβρυνομένη, ἢ καὶ λίθοις καὶ χρυσῷ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ τὸ σῶμα καλλωπισμοῖς, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ μεθύσκει τὴν ψυχήν· διὰ τοῦτο ταῦτα νομοθετεῖ, ἵνα μὴ εἰς γυναικισμοὺς ἐκχέηται καὶ γέλωτας καὶ ἀπάτας ἀνασοβουμένη καὶ μωρολογίας, [1] ἃ περιδινοῦσι καὶ κυκῶσι τὸν λογισμόν· ὥσπερ καὶ ἐν ἑτέροις ἐμήνυσεν, Οὐ φάγεσθε τὴν ὕαιναν, εἰπὼν, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῇ· καὶ τὴν γαλῆν, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. αὕτη γὰρ ὀρθὴ πρὸς οὐρανὸν καὶ σύντομος ὁδοιπορία, τὸ μὴ μόνον ἐμπόδιον ἐφέλκεσθαί τι τῶν ἐκτραχηλιζόντων τὸν ἄνθρωπον, ἐπτοημένον περὶ τὰς ἡδυπαθείας καὶ τέρψεις, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιμίμων αὐτοῖς.

VI. Nec vero solum ex illis ullo prorsus modo gustare interdictum Virgini, quæ ex hac vite fiunt; sed & ex illis quoque quæ eam imitantur, eique affinia sunt. Sicera enim vinum omne factitium dicitur, B non ex uvis natura genitum, sed arte paratum, sive ex palmis sive ex aliis pomis aut fructibus expressum sit. Quemadmodum enim vini pocula, sic & hæ potiones rationem vehementer offuscant eamque obtundunt. Et ut vobis quod res est dicam: quidquid secundum vinum e vite ebrietatem affert, & mente dejicit, siceræ vocabulo a sapientibus designatur. Ne igitur Virgo, ab iis solum cavens quæ sua ipsa ratione ac generatim peccata nequitiæ sunt, iis polluatur quæ horum æmula parisque fere malitiæ sunt, aliorum victrix, & quæ ab aliis vincatur; hoc est, ne vestium versicolorum speciosis emollita texturis vel gemmis & auro, & quæ istis sumtum suggerit, avaritia, similibusque corporis ornamentis C capta irretitaque teneatur (quæ & ipsa animam inebriant) propterea hæc præcipit: ne scilicet excussa in muliebres effundatur levitates, inque risus & fallacias & scurrilitates; quæ quasi vertigine circumagunt turbantque animum: uti alio quoque loco significavit, ita jubens: [b] *Non comedetis hyænam, & similia ejus; & mustellam, & his similia.* Hæc enim recta demum & brevis in cælum via est, ut nedum Virgo secum non trahat quæ viæ impedimento sint, (quæ scilicet præcipitare in casum valeant libidinibus ac deliciis inhiantem animum) sed & ab illis caveat quæ horum æmula sunt.

Καὶ γὰρ θυσιαστήριον ἀναίμακτον εἶναι παρεδόθη Θεῷ τὸ ἄθροισμα τῶν Ἁγνῶν· οὕτω μέγα τι χρῆμα καὶ ἔνδοξον ἡ Παρθενία φαίνεται. διὸ δὴ καὶ ἄχραντον αὐτὴν καὶ καθαρὰν πάντῃ φυλακτέον, μηδὲν κοινωνοῦσαν ταῖς σαρκὸς ἀκαθαρσίαις· ἀλλ' ἔσω κατὰ πρόσωπον τοῦ μαρτυρίου, σοφίᾳ κεχρυσωμένην εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἱδρῦσθαι, τὴν εὐωδίαν τῆς ἀγάπης ἀναθυμιῶσαν Κυρίῳ. Ποιήσεις γάρ μοι, φησὶ, μετὰ τὸ θυσιαστήριον τὸ περικεχαλκωμένον εἰς τὰ ὁλοκαυτώματα, ᾧ ἀνεκομίζοντο αἱ προσφοραὶ, ἄλλο θυσιαστήριον ἐξ ἀσήπτων ξύλων, καὶ καταχρυσώσεις αὐτὸ χρυσίῳ, καὶ δώσεις αὐτὸ ἀπέναντι τοῦ καταπετάσματος, τοῦ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ μαρτυρίου κατὰ πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῶν μαρτυρίων, ἐν οἷς γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖ. καὶ θυμιάσει ἐπ' αὐτοῦ Ἀαρὼν θυμίαμα ἀρωμάτων ἐν πρωῒ, ὅτε ἀγαθύνῃ τοὺς λύχνους· θυμιάσει ἐπ' αὐτοῦ θυμίαμα διαπαντὸς ἔναντι Κυρίου εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν· οὐκ ἀνοίσεται ἐπ' αὐτοῦ θυμίαμα ἀλλότριον καὶ ὁλοκαύτωμα. θυσίαν καὶ σπονδὴν οὐ σπείσεται ἐπ' αὐτοῦ.

Nam & esse Dei altare incruentum traditione accepimus, caste viventium cœtum: sic magna quædam res D ac præclara Virginitas videtur. Quare immaculatam illam, & perfecte puram omni cura servari oportet, nullum commercium habentem cum immunditiis carnis; sed intus ante faciem Testimonii sapientia deauratam in sanctis sanctorum statuere, suffitum odoris suavissimi caritatis exhalantem Domino: [c] *Facies* enim, inquit, *mihi post altare circumtectum ære, ad holocausta quo deferuntur oblationes, aliud altare ex imputribilibus lignis, & deaurabis illud auro, & dabis illud in conspectu veli, quod est super Arcam testimonii, ante faciem propitiatorii, quod est supra testimonia, in quibus manifestabor tibi illic. Et adolebit super illud Aaron incensum aromatum mane, quando concinnabit lucernas: adolebit super illud incensum semper in conspectu Do-* E *mini in generationes vestras: non inferet super illud incensum alienum & holocaustum. Sacrificium & libamen non libabit super ipsum.*

a Luc. xxi. 34. b Levit. xi. 29. c Exod. xxx. 1-9.

ne, qua deterior ebrietas & titubatio significatur, quæ ex affectibus est, quam quæ a vino. Allatius pro ζήλου, ζάλης habet, quod putem mendum scribæ; ut & quod ἄσης, pro λύπης, nova voce repræsentat. Est quidem ἄτη, *damnum*, & ἆται, ipsæ furiæ, quod noceant: sed nec sic animi affectus & πάθη hæc, per quæ animus rationis sede mutatur magis quam a vino.

1. A περιδινοῦσι] Prætuli lectionem Allatii & Mazar. nec Vat. longe sensu differt: quod enim animus quasi vertigine circumagatur & turbetur, est, quod turpem cogitationem parturiat atque pariat: ἅπερ ὠδίνουσι καὶ κύουσι τὸν πονηρὸν λογισμόν. Grave sane inter ejusmodi ludicra castitatis periculum. Loco hujus Vat. ἐπτοημένον περὶ τὰς ἡδυπαθείας καὶ τέρψεις: quod ipsum Interpretis diligentiam fugit, Mazar. οὐδὲ ἀπὸ τῶν χραινόντων μόνον φυλάττεσθαι: quæ prorsus diversa sunt, ac indicio magnæ interpolationis, quam præcipue passa illa Veterum monumenta, quæ magis ex vulgi usu essent, hincque adeo sæpius describerentur: per quam occasionem alii aliique ex suo gustu quædam augerent, mutarent, minuerent, aliis vocibus ac quasi scholio, quæ minus usu trita viderentur, exponerent, ac pæne μεταφράσει ornarent.

A Εἰ ὁ νόμος ἐστὶ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, πνευματικὸς, τὰς εἰκόνας ἐμπεριέχων τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, φέρε δὴ, ἀπαμφιάσασαι τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ κάλυμμα τοῦ γράμματος, [1] ἐφηπλωμένην [a] ἐπισκεψώμεθα γυμνῶς τὴν ἀκρίβειαν. μίμημα τῆς Ἐκκλησίας ἐκελεύοντο δαιδαλεῦσαι Ἑβραῖοι τὴν σκηνὴν, ἵν᾽ ἔχοιεν διὰ τῶν αἰσθητῶν εἰκόνα τῶν θείων προκαταγγέλλειν πραγμάτων. τὸ γὰρ ἐν τῷ ὄρει παράδειγμα παρενεχθὲν, πρὸς ὃ βλέπων ἐτεκτήνατο τὴν σκηνὴν ὁ Μωϋσῆς, ἰδέα τις ἦν τῆς κατὰ τὸν οὐρανὸν οἰκήσεως ἀκριβὴς, ἣν ἡμεῖς τρανότερον μὲν τῶν τύπων, ἀμαυρότερον δὲ τῆς ἀληθείας θεραπεύομεν νῦν. ἦλθε γὰρ ἀκραιφνὲς εἰς ἀνθρώπους, ὡς πέφυκεν, οὔπω τ᾽ ἀληθὲς, οἳ μηδὲ βαστάσαι φέρομεν ἄκρατον ἐνταῦθα θεάσασθαι τὴν ἀφθαρσίαν, ὁπότε μηδὲ τὰς ἡλιακὰς φέρομεν ἰδεῖν ἀκτῖνας. ἀλλὰ Ἰουδαῖοι μὲν τὴν σκιὰν τῆς εἰκόνας τρίτην ἀπὸ τῆς ἀληθείας, κατηγγέλκασιν· ἡμεῖς δὲ τὴν εἰκόνα τῆς κατ᾽ οὐρανὸν διοικήσεως ἐναργῶς ἐκθειάζομεν. τὸ γὰρ ἀληθὲς ἀκριβῶς [2] μετ᾽ ἀνάστασιν δηλωθήσεται, ὁπότε πρόσωπον κατὰ πρόσωπον, τὴν ἁγίαν σκηνὴν, τὴν πόλιν τὴν ἐν οὐρανοῖς, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς Θεὸς, ἀλλ᾽ οὐ δι᾽ αἰνιγμάτων καὶ ἐκ μέρους ἐποπτεύσομεν.

VII. Cum Lex juxta Apostolum [a] spiritualis sit, *imagines continens futurorum bonorum*: age, reducto quod illi injectum est velo litteræ, enucleatam intueamur ad nudum veritatem. Tabernaculum quod vario cultu affabre ornare Hebræi jussi sunt, Ecclesiæ quædam expressio fuit, ut rebus informatum sensibilibus haberent simulacrum, quo divina olim eventura mysteria prænuntiarent. Nam [b] quod ostensum in monte exemplar est, ad quod intuens Moyses Tabernaculum fabricatus est, exacta quædam idea erat domicilii cælestis, cui nos quoque limpidius servimus, quam si adhuc in figuris versaremur; obscurius tamen, quam si ipsa veritatis luce potiremur. Necdum enim ipsa pura & sincera veritas, uti illi B comparatum est, ad homines venit, qui ne ferre quidem valeamus quamdiu vita hac mortali agimus, ut puram incorruptionem contueamur; uti neque ut micantes solis radios oculis portemus. Judæi porro umbram imaginis, tertiam a veritate, annuntiaverunt: nos vero cælestis gubernationis imaginem clare celebramus. Veritas namque ipsa exacte post resurrectionem manifestabitur; quando jam [c] facie ad faciem sanctum Tabernaculum (cælestem nimirum [d] *civitatem, cujus artifex & conditor Deus est*) non autem amplius in ænigmate & ex parte contuebimur.

Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ τὰ ἡμέτερα προανεφώνησαν· ἡμεῖς δὲ τὰ οὐράνια προαγγέλλομεν· ἐπειδήπερ ἡ μὲν σκηνὴ σύμβολον ἦν τῆς ἐκκλησίας· ἡ δὲ ἐκκλησία, τῶν οὐρανῶν. διὸ τούτων οὕτως ἐχόντων, καὶ τῆς σκηνῆς ἐν τύπῳ τῆς ἐκκλησίας, ὡς ἔφην, λαμβανομένης, χρὴ καὶ τὰ θυσιαστήρια σύνθημά τι τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν πραγμάτων φέρειν. καὶ τὸ μὲν περικεχαλκωμένον ἀπεικάζεσθαι τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ περιβόλῳ τῶν χηρῶν· Θεοῦ γάρ εἰσιν ἔμψυχος βωμὸς, εἰς ὃν ἀνακομίζονται τοὺς μόσχους καὶ τὰς δεκάτας, καὶ τὰ ἑκούσια θυσίαν τελούμενα Κυρίῳ· τὸ δὲ περίχρυσον θυσιαστήριον, ἔνδον ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἁγίων ἀνακείμενον κατὰ πρόσωπον τοῦ μαρτυρίου, εἰς ὃ ἀπείρηται θυσίαν καὶ σπονδὴν ἀναφέρεσθαι, ταῖς ἐν παρθενίᾳ παραβλητέον, τῷ ἀκηράτῳ χρυσῷ τὰ ἄσηπτα συνουσίας σώματα κατησφαλισμέναις. δύο γὰρ τὰ εἰς ἔπαινον θρυλλοῦνται χρυσοῦ, ὅτι τε ἰὸν οὐ παραδέχεται, καὶ τὴν χροιὰν ταῖς ἡλίου μετρίως παραπλησιάζειν φαντάζεται βολαῖς· σύμβολον δὲ εἰκότως ἄρα τοῦτο τῆς Ἁγνείας, τῆς μὴ προσιεμένης ἐστὶ κηλῖδα καὶ σπῖλον, ἀλλὰ καὶ φωτὶ καταστραπτομένης ἀεὶ τοῦ Λόγου. διὸ καὶ ἔνδον εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἕστηκε πλησιαίτερον, καὶ [3] ἔμπροσθεν τοῦ

VIII. Nempe Judæi res nostras prænuntiaverunt: nos vero cælestia prænuntiamus: quandoquidem C Tabernaculum quidem Ecclesiæ typum gerebat: Ecclesia vero, cælos repræsentat. Cum itaque hæc ita se habeant, & Tabernaculum, uti dicebam, Ecclesiæ typo assumatur; videndum restat, ad quam proprie Ecclesiæ partem spectarent duo altaria, quorum meminimus. Ego sane prius quidem ære tectum, senatui septoque Viduarum simile dixerim. Dei enim spirans ara sunt, ad quam passim offeruntur vituli & decimæ, & voluntariæ oblatæ, quæ in Domini sacrificium cedunt. Inauratum autem altare intus in sanctis sanctorum repositum, ante faciem testimonii, in quo prohibitum est offerri sacrificium & libamen, ad eas quæ in statu Virginum sunt, videtur referendum; incorrupto auro, imputribilibus ab omni viri congressu illorum protectis corporibus. D Aurum enim duabus passim commendatur dotibus; tum quod rubiginem non admittit, tum quod fulgore innato, radiorum solis speciem prope referre videtur. Aptum in utroque Virginitatis symbolum, nullas admittentis sordes ac maculas, sed & Verbi semper luce resplendentis. Intusque propterea in sanctis san-

a Hebr. x. 1. *b* Exod. xxv. 40. *c* 1. Cor. xiii. 12. *d* Hebr. xi, 10.

1. Εφηπλωμένην] Lectionem hanc Vat. multis exagitat editor Lupar. amplectiturque alteram Maz. & Allat. ἐφηπλωμένον, quod referat, τὸ κάλυμμα, quod ita ἐπ᾽ αὐτῷ, *supra legem* explicatum atque expansum intelligatur ac dicatur. Mihi tamen Vat. lectio magis probatur, quod ea vox relata ad velamen superflua sit, cum τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ, vel τεθέμενον vel κείμενον, ut Apostolus loquitur II. Corinth. III. rem aliunde declaret: nec alias voces subintellectas exigat phrasis illa Methodii. ἐξηπλωμένην forte scripserit, quæ vox magis Græca, nam alterius vix exstat exemplum: ἐφαπλώματα Aristoph. in Achar. teste Suid. vocat ἐπιπλώματα: redduntque *culcitras, stragulas vestes*: tenuissima item indumenta. De velo quod obtenditur, potius ἐκπετάσαι dicitur. Veritas ἐξαπλοῦσθαι, cum ipsa explicata nudaque cernitur. Etsi sunt hæc minutiora.

2. Μετὰ ἀνάστασιν] Et heic Methodius post resurrectionem differt perfectam visionem, & quæ est facie ad faciem sine ænigmatis, & non ex parte: a qua immensum distant, quæ tribuit Animabus Orat. X. quod visuræ θαυμαστά τινα καὶ ἐκλάμποντα καὶ μακάρια κάλλη, καὶ οἷα οὐκ ἐξενεχθῆναι εἰς ἀνθρώπους δυσχερές: *admirabilia quædam & splendida & beata decora, & quæ hominibus ægre verbis liceat explicare:* Esse nempe ibi ipsam justitiam, ipsam castitatem, caritatem, veritatem & reliquos pariter manifestos sapientiæ flores & stirpes, quarum heic tantum umbras habemus, &c. nam & hæc, uti eorum heic umbra, creata sunt, primique Dei effectus, purius ibi intellecti, & ut rationes, quibus non ipsa in se Dei essentia videtur, E nec vero Palamitarum errore, Dei virtus essentiæ conjuncta & ab illa distincta, quæ sit multiplex, cum essentia sit una. Nempe multiplex effectibus est, ipsa una & simplicissima, ut & essentia, a qua penes sola connotata & virtualiter eminenter distinguitur. Aliis ergo locis opus, ut vindicetur Methodius, & trahatur in sententiam, quam longis post temporibus probavit Ecclesia: videre jam tum Animas Deum, quibus nihil ex superioris vitæ in corpore reatu purgandum.

3. Εμπροσθεν τοῦ καταπετάσματος] Quod paullo superius recensendo ipsum textum sacrum scripserat, καὶ θήσεις αὐτὸ ἀπέναντι τοῦ καταπετάσματος, *constitues illud contra velum*, sive ante ac juxta illud, heic ἔμπροσθεν dicit: ubi pro καταπετάσματος, fœdo errore Allatius Πεδίασμος,

a Εφηπλ.] Codex Maz. ἐφηπλωμένον, quod magis probandum videtur: ut referatur ad κάλυμμα: quare tollenda est virgula præcedens: & interpretatio Latina sic Græcis, ita correctis, accommodanda: *Age, reducentes expansum ipsi litteræ velamen, nudam coram & cominus veritatem intueamur*. EDITOR LUPAR.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



παραπετάσματος ἀχράντοις χερσὶ, θυμιαμάτων δίκην, τὰς προσευχὰς ἀναπεμπάζουσα Κυρίῳ, δεκτὰς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας· καθὼς καὶ Ἰωάννης ἐμήνυσε, τὰ θυμιάματα τὰ ἐν ταῖς φιάλαις τῶν εἰκοσιτεσσάρων πρεσβυτέρων, προσευχὰς Ἁγίων εἶναι φράσας. ταῦτά σοι ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα, κἀγὼ κατὰ δύναμιν ὑπὲρ Ἁγνείας, ὦ Ἀρετὴ, συμβάλλομαι.

Εἰπούσης δὲ ταῦτα τῆς Θαλλούσης, ἡ Θεοπάτρα ἔφη τῷ σκήπτρῳ τὴν Ἀρετὴν ψαῦσαι τῆς Ἀγαθῆς. τὴν δ' αἰσθομένην εὐθέως ἀναστῆναι καὶ ἀποκρίνασθαι.

A ctorum vicinius stat, & ante velum intemeratis manibus incensi instar, acceptas Domino preces in odorem suavitatis submittit. Sicut & Joannes significavit [a], incensum quod in phialis viginti quatuor seniorum erat, sanctorum orationes esse dicens. Hæc tibi de Castitate, prout in promtu licuit, & ego pro viribus, o Arete, confero.

Hæc locuta Thallusa, ajebat Theopatra, Areten sceptro Agatham tetigisse: hancque, simul ac sensit, exsurrexisse, & sic respondisse.

Λόγος ς'.

Α Γ Α Θ Η.

ΟΤΙ μετὰ πολλῆς εὐτολμίας καὶ πειθοῦς, καὶ τῆς τοῦ καλῶς εἰπεῖν ὑπολήψεως, ὦ Ἀρετὴ, σοῦ παρομαρτούσης, πειράσομαι δὴ κατὰ δύναμιν κἀγὼ εἰς τὸ προκείμενον εἰσενέγκασθαί τι, κατ' ἐμαυτὴν μέντοι, καὶ οὐ πρὸς τὰ εἰρημένα. οὐ γὰρ ἂν δυναίμην ἐφάμιλλα τούτοις οὕτω ποικίλως καὶ λαμπρῶς ἀπειργασμένοις φιλοσοφεῖν. δόξω γὰρ ἀποφέρεσθαι ψόγον ἀβελτηρίας, εἰ τοῖς κατὰ σοφίαν ἐξισάζεσθαι κρείττοσι προαιρηθείην. εἰ οὖν ἀνέξεσθε καὶ τῶν ὅπως ἂν τύχῃ ῥητορευόντων, ἐπιχειρῶ λέγειν, οὐδὲν προθυμίας καθυφειμένη, ἀρκτέον δὲ ἐντεῦθεν.

ORATIO VI.

A G A T H A.

B I. CUM multa fiducia tum persuadendi quod dicam, tum bene ac feliciter perorandi, o Arete, suscipiam provinciam quam imponis, si tu mihi præsto faveris. Nempe conabor & ego ad argumenti propositi tractationem conferre aliquid; accommodatum quidem illud potius ad captum tenuitatis meæ, quam debita proportione respondens iis quæ jam ab aliis perorata sunt. Non enim possim paria, his quæ adeo varie & splendide elaborata sunt, disputare. Et stultitiæ profecto notam in me transferre videar, si ad id connitar eoque insiliam, ut earum dicendi laude æqualitatem mihi ipsa ambiam quæ sapientia præstant. Si quis igitur est apud vos dicendi locus, iis qui mediocri & vulgari dicendi facultate instructi sunt: dicere aggredior; nihil quod ad caussam hanc faciat, studii ac diligentiæ prætermittens. Incipiam autem hinc.


Ἀμήχανον, ὦ Παρθένοι, κάλλος, καὶ συγγενὲς τῇ σοφίᾳ καὶ πρόσφορον, ἅπαντες εἰς τὸν κόσμον κεκτημένοι τοῦτον ἀφικνούμεθα. ἀπηκριβωνται γὰρ αἱ ψυχαὶ τῷ γεννήσαντι τότε μάλιστα καὶ πλασαμένῳ. ὁπότε τὴν καθ' ὁμοίωσιν ἰδέαν ἄχραντον ἐκλάμπουσαι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας τῆς ὄψεως ἐκείνης, πρὸς ἣν ἀφορῶν ὁ Θεὸς, ἀθάνατον μορφὴν καὶ ἀνώλεθρον ἐχούσας αὐτὰς ἀπειργάζετο, τοιαῦται διαμένουσι. τὸ γὰρ ἀγέννητον κάλλος καὶ ἀσώματον, καὶ μήτε ἀρχόμενον μήτε φθίνον, ἀλλ' ἄτρεπτον καὶ ἀγήρω καὶ ἀπροσδεὲς, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ καὶ εἰς αὐτὸ [1] φῶς ἐν ἀφράστοις καὶ ἀπροσίτοις ἀναπαυόμενον, ἐξουσίας περιουσίᾳ πάντα περιέχων καὶ κτίζων καὶ μετασκευάζων, ἐπετήνατο κατ' εἰκόνα τῆς εἰκόνος ἑαυτοῦ τὴν ψυχήν. διὸ καὶ λογικὴ καὶ ἀθάνατός ἐστι. * κατ' εἰκόνα γὰρ δημιουργηθεῖσα τοῦ μονογενοῦς, ὡς ἔφην, ἀνυπέρβλητον ἔχει τὸ κάλλος. διὸ δὴ καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐρῶσιν αὐτῆς, καὶ ἐφεδρεύουσι χρᾶναι βιαζόμενα τὴν θεοείκελον αὐτῆς ἐκείνην καὶ ἐπέραστον ἰδέαν· ὥσπερ δὴ καὶ ὁ προ-

C Incomparabili, o Virgines, cognataque atque affini sapientiæ insignitæ forma, in mundum venimus omnes. Exacte enim, ejus qui genuit atque formavit, lineamenta animæ referunt, tum maxime cum similitudinis intaminato effulgentes decore, vultusque illius ac exemplaris characteres lucidos referentes, ad quod intuens Deus, immortali eas forma atque ab interitione immuni edidit, ita permanent. Ingenita enim & incorporea pulcritudo, ac quæ nec cœperit, nec ulla umquam labe intereat, sed immutabilis sit seniique expers ac nullo laborans defectu; ipse in se ipso ac penes se Lumen, in ineffabilibus ac inaccessibilibus requiescens, potestatis affluentia omnia continens, creansque ac struens, ad
D imaginis suæ imaginem, animam fabricatus est. Quamobrem etiam ratione prædita est & immortalis. Ad imaginem quippe Unigeniti condita, incomparabili, uti dicebam, pollet decore. Quare [b] *spiritalia nequitiæ* eam perdite amant, nectuntque insidias, efflictim connitentes ut ejus deiformem illam amabilissimamque speciem deturpent ac polluant; uti &

[a] Apoc. V. 8. [b] Ephes. VI. 12.

Lupar. Πατρός: nulla hujus tanti vel errati vel discriminis mentione, etsi tanta in singulas paginas variantium lectionum annotata seges, quæ sæpius scribarum potius menda sunt aut plagia, quam res satis momenti. Heic satis indicasse: favetque meæ emendationi superius adnotata ad §. IV. hujus Orat. ubi prorsus scripsisse Methodium Λόγον Πατρὸς conjiciebam; inscitum vero scribam exscripsisse Πνεύματος. Nimirum contra & prope & ante velum quod Arcam fœderis & sanctuarium obtegebat, constitutæ Virgines, velut altare aureum, quasi in vestibulo ipsorum adytorum, iisque reliquis propinquiores: quæ laus maxima Virginitatis. Ac num ea caussa mei Nazaræi [id est Monachi) olim, cum laici solum essent, sed tamen cælibes & cultores, fidelisque plebis pars sanctior, ad fores sanctuarii ac juxta cancellos, in capite cœtus omnis Fidelium, & proxime post τοὺς ἱερατεύοντας stationem habebant? Erant certe & illi altare illud aureum ἔμπροσθεν τοῦ παραπετάσματος, atque nunc etiam exsistunt, cum jam fere aucti sacerdotio, nec minus Clero reliquo ἱερατεύοντες, potiores in eo partes obtinent, quod & ἀσκήσει cultuque ἁγνείας majori præstant, ejus sponte rei votoque labiorum suorum, non quod Ecclesia necessitatem ordinationibus suis indixerit.

1. Φῶς ἐν ἀφράστοις] Prætuli quam lectionem repræsentat Leo Allatius, etsi is in versione alteram secutus est, quam expressit editio Lupar. tamquam ex Vat. ut nimirum τὸ, ἀφράστοις καὶ ἀπροσίτοις absolute ponatur. Palam enim respexit Methodius illud 1. Tim. 6. 16. Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον: *Qui inhabitat lucem inaccessibilem*; quem is recte,
E eamdem ipsam lucem interpretatur, sic in ineffabilibus & inaccessibilibus quiescentem; non Potestatibus, sed divinis suis bonis ac dotibus; qui potestatis abundantia sic Animas ad imaginis suæ imaginem condiderit. Qui unus sensus augustus est, ac Methodio dignus: alter valde insipidus & alienus. Porro quod imaginis imaginem dicit creatas Animas, secundum appropriationem debet intelligi, & quod imago Filio tribuatur ex speciali ratione suæ processionis, quod sit Patris Verbum, & expressa illius similitudo. Ceterum ut non creat Pater ut Pater, sed unus ipse Deus, cum Filio ac Spiritu sancto (id est beata Trinitas) una virtus, una potestas; sic neque ad imaginem Verbi ut Verbum est, creat, sed ad suam ipse ut Deus unus est, unusque cum Filio & Verbo ac Spiritu creator.



φήτης Ἱερεμίας παρίστησιν, ὀνειδίζων Ἱερουσαλήμ· Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι· ἀπηναισχύντησας ἀπέναντι τῶν ἐραστῶν σου· τὴν παρασχοῦσαν ἑαυτὴν ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν εἰς βεβήλωσιν λέγων. ἐρασταὶ γάρ εἰσιν ὁ διάβολος, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ἄγγελοι, οἱ τὸ λογικὸν ἡμῶν καὶ διορατικὸν τῆς φρονήσεως κάλλος μιαίνειν καὶ μολύνειν τῇ ἑαυτῶν ἐπιμιξίᾳ τεχναζόμενοι, καὶ μοιχοὶ γενέσθαι πάσης τῆς τῷ Κυρίῳ νενυμφευμένης ἐπιθυμοῦντες ψυχῆς.

prophetа Jeremias indicat, exprobrans Hierusalem: [a] *Frons meretricis facta est tibi: noluisti erubescere in conspectu amatorum tuorum*: de ea loquens, quæ se prostituit adversariis potestatibus in contaminationem. Amatores enim sunt diabolus & angeli ejus, qui nostrum cum ratione ingeniique perspicacitate prudentiæ decorem, polluere & inquinare sui commixtione machinantes, omnem Deo desponsatam animam constuprare percupiunt,

Ἐὰν οὖν ἀμόλυντον τοῦτο τηρήσει τις τὸ κάλλος καὶ ἀσινὲς, καὶ τοιοῦτον, ὁποῖον αὐτὸς ὁ συστησάμενος αὐτὸ καὶ ζωγραφήσας ἀπετύπωσε, τὴν αἰώνιον ἀπομιμησάμενος φύσιν [1] καὶ νοητὴν, ἧς καὶ χαρακτήρ ἐστιν ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀπεικόνισμα, γεγονὼς οἷον ἄγαλμά τι περικαλλέστατον καὶ ἱερόν· ἐντεῦθεν μετενεχθεὶς εἰς τὴν μακάρων πόλιν τοὺς οὐρανοὺς, ὥσπερ ἐν ναῷ κατοικισθήσεται. ἄχραντον γὰρ τὸ κάλλος ἡμῶν ἄριστα τότε τηρεῖται καὶ ἀσφαλῶς, ὁπόταν δὴ Παρθενίᾳ σκεπόμενον, ὑπὸ τοῦ καύσωνος ἔξωθεν μὴ μελαίνηται τῆς φθορᾶς· ἀλλ' αὐτὸ ἐφ' ἑαυτῷ μένον δικαιοσύνῃ κοσμῆται, νυμφαγωγούμενον τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ· ὃν τρόπον δὴ καὶ αὐτὸ εἰσηγεῖται, χρῆναι παραινῶν ὥσπερ ἐν λαμπάσι, ταῖς σφετέραις σαρξὶ, τὸ φῶς ἀνακαίεσθαι τῆς Ἁγνείας. ἐπειδήπερ ὁ τῶν δέκα Παρθένων ἀριθμὸς, τὰς εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν πεπιστευκυίας ἀριθμεῖσθαι βούλεται ψυχάς· τῷ δέκα, τὴν ἀπευθύνουσαν μόνην ὁδὸν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀποτυπούμενος. ἀλλ' αἱ μὲν πέντε ἔμφρονες ἐτύγχανον ἄρα καὶ σοφαί· αἱ δὲ πέντε μωραὶ καὶ ἄσοφοί τινες· οὐ γὰρ ἐπρομηθεύσαντο ἐλαίου σφῶν τὰ ἀγγεῖα πλήρη παρασκευάσαι, δικαιοσύνης ἀπομείνασαι κεναί. αἰνίσσεται γὰρ διὰ τούτων τὰς ἐπὶ πέρατα Παρθενίας ἐπισπερχομένας ἐλθεῖν, καὶ πάντα εἰς τὸ πληρωθῆναι συντείνοντα τὸν ἔρωτα τοῦτον κοσμίως δρώσας καὶ σωφρόνως· καὶ τὰς ἐπαγγελλομένας μὲν καὶ σεμνυνομένας τοῦτο σκοπεῖν, ὀλιγωρούσας δὲ καὶ ἡττωμένας τοῦ κόσμου ταῖς ἐξαλλαγαῖς, καὶ ὥσπερ σκιαγραφούσας μᾶλλον εἴδωλον ἀρετῆς, ἢ αὐτὴν ἐργαζομένας ἔμπνουν τὴν ἀλήθειαν.

II. Si ergo inviolatam custodiat quis & illæsam hanc pulcritudinem, omnino talem qualem ipse qui condidit pinxitque, eam effinxit ac efformavit, æternam imitatus naturam & intelligibilem, cujus & homo character est expressaque effigies, factus velut simulacrum elegantissimum & sacrum: hinc translatus in beatorum civitatem (in cælos scilicet) velut in templo collocabitur. Incontaminata porro nostra pulcritudo, tunc optime servatur & secure, cum a Virginitate protecta, exteriori corruptionis æstu infuscata non fuerit; sed ipsa in se ipsa permanens, ornatu justitiæ comta, in sponsam Filio Dei accesserit: quemadmodum ipse insinuat, admonens oportere in nostris corporibus, velut in lampadibus, lumen Castitatis accendi. Siquidem [b] decem Virginum numerus, animas refert credentes in Christum Jesum; denarii nota, rectam in cælis viam quæ una solum est, repræsentans. Verum earum quinque prudentes utique & sapientes erant; quinque autem fatuæ & insipientes: non enim diligentiam curamque habuerunt, ut vasa sua oleo plena instruerent, justitia vacuæ remanentes. Per has enim illas designat, quæ ad Virginitatis fines evadere contendunt, cunctaque honeste atque sobrie præstant, eo conducentia ut amorem hunc expleant: quæque hoc se spectare profiteantur, atque ut hinc glorientur, negligentius tamen agant, & mundi vicissitudinibus vincantur: quæ denique velut potius inane virtutis simulacrum rudi umbrarum ductu delineant, quam ipsam vivam ac spirantem veritatem efficiant.

Τὸ γὰρ λεγόμενον, Ὡμοιῶσθαι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν δέκα Παρθένοις, αἵτινες ἔλαβον τὰς λαμπάδας αὐτῶν, καὶ ἐξῆλθον ἀπαντῆσαι τῷ Νυμφίῳ, [2] σημαίνειν βούλεται, τὴν αὐτὴν ὁδὸν τοῦ ἐπιτηδεύματος ἐπανῃρημένην διὰ τὴν ἔμφασιν τοῦ Ι. στοιχείου. ἐστείλαντο μὲν γὰρ αἱ παραπλησίως ἑαυτὰς εἰς τοῦτο καθομολογήσασαι, καὶ ταύτῃ κικλήσκονται δέκα, ἐπειδὴ τὴν αὐτὴν, ὡς ἔφην, εἵλοντο πρόθεσιν· οὐκέτι δὲ ὁμοίως ἐξῆλθον ὑπαντήσουσαι τῷ Νυμφίῳ. αἱ μὲν γὰρ τροφὴν ἄφθονον καὶ εἰσαῦθις ἐπορίσαντο ταῖς ἐλαιοθρέπτοις λαμπάσιν· αἱ δὲ κατερραθύμησαν, τοῦ παρόντος μόνον ἐπιμεληθεῖσαι. διὸ δὴ καὶ ἰσάριθμοι πρὸς πέντε διαιροῦνται, ἐπειδήπερ τὰς πέντε αἰσθήσεις, αἱ μὲν αὐτῶν ἐφυλάξαντο καθαρὰς καὶ παρθένους ἁμαρτημάτων, ἃς οἱ πλεῖστοι σοφίας προσηγόρευσαν πύλας· αἱ δὲ τοὐναντίον πλήθεσιν ἀδικημάτων ἐλωβήσαντο, φυράσα-

III. Quod enim dicitur, [c] *Simile factum esse regnum cælorum decem Virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso*, hoc sibi vult; eamdem professionis ac instituti viam omnes elegisse, quod ipsa designat elementi I vis ac denarii nota. In eam enim se pariter rem accinxerunt, assumta professione; eamque ob rem vocantur decem, quod nimirum idem propositum ac institutum, uti dicebam, arripuerunt: nec tamen pariter etiam omnes in occursum Sponsi exierunt. Nam earum quidem aliæ, quod & in futurum sufficeret lampadibus oleo flammam alentibus, nutrimentum copiose largeque paraverant: aliæ vero, præsenti dumtaxat contentæ cura, segniores exstiterant. Quare etiam pari quinario divisæ sunt, quæ decem erant: quod videlicet quinque sensus (quos plerique sapientiæ portas appellarunt) puros atque virgines a peccatis hæ qui-

[a] Jerem. III. 3. [b] Matth. xxv. [c] Ibid. ℣. 1.

1. Καὶ νοητὴν] Propriissima vox in Deo: ipse enim absolute τὸ νοητόν: quippe superior omnibus, suumque sibi & cunctis reliquis intelligibile, non qui ordinetur ad alia intelligenda, eaque ratione in secunda τῶν νοερῶν (id est intellectualium, seu intelligentium) classe statuatur. De qua voce præclare Dionysius ejusque scholiastes Maximus. Valde improprium, quod boni etiam Auctores τὸ νοητὸν & νοερὸν confundunt; cum alterum, ipsum objectum dicat; alterum potentiam & facultatem, quæ illo quasi pascitur ac beatur: quæ in Deo simplicissima, in reliquis divisa sunt.

2. Σημαίνειν βούλεται] Alia lectio Allatiana ipsa non improbanda, Σημαίνει, βουληθεῖσαι τὴν αὐτὴν ἀνδρείαν ἐνδύσασθαι πάσας, μὴ μέντοι γε ἐξισχῦσαι τὰς πέντε. [illegible] [illegible] eamdem induere fortitudinem, sed quinque tamen vires [illegible]sse; nempe arrepto sanctioris vitæ instituto, cœptaque castitatis palæstra, ejus virtutis cultu obtorpuisse. Videntur hæc respicere illud Isai. xv. 9. ἔνδυσαι τὴν ἰσχὺν τοῦ βραχίονός σου. *Induere fortitudinem brachii tui*. Et certe forte certamen, certamen castitatis atque ἀνδρείας, ut in omnem vitam accensis lampadibus suspensæ Virgines sint in exspectatione Sponsi.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

σαι κακίᾳ. ἐγκρατεύσασαι γὰρ καὶ ἁγνεύσασαι δικαιοσύνης, ἐφόρησαν μᾶλλον παραπτώμασιν· ἐξ οὗ δὴ καὶ συνέβη τῶν θείων ἔξω περιβόλων ἀποκλεισθείσας ἀπαγορευθῆναι. εἴτε γὰρ κατορθοῦμεν, εἴτε πλημμελοῦμεν, διὰ τούτων ἑκάτερα, καὶ τὰ ἀνδραγαθήματα κρατύνεται, καὶ τὰ κακοπραγήματα. καὶ ὥσπερ ἡ Θάλλουσα, Καὶ ὀφθαλμῶν, ἔφη, καὶ ὤτων ἁγνείαν εἶναι, καὶ γλώσσης, καὶ τῶν λοιπῶν καθεξῆς αἰσθητηρίων· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τὴν πίστιν ἄσυλον ἡ φυλαξαμένη τῶν πέντε διόδων τῆς ἀρετῆς, ὁράσεως, γεύσεως, ὀσφρήσεως, ἀφῆς τε καὶ ἀκοῆς, πέντε προσαγορεύεται Παρθένοι, διὰ τὸ τὰς πέντε τῆς αἰσθήσεως ἁγνὰς ἀποκαταστῆσαι τῷ Χριστῷ φαντασίας, ἀφ᾽ ἑκάστης αὐτῶν οἷα λαμπτὴρ τὴν ὁσιότητα λάμπουσα τρανῶς. ἡ γὰρ πεντάφωτος ἡμῶν ὡς ἀληθῶς λαμπὰς, ἡ σάρξ ἐστιν, ἣν ἡ ψυχὴ βαστάζουσα δᾳδὸς δίκην, τῷ Νυμφίῳ παρίσταται Χριστῷ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, παραφαίνουσα διὰ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διενθρώσκουσαν λαμπρὰν τὴν πίστιν, καθὼς αὐτὸς ἐδίδαξεν, εἰπών· Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί ἤθελον εἰ ἤδη ἀνήφθη; γῆν ἡμῶν τὰ σκηνώματα φράσας, εἰς ἃ ἐβούλετο ταχέως ἀναφθῆναι τὴν ὀξυκίνητον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ καὶ διάπυρον πρᾶξιν. τὸ γὰρ ἔλαιον τῇ σοφίᾳ καὶ τῇ δικαιοσύνῃ παραβλητέον. ἀνομβρούσης γὰρ ταῦτα τῆς ψυχῆς ἀφθόνως καὶ ἐπιχεούσης τῷ σώματι, εἰς ὕψος ἀναφλέγεται τῆς ἀρετῆς ἄσβεστον τὸ φῶς, ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων ἐκλάμπον τὰς πράξεις τὰς καλὰς, ὡς δοξασθῆναι τὸν Πατέρα τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Τοιοῦτον ἔλαιον ἄρα κἀκεῖνοι προσέφερον ἐν τῷ Λευϊτικῷ, ἄτρυγον ἔλαιον, καθαρὸν, κεκομμένον καῦσαι λύχνον ἔξω τοῦ καταπετάσματος ἔναντι Κυρίου. ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν βραχύτατον φῶς προσετέτακτο θεραπεύειν ἀφ᾽ ἑσπέρας εἰς ἕω. ὁ γάρ τοι λύχνος αὐτῶν ἔοικεν εἰκάζεσθαι τῷ λόγῳ προφητικῷ, τὴν ἐπὶ σωφροσύνῃ φαίνοντι παῤῥησίαν, τρεφόμενος ἀπὸ τῶν πράξεων καὶ τῆς πίστεως τοῦ λαοῦ. ὁ δὲ ναὸς, τῷ σχοινίσματι τῆς κληρονομίας· ἐπειδήπερ λύχνος περὶ οἶκον ἕνα μόνον δύναται φαίνειν. πρὸ τῆς ἡμέρας οὖν ἐχρῆν τοῦτον καίεσθαι τὸν λύχνον. Καύσουσι γὰρ αὐτόν, φησιν, ἕως πρωῒ, τουτέστιν, ἕως παρουσίας τοῦ Χριστοῦ· ὅτι τοῦ Ἡλίου τῆς Ἁγνείας ἀνατείλαντος καὶ τῆς δικαιοσύνης, οὐ χρεία λύχνου.

Ὅσον μὲν οὖν ὁ λαὸς ἐκεῖνος χρόνον ἀπεθησαύριζε τὰ τρέφοντα τὸν λύχνον, ἐπιχορηγῶν τὸ ἔλαιον διὰ τῶν ἔργων, ὁ λύχνος αὐτοῖς οὐκ ἔσβεστο τῆς σωφροσύνης, ἀλλ᾽ ἦν φαινόμενος ἀεὶ καὶ λάμπων ἐν τῷ σχοινίσματι τῆς κληρονομίας. ὅτε δὲ ἐπέλιπε τὸ ἔλαιον, ἀπὸ τῆς πίστεως εἰς ἀκολασίαν αὐτῶν ἐκτραπαλιζομένων, ὁ λύχνος ἄρδην ἀπεσβέσθη· ἵνα δὴ πάλιν ἐξαστράψωσι τὰς λαμπάδας ἐπαλλήλοις διαδοχαῖς, ἄνωθεν αἱ Παρθένοι τῷ κόσμῳ πυρσεύσασαι τὴν ἀφθαρσίαν. χορηγητέον οὖν δὴ τὸ ἄτρυγον ἔλαιον καὶ νῦν, τῶν καλῶν ἔργων ἀδεῶς καὶ τῆς συνέσεως, πάσης κάτω βριθούσης ἀφυλισμένον φθορᾶς· ἵνα μὴ χρονίσαντος τοῦ Νυμφίου, σβεσθῶσιν ὁμοίως καὶ ἡμῶν αἱ λαμπάδες. ὁ γάρ τοι χρονισμός ἐστι τὸ πρὸ τῆς παρουσίας διάστημα τοῦ Χριστοῦ. ὁ δὲ νυσταγμὸς καὶ ἡ κοίμησις τῶν Παρθένων, ἡ ἔξοδος ἀπὸ τοῦ βίου. τὸ δὲ μεσονύκτιον, ἡ βασιλεία τοῦ Αντιχρίστου, καθ᾽ ἣν ὁ ὀλοθρευτὴς ἄγγελος ἐπιπορεύεται τὰς οἰκίας. ἡ δὲ κραυγὴ ἡ γενομένη καὶ λέγουσα, Ἰδοὺ ὁ Νυμφίος ἔρχεται, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, ἔστιν ἡ φωνὴ ἡ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν καὶ ἡ σάλπιγξ, ὁπότε πάντων ἐξαναστάντων αὐτοῖς οἱ Ἅγιοι τῶν σωμάτων, ἐπὶ νεφελῶν οἰχήσονται εἰς τὴν ἀπάντησιν ἁρπασθέντες τοῦ Κυρίου.

A dem servaverunt; illæ vero contra hos malitia subigentes, magno numero injustorum operum corruperunt. Continentes enim castimoniæ dispendia a justitia sibi indicentes, ingenti potius delictorum segete fertiles exstiterunt: unde & contigit, ut divinis merito septis arcerentur. Nam sensuum ea vis est, ut sive recte agimus sive peccamus, per eos tum bona opera tum mala robur nanciscantur. Et ut Thallusa dixit, Et oculorum & aurium & linguæ, & reliquorum deinceps sensuum Virginitatem esse: ita & heic, quæ inviolabilem quinque virtutis meatuum fidem servarit (Visus, Gustus, Odoratus, Tactusque ac Auditus) una licet, quinque Virgines nuncupatur: quod nempe quinque sensus cogitationes castas B exhibendo Christo, ex earum singulis velut lampas sanctitatis radiis clare effulgeat. Quinque enim lucernarum lampas vere caro est, quam velut facem gestans anima, Christo, Sponso adstabit in die resurrectionis, fulgurantem ex cunctis sensibus splendidam fidem magnifice ostendens; sicut ipse docuit, dicens: [a] *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Terram scilicet, nostra corpora appellans, in quibus vult celeriter accendi, cito mobilem ignitamque doctrinæ suæ operationem. Olei autem symbolo, sapientiam & justitiam designari intelligendum est. Has enim veluti imbres dum anima large suppeditat ac corpori affundit, alte sublata flamma, inextinguibile assurgit virtutis lumen, C quo [b] luceant coram hominibus opera bona, ut glorificetur Pater qui in cælis est.

IV. Tale videlicet oleum & illi offerebant in Levitico, [c] *Oleum defæcatum, mundum, expressum ad lumen, ut ardeat lucerna extra velum ante Dominum.* Sed illis quidem mandatum erat, ut brevissimum lumen a vespera usque mane curarent. Quare illorum lucerna, propheticum sermonem similitudine quadam videtur referre, profitendæ Castitatis fiduciam ostentantem, ex populi actionibus & fide alimentum habentem. Templum vero [in quo lucerna ardebat,] rite ad [d] *funiculum hereditatis* (ad domum Israel) refertur. Lucerna quippe, in una D dumtaxat lucere domo potest. Ante diem igitur hanc accendi oportebat. [e] *Accendent* enim *hanc*, ait, *usque mane*: hoc est, usque ad adventum Christi. Virginitatis etenim & [f] justitiæ exorto Sole, nihil jam lucernæ opus sit.

Quanto igitur tempore, populus ille quæ erant alendæ lucernæ, suggessit (nempe suppeditans oleum per opera) lucerna Castitatis eis inextincta mansit; eratque semper lucens & splendens in [g] *funiculo hereditatis.* Oleo autem deficiente, illis a fide ad petulantiam versis, lucerna penitus extincta, lucere eis desiit: quo nimirum alternis rursum Virgines successionibus, velut cælitus prælata face incorruptionem mundo inferentes, læte accensis lampadibus splen- E descerent. Subministrandum igitur nunc quoque affluenter defæcatum bonorum operum & prudentiæ oleum, ab omni deorsum gravante corruptione depurgatum: ne moram faciente Sponso, nostræ etiam pariter lampades extinguantur. Mora videlicet Sponsi, tempus est quod hinc ad Christi ultimum adventum intercedit. Dormitatio vero & somnus Virginum, excessus e vita. Nox autem media, regnum Antichristi, quando [h] exterminator Angelus transibit per domos. Clamor vero, [i] *Ecce Sponsus venit: exite obviam ei*: vox est de cælis & tuba, quando Sancti, cunctis eorum resuscitatis corporibus, [k] in nubibus rapti procedent in occursum Domini.

a Luc. XII. 49. *b* Matth. V. 16. *c* Levit. XXIV. 2. *d* Psal. CIV. 11. *e* Levit. XXIV. 3. *f* Malach. IV. 2. *g* Psal. CIV. 11. *h* Exod. XI. 4. *i* Matth. XXV. 6. *k* 1. Thess. IV. 16.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

Προσεκτέον γὰρ, ὅτι μετὰ τὴν κραυγὴν ἐγηγέρθαι πάσας ἔφη τὰς Παρθένους ὁ λόγος· τουτέστι μετὰ τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐνεχθεῖσαν βοὴν, ἀναστήσεσθαι τοὺς νεκροὺς, ὥς που καὶ Παῦλος παρεγγυᾷ, Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος, λέγων, ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ Ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ᾽ οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον, [1] τουτέστι τὰ σκηνώματα· ἐνεκρώθησαν γὰρ ἀπαμφιασθέντα τῶν ψυχῶν. ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα, τὰς ψυχὰς λέγων. ἡμεῖς γὰρ κυρίως οἱ ζῶντές ἐσμεν αἱ ψυχαὶ, αἵτινες μετὰ τῶν σωμάτων ἀπειληφυῖαι ταῦτα, ἐν νεφέλαις ἀπαντησόμεθα, τὰς λαμπάδας φέρουσαι κεκοσμημένας οὐκ ἀλλοτρίῳ καὶ κοσμικῷ τινι, ἀλλὰ τὸ φρονήσεως καὶ σωφροσύνης, ἄστρων δίκην ἀποστιλβόντων σέλας αὐγῆς αἰθερίου πεπληρωμένον.

Observandum enim est, dixisse Scripturam, post clamorem exsurrexisse omnes Virgines; post scilicet delapsum e cælis clamorem, mortuos esse suscitandos: quemadmodum & Paullus quodam loco admonet; [a] *Ipse Dominus*, inquiens, *in jussu*, *&* *in voce Archangeli*, *& in tuba Dei descendet de cælo*: *& mortui qui in Christo sunt*, *resurgent primi*: hoc est corpora; illa enim mortua sunt, amissis animabus. *Deinde nos qui vivimus*, *simul rapiemur cum illis*; animas significans. Nos enim qui vere ac proprie vivimus, animæ sumus: quæ cum corporibus, iis resumtis, in nubibus occurremus, lampades ferentes ornatas, non alieno & mundano ornatu, sed quæ prudentiæ & Castitatis, astrorum ritu late jubar vibrent, æthereo splendore plenissimum.

Ταῦτα τῶν ἡμετέρων, ὦ Καλλιπάρθενοι, τὰ ὄργια μυστηρίων· αὗται τῶν ἐν Παρθενίᾳ μυσταγωγηθέντων αἱ τελεταί. ταῦτα τὰ ἐπίχειρα τῶν ἀμιάντων ἄθλων τῆς σωφροσύνης. νυμφεύομαι τῷ Λόγῳ, καὶ τὸν αΐδιον τῆς ἀφθαρσίας προῖκα λαμβάνω στέφανον καὶ πλοῦτον παρὰ τοῦ Πατρός· καὶ ἐν τοῖς αἰῶσι στεφανηφοροῦσα πομπεύω τὰ λαμπρὰ καὶ ἀμάραντα τῆς σοφίας ἄνθη· συγχορεύω βραβεύοντι τῷ Χριστῷ κατ᾽ οὐρανὸν, ἀμφὶ τὸν ἄναρχον καὶ ἀνώλεθρον βασιλέα. [2] ἀδύτων γέγονα λαμπαδηφόρος φώτων, καὶ ἐφυμνῶ τὸ καινὸν μετὰ τῆς ὁμογύρεως ᾆσμα τῶν Ἀρχαγγέλων, τὴν καινὴν χάριν ἐξαγγέλλουσα τῆς ἐκκλησίας· ξυνέπεσθαι γὰρ ἀεὶ τὸν ὅμιλον τῶν Παρθένων τῷ Κυρίῳ καὶ συνθιασωτεύειν ἔνθα εἴη, λόγος ἠχεῖ. τοῦτο καὶ Ἰωάννης ἐν τῇ τῶν ἑκατὸν χιλιάδων καὶ τεσσαράκοντα καὶ τεσσάρων αἰνίσσεται μνήμῃ.

V. Hæc nostrorum, o pulcræ Virgines, orgia mysteriorum: hæ earum quæ Virginitatis ritu initiantur, cærimoniæ sacrorum: ista præmia [b] immaculatorum Castitatis certaminum. Verbo desponsa, æternam incorruptionis dotem, coronam ac divitias a Patre accipio; & in sæcula triumpho, splendidis & immarcescibilibus sapientiæ floribus coronata: cum Christo præmia largiente in cælo choros duco, circa principio carentem & ab omni immunem interitu, Regem. Numquam occidentium nacta sum facem ferre luminum; novumque cum sodalium cœtu collaudo Archangelorum canticum, novam Ecclesiæ gratiam enuntians: sequi enim Dominum semper multitudinem Virginum, & ubicumque fuerit, beatos suos ab illis frequentari cœtus, Scriptura loquitur. Hoc & Joannes innuit [c], ubi centum quadraginta quatuor millium meminit.

Ἴτε οὖν, ὦ νεολαία τῶν καινῶν αἰώνων. ἴτε, τὰ ἀγγεῖα πληρώσατε σφῶν δικαιοσύνης· ὥρα γὰρ λοιπὸν ἐξεγείρεσθαι, καὶ ὑπαντιάζειν τῷ Νυμφίῳ. ἴτε, τὰς ἴυγγας καὶ τὰ θέλγητρα [3] κούφως παραμείψασαι τοῦ βίου, τὰ περιδινοῦντα καὶ γοητεύοντα τὴν ψυχήν· τεύξεσθε γὰρ τῶν ἐπαγγελμάτων.

Ite igitur, o novorum sæculorum nova ac florens Virginum pubes. Ite, vasa vestra implete justitia: jam enim hora est exsurgendi, & in Sponsi occursum eundi. Ite, vitæ blanditias & illecebras expedito calle prætergressæ, quæ circumtorquent & quasi maleficiis contaminant animam: consequemini enim quæ vobis promissa sunt.

Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρας ζωᾶς δείξαντα κέλευθον.

Hæc per eum qui monstrat iter mihi, juro salutis.

Σοὶ τόνδε προφητείαις πλεκτὸν στέφανον ἐκ τῶν προφητικῶν λειμώνων, ὦ Ἀρετὴ, κἀγὼ κομίσασα προσφέρω.

Hanc tibi prophetiis textam coronam, ex propheticis collectam pratis, o Arete, & ego a me concinnatam offero.

a 1. Thessal. IV. 15. 16. *b* Sap. IV. 2. *c* Apoc. VII. 4.

1. Τουτέστι τὰ σκηνώματα] Dura hæc Methodii expositio. Verum quidem suscitanda tabernacula quæ ceciderant, id est corpora; sed illorum suscitatione resurget homo, & in occursum Christo rapietur, nec quivis homo, sed quos signate viventes vocat Apostolus, ac quorum se classis facit; sive loquatur in Christi fidelium sanctorumque persona, quorum potiores erunt partes in resurrectione; sive in eorum quos illa dies adhuc viventes offendet, qui & momento immutabuntur: quorum ipsa resurrectio & occursus, nulla temporis mora antecedet illorum resurrectionem, quorum olim resoluta in cineres corpora fuerant: sic in momento, in ictu oculi, canente tuba resurgent omnes, ac judici Christo sistentur; veri scilicet homines, non Animæ; quas hominem dicere aut velle, (quod hominis nobilior pars, & ejus tota quasi hypostasis, ipsa a se subsistens, hocque nacta vi suæ productionis, Deo ejus auctore, nec materia ad ejus substantiam aliquid conferente) nimis Platonicum est, nec necessarium ad Paulli intelligentiam eo loco; ad quem videndi Interpretes.


2. Ἀδύτων φώτων] Quasi ἀσβέστων. Quæ numquam occidant aut extinguantur; qua metaphora solis & [illegible] δύσις dicitur, *occasus*; & τὰ δυτικὰ μέρη: *occidentales plagæ*. Lampades ergo castitatis, quarum jubar stellarum [illegible] nullo ante dicebat, lampades sunt luminum quæ nesciant occasum. Rudius Possinius κατὰ πρόχειρον. *Inaccessibilium luminum*; quæ est altera ejus vocis significatio, Hesychio & Suidæ una notata: quod re sic proclivi, virum [illegible] non debuit. Alterum quasi active dicitur de his quæ ita quasi subeundo vel terram vel quid ejusmodi, velut evanescere & interire, vel certe oculis subduci non possunt; vel lumina, vel sidera vel homines: alterum passive, de his quæ pervadi aut penetrari non possunt, & ita inaccessa sunt, ut penetralia ac templi sacratior locus.

3. Κούφως] Editor Lupar. nulla codicum fide, Κώφως, ait, *quod legebatur*, *videtur per errorem factum ex κωφῶς*. Sicque intrusit in textum, redditque, *surda aure*: quasi respiciat Methodius Sirenum cantilenas, quarum se periculo Ulysses, surda transiens aure, liberaverit: non vitæ voluptates, quas velut laqueos, aut gluten, seu etiam cœnum, vel quavis alia simili metaphora, quis κώφως effugiat, *levi & expedito calle*, *volatu*, *cursu*, ac si quid ejusmodi vox illa nulla vi potest reddi; nec sine exemplo in Scriptura, cujus magis voces attendunt Patres & imitantur, quam Poetarum: unde & Agatha, offerre se heic prophetica dicit, sua oratione, non poetica. Continenda ergo manus, nec sic facile Veterum monumentis quodam plagio immittenda, ubi nullum momentum, sed levis minus eruditæ mentis ludit conjectura. Meo tamen periculo, quod scriptum, ἰσηγόρησα, plane barbara voce ac nihil Græca, mutandum, ἐθημηγόρησα. Nempe laudata Agatha est a toto consessu, pro concione sic graviter pressequé habita; nulla cum superioribus comparatione, sed judicio in finem usque Aretæ βραβεύειν, ac certaminis [illegible].

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

A Διαπεραναμένης ὖν ἄριστα ἢ Αγάθης, ἔφη, τὸν λόγον, ἢ εὐδοκιμησάσης ἐφ᾽ οἷς [1] ἰσηγόρησε, πάλιν ἡ Αρετὴ τὴν Προκίλλαν ἐκέλευσε λέγειν. ἡ δὲ ἀναστᾶσα, ἢ ἔμπροσθεν παρελθῦσα τῆς κλισιάδος, ἔλεξε τοιάδε.

Ubi sic optime Agatha perorasset, & magnam universi consessus laudem tulisset, Arete Procillam jussit dicere. Illa vero surgens, & ante ostium tabernaculi progressa, in hunc modum locuta est.



Λόγος Ζʹ.

ΠΡΟΚΙΛΛΑ.

ΑΠορρᾳθυμεῖν, καὶ μετὰ τοσούτους οὐ θέμις μοι λόγους, ὦ Αρετὴ, ἀναμφισβητῶς πεπιστευκυῖαν τῇ πολυποικίλῳ σοφίᾳ τῦ Θεοῦ, πλουσίως ἐχούσῃ διδόναι καὶ διαφόρως, ὅτῳ βούλεται. * καὶ γὰρ πελάγιοι πλωτῆρές φασι, φέρεσθαι μὲν τοῖς ναυτιλλομένοις τὸ αὐτὸ B πνεῦμα· ἄλλους δὲ τὰ περὶ τὸν πλοῦν ἀλλοίως αὐτῶν μεταχειριζομένυς, οὐκ εἰς τὴν αὐτὴν εἰσορμίσασθαι ὠδίνειν. οἷς μὲν γὰρ τὸ πνεῦμα κατὰ πρύμναν ὑγρὸν ἵσταται· τοὺς δὲ ἢ ἐξ ἐγκαρσίων φέρει, καὶ ὅμως ἑκατέροις ὁ πλοῦς ἀνύεται ῥᾷστα. * ἀτὰρ δὴ καὶ τὸ τῆς Σοφίας νοερὸν Πνεῦμα καὶ ἅγιον [2] καὶ μονογενὲς ἀπὸ τῶν πατρῴων ἄνωθεν πρᾴως καταπνεόμενον θησαυρῶν, πάσαις ἡμῖν λιγυρὸν οὖρον πνεῦσαν γνώσεως, ἐπαρκέσει τὸν δρόμον ἀλύπως ἀπαθυῦναι τῶν λόγων. ἐμοὶ γὰρ καιρὸς ἤδη λέγειν.

Εἷς τρόπος ἀληθὴς ἐπαίνων ὗτός ἐστιν, ὦ Παρθένοι, καὶ σεμνὸς, ὁπόταν ὁ ἐπαινῶν, τῦ ἐπαινουμένου, καὶ τῶν ἐπαινυμένων ἁπάντων κρείττονα παρέχῃ C μάρτυρα. πάρεστι γὰρ ἐντεῦθεν μαθεῖν ἀκριβῶς, ὅτι μὴ πρὸς χάριν, μηδὲ ἐξ ἀνάγκης, μηδὲ κατὰ δόξαν, ἡ εὐφημία γίνεται τῶν λόγων· ἀλλὰ κατὰ ἀλήθειαν καὶ ἀθώπευτον κρίσιν. καὶ γὰρ οἱ πληρέστερον εἰσηγησάμενοι περὶ τῦ Υἱοῦ τῦ Θεοῦ Προφῆται ἢ Απόστολοι, καὶ μᾶλλον αὐτὸν τῶν ἄλλων θεολογήσαντες ἀνθρώπων, οὐκ εἰς ἀγγελικὴν ἀνήγαγον αὐτῷ ῥῆσιν τοὺς ἐπαίνους, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸν τὸν ἀνημμένον πάντων τὸ κῦρος ἢ τὸ κράτος. * ἦν γὰρ ἐμπρεπὲς, τῶν ἁπάντων μείζονα τῶν ἄλλων μετὰ τὸν Πατέρα, [3] μόνῳ τῷ ἑαυτῦ μείζονι Πατρὶ χρήσασ-

ORATIO VII.

PROCILLA.

I. CUnctari me & ad dicendum pigram esse, post tot etiam tantosque sermones, nefas, o Arete, sit; quæ videlicet multiformi Dei sapientia indubitanter fisa, ejus noverim nutus, ut affluenter varieque donis munifica tribuat, cui libuerit. Ajunt enim rei nauticæ experientiam habentes, aspirare quidem navigantibus unum eumdemque ventum: horum tamen alios aliter navigationem suam regentes, alios ad portus orasque iter contendere. Nempe aliis a puppi ferens in directum afflat aura; aliis vero etiam obliquata impellit vela: ac tamen utrisque, ejus munere, facile navigatio succedit. Quo exemplo nobis quoque [a] *intelligens, sanctusque & unicus sapientiæ Spiritus*, a paternis superne leniter adspirans thesauris, nobis omnibus suave sibilantem secundam afflabit scientiæ auram, quæ dirigendo sine offensa ac molestia orationum cursus, dicentibus abunde sufficiat. Mihi porro jam incidit dicendi tempus.

Unus is demum verus ac gravis laudandi modus, o Virgines, est, quando laudans & re quæ laudatur, & ceteris quæ laudantur, omnibus longe præstantiorem suæ laudationis testem adhibet. Inde siquidem clare intelligere licet, neque ad gratiam, neque ex necessitate, neque juxta incertam vulgi opinionem, laudationem compositam esse: sed exactum ad veritatem continere, nec ulla adulationis suspicione laborans judicium. Etenim qui de Filio Dei, jam tum ante sæcula exsistente, plenius ac disertius Prophetæ Apostolique disputarunt, ac præ reliquis mortalibus ejus assertores atque præcones deitatis fuerunt, non utique Angelos auctores, earum quas illi tribuebant, laudum allegarunt: sed illum ipsum ex quo omnium


[a] Sap. VII, 22.

1. Ισηγόρησε] Εὐημηγόρησε.

2. Καὶ μονογενὲς] Suspecta Leoni Allatio vox, quasi ab Arianis Methodii huic lucubrationi inserta: mihi ab ipso Methodio ex Sap. VII. 22. accepta; nec minus in eo, quam in ipso sacro textu sana & orthodoxa. Verba Salomonis sunt. Est enim in illa (Sapientia, quæ est omnium artifex) Πνεῦμα νοερὸν ἅγιον μονογενές. *Spiritus intelligentiæ sanctus, unicus*, &c. Sic Vulg. qui forte Allatium fefellit, cum voces Græcæ, sint ipsæ Methodii; redditque ipse, *Spiritus sapientiæ intellectualis & sanctus & unigenitus*, &c. ac de Spiritus ipsa persona accepit: etsi nihil cogit, ut magis de Spiritu, quam de Filio accipiamus, vel etiam de Dono. Quod enim dicitur esse Spiritus in Sapientia reddiditque Methodius, seu explicavit, τὸ τῆς Σοφίας Πνεῦμα (quæ una illi varietas a sacro textu, mirumque si quem illa offendat) *Spiritum Sapientiæ*, rite exponatur de Dono, cujus auctor Sapientia, & quæ ipsa, ipsum suum Donum dicatur, ut contingit in aliis attributis, in quibus Deus E ex effectu noscitur & nominatur. Dicitur vero is Spiritus μονογενὴς, id est *unigena*, quasi unius rationis, sibique ipse similis & consentiens, non qualis mundi spiritus aut diaboli, spiritus dissensionis: proinde bene *Unicus* dictus a veteri Interprete. Aliter dictus Joanni I. 18. Ο μονογενὴς Υἱός. *Unigena Filius:* ubi vox ipsa Υἱὸς, τὸ Μονογενὴς appellat, ut loquuntur Dialectici, id est, determinat: ut pro vera generatione stet, qua Filius solus a solo est Patre, vere ex illo natus, non arbitraria ulla effectione editus, sicut est Donum, ipsa Sapientia quam effudit super omnia opera sua, ejusque ipsius Spiritus, ipsa nihilominus Sapientia intransitive, a Sapientia manans, Patre, Filio & Spiritu sancto, qui una Sapientia (etsi appropriate Filius Sapientia & dicatur & credatur) ac cujus πατρῷοι θησαυροὶ, *paterni thesauri*, unde Virginibus ac Sanctis omnibus adspiret. Nec aliter velit Jacob I. 17. Πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τῦ Πατρὸς τῶν D φώτων. *Omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* Plane enim Patrem luminum, Deum ipsum nominat, auctorem intelligentium, Angelorum & hominum, sive etiam siderum, si quis ad sensibilia trahere malit; non Filii & Spiritus (quidquid aliqui in eam rem traxerint:) nam Pater ipse Filii auctor & Spiritus, qua sic Pater & relate, Filii proprie Pater, Spiritus communiore vocabulo (id est, auctor & spirator) τῶν δωρημάτων auctor est, caussa scilicet donorum, sed qua Deus absoluta deitate, ad quam Jacobus Patris nomine affectus nostros vocat, & ut grati bonorum fonti ac auctori simus; nimirum sanctæ Trinitati, quæ ipsa Pater noster est, qui est in cælis. Quid si φῶτα, ipsa χαρίσματα voluit Jacobus; inde lumina, quod a Deo Lumine emanationes, quibus divina affundimur luce; sicque augusto nomine perfecta Dei dona (ordinis scilicet divini ac quibus in Dei filios promovemur) quæ vocat, putavit exornanda? Sic certe solent scriptores sacri, aliis aliisque vocibus eodem contextu eamdem rem illustrare: nec facile ad alia trahendæ voces, quando uni eidemque rei nullo incommodo possunt convenire; ne quasi parergon quid loqui Spiritus sanctus in eis videatur. Quid enim ad hoc quod omne donum perfectum de cælo est, id est a Deo, esse Deum Patrem luminum, id est Filii & Spiritus sancti; vel etiam Angelorum ac hominum, aut denique siderum; & non potius eorumdem donorum & gratiarum, quomodo *Pater misericordiarum*, II. Cor. I. 3. Et, ὁ δὲ Θεὸς πάσης χάριτος, I. Petr. V. 10. & similia, quæ certe eodem respiciunt; nec substantiarum, sed donorum ac charismatum, seu gratiarum Deum auctorem innuunt, monentque officii erga ipsum eo nomine, & quod ab illo accepimus.

3. Μόνῳ τῷ ἑαυτῦ μείζονι] Majorem quidem se Patrem ipse Christus profitetur Joan. XIV. 28. quod alii humanitatis ratione exponunt, qua erat iturus ad Patrem: alii etiam deitatis, seu qua Deus est ex Patre ac Filius; qua

SÆCUL.III.
CIRCA
ANN. CHR.
290.



θαι μάρτυρι. ϗ δὴ ϗ τῆς Αγνείας οὐκ εἰς ἀνθρωπίνην ἀνοίσω κἀγὼ δόξαν τὰς ἐπαίνους, ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸν, ᾧ μέλομεν, καὶ ὃς τὸ πᾶν ἀνῄρηται γεωργὸν αὐτῆς ἀποδεικνύουσα τοῦτον, καὶ ἐραστὴν τῆς ὥρας ὄντα, καὶ ἀξιόχρεων μάρτυρα. καὶ τοῦτο καὶ ἐν τῷ τῶν ᾀσμάτων ᾄσματι πάρεστι διαθρῆσαι τῷ βουλομένῳ φανερῶς, ἔνθα αὐτὸς ὁ Χριστὸς τὰς ἐν Παρθενίᾳ παγίως καταγεγεννημένας ἐγκωμιάζων, φησὶ, Ως κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, οὕτως ἡ πλησίον μου ἐν μέσῳ τῶν θυγατέρων· κρίνῳ παρεικάζων διὰ τὸ καθαρὸν καὶ εὔπνουν καὶ ἡδὺ ϗ ἱλαρὸν, τὸ χάρισμα τῆς Αγνείας. ἐαρινὸν γὰρ ἡ Αγνεία, καὶ ἐπανθοῦν ἁβρῶς ἀεὶ λευκοῖς τοῖς κάλυξι τὴν ἀφθαρσίαν. ὅθεν δὴ καὶ ἐρᾶσθαι τοῦ κάλλους τῆς ἀκμῆς αὐτῆς, ὁμολογεῖν οὐκ ἐπαισχύνεται· Εκαρδίωσας ἡμᾶς, ἐν τοῖς ἑξῆς, ἀδελφή μου νύμφη, λέγων, ἐκαρδίωσας ἡμᾶς ἑνὶ ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, [1] ἐν μιᾷ ἐνθέματι τραχήλου σου. ὅτι ἐκαλλιώθησαν μαστοί σου, καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου ὑπὲρ πάντα ἀρώματα. κηρίον ἀποστάζουσι χείλη σου, νύμφη· μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου· καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου ὡς ὀσμὴ λιβάνου. κῆπος κεκλεισμένος, ἀδελφή μου νύμφη, κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη.

auctoritas pendet ac robur. Decebat enim, ut aliis omnibus secundum Patrem major, eo teste uteretur, [a] qui solus ipso major esset. Et ego eorum quæ in laudem Castitatis peroratura sum, non homines producam auctores, sed eum cui curæ sumus, & qui cunctis eminet omnemque tulit partem, hunc illius cultorem afferam, ipsiusque formæ amatorem ac plane idoneum testem. Idque adeo etiam in Cantico Canticorum, omnibus qui velint, perspicue intelligere licet, ubi Christus ipse in Virginitatis firmiter proposito constantes laudibus coronans ait: [b] *Sicut lilium in medio spinarum, sic proxima mea in medio filiarum*; lilio comparans propter puritatem, odorisque fragrantiam & suavitatem ac hilaritatem Virginitatis donum. Verna quippe res Virginitas, molliter efflorescentibus & semper candidis incorruptionem exhalans caliculis. Unde & se amare formam juventutis ejus fateri non erubescit; dum ita in sequentibus ait: [c] *Cor abstulisti nobis, soror mea sponsa; cor abstulisti nobis in uno oculorum tuorum, in uno ornamento colli tui. Quam pulcræ factæ sunt mammæ tuæ, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata! Favum distillant labia tua, sponsa: mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor turis. Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.*

Ταῦτα Χριστὸς, ταῖς ἐπὶ πέρατα Παρθενίας ἐλθούσαις, τὰ ἐγκώμια ψάλλει, πάσας ἑνὶ περιγράψας τῷ νύμφης ὀνόματι· ἐπειδὴ τὴν νύμφην ἡρμόσθαι μὲν δεῖ καὶ κατονομάζεσθαι τῷ μνηστευσαμένῳ· ἄχραντον δὲ ἔτι ϗ ἀμιγῆ τυγχάνειν, παράδεισον ὥσπερ ἐσφραγισμένην, ἐν ᾧ πάντα τῆς εὐωδίας τῶν οὐρανῶν φύει τὰ ἀρώματα, ἵνα μόνος ἐλθὼν αὐτὰ δρέψηται Χριστὸς, ἀσωμάτοις βλαστήσαντα σποραῖς. ἐρᾷ γὰρ ὁ Λόγος οὐδενὸς τῶν σαρκὸς, ὅτι μὴ πέφυκεν ἀποδέχεσθαί τι τῶν φθειρομένων, οἷον χεῖρας, ἢ πρόσωπον, ἢ πόδας· ἀλλ᾽ εἰς αὐτὸ τὸ ἄϋλον καὶ πνευματικὸν βλέπων εὐφραίνεται κάλλος, μὴ ἁπτόμενος τοῦ σώματος τῆς ὥρας.

Hæc Christus, iis quæ ad Virginitatis fines evaserunt, encomia canit; cunctis nimirum uno Sponsæ nomine circumscriptis: ea utique ratione, quod Sponsam Sponso decet aptari, exque illius dici nomine; adhæcque intemeratam incommixtamque signati horti in morem exsistere, ubi omnia cælestis fragrantiæ aromata nascuntur, ut solus veniens ea carpat Christus, incorporeis germinantia satibus. Nullius enim eorum quæ carnis sunt, amore Verbum afficitur; quod non ejus sit, ut iis delectetur quæ corruptibilia sunt; puta ut manus, aut vultum, aut pedes, insanus amator depereat: sed ad id quod incorporeum ac spiritale est respiciens, hoc jucundatur, ita ut corporis formam non attingat.

Επισκέψασθε γὰρ ὅτι τὸ, Εκαρδίωσας ἡμᾶς, ὦ Παρθένοι, λεγόμενον πρὸς αὐτοῦ τῇ νύμφῃ, ἑνὶ ἀπὸ


II. Cogitate enim, o Virgines; quod ita Sponsam alloquitur, *Abstulisti nobis cor uno oculorum*

[a] Joan. xiv. 28. [b] Cant. II. 2. [c] Cant. iv. 9-12.

ipsa ratione Patrem ut auctorem respicit, ac proinde auctoritate principii (ut vocant) majorem: quæ Athanasii, Basilii, Gregorii Theologi veterumque aliorum Theologorum concors sententia est, unaque eis digna visa comparatio Filii cum Patre, ut quod unius cum illo naturæ ac substantiæ sit; nec apta sit comparatio nisi inter ea, quæ sunt ejus generis. Idque mihi maximo argumento, abrogando Athanasio Symbolo illi adscripto, quod ita asserte & dogmatice, in eo omnis illa comparatio ad humanitatem referatur, contra ac verus Athanasius ad ipsam retulit deitatem: nec quin ipse aliique τοῦ ὁμουσίου assertores referrent, obstitit Arianica impietas, qui inde vel maxime τῷ ἀνομοίῳ, & ut unum vere Deum Patrem agnoscerent, Filium vero quasi nuncupatione & titulo seu dignatione, præsidium quærebant. Sic sæpe Euseb. l. 5. c. 4. de Demonstrat. Evang. & Epist. ad Euphrasionem episcopum, relata in vii. Synod. Act. 6. Methodius an & ipse male senserit, negat Allatius: velim & ego, ni superius notata obstarent, ubi secundum rerum auctorem, & Archangelorum principem & caput τὸν Λόγον statuit, velut Adamus est hominum: quæ prorsus Arianica videntur. Heic forte excusari posset, & trahi ad aliorum Patrum orthodoxum sensum, quod Leo Allatius pie conatur: sed an evincat, aliorum esto judicium: certe comparatio aliud postulare videtur, in eo posita, ut sicut se habent Virgines ad Christum, sic ipse Christus ad Deum, qui ipse a Deo & Patre majore, testimonium habere debuerit, non ab Angelis quibus major erat; sic Virgines a Christo, ipsis majore testimonium habeant. Nisi ergo ratione humanitatis intelligitur, prorsus Arianicus sensus est; cum illa majoritas, ut stet comparatio, non auctoritatem illam principii, sed naturam, penes quam auctoritas testimonii, respiciat. Et forte respexit Methodius illud Hebr. vi. 16. ἄνθρωποι κατὰ τοῦ μείζονος ὀμνύουσι. *Jurate homines, per eum qui major illis sit*: proinde Deum, cum majorem se non habeat, ὤμοσε καθ᾽ ἑαυτοῦ: *per semet ipsum jurasse*: non ita Filium per Patrem, uti detorsit Methodius, & quasi Pater ad fidem præstandam, major Filio esset, quod non præstaret origo, & quod auctor est atque αἴτιον, sed naturæ in eo μείωσις, sensu vere Arianico. Major enim illa fides, a digniore natura procedat necesse est: quodque nulla dignior Deo uno & trino, per semet ipsum illi jurare licet; hincque omnino immobilem fidem facere, juxta quod impossibile est mentiri Deum, non Filio per Patrem, ut per majorem, & quasi in Filio necdum animus conquiescat, majorisque aliquid auctoritatis quærendum sit, ut finis sit πάσης ἀντιλογίας.

1. Ἐν μιᾷ ἐνθέματι] Quid in mentem venerit LXX. Senioribus, ut sic femininum neutro junxerint, neminem video explicasse. Putem Hebraismum esse, quodque ענק & masculini generis exstet & feminini, quasi feminini legerint, ita retinuisse. Nobis nomen torquis, teste Probo Grammatico, perinde ambigui generis, masculini & feminini; ac proclivius feminini. Unde Pagninus. *In una torque colli tui*. Vulg. *in uno crine*. Alii ἐν ἑνὶ πλοκάμῳ, *in uno cincinno*. Aut, num aliam vocem respondentem voci Hebraicæ posuerunt, quæ sic feminini generis esset, quam velut appositione, verbis his, ἐνθέματι τοῦ τραχήλου, clarius exposuerint?

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ὀφθαλμῶν σου, τὸν διορατικὸν τῆς φρονήσεως ὀφθαλμὸν δείκνυσιν· ὁπότε δὴ τοῦτον ὁ ἔσω σμήξας ἄνθρωπος καθαρῶς, τρανότερον τὴν ἀλήθειαν ἐποπτεύει. διττὴν γὰρ ὄψεις εἶναι δύναμιν, παντί που καταφανές· μίαν μὲν ψυχῆς, θατέραν δὲ σώματος. ἀλλ' οὐχὶ τῆς τοῦ σώματος ἐρᾷν ὁ Λόγος ὁμολογεῖ, ἀλλὰ τῆς κατὰ διάνοιαν μόνον, Ἐν ἑνὶ, φάσκων, ἐκαρδίωσας ἡμᾶς ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, καὶ ἐν μιᾷ ἐνθέματι τραχήλου σου. ὅπερ ἐστὶν, Ὦ αὕτη, τῷ ἐπεράστῳ σου βλέμματι τῆς συνέσεως, ἀνεπτέρωσας ἡμῶν τὴν καρδίαν εἰς πόθον, ἔσωθεν τὸν ἀείδηλον κόσμον ἐξαστράπτουσα τῆς σωφροσύνης. ἐνθέματα γὰρ τραχήλου καλεῖται τὰ περιδέραια, τὰ ἐκ ποικίλων καὶ τιμίων συντιθέμενα λίθων. ἀλλ' αἱ μὲν σωμασκοῦσαι ψυχαὶ, τὸν αἰσθητὸν τουτονὶ κόσμον ἀμφὶ B τὸν τράχηλον τὸν ἔξω τῆς σαρκὸς περιτιθέασι πρὸς ἀπάτην τῶν θεωμένων· αἱ δὲ ἁγνεύουσαι, ἔνδοθεν ἔμπαλιν τὸν κόσμον ἐξάπτονται, τὸν ἀπὸ τῶν τιμίων καὶ ποικίλων, ὡς ἀληθῶς, συγκείμενον λίθων, τῆς ἐλευθερίας, τῆς μεγαλοφροσύνης, τῆς σοφίας, τῆς [1] ἀγάπης· ὀλίγα φροντίσασαι τῶν τῇδε προσκαίρων ποικιλμάτων, ἃ φύλλων δίκην πρὸς ὥραν θάλλοντα συναφαυαίνονται τοῦ σώματος ταῖς τροπαῖς. διπλοῦς γὰρ ὁ περὶ τὸν ἄνθρωπον φαίνεται κόσμος, ὧν τὸν ἔνδον ὁ Κύριος ἀποδέχεται, τὸν ἀκήρατον, Ἐν μιᾷ, λέγων, τραχήλων ἐνθέματι τῆς νύμφης κεκαρδιῶσθαι, οἱονεὶ τοῦ ἔσωθεν ἀνθρώπου τῆς καταστολῆς αἴγλην ἀποστίλβοντος, ὠρέχθαι σημαίνων· ὥς που καὶ ὁ ψαλμῳδὸς μαρτυρεῖ, Πᾶσα, λέγων, ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως C ἔσωθεν.

Μὴ ὑπολαμβανέτω δέ τις, [2] ἀποκρίνεσθαι τὸν ἕτερον ὅμιλον τῶν πεπιστευκότων, δόξας ἡμᾶς τὰς Παρθένους μόνας εἰσηγεῖσθαι τευξομένας τῆς ἐπαγγελίας· οὐ συννοήσας, ὅτι καὶ φυλαὶ καὶ πατριαὶ καὶ τάγματα, κατ' ἀναλογίαν ἑκάστου ἔσονται τῆς πίστεως. καὶ τοῦτο καὶ Παῦλος διαγράφει, Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, λέγων, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ· οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. καὶ ὁ Κύριος δὲ, οὐ πᾶσι τὰς αὐτὰς ὁμολογεῖ διδόναι τιμὰς ἀλλ' ἑτέροις μὲν [3] ἐν βασιλείᾳ καταριθμεῖται τῶν οὐρανῶν, D ἄλλοις κληρονομίαν ἐπαγγέλλεται γῆς· ἑτέροις ὄψεσθαι τὸν Πατέρα. καὶ δὴ καὶ ἐνταῦθα, πρῶτον τὸ τάγμα καὶ τὸν χορὸν τὸν ἅγιον αὐτῷ τῶν Παρθένων, ὥσπερ εἰς νυμφῶνα τὴν ἀνάπαυσιν τῶν καινῶν αἰώνων ἐφομαρτοῦντα συνεισελεύσεσθαι χρησμῳδεῖ. [4] ἐμαρτύρησαν γὰρ, οὐ κατά τι μόριον χρόνου ἐν βραχεῖ καρτερήσασαι σωμάτων ἀλγηδόνας, ἀλλὰ διαπαντὸς τλήσασαι τοῦ βίου, μὴ ἀποδειλιάσασθαι τὸν ἀγῶνα τὸν Ὀλυμπικὸν ἀληθῶς διαθλῆσαι τῆς Ἁγνείας· βασάνοις τε γὰρ ἀγρίοις ἡδονῶν καὶ φόβοις καὶ λύπαις ἀντισχοῦσαι, καὶ τοῖς ἄλλοις τῆς πονηρίας τῶν ἀνθρώπων κακοῖς, ἀποφέρονται τὰ γέρα πρῶται τῶν ἄλλων, εἰς τὸν ἀμείνω τῆς ἐπαγγελίας ἐκτασσόμεναι χῶρον. ἀμέλει ταύτας μόνον ἐκλεκτὴν E νύμφην τὰς ψυχὰς, καὶ γνησίαν ὁ Λόγος ἑαυτοῦ καλεῖ· τὰς δὲ λοιπὰς, παλλακὰς καὶ νεανίδας καὶ θυγατέρας, λέγων ὧδε· Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαί· καὶ νεανίδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου· μία

A *tuorum*, perſpicacem vim mentis intelligentiæ oſtendit; poſtquam ſcilicet homo interior eam deterſerit planeque mundaverit, ut liquidius veritatem intueatur. Duplicem enim eſſe oculum, alterum animi, atque alterum corporis, cuivis manifeſtum eſt. Haud enimvero eum qui eſt corporis, ſe amare Verbum profitetur, ſed dumtaxat eum qui eſt mentis, dum ait, *Abſtuliſti nobis cor in uno oculorum tuorum, & in uno ornamento colli tui.* Quaſi diceret, Tu nimirum, amabiliſſimo prudentiæ tuæ obtutu in amorem cor noſtrum incitaſti, ac quaſi ad te avolare feciſti, mundum ab intus Caſtitatis evibrans ſplendidiſſimum. Jam enim colli ornamenta vocantur torques aut monilia, ex variis & pretioſis gemmis contexta. Ceterum quæ corporis cultui ſtudent animæ, ſenſibilem hunc mundum, exteriori carnis cervici ad fraudem contuentibus faciendam, apponunt: contra vero quæ vitam caſte inſtituunt, interiorem ſibi mundum adhibent, ex pretioſis vereque variis lapillis gemmiſque (libertate, magnanimitate, ſapientia, caritate) conflatum; parum curantes, iſtos pro ſæculi uſu cito diffluentes ornatus, qui foliorum ritu ad tempus florentes mutationibus corporis per ſtatas vices contingentibus evaneſcunt. Duplex enim in homine mundus cernitur: quorum alterum qui interior eſt ac immortalis, Dominus accipit, [a] *Cor ſibi ablatum*, dicens, *in uno ornamento colli Sponſæ*; quaſi pellectum ſe atque ad amorem accenſum ſignificans, ſplendore ab interioris hominis veſtitu emicante: uti & Pſalmiſta teſtatur, dum [b] *Omnem gloriam filiæ Regis ab intus eſſe*, ait.

III. Nolim vero quiſpiam exiſtimet, improbari ac rejici aliam multitudinem credentium: putans nos ſolas Virgines introductum iri, potituras bonis promiſſis; non intelligens, tribus quoque & cognationes, ordineſque & claſſes futuras, pro cujuſque illorum fidei ratione. Id quod & Paullus ſignificat, dum ait: [c] *Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum. Stella differt a ſtella in claritate: ita & reſurrectio mortuorum.* Et Dominus, non eoſdem omnibus ſe honores daturum profitetur: ſed [d] alios cælorum regno annumerat, aliis terræ poſſeſſionem pollicetur, alios promittit viſuros Patrem. Quare & heic primum ordinem & chorum conſecratarum ipſi Virginum in requiem novorum ſæculorum, tamquam in thalamum, in ſuo comitatu ſecum introducendum ex oraculo promit. Functæ enim martyrio ſunt, non ad breve temporis momentum ſuſtinentes corporum gravamina, ſed quoad vita ſuperſtes fuit, tolerantes laborum, Olympiacum vere Caſtimoniæ agonem fortiter obire non formidarunt: ſæviſque voluptatum tormentis & pavoribus ac doloribus, aliiſque hominum nequitiæ malis reſiſtentes, primæ ante alios munera in melioribus promiſſionis locis collocatæ reportant. Denique has ſolum animas, Verbum electam Sponſam atque ſinceram vocat: reliquas autem concubinas & adoleſcentulas atque filias, ſic dicens: [e] *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ; & adoleſcentulæ quarum non eſt numerus. Una eſt columba mea, perfecta mea; una eſt matri ſuæ; electa genitrici ſuæ. Viderunt*

a Cant. IV. 9. *b* Pſal. XLIV. 14. *c* I. Cor. XV. 41. *d* Matth. V. *e* Cant. VI. 7. 8.

1. Ἀγάπης] Ita codex Vat. & Poſſinius. Allatius vero cum ms. Mazar. *σωφροσύνης*.

2. Ἀποκρίνεσθαι] Sic Allatius. Ms. Vat. cum Poſſinio *ἀποκρύεσθαι*.

3. Ἐν βασιλείᾳ] Allatius *ἐπὶ τὰ βασίλεια*. Lectionem noſtram ex Vat. cod. expreſſit Poſſinius.

4. Ἐμαρτύρησαν] Quaſi *martyrium fecerunt*. Poſſin. *ἐμαρτύρησε γάρ, ὡς οὐ*: redditque, *Atteſtatur enim eos*, &c. cujus tamen lectionis, nec Allatius meminit, nec qui Poſſinianæ Lupar. editioni præfuit. Et certe nihil congruit, & particula *ὡς* palam adjectitia eſt ad ſervandam ſyntaxim, quam tamen imperitus interpolator ſervare nequivit. Vult ergo, arduum tenendæ caſtitate Virginibus certamen, Martyribus pæne compar, quod multis poſtea ſæculis, de his qui religioſa palæſtra in finem uſque militant, graviter ediſſeruit Bernardus: quibus ad Virginitatem ſeu Caſtitatem, accedit etiam voluntariæ paupertatis & obedientiæ ſtadium.

ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτὴ τῇ τεκούσῃ αὐτήν. ἐνί- A δοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτήν· βασίλισσαι, καί γε παλλακαὶ αἰνέσουσιν αὐτήν. πολλῶν γὰρ οὐσῶν δηλονότι τῆς Ἐκκλησίας τῶν θυγατέρων, μία ἐστὶ μόνη ἐκλεκτὴ καὶ τιμιωτάτη ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῆς ὑπὲρ πάσας, τὸ τάγμα τῶν Παρθένων.

Ἐὰν δέ τῳ περὶ τούτων ἀμφισβήτησις, ὡς οὐδέπω τῶν κεφαλαίων ἱκανῶς ἐπεξειργασμένων, καὶ ἔτι βούλοιτο κατ' ἀναγωγὴν αὐτῶν πνευματικὴν διαρθρωθῆναι πληρέστερον, τίνες εἰσὶν αἱ βασίλισσαι καὶ αἱ νεανίδες, λέξομεν, δύνασθαι ταῦτα λελαλῆσθαι καὶ ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς κατὰ πρόβασιν χρόνων ἐν δικαιοσύνῃ διαπρεψάντων· οἷον τῶν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμόν, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ Χρι- B στοῦ καθεξῆς. εἶναι γὰρ νύμφην μὲν τὴν Ἐκκλησίαν· βασιλίσσας δὲ, τὰς βασιλικὰς ἐκείνας τὰς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ψυχὰς, εὐαρέστους τῷ Θεῷ γεγενημένας· τουτέστι τὰς ἀμφὶ τὸν Ἄβελ, καὶ τὸν Σὴθ καὶ τὸν Ἐνώχ. παλλακὰς δὲ, τὰς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, τῶν προφητῶν· αἷς, πρὸ τοῦ τὴν Ἐκκλησίαν ἁρμοσθῆναι τῷ Κυρίῳ, παλλακίδων δίκην συγγινόμενος, ἀληθεῖς ὑπέσπειρε λόγους ἐν ἀφθόρῳ καὶ καθαρᾷ φιλοσοφίᾳ, ἵνα γεννῶσιν αὐτῷ συλλαβοῦσαι πίστιν, πνεῦμα σωτηρίας. τοιαῦτα γὰρ ἀποβλαστήματα φύουσιν αἱ ψυχαὶ, ἀείμνηστον φέροντα τὸ κλέος, ὁπόσαις ἂν ὁ Χριστὸς συνανακραθῇ. εἰ γὰρ βούλεσθε εἰς Μωϋσέως ἀποβλέψαι βίβλους, ἢ Δαβὶδ ἢ Σολομῶνος ἢ Ἡσαΐου, ἢ τῶν καθεξῆς προφητῶν, ὦ C Παρθένοι, εἴσεσθε, οἷα καταλελοίπασιν ἑαυτῶν ἔκγονα τῷ βίῳ σωτήρια, διὰ τὴν πρὸς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κοινωνίαν. ὅθεν τεθεωρημένως παλλακὰς προσηγόρευσε τὰς ψυχὰς τὰς προφητικὰς ὁ Λόγος, ὅτι μὴ φανερῶς αὐτὰς οὕτω καθάπερ δὴ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπηγάγετο, θύσας δι' αὐτὴν τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν.

Ἐπαπορητέον δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τούτοις, ἵνα μηδὲν ἡμᾶς τῶν ἀναγκαίων ἀποδράναι δυνηθῇ, τί δήποτε τὰς μὲν βασιλίσσας ἑξήκοντα ἔφη, τὰς δὲ παλλακὰς ὀγδοήκοντα· τὰς δὲ νεανίδας τοσαύτας, ὅσον μηδὲ ἀριθμεῖσθαι διὰ τὴν πληθύν· τὴν δὲ νύμφην μίαν. καὶ πρῶτον μὲν περὶ τῶν ἑξήκοντα λεκτέον· ἑξήκοντα βασιλίσσας ἐντεῦθεν, ὡς οἶμαι δὴ, τοὺς ἀπὸ τοῦ D πρωτοπλάστου μέχρι Νῶε κατὰ διαδοχὴν εὐαρεστήσαντας ἐκάλεσε τῷ Θεῷ, ἐπειδήπερ οὗτοι παραγγελμάτων καὶ θεσμῶν εἰς τὸ σωθῆναι χρείαν οὐκ ἐσχήκασιν, ἔτι προσφάτου τῆς κατὰ τὴν ἑξαήμερον οὔσης αὐτοῖς τοῦ κόσμου συστάσεως. ἐμέμνηντο γὰρ οὗτοι, ὡς ἐν ἓξ ἡμέραις ὁ Θεὸς ἐτεκτήνατο τὴν κτίσιν, τά τε ἐν τῷ παραδείσῳ γεγονότα· καὶ πῶς ὁ ἄνθρωπος ἐντολὴν ἔχων [1] μὴ ἅψασθαι τοῦ φυτοῦ τῆς φρονήσεως, ἐξώκειλεν, ἀποβουκολήσαντος αὐτὸν τοῦ τῆς κακίας σοφιστοῦ. ἐντεῦθεν δὴ τὰς ἀπὸ τῆς συστάσεως εὐθέως τοῦ κόσμου κατὰ διαδοχὴν τὸν Θεὸν ποθεῖν ἑλομένας ψυχὰς, καὶ σχεδὸν, εἰ χρὴ φάναι, τοῦ πρώτου αἰῶνος οὔσας ἔκγονα, καὶ γείτονας τῆς μεγάλης ἑξαημέρου, ἑξήκοντα βασιλίσσας ἔφη συμβολικῶς, διὰ E τὸ μετὰ τὴν ἑξαήμερον εὐθέως, ὡς ἔφην, γεγονέναι. μεγάλην γὰρ ἐσχήκασιν οὗτοι τιμὴν, Ἀγγέλοις συν-

eam filiæ; & beatam prædicabunt eam: reginæ, & concubinæ laudabunt eam. Cum enim utique multæ sint Ecclesiæ filiæ, una sola electa est & carissima in oculis ejus supra reliquas; ordo scilicet Virginum.

IV. Sin cui vero hinc hæret scrupulus, quasi hæc adhuc ad purum Scriptura nequaquam declarata sit, ac præterea ad spiritualem eam sensum referre velit, juxtaque illum distinctius exponi quænam sint Reginæ; quæ vero Concubinæ, ac quæ Adolescentulæ: dicemus, fieri posse ut ista dicta sint de iis, qui a principio per successiones temporum in justitia claruerunt. Puta, qui ante diluvium, quique post diluvium, & qui deinceps post Christum. Ecclesia videlicet sponsa est. Reginæ vero, regiæ illæ animæ, quæ ante diluvium Deo placuerunt: nempe, Abel, Seth, Enoch. Concubinæ, quæ post diluvium animæ fuerunt, nempe prophetarum; quibus antequam Ecclesia Domino aptaretur, concubinarum more congressus, in incorrupta mundaque philosophia veros subseminavit sermones, ut inde concepta fide, spiritum salutis ei parerent. Tales enim fetus edunt ejusmodi animæ, monumenta sui æternum mansura relinquentes, quibuscum Christus congressus fuerit. Si enim in Moysis aut Davidis, aut Salomonis aut Esaiæ, aut aliorum subsequentium prophetarum libros animum advertere, o Virgines, volueritis, videbitis quales quamque vitæ ac mundo salutares post se fetus reliquerint, commercii illius ratione quod illis cum Filio Dei intercessit. Quare considerate admodum Concubinas appellavit Verbum prophetarum animas, quod non sic eas palam, (uti nimirum Ecclesiam) duxerat, [a] occiso illius gratia vitulo saginato.

V. Quærendum porro præterea videtur, (ne quid nos dictu necessarium fugiat) quid caussæ sit, cur Reginæ quidem sexaginta numerentur, Concubinæ vero octoginta: Adolescentulæ autem tam multæ inducantur, ut earum numerus propter multitudinem iniri nequeat: Sponsa denique ponatur una. Incipiamus a sexaginta. Sexaginta, opinor, Reginas hinc vocavit eos, qui ab Adamo usque ad Noe continua successione temporum Deo placuerunt: quoniam aliis hi præceptis ac legibus ad salutem consequendam opus non habuerunt, etiamnum recente apud eos memoria creationis mundi, sex diebus conditi. Recordabantur, inquam, sex dierum spatio rerum hanc universitatem a Deo fuisse fabricatam, eorumque quæ in paradiso contigerant infixam sensibus historiam habebant: [b] qua nempe ratione homo accepto mandato non tangendæ arboris scientiæ, impegisset, fraude inductus auctoris malitiæ. Hinc eas animas quæ statim a mundo condito continua successione Deum sibi amandum delegerunt, ferme (ut sic dicam) primi sæculi soboles, & vicinas magni senarii dierum, Sexaginta Reginas symbolice vocat: quia ut dicebam, a senum dierum creatione statim exstite-

a Luc. xv. 23. *b* Gen. III. 3.

1. Μὴ ἅψασθαι τοῦ φυτοῦ τῆς φρονήσεως] Ita junxit Possinius ac bene reddidit, *Mandato accepto non tangendæ arboris scientiæ*; cujus prævaricatione sic ἐξώκειλε· *impegit*: nec opus cum illo supplere, *in exitium miser*. Sic enim Latini ea voce absolute significant, quod Græci illa altera, metaphora ducta a navibus, quæ sic in cautes & brevia ac loca aspera impingere dicuntur & allidi, dum portum tutamque stationem cogitant. Hesych. ἐξέπεσε exponit: sed ipsa exponens vox, obscurior eo sensu voce exposita ac infrequentior, ut & quas Suidas adhibet, qui & ipse ἀπὸ νεὼς, *de nave* dici hanc vocem annotat: nec opus altera explicatione Fr. Portæ. φρόνησις ergo ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης est, sive γνώσεως, pro intelligentia ac scientia, quomodo vertit Cicero, docetque Budæus sæpe usurpari; non pro prudentia, quæ virtus est, quomodo potius ἀφροσύνης arbor dicenda videretur, (*summæ insipientiæ*) quam φρονήσεως, *prudentiæ*. Leo Allatius τῷ, τῆς φρονήσεως jungit verbo ἐξώκειλε, redditque, *extra mentem ille delapsus*; attendens scilicet expositionem τῷ ἐξέπεσε, ἐξωλίσθησε. Sed non videtur hæc vis metaphoræ, quasi scilicet ex portu delabi navis dicatur, & hoc sit ἐξοκέλλειν, non ejus aberratione, ita ut dictum est, impingere frangique atque allidi ad brevia & cautes.

ὁμιλήσαντες, καὶ τὸν Θεὸν ὕπαρ, οὐκ ὄναρ, πολλάκις θεασάμενοι. ἐπισκέψασθε γὰρ ὅσην εἶχε παῤῥησίαν ὁ Σὴθ πρὸς τὸν Θεὸν, [a] ὅσην ὁ Ἄβελ, ὅσην ὁ Ἐνὼς, ὅσην ὁ Ἐνὼχ, ὅσην ὁ Μαθουσάλα, ὅσην ὁ Νῶε, πρῶτοι δικαιοσύνης γεγονότες ἐρασταὶ, καὶ πρῶτοι τῶν πρωτοτόκων τέκνων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, τῆς βασιλείας καταξιωθέντες, ὥσπερ ἀπαρχή τι τῶν φυτευμάτων εἰς σωτηρίαν πρώϊμος τῷ Θεῷ βλαστήσαντες καρπός. καὶ περὶ μὲν τούτων αὐτάρκως.

runt. Magno quippe honore præcelluerunt, familiari Angelorum dignatæ colloquio, ac quæ Deum palam, non per somnium, sæpe sint contuitæ. Considerate enim quanta Setho familiaritas cum Deo exstiterit: quanta cum Abele, quanta cum Enoso, quanta cum Enocho, quanta cum Mathusala, quanta cum Noemo necessitudo. Primi hi amatores justitiæ, primique [a] inter primogenitos liberos qui conscripti sunt in cælis, regnum assecuti, ceu primitiæ quædam plantationum in salutem, ac qui Deo præcox fructus provenerint. Ac de his quidem satis.

Περὶ δὲ τῶν παλλακῶν πάλιν λεκτέον. τοῖς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, [1] ἀπωτέρω λοιπὸν ἡ γνῶσις ἦν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔχρηζον ἑτέρας διδαχῆς, ἑρπούσης ἤδη τῆς εἰδωλολατρείας, ἥτις αὐτοῖς αὖθις ἀλεξίκακος ἔσοιτο καὶ βοηθός. ὁ οὖν Θεὸς, ἵνα μὴ πάντη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀϊστωθῇ λήθῃ τῶν καλῶν, [2] τὸν ἴδιον παῖδα τοῖς προφήταις ἐκέλευσεν ὑπηχῆσαι, τὴν ἐσομένην ἑαυτοῦ παρουσίαν διὰ σαρκὸς εἰς τὸν βίον, καθ' ἣν ἡ τῆς πνευματικῆς ὀγδοάδος χαρὰ καὶ γνῶσις κηρυχθήσεται, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων οὖσα καὶ ἀναστάσεως παρεκτική. περιτμηθήσεσθαι γὰρ δι' αὐτῆς τῶν ἀνθρώπων τὰ πάθη καὶ τὴν φθοράν. καὶ διὰ τοῦτο τὸν κατάλογον τῶν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ προφητῶν, διὰ τὴν τῆς περιτομῆς πρεσβείαν, τὸν ὀκτὼ περιεχούσης ἀριθμὸν, ἧς ἐξήρτηται καὶ ὁ νόμος, ὀγδοήκοντα παλλακὰς ἐκάλεσεν· ὅτι πρῶτοι, πρὶν τὴν νύμφην τὴν Ἐκκλησίαν κατεγγυηθῆναι τῷ Λόγῳ, τὰ θεῖα συλλαβόντες σπέρματα, τῆς νοητῆς προεξήγγειλαν ὀγδοάδος τὴν περιτομήν.

VI. De Concubinis restat dicere. Apud eos qui post diluvium fuerunt, illa jam Dei cognitio remotior facta, pæne exoleverat; aliaque eis opus doctrina erat, quæ adversus enascentem ac jam serpere incipientem idololatriam, mortalibus præsidio ac auxilio foret. Deus itaque ne bonorum oblivione humanum genus prorsus everteretur, Filium suum mandavit, suum per carnem futurum in mundum, interiore auditu prophetis loqui adventum; per quem spiritalis Octonarii gaudium ac veritatis cognitio essent prædicanda: qui nimirum peccatorum foret remissio & resurrectionem esset præstiturus. Circumcidenda quippe per ipsum hominum vitia & corruptionem amputandam. Propter hoc, prophetarum qui ab Abrahamo fuerunt, subductum numerum, propter circumcisionis octonarium numerum continentis (ex qua Lex ipsa pendet) augustiorem honorem, octoginta Concubinas appellavit: quod nempe primi, antequam Ecclesia Verbo desponsaretur, divinis conceptis seminibus spiritalis octonarii circumcisionem prænuntiarunt.

Νεανίδας δὲ πάλιν εἰς ἀναρίθμητον συντελούσας ὅμιλον, [3] τὰ ὑπὸ τοῖς κρείττοσι δικαιοπραγήσαντα πλήθη, καὶ νεανικῶς καὶ γενναίως διαθλήσαντα πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, καλεῖ· ἀλλὰ τούτων οὔθ' αἱ βασίλισσαι, οὔθ' αἱ παλλακαὶ, οὔθ' αἱ νεανίδες συγκρίνονται τῇ Ἐκκλησίᾳ. ἡ γὰρ τελεία καὶ ἐκλεκτὴ παρὰ πάσας αὐτὰς νομιζομένη, ἡ ἐκ πάντων συνεστῶσά τε καὶ [4] συνηνωμένη τῶν Ἀποστόλων ἐστὶν, ἡ ὑπερβάλλουσα νύμφη τῷ κάλλει τῆς ἀκμῆς καὶ τῆς παρθενίας, πάσας. διὸ καὶ μακαρίζεται καὶ αἰνεῖται [5] πρὸς τῶν ἄλλων, ὅτι αὕτη καὶ εἶδε καὶ ἤκουσεν ἀφθόνως, ἃ ἐκεῖναι ἐπεπόθεισαν κἂν ἐκ βραχέως θεάσασθαι, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι, καὶ οὐκ ἤκουσαν. Μακάριοι γάρ φησιν, οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν, ὁ Κύριος τοῖς μαθηταῖς, οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ προφῆται ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν. οὐκοῦν διὰ ταῦτα μακαρίζουσι ταύτην οἱ προφῆται καὶ

VII. Adolescentulas autem numero superiores, eam multitudinem vocat, quæ inferiori a præstantioribus ordine justitiam consectata, juvenili quasi robore ac strenue adversus peccatum decertavit. Ex horum tamen omni classe, neque Reginæ, nec Concubinæ aut Adolescentulæ, cum Ecclesia comparari valent. Hæc enim perfecta, ac supra omnes illas electa habita, ex omnibus conflata Apostolis & in unum coagmentata, illa Sponsa est, vividæ ætatis flore ac Virginitatis decore cunctis longe præcellens. Quocirca etiam ab aliis beata prædicatur atque laudatur, quod ipsa affatim viderit audieritque, quod illæ vel ad breve momentum videre cupierunt, & non viderunt; atque audire, & non audierunt. [b] *Beati* enim, inquit Dominus discipulis, *oculi vestri, qui vident quæ videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt*. Ob hanc itaque caussam merito prophetæ Ecclesiam beatam præ-

a Hebr. XII. 23. *b* Matth. XIII. 16. 17.

1. Ἀπωτέρω] Sic Allatius. Possinius vero ex cod. Vat. ἀνωτέρω. ---- Atque hanc Vat. lectionem retinere maluit editor Lupareus, etiamsi ms. Mazar. & excerpta Photiana, ἀπωτέρω, præferrent.

2. Τὸν ἴδιον παῖδα ὑπηχῆσαι] Possinius invito textu, prophetis præceptum reddit, ut sic Dei Filium insusurrarent: *prædicari curavit a Prophetis suum Filium*. Sed non ita Methodius: sed ipsi Filio jussisse ait, ut sic interiore auditu, ipse se Prophetis, suumque in mundum adventum, quo salus mundo foret, loqueretur: quod præceptum nihil læsa ejus cum Patre æqualitate potest intelligi, destinatæ caussa Incarnationis.

3. Τὰ ὑπὸ τοῖς κρείττοσι] Plebes nimirum intelligit, vel patriarchis vel prophetis subjectas, ac quibus majores illi, Dei cultu præirent: quæ turba major est, ipsa innumerabilis, cum præstantiores sancti ipsique duces atque auspices, longe pauciores sint. Nihil apte Allat. & Mazar. ὑπὸ τοῖς κρείττοσι: quasi ille novus quidem status sit, non ipse circumcisionis ejusque pars, quem proinde illi connumerari non decuit. Nec judices dicantur universim primarii justi, vel patriarchæ vel prophetæ; sed peculiariter illi, qui a Mose ad Saulem Hebræorum rempubl. gessere, & antequam illi regem exposcerent; qui jam, non quasi paterne & sub Deo quasi familiam regeret ac judicaret, sed mero imperio illis præesset.

4. Συνηνωμένη] Hæc est lectio codicis Vat. quam expressit Possinius. Sed ms. Mazar. & Allatius cum Photianis excerptis, συνημμένη.

5. Πρὸς τῶν ἄλλων] Allatio deest præpositio, preli vitio aut pueri exscribentis. Reddit vero cum Possinio, *ante alias prædicatur*; Possinius *præ aliis*, cum sit *ab aliis*, respondeatque sacro textui; ubi sic laudantes ac prædicantes Sponsam, indicantur; ipseque sequentibus diserte exponit Methodius.

a Ὅσην ὁ Ἄβελ] Hæc exciderunt ex edito Combefisiano, quæ tamen exhibent Allatius & Possinius. Apud Allatium vicissim ista omittuntur, ὅσην ὁ Ἐνὼς, quæ leguntur ex cod. Vat. in editis Possinii & Combefisii.

θαυμάζουσιν, ὅτι ὧν αὐτοὶ μὴ ἐπέτυχον ἀκροαταὶ γενέσθαι καὶ θεάμονες, ἡ Ἐκκλησία κατηξιώθη καὶ μετείληφεν. Ἑξήκοντα γάρ εἰσι βασίλισσαι καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεανίδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου.

A dicant eamque admirantur, quod quæ ipsi videre audireque non obtigit, hæc ipsa Ecclesia percipere, eorumque gaudere commercio meruit. [a] *Sexaginta sunt reginæ & octoginta concubinæ, & adolescentulæ quarum non est numerus. Una est Columba mea, perfecta mea.*

Δυνήσεται δέ τις ἑτέρως τὴν νύμφην φάναι τὴν σάρκα τὴν ἀμόλυντον τοῦ Κυρίου, ἧς χάριν τὸν Πατέρα καταλείψας, κατῆλθεν ἐνταῦθα, καὶ προσεκολλήθη, καὶ [1] ἐγκατέσκηψεν ἐνανθρωπήσας εἰς αὐτήν. διὸ δὴ καὶ περιστερὰν αὐτὴν τροπικῶς ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ τιθασσὸν τὸ ζῶον καὶ ὑπωρόφιον, καὶ διαίτῃ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐνασμενίζον. μόνη γὰρ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἄσπιλος καὶ ἀμίαντος εὑρέθη, καὶ πάντας ὑπερέχουσα τῷ τῆς δικαιοσύνης κόσμῳ καὶ κάλλει· ὥστε μηδένα καὶ τῶν εἰς ἄκρον εὐαρεστησάντων τῷ Θεῷ ταύτης δυνηθῆναι πέλας, ὡς πρὸς σύγκρισιν ἀρετῆς, στῆναι. καὶ διὰ τοῦτο κατηξιῶσθαι κοινωνὸν αὐτὴν γενέσθαι τῆς βασιλείας τοῦ μονογενοῦς, αὐτῷ καθηρμοσμένην τε καὶ ἑνωθεῖσαν. καὶ ἐν τεσσαρακοστῷ δὲ καὶ τετάρτῳ ψαλμῷ, ἡ ἐκ τῶν πλειόνων παρισταμένη ἐκ δεξιῶν βασίλισσα τοῦ Θεοῦ μερῶν, ἡ τῷ διαχρύσῳ τῆς ἀρετῆς κόσμῳ κατεστολισμένη, ἧς ἐπεθύμησε τοῦ κάλλους ὁ βασιλεὺς, ἡ σάρξ ἐστιν, ὡς ἔφην, ἡ ἄχραντος ἐκείνη καὶ μακαρία, ἣν αὐτὸς ἀνακομίσας ὁ Λόγος εἰς οὐρανοὺς, ἐκ δεξιῶν παρέστησε τοῦ Πατρὸς, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ κεκοσμημένην· ὃ δή ἐστιν, ἐν ἐπιτηδεύμασι τῆς ἀφθαρσίας, ἃ συμβολικῶς ἔφησε χρυσᾶ κροσσωτά. ἐπειδὴ γὰρ ἐκ ποικίλων ποικίλλεται τοῦτο καὶ συγκαθυφαίνεται κατορθωμάτων τὸ ἔνδυμα, οἷον ἁγνείας, φρονήσεως, πίστεως, ἀγάπης, ὑπομονῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν· ἃ δὴ κατακαλύπτοντα τὴν ἀσχημοσύνην τῆς σαρκὸς, κοσμεῖ τὸν ἄνθρωπον κόσμῳ χρυσῷ.

VIII. Possit vero aliquis alio quoque modo, incontaminatam Domini carnem, Sponsam interpretari, cujus gratia relicto Patre, huc descendit, eique adhæsit, ac homo factus, in eam invasit. Quare etiam figurate Columbam vocitavit; quod hoc animal mansuetum sit, sub tecto degens pæneque nobis contubernale, atque humano convictu gaudens. Una B enim profecto (ut verbo dicam) labis expers ac impolluta inventa est, cunctisque præcellens justitiæ mundo atque decore; ut nemo eorum qui vel summe Deo placuerunt, prope ad eam (si virtutis ratio ineatur) consistat. Quocirca merito in consortium regni Unigeniti adscita est, illo sibi eam adaptante atque uniente. Itaque in Psalmo quadragesimo quarto, quæ inter plures [b] a dextris Dei regina adstat, aureo virtutis mundo ordinata, cujus rex pulcritudinem concupivit, caro est, uti dicebam, intemerata illa & beata, quam ipse Deus Verbum cælis invectam, a dextris Patris collocavit auratis vestibus decoram; in studiis scilicet incorruptionis, quæ symbolice vocavit *fimbrias aureas*: quod nimi- C rum indumentum hoc, variis ex virtutibus (puta Castitate, Prudentia, Fide, Caritate, Patientia, bonisque reliquis) variegatur & quasi contexitur; quæ plane operientia carnis turpitudinem, aureo hominem mundo cultuque convestiunt.

Ἔπειτα τί δὴ πάλιν καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ, μετὰ τὸ τὸν ἄνθρωπον ἐκ δεξιῶν ἐνθρονισθῆναι τοῦ Πατρὸς, ὃ ἀνείληφεν ὁ Λόγος, τὸ Πνεῦμα παραδίδωσιν, ἐπισκεπτέον. Ἀπενεχθήσονται, φησι, τῷ βασιλεῖ Παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς· αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει· ἀχθήσονται εἰς ναὸν τοῦ βασιλέως. πάνυ προφανῶς ἐνθάδε λοιπὸν ἔοικεν ἐγκωμιάζειν τὸ Πνεῦμα τὴν Ἁγνείαν, μετὰ τὴν νύμφην, ὡς ἀποδεδώκαμεν, τοῦ Κυρίου, δευτέρας προσιέναι τῷ Παντοκράτορι ἐν ἀγαλλιάσει καὶ εὐφροσύνῃ τὰς Παρθένους ἐπαγγελλομένου, ὑπ' Ἀγγέλων δορυφορουμένας τε καὶ παραπεμπομένας. οὕτω γὰρ ἐπέραστόν τι τὸ τῆς Παρθενίας ἐστὶν, ὡς ἀληθῶς, καὶ περιπόθητον κλέος, ὥστε ὀπίσω τῆς βασιλίσσης, ἣν ἀνήγαγεν ὁ Κύριος, ἀναμάρτητον ἀποτορνεύσας τῷ Πατρὶ, τὸν χορὸν τῶν Παρθένων καὶ τὸ τάγμα προσκομίζεσθαι, τὰ δευτερεῖα τῆς νύμφης κεκληρωμένον. ταῦτά σοι καὶ παρ' ἡμῶν, ὦ Ἀρετὴ, τὰ γυμνάσματα τῶν λόγων ὑπὲρ Ἁγνείας ἐστηλιτεύσθω.

IX. Restat ut quid in consequentibus Psalmi, post commemoratum hominem a Verbo assumtum, ad Omnipotentis dexteram collocatum, tradat Spiritus sanctus, consideremus. [c] *Adducentur*, inquit, *reginæ post eam; proximæ ejus afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exsultatione; adducentur in* D *templum regis*. Valde manifeste videtur heic divinus Spiritus Virginitatem laudare, ac polliceri, Virgines secundo post Domini Sponsam loco (ut exposuimus) ad Omnipotentem accessuras in lætitia & exsultatione, ambitioso cultu comitantibus Angelis ac deducentibus. Adeo enim amabile & supra modum re vera desiderabile Virginitatis decus, ut post reginam quam exaltavit Dominus, atque ab omni peccato immunem perornavit, Virginum chorum atque ordinem, secundo statim post Sponsam honore dignetur. Hæ tibi quoque a nobis sermonum exercitationes, o Arete, pro Virginitate, velut in cippo ac perenni ære insculptæ sunto.


Εἰπούσης δὲ ταῦτα τῆς Προκίλλης, Ἐμὸς ὁ κλῆρος, ἡ Θέκλα ἔφη, μετὰ ταύτην ἐφεξῆς ἀγωνίζεσ-

E Talia ubi Procilla perorasset, Meus jam, ait Thecla, agendi locus est: eoque gratulans occurro, quæ

a Cant. VI. 7. *b* Psal. XLIV. 10. *c* Ibid. ℣. 15. 16.

1. Ἐγκατέσκηψεν] *Illapsus est, invasit*. Maz. & Allat. ἐγκατεσκήνωσεν: *in ea habitavit*; quod æque probatum. Possinius *agglutinatus est*, quod explicatio est vocis προσεκολλήθη, non minus quam illud, *ei adhæsit*, ac ταυτολογία, non expositio novæ Methodii vocis. Illud etiam, *incarnans se in eam*, quam durum parumque theologicum! τὸ, εἰς αὐτὴν, verbum ἐγκατέσκηψε respicit; modus vero denotatur illa voce, ἐνανθρωπήσας: *hominis assumtione & factus homo*: sic in eam venit atque invasit illique incubuit; quæ vis est ejus vocis. Quod tamen Methodius singulari ea sanctitate & justitia, κατηξιῶσθαι dicit κοινωνὸν γενέσθαι τῆς βασιλείας τοῦ μονογενοῦς, *meruisse consortem fieri regni Unigeniti*, ægre a Nestorianis furfuribus vindicari possit, & unione honoraria, non κατὰ φύσιν & ὑπόστασιν, qua homo consecratus in Dei filium ab ipso momento creati animi, & Deus factus homo; non ullis meritis aut profectu, eo provectus ille homo, ut Dei filius ejusque regni consors diceretur. Comes igitur & quasi effectus divinæ illius unionis fuit, omnis illa Christi hominis justitia & sanctitas, non ejus ratio, ob quam meruit illam adipisci. Etiam Gregorius in Homil. hanc nuptiarum filii Dei cum sua carne (seu humanitate) comparationem statim rejicit, ut minus accommodam, & quæ faveat Nestorio: quod nuptiarum fœdera non sint nisi inter eos, qui distinctæ personæ sunt: proinde mavult dici de Christo & Ecclesia, quæ est prima Methodii expositio.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



A θαι· καὶ χαίρω ξυνέμπορον ἔχουσα κἀγὼ τὴν σοφίαν τῶν λόγων, αἰσθανομένη κιθάρας δίκην ἔσωθεν ἁρμοζομένην με καὶ παρασκευάζουσαν εἰς τὸ μεμελημένως εἰπεῖν καὶ εὐσχημόνως.

ΑΡΕΤ. Ἄριστα, ὦ Θέκλα, τὴν προθυμίαν ἀπεδεξάμην, ᾗ καὶ πιστεύω εἰς δύναμιν πρέποντας ἀποδοῦναί σέ μοι τοὺς λόγους· φιλοσοφίας τε γὰρ τῆς ἐγκυκλίου καὶ παιδείας οὐδενὸς ὑστερήσεις· τῆς εὐαγγελικῆς τε αὖ καὶ θείας, τί χρὴ καὶ λέγειν, παρὰ Παύλου σεσοφισμένην.

A & ego sapientiam sermonum (vim scilicet eloquentiæ) faventem habeam; sentiamque citharæ in modum interius aptantem ac concinnantem, ut elaborate ac decore venustoque eloquio differam.

ARET. Optime, o Thecla, tuus hic ardor ac alacritas mihi accidit: qua & spero, pro data tibi facultate, sermones te habituram, qui ex argumenti mole ac majestate, congrue instituto respondeant. Nempe philosophia, variaque eruditione ac liberalium artium comprehensione, cedis nemini: Evangelica vero & divina doctrina quid attinet dicere, cum Paullo magistro edocta imbutaque sapientia sis?

Λόγος Η'.

B

ΘΕΚΛΑ.

Οὐκοῦν λέγωμεν δή, πρῶτον αὐτόθεν ἀπ' ἀρχῆς ἀπαρξάμεναι τῆς ἐπωνυμίας· δι' ἣν αἰτίαν ἐκλήθη Παρθενία, τοῦτο τὸ κορυφαιότατον καὶ μακάριον ἐπιτήδευμα, οἷόν τε ὂν τυγχάνει, καὶ δύναμιν ἣν ἔχει, καὶ εἰσύστερον ὁποίους καρποὺς ἀποτελεῖ. κινδυνεύουσι γὰρ ὀλίγου σύμπαντες αὐτὴν ἠγνοηκέναι, μυρίων διαφέρουσαν τῶν ἄλλων τῆς ἀρετῆς πλεονεκτημάτων, ὁπόσα εἰς κάθαρσιν καὶ κόσμον διαπονούμεθα τῆς ψυχῆς. [1] Παρθεία [a] γὰρ ἡ Παρθενία κατὰ μίαν ὑπαλλαγὴν καλεῖται στοιχείου, ὡς δὴ μόνη τὸν ἔχοντα καὶ τετελεσμένον αὐτῆς τὰς ἀφθόρους τελετὰς Θεῷ παρεικάζουσα, οὗ μεῖζον ἀγαθὸν ἀδύνατον εὑρεῖν, ἡδονῆς καὶ λύπης ἀπῳκισμένον· καὶ τὸ τῆς ψυχῆς καταρδόμενον ἀληθῶς αὔξεταί τε καὶ κουφίζεται πτέρωμα, τῶν ἀνθρωπίνων ἐξίπτασθαι καθ' ἡμέραν ἐθιζόμενον σπουδασμάτων.

C

Ἐπειδὴ γὰρ πανήγυριν τὸν βίον ἡμῶν σοφῶν παῖδες εἰρήκασιν εἶναι· ἡμᾶς δέ τὸ δρᾶμα τῆς ἀληθείας τὴν δικαιοσύνην, ἥκειν ὡς εἰς θέατρον ἐπιδειξομένους, ἀντιτεχνούντων ἡμῖν καὶ ἀνταγωνιζομένων τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων· ἀναβλέποντας ἄνω δεῖ καὶ ἀνιπταμένους μετεωρίζεσθαι, καὶ φεύγειν τὰ θέλγητρα τῆς καλλιφωνίας αὐτῶν, καὶ τὰ σχήματα ἔξωθεν φαντασίᾳ σωφροσύνης ἐπικεχρωσμένα, ἢ τὰς Σειρῆνας μᾶλλον τὰς Ὁμηρικάς. κηλούμενοι γὰρ ταῖς ἡδοναῖς τῆς πλάνης, πτερορρυοῦσι πολλοί, καὶ βαρύνονται εἰς τὸν καθ' ἡμᾶς βίον ἥκοντες, χαυνωθέντων αὐτοῖς καὶ χαλασθέντων τῶν τόνων, καθ' οὓς ἡ τῶν πτερῶν τῆς σωφροσύνης συγκρατεῖται φύσις, κουφίζουσα τὰ κάτω νεύοντα περὶ τὴν φθορὰν τῶν σωμάτων. ὅθεν, ὦ Ἀρετή, εἴτε ὅτι δι' ἑαυτὴν αἱρετή, εἴτε διὰ τὸ αἴρειν καὶ μετεωρίζειν πρὸς οὐρανόν, ταύτην ἔσχηκας τὴν ἐπωνυμίαν, ἐπὶ λευκοτάτων ἀεὶ βαίνουσα φρενῶν· ἴθι μοι συναντιληψομένη τοῦ λόγου, ὃν αὐτὴ προσέταξας εἰπεῖν.

D

ORATIO VIII.

THECLA.

I. Igitur dicamus primum, ab ipsa ordientes nominis appellatione; cur scilicet principalissimum istud beatumque quo de agimus, institutum, Παρθενία vocitetur; quod Latinis *Virginitas* dicitur: tum explicabimus quale id sit, quamque habeat vim: ac postremo quos ex se fructus edat. Parum enim abest, quin plerique hanc ignorent, cum innumeris aliis præcellat virtutis muneribus, quæcumque vel ad animæ purgationem usurpamus, vel ad ejus exornationem. Παρθεία enim (ac si dicas *Deo affinis* ac *pæne divina*) Παρθενία dicitur, elementi dumtaxat commutatione, ut quæ sola illa præditum, ejusque incorruptis sacris initiatum, Deo similem reddit: qua nullum majus bonum occurrerit, a voluptate æque seu libidine atque dolore semotum. Cujus irriguo animæ penna ebria, vere crescit, leviorque effecta, ab humanis studiis avolare quotidie assuescit.

Quoniam enim panegyrim esse vitam nostram sapientes dixerunt; nos autem quasi personas veritatis scenam (id est, justitiam) in theatrum dantes; contranitentibus & ad se spectaculum trahere certantibus diabolo ac dæmonibus; in cælum oculos tollamus necesse est, assumtisque alis in altum feramur, atque earum suavis vocis illices sonos gestusque impudicos, Castitatis exterius probæque honestatis obductos specie, præ Homericis Sirenis fugiamus. Multi enim erroris illecebris deliniti, defluentibus pennis degravantur, in hanc venientes vitam relaxatis & languida mollitie resolutis nervis, quibus alarum Castitatis indoles roboratur, ea sursum levans quæ corruptioni corporum libidine deorsum vergunt. Hinc, o Arete (id est Virtus) tibi nomen est, sic dictæ, sive quod per te ipsam αἱρετή, *eligibilis es*, dignaque quæ præopteris, quod αἴρεις, id est, *attollis* & in cælos levas, in candidissimis semper mentibus incedens: Tu mihi auspex Orationis esto, quam ipsa habere præcepisti.

1. Παρθεία γάρ] Possinius, quasi ex Vat. Πανθεία, *omnino divina; levi*, inquit, *mutatione litteræ;* nec qui ejus Lupar. editioni præfuit, etsi reclamantibus omnibus codicibus, nec non Photio, æquum putavit illi mutare, *quod is solum illum codicem habuerit, quem secutus est*. Ego magis putem, nullum secutum esse, sed vel suum, vel pueri exscribentis σφάλμα. Nam Allatius, qui variantes lectiones ex Vat. & Barb. serio collegit, nihil hujus diversitatis meminit, quam ut videtur, nullam ejusmodi in eo codice offendit. Et certe vox πανθεία non congruit expositioni Methodii, qua sic dici Παρθενίαν ait, quod illa Deo assimilemur. Respexit ergo præpositionem παρά, quæ sic comparationem importat & accessum quemdam ad formæ perfectionem, quæ per vocem significatur. Sic Etymologus, pluribus quas affert ejus vocis notionibus, ubique præpositionem παρά assumit, ex qua παρ'. κατὰ συγκοπὴν factum ait; eliso scilicet elemento α, quod tamen subin- E telligatur, illudque ipsum sit, cujus mutatione Παρθεία Methodio Παρθενία dicatur; nempe mutato α in ν, vicissimque ejus ipsius elisione. Virgines dicuntur grandiores puellæ necdum tamen thorum expertæ: nobis, quæ ulteriori proposito Deo consecratæ atque devotæ, ab omni se venere animo ac corpore abstinent; ut numquam sponte luxuriæ ullis illecebris aut turpis libidinis dedant animum, aut corpus mancipari (quantum animi servit nutibus) sinant. Vide Etym. Thesauri Append. &c. κατὰ μίαν ὑπαλλαγὴν στοιχείου, quod reddit Allat. *una elementi ejectione*, non satis capio: nam ea vox, non ejectionem significat, sed mutationem, ac qua una littera alteri substituatur, uti a nobis expositum est.

a Παρθεία] Retinuimus codicis Vat. lectionem in voce πανθεία, quam interpres qui solum illum codicem habuit, secutus est. Ceterum probabilior videtur altera, quam & codex Maz. & Photiana excerpta suggerunt, παρθεία, sive potius παρὰ θεία, duobus vocabulis, quæ in unum conflata, sola mutatione τοῦ α in ν, & hujus infissione inter ε & ι penultimæ, vocem dabunt παρθενία. Etymologicus quoque præpositionem παρὰ in παρθενίας veriloquio agnoscit, dum scribit: παρθενία, ὅτι παρὰ Θεῷ ἴσ' ὅθη. EDITOR LUPAR.

Οἱ γὰρ πτεροῤῥυήσαντες καὶ πεσόντες εἰς τὰς ἡδονὰς, οὐ πρότερον λήγουσι λύπης καὶ πόνων, ἕως ἂν τῇ τοῦ πάθους ἐπιθυμίᾳ τὴν ἀναγκὴν ἐκπληρῶντες τῆς ἀκρασίας, ἀμύητοι καὶ ἀτελεῖς τοῦ τῆς ἀληθείας ἀπομείνωσι δράματος· ἀντὶ τῆς μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης παιδοποιήσεως, ἀγρίαις ἐρώτων λυττήσαντες ἡδοναῖς. αἱ δὲ εὔπτεροι καὶ κοῦφαι εἰς τὸν ὑπερκόσμιον τόπον ὑπερκύψασαι τοῦ βίου, καὶ ἰδοῦσαι πόῤῥωθεν ἃ μὴ ἕτερος ἀνθρώπων ἐθεάσατο, τοὺς λειμῶνας αὐτοὺς τῆς ἀφθαρσίας, ἀμήχανα κάλλη καὶ ἄνθη φέροντας, καὶ πεπληρωμένους, ἀεὶ πρὸς αὐταῖς εἰσὶν ἀναπολοῦσαι τὰ ἐκεῖ θεάματα· καὶ διὰ τοῦτο [1] *μικρὰ ἡγοῦνται τὰ ἐνταῦθα νομιζόμενα καλὰ, πλοῦτον καὶ δόξας καὶ γένη καὶ γάμους, καὶ οὐδέν τι ἐκείνων περὶ πλείονος ποιοῦνται. ἀλλὰ καὶ εἴ τις αὐτῶν θηρίοις ἢ πυρὶ βούλοιτο τὰ σώματα παραδιδόναι καὶ τιμωρεῖσθαι, ἑτοίμως ἔχουσι τῶν ἀλγηδόνων ἀφροντιστεῖν διὰ τὸν ἐκείνων πόθον, καὶ τὴν ἐκείνων ἔκπληξιν· ὥστε δοκεῖν αὐτὰς, ἐν κόσμῳ οὔσας, μὴ εἶναι ἐν κόσμῳ, ἀλλὰ τῷ φρονήματι καὶ τῇ ὁρμῇ τῆς ἐπιθυμίας εἰς τὴν ἄγυριν ἤδη* [2] *τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς τυγχάνειν.*

Οὐ γὰρ θέμις ἐπὶ γῆς βρίθειν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν τὸ τῆς Παρθενίας πτερὸν, ἀλλ' ἄνω φέρειν εἰς οὐρανὸν, εἰς καθαρὸν αἰθέρα, καὶ τὸν τῶν Ἀγγέλων γείτονα βίον. ὅθεν καὶ πρῶται τῶν ἄλλων μετὰ τὴν ἀνάκλησιν καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν, αἱ ὀρθῶς καὶ πιστῶς παρθενεύσασαι τῷ Χριστῷ, τὰ νικητήρια φέρονται τῶν ἄθλων, τοῖς τῆς ἀφθαρσίας ἄνθεσι στεφθεῖσαι πρὸς αὐτοῦ. ἅμα γὰρ τῷ καταλεῖψαι τὸν κόσμον τὰς ψυχὰς, λόγος τοῖς Παρθένοις ὑπαντῶντας Ἀγγέλους μετὰ πολλῆς εὐφημίας εἰς τοὺς προειρημένους παραπέμπειν λειμῶνας αὐτὰς, εἰς οὓς καὶ πρόσθεν ἐλθεῖν ἐγλίχοντο, μακρόθεν αὐτοὺς φαντασιωθεῖσαι τότε, ὁπότε ἔτι ἐπεδήμουσαι τοῖς σώμασιν, ἰνδάλλοντο τὰ θεῖα.

Ἐνταῦθα δὴ ἐλθούσας, θαυμαστά τινα θεάσασθαι, καὶ ἔκλαμπρα καὶ μακάρια κάλλη, καὶ ὁποῖα ἐξειπεῖν εἰς ἀνθρώπους δυσχερές. εἶναι γὰρ αὐτὴν δικαιοσύνην καὶ φρόνησιν, ἀγάπην αὐτὴν ἐκεῖ καὶ ἀλήθειαν καὶ σωφροσύνην, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως ἐπιφανῆ τῆς σοφίας ἄνθη καὶ φυτά· ὧν ἡμεῖς ἐνθάδε σκιὰς μόνας φασματώδεις ὀνειρώσσοντες, ἀπὸ τῶν πράξεων ἡγούμεθα τῶν ἀνθρωπίνων συνεστάναι, ὅτι μή ἐστιν αὐτῶν δεῦρο μηδὲν εἴδωλον καταφανὲς, ἀλλ' ἀπεικονίσματα μόνον ἀειδῆ, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ σκοτεινῶς πολλάκις ἀπεικάζοντες αἰσθανόμεθα. οὐ γὰρ ἄν πώποτε δικαιοσύνης αὐτῆς ἢ συνέσεως ἢ εἰρήνης, ὀφθαλμοῖς ἐθεάσατό τις μέγεθος, ἢ σχῆμα ἢ κάλλος. ἐκεῖ δὲ [3] *ἐν τῷ Ὄντι, ὡς εἰσὶν ὁλοτελῆ*

II. Qui enim defluxum quem dixi, pennarum passi, in voluptates prolapsi sunt, non prius dolere ac laboribus conflictari desinunt, quam libidinis concupiscentia intemperantiæ necessitate expleta, profani sacrisque exclusi, a veritatis scena extorres exstiterint; ut non pudore castisque nuptiis liberis procreandis ponant operam, sed sævis amorum voluptatibus furore insaniant. Quæ vero forti levique penna, sæculi emergentes cœno, in locum mundo superiorem oculos mentemque extulerunt, procul aspicientes quæ nemo alius viderit (ipsa nimirum incorruptionis prata, inæstimabilia decora floresque pleno illis cornu fundentia) ad ipsa quæ illic sunt, continue animo erecti sunt, versantque spectacula: quo fit, ut tamquam parva despiciant quæ heic pulcra existimantur, opes, honores, nobilitatem, nuptias: nec horum quidquam majoris aliquid pretii arbitrentur. Quin & si quis earum corpora feris flammisve objicere voluerit, dirisque excarnificare suppliciis, quantamvis tormentorum acerbitatem contemnere in promtu habent, quo illorum amore ac specie quam dixi, defixæ sunt: ut quamvis in mundo versentur, non in mundo esse videantur, sed mentis sensu ac desiderii vi, in ipsum jam cælitum cœtum assumtæ.

Non enim fas est Virginitatis alam suapte indole in terram vergere, cujus potius muneris sit, in cælum purumque æthera ac vicinam Angelorum vitam hominem tollere. Reliquis itaque priores hinc evocatæ ac emigrantes, quæ recte fideliterque Christo Virgines militavere, victoriæ præmia referunt, incorruptionis ab eo floribus fertisque redimitæ. Mox enim ac animæ mundum reliquerint, præsto esse Angelos ferunt, qui Virginibus obviam procedentes, ambitioso famulatu ingentique præconio, ad ea quæ memoravimus prata deducant, quo & ante venire gliscebant; procul tunc animo informantes, cum adhuc in corporibus versantes, simulacro tenuique imagine, divina mente repræsentabant.

III. Jam vero illuc perductis, miranda quædam illustrissimaque & beata, & supra quam humano eloquio exprimi facile possit fruenda offerri pulcritudinum spectacula. Ipsa quippe illic justitia, ipsa prudentia, ipsa se se palam monstrat indulgetque cum caritate veritas & Castitas; aliique id genus speciosissimi sapientiæ flores ac plantæ: quorum nos heic umbras solas quasi per somnium imaginantes, putamus ex humanis constare operationibus, quod nullum nobis heic eorum conspicuum suppetat simulacrum; sed obscuræ dumtaxat designationes, quas & ipsas sæpius obscure delineantes densaque caligine, sentimus. Nec enim ullus umquam ipsius justitiæ aut prudentiæ aut pacis, magnitudinem aut


SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

1. *Διὰ τοῦτο μικρὰ ἡγοῦνται τὰ ἐντ.*] Allatius, *διὰ τοῦτο μὴ ῥέπουσαι πρὸς τὰ ἐντ.* ---- In edito Combefisiano perperam adnotatum in margine, hanc esse lectionem ms. Mazar.

2. *Τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*] Importune nimis editum in Lupar. *τῶν ἄστρων*: de qua tamen voce is qui præfuit editioni, ac variantes lectiones adjecit, *Vox ἄστρων*, inquit, *deerat in Vat. codice*. At, si deerat, unde Possinio adscita, qua reddenda tantis laborat verborum phaleris? Ponit Allatius inter varias lectiones ex Vat. & Barb. codd. indeque Possinius habuerit; quam tamen ipse in suo non habuit. Meo periculo quidvis aliud potius scripsit Methodius. Forte *ἁγίων*: vel potius *Ἀγγέλων*, ut exprimat illud Hebr. XII. 23. ubi de illo ipso cælitum cœtu, in quo jam versari Virgines sensu mentis videantur, *καὶ μυριάσιν Ἀγγέλων πανηγύρει*: quam ipsam vocem scripserit Methodius nisi simplici maluit reddere *ἄγυριν*. Perinde enim est, *Concio*, *cœtus*, *multitudo*, *collecta*: non siderum (nugæ) sed cælestium spirituum & Angelorum, quibuscum beata nobis societas in cælis exspectatur; jamque Virginibus, ac iis quorum cum Paullo conversatio, municipatus (*πολίτευμα*) est in cælis, occupato præstatur.

3. *Ἐκεῖ δὲ ἐν τῷ Ὄντι*] Sic accipio, ut Dei nomen intelligatur, quo se ipse Exod. III. 14. vocat, semelque & iterum Jer. XIV. & 32. compellat. Illic ergo *ἐν τῷ Ὄντι*: *in illo Qui est*, in Deo fonte essendi, & qui est ipsum esse, cujus munere est quidquid est, cernunt Animi primigenias istas rationes & emanationes clare & integre, non ut in nobis visuntur in esse caduco & mortali, contrariis admixtæ: quæcumque tandem illa Dei visio & *τοῦ Ὄντος* sit Methodio, vel ipsius in se divinæ essentiæ, vel qualem extra illam Animi possunt habere. Non loqui vero Methodium de ipsa in se Dei visione, argumento est exemplum protoplasti, cui ante lapsum eamdem cognitionem videtur tribuere. Locus item Baruch, non ad ipsam Dei visionem videtur hortari, sed ad virtutes quales humana facultate ac Dei munere homo viator nancisci potest. Possinius *coram & vere*, reddidit, ac si ea locutio vim solum adverbii haberet: qui sensus valde humilis est. Melius Allatius, *In ipsa veritate*; quam velim Deum Veritatem intellexisse; inde Veritatem, quod est ipse qui est datque omnibus esse & vere esse.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
290.



βλέπονται καὶ σαφῆ. εἶναι γὰρ δένδρον τι σωφροσύνης αὐτῆς, εἶναι ἀγάπης, εἶναι συνέσεως, ὥσπερ καὶ τῶν ἐνθάδε τὰ φυτὰ καρπῶν, οἷον σταφυλῆς, ῥοιᾶς καὶ μήλων, οὕτω δὴ κἀκείνων [1] δρέπεσθαι μὲν καὶ ἐσθίεσθαι τοὺς καρποὺς, οὐ μὴν ἀπόλλυσθαι καὶ φθίνειν, ἀλλ' εἰς ἀθανασίαν αὔξειν καὶ θειότητα τοὺς δρεπομένους· καθὼς κἀκεῖνος ἐξ οὗ πάντες ἐσμὲν, πρὸ τοῦ παραπεσεῖν καὶ πηρωθῆναι τὰς ὄψεις, ἐν τῷ παραδείσῳ τυγχάνων, ἀπεκαρποῦτο, τοῦ Θεοῦ θεμιστεύοντος τὸν ἄνθρωπον τῶν τῆς σοφίας ἐργάτην τεθῆναι καὶ φύλακα φυτῶν. τοιούτους γὰρ ἦν καρποὺς πεπιστευμένος γεωργεῖν καὶ ὁ πρῶτος Ἀδάμ. καὶ ὁ Ἱερεμίας δὲ ταῦτα τυγχάνειν ἰδικῶς ἔν τινι τόπῳ καὶ ἀφεστῶτι μεγάλην ἀπόστασιν τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης οἶδεν, ἔνθα τοὺς ἐξολισθήσαντας τῶν [2] αἰώνων ἀγαθῶν κατοικτίζων, λέγει, Μάθετε ποῦ ἐστι φρόνησις, ποῦ ἐστιν ἰσχὺς, ποῦ ἐστιν ἡ σύνεσις, τοῦ γνῶναι ἅμα· ποῦ ἐστι μακροβίωσις καὶ ζωὴ, ποῦ ἐστι φῶς ὀφθαλμῶν καὶ εἰρήνη· τίς εὗρε τόπον αὐτῆς, ἢ τίς εἰσῆλθεν εἰς θησαυροὺς αὐτῶν; τούτων οὖν διελθούσας εἰς τοὺς θησαυροὺς ἀποκαρποῦσθαι λόγους τῶν ἀρετῶν τὰς Παρθένους, ἀτάκτοις φωσὶ καὶ πολλοῖς καταρδομένας, ἃ δίκην πηγῆς αὐταῖς ὁ Θεὸς ἀνεργεύγεται, καταλάμπων ἐκεῖνον τὸν αἰῶνα [3] φωσὶν ἀδύτοις· αἱ δὲ χορεύουσιν ἐμμελῶς γεραίρουσαι τὸν Θεόν. περικέχυται γὰρ αὐταῖς ἀὴρ καθαρὸς, καὶ μὴ καθιππευόμενος ἡλίῳ.

A formam autve decorem oculis uſurpavit: illic vero in eo: [a] *Qui eſt*, uti vere ſunt, integra ac conſpicua perſpiciuntur. Eſt enim ipſius Caſtitatis arbor, eſt Caritatis, eſt Prudentiæ; uti ſane & fructuum heic terrenorum plantæ (vitis ſcilicet, malogranati, malorum pomorumque omnium) ſic & illarum carpuntur fructus atque eduntur, non qui pereant ac marceſcant; ſed qui legentes ad immortalitatem divinitatemque adaugeant: quemadmodum & ille cujus omnes ſumus ſoboles, ante lapſum ac cæcata lumina, in paradiſo fructuum uſura gaudebat; conſtituto per Dei ſcitum homine, ut plantarum ſapientiæ cultor ac cuſtos eſſet. Tales namque fructus ut coleret, primus Adam in ſuam fidem acceperat.
B Atque hæc Jeremias quodam loco ſeorſum, procul ab orbe noſtro ſenſit exſiſtere. Sic namque ait, eos deplorans qui beati illius ævi bonis exciderunt. [b] *Diſcite ubi ſit prudentia, ubi ſit virtus, ubi ſit intellectus: ut ſcias ſimul, ubi ſit longitudo vitæ & vita; ubi ſit lumen oculorum & pax. Quis invenit locum ejus? & quis intravit in theſauros eorum?* In horum nempe theſauros ingreſſæ Virgines, virtutum rationes decerpunt; multis ac bene ordinatis irrigatæ luminibus, affundente illis Deo fontis inſtar, qui ſæculum illud, nullo umquam occaſu extinguendis luminibus ſpendidius illuſtret. Hæ porro ſemper choros agunt, modulatis vocibus laudantes Deum. Circumfuſus namque illis aer purus
C eſt, & quo ſolis orbita numquam invehatur.

Νῦν οὖν, ὦ Παρθένοι, σωφροσύνης ἀχράντου θυγατέρες, ὑπὲρ ζωῆς ἡμῖν ἀφθόνου καὶ βασιλείας οὐρανῶν ἡ σπουδή. εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν τῆς ἁγνείας καὶ ὑμεῖς προθύμως ταῖς πρὸ ὑμῶν συμφρονήσατε, ὀλίγα φροντίσασαι τοῦ βίου. οὐ γὰρ μικρὸν εἰς ῥαστώνην ἀφθαρσία καὶ ἁγνεία, ἀνωφερῆ τὴν σάρκα πρὸς ὕψος αἴρουσα, καὶ τὸ κάθυγρον αὐτῆς ἀναξηραίνουσα καὶ πηλῶδες βάρος, ὁλκῇ μείζονι· μηδὲ βελτιέτω τῆς ἀκοῆς ὁ ῥύπος, ῥέπων εἰς τὴν γῆν· μηδὲ μετακοσμείτω λύπη τὴν χαρὰν, ἐκτήκουσα τὰς ἐπὶ τοῖς κρείττοσιν ἐλπίδας· ἀλλὰ ἀτρύχως ἀποσείεσθε τὰς ἐπισυμβαινούσας ὑμῖν συμφορὰς, μὴ θολοῦσαι γόοις τὸν λογισμόν. νικάτω γὰρ ἡ πίστις πάντη, καὶ ἀπωθείσθω τὸ φῶς αὐτῆς τὰ φερόμενα τοῦ πονηροῦ περὶ τὴν καρδίαν φάσματα. ὥσπερ γὰρ ὅταν ἡ σελήνη τὸν οὐρανὸν αἴγλης ἐκλάμψασα πληρώσῃ, καὶ πᾶς ὁ ἀὴρ αἴθριος γενηθῇ, ἄφνω δὲ νεφέλαι ποθὲν ἐκ δυσμῶν ὑποδραμοῦσαι βάσκανοι, τὸ φῶς αὐτῆς πρὸς ὀλίγον ἐπισκιάζουσιν, οὐ μὴν ἀφαιροῦνται, ἅτε εὐθέως τῇ ῥύμῃ τοῦ πνεύματος ἐξωθούμεναι· οὕτω δὴ καὶ ὑμεῖς ἐν τῷ κόσμῳ λάμπουσαι τὴν ἁγνείαν, ὑπὸ θλίψεων ὀχληθεῖσαι καὶ πόνων, ὦ Παρθένοι, μὴ ὀκλάσατε πρὸς τὰς ἐλπίδας. ἐξωθοῦνται γὰρ τῷ Πνεύματι τὰ ἐκ τοῦ πονηροῦ νέφη, ἐὰν ὥσπερ ἡ μήτηρ ὑμῶν καὶ ὑμεῖς, ἡ γεννῶσα τὸν ἄρσενα Παρθένον ἐν τῷ οὐρανῷ, μὴ δειλιάσητε λοχῶντα καὶ ἐφεδρεύοντα τὸν ὄφιν· περὶ ἧς ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἀμηγέπη διεξελεύσομαι δηλοῦσα· καιρὸς γὰρ τὰ νῦν.

IV. Nunc ergo, Virgines, incorruptæ Caſtitatis filiæ, de vita bonis omnibus beata, deque cælorum regno ſtudium vobis eſt & contentio. Eja in eamdem intemeratæ Virginitatis laudem cum prioribus vos quoque alacri animo conſpirate, parum curantes hoc ſæculum ac mundum. Non parum enim ad felicitatem vitamque curis liberam incorruptio conducit ac Caſtimonia; quippe quæ carnem humo levans, ſublimem ferri faciat, ejus nimio exſiccato humore luteoque expreſſo pondere, majore trahendi vi ac impulſione. Neque vos ullæ audiendi ſordes repentes in terram deprimant. Neque mœror gau-
D dium interpolet, ipſas quæ melioribus nitantur, elidens ſpes: ſed nulla moroſitate ingruentes in vos clades damnaque excutite, nullis mentis faciem funeſtantes querulis gemitibus. Vincat prorſus fides; ejuſque lumen, quæ circa cor volitant, mali hoſtis fœda ſimulacra depellat. Nimirum, ut quando ſerenam noctem luna plena illuſtrans, affuſis ab occaſu denſis atriſque nubibus ad tempus occulitur, nec tamen aufertur; quippe ſtatim vi ventis difflatis nubibus, clara mundo luce redditur: ſic & vos, lucem Virginitatis oſtendentes mundo, etſi anguſtiis & laboribus vexamini, ne quæſo, Virgines, fatiſcentes ſpem veſtram abjicite. Aderit mox Spiritus qui Nequiſſimi difflet nubila: ſi vos quemadmodum Mater
E veſtra quæ in cælo parit maſculum Virginem, infenſi anguis inſidias minime timeatis. De qua ego Muliere diſtinctius vobis loqui conſtitui: idque ut agam, modo tempus exigit.

Καὶ ὤφθη μέγα σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ, τὴν Ἀποκάλυψιν ὁ Ἰωάννης ἐξηγούμενος λέγει, Γυνὴ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω τῶν πο-


Signum magnum apparuit in cælo, ait Joannes Apocalypſin enarrans [c], *Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus ejus; & in capite ejus corona ſtella-*

a Exod. III. 14. *b* Bar. III. 14. 15. *c* Apoc. XII. 1-6.

1. Δρέπεσθαι] Proclive fuit mutare βλέπεσθαι, cum liqueat ſcripſiſſe Methodium, quod ita a me mutatum eſt; quod carpere ſequatur τὸ ἔδεσθαι vel ἐσθίεσθαι, ut alii & alii codices habent; & quod augere ad immortalitatem & divinitatem addat τοὺς δρεπομένους, *eos qui carpant*; non qui videant, quod remotius eſt ad metaphoram. Vitioſa prorſus Allatii edita, ex noſtris emendanda.

2. Αἰώνων] Allatius, αἰωνίων.

3. Φωσὶν ἀδύτοις] Paullo inferius τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον vocat, Lumen quod nulla nox excipiat; nullus occaſus extinguat; nec re ſic clara potuit doceri Poſſinius, ut *inacceſſibilem lucem* ſuam meliori alia voce reique appoſita, mutaret.



δῶν αὐτῆς· καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δώδεκα· καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα κράζει ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν. καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἰδοὺ δράκων πυῤῥὸς μέγας, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ἑπτὰ διαδήματα· καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον μέρος τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν· καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης ἐκτεκεῖν, ἵνα ὅταν τέκῃ, τὸ τέκνον αὐτῆς καταφάγῃ. καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄρσενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. καὶ ἡρπάγη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πρὸς τὸν θρόνον αὐτοῦ. καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει ἐκεῖ τόπον ἡτοιμασμένον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ [a] τρέφωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα. τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς γυναικὸς ἱστορούμενα καὶ τοῦ δράκοντος, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, τέλος ἔχει. περὶ δὲ τοῦ τὴν ἐπίλυσιν αὐτῶν ἀνδράσασθαι καὶ εἰπεῖν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς· ὅμως τολμητέον, πιστεύσασαν τῷ κελεύσαντι τὰς γραφὰς ἐρευνᾷν. εἰ οὖν καὶ σφῷν τὰ λεγόμενα συνδοκεῖ, χαλεπὸν οὐδὲν ἤδη στείλασθαι. πάντως γὰρ συγγνώσεσθε, πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῆς γραφῆς, ἐὰν μὴ δυνηθῶ διαρκέσαι.

vum duodecim: & in utero habens clamabat parturiens, & cruciabatur ut pareret. Et visum est aliud signum in cælo: & ecce draco magnus rufus, habens capita septem & cornua decem, & in capitibus ejus diademata septem: & cauda sua trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram: & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura; ut cum peperisset, filium ejus devoraret. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea: & raptus est filius ejus ad Deum & ad thronum ejus: & mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. Hæc ibi summatim de Muliere & dracone. Horum vero solutionem nancisci, verbisque exponere, majus quid est quam pro nostra facultate. Audendum tamen, de illo fretæ qui jussit [a] scrutari Scripturas. Cujus sententiæ si & vos estis, nihil verebor ad rem aggredi. Omnino enim ignoscetis, si exquisitam ejus loci intelligentiam, pro ingenii tenuitate non satis assequi valeam.

Η ὀφθεῖσα περιβεβλημένη τὸν ἥλιον ἐν τῷ οὐρανῷ Γυνὴ, καὶ στέφανον ἐκ τῶν ἀστέρων περικειμένη δώδεκα, ἧς τὴν ἕδραν εἶχεν ἡ σελήνη πρὸς τοῖς ποσὶ, καὶ ὠδίνουσα καὶ βασανιζομένη τεκεῖν, αὕτη κυρίως ἐστὶ, κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον ἡ μήτηρ ἡμῶν, ὦ Παρθένοι, δύναμίς τις οὖσα καθ' ἑαυτὴν ἑτέρα τῶν τέκνων· ἣν ὁτὲ μὲν Ἱερουσαλὴμ οἱ προφῆται, κατὰ τὴν σύνοψιν τῶν ἐπιφερομένων, ὁτὲ νύμφην, ὁτὲ δὲ Σιὼν ὄρος, ὁτὲ δὲ ναὸν καὶ σκηνὴν Θεοῦ κεκλήκασιν· ἡ γὰρ παρωρμημένη φωτίζεσθαι δύναμις ἐν τῷ προφήτῃ, Φωτίζου [b], κεκραγότος αὐτῇ τοῦ Πνεύματος, Ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ἀνατέταλκεν. [b] ἰδοὺ καλύψει σκότος καὶ γνόφος γῆν· καλύψει ἐπ' ἔθνη· ἐπὶ δὲ σὲ φανήσεται Κύριος, καὶ ἡ δόξα Κυρίου ἐπὶ σὲ ὀφθήσεται. καὶ πορεύσονται βασιλεῖς τῷ φωτί σου, καὶ ἔθνη τῇ λαμπρότητί σου. ἀνάβλεψον κύκλῳ τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου. ἥκασι πάντες οἱ υἱοί σου μακρόθεν, καὶ αἱ θυγατέρες σου ἐπ' ὤμων ἀρθήσονται· ἔστιν ἡ Ἐκκλησία, ἧς τὰ τέκνα πασσυδεὶ ἥξει μετὰ τὴν ἀνάστασιν πάντοθεν πρὸς αὐτὴν, καταθέοντα, αὐτῇ· δεχομένη τε τὸ φῶς τὸ ἀνέσπερον, τὴν λαμπρότητα στολῆς σχήματι περιβεβλημένη τοῦ Λόγου, ἥδεται. ποίῳ γὰρ ἄλλῳ τιμαλφεστέρῳ κόσμῳ ἢ τιμιωτέρῳ τὴν βασίλισσαν ἔπρεπε κοσμηθεῖσαν νυμφαγωγηθῆναι τῷ Κυρίῳ, φῶς ὡς ἱμάτιον λαβοῦσαν; διὸ καὶ αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀνακληθῆναι. ἴθε γὰρ, ἀναβᾶσαι τῷ λόγῳ, θεάσασθε ὥσπερ τὰς πρὸς γάμον Παρθένους, Γυναῖκα μεγάλην, καθαρὸν καὶ ἄχραντον ὅλον καὶ μόνιμον κάλλος, καὶ οὐδὲν ἐλαττούμενον τῆς λαμπρότητος τῶν φώτων, ἀποστίλβουσαν· καὶ ἀντὶ μὲν στολῆς, αὐτὸ φῶς ἠμφιεσμένην· ἀντὶ δὲ λίθων τιμίων, ἀστράσι φαιδροῖς τὴν κεφαλὴν κεκοσμημένην. ὃ γὰρ ἡμῖν ἐσθὴς, τοῦτο ἐκείνῃ φῶς· ὃ δὲ ἡμῖν χρυσὸς ἢ διαφανεῖς λίθοι, τοῦτο ἐκείνῃ τὰ ἄστρα· ἄστρα δὲ, οὐχ οἷα ταῦτα τὰ ἐν τῷ ὁρατῷ κείμενα τόπῳ, ἀλλά τινα κρείττω καὶ διαφεγγέστερα, ὥστε εἰκόνας ἐκείνων μᾶλλον νομίζεσθαι ταῦτα καὶ ἀπεικάσματα.

V. Quæ apparuit in cælo amicta sole Mulier, & coronam habens stellarum duodecim cui ad pedes luna subsidet, quæ parturit & cruciatur ut pariat, ipsa proprie est, exacta veri ratione ac intelligentia, o Virgines, Mater nostra: nempe Virtus quædam in se ipsa ac vere exsistens a filiis distincta: quam prophetæ, pro conspectu ac argumento eorum quæ feruntur, quandoque quidem Hierusalem appellant, interdum vero Sponsam, aliquando Sion montem, nonnumquam Templum & Tabernaculum Dei. Nam quæ Virtus studet cupitque illuminari apud prophetam, clamante ad eam Spiritu, [b] *Illuminare, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt reges in lumine tuo, & gentes in splendore ortus tui. Leva in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt; venerunt tibi. Filii tui de longe venient, & filiæ tuæ super humeros sustollentur*; est Ecclesia, cujus filii magno undique concursu post resurrectionem venientes, in ejus confluent sinum. Hæc nimirum, suscepto quod nullum novit occasum, lumine, velut stola, Verbi splendore induta lætatur. Quo enim alio pretiosiori speciosiorive ornatu comtam decebat Sponsam Domino adduci, lumen sicut vestimentum nactam, cujus & cultus gratia ad Filii nuptias a Patre vocaretur? Eja agite, ratione comite ascendentes, haud secus ac nuptui tradendas Virgines atque thalamos exspectantes, Mulierem magnam conspicite, puram undique & illibatam, stabilemque, nec quidquam lucis radiis imparem vibrantem pulcritudinem: & pro stola quidem, ipsa luce vestitam; pro lapidibus autem pretiosis, splendentibus stellis circum caput ornatam. Quod enim nobis vestis, hoc illi lux: & quod nobis aurum aut pellucidi lapilli, hoc illi stellæ. Stellæ vero non vulgares illæ quæ in adspectabili sitæ sunt loco; sed aliæ quædam potiores lucidioresque: adeo ut hæ quas cernimus, nihil nisi illarum pictæ imagines ac imperfecta simulacra esse videantur.

Βεβηκέναι τε ἐπὶ σελήνην, ὡς ἡγοῦμαι, τροπικῶς

VI. Jam lunæ Mulier insistere dicitur. Lunæ sym-

a Joan. V. 39. b Isa. LX. 1-4.

a Τρέφωσιν] Sic ambo manuscripti & optimæ quæque editiones Apocalypsis XII. 6. unde corrigendæ videntur illæ quæ legunt ἐκτρέφωσιν. EDITOR LUPAR.

b Ἰδοὺ κτλ.] Sixt. & Alex. Ἰδοὺ σκότος καλύψει γῆν, καὶ γνόφος ἐπ' ἔθνη.

τὴν πίστιν τῶν ἀποκαθαιρομένων τὴν φθορὰν τῷ λουτρῷ λέγων, διὰ τὸ προσεοικέναι τὸ φῶς αὐτῆς μᾶλλον ὕδατι χλιαρῷ, καὶ πᾶσαν ἐξ αὐτῆς ἠρτῆσθαι τὴν ὑγρὰν οὐσίαν. ἐφέστηκεν οὖν ἐπὶ τῆς πίστεως καὶ [1] προσλήψεως ἡμῶν ἡ Ἐκκλησία, κατὰ τὴν τῆς σελήνης σύνοψιν, μέχριπερ ἂν εἰσέλθῃ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν, ὠδίνουσα καὶ ἀναγεννῶσα τοὺς ψυχικοὺς εἰς πνευματικούς· καθ' ὃν λόγον καὶ μήτηρ ἐστίν. ὥσπερ γὰρ σποράν ἀνδρὸς ἀμόρφωτον ὑποδεξαμένη γυνὴ, περιόδοις χρόνων ἄνθρωπον ὁλόκληρον ἀποκύει· ταύτῃ δὴ καὶ τοὺς προσφεύγοντας τῷ Λόγῳ, φήσειεν ἄν τις, συλλαβοῦσαν ἀεὶ τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν καθ' ὁμοίωσιν ἰδέαν αὐτοὺς καὶ μόρφησιν μορφοῦσαν τοῦ Χριστοῦ, περιόδοις χρόνων πολίτας μακαρίων ἐκείνων αἰώνων ἐργάζεσθαι. ὅθεν ἐξ ἀνάγκης αὐτὴν ἐφεστάναι δεῖ τῷ λουτρῷ, τοὺς λουομένους γεννῶσαν. τούτῳ γὰρ σελήνη κέκληται τῷ τρόπῳ, ἡ περὶ τὸ λουτρὸν αὐτῆς ἐνέργεια· ἐπειδὴ νέον σέλας ἀνακαινισθέντες οἱ ἀναγεννώμενοι λάμπουσιν, ὅ ἐστι νέον φῶς· * ὅθεν καὶ Νεοφώτιστοι καλοῦνται, παραφραστικῶς τὴν πνευματικὴν πανσέληνον αὐτοῖς τὴν περίοδον τοῦ πάθους καὶ τὴν ἀνάμνησιν, νέαν ἀεὶ παραφαινούσης, ἔστ' ἂν ἡ αὐγὴ καὶ τὸ φῶς τὸ τέλειον ἀνατείλῃ τῆς μεγάλης ἡμέρας.

A bolo, illorum, ni fallor, designata fide, qui per lavacrum a corruptione mundantur: propterea quod ejus lumen aquæ tepidæ prope affine videatur, quodque ex luna, humida omnis substantia pendeat. Super lunam itaque sortemque nostram ac electionem stat Ecclesia, pro lunæ quasi conspectu, interim parturiens quoad intraverit plenitudo gentium, ac animales in spiritales regenerans; quo ipso & mater est. Ut enim mulier, informi viri suscepto semine, certo mensium orbe integrum hominem concipit partuque effundit: similiter & quis dixerit, eos qui ad Verbum confugiant, Ecclesiæ utero continue concipiendos & ad Christi similitudinem formamque effingendos certis temporum periodis, beatorum illo- B rum sæculorum cives præstari. Quare adstare illam lavacro necesse est, eos generantem qui illo intinguntur. Hoc enim modo & σελήνη (hoc est luna) vocatur ea quam circa lavacrum obtinet vis: quoniam νέον σέλας (novum scilicet jubar) renovati, qui regenerantur (hoc est, novam lucem) spargunt. Unde & νεοφώτιστοι (recens scilicet illuminati) per quamdam circumlocutionem vocantur: qua nimirum spiritale illis plenilunium secundum Passionis periodum ac recordationem semper novum exhibet, quoad & perfectum lumen magnæ diei illi oriatur.

Ἐὰν δέ τις (οὐδὲν γὰρ χαλεπὸν ἔτι διαῤῥήδην εἰπεῖν) ἀγανακτήσας φράσῃ πρὸς τὰ εἰρημένα, καὶ πῶς ὑμῖν ἡ ἐξήγησις, ὦ Παρθένοι, γίνεται κατὰ νοῦν τῆς γραφῆς, ὁπότε ἡ μὲν Ἀποκάλυψις ἄρσενα τὴν Ἐκκλησίαν διορίζεται γεννᾷν, ὑμεῖς δὲ ἀπὸ τῶν ἀπολουμένων παρειλήφατε τὰς τελεσφόρους ὠδῖνας αὐτῆς πληροῦσθαι λεγομένας; λέξομεν. ἀλλ' ὦ φιλαίτιε, ἀλλ' οὐδέ σοι πάρεστιν ἐπιδεῖξαι τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι τὸν γεννώμενον. πάλαι γὰρ πρὸ τῆς Ἀποκαλύψεως ἐπεπλήρωτο μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου. ὁ δὲ Ἰωάννης, περὶ παρόντων καὶ μελλόντων θεσπιῳδεῖ. ὁ δὲ Χριστὸς πάλαι κυηθεὶς, οὐχ ἡρπάσθη, ὁπότε ἐτέχθη, πρὸς τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ, φόβῳ τοῦ μὴ λυμήνασθαι αὐτὸν τὸν ὄφιν· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐγεννήθη καὶ κατῆλθεν αὐτὸς ἀπὸ τῶν θρόνων τοῦ Πατρὸς, ἵνα τὸν δράκοντα χειρώσηται, μείναντα ἐπιτρέχοντα τῇ σαρκί. ὥστε ἀνάγκη ὁμολογεῖν δὴ καὶ σὲ τὴν Ἐκκλησίαν εἶναι τὴν ὠδίνουσαν καὶ γεννῶσαν τοὺς [2] ἀπολουτρουμένους, ὥς που καὶ ἐν Ἡσαΐᾳ τὸ πνεῦμα φησί, Πρὶν τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε καὶ ἔτεκεν ἄρσεν. τίς ἤκουσε τοιοῦτο; καὶ τίς ἑώρακεν οὕτως; εἰ ὤδινεν ἡ γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ εἰ ἐγέννησεν ἔθνος εἰσάπαξ, ὅτι ὤδινησε Σιὼν καὶ ἔτεκεν ἄρσενα; τίνα ἐξέφυγεν; ἢ πάντως τὸν δράκοντα, ἵνα γεννήσῃ τὸν λαὸν ἡ νοητὴ Σιὼν, τὸν ἄρσενα, τὸν τῶν γυναικείων παθῶν καὶ τῆς ἐκλύσεως εἰς τὴν ἑνότητα τοῦ Κυρίου καταντήσαντα καὶ ἀπαρσενωθέντα τῇ σπουδῇ.

VII. Sin vero quis (neque enim grave sit palam denuo loqui) ægre ferens dictis objiciat: Quæ est hæc, C quamque ad mentem Scirpturæ hujus expositio, o Virgines, cum utique Apocalypsis, Masculum ab Ecclesia generari definiat: vos auten istum Ecclesiæ partum sic interpretamini, ut in iis qui per baptismum regenerantur, impleri doceatis? Huic ita respondebimus. Atqui ne tibi, vitilitigator argute, facile fuerit ostendere, Christum esse istum, cujus Scripturæ verbis partus referatur. Dudum siquidem ante Apocalypsim impletum est Incarnationis Verbi mysterium. Porro Joannes de iis loquitur, quæ vel tunc fierent, vel quæ olim eventura essent. Præterea Christus dudum conceptus, postquam deinde natus est, non est raptus ad thronum Dei, metu ne quid illi noxæ serpentis dolo inferretur: quin potius in D hoc ipsum natus est, & e Patris ipse throno descendit, ut draconis in carnem suscepto insultu ac tolerato, draconis potiretur. Quare te quoque fateri necesse est, Ecclesiam esse quæ parturit ac parit eos, qui ex lavacro suscipiuntur; uti etiam apud Esaiam Spiritus quodam loco dicit: [a] *Priusquam parturiret, peperit; & antequam venirent dolores partus, effugit, & peperit masculum. Quis audivit umquam tale? aut quis vidit huic simile? Numquid parturiit terra in die una? ac si gentem simul pepererit, quia parturiit Sion, & peperit masculum.* Quem effugit? non sane alium quam draconem, ut popu- E lum masculum pareret spiritalis Sion; qui nimirum ex muliebribus vitiis vitaque solutiore, ad Domini unitatem necessitudinemque evaserit, ac virtutis concertante studio masculi robore promoverit.

a Isa. LXVI. 7. 8.

1. Καὶ προσλήψεως ἡμῶν] Vox theologica, de Christi humana natura sæpius usurpata, quæ sic a Verbo assumta, nosque in illa. Heicque adeo, Nostra fides & πρόσληψις, Fideles sunt & qui Christo accedunt, ejusque sors & hereditas, baptismi initiatione fiunt; quam lunæ symbolo designari auctor est Methodius, ob aquarum cum ejus luce affinitatem ac necessitudinem. Fallentibus oculis Possinius ac si esset προλήψεως, *& persuasionem*; itemque Allatius *anteceptam animo informationem*, cum ambo ediderint, quod loci ratio postulat, προσλήψεως. Fefellit τὸ, πίστεως, quasi ea voce Methodius fidei assensum, non ipsos magis Fideles significet, ea baptismi intinctione, quasi parturiente Ecclesia, Christo renascentes: quam proinde Ministros & Hierarchiam perficientem intelligat, seu sacerdotalem ordinem, in Apostolis cœptum, inque eorum successoribus in finem usque mundi duraturum. Lunæ ista metaphora & etymum, longius arcessita videntur: planiora quæ habet Dionysius de Eccl. Hierar. cap. 3. aliique, exponens quod ita Baptismus *Lumen* vocatur, ejusque ritus *illuminatio*, & qui illo intinguntur, *recens illuminati*; Græce Νεοφώτιστοι: quod est sacramentum fidei primaque illuminatio, & qua ad reliquas idonei reddimur; in cujus ipsius rei symbolum super baptizandis lampas accenditur, sive etiam gestanda illis traditur. Sed hæc alterius otii atque operæ.

2. Ἀπολουτρουμένους] Allatius, ἀπολυτρ.



Λέγωμεν οὖν πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἐπαναποδίσαντες, A μέχριπερ ἂν καθεξῆς πρὸς τὸ τέλος ἔλθωμεν, ἐξηγούμεναι τὰ εἰρημένα. σκόπει οὖν ἐάν πως καί σοι δοκῇ πρὸς ἀδοξίαν ὁ λόγος πληροῦσθαι. ἐγὼ γὰρ τὸν ἄρσενα ταύτῃ γεννᾶν εἰρῆσθαι νομίζω τὴν Ἐκκλησίαν, ἐπειδὴ τοὺς χαρακτῆρας καὶ τὴν ἐκτύπωσιν καὶ τὴν ἀῤῥενωπίαν τοῦ Χριστοῦ προσλαμβάνουσιν οἱ φωτιζόμενοι, τῆς καθ' ὁμοίωσιν μορφῆς ἐν αὐτοῖς ἐκτυπουμένης τοῦ Λόγου, καὶ ἐν αὐτοῖς γεννωμένης κατὰ τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν καὶ πίστιν· ὥστε ἐν ἑκάστῳ γεννᾶσθαι τὸν Χριστὸν νοητῶς. καὶ διὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία σπαργᾷ καὶ ὠδίνει, μέχριπερ ἂν ὁ Χριστὸς ἐν ἡμῖν μορφωθῇ γεννηθείς, ὅπως ἕκαστος τῶν ἁγίων τῷ μετέχειν Χριστοῦ, Χριστὸς γεννηθῇ. καθ' ὃν λόγον καὶ ἔν τινι γραφῇ φέρεται, Μὴ ἅψησθε τῶν B Χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. οἱονεὶ Χριστῶν γεγονότων, τῶν κατὰ μετουσίαν τοῦ Πνεύματος εἰς Χριστὸν βεβαπτισμένων· συμβαλλούσης ἐνταῦθα [1] τὴν ἐν τῷ Λόγῳ τράνωσιν αὐτῶν καὶ μεταμόρφωσιν τῆς Ἐκκλησίας. βεβαιοῖ δὲ καὶ ταῦτα Παῦλος, φανερῶς διδάσκων, ἔνθα φησί· Τούτου χάριν κάμπτω τὰ γόνατά μου πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται, ἵνα δῷ ὑμῖν κατὰ τὸν πλοῦτον τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. εἰς γὰρ τὰς ἀναγεννωμένων ψυχὰς, ἀναγκαῖον ἐξομοργνύμενον ἐκτυποῦσθαι τὸν Λόγον τῆς ἀ- C ληθείας.

VIII. Dicamus ergo hæc rursus eadem, & ab initio resumentes, continua serie ad finem usque distinctius deducamus. Attende igitur, an non sic tibi ad rectam & probabilem sententiam locus hic exponi videatur. Ego enim hac de caussa dictum existimo gigni marem ab Ecclesia; quod nempe ii qui illuminantur, Christi lineamenta effigiemque ac virilem vere animum aspectumque assumunt, Verbi forma quæ secundum similitudinem est, illis impressa, & per certam scientiam fidemque in eis progenita; ita ut in unoquoque spiritaliter nascatur Christus. Ac propterea Ecclesia velut fervet turgetque ac [a] parturit, donec formetur in nobis genitus Christus: quo nimirum quisque Sanctorum, qua ratione Christi particeps est, Christus nascatur. Juxta quem sensum in quadam Scriptura dicitur: [b] *Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Tamquam Christi evaserint, Spiritus indulto commercio, qui in Christum baptizati sunt; suas heic Ecclesia conferente partes ad eorum in Verbo clara imagine effigiem & transformationem. Confirmat autem & hæc Paullus, palam docens, [c] *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Deum Patrem, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur: ut det vobis secundum divitias bonitatis suæ virtute corroborari per Spiritum ipsius in interiorem hominem; habitare Christum per fidem in cordibus vestris.* Etenim necesse est, in regeneratorum animis, veluti sigilli ritu, Verbum veritatis exprimi & efformari.

Ἔοικε δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο μάλιστα προσεοικέναι καὶ συμφωνεῖν, τὸ χρησμῳδούμενον ἄνωθεν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς τῷ Χριστῷ [2] ἐπὶ τὸν ἁγνισμὸν ἥκοντι τοῦ ὕδατος ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. παρατηρητέον γὰρ, ὅτι τὸ μὲν Υἱὸν αὐτοῦ εἶναι ἀορίστως ἀπεφήνατο καὶ ἀχρόνως. Εἶ γὰρ αὐτῷ ἔφη, καὶ οὐ γέγονας· ἐμφαίνων μήτε πρόσφατον αὐτὸν τετυχέναι τῆς υἱοθεσίας· μήτε αὖ προϋπάρξαντα, μετὰ ταῦτα τέλος ἐσχηκέναι· ἀλλὰ προγεννηθέντα, καὶ ἔσεσθαι καὶ εἶναι τὸν αὐτόν. τὸ δὲ, Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, ὅτι προόντα ἤδη πρὸ D τῶν αἰώνων ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐβουλήθην καὶ τῷ κόσμῳ γεννῆσαι· ὃ δή ἐστι, πρόσθεν ἀγνοούμενον γνωρίσαι. ἀμέλει τοῖς μηδέπω τῶν ἀνθρώπων συνῃσθημένοις τὴν πολυποίκιλον σοφίαν τοῦ Θεοῦ, ὁ Χριστὸς οὐδέπω γεγέννηται· ὅπερ ἐστὶν, οὐδέπω ἐγνώσθη, οὐδέπω πεφανέρωται, οὐδέπω ἐφάνη. εἰ δὲ αἴσθοιντο καὶ οὗτοι τῆς χάριτος τὸ μυστήριον, τότε δὴ καὶ αὐτοῖς, ὁπότε ἐπέστρε-


IX. Videtur autem vel maxime congruere cum dictis eique affine esse, quod ex persona Patris Christo venienti ad Jordanem ut aqua lustraretur, e cælo oraculum defertur, [d] *Filius meus es tu: Ego hodie genui te.* Observandum enim est, Filium quidem suum esse indefinite pronuntiasse, & sine ulla temporis determinatione: *Es* enim, ait, non autem Fuisti, aut Factus es; significans, nec cum recens esset, in adoptionem eum filii venisse: neque rursus cum ante exstitisset, postmodum finem accepisse: sed qui ante genitus sit, eumdem & fore & esse. Quod vero addit, *Ego hodie genui te*, hoc sibi vult: Qui ante sæcula illisque antiquior in cælis eras, volui & mundo gignere: hoc est, qui ante ignotus eras, in hominum cognitionem adducere neque illis manifestare. Denique quibus hominibus necdum sensus illatus est multiformis sapientiæ Dei, iis necdum Christus natus est, nondum scilicet cognitus est, nondum manifestatus, nondum apparuit. Si vero senserint & ipsi mysterium Gratiæ; tunc &

a Gal. IV. 19. *b* Psal. CIV. 15. *c* Ephes. III. 14-17. *d* Psal. II. 17.

1. Τὴν ἐν τῷ Λόγῳ τράνωσιν] Leo Allat. videtur legisse τελείωσιν, cum *perfectionem* reddit, etsi repræsentat & ipse τράνωσιν, nec variæ ullius lectionis meminit, uti nec Lupar. Methodii editor. Placeret illud τελείωσιν, si codices suffragarentur, & nisi brevi post eadem voce eodem fere sensu atque heic uteretur, τὴν ἐκτύπωσιν καὶ τὴν ἐκτράνωσιν τοῦ Λόγου, *expressionem & manifestationem Verbi*, ubi Allatius *imaginem* reddit: Possinius *formam*. Sit ergo heic, ἡ ἐν Λόγῳ τράνωσις καὶ μεταμόρφωσις, Verbi imitatio, qua ejus clare characteres reddimus, formaque illius imbuimur. Possinius *transitum in Verbum* reddit: viderit ipse quam recte. Vox τρανός, & τρανωτικὸς ac τρανῶ in theologia Gregorio aliisque familiaris: utque γλῶσσα τρανὸς, *lingua diserta*, quæ mentis sensa clare reddit: sic in imagine & expressione ductaque forma, τὸ τρανὸν & τράνωσις, semel & iterum usurpatum Methodio, quasi clara expressio lucidaque repræsentatio.

2. Ἐπὶ τὸν ἁγνισμὸν τοῦ ὕδατος] Nolim σφάλμα hoc μνημονικὸν Methodio dare, quasi verba Psal. 2. ipsa Evangelica putaverit: sed malim sibi indulsisse, ut prophetica verba, de Christo sic quasi ex aqua nascente, exp[...]eret, quomodo etiam Ecclesia in ejus Natali ea usurpat, velut E de eo dicta sint, æternamque ejus nativitatem & temporalem, paterno quasi oraculo sonent. τὸ, ἄνωθεν χρησμῳδούμενον, quod reddit Possinius, *oraculum antiquum*, parum mihi ecclesiasticum videtur & appositum. Nam quod ἄνωθεν dixit Methodius, id Matth. 3. & Mar. 1. ἐξ οὐρανῶν, Luc. 3. ἐξ οὐρανοῦ, *e cælis, de cælo*, dixerunt, indeque delapsam Christo paternam vocem; ut sit adverbium loci, non temporis, ac ἀπὸ τοῦ, οὐρανόθεν, ut heic sumitur, quod & alii notaverunt. Joan. 3. ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν: alii *denuo*, alii forte melius, *e supernis*, sive *de cælo* (superna scilicet & ex divino semine nativitate) exposuerunt: ubi tamen ratio aliqua est sic exponendi, id est *denuo*, quod ita crasse Nicodemus dominica verba intellexerit, ac quasi novam ex utero senis hominis nativitatem diceret, non quæ ex Deo esset ac spiritalis; quod sic adverbio loci pro nostra ruditate, præeunte divino oraculo, explicare cogimur. Nec Joannes aliud voluerit Divinum dixisse eam nativitatem, quam quod ipse eam dixit cap. 1. ἐκ τοῦ Θεοῦ, *ex Deo*; quæ ipsa secunda quidem est & nova; sed ea voce, non id primo importare videtur, quod secunda & nova est, sed quod talis originis (ex Deo scilicet & e cælis) est.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



A ψαι καὶ πιστεῦσαι, κατὰ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν σύνεσιν γεννᾶται. διὸ προσηκόντως ἐντεῦθεν ἡ Ἐκκλησία τὸν ἄρσενα Λόγον ἐν τοῖς ἁγνιζομένοις ἀεὶ μορφοῦν λέγεται καὶ γεννᾶν. καὶ τὰ μὲν δὴ περὶ τῶν ὠδίνων αὐτῆς εἰς δύναμιν εἴρηται· τὰ δὲ περὶ τοῦ δράκοντος καὶ τῶν ἄλλων, τῇδε μεταβλητέον. οὐκοῦν πειρώμεθα πάλιν ἄλλως γέ πως δηλοῦν, ὦ Παρθένοι, μηδὲν ἀποδειλιῶσαι πρὸς τὸ μέγεθος τῶν αἰνιγμάτων τῆς γραφῆς· εἰ δέ τι δύσκολον ἐμπίπτει τοῖς λόγοις, ἐγὼ πάλιν ὑμᾶς ὥσπερ ποταμὸν διαβιβάσω.

illis, cum fuerint conversi fidemque susceperint, qua scientia ac intelligentia donantur, nascitur. Quare hinc convenienter Ecclesia, in illis qui lustrantur (qui scilicet baptismo tinguntur) Verbum masculum semper formare ac gignere dicitur. Et quidem hactenus, de illius partu pro facultate dictum sit. Deinceps de Dracone, deque aliis in illa Scriptura memoratis, fides liberanda est. Quare iterum conemur ea, o Virgines, quovis modo exponere, nihil ænigmatum magnitudine aut obscuritate deterritæ. Quod si quid perplexum aut difficile inciderit, ego rursum vobis quasi pontem sternam, aut portitoris quasi officio trans amnem veham.

B Ὁ Δράκων, ὁ μέγας, ὁ πυῤῥὸς, ὁ πολύτροπος, ὁ πολυσχιδὴς, ὁ ἑπτακέφαλος, ὁ κερασφόρος, ὁ σύρων τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων, ὃς ἐστιν ἐφεδρεύων ἵνα τὸ τέκνον τῆς ὠδινούσης Γυναικὸς καταφάγῃ, ὁ διάβολος οὗτός ἐστιν ὁ ἐνεδρεύων, ὁ λοχῶν λυμήνασθαι τῶν φωτισθέντων τὸν χριστόληπτον νοῦν, καὶ τὴν ἐκτύπωσιν καὶ τράνωσιν τὴν ἐν αὐτοῖς ἀποτεχθεῖσαν τοῦ Λόγου· ἀλλ' ἀστοχεῖ καὶ σφάλλεται τῆς ἄγρας, ἄνω πρὸς ὕψος ἁρπαζομένων τῶν ἀναγεννωμένων πρὸς τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ. ὅ δή ἐστιν, ἄνω περὶ τὴν θείαν ἕδραν, καὶ τὴν ἀσκανδάλιστον ὑπόβασιν τῆς ἀληθείας, αἴρεται τὸ φρόνημα τῶν ἀνακαινισθέντων, τὰ ἐκεῖ βλέπειν καὶ τὰ ἐκεῖ φαντάζεσθαι παιδαγωγουμένων, ἵνα μὴ ἀπατηθῇ πρὸς τοῦ δράκοντος βρίθοντος κάτω. οὐ γὰρ αὐτῷ θέμις τοὺς ἄνω νεύοντας καὶ βλέποντας ἀφανίσαι. οἱ δὲ ἀστέρες εἰσὶν, οὓς τῷ τῆς οὐρᾶς ἄκρῳ κατὰ κορυφῆς ἐφαπτόμενος εἰς τὴν γῆν κατασπᾷ, τῶν αἱρέσεων αἱ συστροφαί. ἀστέρας γὰρ σκοτεινοὺς, ἀμυδροὺς καὶ ταπεινοστρεφεῖς, τὰς ἐπισυνόδους τῶν ἑτεροδόξων εἶναι φραστέον· ἐπειδὴ τῶν οὐρανίων ἐπιστήμονες εἶναι δὴ βούλονται καὶ αὐτοὶ, καὶ εἰς Χριστὸν πεπιστευκέναι, καὶ τὴν ἕδραν ἔχειν τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ πλησιάζειν τοῖς ἄστροις, ὡς φωτὸς τέκνα. ἀλλὰ κατασύρονται, τοῦ δράκοντος ἐκσεισθέντες ταῖς πλοκαῖς, ὅτι μὴ τῶν τριγώνων εἴσω τῆς εὐσεβείας ἔστησαν σχημάτων, πταίσαντες αὐτῆς περὶ τὴν ὀρθόδοξον θρησκείαν· ὅθεν καὶ τρίτον τῶν ἀστέρων ἐκλήθησαν μέρος, οἷον περὶ ἕνα τῶν ἀριθμῶν τῆς Τριάδος διεσφαλμένοι, ὁτὲ μὲν τὸν τοῦ Πατρὸς, ὡς Σαβέλλιος, αὐτὸν τὸν [1] Παντοκράτορα λέξας πεπονθέναι· ὁτὲ δὲ τὸν τοῦ Υἱοῦ, ὡς Ἀρτεμᾶς, καὶ οἱ δοκήσει αὐτὸν ἀποφηνάμενοι πεφυκέναι· ὁτὲ δὲ περὶ τὸν τοῦ Πνεύματος, ὡς Ἐβιοναῖοι, ἐξ ἰδίας κινήσεως τοὺς προφήτας λελαληκέναι φιλονεικοῦντες. Μαρκίωνος γὰρ καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἐλκεσαῖον καὶ τοὺς ἄλλους, καλὸν μηδὲ μνημονεῦσαι.

X. Draco ille, magnus, rufus, versutus, multifidus, septiceps, corniger, tertiam trahens stellarum partem, in insidiis latitans ut Mulieris parturientis filium devoret, diabolus hic est, in hoc locatus ac insidens, ut eorum qui illuminati sunt Christo afflatam destruat mentem, Verbique in eis enatam formam ac effigiem, lucidosque ejus characteres aboleat. Verum frustra est, prædæque illi conatus in cassum cedunt: quod hi qui regenerantur, in sublime rapiuntur ad Dei thronum. Hoc est, eorum mens & cogitatio qui renovati sunt, cælestiaque animo informare instituti, alte circum divinam sedem ac inoffensam veritatis basim, attollitur, ne draconis in terram gravantis ac detinentis fraude doloque C decipiantur. Non enim fas illi est ut illos perdat, qui intentis sursum animis ad cælestia enituntur. Stellæ vero, quas summa cauda draco contingens, in terram præcipites detrahit, hæresum perversæ sectæ sunt. Stellas autem tenebrosas, obscuras, in humilia dejectas, conventicula heterodoxorum recte dixerimus: quando & ipsi cælestium rerum sibi scientiam vendicant, & in Christum se credidisse gloriantur, stationemque in cælis habere atque inter astra versari, ut lucis filios. Verum detrahuntur draconis excussi flexibus, quod intra triangulares pietatis figuras non se continuerunt, prolabentes ex ipsa & ex orthodoxo Dei cultu exorbitantes. Unde & tertia pars stellarum vocati sunt, veluti circa unum D ex Trinitatis numeris deerrantes. Aliquando quidem circa Patris, ut Sabellius, qui ipsum Omnipotentem passum asseruit: aliquando vero circa Filii, ut Artemas, & qui nudo spectro seu apparentia eum natum esse dixerunt: quandoque circa Spiritus sancti, ut Ebionæi, qui prophetas motu proprio locutos esse contendunt. Marcionis enim & Valentini, Elcesæique & aliorum, optimum fuerit ne meminisse quidem.


Ἡ δὲ γεννῶσα καὶ γεννήσασα τὸν ἀῤῥενωπὸν ἐν ταῖς καρδίαις τῶν πιστευόντων Λόγον, καὶ ἄχραντος καὶ ἀβλαβὴς ἀπὸ τοῦ θηρὸς τῆς ὀργῆς εἰς τὴν ἔρημον παραγεγενημένη, ἡ μήτηρ ἡμῶν ἐστιν, ὡς ἀποδεδώκαμεν, ἡ Ἐκκλησία. ἡ δὲ ἔρημος, εἰς ἣν ἐλθοῦσα τρέφεται τὰς χιλίας καὶ διακοσίας ἡμέρας E καὶ ἑξήκοντα, ἡ κακῶν ἔρημος ἀληθῶς καὶ ἄγονος καὶ στεῖρα φθορᾶς, καὶ δυσπρόσιτος καὶ δύσβατος τοῖς πολλοῖς, εὔκαρπος δὲ, καὶ εὔβοτος, καὶ εὐθαλὴς, καὶ εὐεπίβατος ἁγίοις, καὶ πλήθουσα σοφίας καὶ βλαστάνουσα ζωὴν, αὐτὸ δὴ τοῦτο τῆς Ἀρετῆς ἐστι τὸ κάλλιστον καὶ καλλίδενδρον καὶ καλλίπνουν χωρίον· ἔνθα Ἐξηγέρθη ὁ νότος, καὶ διέπνευσεν ὁ Βοῤῥᾶς, καὶ ῥέουσι τὰ ἀρώματα, καὶ πάντα τῶν ἀμβροσίων πεπλήρωται δρόσων, ἀθανάτου ζωῆς βλάσταις ἀμαράντοις κατεστεμμένα, εἰς ὃ ἐσμὲν ἡμεῖς ἀνθολογοῦσαι νῦν καὶ πλέκουσαι τῇ βασιλίσσῃ τὸν ἁλουρ-

XI. Quæ autem parit peperitque in fidelium cordibus Verbum masculum, inviolataque & illæsa a bestiæ ira in desertum secedit, Mater nostra est, uti exposuimus, id est, Ecclesia. Desertum vero in quod veniens pascitur dies mille ducentos sexaginta, vere a malis desertum & infecundum: sterilis corruptionis, nec ferax terra noxiorum germinum; difficilis aditu eadem, nec commode satis vulgo calcabilis; ceterum frugibus fructibusque felix, quin & pascuis abundans, & amœne florens perviaque Sanctis, copia redundans sapientiæ, ac germinans vitam: hic ipse est in quo sumus, pulcherrimus, speciosissimis umbrosus silvis suavissimisque halans floribus, Virtutis hortus. Ibi, [a] *surrexit Auster, & flavit Aquilo, & fluunt aromata*; ambrosiisque omnia roribus madent, immortalis vitæ semper virentibus coronata plantis. Quo in horto jam nos sumus flores le-

[a] Cant. IV. 16.

1. Παντοκράτορα] Sic Allatius & Possinius. Neque aliam fuisse lectionem codicis Mazariniani monet editor Lupareus. Combefisius tamen πατέρα tutius esse legendum advertit in emendandis ad calcem tom. I. *Auctarii noviss.*

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
290.



γῇ στέφανον καὶ ἔκλαμπρον τῆς Παρθενίας ἀθίκτοις δακτύλοις. Ἀρετῆς γὰρ κοσμεῖται καρποῖς ἡ νύμφη τοῦ Λόγου. αἱ δὲ χίλιαι καὶ διακόσιαι ἡμέραι καὶ ἑξήκοντα, ἃς ἐνθάδε ἐσμὲν εἰς ἐπιδημίαν, ἡ περὶ τοῦ Πατρός ἐστιν, ὦ Παρθένοι, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος [1] κατ' εὐθεῖαν ἀκριβὴς καὶ ἀρίστη σύνεσις, ᾗ γέγηθεν ἡμῶν ἡ μήτηρ αὐξανομένη, καὶ ἀγάλλεται τουτονὶ τὸν χρόνον, μέχριπερ ἂν [2] τῆς ἀποκαταστάσεως τῶν καινῶν αἰώνων εἰς τὴν ἄγυριν ἐλθοῦσα κατὰ τοὺς οὐρανοὺς, μηκέτι δι' ἐπιστήμης κατασκέπτηται τὸ Ον, ἀλλὰ τρανῶς ἐποπτεύσῃ Χριστῷ συνειςβᾶσα. τὰ γὰρ χίλια ἐν ἑκατοντάσι δεκαπλασιασθέντα, τέλειον ἀριθμὸν καὶ πλήρη περιέχει· ὅ δή ἐστι σύμβολον αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς, τοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ δημιουργήσαντος καὶ ἑαυτῷ συγκρατοῦντος τὸ πᾶν. τὰ δὲ διακόσια, τὸν ἐκ δύο τελείων ἀριθμῶν συνεζευγμένον, ὅ δή ἐστι σύμβολον τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καθὸ τῆς γνώσεώς ἐστι τοῦ Υἱοῦ τοῦτο καὶ τοῦ Πατρὸς περιεκτικόν. τὰ δὲ ἑξήκοντα, τὸν ἓξ ἀριθμὸν ἐν δεκάσιν ἔχει, ὃ δή ἐστι σύμβολον τοῦ Χριστοῦ· ἐπειδήπερ ὁ τῶν ἓξ ἀπὸ μονάδος προϊὼν ἀριθμὸς, ἐκ τῶν ἰδίων συντίθεται μερῶν, ὥστε μήτε λείπειν ἐν ἑαυτῷ τι, μήτε πλεονάζειν· εἰς τὰ ἑαυτοῦ γὰρ μέρη ἀναλυόμενος συμπληροῦται. οἷον τὸν ἓξ εἰς ἴσα μέρη ἐξ ἴσων τεμνόμενος μερῶν, ἀνάγκη τὴν αὐτὴν ἐκ τῶν διαμερισθέντων τμημάτων πάλιν ποσότητα πληροῦσθαι. πρῶτον γὰρ μέρος κατὰ μέσον διαιρούμενος, ποιεῖ τὸν τρία· εἶτα εἰς τρία διαιρούμενος μέρη, ποιεῖ τὸν δύο· εἶτα εἰς ἓξ μερισθεὶς, ποιεῖ τὸν ἕνα, καὶ συμπληροῦται πάλιν εἰς ἑαυτόν. εἰς γὰρ δὶς τρία καὶ τρὶς δύο καὶ ἑξάκις ἓν διαιρούμενος, συντιθεμένων τῶν τριῶν καὶ τῶν δύο καὶ τοῦ ἑνὸς, πάλιν ἀναπληροῖ τὸν ἕξ. τέλειον δὲ πᾶν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ, τὸ μήτε προσδεόμενον εἰς συμπλήρωσιν ἑτέρου, μήτε πλεονάζον ἑαυτοῦ πώποτε. τῶν δὲ ἄλλων ἀριθμῶν, οἱ μὲν ὑπερτέλειοί εἰσιν, ὡς ὁ δώδεκα. τὸ γὰρ ἴσον αὐτοῦ μέρος, τὰ ἕξ· καὶ τὸ τρίτον, τὰ τέσσαρα· καὶ τὸ τέταρτον, τὰ τρία· καὶ τὸ ἕκτον, τὰ δύο. καὶ τὸ δωδέκατον, τὸ ἕν, εἰς ἃ δύναται μερίζεσθαι, συντεθέντα ὑπερβάλλουσι τὸν δώδεκα, οὐ τηρήσαντος ἑαυτὸν ἴσον τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν, ὡς ὁ ἕξ. οἱ δὲ ὑποτέλειοι, ὡς ὁ ὀκτώ. τὸ γὰρ ἥμισυ αὐτοῦ τὰ τέσσαρα, καὶ τὸ τέταρτον τὰ δύο, καὶ τὸ ὄγδοον τὸ ἕν, εἰς ἃ τέμνεται μέρη, συντεθέντα ποιεῖ τὸν ἑπτὰ, καὶ προσδεῖται μονάδος εἰς τὴν ἑαυτοῦ συμπλήρωσιν· οὐχ ὡς ὁ ἓξ παντοίως ἑαυτῷ σύμφωνος ὤν. διὸ καὶ ἀναφορὰν εἰς τὸν Υἱὸν ἀνείληφε τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τοῦ πληρώματος τῆς θεότητος εἰς τὸν βίον ἐληλυθότος· κενωθεὶς γὰρ καὶ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου προσλαβὼν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ τελειότητα πάλιν ἀνεπληρώθη καὶ τὴν ἀξίαν. αὐτὸς γὰρ ἐν ἑαυτῷ σμικρυνθεὶς, καὶ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν ἀναλυθεὶς, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ σμικρότητος καὶ τῶν ἑαυτοῦ μερῶν εἰς τὴν συμπλήρωσιν πάλιν τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὸ μέγεθος κατέστη, οὐδέποτε τοῦ τέλειος εἶναι μειωθείς.

Ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ κόσμου κτίσις ἐκ τούτου φαίνεται

A gentes, & ex iis purpuream longeque splendidam impollutis digitis Reginæ texentes Virginitatis coronam. Verbi enim Sponsa, virtutis ornatur fructibus. Mille porro ducenti sexaginta dies per quos heic versamur, Patris est, o Virgines, & Filii & Spiritus sancti citra omnem ambagem exacta optimaque intelligentia, qua gaudet Mater nostra, per hoc tempus augescens atque exsultans, dum in restitutione novorum sæculorum, in concionem quæ in cælis est veniens, non jam per rationes mentisque contentioso conatu id *Quod est*, considerabit, sed clare & conspicue, una cum Christo ad interiora admissa, inspectabit. Millenarius quippe ex centenario decies multiplicato constans, perfectum nu- B merum & plenum continet: quod est symbolum Patris, qui ex se ipso rerum hanc universitatem condidit, & in se ipso continet ac conservat. Ducenta vero ex duobus perfectis numerus conflatus, symbolum est Spiritus sancti, quatenus is Filii nobis ac Patris notitiæ auctor exsistit. Denique sexaginta, senarium numerum in decadibus habet, eoque symbolum Christi est: idcirco nimirum, quod senarius numerus ex unitate progrediens, ex propriis componitur partibus, ita ut in eo nihil deficiat aut redundet: in suas enim partes resolutus completur. Nimirum si sex in alios atque alios æquales numeros dividatur: necesse est, ex iisdem iterum junctis segmentis, eumdem numerum reparari. Pri- C mum quidem si medius dividatur, tria efficit: rursus si in tres partes dividatur, efficit duo: si denique in sex partes distribuatur, unicuique parti solum unitas competit; idemque rursus in se ipsum colligitur. Nam in bis tria, ter duo, sexies unum divisus, conjunctis inter se tribus & duobus & uno, rursus senarium integrum perficit. Perfectum enim necessario est, quidquid neque alio ad sui complementum eget, nec umquam redundat majusque se ipso est. Aliorum autem numerorum quidam plusquam perfecti sunt, ut duodenarius. Media quippe pars ejus senarius est, tertia vero quaternarius, quarta ternarius, sexta binarius, duodecima unitas. Hæc autem in quæ duodenarius potest dividi, si rur- D sus in se componantur, excedunt duodenarium, qui se proinde non servat æqualem suis partibus, sicut senarius. Alii imperfecti, ut octonarius. Hujus enim dimidium, quaternarius; quarta vero pars, binarius; octava, unitas. In quas divisus partes si rursus ex ipsis componatur, nihil nisi septenarium reddit: indigens unitate, ut ad sui complementum perveniat: non plane ex omni parte sibi ipsi consonans, ut senarius. Quapropter hic ad Filium Dei refertur, qui a plenitudine divinitatis in mundum venerit. [a] Exinanitus enim & forma servi suscepta, in suam rursus perfectionem ac dignitatem plenissime restitutus est. Ipse enim in se ipso diminutus, & in partes suas resolutus ex sua diminutione suisque partibus, E in plenitudinem rursus priorem ac magnitudiuem reparatus est: numquam diminutus, ut perfectus non esset.

Sed & mundi creatio & harmonia, ex hoc nu-

[a] Phil. II. 7.

1. Κατ' εὐθεῖαν ἀκριβὴς] Quasi *recta* ac *directe*, ac, quod reddebam, *Citra omnem ambagem*. Nempe κατ' εὐθεῖαν, subaudi, γραμμὴν, id est, *lineam*; non quod Possinius, *secundum rectam fidem*. Dicunt Græci fidem ὀρθὴν, hincque illis ὀρθοτομεῖν & ὀρθοδοξία, ac si quid ejusmodi est, ipseque adeo Apostolus: εὐθεῖαν, numquam.

2. Μέχριπερ τῆς ἀποκαταστάσεως] Sic ubique Patres ἀποκατάστασιν vocant, quasi reparationem status, & in integrum restitutionem: sano quidem sensu, qui sana fide, lapsum quidem hominem agnoscunt, sed Adami prævaricatione, qua nobis amissa rectitudo naturalis & Dei gratia jusque ad gloriam; quorum perfecta restitutio, ipsaque gloria ac Dei possessio in fine nobis exspectetur; non Origeniano delirio, cujusque proprio delicto, antequam Animi corporibus alligarentur. Non apte ergo Possinius, *Donec instituantur nova secula; restituantur* dixisset, nullo periculo Methodii phrasim secutus, qua Christi gratia reparativa & sanativa (non ipsa prima, primaque Dei liberalitate concessa) ejusque terminus indicatur: nec nos sapientiores Patribus sumus, ut eorum theologicas voces communi usu tritas, nec Ecclesiæ usquam improbatas, respuamus, nostrasque illis substituamus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

πᾶσα συγκειμένη τῷ ἀριθμῷ καὶ τῆς ἁρμονίας, ἐν ἓξ ἡμέραις ποιήσαντος τοῦ Θεοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς· τῆς ποιητικῆς δυνάμεως τοῦ Λόγου τὸν ἓξ ἐμπεριέχοντος ἀριθμόν, καθ' ὃν ἡ τριὰς σωμάτων ἐστὶ ποιητική. μῆκος γὰρ καὶ πλάτος καὶ βάθος, σῶμα ἐργάζεται· ὁ δὲ ἓξ ἐκ τῶν τριγώνων ἐστὶ συγκείμενος. καὶ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔστι καιρὸς πρέπων ἐν τῷ παρόντι διεξελθεῖν δι' ἀκριβείας, ἵνα μὴ τὸ προκείμενον ἐάσαντες, τὰ πάρεργα σκοπῶμεν.

mero tota conflata videtur. Sex quippe dierum numero Deus cælum & terram condidit, & ea quæ in eis sunt: senarium in se numerum continente creatricis Virtutis ratione, in qua ternarius corporum effector ac parens censetur. Longitudo quippe & latitudo & profunditas, corpus efficiunt. Porro senarius, ex trigonis est compositus. Ac de his quidem haud opportunum in præsens aptumque accuratius disserendi tempus: ne omisso quod rei caput ac principale argumentum est, in iis quæ secunda sunt ac consectanea, studium operamque teramus.

Οὐκοῦν δεῦρο εἰς τὴν ἔρημον ἐλθοῦσα ταύτην καὶ ἄγονον κακῶν ἡ Ἐκκλησία τρέφεται, πτερουμένη τοῖς οὐρανοπόροις τῆς Παρθενίας πτεροῖς, ἃς ἀετοῦ μεγάλου πτέρυγας ὁ λόγος ἔφη, νικήσασα τὸν ὄφιν, καὶ τῆς πληροσελήνου τῆς ἑαυτῆς τὰς νεφέλας τὰς δυσχειμέρους ἀπωσαμένη. τούτων γὰρ χάριν μεταξὺ πάντες οὗτοι παρηνέχθησαν λόγοι, διδάσκοντες ὑμᾶς, ὦ Καλλιπάρθενοι, κατὰ κράτος μιμεῖσθαι τὴν μητέρα, μὴ ἐπιθολοῦσθαι δὲ ταῖς ἀχθηδόσι καὶ τροπαῖς καὶ θλίψεσι τοῦ βίου, ἵνα συνεισέλθητε γαῦροι μετ' αὐτῆς εἰς τὸν νυμφῶνα, παραφαίνουσαι τὰς λαμπάδας. μὴ οὖν ἀποδειλιάσητε πρὸς τὰς μεθοδείας καὶ διαβολὰς τοῦ θηρός, ἀλλὰ καρτερῶς ἐνσκευάσασθε πρὸς τὴν μάχην, τὴν κόρυν τοῦ σωτηρίου καὶ τὸν θώρακα καὶ τὰς κνημῖδας ἐξωπλισμέναι. μυρίαν γὰρ αὐτῷ κατάπληξιν παρέξετε μετὰ πολλοῦ λήμματος καὶ εὐψυχίας προσβάλλουσαι· οὐδὲ στήσεται πάντως, ἐκ τοῦ κρείττονος ὁρῶν τὰς ἀντιπάλους παρατεταγμένας· ἀλλ' αὐτόθεν ἄρασθαι τῶν ἑπτὰ παλαισμάτων ὑμᾶς συγχωρήσει τὰ ἀριστεῖα ὁ πολυκέφαλος καὶ πολυπρόσωπος θήρ.

XII. In hanc igitur malorum sterilem solitudinem veniens Ecclesia pascitur, celsaque cæli petentibus grandescit Virginitatis alis, quas Scriptura [a] *Magnæ aquilæ alas* nuncupavit: parta jam de serpente victoria, ac suo plenilunio brumalibus nubibus infestisque disjectis. Horum enim gratia, quos hactenus impendimus, omnes hi a nobis sermones prolati sunt: adhortantes Vos, o egregiæ Virgines, ut totis viribus Matrem imitemini, nec mundi molestiis variisque & afflictis vitæ casibus, mentis serenum turbetis; ut una cum illa exsultantes, ac lucentes præferentes lampades, in thalamum Sponsi subeatis. Ne ergo propter varias serpentis artes ejusque calumnias, animum despondeatis: sed præparate vos acriter ad pugnam, [b] galeam salutis & loricam, tum crurum femorumque arma bellica indutæ. Incredibilem enim illi stuporem afferetis, dum magno in ipsum animo robustaque constantia irruetis. Neque omnino sustinebit impetum, qui Dei jussu ductuque instructas atque accinctas adversum se procedere acies videat. Sed statim tollere vos certaminum septem opima spolia præmiaque, multiceps & multifrons bestia volens nolens feret.

[1] Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα,
Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.
Καὶ τὴν μὲν [2] κατέπεφνεν ὁ Βελλεροφόντης· τὴν δὲ Χριστὸς ἄναξ· πολλοὺς γὰρ ἀπώλεσεν, οὐδέ τις ἔτλη,
Λοίγιον ἐκ γενύων ἀφρὸν ἐρευγομέναν.

Fronte Leo, caudaque Draco, mediaque Chimæra
Ore vomens sævis incendia livida flammis:
Et illam quidem Bellerophon sustulit: hanc vero Christus Rex: *multis quippe exitio fuit, nec ferendo quis erat,*
Quam ex genis noxiam spumam eructabat;

εἰ μὴ πρότερον ἐκλύσας αὐτὴν κατειργάσατο, καὶ ἀσθενῆ καὶ εὐκαταφρόνητον ἡμῖν παντελῶς ἐποίησε Χριστός·

nisi profligatam Christus prius debellasset, prorsusque infirmam atque contemtam nobis reddidisset.

Διὸ θυμὸν ἄρρενα λαβοῦσαι καὶ νήφοντα, ἐναντία θέσθε τῷ θηρὶ σφριγῶντι τὰ ὅπλα· μηδ' ὑποχωρήσητε τὸ σύνολον, ἐφ' οἷς θρασύνεται ταραχθεῖσαι· μυρίον γὰρ ἕξετε κλέος, ἐὰν ἀφέλητε νικη-

XIII. Quare masculo sobrioque assumto animo, frustra ringenti belluæ ac tumenti arma opponite. Ejus nihil oppugnationibus cedite, autve hinc turbemini, quod ferocientem videatis. Infinitam enim

a Ezech. XVII. 3. b Ephes. VI. 17.

1. Πρόσθε λ.] Hom. Ιλ. Ζ. 181. 190.
2. Κατέπεφνεν ὁ Βελλεροφόντης] Leonis Allatii lectionem, ipsam laborantem, quod loco ὁ Βελλεροφόντης esset, ὁ Περσεὺς, præfixa etiam particula πρὶν ad explendum metrum, sic nulla vi, exigente fabula seu historia, emendavi. Longe enim distant Perseus & Bellerophon, diversique illorum labores, vel veri, vel ficti: nec tanta Methodii ἀνιστορησία, ut quæ unius sunt (re sic trita, & in patria, cui ipse præfuit Episcopus) tribuerit: sed antiquarii istud plagium fuit, ut & quod Vaticanus antiquarius, ipse ridiculus subdidit, Κατέπεφνε, Πατρὸς τεράεσσι πιθήσας Χριστὸς ἄναξ: quasi Christus vere ipsius Chimæræ domitor fuerit eamque occiderit, non diabolum & draconem, cujus ille typo Chimæram assumit: qui sensus perabsurdus est, quo etiam hiat oratio, desiderata altera parte adversante: nam τὸ, τὴν μὲν, τὴν δὲ postulat, sive etiam τὸν δὲ, quod habuerit Allatii codex; estque indicio, quod masculino genere ἐρευγόμενον habet, quasi referendo τὸν δράκοντα & diabolum: quam lectionem minus probat editor Lupar. ego magis probo, malimque ad eam omnia componi: etsi feminine ferri potest, qua Chimæræ figura, Christi de dracone & diabolo victoriam describit, qui sit mystica Chimæra. Porro Chimæra mons est in Lycia ignivomus, in cujus cacumine leones habitarent, in medio ubi pascuis abundat, capræ; in radicibus, serpentes, quem Bellerophon habitabilem reddiderit; hincque Poetis edomuisse Chimæram monstrum per fabulam dictus sit. Meminit etiam ejus montis ignivomi Methodius apud Epiphanium l. de Resurrectione, plantasque haud procul ab ebullientibus ejus flammis miratur. Nota alia de Bellerophonte, datisque litteris ut occideretur, cum impudicam mulierem a se repulisset; qua tamen molitione sic clarus evaserit; haud proinde importunus vel Christi figuræ, vel libri argumento de Virginitate & Castimonia. Perseus nihil ejusmodi, ipse Danaes ac Jovis stupro conceptus, & qui Medusam, unam ex Gorgonibus, orci clypeo tectus occiderit. Ubi Jovis assumtum nomen ad tegendam proci personam, qui auri vi corruptis custodibus, in arcem qua Danae tenebatur, sibi viam fecerit, puellamque corruperit. Facessant ergo impudicitiæ exempla, ne non illustrari splendor Virginitatis perorante Thecla Virgine earumque principe, videatur, sed fœdari: maneantque quæ fortitudinis æque ac Castitatis illustre specimen habeant, ei prorsus gemina, quod de divino Josepho, ipso Christi figura prænobili, sacris oraculis olim proditum est: quod ipsum forte Græci in suo Bellerophonte repræsentare voluerint, ut sunt nostra & sacra, longe profanis Græcorum antiquiora, illisque præiverunt: qua de re cum Veteres, tum & Recentiores luculenter tractavere.

σασαι τοὺς ἐπ' αὐτοῦ στεφάνους ἑπτὰ, δι' οὓς ὁ ἀγὼν ἡμῖν πρόκειται καὶ ἡ πάλη, κατὰ τὸν διδάσκαλον Παῦλον. ἡ γὰρ καταγωνισαμένη τοῦ διαβόλου πρότερον, καὶ νεκρώσασα τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς, τῶν ἑπτὰ στεφάνων τῆς ἀρετῆς ἐγκρατὴς γίνεται, μεγάλους ἀγῶνας διαθλήσασα τῆς ἁγνείας. κεφαλὴ γὰρ τοῦ δράκοντός ἐστιν ἡ ἀκρασία καὶ ἡ τρυφή. ὁ ταύτην συνθλάσας, ἀναδεῖται τὸν στέφανον τῆς σωφροσύνης. κεφαλή ἐστι καὶ ἡ δειλία καὶ ἡ θρύψις· ὁ ταύτην πατήσας, τὸν στέφανον ἀναιρεῖται τοῦ μαρτυρίου. κεφαλή ἐστι καὶ ἡ ἀπιστία καὶ ἡ ἄνοια, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως τῆς πονηρίας πλεονεκτήματα· ὁ ταῦτα κατεργασάμενος καὶ ἀνελὼν, τὰς ἐπ' αὐτοῖς τιμὰς ἀποφέρεται, πολυτρόπως ἐκκεραϊζομένης τοῦ δράκοντος τῆς ἰσχύος. καὶ γὰρ καὶ τὰ δέκα κέρατα καὶ κέντρα, ἅπερ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἐλέχθη φέρειν, αἱ δέκα ἀντιθέσεις εἰσὶν, ὦ Καλλιπάρθενοι, τοῦ Δεκαλόγου, αἷς ἀνακερατίζειν εἴωθε καὶ βάλλειν τὰς τῶν πλείστων ψυχάς· τῇ, Ἀγαπήσεις ἐντολῇ τὸν Κύριόν σου, τὰ ἐναντία φρονῶν καὶ τεκταινόμενος, καὶ τοῖς ἑξῆς νομοθετήμασι. ἰδὲ γὰρ κέρας αὐτοῦ διάπυρον καὶ πικρὸν, τὴν πορνείαν, ᾧ τοὺς ἀκράτορας βάλλει· ἰδὲ τὴν μοιχείαν, ἰδὲ τὸ ψεῦδος, ἰδὲ τὴν φιλαργυρίαν, ἰδὲ τὴν κλοπὴν, καὶ τὰ ἄλλα τούτοις ἀδελφὰ καὶ συγγενῆ, ὁπόσα ὑπερεξισχύουσιν ἀμφὶ ταῖς κεφαλαῖς αὐτοῦ ταῖς ἀνθρωποκτόνοις πεφυκότα, ἃς ὑμεῖς συμμαχήσαντος Χριστοῦ ἐκκεραΐσασαι, λήψεσθε ταῖς κατὰ τοῦ δράκοντος κατανθεμῶσαι στεφανώμασιν ὑμῶν τὰς θείας κεφαλάς. ἡμέτερον γὰρ προκρίνειν τὰ κρείττω καὶ προτάσσειν· [1] πρὸ τῶν γηγενῶν αὐτοκράτορα καὶ αὐτεξούσιον τὸν λογισμὸν εἰληφότας, καὶ πάσης ἀνάγκης ἐκτὸς, εἰς τὸ αὐτοδεσπότως αἱρεῖσθαι τὰ ἀρέσκοντα, οὐ δουλεύοντας εἱμαρμένῃ καὶ τύχαις. ὡς οὐκ ἄνθρωπος αὐτοῦ κύριος ἔσοιτο καὶ ἀγαθὸς, εἰ μὴ τῷ ἀνθρωπείῳ παραδείγματι χρώμενος τῷ Χριστοῦ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἑαυτὸν ζωγραφῶν κἀκεῖνον μιμούμενος βιώσει. πάντων γὰρ κακῶν μέγιστον ἔμφυτον τοῖς πολλοῖς, τὸ τὰς αἰτίας τῶν ἁμαρτημάτων εἰς τὰς τῶν ἀστέρων κινήσεις ἀναφέρειν, καὶ τὸν βίον ἡμῶν οἰακίζεσθαι τῆς εἱμαρμένης ταῖς ἀνάγκαις λέγειν· καθάπερ οἱ μετὰ ἀλαζονείας πολλῆς ἀστεροσκοπήσαντες· ὑπονοίᾳ γὰρ μᾶλλον, ἢ τῷ φρονεῖν πεπιστευκότες, ὃ μεταξὺ τῆς ἀληθείας ἐστὶ καὶ τοῦ ψεύδους, πολὺ τῆς τῶν ὄντως ὄντων θείας ἐξηπατήθησαν. ὅθεν εἰ παρείης, ὦ Ἀρετὴ, πληρωθέντος ἤδη μοι τοῦ λόγου, ὃν αὐτὴ προσέταξας δέσποινα ῥηθῆναι. πειράσομαι δὴ, συναγωνιζομένης σου καὶ συμπνεούσης, πρὸς τοὺς χαλεπαίνοντας καὶ ἀμφισβητοῦντας ὡς οὐκ ἀληθῆ λέγομεν, αὐτεξούσιον εἶναι φάσκουσι τὸν ἄνθρωπον, διακρινήσασθαι ὅτι.

[2] Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπέρμορον ἄλγε' ἔχουσιν, αἱρούμενοι τὰ ἡδέα πρὸ τῶν συμφερόντων.

ΑΡΕΘ. Ἀλλὰ πάρειμι καὶ συναγωνίζομαι. τελέως γὰρ ὁ λόγος κεκοσμήσεται καὶ τούτων προσαφθέντων.

A referetis gloriam, si victoria potitæ, quas gestat septem coronas ac diademata, ab illa abstuleritis; de quibus nobis certamen ac lucta proposita est, ut magister noster Paullus tradit. Quæ enim debellato prius diabolo, septem capita necaverit, septem virtutis coronas adipiscetur, septem magnis perfuncta Castitatis certaminibus. Caput enim draconis est intemperantia & luxus: qui hoc caput confregerit, Castitatis corona ornabitur. Caput est & ignavia, fractique animi imbellis pavor: qui hoc pede premens eliserit, coronam auferet martyrii. Caput est & infidelitas & stultitia, & reliqua id genus improbitatis monstra: qui ea confecerit ac perdiderit, opima de illis victoriæ præmia reportabit, multifarie
B contusa potentia draconis. Nam & decem cornua aculeique, quæ in capitibus ferre draco dictus est, contraria decem Decalogo argumenta sunt, o præclaræ Virgines, quibus arietare acriusque petere ac dejicere plurimorum animos consuevit: nempe huic præcepto, [a] *Diliges Dominum Deum tuum*, ac reliquis deinceps mandatis contraria sapiens ipse, aliisque obtrudere satagens. Vide enim illius cornu igne accensum ac amarulentum, fornicationem, quo intemperantes ferit: vide adulterium, vide mendacium, vide avaritiam, vide furtum, atque reliqua his germana & affinia, quanta circa illius parricidiosa capita enata, ingenti potentia prævalent: quæ si vos, Christo auspice ac adiutore, eliseritis, divi-
C na capita vestra, ejus victoriæ præmio floridis exornata coronis referetis. Nostrum enim est, ut virtutem præferamus potiorique loco habeamus, qui præ terrigenis mentem liberam, ac arbitrii facultatem nulli obnoxiam necessitati, a Deo nacti simus, ut pleno jure ac arbitrio, quæ libuerit, hæc eligamus, nec fato ulli ac fortunæ serviamus. Proinde nemo sui dominus bonusque exstiterit, nisi qui humano Christi usus exemplo, seque ad illum ut archetypum effingens ac ipsum imitari studens, vitam composuerit. Omnium namque malorum maximum plerisque insitum istud fit, quod scelerum caussas ad stellarum motus referunt, asserunt que vitam nostram Fati necessitatibus gubernari. Quemad-
D modum isti, faciunt arrogantissimi siderum observatores. Quippe vana potius suspicione, quam recta securaque prudentia de rebus conjectantes, eaque freti (quod inter veritatem ac mendacium medium est) a vera rerum cognitione longe aberrarunt. Quare si permiseris, o Arete, absoluto jam mihi sermone, quem ipsa domina ut haberem imperasti; conabor adiuvante te alium inchoare ac pertexere, adversus eos qui ægre ferunt; nec faciles assensum accommodant, quod hominem liberi arbitrii facultate præditum esse dicimus: quos nempe liquet,

Nequitia sibi damna sua, mortemque creare:
quippe qui dulcia præ utilibus eligant.

ARET. Age, permitto quod vis, & me certa-
E minis sociam en tibi offero. Nam hac adjuncta quam polliceris disputatione, illustrior omnibusque numeris absoluta, tua evadet oratio.


SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

[a] Deut. vi. 5.

1. Προτάσσειν· πρὸ τῶν γηγενῶν] Lectionem Allatiani codicis sequor, sed non ejus distinctionem. Nec certe ipsa apta videtur constructio προτάσσειν πρὸ τῶν γηγενῶν, *terrenis hisce præponere*, ut ipse reddit; vacante omnino præpositione, quam forte eliminavit Possinius, sive qui illius Methodii editioni præfuit, ut eodem ac ille sensu redderet, & quidem verborum pompa, *præponereque meliora sequioribus, cælestia terrenis*: quasi γηγενῶν, ipsa terrena sint, τὰ γήϊνα, non *terrigena*, *orti e terra*; comparatione scilicet ad hominem, cujus divina origo est, qua & liberi arbitrii facultate præditus est, Dei scilicet insignis imagine; ut sicut ille αὐτεξούσιος absolute, sic & homo sub [illegible] αὐτεξούσιος, tunc maxime, cum suas in Deum confert rationes, ac pietati studet, uti quas Thecla alloquitur Virgines: γηγενῶ ergo comparatione hominum, reliqua animalia sunt, in quibus nullus mentis sensus, aut vera ratio, ut quasi a se illa ducantur: quæ liberi ratio est. Ex illa ergo excellentia supra reliquas animantes, infert Thecla, Virginum esse προκρίνειν καὶ προτάσσειν τὰ κρείττω: quæ vox sic absolute, *virtutem* [illegible] nec necesse quibusnam κρείττω dicat, exprimere, cum satis intelligatur; ut neque cum Deus τὸ κρεῖττον dicitur aliud additur. Sequentia etiam nullo sensu in Vatic. [illegible]. Saniora mutuati ex Allatio.

2 Σφῇσιν.] Odyss. α. 7.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ΘΕΚΛ. Πάλιν οὖν δὴ πρῶτον περὶ τούτων εἰς A δύναμιν εἴπωμεν, τὴν γοητείαν αὐτῶν, ἐφ' ᾗ θρασύνονται, γυμνώσαντες, ὡς μόνων κατειληφότων ἐξ οἵων ὁ οὐρανὸς κεκόσμηται σχημάτων, * κατὰ τὰς Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων ὑποθέσεις. φάσκουσι γὰρ ὥσπερ σφαίρας εὐτόρνου στροφαῖς ἀπεικάζεσθαι τὴν περιφέρειαν τοῦ κόσμου, τῆς γῆς κέντρου καὶ σημείου τόπον ἐχούσης. [1] περιφορᾶς γὰρ οὔσης σφαιρικῆς, ἀνάγκη, φασὶ, κατὰ τὰς ὁμοίας διαστάσεις τῶν αὐτῶν ὄντων διαστημάτων, μέσην τοῦ παντὸς τὴν γῆν τυγχάνειν, περὶ ἣν ὁ οὐρανὸς περιδίνεται προγενεστέραν οὖσαν. εἰ γὰρ ἐκ σημείου καὶ κέντρου περιφέρεια συνέστηκεν· [2] ὃ δὴ κύκλος εἶναι δοκεῖ· ἀδύνατον δὲ χωρὶς σημείου περιγραφῆναι κύκλον· κύκλον δ' ἔσεσθαι ἀδύνατον ἄνευ σημείου· πῶς οὐ πρὸ B πάντων ἡ γῆ, φασι, συνέστηκε, καὶ τὸ κατ' αὐτὴν χάος καὶ βάθος; εἰς βάθος γὰρ καὶ χάος ὄντως κατωλίσθησαν οἱ σχέτλιοι πλάνης. Οἳ γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ ηὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· καὶ ταῦτα καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς εἰρηκότων σοφῶν, Ὡς οὐδὲν Ὀλυμπίων ἐντιμότερον γηγενὲς ἢ πρεσβύτερον. * ὅθεν οὐκ ἀεὶ παῖδες ὄντως οἱ Χριστὸν ἐγνωκότες, καθάπερ Ἕλληνες, οἳ μύθοις μᾶλλον καὶ πλάσμασιν, ἢ τέχνῃ τῶν λόγων τὴν ἀλήθειαν χώσαντες, καὶ τοῖς οὐρανοῖς τὰς τῶν ἀνθρώπων προσαρμόσαντες συμφορὰς, οὐδὲν αἰσχύνονται καταγράφοντες τὴν τῆς οἰκουμένης περιφορὰν γεωμετρικοῖς θεωρήμασι καὶ σχήμασι, καὶ C τὸν οὐρανὸν εἰδώλοις πτηνῶν καὶ νηκτῶν καὶ χερσαίων εἰσηγούμενοι κεκοσμῆσθαι, καὶ τὰς ποιότητας τῶν ἀστέρων ἐκ τῶν περὶ τοὺς ἀρχαίους ἀνθρώπους συμφορῶν κατεσκευάσθαι· ὥστε τὰς τῶν πλανητῶν αὐτοῖς κινήσεις, ἐκ τοιούτων ἠρτῆσθαι σωμάτων· εἱλίσσεσθαι γὰρ περὶ τὴν τῶν δώδεκα ζωδίων φύσιν φασὶ, τοὺς ἀστέρας, ἑλκομένους τοῦ Ζωδιακοῦ κύκλου τῇ φορᾷ, ὡς καὶ διὰ συγκράσεως αὐτῶν ὁρᾶσθαι τὰ ἀποβαίνοντα πολλοῖς, κατὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν συναφείας τε καὶ ἀπορροίας, ἀνατολάς τε καὶ δύσεις.

Σφαιροειδὴς γὰρ ὑπάρχων ὁ πᾶς οὐρανὸς, καὶ κέντρῳ καὶ σημείῳ κατ' αὐτοὺς τῇ γῇ χρώμενος, διὰ τὸ πάσας [3] ἀπὸ τῆς περιφερείας τὰς προσπιπτούσας εὐθείας ἐπὶ τὴν γῆν ἴσας ἀλλήλαις εἶναι, D ἀπὸ τῶν περιεχόντων αὐτὸν διακρατεῖ κύκλων· ὧν μείζων μὲν ὁ Μεσημβρινὸς δοκεῖ· καὶ δεύτερος ὁ εἰς ἴσα τέμνων μέρη, καλούμενος Ὁρίζων· τρίτος δὲ, ὁ τούτους ἐπιδιαιρῶν Ἰσημερινός· παρ' ἑκάτερα δὲ τούτου τροπικοὶ δύο, θερινὸς καὶ χειμερινός· καὶ ὁ μὲν πρὸς τοῖς ἀρκτίοις, ὁ δὲ πρὸς τοῖς νοτίοις μέρεσι. τούτων ὁ λεγόμενος ἄξων, περὶ ὃν αἵ τε Ἄρκτοι, ὅ, τε ἀρκτικὸς ἔξωθεν ἔχων τὸν τρα-

XIV. THECL. Resumamus igitur de his sermonem, & ante omnia imposturam istorum detegamus, qui se gloriose ostentant, tamquam soli compertum habeant, quibus cælum figuris concinnetur, juxta Ægyptiacas & Chaldaicas hypotheses. Ajunt enim orbem mundi sphæræ more versatilis, rapidis conversionibus circumagi, terra centri & puncti locum obtinente. Cum enim, ajunt, circumflexus circularis sit, servatis semper iisdem partium intervallis, mediam hujusce rerum universitatis terram considere necesse est, circa quam ipso seniorem vertitur cælum. Nam si ex puncto & centro constat sphæræ circumductus, qui utique orbis esse videtur & circulus: cum fieri non possit ut sine puncto circulus describatur, nec circulus esse possit absque puncto; queinam fieri potest, ajunt, ut non omnibus prior terra exstiterit, ejusque ipsius chaos & profundum? Plane enim in erroris profundum & chaos miseri prolapsi sunt. Quod [a] *cum Deum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum*: Vel hoc maxime, quod eorum sapientes, nihil esse terrenis in rebus, cælestibus nobilius aut antiquius dixerunt Plane igitur non semper pueri qui Christum agnovere, velut Græci qui fabulis potius ac figmentis, quam eruditionis arte ulla aut facundia veritatem obruentes, humanasque calamitates cælis adscribentes, nec erubescunt, dum terræ ambitum geometricis inventis figurisque describentes, cælum docent, volucrum, natatiliumque ac terrestrium animalium simulacris ornatum esse, stellarumque qualitates ex priscorum hominum cladibus ac infortuniis habuisse ortum: adeo ut ex horum sententia, ipse planetarum motus ex ejusmodi corporibus pendeant. Gyrare videlicet circa signorum duodecim naturam stellas ajunt, rapida Zodiaci circuli tractas vertigine: atque ex harum temperatione provideri, quæ vulgo eventura sunt: pro earum inter se diversa cohærentia, alioque & alio influxu, ortuque & occasu.

Cum enim cælum omne in orbem conglobatum sit, centroque ac puncto terra utatur, ut illi existimant, quod omnes lineæ rectæ ab ambitu in terram incidentes, inter se æquales sint, ab ambientibus ipsum circulis dominio prævalet: quorum Meridianus inter maximos emineat. Ab hoc secundus sit, qui & ipse in partes æquales universum secet, quem Horizontem (id est Finitorem) vocant: tertius hos intersecans, Æquinoctialis. Istorum porro hinc inde ad latera Tropici duo, Æstivus & Hibernus: hic a Septemtrione, ille ab Austro. Ad hos pertinet qui Axis dicitur; circa quem torquentur


[a] Rom. I. 21.

1. Περιφορᾶς] Quod ita semel & iterum paullo post legitur, omnino emendandum velim περιφερείας; ex qua sic rotunda, habere terram rationem centri ac puncti ajunt Mathematici quos exagitat Methodius, exque illa cælorum orbes pendere, qui sic mundi quasi περιφέρεια sint, *ambitus*, *circumflexus*, & (ut vulgo vocant) *circumferentia*: ac præterea terram cælis antiquiorem esse, uti punctum ac centrum, ducto circa ipsum orbe, prius intelligatur, necesse est. Quod ipsum refellit, communi etiam Græcorum sapientum existimatione, *Nibil terrenorum cælestibus nobilius esse aut antiquius*. Sic enim certe sensus postulat, habebatque Vat. & reddidit Possinius, etsi longo verborum circumductu, nihil ipso necessario. Allatio vero qui γηγενῶς legat, ἀντὶ τοῦ γηγενὲς, contrarius omnino sensus est, *Nibil rerum cælestium terrenis esse pretiosius aut antiquius*; quod nescio an ulli sapientiæ laude aliqua Græcis celebrato in mentem venerit, aut ita scripserit. Certe non Platoni, non Aristoteli, aliisve philosophis; nec par videtur, levi vel antiquarii vel exscribentis lapsu, aut etiam fallente oculo, in tam devia interpretem agi, aut ea magnis Patribus adscribere, quæ nemo sanæ mentis so- E mniaverit.

2. Ὁ δὲ κύκλος κ. τ. λ.] Suppleta heic mutila ex Leontio & Joanne *rerum sacrarum* lib. II. --- Allatius & Possinius ex cod. Vat. περιφέρεια συνίστεκε, καὶ τὸ κατ' αὐτὴν χάος. Nimirum librarius illius codicis exscriptor, oculos convertens a priore verbo συνέστηκεν, ad alterum quod mox subsequitur, intermedia præteriit. Idemque vitium in codicem Mazarinianum irrepsisse videtur: neque enim hujus omissionis meminit editor Lupareus.

3. Ἀπὸ τῆς περιφερείας] Et heic ineptissime περιφορᾶς erat, mihique mutandum indulsi: graviorique mendo Allatius πάσας τὰς περιφορὰς, ac si περιφοραὶ lineæ essent, quæ sic rectæ æquales sint, non circulares ipsi motus & lationes. Ex eo igitur, quod sic circa terram ut centrum cælum omne volvitur, cujus in eam ut ad centrum æquales sint lineæ, atque adeo influentiæ; ἀπὸ τῶν περιεχόντων αὐτὸν διακρατεῖ κύκλων (quod ipsum ita emendavi ὑπὸ) *continet, dominatur, influentiis regit, a circulis ipsum ambientibus*: Quæ Mathematicorum doctrina tam erudite Methodio explicata, quam misere Vaticano interpreti discerpta.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



πικόν. καὶ αἱ μὲν Ἄρκτοι περὶ αὐτὰς στρεφόμεναι καὶ βρίθουσαι τὸν διὰ τῶν πόλων ἄξονα, τὴν τοῦ παντὸς ἀπεργάζονται κίνησιν κόσμου, κατὰ τὰς ἀλλήλων ἰξύας ἔχουσαι τὰς κεφαλὰς, καὶ ἄχραντοι τῷ καθ' ἡμᾶς Ὁρίζοντος οὖσαι.

A Ursæ ac circulus Arcticus, extra quem positus est Tropicus. Et Ursæ quidem se se mutuo gyro perpetuo sequentes, quasi pondus mole sua motum orbi universo imprimunt, cujus velut gravitate circa Polum Axemque rotatur: nempe altera, juxta alterius ilia, capita habentes; intactæ æque ambæ a pervadente orbem cui nos insistimus, circulo Finitore.

Τὸν Ζωδιακὸν δὲ πάντων ἐφάπτεσθαι τῶν κύκλων, λοξὴν ποιούμενον τὴν κίνησιν· εἶναί τε ἐν αὐτῷ ζωδίων ἀριθμὸν, ἃ καλεῖται Δωδεκατημόρια δώδεκα, ἀπὸ Κριοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντα μέχρι τῶν Ἰχθύων, ἃ κατηστερίσθαι παριστᾶσιν ἐκ μύθοις αἰτίαις· τὸν μὲν Κριὸν φάσκοντες, τὸν τὴν Ἕλλην εἶναι τὴν Ἀθάμαντος διακομίσαντα καὶ Φρίξον εἰς Σκύθας. τὸ δὲ Βουκρανον, εἰς τιμὴν Διὸς, B τοῦ τὴν Εὐρώπην Ταύρου διαπεραιώσαντος εἰς τὴν Κρήτην. καὶ τὸν καλούμενον δὲ Γαλαξίαν κύκλον, ὃς τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ συνδέσμου τῶν Ἰχθύων ἐπὶ τὸν Κριὸν ποιεῖ, ἀπὸ τῶν τῆς Ἥρας μαζῶν Ἡρακλεῖ προχυθῆναι λόγος Διὸς ταγαῖς. ὥστε κατ' αὐτοὺς, πρὸ τῆς Εὐρώπης ἢ Φρίξου, καὶ τοῖν Διοσκούροιν, καὶ τῶν ἄλλων ζωδίων, τῶν ἐξ ἀνθρώπων καὶ θηρῶν καταστερισθέντων, οὔπω γένεσις ἦν· ἀλλὰ χωρὶς γενέσεως ἐβίωσαν ἡμῶν οἱ παλαιότεροι. ἐπιχειρητέον γὰρ μήπως τὸ ψεῦδος ἰσχύσωμεν, ὥσπερ ἰατροὶ φαρμάκοις τῶν λόγων ἀμβλύναντες ἰατρικοῖς σβέσαι, τῇδε σκοποῦσαι τὴν ἀλήθειαν.

Jam Zodiacum per omnes se porrigere circulos, eosque amplexu contingere, obliquo late meatu procedentem: esseque in illo Animalium insignes formas, quæ Signa duodecim vocantur, ab Ariete ducto principio in Pisces desinentia: quæ in siderum pervenisse censum narrant, fabulosis ex caussis. Nam Arietem illum ipsum esse ajunt, qui Hellem Athamantis filiam cum Phryxo per Ponti fretum transvexit ad Scythas. Tauri caput, Jovis gratia cæli honore ac statione donatum, quod is illa forma, Europen in Cretam trajecerit. Lacteum quoque circulum initium ducentem a nodo Piscium, hinc se se Arietem versus porrigentem, a Junonis uberibus candorem habere memorant, cum hæc Herculem lactare Jovis imperiis adacta esset. Itaque juxta illos, ante Europen & Phryxum & Castores, aliaque postea in Zodiacum ex hominibus aut bestiis constellata, nulla adhuc erat Natalis fatalitas: & sine fortuna nascendi vixerunt primi illi nostri progenitores. Quæso enim, argumentis tentemus, si quomodo liceat medicorum more salubribus sermonum remediis, mendacii vim C compressam extinguere, hinc fere adoriendo.

Εἰ κρεῖσσον ἦν τὸ ὑπὸ Γένεσιν εἶναι τοὺς ἀνθρώπους, ὦ σχέτλιοι, τοῦ μὴ εἶναι, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ αὐτόθεν, ἀφ' οὗπερ ἔφυ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, γένεσις ἦν; εἰ δὲ ἦν, τίς ἡ χρεία τῶν ὑπόγυον καταστερισθέντων, Λέοντος, Καρκίνου, Διδύμων, Παρθένου, Ταύρου, Ζυγοῦ, Σκορπίου, Κριοῦ, Τοξότου, Ἰχθύων, Αἰγόκερω, Ὑδροχόου, Περσέως, Κασσιοπείας, Κηφέως, Πηγάσου, Ὕδρου, Κόρακος Κρατῆρος, Λύρας, Δράκοντος, καὶ τῶν ἄλλων, ἐξ ὧν εἰσηγεῖσθε κατακοσμηθέντας τοὺς πολλοὺς κατειληφέναι τὴν μαθηματικὴν ταύτην· μᾶλλον δὲ καταθεματικὴν πρόγνωσιν; ἤτοι οὖν καὶ ἐπὶ D τῶν ἔμπροσθεν γένεσις ἦν, καὶ μάταιος ἡ τούτων σύστασις· ἢ οὐκ ἦν, καὶ εἰς τὴν κρείσσονα κατάστασιν καὶ διαγωγὴν ὁ Θεὸς τὸν βίον μετέστησε, τῶν ἔμπροσθεν χείρονα βιωσάντων χρόνον. ἀλλὰ κρείττους οἱ παλαιότεροι τῶν νῦν· ὅθεν καὶ χρυσοῦν ἐκλήθησαν γένος. οὐκ ἄρα ἡ γένεσις.

XV. Si melius erat, o miseri, nasci homines subditos Natali fatalitati, quam ab illa liberos; quidni ab ipso protinus initio, cum primum homines esse cœperunt, Natalis illa jam fatalitas fuit? Quod si jam erat, quid illis opus, quæ nunc recens inter astra relata; Leo, Cancer, Gemini, Virgo, Taurus, Libra, Scorpius, Aries, Sagittarius, Pisces, Capricornus, Aquarius, Perseus, Cassiopea, Cepheus, Pegasus, Hydra, Corvus, Crater, Lyra, Draco, & alia ejusmodi, quorum observationibus eruditos non paucos docetis mathematicam istam (immo potius catathematicam dirisque omnibus devovendam) prænotionem nactos esse? Aut igitur primorum etiam mortalium ævo Natalis jam erat fatalitas; proindeque inutilis fuit hæc Animalium in cælos evectio: aut sane non erat, resque Deus humanas meliori statu subinde mutavit, ac potiore gubernatione donavit, cum prisci ævi homines, miserabiliorem vitam duxissent. Atqui felicior illorum fuit, quam nostra nepotum conditio: unde & Aureum genus audierunt. Non ergo est Natalis fatalitas.

Εἰ ὁ ἥλιος [1] καθιππάζων τοὺς κύκλους, καὶ ἐπιπορευόμενος ἐτησίοις τὰ ζώδια περιόδοις, τὰς μεταβολὰς ἀποπλεῖ καὶ τὰς τροπὰς τῶν καιρῶν, οἱ πρὸ τοῦ καταστερισθῆναι τὰ ζώδια γεγονότες, καὶ κοσμηθῆναι τούτοις τὸν οὐρανὸν, πῶς διήρκεσαν, μηδέπω θέρους, μετοπώρου, χειμῶνος ἔαρος διακεκριμένων, δι' ὧν ἡ τοῦ σώματος αὔξεται καὶ συγ- E κρατεῖται φύσις; ἀλλ' ἐξήρκεσαν, καὶ πολυχρονιώτεροι γεγόνασι καὶ ῥωμαλεώτεροι παρὰ τοὺς νῦν, ὁμοίως καὶ τότε διαθέντος τοὺς καιροὺς τοῦ Θεοῦ. οὐκ ἄρα ἐκ τοιούτων ὁ οὐρανὸς πεποίκιλται σχημάτων.

Si sol perequitans circulos, & annuis Signa obiens periodis mutationes efficit, conversionesque statas temporum reducit: queinam ergo, qui antequam Signa in cælo collocarentur, iisque illud perornaretur, exstiterunt, vivere potuerunt; cum necdum Æstas, Autumnus, Hiems, Ver discreta essent, quorum temperatura corporis indoles augetur ac confirmatur? Atqui vixerunt, longævioresque ac robustiores durarunt, quam qui nunc vivimus: simili ratione tum quoque Deo tempora disponente. Non igitur cælum ejuscemodi figuris ac per eas occasiones, subinde interstinctum ac variatum fuit.

Εἰ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, τὰ εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γε-

Si sol & luna ac stellæ aliæ, astraque, [a] ad temporis distinguendos servandosque numeros, & ad cæli

[a] Gen. I. 17.

1. *Καθιππάζων τοὺς κύκλους*] *Perequitans, obiens zonas.* Insigni Possinus *μαθήσεως ἀκριβείᾳ*: *Si sol superequitans circulos*: quasi circuli & zonæ, illisque adscriptæ stellæ, soli subiint, hæcque sol in equorum morem inscendat, subindeque alia & alia mutet, uti fere cursores, per alias aliasque stationes. At quis solem planetam nesciat, stellifero orbi longe subjectum, quique adeo non sup[illegible]uitet, [illegible] magis subequitet circulos, percurr[illegible] sub eis gyrando, aliaque ex aliis signa [illegible]

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

γονότα, καὶ κόσμον οὐρανοῦ, καὶ τροπὰς καιρῶν, θεῖά ἐστι καὶ κρείττω τῶν ἀνθρώπων· ἀνάγκη καὶ κρείττονα βίον καὶ μακάριον αὐτὰ καὶ εἰρηνικὸν, καὶ πολλῷ τοῦ ἡμετέρου βίου διαλλάττοντα δικαιοσύνῃ καὶ ἀρετῇ διάγειν, κινούμενα κίνησιν ἄτακτον καὶ εὐδαίμονα· εἰ δὲ τῶν θνητῶν συμφορὰς καὶ κακοφροσύνας αὐτὰ τεκταίνεται, καὶ ἐνεργεῖ περὶ τὰς ἀσελγείας ἀσχολούμενα, καὶ τὰς μεταβολὰς καὶ τροπὰς τοῦ βίου, ἄρα ἀθλιώτερα τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν, εἰς τὴν γῆν βλέποντα, καὶ τὰς ἐπικήρυς καὶ ἀθέσμυς πράξεις, καὶ μηδὲν κρεῖττον τῶν ἀνθρώπων διάγοντα, εἴγε τῆς ἐκείνων ἀποῤῥοίας καὶ κινήσεως ὁ ἡμέτερος ἤρτηται βίος.

Εἰ πᾶσα πρᾶξις χωρὶς ἐπιθυμίας οὐ γίνεται, οὐδὲ μὴν ἐπιθυμία χωρὶς ἐνδείας· ἀνενδεὲς δὲ τὸ θεῖον· ἀνεννόητον ἄρα πονηρίας· καὶ εἰ ἡ τῶν ἄστρων φύσις ἐγγυτέρω τέτακται Θεοῦ, κρείττων οὖσα τῆς τῶν κρειττόνων ἀνθρώπων ἀρετῆς· ἀνεννόητα κακίας ἐστὶ καὶ ἀνενδεῆ τὰ ἄστρα.

Καὶ ἄλλως, πᾶς ἡμῖν ὁμολογήσει, τῶν πεπεισμένων τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας εἶναι θεῖα, καὶ μακρὰν ἀπῳκίσθαι κακίας, καὶ τῶν γηγενῶν πράξεων ἀνεπίδεκτα πάθους ἡδονῆς ὄντα καὶ λύπης· οὐ γὰρ προσεῖναι τοῖς οὐρανίοις τοιαύτας ὀρέξεις βδελυκτάς. εἰ δὲ τούτων ἐκτὸς καὶ ἀνενδεῆ πεφύκασι, πῶς τοῖς ἀνθρώποις, ἃ μὴ αὐτοὶ βούλονται, καὶ ὧν ἐκτός εἰσι, τεκταίνονται;

Οἱ δὲ ὁριζόμενοι τὸν ἄνθρωπον μὴ εἶναι αὐτεξούσιον, ἀλλ' ἀνάγκαις ἀφύκτοις εἱμαρμένης λέγοντες οἰακίζεσθαι καὶ ἀγράφοις προστάγμασιν, εἰς αὐτὸν ἀσεβοῦσι τὸν Θεὸν, παρεκτικὸν αὐτὸν τῶν ἀνθρωπίνων κακῶν καὶ ποιητὴν εἰσηγούμενοι. εἰ γὰρ τῶν ἀστέρων ἅπασαν κυκλικὴν κίνησιν ἐμμελῶς αὐτὸς ἀφράστῳ σοφίᾳ καὶ ἀνεννοήτῳ διέπει, κατευθύνων τὸν οἴακα τῆς οἰκουμένης· οἱ δὲ ἀστέρες τὰς ποιότητας τῆς κακίας καὶ τῆς ἀρετῆς ἐκτελοῦσι τῷ βίῳ, ἀνάγκης δεσμοῖς τοὺς ἀνθρώπους ἕλκοντες εἰς ταῦτα· αἴτιον τῶν κακῶν τὸν Θεὸν ἀποφαίνονται καὶ δότην. ἀλλ' ἀναίτιος πᾶσι πάσης βλάβης ὁ Θεός. οὐκ ἄρα γένεσις.

Πᾶς ὅστις κἂν βραχὺ συνετὸς, ὁμολογήσει τὸν Θεὸν, ἀγαθὸν, δίκαιον, σοφὸν, ἀληθῆ, ὠφέλιμον, ἀναίτιον κακῶν, ἀσύμπλοκον πάθους, καὶ πᾶν [1] εἴ τι τοιοῦτον. καὶ εἰ οἱ δίκαιοι κρείσσους εἰσὶ τῶν ἀδίκων, καὶ ἔστιν αὐτοῖς ἡ ἀδικία βδελυκτή· χαίρει δὲ ὁ Θεὸς τῇ δικαιοσύνῃ δίκαιος ὢν, στυγητὴ αὐτῷ ἡ ἀδικία, ἐναντίον οὖσα καὶ ἐχθρὸν τῇ δικαιοσύνῃ· οὐκ ἄρα ἀδικίας αἴτιος ὁ Θεός.

Εἰ τὸ ὠφελοῦν πάντως ἐστὶν ἀγαθόν· ὠφέλιμον δὲ σωφροσύνη καὶ οἴκῳ, καὶ βίῳ καὶ φίλοις· ἀγαθὸν ἄρα ἐστὶν ἡ σωφροσύνη. καὶ εἰ ἡ σωφροσύνη φύσει ἀγαθὸν, ἀκολασία δὲ ἐναντίον σωφροσύνῃ· τὸ δὲ ἐναντίον τῷ ἀγαθῷ κακόν· κακὸν ἄρα ἡ ἀκολασία. καὶ εἰ ἡ ἀκολασία φύσει κακὸν, κατὰ ἀκολασίαν δὲ μοιχεῖαι γίνονται καὶ κλοπαὶ καὶ ὀργαὶ καὶ φόνοι· φύσει ἄρα κακόν ἐστιν ὁ ἀκόλαστος βίος. τὸ δὲ θεῖον κακῶν ἀσύμπλοκον πέφυκεν. οὐκ ἄρα γένεσις.

Εἰ οἱ σώφρονες βελτίους εἰσὶ τῶν ἀκρατῶν, καὶ ἔστιν αὐτοῖς ἡ ἀκρασία βδελυκτή· χαίρει δὲ ὁ Θεὸς τῇ σωφροσύνῃ, παθῶν ἀνεννόητος ὤν· στυγητὴ ἄρα καὶ τῷ Θεῷ ἡ ἀκρασία. ὅτι δὲ ἡ κατὰ σωφροσύνην πρᾶξις ἀρετὴ οὖσα

ornatum vicesque tempestatum inducendas condita, divina sunt, & quam pro humana conditione præstantiora; necessario fit, præstantiorem hæc quoque vitam & beatam atque tranquillam, longeque justitiæ ac virtutis dotibus, nostra hac meliorem, degere: quæ composito felicique motu se moveant. Sin autem mortalibus cladium malorumque consiliorum auctores sunt, vacantque impudicitiis ac vitæ mutationibus tragicisque casibus ingerendis; plane miserabiliore hominibus sorte sunt, quæ in terram fatalesque ac nefarios actus attendant, nec quidquam melius nobis vitam regant; quandoquidem ab eorum defluxu ac motu nostra dependet vita.

XVI. Cum nullus absque prævio cupiditatis affectu actus fiat, neque vero cupiditas aliunde fit quam ab indigentia; Deus autem ipse nullius egeat, nec proinde ullius auctor aut machinator pravitatis exsistat: cumque rursus siderum natura divinæ affinis sit illique vicinior, (nempe præstantiorum hominum virtute præstantior) nec ipsa mala molientur aut aliquo indigebunt.

Præterea, nemo eorum quibus ratum est solem & lunam & stellas divinas res esse, eat profecto infitias, procul etiam a malitia hæc abhorrere, & a terrenorum actibus remota esse; in quæ nec voluptatis affectio, nec doloris cadat: nec enim cælestibus pudenda hæc desideria competunt & exsecrandæ appetitiones. Si autem extra ea sunt, nec ulla laborant egestate, quid caussæ est cur mortalibus eorum auctores sint, quæ nec illis arrideant & extra quæ posita nobiliore indole præstent?

Hi porro qui hominem arbitrii facultate non præditum esse statuunt, sed inevitabili Fati necessitate, jussisque non scriptis ferri agique humanam vitam sentiunt, in ipsum impii ac injurii sunt Deum, quem malorum humanorum auctorem & effectorem faciunt. Si enim siderum universum circularem motum, Deus ipse, qua nemo sapientia dicat aut vi mentis intelligat, modulate dispensat, universi clavum rectissime gubernans; astra vero vitii atque virtutis qualitates humanæ vitæ ingerunt, quæ videlicet necessitatis vinculis homines in ea trahant: utique malorum auctorem ac originem Deum adscribunt; omnium tamen judicio, nullius noxæ Deus auctor est. Explodatur ergo Fatalis necessitas.

Quisquis vel minima boni sensus particula aspersus est, fatebitur statim Numen divinum bonum esse, justum, sapiens, verax, rerum utilitatibus consulens, haudquaquam malorum auctorem, nullis implicatum vitiosis affectibus, ac si quid ejus generis est. Jam si & justi meliores injustis sunt, eisque exsecrationi injustitia habetur; Deusque, quippe qui justus sit, gaudet justitia; plane injustitiam exosam habet, quæ justitiæ adversetur, sitque illi inimica: non est igitur Deus auctor injustitiæ.

Si quod utilitatem præstat, utique bonum est: præstat autem Castitas & domui & mundo & amicis: bona utique est Castitas. Quod si natura bona est Castitas: Castitati vero luxuria contraria est; id autem est malum, quod bono contrarium est: sequitur malam esse luxuriam. Quod si luxuria natura mala est; per eam autem fiunt adulteria, furta, jurgia, cædes: natura ergo malum est vita luxuriosa & intemperans. Divinum autem Numen malis implicatum non est. Explodatur ergo Fatalis necessitas.

Si Casti meliores sunt luxuriosis, illisque abominabilis est luxuria; gaudetque Deus Castitate, in quem nulla cadat libidinosa ac vitio hærens cogitatio: exosa utique etiam Deo incontinentia est. Porro actionem quæ ex ratione Castitatis fit (quæ

1. Εἴ τι] Ita codex Mazar. & Allatius. Possinus vero ex ms. Vat. ἕ, τι.



κρείττων ἐστὶ τῆς κατὰ ἀκρασίαν, κακίας οὔσης, μαθεῖν ἐστιν ἀπὸ βασιλέων, ἀπὸ ἀρχόντων, ἀπὸ στρατηγῶν, ἀπὸ γυναικῶν, ἀπὸ τέκνων, ἀπὸ πολιτῶν, ἀπὸ δεσποτῶν, ἀπὸ οἰκετῶν, ἀπὸ παιδαγωγῶν, ἀπὸ διδασκάλων· ἕκαστος γὰρ τούτων καὶ ἑαυτῷ καὶ τῷ κοινῷ ὠφέλιμος γίνεται σωφρονῶν· ἀκολασταίνων δὲ, καὶ ἑαυτῷ καὶ τῷ κοινῷ βλαβερός. καὶ εἰ ἔστι διαφορά τις κιναίδων καὶ ἀνδρείων, ἀκολάστων καὶ σωφρόνων· καὶ ἔστι κρείσσων ἡ τῶν ἀνδρείων καὶ σωφρόνων, χείρων δὲ ἡ τῶν ἐναντίων· οἱ δὲ τῆς κρείσσονος, ἐγγύς εἰσι καὶ φίλοι Θεοῦ, καὶ. οἱ τῆς χείρονος, μακρὰν καὶ ἐχθροί· οἱ λέγοντες γένεσιν τὸ αὐτὸ τὴν ἀδικίαν εἶναι καὶ τὴν δικαιοσύνην, οὐ διορίζονται κιναιδίαν καὶ ἀνδρείαν, ἀκρασίαν καὶ σωφροσύνην, ὅπερ ἀδύνατον. εἰ γὰρ τῷ κακῷ τἀγαθὸν ἐναντίον, τὸ δὲ ἄδικον κακόν· τοῦτο δὲ ἐναντίον τῷ δικαίῳ· τὸ δὲ δίκαιον ἀγαθόν· τὸ δὲ ἀγαθὸν, ἐχθρὸν τοῦ κακοῦ· ἀνόμοιον δὲ τὸ κακὸν τῷ ἀγαθῷ· ἕτερον ἄρα τὸ δίκαιον τοῦ ἀδίκου. οὐκ ἄρα αἴτιος κακῶν ὁ Θεὸς, οὐδὲ χαίρει τοῖς κακοῖς. οὐ συνίστησιν αὐτοὺς ὁ Λόγος, ἀγαθὸς ὤν. εἰ εἰσὶ δὲ πονηροί τινες, κατὰ ἔνδειαν φρενῶν εἰσιν οὗτοι πονηροὶ, καὶ οὐ κατὰ γένεσιν.

[1] Σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπέρμορον ἄλγε᾽ ἔχοντες.

Εἰ δὲ ἀνελεῖν τινα, καὶ φόνῳ τὰς χεῖρας αἱμάξαι γένεσις ἐργάζεται· τοῦτο δὲ νόμος κωλύει, κολάζων τοὺς ἀλάστορας, καὶ δι᾽ ἀπειλῆς ἀπείργων τὰ τῆς γενέσεως δόγματα, οἷον τὸ ἀδικῆσαι, μοιχεύσασθαι, κλέψαι, φαρμακεῦσαι, ἐναντίον ἄρα ὁ νόμος γενέσει. ὅσα μὲν γὰρ γένεσις ὤθησε, ταῦτα νόμος κωλύει· ὅσα δὲ νόμος κωλύει, ταῦτα γένεσις ποιεῖν βιάζεται. πολέμιον ἄρα γενέσει νόμος· εἰ δὲ πολέμιον, οὐκ ἄρα κατὰ γένεσιν οἱ νομοθέται· τὰ γὰρ ἐναντία δογματίζοντες γενέσει, γένεσιν λύουσιν. ἤτοι οὖν γένεσίς ἐστι, καὶ οὐκ ἐχρῆν εἶναι νόμους· ἢ εἰσὶ νόμοι, καὶ οὐκ εἰσὶ κατὰ γένεσιν. ἀλλ᾽ ἀμήχανον χωρὶς γενέσεως φῦναί τινα, καὶ διαπράξασθαί τι. οὐδὲ γὰρ τὸν δάκτυλον ἐξεῖναι φασὶ χωρὶς εἱμαρμένης κινῆσαί τινι. κατὰ γένεσιν ἄρα καὶ Μίνως καὶ Δράκων καὶ Λυκοῦργος καὶ Σόλων καὶ Ζάλευκος νομοθέται φύντες, διετάξαντο τοὺς νόμους, ἀπαγορεύοντες μοιχείας, φόνους, βίας, ἁρπαγὰς, κλοπὰς, ὡς οὐκ ὄντων τούτων καὶ γινομένων κατὰ γένεσιν. εἰ δὲ κατὰ γένεσιν καὶ ταῦτα, οὐ κατὰ γένεσιν οἱ νόμοι. οὐ γὰρ ἂν αὐτὴ ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἀνῃρεῖτο γένεσις, αὐτὴ ἑαυτὴν ἀκυροῦσα, καὶ αὐτὴ ἑαυτῇ μαχομένη· καὶ ἐνταῦθα μὲν ἀπαγορευτικοὺς μοιχείας καὶ φόνων νόμους τιθεμένη, καὶ τιμωρουμένη καὶ ἐπεξερχομένη τοὺς κακούς. ἐνταῦθα δὲ φόνους καὶ μοιχείας ἐργαζομένη· ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον. οὐδὲν γὰρ ἀλλόκοτον αὐτὸ ἑαυτοῦ, καὶ αὐτὸ ἑαυτῷ ἀπεχθανόμενον, καὶ αὐτὸ ἑαυτὸ καταλῦον, καὶ ἀσύμφωνον αὐτὸ ἑαυτῷ. οὐκ ἄρα γένεσις.

Εἰ κατὰ γένεσιν πᾶν ὅ, τι ποτοῦν γίνεται, καὶ ἔστι δίχα γενέσεως οὐδὲν, ἀνάγκη καὶ τὸν νόμον γενέσει γεγονέναι. ἀλλὰ νόμος γένεσιν ἀναιρεῖ, διδακτὴν διδάσκων τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐξ ἐπιμελείας προσγινομένην· φευκτὴν δὲ τὴν κακίαν, καὶ ἐξ ἀπαιδευσίας φυομένην· οὐκ ἄρα γένεσις.

Εἰ τὸ ἀλλήλους ἀδικεῖν καὶ τὸ ὑπ᾽ ἀλλήλων ἀδικεῖσθαι γένεσις ποιεῖ, τίς χρεία νόμων; εἰ

1. Σφῆσ.] Ὀδυσ. α. 7.

certe virtus est) potiorem esse illa, quæ ex incontinentia est & ad vitium pertinet: intelligere licet ex regibus, ex politicis & militaribus magistratibus, ex mulieribus, ex liberis, ex civibus, ex heris, ex famulis, ex pædagogis, ex magistris: unusquisque enim horum tam sibi, quam publico utilis est, si castus sit: sin luxuriosus, tam sibi quam publico noxius. Et si est discrimen quoddam inter cinædos virosque fortes, interque impudicos & castos: estque melior fortium atque castorum natio; deterior vero eorum, qui adversantur: siquidem etiam qui partis melioris sunt, Deo vicini eique amici sunt; qui vero ad sequiorem pertinent, longe a Deo distant, & sunt inimici: qui dicunt Natali fatalitate perinde injustitiam atque justitiam afflari, non distinguunt cinædorum mollitiem a fortitudine, & luxuriam a Castitate: quæ ut in unum cogantur, fieri non potest. Si enim bonum malo contrarium est, injustum autem malum est: & hoc, justo contrarium: porro quod justum, idem bonum: bonum autem inimicum malo: dissimile vero malum bono: aliud omnino erit longeque diversum justum ab injusto. Non igitur auctor malorum Deus, nec malis delectatur. Neque Ratio illos commendat, quæ bona sit. Quod si quidam mali sunt, mentis inopia mali sunt, non Natali ulla fatalitate.

Nequitiis sibi damna suis mortemque creantes.

Si hominem interficere & cæde manus cruentare, Natalis fatalitas adigit; idem autem lex vetat, sicariis supplicia decernens, minisque gravibus deterrens ab iis quæ Natalis fatalitas injungit; puta ab injuria inferenda, ab adulterio, a furto, a veneficiis: contraria ergo Natalis fatalitas & lex. Quæcumque enim Natalis fatalitas statuit, lex prohibet: quæcumque vero lex prohibet, Natalis fatalitas facere adigit: adversaria ergo Natali fatalitati lex. Si autem illi adversaria, non igitur per Natalem fatalitatem legumlatores agunt: quippe qui contraria Natali fatalitati sanciendo, eamdem destruunt. Aut igitur Natalis admittitur fatalitas, nullaque legum erat necessitas: aut leges sunt, nec ex Natali illa fatalitate, & quasi illa auctore sunt. Atqui fieri non potest ut absque illa quis nascatur, aut aliquid operetur. Nam ne digitum quidem sine Fato posse aliquem movere ajunt. Ex Natali itaque fatalitate illaque auctore nati legumlatores, Minos, Draco, Lycurgus, Solon, Zaleucus, leges sanxerunt prohibentes adulteria, cædes, injurias, rapinas, furta; haud dubie arbitrati, neque esse, neque fieri talia per Natalem fatalitatem. Sin autem hæc quoque per Natalem fatalitatem, non sunt leges per Natalem fatalitatem: Neque enim ipsa se ipsam Natalis fatalitas destrueret, ipsa sibi auctoritatem detrahens, ac secum ipsa pugnans: hinc quidem leges statuens, adulteria cædesque prohibentes, & ulciscens malisque mulctans talium criminum reos: aliunde autem ad cædes atque adulteria homines adigens; quod fieri nullo modo potest. Nihil enim a se ipso alienum atque abhorrens, ipsumque sibi ipsi adversum ac se destruens, sibique dissentaneum. Nulla est igitur Natalis fatalitas.

Si per Natalem fatalitatem fit quidquid tandem est, nec sine illa quidquam prorsus exsistit; necesse est & legem illa auctore esse. Atqui lex eam tollit, quæ addisci virtutem ac suaderi posse doceat, diligentiaque ac attentione eam comparari; vitari quoque posse vitium, & ex indisciplinata mente proficisci: nulla ergo est Natalis fatalitas.

Si ut alii alios injuria afficiamus, ac vicissim afficiamur, præstat Natalis fatalitas, quid legibus opus?

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



δὲ ἵνα τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀμύνωνται, φροντίζοντος τοῦ Θεοῦ τῶν ἀδικουμένων· ἄμεινον ἦν κακοὺς μὴ ποιῆσαι καθ' εἱμαρμένην, ἢ μετὰ τὸ ποιῆσαι, νόμοις ἐπανορθοῦσθαι. ἀλλ' ἀγαθὸς ὁ Θεὸς καὶ σοφὸς, καὶ τὰ κρείσσω ποιῶν. οὐκ ἄρα γένεσις.

Ἤτοι ἀνατροφαὶ καὶ τὰ ἔθη τῶν ἁμαρτημάτων εἰσὶν αἴτια, ἢ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, καὶ αἱ διὰ σώματος ἐπιθυμίαι. ὁπότερον δ' ἂν τούτων ᾖ τὸ αἴτιον, οἷς ἂν ᾖ αἴτιον, Θεὸς ἀναίτιος.

Εἰ κρεῖσσόν ἐστι τὸ δίκαιον εἶναι τοῦ ἀδίκου, διὰ τί τοιοῦτος αὐτόθεν ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ τῆς γενέσεως οὐ γίνεται; εἰ δὲ ὕστερον, ὅπως ἀμείνων γενηθῇ, σωφρονίζεται μαθήμασι καὶ νόμοις· ὡς αὐτεξούσιος ἄρα σωφρονίζεται, καὶ οὐκ ἐκ φύσεως ὢν κακός.

Εἰ οἱ πονηροὶ, πονηροὶ κατὰ γένεσιν φύσει προνοίας ταγαῖς, οὐκ εἰσὶ μεμπτοὶ καὶ ἄξιοι τιμωρίας τῆς ἐκ τῶν νόμων, ζῶντες κατ' αὐτὴν τὴν οἰκείαν φύσιν· ἐπεὶ μὴ δεδύνηνται μεταβληθῆναι.

Καὶ ἄλλως· εἰ οἱ ἀγαθοὶ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ζῶντές εἰσιν ἐπαινετοὶ, τῆς γενέσεως οὔσης αἰτίας τοῦ εἶναι τοὺς ἀγαθούς· οὐδὲ οἱ πονηροὶ ἄρα, κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ζῶντες αἰτιατέοι παρὰ δικαίῳ κριτῇ. καὶ εἰ χρὴ διαῤῥήδην εἰπεῖν, ὁ κατὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ φύσιν ζῶν, οὐδὲν ἁμαρτάνει. οὐ γὰρ ἑαυτὸν ἐποίησε τοιοῦτον, ἀλλ' ἡ εἱμαρμένη· καὶ ζῇ κατὰ τὴν ταύτης κίνησιν, ἀγόμενος ἀφύκτοις ἀνάγκαις. οὐδεὶς οὖν κακός· ἀλλ' εἰσὶ κακοί· καὶ ἡ μὲν κακία ψεκτὴ καὶ ἐχθρὰ τῷ Θεῷ, ὡς συνέστησεν ὁ λόγος· ἡ δὲ ἀρετὴ προσφιλὴς καὶ ἐπαινετὴ, Θεοῦ διατάξαντος νόμον τιμωρὸν κακῶν· οὐκ ἄρα εἱμαρμένη.

Καὶ τί τοσοῦτον ἐπιδιατρίβουσα τοῖς ἐλέγχοις, εἰς μῆκος ἐξάγω τὸν λόγον, τὰ ἀναγκαιότερα πρὸς πειθὼ καὶ συγκατάθεσιν τοῦ συμφέροντος ἐκθεμένη; καὶ πρόδηλον πᾶσι, καὶ ἐξ ὀλίγων, τὴν διαφωνίαν τοῦ τεχνήματος αὐτῶν ἐξεργασαμένη, ὥστε διορᾷν ἐξεῖναι καὶ ἐπαισθάνεσθαι τὴν πλάνην ἤδη καὶ παιδίῳ, ὡς ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὸ διαπράξασθαι τὸ καλὸν ἢ τὸ κακὸν, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἄστρασι. δύο γὰρ κινήσεε ἐν ἡμῖν ἐστὸν, ἐπιθυμία [a] πεφυκότι σαρκὸς καὶ ψυχῆς, διαφέρετον ἀλλήλοιν, ὅθεν καὶ δύο λαβέτην ὀνόματι· ἡ μὲν γὰρ ἀρετῆς, ἡ δὲ κακίας. δεῖν δὲ τῇ καλλίστῃ καὶ χρηστῇ καὶ πείθεσθαι τῆς ἀρετῆς ἀγωγῇ, τὰ βέλτιστα πρὸ τῶν φαύλων αἱρουμένους. Ἀλλὰ περὶ τούτων ἅλις ἤδη, καὶ ἐφέξω τὸν λόγον. αἰδοῦμαι γὰρ μετὰ τοὺς τῆς Ἁγνείας λόγους, καὶ ἐγκαλύπτομαι, τὰς τῶν μετεωρολόγων ἢ ματαιοσκόπων ἀνθρώπων ἀναγκαζομένη δόξας ἐξηγήσασθαι, οἳ τὸν τῆς ζωῆς μετ' οἰήσεως ἀναλίσκουσι χρόνον, οὐδενὶ ἢ μυθικοῖς ἐνδιατρίβοντες πλάσμασι. ταῦτά σοι καὶ τῶν ἡμῶν, ὦ δέσποινα Ἀρετὴ, ἀπὸ θεοῤῥήτων συγκαθυφασμένα λόγων προσκομιζέσθω τὰ δῶρα.

ΕΥΒΟΥΛ. Ὡς λίαν ἀγωνιστικῶς ἡ Θέκλα καὶ ἐνδόξως, ὦ Γρηγόριον.

A Sin autem eo leges ſpectant ut delinquentibus pœna imponatur, Deo illis providente qui injuria læduntur: ſane præſtabat Fatali neceſſitate malos non fieri, quam ubi facti ſunt, legibus emendari. Atqui Deus bonus eſt & ſapiens, idque faciens quod præſtabilius ſit: nulla ergo eſt Natalis fatalitas.

Aut educationis genus contractique mores, ſeu imbuta indoles, cauſſæ ſunt peccatorum; aut animi perturbationes, & quæ per corpus deſideria exercentur, ſeu cupiditates. Quidquid autem horum cauſſa ſit, certe Deus auctor ac cauſſa minime ſit.

Si melius eſt juſtum eſſe quam injuſtum, quidni talis ab ipſo protinus ortu exque Geneſi homo creatur? Sin autem poſtea, ut ad meliorem evadat fru- B gem, diſciplinis cogitur atque legibus: plane ut arbitrii facultate præditus iis cogitur & caſtigatur, non velut qui malus a natura ſit.

Si mali, Natali fatalitate, ineluctabili providentiæ decreto mali naſcuntur, omni culpa vacant, nec digni ſunt qui legum pœnis coerceantur; quippe qui vivant ut illis a natura comparatum eſt; nam nec ſe ipſos mutare potuerunt.

Rurſus, ſi boni, eo quod juxta naturam ſuam vitæ rationes inſtituunt, laude digni ſunt, cum Natalis fatalitas illis auctor ſit ut boni ſint: plane ne mali quidem, qui ipſi quoque ſic vivant ut earum natura atque indoles poſcit, culpandi erunt a juſto judice. Etenim, ſi clare loquendum eſt, qui ita vi- C vit ut illi ex natura inditum eſt, nihil ipſe delinquit. Non enim ipſe ſe ipſum, ſed Fatum talem fecit: exque illius motus compulſione vivit, ineluctabili neceſſitate tractus. Nemo igitur eſt malus. Atqui mali ſunt. Et malitia quidem vituperium habet, ac Deo inimica eſt, ut ſuperius evici: virtus vero amabilis & laude digna, cum Deus legem ulciſcendis malis conſtituerit. Non igitur eſt Fatum.

XVII. At quid ego ſtringendis elenchorum machinis diutius immoror, cum ad ſuadendum ac præſtandum aſſenſum magis neceſſaria commodioraque ediderim; artiſque vaniſſimæ a ſe ipſa diſſenſionem, quamvis paucis ex capitibus nemini non manifeſtam D reddiderim: ut jam errorem iſtorum plane ſentire ac perſpicere vel pueri poſſint; intelligereque, in noſtra omnino ſitum libera facultate eſſe, non autem in ſtellis, bonum aut malum efficere? Duo quippe motus in nobis ſunt, uterque [a] Concupiſcentia vocati; altera carnis, altera ſpiritus: unde & nominibus diſcriminantur, virtutis atque vitii. Operæ pretium autem eſt, ut pulcherrimæ & aureæ obtemperemus virtutis inſtitutioni, optima pro malis, & quæ vitæ hæreant, eligendo. Sed de his jam fatis. Tenebo enim me ne plura dicam, verecundia quadam ducta, ne hactenus habitos de Virginitate ſermones, hac parum congruente nugarum commemoratione contaminem. Et certe pudet, quod hominum me- E teororum cæleſtiumque ſcientiam (ſeu magis inanem obſervationem) profitentium, opiniones referre neceſſe habuerim; qui videlicet ſolis fabulis atque figmentis dantes operam, inani faſtu ac jactantia, vitæ tempus inſumunt. Atque hæc tibi a nobis, o domina Arete, ex divinis contexta ſermonibus, en tibi ſiſtantur dona.

EUBUL. Quam pugnaciter, o Gregorium, quamque magnifice diſputavit Thecla?

[a] Gal. V. 17.

a Πεφυκότε] Sic aliquando ex conjectura corrigebamus πεφυκότι, ut genere congrueret cum duali præcedente ἐπιθυμία. Sed poſt, Mazarino codice & ipſo πεφυκότε præferente, animadvertimus ejuſmodi σολοικοφανῆ antiquis non diſplicere. Ita Photius primo bibliothecæ ſuæ codice ſcribit αὐξηθέντων παραδόσεων. Quem in locum Hœſchelius in Notis ſuis ſimilia probatorum Auctorum exempla colligit. Paullo poſt δεῖν poſitum pro δεῖ, ut ſæpe alias in hoc opere infinitivus pro præſenti. EDITOR LUPAR.

ΓΡΗΓΟΡ. Τί οὖν, ἢ αὐτῆς ἐκείνης ἀκηκόεις, ῥύδην καὶ εὐτρόχῳ τῇ γλώττῃ μετὰ πολλῆς χάριτος καὶ ἡδονῆς διαλεγομένης; ὥστε ἀγασθῆναί τινα προσέχοντα, καὶ τῆς μορφῆς ἐπανθούσης τοῖς λόγοις, ὡς ἐνδιαθέτως καὶ τῷ ὄντι φανταζομένως περὶ ὧν ἀφηγεῖτο διετέλει, ὑπερυθραινομένης αὐτῇ αἰδοῖ τῆς ὄψεως· ὅλη γὰρ εἶναι πέφυκε λευκὴ καὶ σῶμα καὶ ψυχήν.

ΕΥΒΟΥΛ. Ορθῶς, ὦ Γρηγόριον, ταῦτα φῄς, καὶ οὐδὲν αὐτῶν ψεῦδος. ἔγνων γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀνδραγαθημάτων μῆτιν αὐτῆς, καὶ λέγειν ὅσα καὶ οἷα κατώρθωσεν, ὑπερβαλλούσης ἀγάπης ἐπίδειξιν ποιουμένη Χριστῷ· καὶ ὡς διαπρεπὴς πολλάκις ἐφάνη τοῖς μεγάλοις καὶ πρώτοις ἄθλοις ὑπαντῶσα, τῶν μαρτύρων ἴσην τῇ προθυμίᾳ τὴν σπουδὴν κεκτημένη, καὶ τῇ ἀκμῇ τῶν βουλευμάτων τὴν ῥώμην τοῦ σώματος.

ΓΡΗΓΟΡ. Αληθέστατα καὶ σὺ φῄς· ἀλλὰ μὴ διατρίβωμεν. τούτων γὰρ πέρι καὶ τῶν αὖθις ἔσται πολλάκις ἡμᾶς διαλέξασθαι· νῦν δὲ πρῶτον καὶ τῶν ἑξῆς Παρθένων ἐξαγγεῖλαί με δεῖ σοι τοὺς λόγους, καθὼς ὑπέστην. μᾶλλον δὲ Τυσιανῆς καὶ Δομνίνης· αὗται γὰρ ἔτι περιλείπονται. ὡς οὖν ἀπεπαύσατο καὶ ἡ Θέκλα τοσαῦτα εἰποῦσα, ἔφη προστάξαι τὴν Αρετὴν ἡ Θεοπάτρα τῇ Τυσιανῇ λέγειν. τὴν δὲ μειδιάσασαν, ἔμπροσθεν αὐτῆς παρελθεῖν, καὶ φάναι.

Λόγος Θ'.

Τ Υ Σ Ι Α Ν Η.

Ω Αρετὴ, Παρθενίας ἐρασταῖς ἐπέραστον [1] καύχημα, κἀγὼ συναντιληψομένην μοι παραστῆναί σε παρακαλῶ, μήπως ἀπορήσω λόγων, ἅτε πολλῶν ἤδη καὶ παντοδαπῶν εἰρημένων. διὸ καὶ παραιτοῦμαι τὰ προοιμιώδη ταῦτα καὶ προκατασκευαστικὰ τὸν λόγων, ἵνα μὴ χρονίζουσα προσήκοντα τούτοις ἐφαρμόττειν, αὐτῶν ἐκπέσω τῶν προκειμένων· οὕτως ἔνδοξόν ἐστιν ἡ Παρθενία καὶ τίμιον καὶ μεγαλοπρεπές.

Ο Θεὸς τὴν ἑορτὴν τῆς Σκηνοπηγίας διδάσκων τῆς ἀληθινῆς, τοὺς ἀληθινοὺς Ισραηλίτας, πῶς ἑορτάζειν δεῖ καὶ τιμᾶν, ἐν τῷ Λευϊτικῷ παρίστησι, μᾶλλον τῶν ἄλλων Αγνείᾳ φάσκων δεῖν τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν ἕκαστον κοσμεῖν. παραθήσομαι δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς γραφῆς, ἀφ' ὧν ἀναμφισβητήτως δειχθήσεται πᾶσιν, ὅσον καὶ Θεῷ πρόσφορόν ἐστι καὶ προσφιλὲς, τὸ κατόρθωμα τοῦτο τῆς Αγνείας. Καὶ τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τοῦ ἑβδόμου, ὅταν συντελέσητε τὰ γεννήματα τῆς γῆς, ἑορτάσετε Κυρίῳ ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ὀγδόῃ ἀνάπαυσις ἔσται. καὶ λήψεσθε τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καρπὸν ξύλου ὡραῖον, καὶ κάλλυνθρα φοινίκων καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς καὶ ἰτέας καὶ ἄγνου κλάδους ἐκ χειμάῤῥου, εὐφρανθῆναι ἔναντι Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἑπτὰ ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ· νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἑβδόμῳ ἑορτάσετε αὐτήν. ἐν σκηναῖς κατοικήσετε ἑπτὰ ἡμέρας. πᾶς αὐτόχθων ἐν Ισραὴλ κατοικήσουσιν ἐν σκηναῖς, ὅπως ἴδωσιν αἱ γενεαὶ ὑμῶν, ὅτι ἐν σκηναῖς κατῴκισα τοὺς υἱοὺς Ισραὴλ, ἐν ἐξαγαγεῖν με ὑμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν.

A GREG. Quid si eam ipsam copiosa versatilique eloquentia, cum summa gratia & voluptate conjuncta, edisserentem audiisses? ut admirationi attendentibus esset, splendor omni ornatu efflorescentis dictionis; ita ex animo ac mentis penu, verisque imaginibus sermonem exsequebatur, de quibus narrationem instituerat, cum interim illius quoque facies ob verecundiam rubore suffunderetur: tota namque & corpore & animo candore collucebat.

EUBUL. Recte hæc effaris, Gregorium, neque heic mendacii prehendi poteris. Novi enim & ex ceteris heroicis actis illius sapientiam, & quæ qualiaque illam perorare contigerit, excellentis semper in Christum caritatis documenta luculentissima edenti: B utque decus una multiplicis martyrii sæpius iteratis ingentium certaminum claris victoriis gloriose tulerit, in quibus & magnanimitas aggrediendi & ardor rem gerendi, paria fuerunt, magnitudinique consiliorum & mentis, ex æquo semper respondit firmitas roburque corporis.

GREG. Verissima & tu narras: sed ne his immoremur. Nam de talibus & alias sæpe, cum licebit, agere inter nos poterimus. Nunc ante omnia reddere me tibi decet, quos promisi reliquarum quoque Virginum sermones; nimirum Tysianæ Domninæque: hæ siquidem restant solæ. Ut igitur finem dicendi Thecla fecit, iis tam multis quæ recensui peroratis, referebat Theopatra imperasse Areten Tysianæ, C ut locum orandi caperet: hanc vero levius subridentem ante ipsam progressam, in hæc verba dixisse.

ORATIO IX.

T Y S I A N A.

I. O Arete, amabilissima Virginitatis amatoribus gloriatio, ego quoque auxilium tuum in rem quam jubes, imploro: ne mihi quod dicam desit, exhausto tot tamque copiosis aliarum orationibus subjectæ laudationis argumento. Quare in procemiis sermonisque insinuationibus tempus equidem operamque non perdam: D ne dum exornandis quæ illis congruant moram traxero, quod præcipuum est elabatur, accessoria supervacanee captanti: adeo nimirum gloriosa, præclaraque ac magnifica res est Virginitas.


Deus, cum celebrandæ vere festivitatis Tabernaculorum veris Israelitis legitimum ritum in Levitico præscriberet, præ reliquis exornandum cuique Tabernaculum suum Castitate sancit. Apponam ipsa Scripturæ verba, ex quibus sine ulla dubitatione demonstrabitur, quam Deo conveniens illique acceptum sit hoc Virginitatis munus. [a] *Quintodecimo die mensis septimi, quando consummaveritis genimina terræ, festum celebrabitis Domino septem diebus: & die octavo erit requies. Et sumetis die primo* E *fructum ligni speciosum, & spatulas palmarum, & ramos ligni densos, & salices, & ramos agni de torrente, ad lætandum coram Domino Deo vestro septem diebus anni: legitimum sempiternum in progenies vestras. Mense septimo celebrabitis solemnitatem istam. Septem diebus in tabernaculis habitabitis. Omnis indigena in Israel habitabit in tabernaculis: ut sciant progenies vestræ, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester.*

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

a Levit. xxiii. 39-43.

1. Καύχημα] Sic Allatius. Vat. codex & Possinius, [illegible].

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



[1] Πάντως ὑπολήψονται οἱ Ἰȣδαῖοι (ψιλῷ τῆς γραφῆς τῷ γράμματι περιπετόμενοι, ὥσπερ ϰ̀ τὰ καλȣ́μενα φύκια, τῶν λαχάνων τοῖς φύλλοις, ἀλλὰ μὴ τοῖς ἄνθεσι ϰ̀ καρποῖς, ὡς ἡ μέλισσα) τȣ́τȣς τοὺς λόγους καὶ τὰς νομοθεσίας περὶ σκηνῆς τοιαύτης, οἵας οὗτοι πηκταίνονται, λελέχθαι, ὡς τȣ̃ Θεοῦ χαίροντος ταῖς ἐξιτήλοις κατακοσμήσεσιν, ἃς αὐτοὶ κατακοσμοῦντες συσκιάζουσιν ἐκ τῶν ἀκροδρύων, ȣ̓ συνησθημένοι τῶν μελλόντων ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον· ὡς αὖρα ταῦτα καὶ σκιαὶ φασματώδεις, * προεξαγγέλλȣσαι τὴν ἀνάστασιν καὶ πῆξιν τȣ̃ πεπτωκότος εἰς γῆν ἡμῶν σκηνώματος· ὃ τῇ ἑβδόμῃ χιλιονταετηρίδι πάλιν ἀθάνατον ἀπειληφότες, ἑορτάσομεν τὴν μεγάλην ἑορτὴν τῆς ἀληθινῆς Σκηνοπηγίας ἐν τῇ καινῇ [2] καὶ ἀλύτῳ κτίσει, συντελεσθέντων τῶν τῆς γῆς καρπῶν, B καὶ τῶν ἀνθρώπων μηκέτι γεννώντων καὶ γεννωμένων· ἀλλὰ καταπαύσαντος ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς κοσμοποιΐας τȣ̃ Θεοῦ.

Επειδὴ γὰρ ἐν ἓξ ἡμέραις ὁ Θεὸς κατεσκεύασε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ συνετέλεσε πάντα τὸν κόσμον, καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίησε, καὶ εὐλόγησε τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν· ἐντεῦθεν συμβολικῶς τῷ μηνὶ ἑβδόμῳ, ὁπόταν ἤδη συντελεσθῶσιν οἱ καρποὶ τῆς γῆς, ἑορτάζειν προσταττόμεθα τῷ Κυρίῳ· ὃ δή ἐστιν, ὁπόταν ὁ κόσμος οὗτος συντελεσθῇ τῇ ἑβδόμῃ χιλιονταετηρίδι, ὅτι ὡς ἀληθῶς ὁ Θεὸς συντελέσας τὴν οἰκουμένην, ἐφ' ἡμῖν εὐφρανθήσεται. νῦν γὰρ ἀκμὴν ἔτι τὰ πάντα δη- C μιουργεῖται τῇ διαρκεῖ βουλήσει αὐτοῦ καὶ ἀνεννοήτῳ δυνάμει, ἀναδιδούσης ἔτι τῆς γῆς τοὺς καρποὺς, καὶ τῶν ὑδάτων συναγομένων εἰς τὰς συναγωγάς· καὶ τοῦ φωτὸς ἔτι διαχωριζομένου, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀνθρώπων ἔτι δημιουργουμένου· καὶ τοῦ ἡλίου εἰς ἀρχὰς ἀνατέλλοντος τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς σελήνης εἰς ἀρχὰς ἔτι τῆς νυκτός· καὶ τῶν τετραπόδων καὶ θηρίων καὶ ἑρπετῶν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδομένων, καὶ πτηνῶν καὶ νηκτῶν ἐκ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας. τότε δὴ ὁπόταν συντελεσθῶσιν οἱ καιροὶ, καὶ παύσεται ὁ Θεὸς ἐργαζόμενος ταύτην τὴν κτίσιν, τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ, τῇ μεγάλῃ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ, ἑορτὴ συγκροτεῖται τῷ Κυρίῳ τῆς Σκηνοπηγίας ἡμῶν, ἧς εἰσιν ἐν τῷ Λευϊτικῷ τὰ λεγόμενα D σύμβολα ϰ̀ τύποι· ἃ ἐξιχνεύοντας, χρὴ νοεῖν τὴν ἀλήθειαν γυμνήν· Τῶν δὲ γὰρ ἀκούσας, φησὶ, σοφὸς, σοφώτερος ἔσται· νοήσει τε παραβολὴν καὶ σκοτεινὸν λόγον· ῥήσεις τε σοφῶν καὶ αἰνίγματα.

Οθεν αἰσχυνέσθωσαν οἱ Ἰȣδαῖοι, τὰ βάθη τῶν γραφῶν μὴ συνησθημένοι, ϰ̀ πάντα σωματικὰ τὸν νόμον ἡγούμενοι ϰ̀ τȣ̀ς προφήτας εἰρηκέναι· ἅτε τῶν

Heic prorsus Judæi (circa nudam Scripturæ litteram volitantes, velut fuci circa olerum folia, non ut apis circa flores & fructus operi sedula) existimabunt, verba hæc hasque præscriptiones ad ejus generis tabernaculum spectare, quale ipsi construunt: quasi Deus exilibus istis frondium ramorumque ornamentis qualia illi ex arboribus concinnant, delectetur, non intelligentes futurorum bonorum divitias: & ista nihil esse nisi levem auram umbrasque imaginarias prænuntiantes resurrectionem, erectionemque stabilem lapsi prius in terram nostri tabernaculi: quod septimo demum millenario annorum rursus immortale resumentes, magnam veræ Scenopegiæ solemnitatem, in nova ac insolubili creatione, consummatis collectisque terræ fructibus, celebrabimus; nemine hominum amplius aut gignente aut qui gignatur, sed Deo jam plene feriante a mundi fabricæ opere.

Quoniam enim Deus sex diebus cælum & terram fabricatus est, ac mundum universum absolvit, [a] requievitque die septimo ab operibus suis quæ fecerat, & benedixit die septimo, & sanctificavit eum: inde symbolice mense septimo, quando jam consummati collectique sunt fructus terræ, ferias agere jubemur Domino; hoc est cum mundus iste septimo annorum millenario consummatus fuerit: quando Deus absoluto vere mundi opere, [b] in nobis lætabitur. Nunc enim adhuc omnia præpotente nutu illius procreantur, omnemque mentis cogitatum superante potentia in lucem eduntur, terra huc usque fructus producente aquisque intra sua conceptacula & paratos alveolos se recipientibus: lucis quoque divisione a tenebris hactenus durante: numeroque statuto hominum nondum expleto, sed aliis aliisque quotidie ad summam absolvendam subnascentibus: sole quoque diei ortui, & luna noctis præsidentibus: e terra item prodeuntibus quadrupedibus bestiisque & reptilibus, volucribusque & natatilibus ex humida substantia. Tunc vero cum consummata fuerint statuta tempora, ac creationis opus hoc adornare Deus cessaverit, septimo mense, magna resurrectionis die, festum Domino celebrandum indicitur nostræ Scenopegiæ, cujus symbola ac figuræ, dicta hæc in Levitico: quæ sedulo investigantes, nudam ipsam veritatem consideremus, operæ pretium est. [c] *Hæc*, enim inquit, *sapiens audiens, sapientior erit, intelligetque parabolam & obscurum sermonem: dicta quoque sapientum & ænigmata.*


Quare pudeat Judæos, quod profundos Scripturarum sensus non penetrant, existimantes nihil nisi corporalia Legis ac Prophetarum oraculis contine-

a Gen. II. 1. *b* Psal. CXIII. 13. *c* Prov. I. 5. 6.

1. Πάντως ὑπολήψονται] Meo periculo mutavi, quod ediderunt ac reddiderunt ambo interpretes, πάντες. Nec enim sic inscitus Methodius, ut omnium id Judæorum velit, non omnino Judæorum, quibus necdum affulsit lumen E Christi. Unaque hæc illi apta expressio: τὰ καλȣ́μενα φύκια: *Fuci, quos vocant:* notum insecti genus, ipsum iners, & apis laboribus infestum. Allatius, τὰ καλȣ́μενα ψυχία: redditque, *quæ psychia nuncupamus*; in quo non satis laudo viri religionem. Nullius heic sensus ea vox, nec nisi pueri exscribentis, seu etiam antiquarii σφάλμα. ψυχεῖα, seu etiam ψυχία & ψυγεῖα, alio spectant, nec sunt animalium, sed loci, vel etiam fomenti nomina.

2. Καὶ ἀλύτῳ κτίσει] Et heic meo periculo, ἀλύτῳ muto, pro ἀλύπῳ. De tabernaculi enim instauratione sermo est, & nova creatione ad quam τὸ ἄλυτον, sive ἀκατάλυτον per se spectat, oppositum τῷ καταπεπτωκότι: insolubile & immortale, mortali & ei quod decidit, Amos IX. 11. Act. XV. 16. non ita τὸ ἄλυπον, sed quasi ex consequenti: & ut Apostolus loquitur Hebr. VII. 16. κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτȣ. *Secundum virtutem vitæ insolubilis, ac sicut dies æternitatis*; καθὼς αἱ ἡμέραι τȣ̃ αἰῶνος. Amos citatus. Sic ipse postmodum Methodius recepturos nos dicit, αἰωνίȣς σκηνὰς ȣ̓κέτι θνηξομένας ἢ λυθησομένας εἰς γῆν χώματος: quæ est ejus heic ἄλυτος creatio; ipsa ἄλυπος, in his dumtaxat, quorum erunt ornata tabernacula, & qui digni erunt cum Christo feriari, præeunte judicio: aliis plena tormento. De septimo millenario, quo suscitanda nostra tabernacula ac futuram resurrectionem auguratur Methodius ex mysterio & requie diei septimæ, humana conjectura est, cui ipse Dominus occurrit, dum tempus illud ignotum esse decrevit, ejusque noscendi desiderium in Apostolis repressit. Certe quod illos Deus celavit, humana temere disquirit sedulitas. Fore dies illos non cum observatione, ipse Dominus præmonuit; sed tunc cum nihil mundus de illis cogitabit, sed totus terrenis addictus erit, uti se res in diluvio habuit. Nostrum est, ut ejus adventus exspectatione semper suspensi simus, quod etsi forte mundi consummatio nos non apprehendet; at apprehendet proxima mors, qua demum subruta nostra tabernacula, id nanciscentur, ut vel ad vitam ἄλυπον, vel ad mortem æternosque cruciatus sint reparanda, quo tempore Deus præfinivit, ac ubi jam electorum mundus absolutus erit.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
290.



κοσμικῶν ἐφιέμενοι, καὶ τὸν ἔξωθεν πλοῦτον τοῦ περὶ ψυχὴν προκρίναντες. διαιρουμένων γὰρ τῶν γραφῶν εἰς τὸν περὶ τῶν παρῳχηκότων καὶ μελλόντων τύπον, ἀποπηδήσαντες οἱ σχέτλιοι, τῶν μελλόντων ὡς παρῳχηκότων ἤδη πλάσι τοὺς τύπους· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ προβάτου σφαγῆς, ἀνάμνησιν τῆς κατ' Αἴγυπτον τῶν πατέρων αὐτῶν γεγενημένης σωτηρίας ἡγούμενοι μόνην εἶναι τὸ μυστήριον τοῦ προβάτου· ὁπότε παταστομένων τῶν πρωτοτόκων τῆς Αἰγύπτου, αὐτοὶ διεσώθησαν, τὰς φλιὰς τῶν σφετέρων οἴκων φοινίξαντες τῷ αἵματι· οὐκ ἔτι δὲ καὶ τῆς σφαγῆς τύπον ἡγήσαντο τοῦτο προδηλωτικὸν γεγονέναι Χριστοῦ, οὗ αἱ κατησφαλισμέναι τῷ αἵματι καὶ σφραγισθεῖσαι ψυχαί, τῆς οἰκουμένης ἐκπυρουμένης, καὶ τῶν πρωτοτόκων ὀλοθρευομένων, [1] τέκνων τοῦ σατανᾶ, περισωθήσονται τῆς ὀργῆς, τῶν τιμωρητικῶν ἀγγέλων ἐντραπησομένων τὴν ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐπ' αὐτοῖς ἐκτετυπωμένην σφραγῖδα.

ri; quippe terrenis ipsi rebus inhiantes, potioreque loco mundi divitias, quam animi thesaurum censumque habentes. Cum enim divinæ Scripturæ, hoc divisæ sint, ut aliæ præteritarum rerum, aliæ earum quæ sunt futuræ typum exhibeant; miseri illi resilientes, futurorum figuras agunt, ac si jam transiissent. Velut etiam in Agni immolatione, cujus mysterium in sola recordatione liberationis patrum ex Ægypto sentiunt, tunc facta, quando percussis primogenitis Ægypti, servati sunt ipsi, superliminaribus domorum suarum sanguine rubricatis. Nec intelligunt eo etiam præsignari necem Christi, cujus sanguine communitæ animæ ac consignatæ, in orbis conflagratione, ac primogenitis, filiis satanæ internecione deletis, ab ira servabuntnr, Angelis ultoribus reverentibus divini sanguinis impressum illis sigillum.

Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐπὶ παραδείγματος εἰρήσθω, δεικνυούσης, ὅτι τὰ παρόντα τύπους ἡγούμενοι τῶν ἤδη γεγονότων οἱ Ἰουδαῖοι, τῆς ἐλπίδος τῶν μελλόντων [2] ἐξώκειλαν ἀγαθῶν, μηδὲ τοὺς τύπους τῶν εἰκόνων βουληθέντες εἶναι προκαταγγελτικούς, μηδὲ τὰς εἰκόνας τῆς ἀληθείας. ὁ μὲν γὰρ νόμος τῆς εἰκόνος ἐστὶ τύπος καὶ σκιά, τουτέστι τοῦ εὐαγγελίου· ἡ δὲ εἰκών, τὸ εὐαγγέλιον, αὐτῆς τῆς ἀληθείας. οἱ γὰρ παλαιότεροι καὶ ὁ νόμος, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας προεξήγγειλαν ἡμῖν προφητεύοντες χαρακτῆρας· ἡ δὲ Ἐκκλησία, τοὺς τῶν καινῶν αἰώνων. ὅθεν ἡμεῖς, οἱ τὸν εἰπόντα Χριστόν, Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια, δεξάμενοι, τὰς μὲν σκιὰς καὶ τοὺς τύπους ἴσμεν πεπαυμένους· ἐπὶ δὲ τὴν ἀλήθειαν σπεύδομεν, τὰς ἐναργεῖς αὐτῆς εἰκόνας προκαταγγέλλοντες. ἐκ μέρους γὰρ ἔτι καὶ ὡς δι' ἐσόπτρου γινώσκομεν, ἐπεὶ μηδέπω τὸ τέλειον ἥκεν, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν καὶ ἡ ἀνάστασις, εἰς ἡμᾶς, ὅτε καταργηθήσεται τὸ ἐκ μέρους. τότε γὰρ αἱ σκηναὶ πήγνυνται πάντων ἡμῶν, ὁπότε τῶν ὀστῶν συγκολλωμένων καὶ συμπηγνυμένων ταῖς σαρξίν, ἀνίσταται σῶμα. τότε τὴν ἡμέραν τῆς χαρᾶς ἑορτάζομεν Κυρίῳ εἰλικρινῶς, ὁπότε τὰς σκηνὰς αἰωνίους ἀποληψόμεθα, οὐκέτι θνηξομένας ἢ λυθησομένας εἰς γῆν χώματος. * ἦν γὰρ ἡμῶν καὶ πρόσθεν [3] ἄπτωτος ἡ σκηνή· ἀλλὰ διὰ τὴν παράβασιν ἐσαλεύθη καὶ ἐκλίθη, τοῦ Θεοῦ τὸ ἁμάρτημα λύσαντος θανάτῳ, ἵνα μὴ ἀθανάτως ἁμαρτωλὸς ὁ ἄνθρωπος ὤν, ζώσης ἐν αὐτῷ τῆς ἁμαρτίας, αἰωνίως κατάκριτος γενηθῇ. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τέθνηκεν οὐ γενόμενος θνητὸς ἢ φθαρτός, καὶ διεκρίθη τῆς σαρκὸς ἡ ψυχή, ἵνα νεκρωθῇ διὰ τοῦ θανάτου τὸ παράπτωμα, μηκέτι δυνάμενον ζῆν ἐν τῷ τεθνηκότι. ὅθεν ἀποθανόντος τοῦ παραπτώματος καὶ διε-

II. Et hæc exempli caussa dicta, ad demonstrandum, Judæos hinc nimirum spe excidisse futurorum bonorum, quod ea quæ tractant, figuras solummodo rerum jam gestarum esse existimant; dum nec figuras, imaginum; nec imagines, veritatis prænuntias esse agnoscunt [a]. Nam Lex quidem, imaginis figura est & umbra; nempe Evangelii: Veritatis autem imago, nempe Evangelium. Prisci enim illi homines atque Lex, Ecclesiæ nobis characteres prænuntiavere: Ecclesia vero ipsas repræsentat novorum sæculorum formas. Unde & nos, qui Christum suscepimus, dicentem, [b] *Ego sum veritas*; umbras quidem & figuras scimus desiisse: ad veritatem autem festinamus, illustres ipsius imagines prænuntiantes. [c] *Ex parte* enim adhuc, *& veluti per speculum cognoscimus*; quod necdum venerit quod perfectum est (nimirum cælorum regnum & resurrectio) *quando evacuabitur quod ex parte est*. Tunc enim firma basi erigenda omnium nostrum tabernacula, quando iterum adglutinatis & compactis cum carne ossibus resurget corpus. Tunc festam gaudii lucem sincere Domino celebrabimus, cum æterna tabernacula receperimus, non amplius moritura aut dissolvenda [d] in pulverem tumuli. Erat enim nostrum immobili prius statu fixum tabernaculum: sed per transgressionem motum, & in terram inclinatum est; Deo per mortem peccatum dissolvente, ne immortalis homo peccator vivens, vivente in eo peccato, in sempiternum maledicto obnoxius foret. Propterea etiam mortem obiit, cum morti obnoxius creatus non fuisset aut corruptioni: sejunctaque est a carne anima, ut interiret per mortem peccatum, non valens amplius in demortuo vi-

a Hebr. x. 1. *b* Joan. xiv. 16. *c* 1. Cor. xiii. 12. *d* Dan. xii. 2.

1. Τέκνων τοῦ σατανᾶ] Ita recte Allatius; nec quod aliter suadeat quidquam est. Filii satanæ, omnes reprobi, imitatione; ipsi Ægypti ac mundi primogeniti, extra sortem filiorum Dei ejusque populi; per Dei iram, non satanæ, exterminandi; quidquid absurde Possinius junxerit, τοῦ σατανᾶ περισωθήσονται τῆς ὀργῆς, *servabuntur ab ira satanæ*. Nam rogo, quis eum docuit, aut etiam Methodium, exterminatorem Angelum satanam fuisse, vel ejus ministrum? Potuit Deus & per eos ulcisci Ægyptum: at Scriptura non loquitur Deum fecisse, nec ad Methodium attinebat istiusmodi insinuare, vel alterius quam Dei, iræ meminisse: qua ipsa reprobi æternis pœnis in judicio addicentur, evacuato jam omni Principatu & Potestate, singuli pro reatus merito illi pœnas dantes.

2. Ἐξώκειλαν] Vocis hujus heic clara acceptio, quam supra vindicamus, ut sit *excidere*, frustrata scilicet spe, metaphora illorum, qui se portum assecutos putantes, illo impingunt ac pereunt, seu naufragium faciunt.

3. Ἦν ἄπτωτος ἡ σκηνή] Refert Leo Allatius Michaelis Glycæ Epistolam, qua ait probare multis Sanctorum dictis, fuisse hominem animo & corpore creatum immortalem, quibus ipse Methodium adjungit, id clare hoc loco asserentem. Et certe id docere Methodium negari non potest: at qua immortalitate, nec ipse satis explicat, nec alii Patres. Sane si ἄπτωτος ἡ σκηνή, unde quod corruit? nisi quod subjecta Adami arbitrio ejus immortalitas, quam servaret si vellet; ut & fecit. Non erat ergo immortalitas quasi positiva, & ex principiis intrinsecis, qualis erit a resurrectione, per quam αἰωνίους σκηνὰς recipiemus, *corpora in sempiternum conjuncta*, nec umquam intermoritura, sed quasi parata extrinsece Deique munere, qui hominem creaverat ut immortalis esset; & qui ipse *mortem non fecit*, ut dicitur *Sapient.* 1. 13. Congruentia Methodii inductæ mortis, ut ea peccatum moreretur, in vi congruentiæ valet, non rationis quæ cogat: cum præcipue reatus culpæ, non in corpore sit, sed in animo qui immortalis est; & quem ipsum aboleri necesse esset, ut quasi abolito subjecto, aboleri peccatum censeretur ac deficere. Alia ergo quærenda peccati destructio, animi in Deum conversione & infusione gratiæ, extra quam nulla corporis mors peccatum abolet.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

φθαρμένου, πάλιν ἀθάνατος ἀνίσταμαι, καὶ ὑμνῶ τὸν Θεὸν, τὸν διὰ θανάτου τὰ τέκνα ἐκ θανάτου σώζοντα· καὶ ἑορτάζω νομίμως αὐτῷ, κοσμήσασα τὴν σκηνήν μου τὴν σάρκα τοῖς καλοῖς, ὥσπερ κἀκεῖ [1] ταῖς πενταφώτοις αἱ Παρθένοι λαμπάσιν.

vere. Unde mortuo peccato & corrupto, rursus immortalis resurgo, Deumque laudo, qui per mortem filios a morte liberet: inque ejus honorem legitime diem festum celebro, ornans tabernaculum meum (carnem scilicet) operibus bonis, ut & illic Virgines, quinque lucernarum accensis lampadibus.

Ἐξεταζομένη τῇ πρώτῃ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ, εἰ φέρω τὰ προστεταγμένα· εἰ κεκόσμημαι τοῖς τῆς ἀρετῆς καρποῖς· εἰ τοῖς κλάδοις τῆς Ἁγνείας κατασκιάζομαι. νόει γάρ μοι τὴν ἀνάστασιν εἶναι τὴν Σκηνοπηγίαν. νόει μοι καὶ τὰ εἰς τὴν σύνθεσιν παραλαμβανόμενα τῆς σκηνῆς, τὰς πράξεις εἶναι τῆς δικαιοσύνης. λαμβάνω οὖν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ τὰ ὑποτεταγμένα· οἱονεὶ τῇ ἡμέρᾳ ᾗ κρίνομαι, εἰ τὴν σκηνὴν ἐκόσμησά μου τοῖς προστεταγμένοις· εἰ εὑρίσκονται ταῦτα ἐν αὐτῇ, ἅπερ ἐνταῦθα μὲν ἐν τῷ κόσμῳ κτήσασθαι προστασσόμεθα· ἐκεῖ δὲ προσφέρειν τῷ Θεῷ. ἴτε γὰρ, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπισκεψώμεθα.

III. Prima resurrectionis die in examen adducta, an ea afferam quæ sunt imperata: an [a] virtutis operibus decorata sim: an ramis Castitatis opacer. Reputa enim resurrectionem, Tabernaculi erectionem esse. Reputa quæ in Tabernaculi compositionem assumuntur, justitiæ esse opera. Sumo igitur prima die quæ subduntur; nempe quo die in judicio sistor, si tabernaculum meum præceptis ornavi: si hæc in illo inveniuntur quæ heic in sæculo comparare jubemur, ac ibi offerre Deo. Agite enim, & quæ deinceps sequuntur consideremus.

Καὶ λήψεσθε ἑαυτοῖς τῇ πρώτῃ, φησὶν, ἡμέρᾳ, καρπὸν ξύλου ὡραῖον, καὶ κλάδους ξύλου δασεῖς, καὶ ἰτέας καὶ ἄγνου κλάδους ἐκ χειμάῤῥου, εὐφρανθῆναι ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν... καρπὸν ὡραιότατον ξύλου, οἱ τὴν καρδίαν ἀπερίτμητοι Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ μέγεθος τὸ κίτριον ἡγοῦνται τυγχάνειν· οὐδὲ ἐγκαλύπτονται κιτρίῳ τὸν Θεὸν λέγοντες τιμᾶσθαι, ᾧ τὰ τετράποδα πάντα τῆς γῆς οὐκ εἰσὶν εἰς ὁλοκαύτωσιν ἱκανὰ, [2] καὶ ὁ λίβανος εἰς καῦσιν. καὶ ὅλως [3] εἰ τὸ κίτριον, ὦ ἀπράγμονες, ὡραῖον, διατί μὴ καὶ ἡ σταφυλὴ μᾶλλον ὡραία; διατί μὴ καὶ ἡ ῥοιά; διατί μὴ καὶ τὸ μῆλον καὶ τὰ ἄλλα ἀκρόδρυα, τὰ μᾶλλον διαφέροντα τοῦ κιτρίου; ἀμέλει ἐν τῷ Ἄισματι τῶν ᾀσμάτων, πάντων ὁ Σολομῶν τούτων ὡραίων μνημονεύσας, τὸ κίτριον ἀπεσιώπησε μόνον. ἀλλὰ τούτων ἀπεβουκολήθησαν οἱ ἄφρονες, μὴ νοήσαντες τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ὃ πρόσθεν μὲν ὁ παράδεισος ἔφερε, νῦν δὲ πᾶσιν ἀνεβλάστησεν ἡ Ἐκκλησία, τὸν ὡραῖον καὶ εὐπρεπῆ τῆς πίστεως ποιοῦν καρπόν.

[b] *Sumetis*, inquit, *vobis prima die fructum ligni speciosum, & ramos ligni densos, & salices, & agni ramos de torrente, ad lætandum coram Domino Deo vestro.* Fructum ligni pulcherrimum incircumcisi corde Judæi, ob sui magnitudinem, citrum esse arbitrantur: neque eos pudet dicere, Deum citro coli: cui ne omnia quidem terræ quadrupeda in holocaustum ipso dignum suffecerint, aut tus in incensum. Prorsusque, o dura ac ferrea pectora, si citrus pulcher vobis videtur; quidni & uva potius pulcra? quidni & malum granatum, ceterique arborum fructus & poma multo citro præstantiora? Sane in Cantico canticorum [c] Salomon horum omnium pulcrorum fructuum mentione facta, unum dumtaxat malum citrum silentio præteriit. Sed hoc imprudentes decipit, quod non intellexerunt, [d] lignum vitæ quod prius paradisus ferebat, nunc iterum Ecclesiam omnibus germinasse, quod pulcrum ac decorum fidei fructum faciat.

Τοιοῦτον ἐληλυθότας καρπὸν τῇ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἡμέρᾳ εἰς τὸ δικαστήριον ἡμᾶς κομίζειν δεῖ Χριστοῦ· ἐὰν μὴ τοιοῦτον σχῶμεν καὶ ἡμεῖς καρπὸν, οὐ δυνησόμεθα συνεορτάσαι Θεῷ· οὐ τευξόμεθα, κατὰ τὸν Ἰωάννην, τῆς πρώτης ἀναστάσεως. τὸ γὰρ ξύλον ζωῆς ἐστιν ἡ πρωτότοκος πάντων Σοφία. ξύλον ζωῆς ἐστι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς, φησὶν ὁ Προφήτης, καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἐπὶ Κύριον, ἀσφαλής. ξύλον παρὰ τὰς διεξόδους πεφυτευμένον τῶν ὑδάτων,

Talem nos fructum ad tribunal Christi accedentes afferre necesse est primo solemnitatis die: quo si nos quoque destituamur, non poterimus cum Deo feriari, nec partem nanciscemur, ut auctor est Joannes, [e] *in resurrectione prima*. Lignum enim vitæ est omnium primogenita Sapientia: [f] *Lignum vitæ est iis qui apprehenderint eam*, ait Propheta, *& eis qui innituntur super ipsam quasi super Dominum secura.* [g] *Lignum plantatum secus decursus aqua-*

a Matth. xxv. 7. *b* Levit. xxiii. 40. *c* Cant. iv, 13. *d* Gen. II. 9. *e* Apoc. xx. 6. *f* Prov. III. 18. *g* Psal. I. 3.

1. Ταῖς πενταφώτοις λαμπάσι] Nempe omnibus sensibus in morem lampadum accensis in cultum Virginitatis; ita scilicet ut singuli illi sensus studeant, nihilque libidinosum aut abhorrens a Castitatis legibus sua quisque operatione admittant, uti in superioribus Methodius ipse exposuit; debuitque meminisse Possinius ne παντοφώτοις legeret ac detorqueret; *plene lucentibus*, ut ipse reddit.

2. Καὶ ὁ λίβανος εἰς καῦσιν] κατὰ κοινοῦ, πᾶς ὁ λίβανος τῆς γῆς. *Quidquid turis & incensi habet terra*, uti de pecudibus dixerat; utrumque genus oblationum significans, utroque altari, holocaustorum & thymiamatum, quæ in Dei cultum, quidquid demum offeratur, numquam sufficiant. Quod jam illi omnia debita; & ab eo, pro ejus majestate, infinite remota. At, quid Possinius? Libanum ejusque nemora sibi commentus est, qui ipse in altare verteretur, & unde ad comburendum holocausto sufficeretur: sic enim amica paraphrasi, sæpius Auctori minus officiosa. *Cujus mons totus Libanus altare, & cunctæ illius silvæ, pyræ forent.* At, quid Libano cum altari, quæve ejus religio, aut quæ in illo antiquo ritu, oblata Deo holocausta, ut sic ex eo debuerit Methodius exemplum petere, & non ex suis Lyciæ aliisque vicinioribus montibus, quibus nec silvæ desint; etsi forte deest tus, uti & Libano; Sabæorum regione proveniens, non Libano monte; mirumque, quod unum attendit Methodius, fido interpreti ὁμωνυμίᾳ decepto, nec in mentem venisse.

3. Εἰ τὸ κίτριον ὡραῖον] Possinius, quod ubique textus sacer, & interpretes & Methodius fructum dicunt, citrum, repente in arborem mutavit; ut & sequentia quibus aliis comparatur, quæ videantur vel æquare, vel etiam superare ejus pulcritudinem; uvas, malogranata, mala pomaque; nova certe, nimiæque in interprete licentiæ metamorphosi. Fructum speciosum, sive etiam (ut alii malunt) arboris speciosæ, citrus est, ut communiter tradunt Hebræi; præiveritque Targ. Onkelos, qui illud Hebræi textus, *Fructum ligni decoris*, exposuerit, *fructum ligni citri*. Manahem & Gerund Rabbini, ipsam volunt arborem, cujus esu Adamo interdictum, penes quos sit fides: nam quis revelavit? *Auream arborem* vocat interpres Arabicus. Josephus ἐκ φοινίκων καὶ κιτρίων, *ex palmis & citris*, (quibus conferta Palæstina) instruere solitos refert Judæos sua hæc tabernacula: ac modo instruunt, quibus locis suo ritu sinuntur vivere, ambitioso sane apparatu, quoad per facultatem licet. Methodius, quod negare videtur, fructum illum ὡραῖον, *speciosum*, vel (ut schol.) ἔνδοξον, *gloriosum*, fuisse citrum, rem non conficit: sed quod Judæi non alio mentem ferant, nec intelligant aliquid spiritale horum symbolo designari. Commodior citri ornatus tabernaculo, quam vel uvarum, vel aliorum quæ ille refert, quod ipsa arbor & folia ramique non facile marcescant, ipsaque decorem malo augeant, & ab illo hauriant: quodque ipsum malum dies non paucos integrum perseveret & odoratum.

ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ, διδασκαλία καὶ συνεσίς ἐστιν, ἐν καιρῷ προσήκοντι, τοῖς τῆς ἐπὶ τὰ ὕδατα ἀπολυτρώσεως ἀφικνουμένοις διδομένη.

Ὁ μὴ πιστεύσας Χριστῷ, μηδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὴν εἶναι καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ᾐσθημένος, οὐκ ἔχων δεῖξαι τῷ Θεῷ, τῷ ὡραιοτέρῳ τῶν ὡραίων καρπῶν τὴν σκηνὴν αὐτοῦ κεκοσμημένην, πῶς ἑορτάσει; πῶς εὐφρανθήσεται; θέλεις γνῶναι τὸν ὡραῖον καρπὸν τοῦ ξύλου; ἐπίσκεψον τοὺς λόγους τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πῶς εἰσιν ὡραῖοι παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ὡραῖος καρπὸς ἐβλάστησε διὰ Μωσέως, ὁ νόμος· ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ἦν ὡραῖος ὡς τὸ εὐαγγέλιον. ἐκεῖνος μὲν γὰρ τύπος τις ἦν καὶ σκιὰ τῶν μελλόντων πραγμάτων· τοῦτο δὲ ἀλήθεια καὶ ζωῆς χάρις. ὡραῖος ἦν τῶν προφητῶν ὁ καρπός· ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ὡραῖος, ὡς ὁ ἐξ αὐτοῦ γεωργούμενος, τῆς ἀφθαρσίας.

rum, quod fructum suum dabit in tempore suo: doctrina est & caritas & prudentia, tempore opportuno illis dispertita qui ad aquas redemtionis accedunt.

Qui non credidit Christo, neque eum esse principium & lignum vitæ intellexit; is cum non possit Deo ostendere Tabernaculum suum pulcrorum fructuum speciosissimo ornatum, quomodo festum celebrabit? quomodo lætabitur? Vis nosse pulcrum ligni fructum? Considera sermones Domini nostri Jesu Christi, ut sunt [a] *speciosi forma præ filiis hominum*. Pulcher fructus germinavit per Mosem, nempe Lex: sed non ita pulcher ut Evangelium. Lex enim figura quædam erat & umbra futurarum rerum: Evangelium autem veritas est, & vitæ gratia. Pulcher erat prophetarum fructus: sed non ita pulcher, ut qui ex ipso legitur, incorruptionis fructus.

Καὶ λήψεσθε ἑαυτοῖς τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καρπὸν ξύλου ὡραῖον, καὶ κάλλυνθρα φοινίκων· λέγων τὴν ἄσκησιν τῶν θείων μαθημάτων, οἷς ἐκκαθαίρεται καὶ κοσμεῖται ψυχὴ νικῶσα τὰ πάθη, [1] ἀποσαρουμένων ἐξ αὐτῆς καὶ ἐκβαλλομένων τῶν ἁμαρτημάτων. δεῖ γὰρ καθαροὺς καὶ κεκοσμημένους ἥκειν εἰς τὴν ἑορτὴν, ὥσπερ κοσμήτρῳ ταῖς ἀσκήσεσι καὶ μελέταις τῆς ἀρετῆς περιλαμπρυνομένους· ὅτι μελέταις ἐπιπόνοις καὶ ἀσκήσεσι καθαιρόμενος ὁ νοῦς τῶν ἐπικαλυπτόντων αὐτὸν ἀλλοίων διανοημάτων, ὀξυδερκεῖ πρὸς τὴν ἀλήθειαν. καθάπερ καὶ ἡ χήρα τὸν κοδράντην ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἀνεύρατο, μετὰ τὸ σαρῶσαι τὸν οἶκον καὶ ῥίψαι τὰ κόπρια, τὰ ἐπισκοτοῦντα καὶ καλύπτοντα πάθη τὴν ψυχὴν, τὰ ἀπὸ τῆς θρύψεως ἡμῶν καὶ τῆς ἀμελείας πληθυόντα.

Καὶ τοίνυν ὁ σπουδάζων εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν Σκηνῶν ἐκείνων φθάσαι, καὶ τοῖς Ἁγίοις συγκαταλεχθῆναι, πρῶτον τὸν ὡραῖον τὴν πίστιν κτησάσθω καρπόν· εἶτα τὰ κάλλυνθρα, τὴν ἄσκησιν καὶ μελέτην τῶν γραφῶν· εἶτα τοὺς εὐθηλέας ἐφεξῆς κλάδους τῆς ἀγάπης καὶ δασεῖς, οὓς καὶ μετὰ τὰ κάλλυνθρα παρεγγυᾷ λαμβάνεσθαι, κλάδους δασεῖς εὐθυβολώτατα, τὴν ἀγάπην φράσας· τὸ γὰρ δασὺ, κατάκαρπον ὅλον ἐστὶ καὶ πυκνὸν, μηδὲν ψιλὸν ἢ διάκενον ἔχον, ἀλλὰ πάντα πεπληρωμένον, καὶ τοὺς ὄρπηκας καὶ τὰ στελέχη. τοιοῦτον γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη, μηδαμόθεν ὑπόκενος ἢ ἄκαρπος οὖσα· Ἢ γὰρ, ἐὰν πωλήσω τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ δώσω πτωχοῖς· καὶ ἐὰν τὸ σῶμά μου πυρὶ παραδώσω, καὶ ἐὰν τοσαύτην πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστᾷν, κτήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι. ἀγάπη ἄρα, τὸ κατάκαρπόν ἐστι καὶ δασύτατον ξύλον πάντων, ἡ γέμουσα καὶ πεπληρωμένη τῶν χαρίτων.

Εἶτα τί παραλαμβάνεσθαι βούλεται καὶ ἕτερον; τοὺς κλάδους ἰτεΐνους, φησὶ, τὴν δικαιοσύνην κλάδους ἰτεΐνους κικλήσκων, ἀνθ᾽ ὧν οἱ δίκαιοι, κατὰ τὸν προφήτην, ὡς ἀναμέσον ὕδατος ἀνατέλλουσι χόρτος, καὶ ὡς ἰτέα ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ θάλλοντες τῷ λόγῳ. καὶ ἐπὶ πᾶσι, τοὺς ἀγνίνους ἐπικοσμοῦντας τὴν σκηνὴν παρακελεύεται προσφέρεσθαι κλάδους, διὰ τὸ φερώνυμον εἶναι τὸ δένδρον τῆς Ἁγνείας, ᾧ κατακοσμεῖται τὰ προειρημένα. ἐῤῥέτωσαν οἱ ἀκολασταίνοντες νῦν, καὶ διὰ τὰς ἑαυτῶν ἡδυπαθείας ἁγνείαν ἀποδιωθούμενοι. πῶς γὰρ εἰς τὴν ἑορτὴν συνεισελεύσονται Χριστῷ, μὴ κοσμή-

IV. [b] *Et sumetis vobis prima die fructum ligni speciosum, & spatulas palmarum*. Nempe divinarum disciplinarum exercitationem significans, quibus emundatur & ornatur animus vitiorum victor, everritis ex ipsa ejectisque peccatis. Mundos enim atque ornatos ad festum venire necesse est, tamquam mangonio quodam, religiosis operibus virtutisque exercitiis magnifice comtos ac expolitos. Laboriosis enim id genus exercitamentis depurgata mens, a diversarum cogitationum illam obtundentium offusa nebula, acute veritatem cernit. Uti etiam [c] Vidua in Evangeliis quadrantem invenit, cum domum everrisset, & sordes ejecisset; vitia scilicet obscurantia animum ac obnubentia, quæ per nostram mollitiem ac socordiam, ingenti nobis segete augescunt.


Qui igitur ad Tabernaculorum illorum festum cupit evadere, inque Sanctorum censum referri studet, primum speciosum fructum, id est, fidem sibi comparet: tum spatulas, attentam scilicet Scripturarum meditationem ac in eis exercitationem: postea late frondentes densosque caritatis ramos, quos post spatulas jubet sumi; ramos densos aptissime caritatem vocans: Quod enim dense viret, fere idem copiose fructuosum totumque frugiferum est, nihil exile exsuccumque habens, sed omnia plena, & ramos & truncos. Talis quippe est caritas, nulla parte vacua aut infructuosa. Nam [d] *si vendidero omnes facultates meas, & distribuero in cibos pauperum: & si corpus meum igni tradidero: & si tantam fidem habuero ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum*. Caritas igitur arbor est fructibus longe uberrima omniumque densissima; gratiis scilicet abunde scatens, iisque plena.

Exinde quid & aliud nos vult assumere? Ramos scilicet salicum; isto symbolo justitiam indicans: idcirco nimirum, quod [e] *Justi*, ut auctor est Propheta, *velut gramen inter aquas germinant, & quasi salix juxta præterfluentem aquam*, verbo doctrinaque florentes. Omnium denique cumulo, Agni arboris ramos ad Tabernaculum condecorandum jubet afferri; quod nempe arbor hæc ipso nomine Castimoniam (id est, ἁγνείαν) referat; cujus auctoramentum, dictis reliquis ornamentum ac decus præstat. Eant jam lascivi, qui suarum libidinum fœda mancipia, Castitatem rejiciunt. Quei enim fiat ut

a Psal. XLIV. 5. *b* Levit. XXIII. 40. *c* Marc. XII. 42. *d* 1. Cor. XIII. 2. 3. *e* Isa. XLIV. 4.

1. Ἀποσαρουμένων] Heic item meo periculo vocis monstrum ejicio, quod attinet ad Methodii propositum, ἀποσαρκουμένων. Conati quidem reddere Leo Allatius, *a suis carnibus divulsis*: Possinius, *evulsis*. Verum non hæc illius vocis acceptio, sed *in carnem concretis*, ut cum cicatrix obducitur, & caro enascitur: quod nemo non videt, quam non apte jungatur ejectioni peccatorum. Est ergo ἀποσαρουμένων, *ita ut everrantur peccata & ejiciantur*; sive *everritis ejectisque peccatis*; quam postmodum vocem ex Evangelio in Viduæ exemplo repetit, μετὰ τὸ σαρῶσαι τὸν οἶκον· *postquam domum everrisset*. Ubi pari inscitia in Vulgatam irrepserat *evertit*, pro *everrit*: sed emendavit sequentium sedulitas. Facit quod Methodius ad vocem κάλλυντρα alludit, quam Hesychius aliique σπάθας exponunt, quasi *scopas*. Plutarchus in Dionys. σαίρουσι δὲ καλλύντρῳ τινὶ τὴν οἰκίαν. *domum scopis verrunt*. Clara ergo Methodii mens, cui sic illusit inficetus scriba, alioque deterit.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
290.



σαντες ἑαυτῶν τὴν σκηνὴν κλάδοις ἁγνείας, τῷ A θεοποιῷ μακαρίῳ φυτῷ· ᾧ τοὺς εἰς τὴν ἄγυριν σπεύδοντας ἐκείνην καὶ τὸν γάμον, ἀναδεῖσθαι δεῖ καὶ κατασκιάζεσθαι τὰς ὀσφύας. ἴτε γὰρ Καλλιπάρθενοι, τὴν γραφὴν αὐτὴν ἐπισκέψασθε καὶ τὰς ἐντολάς, πῶς, ὡς ἐπὶ συμπληρώματος τῶν προειρημένων κατορθωμάτων παρέλαβεν ὁ λόγος τὴν Ἁγνείαν, διδάσκων ὅσον διαπρεπὴς καὶ περιπόθητος ἔσται τῇ ἀναστάσει, * καὶ ὅτι [1] χωρὶς αὐτῆς οὐδεὶς τεύξεται τῶν ἐπαγγελμάτων· ἣν ἐξαιρέτως γεωργοῦμεν ἡμεῖς αἱ παρθενεύουσαι, καὶ προσφέρομεν Κυρίῳ. χρῶνται δὲ καὶ οἱ πρὸς τὰς ἑαυτῶν ἁγνεύοντες γαμετάς, καὶ ὥσπερ ἀμφὶ τὸ στέλεχος κλῶνας αὐτῆς φέρουσι βλαστήσαντας σωφροσύνην, τῶν ἄνω μὴ ἐφικνούμενοι καὶ μεγάλων αὐ- B τῆς ἐπιψαῦσαι κλάδων, καθάπερ ἡμεῖς· ὅμως εἰ καὶ μικρούς, οὐδὲν ἧσσον προσφέρουσιν δὴ καὶ αὐτοὶ κλῶνας ἁγνείας. οἱ δὲ οἰστρηλατούμενοι, κἂν μὴ πορνεύωσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς μόνην καὶ ἔννομον ἀδιαστόλως ἐπιμίγνυσθαι θελγόντων γαμετήν, πῶς ἑορτάσουσιν; πῶς εὐφρανθήσονται; μὴ κοσμήσαντες τὴν σκηνὴν ἑαυτῶν τὴν σάρκα τοῖς κλάδοις τῆς ἄγνου, μηδὲ εἰσακούσαντες τοῦ εἰρημένου, Ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς οἱ μὴ ἔχοντες ὦσι;

cum Christo ad festum ingrediantur, qui Castitatis ramos (deifica illa beataque arbore) Tabernaculum suum non ornaverint? qua omnes festinantes ad illam celebritatem ac nuptiale convivium succingi oportet, ac lumbos obumbrare. Agite enim pulcræ Virgines, Scripturam ipsam & mandata considerate; qua ratione ad earum quæ dictæ sunt virtutum officiorumque coronidem, Castitatem divinus sermo assumserit, ostendens quam illa deceat resurrectionem, quamque ad illam expetibilis sit: ac sine illa neminem compotem fore promissionum: quam eximie colimus nos Virginitatem professæ, & offerimus Domino. Usurpant quoque, qui cum suis uxoribus caste vivunt, & veluti circa truncum, humiles ejus Castitate nitentes ferunt surculos, haud valentes, quemadmodum nos, ad excelsos magnosque illius ramos evadere, ac vel eos contingere: tametsi minores, & ipsi offerunt Castitatis surculos. At libidinosi, effuso impetu indulgentes lasciviæ, etiamsi non fornicentur, sed licitis quidem legitimæ uxoris, indomitæ tamen concupiscentiæ æstu, amplexibus assidui: quomodo diem festum agent? quomodo lætabuntur? qui Tabernaculum suum, id est, carnem suam, Agni ramis, habitu scilicet Castitatis, non exornaverint: neque audierint monentem, [a] *Ut qui habent uxores, tamquam non habentes sint*.


Διὰ τοῦτο πάντων μάλιστα τοὺς τῶν ἀγώνων ἐφιεμένους, καὶ μεγάλῃ φρονήσει χρωμένους, τὴν Ἁγνείαν C ἀμελητὶ φημὶ δεῖν καὶ τιμᾶν, ὡς ὠφελιμωτάτην καὶ ἐπίδοξον. ἐν γὰρ τῇ καινῇ [2] καὶ ἀλύτῳ κτίσει, ὃς ἂν ἁγνείας μὴ εὑρεθῇ κλάδοις κεκοσμημένος, οὐ τεύξεται τῆς ἀναπαύσεως, μὴ πληρώσας τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν νόμον· οὐδὲ εἰς τὴν γῆν ἐπιδημήσει τῆς ἐπαγγελίας, μὴ ἑορτάσας πρῶτον τὰς σκηνάς. οἱ γὰρ ἑορτάσαντες μόνοι τὴν Σκηνοπηγίαν, εἰς τὴν ἁγίαν καταίρουσι γῆν, ἀπαιρούμενοι ἀπὸ τῶν καλουμένων Σκηνῶν, ἕως ἂν εἰς τὸν νεὼν φθάσωσιν ἐλθεῖν καὶ τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ, εἰς τὴν μείζονα καὶ ἐνδοξοτέραν προκόψαντες χαράν, καθὼς καὶ οἱ τύποι συνιστᾶσιν, οἱ γεγονότες ἐπὶ Ἰουδαίων. ὥσπερ γὰρ ἐξελθόντες τῶν ὅρων ἐκείνων τῆς Αἰγύπτου, ὥδευσαν πρῶτον, καὶ ἦλθον εἰς τὰς Σκη- D νάς· κἀκεῖθεν ἀπάραντες πάλιν, ἦλθον εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς. ὁδεύσασα γὰρ ἐντεῦθεν καὶ ἐξελθοῦσα κἀγὼ τῆς Αἰγύπτου, τούτου τοῦ βίου, ἔρχομαι πρῶτον εἰς τὴν ἀνάστασιν, τὴν ἀληθινὴν Σκηνοπηγίαν· κἀκεῖ τοῖς καρποῖς τῆς ἀρετῆς πήξασα τὴν σκηνήν μου κεκοσμημένην, τῇ πρώτῃ τῆς ἑορτῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ, τῇ κρίσει, συνεορτάζω τῷ Χριστῷ τὴν χιλιονταετηρίδα τῆς ἀναπαύσεως, τὰς ἑπτὰ καλουμένας ἡμέρας, τὰ σάββατα τὰ ἀληθινά. εἶτα αὖθις ἑπομένη τῷ διεληλυθότι τοὺς οὐρανοὺς Ἰησοῦ, ἔρχομαι πάλιν, καθάπερ κἀκεῖνοι, μετὰ τὴν ἀνάπαυσιν τῆς Σκηνοπηγίας, εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τοὺς οὐρανούς, ἐν σκηναῖς μὴ ἀπομείνασα, τουτέ-

V. Propterea præ reliquis omnibus, his qui certaminibus inhiant quique ingenti sunt animo, citra omnem cunctationem colendam esse Castitatem, tamquam summe utilem & gloriosam, pronuntio. In novo enim & indissolubili mundo, quisquis Castimoniæ ramis ornatus repertus non fuerit, nec requiem consequetur, ut qui Dei mandatum juxta Legem minime impleverit: neque in terram promissam ingredietur, quippe qui festum Tabernaculorum non ante celebraverit. Illi enim dumtaxat qui Scenopegiam festum egerint, ab iis quæ vocant Tabernacula profecti, ad sanctam contendunt terram, donec illo evaserint, ut in templum Deique civitatem ingrediantur; ad majus scilicet majorisque claritatis gaudium proficientes, sicut figuræ indicant, quæ in Judæis prius præcesserunt. Quemadmodum enim Israelitæ ex Ægypti finibus illis egressi, suscepto primum itinere, [b] in Tabernacula (Soccoth Hebræi vocant) venerunt, hincque rursus profecti, venerunt in terram promissionis: ita & nos. Nam & ego iter habens, exque mundi hujus Ægypto egressa, venio primum ad resurrectionem, quæ vera Scenopegia est: & ibi fructibus virtutis exstructo speciosequeque ornato Tabernaculo meo, prima festi resurrectionis die, quæ dies est judicii, simul cum Christo millenarium annorum requiei, celebro; quæ septem dicuntur dies, vera nimirum Sabbata. Inde rursus Jesu comes, [c] *qui penetravit cælos* (ut & illi post Scenopegiæ requiem in terram promis-

[a] 1. Cor. VII. 29. [b] Num. XXXV. 5. [c] Hebr. IV. 14.

1. *Χωρὶς αὐτῆς οὐδεὶς τεύξεται*] De castitate communius dicta heic sermo Methodio, qualem & conjugum esse necesse sit: quæ & ipsa Deo placeat, etsi non ea excellentia, qua Virginitas: jamque altera Oratione, quidquid hinc scrupuli videbatur ex superioris Marcellæ profusiore Virginitatis laudatione, exemerat; seduloque rem maritalem ex Dei mandato & legitimam esse ostenderat: heic solum moderandum illius usum admonet, ne & illis pro suo modulo desit castitatis ornamentum; sin ut ipsa alta arbor, at certe ut adnascentes surculi, cui & ipsi animo conjuges afficiantur, etsi eos jugum trahere, ipsa status necessitas cogit, & prolis amor: vel etiam (quod infirmorum) ipsa cupiditas; cui ipsi suæ præscribendæ leges, ne vel conjugalis castitatis metas excedens, in effrenem luxuriam œstrumque vergat, novæ creationis & insolubilis tabernaculo haud satis comparatum, & quale Christi E thalamum, vel inter concubinas aut adolescentulas, dedeceat.

2. Καὶ *ἀλύτῳ κτίσει*] Et heic quoque, haud secus ac §. 1. hujus Orat. IX. not. 1. ita repono, pro *ἀλύπῳ*: *mundo insolubili*, seu *creatione*, quæ erit communis omnibus judicandis: non ipsa *ἄλυπος κτίσις*: *omnis expers doloris creatio* & status, sed illis propria, quorum tabernacula inventa fuerint ornata virtutum cultu, prima die Scenopegiæ, sive Resurrectionis, id est, *ἐν τῇ κρίσει*, *in judicio*, uti exponit ipse Methodius. Vult ergo omnes tunc suscitandos, ac forte discretionem bonorum a malis, feriantibus bonis cum Christo in terra hactenus constitutis, donec impleatur illorum septenarium, quasi in tabernaculis & antequam in Dei domum & sanctam civitatem (id est in cælos) introducantur. Quæ fuit veterum simplicior theologia, non satis probata.



στι τοῦ σκηνώματός μου μὴ ἀπομείναντος τοιούτου· ἀλλὰ μετὰ τὴν χιλιονταετηρίδα μεταβληθέντος ἀπὸ τοῦ σχήματος τοῦ ἀνθρωπίνου [1] καὶ τῆς φθορᾶς, εἰς ἀγγελικὸν μέγεθος καὶ κάλλος, ἔνθα λοιπὸν ἀπὸ τοῦ θαυμαστοῦ τῆς σκηνῆς αἱ Παρθένοι τόπου, μετὰ τὸ συμπερασθῆναι τὴν ἑορτὴν τῆς ἀναστάσεως, εἰς τὰ μείζω καὶ κρείττω διερχόμεθα, εἰς τὸν οἶκον αὐτὸν ἀναβαίνουσαι, τὸν ὑπὲρ τοὺς οὐρανοὺς τοῦ Θεοῦ, ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως καὶ ἐξομολογήσεως, ἤχους ἑορτάζοντος, καθώς φησιν ὁ ψαλμῳδός. τούτῳ κἀγὼ, ὦ Ἀρετὴ, κατὰ τὴν ἐμαυτῆς, δέσποινα, δύναμιν, δωροῦμαί σε τῷ πέπλῳ.

ΕΥΒΟΥΛ. Λίαν ἀγωνιῶ, ὦ Γρηγόριον, [2] κατ' ἐμαυτὴν ἐννοουμένη, ὁποίῳ θορύβῳ νῦν ἄρα ἡ Δομνίνα ἦν, ταρασσομένης αὐτῇ τῆς καρδίας, καὶ φοβουμένης μὴ ἀπορήσῃ λόγων, καὶ ἐνδεέστερόν τι τῶν ἄλλων Παρθένων ἀποφθέγξηται, τοσούτων ἤδη ῥηθέντων εἰς τὸ προκείμενον, καὶ ποικίλων. εἰ οὖν ἄδηλος ἐγένετο κεκινημένη, φέρε καὶ τοῦτο περαίωσον. θαυμάζω γὰρ εἴ τι ἔσχεν εἰπεῖν, τελευταία κεκληρωμένη.

ΓΡΗΓΟΡ. Τεταράχθαι μὲν αὐτὴν, ὦ Εὐβούλιον, καὶ σφόδρα, ἔφη μοι ἡ Θεοπάτρα· οὐ μὴν ἠπορηκέναι λόγων. μετὰ τὸ παύσασθαι τὴν Τυσιανὴν, ἡ Ἀρετὴ τὸν ὀφθαλμὸν εἰς αὐτὴν ἐπιβαλοῦσα, Δεῦρο δὴ καὶ θύγατερ, ἔφη, τὸν λόγον ἀπόδος, ἵνα πληρώσωμεν ἐντελῆ τὴν εὐωχίαν. τὴν οὖν Δομνίναν ἐρυθριάσασαν ἐπιπολὺ, μόλις ἀνανεῦσαι, καὶ εἰς εὐχὴν ἐξαναστᾶσαν τραπῆναι, καὶ καλεῖν τὴν Σοφίαν παραστῆναί οἱ βοηθόν. εὐξαμένη δὲ αὐτῇ, θάρσος φησὶν εὐθέως ἐγγίνεσθαι, καί τις αὐτὴν θεία ἀνακωχὴ κατέλαβε, καὶ ἔφη.

Λόγος Ι'.

Δ Ο Μ Ν Ι Ν Α.

Ω Ἀρετὴ, κἀγὼ παραλείψασα τὰς μακρολογίας τῶν προεξηγημάτων, εἰς αὐτὰ τὰ προκείμενα κατὰ δύναμιν εἰπεῖν πειράσομαι· ἵνα δὴ μὴ τῷ μηκύνεσθαι τὰ πάρεργα, πλείονα χρόνον ὧν ἐνε-

sionis) in cælos venio, non remanens in Tabernaculis: hoc est, non remanente meo corpore, quale prius erat: sed post mille annorum spatium mutato, ex humani forma corporis & corruptione, in Angelicam molem & pulcritudinem: ubi demum nos Virgines [a] *a loco Tabernaculi admirabilis*, consummato jam resurrectionis festo, ad majora & meliora transibimus, *in ipsam domum Dei* supracælestem ascendentes, *in voce exsultationis & confessionis, soni festivitatem agentis*, ut Psalmodus ait. Hoc ipsa quoque, o domina Arete, qualicumque elaboratum facultate pro munere peplum offero.

EUBUL. Multum æstuo apud me, o Gregorium, reputans mecum in quanta mentis anxietate per istam sermonum vicem Domnina versaretur, ipsa in præcordiis fluctuans, ac jure metuens ne sibi aqua hæreret, jejuniusque aliquid reliquis Virginibus, cum illæ tanta jam sicque varia occupassent, peroraret. Si ergo non dissimulavit talem hunc animi sui motum, age & istud quoque transige. Miror enim si quid habuerit quod diceret, ultimum nacta habendi sermonis locum.

GREG. Turbatam sane ipsam majorem in modum, o Eubulium, dixit mihi Theopatra: non tamen laborasse penuria sermonum. In eam ergo, postquam Tysiana finem fecit, injecto Arete oculo; Age tu quoque, ait, filia, sermonem redde, ut convivium omni ex parte perfectum compleamus. His erubescens Domnina, vixque post longam moram oculos vultumque tollens, exsurgensque ad orandum se vertit, ac Sapientiæ præsens auxilium implorandum. Qua oratione perfunctæ, visam ajebat subito novam creatam audaciam, & divinam quamdam incidisse fiduciam; eaque fretam dixisse.

O R A T I O X.

D O M N I N A.

I. O Arete, omissis & ego exordiorum ambagibus, protinus rem ipsam aggredi conabor pro viribus: ne iis immorando quæ extra rem sunt, longius quam pro earum ratione, ac pæne superflue

a Psal. XLI. 5.

1. Καὶ τῆς φθορᾶς] Videtur Methodius admittere sic suscitatorum Sanctorum corpora nedum malorum, corruptioni obnoxia, & humana forma quæ in Angelicam formam mutanda sint, transacto septenario, & cum in secretam Dei aulam (id est, in cælos) recipientur. Quæ non satis cohærere videntur cum superioribus, & nova illa atque ἀλύτῳ creatione, ut jam explicavimus. Et certe quæ ibi corruptio, cum nullæ jam erunt generationes, uti ipse Methodius indicat, sed summa requies, in illis qui ea requie digni erunt? quorum felicitatem abjectius forte & ex usu quasi humano intellexit Methodius, necdum illis bona cælestia consecutis, aut Dei conspectu donatis, quod fides non admittit: cum sit ille Sanctorum cœtus, non cui hæreant peccatorum sordes, per eas ferias expiandæ. Denique dura prorsus propositio, Ἀπὸ τοῦ σχήματος τοῦ [illegible] καὶ φθορᾶς, εἰς ἀγγελικὸν μέγεθος καὶ κάλλος. Certe ægre intelligitur abolita humani corporis forma, transire in Angelicam magnitudinem & molem, quin aboleatur carnis ipsa substantia, & fiat corpus humanum, quale prisci illi, pluresque alii, Angelicum existimaverunt; corpus ἄϋλον & spiritale; nempe subtilissimum, aere puro igneoque concretum, quod ipsum tantæ molis, & supra humanam molem Methodius voluerit: qui forte error fuit Eutychii patriarchæ Constantinopolitani, ex his ipsis fontibus haustus, a quo Gregorius Romanus, hominem, ipsum sanctitatis luce clarum, revocavit. Esto ea sint Angelorum corpora, quod & Joannes Thessalonicensis in VII. Synodo sensit, atque hinc pictis coloribus, repræsentari posse Angelos statuit, nec clare hactenus Ecclesia proscripsit, ipso Doctore Angelico auctore in expositione 1. Decret. unde quod humana corpora pro illorum mole tendenda [illegible] & dilatanda. Erunt quidem illa suis dotibus prædita, subtilia, agilia, ac si libet, Paulli phrasi, πνευματικά, *corpora spiritalia*, 1. Cor. 15. sed integra illorum substantia, vere ipsa carnibus ossibusque ac humoribus concreta, nulloque jam cibo, ut vitam tueantur, statuminanda, quam forte illorum corruptionem arbitratus est Methodius, pro illo suo sabbatismo & millenaria requie in terra. Et certe si adhuc necessarius illis cibus, necdum plene depulsa corruptio, necdum corporum beatorum attributæ dotes, adhuc vel frugum vel animantium generationes, unde pro eo statu illis sufficiatur. Arrepta semel humani sensus simplicitate ejus status opinione, ea ipsa proclive fuit multa divinare. quibus nos solidior theologia exemit; quæ nec Angelis aliam tribuat molem quam virtutis, qua eis liceat, majori minorive spatio applicari; nec homines a judicio admittat, nisi aut beatos corpore & animo cum Christo regnantes, eique in cælis asseclas, aut cum diabolo & angelis ejus inferno addictos, utrisque vita insolubili: si tamen vita dicenda, eorum, quos ibi mors depascet, ipsa immortalis nullumque finem habitura miseria. Ἀνθρώπινον σχῆμα oppositum Angelicæ moli & magnitudini, nescio an apte satis *habitum humanum*, superiores reddiderint, & non clarius, *humani corporis forma* (totum ipsum corpus, quale hominis est, ante eam mutationem ac quasi totius hominis θέσιν) a me redditum sit; in qua non video ut Methodius non exorbitaverit.

2. Κατ' ἐμαυτὴν] Hinc liquet Eubulium perinde feminæ personam esse ac Gregorium: nec tanta puellam apud virum deponere, decorum visum Methodio, cui in Symposio Virginum, earumque habito relatoque colloquio, magna pudoris & honestatis sexus habenda fuit ratio.

SÆCUL. III.
CIRCA
ANN. CHR.
290.



κα λέγονται παράσχω. ἡγοῦμαι γὰρ μέγιστον μέρος φρονήσεως εἶναι, τὸ μὴ μακροὺς ἐκ περιόδου πρὸ τῶν ἐρωτηθέντων ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, κηλοῦντας τὰ ὦτα· ἀλλ' αὐτόθεν εὐθέως περὶ ὅτου τὸ ἐπερώτημά ἐστιν ἄρχεσθαι. διὸ ἔνθενδε κἀγὼ, καιρὸς γάρ.

Οὐδὲν οὕτως ὀνῆσαι δυνήσεται πρὸς τὸ καλὸν τὸν ἄνθρωπον, ὦ Καλλιπάρθενοι, ὡς Ἁγνεία. τὸ γὰρ κάλλιστα καὶ ἄριστα διακυβερνηθῆναι τὴν ψυχὴν, καὶ κηλίδων καὶ μιασμάτων καθαρὰν ἀπολυθῆναι τοῦ κόσμου, μόνη ποιεῖ τοῦτο καὶ ἐργάζεται Ἁγνεία. ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Χριστὸς ἐδίδασκεν αὐτὴν ἀσκεῖν ἡμᾶς, καὶ ἐμήνυσεν ἡμῖν τὸ ἀνυπέρβλητον κάλλος αὐτῆς, ἡ βασιλεία τοῦ πονηροῦ καθῃρέθη, πρότερον ἀεὶ πάντας αἰχμαλωτίζοντος καὶ δουλουμένου· ὡς μὴ [1] τῶν παλαιοτέρων εὐάρεστον γεγονέναι Κυρίῳ τινὰ, ἀλλὰ πάντας ἐπικρατηθῆναι πταίσμασιν, οὐ * σφόδρα τοῦ νόμου τῆς φθορᾶς ἀρκέσαντος ἐλευθερῶσαι τὴν ἀνθρωπότητα, μέχρις ἡ Παρθενία διαδεξαμένη τὸν νόμον, Χριστοῦ ταγαῖς τῶν ἀνθρώπων ἐβασίλευσεν. οὐ γὰρ ἂν οὕτως οἱ πρόσθεν εἰς μάχας καὶ φόνους καὶ ἔρωτας καὶ εἰδωλολατρείας συνελαύνοντο πολλάκις, εἰ ἦν αὐτοῖς ἡ ἐκ τῶν νόμων αὐτάρκης πρὸς σωτηρίαν δικαιοσύνη. νυνὶ δὲ τότε μὲν μεγάλαις καὶ πολλαῖς πολλάκις ἐνεφύροντο συμφοραῖς· ἀφ' οὗ δὲ Χριστὸς ἐνηνθρώπησε, καὶ Παρθενίᾳ τὴν σάρκα κοσμήσας ὥπλισεν, ὁ ὠμοτύραννος ἄρχων τῆς ἀκρασίας ἠρέθη, καὶ εἰρήνη καὶ πίστις κρατεῖ, οὐκέτι τῶν ἀνθρώπων ὡσαύτως τρεπομένων εἰς εἰδωλολατρείαν, ὥσπερ καὶ πάλαι.

A orationem traham. Numero enim in magna' prudentiæ parte non indulgere verbis inaniter aures mulcentibus, diffundique dicendo, antequam ad caput ipsum quæsiti veniatur; sed ex ipso statim puncto quæstionis incipere. Hinc igitur ordior: tempus enim est.

Nihil tam prodesse homini ad honestatem ac virtutis bonum, o illustres Virgines, poterit, quam Castitas. Ut enim summa honestate ac laudatissime gubernetur anima, utque a malis & inquinamentis pura mundo solvatur ac dimittatur, sola hæc efficit, ac præstat. Ex quo siquidem Christus eam nos colere docuit, excellentissimamque illius pulcritudinem aperuit, regnum diaboli destructum est, cum
B prius universum hominum genus captivum traheret & addiceret: adeo ut nullus antiquiorum Domino placuerit, sed omnes in offensiones incurrerint; cum Lex non ipsa valde ad liberandum genus humanum a corruptione potis fuerit, donec Virginitas Legi succedens, Christi auspiciis & decretis homines imperio regendos suscepit. Neque vero primi hominum adeo in pugnas & cædes, in amores & libidines, idolorum superstitiosum cultum præcipites sæpius cucurrissent: si justitia quæ ex legibus erat, sufficiens eis fuisset ad salutem. Jam vero, tunc quidem magnis ipsos crebrisque calamitatibus immistos fuisse videmus: ex quo autem Christus incarnatus est, & Virginitate ornatam carnem armavit; crudelis ty-
C rannus intemperantiæ princeps sublatus est, & pax fidesque viget, non jam ut ante in cultum idolorum prono humano genere.

Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξω τισὶ σοφίζεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν εἰκότων τεκμαίρεσθαι ταῦτα καὶ φλυαρεῖν, ἐκ τῆς παλαιᾶς ὑμῖν ὦ Παρθένοι, κἀγὼ παρέξομαι διαθήκης ἔγγραφον προφητείαν, ὡς ἀληθῆ λέγω, τὰς Κριτάς· ἔνθα φανερῶς ἡ βασιλεία τῆς Ἁγνείας ἤδη προκατήγγελτο. φησὶ γάρ· Πορευόμενα ἐπορεύθησαν τὰ ξύλα τοῦ χρῖσαι ἐφ' ἑαυτῶν βασιλέα καὶ εἶπον τῇ Ἐλαίᾳ, Βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ Ἐλαία, Ἀφεῖσα τὴν πιότητά μου, ἣν ἐδόξασεν ὁ Θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; καὶ εἶπον τὰ ξύλα πάντα τῇ Συκῇ, Δεῦρο, βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ Συκῆ, Ἀφεῖσα τὴν γλυκύτητά μου καὶ τὸ γέννημά μου τὸ ἀγαθὸν, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; καὶ εἶπον τὰ ξύλα τῇ Ἀμπέλῳ, Βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ Ἄμπελος, Ἀφεῖσα τὸν οἶνόν μου, τὴν εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; καὶ εἶπον τὰ ξύλα πρὸς τὴν Ῥάμνον, Δεῦρο, βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. καὶ εἶπεν ἡ Ῥάμνος πρὸς τὰ ξύλα, Εἰ ἐν ἀληθείᾳ χρίετέ με ὑμεῖς εἰς βασιλέα ἐφ' ὑμᾶς, δεῦτε, πεποίθατε ἐν τῇ σκέπῃ μου· εἰ μὴ, ἐξέλθῃ πῦρ ἐκ τῆς Ῥάμνου καὶ καταφάγῃ τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.

Ταῦτα δὲ ὅτι μὴ περὶ ξύλων τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἐλέχθη, σαφές. οὐ γὰρ ἐν ἑαυτοῖς τὰ δένδρα τὰ ἄψυχα χειροτονήσοντα βασιλέα συνήρχοντο, ταῖς ῥίζαις εἰς τὴν γῆν κατεστηλωμένα· ἀλλὰ πάντως περὶ

II. Sed ne cui videar sophistica grassari arte, exque probabilibus hæc conjectari, ac vana jactare pro solidis: ex veteri vobis, o Virgines, & ego Testamento, scriptam prophetiam, ejus quam statuo veritatis indubitatum testimonium, ex libro Judicum afferam; ubi clare Castitatis regnum olim futurum prænuntiabatur. Sic enim legitur: [a] *Eundo iverunt ligna, ut ungerent super se regem: dixeruntque Olivæ: regna super nos. Et dixit eis Oliva: numquid derelinquens pinguedinem meam quam glorificavit*
D *Deus & homines, ibo ut lignis imperem? Dixeruntque ligna universa ad Ficum: veni, regna super nos. Et dixit eis Ficus: numquid derelinquens dulcedinem meam & genimen meum bonum, ibo ut lignis imperem? Et dixerunt ligna ad Vitem: regna super nos. Et dixit eis Vitis: numquid derelinquens vinum meum quod est lætitia hominum, ibo ut imperem lignis? Dixeruntque ligna ad Rhamnum: Veni, regna super nos. Et dixit Rhamnus ad ligna: si in veritate ungitis me in regem, venite, confidite in protectione mea; sin minus, egrediatur ignis de Rhamno, & devoret cedros Libani.*

Porro hæc de arboribus e terra nascentibus dicta non esse, cuivis manifestum est. Neque enim stir-
E pes inanimes in concilium cogi potuere, deque rege eligendo deliberare, quæ altis solo radicibus fi-

a Jud. IX. 8-15.

1. Μὴ τῶν παλαιοτέρων τινὰ] Dura hæc ut sonant, nec Apostolo aut fidei consona; Neminem veterum Deo placuisse. Certe placuerunt multi, magnaque sanctitate claruerunt, ut & his, qui sub Gratia vivunt, exemplo esse possint: uti etiam Paullus exemplo producit, quos tantos numerat ad Hebr. 11. Glossema Possinii, *omni ex parte*; velut placuerint quidem ac justi fuerint, sed non prorsus placuerint, ac partim justi, partim peccatores fuerint & mali, nos in Lege Gratiæ non simus; antiquis Sanctis injurium est, nihilque accommodum. Nusquam vel illis, vel nobis defuerunt, quibus non omni ex parte perfecti sumus, quamdiu vitam mortalem vivimus: sicque nec dilectus Discipulus placuisset, qui se ipse ac reliquos Fideles agnoscit, non omni ex parte justum, sed peccatum habere; ac qui negaverit, quantumvis Apostolus, & in Apostolis prædilectus, ipsum se seducere, & veritatem in eo non esse sentit (1. *Joan.* 1. 8.). Neminem ergo placuisse dixerit Methodius, Scripturæ phrasi, quod pauci placuerint, quodque ii ipsi qui placuerunt, non ex Legis merito placuerunt, sed ex Christi gratia, jam tum ex fide operante, cui tantas Sanctorum virtutes ac facinora adscribit Paullus relatus ad Hebræos, & qua ipsa ad novum jam Testamentum spectabant: insinuatque Methodius, quibus subdit, οὐ σφόδρα τοῦ νόμου ἐκ τῆς φθορᾶς ἀρκέσαντος ἐλευθερῶσαι τὴν ἀνθρωπότητα. *Cum Lex non valde potis fuisset ad liberandum humanum genus a corruptione*: hoc uno conducens, quod ad Christum dirigeret, ejusque una gratia liberatum iri hominem doceret.

ψυχῶν ἱστορεῖται ταῦτα, αἳ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ καθυλομανήσασαι τοῖς παραπτώμασι, προσιᾶσιν οἶκτον αὐτῶν ἀξιοῦσαι λαβεῖν τὸν Θεόν, καὶ βασιλεῦσαι τὸν ἔλεον καὶ τὴν εὐσπλαγχνίαν, ἣν ἐλαίας τύπῳ παρέλαβεν ἡ γραφὴ, διὰ τὸ ἀρωγὸν τὸ ἔλαιον σωμάτων εἶναι, καὶ λυτήριον καμάτων καὶ πόνων, φωτός τε παρεκτικόν. ἐλαίῳ γὰρ καταρδόμενον πᾶν τὸ λυχνιαῖον αὔξεται σέλας· λυτήριοι δὲ πάντως καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμοὶ θανάτου, καὶ ἀρωγοὶ τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τοῦ τῆς καρδίας φωτὸς θρεπτικοί. καὶ ἐπισκέψασθε μή ποτε τὰς ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου μέχρι τοῦ Χριστοῦ καθεξῆς ἡ γραφὴ νομοθεσίας δηλοῖ, ὧν ὁ διάβολος ἀντίμιμος ἐξηπάτησε πλάσμασι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· τὴν μὲν Συκῆν ἀπεικάζουσα τῇ κατὰ τὸν παράδεισον δοθείσῃ τῷ ἀνθρώπῳ ἐντολῇ· ἐπειδὴ τὴν γύμνωσιν ἀπατηθεὶς οὗτος πετάλοις ἀπεκάλυψε συκῆς. τὴν δὲ Αμπελον, τῇ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τῷ Νῶε, διὰ τὸ οἴνῳ κοιμηθέντα, χλευασθῆναι. τὴν δὲ Ελαίαν, τῇ κατὰ τὴν ἔρημον τῷ Μωσεῖ· ἐπειδὴ τὸ χάρισμα τὸ προφητικὸν, ἔλαιον τὸ ἅγιον, ἀνομησάντων αὐτῶν, ἐκλελοίπει τῆς κληρονομίας. τὴν δὲ Ράμνον, τῇ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου τοῖς Αποστόλοις· ἐπειδὴ γὰρ δι' αὐτῶν ἐδιδάχθημεν Αγνείαν, ἧς ἀπατηλὸν μόνης εἴδωλον οὐκ ἴσχυσεν ὁ διάβολος σκευάσαι. διὰ τοῦτο καὶ [1] εὐαγγέλια τέσσαρα παραδέδοται, τετράκις εὐαγγελισαμένου τοῦ Θεοῦ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ παιδαγωγήσαντος τέσσαρσι νόμοις, ὧν οἱ καιροὶ σαφῶς ἀπὸ τῆς διαφορότητος δηλοῦνται τῶν καρπῶν. ἡ μὲν γὰρ συκῆ, διὰ τὴν γλυκασίαν καὶ τὸν ὡραϊσμὸν, τὴν τρυφὴν τὴν πρὸ τῆς παραβάσεως ἐν παραδείσῳ τοῦ ἀνθρώπου παρίστησι γεγενημένην. ἔστι γὰρ ὅτε δὴ καὶ σφόδρα πολλαχῶς τῆς συκῆς τὸν καρπὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τοῦ κρείττονος λαμβάνει, καθὼς ἀποδείξομεν ὕστερον· ἡ δὲ ἄμπελος διὰ τὴν ἱλαρότητα τὴν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ τὴν εὐφροσύνην τῶν ῥυσθέντων τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, τὴν ἀπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς φροντίδος, τὴν εἰς τὴν χαρὰν αὐτῶν μεταβολὴν αἰνίσσεται. ἡ δὲ ἐλαία διὰ τὸν καρπὸν τοῦ ἐλαίου τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ Θεοῦ μηνύει, πάλιν ἀνεξικακήσαντος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, τῶν ἀνθρώπων ἐκτραπέντων εἰς ἀθεότητα, δοῦναι νόμον καὶ ἐμφανισθῆναί τισιν, καὶ ὥσπερ ἀποσβεννυμένην ἤδη τὴν αὐγὴν τῆς ἀρετῆς ἐλαίῳ λιπᾶναι.

Η δὲ Ράμνος καὶ Αγνος ἐστὶν, ὑφ' ὧν μὲν ῥάμνος καλούμενος, ὑφ' ὧν δὲ ἄγνος· καὶ τάχα διὰ τὸ συγγενὲς φυτὸν τοῦτο τῇ Παρθενίᾳ πεφυκέναι, ταύτῃ ῥάμνος καὶ ἄγνος προσηγορεύθη· ῥάμνος μὲν, παρὰ τὸ στερέμνιον καὶ καρτερὸν πρὸς τὰς ἡδονάς· ἄγνος δὲ, παρὰ τὸ διαπαντὸς ἁγνεύειν. ὅθεν καὶ τὸν Ηλίαν ἐκ προσώπου τῆς Ιεσάβελ γυναικὸς φεύγοντα, λόγος ὑπὸ ῥάμνον ἐλθεῖν πρῶτον, καὶ εἰσακουσθέντα ἐνισχῦσαι καὶ λαβεῖν τροφὴν, ὅτι [a] τῶν φευγόντων οἶστρον, καὶ τὴν γυναῖκα, τὴν ἡδονὴν, τὸ καταγώγιον καὶ ἡ σκέπη, τὸ τῆς ἁγνείας ἐβλάστησε ξύλον, ἀπὸ τῆς παρουσίας τοῦ ἀρχιπαρθένου Χριστοῦ βασιλεύσαν τῶν ἀνθρώπων. τῶν γὰρ πρώτων ἀδυνατησάντων σῶσαι νομοθετημάτων τὸν ἄνθρωπον, τῶν ἐπὶ τοῦ Αδὰμ καὶ τοῦ Νῶε, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Μωσέως, ἡ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ἔσωσε μόνη νομοθεσία πάντας.

A xæ hæreant. Omnino autem hæc de animabus instituta narratio est, quæ ante Christi incarnationem, gravius delictis eluxuriatæ, supplices ad Deum accedunt ac clementiam rogant; misericordiæque ac lenitatis imperio regi (quam Scriptura sub Olivæ figura expressit) efflagitant; idcirco nimirum, quod oleum multum prosit corporibus, laboresque ac dolores dissolvat, & ad lumen sufficiat. Quidquid enim lucernarum luminis est, id vero irrorati olei pabulo concrescit. Dei quoque prorsus miserationes, mortem & peccata dissolvunt, humanoque generi proclive opitulantur, ac alimenta præbent luci cordis. Ac, quæso, considerate, num leges a primo homine condito ad Christum deinceps Scriptura illis verB bis significare voluerit; quibus diabolus contrariis figmentis humanum genus seduxit. Ac Ficum quidem præcepto comparavit, quod in paradiso datum est homini; quod is seductus, [a] nuditatem Ficus foliis contexit. Vitem autem ad id retulit, quod diluvii tempore Noe datum est, eo quod [b] ille vino sopitus, irrisus est. Oliva, Mosaicam legem significat, datam in deserto; quod videlicet prophetica gratia (sanctum utique oleum) improbis illorum actibus ab hereditate (id est a Judæis) defecerit. Denique Rhamnum non inepte refert ad eam legem, quæ Apostolis data est ad mundi salutem; quia per illorum institutionem Virginitatem didicimus, cujus unius inane ac fallax simulacrum diabolus struere neC quivit. Idcirco etiam quatuor tradita sunt evangelia, quod Deus quater humano generi faustas illas annuntiationes miserit, ac quaternis promulgatis legibus ipsum instituerit: quarum tempora ex fructuum diversitate perspicue noscuntur. Nam Ficus, quod mite ac dulce formosumque pomum est, delicias paradisi vitæque voluptariæ repræsentat, in qua homo ante lapsum fuit. Sane non raro, ut postea demonstrabimus, ficus fructum Spiritus sanctus [c], in virtutis partem sumit. Vitis. [d] autem propter vini hilaritatem eorumque lætitiam qui a diluvii ira, Dei indulgentia evaserant, mutatos illorum animos a timore anxiaque cura in gaudium obscure significat. Oliva porro, propter olei quod producit naturam, D Dei misericordiam designat; qui iterum post diluvium, versis in impietatem hominibus, patienter tulerit, ut Legem daret, ac se quibusdam manifestaret, jamque prope extinguendam virtutis lucem olei pinguedine foverit.

III. Rhamnus autem, idem qui Agnus est; quo utroque promiscue nomine aliis aliisque vocatur. Forte etiam, quod planta hæc Virginitati affinis sit, ut Rhamnus & Agnus nuncuparetur obtinuit: Rhamnus quidem, propter soliditatem & adversus voluptates firmitatem: Agnus vero, hoc est casta, quod talis semper duret. Hinc & Eliam a facie Jezabelis mulieris fugientem Scriptura refert [e] ad rhamni E primum umbram secessisse, ibique exauditum robur accepisse, ac cibum sumsisse: quod nimirum ei qui libidinis fugit œstrum, seque a muliere eximit, hoc est, a voluptate, hospitio sit ac umbraculo; quæ a Christi Virginum principis adventu hominum imperio potita, arbor germinavit. Nam cum leges Adami, & Noe Mosisque temporibus latæ, salutem homini præstare nequivissent, sola lex evangelica cunctos salvos fecit.

a Gen. III. 7. *b* Gen. IX. 22. *c* Jer. VIII. 13. *d* Joel. I. 7. *e* III. Reg. XIX. 4.

1. [illegible]αγγέλια] Ἀντὶ τοῦ, κηρύγματα: *prædicati*[illegible], leges ad salutem instituentes.

a Τῶν φευγόντων] Allatius, [illegible] φεύγοντα. Ad quem locum hæc editor Lupareus: Τῶν φευγόντων rescriptum ex Photio. Nam noster habebat τρὸς τὸν φεύγοντα.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



Η γὰρ Συκῆ, ταύτῃ λέγεται μὴ βασιλεῦσαι τῶν A ξύλων, τῶν ἀνθρώπων νοουμένων· συκῆς δὲ, τῆς ἐντολῆς· ἀνθ' ὧν ὁ ἄνθρωπος μετὰ τὸ πεσεῖν ἤθελε πάλιν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς βασιλεύεσθαι, καὶ τῆς ἀφθαρσίας τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς μὴ ἀποβληθῆναι. ἀλλ' ἀπεκρούσθη παραβὰς, καὶ ἀπεβλήθη μακρὰν, ὡς μὴ δυνάμενος ὑπὸ τῆς ἀφθαρσίας ἔτι, μηδὲ χωρῶν βασιλεύεσθαι. καὶ πρῶτον αὐτῷ τὸ κήρυγμα μετὰ τὴν παράβασιν πέμπεται τὸ διὰ Νῶε· ἵν' ἐὰν προσχῇ, κἂν τούτῳ σωθῆναι τῆς ἁμαρτίας ἰσχύσῃ, ἀνάπαυσιν ἀπαγγελλόμενον τὴν ἀπὸ τῶν κακῶν καὶ εὐφροσύνην, εἰ ἀσκήσαιεν. αὐτὸ κατὰ κράτος. ὥσπερ καὶ οἶνον ἡ ἄμπελος ἐπαγγέλλεται γεννᾷν τοῖς ἀσκοῦσι καὶ ἐργαζομένοις. ἀλλὰ καὶ τοῦτο οὐκ ἐβασίλευσε τὸ νομοθέτημα τῆς ἀνθρωπότη- B τος, ὅτι μὴ ἐπείσθησαν αὐτῷ κηρυσσομένῳ σπουδαίως πρὸς τοῦ Νῶε. ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ συνέχεσθαι ἤδη καὶ πνίγεσθαι τοῖς ὕδασιν, ἤρξαντο μετανοεῖν, καὶ ἐπαγγέλλεσθαι παρέχειν ἑαυτοὺς πεισθησομένους ταῖς ἐντολαῖς. ὅθεν καὶ [1] ὑπερηφανοῦνται βασιλεύεσθαι, τουτέστιν ὑπὸ τοῦ κηρύγματος ὑπερηφανοῦνται βοηθεῖσθαι τῆς ἐντολῆς, ἀνταποκρινομένου τοῦ Πνεύματος αὐτοῖς καὶ ὀνειδίζοντος, ὥσπερ κατέλειψαν οἷς ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς ἀνθρώποις, ὦ ἀπειράμονες, βοηθεῖν μὲν καὶ σώζειν τούτους καὶ εὐφραίνειν, οἷον τὸν Νῶε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἐλθὼ βοηθῆσαι, τοῖς φρονήσεως ὑμῖν ἀκάρποις καὶ ξηρῶν ξύλων οὐδὲν ἀπεοικόσι, πρότερον μὴ πιστεύσασί μοι κηρύσσοντι φύξιν τῶν παρόν- C των;

Καὶ δὴ καὶ τούτων οὕτω ἀπαξιωθέντων τῆς θείας κηδεμονίας, καὶ πάλιν τῆς ἀνθρωπότητος εἰς πλάνην κεχυμένης, αὖθις ὁ Θεὸς ἀπέστειλε βασιλεύσοντα νόμον, καὶ ὑπομνήσοντα δικαιοσύνην ἐπὶ Μωσέως. οἱ δὲ μακρὰν καὶ τούτῳ χαίρειν φράσαντες, εἰς εἰδωλολατρείαν μετέστησαν. ὅθεν ὁ Θεὸς εἰς ἀλληλοφονίας καὶ δρασμοὺς καὶ αἰχμαλωσίας παρέδωκε καὶ τούτους, ἀποδοξήσαντος αὐτοὺς σώζειν τοῦ νόμου· οἱ μετὰ τὸ συνελασθῆναι τοῖς κακοῖς, ποτνιώμενοι πάλιν ἐπηγγέλλοντο πειθαρχεῖν ταῖς ἐντολαῖς· μέχρις ὁ Θεὸς τέταρτον κατελεήσας τὸν ἄνθρωπον, τὴν D Ἁγνείαν ἀπέστειλε βασιλεῦσαι, ἣν Ῥάμνον ἀκολούθως ἐκάλεσεν ἡ γραφή. ἥτις καταναλώσασα τὰς ἡδονὰς, καὶ ἀπειλήσασα λοιπὸν, εἰ μὴ αὐτῇ πάντες ἀνενδοιάστως καὶ ἐν ἀληθείᾳ προσέρχοιντο, πυρὶ καταδαπανῆσαι πάντας. οὐκ ἔτι γὰρ μετὰ ταύτην ἔσεσθαι νόμον ἢ διδασκαλίαν ἑτέραν, ἀλλὰ κρίσιν καὶ πῦρ. καὶ διὰ τοῦτο λοιπὸν ἀπεντεῦθεν δικαιοπραγεῖν ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο, καὶ πιστεύειν βεβαίως τῷ Θεῷ, καὶ ἀποσχίζεσθαι τοῦ διαβόλου. οὕτως ὠφελιμώτατον καὶ ἀρωγὸν κατεπέμφθη τοῖς ἀνθρώποις Ἁγνεία. μόνης γὰρ αὐτῆς ἀντίμιμον οὐκ ἴσχυσεν ἐργάσασθαι πρὸς ἀπάτην ὁ διάβολος, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων νομοθετημάτων. E

A Hæc enim caussa est, cur ficus arborum regnum (quæ nimirum spiritali sensu, homines; ficus vero, mandatum intelligatur) non obtinuisse dicatur. Nempe optabat homo post etiam, virtutis imperio subjici, nec ab incorruptione paradisi voluptatis ejici. Ejus tamen illud, prævaricationis reatu, repulsum desiderium; ipseque procul exturbatus est; ut qui deinceps ab incorruptione regi non posset, nec ejus capax dominationis esset. Primaque illi post transgressionem, quæ per Noe esset, prædicatio mittitur; cui si attenderet animum, posset a peccato servari: quippe cum [a] illa cessationem a malis lætitiamque promitteret, si omnibus viribus eam excoluisset. Haud secus ac vitis, edendum abs se vinum haud inani spe pollicetur, si quis eam colat ac labore exerceat. Verum ne hæc quidem lex super homines regnavit, quod ei homines obsequi recusarunt, etsi eam Noe strenue promulgaret. Ceterum malis domiti, & postquam undique circumventi aquis suffocarentur, cœperunt pœnitere ac polliceri dicto se audientes fore, & parituros mandatis. Quocirca spretim rejiciuntur, ne mandati prædicatione juventur; respondente illis Spiritu ac exprobrante, quod dereliquissent, quibus jusserat Deus ut illis opem ferrent, salutemque ac lætitiam præstarent; Noe scilicet virum sanctum ejusque progeniem. Ad vos nimirum, o contumaces, nullo prudentiæ fructu commendatos, opem vobis allaturus, veniam; & qui a lignis aridis nihil differatis; qui prius prædicanti mihi a terrenis avocandum animum, fidem non adhibueritis?

IV. Hisque adeo etiam per hunc modum a benignæ Dei providentiæ cura abdicatis, ac rursus postea humano genere in errores effuso; quæ regnum obtineret ac justitiæ commoneret, sub Mose principe, a Deo lex missa est. Verum hi quoque eadem procul valere jussa, idolorum cultui adhæserunt. Hinc Deus hos quoque in cædes mutuas tradidit, fugasque ac captivitates: lege ipsa quasi sentiente ac fatente, se illis salutem præstare non posse. Nempe malis attriti atque afflicti, lugubri gestu ac planctu, iterum se mandatis obsecuturos pollicebantur; quoad Deus quartum miseratus hominem, Castitatem regno potituram legavit, quam Scriptura consequenter Rhamnum nuncupavit. Hæc rigide austereque absumtis voluptatibus etiam comminatur, nisi ei omnes indubitanter obediant, & in veritate ad ipsam accedant, igni consumturam universos. Non enim aliam post futuram legem aut doctrinam, sed judicium & ignem. Ea denuntiatione juste deinceps homo agere cœpit, & Deo firmiter credere, seque a diabolo abjungere. Sic utilissimum ac salutare Deus hominibus misit auxilium; nempe Castitatem. Nimirum una hæc est, quam imitari arte mala ejusque effingere simulacrum ad seducendum, diabolus minime potuit: sicut in aliis legibus se se res habuerat.

[a] Gen. V. 29.

1. Ὑπερηφανοῦνται βασιλεύεσθαι] Quasi *contemtu rejiciuntur ne imperio regantur*, & ne fructum ex prædicatione consequantur; quam pridem spretam, Noe fabricante Arcam, aquis jam diluvii pressi, sera pœnitentia amplexuros se pollicebantur. Hæc certe Methodii mens, quam & magis declarat, quæ sequitur Spiritus sancti exprobratio, illi gemina quod habetur Prov. I. 24. *Quia vocavi, & renuistis,* &c. *ego quoque in interitu vestro ridebo*. Quæ minæ & illos manent, qui nec lege Gratiæ, quoad licet, juvari student. Quocirca non bene (Allatius) qui vocem ὑπερηφανοῦνται active reddit, *superbientes imperium supra se poscunt*, &c. immo certe rejecti & spreti sunt, nec digni visi, qui illo imperio regerentur. Non bene item Possinius quæ de Noe spreta prædicatione alio torquet. Sic enim ille hunc locum interpretatur: „ Rejecti tamen sunt & spreti, neque „ digni visi sunt qui regerentur illo imperio, id est, a „ promulgata illis lege juvarentur: responsante ipsis Spi- „ ritu & exprobrante, quod neglexissent monita eorum „ qui Dei jussu ac missu ad ipsos venerant; atque aien- „ te: Illos quidem, o contumaces, quos rejecistis irrisistisque salutaria vobis suadentes; Noe videlicet ac filios „ ejus, ego in hoc discrimine servabo & consolabor, ul- „ tro iis suppetias veniens: vos autem malas arbores, „ nullo prudentiæ fructu commendatas, & nihil differen- „ tes a lignis aridis, pessum ire, ut cœpistis & digni estis, „ patiar, quando mihi antea prædicanti præsentium ma- „ lorum fugam, fidem adhibere noluistis.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

Τῆς γὰρ συκῆς, ὡς ἔφην, διὰ τὴν γλυκασίαν τοῦ καρποῦ καὶ τὸν ὡραϊσμὸν ἐν τύπῳ τῆς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς παραληφθείσης, τοῖς ἀντιμίμοις αὐτῆς ἀποβουκολήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ διάβολος ἤγρευσε, τὴν γύμνωσιν καλύψαι πείσας τοῦ σώματος πετάλοις συκῆς· ὅ ἐστι, διὰ τὰ κνησμώδες, τρυφῇ φιληδόνῳ. τοὺς δὲ περισωθέντας αὖθις ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ, διὰ τὴν τῆς πνευματικῆς εὐφροσύνης ἄμπελον, ἀντιμίμῳ πόματι μεθύσας, κατεχλεύασε πάλιν, ἀπογυμνώσας τὸν ἄνθρωπον ἀρετῆς. ἔσται δὲ σαφέστερον μᾶλλον ἐντεῦθεν ὃ λέγω.

Η ἀντικειμένη δύναμις ἀεὶ μιμεῖται τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς δικαιοσύνης τὰ σχήματα, οὐ πρὸς ἄσκησιν κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλὰ πρὸς ἀπάτην καὶ ὑπόκρισιν. ἵνα γὰρ δελεάσῃ πρὸς θάνατον τοὺς φεύγοντας τὸν θάνατον, ἀθανασίας ἔξωθεν καλλωπίζεται σχηματισμοῖς. καὶ ταύτῃ συκῆ βούλεται νομίζεσθαι καὶ ἄμπελος, καὶ γλυκύτητα καὶ εὐφροσύνην γεννᾷν, εἰς Αγγελον μετασχηματιζομένη φωτὸς, καὶ προσχήματι θεοσεβείας δελεάζουσα πολλούς.

Δύο γὰρ εἶναι διαφορὰς συκέων καὶ ἀμπέλων εὑρίσκομεν ἐν ταῖς γραφαῖς. Σῦκα τὰ χρηστὰ, χρηστὰ λίαν· καὶ σῦκα τὰ πικρὰ, πικρὰ λίαν. οἶνον εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπων, καὶ οἶνον θυμὸν δρακόντων καὶ θυμὸν ἀσπίδων ἀνίατον. ἀλλ' ἀφ' οὗ λοιπὸν ἐβασίλευσεν Αγνεία τῶν ἀνθρώπων, ἐλέγχθη ἡ πλάνη καὶ νενίκηται, τοῦ ἀρχιπαρθένου Χριστοῦ καταστρέψαντος αὐτήν· καὶ ἡ ἀληθινὴ συκῆ καὶ ἡ ἀληθινὴ ἄμπελος καρποφοροῦσι, μετὰ τὸ κρατῆσαι πάντων Αγνείαν, καθάπερ καὶ Ιωὴλ ὁ προφήτης εὐαγγελίζεται· Θάρσει γῆ, λέγων, καὶ χαῖρε καὶ εὐφραίνου, ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι. θαρσεῖτε κτήνη τοῦ πεδίου, ὅτι βεβλάστηκε τὰ πεδία τῆς ἐρήμου· ὅτι ξύλον ἤνεγκε τὸν καρπὸν αὐτοῦ, ἄμπελος καὶ συκῆ ἔδωκαν τὴν ἰσχὺν αὐτῶν. καὶ τὰ τέκνα Σιὼν χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε ἐπὶ Κυρίῳ Θεῷ ὑμῶν, διότι ἔδωκεν ὑμῖν βρῶσιν εἰς δικαιοσύνην· ἄμπελον καὶ συκῆν δένδρα, καρποὺς εἰς δικαιοσύνην βλαστήσαντα τοῖς τέκνοις τῆς νοητῆς Σιὼν, τὰς ἔμπροσθεν νομοθεσίας καλῶν, ἃ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκαρποφόρησαν τοῦ Λόγου, ὁπότε ἐβασίλευσεν ἡμῶν ἡ Αγνεία, πρόσθεν ἀποκαμόντα καὶ ἀπομύσαντα τὰς βλαστὰς διὰ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν πολλὴν πλάνην. οὐδὲ γὰρ ἠδύνατο τὴν εἰς ζωὴν ἀναδιδομένην ἡμῖν παρασχεῖν τροφὴν ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ καὶ ἡ συκῆ ἡ ἀληθινὴ, ἔτι τῆς συκῆς μὴ ἀληθινῆς καὶ πρὸς ἀπάτην πεποικιλμένης, ἀνθούσης· ἀλλ' ὅτε κατεξήρανεν ὁ Κύριος τὰ νόθα καὶ ἀντιμίμητα τῶν ἀληθινῶν, ἀποφηνάμενος τῇ πικροφόρῳ συκῇ τὸ, Μηκέτι γένηται καρπὸς ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα· τότε τὰ ὄντως ἀνέθαλε καρποφόρα, καὶ ἐβλάστησε βρῶσιν εἰς δικαιοσύνην.

Εστι δὲ καὶ ὅτε εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται τὸν Κύριον ἡ Αμπελος πολλαχῶς· εἰς δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἡ συκῆ· ὡς τοῦ μὲν Κυρίου τὰς καρδίας ἱλαρύνοντος τῶν ἀνθρώπων, τοῦ δὲ Πνεύματος ἰωμένου. καὶ διὰ τοῦτο προστάσσεται πρῶτον Εζεκίας παλάθῃ καταπλασθῆναι σύκων· ὃ δή ἐστι τῷ καρπῷ τοῦ Πνεύματος, ἵνα θεραπευθῇ, οἱονεὶ κατὰ τὸν Αποστολον, τῇ ἀγάπῃ. Ο γὰρ καρπὸς, φησι, τοῦ Πνεύματος ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, πίστις, πρᾳότης, ἐγκράτεια· ὧν διὰ τὴν πολλὴν γλυκύτητα, σῦκα ὁ προφήτης ἐκάλεσε. καὶ ὁ Μιχαίας δὲ, Καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος, φησιν, ὑπὸ τὴν ἄμπελον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος ὑποκάτω τῆς συκῆς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν. δῆλον γὰρ ὅτι οἱ ὑπὸ τὴν τοῦ Πνεύματος [illegible] καὶ [illegible], καὶ τὴν τοῦ Λόγου σκιὰν, οὐ [illegible], οὐδὲ πτοηθήσονται τοὺς ταράσσοντας τὰς καρδίας.

V. Cum enim ficus (uti dicebam) qua præstat fructus dulcedine elegantiaque, deliciarum paradisi typo assumatur: rebus illi æmulis seductum hominem diabolus præda cepit, dum nuda corporis ejus fruticis foliis contegere persuasit: hoc nempe agens, ut molliter scabra fici folia, proritandæ essent libidini. Eos rursus qui ex diluvio incolumes fuerant, ob spiritalem lætitiæ vitem, non dissimili potu inebriatos derisit, virtutis denuo indumento hominem nudans. Indeque manifestius erit, quod dico.


Adversaria potestas semper virtutis ac justitiæ speciem cultumque æmulatur, non ut exerceat ad pietatem, sed ut fraudem faciat & simulatione eludat. Ut enim eos qui mortem fugiant, ad mortem illecebra capiat, immortalitatis exterius coloribus fucatur. Atque hinc est, ut ficus aut vitis videri velit, & quæ dulcedinis ac lætitiæ fecunda parens exsistat, [a] transformans se in Angelum lucis, multosque religionis specie illaqueans.

Duo enim esse genera ficuum vitiumque in sacris litteris reperimus. [b] *Ficus bonas, bonas valde: & ficus amaras, amaras valde.* [c] *Vinum lætificans cor hominum:* &, [d] *vinum furorem draconum, & furorem aspidum insanabilem.* Verum ex quo jam Castitas hominum imperium iniit, deprehensa fraus est atque devicta, evertente illam Virginum principe Christo: veraque adeo ficus & vera vitis fructificant, postquam in omnes evasit Castitatis dominatus, uti & Joel propheta ominate annuntiat: [e] *Confide terra*, dicens, *gaude & lætare, quoniam magnificavit Dominus, ut faceret. Confidite pecora campi, quoniam germinarunt campi solitudinis: quoniam lignum attulit fructum suum: vitis & ficus dederunt virtutem suam. Et filii Sion exsultate & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis cibum in justitiam.* Vitem & ficum arbores, fructum in justitiam germinantes filiis spiritalis Sion, priores leges appellat: quæ posteaquam Verbum homo factum est, fructificarunt, Castitate in nos adepta imperium; cum prius ob peccatum immensumque errorem enervatæ concidissent, ac surculos compressissent. Non enim poterat tale nobis alimentum, quod ad vitam proficeret, Vitis vera ac Ficus vera præbere, adhuc ficu non vera, & ad fraudem vario cultu ornata, florente. Sed quando arefecit Dominus falsa germina verorumque æmula, prolata sententia in ficum amarulentam, [f] *Non amplius nascatur ex te fructus*; tunc quæ vere fructiferæ erant arbores, floruerunt, & germinarunt cibum in justitiam.

Quandoque vero etiam Vitis, neque id paucis locis, [g] ad Dominum refertur: Ficus vero ad Spiritum sanctum; tamquam nimirum Domino exhilarante corda hominum, ac Spiritu sanante. Et propterea jubetur [h] primum Ezechias ficorum massa cataplasma facere ac imponere (fructu scilicet Spiritus) ut curetur: tamquam nimirum caritate, ut auctor est Apostolus. [i] *Fructus* enim, inquit, *Spiritus est caritas, gaudium, pax, lenitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia.* Quas nimirum dotes, donaque ob eximiam dulcedinem propheta ficos nuncupavit. Michæas quoque, [k] *Et requiescet unusquisque*, inquit, *sub vite sua & unusquisque sub ficu sua; & non erit qui exterreat.* Certum enim est, eos qui sub Spiritus Verbique umbraculum asylumque confugerint ac quieverint, nullo consternandos pavore, aut illius percellendos horrore qui corda conturbat.

[a] II. Cor. xi. 14. [b] Jer. xxiv. 3. [c] Psal. civ. 3. [d] Deut. xxxii 33. [e] Joel II. 21-23. [f] Matth. xxi. 19. [g] Joan. xv. 1. [h] iv. Reg. xx. 7. Isa. xxxviii 21. [i] Gal. V. 22. [k] Mich. iv. 4.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



Οτι δὲ ϗ ἡ Ελαία τὴν ἐπὶ Μωσέως αἰνίσσεται A νομοθεσίαν, ὁ Ζαχαρίας παρίστησιν, ἔτω λέγων· Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, ϗ ἐξήγειρέ με, ὃν τρόπον ὅταν ἐξεγερθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὕπνυ αὐτῦ· καὶ εἶπε πρός με, Τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπα, Εώρακα, ϗ ἰδὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς, καὶ δύο ἐλαῖαι, μία ἐκ δεξιῶν τῦ λαμπαδίυ αὐτῆς, ϗ μία ἐξ εὐωνύμων. ϗ μετ' ὀλίγα· ϗ τίνες εἰσὶν ἐρομένυ αἱ ἐλαῖαι τῦ προφήτυ, αἱ ἐκ δεξιῶν τῆς λυχνίας ϗ αἱ ἐξ εὐωνύμων, καὶ οἱ δύο κλάδοι τῶν ἐλαιῶν οἱ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν δύο μυξωτήρων, ἀπεκρίθη ϗ εἶπεν ὁ ἄγγελος, Οὗτοι οἱ δύο υἱοὶ πιότητος, οἱ παρεστήκασι τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. [1] τὰς δύο λέγων ἀρχεγόνους Δυνάμεις εἶναι, τὰς δορυφορούσας τὸν Θεόν. αἱ ἐν τῷ οἴ- B κῳ περὶ τὸ σχοίνισμα διὰ τῶν κλάδων ἐπιχορηγῦσαι τὸ πνευματικὸν ἔλαιον τῦ Θεῦ, ἵνα φῶς ἔχει θείας γνώσεως. οἱ γὰρ δύο κλάδοι τῶν δύο ἐλαιῶν, ὁ νόμος εἰσὶ καὶ οἱ προφῆται, οἱ περὶ τὸ σχοίνισμα τῆς κληρονομίας ἐπικληθέντες, ὓς ἐβλάστησεν ὁ Χριστὸς ϗ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὕπω δυναμένων ἡμῶν χωρῆσαι τὸν καρπὸν ὅλον, καὶ τὸ μέγεθος τῶν φυτῶν τύτων, πρὶν ἄρξαι τῦ κόσμυ ϗ βασιλεῦσαι τὴν Αγνείαν· ἀλλὰ τοὺς κλάδους αὐτῶν μόνον, τὸν νόμον οἱονεὶ καὶ τὴν προφητείαν, πρόσθεν ἐγεωργήσαμεν, ϗ ταῦτα μετρίως, πολλάκις διολισθήσαντες. τίς γὰρ Χριστὸν ἢ τὸ Πνεῦμα τέλειον ἴσχυσε χωρῆσαί ποτε, μὴ καθαρεύσας πρῶτον; ἡ γὰρ πρὸς εὐδοξίαν ἐπιθυμητὴν τε καὶ ἐραστὴν ἐκ παίδων ἐργαζομένη τὴν C ψυχὴν ἄσκησις, καὶ τὸν κόσμον αὐτῇ τῦτον μετὰ ῥαστώνης ἀβασάνιστον ἐκεῖ διακομίζυσα, καὶ μικρῶν αἰρουμένη πόνων μεγάλας ἐλπίδας, ἐστὶν ἡ ἀθανατοποιὸς τῶν σωμάτων ἡμῶν Αγνεία, ἣν δεῖ πάντας ἀσμένως ἀνθρώπους προτιμᾷν ϗ αἰνεῖν· τοὺς μὲν, ὅτι δι' αὐτὴν ἐνυμφαγωγήθησαν τῷ Λόγῳ Παρθενίαν ἀσκήσαντες· τὺς δὲ, ὅτι πρὸς αὐτῆς ἠλευθερώθησαν τῆς, Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, κατακρίσεως.

Οὗτος, ὦ Αρετὴ, καὶ ὁ παρ' ἐμοῦ σοι, καθόσον ἐγὼ δύναμαι, λόγος ὑπὲρ Αγνείας· ὃν ἀξιῶ, κἂν μέτριος ᾖ, δέσποινα, ϗ ὀλίγος, προθυμότατά γε δέξασθαι παρ' ἐμοῦ, τελευταίαν εἰπεῖν ᾑρημένη. D

VI. Porro & Mosis legem, Olivæ symbolo designari, ostendit Zacharias, sic dicens: [a] *Et reversus est Angelus qui loquebatur in me, & suscitavit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas super ipsam. Et duæ olivæ, una a dextris lampadis ejus, & una a sinistris.* Et paucis interjectis, percontanti prophetæ, Quid essent duæ olivæ ad dexteram candelabri & ad sinistram ejus; quid item duo rami olivarum, qui sint in manibus duorum rostrorum; respondit & dixit Angelus: [b] *Isti sunt duo filii pinguedinis, qui assistunt Domino universæ terræ:* Duas nempe primigenias virtutes significans, assistentes Deo; quæ in domo circa funiculum per ramos spiritale Dei oleum subministrent, ut divinæ lumen cognitionis habeat. Duo namque rami duarum olivarum, Lex sunt & Prophetæ circa funiculum hereditatis versantes, quorum auctor Christus & Spiritus sanctus; cum necdum ipsi fructum integrum, harumque plantarum magnitudinem capere possemus, priusquam Castitas mundi principatum arriperet, eumque imperio regeret: sed ipsarum dumtaxat ramos (Legem scilicet & Prophetas) atque id mediocriter, sæpius nimirum prolapsi, in antecessum excoluimus. Quis enim Christum aut Spiritum perfecte umquam, nisi vitæ prius munditia fretus, capere potuit? Quæ enim ad gloriam desiderabilem ac amabilem a puero animum præparat exercitatio, & hunc illi cultum cum otio tutum importat, ac pro exiguis laboribus ingentes spes ingenerat, ipsa hæc est de qua agimus, immortalitatem corporibus nostris tribuens, Castitas: quam omnes lubenter homines omnibus anteferre, & super omnia laudare decet: alios quidem, quod per eam ad honorem nuptiarum cum Verbo assumti sunt, colendo Virginitatem: alios autem, quod per illam ab ea liberati sint maledictione, [c] *Terra es, & in terram reverteris.*

Hic est, o Arete, quem a me exegisti, pro virium mearum tenuitate, absolutus sermo de Virginitate: quem peto, o domina, etsi mediocris exilisque sit, benigno tamen a me accipias animo, cui ultimum assignasti orandi locum.

a Zach. IV. 1-3. b Ibid. ℣. 14. c Gen. III. 19.

1. Τὰς δύο ἀρχεγόνυς Δυνάμεις] Eamdem hanc expositionem secutus Dionysius 2. cap. de Divin. nom. §. 7. ita explicat divina nomina, ut Pater sit, πηγαία θεότης. *Origo in divinis*, ut reddit Corderius quasi *fontalis divinitas*, ut idem in Maximi Scholio: Filius & Spiritus sanctus, τῆς θεογόνυ θεότητ☉ βλαστοὶ θεόφυτοι, καὶ οἷον ἄνθη ϗ φῶτα; *fecundæ deitatis divina germina ac velut flores & lumina superessentialia*. Ubi non bene Corderius τὸ, τῆς θεογόνυ θεότητος, *quasi Dei prolem*. Ac num satis ex dignitate divinarum Personarum, quod quasi servili more δορυφορῦσαι τὸν Θεὸν, *satellitio illi adstare*, heic describuntur, ac unde lucernis oleum suppetat ac candelabro, subministrare: σχοίνισμα *funiculus hereditatis*, ipsi Judæi, circa quem duæ olivæ per ramos suos (Legem ac Prophetas, quorum auctores sunt) subministrantes oleum spiritale τῷ Θεῷ (editum erat) ἵνα φῶς ἔχῃ θείας γνώσεως, *Deo, ut divinam scientiam habeat*. At quis sic putrem sensum ac lectionem ferat? Et tamen nulla animadversione præteriit ambos interpretes. Nemo sane dicat, inferre Filium & Spiritum sanctum, per Legem & Prophetas, Deo & Patri divinæ cognitionis lumen. Videbatur τῷ λαῷ reponendum, *populo*, qui ipse funiculus: sed minori mutatione, nullaque E tautologia, τῦ Θεῦ, scribo. Nempe Dei oleum subministrabant, ut haberet σχοίνισμα (ipse populus) divinæ cognitionis lumen: hoc enim ex Deo, illoque auctore inferebant Judæis Lex & Prophetæ. Si Dionysius Methodio auctor fuit hujus sententiæ, antiquus Scriptor est, & vel Apostolicorum temporum, vel his vicinorum. Ac quidem illi sic, eosque secutus Maximus: Recentiores vero viri docti, nec non Rabbini, duos filios pinguedinis, ut οἱ O. vel (ut alii) olei, vel splendoris στιλπνότητ☉, Jesum sacerdotem interpretantur, & Zorobabelem principem; qui ambo, alter sacerdotali, alter quasi regali, unctione uncti essent, ac etiam Spiritus sancti gratiis delibuti; ambo præclari viri & utraque potestate principes, qui præsidio forent instaurando templo ac reipublicæ Judæorum reparandæ, adstarentque Dominatori universæ terræ, divinis mandatis semper parati obtemperare: per quos candelabrum, ipsum funiculus, & populi symbolum, oleo ad lumen & claritatem non deficeretur, sive etiam ad Dei cognitionem, sacerdotis maxime opera illi præstandam; atque etiam a principe, quoad civilia, ipsa in Deum relata, ut erat Dei ipsis legibus instituta respublica; electoque in eam rem Zorobabele ut templum absolveret.

Λόγος ΙΑ'.

Α Ρ Ε Τ Η.

ΑΛλὰ δέχομαι, τὴν Ἀρετὴν ἡ Θεοπάτρα ἔφη φάναι, [1] καὶ πᾶσαν ἐπαινῶ. κράτιστα γὰρ δὴ, κἂν οὕτω μὴ φανερῶς, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς τὰ λεχθέντα δεχομένη διεξεληλύθας, οὐ γλυκυμυθίαν πρὸς τέρψιν τῶν ἀκουόντων συσκευασαμένη, ἀλλὰ πρὸς ἐπανόρθωσιν ὑπόμνημα καὶ νῆψιν. πρωτάττειν γὰρ τῶν ἐμῶν ἐπιτηδευμάτων Ἁγνείαν ὁ λέγων δεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι πρώτην τῶν ἄλλων, ὀρθῶς παρακελεύεται· ἣν τιμᾶν μὲν νομίζουσι καὶ θεραπεύειν πολλοὶ, τιμῶσι δ' αὐτὴν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὀλίγοι. οὐ γὰρ ὁπόταν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα τῆς κατὰ συνουσίαν ἀγεύστον ἡδονῆς φιλοτιμεῖται τηρεῖν ἄνθρωπος, τῶν ἄλλων μὴ κρατῶν, Ἁγνείαν τιμᾷ. ἀτιμάζει μὲν οὖν αὐτὴν μᾶλλον οὐχ ἥκιστα βαναύσοις ἐπιθυμίαις, ἡδονὰς ἀντικαταλλασσόμενος ἡδοναῖς. οὐδέ γε ὅταν πρὸς τὰς ἔξω μὲν ἐπιθυμίας διαπονῇ καρτερῶν, ὑπεραίρηται δὲ φυσιούμενος, αὐτῷ δὴ τούτῳ τῷ δύνασθαι τῶν τῆς σαρκὸς ὑπεκκαυμάτων κρατεῖν, καὶ πάντας ὡς οὐδὲν ἐξουδενῶν, ἡγεῖται Ἁγνείαν τιμᾶν. ἀτιμάζει γὰρ αὐτὴν ὑβρίζων ὁ ὑψηλοφροσύνῃ, τῷ, τὸ μὲν ἔξωθεν τοῦ πίνακος καθαίρειν καὶ τῆς παροψίδος, τὴν σάρκα, τὸ σῶμα· τὴν δὲ καρδίαν τύφῳ σίνεσθαι καὶ φιλοκρατίᾳ. οὐδέ γε ὁπότε ἐναβρύνεταί τις χρήμασι, τιμᾶν αὐτὴν σπουδάζει· ἀτιμάζει μὲν οὖν παντὸς μᾶλλον δὲ οὗτος, προκρίνων αὐτῆς ὀλίγον κέρδος, ἧς οὐδὲν ἀντάξιον τῶν ἐν τῷ βίῳ τιμίων. Πᾶς γὰρ πλοῦτος ἐνώπιον αὐτῆς, καὶ χρυσὸς, ὡς ψάμμος ὀλίγη. οὐδέ γε ὁ ἑαυτὸν ὑπερφυῶς ἡγούμενος φιλεῖν, καὶ τὸ ἑαυτῷ μόνῳ συμφέρον σπουδάζων σκοπεῖν, ἀφροντις δὲ τῶν πλησίον, Ἁγνείαν τιμᾷ· ἀτιμάζει μὲν οὖν αὐτὴν καὶ οὗτος· πολὺ γὰρ λείπεται τῶν κατ' ἀξίαν ὁμιλούντων αὐτῇ, τῷ τὴν ἀγάπην αὐτῆς καὶ τὸ φιλάνθρωπον λωβήτασθαι. οὐ γὰρ τῇδε μὲν ἁγνεύοντας παρθενεύειν δεῖ, τῇδε δὲ κακοπραγοῦντας χραίνεσθαι καὶ ἀκολασταίνειν. οὐδὲ τῇδε μὲν ἐπαγγέλλεσθαι καθαρεύειν καὶ σωφρονεῖν, τῇδε δὲ μολύνεσθαι καὶ ἁμαρτάνειν. οὐδ' αὖ τῇ μὲν ὁμολογεῖν μὴ πεφροντικέναι τῶν κοσμικῶν, τῇ δὲ κτᾶσθαι [2] καὶ ἐν αὐτοῖς ἐξετάζεσθαι. ἀλλὰ πάντα τὰ μέλη φθορᾶς ἀκοινώνητα καὶ ἀμιγῆ τηρεῖν, οὐ μόνον τὰ κνησμώδη καὶ συνουσιαστικὰ, ἀλλ' ἤδη καὶ [3] τὰ τούτων ἐνεργέστερα. χλεύη γὰρ, τὰ μὲν τῆς παιδοποιήσεως ὄργανα τηρεῖν παρθένα, τὴν δὲ γλῶτταν μὴ τηρεῖν· ἢ τὴν γλῶσσαν μὲν τηρεῖν παρθένον, τὴν δὲ ὅρασιν, ἢ τὴν ἀκοὴν, ἢ τὰς χεῖρας μὴ τηρεῖν. εἰ ταῦτα μὲν ἔχειν καὶ τηρεῖν παρθένα, τὴν καρδίαν

ORATIO XI.

A R E T E.

I. ACcipio equidem (respondisse Areten referebat Theopatra) & totam probo ac laudo. Optime enim, etsi non ita clare, ceterum ingenii vi sollertique opera, quæ dicta erant suscipiens, prosecuta es, non inanem demulcendis auribus instruens voluptatem, sed ad morum correctionem ac sobrietatem, luculentum monumentum ponens. Qui enim ceteris meis studiis ac officiis præponendam Castitatem docet & præ aliis primam amplectendam, recte admonet: quam se colere & observare multi quidem existimant: at certe colunt pauci, ut verbo dicam. Non enim quicumque suam carnem a venerei congressus voluptate continere studuerit, nisi reliquos affectus coerceat, continuo Castitatem colit: quin potius ignominia traducit, cum ejus professione suscepta, sordidis nihilominus indulget cupiditatibus, voluptates ac libidines voluptatibus commutans ac libidinibus. Neque si cupiditatibus quidem sensuum fortiter obstiterit, inani autem gloria fastuque efferatur, hoc ipso quod potis sit exardescentis in se libidinis æstus comprimere, cunctosque nihil faciat, recte censeatur Castitatem colere: quam superbiæ contagie dedecore verius afficit; nempe [a] quod exterius est lancis & paropsidis emundans, carnem videlicet ac corpus; animum vero tumoris ambitionisque sordibus inquinans. At neque si quis pecuniarum cupiditate captus, earum copia gloriatur, is eam colere magnifice studet; sed pro omnibus despicatui habet, lucrum exiguum illi præferens, cui tamen nihil comparabile est, eorum quæ in vita in pretio habentur. Omnes enim divitiæ & [b] *aurum in conspectu illius arena est exigua*. At neque qui se ipsum supra modum amare deprehenditur, & quod sibi soli prodest unice intuetur & curat, necessitatum proximi securus, Castitatem colit: quin ipse quoque spernit. Multum enim ab illis abest qui pro dignitate, illius utuntur necessitudine, qui ejus caritatem & misericordiam & humanitatem a se repulerit. Neque enim rectum est, hinc quidem Castitatis usu Virginitatem colere; illinc vero pravis facinoribus ac libidine animum polluere: neque hinc quidem profiteri puritatem & continentiam, illinc autem inquinari atque vitiis indulgere. Neque rursus, hinc quidem fateri haud sibi curæ esse res mundi, illinc autem parandis inhiare ac in illis versari. Quin membra omnia ab omni intacta corruptione servanda ac incommista, non ea dumtaxat quæ pruritum ad libidinem habent, remque maritalem exercent; sed ea quoque quæ hisce sunt ad opus obeundum promtiora. Plane siquidem ridiculum fuerit, procreationis filiorum instrumenta integra servare ac intaminata, non item linguam: aut servare quidem linguam, oculum autem aut aures aut manus

a Matth. XXIII. 25. *b* Sap. VII. 9.

1. Καὶ πᾶσαν ἐπαινῶ] Nulla heic opus emendatione. De una sermo Domnina, quam perorantem, aliarum more Arete coronat; ac argumento rite defunctam, laudat: σὲ πᾶσαν. Allatii mendosum est.

2. Καὶ ἐν αὐτοῖς ἐξετάζεσθαι] *In illis versari*, ac si quid ejusmodi eo sensu vox illa potest reddi: de qua plura Budæus. Passim in Conciliis, οἱ ἐξεταζόμενοι in aliquo gradu vel ordine, *qui in illo merent*, *in ejus censu sunt*: ἐξεταζόμενος ἐν τοῖς ἱππικοῖς, Eques Romanus. Heic ergo, ἐξεταζόμενος ἐν τοῖς κοσμικοῖς, *qui mundanus sit ac secularis*: nec bene Possinus, *studio rerum mundanarum nimio turbari*. Quod reddit Allatius non intelligo, *& in illis aliquid esse contendere*.

3. Τὰ τούτων ἐνεργέστερα] Videtur legisse Possinius ἐναργέστερα, dum longa paraphrasi, ita reddit, *Quin potius pudicorum, ut ita dicam, & se honeste ostentantium membrorum*, &c. qui & τὰ κνησμώδη reddiderat, *ea quæ pudor vetat*. Verum quidem utrisque hæc membris competere; sed non eo comparat Methodius, quod alia obscena, alia honesta, hincque tecta alia, alia ut videantur exposita; sed quod sic exposita atque honesta, procliviorem actum habeant usumque, quibus proinde æqua aut major habenda diligentia, ut casta sint, ne quid habeant quod Virginem dedeceat; ut sunt lingua, oculi, manus; omniumque maxime ipsi animi sensus ac cogitatus, extra quos omnis alia emundatio, carnis est & corporis, non interioris hominis, penes quem vera Virginitas potissimum consistit.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 290.

δὲ μὴ τηρεῖν, ἀλλ' ἐταιρίζεσθαι τύφῳ καὶ θυμῷ.

Δεῖ γὰρ πάντως τὸν μέλλοντα μὴ ἁμαρτήσεσθαι περὶ τὴν ἄσκησιν τῆς Ἁγνείας, τὰ μέλη πάντα καὶ τὰ αἰσθητήρια τηρεῖν ἑαυτοῦ καθαρὰ καὶ συνεσφιγμένα· καθάπερ δὴ καὶ πλοίων, ὧν οἱ κυβερνῆται τὰς ἁρμογὰς σφίγγουσι, πρὸς τὸ μὴ σχεῖν ἔσω δίοδον τὴν ἁμαρτίαν ἐπεισχεομένην. τοῖς γὰρ μεγάλοις ἐξ ἀνάγκης ἐπιτηδεύμασι, μεγάλα καὶ τὰ πταίσματα συμβαίνει, καὶ τῷ ὄντι τῷ ἀγαθῷ μᾶλλον ἐναντιώτερον τὸ κακὸν, ἢ τῷ μὴ ἀγαθῷ. πολλαὶ οὖν δοξάζοντες τὸ περὶ τὰς οἰστρώδεις καρτερεῖν ἐπιθυμίας εἶναι τὴν Ἁγνείαν, τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, αὐτῆς ἔπταισαν, καὶ τοῖς ὀρθῶς πρὸς αὐτὴν ὡρμημένοις προσῆψαν ψόγους, ὡς ὑμεῖς ἠλέγξατε, νόμος διὰ πάντων. αὗται γὰρ παρθενεύουσαι καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ· καὶ τὰ μὲν δὴ τῆς Παρθένου, ποταπὴν εἶναι προσήκει, διεγράφη· ὑμᾶς δὲ διαρκῶς ἀγωνισαμένας τῷ λόγῳ, αὐτήκοος γενομένη, πάσας ἀποφαίνομαι νικᾶν καὶ στέφω· Θέκλαν δὲ τῷ μείζονι στεφάνῳ καὶ δασυτέρῳ, ὡς πρώτην ὑμῶν καὶ μεγαλοπρεπέστερον ἐκλάμψασαν.

A nequaquam: aut denique illa quoque habere ac servare integra, non vero animum, sed illo superbia iraque constuprari.

Prorsus enim operæ pretium est, ut cui constitutum sit ne colenda Castitate a proposito erret, membra omnia sensusque suos mundos adstrictosque servet; uti fieri in navium tabulis solet, quarum juncturas navarchi diligenter agglutinant adstringuntque: ne qua scilicet peccato sese infundenti in animum via atque aditus pateat. Nam ut nobilissima quæque præstantissimaque professio est, ita maximis gravissimisque offensionibus obnoxia est; ac vere bono malum magis adversatur, quam ei quod nec in bonis numerandum est. B Multi itaque quibus persuasum esset, hoc potissimum præstare Castitatem, ut effrenes libidinosos æstus ac cupiditates comprimat, reliqua vitæ institutione neglecta, hac quoque exciderunt; suique dedecoris partem, recto ad eam tramite nitentibus, asperserunt: uti vos, quæ in omnibus estis regula, demonstratis: quippe cum & opere & sermone, seu eruditione Virginitate perfunctæ, ejus decora protuleritis. Et Virginem quidem qualem esse deceat perscripsimus. Vos autem, amplo dicendi facultate celebrato certamine quæ ipsa audiverim, victrices omnes pronuntio ac corona dono. Theclam tamen majori floridiorique, ut inter vos principem, ac quæ magnificentior cunctis claruerit.

Ταῦτα οὖν εἰποῦσαν, ἔφη, κελεῦσαι πάσας ἀναστῆναι τὴν Ἀρετὴν ἡ Θεοπάτρα, καὶ πάσας ὑπὸ τὴν Ἀγνὸν, εὐχαριστήριον ὕμνον πρεπόντως ἀναπέμψαι τῷ Κυρίῳ· ἐξάρχειν δὲ τὴν Θέκλαν καὶ προαφηγεῖσθαι. ὡς οὖν ἀνέστησαν, τὴν Θέκλαν μέσην μὲν τῶν Παρθένων, ἔφη, ἐκ δεξιῶν δὲ τῆς Ἀρετῆς στᾶσαν, κοσμίως ψάλλειν· τὰς δὲ λοιπὰς ἐν κύκλῳ καθάπερ ἐν χοροῦ σχήματι συστάσας, ὑπακούειν αὐτῇ.

C II. Hæc locutam Aretem ajebat Theopatra, jussisse cunctas assurgere, & sub Agno stantes factaque corona, gratias Domino ac laudes debita veneratione referre. Theclam auspicari, ac choro præire. Ut igitur assurrexerunt, Theclam narrabat Virginem mediam a dextris Aretes stantem, compositе canere: reliquas vero in orbem, quasi circum ducto choro, illi succinere ac respondere.

ΥΠΑΚΟΗ.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

HYPACOE.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

ΨΑΛΜΟΣ.

Ἄνωθεν, Παρθένοι, βοῆς ἐγερσινεκρος ἦχος ἦλθε, Νυμφίῳ λέγων πασσυδὶ ὑπαντάνειν λευκέσιν ἐν στολαῖς καὶ λαμπάσι, πρὸς ἀνατολάς. ἔγρεσθε πρὶν φθάσῃ μολεῖν εἴσω θυρῶν Ἄναξ.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Βροτῶν πολυστένακτον ὄλβον ἐκφυγοῦσα, καὶ βίου τρυφῆς ἡδονὰς, ἔρωτα, σαῖς ὑπ' ἀγκάλαις ζωηφόροις ποθῶ σκέπεσθαι, καὶ βλέπειν τὸ σὸν κάλλος διηνεκῶς, Μάκαρ.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Γάμων λιποῦσα τὰ θνητὰ λέκτρα, καὶ δόμον, Ἄναξ, διὰ σὲ, πολύχρυσον, ἦλθον ἀσπίλοις ἐν εἵμασιν, ὅπως φθάσω κἀγὼ πανολβίων θαλάμων εἴσω σὺν σοὶ μολεῖν.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Δόλους δράκοντος ἐκφυγοῦσα μυρίους, Μάκαρ, θελκτηρίους, ἔτι δὲ καὶ πυρὸς φλόγα καὶ θηρίων ἀνημέρων ὁρμὰς βροτοφθόρους, σὲ προσμένουσα ἀπ' οὐρανῶν.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἐλαθόμην πατρίας ποθοῦσα σὴν χάριν, Λόγε·

D PSALMUS.

Cælitus Virgines, clamoris excitantis mortuos sonus venit, Sponso jubens simul omnes obviam ire in stolis albis & lampadibus, orientem versus. Expergiscimini priusquam occupet intra portas penetrare Rex.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Mortalium luctuosa nimis excussa felicitate, spretisque vitæ luxuriosæ deliciis amoreque, tuis sub ulnis salutiferis protegi desidero, & tuam videre semper, o Beate, pulcritudinem.

E Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Relictis mortalium nuptiarum toris ac domo, o Rex, propter te, auri plena intaminatis in vestibus veni, ut & ego una tecum intra beatissimos thalamos admittar.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.


Innumerabilibus blandientis draconis, o Beate, erepta dolis, ignisque flamma superata, ac immanium rictibus iraque bestiarum in mortalium perniciem natarum, te de cælis exspecto.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

[a] Oblita sum patriæ, o Verbum, tuæ desiderio

a Psal. XLIV. II.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ἐλαθόμην Παρθένων ὁμηλίκων χορὸς, μητρός τε καὶ γένους φρύαγμα· πάντα γὰρ σύ μοι αὐτὸς σὺ Χριστὲ τυγχάνεις.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ζωῆς χορηγὸς Χριστὲ τυγχάνεις. χαῖρε φῶς ἀνέσπερον· ταύτην δέδεξο τὴν βοήν. χόρος σε Παρθένων προσεννέπει, τέλειον Ἄνθος, Ἀγάπη, Χαρὰ, Φρόνησις, Σοφία, Λόγε.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἠνοιγμένοις θύραις, Ἄνασσα φαιδρόκοσμε, δέδεξο θαλάμων εἴσω χ' ἡμᾶς, ἀχραντόσωμε, καλλίνικε Νύμφα, καλλίπνους. ὁμόστολοι παρήμεθα Χριστῷ, πανόλβιον μέλπουσαι σὸν γάμον, θάλος.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Θρηνοῦσι νῦν βαρύστονοι κόραι πυλῶν πικρῶς ἔξω, καὶ βοῶσι γοερῶς, ὅτι τὸ λαμπάδων ἀποσβέσασαι φῶς, οὐκ ἔφθασαν χαρᾶς ταμιεῖον [1] εἰσιδεῖν.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἱερᾶς ὁδοῦ γὰρ ἐκτραπεῖσαι, πρὸς βίου πόρους κτήσασθ' ἔλαιον ἠμέλησαν ἄθλιαι πλέον· νεκρὰς δὲ φλογεροῦ πυρὸς φέρουσαι λαμπάδας, στένουσιν ἔνδον ἐκ φρενῶν.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Κρατῆρες ἀδυπληθέες πρόκεινται νέκταρος· πίνωμεν· οὐράνιόν ἐστι πόμα, Παρθένοι, ὃ Νυμφίος ὅπερ τέθεικε τοῖς μετ' ἀξίας εἰς τὸν γάμον κεκλημένοις.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Λαμπρῶς σου τὸν θάνατον Ἄβελ προεκτυπῶν, Μάκαρ, ἔλεξεν αἱματοσταγὴς βλέπων εἰς οὐρανὸν, Ἀνηλεῶς με συγγόνου τιτρωμένον χειρὶ δέξαι, λιτάζομαι, Λόγε.

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Μέγιστον ἆθλον Ἁγνείας ὁ καρτερός σου παῖς, Λόγε, Ἰωσὴφ ἀνείλετο. γυνὴ γὰρ αὐτὸν εἰς ἄθεσμα λέκτρα βιαίως εἷλκε φλεγομένη πόθοις· ὁ δὲ οὐδὲν ἐντραπεὶς ἔφυγε γυμνὸς, ἐκβοῶν·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Νεοσφαγῆ ὁ Ἰεφθάε κόρην ἀνῆγε θυσίαν Θεῷ ἄπειρον ἀνδρὸς, ἀμνάδος δίκην· ἡ δ' ἀγενῶς σου τὸν τύπον τῆς σαρκὸς, ὦ Μάκαρ, πληροῦσα ἔκραζε καρτερῶς·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ξένον στρατηλάταν ὄχλων ἄτολμος ἀστόχοις Ἰουδὴθ δόλοις καρατομήσασα, κάλλεος τύποις θέλξασα τοῦτον, οὐδὲ χράναντα σώματος μέλη, νικηφόροις δ' ἔφη βοαῖς·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ὁρῶντες εἶδος ἀπρεπὲς, ὑφ' ἧς δύο Κριταὶ Σουσάννας ἐμμανεῖς ἔρωτι, λέξαν, Ὦ γύναι, κρυπτῶν σου γάμων λέχη τοθοῦντες ἥκομεν, φίλα· ἡ δὲ ἐντρόμοις ἔφησε βοαῖς·

Ἁγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Πολλῷ με κατθανεῖν ἄμεινόν ἐστιν, ἢ λέχη προδοῦσαν, ὦ γυναιμανεῖς, ὑμῖν, αἰωνίαν δίκην ὑπ' ἐμ-

A gratiæ: oblita sum Virginum æqualium choros; matris quoque ac generis fastum: omnia enim ipse tu mihi Christus es.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Vitæ largitor Christe es. Salve lumen inocciduum: hanc accipe acclamationem. Chorus te Virginum compellat, Flos perfectus, Caritas, Gaudium, Prudentia, Verbum.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Apertis januis o regina speciose ornata, nos quoque intra thalamos admitte, impolluti corporis, egregie victrix sponsa, decorem spirans; pari vestium cultu Christo adstamus, tuas, fortunata pu-
B bes, cantico nuptias celebrantes.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

[a] Gemunt nunc graviter ejulantes, amaris lacrymis extra thalami fores constitutæ puellæ, ac tristi luctu clamant; quod extincta lampadum luce, non mature satis in vitæ cubiculum ingressæ sunt.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

A sacra enim aversæ via, ad vitæ semitas olei copiam parare, miseræ neglexerunt: extinctas vero ignis flammei lampades ferentes, gemunt intus ex animo ac præcordiis.

C Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Pocula dulcis nectaris plena proposita sunt: bibamus; cælestis enim liquor est, o Virgines, quem Sponsus digne vocatis ad nuptias propinat.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Splendide tuam mortem præfigurans [b] Abel, o Beate, dixit cruore stillans sublatis in cælum oculis, Crudeliter fraterna me manu cæsum, rogo, o Verbum, suscipe.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Maximam pudicitiæ laudem, præmiumque fortis
D puer tuus [c] Joseph, o Verbum, retulit. Muliere enim incensa libidine in nefarios violenter trahente toros; nihil ille reveritus, fugit nudus, exclamans:

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Novam [d] Jephthe victimam Deo filiam offerebat viri nesciam, aræ jam, agnæ instar, admotam: illa vero generoso mentis proposito, tuæ carnis figuram gerens, o Beate, fortiter clamabat:

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Peregrino [e] turbarum ductore, generoso conatu Juditha ingeniosis dolis truncato, quem antea pulcritudinis forma illexerat, nulla membris corporis
E macula accepta, ovans pro victoria clamabat:

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Conspecta [f] Susannæ decora specie ac vultus forma, duo Judices, illius effrene capti amore, O Mulier, dixerunt, occulti cubilis tui desiderio perciti adsumus. At illa tremulis clamoribus infit:

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Multo mihi mori melius, quam vobis turpi libidine æstuantibus, viri toro prodito, Deo igni ul-

a Matth. xxv. 11. *b* Gen. iv. 10. *c* Gen. xxxix. 12. *d* Jud. xi. 38. *e* Judith. viii. 1. *f* Dan. xiii. 19.

1. Εἰσιδεῖν] Quin scribendum *εἰσδῦναι*, nullus dubito. Id enim omnis parabolæ series petit. Lugent quippe, quod ingressis quæ paratæ erant, clausa est janua, ad quam frustra pulsant: quod ergo ingredi non licuit, ad quem ingressum sequuntur reliqua, ut videant & fruantur Sponsi conspectibus & amplexibus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

πυρίοις Θεῦ τιμωρίαις παθεῖν· σῶσόν με Χριςὲ τῶνδε νῦν.

Αγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ροαῖς καθαρσίοις λύων πλήθη βροτῶν ὁ σὸς Πρόδρομος, ἀνόμως κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς εἰς σφαγὴν ἤχθη δι' Αγνείαν· λύθρῳ δὲ φονίῳ κόλιν δεύων ἔκραζέ σοι, Μάκαρ.

Αγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοί.

Σοῦ καὶ ζωητόκος χάρις ἄθικτος, ἄτεκτος, ἀσπίλους τὰς σὰς γονὰς ἐν ἀσπόρῳ φέρουσα νηδύϊ, μορφὴν ὑπέχεν ὡς προδοῦσα λέκτρα, Παρθένος· ἔλεξε δ' ἔγκυος, Μάκαρ.

Αγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω. σοι.

Τὴν σὴν, Μάκαρ, γαμήλιον ποθοῦντες ἁμέραν ἰδεῖν, ὅσους ἄνωθεν αὐτὸς Αγγέλων Αναξ κέκλας, ἥκασι, μέγιςα δῶρα σοι, Λόγε, φέροντες ἀσπίλοις ςολαῖς.

Αγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Υμνοις μάκαιρα [1] Θεόνυμφε θαλαμηπόλοι, αἵ σε γεραίρομεν, σὲ νῦν ἄθικτε Παρθένε Εκκλησία, χιονόσωμε, κυανοβόστρυχε, σῶφρον, ἄμωμ', ἐρασμία.

Αγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Φθορὰ πέφευγε, καὶ νόσων πόνοι δακρυςαγεῖς· θάνατος ἡρέθη· ὄλωλε πᾶσα ἀφροσύνη· λύπη τέθνηκε τηξίφρων· ἔλαμψε δ' ἡ τοῦ Θεοῦ Χριςοῦ χαρὰ βροτοῖς ἄφνω πάλιν.

Αγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Χῆρος ὁ βροτῶν παράδεισός ἐςιν. οὐκέτι πάλιν γὰρ αὐτὸν ἐκ θείας, ὥσπερ τὸ πρὶν, ταγῆς οἰκεῖ, τέχναις ὁ ποικίλαις δράκοντος ἐκπεσὼν, ἄφθαρτος, ἄφοβος, Μάκαρ.

Αγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ψάλλων τὸ καινὸν ᾆσμα νῦν χορός σε Παρθένων καθιςάνει πρὸς οὐρανοὺς, Ανασσα σαφῶς ὅλη, ἐςεμμένος λευκοῖς κρίνων κάλυξι, καὶ φλόγας χερσὶ σελασφόρους φέρων.

Αγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ο τὰς ἀχράντους οὐρανοῦ Μάκαρ, ναίων ἕδρας, ἄναρχε, πάντα συγκροτῶν αἰωνίῳ κράτει, δέξαι σὺν Παιδὶ σῷ, πάρεσμεν, ἔνδον εἰς ζωῆς πύλας Πάτερ καὶ ἡμᾶς.

Αγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

ΕΥΒΟΥΛ. Αξίως ἀπηνέγκατο τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων ἡ Θέκλα, ὦ Γρηγόριον.

ΓΡΗΓ. Αξίως μὲν οὖν.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δὲ ἡ Τελμισιακὴ ξένη, εἰπέ μοι; κἂν ἔξωθεν οὐκ ἐπηκροᾶτο; θαυμάζω γὰρ εἰ ἡσυχίαν εἶχεν ἐκείνη μαθοῦσα τὸ συσσίτιον τοῦτο, καὶ οὐκ ἀθέως ὥσπερ ὄρνεον ἐπὶ τροφὴν ἵπτατο, τῶν λεγομένων ἀκουσομένη. [a] λόγος γὰρ αὐτὴν Μεθο-

A tore, sempiternis pœnis addici. Serva me, Christe, ab horum malorum angustiis.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Fluentis lustralibus turbas mortalium lavans tuus Præcursor, improbe a viro scelerato propter Castitatem [a] ad cædem ductus est: necisque cruore tingens pulverem, tibi, o Beate, clamabat:

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Tua quoque Vitæ parens, Gratia intacta, illibata, [b] immaculatos conceptus tuos in viri experte utero gestans Virgo, maritalis tori proditi in suspicionem venit: dixit vero prægnans, o Beate:

B Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Tuum, o Beate, optantes videre nuptialem diem, [c] quotquot ipse Angelorum Rex cælo vocasti, maxima tibi dona, o Verbum, ferentes, immaculato vestitu conspicui venerunt.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Hymnis, o beata Dei sponsa, thalamum nos adornantes, nunc celebramus te, intacta Virgo Ecclesia, niveo corpore, nigris formosa cirris, casta, irreprehensibilis, amabilis.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

C Corruptio aufugit, & morborum dolores lacrymosi: mors sublata est: periit omnis insania: mœror interiit, mentis tabes: rursus vero Christi Dei gaudium repente mortalibus illuxit.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Viduatus mortalibus paradisus est. Non enim jam eum amplius homo, uti prius, incolit Dei jussu: variis draconis insidiis, a corruptione metuque immunis cum esset, o Beate, illo extrusus.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Nunc te chorus Virginum cælos versus deducet, concinens canticum novum, o tota palam Regina,

D candidatis liliorum coronatus folliculis, flammasque gestans manibus lucis fulgoribus rutilas.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

O qui incontaminatas, Beate, cæli sedes habitas, principii expers; qui æterno cuncta robore contines, nos quoque Pater cum Filio tuo intra vitæ januas (ecce adsumus) suscipe.

Tibi me servo castam, & splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

III. EUBUL. Merito primam laudem ac præmia tulit Thecla, o Gregorium.


GREG. Plane merito.

E EUBUL. Quid porro Telmisiaca advena, dic sodes; num saltem foris aurem januæ admovebat, ut aliquid raperet? Mirum enim si quiescere potuit audita hujus Convivii fama, & non statim ut avis ad escam advolavit, auditura sermones qui haberen-

a Marc. VI. 27. b Matth. I. 18. c Matth. II. 1.

1. Θεόνυμφε] Sic Allatius. At Possinius, νεόνυμφε, *nova nupta*.

a Λόγος γάρ κ. τ. λ] Allatius, Οὐ λόγος γάρ. *Neque enim ajunt*. Mendose omnino! Recte Possinius, Λόγος γάρ, absque particula negante. Minus tamen recte idem Possinius Eubulii orationem heic abrumpens, Gregorium ista narrantem inducit. Ex qua quidem male interposita distinctione occasionem arripuit editor Lupareus confirmandi suam conjecturam de Methodio binomine, quam initio *Convivii* Methodiani proposuit. Sic enim heic inquit: „ Quod statim Gregorium, Eubulium alloquens, Methodii meminit, tamquam diversæ personæ, non infirmat „ quod alias diximus ex Epiphanio, Methodium binominem fuisse, sed potius confirmat conjecturam nostram „ a principio indicatam: nimirum, S. *Methodium* hunc „ inter prima sua opera librum edidisse: quo libro celebritate magna suscepto, primæ personæ in isto Dialogo loquentis nomen auctori adhæsisse, posterius inde



δίῳ συμπαραγεγονέναι, αὐτὰ δὴ ταῦτα τὴν Αρετὴν πυνθανομένῳ. ἀλλὰ καλὸν ϗ μακάριον τοιαύτῃ διδασκάλῳ χρῆσθαι ϗ ὁδηγῷ, τῇ Αρετῇ. Ατὰρ, ὦ Γρηγόριον, ποτέρους ἀμείνους λέγοιμεν, τοὺς μὴ ἐπιθυμοῦντας μὲν, κρατοῦντας δὲ τὴν ἐπιθυμίαν· ἢ τοὺς ἐπιθυμοῦντας, ϗ παρθενεύοντας;

ΓΡΗΓΟΡ. *Τοὺς μὴ ἐπιθυμοῦντας, δηλονότι· ἐπειδὴ ϗ τὴν διάνοιαν ἔτοι ϗ τὴν αἴσθησιν ἀμόλυντον κέκτηνται, ϗ εἰσὶν ὁλοτελῶς ἀδιάφθοροι, κατὰ μηδὲν ἐξημαρτηκότες.*

ΕΥΒΟΥΛ. *Εὖγε νὴ τὴν Σωφροσύνην, ὁ Γρηγόριον, ϗ συνετῶς. ἀτὰρ μή τι κωλύοις, [1] ἐὰν ἀντιλαμβάνωμαι τῶν λόγων, ἵνα ἐῤῥωμενέστερον μάθω, ϗ μηδεὶς ἐξελέγξῃ με ἔτι.*

ΓΡΗΓ. *Αλλ' ἀντιλαμβάνου ὅπη ϗ θέλεις· ἐγὼ γὰρ ἱκανῶς, ὦ Εὐβούλιον, διδάξαι σε ἔχω, Οτι τοῦ ἐπιθυμοῦντος ὁ μὴ ἐπιθυμῶν κρείσσων ἐστί· ϗ οὐδεὶς ὃ μή σε ἐλέγξῃ.*

ΕΥΒ. *Βαβαί· χαίρω γὰρ, ὅτι μοι μεγαλοφρόνως ἀποκρίνῃ, ϗ δεικνύεις ὅσον πεπλούτηκας ἐπὶ σοφίᾳ.*

ΓΡΗΓ. [2] *Κωτίλος τις, ὡς ἔοικεν, ἄνθρωπος εἶναι δοκεῖς, ὦ Εὐβούλιον.*

ΕΥΒΟΥΛ. *Τίνος δὴ χάριν;*

ΓΡΗΓ. *Οτι τωθαζόμενός με ταῦτα λέγεις μᾶλλον, ἢ ἀληθεύων.*

ΕΥΒΟΥΛ. *Εὐφήμησον, ὦ μακαρία. θαυμάζω γὰρ σφόδρα σου τὸ συνετὸν ϗ μεγαλόδοξον. ἐγὼ τοῦτο ἔφην, ὅτι περὶ ὧν πολλοὶ πρὸς ἑαυτοὺς πολλάκις ἀμφισβητοῦσι σοφοὶ, ταῦτα οὐ μόνον ἐπίστασθαι σὺ λέγεις, ἀλλὰ ϗ διδάσκειν ἕτερον σεμνύνῃ.*

ΓΡΗΓ. *Σὺ γὰρ ἐξ ἀληθείας, εἰπέ μοι, δυσχεραίνεις, [3] εἰ διαφέρουσιν ὅλως οἱ μὴ ἐπιθυμοῦντες τῶν ἐπιθυμούντων τε ϗ ἐγκρατευομένων; ἢ πάντως ἐμοῦ ταῦτα προσπαίζεις;*

ΕΥΒΟΥΛ. *Καὶ [4] πῶς ἀποπειρωμένη, ἢ ὁμολογῶ μὴ εἰδέναι; ἀλλ' ἴθι, φράσον ἐμοὶ, ὦ σοφωτάτη, τίνι διαφέρουσιν οἱ μὴ ἐπιθυμοῦντες ϗ ἁγνεύοντες, τῶν ἐπιθυμούντων τε ϗ παρθενευόντων.*

ΓΡΗΓ. *Οτι πρῶτον μὲν καθαρὰν ἔχουσιν αὐτὴν τὴν ψυχὴν, ϗ ἀεὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν αὐτῇ κατοικεῖ, μὴ περιελκομένης αὐτῆς ϗ ἐπιθολουμένης φαντασίαις ϗ λογισμοῖς ἀκρασίας, ὥστε ϗ τῆς ἐνθυμήσεως ἐπιλωβηθῆναί ποτε· ἀλλ' εἰσὶν ἀνεπίδεκτοι πάντη, ϗ κατὰ τὴν σάρκα ϗ τὴν καρδίαν οὗτοι τῆς ἐπιθυμίας, γαλήνην ἄγοντες τῶν παθημάτων. οἱ δὲ διὰ τῆς ὄψεως ἔξωθεν δελεαζόμενοι ταῖς φαντασίαις, ϗ ἐπεισρέουσαν δεχόμενοι τὴν ἐπιθυμίαν δίκην ῥεύματος εἰς τὴν καρδίαν, οὐδὲν ἧττον μολυνόμεν-*

A tur. Ajunt enim eam Methodio adfuisse percontanti hæc ipsa ex Arete. Ceterum bonum æque beatumque est, tali magistra uti ac duce; Arete scilicet, id est, Virtute. Sed, o Gregorium, utros præstantiores dicamus; eos ne, qui cum non concupiscant, concupiscentiæ imperant; an eos qui pulsante eos concupiscentia, in Virginitate perseverant?

GREG. Priores equidem crediderim; cum hi nimirum & animum & sensum immaculatum obtineant, nullique culpæ obnoxii, a corruptione prorsus immunes exsistant.

EUBUL. Bene, per Castitatem juro, & prudenter, o Gregorium. Sed quæso ne quid obstes, si argumentis in contrarium dicta vexavero, quo firmius B noverim, nec jam me ullus ulla rationum vi a sententia deducat.

GREG. Vexa ut libet: per me licet. Ego enim, Eubulium, abunde mihi suppetere arbitror quo te doceam, præstare eum qui non concupiscit: quod ni tenes, nemo erit qui non arguat.

EUBUL. Papæ! Gaudeo enim respondere te mihi magnifice, ac quanta sapientia affluas ostentare.

GREG. Cavillari, ac mecum jocari videris, o Eubulium.

EUBUL. Quid ita vero?

GREG. Quod non vere, sed mei potius irridendæ caussa, talia memores.

EUBUL. Bona verba, quæso, o Beata: tuam C enim prudentiam exquisitæque sapientiæ vim, plurimum admiror ac colo. Hæc autem eo dixi, quod de quibus multi sapientum sæpius invicem disceptant, ea non modo scire te dicis, verum etiam alios te posse docere gloriaris.

GREG. Num enim vere (dic sodes) moleste habet, Præstare omnino qui non concupiscant, iis qui concupiscentes se & continent, & a cupiditatibus temperant? An prorsus per ista mihi illudis?

EUBUL. Qua vero ratione tentans loquor quæ nescire me fatear? Sed age, loquere jam, sapientissima: In quonam excellunt, qui non concupiscentes casti sunt, supra illos, qui concupiscentiæ colluctantes Virginitatem servant?

D GREG. In eo primum quod ipsum animum purum habent, ac in eo Spiritus sanctus semper habitat, quem nullus distrahat cogitationum æstus, serenumque mentis impudici motus sensusque nulli inficiant, ut vel ea parte ullam umquam incurrat labem: qui nimirum tum carne tum animo, sedatis affectibus ac tranquillo fruentes, cupiditatem omnino non admittunt. Qui vero sensuum visis illecti, obscenis animo imaginibus turbantur, distillationemque velut per rimas in cor influentis cu-

1. *Εὰν ἀντιλαμβάνωμαι τῶν λόγων*] Arguendi palam veniam petit, dictaque Gregorio argumentis petendi, quibus, ejus responsionibus elisis, firmam demum sententiam teneat, a qua nulla argumentorum vi possit deduci. Plato in Gorg. *Εὰν δέ τῳ ὑμῶν μὴ τὰ ὄντα δοκῶ ὁμολογεῖν ἐμαυτῷ, χρὴ ἀντιλαμβάνεσθαι ϗ ἐλέγχειν. Si cui videar nolle fateri quæ ipse sentiam, coarguere licet ac corripere*, id est argumentis vexare. Nec satis apte Possinius, *si hanc plenius quæstionem capessivero jusseroque diligentius*; quæ esset altera ejus vocis acceptio, qua *fulcire*, *juvare*, significat: quod ipsum non directe, sed per occasionem præstat adversarius impugnando, & qua argumentis rem ventilat. Nec apte satis loquatur, qui argumentis aliquem incessurus, ejus se dicta adstruere ac opinionem fulcire, diceret: etsi is illi forte scopus disputationis exsistat.

2. *Κωτίλος*] Ita Possinius. At Allatius *Σκωπτίλος*, *mordax*.

3. *Εἰ διαφέρουσιν ὅλως*] Bene Possinius, *præstare*, quo sensu voce *διαφορώτερον* usus Paullus Hebr. I. 4. ubi interpr. *differentius*; quod clarius fuisset, *præstantius*, *excellentius*. Bene autem Methodius in persona Gregorii primas tribuit his qui sunt depurgatæ mentis, & ipsam adepti sunt imperturbationis arcem, ut nec animus cogitationibus, nec E corpus fœda ulla libidine sordeat, sed totus homo Dei habitaculum pacatissimum exsistat, quantum per viæ statum ejusque perfectionem necdum absolutam & in termino licet; tametsi hoc ipsum evertere videtur in persona Eubulii: quæ ipsa non arduum conciliare, penes arduum ex objecto & ex subjecti imperfectione.

4. *Πῶς ἀποπειρωμένη*] Eubulium refert, non, ut Possinius, Gregorium; apud quem male *τὸ*, *μὴ εἰδέναι*, pro, *μὴ εἰδέναι*. Clara sententia: ostendit non tentandi caussa percontari, quæ se nescire fateatur; uti etiam reddidit Allatius apud quem est masculinum *ἀποπειρώμενος*: sic etiam supra promiscue, sive ab antiquario est hæc *ἀδιαφορία*, sive ab ipso Methodio; ratione a me jam ex Apostolo insinuata, quod in Christo, & ut sis sponsa Christi ac Virgo, perinde est, sive masculus sive femina sis.

, dicto Eubul[illegible], ut Clemens Stromateus vocatus est: & ,, cetera quæ diximus. Unde nullo modo infringi, sed

,, potius magis confirmari putamus conjecturam, qua vi- .. ..em sexum Eubulio reddidimus.,,

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

ται πολλάκις, καὶ νομίζουσιν ἀντιφιλονεικεῖν καὶ μάχεσθαι πρὸς τὰς ἡδονὰς, ἡττώμενοι τὸν λογισμόν.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν τοὺς γαλήνην ἄγοντας, καὶ μὴ διοχλουμένους ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, λέξομεν καθαρούς;

ΓΡΗΓ. Καὶ μάλα. τούτους γὰρ τοιούτους ὁ καὶ θεοὺς διὰ τῶν μακαρισμῶν ἀπεργαζόμενος τοὺς ἀνενδυάστως αὐτῷ πιστεύοντας Θεὸς, ὄψεσθαι μετὰ παῤῥησίας ἀποφθέγγεται τὸν Θεόν· ὅτι μηδὲν ἐπισκοτοῦν ἢ συνταράσσον τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν θείαν ἐπιφέρονται θεωρίαν· ἀλλ' ἐκτὸς γεγονότες τῶν ὀρέξεων πάντη τῶν κοσμικῶν, τὴν σάρκα καθαρὰν οὐ μόνον, ὡς ἔφην, μίξεως τηροῦσιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν καρδίαν ἀνεπίδεκτον λογισμῶν ἀκρασίας, ἐν ᾗ μάλιστα, καὶ τὸ ἅγιον, ὡς ἐν ναῷ, κατοικοῦν ἀναπαύεται Πνεῦμα.

ΕΥΒΟΥΛ. Ἔχε δή. οἶμαι γὰρ ἐπὶ τὴν εὕρεσιν τῶν ὄντως κρειττόνων ὀρθότερον ἡμᾶς ἐντεῦθεν διελθεῖν. καί μοι φράσον· Καλεῖς τινα κυβερνήτην ἀγαθόν;

ΓΡΗΓ. Ἔγωγε.

ΕΥΒΟΥΛ. Πότερον τὸν ἐν μεγάλαις καὶ ἀμηχάνοις περισώσαντα ζάλαις τὸ σκάφος, ἢ τὸν ἐν γαλήνῃ νηνεμίᾳ;

ΓΡΗΓ. Τὸν ἐν μεγάλαις καὶ ἀμηχάνοις.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν καὶ ψυχὴν τὴν περιαντλουμένην ταῖς τρικυμίαις τῶν παθημάτων, καὶ μὴ ἀποκάμνουσαν ἢ ἐκλυομένην, ἀλλὰ τὸ σκάφος, τὴν σάρκα, γενναίως εἰς λιμένα τὸν τῆς σωφροσύνης ἀπευθύνουσαν, λέξομεν τῆς ἐν εὐδίᾳ πλοϊζομένης κρείττονα καὶ δοκιμωτέραν.

ΓΡΗΓ. Λέξομεν.

ΕΥΒΟΥΛ. Τὸ γὰρ ἁρμόζεσθαι πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν καταφυσημάτων τοῦ πονηροῦ πνεύματος, καὶ μὴ ἀποῤῥίπτεσθαι ἢ νικᾶσθαι, ἀλλὰ πάντα πρὸς Χριστὸν ἀνανεύοντα, καρτερῶς μάχεσθαι ταῖς ἡδοναῖς, μείζονα τὸν ἔπαινον φέρει, τοῦ μετὰ ῥᾳστώνης ἀχειμάστῃ παρθενεύοντος.

ΓΡΗΓ. Ἔοικε.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δὲ καὶ ὁ Κύριος; οὐ δοκεῖ δεικνύναι διαφέρειν τὸν ἐπιθυμοῦντα μᾶλλον καὶ ἐγκρατεύοντα, τοῦ μὴ ἐπιθυμοῦντός τι καὶ παρθενεύοντος;

ΓΡΗΓ. Ποῦ δή;

ΕΥΒΟΥΛ. Ἔνθα τὸν φρόνιμον παραβάλλων οἰκίᾳ τεθεμελιωμένῃ καλῶς, ἄπτωτον αὐτὸν ἀποφαίνεται, μὴ δυνάμενον ἀπὸ τῆς βροχῆς καὶ τῶν ποταμῶν καὶ τῶν ἀνέμων καταβληθῆναι· ταῖς μὲν ἐπιθυμίαις, ὡς ἔοικεν, ἀπεικάζων τοὺς χειμῶνας· τῇ δὲ πέτρᾳ, τὴν ἀκίνητον ἔνστασιν καὶ ἀδιάπτωτον τῆς ψυχῆς περὶ τὴν Ἁγνείαν.

ΓΡΗΓ. Ἀληθῆ λέγειν δόξαις.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δαὶ καὶ ἰατρόν; οὐ τὸν ἐπὶ μεγάλαις ἤδη δεδοκιμασμένον νόσοις, καὶ πολλοὺς ἰασάμενον, ἄριστον καλεῖς;

ΓΡΗΓ. Ἔγωγε.

ΕΥΒΟΥΛ. Τὸν δὲ μηδὲν μηδέπω διαπραξάμενον, μηδὲ νοσοῦντας ὅλως ἐν χερσὶν ἐσχηκότα, οὐ πάντως ἀδοκιμώτερον ἔτι;

ΓΡΗΓ. Ναί.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν καὶ ψυχὴν τὴν ἀνεχομένην ὑγροτέρου σώματος, καὶ τὰς περὶ ἡδονὰς αὐτοῦ νόσους καταπραϋνοῦσαν σωφροσύνης φαρμάκοις, ἰατρικωτέραν λεκτέον τῆς ὑγιεινὸν διοικεῖν κεκληρωμένης σῶμα καὶ ἀπαθές.

A piditatis recipiunt, perinde sæpius polluuntur, putantque se obniti atque pugna defungi, cum animo vincuntur.

EUBUL. Ergo puros eos dicemus qui sereno gaudeant, ac quibus cupiditas seu libido nihil interturbet?

GREG. Utique. Hos enim tales, qui & deos facit in Beatitudinibus, indubitata mente credentes, libere Deum visuros Deus pronuntiat [a]: quod nihil obscurans, aut mentis oculum obturbans afferunt, quo minus in Dei visionem intendant; sed omni rerum sæcularium cupiditate eliminata, nedum carnem, uti dicebam, a libidinosi congressus turpitudine immunem servant; verum etiam ut cordis pe-
B netrale (in quo & maxime, ut in templo, Spiritus sanctus conquiescit & habitat) nullis obscenis cogitationibus pateat, sedulo navant operam.

EUBUL. Siste jam. Puto enim ad investigationem ejus quod vere præstantius est, rectius nos hinc progressuras. Dic, quæso, Vocas aliquem bonum gubernatorem?

GREG. Sane.

EUBUL. Quem vero? An eum qui in magnis vehementissimisque tempestatibus navem servaverit; an qui idem in serena tranquillitate præstiterit?

GREG. Utique qui in magnis & arduis.

EUBUL. Igitur & animum sævis perturbationum fluctibus jactatum, nec propterea conatum remit-
C tentem aut satiscentem, sed cimbam, carnem utique, invicta generosi propositi constantia ad Castitatis portum dirigentem, præstantiorem dicemus probatæque magis virtutis, eo, qui in malacia pacati maris secure jucundeque navigat.

GREG. Dicemus.

EUBUL. Nam obniti renitentibus ventorum flatibus, quos contra immittit nequam spiritus: nec inflecti tamen umquam, dejicive aut vinci; quin potius animo semper in Christum intento, fortiter repugnare voluptatibus, majorem profecto laudem affert, quam in amœno beatoque tranquillæ Virginitatis portu desidere.

GREG. Apparet ita esse.

D EUBUL. Quid vero & Dominus? Nonne videtur ostendere, eum qui concupiscentiæ œstro jactatus continentiam teneat, longe illi præcellere, qui hujus pugnæ securus, sedataque aut nulla concupiscentia, Virginitate fulgeat?

GREG. Ubi vero hæc Dominus?

EUBUL. Ubi nimirum [b] sapientem comparans cum domo bene fundata, inconcussæ eam firmitatis esse decernit; quam imbres irruentes & flumina ventorumque vis dejicere non potuerit. Nempe hoc volens: Per tempestates ventosque & pluvias, concupiscentiæ æstus designari; petræ vero nomine, immobilem Virginitatis proposito animi constantiam ac Castitatis inconcussum tenorem declarari.

E GREG. Videri possis vera dicere.

EUBUL. Quid vero & medicum? An non eum vocas habesque optimum, qui in magnis jam morbis periculum fecit, & plurimis sanitatem restituit?

GREG. Equidem.

EUBUL. Eum autem qui nullum dum sui experimentum dedit, nullisque prorsus ægrotis consuluit, nonne adhuc minus omnino commendabilem dicis?

GREG. Certe.

EUBUL. Ergo & animum qui mollius corpus sustinet, ejusque libidinum æstu ægritudines, Castitatis medicamentis lenit & sedat, utique dicamus medicæ facultatis laudem ferre majorem, quam cui probe sanum corpus neque vitiis obnoxium obtigit regere?

a Matth. V. 8. b Matth. VII. 24.

ΓΡΗΓ. Λεκτέον γάρ.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δαὶ καὶ ἐν πάλῃ; πότερον παλαιστὴς ἀμείνων, ὁ ἀνταγωνιστὰς ἔχων μεγάλους καὶ ἰσχυροὺς, καὶ προσπαλαίων ἀεὶ καὶ μὴ καθαιρούμενος· ἢ ὁ μὴ ἔχων ἀνταγωνιστάς;

ΓΡΗΓ. Δῆλον ὡς ὁ ἔχων.

ΕΥΒΟΥΛ. Καὶ ἐν πάλῃ ἄρα δοκιμώτερος ἀθλητὴς, ὁ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἔχων;

ΓΡΗΓ. Ανάγκη.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν καὶ ψυχὴν ἀνάγκη πᾶσαν τὴν μηχανωμένην πρὸς τὰς ἐφόδους τῆς ἐπιθυμίας, μὴ κατασπωμένην, ἀλλ᾽ ἀνθέλκουσαν καὶ ἀντιπαρατασσομένην, ἰσχυροτέραν φαίνεσθαι τῆς μὴ ἐπιθυμούσης.

ΓΡΗΓ. Αληθῆ.

ΕΥΒΟΥΛ. Τί δαὶ, τὸ καρτερῶς ἔχειν πρὸς τὰς ὁρμὰς, Γρηγόριον, τῶν φαύλων ὀρέξεων, δοκεῖ σοι μᾶλλον ἀνδρείας εἶναι;

ΓΡΗΓ. Καὶ σφόδρα.

ΕΥΒΟΥΛ. Η δὲ ἀνδρεία αὕτη δύναμις ἀρετῆς;

ΓΡΗΓ. Δῆλον.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν εἰ δύναμις ἀρετῆς ἐστιν ἡ ὑπομονὴ, ἡ διοχλουμένη ἄρα ψυχὴ καὶ καρτεροῦσα πρὸς τὰς ἐπιθυμίας, δυνατωτέρα φαίνεται τῆς μὴ ὀχλουμένης.

ΓΡΗΓ. Ναί.

ΕΥΒΟΥΛ. [1] Εἰ δὲ δυνατωτέρα, καὶ κρείσσων.

ΓΡΗΓ. Ναί.

ΕΥΒΟΥΛ. Κρείσσων ἄρα ἡ ἐπιθυμοῦσα καὶ ἐγκρατευομένη, τῆς μὴ ἐπιθυμούσης, ἐστὶν, ἐκ τῶν προωμολογημένων, καὶ ἐγκρατευομένης.

ΓΡΗΓ. Αληθῆ λέγεις, καὶ ἐπιθυμήσω πληρέστερον ἔτι περὶ τούτων διαλεχθῆναί σοι. εἰ οὖν σοι φίλον, αὔριον ἀφίξομαι πάλιν ἀκουσομένη τούτων. νῦν γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ὥρα λοιπὸν τραπέσθαι καὶ περὶ τοῦ ἔξωθεν ἀσχολίαν ἡμᾶς ἀνθρώπου.

A GREG. Fatendum eſt.

EUBUL. Quid item in lucta? Uter pugil melior, qui magnos & fortes æmulos experitur, ac continue lucta defungens, non ſuccumbit umquam; an qui nullis adverſariis decertat?

GREG. Plane qui experitur.

EUBUL. Ain' tu in palæſtra quoque athletam præſtare, qui adverſarios contranitentes ſuſtinet?

GREG. Neceſſe ut dicatur.

EUBUL. Neceſſe igitur, ut & quiſquis ſtrenue moliatur adverſus concupiſcentiæ motus, nec ſe abripi patiatur, ſed in adverſum trahat ac obnitatur, fortior videatur, quam qui ejus nullam interpellationem ſentiat.

B GREG. Vera dicis.

EUBUL. Quid? Fortiter ſe habere adverſus pravorum affectuum ac libidinum impetus, ad majorem, o Gregorium, fortitudinis laudem pertinere exiſtimas?

GREG. Admodum ſane.

EUBUL. Num vero fortitudo, virtutis robur ac tenor?

GREG. Plane.

EUBUL. Igitur ſi virtutis robur tolerantia eſt; nonne qui moleſtiis exercetur animus, fortiterque tolerans cupiditatibus atque vitiis obſiſtit, illi præſtare fortitudinis laude putandus eſt, qui nullas ejuſmodi moleſtias perſentit?

GREG. Profecto.

C EUBUL: Igitur ſi fortior, erit & præſtantior.

GREG. Sane.

EUBUL. Melior ergo & præſtantior eſt, quantum ex modo conceſſis evidenter ſequitur, qui inter concupiſcentiæ æſtus continentiam tenet, quam qui nulla pulſatus libidine in Caſtitatis ſecure caſtris meret.

GREG. Rem meram loqueris. Sed de his alias abſolutius tecum ſermonem conferre geſtio. Si itaque tibi grave non eſt, cras accedam, de his auditura. Nunc enim, ut vides, tempus eſt, ut & animum ad exterioris hominis vertamus curam.

1. *Εἰ δυνατωτέρα, καὶ κρείσσων*] Facilior manus dare Eubulio videtur Gregorium, arguenti ex non cauſſa ad cauſſam; quaſi nimirum ipſa vitiorum vis & infeſtatio ſit Virtutis vis ac robur, non quid extrinſecum, ex ſe illi officiens ac remoram faciens; ſola vero occaſione, obnitentia animi ac contentione, juvans, dum hæc ſuperare conatur: quibus jam ſuperatis expurgatus animus, illiſque factus ſuperior, virtutis iter giganteo decurrit pede, ab actione & pugna cupiditatum, ad ſcientiam & contemplationem ac rationem, Deumque evolans; ne reputans quidem, quorum vix aſpectum ferat, qui adhuc incipiens ac quaſi rudimentarius eſt, nec Virtutis Lycæo ſatis exercitatus. Fallacia ergo conſequentis eſt. Plane ſi- D quidem melior ac præſtantior, qui ex ſe & qua pollet virtute fortior eſt ac robuſtior, non qui debiliore virtute graviores inſultus patitur, necdum ovare doctus victoria, ſed nitens ſerio, perturbationum oppreſſus colluvie, ne, frequenti eo ſtatu naufragio, profundo demergatur; clamans cum Paullo, *Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Hæc infantia ac parvuli ætas; illa viri perfectio.

INDEX CAPITUM
CONVIVII DECEM VIRGINUM,
S. METHODII
EPISCOPI ET MARTYRIS.

INTRODUCTIO.

ORATIO I.

MARCELLA.

ORATIO II.

THEOPHILA.

ORATIO III.

THALIA.

ORATIO IV.

THEOPATRA.

ORATIO V.

THALLUSA.

ORATIO VI.

AGATHA.

ORATIO VII.

PROCILLA.

ORATIO VIII.

THECLA.

ORATIO IX.

TYSIANA.

ORATIO X.

DOMNINA.

ORATIO XI.

ARETE.

LEONIS ALLATII
IN SYMPOSIUM DECEM VIRGINUM
S. METHODII
EPISCOPI ET MARTYRIS,
NOTÆ.[1]

PAg. 670. B. Gregorium & Eubulium nomina mulierum diminutiva pro Gregoria & Eubule, multa cum venuſtate formata, cum dicimus & conquirimus blanditiis benevolentiam colloquentium: more veterum tum Græcorum tum Latinorum, apud quos leges Glycerium, Philænium, Erotium, Adelphaſium, Philocomaſium, Philomatium & ſimilia. Eubulium Methodius eſt, Sympoſii auctor; Gregorium, quæ Sympoſio interfuit: & quæ viderat, & audiverat, Methodio ea ſcire ambienti, narrat.

Pag. 671. C. *difficilem viam*) Reſpicit ad illa Heſiodi in Operibus:

Τῆς δ᾽ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Αθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ᾽ αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ᾽ εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ρηϊδίη δ᾽ ἔπειτα πέλει, χαλεπήπερ ἐοῦσα.

„ Ante virtutem vero ſudorem diſpoſuerunt immortales: longa vero atque ardua via eſt ad ipſam, primumque aſpera: ubi vero ad ſummum ventum fuerit, facilis deinceps eſt, quantumvis difficilis fuerit.

Ibid. *Ingens & decora facie.*) Virtutis ſpeciem & pulcritudinem ſatis eleganter expreſſit Ariſtoteles Hymno in Hermiam dicto, Αρετὰ πολύμοχθε. In hunc vere aureum de virtute Ariſtotelis Hymnum exſtat noſter fuſior Commentarius, nondum editus.

Ibid. *Nam verecundia in facie.*) Neque enim quælibet pulcritudo laudabilis eſt, ſed quam & verecundia & gravitas, & virtutes aliæ maſculæ conſectantur. Et ut verbo expediam, ut Venus altera vulgaris, altera cæleſtis; ita & forma, & vulgaris & cæleſtis fuerit.

Pag. 672. A. *Licet inter eundum.*) Viarum ad virtutem & ad ignaviam diſcrimen habes ex Prodico apud Xenophontem *Rerum memorabilium* lib. v. & ex Xenophonte apud Philoſtratum lib. 6. *de vita Apollonii*, & alios: multumque ad hæc facit Cebetis Tabula.

Pag. 677. B. *Prius formam noſtram multis peccatorum notis compunctam aſſumſit*) S. Hieronymus explicans illud Paulli ad Roman. 8. *In ſimilitudinem carnis peccati*, ideo dictum eſſe ſcribit, quia caro Chriſti fuit proclivis ad peccatum. Quidquid alii dicant, ſanior ſententia eſt, qua explicatur Hieronymus, Methodius & alii, non ideo dici, quaſi Filius Dei carnem ſuſceperit peccatis obnoxiam, vel ad peccatum proclivem; ſed quia carnem illam aſſumtam ab omni peccati inclinatione immunem, & peccato minime obnoxiam, de maſſa carnis ſu- A ſcepit, quæ erat ad peccandum proclivis, & peccato originis commaculata; ideoque deſtituta juſtitia originali.

Pag. 681. A. *Adjacentem montibus aditum e cælo in corpora deſcenſui.*) Gregorius Nyſſenus *de Opificio hominis* cap. 28. duplicem de animorum procreatione refert antiquorum opinionem, alteram Origenis ex Comment. *de Principiis*, qui aſſerebat animos hominum, quaſi quamdam nationem ſeorſum quadam ex republica exſiſtere longe ante corpora creatos: illiſque tum virtutum tum vitiorum propoſita eſſe exempla, & animos virtutibus deditos corporibus non copulari; ad vitia vero conver- B ſos, tum eos in hanc vitam prolabi, & in corpora immitti: alteram dicentium, animum corporum ortu poſteriorem eſſe; cum Moyſes commemoret primum de terra ſumto pulvere hominem finxiſſe Deum, deinde per inſpirationem animum ei indidiſſe: neutram tamen harum opinionum reprehenſione carere, cum prima Græcanicas fabulas præ ſe ferat, altera variis difficultatibus nutet. Lege apud eumdem ſequens caput, in quo fuſe probat idem eſſe cum animo tum corpori exſiſtendi principium, licet quæ ad hoc inſinuandum afferuntur, non æque omnibus probentur, de quo plane non una eſt omnium ſententia. Hilarius verba illa Pſalmi 129. *Fiant aures tuæ intendentes*, exponens C ait: *Prius quidem animam illam divino illo & incomprehenſibili virtutis ſuæ opere conſtituit. Non enim cum ad imaginem Dei hominem fecit, tunc & corpus effecit.* Nec aliud innuit Auguſtinus *de Geneſi ad lit.* lib. 7. cap. 24. *Humanæ opinioni tolerabilius mihi videtur, Deum in illis primis operibus, qui ſimul omnia creavit, animam etiam hominum creaſſe, quam ſuo corpore, membris ex limo formati corporis inſpiraret.* Hanc eamdem opinionem Rufinus tribuit Hieronymo, ejus verba ex Comment. in Epiſtol. ad Epheſios referens. Philaſtrius cap. 99. uti hæreticos damnat, qui negant animas ante corpora creatas fuiſſe. Et Nyſſenus addit non tantum Adami, ſed omnium quoque animas D ante corpus Adæ ſimul creatas fuiſſe; idque ſacrarum Scripturarum auctoritate probare contendit. Et hanc ſententiam videtur amplecti Methodius *Convivii* Orat. VI. cap. I. dum Agatha dicit: Απηκείκασιν γὰρ αἱ ψυχαὶ τῷ γεννήσαντι τότε μάλιστα καὶ πλασαμένῳ, ὁπότε τὴν καθ᾽ ὁμοίωσιν ἰδέαν ἄχραντον ἐκλάμπωσι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας τῆς ὄψεως ἐκείνης, πρὸς ἣν ἀφορῶν ὁ Θεὸς ἀθάνατον μορφὴν καὶ ἀνώλεθρον ἔχουσας αὐτὰς ἀπειργάζετο, τοιαῦται διαμένουσι &c. Hoc Petrus Pariſienſis epiſcopus lib. 2. *Sentent.* diſtinct. 17. & alii putant defendi poſſe abſque hæreſeos periculo, dummodo non exiſtimetur, animas ante quam illabantur corporibus peccaſſe, & propter peccata detruſas in corpora tamquam in carcerem. His tamen refragatur

1. Notæ hujuſmodi Allatianæ, hoc ſigno * in textum immiſſo indicantur.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



Leonis I. auctoritas, Epistola ad episcopum Asticensem scribentis: *Catholica fides constanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuere.* Sed posse supradictas opiniones de creatione animarum ante corpora cum Catholicis componi, judicat D. Thomas 1. par. quæst. 90. si dicamus, animas hominum præcessisse corpora non secundum actum, sed secundum quamdam similitudinem generis, qua animæ conveniunt cum Angelis intellectuali natura. Augustinus non ejusdem semper sententiæ fuit. Nam lib. 2. *de Genesi* allegorice cap. 10. docuit corpus hominis non fuisse conditum ante animæ creationem, sed una cum ipsa anima, & eodem simul tempore: & apertissime lib. 1. *Retract.* cap. 10. Origenem confutant Epiphanius & alii, & Cyrillus omnium accuratissime lib. 1. Comment. in Joannem. Asserendum nihilominus est cum D. Thoma & aliis simul animam creari cum corpore. Quamvis enim Deus quieverit a creatione specifica cunctarum specierum, non tamen ab individua creatione animorum, qui quotidie humanis corporibus infunduntur. Similes de animorum procreatione sententias breviter ac distincte expressit Anastasius Sinaita Orat. *de hominis creatione ad imaginem & similitudinem suam.* Vide etiam Nemesii episcopi *de natura hominis* cap. 2. & 3. qui de anima multas antiquorum sententias refert, & strenue refutat. Methodium porro non sequi Origenem, quamvis animorum descensum de cælo ponat, & missionem, fatebitur quicumque amborum dicta contulerit. Origenes eas ante corpora creatas in cælo reponit liberas suique juris ad bonum, & ad malum; si bonum & virtutem secutæ fuerint, corporibus non copulari: ad vitia vero conversas in corpora immitti. Qui reprobat similia & confutat, absurde dicetur Origenem sequi. At hoc facit Methodius. Sed quid heic ipse plura recolere conor? Satis sit ea exscribere, quæ doctus quidam vir in margine codicis, ex quo mea hausi, pro Methodio doctissime adnotavit. Μὴ νόμιζε, ὅτι κατὰ τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς λέγοντας προΰπαρξιν φησὶ τὴν κατάβασιν καὶ παραπομπὴν τῶν ψυχῶν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν. σαφῶς γὰρ οὗτος μάχεται τῷ τοιούτῳ δόγματι, ὡς ἔγνως ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ περὶ Ἀναστάσεως. ἀλλ' ὅτι ἢ τινὲς παραχαράκται ἐπλαστογράφησαν τοῦτο τὸ χωρίον, καθὼς καὶ τὴν θείαν γραφὴν πολλοὶ παραποιήσαντες ἠλέγχθησαν παρὰ τῶν ἁγίων· ἢ τὴν κατάβασιν νόησον αὐτὸν εἰρηκέναι ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, ἐπειδὴ οὐρανία ἐστὶ τὴν φύσιν ἤτοι τὴν οὐσίαν ἡ ψυχή· καὶ διὰ τοῦτο κοινωνὸς αὐτὴ λέγεται τῶν ἄνω δυνάμεων. καὶ αὗται γὰρ ὡς ἐκεῖναι ἀσώματοι, ἀθάνατοι, ἀόρατοι. Ὅθεν οὐράνιον καὶ ἐπίγειον ζῶον λέγεται ὁ ἄνθρωπος παρὰ τῷ Διδασκάλῳ, καὶ κόσμος μικρός· δι' αὐτοῦ γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς μίαν συμφωνίαν καὶ κοινωνίαν ὁρατῆς καὶ ἀοράτου κτίσεως. Καὶ μάλιστα πάντων ὁ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ ταῦτα διασαφεῖ ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ, μᾶλλον δὲ εἰς τοὺς περὶ τὸ Πάσχα καὶ τὰ Φῶτα λόγους. Ἄλλως τε καὶ ἐντεῦθεν ὁ σκοπὸς δείκνυται τοῦ λέγοντος μὴ τοῦτο φρονοῦντος. Ἐκεῖνοι γὰρ ὡς εἰς καταδίκην τὸ σῶμα φασὶ τὰς ψυχὰς πέμπεσθαι ἀπ' οὐρανῶν· οὗτος δὲ τὴν σύστασιν αὐτὴν τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἐκ τῆς εἰς τὴν μήτραν καταβολῆς τοῦ σπέρματος φησί. Καὶ σκόπει πῶς πρὸ δύο φύλλων, ὅπως τὸ ἐκ τῶν ὀστέων ὀστοῦν, καὶ ἡ ἐκ τῆς σαρκὸς σὰρξ ἄνθρωπος ἀοράτῳ ληφθέντα δυνάμει πλάττεται ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ τεχνίτου δημιουργηθέν. Τί δέ ἐστιν ἕτερον ἄνθρωπος ἢ τὸ συναμφότερον ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος; τοῦτο γὰρ ὅλον ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φησὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐν τῷ ζ'.

A κεφαλαίῳ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας, καὶ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ ἐν τῇ πρὸς Κληδόνιον ἐπιστολῇ. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ διδάσκει, ὅτι ἄνθρωπος λέγεται ψυχὴ καὶ σῶμα. Διῃρημένου γάρ, τὸ μὲν καλεῖται ψυχή, τὸ δὲ σῶμα. Τοῦτο δὲ σαφῶς ἔδειξεν ὁ Κύριος εἰπὼν ἐν Εὐαγγελίοις· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· ὡς εἶναι τὸ μὲν ψυχήν, τὸ δὲ σῶμα, συναμφότερον δὲ ἄνθρωπος. Καὶ διὰ τοῦτο εἶπε, φοβηθῆτε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν τῇ Γεέννῃ. Καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ φησὶν ἐν κεφαλαίῳ γ'. Οὐκοῦν μὴ νομιζέτω τις κατὰ τὸ τῆς προϋπάρξεως τὸν Διδάσκαλον εἰρηκέναι ἐνταῦθα τὰ εἰρημένα· ἀλλὰ B καθὼς εἴπομεν οὕτω νοητέον τὸ χωρίον. Εἰ μὴ οὕτω νοήσωμεν, εὑρίσκεται αὐτὸς ἑαυτῷ ἐναντιούμενος, ὅπερ καὶ μωρὸν εἰπεῖν· οὐδεὶς γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ μάχεται πώποτε.

„ Ne suspiceris hunc auctorem, veluti hæreticos asserentes animorum præexsistentiam, descensum de cælo, animorum missionem fateri. Simile namque placitum heic aperte oppugnat, ut plane vidisti in superiori libro, immo etiam quem idem edidit *de Resurrectione*. Sed aut falsarii locum hunc effinxerunt, quemadmodum & divinas Scripturas plerique depravasse deprehensi sunt a Sanctis: aut intelligito eum descensum de cælo dixisse, quod natura aut substantia animus cælestis est; propterea que dicitur virtutum C superiorum consors esse. Hi siquidem, uti & illi, incorporei sunt, immortales, invisibiles. Unde & cæleste & terrestre animal, homo nuncupatur a Magistro, & mundus parvus. Per ipsum enim Deus unam concordiam & communionem visibilis atque invisibilis creaturæ effecit. Et præ omnibus aliis hæc Nazianzenus Gregorius sua Oratione declarat, & præcipue iis, quas in Pascha & Lumina habuit. Alia quoque ratione ostenditur propositum dictantis non esse hæc probare. Namque illi veluti in condemnationem, corpus nempe, tradunt animos de cælo mitti: hic vero ipsam hominis constitutionem & generationis principium ex circulatione in vulvam semi- D nis esse pronuntiat. Et animadverte quomodo ante duo folia illud, [a] *os ex ossibus meis, & ex carne caro*, invisibili facultate assumtus ab eodem opifice fabrefactus effingitur. Quid porro aliud est homo quam utrumque ex animo & corpore? Hoc enim totum homo est, ut scribit Dionysius Areopagita cap 7. Ecclesiasticæ Hierarchiæ, & Nazianzenus Gregorius ad Cledonium Epistola. Hoc præterea & natura ipsa docet, hominem dici corpus & animam simul. Nam si dividatur, hoc quidem dicitur animus, illud corpus. Quod plane Dominus etiam in Evangeliis ostendit, cum ait: [b] *Ne timeatis illos qui occidunt corpus, animam vero non possunt occi-* E *dere.* Quare est, hoc quidem animus, illud corpus, & utrumque homo. Ideoque dixit: *Timete autem magis eum, qui potest animum & corpus occidere in geennam.* Idem dicit in libro qui ante hunc scriptus est, cap. 3. Quare nemo suspicetur Magistrum hunc dicta in hoc loco digessisse, ut animorum præexsistentiam comprobaret, sed ut nos exposuimus, ita accipiendus locus est. Quod si is ita non intelligatur, idem ipse sibimet ipsi contraria dicere comperietur; quod stultum est dicere: nemo siquidem suis umquam adversatur „. An vero anima caussetur ex semine, & quomodo uniatur corpori, vide apud S. Thomam 1. parte quæst. 118.

[a] Gen. II. 23. [b] Matth. x. 28.

Pag. 681. A. *Ipsa siquidem in occulto homines indumenta animis prætexens effingit.*) Videtur ex opinione Platonis in Cratylo & Gorgia loqui Methodius. Plato siquidem ajebat corpora animis deservire vice sepulcrorum, dicique σῶμα quasi σῆμα. Καὶ γὰρ σῆμά τινές φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι· καὶ διότι αὖ τούτῳ σημαίνει, ἃ ἂν σημαίνῃ ἡ ψυχὴ, καὶ ταύτῃ σῆμα ὀρθῶς καλεῖσθαι. Δοκοῦσι μέντοι μοι κάλλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσι. Τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σώζηται δεσμωτηρίου εἰκόνα. Εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο αὐτὸ, ὥσπερ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα τὸ σῶμα. „ Etenim σῶμα nonnulli ajunt esse animi σῆμα, tamquam ad hoc quidem tempus anima sit in corpore sepulta; vel recte ideo est σῆμα, quoniam corporis ministerio utitur anima ad eas res quas sibi obsignarit significandas explicandasque. Quamquam & mihi quidem rectissime videtur Orpheus ipsiusque studiosi istius vocabuli originem notasse, videlicet ut significetur anima pœnas pendere, & quidem explicari qua de caussa illas pœnas pendat. Animum igitur quasi vallum claustrumque, carceris scilicet imaginem ut corpus circumferre, ut ipsa σώζηται, servetur, ac proinde illud ipsum esse animæ corpus, quod præ se fert vocabulum, donec quæ debet anima plane in corpore persolverit, nimirum sit τὸ σῶμα „. Et in Gorgia: Καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως τεθνάμεν, ὅπερ ἤδη του ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σοφῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τεθνάμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν ἡμῖν σῆμα. „ Et nos re vera morimur. Illud enim a sapientibus audivi nos nunc mori, & nostrum σῶμα, corpus, esse σῆμα, sepulcrum „. Ex quo sua desumsit Origenes, qui etiam corpus carcerem animi nuncupavit, in quo inclusus male factorum in cælo pœnas lueret: & lib. 5. & 7. contra Celsum, Tabernaculum & Indumentum sæpius. Late tamen sumto vocabulo verba Methodii accipienda sunt. Cum enim animus ipse non videatur, sed actiones ipsius per corpus expressæ; ideo corpore velut involucro contegi videtur: & infra σάρκινον τῆς ψυχῆς χιτῶνα, *carneam animi vestem*, corpus appellavit: & Orat. III. §. VII. hominem, Christi indumentum. Quo etiam modo intelligendus est Paullus Apostolus 2. Corinth. cap. 1. qui οἰκίαν σκήνους, *domum tabernaculi*, corpus, exteriorem hominem, ad interioris vocavit differentiam; & ad exponendum ex hoc corpore animi exitum, & incorruptibilitatis acquisitionem, *exspoliari*, & *supervestiri* vocabulis usus est.

Pag. 682. B. *Hinc & Angelis curatoribus.*) Nota, statim atque nascuntur homines custodiæ Angelorum committi.

Pag. 682. C. *Immortalem enim, & quod non veterascit.*) His error refellitur afferentium, cum progignuntur animi, non novam substantiam, neque aliam ab ea quæ est, importari, sed eam quæ sit, per providentiam multiplicari. Hinc Eunomius illud, [a] *Pater meus operatur*, non de creatione, sed de providentia dictum esse intelligebat. Hinc Apollinarius putabat, animos ab animis gigni, ut a corporibus corpora. Progredi enim uti propagationem corporum, animum per propagationem primi hominis in omnes, qui ex illo generantur: neque enim sepositos esse & conditos ani-A mos, neque nunc gigni. Qui enim hoc dicunt, Deum mœchis operam navantem faciunt, quod ex his pueri nascantur; & mendacii illud evinci, [b] *Cessavit Deus ab omnibus operibus suis, quæ cœpit facere*, cum nunc etiam animos faciat. Errorem confutat Nemesius de Natura hominis cap. 2. & notat differentiam providentiæ & creationis. Προνοίας μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ, τὸ ἐξ ἀλληλογονίας διασώζειν τὴν τῶν φθαρτῶν ζώων οὐσίαν· λέγω δὲ τῶν μὴ κατὰ σηπεδόνα γενομένων. ἐπειδὴ τὴν τούτων διαδοχὴν σηπεδὼν πάλιν ἑτέρα διαφυλάττει· κτίσεως δὴ τὸ κράτιστον ἔργον, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων ποιεῖν. „ Providentiæ enim opus est, per unius ortum ex altero conservare substantiam caducorum anima-B lium: dico eorum quæ ex putredine non nascuntur. Nam horum propagationem alia rursus putrefactio conservat. Creationis vero præstantissimum officium est, ex nihilo aliquid efficere „. Dicta de prognatis ex putrefactione, ne ita dicta existimes, quasi ea Nemesius providentiæ subtrahat, sed tantum ad notandum providentiæ opus circa ea quæ ad sui generationem externo agente indigent. Et animum produci a Deo disposita materia per actionem agentis, insinuat D. Thomas 1. p. quæst. 118. art. 1. ad 3.

Pag. 684. C. *Etenim cum character ipsius.*) Nota de charactere & profunditate sententiarum C Paulli.

Pag. 685. A. *Quod enim comparatur ei cui confertur.*) De hoc multa a nobis alibi adnotata sunt.

Pag. 691. A. *Bonum eis est, si manserint ut & ego.*) Oritur ex his verbis Paulli quæstio perdifficilis. Num D. Paullus cælebs fuerit, vel uxorem duxerit? Uxorem duxisse tradit Ignatius Martyr [1] Epistola ad Philadelphenses, cum illum inter conjugatos Apostolos enumerat. Εὔχομαι γὰρ ἄξιος Θεοῦ εὑρεθεὶς πρὸς τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν εὑρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ, ὡς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ὡς Ἰωσὴφ, καὶ Ἠσαΐου καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν, ὡς Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων D τῶν γάμοις προσομιλησάντων. „ Opto enim ut dignus sim in regno cælorum ad horum pedes locum mihi dari, ut Abrahæ, Isaac, Jacob, ut Joseph, Isaiæ & aliorum Prophetarum: ut Petri & Paulli, & aliorum Apostolorum, qui nuptiis operam dederunt „. Ignatius Apostolis σύγχρονος, consuetudine conjunctissimus, sanctitate illustris, veritatis amator, cujus laus apud sanctissimos & præstantissimos viros maxima est, potuit similia, uti erant, conquirere, & scire etiam in dubiis ab iisdem Apostolis. In argumento simili, cum virgines conjugatis præfert, non ex Apostolis præcipuos, si illi non erant, in conjugatorum numero collocasset. Ergo fuere. Ergo Paullus inter con-E jugatos accensendus est. Clemens Alexandrinus falsa Epistolæ Paulli interpretatione Paullum conjugatum facit. Verba Clementis recitat Eusebius lib. 2. Histor. cap. 24. Et Nicephorus Callistus lib. 2. cap. 44. Cælibatum tamen illius acerrime defendunt Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius & alii; probantque constantissime ex ipsius Paulli verbis. *De non nuptis & viduis bonum est illis, si sic permanserint, sicut & ego.* Adducta ex Ignatio dicunt esse corrupta, & nomen Paulli additum. In

a Joan. V. 17. *b* Gen. II. 2.

1. Non ignatius, sed Ignatiaster, veræ Ignatianæ Epistolæ interpolator, id tradit.



margine editionis Antuerpianæ apud Christophorum Plantinum 1572. in 8. adnotatur: *Paulli nomen in antiquissimis codicibus Anglicanis & aliis non exstare, & doctissimos plerosque oscitantiam sciolorum aut scribentium assumentum censere.* Baronius anno Christi 57. num. 58. multis atque optimis argumentis concludit & Paulli cælibatum & nomen Paulli esse ab adversariis, Epistolæ additum. Prostat resolutio quæstionis de S. Paullo Apostolo, an conjugatus fuerit, nec ne, auctore Kiliano Leib Priore Rebdorfensi anno 1645. in 4. non indocta. Alii quoque inter Catholicos hoc argumentum optime pertractarunt, quibus suum calculum addit noster Methodius in hoc suo Symposio.

Pag. *697.* A. *Hæ autem promissiones post resurrectionem.*) Et clarius adhuc *Orat.* V. §. VII. Ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν τὴν σκιὰν ἀπὸ τῆς εἰκόνος, τρίτην ἀπὸ τῆς ἀληθείας, κατηγγέλκασιν· ἡμεῖς δὲ τὴν εἰκόνα τῆς κατ' οὐρανὸν διοικήσεως ἐναργῶς ἐκθειάζομεν. τὸ γὰρ ἀληθὲς ἀκριβῶς μετ' ἀνάστασιν δηλωθήσεται, ὁπότε πρόσωπον κατὰ πρόσωπον τὴν ἁγίαν σκηνὴν τὴν πόλιν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐ δι' αἰνιγμάτων καὶ ἐκ μέρους ἐποπτεύσομεν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ τὰ ἡμέτερα προανεφώνησαν· ἡμεῖς δὲ τὰ οὐράνια προαγγέλλομεν. ἐπειδήπερ ἡ μὲν σκηνὴ σύμβολον ἦν τῆς ἐκκλησίας, ἡ δὲ ἐκκλησία τῶν οὐρανῶν. „ Sed Judæi quidem „ umbram ab imagine, a veritate nempe tertiam, „ denuntiarunt: nos vero cælestis dispositionis imaginem palam admirantes, divinis laudibus extollimus. Nam quod verum est exacte post resurrectionem manifestabitur, quum facie ad faciem „ sanctum tabernaculum, [a] civitatem nimirum cælestem, cujus opifex & conditor est Deus, non „ per speculum in ænigmate, neque ex parte, aspectu ipso percipiemus. Judæi namque nostra prædixerunt; nos cælestia prænuntiamus: cum tabernaculum typus esset Ecclesiæ, Ecclesia vero „ cælorum „. Scribit Methodius Tabernaculum apud Hebræos imaginem Ecclesiæ fuisse: sic eos per ea quæ sensibus objiciebantur, rerum divinarum species prænuntiasse, cum Tabernaculum esset divinæ administrationis species. Et hæc quidem Hebræi in figuris & typis: Christianos vero figuris clarius, sed veritate & re ipsa obscurius colere quod purum & sincerum nondum ad homines pervenit, & eos non posse conspicere puram putam, nisi post resurrectionem, immortalitatem. Hinc tres status hominum colligit, Judæorum ante Christum, qui umbram a veritate tertiam denuntiabant; Christianorum, qui cælestis dispositionis imaginem laudant & colunt: Beatorum qui non per speculum & in ænigmate & ex parte, sed facie ad faciem Deum post resurrectionem videbunt. Quare visionem Dei post resurrectionem beatis concedendam esse adstruit. Sicque videtur præstantissimus Martyr favere dicentibus, visionem beatificam post judicium & resurrectionem corporum adfuturam. Nam si Judæi umbram tertiam a veritate denuntiant; nos imaginem ante resurrectionem colimus, & veritatem cælestem profitemur, & veritas ipsa consecutura est post resurrectionem. Ergo veritatem ipsam post resurrectionem consequemur, quæ in visione beatifica consistet, quum facie ad faciem, ut ipse dicit, non per speculum in ænigmate, neque ex parte, aspectu ipso illam percipiemus. In hoc vero loco promissiones bonorum factas Virginibus & cum Christo assistentiam in cælo, postquam incorruptorum præmiorum certamen devicerint, post resurrectionem ad exitum perducendas esse decernit. Et quænam ante resurre-

A ctionem beatorum erit fruitio? quæ Dei visio? quod gaudium? quod bene gestorum præmium? Et interim beatæ illæ animæ quonam latent in loco? qua confidentia pro nobis Deum supplicant? Qua nos spe eorum intercessionibus adjuvari singulis horis exoramus? Est hoc nugacium hominum delirium, quod fuse rejecimus tum alibi, tum Epistola ad D. Boineburgium, Græcorum quibus id tribuitur, adductis testimoniis. Verumtamen verba Martyris, si recte examinentur, aliud sonant. Cum enim in duobus primis statibus agat de homine, non ut anima tantummodo est, sed ut animo & corpore constat; pari modo in tertio quoque statu accipiendus est homo, nempe integer ex animo & corpore con-
B flatus; & tum vera dicit. Ante enim resurrectionem, licet animus hominis perfecte beatitudinem possideat, non dicitur tamen homo possidere; cum pars ipsius, corpus videlicet mortuum & jacens, nondum illam assecutum sit, quam resurgens & animo unitum consequetur, cum vere tum homo eam constans animo & corpore obtinebit. Quod & ipse apertissime indicavit, cum scribit, *tum non ex parte, sed aspectu ipso percipiemus.* Ergo ante resurrectionem ex parte percipitur, nempe ab homine non integro, cum illa fruatur animus solus a corpore sejunctus. Neque dicendum est eum intellexisse beatitudinem *ex parte*, imperfecte nempe & non integram ac totam percipi. Nihil enim in Deo
C imperfectum est & non integrum: quod de homine dici nequit, cum sua parte destitutus, corpore nempe, integer aut perfectus dici nequit. Et quamvis primo suo dicto animis tantum, nulla facta corporis mentione, dicat post resurrectionem promissa illa persolvenda; eo in loco ex meliore ac potiore parte hominem ex corpore & anima intelligit: & cum insinuat certamina & victorias in hac vita, quorum præmium promissiones illæ sunt; necesse est juxta eumdem, cum illa certamina non fuerint animorum solum sed corporum etiam, præmia illa & certantibus & victoribus qui non alii sunt quam animi & corpora, tribuenda esse: quod non nisi post resurrectionem eveniet. Quod & manifestius infra ex-
D pressit *Orat.* VI. §. III: cum de castimoniam servantibus sermonem inculcans, non tantum de animis, sed de toto homine certante, & qui pro certaminibus præmiis afficiendus est, verba facit. Ἡ γὰρ πεντάφωτος ἡμῶν ἀληθῶς λαμπὰς ἡ σάρξ ἐστιν, ἣν ἡ ψυχὴ βαστάζουσα δᾳδὸς δίκην, τῷ νυμφίῳ. παρίσταται Χριστῷ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, παραφαίνουσα διὰ πασῶν τῶν αἰσθήσεων διεκθρώσκουσαν λαμπρὰν τὴν πίστιν. „ Nam lampas quinis luminibus decora, „ vere caro est, quam anima gestans instar facis ad„ stat sponso Christo, resurrectionis die per omnes sen„ sus commonstrans exsilientem splendidam fidem „. Quod si tantum hoc de animis dictum contendis, non minus ipse hoc in loco de corpore & carne absque
E animo & verisimilius dici contendam. Aut tu negabis omnino de corpore solummodo dici, cum post resurrectionem corpus & animus simul perfectissime visione fruentur: & ego nunc nego de animis solummodo illum intelligendum esse, qui absolutissime Deum possident: sed de corpore & animo eum verba facere, quæ non nisi post resurrectionem beatitudine fruentur. Nec aliud sensit Methodius, ni velimus dicere, eum in paucissimis verbis sibi pugnantia pronuntiasse. Hic enim Beatos visione beata frui palam pronuntiat *Orat.* IV. §. II. Τοῦτο γὰρ ἐν τῷ ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ ἕκτῳ δηλοῦται ψαλμῷ, ἔνθα ὕμνον εὐχαριστήριον ἀναπέμπουσιν ἱλαρῶς αἱ ψυχαὶ τῷ Θεῷ, ὁπόσαι δὴ παραληφθεῖσαι καὶ κρατηθεῖσαι περιπολοῦσιν ἤδη μετὰ Χριστοῦ τὸν οὐρανὸν, ὅτι μὴ κατεσπάσθησαν ὑπὸ τῶν ὑλικῶν καὶ

[a] Hebr. xi. 10.

σωματικῶν ῥευμάτων. „ Et satis aperte in sexto & trigesimo supra centesimum Psalmo cecinit, in „ quo pro gratiarum actione hilariter animæ, quæ „ apprehensæ detentæque nunc cum Christo cælum „ circumeunt, quod a materiatis & corporeis flu„ ctibus abreptæ non sunt, laudem Deo transmit„ tunt. „ In quo notandæ particulæ δὴ & ἤδη, quæ *sane*, *jam*, *certe*, *nunc*, *nempe*, & similia significant. Quare cum asseveranter dicat, animos jam in hilaritate constitutos hymnum Deo canere, & detentos apprehensosque cum Christo cælum circumire; decernit plane nunc in beatitate illos collocatos, visione beatifica frui. Nemo quod anxie exspectat, si non possideat, hilaris est: quin illa exspectatione & desiderio boni quod sperat aliquando futurum, indolet & contabescit. Et quis gratias agit, si non receperit beneficium, nec laborum præmium? Et quænam major excogitari poterit beatitudo, quam una cum Christo esse & cum eo cælum circumire? Non aliam suorum certaminum coronam, non aliud præmium poscebat Paullus: [a] *Cupio dissolvi & esse cum Christo*. Et dicto Methodii jam dissoluti corpore animi apprehensique detentique, status nempe sui securitate quam numquam amittent, cum Christo sunt lætitia exsultantes & Deum collaudantes. Et Orat. VIII. §. II. Ὅθεν καὶ πρῶται τῶν ἄλλων μετὰ τὴν ἀνάκλησιν καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν, αἱ ὀρθῶς καὶ πιστῶς παρθενεύσασαι τῷ Χριστῷ, τὰ νικητήρια φέρονται τῶν ἄθλων, τοῖς τῆς ἀφθαρσίας ἄνθεσι στεφθεῖσαι παρ᾽ ἑαυτοῦ. Ἅμα γὰρ τῷ καταλεῖψαι τὸν κόσμον τὰς ψυχὰς, λόγος ταῖς παρθένοις ὑπαντῶντας ἀγγέλους μετὰ πολλῆς εὐφημίας εἰς τοὺς προειρημένους παραπέμπειν λειμῶνας αὐτὰς, εἰς οὓς καὶ πρόσθεν ἐλθεῖν ἐγλίχοντο, μακρόθεν αὐτοὺς φαντασιωθεῖσαι τότε, ὁπότε ἔτι ἐπενδημοῦσαι τοῖς σώμασιν ἰνδάλλοντο τὰ θεῖα. Ἐνταῦθα οὖν δὴ ἐλθούσας θεάσασθαι θαυμαστά τινα, καὶ ἐκλάμποντα, καὶ μακάρια κάλλη, καὶ ὁποῖα ἐξειπεῖν εἰς ἀνθρώπους δυσχερές. Εἶναι γὰρ αὐτὴν δικαιοσύνην, καὶ αὐτὴν σωφροσύνην, ἀγάπην αὐτὴν ἐκεῖ, καὶ ἀλήθειαν, καὶ φρόνησιν, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως ἐπιφανῆ τῆς σοφίας ἄνθη καὶ φυτά· ὧν ἡμεῖς ἐνθάδε σκιὰς μόνας φασματώδεις ὀνειρώσσοντες, ἀπὸ τῶν πράξεων ἡγούμεθα τῶν ἀνθρωπίνων συνίστασθαι, ὅτι μή ἐστιν αὐτῶν δεῦρο μηδὲν εἴδωλον καταφανὲς, ἀλλ᾽ ἀπεικονίσματα μόνον ἀειδῆ, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ σκοτεινῶς πολλάκις ἀπεικονίζοντες αἰσθανόμεθα. „ Hinc & ante alias post vocationem „ & ex hac vita exitum, rectæ fidelesque Chri„ sto virginitatis conservatrices, ab eodem incorru„ ptibilitatis floribus redimitæ victoriæ præmia re„ ferunt. Simul enim atque mundum animæ dese„ ruerint, dicitur, Virginibus Angelos obviam „ factos, non sine laudum ingenti præconio in præ„ dicta prata deducere, in quæ antea pervenire „ appetebant, procul illa imaginatione complexæ „ tum, cum adhuc in corporibus degentes res di„ vinas sibi repræsentabant. Eo itaque ubi perve„ nerint, admirabilia quædam & splendida & bea„ ta decora, & quæ hominibus verbo exprimere „ perquam difficile est, intueri. Esse enim ibidem „ loci ipsam justitiam & ipsam prudentiam, & „ ipsam dilectionem, & veritatem, & castitatem, „ & reliqua omnia; similiter præclarissimos sapien„ tiæ flores & plantas: quorum nos heic umbras „ tantummodo imaginatione confictas somniantes, „ ex humanis actionibus consistere arbitramur; quod „ nullum sit eorum heic simulacrum clarum, sed „ figuræ solum obscuræ & species, quas etiam sæ„ pius subobscure nos effingentes intelligimus. „ Et clariora de visione beatifica animorum ante resurrectionem post hanc vitam in Methodio conquirimus?

Pag. 704. D. *Nam secundum Unigeniti effigiem facta.*) Hujusce rei satis amplam expositionem vide apud Anastasium Sinaitam Orat. *de eo quod homo factus est ad imaginem, & similitudinem Dei.*


Pag. 708. A. *Nam qui in alto navigant tradunt eodem vento non in eadem loca vehi*,) Hoc nos sic expressimus in nostro Anachronismo Græco:

Οὐ πέλαγος διάνησιν ὁμὸς πνόος, οὐ δ᾽ ἴσος οὖρος·
Παντοίων δ᾽ ἀνέμων αὖραι τάραξεν ἅλα.
Πνεῦμα δὲ τοῖς μὲν ἔλω ἀντίπνοον, ἵκμενον ἄλλοις,
Χρειὼ δ᾽ αὖ ἀνέμῳ τῷ παρέοντι τρέχειν,
Αὐτῷ γὰρ διέπλευσε καταῤῥόον ὁλκὰς ἀήτῃ,
Αὐτῷ νηῦς ἑτέρη δυσσόον οἶδμα θέει.

Pag. 708. B. *Sic & Sapientiæ Spiritus intellectualis, & sanctus, & unigenitus.*) Filium μονογενῆ, *Unigenitum* dici, verum & catholicum est, cum ante eum Filius concipiatur nostro modo intelligendi: at Spiritum sanctum generari cum procedat, & processio aliud a generatione sit, catholicæ aures audire non sustinebunt. Possem heic dicere, id ab hæreticis additum, auctoritate Photii fultus, qui multa ab hæreticis in hoc Dialogo addita esse adnotavit. Et insulse concluderet, Spiritum esse genitum, quia multi defendunt, solum Patrem esse ingenitum, cum & ipse dicatur ingenitus negative, nempe non genitus; qui licet ab alio sit ut persona subsistens per processionem non per generationem, quo modo etiam ad relationem pertinet, sicuti non homo ad genus substantiæ, & non album ad genus qualitatis reducitur. Quare dicimus Methodium locutum generationis vocabulo late sumto, quemadmodum & alii Patres antiqui, ut indicaret nempe principium & fontem Deitatis Spiritum non habere ex se sed ab alio. Sic ante Methodium Jacobus Apostolus Epistola catholica cap. I. πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων. „ Omne donum perfe„ ctum desursum est, descendens a Patre lumi„ num. „ Hoc testimonio utitur Dionysius Areopagita de Cælesti Hierarch. cap. I. Pater originale lumen est, Filius & Spiritus sanctus ex illius substantia, lumina de lumine: quod expressius Damascenus in Carminibus, *Lumen*, inquit, *immutabile, Verbum luminis Patris ingeniti, in lumine tuo hodie viso in Thabor, lumen videmus Patrem, lumen & Spiritum illuminantem omnem creaturam*. Dionysius Areopagita cap. 2. de divinis Nominibus, Filium & Spiritum sanctum nuncupavit Τῆς θεογόνου θεότητος, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαστοὺς θεοφύτους, καὶ οἷον ἄνθη, καὶ ὑπερούσια φῶτα. „ Dei„ genæ divinitatis, si ita dicendum sit, germina „ Deo oriunda, floresque ac lumina supersubstan„ tialia. „ Quam supra dixerat πηγαίαν θεότητα, ex qua nempe tamquam origine, fonte & principio prosiliunt & emanant veluti germina, Filius & Spiritus. Nec aliter exponunt Dionysium, Maximus Homologeta, & Georgius Pachymerius. Hinc ductus Synesius non alia mente Spiritum & Filium filios appellavit Hymno I. Τπερύσιος δὲ

[a] Philipp. I. 23.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



παγὰ σέφεται κάλλει παίδων ἀπὸ κέντρȣ τε Ϡορόντων, περὶ κέντρον τε ῥυέντων. „ Superſubſtantialis „ vero fons coronatur pulcritudine filiorum, qui „ ex centro profluxerunt, & circa centrum deflu- „ xerunt. „ *Proceſſio enim in divinis*, ut ait D. Thomas 1. part. quæſt. 17. art. 4. ad 3. *non habet proprium vel ſpeciale nomen niſi generationis. Unde proceſſio quæ non eſt generatio, remanſit ſine ſpeciali nomine, ſed poteſt nominari ſpiratio, quia eſt proceſſio Spiritus*. Et hæc quidem plana ſunt. Illud videtur difficultatem augere, quomodo Spiritus unigenitus ſit? cum illud tantummodo Filio conveniat. Baſilius in Antirrhreticis: Μονογενὴς ὁ ὑιὸς διὰ τὸ μόνος ἐκ μόνȣ γεννᾶσθαι. „ Unigenitus Filius; quod ſolus ex ſolo genere- „ tur. „ Gregorius Theologus Orat. 2. de Filio: Μονογενὴς δὲ ȣ̓χ ὅτι μόνος ἐκ μόνȣ καὶ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μονοτρόπως. „ Unigenitus enim non quod „ ſolus ex ſolo & ſolum, ſed quod etiam ſingula- „ riter. „ Maximus in Colloquio contra Anomœum: Ἐπειδὴ μόνος ἐκ μόνȣ. *Quandoquidem ſolus ex ſolo*. Gregorius Thaumaturgus: Εἷς Θεὸς πατὴρ Λόγȣ, καὶ εἷς Κύριος μόνος ἐκ μόνȣ. „ Unus „ Deus Pater Verbi, & unus Dominus ſolus ex „ ſolo. „ Damaſcenus Orat. de Triade: Μόνος ἐκ μόνȣ τȣ̃ πατρὸς ὁ ὑιὸς, μόνος ἐγεννήθη. „ Solus „ ex ſolo Patre Filius generatus eſt. „ Sic Gregorius Nyſſenus ad Ablabium, poſtquam cauſſæ & cauſſati, nec non ex cauſſato cauſſati differentiam expreſſit, concludit: Ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τȣ̃ ὑιȣ̃ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τȣ̃ πατρὸς εἶναι τὸ πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τȣ̃ ὑιȣ̃ μεσιτείας καὶ ἑαυτῷ τὸ μονογενὲς φυλαττȣ́σης, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργȣ́σης. „ Ita ut unigenitum ſine ulla hæſitatione in „ Filio maneat, & ex Patre eſſe Spiritum mini- „ me dubitetur, Filii mediatione & ipſi unigeni- „ tum conſervante, & Spiritum a naturali erga „ Patrem relatione non arcente. „ Similia habent Anaſtaſius Sinaita, & plerique alii Patres Græci. Chryſoſtomus: Ἰδιότητα γὰρ ὅταν εἴπω, τὸν πατέρα πατέρα νόησον, τὸν ὑιὸν ὑιὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πνεῦμα ἅγιον· αὗται γὰρ αἱ ἰδιότητες ȣ̓κ ἀντιστρέφονται. ȣ̓ δύναται γὰρ ὁ πατὴρ ἢ ὑιὸς εἶναι, ἢ ὁ ὑιὸς πατὴρ, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι πατὴρ ἢ ὑιός. „ Proprietatem enim cum dixero, Patrem patrem „ intellige, & Filium filium, & Spiritum ſan- „ ctum, Spiritum ſanctum: hæ enim proprietates „ non convertuntur. Nam non poteſt Pater Filius „ eſſe, aut Filius Pater, aut Spiritus ſanctus aut „ Pater, aut Filius. „ Et Theodorus Raithenus: Ταῦτα τὰ τρία ȣ̓δὲν ἀλλήλων διαφέρȣσιν ἢ μὴ μόνον κατὰ τὰ ἰδιώματα, καὶ τῷ τὸ μὲν εἶναι πατέρα, τὸ δὲ ὑιὸν, τὸ δὲ πνεῦμα. „ Hæc tria nihilo inter ſe „ diſcordant, niſi ſolummodo proprietate, & quod „ hoc Pater eſt, hoc Filius, hoc Spiritus ſan- „ ctus. „ His tamen non obſtantibus, quod poſtmodum docuerat D. Thomas, antea expreſſit Methodius, cum ait hunc Spiritum unigenitum a paternis theſauris ſpirari. Καὶ μονογενὲς ἀπὸ τῶν πατρῴων ἄνωθεν, πρᾴως καταπνεόμενον θησαυρῶν. „ Et „ unigenitus, qui ex paternis theſauris deſuper pla- „ cide perflatur, *vel* ſpiratur. „ En quomodo proceſſionem emanationemque quæ non eſt generatio, generationis nomine inculcatam, ſpirationis nomine explanavit. Itaque uti ſupra de genito, ita & de unigenito intelligendus eſt: cum enim proceſſio amoris non habeat nomen proprium, communiori vocabulo, & quo principium ab alio, & originem ſuam agnoſcit, generationis ſcilicet explicavit; quam tamen non eſſe vere generationem, addito alio ſpirationis nomine indicavit. Ita etiam ut hanc ſpirationem, & hunc Spiritum unum eſſe, quemadmodum & genitum unum ſignificaret, unigeniti nomine, quaſi diceret *uniſpirati* uſus eſt. Unus ſiquidem eſt Pater, unus Filius, unus Spiritus ſanctus.

Pag. 708. C. *Addecebat ſiquidem reliquis aliis præſtantiorem majoremque*.) Ergo Pater major eſt Filio, cujus teſtimonio ad ſua comprobanda Filius utitur. Hoc vero dogma Arii eſt. Dictionum μείζονος, μεγίστȣ, καὶ μεγάλȣ. *Majoris*, *maximi*, & *magni* in Trinitate inventorem facit Apollinarium Theodoretus de Fab. Hæret. lib. IV. cap. VIII. Ἐν ἐνίοις δὲ βαθμȣ̀ς ἀξιωμάτων ὠνείρατο, ἑαυτὸν διανομέα τῆς θείας χειροτονήσας νομῆς. αὐτȣ̃ γάρ ἐστιν εὕρεμα, τὸ μέγα, μεῖζον, μέγιστον, ὡς μεγάλȣ μὲν ὄντος τȣ̃ πνεύματος, τȣ̃ δὲ ὑιȣ̃ μείζονος, μεγίστου δὲ τȣ̃ πατρός· τί δ' ἂν τȣ́τȣ γένοιτο γελοιότερον; εἰ γὰρ μίαν εἶναι τῆς τριάδος τὴν ȣ̓σίαν τῷ ὄντι φησὶ, πῶς τὴν αὐτὴν καὶ σμικρὰν καὶ μεγάλην ὑπείληφεν; „ In nonnullis vero gradus dignitatum decrevit, „ ſemet ipſum divinæ diſtributionis diſpenſatorem „ conſtituens. Ipſius enim inventum eſt illud, ma- „ gnum, majus, & maximum: quaſi vero Spiri- „ tus magnus exſiſtat, Filius major, & maximus „ Pater; quo excogitari ne poteſt magis ridicu- „ lum? Etenim ſi unam eſſe Trinitatis eſſentiam „ vere ait, quomodo eamdem & parvam & ma- „ gnam exiſtimavit? „ Et Euſebius Cæſarienſis lib. 5. cap. 4. de Demonſtratione Evangelica ſcribit Filium, τῶν δευτερείων ἠξιῶσθαι. *Secundas obtinere partes*. Et cap. II. præſtantiorem quidem Filium omni Angelica natura eſſe, *inferiorem* tamen, μείονα, *prima cauſſa*. Et clarius ad Euphraſionem epiſcopum Epiſtola, uti legitur in ſeptima Synodo Act. 6. Οὐ γὰρ συνυπάρχειν φαμὲν τὸν ὑιὸν τῷ πατρὶ, προϋπάρχειν δὲ τὸν πατέρα τȣ̃ ὑιȣ̃· πλὴν αὐτὸς ὁ πάντων μᾶλλον ἀκριβῶς ἐπιστάμενος ὑιὸς τοῦ Θεȣ̃, ἕτερον ἑαυτὸν εἰδὼς τȣ̃ πατρὸς, καὶ μείω, καὶ ὑποβεβηκότα, εὖ μάλα εὐσεβῶς τȣ̃το καὶ ἡμᾶς διδάσκει λέγων· ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με, μείζων μȣ ἐστίν. „ Non enim ſimul cum Patre Filium fuiſſe fate- „ mur: verumtamen ipſe Filius Dei qui magis „ omnia liquido novit, alium ſe a Patre, & mi- „ norem, atque inferiorem ſciens, admodum pie „ hoc etiam nos docet dicens: [a] Pater qui miſit „ me, major eſt me. „ Iſidorus Peluſiota lib. I. epiſt. 422. Τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον ἐπὶ τῶν ὁμοȣσίων ζητεῖται, καὶ κρίνεται, pag. 108. Hinc Aetius inſulſe argumentabatur, quod Spiritus ſecundas partes a Filio teneret, & dignitate & ordine tertius eſſet, natura quoque tertium illum eſſe. Verumenimvero has eaſdem dictiones non in Methodio orthodoxe de Trinitate ſentiente reperiri tantum, ſed in aliis quoque Patribus & Scriptoribus antiquis, qui in illis exercitus eſt, minime dubitabit. Athanaſius Orat. I. contra Arianos: Τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνὺς ἑαυτȣ̃, ȣ̓κέτι ἐλάττονα ἑαυτȣ̃ τȣ̃ πνεύματος, ἀλλὰ μείζονα καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, ἐδίδȣ μὲν τὸ πνεῦμα καὶ ἔλεγεν, Ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω, κἀκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, καὶ ὅσα ἀκȣ́σει λαλήσει. „ Diſcipulis vero deitatem & magnitudinem ſuam oſtentans, non minorem ſemet ipſum Spiritu, ſed majorem & æqualem denotans elargiebatur Spiritum, ajebatque, [b] Ego illum mittam, & ille me glorificabit, & quæcumque audiet, loquetur. „ Baſilius Oratione 3. δευτερεύειν τȣ̃ ὑιȣ̃ τὸ πνεῦμα, plane fatetur, quemadmodum Filius δευτερεύει τȣ̃ πατρὸς. Chriſtus quoque in Evangelio de Patre ſermonem habens, cum

a Joan. XIV. 28. b Joan. XVI. 13.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



vocat se ipso *majorem*, Joan. XIV. Non me fugit sub Emmanuele Comneno coactam Synodum de humanitate Christi & divinitate Patris verba Christi, *Pater major me est*, exposuisse, & quod non bene illa exponerent, Constantinum Bulgariæ, Metropolitam Corcyrensem, & Joannem Irenicum cum eorum scriptis condemnasse, de qua nos fusius Volumine *de Consensione utriusque Ecclesiæ* disseruimus. Ne vero prolixiores simus, & Methodiana verba contra atque ea exponebant Arius & alii, sensu vere catholico interpretemur, ut alii se Patres interpretantur, apud Athanasium in divinis, ut supra vidimus, hæc eadem formula dicitur, major & æqualis Filius Spiritu, quæ Arianos ipsos atque Sabellianos jugulat, si originem & caussam, ut Græci loquuntur, respicias. Georgius Trapezuntius de processione Spiritus sancti ad Joannem Cuboclesium: Ὁ δὲ υἱὸς ἐ μόνον μείζων τῦ πνεύματος, ἀλλὰ καὶ ἴσ☉. λείπεται ἄρα τὴν ὑπόστασιν νοεῖν τῦ πνεύματ☉. Ταύτῃ δὲ ἴσ☉ ὁ υἱὸς τῇ θεότητι, καὶ μείζων τῷ αἰτίῳ. τὸ γὰρ μεῖζον ἐ δυνάμενον ἐν τῇ Τριάδι τῇ ἐσίᾳ λέγεσθαι, ἀνάγκη τοῖς διακριτικοῖς ἀπονέμεσθαι. μόνῳ δὲ τῷ αἰτίῳ καὶ τῷ αἰτιατῷ τὰ θεῖα πρόσωπα διακρίνεται. μείζων ἄρα ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματ☉ μόνῳ τῷ αἰτίῳ. „ Filius vero non tantum Spiritu major est, sed & æqualis. Reliquum est igitur, ut hypostasis Spiritus intelligatur: illi enim æqualis est Filius divinitate, & major caussa. Nam cum majus in Trinitate essentia nihil dici possit, necesse est illud discernentibus attribui. Sola vero caussa & effectu divinæ personæ discernuntur. Major ergo Filius Spiritu, caussa tantummodo. „ Joannes Plusiadenus Dialogo de Concilio Florentino: Ἔγνως ἄρα τί δηλῦν βέλεται, τὸ μείζονα καὶ ἴσον αὐτὸν εἶναι τῦ πνεύματ☉· ἴσον μὲν κατὰ τὸ ὁμοέσιον· ἐδὲν γὰρ τῶν τριῶν προσώπων μεῖζον καὶ ἔλαττον τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ θεότητι, ἀλλ' ἄκρα ἰσότης· μείζονα δὲ ὅτι ἀπ' ἐκείνε τὸ εἶναι ἔχει. „ Cognovisti itaque quid innuere vult, majorem & æqualem esse ipsum Spiritu; æqualem quidem secundum substantiam: ex tribus enim personis nulla major aut minor aut essentia aut divinitate est, sed summa in illis æqualitas: majorem quod ab eo habeat, quod sit. „ Simon Byzantius de processione Spiritus sancti ad Sophoniam Athrescum verba Basilii ex tertio Antirrhetico exponens: Ἀλλ' ἴσως εἴποι τις ἄν, πρόδηλον, ὡς ἐπὶ τῆς ὑπερεσίε τριάδ☉ τὸ ἀξίωμα, εἴπερ ἐστὶν ἐκ τῶν ἐσιωδῶν ἰδιωμάτων, ἐξ ἴσε κοινόν ἐστι ταῖς τρισὶ θεαρχικαῖς ὑποστάσεσι. Τί ἐν ἐστιν ὃ λέγει ἐνταῦθα ὁ μέγας Βασίλει☉, ὅτι τὸ πνεῦμα, ὥσπερ τῇ τάξει ἕτω καὶ τῷ ἀξιώματι δεύτερόν ἐστι τῦ υἱῦ; δοκεῖ γὰρ ἐκ τέτε εἰσάγειν τῇ Τριάδι αὐτὸς βαθμὲς ἀξιωμάτων, καὶ ἐπακολέθως φύσεων. Καὶ γὰρ εἰ τῷ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα δεύτερόν ἐστι τῦ υἱῦ, καὶ τἔμπαλιν ὁ υἱὸς ἔσαι τῦ πνεύματ☉ μείζων τῇ ὑπεροχῇ τῦ ἀξιώματ☉, καὶ ὁ πατὴρ ἀκολέθως τῦ υἱῦ τῦ ἰδίε· ὅπερ ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίε Ἀντιρρητικοῖς ἐδαμῶς καταδέχεται. Τί τὸ λοιπόν ἐστιν ὅ φησι; δοκεῖ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντιλέγειν ἐν τέτῳ τῷ μέρει. Ἀλλ' εἰς λύσιν τῦ τοιῦδε ζητήματ☉ προσεκτέον, ὡς ὁ Εὐνόμι☉ ἐν τοῖς ψευδοεπέσιν αὐτῦ συγγράμμασιν εἰπὼν περὶ τῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς ὁ αὐτὸς καὶ οἱ αὐτῦ ὁμόφρονες τὴν τῶν ἁγίων ἐν ἅπασι διδασκαλίαν φυλάσσοντες, παρ' ὧν αὐτὸ τρίτον τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει μαθόντες, τρίτον εἶναι καὶ τῇ φύσει πεπιστεύκασιν· ὁ μέγας Βασίλει☉ ἐν τῷ εἰρημένῳ περὶ τῦ πνεύματ☉ τρίτῳ λόγῳ αὐτῦ ἀποκριθεὶς αὐτῷ δύο ποιεῖ· πρῶτον μὲν ἐλέγχει Εὐνόμιον, ὡς ἐψεύσατο ταῦτα εἰπών, διὸ καὶ λέγει· Τίνες οἱ ἅγιοι καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, εἰπεῖν ἐκ ἔχει. Ἀρχ γέγονεν

A ἕτω τολμηρὸς ἄνθρωπ☉ τὰς περὶ τῶν θείων δογμάτων καινοτομίας εἰσηγέμεν☉; τὸ δεύτερον εἶδως ὁ μέγας Βασίλει☉, ὅτι τὸ ἀξίωμα ἐπὶ τῆς ὑπερεσίου Τριάδ☉ διχῶς ἐκλαμβάνεται, ἐσιωδῶς τε καὶ προσωπικῶς, συγχωρεῖ Εὐνομίῳ, ὡς ἐκ τῶν ἀνωτέρω δῆλον καθίσαται, τῦ ἀξιώματ☉ τὴν φωνήν· διὸ καὶ κατ' ἐκεῖνε φησί· Τίς γὰρ ἀνάγκη εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; ἀξιώματι μὲν γάρ, οὐ τῷ ἐσιώδει, ἄπαγε· κατὰ γὰρ τὸ αὐτὸ ἐδεμία τῶν τριῶν θείων ὑποστάσεων προσεπιθεωρεῖται, ἢ προθεωρεῖται τῆς ἄλλης· Ταυτίζονται γὰρ τῇ αὐτῇ· ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ προσωπικῷ αὐτῦ ἀξιώματι δεύτερον χρηματίζει υἱοῦ· καίτοιγε ὥς φασιν, πρόσωπόν ἐστιν ὄνομα ἀξιώματος.

B „ Sed forte quispiam dixerit: manifestum est in supersubstantiali Triade dignitatem; siquidem est ex essentialibus proprietatibus, eodem modo communem esse tribus divinitatis principibus hypostasibus. Quid igitur est, quod heic magnus Basilius asserit, Spiritum uti ordine, ita & dignitate secundum esse a Filio? Videtur enim hisce insinuare in Trinitate gradus dignitatum, & consequenter naturarum. Namque si dignitate Spiritus secundus a Filio est, erit item Filius excellentia dignitatis major Spiritu, & Pater consequenter proprio Filio: quod ipse in Antirrheticis adversus Eunomium nullo modo admittit. Quid ergo est quod ipse dicit? namque ipse

C contraria hoc in loco videtur insinuare. Verumtamen pro resolutione hujusmodi quæstionis attendendum est, Eunomium in suis mendaciloquis Commentariis, cum dixisset de Spiritu sancto, semet ipsum & reliquos qui una cum eo sentirent, Sanctorum in omnibus doctrinam servare, a quibus cum didicerimus tertium ipsum esse dignitate & ordine, tertium itidem natura ipsum esse credere; magnus Basilius in jam laudato tertio suo de Spiritu sancto libro respondens, duo peragit. Primum quidem, Eunomium uti mendacem cum similia asserit, redarguit, quare & subdit: Quinam vero isti Sancti sunt, & quibus verbis id docuerunt, dicere non potest. An ve-

D ro quispiam umquam se se novis divinis placitis introducendis tam audacem præbuit? Secundum, cum sciret magnus Basilius dignitatem in supersubstantiali Triade dupliciter sumi, essentialiter & personaliter; concedit Eunomio, ut ex supra jam allatis manifestum fit, dignitatis vocem; ideoque adversus eumdem dicit: Quæ ergo necessitas est, Spiritum sanctum tertium esse natura, etiamsi ordine & dignitate tertius est? Nam dignitate quidem, non essentiali, absit: secundum enim illam rationem nulla ex divinis personis aut intelligitur aut præintelligitur: namque una sunt illa; sed propria sui ipsius dignitate secundus est a Filio, licet, ut in-

E quiunt, persona est nomen dignitatis. „ Sed hi recentiores sunt. Fateor. Antiquiores advocemus. Constantinus Meliteniota Orat. 2. de Processione Spiritus sancti. Ὥσπερ γὰρ ἵνα κατ' αὐτὸν τὰ θεῖα πολλῷ καὶ αὖθις ἐρῶ, τάξει καὶ ἀξιώματι τῦ πατρός ἐστιν ὁ υἱὸς δεύτερον, ὅτι παρ' αὐτῦ κέκτηται μεθ' ὧν ἄλλων πλεῖστων καὶ τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως, ἐ κατ' ἔννοιαν ἑτέραν τινὰ τῦ ἀξιώματος τε καὶ τῆς τάξεως· ἐδαμῶς· ἐπειδήπερ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι χωρὶς ταύτης ἀποφέρονται πολύ τι τὸ βλάσφημον. Οὕτω δεύτερον τάξει, καὶ τῦτ' αὐτὸ τῦ θεηγόρε πατρὸς καὶ ἀξιώματι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατ' ἐδεμίαν αὐτῶν ἔννοιαν, ἀλλ' ἢ πέφυκε τῦ μονογενῦς, πλὴν ὅτι σοι παρ' αὐτῦ τὸ εἶναι ἔχει, καὶ παρ' αὐτῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγέλλει ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξῆπται. „ Quemadmodum enim, ut juxta

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

„ divinissimum hunc virum denuo sermonem insti„ tuam, ordine & dignitate a Patre Filius secun„ dum quod est, & quod ab eo pendeat, tum „ rebus aliis omnibus quibus abundat; & caussam „ & principium suæ exsistentiæ, non secundum „ aliam quampiam dignitatis aut ordinis intelli„ gentiam, cum reliquæ aliæ omnes præter hanc „ unam solam multum in se blasphemiæ conti„ neant: sic secundum quid ordine; quod ipsius „ diviniloqui Patris est, Spiritus sanctus est, se„ cundum nullam aliam intelligentiam, nisi quod „ ex eo est, & ab eo quod sit habeat, & ab eo „ accipiat, & nobis annuntiet, & omnino ab ea „ caussa dependeat. „ Nicetas Maroniæ archiepiscopus Thessalonicensis Oratione secunda de Processione Spiritus sancti, cum Græcis opposuisset, si Spiritus a Filio procederet, majus quid haberent Pater & Filius ipso Spiritu, cum a Spiritu nihil procedat; & illi haberent aliquid, quod Spiritus non haberet, respondet Latinus, & optime. Ἀλλ' οὐ κατ' οὐσίαν, ὦ οὗτος, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τὸ μεῖζον πρὸς τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ἄρα κατὰ τὴν ἰδιότητα, ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα· οὐ μὴν ὁ πατὴρ ἢ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πνεύματος. καὶ ὅτι τοῦ πνεύματος ἰδιότης οὐ τὸ γεννᾷν ἢ προβάλλεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐκπορεύεσθαι. Οὕτω δὲ τὸ μεῖζόν ἐστι καὶ τῷ πατρὶ πρὸς τὸν υἱόν· μείζων γὰρ ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, καθά φησιν αὐτὸς ὁ Κύριος, ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστὶν, ἀλλὰ τῷ αἰτίῳ, ἢ ἑτέρῳ λόγῳ τινὶ, οὐ τῇ οὐσίᾳ. καὶ γὰρ ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ οὐχ ὁ πατὴρ ἐκ τοῦ υἱοῦ· ἡ δὲ οὐσία μία καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ κατ' αὐτὴν ἀπαραλλαξία καὶ ἰσότης ἐστίν· ἡ ταυτότης τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, καὶ οὐδεμία διαφορά. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν ταυτότης ἐστὶν ἀπαράλλακτος, κατὰ τὸ αἴτιον δὲ μείζων ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, καὶ ὡς γεννήτωρ οὐχ ὡς Θεὸς, καὶ τοῦτο οὐκ ἄτοπον· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν αὐτὸ ἴσον καὶ τὸ ταυτὸν, κατὰ δὲ τὸ εἶναι τὸν μὲν υἱὸν προβολέα τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὸ μὲν πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ υἱοῦ, οὐ μὴν τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πνεύματος, τὸ μεῖζον ἴσως ἁρμόσει τῷ υἱῷ. Ὅτι δὲ ὡς ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ καὶ μείζων καὶ ἴσος, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς καὶ μείζων τοῦ πνεύματος καὶ ἴσος, ὁ μέγας τῆς Ἀλεξανδρέων ἀρχιερεὺς φησιν Ἀθανάσιος ἐν τῷ πρώτῳ κατ' Ἀρειανῶν λόγῳ. καὶ πάλιν· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ ἅγιος. Δῆλος δέ ἐστι λέγων, ὅτι κατὰ μὲν τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν ἴσος τῷ πνεύματι ὁ υἱὸς, μείζων δὲ πάλιν κατ' ἄλλο τι, καὶ δῆλον ὅτι ἴσως κατὰ τὴν τῆς ἑαυτοῦ θεϊκῆς ὑποστάσεως ἰδιότητα· ὥσπερ καὶ ὁ πατὴρ μείζων τοῦ υἱοῦ λέγεται, οὐ κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδιότητα, ἢ ὡς κατὰ τὸ αἴτιον. καὶ γοῦν καὶ ὁ υἱὸς μείζων τοῦ πνεύματος, ὅτι χορηγεῖ τὸ πνεῦμα πρὸς ἡμᾶς καὶ ἀποστέλλει, καθὼς καὶ αὐτὸς ἀποστέλλεται παρὰ τοῦ πατρός. τάχα δὲ ὅτι καὶ προβολεύς ἐστι τοῦ πνεύματος, ὥσπερ λέγομεν. „ Sed „ non secundum essentiam, o amice, Patri & „ Filio respectu Spiritus majus inest, sed secun„ dum proprietatem, quod ex Patre & ex Filio „ Spiritus est, non vero Pater aut Filius ex „ Spiritu; & quod Spiritus proprietas est, non „ generare aut producere, sed procedere. Pari ra„ tione Patri quoque inest majus respectu Filii: „ major enim est Pater Filio, ut ipse Dominus „ ait, [a] *Pater meus major me est*; sed caussa „ aut alia quapiam ratione, non essentia. Nam„ que Filius ex Patre est, & non Pater ex Filio: „ essentia vero una & eadem, & in ipsa immu„ tabilitas & æqualitas est; aut etiam unum idem„ que Patri & Filio, nullumque discrimen. Quem„ admodum enim in Patre & Filio secundum es„ sentiam quidem unum idemque immutabile est; „ secundum caussam autem major Pater Filio, sed „ ut genitor, non ut Deus; neque hoc inconve„ niens: sic & in Filio & Spiritu secundum es„ sentiam quidem unum æqualeque; secundum ve„ ro quod Filius producit Spiritum, & Spiritus „ ex Filio procedit, & Spiritus ex Filio est, non „ vero Filius ex Spiritu; majus Filio adaptabi„ tur. Uti vero Filio Pater major est & æqua„ lis, ita & Filius major æqualisque Spiritui fue„ rit. Magnus Alexandrinæ Ecclesiæ præsul Atha„ nasius prima contra Arianos Orat. I. affirmat; *Et* „ *relatis Athanasii verbis, a nobis quoque supra* „ *adductis*, subdit: Et hæc quidem Sanctus ea „ mente profert, secundum deitatis essentiam æ„ qualem Spiritui esse Filium: majorem vero rur„ sus secundum aliud; & manifestum est esse se„ cundum divinæ ipsius hypostaseos proprietatem: „ quemadmodum & Pater major Filio dicitur, non „ natura sed proprietate, caussa videlicet. Quare „ Filius major erit Spiritu, quod nobis Spiritum „ exhibet mittitque, uti & ipse mittitur a Pa„ tre. Forte etiam quod productor est Spiritus „ sancti, ut dicimus. „ Et his Græcus acquiescens, ad alia se Græcorum confert argumenta. Non dici potuit clarius. Non placet? Ad ipsius Ecclesiæ lumina recurramus. Gregorius Nazianzenus Orat. 2. de Filio quæ est XXXVI. pag. 582. Πῶς συμβήσεται τὰ ἀσύμβατα; τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ μεῖζον, καὶ ἴσον εἶναι τῶν ἀδυνάτων. ἢ δῆλον, ὅτι τὸ μεῖζον μέν ἐστι τῆς αἰτίας, τὸ δὲ ἴσον τῆς φύσεως; καὶ τοῦτο ὑπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁμολογοῦμεν ἡμεῖς. Τάχα δ' ἂν εἴποι τις ἄλλος τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ προσφιλονεικῶν, μὴ ἔλαττον εἶναι τὸ ἐκ τοιαύτης αἰτίας εἶναι τοῦ ἀναιτίου· τῆς τε γὰρ τοῦ ἀνάρχου δόξης μετέχοι ἂν ὅτι καὶ ἐκ τοῦ ἀνάρχου· καὶ πρόσεστιν ἡ γέννησις, πρᾶγμα τοσοῦτο τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, καὶ οὕτω σεβάσμιον. τὸ γὰρ δὲ λέγειν, ὅτι τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον νοουμένου μείζων, ἀληθὲς μὲν, οὐ μέγα δέ. Τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ μείζων ἀνθρώπου Θεός; Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς τὸ μεῖζον κομπάζοντας. „ Quomodo convenient, quæ „ convenire nequeunt? Idem enim ut se ipso ma„ jus sit sibique ipsi æquale, quei fieri possit? „ Nonne ergo perspicuum est, *majoris* vocem ad „ caussam, *æqualis* autem ad naturam referendam „ esse? Ac nos istud ingenue admodum & candi„ de confitemur. Fortasse autem dixerit alius „ quispiam, sermonem nostrum acriori animi con„ tentione prosequens, inferius habendum non es„ se, ab hujusmodi caussa, caussæ omnis experte, „ proficisci. Nam & quia ab eo qui principio ca„ ret originem trahit, ejus quoque gloriæ partem „ sibi vendicat: & accedit insuper generationis „ prærogativa, res tanta tamque veneranda, iis „ quidem certe qui mente præditi sunt. Nam „ quod ratione humanitatis Pater Filio major in„ telligendus sit, vere quidem dici potest, sed „ non perinde honorifice. Quid enim mirum, „ Deum homine majorem esse? Atque hæc mihi „ dicta sint adversus eos, qui *majoris* vocem „ insolentius jactant. „ Et Orat. in sanctum Baptismum quæ est XL. pag. 669. Οὐ γὰρ δόξα τῷ ἐξ οὗ, ἡ τῶν ἐξ αὐτοῦ ταπείνωσις· πρὸς τὸ δὲ καὶ ὑφορῶμαι τὴν σὴν ἀπληστίαν, μὴ τὸ μεῖζον λαβὼν διχοτομήσῃς τὴν φύσιν, κατὰ πάντα τῷ μείζονι χρώμενος. οὐ γὰρ κατὰ τὴν φύσιν τὸ μεῖζον, τὴν αἰτίαν δέ· οὐδὲν γὰρ τῶν ὁμοουσίων οὐσίᾳ μεῖζον ἢ ἔλαττον. „ Neque enim ei (Patri) gloria est, eo„ rum quæ ex ipso sunt, depressio. Ac præterea

[a] Joan. XIV. 28.


partes uniri: ſed eſſe Deum in materia ut in loco; materiamque, habere in Deo rationem continentis: noverit ille, fore, ut ſi materiam Dei locum dixerimus, neceſſario etiam dicendus ſit comprehenſibilis, & qui a materia circumſcribatur. Quin & ſimili, atque materia, ratione, circumferatur oportet. Nec vero conſiſtere poteſt, aut in ſe ipſo manere, eo temere moto, in quo eſt. Præterea fatendum neceſſario eſt, fuiſſe Deum in deterioribus. Nam ſi materia quandoque ornatu caruit; Deus vero, volens ad ſtatum meliorem reducere, ornatum contulit: fuit aliquando, cum Deus in inornatis incultiſque exſiſteret. Sed & illud jure quæſierim: Totam ne materiam Deus occuparet, an ſolum in parte aliqua exſiſteret? Sane quidem, ſi quis Deum in parte tantum materiæ affirmare velit; perquam anguſtiorem minoremque materia dicit; quando pars ejus, totum capere potuit. Sin dixerit eſſe in tota, totamque pervaſiſſe materiam; [1] quomodo eam elaboravit? Neceſſe eſt enim ut dicamus, fuiſſe Deum aliquo modo in ſe retractum, ut contractione facta, illam partem componeret, a qua ſe retraxiſſet; vel etiam una cum materia effinxiſſe, non habentem locum, quo ſe interim reciperet. Si vero quis aſſerat materiam in Deo fuiſſe, ſimiliter exquirendum reſtat: Utrum ſcilicet, [2] velut ipſo diviſo a ſe ipſo, ac ſicut animalium genera in aere exſiſtunt; diviſo ipſo ſectoque ad ea ſuſcipienda quæ in eo ſunt: vel ſicut in loco hoc eſt, eo modo quo aqua in terra eſt. Siquidem, eo modo dixerimus quo res ſunt in aere; neceſſe eſt, ut Deum diviſibilem dicamus. Sin autem eo modo quo aqua eſt in terra: cum materia indigeſta eſſet & incompoſita; ad hæc etiam, mala contineret; neceſſitate conficitur, ut Deum, [3] locum dicamus incompoſitorum & turpium, atque malorum: quod minus decens mihi videtur, quia etiam periculoſum. Nam ideo vis eſſe materiam, ut ne Deum malorum auctorem affirmaveris: cumque hoc velis cavere, malorum conceptaculum, eum dicis. Quod ſi materiam extra ſubſiſtentia creata exiſtimans, increatam dixiſſes exſiſtere; multis de ea locutus eſſem, probando non poſſe fieri, ut ea increata ſit. Quia vero, malorum ortum, ejuſcemodi opinionis dicis cauſſam; propterea viſum eſt, ut ad iſtorum examen progrediar. Declarato enim, quomodo fiant mala, quodque Deus malorum auctor dici nequeat, ſuggerente materia ejuſmodi opinionem; mihi confici videtur; ut ſi Deus qualitates quæ non erant, creavit; ſimili etiam ratione ſubſtantias crearit. Ain' ergo materiam nudam qualitate & informem, Deo coexſiſtere, ex qua mundum creaverit?

VAL. Ita mihi videtur.

ORTH. Ergo ſi materia ſine qualitate & informis fuit; mundus vero factus eſt a Deo; in mundo autem ſunt qualitates; utique qualitatum conditor fuit Deus.

VAL. Ita eſt.

ORTHOD. Quia porro in ſuperioribus dicentem audivi, non poſſe aliquid ex nihilo fieri, reſponde ad meam quæſtionem: Videntur ne tibi quali-

1. *Quomodo eam elaboravit?*] Πῶς ταύτην ἐδημιούργησε; Similitudine artificum, quos oportet eſſe nonnihil loco diſcretos a materia quam componunt & perficiunt; Sic Archimedes, nonnullum locum extra univerſum quærebat, toti illi ciendo, & ſede movendo. Interpres paſſim τὸ, δημιουργεῖν, reddit *creare*: quod hoc loco non congruit; ubi agitur de formatione materiæ, adverſus eos qui ipſam a ſe & ingenitam dicebant. Ut ergo non tulerint aures, ut faber dicatur creare ferrum; ita neque ut Deus, eo ſenſu, dicatur creare materiam.

2. *Velut ipſo diviſo a ſe ipſo*] Velut in loco communi & proprio; ut quovis modo ſequatur aliquid abſonum: vel diviſio Dei; vel indigni & turpis, ceu in vaſe & loco proprio, continentia, cum probro continentis: unde quod ſequitur ἢ ὡς ἐν τόπῳ: videtur ſupplendum addito ἰδίῳ: niſi legendum eſt ἀγγείῳ: cujus continentiæ exemplum ſtatim in terra ponat; hoc eſt, vaſe terreo & fictili continente aquam: qua continentia, vas dicitur, vel in honorem, vel in contumeliam 1. Tim. 2.

3. *Locum dicamus*] Τόπον εἶναι. Photiana mendoſe, αἴτιον: tota enim argumentatio in loco eſt, à quo arguit ad cauſſam; ut quorum Deus nequierit eſſe cauſſa, nec debeat eſſe locus & conceptaculum: δοχεῖον: ut ſtatim ſubditur.

4. Ex τῶν] Forte, ἔξω τῶν.

μου ποιότητας μὴ ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων γεγονέναι;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Ἕτερον δέ τι παρὰ τὰς οὐσίας ὑπάρχειν αὐτάς;

ΟΥΑΛ. Οὕτως ἔχει.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ μήτε ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων τὰς ποιότητας ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, μήτε ἐκ τῶν οὐσιῶν ὑπάρχουσι, τῷ μηδὲ οὐσίας αὐτὰς εἶναι, ἐκ μὴ ὄντων αὐτὰς ὑπὸ Θεοῦ γεγονέναι, ἀνάγκη εἰπεῖν. ὅθεν περιττῶς ἐδόκεις μοι λέγειν, ἀδύνατον δοξάζειν, ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι τι πρὸς τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἐχέτω. καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν ὁρῶμεν ἀνθρώπους ἐξ οὐκ ὄντων ποιοῦντάς τινα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκοῦσιν οὗτοι ποιεῖν ἔν τινι. οἷον ἐπὶ τῶν ἀρχιτεκτόνων τὸ παράδειγμα λάβωμεν. καὶ γὰρ οὗτοι ποιοῦσι πόλεις οὐκ ἐκ πόλεων, καὶ ναοὺς ὁμοίως οὐκ [a] ἐκ ναῶν. Ἀτελής.

tates mundi, ex non ſubjectis qualitatibus factæ?

VAL. Videntur.

ORTH. Et has eſſe aliquid aliud a ſubſtantia exiſtimas?

VAL. Ita, aliud.

ORTH. Cum ergo Deus qualitates ex non ſubjectis qualitatibus condiderit; nec illæ ſint factæ ex ſubſtantiis, cum non ſint ſubſtantiæ: neceſſe erit dicere, illas ex nihilo a Deo creatas eſſe. Quare videbaris ſuperflue dicere eſſe inopinabile, quod Deus aliquid ex nihilo creaverit. Enimvero ea ſit ejus rei deciſio. Nam etiam apud nos, quædam videmus hominum opera fieri ex nihilo; quamquam ipſi maxime videantur facere in aliquo. Ut ſi exemplum ab architectis capiamus: nam & illi urbes condunt ex non urbibus, & templa ex non templis. Imperfectus.

ΛΟΙΠΑ ΕΚ ΤΩΝ ΦΩΤΙΟΥ.

RELIQUA EX PHOTIO.

Apud PHOTIUM cod. CCXXXVI. *pag.* 943. *ſub init.*

Εἰ δ' ὅτι τούτοις οὐσίαι ὑπέκειντο, οἴει [1] ἐξ (οὐκ) ὄντων αὐτὰς ταῦτα ποιεῖν, τῷ λόγῳ σφάλλῃ. οὐδὲ γὰρ ἡ οὐσία ἐστὶν ἡ ποιοῦσα τὴν πόλιν, ἢ τοὺς ναούς· ἀλλ' ἡ περὶ τὴν οὐσίαν τέχνη, ἣ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς τέχνης ἐν ταῖς οὐσίαις γίνεται· ἀλλ' ἐξ οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς γίνεται. ἀπαντήσειν δέ μοι δοκεῖς οὕτω τῷ λόγῳ· [2] ὅτι τεχνίτης, τῇ ἐν τῇ οὐσίᾳ, τέχνῃ, ποιεῖ. φημὶ δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἔκ τινος ὑποκειμένης τέχνης προσγίνεται· οὐδὲ γὰρ ἔνεστι, τὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὐσίαν, δοῦναι τὴν τέχνην. τῶν γὰρ συμβεβηκότων ἐστὶ, καὶ τῶν τότε τὸ εἶναι ἐχόντων, ὁπόταν ἐν οὐσίᾳ τινὶ γένηται. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, καὶ χωρὶς τῆς τεκτονικῆς ἔσται· ἡ δὲ οὐκ ἔσται, ἐὰν μὴ πρότερον ἄνθρωπος ᾖ. ὅθεν τὰς τέχνας, ἐξ οὐκ ὄντων, εἰς ἀνθρώπους πεφυκέναι γίνεσθαι, λέγειν ἀναγκαῖον. εἰ τοίνυν τοῦτο οὕτως ἔχειν ἐπ' ἀνθρώπων ἐδείξαμεν, πῶς οὐχὶ προσῆκε τὸν Θεὸν, μὴ μόνον ποιότητας, ἐξ οὐκ ὄντων φάναι δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ οὐσίας; τὸ γὰρ δυνατὸν φανῆναι, τὸ, γίνεσθαί τι ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὰς οὐσίας οὕτως ἔχειν δείκνυται.

Πάλιν δὲ διαληπτέον τῶν κακῶν πέρι. τὰ κακὰ, πότερον οὐσίαι σοι δοκοῦσιν εἶναι, ἢ ποιότητες οὐσιῶν;

ΟΥΑΛ. Ποιότητες.

ΟΡΘΟΔ. Ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν καὶ ἀσχημάτιστος;

ΟΥΑΛ. Οὕτω.

ΟΡΘΟΔ. Πέπλεκται ἄρα τὰ ὀνόματα ταῦτα τῇ οὐσίᾳ, ἐκ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ. οὔτε γάρ ἐστιν ὁ φόνος ἡ οὐσία, οὔτε τι τῶν ἄλλων κακῶν· ἀλλ' ἐκ τῶν ἐνεργειῶν παρωνομάζεται. οὔτε γὰρ φόνος, ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ τῷ ἐνεργηκέναι τοῦτον, παρωνύμως φονεὺς παρωνομάζεται, μὴ ὢν φόνος αὐτός. οὐ-

Quod ſi, quia his ſubſtantiæ ſubjectæ ſint, exiſtimas (eos) non hæc facere ex nihilo, verbo falleris. Neque enim ſubſtantia condit civitatem aut templa, ſed ars quæ verſatur circa ſubſtantiam: eaque, non ex ſubjecta aliqua arte quæ ſit in ſubſtantiis; ſed ex non arte in illis, procreatur. Videris tamen ita rationi poſſe occurrere: [2] ut nimirum artificem arte quam in ſubſtantia habeat, dicas operari. Ad hoc reſpondeo: Neque homini adnaſci artem ex ſubjecta arte: nam neque concedi poteſt, ipſam in ſe ſubſtantiam, artem eſſe. Ars enim accidentibus adcenſetur, iiſque, quorum tunc ſit eſſe, cum in ſubſtantia aliqua procreata fuerint. Homo quidem, ſine etiam tectonica fuerit: at illa, niſi prius exſiſtente homine, nulla erit. Quare dicendum neceſſario, habere artes natura, ut ex nihilo fiant in hominibus. Ergo ſi ita habere oſtendimus in hominibus; quomodo non æquum erit dicere, poſſe a Deo, non ſolum qualitates, ſed & ſubſtantias, fieri ex nihilo? Dum enim poſſibile videtur ut aliquod ex nihilo fiat, poſſe etiam ſubſtantias ex nihilo fieri oſtenditur.

Iterum vero inſtituta de malis diſputatio, reſumatur. Mala, utrum ſubſtantiæ videntur vel qualitates ſubſtantiarum?

VAL. Qualitates.

ORTH. Materia vero, erat ne ſine qualitatibus & informis?

VAL. Maxime.


ORTH. Hæc ergo nomina, ſubſtantiæ junguntur, ex iis quæ ipſi accidunt. Neque enim homicidium eſt ſubſtantia, neque quidquam aliorum malorum; ſed agnominatur ab operationibus. Nam neque homicidium eſt homo; ſed is, ob illud perpetratum, quadam velut nominis deflexione, homicida agno-

1. Ἐξ (οὐκ) ὄντων] Deeſt μή, aut ſupervacaneum τὸ, οὐκ. Statim vero forte legendum αὐτούς· ut referatur ad *architectos*, de quibus paullo ſuperius.

2. *Ut nimirum, artificem arte quam in ſubſtantia habeat, dicas operari*] τῇ ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνῃ, ποιεῖ. Non bene interpres Photii: *Per artem aliquid in ſubſtantia fieri*. Quid enim hoc ad propoſitum; quo quæritur, num ars ex præjacente arte fiat, in habente, vel ut ex arte quam artifex ſubſtantialiter habeat, ut iſta ſolutio contendit; vel ex nihilo ſui, tamquam verum accidens, quod tantum ſit, cum in ſubſtantia aliqua fuerit factum; quod Methodius intendit, ut eo evincat, poſſe Deum aliquid majus; nempe ex nihilo etiam ſubjecti & abſolute; nec ſolum accidentia, ſed & ſubſtantias creare, eoque non habuiſſe opus materia adjutrice? Reliqua, nihil fere felicius reddita, conati ſumus reſtituere: & quiſque adverterit, collata utraque verſione, & ſibi ipſa, & textui.

a Ex ναῶν] Huc u[illegible] Meurſii editio. Photius vero l.c. poſt verba [illegible] ſtatim quæ ſequuntur: [illegible] Quæ q[illegible] doctiſſimus Lamius, una cum tertio operis Meth[illegible] ex codice Sirmondi de[illegible], hauſit ex edito Combefiſiano, & in præfatione ad [illegible] operum Meurſii exhibuit, pag. v-x. quo nimirum ab eodem Meurſio Methodiana evulgata compleret.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



τι, συλλήβδην εἰπεῖν, τι τῶν ἄλλων κακῶν ἐστιν ἡ οὐσία· ἀλλὰ τῷ πρᾶξαί τι τῶν κακῶν, κακὴ λέγεσθαι δύναται. ὁμοίως ἐπινόησον, εἴ τι ἕτερον ἀναπλάττεις ἐν τῷ νῷ, κακῶν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον, ὡς [1] κἀκεῖνο κακόν, ἐν τῷ τούτοις ἐνεργεῖν, καὶ ὑποβάλλειν ποιεῖν τὰ κακά. ἔστι γὰρ καὶ αὐτὸς κακός, ἐξ ὧν ποιεῖ. διὰ γὰρ τοῦτο κακὸς εἶναι λέγεται, ὅτι (τῶν) κακῶν ἐστι ποιητής· ἃ δέ τις ποιεῖ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἀλλ' ἐνέργεια αὐτοῦ, ἀφ' ὧν τὴν προσηγορίαν τοῦ [2] κακὸς λέγεσθαι λαμβάνει. εἰ γὰρ αὐτὸν εἴποιμεν εἶναι ἃ ποιεῖ· ποιεῖ δὲ φόνους, καὶ μοιχείας, καὶ ὅσα ὅμοια, αὐτὸς ἔσται ταῦτα. εἰ δὲ αὐτός ἐστι ταῦτα· ὅτε γίνεται, τὴν σύστασιν ἔχει· οὐ γινόμενα δὲ, καὶ τοῦ εἶναι παύεται. γίνεται δὲ ταῦτα πρὸς ἀνθρώπων· ἔσονται ἄρα τούτων οἱ ἄνθρωποι ποιηταὶ, καὶ τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ μὴ εἶναι αἴτιοι. ἀλλ' εἰ ἐξ ὧν ἐνεργεῖ ἕκαστος, ὑπάρχει κακός· ἃ δὲ ἐνεργεῖ, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει· ἤρξατο κἀκεῖνος εἶναι κακός· ἤρξατο δὲ καὶ ταῦτα τὰ κακά. εἰ δ' οὕτως ἔχει, οὐκ ἔστιν ἀνάρχως τις κακὸς, οὐδὲ ἀγέννητα τὰ κακά.

ΟΥΑΛ. * Ἀλλὰ τὸν μὲν, πρὸς τὸν ἕτερον, λόγον ἱκανῶς, ὦ φίλε, πεποιηκέναι μοι δοκεῖς. ἐξ ὧν γὰρ προλαβὼν ἔδωκε τῷ λόγῳ, ἐκ τούτων συνάγειν ἔδοξας καλῶς. ὡς ἀληθῶς γὰρ, εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, τῶν δὲ ποιοτήτων δημιουργὸς ὁ Θεός· ποιότητες δὲ τὰ κακά· τῶν κακῶν ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός. ἐμοὶ δὲ ψεῦδος δοκεῖ, τὴν ὕλην ἄποιον λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἔνεστιν εἰπεῖν περὶ τῆς τινος οὐσίας, ὡς ἔστιν ἄποιος. ἀλλὰ μὴν, καὶ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει, τὴν ποιότητα αὐτῆς εἶναι μηνύεις, ὁποία ἐστὶν ἡ ὕλη διαγραφόμενος. ὅπερ ἐστὶ ποιότητος εἶδος. ὅθεν, εἴ σοι φίλον ἐστὶν, ἄνωθεν ἄρχου τοῦ λόγου· ἐμοὶ γὰρ ἡ ὕλη ποιότητας ἀνάρχως ἔχειν δοκεῖ. οὕτω γὰρ καὶ τὰ κακὰ, ἐκ τῆς ἀποῤῥοίας αὐτῆς εἶναι λέγω, ὦ φίλε.

ΟΡΘΟΔ. Εἰ ἔμποιος ἦν ἀνάρχως ἡ ὕλη, τίνος (ἄρα) ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός; εἴτε γὰρ οὐσίας ἐροῦμεν, προεῖναι φαμέν· εἴτε αὖ ποιότητας, καὶ ταύτας ὑπάρχειν λέγομεν. οὐκοῦν οὐσίας τε οὔσης, καὶ ποιοτήτων, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ, δημιουργὸν λέγειν τὸν Θεόν. ἀλλὰ ἀπόκριναι ἐρωτώμενος· τίνι τρόπῳ δημιουργὸν εἶναι φῂς τὸν Θεόν; πότερον, ὅτι τὰς οὐσίας ἔτρεψεν ἐκείνας, εἰς τὸ μηκέτι ὑπάρχειν, αἵπερ ἦσάν ποτε· ἢ ὅτι τὰς μὲν οὐσίας ἐφύλαξε, τὰς δὲ ποιότητας τούτων ἔτρεψε;

ΟΥΑΛ. Οὔτι μοι δοκεῖ ἀλλαγὴν οὐσιῶν γεγονέναι, ἀλλὰ μόνον ποιοτήτων· καθ' ἃς δημιουργὸν εἶναι λέγομεν τὸν Θεόν. καὶ ὥσπερ εἰ τύχοι λέγειν ἐκ λίθων οἰκίαν γεγονέναι, * ἐφ' ὧν οὐκ ἔνεστιν εἰπεῖν, ὡς οὐκέτι λίθοι μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία λεγόμενοι οἱ λίθοι· τῇ γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως, τὴν οἰκίαν γεγονέναι φημί· οὕτω μοι δοκεῖ, καὶ τὸν Θεὸν, ὑπομενούσης τῆς οὐσίας, τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων αὐτῆς πεποιηκέναι, καθ' ἣν, τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσιν πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φημί.

ΟΡΘΟΔ. Πότερον καὶ σοὶ δοκεῖ τὰ κακὰ ποιότητες οὐσιῶν εἶναι;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Ἄνωθεν δὲ ἦσαν αἱ ποιότητες αὗται ἐν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀρχὴν ἔσχον τοῦ εἶναι;

minatur; cum ipse haudquaquam sit homicidium: atque, ut compendio dicam, nihil quidquam ex aliis malis est substantia: sed potest dici mala, quod malorum quidpiam egerit. Simili modo ratiocinare, si quid aliud quod sit caussa malorum, mente confinxeris: nempe etiam illud malum esse, quod hominibus cooperetur, & suggerat ut mala faciant. Est enim & ipse malus, ob ea quæ facit. Propterea enim dicitur esse malus, quod sit auctor malorum. Porro, quod quis facit, non ipse est qui facit, sed ejus operatio, unde sibi cognomen mali adsciscit. Nam si id ipsum dixerimus esse quod facit; cum faciat cædes & adulteria & hoc genus similia; ipse illa erit. Quod si ipse, illa est; habet suum esse, cum illa sunt: ubi autem non fuerint, etiam ipse desinit esse. Fiunt autem hæc ab hominibus: erunt ergo homines horum auctores; & ut sint vel non sint, caussæ. Atqui si ob ea quæ quisque facit, malus est; quæ autem facit, principium habent; consequens fit, ut & ille cœperit esse malus; cœperintque etiam ista mala. Quod si verum est; nemo igitur ante omne principium æternumque malus est; ac neque mala sunt increata.

[3] VAL. Enimvero, amice, præsentem quidem disputationem, mihi contra alium opportunius videris instituisse. Unde enim ille prius visus est orationi concedere, inde tu bene visus es concludere. Nam verum habet; semel concesso, esse materiam sine qualitate & informem; Deumque esse qualitatum auctorem; ac qualitates esse mala; fore Deum malorum auctorem. At mihi falsum videtur, esse materiam sine qualitate & informem. De nulla enim substantia possis affirmare, esse qualitatis expertem. Quin hoc ipso quod sine qualitate dicis; qualitatem ejus declaras, describens qualis sit materia: quod est quædam species qualitatis. Quare, si tibi placet, altius ordire disputationem. Mihi enim materia qualitates ab æterno habere videtur. Ita quippe, o amice, & mala, ab ejus esse defluxu, pronuntio.

ORTHOD. Si materia suis affecta qualitatibus ab æterno fuit, cujus erit creator Deus? Sive enim substantias dixerimus, jam ante fuisse affirmamus; sive rursus qualitates, & illas exstitisse asserimus. Cum ergo sint sine Deo & substantiæ & qualitates, supervacaneum videtur, ut Deus dicatur creator. Ceterum percontanti responde: Qua ratione dicis Deum esse creatorem? An quod substantias quæ aliquando fuerunt, in nihilum redegerit; an quod substantias quidem conservarit, sed qualitates earum mutarit?

VAL. Nulla mihi videtur substantiarum facta mutatio, sed tantum qualitatum, quarum caussa Deum esse creatorem dicimus. Et quemadmodum si quis dicat, factam ex lapidibus domum; [4] quo tamen minime fuerit negandum, manere adhuc lapides secundum substantiam, qui dicuntur domus: domum enim compositionis qualitate dico factam: ita censeo, Deum, manente substantia, mutationem quamdam qualitatum fecisse, ratione cujus mundum a Deo creatum affirmo.

ORTHOD. Videtur ne etiam mala, substantiarum esse qualitates?

VAL. Videtur.

ORTHOD. Fuerunt ne hæ qualitates ab æterno in materia, an principium essendi habuerunt?

1. Κἀκεῖνο κακόν] Al. κἀκεῖνος κακός.
2. Κακός] Al. κακοῦ.
3. Val.] Videtur heic esse tertius collocutor, cujus mentio initio fit, ut eadem hæresi laborantis, atque Valentinianus qui modum alium tuendi errorem, socio pæne revicto, suggerat. Quia tamen Photius, ejusmodi personas non refert, maluimus primum illud nomen retinere, quam ex nobis aliud dare. Multum lucis affert expressio personarum, in talibus dialogis.
4. *Quo tamen minime fuerit negandum, &c.*] Quod sola mutatio accidentalis accesserit, aliaque tantum & alia compositio, salva substantia lapidum. Interpres Photii totum oppositum exprimit; sed nullo sensu satis congruo.

ΟΥΑΛ. Συνεῖναι φημὶ ἀγενήτως τῇ ὕλῃ ταύτας δὴ τὰς ποιότητας.

ΟΡΘΟΔ. Οὐχὶ δὲ τὸν Θεὸν φῂς, τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πεποιηκέναι;

ΟΥΑΛ. Τοῦτό φημι.

ΟΡΘΟΔ. Εἰς τὸ κρεῖττον;

ΟΥΑΛ. Ἐμοὶ δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ ποιότητες ὕλης τὰ κακὰ, τὰς δὲ ποιότητας αὐτῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἔτρεψεν ὁ Θεός· πόθεν τὰ κακὰ ζητεῖν ἀνάγκη. ἢ γὰρ πᾶσαι, κακαὶ οὖσαι, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐτράπησαν· ἢ αἱ μὲν οὖσαι κακαὶ, αἱ δὲ μή· αἱ μὲν κακαὶ, οὐκ ἐτράπησαν ἐπὶ τὸ κρεῖττον· αἱ δὲ λοιπαὶ, ὅσαι διάφοροι ἐτύγχανον, τῆς διακοσμήσεως ἕνεκα, πρὸς Θεοῦ ἐτράπησαν.

ΟΥΑΛ. Οὕτως ἄνωθεν εἶχον ἐγώ.

ΟΡΘΟΔ. Πῶς τοίνυν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας, ὡς εἶχον, καταλελοιπέναι λέγεις; πότερον, δυνάμενον μὲν ἐκείνας ἀνελεῖν· ἢ βουληθέντα μὲν, μὴ δυνάμενον δέ; εἰ μὲν γὰρ δυνάμενον λέγεις, μὴ βουληθέντα δὲ [1] αὐτὸν αἴτιον τούτων· ὅτι δυνάμενος ποιῆσαι μὴ εἶναι κακὰ, συνεχώρησεν αὐτὰ μένειν ὡς ἦν· καὶ μάλιστα ὅτε δημιουργεῖν τὴν ὕλην ἤρξατο. εἰ γὰρ μηδὲ ὅλως ἔμελεν αὐτῷ τῆς ὕλης, οὐκ ἂν αἴτιος ἦν, ὧν συνεχώρησε μένειν. ἐπεὶ δὲ μέρος μέν τι αὐτῆς δημιουργεῖ, μέρος δέ τι αὐτῇ ἐᾷ, δυνάμενος κἀκεῖνο τρέπειν εἰς τὸ κρεῖττον· αἴτιός μοι τῶν κακῶν (δοκεῖ,) καταλιπὼν μέρος ὕλης πονηρόν. ἐπ' ὀλέθρῳ οὖν ἐδημιούργησε μέρους· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ μέγιστα, κατὰ τοῦτο, τοῦτο τὸ μέρος ἠδικῆσθαί μοι δοκεῖ, ὅπερ κατεσκεύασε τῆς ὕλης μέρος, ἀντιλαμβανόμενον τὰ ἐκ τῶν κακῶν. [2] πρὶν γὰρ αὐτὴν διακοσμηθῆναι, τὸ μηδὲ αἰσθάνεσθαι τῶν κακῶν παρῆν αὐτῇ· νῦν δὲ, ἕκαστον τῶν μερῶν αὐτῆς, αἴσθησιν λαμβάνει τῶν κακῶν. καί μοι ἐπ' ἀνθρώπου λάβε τὸ παράδειγμα. πρὶν (γὰρ) ζῶον γένηται, ἀναίσθητον ἦν τῶν κακῶν. ἀφ' οὗ δὲ εἰκονισθὲν, ἄνθρωπος πρὸς Θεοῦ γίνεται, τότε καὶ τὴν αἴσθησιν τοῦ προπελάζοντος κακοῦ προσλαμβάνει. καὶ τοῦτο ὅπερ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῆς ὕλης πρὸς Θεοῦ γεγονέναι λέγεις, εὑρίσκεται μᾶλλον ἐπὶ τῷ χείρονι προσγενόμενον αὐτῇ. εἰ δὲ μὴ δύνασθαι παῦσαι τὰ κακὰ τὸν Θεὸν φῂς· τὸ δὲ ἀδύνατον, ἤτοι τῇ φύσει ἀσθενῆ ὑπάρχειν ἐστὶν, ἢ τῷ νικᾶσθαι τῷ φόβῳ δεδουλωμένον πρός τινος κρείττονος· ὅρα ὁποῖον τούτων προσάπτειν ἐθέλοις τῷ παντοκράτορι καὶ ἀγαθῷ Θεῷ. ἀλλὰ πάλιν περὶ τῆς ὕλης ἀπόκριναι· πότερον ἁπλῆ τίς ἐστιν ἡ ὕλη, ἢ σύνθετος; εἰ γὰρ ἁπλῆ τις ἐτύγχανεν ὕλη καὶ μονοειδὴς, σύνθετος δὲ ὁ κόσμος, καὶ ἐκ διαφόρων οὐσιῶν συνεστώς ἐστιν· ἀδύνατον τοῦτον ἐξ ὕλης γεγονέναι λέγειν· τῷ τὰ σύνθετα, μὴ οἷόν τε ἐξ ἑνὸς ἀποίου τὴν σύστασιν ἔχειν. τὸ γὰρ σύνθετον, ἁπλῶν τινων μῖξιν μηνύει. εἰ δ' αὖ πάλιν σύνθετον λέγεις τὴν ὕλην, πάντως ἐξ ἁπλῶν συνετέθη· καὶ ἦν ποτε καθ' ἑαυτὰ ἁπλᾶ· ὧν συντεθέντων, γέγονεν ἡ ὕλη· τὰ δὲ σύνθετα, ἐξ ἁπλῶν τὴν σύστασιν ἔχει. ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ὕλη οὐκ ἦν· τουτέστι πρὶν τὰ ἁπλᾶ συνελθεῖν. εἰ δὲ ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ἡ ὕλη οὐκ ἦν· οὐκ ἦν δέ ποτε καιρὸς, ὅτε [3] ἀγένητον οὐκ ἦν· οὐκ (ἄρα ἔσται) ἀγένητος ἡ ὕλη. τὸ δ' ἐντεῦθεν, (ἄρα ἔσται) πολλὰ τὰ ἀγένητα. εἰ γὰρ ἦν ἀγένητος ὁ Θεὸς, ἦν δὲ ἀγένητα καὶ τὰ ἁπλᾶ, ἐξ ὧν ἡ ὕλη συνετέθη· οὐκ ἄρα (ἔσται) δύο καὶ μόνα τὰ ἀγένητα· ἵνα [4] παρήσω τὸ ἐπιζητῆσαι, τί ὄντα ἐστὶν ἁπλᾶ· ὕλη, ἢ εἶδος; πολλὰ γὰρ καὶ οὕτως ἄ-

VAL. Fuisse has qualitates ab æterno cum materia existimo.

ORTH. Non arbitraris mutationem quamdam qualitatum esse a Deo factam?

VAL. Arbitror factam.

ORTH. In melius?

VAL. Mihi videtur.

ORTH. Si ergo materiæ qualitates mala sunt; Deus autem eas in melius convertit, necessario quærendum est, unde mala sint. Aut enim omnes cum bonæ essent, in melius sunt conversæ: aut cum aliæ quidem bonæ essent, aliæ malæ; malæ quidem non sunt mutatæ in melius, reliquæ vero, quæcumque erant commodæ, ornatus caussa a Deo mutatæ sunt.

VAL. Sic ego jam olim sentiebam.

ORTH. Quomodo ergo malas qualitates, ut a principio fuerunt, relictas dicis? Vel ita, ut posset Deus eas tollere; vel ut voluerit quidem, sed non potuerit? Si potuisse ais, & noluisse; necesse est ut auctor horum dicatur: quod potuerit efficere ut non essent mala; & tamen illa, ut erant, esse permiserit: idque maxime, postquam cœpisset materiam formare. Si enim nullam prorsus ejus rationem habuisset, videri potuisset non auctor eorum quæ permisit manere. Postquam autem, partem quidem materiæ format & perficit, partem negligit; cum & illam posset in melius mutare: mihi videtur malorum caussa, qui partem materiæ malam reliquerit. Alteram ergo partem in hujus exitium formavit: immo, & in hoc maxime, partem hanc materiæ quam disposuit, quæque jam percipiat malorum incommoda, injuria affecerit. [2] Antequam enim ornatum reciperet, nullus ei aderat malorum sensus: nunc vero, ambæ partes malum sentiunt. Sit tibi ab homine exemplum. Priusquam enim fieret animal, omni prorsus malorum sensu vacabat. Ex quo autem effictus homo formatusque imagine efficitur a Deo, etiam incumbentis mali accipit sensum. Atque adeo, quod materiæ in beneficii partem a Deo collatum dicis, potius ad exitium accessisse deprehenditur. Si vero dicas, non potuisse a Deo aboleri mala: cum ejusmodi impossibilitas, aut natura imbecillum arguat, aut timore vincente fortiori alicui mancipatum: vide utrum horum omnipotenti & bono Deo velis adscribere. Porro iterum propositæ circa materiam quæstioni responde. Est ne materia simplex, an composita? Nam si materia simplex fuit & uniformis; cum mundus compositus sit & ex diversis substantiis constet; non potest dici factus ex materia; quod non possint quæ sunt composita, uno aliquo informi ac non quali constituti. Compositum enim, simplicium aliquorum mixtionem indicat. Quod si iterum, materiam dicas quid compositum; omnino debuit ex simplicibus componi; erantque olim separata simplicia, quorum compositione facta est materia; composita autem, simplicibus constituuntur: erat plane cum materia non erat: prius nimirum quam simplicia coirent. Quod si erat quandoque, cum materia non erat; numquam vero fuit, cum ingenitum non esset: non ergo materia ingenita est. Porro sequitur, ut admittenda sint plura ingenita. Nam si Deus erat ingenitus; erantque simplicia illa quibus materia composita fuit, ingenita: plane non


1. Αὐτὸν αἴτιον τούτων] Al. αὐτὸν τούτων ποιητὴν εἰπεῖν, ἀνάγκη.

2. *Antequam enim ornatum reciperet*] πρὶν διακοσμηθῆναι. Altera lectio διακριθῆναι, quam interpres Photii magis probat: ubique tamen loquitur Methodius de ornatu, formatione & perfectione, quam materia, juxta etiam hæreticos, δημιουργίᾳ, a Deo accipiat: ad quam etiam, parte tantum perornata, sequitur ejusmodi discretio, contra quam auctor arguit.

3. Ἀγένητον] Ἀγένητος.

4. Παρήσω] Al. παρήσατο.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 290.



τοπα ἀκολουθήσειαν. δοκεῖ δέ σοι μηδὲν τῶν ὄντων, αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντικεῖσθαι;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Ἀντίκειται δὲ τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ· καὶ τῷ φωτὶ, τὸ σκότος· καὶ τῷ ψυχρῷ, τὸ θερμόν· καὶ τῷ ξηρῷ, τὸ ὑγρόν.

ΟΥΑΛ. Οὕτως ἔχειν [1] μὴ δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντίκειται, ἀλλήλοις δὲ ταῦτα ἀντίκειται· οὐκ ἔσονται ὕλη μία, οὐδὲ μὴν ἐξ ὕλης μιᾶς. πάλιν δὲ πυθέσθαι βούλομαι· δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικὰ ἀλλήλων εἶναι;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Εἶναι δὲ τῆς ὕλης μέρος· τό, τε πῦρ, καὶ τὸ ὕδωρ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπά;

ΟΥΑΛ. Οὕτως ἔχω.

ΟΡΘ. Τί δὲ, οὐ δοκεῖ σοι ἀναιρετικὸν μὲν εἶναι τοῦ πυρὸς τὸ ὕδωρ, τοῦ δὲ σκότους τὸ φῶς, καὶ τἄλλα, ὅσα τούτοις παραπλήσια;

ΟΥΑΛ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν, εἰ τὰ μέρη οὐκ ἔστιν ἀλλήλων ἀναιρετικὰ, ταῦτα δὲ [2] ἀναιρετικὰ τυγχάνει· οὐκ (ἄρα) ἔσται ἀλλήλων μέρη. εἰ δὲ οὐκ ἔσται ἀλλήλων μέρη, οὐκ ἔσονται ὕλης μιᾶς. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἂν ἔσονται ὕλη, τῷ μηδὲν τῇ τῶν ὄντων, αὐτὸ ἑαυτοῦ ἀναιρετικὸν εἶναι. οὕτως οὖν τῶν ἀντικειμένων ἐχόντων, τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δείκνυται. περὶ μὲν τῆς ὕλης, αὐτάρκως ἔχει.

Ἐπὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν ἐξέτασιν ἔρχεσθαι δεῖ, καὶ ἀναγκαίως ἀναζητεῖν τὰ παρ' ἀνθρώποις· τὰ παρὰ ἀνθρώποις κακὰ, πότερον εἴδη τυγχάνει κακοῦ, ἢ μέρη; εἰ γὰρ εἴδη· οὐκ [ἄρα] ἔσται ἕτερον παρὰ ταῦτα τὸ κακὸν καθ' ἑαυτό· τῷ τὰ γένη ἐν ταῖς εἴδεσιν ἐξετάζεσθαι, καὶ ὑφεστάναι. εἰ δὲ τοῦτο, γεννητὸν [ἄρα] ἔσται τὸ κακόν. τὰ γὰρ εἴδη γεννητὰ ὄντα δείκνυται· οἷον φόνος, καὶ μοιχεία, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. εἰ δὲ μέρη τινὸς κακοῦ ταῦτα εἶναι ἐθέλοις, ἔστι δὲ ταῦτα γεννητά· ἀνάγκη κἀκεῖνο γεννητὸν ὑπάρχειν. ὧν γὰρ τὰ μέρη γεννητὰ, ταῦτα ὁμοίως ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ γεννητά. τὸ γὰρ ὅλον, ἐκ μερῶν συνέστηκε. καὶ τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἔσται, μὴ ὄντων μερῶν· [3] ἔσται δέ τινα τῶν μερῶν, κἂν μὴ τὸ ὅλον παρῇ. οὐδενὸς δὲ τῶν ὄντων, μέρος μέν ἐστι γεννητὸν, μέρος δὲ ἀγέννητον. εἰ δὲ καὶ τοῦτο συγχωρήσαιμι τῷ λόγῳ, ἦν ποτε τὸ κακὸν, ὅτε ὁλόκληρον οὐκ ἦν· τουτέστι πρὶν δημιουργῆσαι τὴν ὕλην τὸν Θεόν. τότε δὲ ὁλόκληρον γίνεται, ὅτε πρὸς Θεοῦ γέγονεν ἄνθρωπος· τῶν γὰρ μερῶν τοῦ κακοῦ, ἄνθρωπος ὑπάρχει ποιητής. καὶ τὸ ἐντεῦθεν, ὁλόκληρον εἶναι τὸ κακὸν, αἴτιος ἔσται δημιουργήσας ὁ Θεὸς, ὅπερ ἀσεβές. εἰ δ' οὐδ' ὁπότερον τούτων λέγεις τὸ κακὸν, πρᾶξιν δέ τινος [4] κακοῦ εἶναι λέγεις, γεννητὸν αὐτὸν ὑπάρχειν μηνύεις. ἡ γὰρ τοῦ τινος πρᾶξις, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει. πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲν ἕτερον παρὰ ταῦτα κακὸν εἰπεῖν ἔχεις. ποίαν γὰρ πρᾶξιν ἑτέραν, παρὰ [5] τὸ ἐν ἀνθρώποις δεικνύειν ἔχεις; ὅτι γὰρ ἐνεργῶν, οὐ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὑπάρχει κακία, ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ ἐνεργεῖν τὸ κακὸν, ἤδη δέδεικται. ὅτι τῇ φύσει, κακὸν οὐδέν ἐστιν, ἀλλὰ τῇ χρήσει γίνεται κακὰ, τὰ κακά. ὅτι αὐτεξούσιόν, φησι, γεγονέναι φημὶ τὸν ἄνθρωπον, οὐχ ὡς προϋποκειμένου τινὸς ἤδη κακοῦ, οὗ τὴν ἐξουσίαν, εἰ βούλοιτο, τοῦ ἑλέσθαι ἄνθρωπος ἐλάμβανεν, ἀλλὰ [6] τὴν τοῦ ὑπακούειν [τῷ Θεῷ, καὶ μὴ ὑπακούειν] αἰτίαν μόνον ἦν. τοῦτο γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἐβούλετο τότε. καὶ γε-

1. Μή] Scrib. μοί.
2. Ἀναιρετικά] Al. συναιρετικά.
3. Ἔσται δέ] Al. ἄρα δέ. Sic & paullo post, αἴτιος ἄρα ἔσται δημ.

erunt amplius duo, & sola ingenita: ut prætermittam quærere, quid fuerint illa simplicia; num materia, an forma? Nam hinc etiam sequentur multa absurda. Sed & hoc quæro: Num videtur, nihil in rebus, sibi ipsum esse contrarium?

VAL. Videtur.

ORTH. Atqui igni contraria est aqua; & luci tenebræ; & frigido calidum; & arido humidum.

VAL. Mihi ita videtur.

ORTH. Ergo si nulla res sibi ipsa contraria est; hæc autem sibi repugnant: non ergo erunt sola materia; immo neque ex materia sola. Rursum vero velim audire: Num putas partes non se ipsas interimere?

VAL. Puto.

ORTH. Num vero existimas, ignem & aquam, ac similiter reliqua, esse partes materiæ?

VAL. Ita existimo.

ORTH. Quid vero? Non videtur tibi aqua lethalis igni; luxque tenebris; & alia, si qua sunt his similia?

VAL. Videtur.

ORTH. Si ergo partes, minime sibi invicem exitio sunt; hæc autem se mutuo perimunt; sequitur, ut non sint invicem partes. Si autem non sunt invicem partes; neque unius materiæ partes fuerint. Immo neque erunt materia, quod nihil sibi ipsi exitio sit & contrarium. Cum ergo ita se habeant opposita, patet inde ea non esse materiam. Atque de materia, satis dictum sit.


Veniendum autem est ad malorum disquisitionem, necessarioque excutienda sunt mala hominum. Quæro igitur: Mala hominum, sunt ne species mali, an partes? Si species; non erit ergo aliud præter hæc, subsistens malum: eo quod genera in speciebus inveniantur & subsistant. Quod si ita habet, erit sane malum, aliquid procreatum. Sic enim species quæ sint, factum aliquod ostendunt: puta, homicidium, adulterium & his similia. Sin autem malueris, esse partes alicujus mali: cum illæ sint quid factum; plane fit necessum, ut & illud sit quid factum. Quorum enim partes sunt quid factum, etiam ipsa similiter necessario ejusmodi sunt. Nam totum constat partibus. Ac totum quidem non erit, partibus non exsistentibus: partes vero aliquæ erunt, quamquam totum desideretur. Nullius autem rei pars altera genita est, altera ingenita. Sin vero hoc etiam orationi dedero; haud tamen negari potest, fuisse quando malum non integrum esset: hoc est, antequam Deus materiam formaret. Postquam Deus hominem creavit, jam integritatem recipit. Nam homo, partium mali auctor est: eoque, Deus qui condidit, auctor fuerit integritatis mali; quod impium dictu sit. Si vero neutrum horum malum dixeris esse, sed alicujus malam actionem: tum genitum ac quid factum, ipsum doces. Quod enim alicujus actio est, initium essendi acceptum habet. Ad hæc, nullum præterea aliud malum assignare potes. Quam enim aliam actionem, præter id quod committunt homines, assignare habueris? Nam quod is qui operatur, non sit ipse malum secundum rationem substantiæ, sed secundum ipsam mali operationem, jam ostensum fuit. Nam nihil est malum natura, sed usu fiunt mala quæ mala sunt. Quippe dico, inquit (Methodius,) creatum hominem liberi arbitrii, non velut malo aliquo jam exsistente, cujus eligendi, si vellet, potestatem haberet:

4. Κακοῦ] Al. κακόν.
5. Παρὰ τό] Al. παρὰ τοῦ.
6. Τὴν τοῦ ὑπ.] Præmittendum fortasse διά. Mox scribendum, αἰτίαν μόνην, vel αἴτιον δύναμιν.

νόμενος ἄνθρωπος ἐντολὴν λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ. καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὸ κακὸν ἄρχεται. οὐ γὰρ πείθεται τῷ θείῳ προστάγματι· καὶ τοῦτο καὶ μόνον ἦν τὸ κακόν, ἡ παρακοή, ἥτις [1] τοῦ εἶναι ἤρξατο.

A sed propter concessam facultatem obsequendi Deo vel non obsequendi. Hoc enim sibi tunc volebat, ac erat, liberum arbitrium. Porro creatus homo præceptum a Deo accipit: tumque hinc malum incipit. Non enim paret divino mandato: idque & solum malum erat, inobedientia quæ esse cœpit.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ΜΕΘΟΔΙΟΥ
ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΕΞΟΥΣΙΟΥ.

METHODIUS
EX LIBRO DE LIBERO ARBITRIO.


Excerptum R. P. Sirmondi S. J.

ΑΝθρωπος γὰρ προσέλαβεν ἐξουσίαν, ἑαυτὸν δουλαγωγῶν, οὐκ ἀνάγκῃ τῆς φύσεως κρατούμενος, οὐδὲ τῆς δυνάμεως [2] ἀφαιρούμενος, ὅπερ αὐτῷ κρεῖττον· οὗ ἕνεκα κεχαρίσθαι φημί· ἵνα τι πλέον ὧν ἔχει προσλάβῃ, ὅπερ αὐτῷ παρὰ τοῦ κρείττονος ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσγίνεται, καὶ ὡς ὀφειλὴν ἀπαιτεῖται παρὰ τοῦ πεποιηκότος. οὐ γὰρ ἐπὶ βλάβῃ τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι φημί· ἕνεκα δὲ τῶν κρειττόνων. εἰ γὰρ ὡς ἕν τι γέγονε τῶν στοιχείων, ἢ τῶν ὁμοίως δουλευόντων Θεῷ, οὐκ ἔτι μισθὸν ἄξιον τῆς προαιρέσεως λαμβάνει· ἀλλ' ὥσπερ ὄργανον ἂν ἦν τοῦ δημιουργοῦ, τὴν ἐφ' οἷς οὐ καλῶς ἔπραξεν, ἀλόγως μέμψιν ὑπομένων. [3] τούτων γὰρ αἴτιος ἦν ὁ χρώμενος· ἀλλ' οὐδὲ τὸ κρεῖττον ἄνθρωπος ἠπίστατο, μὴ τὸν αἴτιον εἰδώς· ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον εἰς ὃ πέφυκεν εἶναι. φημὶ τοιγαροῦν τὸν Θεὸν οὕτω τὸν ἄνθρωπον τιμῆσαι προαιρούμενον, καὶ τῶν κρειττόνων ἐπιστήμονα γίνεσθαι, τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ἃ βούλεται, δεδωκέναι· καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ εἰς κρεῖττον παραινεῖν, οὐκ ἀφαιρούμενον πάλιν τὸ αὐτεξούσιον, ἀλλὰ τὸ κρεῖττον μηνύειν θέλοντα. τὸ μὲν γὰρ δύνασθαι πάρεστιν αὐτῷ· καὶ τὴν ἐντολὴν λαμβάνει· τὴν δὲ τοῦ δύνασθαι προαίρεσιν, εἰς τὸ κρεῖττον τρέπειν ὁ Θεὸς παραινεῖ. ὥσπερ γὰρ πατὴρ παιδὶ παραινεῖ, ἐξουσίαν ἔχοντι ἐκμανθάνειν τὰ μαθήματα, καὶ μᾶλλον ἔχεσθαι τῶν μαθημάτων, ὅτι κρεῖττον τοῦτο μηνύων, οὐ τὴν τοῦ δύνασθαι τοῦ παιδὸς ἐξουσίαν ἀφαιρεῖ, κἂν μὴ ἑκὼν μανθάνειν βούληται· οὕτω μοι καὶ τὸν Θεόν, οὐ δοκεῖ προτρέποντα τὸν ἄνθρωπον πείθεσθαι τοῖς προστάγμασιν, ἀφαιρεῖν αὐτὸν τὴν ἐξουσίαν, τῆς προαιρέσεως τοῦ δύνασθαι, καὶ μὴ ὑπακούειν τοῖς [4] πράγμασι. καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν τοῦ οὕτως παραινεῖν, ὅτι μὴ ἀφεῖλε τὴν ἐξουσίαν μηνύει. προστάττει δέ, ἵνα τῶν κρειττόνων ἄνθρωπος ἀπολαύειν δυνηθῇ. τοῦτο γὰρ ἕπεται τῷ πεισθῆναι τῷ τοῦ Θεοῦ προστάγματι. ὥστε οὐχ ἵνα τὴν ἐξουσίαν ἣν δέδωκεν ἀφέλῃ, προστάττειν βούλεται· ἀλλ' ἵνα κρεῖττον δωρήσηται, ὡς ἀξίῳ μειζόνων τυχεῖν, ἀνθ' ὧν ὑπήκουσε τῷ Θεῷ, καὶ τὴν τοῦ μὴ ὑπακούειν ἐξουσίαν ἔχων. φημὶ ἄνθρωπον γεγονέναι [αὐτεξούσιον,] οὐχ ὡς προϋποκειμένου τινὸς ἤδη κακοῦ, οὗ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἑλέσθαι, εἰ βούλοιτο, ὁ ἄνθρωπος ἔλαβε....... ἀλλὰ τὴν τοῦ ὑπακούειν τῷ Θεῷ καὶ μὴ ὑπακούειν αἰτίαν μόνην. τοῦτο γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἠβούλετο. καὶ γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, ἐντολὴν λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὸ κακὸν ἄρχεται· οὐ γὰρ πείθεται τῷ θείῳ προστάγματι· καὶ τοῦτο, καὶ μόνον τὸ κακόν, ἡ παρακοή, ἥ τις τοῦ εἶναι ἤρξατο. οὐδὲ γὰρ ἀγέννητον ταύτην τις εἰπεῖν ἔχει, τοῦ ποιήσαντος αὐτὴν ὄντος γεννητοῦ. πάντως δέ, πόθεν τοῦτο τὸ παρακοῦσαι ἐρωτήσεις. ἀλλὰ κεῖται σαφῶς ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. ὅθεν οὐδὲ τοιοῦτον τὸν ἄνθρωπον πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φημί· κα-

B Homo enim potestatem accepit, ut se ipse servituti addiceret, non vincente necessitate naturæ; neque facultate auferente, quod erat melius; cujus etiam gratia, dico fuisse concessam: ut nimirum accessio aliqua, bonis prioribus fieret; quod ei ex obedientia a meliori accedit; & ut debitum exigitur ab auctore. Non enim dico fuisse creatum hominem in interitum, sed propter meliora. Nam si factus esset velut aliquod de elementis sive aliis sic insensate servientibus Deo, non jam proposito dignam mercedem reciperet: sed esset velut auctoris instrumentum, aliene a ratione, ob male gesta reprehensioni obnoxius. Caussa enim horum, esset utens. Immo neque quod est melius homo cognosceret, nisi illius cognovisset auctorem; sed illud tantum ad quod esse natus est. Quare dico, cum Deus hominem honorare & scire eum meliora vel- C let, dedit ei potestatem, qua posset facere quæ vellet; ejusque potestatem, ad meliora hortatur, non quod rursus auferat potestatem liberam quam dedit; sed tamquam quod melius est, declarare velit. Habet siquidem potestatem; & mandatum accipit: Deus autem admonet, ut homo, voluntatem, qua potest, in bonum inflexerit. Ut enim, cum pater puerum, alioqui habentem facultatem, ad perdiscendas disciplinas, & magis earum studio adhærescendum hortatur, declarans esse ei id melius; non privat puerum potestate quam habet; quamquam is nolit libens discere: Ita & Deum, cum hominem hortatur ut mandatis pareat, haudquaquam arbitror voluntatis potestatem auferre, qua is possit etiam D non obedire mandatis. Nam & id caussæ ostendit, cur ita hortetur, quod potestatem non abstulerit. Præcipit autem, ut homo potiora consequi possit. Quod quis enim divino præcepto obsequatur, ejusmodi præmium excipit. Quamobrem non vult dare præceptum, ut auferat potestatem quam dedit; sed ut melius aliquid donet, tamquam digno qui meliora adipiscatur, quia paruit Deo, cum alioqui potestatem non parendi haberet. Dico autem factum hominem liberum, non velut malo aliquo jam existente, cujus eligendi, si vellet, potestatem acceperit: sed propter concessam facultatem, qua pareret vel non pareret præcipienti Deo. Est hoc enim, in quo erat posita facultas arbitrii. Creatus autem E homo, præceptum a Deo accipit: jamque inde inchoat malum: nam non paret divino præcepto: hocque & unum malum erat, inobedientia quæ tunc incepit. Ne quis enim eam dixerit ingenitam, genito & creato, eo qui fecit. Prorsus vero quæres, unde hæc inobedientia? Enimvero perspicue in divina Scriptura positum est. Quare etiam nego talem a Deo fuisse creatum hominem: dico vero, id ipsi doctri-

1. Τοῦ] Al. αὐτοῦ.
2. Ἀφαιρούμενος] Scrib. ἀφαιρουμένης.
3. Τούτων γὰρ αἴτ.] Locus citatur a Fr. Turriano lib. IV. pro Epist. Pont. cap. II.
4. Πράγμασι] Turr. προστάσι, forte προστάγμασι.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



τὰ δὲ τήν τινα διδασκαλίαν τῦτο πεπονθέναι λέγω. οὐδὲ γὰρ τοιαύτην φύσιν εἰληφὼς ὁ ἄνθρωπος. εἰ γὰρ οὕτως εἶχεν, οὐκ ἂν αὐτῷ κατὰ διδασκαλίαν τοῦτο προσεγίνετο, τῆς φύσεως αὐτῆς οὕτως ἐχούσης. λέγει δέ τις θεία φωνῆ, μεμαθηκέναι [1] τὸν ἄνθρωπον .... διδάσκεσθαι οὖν φημὶ τὸ παρακούειν Θεοῦ. τοῦτο γὰρ καὶ μόνον ἐστὶ τὸ κακὸν, ὃ παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ προαίρεσιν γίνεται· οὐ γὰρ ἂν καθ' ἑαυτὸ τὸ πονηρὸν ὁ ἄνθρωπος διδάσκεται. ὁ διδάσκων τοίνυν τὸ κακὸν, ἐστὶν ὁ δράκων, καὶ τὰ ἑξῆς. Λείπει.

A na quadam accidisse. Non enim homo acceperat talem naturam. Nam hoc posito, ipsa natura sic comparata, haudquaquam oportuisset illud per doctrinam accedere. Porro est qui voce divina, ac ceu ex oraculo, hominem [a] *mala didicisse* dicat. Dico ergo didicisse non obedire Deo. Hoc enim & solum est malum illud, quod fit præter divinam voluntatem: Non enim homo, malum addiscit secundum se. Qui ergo malum docet, draco est &c.


ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

EJUSDEM METHODII.

Ex ELEM. DAMASC. *Emin. Card. Rupifuc.*

ΤΗΝ μὲν οὖν ἀρχὴν τοῦ κακοῦ τὸν φθόνον εἶπον ἔγωγε· τὸν δὲ φθόνον, ἐκ τοῦ κρείττονι τιμῇ κατηξιῶσθαι τὸν ἄνθρωπον πρὸς τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ κακὸν, ἡ παρακοὴ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς.

B SAne vero, mali principium, dixerim ego invidiam: inde vero ortam illam, quod homo potioribus honoribus a Deo fuisset auctus. Porro malum, inobedientia est divini mandati.



ΜΕΘΟΔΙΟΥ [2] ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ.

METHODII EX LIBRO DE RESURRECTIONE.

ΟΥΚ [3] ἐποίησε κακὸν ὁ Θεός· οὐδέ ἐστι τὸ σύνολον ὅλως ἐκ παντὸς τὸ παράπαν αἴτιος κακοῦ. ἀλλὰ πᾶν ὅπερ ἂν αὐτεξούσιον οὕτως ὑπ' αὐτοῦ γεγονός· [4] εἰ πρὸς τὸ φυλάξασθαι καὶ τηρῆσαι νόμον, ὃν αὐτὸς δικαίως διεστείλατο, μὴ τηρῆσαν, λέγεται κακόν. βαρυτάτη δὲ βλάβη, τὸ παρακοῦσαι Θεοῦ, τοὺς ὅρους, τοὺς κατὰ τὸ αὐτεξούσιον ὑπερβάντα δικαιοσύνης.

[5] Προηπόρηται δὲ ἤδη, καὶ ἀπεδείχθη, τοὺς δερματίνους χιτῶνας μὴ εἶναι τὰ σώματα. ὅμως δὲ καὶ πάλιν (οὐ γὰρ ἅπαξ ῥητέον) φράσωμεν. αὐτὸς πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ὁ πρωτόπλαστος ὁμολογεῖ, καὶ ὀστᾶ ἔχειν καὶ σάρκας, ὁπότε δὴ τὴν γυναῖκα αὐτῷ προσαχθεῖσαν θεασάμενος· τοῦτο νῦν ὀστοῦν, ἐφώνησεν, ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. καὶ πάλιν· αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται [6] τῇ γυναικὶ αὐτοῦ· καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. οὐ γὰρ δὴ ἀνέξομαι φλυαρούντων τινῶν, καὶ βιαζομένων ἀπηρυθριασμένως τὴν γραφὴν, ἵνα αὐτοῖς [7] δίκα σαρκὸς εἶναι προχωρήσῃ ἡ ἀνάστασις, ὀστᾶ νοητὰ, καὶ σάρκας νοητὰς ὑποτιθεμένων, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένων ἀλληγορίαις. καὶ ταῦτα οὕτω ὡς γέγραπται, παραλαμβάνεσθαι κρατύνοντος τοῦ Χριστοῦ τὴν γραφὴν, ἔνθα πυνθανομένοις τοῖς φαρισαίοις περὶ χωρισμοῦ γυναικὸς, ἀποκρίνεται· οὐκ ἀνέγνωτε, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ κτίσας, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς, καὶ εἶπεν· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα, καὶ τὰ ἑξῆς.

C I. MAlum Deus non fecit; nec ullo modo auctor illius est. Sed quidquid arbitrii sui potestate præditum ab eo factum est, ut quam is legem justissime præscripsit, servaverit, ea non servata, appellatur malum. Est autem gravissimum hoc damnum in primis, Dei mandata negligere, ac justitiæ quæ adjuncta libertati est, limites præterire.

II. Illud vero jam antea disputatum est, monstratumque, [b] *pelliceas tunicas*, aliud esse præter corpora. Sed nihilominus idem rursum (dicendum enim sæpius est) hoc loco repetamus. Primus igitur ipse parens, antequam eæ tunicæ consuerentur, ossa sibi & carnem habere confitetur; cum D nimirum, perductam ad sese mulierem contemplatus: [c] *Hoc nunc os*, inquit, *ex ossibus meis, & caro de carne mea*. Et rursum: *Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro sumta est. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carnem unam*. Neque enim certos homines ferre possum, qui consulto nugantur ac scripturas impudentissime detorquent, quo suum illis de Resurrectione sine carne dogma procedat: qui ideo, & ossa quædam intelligibilia, & carnes similiter intelligibiles commenti sunt, ac suis allegoriis alias aliter sursum deorsumque se convertunt. Atqui hæc perinde ac scripta sunt, accipienda esse, Christi confirmat auctoritas; ubi interro- E gantibus Pharisæis de uxoris divortio, respondet: [d] *Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem &c.*

a Jer. XIII. 23. b Gen. III. 21. c Gen. II. 23. 24. d Matth. XIX. 4. 5.

1. Jerem. XIII. 23. μεμαθηκότας τὰ κακά.
2. Ex τοῦ περὶ ἀναστ.] Hæc excerpta partim ex Epiphanio, sed emendata, partim nova.
3. Οὐκ ἐπ.] Ex Epiphanio *Hær.* LXIV. n. XXII. emend. ex Element. Card. Rupifucald.
4. Εἰ] Impr. ἢ, forte ᾗ.
5. Προηπ.] Epiph. ibid. n. XXIII. emend. ex autogr. R. P. Sirm.
6. Τῇ γυναικὶ αὐτοῦ] Al. πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.
7. Δίκα σαρκὸς εἶναι προχωρήσῃ] Edit. Epiph. male, δὴ σαρκὸς μὴ εἶναι προχώρησις.

[1] Ατοπον δὲ κἀκεῖνο προφανῶς, τὸ οἴεσθαι τὸ σῶμα ἐν τῇ εἰς αἰῶνας διαγωγῇ μὴ [2] συνέσεσθαι τῇ ψυχῇ, διὰ τὸ δεσμὸν αὐτὸ καὶ πέδας εἶναι· ἵνα μὴ αἰώνιοι γενώμεθα κατάκριτοι δεσμῶται, [3] κατ' αὐτὰς, φθορᾶς ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ φωτὸς ἐσόμενοι. λελυμένου γὰρ ἱκανῶς, καὶ ἐξελεγχθέντος τοῦ λόγου, ἐν ᾧ δεσμὸν τῆς ψυχῆς ὡρίζαντο εἶναι τὴν σάρκα, λέλυται καὶ τὸ, ἵνα μὴ δεσμῶται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ φωτός, [4] εἰ ἀπολάβωμεν αὐτὴν, ἐσώμεθα, διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσεται.

[5] Ινα τοίνυν μὴ ᾖ κακὸν ἀθάνατον ὁ ἄνθρωπος, ἢ ἀείζωον, ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὴν ἁμαρτίαν * κρατιστεύουσαν, ἅτε ἐν ἀθανάτῳ βλαστήσασαν σώματι, καὶ ἀθάνατον ἔχουσαν τροφὴν, ὁ Θεὸς αὐτὸν διὰ τοῦτο θνητὸν ἀπεφήνατο νεκρότητι περιβαλών. τοῦτο γὰρ οἱ δερμάτινοι χιτῶνες, ἐβούλοντο· ἵνα δὴ διὰ τῆς [7] ἀναλύσεως τοῦ σώματος, ἡ ἁμαρτία κάτωθεν αὐτόπρεμνος πᾶσα διαφθαρῇ· ὡς μηδὲ κἂν βραχύτατον ῥίζης ἐαθῆναι μέρος, ἀφ' οὗ νέαι βλάσται πάλιν ἁμαρτημάτων ἀναβλύζωνται.

[8] Καθάπερ γὰρ ἐν οἰκοδομήματι ναῶν [9] καλοῖς, συκῆ γεννηθεῖσα, καὶ εἰς ἔκστασιν καὶ μέγεθος ἀνατραφήσασα, καὶ ἐπὶ πάσας τὰς ἁρμονίας πολυκλημάτοις ῥίζαις τῶν λίθων κεχυμένη, οὐ πρότερον τοῦ φύειν στέλλεται, ἕως πᾶσα ἀποσπασθῇ, λυθέντων τῶν καθ' οὓς ἐβλάστησε τόπους τῶν λίθων· δυνατὸν γὰρ εἰς τοὺς ἑαυτῶν ἐναρμοσθῆναι τόπους τοὺς λίθους, τῆς συκῆς ἀφῃρημένης, ὅπως ὁ μὲν ναὸς σώζηται, μηδὲν τῶν ἀφανιζόντων αὐτὸν κακῶν ἐν ἑαυτῷ μηκέτι φέρων· ἡ δὲ συκῆ προθέλυμνος ἀποσπασθεῖσα ἀποθάνῃ· κατὰ ταῦτα καὶ ὁ Θεὸς ὁ τεχνίτης τὸν ἑαυτοῦ νεὼ, τὸν ἄνθρωπον, δίκην ἀγρίας συκῆς, τὴν ἁμαρτίαν βλαστήσαντα, * διεκώλυσε θανάτου προσκαίροις προσβολαῖς· ἀποκτείνων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ζωοποιῶν· ἵνα πάλιν τῶν αὐτῶν ἡ σὰρξ μερῶν, μετὰ τὸ ξηρανθῆναι καὶ ἀποθανεῖν τὸ ἁμάρτημα, δίκην ἀνακαινοποιηθέντος ναοῦ, ἀθάνατος καὶ ἀπήμων ἐγερθῇ, τελέως ἐκ βάθρων ἀπολομένης τῆς ἁμαρτίας. ζῶντος γὰρ ἔτι τοῦ σώματος, πρὸ τοῦ τεθνήξεσθαι, συζῆν ἀνάγκη καὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἔνδον τὰς ῥίζας αὐτῆς ἐν ἡμῖν ἀποκρύπτουσαν, εἰ καὶ ἔξωθεν τομαῖς ταῖς ἀπὸ τῶν [11] σωφρονισμῶν, καὶ τῶν νουθετήσεων ἀνεστέλλετο. ἐπεὶ οὖν, οὐκ ἂν μετὰ τὸ φωτισθῆναι συνέβαινεν ἀδικεῖν, ἅτε παντάπασιν εἰλικρινῶς ἀφῃρημένης ἀφ' ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας. νῦν δὲ καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι, καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἐλθεῖν τοῦ ἁγιασμοῦ, πολλάκις ἐν ἁμαρτίαις ὄντες εὑρισκόμεθα. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἁμαρτίας ἐκτὸς εἶναι καυχήσεται, ὡς μηδὲ κἂν ἐνθυμηθῆναι τὸ σύνολον ὅλως τὴν ἀδικίαν. ὥστε [12] συμβέβηκε, συστέλλεσθαι μὲν, καὶ κατευνάζεσθαι τῇ πίστει νῦν τὴν ἁμαρτίαν, εἰς τὸ μὴ [13] φύσαι καρποὺς βλαβοποιούς, οὐ μὴν ἀνασπασθῆναι καὶ τῶν ῥιζῶν ἄχρις. νῦν μὲν ἐνταῦθα τὰς βλάστας αὐτῆς, οἷον τὰς ἐνθυμήσεις τὰς πονηρὰς συστέλλομεν, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλήσῃ· μὴ ἐῶντες ἀναμύειν, καὶ διοιγνῦσθαι τὰ

III. Sed & illud perſpicue, abſurdum eſt; arbitrari corpus in æterna illa vita, minime cum anima futurum, quod illud tamquam vinculum ac pedica ſit; ut ne, juxta quod opinantur, ſempiternis vinculis corruptionis addicti videamur, qui in lucis illo regno ſimus habitaturi. Cum enim abunde diſſoluta ac refutata ſit illa ſententia, qua animæ vinculum carnem eſſe definiebant; etiam illud ſolutum eſt, fore ut ideo caro non reſurgat, ne ſi eam reſumſerimus, vincti propter eam in regno illo lucis futuri ſimus.

IV. Igitur ne immortale quoddam ac ſempiternum malum eſſet homo, ut jam diximus, in quo peccatum [6] potioribus auctum, dominium obtineret; velut quod immortali in corpore pullulaſſet, & immortali perinde alimento gliſceret: propterea mortalem illum Deus eſſe voluit, ac morte damnavit. Hoc enim ſcorteæ illæ tunicæ ſignificabant, ut nimirum corpore reſoluto, omne ex imo peccatum ſtirpitus enecaretur; ac ne tenuiſſimæ quidem fibræ remanerent, unde nova ſubinde germina peccatorum erumperent.

V. Ut enim magnificis templorum ſtructuris caprificus creſcens, atque in maximam amplitudinem adoleſcens, & multiplicibus radicum brachiis per omnes lapidum diffuſa compages, non prius excreſcere ac pullulare deſinit, quam disjectis ex eo unde enata eſt loco lapidibus, tota penitus evulſa concidat: tum enim, ſublata caprifico, lapides ſuis locis poſſunt reſtitui, ut & templum ipſum incolume ſervetur, cum nullum amplius ex iis quibus evertebatur, incommodis habeat; caprificus vero ab imis radicibus evulſa moriatur: ad eumdem plane modum artifex ille Deus, templum ſuum, hominem, qui peccatum, caprifici cujuſdam inſtar, produxerat, mortis ad tempus impreſſione, [10] fruticatione inhibuit: qui juxta quod ſcriptum eſt [a], occidat & vivere faciat: ut iiſdem partibus caro, exſiccato intermortuoque peccato, velut templum quoddam inſtauratum, immortalis illæſaque, ſublato a fundamentis profligatoque peccato, reſurgeret. Etenim quamdiu corpus vivit, nec adhuc mortuum eſt; cum eo vivere peccatum neceſſe eſt, & occultas in nobis radices agere, quantumvis quibuſdam velut caſtigationum reprehenſionumque putationibus coerceatur, Alioquin poſt baptiſmum nullum jam ſcelus perpetramus; poſtea quam peccatum a nobis funditus eſſet ſublatum. Atqui etiam poſt ſuſceptam fidem, ac poſtquam ad aquam illam ſanctificantem acceſſimus, ſæpe peccatis obnoxii invenimur. Neque enim adeo ſe immunem ab omni peccato gloriari quiſpiam poteſt, ut ne cogitatione quidem ſcelus ullum admittat. Quare accidit, ut modo quidem, peccatum fide reprimatur & conſopiatur, ut ne perniciosos fructus emittat; non tamen ut omnino ac radicitus extinguatur. Quocirca, nunc quidem illius germina, pravas nimirum cogitationes, inhibemus; [b] *ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans*, mole-

a Deut. XXXII. 39. b Hebr. XII. 5.

1. Ατοπ.] Ex Epiph. ibid. n. XLV. emend. ex codd. Rupif. & Sirm.
2. Συνέσεσθαι] Sic edit. At Rupif. & Sirm. συνεῖναι θαι, *animæ non uniendum*.
3. Κατ' αὐτὰς, φθορᾶς] Impr. κατὰ τὰς φθορὰς. corrupte. Sirm. καὶ ταυτοὶ.
4. Εἰ ἀπολάβωμεν] Impr. & Sirm. ἂν ἀπολαμβάνομεν.
5. Ινα τοίν.] Ex Epiph. l. c. num. XXIV. emend. ex cod. Rupif. in quo & quæ ſequuntur.
6. *Potioribus auctum, dominium obtineret*] Sic viſum eſt circumloqui id, κρατιστεύουσαν: ſignificat enim novam illam excellentiam peccati in homine, ex ſubjecti immortalitate, niſi Deus ipſum a peccato, morte damnaſſet.
7. Τῆς ἀναλύσεως τοῦ σώματος] Impr. τῆς λύσεως καὶ διαιρέσεως.
8. Καθάπ.] Ex Epiph. ibid. n. XXV.
9. Καλοῖς] Edit. καλῶν. Et mox, ἀνατραφήσασα.
10. *Fruticatione inhibuit*] διεκώλυσε· nempe τοῦ βλαστάνειν· Alia lectio Epiphan. διέλυσε etiam congruit.
11. Σωφρονισμῶν] Ms. Rupif. συμφορῶν.
12. Συμβέβηκε] Edit. συνέστηκε. Mox pro κατευνάζεσθαι, cod. Rup. κατευνάζειν.
13. Φύσαι] Edit. οἶσαι.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

μεμυκότα στόμια πρὸς τὰς ἐκ φύσει· τοῦ λόγου, δίκην ἀξίνης πρὸς τὰς ῥίζας αὐτῆς τὰς κάτω φυομένας τέμνοντος. τότε, καὶ τὸ ὅλως ἐνθυμηθήσεσθαι περὶ κακίας, ἀφανισθήσεται.

[1] Φέρε γάρ; ἐπειδὰν * πολλῶν δεῖ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παραδειγμάτων, ἐντεῦθεν αὐτὰ μάλιστα σκεπτώμεθα· μὴ ἀφιστάμενοι πρὶν ἂν εἰς σαφεστέραν ἑρμηνείαν ἀποπλατύνῃ, καὶ ἀπόδειξιν ὁ λόγος. φαίνεται τοίνυν ὥσπερ εἴ τις δημιουργὸς ἄκρος, ἄγαλμα καλὸν [3] ἀπὸ χρυσοῦ κατεσκευασμένον ἢ ὕλης ἑτέρας αὐτῷ, καὶ πάντα τὰ μέλη συμμέτρως εἰς κάλλος διακεκοσμημένον, πάλιν χωνεύοι, λελωβημένον ἄφνω θεασάμενος ὑπό τινος ἀνθρώπου πονηροτάτου, ὃς οὐκ ἐνεγκὼν ὑπὸ βασκανίας εὐπρεπὲς εἶναι τὸ ἄγαλμα, ἐσίνατο· ματαίαν ἡδονὴν [4] καρπούμενος τοῦ φθόνου. πρόσχες γάρ, ὦ σοφώτατε Ἀγλαοφῶν· ὅτι εἰ βούλοιτο μὴ εἶναι σεσινωμένον ὅλως ὁ δημιουργὸς καὶ ψεκτὸν, τὸ μετὰ τοσαύτης αὐτῷ σπουδῆς τε καὶ φροντίδος [5] πεπονημένον, πάλιν προτραπήσεται συγχωνεύσας αὐτὸ, τοιοῦτο ποιεῖν, οἷον καὶ πρόσθεν ἦν. εἰ δὲ μὴ ἀναχωνεύοι, μηδὲ [6] ἀνασκευάζοι, ἐᾷ δὲ οὕτως μένειν, θεραπεύων αὐτὸ καὶ ἐπανορθούμενος, ἀνάγκη δὴ, πυρακτούμενον καὶ χαλκευόμενον τὸ ἄγαλμα, μηκέτι δύνασθαι διατηρηθῆναι τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ [7] διηλλαγμένον ἔσεσθαι καὶ ὑπεσπασμένον. διὰ τοῦτο εἰ βούλοιτο καλὸν καὶ ἄμωμον ὅλον αὐτὸ εἶναι, ἀναθλάσθαι αὐτὸ, καὶ ἀναχωνεύεσθαι δεῖ· ὅπως τὰ μὲν αἴσχη, καὶ τὰ ἀλλοιώματα πάντα τὰ ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτῷ καὶ φθόνου ὑπάρξαντα, αὐτὰ μὲν διὰ τῆς ἀνασκευῆς καὶ χωνεύσεως ἀπόλλωνται· τὸ δὲ, εἰς τὸ αὐτὸ εἶδος αὖθις τὸ ἄγαλμα ὁμοιότατον ἑαυτοῦ ἀσινὲς καὶ ἀκιβδήλευτον κατασθῇ. τῷ μὲν γὰρ ἀγάλματι ἀπολέσθαι οὐκ ἔστιν [8] ὑπὸ τῷ αὐτῷ τεχνίτῃ, κἂν πάλιν εἰς ὕλην χυθῇ· ἀποκατασθῆναι δέ ἐστι· τοῖς δὲ αἴσχεσι καὶ λωβήμασι, ἀπολέσθαι μέν ἐστι· τήκονται γάρ· ἀποκατασθῆναι δὲ οὐκ ἔστι· διὰ τὸ ἐν πάσῃ τέχνῃ, τὸν ἄριστον δημιουργὸν μὴ πρὸς τὸ αἴσχιον ἢ [9] ἐπιτευχθησόμενον ὁρᾷν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σύμμετρον καὶ εὐθὲς τοῦ δημιουργουμένου. ταὐτὸν γὰρ φαίνεταί δή μοι, καὶ ἐφ' ἡμῶν ὁ Θεὸς διῳκονομηκέναι. τὸν γὰρ ἄνθρωπον, τὸ εὐπρεπέστατον ἑαυτοῦ τέχνημα βασκάνοις ἐπιβουλαῖς φθόνου κεκακωμένον ἰδὼν, οὐκ ἠνέσχετο τοιοῦτον καταλεῖψαι φιλάνθρωπος ὢν, ὅπως μὴ δι' αἰῶνος εἴη μεμωμημένον, ἀθάνατον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν ψόγον· ἀλλὰ διέλυσεν εἰς ὕλην πάλιν, ἵνα διὰ τῆς ἀναπλάσεως ἐκκακῶσι, καὶ ἐξαφανισθῶσι πάντα τὰ ἐν αὐτῷ μωμήματα. τὸ γὰρ ἐκεῖ ἀναχωνευθῆναι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον· τὸ ἐνταῦθα ἀποθανεῖν, καὶ διαλυθῆναι τὸ σῶμα· τὸ δὲ ἐκεῖ [10] ἀναμορφωποιηθῆναι τὴν ὕλην, ἢ ἀνακοσμοποιηθῆναι· τοῦτο ἐνταῦθα (μετὰ τὸ ἀποθανεῖν,) τὸ ἀναστῆναι· ὥσπερ καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας. τούτοις γὰρ ἤδη καὶ αὐτὸς ὧδε ταῦτα παρεγγυᾷ· καὶ κατέβην λέγων εἰς τὸν οἶκον τοῦ κεραμέως, καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἐποίει ἔργον ἐπὶ τῶν λίθων· καὶ διέπεσε τὸ ἀγγεῖον, ὃ αὐτὸς ἐποίει ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἐποίησεν

A stiam nobis afferat: ac nec apertas ad pullulandum vias ac spiramenta dehiscere ac patefieri sinimus; divino Verbo, securis instar, fruticantes identidem ab radice stirpes excidente. At in futuro illo statu, mali omnis vel futura cogitatio tolletur.

VI. Age enim, [2] quoniam multis rerum ejusmodi exemplis opus est, hinc potissimum ista consideremus; neque prius ab eo argumento discedamus, quam in clariorem explicationem ac probationem nostra desierit oratio. Perinde igitur contigisse mihi videtur, ac si peritissimus quispiam artifex egregiam ex auro vel alia materia statuam a se fabricatam, ac membris omnibus concinne eleganterque perpolitam, alteram conflet; ubi subinde a nequissimo aliquo fœdatam animadvertit, qui hanc statuæ pul- B critudinem præ invidia non ferens, labem aliquam, inanem ex invidia voluptatem percepturus, intulerit. Animadverte enim, sapientissime Aglaophon: Si nullo prorsus modo voluerit artifex habere deturpatam statuam quam tanto studio elegantiaque elaboravit, rursum plane inducet in animum, ut conflatam illam, qualis antea erat, reficiat. Quod si fundere denuo, atque ab integro restituere & instaurare non placeat: sed medicans tantum & corrigens, ita uti se habet, relinquat; necesse est, ut igni candefacta atque arte fabrili retractata effigies, non jam eadem conservatur, sed commutata ac subdistracta appareat. Quare si præclarum & omnis labis expers simulacrum velit, confingi conflarique iterum oportet; ut quidquid malevolorum fraude at- C que invidia turpitudinis ac vitii est allatum, instauratione ac conflatione tollatur; ipsum vero simulacrum, in eadem rursus specie integrum & illæsum, sibi quam simillimum reddatur. Ita enim contingit, non ut statua, ab eodem ipso artifice pereat, tametsi fusa rursus solvatur in materiam, sed ut in integrum restituatur: utque labes omnes & fœditates pereant; siquidem illæ absumuntur; non ut instaurentur & amplius redeant: propterea quod in omni arte præstantissimus opifex, non eo respiciat ut suum opus turpitudinis aliquid vel offensionis habeat, sed ut aptissime modulatum affabreque factum exeat. Idem igitur in nobis fecisse mihi Deus & administrasse videtur. Cum enim ho- D minem, elegantissimum opus suum, fraudulentis artibus atque invidia perspiceret male habitum, talem pro sua benignitate relinquere noluit, ne in omnem æternitatem infectum macula, immortale illud secum adveheret vituperium; sed in materiam denuo resolvit, ut quidquid in eo vitiosum erat, reformatione ipsa velut eliquatum atque extinctum periret. Quod enim illic est statuæ conflatio; idem heic mors est, dissolutioque corporis: ac quod illic est, iterum conformari materiam atque in pristinum nitorem restitui; idem heic est, post mortem resurgere: quemadmodum etiam Jeremias Propheta [ait Judæis]. Sic enim & ille jam tum eis denuntiat spondetque dicens: [a] *Et descendi in domum figuli;* E *& ecce ille faciebat opus super lapidibus:* [11] *& in-*

[a] Jerem. XVIII. 3-6.

1. Φέρε κ. τ. λ.] Ex Epiph. n. XXVII.
2. *Quoniam multis rerum ejuscemodi exemplis opus est*] ἐπειδὰν πολλῶν δεῖ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παραδειγμάτων. Transitio est ab exemplo caprifici & templi ad exemplum simile, vitii labisque, & simulacri; in quibus ambobus destrui oporteat subjectum iterum instaurandum, ut pereat quod malum accessit. Non satis videtur exprimere interpres Epiphanii: *Quoniam multis ad id exemplis opus est.*
3. Ἀπὸ χρ.] Edit. ὑπὸ χρ.
4. Καρπούμενος] Codex Rup. καρποζόμενος.
5. Πεπον.] Id. codex, πεπονημένος; neque præfert subsequens αὐτῷ.
6. Ἀνασκευάζοι] Editi, ἀναγκάζοι. Et mox omittunt οὕτως.
7. Διηλλαγμένον] Ms. Rup. διηγαλμένον.
8. Ὑπὸ τῷ αὐτ.] Impr. male κατὰ τῷ αὐτ. Mox ibid. λυθῇ, pro χυθῇ.
9. Ἐπιτευχθ.] Scribe ἀποτευχθ.
10. Ἀναμορφωπ.] Rup. ἀναμορφωθῆναι. Et paullo post, ἀνακοσμηθῆναι.
11. *Et intercidit vas*] διέπεσε: Quomodo notat Nobilius habere aliquos codices: minus tamen apte videtur exponere; *Cadendo dissipatum est.* Melius alii, *dilapsum est*, ac velut inter digitos & quasi casu, ut in ejusmodi solet,

αὐτὸς ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ [1] τοῦ ποιῆσαι· καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς μὲ, λέγων· εἰ καθὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι τοῦτο ποιῆσαι ὑμᾶς, οἶκος Ἰσραήλ; ἰδοὺ ὡς ὁ πηλὸς τοῦ κεραμέως ὑμεῖς ἐστε ἐν ταῖς χερσί μου.

[2] Πρόσχες γὰρ ὅπως, ὡς ἔφην, μετὰ τὸ παραβῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἡ μεγάλη χεὶρ, [3] εἰς νῖκος καταλεῖψαι τὸ ἑαυτῆς ἔργον οὐκ ηὐδόκησε ὡς κίβδηλον τῷ πονηρῷ ἀδίκως ἀπολυμηναμένῳ βασκάνοις αἰτίαις· ἀλλὰ ἀνατήξας, ἀνέδευσεν αὖθις εἰς πηλόν· οἷα κεραμεὺς ἄγγος ἀνακλάσας, πρὸς τὸ ἀφανισθῆναι μὲν διὰ τῆς ἀναπλάσεως πάντα τὰ ἐν αὐτῷ αἴσχη, καὶ θλάσματα, γεννηθῆναι δὲ τὸ πᾶν ἄνωθεν ἀμέμπτως ἀρεστόν.

[4] Οὐκ ἀρεστὸν δὲ ἐκεῖνο, τὸ λέγειν εἰς ἄρδην ἀπολεῖσθαι τὸ πᾶν· καὶ οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, μὴ ἔσεσθαι. ἐκπυρωθήσεται μὲν γὰρ πρὸς κάθαρσιν καὶ ἀνακαινισμὸν, [5] καταβασίῳ πυρὶ πᾶς κατακλυζόμενος ὁ κόσμος· οὐ μὴν εἰς ἀπώλειαν ἐλεύσεται παντελῆ καὶ φθοράν. εἰ γὰρ κρεῖττον τὸ μὴ εἶναι τοῦ εἶναι τὸν κόσμον, διὰ τί τὸ χεῖρον ᾑρεῖτο ποιήσας τὸν κόσμον ὁ Θεός; [6] ἀλλ' οὐδὲ ὁ Θεὸς, ματαίως ἢ χεῖρω ἐποίει. οὐκοῦν εἰς τὸ εἶναι καὶ μένειν, τὴν κτίσιν ὁ Θεὸς διεκοσμήσατο· καθάπερ καὶ ἡ σοφία συνίστησιν· ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, λέγουσα, ὁ Θεός· καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέθρου. καὶ ὁ Παῦλος δὲ σαφῶς μαρτυρεῖ, λέγων· ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως, τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ ἐκδέχεται. τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδα· ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. τῇ γὰρ ματαιότητι, φησιν, ἡ κτίσις ὑπετάγη· ἐλευθερωθήσεσθαι δὲ τῆς τοιαύτης δουλείας προσδοκᾷ κτίσις· τὸν κόσμον τοῦτον βουλόμενος [7] καλεῖν. οὐ γὰρ τὰ μὴ βλεπόμενα τῇ φθορᾷ δουλεύει, ἀλλὰ ταῦτα δὴ τὰ βλεπόμενα· μένει ἄρα ἡ κτίσις εἰς τὸ ἄμεινον ἀνακαινοποιηθεῖσα, καὶ εὐπρεπέστερον ἀγαλλομένη, καὶ χαίρουσα ἐπὶ τοῖς τέκνοις τοῦ Θεοῦ, τῇ ἀναστάσει. [8] διὸ στενάζει, καὶ συνωδίνει νῦν, τὴν ἀπολύτρωσιν ἡμῶν ἀπὸ τῆς φθορᾶς, καὶ αὐτὴ, τοῦ σώματος, ἀπεκδεχομένη· ὅπως ἡμῶν ἐξεγερθέντων καὶ ἀποτιναξαμένων τὴν νεκρότητα τῆς σαρκὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐκτίναξαι τὸν χοῦν, καὶ ἀνάστηθι, [καὶ] κάθισον Ἱερουσαλήμ· ἐλευθερωθέντων τε τῆς ἁμαρτίας, ἐλευθερωθήσεται καὶ αὐτὴ τῆς φθορᾶς, μηκέτι τῇ ματαιότητι δουλεύουσα, ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ. καὶ ὁ Ἠσαΐας δέ· ὃν τρόπον γὰρ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καινή, φησιν, ἃ ἐγὼ ποιῶ, μένει ἐνώπιόν μου, λέγει κύριος· οὕτως [9] ἔσται τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ ὄνομα ὑμῶν. καὶ πάλιν· οὕτω λέγει κύριος, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, οὗτος ὁ καταστκευάσας τὴν γῆν, καὶ ποιήσας αὐτήν· αὐτὸς διώρισε αὐτὴν, οὐκ εἰς κενὸν

A tercidit vas quod ipse faciebat in manibus suis; & rursum finxit ille vas alterum, quemadmodum placuit illi ut faceret. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Si quemadmodum figulus iste non potero vos facere, domus Israel? Ecce, sicut lutum figuli, vos estis in manibus meis.

VII. Illud enim, uti dicebam, velim attendas: ut post hominis transgressionem, noluerit ingens illa manus opus suum tamquam adulterinum, nefario illi qui ex invidia per injuriam violasset, [3] ad victoriam ac ceu triumpho agendum relinquere: sed rursus eliquatum subegerit in lutum: ac si figulus vas confringat, ut nova fictione, quidquid in eo fœdatum est ac contusione deformatum, penitus tollat, totumque opificium, ut a principio, irrepre- B hensibile acceptumque exsistat.

VIII. Sed nec illud magnopere probo, ut universum hoc funditus periturum dicamus; ac terram, aeremque & cælum quandoque desitura. Sane quidem mundus hic totus ut purgari possit & instaurari, exundantibus de cælo flammis, incendio conflagrabit; non tamen interibit ac corrumpetur omnino. Etenim si mundum non esse quam esse, melius est; cur quod deterius est, mundum fabricando, Deus eligeret? At neque Deus frustra, vel quod deterius est, umquam crearet. Quamobrem ut essent ac manerent, conditas a se res Deus constituit; quemadmodum etiam Sapientia adstruit his verbis: [a] *Creavit enim, ut essent omnia, Deus; & salutares sunt mundi generationes: & non est in illis* C *medicamentum exterminii.* Cui & perspicue Paullus adstipulatur, ita loquens: [b] *Nam exspectatio creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim creatura subjecta est, non volens, sed propter eum qui subjecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vanitati enim*, inquit, *creatura subjecta est.* Ab hac porro servitute exspectat liberatum iri creatura: quo nomine mundum hunc significare voluit. Non enim quæ videri nequeunt, sed hæc quæ adspectabilia sunt, corruptelæ serviunt. Manet igitur creatura in statum meliorem decentioremque renovata, gaudens exsultansque pro re- D surgentibus filiis Dei; quorum gratia *ingemiscit & parturit modo*, exspectans & ipsa redemtionem nostram a corruptione corporis; ut cum fuerimus excitati a mortuis, ac carnis mortalitatem excusserimus, pro eo ac scriptum est: [c] *Excute pulverem, & sede: surge Jerusalem*: fuerimusque liberati a peccatis, ipsa quoque liberetur a corruptione: nec jam vanitati, sed justitiæ serviat. Sed & Isaias: [d] *Sicut enim*, inquit, *cælum novum, & terra nova, quæ ego facio, permanent in conspectu meo, dicit Dominus: sic erit semen vestrum, & nomen vestrum.* Et iterum: [e] *Sic dicit Dominus, qui fecit cælum; hic qui terram condidit, & fecit illam,* E *ipse discrevit illam. Non in vanum (fecit eam), sed*

a Sap. I. 14. *b* Rom. VIII. 19-21. *c* Isa. LII. 2. *d* Isa. LXVI. 22. *e* Isa. XLV. 18.

defluxit ac intercidit. Petavius, solum reddit simplex ἔπεσε: quod Sixtina habent.

1. Τοῦ ποιῆσαι] Rup. ποιεῖν. Mox vero, ποιεῖν ὑμῖν.

2. Πρόσχ.] Ex Epiph. num. XXVIII.

3. *Ad victoriam ac ceu triumpho agendum relinquere*] εἰς νῖκος καταλεῖψαι. Alludit ad verba Paulli 1. Cor. XV. 54. *Absorpta est mors in victoria*: εἰς νῖκος: quamquam habent aliqui codices νεῖκος, ut testatur Estius multis excurrens ad eum locum. Non video cur Epiphanii interpres suspicatus sit legendum εἰ, νεῖκος, ἀντὶ εἰ, νικοῦν; ac neque ut alterutrum significet; in tanta contumelia probroque. Composuimus ex editis, & Rupisucaldii codice, textum unum, sanum satis & clarum, cum utrobique luxatus exstet minusque sanus.

4. Οὐκ ἀρεστὸν] Ex Epiph. ibid. num. XXXI.

5. Καταβασίῳ πυρὶ] Mendose impr. καταβὰς, ὦ πᾶς.

6. Ἀλλ' οὐδὲ — ἐποίει] Heic editi mutili & mendosi. Nam post τὸν κόσμον ὁ Θεὸς, habent ματαίως ἐχειροτόνει. ... κ. τ. λ.

7. Καλεῖν] Rup. φιλοκαλεῖν.

8. Διὸ στ.] Impr. δι' ὃς στ.

9. Ἔσται] LXX. στήσεται. Et mox, ὁ καταδείξας τὴν γῆν. Paullo post, uncis inclusa, ex textu LXX.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



[ἐποίησε αὐτὴν,] ἀλλὰ κατοικεῖσθαι [ἔπλασεν αὐτήν.] ὄντως γὰρ ἐκ εἰς κενὸν, οὐδὲ εἰς μάτlω πρὸς ἀπώλειαν ἔκτισε, κατὰ τοὺς φρονοῦντας μάταια, τὸ πᾶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ εἰς τὸ εἶναί τε καὶ οἰκεῖσθαι καὶ διαμένειν. διὸ ἀνάγκη δὴ καὶ τὴν γῆν αὖθις, καὶ τὸν ἐρανὸν, μετὰ τὴν ἐκφλόγωσιν πάντων, καὶ τὸν βρασμὸν, ἔσεσθαι.

[1] Ἐὰν δὲ, πῶς οὖν, εἰ μὴ ἀπόλλυται τὸ πᾶν, οἱ ἐξ ἐναντίας εἴπωσι; [2] ὁ μὲν κύριος, τὸν οὐρανὸν παρελεύσεσθαι ἔφη, καὶ τὴν γῆν· ὁ δὲ προφήτης, * ἀπολεῖσθαι μὲν τὸν οὐρανὸν ὡς καπνόν· τὴν δὲ γῆν ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθαι. ἐπειδὰν ἔθος ταῖς γραφαῖς, λέξομεν, τὴν εἰς τὸ κρεῖττον καὶ ἐνδοξότερον [4] ἀπὸ ταύτης τῆς καταστάσεως τοῦ κόσμου μεταβολὴν, ἀπώλειαν λέγειν· οἷον τοῦ πρόσθεν σχήματος ἀπολλυμένου κατὰ τὴν τὸ [5] φαιδρότερον ἁπάντων, ἐξαλλαγήν· ὅτι μηδεμία ὑπεναντίωσις ἢ ἀτοπία ἐν τοῖς θείοις λόγοις. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, καὶ οὐχ ὁ κόσμος, εἴρηται· οὕτως ἔθος ἀπώλειαν ταῖς γραφαῖς, τὴν εἰς τὸ ἄμεινον, ἔσθ᾽ ὅτε, καὶ εὐμορφότερον τροπὴν τοῦ ἔμπροσθεν σχήματος. οἷον ὥσπερ ὁπότ᾽ ἄν τις ἀπώλειαν λέγει τοῦ κατὰ τὸν νήπιον σχήματος, τὴν εἰς τὸν ἄνδρα τέλειον μεταλλαγὴν, τρεπομένης εἰς μέγεθος καὶ κάλλος, τῆς ἡλικίας τοῦ νηπίου. [6] παραχθήσεσθαι μὲν γὰρ τὴν κτίσιν ὥσπερ τεθνηξομένlω κατὰ τlὼ ἐκπύρωσιν, ἵνα καὶ ἀνακαινισθῇ· οὐ μlὼ ἀπολεῖσθαι προσδοκητέον· ὅπως οἱ ἀνακαινοποιηθέντες ἐν ἀνακαινοποιηθέντι κόσμῳ, ἄγευστοι λύπης κατοικήσωμεν, κατὰ τὸ λεχθέν· ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται· καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς· τοῦ περιέχοντος τῆς εὐκρασίας, ἐπιτροπεύοντος λοιπὸν τοῦ Θεοῦ. ἐσομένης γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον τὸν αἰῶνα γῆς, ἀνάγκη πᾶσα ἔσεσθαι καὶ τοὺς οἰκήσοντας· οὐκέτι τεθνηξομένους, ἢ γαμήσοντας, ἢ γεννησομένους· ἀλλ᾽ ὡς ἀγγέλους ἀμεταστρόφως, ἐν ἀφθαρσίᾳ, * τὰ ἄριστα πράξοντας. διὸ ληρῶδες· τὸ ἐν ποίᾳ διαγωγῇ τότε δὴ τὰ σώματα ἔσονται λέγεσθαι, μήτε ἀέρος, μήτε γῆς, μήτε τῶν ἄλλων ἐσομένων.

[8] Ἄξιον δὲ κἀκεῖνο πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπισκοπεῖν, * ὡς ἔχει πολλlὼ διάπτωσιν. εἰ δεῖ παῤῥησίαν ἄγειν περὶ τηλικούτων, Ἀγλαοφῶν. ἔφρασας γὰρ, ἀποφήνασθαι τὸν κύριον, ὡς οἱ τῆς ἀναστάσεως τευξόμενοι, ἔσονται τότε ὡς ἄγγελοι, ἔνθα πειράζουσιν αὐτὸν οἱ Σαδδουκαῖοι, ἐπέφερες οὖν· οἱ δὲ ἄγγελοι ἐκτὸς ὄντες σαρκὸς, ἐν μακαριότητος ἀκρότητι, διὰ τοῦτο, καὶ δόξης εἰσί· καὶ ἡμᾶς δὲ ἀ-


A ut habitaretur, (*plasmavit eam.*) Nam re vera non frustra, neque inaniter ad exitium, ut qui inania sapiunt ineptique homines arbitrantur, universum hoc condidit Deus, sed ut esset & ut habitaretur & ut permaneret. Unde & terram necesse est, & cælum, post illa rerum omnium conflagrationem & æstum exsistere.

IX. Sin autem adversarii objiciant: Quei ergo, nisi universum hoc sit periturum? Dominus quidem, [a] *cælum ac terram transitura*, ait: Propheta autem [b], [3] *cælum instar fumi esse periturum; terram autem quasi vestimentum esse veteraturam.* Nos ideo responderimus, quod id moris scripturæ sit, ut mundi ab statu hoc in melius præstantiusque mutatio- B nem, interitum appellet; velut nimirum pereunte priore illa forma, conversione in jucundissimum statum. Nam nihil in scripturis sacris contrarium est, & absurdum. Quippe dictum est: [c] *Præterit figura hujus mundi*, non mundus: sic scripturis usitatum est, ut antecedentis, in id quod melius ac formosius est, figuræ mutationem, interitum vocitent. Perinde ac si quis transitum ac mutationem infantilis figuræ in virum perfectum, interitum nominet: infantis ætate in magnitudinem pulcritudinemque mutata. Et vero, putandum est fore, ut velut moritura in ea conflagratione, creatura renovanda, prætereat; non tamen ut pereat extinguaturque, ut renovati & instaurati ipsi, in mundo instaurato renovatoque habitemus doloris expertes: juxta quod di- C ctum est: [d] *Emittes spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ*: nimirum Deo deinceps providente, ut temperatissimum sit continens. Nam cum post hujus sæculi exitum, terra adhuc perseveratura sit, omnino necesse est ut etiam sint qui inhabitent; iique qui nec morituri sint amplius, nec copulandi nuptiis, aut procreandæ soboli operam daturi; sed Angelorum more, sine ulla mutatione, immortali statu [7] felicissime victuri. Proindeque est stultum quærere, quanam vitæ ratione usura sint corpora, cum neque aer, neque terra, neque quidquam ceterorum sit amplius futurum.

X. Ad hæc vero, est & illud merito considerandum; [9] ut nimirum habeat multam ruinam, atque a vero incautum abducat: siquidem est in rebus tan- D tis audacter loquendum, o Aglaophon. Nam dixisti respondisse Dominum Sadducæis tentantibus; fore, ut qui resurrectionis compotes erunt, [e] *sint sicut Angeli*. Intulisti ergo: Atqui Angeli, quia carnis expertes, in summa degunt felicitate & gloria: Qua-

a Matth. XXIV. 35. *b* Isa. LI. 6. *c* 1. Cor. VII. 3. *d* Psal. CIII. 30. *e* Matth. XXII. 30.

1. Ἐὰν δὲ κ. τ. λ.] Ex Epiph. ibid. n. XXXII.
2. Ο μὲν κύριος] Codex Rup. ὅμως Χριστός.
3. *Cælum instar fumi esse perturum, &c.*] Quamquam in marg. erat adscriptus apud Epiphan. v. 27. Psal. 101. potius tamen videtur respicere Isai. LI. 6. ubi habetur illa fumi similitudo, verbumque non absimile. Septuaginta ἐστερεώθη, *Firmatum est*: quod Hieronymus exponit, ut omnis cælorum firmitas & robur, vento inanissimo & fu- E mo qui in auras solvitur, coæquetur, juxta Ecclesiastem: *Vanitas vanitatum, &c.* clarius vero Symmachus, ἐρανοὶ ἁλισθήσονται: *Instar salis liquescent*: Aquila: ἐρανὸς μεωθήσεται, *Comminuetur in nihilum*: quod hæc ejus species & forma sit annihilanda, dandaque ei nova longe augustior & splendidior, ut exponit Hieronymus post nostrum Methodium. Hebr. est כמלחו *Consumti sunt*: a מלח, quod est *sal*, in cujus modum fumi instar, cæli evanescere dicantur: & ut Dominus loquitur, *Transire*: παρελεύσεσθαι: seu ut Paullus παραχθήσεσθαι; quomodo restituimus paullo inferius, ex Rupif. codice, pro ταραχθήσεσθαι. Ex eo loco colligit Basilius in *hexaem.* cælorum substantiam subtilissimam & aeream; fereque alii Patres quintam illam essentiam Aristotelis incorruptibilem impugnant.
4. Ἀπὸ ταύτης τῆς καταστάσεως τοῦ κ.] Impr. mendose, ἀποκαταστάσιν ταύτης τοῦ κ.
5. Φαιδρότερον] Impr. φαιδρότατον.
6. Παραχθήσεσθαι] Editi vitiose, ταραχθ. Paullo post iidem, ἀνακτισθῇ pro ἀνακαινισθῇ.
7. *Felicissime victuri*] τὰ ἄριστα πράξοντας. Phrasis nihil nova, rudiusque expressa illis verbis: *Optima quæque facturi*.
8. Ἄξιον δέ] Ex Epiph. ibid. n. XXXIII.
9. *Ut nimirum habeat multam ruinam, &c.*] Cogimur longa hac paraphrasi, pauca illa verba exprimere: ὡς ἔχει πολλlὼ διάπτωσιν: ubi τὸ, ἔχει, accipio ut absolutum, quomodo est Græcis elegantissimum. Est littera minus sana: τὸ, διαλεγόμενος in impressis propalam vitiosum est: omisimusque cum sequenti πραγμάτων, secuti alium codicem Rupif. ex quo & editis, unam nobis litteram composuimus. Impressa velut Origenis & in tertia persona, referunt; nos cum MS. ut Aglaophontis, & in secunda, quod magis consonat reliquis. Impugnatur novus Origenianorum error, ex priore illo resurrectionis absque carne ortus, nempe mutationis animarum in Angelos, in quo est multa illa eorum παράπτωσις, *offensio*: velut impingentibus, semel a veritate deviis hominibus.



ρα ἐξίστασθαι μέλλοντας ἀγγέλοις, ἀνάγκη δὴ σαρκῶν ὡσαύτως ἐκείνοις γυμνοὺς, ἀγγέλους ἔσεσθαι δεῖν. οὐκ ἐπιστήσας, ὦ ἄριστε, ὡς ὁ ποιήσας, καὶ διακοσμήσας ἐξ οὐκ ὄντων, τὸ πᾶν, τὴν τῶν ἀθανάτων φύσιν, οὐ μόνον εἰς ἀγγέλους * καὶ λειτουργοὺς διανείμας διεκόσμησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀρχὰς, καὶ θρόνους, καὶ ἐξουσίας. ἄλλο γὰρ γένος, τὸ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἄλλο τὸ τῶν ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν· ὅτι μὴ τάγμα ἓν, καὶ μία σύστασις, καὶ φυλὴ, καὶ πατριὰ τῶν ἀθανάτων: ἀλλὰ καὶ γένη, καὶ φυλαὶ, καὶ διαφοραί· καὶ οὔτε τὰ Χερουβὶμ τῆς ἰδίας ἐξιστάμενα φύσεως, εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων ἰδέαν μετασκευάζονται· οὔτ᾽ αὖ πάλιν εἰς [2] ἑτέραν οἱ ἄγγελοι. εἶναι γὰρ αὐτὰ χρὴ, καὶ ὅ εἰσι, καὶ ὃ γεγόνασιν. * ἀτὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος τὸν κόσμον οἰκεῖν, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων ἡγεμονεύειν ταχθεὶς, τῆς ἐξ ἀρχῆς διακοσμήσεως, ἀθάνατος ὢν, τοῦ εἶναι ἄνθρωπος οὔ ποτε μεταβληθήσεται, οὔτε εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων, οὔτε εἰς τὴν τῶν ἑτέρων μορφήν· ὅτι μηδὲ οἱ ἄγγελοι, εἰς τὴν ἄλλην τῆς ἐξ ἀρχῆς ἰδέας μετακοσμούμενοι, μεταβάλλονται. ὁ γὰρ Χριστὸς ἥκεν, οὐκ εἰς ἑτέραν μεταπλασθῆναι κηρύσσων ἢ μετασκευασθῆναι τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, ἀλλὰ εἰς ὃ ἦν ἐξ ἀρχῆς πρὸ τοῦ ἐκπεσεῖν, ἀθάνατος ὤν. χρὴ γὰρ ἐν τῷ ἰδίῳ τῆς ἕξεως αὐτῶν [4] τόπῳ τῶν γεννητῶν ἕκαστον μένειν, ἵνα πάντα πάντων ὦσι πεπληρωμένα: οὐρανοὶ μὲν, ἀγγέλων: * θρόνοι δὲ, ἐξουσιῶν· φῶτα δὲ, λειτουργῶν· καὶ οἱ θειότεροι τόποι, καὶ τὰ ἀκράτητα καὶ ἀκραιφνῆ φῶτα· τῶν Σεραφὶμ, ἃ παρεστήκασι τῇ μεγάλῃ βουλῇ [6] διακρατοῦντα τὸ πᾶν: ὁ δὲ κόσμος, ἀνθρώπων. ἐὰν δὲ μεταβάλλεσθαι δῶμεν τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἀγγέλους, ὥρα μεταβάλλεσθαι λέγειν καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰς ἐξουσίας, καὶ ταύτας εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο, ἔστ᾽ ἂν καὶ ὁ λόγος ἀναβὰς, εἰς κίνδυνον ἐμπέσῃ.

Ἀλλ᾽ οὔτε ὡς φαῦλον τετεχνημένος ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἢ διαμαρτήσας αὐτοῦ περὶ τὴν [7] διάπλασιν, ἄγγελον αὐτὸν ὕστερον ἐπενόησε ποιῆσαι, μεταγνοὺς, ὥσπερ οἱ φαυλότατοι τῶν λειτουργῶν· οὔτε ἄγγελον κατ᾽ ἀρχὰς θελήσας ποιῆσαι, καὶ μὴ δυνηθεὶς, ἄνθρωπον ἔπλασεν. ἀσθενὲς τοῦτο γάρ· τί δή ποτε οὖν τὸν ἄνθρωπον ἐποίει, καὶ οὐκ ἄγγελον, εἴ γε ἄγγελον τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐκ ἄνθρωπον γενέσθαι ἠθέλησεν; ὡς οὐ δυνάμενος; βλάσφημον. ἀλλ᾽ ἀνεβάλλετο

A re & nos quos æquari oportet Angelis, necesse est ad eumdem modum carne nudatos, Angelos fieri. Nec illud, optime virorum animadvertisti; eum, qui ex nihilo mundum fabricavit ac constituit, non Angelis modo [1] & Administris; sed & Principatibus & Thronis & Potestatibus, eamdem immortalitatis naturam impertisse. Aliud enim Angelorum genus, aliudque Principatuum & aliud Potestatum; eo quod non unus ordo, unusve cœtus ac tribus familiaque sit immortalium: sed generum, ac velut tribuum & nationum divortia. Ac neque Cherubim, desciscentia a natura sua, in Angelorum speciem transeunt; neque contra in naturam aliam Angeli commutantur. Quippe, esse illa quod sunt, & cuB jusmodi producta sunt, necesse est. [3] Quamobrem etiam homo, qui ut habitaret mundum omnibusque in eo rebus præesset, ex prima dispositione constitutus est; velut immortalis, numquam in Angelorum aut alterius cujuslibet formam ex homine convertendus est; quando nec Angeli, ab ea quam initio sortiti sunt specie & natura, transformari & mutari possunt. Et vero Christus adveniens, non in alteram demutari vertique naturam hominis oportere prædicavit; sed in id redire quod initio fuerat, antequam excideret, tum cum esset immortalis. Siquidem necesse est, ut unumquodque creatum, suæ constitutioni naturæque congruo loco persistat; ut omnibus omnia repleantur; cæli quidem C Angelis; [5] Throni autem Potestatibus; Ministris lumina: diviniores porro sedes, purioraque & sinceriora lumina; Seraphinis, qui magno illi consilio assistentes, universum conservant; mundus denique hominibus. Atque si homines in Angelos mutari dederimus, consequens est ut & Angelos in Potestates, & has in aliud & aliud transituras dicere, oratio processu periculum incurrat.

XI. Neque vero quod velut malum hominem fabricaverit Deus, aut in eo fingendo aberrarit, Angelum postea facere illum voluit; quasi ipsum, vilissimorum opificum instar, pœnitentia cepisset. Neque cum Angelum principio facere constituisset, neque id esset assecutus, hominem procreavit. Nimi- D rum istud imbecillum est. Cur igitur hominem faciebat non Angelum, si Angelum hominem facere, non hominem cogitabat? An quia non poterat? Est hoc blasphemum. An in deteriore occupatus,

1. *Et Administris*] καὶ λειτουργούς. Accipit ut ordinem Angelico superiorem, ut ex sequenti locatione creaturarum pro cujusque gradu, liquet; qua cælos assignat Angelis; lumina vero, potiora in cælis, & respondentia purioribus illis luminibus assignatis supremis Spiritibus; nempe Seraphinis; ut & sedibus thronisque Potestatum, respondent cæli. Ministris illis: respiciens forte illud Psal. CIII. 4. *Qui facit Angelos suos Spiritus, & Ministros suos flammam ignis*: quæ est purior spiritu seu vento & flatu illic significato, propiusque accedit ad naturam luminum igneam, vel formaliter, juxta plerosque Patres, vel saltem virtute, juxta Peripateticos & invehentes quintam illam essentiam. Videri possunt ista minus Dionysiana: sed nihil mirum ignoto Dionysio non solum Methodio, sed etiam Chrysostomo, qui & ipse nihil Dionysiane de Angelis sensit & docet, cum præter notos nobis eorum populos, ἄπειρα ἔθνη καὶ φῦλα ἀμύθητα, nec ex nomine nota contendit, & probat ex illo Ephes. *Et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed &c.* hom. 4. de Incompr. & 3. Cherubin velut thronos Dei, eoque illi conjunctiores, præfert Seraphin.

2. Εἰς ἑτέραν] Editi εἰς (τὴν τῶν) ἑτέρων. Mox iidem vitiose εἰ γάρ, post γεγόνασιν.

3. *Quamobrem etiam homo*] ἀτὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος. Sic clare procedit Methodiana argumentatio, quam impressa omnino obscurabant conditionali illa εἰ. Interpr. *Etenim & homo, &c.* quo significatur ut antecedens, quod Methodius assumit ut consequens.

4. Τόπῳ] Impr. τύπῳ.

5. *Throni autem, Potestatibus*] Videtur difficile, quid in corporeis intelligat eo nomine præter cælos & lumina, sive illa nobis conspicua quæ Administris assignat, sive diviniora ἀκράτητα illa καὶ ἀκραιφνῆ assignata Seraphinis, quæ videntur ipsum immobile & invisibile nobis empyreum, influens Seraphica assistentia universo huic permanentiam, ut tandem visum est meo Thomæ, significatque Methodius illis verbis διακρατοῦντα τὸ πᾶν, juxta lectionem Rupif. quam sumus secuti. Forte voluit thronos ac sedes in empyreo, quod respondeat cælis, assignatis spiritibus Ministris, præter puriora illa in eo Seraphinis assignata lumina. Quanta porro hæc probabilitate nitantur, ut & quod statim sequitur, de futura post judicii conflagrationem hominum habitatione, terra hac nova per Isaiam promissa, cæloque & aere novo; operosius fuerit discutere, alteriusque & otii & operæ. Hoc saltem constiterit, abesse Methodium in sua illa opinione ab errore Millenariorum, nec ita ponere paradisum sensibilem in sensibili terra, ut divinæ interim visionis gratiam neget, qua simus vere beati, & animo; conferente mundo instaurato, ad nonnullam instauratorum corpore incolarum felicitatem, mirabili illa εὐκρασίᾳ sua & temperatione, quam Deus, ceu amantissimus pater, administrare & curare habeat: ἐπιτροπεύοντος. Mihi enimvero melius esse cum Christo, & ut tamquam membrum quandoque sequar in cælum etiam corpore, exaltatum super omnes cælos divinissimum illud caput meum.

6. Διακρατοῦντα] Editi διακρατοῦσι.

7. Διάπλασιν] Al. πλάσιν.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



περὶ τοῦ κρείττονος τὸ χεῖρον ποιῶν; καὶ τοῦτο ἄτοπον. οὔτε γὰρ διασφάλλεται περὶ τοῦ ποιεῖν τὸ καλὸν, οὔτε ἀναβάλλεται, οὔτε ἀδυνατεῖ· ἀλλὰ καὶ ὡς θέλει, καὶ ὅτε θέλει, τὸ δύνασθαι ἔχει, δύναμις ὤν. οὐκοῦν εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον θέλων, ἐξ ἀρχῆς ἔκτισεν. εἰ δὲ θέλων· θέλει δὲ τὸ καλόν· καλὸν δὲ ὁ ἄνθρωπος· ἄνθρωπος δὲ, τὸ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος λέγεται συντεθέν· οὐκ ἔσται ἄρα ἐκτὸς σώματος ὁ ἄνθρωπος, ἵνα μὴ ἄλλος ἄνθρωπος παρὰ τὸν ἄνθρωπον γεννηθῇ. δεῖ γὰρ τῷ Θεῷ, τὰ ἀθάνατα γένη πάντα σώζεσθαι· ἀθάνατον δὲ ὁ ἄνθρωπος. ἔκτισε γὰρ ὁ Θεός, φησιν ἡ σοφία, τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας αἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. οὐκ ἄρα ἀπόλλυται τὸ σῶμα· ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος.

[2] Διὸ ἐπίστησον, ὡς ὁ κύριος τὰ αὐτὰ διδάσκειν θέλων, μὴ πιστευόντων Σαδδουκαίων εἰς τὴν ἀνάστασιν τῆς σαρκός. δόγμα γὰρ τοῦτο Σαδδουκαίων, ὅθεν συσκευασάμενοι τὴν κατὰ τὴν γυναῖκα, καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀδελφοὺς παραβολὴν, ἵνα τὸν περὶ ἀναστάσεως τῆς σαρκὸς λόγον ἀπορήσωσι· προσῆλθον αὐτῷ, φησι, καὶ Σαδδουκαῖοι, λέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι. ὁ οὖν Χριστὸς, εἰ μὴ ἦν ἀνάστασις σαρκὸς, ἀλλὰ μόνον ἐσώζετο ψυχὴ, συνέθετο ἂν αὐτοῖς, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς φρονοῦσι. νυνὶ δὲ ἀποκρίνεται, λέγων· ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν νεκρῶν, οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται, ἀλλ᾽ ὡς ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ εἰσιν. οὐ τῷ σάρκα μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τῷ μὴ γαμεῖν καὶ γαμεῖσθαι, ἀλλὰ εἶναι λοιπὸν ἐν ἀφθαρσίᾳ. καί φησιν· ἀγγέλοις κατὰ τοῦτο πλησιάζοντας, ἵνα ὥσπερ οἱ ἄγγελοι ἐν τῷ οὐρανῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ παραδείσῳ, μήτε γάμοις ἢ εἰλαπίναις ἔτι σχολάζοντες, ἀλλὰ [3] τοῦ βλέπειν τὸν Θεὸν, καὶ γεωργεῖν τὴν ζωὴν, πρυτανεύοντος ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ. οὐ γὰρ εἶπεν, ἔσονται ἄγγελοι, ἀλλ᾽ ὡς ἄγγελοι· οἷον δόξῃ μὲν καὶ τιμῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐστεφανωμένοι· βραχὺ δέ τι παρὰ τοὺς ἀγγέλους διαλλάσσοντες, καὶ ἐγγὺς ὄντες τοῦ εἶναι ἄγγελοι. καθάπερ εἰ ἔλεγεν, οὔσης εὐταξίας κατὰ τὸν ἀέρα, καὶ γαλήνης νυκτὸς, καὶ πάντων τῷ τῆς σελήνης αἰθερίῳ φωτὶ κεκοσμημένων· ἡ σελήνη φαίνει ὡς ὁ ἥλιος. καὶ οὐ πάντως ἂν ἥλιον εἶναι τὴν σελήνην ἀπομαρτυρεῖν αὐτὸν λέγομεν, ἀλλ᾽ ὡς ἥλιον. ὥσπερ καὶ τὸ μὴ ὑπάρχον χρυσὸς, ἐγγὺς δὲ τοῦ εἶναι χρυσὸς πεφυκὸς, ὡς χρυσὸς λέγεται, καὶ οὐ χρυσός· εἰ δὲ ἦν χρυσὸς, οὐκ ἐλέγετο ἂν ὡς χρυσὸς, ἀλλὰ χρυσός. ἐπεὶ δὲ μὴ ἔστι χρυσὸς, ἀλλὰ [4] τοῦ εἶναι χρυσὸς, καὶ φαντάζεσθαι χρυσὸν, ὡς χρυσὸς λέγεται· οὕτω καὶ ὡς ἀγγέλους ἔσεσθαι λέγοντος τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει, οὐκ αὐτὸ τοῦτο ἀγγέλους αὐτὸν ἐπαγγέλλεσθαι ἀκούομεν τοὺς ἁγίους ἐν τῇ ἀναστάσει, ἀλλὰ ἐγγὺς τοῦ εἶναι ἀγγέλους. ὥστε ἀλογώτατον λέγειν· ἐπειδὰν ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο τοὺς ἁγίους ὀφθήσεσθαι ὡς ἀγγέλους ἐν τῇ ἀναστάσει, τὰ σώματα διὰ τοῦτο ταῦτα μὴ ἀνίστασθαι· καίτοι τῆς λέξεως αὐτῆς τὴν * παράδειξιν δηλούσης σαφῶς τοῦ συμβαίνοντος. ἀνάστασις

A quod præstantius est differebat? Est & illud absurdum. Neque enim in moliendo bono, vel aberrat Deus, vel in aliud tempus rejicit, vel destitutus viribus est: sed & utcumque libuerit, & quando libuerit, agendi potestate est præditus, qui sit ipsa potentia. Quamobrem hominem esse hominem volens, initio produxit. Quod si id volens fecit; vult autem quod bonum est; homo vero bonum est; idemque ex anima constat & corpore: sequitur extra corpus hominem minime fore, sed in corpore: ne alius præter hominem homo producatur. Opus enim est, uti Deo immortalia genera omnia conserventur: Atqui homo est immortalis. [a] *Creavit enim*, inquit Sapientia, *hominem* [1] *inexterminabilem, & imaginem æternitatis suæ fecit illum.* B Corpus itaque non prorsus extinguitur & perit: nam homo ex anima & corpore consistit.

XII. Ac vide quæso, quemadmodum Dominus, eadem illa tradere Sadducæis resurrectionem negantibus, voluerit. Est enim hoc Sadducæorum dogma. Unde composita illa, de muliere deque septem fratribus, parabola, quam adversus resurrectionis corporum dogma proponerent: [b] *Accesserunt ad eum*, inquit, *Sadducæi, dicentes resurrectionem non esse.* Proinde Christus, si nulla carnis esset resurrectio, sed anima dumtaxat salutem consequeretur; illis utique utpote recte ac præclare sentientibus, suam auctoritatem adjungeret. Atqui alia omnia respondens C ait: *In resurrectione neque ducunt uxores, neque nubunt: sed ut Angeli in cælo sunt:* Non quod carnem non habeant, sed quod mutuas nuptias nullas contrahant, sed deinceps sint corruptionis expertes. Addit vero, ea nos parte Angelis proximos; ut quemadmodum Angeli in cælo, sic nos in paradiso neque nuptiis amplius neque conviviis indulgeamus, sed in contemplando Deo excolendaque vita simus occupati, præside ac moderatore Christo. Nam non dixit, *Erunt Angeli*: sed, *sicut Angeli*: velut nimirum [c] *gloria & honore coronati*, ut scriptum est: *paullulum vero ab Angelis differentes*, atque illorum naturæ proximi. Quasi ita diceret; tranquillo per noctem ac sereno aere, cum cælesti luce lunæ omnia collustrantur; luna sicut sol splen- D det. Tum enim, non omnino solem esse lunam ex illius testimonio colligeremus, sed ad solem accedere. Sicut etiam quod aurum non est, auro tamen natura sua propinquius est, velut aurum dicitur, non aurum: nam si esset aurum, non tamquam aurum, sed aurum dici oporteret. Quia vero aurum non est, sed auro proximum, & ut mentiatur speciem auri, sicut aurum dicitur: eodem plane modo, quod in resurrectione, fore sanctos sicut Angelos pronuntiavit, non sic accipiendum est, ut eos Angelos fore voluerit, sed eorum tantum conditioni propinquos. Quamobrem stultissimum est, ita colligere: Quoniam Christus sanctos in resurrectione tamquam Angelos visum iri pronuntiavit, idcirco fore E ut corpora hæc non resurrexerint: præsertim cum vox ipsa, [5] velut collatione, ejus quod contingit, rationem perspicue ostendat. Nam resurrectio non de

[a] Sap. II, 23. [b] Matth. XXII. 23. [c] Psal. VIII. 6.


1. *Inexterminabilem.*] ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ: Sic Vulg. & Sixt. Non male Tigur. & eodem sensu, *immortalitati*: hoc est, ut immortalis esset. Minus exprimit Interpr. Epiphan. *In incorruptione.* τὸ, καὶ εἰκόνα: suspicatur legendum κατ᾽ εἰκόνα: Habent nihilominus etiam Sixt. quamquam Interpres videatur legisse καὶ κατ᾽ εἰκόνα. *Et ad imaginem*: nisi voluit glossare, aut sequi Vulg. Non video ipse quid ibi sit scrupuli, nec reddi possit; *Et imaginem æternitatis*; quando & Paullus 1. Cor. 11. hominem dicit, *Dei imaginem & gloriam*; non ad imaginem. Quidam pro αἰδιότητος legunt ἰδιότητος.

2. Διὸ ἐπίστ.] Ex Epiph. ibid. n. XXXV.

3. Τοῦ βλ.] Forte τῷ βλ.

4. Ἀλλὰ τοῦ εἶν.] Post ἀλλὰ deest ἐγγύς. Sic enim legimus paullo post.

5. *Velut collatione*, &c.] Editi; πρᾶξιν. At παράδειξιν, vox aptissima. Posset forte uno verbo reddi, *Contentionem*: quomodo τὸ, παραδεικνύειν, dicimus, *contendere*; seu ex adverso conferre & contraponere.



A γάρ, οὐκ ἐπὶ τοῦ μὴ πεπτωκότος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ πεπτωκότος λέγεται, καὶ ἀνισταμένου. ὥσπερ ὁπόταν λέγει ὁ προφήτης· καὶ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν. ἔπεσε δὲ ὀκλάσασα ἡ ποθητὴ σκηνὴ τῆς ψυχῆς εἰς γῆν χώματος. οὐ γὰρ τὸ μὴ θνῆσκον, ἀλλὰ τὸ θνῆσκον κλίνεται. θνήσκει δὲ ἡ σάρξ, ψυχὴ [1] δὲ ἀθάνατος. καὶ τοίνυν, εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος, σῶμα δὲ ὁ νεκρὸς, οἱ λέγοντες ἀνάστασιν μὲν εἶναι, σαρκὸς δὲ μὴ εἶναι, ἀρνοῦνται ἀνάστασιν· ὅτι μὴ τὸ ἑστὸς, ἀλλὰ τὸ πεπτωκὸς καὶ κλιθὲν διανίσταται, κατὰ τὸ γεγραμμένον· μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων, οὐκ ἀναστρέφει;

B [2] Ἐπειδὴ μεθόριος τῆς ἀφθαρσίας ἐγένετο, καὶ τῆς φθορᾶς ἡ σάρξ· οὐκ οὖσα, οὔτε φθορὰ, οὔτε ἀφθαρσία· ἐκρατήθη δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν ὑπὸ τῆς φθορᾶς, ποίημα τῆς ἀφθαρσίας καὶ κτῆμα ὑπάρχουσα· διὰ τοῦτο ἐγένετο φθαρτὴ καὶ εἰς γῆν ἐκλίθη χώματος. καὶ ἐπεὶ οὖν ἐκρατήθη ὑπὸ τῆς φθορᾶς, καὶ θανάτῳ διὰ παρακοὴν παρεδόθη, εἰς νῖκος αὐτὴν ὁ Θεὸς τῇ φθορᾷ καθάπερ κληρονομίαν οὐ κατέλιπεν· ἀλλὰ πάλιν διὰ τῆς ἀναστάσεως νικήσας τὸν θάνατον, παρέδωκε τῇ ἀφθαρσίᾳ· ἵνα μὴ κληρονομήσῃ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν, ἀλλ' ἡ ἀφθαρσία τὸ φθαρτόν. ἐπαποκρίνεται γοῦν ὁ Ἀπόστολος· δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο, ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο, ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. φθαρτὸν δὲ καὶ θνητὸν ἐνδυόμενον ἀθανασίαν, τί ἄλλο ἂν εἴη παρὰ C τὸ σπειρόμενον ἐν φθορᾷ καὶ ἀνιστάμενον ἐν ἀφθαρσίᾳ; ὅτι μὴ φθαρτή ἐστιν ἢ θνητὴ ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ τὸ θνητὸν τοῦτο καὶ φθειρόμενον σάρκιον· ἵνα καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ ἣν ἐφορέσαμεν, τὸ, γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, ἐστίν· ἡ δὲ εἰκὼν τοῦ ἐπουρανίου, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις, καὶ ἡ ἀφθαρσία· ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη ὁ Χριστὸς διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. εἰ δέ τις, εἰκόνα μὲν χοϊκὴν τὴν σάρκα αὐτὴν οἴοιτο λέγεσθαι· εἰκόνα δὲ ἐπουράνιον, ἄλλο παρὰ τὴν σάρκα σῶμα πνευματικὸν, ἐνθυμηθήτω δὴ οὗτος πρότερον, ὅτι Χριστὸς, ὁ οὐράνιος ἄνθρωπος, τὸ αὐτὸ σχῆμα τῶν μελῶν, καὶ εἰκόνα καὶ σάρκα τὴν D αὐτὴν τῇ ἡμετέρᾳ φορέσας ἐφάνη· δι' ἣν καὶ ἄνθρωπος οὐκ ὢν, ἄνθρωπος ἐγένετο· ἵνα καθάπερ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσωνται. εἰ γὰρ διὰ τὸ μὴ ἐλευθερῶσαι τὴν σάρκα, καὶ ἀναστῆσαι, σάρκα ἐφόρεσεν· τί καὶ περιττῶς σάρκα ἐφόρει ἣν οὔτε σῶσαι, οὔτε ἀναστῆσαι προῄρητο; ἀλλ' οὐδὲν περιττῶς ποιεῖ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. οὐκ ἄρα ἀνωφελῶς τὴν μορφὴν τοῦ δούλου ἀνέλαβεν· ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀναστῆσαι καὶ σῶσαι. ἀληθῶς γὰρ ἄνθρωπος ἐγένετο καὶ ἀπέθανε· καὶ οὐ τῷ δοκεῖν· ἀλλ' ἵνα ἀληθῶς πρωτότοκος ἀναφανῇ τῶν νεκρῶν, τὸν χοϊκὸν μεταβαλὼν εἰς οὐράνιον, καὶ τὸν θνητὸν εἰς ἀθάνατον. ὁπόταν οὖν σάρκα ὁ Παῦλος καὶ αἷμα, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι μὴ δύνασθαι λέγῃ· οὐχ ὡς [3] ἐκ φαύλης, τῆς σαρκὸς τὴν παλιγ- E γενεσίαν ἀποφαίνεται, ἀλλ' ὡς διδάσκων οὐ κληρονομεῖσθαι βασιλείαν Θεοῦ, αἰώνιον ὑπάρχουσαν ζωὴν, ὑπὸ τοῦ σώματος· ἀλλὰ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ζωῆς. εἰ γὰρ ἐκληρονομεῖτο ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ σώματος, ζωὴ ὑπάρχουσα· συνέβαινεν ἂν τὴν ζωὴν ὑπὸ τῆς φθορᾶς καταπίνεσθαι. νῦν δὲ τὸ θνῆσκον, ἡ ζωὴ κληρονομεῖ· ἵνα εἰς νῖκος ὁ θάνατος

A eo dicitur quod numquam cecidit; sed de eo quod cecidit, & iterum assurgit. Velut cum Propheta dicit: [a] *Et suscitabo tabernaculum David quod ceciderat*. Cecidit porro desideratum illud tabernaculum collapsum [b] *in terram aggeris*. Non enim quod non moritur, sed quod moritur, inclinare dicitur. At moritur caro: Anima quippe immortalis. Quapropter si immortalis est anima, corpus vero cadaver est; qui ita resurrectionem esse confitentur, ut eam nihil ad carnem pertinere putent, resurrectionem penitus negant. Quandoquidem non illud quod stat, sed quod cecidit & inclinavit, exsurgere dicitur & suscitari, juxta ac scriptum est: [c] *Numquid qui cadit, non resurgit? aut qui avertit se, non revertitur?*

B XIII. Quoniam caro inter confinia corruptionis & incorruptionis; ac nec corruptio nec incorruptio creata erat; victa vero est a corruptione propter voluptatem, quamquam esset incorruptionis opus & possessio: idcirco facta est corruptioni obnoxia, inclinavitque [d] *in terram aggeris*. Postquam ergo victa fuisset a corruptione, mortique propter prævaricationem tradita; noluit Deus ipsam ceu hereditatem corruptioni ad victoriam relinquere; sed rursum victa per resurrectionem morte, incorruptioni reddidit; ut ne corruptio incorruptionem; sed magis incorruptio, quod est corruptibile, in hereditatem acciperet. Ad hæc itaque respondet Apostolus: [e] *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptio-* C *nem, & mortale hoc induere immortalitatem*. Corruptibile autem & mortale hoc induere immortalitatem & incorruptionem, quid aliud sit, quam ut [f] *quod seminatur in corruptione, surgat in incorruptione?* Non enim anima corruptibilis est aut mortalis; corruptibile vero & quod corrumpitur, ista caro est: ut [g] *sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis*. Nam imago terreni quam portavimus, illud est: [h] *Terra es, & in terram reverteris*. Imago autem cælestis, est resurrectio ex mortuis, & incorruptio: [i] *Ut sicut Christus surrexit per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus*. Quod si quis terrenam imaginem, carnem istam dici existimet; cælestem ve- D ro imaginem, corpus aliud spiritale præter carnem; hic prius cogitet, ut Christus, cælestis ille homo, eamdem membrorum formam, eamdemque imaginem ac carnem nostri similem gestans, visus sit; propter quam etiam, ipse non homo, homo factus sit: ut [k] *sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificentur*. Non enim ideo carnem portavit & induit, ut non liberaret & resuscitaret carnem. Nam quid frustra carnem induebat, quam nec salvam facere statuisset, nec resuscitare? At nihil Dei Filius frustra facit. Non ergo inaniter nullaque utilitate, servi formam assumsit; sed ut resurrectione donaret ac salvos faceret. Vere siquidem homo factus, & mortuus est: non apparentia E inanique specie; sed ut veritate, [l] *primogenitum mortuorum*, terreno homine in cælestem, mortalique in immortalem mutato, sese exhiberet. Cum ergo ait Paullus; [m] *Caro & sanguis regnum Dei non possunt possidere*; non velut carnis regenerationem neget ita effert, sed quo doceat, non posse regnum Dei, quod sit vita æterna, possideri a corpore; sed corpus a vita. Si enim regnum Dei, cum sit vita, a corpore possideretur; eveniret vitam absorberi a corruptio-

a Am. IX. 11. b Dan. XII. 2. c Jerem. VIII. 4. d Dan. XII. 2. e 1. Cor. XV. 53.
f Ibid. ♥. 42. g 1. Cor. XV. 49. h Gen. III. 19. i Rom. VI. 4. k 1. Cor. XV. 22.
l Apoc. I. 5. m 1. Cor. XV. 50.

1. Ψυχὴ δὲ] Editi, ψυχὴ γάρ.
2. Ἐπειδὴ μεθ.] Ex cod. Rupif.
3. Ἐκ φαύλης] Scrib. ἀφαυλίζων ex Photianis.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

καταποθῇ ὑπὸ τῆς ζωῆς· καὶ τὸ φθαρτὸν τῆς ἀφθαρσίας κτῆμα καὶ τῆς ἀθανασίας φανῇ· ἄφετον μὲν καὶ ἐλεύθερον θανάτου γενόμενον καὶ ἁμαρτίας, δοῦλον δὲ καὶ ὑπήκοον ἀθανασίας· ὅπως τῆς ἀφθαρσίας εἴη τὸ σῶμα, κτῆμα· καὶ μὴ τοῦ σώματος, ἡ ἀφθαρσία.

[1] Εἰ ἐκ τοιαύτης σταγόνος βραχείας καὶ μηδέπω οὔσης τὸ σύνολον, μηδὲ ἐν ὑγρασίᾳ τοιαύτῃ καὶ συνοχῇ * καὶ πυγμῷ, ἐκ τοῦ μηδενὸς ἄνθρωπος γίνεται· πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἐκ τοῦ ἤδη ὑπάρξαντος ἀνθρώπου, ἄνθρωπος ἔσται αὖθις ὁ ἄνθρωπος; οὐ γὰρ [3] οὕτω μετὰ τὸ ἤδη γεγεννημένον καὶ διαλυθὲν ποιῆσαι πάλιν, ὡς μηδέπω γεγεννημένον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος κατασκευάσαι. ἐὰν οὖν ἐθελήσωμεν δεῖξαι τὴν γονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ ἄρρενος ἀπεκκρινομένην, παραγάγωμεν δὲ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, καὶ τεθνηκότος σῶμα· ποῖον πιστεύσουσιν ἡμῖν οἱ θεωροὶ εἰς τὸ φανερὸν ἑκατέρων κειμένων, ἔσεσθαι ἄνθρωπον; ἆρα τὴν σταγόνα ἐκείνην τὴν ὅλως οὐδὲν ὑπάρχουσαν, ἢ τὸν ἤδη σχῆμα καὶ μέγεθος καὶ ὑπόστασιν ἔχοντα; εἰ γὰρ ἐκεῖνο τὸ ὅλως οὐδὲν, μόνον ἐθελήσαντος Θεοῦ, πάλιν τὸ αὐτὸ ἄνθρωπος γίνεται, πολλῷ μᾶλλον τὸ ἤδη ὑπάρχον καὶ τετελειωμένον, ἐθελήσαντος τοῦ Θεοῦ, τὸ αὐτὸ πάλιν ἄνθρωπος [4] γενέσθαι. [a] ἐπεὶ τί βουλόμενος ὁ θεολόγος Μωϋσῆς, τὴν κατὰ τὴν σκηνοπηγίαν ἑορτὴν ἐν τῷ Λευιτικῷ μυστικῶς εἰσηγήσατο; ἆρα γὰρ ἵνα οὕτως ἑορτάσωμεν τῷ Θεῷ, καθάπερ ἐξηγοῦνται χυδαιότερον οἱ Ἰουδαῖοι νοοῦντες τὰς γραφάς; ὡς τοῦ Θεοῦ σκηνὰς τοιαύτας ἐκ καρπῶν, καὶ κλάδων καὶ φύλλων κατεσκευασμένας ἀρεσκομένου· ἃ ἀλλήλως μαραίνονται τὴν χλόην ἀποσυλώμενα. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. τίνος μὲν ἡ σκηνοπηγία φράσατε; εἰσήχθη μήνυμα τῆς ἀληθινῆς ἡμῶν ταύτης σκηνῆς, ἣν καταπεσοῦσαν εἰς φθορὰν διὰ τὴν παράβασιν, καὶ λελυμένην τῇ ἁμαρτίᾳ, αὖθις συμπήξασαν ἀνώλεθρον ἀναστήσειν ὁ Θεὸς ἀπηγγείλατο· ὅπως ἑορτάσωμεν αὐτῷ ἀληθῶς τὴν μεγάλην ἑορτὴν καὶ πολυθρύλητον τῆς σκηνοπηγίας ἐν τῇ ἀναστάσει· ὁπότε συμπηγνύμενα ἡμῶν εἰς κατακόσμησιν τῆς ἀθανασίας καὶ συμφωνίας τὰ σκηνώματα ἐκ τοῦ χοὸς ἄφθαρτα ἀνίστανται· ὁπότε ἀκούσει τὰ ὀστᾶ τὰ ξηρὰ κατὰ τὴν ἀψευδεστάτην προφητείαν, προσαγόμενα πρὸς τὰς ἁρμονίας αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ ζωοπλάστου Θεοῦ καὶ ἀριστοτέχνου ἀνακαινοποιοῦντος αὖθις τὴν σάρκα καὶ συμμιγνύντος· οὐ τοιούτοις ἔτι δεσμοῖς, οἷς καὶ πρῶτον συνείχετο, ἀλλ' ἀκηράτοις πάμπαν λοιπὸν καὶ ἀλύτοις. ἐθεασάμην γὰρ ἐν Ὀλύμπῳ ἐγώ· ὄρος δέ ἐστι τῆς Λυκίας· πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον· περὶ ὃ πῦρ [b] ἀγνοῦ * φυτὸν ἐστὸς, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύσκιον, ὡς ὑποτοπάσαι ὕδωρ μᾶλλον ἀέναον αὐτὸ βεβλαστηκέναι. δι' ἣν αἰτίαν οὖν εἰ φύσεις εἰσὶ φθαρτῶν, καὶ ὑπὸ πυρὸς καταναλισκομένων σωμάτων, καὶ ἀδύνατον ἄκαυστα διαμεῖναι τὰ ἅπαξ φύ-

ne. Nunc vero vita mortuum possidet, ut [a] *mors in victoriam absorbeatur a vita*: utque obnoxium illud corruptioni, incorruptionis immortalitatisque possessio fiat: solutumque & liberum a morte & peccato, immortalitati servum subditumque concedat: ut sit corpus, incorruptionis possessio; non incorruptio, corporis.

XIV. Cum ex tam modica stillula ac necdum prorsus exsistente, ne quidem in ejusmodi humido, arctitudineque, [2] ac parvitate; denique ex nihilo, homo fiat: quei non potius, ex homine qui fuit, fuerit rursus resurrectione homo? Minus quippe videtur difficile, ut quod fuit & est dissolutum, denuo componatur & reparatum fiat; quam ut quod nondum fuit, ex nihilo prodeat. Quare si lubeat, excretam a masculo feturam; ipsam nimirum seorsim: defunctique cadaver, in medium producamus: Tum rogo, ambobus palam expositis propositisque, quodnam spectatores hominem fore credituri sunt? num stillulam illam, quæ nihil prorsus sit? an mortuum, figura jam moleque & substantia præditum? Si enim illud quod plane nihil videatur, Deo tantum volente ipsum iterum homo procreatur: potiori jure, quod est jam & fuit consummatum, accedente divina voluntate, id ipsum denuo homo fiet. Nam alioqui, quid volens theologus ille Moyses, festum tabernaculorum spiritaliter edixit sanxitque celebrandum, in Levitico [b]? Num enim ut ita Deum festo colamus, quemadmodum Judæi vilius vulgariusque scripturas intelligentes, exponunt? velut nimirum Deo placeant ejusmodi ex fructibus ramisque & foliis adornata tabernacula, quæ statim despoliata virore marcescant. Haud plane fuerit dicendum. Sane, rogo, cujusnam sit Scenopegia? instituta est ut veri tabernaculi nostri signum, quod in corruptionem prævaricatione prolapsum, peccatoque solutum, se Deus denuo compactum compositumque, incolume excitaturum promisit; quo ei veritate, magnam illam decantatissimamque Scenopegiæ solemnitatem celebremus in resurrectione; quando compacta ad immortalitatis consonantiæque ornatum nostra tabernacula, immunia a corruptione [c] de pulvere resurgent; quando auditura sunt, ut verissime habet propheta [d], ossa arida, suis iterum commissuris reddita, admovente vivifico plaste optimoque opifice Deo, carnem denuo renovante commiscenteque & adstringente, non jam qualibus etiam initio continebatur vinculis, sed plane deinceps immortalibus, atque insolubilibus. Nam vidi ego in Olympo (is porro mons est Lyciæ) ignem sponte sua, in montis cacumine, ex imo terræ erumpentem; juxta quem exstat [5] arbor *Agnus* nomine, adeo florida, virens & opaca, ut jugibus potius aquis irrigua nasci videatur. Quam igitur ob caussam, cum naturæ corruptibiles sint, & corpora igni consumantur, nec

a 1. Cor. xv. 54. *b* Levit. XXIII. 39. seq. *c* Dan. XII. 2. Ezech. XXXVII. 4.

1. Εἰ ἐκ τ.] Ex eodem cod. Rupif.
2. *Ac parvitate*] καὶ πυγμῷ. Mihi valde suspecta vox est. Illud clarum, elevare istis omnibus feturam, qua proles primo concipitur, velut rem pæne nihili: ex qua tamen Deus suum illud opus, hominem, quia vult solum, eruat; id ipsum facilius præstiturus ex prædefunctis corporibus, majori mole, &c.
3. Οὐ γὰρ οὕτω] Deest ἄπορον, aut quid simile.
4. Γενέσθαι] Forte γενήσεται.
5. *Arbor Agnus nomine*] ἀγνοῦ φυτόν. Hieronymus Levit. XXIII. 40. *Salicem torrentis* dicit: ubi etiam LXX. ad vocem ἀγνοῦ, addunt τοῦ χειμάρρου: ad significandum gaudere ejusmodi arborem aquis, videmusque passim luxuriantes ad ripas fluminum locisque palustribus. quo magis augetur Methodianum istud vere grande miraculum: cui tamen adstruunt fidem nives illæ ad ipsas fauces flammivomas similium montium in Italia, olimque in Sicilia, ubi bituminea materia velut exhausta ad flammas illas terribiles videtur. Job quoque cap. XL. ubi Sixt. κλῶνες ἀγνοῦ· & Aquila, ἰτέαι χειμάρρου: *salices torrentis*, notat Nobilius in aliis libris esse ἄγνου· forte scribendum ἄγνου. Catena Londiniana in Job, ad eum versum marg. γρ. ἄγνου, *& sic in MS. Theclæ*. Eamdem arborem etiam ex profanis docet Dioscor. l. 1. c. 116. ejusque expositor Matthiolus.

a Ἐπεὶ τί βουλόμ.] Idem argumentum pertractat S. Pater in *Convivio decem Virg.* Orat. IX. §. 1. seqq.
b Ἀγνοῦ φυτόν]. Hujusce arboris meminit item S. Martyr in *Convivio decem Virgin.* sub initium, heic pag. 673. A. & Orat. X. §. III.

σεως ὑπάρχοντα τῆς καυςικῆς· οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλ' ἀκμαιότερον μᾶλλον ὑπάρχει καὶ χλωρότερον· ὃ τῇ φύσει ἐστὶ καυστόν· καὶ ταῦτα περὶ αὐτὰς αὐτοῦ τὰς ῥίζας τοῦ πυρὸς ἐντυφομένου. κλάδους γοῦν ἐγὼ δένδρων ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἔῤῥιψα καθ' ὃν ἀναφλέγεται τὸ πῦρ τόπον· καὶ εὐθέως εἰς φλόγα ἀρθέντες ἐπεφρώθησαν. φράσατε οὖν δὴ, διὰ τὴν αἰτίαν τὸ μὴ ὑποφέρον μηδὲ τὴν ἐξ ἡλίου δέξασθαι ἔκκαυσιν, ἀλλὰ ξηραινόμενον ἐὰν μὴ ἀρδευθῇ βραχὺ, τοσαύτῃ πυρὸς φλογμῷ συνεχόμενον οὐ καταναλίσκεται, ἀλλὰ ζῇ τε καὶ θάλλει; τί οὖν βούλεται τὸ παράδοξον; δεῖγμα τοῦτο τῆς μελλούσης ὁ Θεὸς ἡμέρας καὶ προοίμιον ἔθετο, ἵνα γινώσκωμεν ἀδηλότερον, ὅτι πάντων πυρὶ καταβασίῳ κατομβρουμένων, τὰ ἐν ἁγνείᾳ σώματα καὶ δικαιοσύνῃ διαπρέψαντα, καθάπερ ψυχρῷ ὕδατι τῷ πυρὶ οὐδὲν ἀλγυνόμενα, πρὸς αὐτοῦ ἐπιβήσονται. ἀληθῶς γὰρ, ὦ μεγαλωφελῆ καὶ μεγαλόδωρε δέσποτα· ἡ κτίσις σοι τῷ ποιήσαντι ὑπηρετοῦσα, ἐπιτείνεται εἰς κόλασιν κατὰ τῶν ἀδίκων· καὶ ἀνίεται εἰς εὐεργεσίαν ὑπὲρ τῶν ἐπί σοι πεποιθότων· καὶ θέλοντός σου, πῦρ μὲν καταψύχει, λυμαινόμενον οὐδὲν ὧν αὐτὸς κελεύεις διασώζεσθαι· ὕδωρ καὶ ἔμπαλιν, δριμυτέραις καταφλέγει πυρὸς προσβολαῖς· καὶ οὐδὲν ἀντιτάσσεταί σου τῷ ἀνικήτῳ κράτει, καὶ τῇ σῇ ἰσχύϊ. πάντα γὰρ ἔκτισας ἐξ οὐκ ὄντων· διὸ καὶ πάντα μεταλλάσσεις, σὰ ὑπάρχοντα, καὶ μετασκευάζεις, μόνος ὑπάρχων Θεὸς, ὡς θέλεις.

[1] Ὁ γοῦν Ἀπόστολος· τὸ φυτεύεσθαι καὶ ποτίζεσθαι, τέχνῃ καὶ γῇ καὶ ὕδατι δοὺς, τῷ Θεῷ τὸ αὐξάνειν συνεχώρησε μόνῳ· ἔνθα, οὔτε ὁ φυτεύων οὔτε ὁ ποτίζων ἐστί τι· ἀλλ' ὁ αὐξάνων Θεὸς, ἔφη. ἠπίστατο γὰρ πάντα γεννῶσαν τὴν πρωτόγονον σοφίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντων τεχνῖτιν, πάντα εἰς τὸν κόσμον προφέρειν· ἣν [2] γὰρ παλαιοὶ ἄνδρες φύσιν ἐκάλεσαν καὶ πρόνοιαν, παρὰ τὸ φύειν αὐτὴν ἅπαντα καὶ αὔξειν, προνοουμένην ἀεὶ καὶ φροντίζουσαν· ὁ γὰρ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, φησὶ, κἀγὼ ἐργάζομαι. ὅθεν διὰ ταῦτα δὴ καὶ ὁ Σολομὼν ἁπάντων αὐτὴν τεχνῖτιν ἐκάλεσεν· εἰς οὐδὲν πτωχεύοντος τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ πλουσίως πάντα καὶ κτίζειν, καὶ ποιεῖν, καὶ ποικίλλειν, καὶ αὔξειν δυναμένου.

[3] Τὰ πάντα δημιουργῶν ὁ Θεὸς, καὶ πάντων φροντίζων καὶ προνοούμενος· λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, τὸν ἔξωθεν ἡμῶν ἔπλασεν ἄνθρωπον.

A fieri possit ut igni illæsa permaneant, quæ semel per naturam sunt combustibilia: tantum abest ut hæc arbor exuratur, ut etiam, quamquam nata comburi, virentior exsistat atque florentior; idque, cum ad ipsius ejus radices ignis foveatur & eructet. Sane ego decerptos e circumjacente silva arborum ramos, in ignem illic erumpentem conjeci; qui subito flammis correpti, in cinerem redacti sunt. Rogo itaque, quamobrem quod neque solis æstum ferre potest, sed nisi irrigetur poteturque, arescit, coarctante tanto incendio, non consumitur; quin vivit & floret? Quid sibi ergo vult hoc miraculum? Posuit Deus futuræ diei illius indicium quoddam & initium; ut sciamus, fore ut igne cælitus pluente, B omnibus obrutis absumtisque, corpora illa quæ claruerunt in castitate & justitia, per ignem non secus ac per aquam frigidam, sine aliquo dolore ac molestia ab ipso deducantur. Vere enim nostrorum commodorum studiosissime & magnifice Domine, [a] *tibi factori serviens creatura in ultionem adversus iniquos intenditur obrigescitque: atque ad beneficium, pro iis qui confidunt in te, remissa emollitur*: volenteque te, ignis quidem refrigerium facit, iis nihil læsis quorum ipse saluti consultum decreveris; contra vero aqua vehementius acriusque igne comburit; nec quidquam immortali tuo imperio & virtuti resistit. Omnia siquidem ex nihilo creasti: quare etiam omnia, cum tua sint, ut libuerit, in for- C mam aliam rationemque convertis & mutas, qui solus Deus exsistis.

XV. Apostolus ergo, cum plantare & rigare, arti ac terræ & aquæ tribuisset; Deo soli accretionem concessit, cum ait: [b] *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui dat incrementum, Deus.* Noverat enim, divinam illam, ante omnia genitam, omnia progignentem omniumque artificem Dei Sapientiam, universa in mundum producere: quam etiam antiqui naturam vocaverunt & providentiam, quod semper providens curansque, omnibus det ut nascantur & crescant. [c] *Nam*, inquit, *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Quamobrem etiam Salomon, [d] *artificem omnium*, appellavit: D quippe cum nulla sit in Deo indigentia, sed omnia opulenter & creare & facere & variare & augere valeat.

XVI. Qui creavit omnia Deus, omniaque curat, & omnibus providet; accepto de terra pulvere, exteriorem nostrum formavit hominem.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΑΤΑΡΩΝ,

Περὶ ἀναστάσεως, Λόγος β'.

SANCTI METHODII PATARENSIUM Episcopi Orat. II.

E DE RESURRECTIONE.

Ex S. Joan. Damasc. *Orat.* II. de Imagin. *tom.* I. *pag.* 389. *edit. Paris.* 1712.

Αὐτίκα γοῦν, [a] τῶν τῇδε βασιλέων αἱ εἰκόνες, κἂν μὴ ἀπὸ τῆς πολὺ τιμιωτέρας [ὕλης] χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ὦσι κατεσκευασμέναι, τιμὴν ἔχουσι πρὸς ἁπάντων. οὐ γὰρ τὰς μὲν ἀπὸ τῆς το-

Protinus ergo [4] terrenorum imperatorum imagines, quamquam minime ex pretiosa admodum auri vel argenti materia consistant, ab omnibus tamen honorantur. Neque enim, si quæ ex pretio-

a Sap. XVI. 24. *b* I. Cor. III. 7. *c* Joan. V. 17. *d* Sap. VII. 21.

1. Ὁ γοῦν Ἀπ.] Ex eodem cod. Rupif.
2. Ἣν γάρ] Pro γάρ scrib. καί.
3. Τὰ πάντα] Ex laudato cod. Rupif.
4. *Terrenorum imperatorum imagines*] τῶν τῇδε βασιλέων αἱ εἰκόνες. Nihil clarius. Confundit tamen Zinus, earum Damasceni orationum interpres: *Quæ sunt heic regum imagines*. Arguit Methodius a principum ad sacras imagines, ut in utrisque, honori vel contumeliæ habeatur prototypon & exemplar. Liquet ex hoc aliisque fragmentis quantum beatissimus Martyr Methodius, quamque egregie & dogmatice scripserit.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

λὺ τιμιωτέρας ὕλης θεραπεύοντες οἱ ἄνθρωποι, ἐξολιγωροῦσι τῶν ἐξ [a] ἀτιμιωτέρας· ἀλλὰ πᾶσαν ἐπὶ γῆς τιμῶσιν, εἰ καὶ ἀπὸ γύψου ἢ χαλκοῦ ὑπάρχησι. καὶ ὁ δυσφημήσας εἰς ὁποτέραν, οὔτε ὡς εἰς πηλὸν ἀφίεται, * οὔτε ὡς χρυσὸν ἐξφαυλίσας, κρίνεται, ἀλλ' ὡς εἰς αὐτὸν ἀσεβήσας τὸν βασιλέα καὶ κύριον. τὰς μὲν ἀπὸ χρυσοῦ κατεσκευασμένας εἰκόνας [b] τῶν αὐτοῦ ἀγγέλων, * τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, εἰς τιμὴν καὶ δόξαν αὐτοῦ ποιοῦμεν.

A fiori materia conflatæ sunt, homines dumtaxat colunt; si quæ vero ex vili, contemnunt & aspernantur: sed universim omnem in terra imaginem colunt, tametsi ex gypso vel ære confectam. Quisquis vero in earum aliquam, qualiscumque illa sit, maledicta conjecerit; is, neque velut in lutum injurius fuerit, absolutus dimittitur, [1] neque tamquam aurum spreverit condemnatur; sed velut qui in ipsum imperatorem & dominum impie egerit. Quas quidem Angelorum Dei [2] Principatuumque & Potestatum imagines ex auro conflamus; eas ad ipsius honorem gloriamque conficimus.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΛΟΓΟΥ.

B

SANCTI METHODII EX LIBRO DE RESURRECTIONE.

Apud PHOTIUM Bibl. *cod.* CCXXXIV. *pag.* 907.

ΑΝεγνώσθη τοῦ ἁγίου Μεθοδίου, ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ ἀναστάσεως λόγου, οὗ ἡ ἐκλογὴ τὰ ὑποκείμενα λέγει. ὅτι * οὐ δεσμόν, φησι, τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς εἶναι, ὡς Ὠριγένης ᾤετο, οὐδὲ δεσμώτιδας τὰς ψυχὰς [καὶ] παρὰ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου καλεῖσθαι, διὰ τὸ ἐν σώμασιν αὐτὰς τυγχάνειν. οὐ γὰρ ἐμποδίζειν τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας τὸ σῶμα τίθεται· συμπεριάγεσθαι δὲ μᾶλλον τὸ σῶμα, καὶ συνενεργεῖν, πρὸς ἃ ἡ ψυχὴ ἐπιτρέπει. ἀλλὰ * πῶς τὸ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου νοητέον, καὶ ἄλλων πολλῶν;

Ὅτι Ὠριγένης δεσμὸν τὸ σῶμα ἔλεγε δεδόσθαι τῇ ψυχῇ, μετὰ τὴν παράβασιν, πρὶν δὲ, [5] ἀσωμάτως αὐτὴν βιοτεύειν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ σῶμα, ὃ περικείμεθα, αἴτιον εἶναι τῶν ἁμαρτιῶν· διὰ τοῦτο καὶ δεσμὸν ἔλεγεν, ὡς ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἔργων κωλύειν δυνάμενον τὴν ψυχήν.

Ὅτι εἰ δεσμὸς ἐδόθη τὸ σῶμα μετὰ τὴν παράβασιν, * ἢ τῶν κακῶν, ἢ τῶν ἀγαθῶν ἐδόθη τῇ ψυχῇ. τῶν μὲν οὖν ἀγαθῶν, ἀδύνατον· οὐδὲ γὰρ

I. LEctum est ex libro *de Resurrectione* S. Methodii, episcopi & martyris; cujus compendii hoc est argumentum. [3] Corpus non esse vinculum animæ, ut Origenes existimavit: neque corporibus illigatas a Jeremia propheta [a] dici, eo quod C in corporibus sint. Neque enim animæ operationes a corpore impediri affirmat; immo corpus circumferri potius, & cooperari ad ea ad quæ anima invitat. Enimvero, [4] quomodo hac in parte intelligendus Gregorius Theologus, & alii plures?

II. Quod Origenes, post prævaricationem, corpus animæ vinculi loco adjunctum dixerit, cum prius sine corpore viveret. Sed & hoc adjecerit, corpus quod gestamus, caussam esse peccatorum: quare etiam vinculum appellavit, ut quod animam a bonis operibus prohibere possit.

III. Quod si corpus datum est animæ ut vinculum post prævaricationem; [6] vel est datum ipsi ut malorum vinculum, vel ut bonorum. Sane veD ro nequit fieri ut bonorum vinculum: nullus enim

a Thren. III. 34.

1. *Neque tamquam aurum spreverit, condemnatur*] οὔτε ὡς χρυσὸν ἐξφαυλίσας, κρίνεται. Non video quei possit clarius antithesis exprimi, in contemtu luteæ vel aureæ statuæ, qua utraque censeatur majestas violari. Interpres tamen, etiam ista ad præcedens ἀφίεται, sensu & antithesi non patiente, refert: *Tamquam lutum spreverit, aurumve contemserit, absolvitur, &c.* Enimvero quid mirum, cui κηρόχυτος γραφὴ semel & iterum sit, *sincera pictura*; βαλεῖν μετάνοιαν: *agere pœnitentiam, &c.* plane castiganda proxima Damasceni editione.

2. *Principatuumque, &c.*] Satis patet esse ita legendum τῶν τε ἀρχῶν καὶ τῶν ἐξουσιῶν, atque ita reddendum, tum ex ipsa textus serie, tum ex iis quæ ipse Methodius altera Orat. seu libro de Resur. de illis Spiritibus eorumque E distinctione apud Epiphanium, nonnihilque digestius in his ipsis nostris excerptis, disputat.

3. *Corpus non est vinculum animæ.*] Ipso statim ἐπιλογῆς suæ initio, ostendit Photius, quæ statim a lacuna illa n. XVII. apud Epiphanium Hær. XVII. sequuntur, non Procli esse, seu agentis partes vel Origenis vel Platonis, sed Methodii, & agentis partes Orthodoxi; ut titulus antecedens, Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ, tantum spectet ad pauca illa interiecta, quæ sunt vere Origeniana: videturque is positus, ut cautio quædam, ut ne quis subjuncta verba velut Methodii acciperet: nec primum forte aliud fuit quam nota marginalis, qualem adhibuit Andr. Schottus ejusdem excerptis ex libro περὶ αὐτεξουσίου, initio operis, ubi is inducit loquentem Valentinianum; cujus tamen verba, Photius velut Methodii una serie contexit. Sic etiam codices ex quibus habuimus excerpta nostra, ut Methodii habent. Illum vero titulum ultimo positum, num. XL. λοιπὸν Μεθοδίου: regius F. 1. non habet: quamquam indicet inchoari novam materiam; constetque ex textu, etiam ibi Origenianum prælocutum, suæ illi hæresi patronum egisse; cujus verba Epiphanius compendio agens noluerit exscribere. Primus ille titulus, vel prelo vel manu currente minus apte fuit redditus: Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ: *Ex eodem Proclo*: palam reddendum, *Ex ejusdem Proclo*. Nempe ex Proclo quem Methodius interlocutorem adhibet, & ut agentem personam Origeniani.

4. *Quomodo hac in parte intelligendus Gregorius, &c.*] πῶς νοητέον τὸ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου. Jejunius interseritur, ac velut concesso viro tanto Origenianis, cujus ab Origene, in errore hoc pessimo, non occurrat discrimen. Melius certe Maximus ille, vere maximus Gregorii expositor propediem edendus, ad orationem *de amore pauperum*, ubi Gregorius nonnullam difficultatem præfert.

5. Ἀσωμάτως] Al. ἀσώματον.

6. *Vel est datum ut ipsi malorum vinculum.*] Velut nimirum ab illis prohibens: ut ex sequenti probatione, non prohibiti mali in Caino & posteris liquet: quæ pluribus prosequitur ipse Methodius apud Epiphanium n. XLV.

a Ἐξ ἀτιμιωτέρας] Sic exemplar Combefisianum. At Lequienii editio, ἐξ ἀτίμων τιμιωτέρας. Et statim: ἀλλὰ πᾶσαν ἐπίσης. *Sed omnes perinde colunt*. Atque ita quidem legendum videtur.

b Τῶν ἀγγέλων ---- ἐξουσίας] Locus iste, aliter ac visum Combefisio, in edito Lequieniano ita legitur absque distinctione: τῶν αὐτοῦ ἀγγέλων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας. *Imagines quidem ex auro conflatas, quibus principatus & potestates Angelicæ designantur*, cet.

ἰατρῶν ἢ τεχνιτῶν ἄλλος, τῷ ἁμαρτήσαντι δίδωσι φάρμακον, ὥστε πλέον ἐξαμαρτῆσαι, μὴ ὅτι γε Θεός. λείπεται δὴ τῶν κακῶν. ἀλλὰ μὴν ὁρῶμεν, ὡς κατ' ἀρχὰς ὁ μὲν Κάϊν περικείμενος τοῦτο τὸ σῶμα, ἐφόνευσεν· οἱ δὲ ἐφεξῆς πρὸς ἃς ἀθεμιτουργίας ἐξώκειλαν, δῆλον. οὐδὲ τῶν κακῶν ἄρα δεσμὸς τὸ σῶμα, οὐδ' ὅλως ἄρα δεσμός· οὐδ' ὕστερον αὐτὸ ἠμφιάσατο μετὰ τὴν παράβασιν ἡ ψυχή.

Ὅτι ἄνθρωπός, φησι, λέγεται κατὰ φύσιν ἀληθέστατα, οὔτε ψυχὴ, χωρὶς σώματος, οὔτ' αὖ πάλιν σῶμα χωρὶς ψυχῆς· ἀλλὰ τὸ ἐκ συστάσεως ψυχῆς καὶ σώματος εἰς μίαν τὴν τοῦ καλοῦ μορφὴν συντεθέν. * ὁ δ' Ὠριγένης τὴν ψυχὴν μόνην ἔλεγεν ἄνθρωπον, ὡς ὁ Πλάτων.

Ὅτι διαφορὰν ἀνθρώπου, καὶ τῶν ἄλλων ζώων φησί· καὶ τοῖς μὲν διάφορα σχήματα φύσεως δέδοται, καὶ μορφαὶ, ὁπόσας * ἡ στερέμνιος καὶ ὁρατὴ φύσις κελεύοντος ἐγέννησε Θεοῦ· τῷ δὲ, τὸ θεοειδὲς καὶ θεοείκελον, καὶ πάντα πρὸς ἐκείνην ἀπηκριβωμένην τὴν πρωτότυπον τοῦ πατρὸς καὶ μονογενοῦς εἰκόνα. * καὶ πῶς τοῦτο λέγει ὁ ἅγιος ἐπισκεπτέον.

Ὅτι, φησὶ, Φειδίαν τὸν ἀγαλματοποιὸν, τὸ Πισαῖον εἴδωλον ποιήσαντα ἐξ [4] ἐλέφαντος, προστάξαι ἔλεον ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος ἐκχέειν, ὥστε ἀθάνατον εἰς δύναμιν αὐτὸ φυλάσσεσθαι.

Ὅτι, φησὶν, ὁ διάβολός ἐστι πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην γενόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, * καθάπερ καὶ Ἀθηναγόρᾳ ἐλέχθη· ὥσπερ δὴ καὶ οἱ λοιποὶ γεγόνασιν ὑπ' αὐτοῦ ἄγγελοι· * καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ὕλῃ, καὶ τοῖς τῆς ὕλης εἴδεσι, πεπιστευμένον διοίκησιν. τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων σύστασις, τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γεγονέναι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις· ἵνα τὴν μὲν παντελικὴν καὶ γενικὴν ὁ Θεὸς * ἔχων τῶν ὅλων πρόνοιαν, ᾖ τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος ἁπάντων [9] αὐτὸς ἀνηρτημένος· [τὴν δὲ διὰ μέρους, οἱ ἐπὶ τοῦτο ταχθέντες ἄγγελοι.] ἀλλ' οἱ μὲν λοιποὶ, ἐφ' ὧν αὐτὸς ἐποίησε καὶ διετάξατο ὁ Θεὸς, ἔμειναν· αὐτὸς δὲ ἐνύβρισε, καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων ἐγένετο διοίκησιν, φθόνον ἐγκισσήσας καθ' ἡμῶν·

A medicus aliusve artifex, remedium peccanti porrigit, ut plus peccet: multo minus Deus. Superest ergo ut sit datum tamquam vinculum malorum. Atqui videmus, ut primum Cain hoc corpore vestitus, homicidium fecerit: posteri vero ad quæ scelera prolapsi sint, est manifestum. Ergo neque corpus est vinculum malorum: ergo neque ullo modo vinculum; neque illud anima post prævaricationem primum induit.

IV. Homo, inquit, si ejus naturam spectes, verissime dicitur, neque anima sine corpore; neque contra, corpus sine anima; sed illud quod ex coalitione animæ & corporis, in unam pulcri bonique formam conflatur: [1] Origenes vero, ut Plato,
B solam animam dixit constituere hominem.

V. Differentiam inter hominem, & cetera animalia esse dicit: atque his quidem esse datas diversas naturæ species formasque, quantas nimirum [2] solida & oculis subjecta natura Deo jubente produxit: homini vero datum esse, ut esset Deo similis & deiformis; utque omnia, ad exactam illam exemplarem Patris Unigenitique imaginem spectantia, haberet. [3] Fuerit vero considerandum, qua sanctus ratione id dicat.

VI. Phidiam statuarium ait, cum Pisæam statuam ex ebore formasset, imperasse [5] ante statuam oleum effundi, ut vim illi immortalem ea ratione conciliaret.

C VII. Diabolus, inquit, est spiritus, circa materiam, a Deo factus, [6] ut & Athenagoræ placuit; quemadmodum & reliqui Angeli ab eodem facti sunt; [7] cui, & materia, & formarum in materia, administratio procuratioque commissa sit. Ea enim productionis Angelorum ratio fuit, ut in iis quæ a Deo condita essent, providentia moderandis, vicariam Deo operam navarent. Uti nimirum, communem ac generalem omnium curam gerens Deus, [8] omnium ipse dominium imperiumque, pendente ab ipso omnium virtute firmamentoque, teneret; [cum interim singularem functionem atque curam, præpositi ad hoc Angeli sustinerent.] At vero ceteri quidem in ea statione perstiterunt, cujus gratia a Deo conditi,
D & in quam præfecti erant: diabolus vero petulanter egit, & in eorum quæ sibi fuerant commissa, procuratione, concepta adversus nos invidia,

1. *Origenes vero ut Plato*] Alia lectio οὐδ' Ὠριγένης minus congruit: plane enim consensisse videtur Origenes Platoni, dogmate quod spectat ad animas; ut ipsæ essent homo; quamquam non reciperent eam denominationem, nisi in ordine ad corpus, & illud connotando ut proprium mobile. Videntur vero esse hæc verba Photii, priora autem sunt Methodii n. XVIII. apud Epiphanium,

2. *Solida*] στερέμνιος. Nempe terra & aqua, quæ ipsa sunt ἡ ὁρατὴ φύσις, ex qua sacer textus producta refert animalia. Minus vero quadrat, quod reddiderat interpres *Valida*.

3. *Fuerit vero considerandum, &c.*] Planum est esse Photii verba, remittentis ad ipsum Methodium; quamquam interpres violenta & punctatione & versione ad Methodium referat. Fuit codex Sirmundi ut repræsentamus. Potest ergo videri ipse Methodius plenius edisserens n. XVIII. & XIX. apud Epiphanium.

4. Ελέφ.] Al. ἐλεφάντου.

5. *Ante statuam*] ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος. Sic etiam apud Epiphanium n. XIX. ἀμφὶ πόδας ἔμπροσθεν τοῦ ἀγάλματος: ubi bene Petavius: *Ad pedes ante statuam*. Male ergo heic Interpres: *ut oleum interius infusum semper ex statua promanaret*. Plin. l. 15. c. 17. *Existimatur oleum vindicando a carie utile esse. Certe simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est*. Restitui facile potest textus Epiphanii præfixo ex Photianis ὥστε: ut scriptum fuerit ὥστε φυλάσσειν, quod heic ὥστε φυλάσσεσθαι.


6. *Ut & Athenagoræ placuit*] Ἀθηναγόρᾳ ἐλέχθη. Sic etiam restituendus textus Epiphanii, n. XXI., ubi est ὁ Ἀθηναγόρας. Nam Methodius, ex ejus *oratione pro Christianis*, verba ista descripsit, & quæ sequuntur minus sana de angelis adamantibus mulieres, & cum eis congressis; in quo errore præiatus Athenagoras multos habuit antiquorum sequaces. Videndi expositores ad VI. Genes. D. Th. 1. p. q. 51. a. 3. Sixt. an. 73. &c. τὸ γενετικὴν apud eumdem Epiphanium restituendum ex Photio & Athenagora γενικήν. ἀντὶ αὐτοῦ: restituimus ipsi, αὐτῷ, ex Epiphanio & Athenagora.

7. *Cui & materia &c.*] Sunt & ista Athenagoræ, quibus significatur, non fuisse diabolum supremi ordinis, sed ad summum, supremum inter Angelos præfectos istis corporeis, in quo præter Damascenum nostrumque Methodium, etiam Chrysostomum sequacem habuit; qui censuit, retinere adhuc priorem principatum, eoque dici *principem tenebrarum aeris* &c. Sic enim ad eum locum hom. IV. ἐμοὶ δοκεῖ, γενόμενος ἄρχων ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, μὴ μεταπεπτωκέναι τῆς ἀρχῆς, καὶ μετὰ παράβασιν. *Cum esset præfectus rebus subcælestibus, nec post transgressionem amisisse principatum*. Modestissimus Thomas, sola Damasceni
E auctoritate, suam huic sententiæ probabilitatem: quamquam Gregorii, cujus vere Magni natalitia, Ecclesiæ faciem nunc diei qua scribo recreant, prælata; salvam voluit; majori fiducia asserturus, si Patrum illud agmen subiisset animum: quamquam nec sic, acerrimi virum judicii, a nostri Gregorii solidiori sententia, arbitror recessurum.

8. *Omnium ipse dominium &c.*] ᾖ τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος ἁπάντων αὐτὸς ἀνηρτημένος. Plus videtur velle, quam interpretes expresserint. Nempe, præter universale dominium, vim illam conservatricem omnium, διακρατοῦσαν τὸ πᾶν: qua sibi omnium robur firmamentumque devinxerit, pendensque ipse a se teneat, quod vox illa ἀνηρτημένος, maxime restituto αὐτῷ, plane indicat. Qua ergo concessimus aliis, qua nobis satisfecimus, utrumque complexi. In Epihanio corrigendum τὸ ᾖ.

9. Αὐτός] Forte αὐτῷ. Quæ vero mox sequuntur uncis clausa, ex Epiphanio desumta n. XXI. Hær. LXIV.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ὥσπερ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαρκῶν ἐρασθέντες, καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εἰς φιλοτησίαν ὁμιλήσαντες θυγατράσιν. αὐθαίρετον γὰρ καὶ αὐτοῖς ἔχειν πρὸς ἑκάτερα διετάξατο βούλησιν ὁ Θεός, οἷα καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. καὶ πῶς τοῦτο ληπτέον;

Ὅτι δερματίνους χιτῶνας τὸν θάνατόν φησι. λέγει γὰρ περὶ τοῦ Ἀδάμ, ὃν ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ἀθάνατον κακὸν ἐξ ἐπιβουλῆς ἰδὼν γεγεννημένον, καθάπερ καὶ ὁ πλανήσας αὐτὸν διάβολος ἦν, τοὺς δερματίνους χιτῶνας διὰ τοῦτο κατεσκεύακεν, οἱονεὶ νεκρότητα περιβαλὼν αὐτόν, ὅπως διὰ τῆς λύσεως τοῦ σώματος, πᾶν τὸ ἐν αὐτῷ γεννηθὲν κακὸν ἀποθάνῃ.

Ὅτι * δύο ἀποκαλύψεις φησὶ γεγονέναι τῷ ἁγίῳ Παύλῳ· λέγει γάρ· ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ Ἀπόστολος ὑποτίθεται εἶναι τὸν παράδεισον ἐν τῷ τρίτῳ οὐρανῷ, τοῖς λεπτῶν ἀκροᾶσθαι λόγων ἐπισταμένοις. οἶδα γὰρ τὸν τοιοῦτον ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ, λέγων. καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν τῷ σώματι, εἴτε χωρὶς τοῦ σώματος, ὁ Θεὸς οἶδεν· ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον. δύο ἀποκαλύψεις μεγάλας ἑωρακέναι μηνύει, δὶς ἀναληφθεὶς ἐναργῶς· ἅπαξ μὲν ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἅπαξ δ᾽ εἰς τὸν παράδεισον. τὸ γάρ, οἶδα ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ, ἰδίως ἀποκάλυψιν αὐτῷ κατὰ τὸν τρίτον οὐρανόν, πεφηνέναι συνίστησι. τὸ δέ, καὶ οἶδα, πάλιν ἐπιφερόμενον, τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς σώματος, ὁ Θεὸς οἶδεν, ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον· ἑτέραν αὖθις αὐτῷ πεφανερῶσθαι κατὰ τὸν παράδεισον ἀποκάλυψιν δείκνυσι. ταῦτα δὲ λέγει, ἐπεὶ οἱ δι᾽ ἐναντίας τὸν παράδεισον νοητὸν ἔθεντο, ἐκ τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ, ὡς ὄντα ὑπὲρ τὸν οὐρανόν· ἵνα τὸ ἀσωμάτως γενέσθαι τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγὴν συνάξωσιν.

Ὅτι φησὶ τὸ μὲν πρᾶξαι, ἢ μὴ πρᾶξαι τὰ κακά, ἐφ᾽ ἡμῖν· ἐπεὶ οὐκ ἂν δίκας ἐδίδομεν τῶν κακῶς δρωμένων, * οὐδ᾽ ἀμοιβὰς ἐλαμβάνομεν τῶν καλῶς· τὸ δ᾽ ἐνθυμηθῆναι τὰ κακά, ἢ μή· οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν. διὰ τοῦτο καὶ τὸν θεῖον Παῦλόν φησι λέγει· οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω· ἀλλ᾽ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ· τουτέστιν, οὐχ ὃ θέλω ἐννοεῖν, τοῦτο ἐννοῶ· ἀλλ᾽ ὃ μὴ θέλω. ἐκριζωθῆναι δέ φησι καὶ τό, τὰ κακὰ ἐνθυμεῖσθαι, διὰ τῆς τοῦ φυσικοῦ θανάτου παρουσίας. ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο ὁ θάνατος ἐδόθη παρὰ Θεοῦ τῷ ἐξημαρτηκότι, ἵνα μὴ ἀθάνατον μείνῃ τὸ κακόν. ἀλλὰ πῶς τοῦτο εἴρηται; * σημειωτέον ὅτι καὶ ἄλλοις ἡμῶν πατράσιν εἴρηται. εἴπερ ὁ θάνατος τοῖς τοῦτον μετερχομένοις κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, οὔτε προσθήκη, οὔτε [4] ὑφαίρεσις ἁμαρτημάτων γίνεται.

A pessimum se præbuit. Quemadmodum & illi, qui postea corporum concupiscentia flagrantes, [a] cum filiabus hominum stupri consuetudinem habuerunt. Etenim quod hominibus, idem & illis concessum, ut utique liberum haberent voluntatis consilium. Quei vero hoc accipiendum?

VIII. Per pelliceas tunicas, mortem intelligit. Narrat enim de Adam cum Deus omnipotens, malum æternum ex insidiis dæmonis factum videret, & qualis erat impostor diabolus, fecisse pelliceas tunicas quo velut mortalitate eum indueret: ut nimirum corporis dissolutione intermoreretur, quidquid in eo mali productum esset.

IX. [1] Binas S. Paullo revelationes contigisse di- B cit. Neque enim Apostolus, inquit, paradisum in tertio cælo collocat, si quis illius verba subtili quadam intelligentia percipiat: [b] *Scio enim*, inquit, *hujusmodi hominem raptum usque ad tertium cælum. Et scio hujusmodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus; Deus scit; quoniam raptus est in paradisum.* Quibus verbis, duas se illustres revelationes vidisse significat; bis manifeste raptus: semel quidem usque ad tertium cælum; semel autem, in paradisum. Hæc enim verba: *Scio raptum hujusmodi usque ad tertium cælum*; peculiare quiddam, cum ad tertium cælum esset evectus, ostensum illi esse demonstrant. Illud vero quod subjicitur: *Et scio hujusmodi hominem, sive in corpore,* C *sive extra corpus; Deus scit; quoniam raptus est in paradisum*: aliud rursus in paradiso illi patefactum & revelatum ostendit. Hæc autem eo dicit, quod contrarium sentientes, paradisum tantum spiritalem ponerent ex apostolico dicto, velut supra cælum; ut inde, futuram in paradiso vitam sine corpore concluderent.

X. Docet etiam, malum facere aut non facere, esse in nostra potestate: nam alioquin, non pœnas lueremus pro male actis; [2] nec præmia reciperemus pro meritis: at cogitare, vel non cogitare mala, non esse in nostra positum potestate. Quamobrem ait divinum Paullum dicere: [c] *Non enim quod volo, hoc ago; sed quod nolo, hoc facio.* Hoc est: Non D quod volo cogitare, hoc cogito: sed quod nolo. Porro eradicatum ait malæ cogitationis vitium, adveniente naturali morte: nam & ideo mors peccatori inflicta est, ut ne malum æternum foret. Ceterum qua id ratione intelligendum? [3] Sciendum hoc etiam ab aliis nostris patribus fuisse traditum. Mors certe, per illud tempus quo quis illa defungitur, neque accessio peccatorum, neque subtractio fuerit.

a Gen. VI. 2. *b* II. Cor. XII. 2. 3. *c* Rom. VII. 15.

1. *Binas sancto Paullo*] Videtur non usque adeo solidum, ut nec cujus caussa inducitur, futurus ille terrestris paradisus beatorum, in quem bene notat Photius impulsum Methodium, ad fugiendum aliud extremum Origenianum, E futuræ resurrectionis sine corporibus: sed veritas media consistit. Grandi saltu Photius, a n. XXIV. cujus est præcedens ἐκλογή, transit ad XLVII. cujus sunt ista apud Epiphanium cui ante ἀναληφθὲν τι restituendum, οὐρανόν.


2. *Nec præmia reciperemus* &c.] Apud Photium ἢ ἀμοιβ. Restituimus οὐδὲ ex codice Sirmundi. Tractat ista Methodius n. LVI. apud Epiphanium.

3. *Sciendum* &c.] Ita passim Chrysostomus & alii. Indicat etiam Propheta illis verbis: *Supervenit mansuetudo & corripiemur* &c. Acceleratas mortes quorumdam singulari beneficio legimus, ut Josiæ &c. Interpres male ista sequentibus copulat: velut illa dicant alii Patres, non priora illa Methodii. Est plane illud εἴπερ epiphonema Photii, qualia passim auctorum dictis ceu censor annectit.

4. Ὑφαίρ.] Al. ὕφεσις.

A

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ,

ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, Ἀποστολικῶν ῥητῶν ἑρμηνεία κατὰ σύνοψιν.

COMPENDIOSA

Expositio dictorum quorumdam Apostolicorum, ex eodem S. METHODII libro.

Apud PHOTIUM *ibid. pag. 909.*

ΑΝεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου, Ἀποστολικῶν ῥητῶν ἑρμηνεία κατὰ σύνοψιν. Ἴδωμεν δὲ, * τί ἦν ὅπερ πρῶτον εἰς τὸν Ἀπόστολον προήχθημεν εἰπεῖν. τὸ γὰρ, ἐγὼ δὲ ἔζων, λεχθὲν αὐτῷ, χωρὶς νόμου ποτέ· τὴν ἄνω, ἐν τῷ παραδείσῳ, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα, πρὸ τῆς ἐντολῆς, οὐκ ἐκτὸς σώματος, ἀλλὰ μετὰ σώματος ἡμῶν, ἐν τοῖς πρωτοπλάστοις διαγωγὴν παρεγγυᾷ. B ἐκτὸς δὲ ἐπιθυμίας διήγομεν, οὐ γινώσκοντες ὅλως ἐπιθυμίας προσβολάς. τὸ γὰρ μὴ ἔχειν διορισμὸν, καθ' ὃν δεῖ πολιτεύεσθαι· μηδὲ ἐξουσίαν αὐτοδέσποτον λογίου, ποίῳ δεῖ χρῆσθαι πολιτεύματι, ἵνα δικαίως ἢ τιμηθῇ ἢ ψεχθῇ, ἀνυπεύθυνον παντὸς λέλεκται ὑπάρχειν τοῦτο ἐγκλήματος. ὅτι μὴ δύναται τούτων τις ἐπιθυμῆσαι, ὧν μὴ κεκώλυται· κἂν ἐπιθυμήσῃ δὲ, οὐκ αἰτιαθήσεται. τὸ γὰρ ἐπιθυμῆσαι, οὐκ ἐπὶ τῶν παρόντων καὶ ὑποκειμένων ἐν ἐξουσίᾳ πίπτει, ἀλλὰ ἐπὶ τῶν παρόντων μὲν, μὴ ὄντων δ' ἐν ἐξουσίᾳ. πῶς γὰρ οὗ μὴ κεκώλυταί τις, μηδὲ ἐνδεής ἐστι, τούτου ἐρᾷ; ὅθεν, διὰ C τοῦτο τὴν ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, οὐκ ἐπιθυμήσεις. ἀκούσαντες γὰρ, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· τότε τὸ ἐπιθυμῆσαι συνέλαβον, καὶ ἐκίσσησαν. διὸ δὴ τὴν ἐπιθυμίαν καλῶς οὐκ ᾔδειν ἐλέχθη, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, οὐκ ἐπιθυμήσεις· οὐδὲ ἐσθίειν, εἰ μὴ εἴρητο· μὴ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. ἐντεῦθεν γὰρ ἐκτήσατο ἀφορμὴν εἰς τὸ διαπαῖξαί με ἡ ἁμαρτία. δοθείσης γὰρ τῆς ἐντολῆς, ἔσχε λαβὴν ὁ διάβολος κατεργάσασθαι ἐν ἐμοὶ τὴν ἐπιθυμίαν· χωρὶς γὰρ νόμου, ἡ ἁμαρτία D νεκρά. οἷα, οὐ δοθείσης γὰρ τῆς ἐντολῆς, ἄπρακτος ἦν ἡ ἁμαρτία· ἐγὼ δὲ ἔζων πρὸ τῆς ἐντολῆς [2] ἀμέμπτως, οὐκ ἔχων ἐπιταγὴν, καθ' ἣν ἔδει πολιτεύεσθαι.


I. LEcta est ex eodem illius libro, compendiosa dictorum quorumdam Apostolicorum explanatio. Videamus vero [1] quod primum in Apostolum dicere aggressi fueramus. Nam quod ait: [a] *Ego autem vivebam sine lege aliquando*: quam olim in paradiso, in primis parentibus, ante præceptum, non corporis expertes, sed cum corpore, ducebamus vitam, significat, quemadmodum docuimus in B superioribus. Porro immunes agebamus a concupiscentia, ne ullo quidem modo insultus ejus vimque scientes. Etenim non habere ad cujus præscriptum vivas; neque explicandi jussi divini (quo pacto vivendum sit, ut vel debito præmio afficiaris, vel damneris) absolutam omnino potestatem; hoc ab omni crimine absolvit. Nam nemo concupierit, quod non est vetitum: nec vero etsi concupierit, crimini dabitur. Cupere enim non in ea cadit, quæ præsentia, in nostra potestate sunt: sed in ea, quæ quidem præsentia sunt, non tamen sunt in nostra potestate. Quomodo enim ejus quispiam desiderio exardescat, a quo non arcetur, & quod minime necessarium habeat? Ideo igitur, [b] *concupiscentiam ne-* C *scivissem, nisi lex dixisset: Non concupisces.* Nam cum audivissent: [c] *De ligno autem cognoscendi bonum & malum, non edetis de illo. Qua die autem ederitis ex eo, morte moriemini*: tunc conceperunt concupiscentiam, improbeque ac instar prægnantis appetierunt. Ideo bene dictum est: *Concupiscentiam nescivissem, nisi lex dixisset: Non concupisces.* Neque desiderassem comedere, nisi fuisset dictum: *Non comedetis ex eo.* Hinc enim peccatum mihi illudendi occasionem accepit. Dato enim mandato, habuit diabolus quo in me concupiscentiam operaretur. [d] *Sine lege enim peccatum mortuum erat.* Velut dicat: Non data enim lege peccatum velut inefficax erat. Ego autem ante præce- D ptum latum, irreprehensibilem vitam agebam, ut qui normam non haberem secundum quam viverem. [e] *Sed cum venisset mandatum; peccatum revixit. Ego autem mortuus sum: & inventum est mibi mandatum quod erat ad vitam, boc esse ad mortem.*

a Rom. VII. 9. *b* Ibid. ℣. 7. *c* Gen. II, 17. *d* Rom. VII. 8. *e* Ibid. ℣. 9. 10.

1. *Quod primum in Apostolum dicere* &c.] *τί ἦν ὅπερ πρῶτον προήχθημεν εἰπεῖν*. Plura jam in eum locum disputaverat, velut Origeniana destruens, quibus jam subjicit sua. Exstant ista apud Epiphanium n. LV. Litteram mala interpunctione in impressis depravatam, nec bene redditam restituimus, ut ipsa per se clara procedat. Quod porro spectat ad istam Methodii expositionem, video adversantes plures juniores, quorum leviora videantur argumenta. Ego cum soliditate subtilissimam arbitror, quam etiam amplexus est noster Cajetanus, vir certe acris ingenii in venando sensu litterali, quem unum fere secta- E tur. Puto tamen non esse restringendam Apostolicam sententiam, ad solam illam Methodianam expositionem, neque id contendisse Methodium; ut neque Chrysostomum & alios contendisse existimo, restringenda ad suum ipsorum sensum verba Apostolica. Fuerit ergo locutus Paullus universim de exlege, qualis fuit primus parens, ante illud præceptum non comedendi de ligno scientiæ, quod nimirum spectat ad legem positivam: fueruntque homines ante Moysis legem, quod etiam spectat ad multa juris naturæ minus nota. Iis omnibus, quod spectat ad ejusmodi non præcepta, mortuum erat peccatum; sive diabolum, incentorem illum extrinsecum sensu Methodiano intelligamus, sive concupiscentiam & fomitem, incentorem domesticum: *νεκρὰ ἁμαρτία*: *ἄπρακτος*, inquit Methodius: Inefficax; ut nihil posset: eoque ignotum formaliter, nec nisi occasione legis cognoscendum. Sic enim re vera cognovimus diabolum, cognovitque maxime primus parens, ut nihil in istis minus consequens habeat Methodius, nihilique sit Justiniani, quam pluris facit, impugnatio ex illo capite. Solum video Achillem cui uni & Estius & alii secus opinantes fidunt, nondum prostratum: nempe dissonantiam alterius loci ejusdem Apostoli, quo ait, non fuisse Adam seductum: non ergo heic seductum dicit: non ergo de se ipso loquitur ut in Adamo ante peccatum exlege. Enimvero facile responderi potest, loqui hoc loco Paullum absolute; altero autem comparatione ad Evam: atque ita verissime, seductum, & non seductum, dicere. Fuit certe velut mediate seductus, qui errore practico judicaverit acquiescendum serpentinæ ac diabolicæ suggestioni, per Evam propositæ; quamquam *νοητῶς* & speculative, non nesciret suggeri falsa, in quo velut non seductus, videri potest, & dicitur a Paullo, præferente virum ut majori a natura, sapientia, mulieri; cui in Eva serpens sic facile illuserit, falsumque & divinitatem existimatum persuaserit.

2. *Ἀμέμπτως*] Al. *βίον ἄμεμπτον*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν. ἐγὼ δὲ, ἀπέθανον· καὶ εὑρέθη ἡ ἐντολὴ, ἡ εἰς ζωὴν, αὐτὴ εἰς θάνατον. ὅτι μετὰ τὸ νομοθετῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ διαστείλασθαί μοι ἃ ποιητέον, καὶ μὴ ποιητέον, κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὁ διάβολος. ἡ γὰρ ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ ἡ δοθεῖσά μοι, αὕτη εἰς ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν, ἵνα πειθόμενος αὐτῇ, ἀειθάλλοντα πρὸς ἀθανασίαν βίον ἔχω, καὶ χαράν· ἀθετήσαντι αὐτὴν, εἰς θάνατον ἀπέβη. ἐπειδὴ ὁ διάβολος, ὃν ἁμαρτίαν νῦν οὗτος ἐκάλεσε διὰ τὸ δημιουργὸν αὐτὸν ἁμαρτίας ὑπάρχειν, διὰ τῆς ἐντολῆς ἀφορμὴν λαβὼν, πρὸς παρακοὴν ἀπατῆσαί με, ἀπατήσας ἀπέκτεινε· τῷ, ᾗ B δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε, κατακρίματι ὑπεύθυνον γενέσθαι κατεργασάμενος. ὥστε, ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή· ὅτι μὴ ἐπὶ τὸ βλάψαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸ σῶσαι ἐδόθη. μὴ γὰρ οἰώμεθα ἀνωφελές τι ἢ βλαβερὸν ποιεῖν τὸν Θεόν. τί οὖν; τὸ ἀγαθὸν ἐμοὶ ἐγένετο θάνατος; ἃ τοῦ μεγίστου μοι ὡς αἴτιον ἐσόμενον ἀγαθοῦ, νομοθέτημα ἐδόθη; μὴ γένοιτο. ὅτι μὴ ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ εἰς τὸ καταδουλωθῆναί με ἐγένετο τῇ φθορᾷ αἰτία, * ἀλλ' ὁ διάβολος· ἵνα φανερωθῇ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν κατασκευάσας· ἵνα γένηται καὶ ἐλεγχθῇ C καθ' ὑπερβολὴν ὁ εὑρετὴς τῆς ἁμαρτίας ἁμαρτωλός. οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος ἐστὶ πνευματικός· διὸ καὶ οὐδὲν αἴτιος βλάβης οὐδενί. πόῤῥω γὰρ ἐπιθυμίας ἀλόγου καὶ ἁμαρτίας ἐσκήνωνται τὰ πνευματικά. ἐγὼ δὲ, σάρκινός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. οἷον· ἐγὼ δὲ σάρκινος ὢν, καὶ ἐν μέσῳ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ πονηροῦ κατασταθεὶς ὡς αὐτεξούσιος, ἵνα ἐπ' ἐμοὶ ἑλέσθαι ὃ βούλομαι ᾖ. τέθεικα γὰρ πρὸ προσώπου σοῦ, φησι, τὴν ζωὴν καὶ τὸν θάνατον. νεύσας πρὸς τὸ παρακοῦσαι μὲν τοῦ πνευματικοῦ νόμου· οἷα τῆς ἐντολῆς· ἐπακοῦσαι δὲ τοῦ ὑλικοῦ· οἷα τοῦ ὄφεως τῆς συμβουλίας· πέπραμαι διὰ τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, πεσὼν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, τῷ διαβόλῳ. ὅθεν ἐντεῦθεν πολιορκῆσάν με τὸ κακὸν ἐνιζάνει καὶ ἐμπολιτεύεται [2] εἰσοικίσθαι ἐν τῇ σαρκί D μου, δίκης ἐντεθείσης μοι, τὴν ἐντολὴν ἀθετήσαντι, πραθῆναι τῷ κακῷ. διὸ καὶ τὸ, οὐ γινώσκω ὃ κατεργάζομαι· καὶ, ποιῶ, ὃ μισῶ, λεγόμενον· οὐκ ἐπὶ τοῦ δρᾶσαι τὸ φαῦλον, παραληπτέον· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μόνον ἐνθυμηθῆναι. οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ ἐνθυμεῖσθαι, ἢ μὴ ἐνθυμεῖσθαι, κεῖται τὰ ἄτοπα· ἀλλὰ τὸ χρῆσθαι ἢ μὴ χρῆσθαι τοῖς ἐνθυμήμασι. κωλῦσαι μὲν γὰρ πίπτειν εἰς ἡμᾶς τοὺς λογισμοὺς οὐ δυνάμεθα, [3] προσδεχομένων ἡμῶν ἔξωθεν εἰσπνεομένους· μὴ πεισθῆναι μέντοι, ἢ μὴ χρῆσθαι δυνάμεθα. διὸ τὸ μὲν θέλειν αὐτὰ μὴ ἐνθυμηθῆναι παράκειται· τὸ δὲ

A Nam poſt legem a Deo latam, & poſtquam fuit in mandatis datum, quid faciendum eſſet quove abſtinendum, operatus eſt in me concupiſcentiam diabolus. Quod enim a Deo ad vitam & incorruptionem mandatum acceperam, ut illi obediens virentem ſemper ad immortalitatem & gaudium vitam haberem; contemnenti mihi, ceſſit in mortem. Quippe diabolus quem heic Paullus peccatum appellavit, eo quod ipſe architectus ſit & auctor peccati, occaſione a peccato accepta, ut per inobedientiam deciperet, deceptum occidit; ſententiæque illius peregit reum: *In qua autem die comederitis ex eo, morte moriemini.* [a] *Itaque lex quidem ſancta & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum:* B velut nimirum ad ſalutem, non ad exitium datum. Nihil enim credamus fieri a Deo inutile & noxium. Quei ergo? [b] *Quod bonum eſt mihi factum eſt mors?* id nimirum, quod ſummi ac præcipui cujuſdam boni cauſſa futurum, mihi fuerat lege præceptum? *Abſit.* Neque enim Dei mandatum mihi cauſſa fuit, ut corruptionis jugo manciparer, [1] ſed diabolus: ut palam proderetur, qui per bonum mihi eſſet molitus malum; fieretque & convinceretur inventor peccati, ſupra modum peccator. [c] *Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt:* eoque, nulli ullius damni eſt cauſſa. Spiritualia enim, procul a cupiditate aliena a ratione, procul a peccato habitant. *Ego autem carnalis ſum, venumdatus ſub peccato.* Quaſi diceret: C Ego autem carnalis ſum, & in boni malique confinio, velut liberi arbitrii, poſitus; ut in mea ſit poteſtate, quid velim eligere. [d] *Poſui enim*, inquit, *ante faciem tuam, vitam & mortem.* Cum itaque annuiſſem, ut legi quidem ſpiritali, mandato inquam, non obſequerer; obſequerer vero legi carnali, ſerpentis nimirum conſilio propter ejuſmodi electionem lapſus in peccatum, diabolo *venumdatus ſum.* Hinc malum velut obſidens, mihi adhæreſcit, atque in carne mea tamquam in domo habitat; hac violati præcepti mulcta impoſita, uti malo venderer. Unde & quod dicitur: [e] *Non cognoſco quod operor:* &, *Quod odi facio:* non ſic accipi debet, quaſi de malo opere intelligatur, ſed D dumtaxat de cogitatione. Non enim in noſtra eſt poteſtate, ut cogitemus vel non cogitemus abſona, ſed ut utamur vel non utamur cogitatis. Nam, ne nobis iſtiuſmodi cogitationes obrepant, quæ probandi noſtri cauſſa extrinſecus immittuntur, prohibere non poſſumus; non aſſentiri & non uti, poſſumus. Quocirca, ejuſmodi ne cogitare quidem velle, noſtræ eſt poteſtatis: id autem aſſequi ut penitus extinguantur neque nobis amplius occurrant, minime. Nam ut dixi, haudquaquam id poſitum eſt in noſtra facultate: ut hæc ſit illius loci ſententia, *Non enim quod volo, facio bonum.* Volo enim minime cogitare, quæ mihi noceant. [4] Nam eſt hoc bonum


a Rom. VII. 12. *b* Ibid. ℣. 13. *c* Ibid. ℣. 14. *d* Eccli. XV. 18. Jer. XXI. 8. *e* Rom. VII. 15.

1. *Sed diabolus.*] Quem ubique dicit Paulli illud *Peccatum.* E Eſt paraphraſis velut continua, ſequiturque Græcam punctationem, qua verba illa, ἀλλ' ἡ ἁμαρτία, referuntur ad priora: Latini autem ad ſequentia referunt, ſenſu non ita plano. Vult ergo, non legem, ſed peccatum occaſione legis, mortem induxiſſe, ut oſtendatur convincaturque maxima ejus improbitas & malitia; quod malum tantum, bono illo conciliaverit: egregieque quadrat Methodiane in diabolum, vere γενόμενον καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλόν: Paullina phraſi: Qui ſit factus ſeu oſtenſus eo abuſu bonique perverſione, excellenter peccator: ſeu maximus peccator. Apud Epiphanium tamen n. LVI. habetur Latina punctatio: ſed poteſt vitioſa eſſe, non minus quam τό, αἰτίας· ἀντὶ τοῦ, αἰτία quod immediate præcedit: poſſentque illic plura reſtitui ex noſtris Photianis: puta, n. LV. initio ἴδωμεν. ἀντὶ τοῦ, ἴωμεν. ἐνεχίσσησαι· ἀντὶ τοῦ, ἐνεχίσσησα.

2. Εἰσοικίσθαι] Epiph. Hær. LXIV. num. LVI. ſub finem εἰσοικεῖσθαι.

3. Προσδεχομένων] Lego πρὸς δοκιμὴν ex Epiphanio n. LVII.

4. *Nam eſt hoc bonum perquam irreprehenſibile & purum.*] Πανάμωμον· Velut ἀπάθεια illa ita Patribus & Theologis myſticis decantata, paucíſque conceſſa. Fuit in ea inſignis, cujus hodie octavam diem ſolemni officio, Prædicatores, colimus, noſter ille Thomas, *qui numquam peſtiferæ ſuperbiæ*, tantis & gratiæ & naturæ donis auctus, *perſenſerit ſtimulum: omnique poſtea*, a miraculoſe cinctis renibus, *libidinis ſenſu caruerit:* ſic divina gratia, menti vere angelicæ, aptante vaſculum. Emendandus ex iſtis textus Epiphanii, quam etiam emendationem ſubjuncti in eo jambi, plane exigunt. Plane vero, ſolida hæc, Paullinæ illius ſententiæ explicatio; ut ipſe jam juſtus, juſtorum agat perſonam, & in ea, vim illam, ex mala ſuggeſtione dæmonis, aut etiam ex virium inferiorum ſeditione &



κατεργάσασθαι εἰς τὸ ἀφανίσαι, ἵνα μὴ αὖθις περὶ τὸν λογισμὸν ἀνέλθωσιν, οὐ· ὅτι μὴ κεῖται τοῦτο ἐφ' ἡμῖν, ὡς ἔφην· ὡς εἶναι τὸν νοῦν τοιοῦτον τοῦ ῥητοῦ· οὐ γὰρ ὃ θέλω; ποιῶ ἀγαθόν· θέλω γὰρ μὴ ἐνθυμεῖσθαι ἃ βλάπτει με. * ἐπειδὴ τοῦτο τὸ ἀγαθὸν πανάμωμον. καὶ τοῦτο μὲν, ὃ θέλω ἀγαθὸν, οὐ ποιῶ· ὃ δὲ μὴ θέλω, πράσσω κακόν. οὐ θέλων ἐννοεῖσθαι, καὶ ἐννοούμενος, ἃ μὴ θέλω. καὶ [1] ἐπισκέψασθαι, εἰ μὴ διὰ ταῦτα αὐτὰ καὶ ὁ Δαβὶδ ἐνετύγχανε τῷ Θεῷ, δυσχεραίνων ἐπὶ τῷ λογίζεσθαι καὶ αὐτὸν, ἃ μὴ ἤθελεν· ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου. ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι, καὶ καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἀπόστολος ἐν [2] ἑτέρᾳ· λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.

Εἰ δέ τις ὁμόσε τῷ λόγῳ ἰέναι τολμῶν ἀποκρίνοιτο, ὡς ἄρα διδάσκει ὁ Ἀπόστολος, ὡς οὐ μόνον ἐν τῷ λογίζεσθαι τὸ κακὸν μισοῦμεν, καὶ ὃ οὐ θέλομεν, πράττομεν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ κατεργάζεσθαι αὐτὸ, διὰ τό· οὐ γὰρ ὃ θέλω, ποιῶ ἀγαθὸν, λελέχθαι· ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο πράσσω· ἀξιώσωμέν που εἰ [3] ἀληθῆ λέγει ὁ ταῦτα λέγων, διασαφῆσαι· τί ἦν τὸ κακὸν, ὃ ἐμίσει μὲν ὁ Ἀπόστολος, καὶ οὐκ ἐβούλετο ποιεῖν, ἐποίει δέ· καὶ τὸ ἀγαθὸν ὃ ἐβούλετο μὲν ποιεῖν, οὐκ ἐποίει δέ· ἀλλ' ἀντιστρόφως· ὁσάκις μὲν ἤθελε ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν, τοσαυτάκις, οὐ τὸ ἀγαθὸν, ὃ ἤθελεν, ἐποίει· ἀλλὰ τὸ πονηρὸν, ὃ μὴ ἤθελεν, ἐποίει. πῶς δὲ καὶ ἡμᾶς, εἰς τὸ παντάπασιν ἀποτινάξασθαι τὸ ἁμαρτάνειν προτρεπόμενος, μιμηταί μου ἀποφαίνεται γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ; οὕτως οὐ τῷ ποιεῖν ἃ μὴ ἤθελεν, ὑπέθετο τὰ προειρημένα, ἀλλὰ τῷ μόνον λογίζεσθαι. ἐπεὶ πῶς ἂν ἦν μιμητὴς Χριστοῦ ἀκριβής; καλὸν μὲν οὖν, εἰ μὴ εἴχομεν, ἦν ἂν καὶ χαρμιώτατον, τοὺς ἀντιπράσσοντας ἡμῖν καὶ μαχομένους· ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, καὶ ὃ θέλομεν οὐ δυνάμεθα. θέλομεν γὰρ μὴ ἔχειν τοὺς ἐξέλκοντας εἰς πάθη· ἦν γὰρ ἀνιδρωτὶ σωθῆναι· καὶ ὃ θέλομεν, τοῦτο οὐ γίνεται, ἀλλ' ὃ οὐ θέλομεν. δεῖ γὰρ ἡμᾶς δοκιμάζεσθαι, ὡς [4] ἔχρην. μὴ ἐνδιδῶμεν, [οὖν] ὦ ψυχὴ, μὴ ἐνδιδῶμεν ἐν τῷ πονηρῷ· ἀλλ' ἀναλαβόντες τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ὑπερασπίζουσαν ἡμῶν, ἐνδυσώμεθα τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδυσώμεθα τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου. ἐπὶ πᾶσί τε ἀναλάβωμεν τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾗ δυνησόμεθα πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ· πρὸς τὸ δύνασθαι στῆναι πρὸς τὴν μεθοδείαν τοῦ διαβόλου· λογισμούς τε καθελεῖν, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ. ὅτι μή ἐστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα. οὐ γὰρ ὃ θέλω πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ ὅτι [5] καλός. νυνὶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστι, ἐν τῇ σαρκί μου, τὸ ἀγαθόν. ὀρθῶς λέγων. μέμνησθε γὰρ ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν

A perquam irreprehensibile & purum. Ceterum, *bonum illud quod volo, non facio: quod autem nolo, ago malum:* qui nimirum, nolim cogitare, & cogitem, quæ nolo. Atque illud quæso videte, num eamdem ob caussam David Deo supplicaret, ægre ferens, quod & ipse cogitaret quæ minus vellet: [a] *Ab occultis*, inquit, *meis munda me, & ab alienis parce servo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a peccato magno*. Sed & Apostolus in epistola alia: [b] *Cogitationes destruentes, & omnem altitudinem, extollentem se adversus scientiam Dei; & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*. B

II. Quod si quis, his dictis refragari ausus, objiciat: haberi ex Apostolo, quod non solum cogitando malum oderimus, & quod nolumus faciamus; verum etiam ipso opere, eo quod dicat: [c] *Non enim quod volo bonum hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago*: Hunc sane, qui ita dicat & ratiocinetur, si modo vera dicit, explicare jubeamus: quodnam esset illud malum, quod cum Apostolus odisset nec vellet facere, nihilominus faceret: aut illud e contrario bonum, quod cum vellet præstare, non posset: immo vero quoties patrare bonum vellet, non quod vellet bonum; sed C malum quod nollet, patraret? Qua enimvero ratione, hortando ad excutiendum omnimode peccatum, [d] *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*, pronuntiat? Sic sane non in agendo quæ nollet, sed in sola cogitatione, præmissa docuit. Alioqui enim, quei ipse, sedulus erat imitator Christi? Illud quidem optandum erat, lætitiæque plenissimum, ut adversarios nullos ac hostes haberemus; sed quoniam fieri istud non potest, hinc quoque est ut quod volumus, non possimus. Volumus enim, non habere aliquem qui ad passiones vitiaque detrahat: nam esset ea salus, sudoris expers: ceterum non evenit quod sic volumus, sed quod nolumus. Uti enim diximus, oportet nos probari. Ne ergo, anima, ne D rogo, concedamus in malo: sed [e] *assumentes armaturam Dei* qua protegamur & tuti simus, *justitiæ loricam induamus, & calceemus pedes in præparatione Evangelii. In omnibus autem assumamus scutum fidei, in qua possimus omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeam salutis; & gladium spiritus, quod est verbum Dei: ut possimus stare adversus insidias diaboli:* [f] *cogitationes item destruere, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Christi*. [g] *Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem*. [h] *Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi, illud facio. Si autem quod nolo, illud facio; consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim* E *quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum*. Præclare istud quidem. Meministis enim; quod superius fuit constitutum: ut ex quo primum homo

a Psal. XVIII. 13. 14. *b* II. Cor. X. 4. 5. *c* Rom. VII. 19. *d* 1. Cor. XI. 1. *e* Ephes. VI. 11. 13-17. *f* II. Cor. X. 5. *g* Ephes. VI. 12. *h* Rom. VII. 15-17.

contumacia, immissis pravis cogitationibus, quarum non possit non habere sensum, queratur & lugeat. Si autem cum aliis, in persona hominis non justi & in gratia, admiserimus loqui, fuerit etiam in operibus nonnulla ejusmodi vis concedenda; etsi non omnino absoluta, & qualis est in cogitationibus: quam tamen ipse sibi, sic diaboli captivus, actusque ad ipsius voluntatem in scelus omne, adscripserit; qui & Deum deseruerit, nec adhuc conciliare volenti, adquiescere velit. Egregia sunt quæ Amphilochius noster prosequitur hom. *de pœnitentia* in hujusmodi cogitationes, magnæque & eruditionis & consolationis.

1. Ἐπισκέψασθαι] Forte ἐπισκήψασθαι.
2. Ἑτέρᾳ] Al. ἑτέρῳ.
3. Ἀληθῆ] Al. ἀληθῶς. Et mox, ὃ ἐβούλετο.
4. Ἔχρην] Leg. ἔφην, ex Epiphanio n. LIX.
5. Καλός] Al. καλόν.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



διωρίζόμεθα, ἀφ' οὗ τὸν ἄνθρωπον πλανηθέντα τὴν A ἐντολὴν ἀθετῆσαι συνέβη, ἐντεῦθεν ἐκ τῆς παρακοῆς τὴν ἁμαρτίαν λαβοῦσαν γένεσιν, εἰς αὐτὸν εἰσῳκηκέναι. * οὕτω γὰρ στάσις ἐνέπεσε, σφαδασμῶν τε καὶ λογισμῶν ἀνοικείων ἐπληρώθημεν· κενωθέντες μὲν τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ Θεοῦ, πληρωθέντες δὲ ἐπιθυμίας ὑλικῆς, ἣν ὁ [2] πολύτροπος ἐνεφύσησεν εἰς ἡμᾶς ὄφις. διὸ καὶ τὸν θάνατον ὁ Θεὸς πρὸς ἀναίρεσιν τῆς ἁμαρτίας ὑπὲρ ἡμῶν ἀνδίρατο· ἵνα μὴ ἐν ἀθανάτοις ἡμῖν ἀνατείλασα, ὡς ἔφην, ἀθάνατος ᾖ. ὅθεν ὁ Ἀπόστολος· οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν, ἐν τῇ σαρκί μου, τὸν ἀγαθὸν, λέγων· τὴν ἀπὸ τῆς παραβάσεως διὰ τῆς ἐπιθυμίας εἰσοικισθεῖσαν εἰς ἡμᾶς ἁμαρτίαν, βούλεται μηνύειν· ἧς δὴ καθάπερ βλαστήματα νέα, οἱ φιλήδονοι B περὶ ἡμᾶς ἀεὶ λογισμοὶ συνίστανται. δισσὰ γὰρ ἐν ἡμῖν λογισμῶν γένη· τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἐμφωλευούσης ἐν τῷ σώματι συνιστάμενον, ἥτις * ἐξ ἐπινοίας, ὡς ἔφην, συνέστη τοῦ ὑλικοῦ πνεύματος· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ κατὰ τὴν ἐντολὴν, ὃν ἔμφυτον ἐλάβομεν ἔχειν καὶ φυσικὸν νόμον, πρὸς τὸ καλὸν ἡμῶν ἐξεγείροντα τὸν λογισμόν. ὅθεν τῇ μὲν νομοθεσίᾳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν νοῦν συνηδόμεθα· τοῦτο γὰρ ὁ ἔσω ἄνθρωπος· τῇ δὲ νομοθεσίᾳ τοῦ διαβόλου, κατὰ τὴν ἐνοικοῦσαν ἐπιθυμίαν ἐν τῇ σαρκί. * ὁ γὰρ ἀντιστρατευόμενος καὶ ἀντιπράσσων τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, οἷον τῇ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁρμῇ τοῦ νοὸς, αὐτός ἐστιν, ὁ τοὺς ἐμπαθεῖς ἀναφύων ἀεὶ καὶ ὑλικοὺς πρὸς ἀνομίαν περισπασμούς. C

Τρεῖς γὰρ νόμους ὑποτιθέμενος ὁ Παῦλος ἀναφανδὸν ἐνταῦθά μοι καταφαίνεται. ἕνα μὲν κατὰ τὸ ἔμφυτον ἐν ἡμῖν ἀγαθὸν, ὃν καὶ νόμον σαφῶς ἐκάλεσε νοός. ἕνα δὲ τὸν ἐκ προσβολῆς συνιστάμενον νόμον τοῦ πονηροῦ, καὶ εἰς τὰς ἐμπαθεῖς ἐξέλκοντα πολλάκις φαντασίας τὴν ψυχὴν, ὃν ἐπιστρατεύεσθαι τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἔφη. καὶ τρίτον κατὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκ τῆς ἐπιθυμίας [5] σκιρώσαντα ἐν τῇ σαρκὶ, ὃν ἁμαρτίας νόμον οἰκοῦντα ἐν τοῖς μέλεσιν ἐκάλεσεν· * ᾧ ἐποχούμενος πολλάκις καθ' ἡμῶν ἐγκελεύεται, πρὸς ἀδικίαν καὶ πράξεις συνελαύνων κακάς. * φαίνεται γὰρ ὡς ἑαυτοῖς ἡμῖν τὸ μὲν βέλτιον, τὸ δὲ χεῖρον ὄν. καὶ ὅταν μέλλῃ τὸ βέλτιον φύσει τοῦ χείρονος ἐγκρατέστερον D γενηθῆναι, φέρεται ὅλος πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁ νοῦς· ὅταν δὲ τὸ χεῖρον ἐπιβρίσῃ πλεονάσαν, ἄγεται πάλιν ἀντιστρόφως πρὸς λογισμοὺς χείρονας ὁ ἄνθρωπος. οὗ δὴ καὶ χάριν ὁ Ἀπόστολος εὔχεται ῥυσθῆναι, θάνατον αὐτὸ καὶ ὄλεθρον ἡγούμενος, ὥσπερ δὴ καὶ ὁ προφήτης· ἀπὸ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, λέγων. αὐτὰ οὖν τὰ ῥήματα τοῦτο συνιστῶσι. συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω, λέγοντος, ἄνθρωπον· βλέπω δ' ἕτερον νόμον τοῖς μέλεσί μου, ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου.

A seductus, Dei mandatum violavit; inde, ex inobedientia ortum peccatum, sedem in eo posuerit. [1] Sic enim seditio conflari cœpit: ac turbulentis agitationibus, cogitationibusque incongruis sumus repleti; divino afflatu vacui, rerumque in materia & corporearum, quam callidus nobis serpens insufflaret, cupiditate pleni. Hinc Deus, mortem qua deleret peccatum, nostri caussa excogitavit, ut ne in nobis immortalibus, quemadmodum dictum est, reflorescens, etiam ipsum immortale esset. Cum ergo ait Apostolus: *Scio enim quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum*: peccatum voluit significare, quod ex illa divini mandati transgressione, per cupiditatem in nos invectum est: B ex quo, ceu novi quidam surculi voluptariæ nos cogitationes, ceu agmine, circumstant semper & obsident. Est enim in nobis duplex cogitationum genus: Aliud quod ex cupiditate illa, latitante in corpore excitari solet; quæ nimirum, uti dixi, [3] a fraude artificioque procedit, addicti materiæ spiritus. Aliud autem, quod ex lege mandati derivatur: lege, inquam, illa, quam insitam & a natura ingenitam hausimus: in id animum excitantem provocantemque, quod est honestum. Eo fit, ut mente quidem condelectemur legi Dei: hoc enim est homo ille interior: cupiditate autem quæ habitat in carne, legi diaboli. [4] Hæc enim ea lex est, cum divina pugnans, eique resistens; illi nimirum mentis C in bonum, impulsioni; quæ vitiosas fæculentasque, & ad improbitatem dissipatas cogitationes producit.

III. Siquidem Apostolus, tres omnino leges hoc in loco distinxisse, manifeste videtur. Una illa est, juxta insitum nobis bonum, quam aperte legem mentis appellat. Altera est quæ ex nequissimi impressione conflata, in vitiosas sæpius cogitationes & phantasias animum conjicit, quam *legi mentis adversari* dixit. Tertia demum, quæ per peccatum ex cupiditate carni occalluit; quam ille, *legem peccati habitantem in membris nostris*, vocavit: [6] cui etiam improbus ille hostis insidens, sæpe adversum nos excitat, atque ad injustitiam scelestaque facinora compellit. [7] Nam quasi nobis ipsis, aliud esse vi- D detur, quod sit melius, aliud quod deterius sit. Cumque id quod natura melius, deteriori potentius esse debuerit, mens tota ipso impetu in bonum fertur. Cum autem id quod est pejus, exuberans suo pondere depresserit, tum demum ex adverso in deteriores cogitationes præceps agitur ac trahitur. Atque ea caussa est, cur Apostolus, mortem quamdam & exitium rem arbitratus, liberari se optet; quemadmodum etiam Propheta, cum ait: [a] *Ab occultis meis munda me*. Istud enim verba ipsa præ se ferunt: [b] *Condelector enim*, inquit, *legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam le-*

a Psal. XVIII. 13. *b* Rom. VII. 22-24.

1. *Sic enim seditio conflari cœpit*] στάσις ἐνέπεσε· Velut irruit: justum plane præmium rebellionis in Deum. Interpres Photii, aliter accepit τὸ στάσις: pro statu: sed minus congruit.

2. Πολύτροπος] Epiph. n. LX. πολύπλοκος.

3. *A fraude artificioque procedit, addicti materiæ Spiritus*] ἐξ ἐπινοίας τοῦ ὑλικοῦ πνεύματος. Intelligit diabolum, quem superius cum Athenagora dixit πνεῦμα περὶ τὴν ὕλην γενόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Velut cum quadam habitudine ad materiam, & illi addictum, a creatione. Plusculum forte dicit illud, *Concreti cum materia*, Petavii: ut & *Corporalis*, Schotti.

4. *Hæc enim ea lex est*] Referre legem, & ipse contextus, & littera Epiphanii qua exprimitur, satis docent: eoque Schottus minus bene retulit ad diabolum sub diaboli nomine: hactenus enim legem legi opponit, subinde expositurus & divisione declaraturus, hujusmodi leges.

5. Σκιρώσ.] Σκιῤῥώσαντα. Epiph. n. LXI. ἐνσκιρώσαντα.

6. *Cui etiam improbus ille hostis insidens.*] Sic clare apud E Epiphanium, referendo diabolum, qui invadat, ac velut inequitet cupiditati, ejus in nos motus inordinatos succendens. Male ergo Schottus retulit ad hominem, ipso etiam repugnante Photiano contextu.

7. *Nam quasi nobis ipsis*] ὡς ἑαυτοῖς ἡμῖν: Vel ut apud Epiph. ὡς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς quod in idem redit. Significatur ista bonitas vel malitia, ut in nobis ac penes judicium nostrum. Sequentibus vero exponit discrimen motus animi in id quod natura bonum est, & id quod tantum ab effectione heic & nunc boni rationem induit: ut in illud totus feratur, velut suo ipse pondere; in illud velut trahatur, ac vi quadam agatur: sic enim illa φέρεται & ἄγεται, delectu significant; sive postremum referat τὸν νοῦν, ut potest commode apud Photium: sive τὸν ἄνθρωπον, ut est apud Epiphanium. Nam & homini violentum est, quod ejus potiori parti, καὶ τῷ ἐν αὐτῷ ἡγεμονικῷ vim facit. Neuter Interpres satis videtur hanc Methodianæ phrasis ad intentum Apostoli, proprietatem expressisse.

ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; οὐ τὸ σῶμα θάνατον ἀποφαινόμενος, ἀλλὰ τὸν νόμον τῆς ἁμαρτίας τὸν ἐν τοῖς μέλεσι, διὰ τῆς παραβάσεως ἐν ἡμῖν ἐμφωλεύοντα, καὶ πρὸς θάνατον ἀεὶ [τὸν] τῆς ἀδικίας τὴν ψυχὴν ἐμφαντάζοντα. ἐπιφέρει γοῦν εὐθέως, * ἀμέλει διαλυόμενος, ὁποίου θανάτου ἐγλίχετο ῥυσθῆναι, καὶ τίς αὐτὸν ὁ ῥυόμενος ἦν. * χάρις δὲ τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. προσεκτέον δὲ, εἰ τὸ σῶμα θάνατον τοῦτο, ὦ [3] Αγλαοφῶν, ὡς ὑπειλήφατε ἔλεγεν, οὐκ ἂν τὸν Χριστὸν, ὡς ῥυόμενον αὐτὸν ὕστερον ἐκ τοῦ τοιούτου κακοῦ, παρελάμβανεν. ἐπεὶ τί παράδοξον ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ τῆς παρουσίας ἐσχήκαμεν; τί δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος ὅλως, ὡς διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ δυναμούμενος τοῦ θανάτου ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐλευθερωθῆναι, τοῦτο B ἐφθέγγετο· ὁπότε πᾶσι καὶ πρὸ τοῦ τὸν Χριστὸν ἐλθεῖν εἰς τὸν κόσμον συνέβαινε θνήσκειν; ὥστε οὐ τὸ σῶμα τοῦτο, ὦ Αγλαόφρων, θάνατον, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν κατοικήσασαν διὰ τῆς ἐπιθυμίας ἐν τῷ σώματι, λέγειν. ἧς ὁ Θεὸς αὐτὸν διὰ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ ἐρρύσατο. ὁ γὰρ νόμος τῆς ζωῆς τοῦ πνεύματος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου· ὅπως ὁ ἐγείρας ἐκ νεκρῶν Ἰησοῦν, διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ὑμῖν, ζωοποιήσῃ καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν, τῆς ἁμαρτίας τῆς ἐν τῷ σώματι κατακριθείσης πρὸς ἀναίρεσιν· ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ κατὰ τὴν ἐντολὴν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἡμᾶς ἐφελκουμένου φυσικοῦ νόμου, * φανερωθῇ ἐξαφθέν. τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ ἐν ἡμῖν φυσικοῦ C [4] ἀγαθοῦ, ἐν ᾧ ἠσθένει ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἡττώμενον, τῆς ἐγκειμένης ἐν τῷ σώματι, ὁ Θεὸς ἀνεῤῥώσατο, πέμψας τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὴν ὁμοίαν τῆς σαρκὸς τῆς ἁμαρτίας σάρκα ἀνειληφότα· ἵνα τῆς ἁμαρτίας κατακεκριμένης, πρὸς ἀναίρεσιν, εἰς τὸ μηκέτι καρποφορῆται ἐν τῇ σαρκὶ, τὸ ἰδίωμα τοῦ φυσικοῦ νόμου πληρωθῇ, πλεονάσαν τῇ ὑπακοῇ τοῖς μὴ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς σαρκὸς περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πνεύματος, καὶ τὴν ὑφήγησιν. ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς· ὃ δή ἐστι τὸ εὐαγγέλιον, ἕτερος ὢν τῶν προειρημένων νόμων, διὰ τοῦ κηρύγματος εἰς ὑπακοὴν τεθεὶς καὶ ἄφεσιν ἁμαρτημάτων, ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου, νικήσας ἐκ παντὸς τὴν ἁμαρτίαν βασιλεύουσαν, [καὶ] τῆς σαρκός. D

gem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me legi peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Quibus non corpus mortem pronuntiat, sed peccati legem quæ est in membris, in quibus a violato mandato ceu latibulum habet, nec animum ad injustitiæ mortem, variis imaginibus illudendo, trahere desinit. Statim ergo infert: [1] nimirum quæstionem dissolvens declaransque qua morte cuperet liberari, & a quo liberandus esset: [2] [a] *Gratia*, inquit, *Deo per Jesum Christum*. Quippe diligenter animadversum velim: si corpus hoc, ut existimatis, o Aglaophon, mortem dixisset, haudquaquam Christi, ut sui postmodum ab ejusmodi malo liberatoris, mentionem facturum. Alioqui enim quid nobis singulare accessisset Christi adventu? Quid vero omnino Apostolus, quasi Christi præsentia confirmatus, ut Dei beneficio mortem liber evaderet, istud pronuntiasset; cum omnibus, priusquam etiam Christus veniret in mundum, mori contingeret? Itaque, non corpus hoc, o Aglaophon, mortem appellat: sed peccatum quod per cupiditatem in corpore residet; a quo Deus Christi adventu ipsum eripuit. [b] *Lex enim spiritus vitæ in Christo Jesu, liberavit nos a lege peccati & mortis: ut qui suscitavit Jesum a mortuis, propter inhabitantem Spiritum ejus in nobis, vivificet & mortalia corpora nostra, damnato peccato* quod est in corpore, ad abolitionem: *Ut justificatio legis* naturalis, consentanea præcepto, qua trahimur in bonum, [5] ceu recens accensa novoque aucta lumine, refulgeret. *Etenim quod* naturalis *lex* nobis insita *præstare non poterat, qua parte imbecilla erat*, vincente insita corpori cupiditate; confirmavit corroboravitque *Deus, misso Filio suo, carne assumta simili carni peccati*: ut adjudicato neci peccato, ut ne ullos amplius in carne fructus ederet, *justificatio legis* naturæ *impleretur*, obedientiæ merito iis exuberans, qui non ex carnis cupiditate, sed ex spiritus desiderio præscriptoque incederent. *Lex enim spiritus vitæ*, hoc est Evangelium, [6] ab superioribus legibus nova lex, prædicatione, ad obedientiam peccatorumque remissionem posita, a lege nos peccati & mortis, peccato quod in carne regnabat prorsus devicto, liberos fecit.

Ὅτι φησὶ μὴ τρέφεσθαι ἢ αὐξάνειν ἀπὸ τῆς γῆς τὰ φυτά. λέγει γὰρ, διαπορήσαι δ' ἄν τις, πῶς εἰς τὸν ὄγκον ἀναλαμβάνεσθαι δύναται τῶν δένδρων ἡ γῆ μεταλλοιουμένη; ἐχρῆν γὰρ ἅτε τῆς ὑποκειμένης γῆς ἀναρπαζομένης ἀεὶ διὰ τῶν ῥιζῶν, εἰς ὅλην τὴν ἕξιν τοῦ ξύλου τὸν τρόπον, καθ' ὃν τὸ ξύλον βεβλάστηκε, κοιλαίνεσθαι. ὥστε μάταιος αὐτῶν ὁ τοιοῦτος τῆς περὶ τὰ σώματα ῥύσεως ἀναλογισμός. πῶς γὰρ ὅλως ἡ

IV. Plantas, ait [Methodius,] nec ali e terra nec augeri. Nam, inquit, dubitet quispiam, quomodo immutata terra, in tantam arborum amplitudinem assumi possit? Oportebat enim locum in quo arbor excrevit, circumjacente terra, exsugentibus radicibus, in ligni naturam totam subducta, excavari. Quare inanis est illorum talis de corporum fluxu consideratio. Nam quei rogo, se se terra per

a Rom. VII. 25. b Rom. VIII. 2. II. 3. 4.

1. *Nimirum quæstionem dissolvens declaransque &c.*] Ἀμέλει διαλυόμενος. In idem redit apud Epiphanium n. LXII. τὸ διαλεγόμενος: Velut *edisserens*. Schottus vero nescio qua parenthesi totum involvit, jamque repente liberatum Paullum quem hactenus captivitatem querentem habuimus, inducit. E


2. *Gratia Deo*] Habent modo Græca εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ: nec est verisimile fuisse in illis quidquam mutatum: ac nec nostrum interpretem sibi indulsisse, quod heic Schottus, ut grati animi expressionem illam, in beneficii assertionem mutaverit. Crediderim ergo reddidisse, ut Methodiana ad verbum habent; *Gratia Deo*: quod subinde scriptorum imperitia mutato *o* in *i*, *Gratia Dei* factum sit. Nam & Hieronymus quæst. 8. ad Algasiam ita legit, pro quo postea reperit; *Gratias ago Deo*. Plura F. Lucas Brugensis, Estius & alii.

3. Αγλ.] Sirm. Αγλαόφρων, ut paullo post. At Epiphanius [illegible] Αγλαοφῶν.

4. Ἀγαθ. Lege, ut apud Epiph. n. LXII. [illegible]. Et mox δικαίωμα pro ἰδίωμα.

5. *Ceu recens accensa novoque aucta lumine*] Sic multis Methodianam illam paraphrasim circumloqui cogimur: Est ergo τὸ ἐξαφθὲν δικαίωμα *legis* Methodio, quod Paullo, πληρωθέν: Christi nimirum gratia, & nova, præter omnes jam assignatas, Evangelii lege: sine qua, insita illa in bonum propensio, & lex mentis, cæca & insufficiens est. Cornarius non videtur legisse illam vocem; novusque alter Epiphanii interpres, clausam repræsentat, ac ceu inutilem, non redditam transcurrit. Ego cum Photio, potiorem sequentibus apud eumdem Epiphanium arbitror, necessariamque tum ad illorum antithesim, tum ad Paullini textus paraphrasim, cujus versio illa nova plane antiphrasis est. Forte tamen est genuinum magis, αὐξηθέν: quomodo Cornarius videtur legisse.

6. *A superioribus legibus nova lex*] ἕτερος ὢν τῶν προειρημένων νόμων. Non male Schottus: *Quæ alia est ab* [illegible]. Ipsa etiam lege spiritus & mentis [illegible] subsidio advenit. Quare minus apte novus Epiphanii interpres: *Ab superioribus legibus discrepans*: quod videtur contrarium sonare.



γῆ διὰ τῶν ῥιζῶν εἰς τὰς κορμὰς τῶν φυτῶν εἰσδυομένη, καὶ διὰ τῶν πόρων εἰς πάντας αὐτῶν κατακερματιζομένη τὰς κλάδας, εἰς φύλλα καὶ καρπὸν μεταβάλλεται; ἀμήκη μὲν οὖν δένδρα, κέδρος, ἢ πίτυες, ἢ ἐλάται, καὶ πολλὴν φέροντα κατ' ἔτος κόμην καὶ καρπόν. ἰδεῖν [1] γάρ ἐστιν, ὡς οὐδὲν τῆς ὑποκειμένης γῆς [2] εἰς τὸν αὐτῆς ὄγκον τῆς δρυάδος καταναλίσκουσιν. ἔχρην γὰρ, εἰ ἀληθὲς ἦν, διὰ τῶν ῥιζῶν ἀνερχομένην [3] ἀποξυλοῦσθαι τὴν γῆν, ἅπαντα τὸν περὶ αὐτὰ τόπον τῆς γῆς κοιλαίνεσθαι, ὅτι μὴ ἐπιῤῥέειν πέφυκε τὸ ξηρὸν, καθάπερ καὶ τὸ ὑγρὸν, ἀεὶ πρὸς τὸ κινούμενον. ἤδη δὲ καὶ συκαῖ, καὶ ἄλλα τοιαῦτα φυτὰ μνημείων ἐν οἰκοδομήμασι πολλάκις βλαστήσαντα, οὐδὲν εἰς ἑαυτὰ τῆς οἰκοδομῆς ὅλως ἱστοροῦνται κατηναλωκέναι. εἰ γοῦν ἐτῶν πολλῶν συλλογίσασθαί τις τὸν καρπὸν αὐτῶν καὶ τὰ φύλλα βουληθείη, κατίδοι ἂν πολλαπλασίονα τῆς ἐπὶ τῶν μνημείων γῆς τὸν ὄγκον αὐτῶν γεγενημένον. ὅθεν ἀτοπώτατον ἡγεῖσθαι τὴν γῆν εἰς καρπῶν φορὰν μεταβαλλομένην καὶ φύλλα, καταναλίσκεσθαι· κἂν δι' αὐτῆς ἅπαντα [5] γίνεται, ἕδρᾳ αὐτῇ χρώμενοι καὶ τόπῳ. οὐδὲ γὰρ ἄρτος δίχα μύλου, καὶ τόπου, καὶ χρόνου, καὶ πυρὸς γίνεται· καὶ οὐδέν ἐστιν ἢ γίνεται τούτων ὁ ἄρτος. καὶ ἐπὶ ἄλλων μυρίων ὡσαύτως.

Ὅτι τὸ, οἴδαμεν γὰρ ὡς ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, καὶ ἑξῆς· οἱ Ὠριγενισταὶ εἰς ἀναίρεσιν τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως προβάλλονται, σκῆνος τὸ σῶμα, καὶ ἀχειροποίητον ἐν οὐρανοῖς οἰκίαν, τὰ παρ' αὐτῶν πνευματικὰ ἐνδύματα λέγοντες. διό, φησιν ὁ ἅγιος Μεθόδιος, ἐπίγειον οἰκίαν τὴν ἐνταῦθα βραχύβιον ζωὴν καταχρηστικῶς ληπτέον, καὶ οὐ τὸ σκῆνος τοῦτο. εἰ γὰρ ἐπίγειον οἰκίαν καταλυομένην τὸ σῶμα τίθεσθαι αὐτὸν νομίζετε· φράσατε, τὸ σκῆνος τί ἐστιν, οὗ ἡ οἰκία καταλύεται; ἕτερον γὰρ τὸ σκῆνος, καὶ ἄλλο τοῦ σκήνους ἡ οἰκία· καὶ ἕτερον ἡμεῖς, ὧν ἐστι τὸ σκῆνος. ἐὰν γὰρ ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία, φησὶ, τοῦ σκήνους καταλυθῇ· οἷον ἡμᾶς μὲν, τὰς ψυχὰς εἶναι δηλώσας· σκῆνος δὲ, τὸ σῶμα· οἰκίαν δὲ τοῦ σκήνους, τὴν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἀπόλαυσιν τῆς σαρκὸς, τροπικῶς. ἐὰν οὖν ἡ νῦν δὴ αὕτη ἡ τοῦ σώματος ζωὴ δίκην οἰκίας καταλυθῇ, ἕξομεν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀχειροποίητον. ἀχειροποίητόν, φησι, διὰ τὸ χειροποίητον ταύτην λέγεσθαι τὴν ζωὴν, κατὰ ἀντιδιαστολὴν, παρὰ τὸ πάντα ἡμῶν τὰ κοσμήματα καὶ σπουδάσματα τοῦ βίου, χερσὶ παλαμᾶσθαι ἀνθρώπων. τὸ γὰρ σῶμα, δημιούργημα ὑπάρχον Θεοῦ, χειροποίητον οὐ λέγεται, ὅτι μὴ ἐπαλαμήθη τέχναις ἀνθρώπων. εἰ δὲ διότι ὑπὸ Θεοῦ ἐδημιουργήθη, χειροποίητον αὐτὸ λέξουσι, χειροποίητοι ἄρα καὶ αἱ ψυχαὶ, [καὶ] οἱ ἄγγελοι, καὶ τὰ ἐνδύματα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Θεοῦ γὰρ αὐτουργήματα καὶ ταῦτα. τίς οὖν ἐστιν ἡ χειροποίητος οἰκία; ἡ βραχύβιος, ὡς ἔφην, αὕτη ζωὴ, ἡ ἀπ' ἀνθρωπίνων χειρῶν δραματουργημένη. φαγῇ, γάρ φησιν, ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου τὸν ἄρτον σου· ἧς καταλυθείσης, ἐκείνην τὴν ἀχειροποίητον ζωὴν ἔχομεν. καθάπερ καὶ ὁ κύριος εἰπὼν, ἐδήλωσε· ποιήσατε φί-

A radices in plantarum truncos insinuans, perque meatus in omnes earum distributa ramos, in folia & fructus commutetur? Sunt quidem proceræ arbores, cedrus, vel pinus, vel abietes, & multas frondes fructusque quotannis ferunt: plane tamen perspicuum est, nihil eas de subiecta terra [2] in silvescentis substantiæ molem insumere. Oportebat enim, si vere a radicibus adscendens terra, lignesceret, ut omnis circumquaque locus cavaretur; quod nequeat corpus aridum, instar substantiæ humidæ, ad id quod movetur & cedit loco, continuo velut affluxu, contendere. Jam vero etiam [4] ficus videmus aliasque ejusmodi stirpes, exstructis monumentis adnascentes, ut nihil omnino ædificii in se ipsas convertant. Si B quis sane, editos multis annis fructus foliaque colligere statuerit, multis partibus auctiorem molem, terra monumentis aggesta perspexerit. Absurdissimum ergo est, existimare, terram in fructuum ubertatem foliaque consumi; quamquam per hanc fiant omnia, sedem ipsa & locum præstante. Nam neque panis sine mola fit, sine loco, sine tempore & igni: nec tamen horum aliquid est aut fit panis. Quod ipsum in sexcentis aliis contingit.

V. Hoc Paulli: [a] *Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra tabernaculi dissolvatur* &c. Origenistæ ad tollendam corporum resurrectionem proferunt; dicentes, tabernaculum esse corpus; domum autem non manu factam in cælis, quæ illi comminiscun- C tur spiritalia indumenta. Hinc dicit S. Methodius, per terrestrem domum, brevem hanc vitam abusive intelligendam; non vero esse hoc tabernaculum. Si enim, inquit, per terrestrem domum dissolvendam, corpus nostrum ab eo intelligi putatis; quid tabernaculum sit, docete, cujus domus sit dissolvenda? Aliud enim est tabernaculum, aliud tabernaculi domus: & aliud nos, quorum est tabernaculum. *Si enim*, inquit, *terrestris domus nostra tabernaculi dissolvatur*: Velut; esse nos, animas; tabernaculum autem, corpus; tabernaculi vero domum, carnis usuram in vita præsenti, moraliter & sensu spiritali significaverit. Si ergo hæc corporis vita instar domus dissolvatur, habituri sumus domum il- D lam non manu factam in cælis. Vocat *non manu factam*, differentiæ caussa; quod vita hæc, ideo manu facta dicatur, quod omnis ejus cultus & studia, hominum manibus administrentur & gerantur. Nam corpus, cum sit Dei opificium, non dicitur manu factum, quod non sit arte humana manibus efformatum. Quod si ideo corpus dixerint manu factum, quòd illud Deus sit operatus; plane sequitur, ut & animæ, & Angeli, ipsaque in cælis spiritalia indumenta, manu facta dicantur. Nam & illa, suis velut manibus, is ipse operatus, fecit. Quæ est ergo domus manu facta? Utique brevis hæc vita, quemadmodum dicebam, humanis manibus velut affecta & sustentata. Nam, inquit, [b] *In sudore vul-* E *tus tui vesceris pane tuo*: qua dissoluta, immor-

a II. Cor. V. 1. *b* Gen. III. 19.

1. Ἰδεῖν γάρ]. Scrib. ἰδεῖν δέ.


2. *In silvescentis substantiæ molem.*] Εἰς τὸν αὐτὸν ὄγκον τῆς δρυάδος. Schottus *In vastitatem quercus*: quod videtur nonnihil barbarum. Refert proceras arbores proxime relatas, quas contendit, nihil de terra in suam substantiam convertere, quo in molem tantam excrescant: quæ sane doctrina, pace tanti viri, nisi exponatur; ut nihil, pro modico, acceperit, videtur parum philosophica: nec instantiæ omnes aliud evincunt, quam ut valde modicum quid terræ depereat, in arborum frugumque alimoniam, quod subinde aliis crementis instauretur, aut certe minus percipiatur subtractum. Videmus quam paucos cineres, quæ fere terrena substantia in combustibilibus est, ingens silva relinquat: inesse vero plurimum aeris arboribus, indicat levitas, qua etiam aquis supernatant; aquam vero præter alia ostendit earum virens luxuries, maturatumque augmentum, quibus locis aquæ copia manant.

3. Ἀποξ.] Sirm. ἀναξυλοῦσθαι.

4. *Ficus videmus* &c.] Accipere aliquid e parietibus quibus adnascuntur, hujusmodi sive caprificos, sive stirpes alias, præter alia, etiam ruina ostendit, quam tandem ædificio afferunt, disjectis lapidibus intrusisque in locum cæmenti radicibus, ejusque exsucto terreo pinguiore; ut debeat quandoque paries infesta plantatione depurgandus dirui, novusque instaurari; quod ipse Methodius exemplum, in nostram, stirpitus evellendo peccato, mortem, secuturamque resurrectionem, egregie in superioribus deducit.

5. Γίνεται] Al. γίνονται. Et mox forte, χρώμενα.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



λους * ἐκ τῆς ἀδικίας τοῦ μαμμωνᾶ, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. ὃ γὰρ ἐκεῖ σκηνὰς ὁ κύριος ἐκάλεσε, τοῦτο ἐνταῦθα ὁ Απόστολος ἐνδύματα. ὃ δὲ ἐκεῖ, φίλους ἐκ τῆς ἀδικίας ἐνταῦθα καταλυομένας, ὁ Απόστολος, οἰκίας. καθάπερ γοῦν ἐὰν ἐλλείψωσιν αἱ τῆς παρούσης ζωῆς ἡμῶν ἡμέραι, τὰ πρὸς ὑποδοχὴν τὰς ψυχὰς ἡμῶν ὑποδέξονται ἀγαθοεργήματα, ἃ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ ἀδικίᾳ ζωῆς ἐκτησάμεθα, τῷ τὸν κόσμον ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι· οὕτω τῆς ζωῆς καταλυθείσης τῆς ὠκυμόρου, τὴν πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἕξομεν οἴκησιν, αἱ ψυχαί, παρὰ τῷ Θεῷ, [2] εἰς τ' ἀνακαινοποιηθεῖσαν ἡμῖν ἄπτωτον ἀναλάβωμεν τὴν οἰκίαν. ὅθεν καὶ στενάζομεν, μὴ θέλοντες τὸ σῶμα ἀπεκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ τὴν λοιπὴν ἐπενδύσασθαι B ζωήν. τὸ γὰρ οἰκητήριον τὸ ἐξ οὐρανοῦ, ὃ ἐπενδύσασθαι ἐπιθυμοῦμεν, ἡ ἀθανασία ἐστίν· ἣν ἐὰν ἐπενδυσώμεθα, καταποθήσεται πᾶν τὸ ἐν αὐτῇ ὁλοσχερῶς ἀσθενές, ὑπὸ τῆς ἀχρόνου ζωῆς καταναλωθέν, καὶ θνητόν. διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. τουτέστι, διὰ πίστεως γὰρ ἐπιβαίνομεν ἔτι, ἀτρανωτάτῳ λογισμῷ τὰ ἐκεῖ πράγματα κατοπτεύοντες, καὶ οὐ σαφῶς· ὥστε καὶ ὁρᾶν, καὶ ἀπολαύειν, καὶ ἐν αὐτοῖς εἶναι. τοῦτο δέ φημι, ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα κληρονομῆσαι βασιλείαν Θεοῦ οὐ δύνανται, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. σάρκα, φησίν, οὐ τὴν σάρκα αὐτὴν ἐδήλωσεν, ἀλλὰ τὴν ἄλογον πρὸς τὰς μαχλώσας τῆς ψυχῆς ὁρμὴν ἡδονάς. εἰπὼν οὖν, C ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύνανται· ἐπαπεφήνατο, οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. φθορὰ δέ, οὐκ αὐτό ἐστι τὸ φθειρόμενον, ἀλλὰ τὸ φθεῖρον. ἐπικρατήσαντος μὲν γὰρ τοῦ θανάτου, κλίνεται τὸ σῶμα εἰς φθοράν· ἐπιμενούσης δὲ ἔμπαλιν τῆς ζωῆς ἐν αὐτῷ, ἕστηκε μὴ καθαιρούμενον. διὸ ἐπειδὴ μεθόριον τῆς ἀφθαρσίας ἐγενήθη καὶ τῆς φθορᾶς ἡ σάρξ, οὐκ οὖσα οὐδὲ φθορὰ οὐδὲ ἀφθαρσία, ἐκρατήθη δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν ὑπὸ τῆς φθορᾶς, ποίημα τῆς ἀφθαρσίας καὶ κτῆμα ὑπάρχουσα· διὰ τοῦτο γεγένηται εἰς φθοράν. καὶ ἐπεὶ [4] συνεκροτήθη ὑπὸ τῆς φθορᾶς, * καὶ θανάτῳ διὰ παιδείαν παρεδόθη, εἰς νῖκος αὐτὴν τῇ φθορᾷ καθάπερ κληρονομίαν οὐ κατέλιπεν· D ἀλλὰ πάλιν διὰ τῆς ἀναστάσεως νικήσας τὸν θάνατον, ἀπέδωκε τῇ ἀφθαρσίᾳ, ἵνα μὴ κληρονομήσῃ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν, ἀλλ' ἡ ἀφθαρσία τὸ φθαρτόν. ἐπαποκρίνεται γοῦν. δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τὴν ἀθανασίαν. φθαρτὸν δὲ καὶ θνητὸν ἐνδυόμενον ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν, τί ἂν ἕτερον εἴη παρὰ τὸ σπειρόμενον ἐν φθορᾷ, καὶ ἀνιστάμενον ἐν ἀφθαρσίᾳ; ἵνα καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. ἡ γὰρ εἰκὼν τοῦ χοϊκοῦ, ἣν ἐφορέσαμεν· τό, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, ἐστίν. ἡ

A talem illam vitam non manu factam occupamus: quemadmodum ipse Dominus declaravit, cum dixit: [a] *Facite vobis amicos* [1] *de mammona iniquo, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*. Quod enim illic Dominus *tabernacula* vocavit; heic Apostolus vocat *indumenta*. Quod illic *amicos de iniquitate*; heic Apostolus *domos dissolvendas*. Quemadmodum ergo, cum præsentis vitæ nostræ dies defecerint, nostras animas sunt acceptura beneficentiæ merita, si qua, iniqua hac vita, comparavimus; eo iniqua, quod [b] *mundus sit positus in maligno*: ita cito peritura vita hac dissoluta, habitationem apud Deum quæ est ante resurrectionem; [3] ipsi, hoc est animæ, sumus habituri, donec B nobis instauratam domum illam, numquam casuram recipiamus. [c] *Unde & ingemiscimus, eo quod nolumus exspoliari* corpus, *sed* retento illo, vitam reliquam *supervestiri*. Illud enim *de cælo domicilium, quod superindui cupimus*, immortalitatis est: quam cum fuerimus superinduti, *absorbebitur* penitus quidquid in ea infirmum est & *mortale*, *ab* æterna *vita* consumtum. [d] *Per fidem enim ambulamus, & non per speciem*. Hoc est: Nam adhuc per fidem incedimus, statum illum obscurissima consideratione adspicientes, & non clare; ut videre, frui & esse in illo possimus. [e] *Hoc autem dico, fratres; quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt; neque corruptio incorruptionem pos-* C *sidebit*. Carnis nomine, non ipsam carnem significavit, sed brutum appetitum in lascivas animæ voluptates. Ubi ergo dixisset: *quod caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt*; consequenter pronuntiavit; *Neque corruptio incorruptionem possidebit*. Atqui corruptio, non res ipsa est quæ corrumpitur, sed quod corrumpit. Prævalente quidem morte, vergit corpus in corruptionem: contra vero, permanente in eo vita, stat illabefactatum. Quare cum caro inter confinia corruptionis & incorruptionis, ac nec corruptio nec incorruptio facta esset; victa vero propter voluptatem, quamquam incorruptionis opus & possessio, fuisset a corruptione: propterea corruptioni mancipata est. Postquam er- D go victa fuisset a corruptione, mortique [5] propter castigationem tradita, noluit Deus, ceu hereditatem, corruptioni ad victoriam relinquere: sed victa rursum morte per resurrectionem, incorruptioni reddidit, ut ne corruptio incorruptionem; sed magis incorruptio, quod est corruptibile in hereditatem acciperet. Ad hæc itaque respondet Apostolus: [f] *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem; & mortale, immortalitatem*. Corruptibile autem & mortale hoc, induere immortalitatem & incorruptionem, quid aliud sit, quam ut [g] *quod seminatur in corruptione, surgat in incorruptione?* Ut [h] *sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem*

a Luc. XVI. 9. b I. Joan. V. 19. c II. Cor. V. 2. 3. d Ibid. ℣. 7. e I. Cor. XV. 50. f I. Cor. XV. 53. g Ibid. ℣. 42. h Ibid. ℣. 49.

1. *De mammona iniquo*] Ἐκ τῆς ἀδικίας τοῦ μαμμωνᾶ: Velut ex injustitia mammonæ: quod magnam habet expressionem: quamquam habent Græca Luc. ut reddidit noster interpres ἐκ τοῦ μαμμωνᾶ τῆς ἀδικίας: nec forte illud Methodii aliud est quam ὑπερβατόν, qualia passim illius exstant, ac velut affectata.

2. Εἰς τ' ἀνακ.] Editi, ἵστ' ἂν ἀνακ.

3. *Ipsi, hoc est animæ, sumus habituri*] ἕξομεν οἴκησιν, αἱ ψυχαί. Sic paullo inferius n. VII. ἡμεῖς γὰρ οἱ ζῶντες, αἱ ψυχαί ἐσμεν. *Nos qui vivimus, animæ sumus*: velut totum hominem, unam animam Platonice agnoscat, & velit a Paullo significatum: quod nihil Viennensi & Lateranensi conciliis adversatur, pronuntiantibus adversus Averroistas vel etiam Origenianos quos heic Methodius impugnat, ponentes corpus velut omnino extraneum homini, nec a creatione acceptum, sed carceris loco in pœnam E datum; non damnatam plerisque Patribus ἐντελέχειαν illam Aristotelis, velut animæ immortalitati infestam, ac plus justo materiæ immergentem, nec satis absolutam servantem, ceu divinum dogma & ab Spiritu sancto definientibus. Interpres videtur dissimulasse, mutata prima persona in tertiam, *Animæ habebunt*: sed non licuit in reliquis. Ipse tamen palam Methodius initio horum excerptorum, hominem non solam esse animam statuit. Quare heic metonymice loquitur, & denominatione sumta a potiori.

4. Συνεκροτήθη] Scribe συνεκρατήθη ex Rupif.

5. *Propter castigationem*] διὰ παίδευσιν: Rupifucald. habet διὰ παρακοήν. Neutra lectio spernenda: Ut enim fuerit a prævaricatione & inobedientia, castigatio nihilominus fuit, pœnaque inducta, non perdendo homini, sed erudiendo.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 290.

δὲ εἰκὼν τοῦ ἐπουρανίου, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις καὶ A ἡ ἀφθαρσία.

* Ἰουστῖνος δὲ ὁ Νεαπολίτης, ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόῤῥω ὢν τῶν Ἀποστόλων, οὔτε τῇ ἀρετῇ, κληρονομεῖσθαι μὲν τὸ ἀποθνῆσκον· κληρονομεῖν δὲ τὴν [a] ζωὴν, λέγει. καὶ ἀποθνήσκειν μὲν σάρκα, ζῆν δὲ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὁπόταν δὴ σάρκα ὁ Παῦλος, καὶ αἷμα μὴ δύνασθαι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ κληρονομῆσαι, λέγῃ· οὐχ ὡς ἐκφαυλίζων, φησὶ, τῆς σαρκὸς τὴν παλιγγενεσίαν ἀποφαίνεται, ἀλλὰ διδάσκων, οὐ κληρονομεῖσθαι βασιλείαν Θεοῦ, αἰώνιον ὑπάρχουσαν ζωὴν, ὑπὸ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ζωῆς. εἰ γὰρ ἐκληρονομεῖτο ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τοῦ σώματος ζωὴ ὑπάρχουσα, συνέβαινεν ἂν τὴν ζωὴν ὑπὸ τῆς B φθορᾶς καταπίνεσθαι. νῦν δὲ τὸ τεθνηκὸς ἡ ζωὴ κληρονομεῖ, ἵνα εἰς νῖκος καταποθῇ ὁ θάνατος ὑπὸ τῆς ζωῆς, καὶ τὸ φθαρτὸν, τῆς ἀφθαρσίας κτῆμα ἀναφανῇ· ἐλεύθερον μὲν θανάτου καὶ ἁμαρτίας γεγενημένον, δοῦλον δὲ καὶ ὑπήκοον ἀθανασίας· ὅπως τῆς ἀφθαρσίας τὸ σῶμα ᾖ, καὶ μὴ τοῦ σώματος ἡ ἀφθαρσία.

Ὅτι καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες. ὁ ἅγιος Μεθόδιος οὕτω φησί. τουτέστι, αὐτὰ ἡμῶν ταῦτα τὰ σώματα· * ἡμεῖς γὰρ οἱ ζῶντες, αἱ ψυχαί ἐσμεν, οἱ ἀπολαμβάνοντες [3] ἐγερθέντες ἐκ τῆς γῆς τοὺς νεκρούς· ἵνα εἰς ἀπάντησιν ἅμα αὐτοῖς ἁρπασθέντες τοῦ κυρίου, ἐνδόξως ἑορτάσωμεν αὐτῷ τὴν φαιδρὰν τῆς ἀναστάσεως ἑορτὴν, ἀνθ' ὧν αἰωνίους ἡμῶν τὰς σκηνὰς οὐκέτι τεθνηξαμένας ἢ C λυθησομένας ἀπειλήφαμεν.

Ὅτι, φησὶν, ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγώ· ὄρος δέ ἐστιν ὁ Ὄλυμπος τῆς Λυκίας· πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον, περὶ ὃ πύραγνος φυτόν ἐστιν, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύσκιον, ὡς ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον αὐτὸ βεβλαστηκέναι. δι' ἣν τινα οὖν αἰτίαν, εἰ φύσεις εἰσὶ φθαρτῶν, καὶ ὑπὸ πυρὸς καταναλισκομένων σωμάτων, οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀκμαιότερον ὑπάρχει, εἰ τῇ φύσει ἐστὶν εὔκαυστον, καὶ ταῦτα περὶ αὐτὰς αὐτοῦ ῥίζας τοῦ πυρὸς ἐντυφωμένου; κλάδους γοῦν ἐγὼ δένδρων ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἐπέῤῥιψα, καθ' ὃν ἐρεύγεται τὸ πῦρ τόπον, καὶ εὐθέως εἰς φλόγα ἀρθέντες, ἐπεφρώθησαν. D τί οὖν βούλεται τὸ παράδοξον; δεῖγμα τοῦτο τῆς μελλούσης ὁ Θεὸς ἡμέρας καὶ προοίμιον ἔθετο· ἵνα γινώσκωμεν, ὅτι πάντων πυρὶ κατομβρουμένων, τὰ ἐν ἁγνείᾳ σώματα [4] διατρέψαντα καὶ δικαιοσύνῃ, καθάπερ ψυχρῷ ὕδατι ἐπιβήσονται.

Ὅτι, φησὶν, ἐπίστησον δὲ μή ποτε καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης, ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς νεκροὺς τοὺς ἐν αὐτῇ, λέγων· καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς νεκροὺς τοὺς ἐν αὐτοῖς· τὰ ἀπὸ τῶν στοιχείων ἀναδιδόμενα πρὸς ἀποκατάστασιν ἑκάστου μόρια ἐδήλωσε; τὴν μὲν γὰρ θάλασσαν, εἶναι τὴν ὑγρὰν οὐσίαν· ᾅδην δὲ, τὸν ἀέρα, παρὰ τὸ ἀειδές· διὰ τὸ μὴ ὁρᾶσθαι, καθάπερ ἐλέχθη καὶ Ὠριγένει· καὶ θάνατον τὴν γῆν, παρὰ τὸ ἐν αὐτῇ κλίνεσθαι τὸν θνήσκοντα· ὅθεν καὶ E

A *cælestis*. Nam imago terreni quam portavimus, illud est: [a] *Terra es, & in terram reverteris*. Imago autem cælestis, resurrectio est ex mortuis & incorruptio.

VI. [1] Justinus vero Neapolitanus, vir haud longe ab Apostolorum temporibus & virtutibus remotus: quod quidem mortale est, possideri dicit; vitam autem, possidere. Et carnem quidem mori; cælorum autem regnum, vivere. Cum itaque ait Paullus, [b] *non posse carnem & sanguinem, regnum Dei possidere*; non eo, inquit, dicit, ut carnis regenerationem videatur negare; sed ut doceat, non possideri regnum Dei quod est vita æterna, a corpore; sed corpus a vita. Si enim regnum Dei, cum sit vita, a corpore possideretur; eveniret ut B vita a corruptione absorberetur. Nunc contra, id quod est mortuum, a vita possidetur, ut mors in victoria absorbeatur a vita: corruptibileque illud incorruptioni possessio cedat; liberatum quidem a morte & peccato, factum autem immortalitati subjectum & servum; ut corpus quidem, sit incorruptionis; non incorruptio, corporis.

VII. Illud: [c] *Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primum; deinde nos qui vivimus:* sic edisserit S. Methodius. Hoc est: Ipsa nostra hæc corpora: [2] Nos enim qui vivimus, animæ sumus, qui resumimus excitata a terra corpora mortua; ut in occursum Domini, una cum illis rapti, gloriose ipsi celebremus festum resurrectionis: eo quod æterna C nostra tabernacula, numquam amplius interitura vel dissolvenda, acceperimus.

VIII. Vidi, inquit, in Olympo monte Lyciæ, ignem sponte sua in montis cacumine enascentem; juxta quem stirps, Pyragnus nomine, exsistit, adeo florida virens & opaca, ut e fonte potius nata videatur. Quam igitur ob caussam, cum naturæ corruptibiles sint, & corpora ab igne consumantur; hæc nihilominus stirps, non modo non exuritur, sed etiam magis efflorescit, quamvis natura facile exuri possit, præsertim ad ipsius radices igne eructante? Ramos ergo ex circumjacentis silvæ arboribus, in ignem illic erumpentem conjeci; qui subito flammis correpti, in cinerem redacti sunt. Quid ergo D sibi vult hoc miraculum? Signum & indicium futuræ illius diei Deus hoc exhibuit, uti sciamus, fore ut igne obruente omnia ac consumente, corpora quæ in castitate & justitia versata sunt, per ignem incedant haud secus ac per frigidam aquam.

IX. Vide, inquit, utrum non B. Joannes, cum dicit: [d] *Dedit mare mortuos suos, qui in eo erant: & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant;* partes ab elementis redditas ad uniuscujusque reparationem, ostenderit? Ut mare quidem, intelligatur substantia humida: infernus autem, aer, quod obscurus non videatur, quemadmodum Origenes ipse explicat: mors denique, terra accipiatur, E eo quod mortuus in ea reponatur: unde & *pulvis*

a Gen. III. 19. *b* 1. Cor. xv. 50. *c* 1. Thess. iv. 16. *d* Apoc. xx. 3.

1. *Justinus vero Neapolitanus*] Neapoleos, non celebris illius Campaniæ in Italia, sed quæ est Συρίας τῆς Παλαιστίνης, *Syriæ Palæstinæ*, ut Euseb. l. 4. c. 11. Et ut Photius noster in sua hac μυριοβίβλῳ· πατρίδα εἶχε Νεάπολιν, τὴν ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν τελοῦσαν Παλαιστίνης: *Patriam habuit Neapolim, Palæstinæ accensum oppidum*. Sic Latine satis Interpres apud Justinum Parisinæ editionis 1615. utinam æque Christiane in titulo egisset, ac vel non fecisset fucum, vel sibi fieri a Græculo schismatico, prænotante Sanctum, diri schismatis antesignanum, non permisisset. Locum ex quo Methodius ista descripsit, mala numeri adscriptio in Justino celavit.

2. *Nos enim qui vivimus*] Subtilior videtur quam solidior dicti apostolici expositio, satis alioquin difficilis; quo tamen Paullus magni rem sacramenti contineri innuit. Communis expositio, ut loquatur de iis qui tunc superstites erunt, & in eorum pesona: qua de re ibi interpretes.

3. Ἐγερθέντες] Al. ἐγερθέντας.

4. Διατρέψαντα] Cod. Rupif. διατρίψαντα.

a Τὴν ζωὴν] Editi τὸ ζῶν. Fortasse rectius, *Hereditari id quod mortale est dicit, hereditare autem id quod vivit*. Hoc dictum refert inter opera deperdita S. Justini M. doctissimus Maranus pag. 596. ubi hæc adnotat: „ Similis sententia apud Irenæum; qui quidem mihi videtur accuratius dicere *carnem hereditate possideri in regno*, ea in Spiritum sanctum transferens, quæ Methodius de ipso regno cælorum dixit. „

χοῦς ἐκλήθη θανάτου ἐν ψαλμοῖς· εἰς χοῦν θανάτου κατῆχθαι εἰρηκότος Χριστοῦ.

Ὅτι, φησὶ, πᾶν γὰρ τὸ ἐκ καθαροῦ ἀέρος καὶ καθαροῦ πυρὸς συνιστάμενον σύγκριμα, * καὶ τοῖς ἀγγελικοῖς ὁμοούσιον ὑπάρχον, οὐ δύναται γῆς ἔχειν ποιότητα καὶ ὕδατος· ἐπειδὴ συμβήσεται ἔσεσθαι αὐτὸ γεῶδες. τοιοῦτον καὶ ἐκ τούτων τὸ ἀναστήσεσθαι μέλλον σῶμα ἀνθρώπου Ὠριγένης ἐφαντάζετο· [2] ὃ καὶ πνευματικὸν ἔφη.

Ὅτι, φησὶ, ποταπὸν ἄρα [3] ἔσται καὶ σχῆμα τὸ ἀνιστάμενον, εἰ ὅλως τὸ ἀνθρωποειδὲς τοῦτο, ὡς ἄχρηστον ὂν κατ' αὐτὸν, ἐξαφανίζεται· ὃ πάντων ἐστὶ τῶν εἰς ζῶα συγκεκριμένων σχημάτων ἐρασμιώτατον· * ᾧ καὶ τὸ θεῖον χρῆται [5] εἰκόνι, καθάπερ καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος δηλοῖ· ἀνὴρ μὲν γὰρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων· εἰς ὃ καὶ τὰ νοερὰ τῶν ἀγγέλων σώματα διεκοσμήθησαν; ἆρα κυκλοτερὲς, ἢ πολυγώνιον, ἢ κυβικὸν ἢ πυραμοειδές; πλεῖσται γὰρ τῶν σχημάτων αἱ παραλλαγαί· ἀλλὰ τοῦτο ἀμήχανον. οὐκοῦν τίς ἡ ἀποκλήρωσις· τὸ μὲν θεοείκελον σχῆμα· ὁμολογεῖ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁμοειδῆ εἶναι τὴν ψυχὴν τῷ σώματι· ἀπαγορεύεσθαι ὡς ἀκλεέστερον, ἄπουν δὲ καὶ ἄχειρον ἀνίστασθαι;

Ὅτι, φησὶν, ὁ μετασχηματισμὸς, ἡ εἰς τὸ ἀπαθὲς καὶ ἔνδοξόν ἐστιν ἀποκατάστασις. νῦν μὲν γὰρ, * τὸ σῶμα ἐπιθυμίας ἐστὶ καὶ ταπεινώσεως· διὸ καὶ Δανιὴλ ἀνὴρ ἐπιθυμίας [7] ἤκουε. τότε δὲ μετασχηματίσεται εἰς σῶμα ἀπαθές· οὐ τῇ ἐξαλλαγῇ τῆς διακοσμήσεως τῶν μελῶν, ἀλλὰ τῷ μὴ ἐπιθυμεῖν τῶν ὑλικῶν ἡδονῶν.

Ὅτι, φησὶν, ἐξελέγχων τὸν Ὠριγένην· βούλεται τοίνυν ὁ Ὠριγένης, τὴν μὲν αὐτὴν σάρκα οὐκ ἀποκαθίστασθαι τῇ ψυχῇ, τὴν δὲ ποίαν ἑκάστου μορφὴν, κατὰ τὸ εἶδος, τὸ τὴν σάρκα καὶ νῦν χαρακτηρίζον, ἐν ἑτέρῳ πνευματικῷ ἐντετυπωμένην ἀναστήσεσθαι σώματι· ἵνα ἕκαστος πάλιν ὁ αὐτὸς φανῇ κατὰ τὴν μορφήν. καὶ τοῦτο εἶναι τὴν ἐπαγγελλομένην ἀνάστασιν· ῥευστοῦ γὰρ, φησιν, ὑπάρχοντος τοῦ ὑλικοῦ σώματος, καὶ μηδέποτε μένοντος ἐφ' ἑαυτῷ· ἀλλὰ ἀπογινομένου καὶ ἐπιγινομένου περὶ τὸ εἶδος τὸ χαρακτηρίζον τὴν μορφὴν, ὑφ' οὗ καὶ συγκρατεῖται τὸ σχῆμα· ἀνάγκη δὴ τὴν ἀνάστασιν ἐπὶ μόνου εἴδους ἔσεσθαι. . . . .

Εἶτα μετ' ὀλίγον φησίν. οὐκοῦν, ὦ Ὠρίγενες, εἰ ἐπὶ τοῦ εἴδους μόνον προσδοκᾶσθαι διϊσχυρίζῃ τὴν ἀνάστασιν ἐν πνευματικῷ μεταθησομένου σώματι, ἀπόδειξίν τε δοκιμωτάτην τὴν κατὰ τὸν Ηλίαν ἡμῖν ὀπτασίαν καὶ Μωσέα παρέχεις· ὥσπερ ἐκεῖνοι, φάμενος, μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ βίου ἔξοδον ὤφθησαν, οὐχ ἕτερον παρ' ὃ εἶχον εἶδος ἐξ ἀρχῆς διασώζοντες· κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ἡ πάντων [8] ἔσται ἀνάστασις· ὁ Μωσῆς δὲ καὶ Ηλίας, πρὸ τοῦ τὸν Χριστὸν παθεῖν καὶ ἀ-

mortis appellatur in pſalmis [a], Chriſto dicente, *ſe in pulverem mortis deductum eſſe*.

X. Quidquid enim, inquit, ex puro aere & puro igne componitur, ejuſdem [1] cum angelicis concretionibus & corporibus ſubſtantiæ eſt, haudquaquam terræ ac aquæ qualitate præditum eſt; quia neceſſario ipſum eſſet terreſtre. Tale & talibus conſtans, reſurrecturum corpus finxit Origenes, quod etiam ſpirituale appellavit.

XI. Atqui, inquit, quæ ſpecies erit reſurgentis, ſi forma hæc humana, velut ſententia ipſius inutilis, abolenda ſit; longe illa ex omnibus amabilior, quæ in animalia concreſcunt: [4] qua & Numen ipſum ut imagine utitur, quemadmodum etiam explanat ſapientiſſimus Paullus: [b] *Vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago & gloria Dei eſt*: ad quod etiam, intelligendi facultate prædita Angelorum corpora, exornata ſunt & digeſta? Num ergo figura ejuſmodi rotundior erit aut multangula, aut cubica, aut pyramidalis? Variæ enim ſunt figurarum ſpecies: ſed eſt hoc impoſſibile. Ecqua vero diſtributio, ut forma quidem Dei ſimilis (ſimilem enim animam eſſe corpori ipſe quoque fatetur) ceu ignobilior abjiciatur; ſine vero pedibus manibuſque homo reſurgat?

XII. Transformatio, inquit, eſt in ſtatum immunem a paſſione ac gloriæ, in integrum reſtitutio. Nunc quippe [6] *corpus* [c] *deſiderii* eſt & *humilitatis*; unde & Daniel [d] *vir deſideriorum* appellatus eſt: tunc autem transfigurabitur in corpus impaſſibile; non membrorum ornatu mutato, ſed corporalium voluptatum extincto deſiderio.

Tum ait, coarguens Origenem: Exiſtimat itaque Origenes, non eamdem animæ carnem inſtauratum iri; ſed fore, ut qualis eſt ſingulorum forma in ſpecie, quæ & modo carnem ceu obſignat diſtinguitque, ſpiritali alii corpori impreſſa, reſurgat; ut iterum idem quiſque, ſecundum ſpeciem formamque appareat: atque hanc eſſe promiſſam nobis reſurrectionem. Cum enim, inquit, corpus materiale fluxum ſit, neque in ſe ipſo umquam conſiſtat, ſed decedat accedatque circa ſpeciem diſtinguentem formam, qua etiam figura continetur; plane neceſſarium conficitur, ut reſurrectio in ſola ſpecie & forma fiat.

XIII. Deinde poſt pauca dicit: Si igitur, o Origenes, reſurrectionem in ſola ſpecie & forma, in ſpiritale corpus mutata, exſpectandam contendis, & viſionem Eliæ & Moſis pro certiſſima nobis demonſtratione exhibes: quemadmodum illi, inquis, poſt mortem, non alia quam viventes olim habebant, ſpecie formaque apparuerunt; ita & nos omnes reſurgemus. Atqui Moſes Eliaſque, jam ante Chriſti paſſionem ac reſurrectionem, formam hanc quam

a Pſal. xxi. 16. b 1. Cor. xi. 7. c Philipp. III. 21. d Dan. ix. 23.

1. *Cùm angelicis concretionibus & corporibus*] Refert enim τὸ σύγκριμα ex aere & igne; puris illis, ab impuriorum terræ & aquæ mixtione: quale plurimi veteres angelicum σύγκριμα & corpus poſuerunt; quos etiam Cajetanus ad cap. vi. ad Epheſ. ſecutus eſt, in hoc ipſe minime ſequendus. Hic ipſe Origenis error, ille Eutychii Patriarchæ videtur, negantis olim tractabilem corporum reſurrectionem; quo eum errore, Gregorius noſter, ut eo nihil ei deceſſerit ſanctitatis, abſolvit. Sic paſſim, ſucceſſione temporum, recrudeſcunt potius veteres hæreſes, quam novæ oriantur: quod utinam paullo ſuperius, noſtrumque ipſum ævum, in tanta hæreſeon colluvie non eſſet expertum.

2. Ὃ καὶ πνευματικὸν ἔφη] Editi, ὃ πν. ἴσως.

3. Ἔσται] Al. ὃ ἐστι.

4. *Qua & numen ipſum ut imagine utitur*] Omiſit interpres vel librarius τῷ εἰκόνι vel εἰκόνα: quod utrumque probatum eſt. Utitur, inquam; non quaſi [illegible] ſit figurabile; ſed tamquam velit perfectiſſimo repræſentari in quolibet vel ſexu vel genere: qua eadem ratione, incorporeos Angelos nobiſque natura præſtantes, non niſi virili exhibemus figura. De quibus tamen velut corporeis Methodius noſter, noſtro ſtatim modo; attributa, ratione etiam corporis, imagine, philoſophatur.


5. Εἰκόνι] Sirm. εἰκόνα.

6. *Corpus deſiderii & humilitatis*] Alterum habet Paullus *Philipp.* iii. 21. alterum ipſe aliique paſſim inſinuant, dum carnis & corporis deſideria loquuntur: vixque niſi in malam partem. At in Daniele, ſummæ virtutis probatio eſt, ut *Vir deſideriorum* audierit: quamquam nec ipſe male affertur in exemplum; ſunt enim etiam ejuſmodi cordis contriti ſancta deſideria, aliena ab ſupera illa ἀπαθείᾳ, & ſtatu gloriæ, quo ſola eſt, vel ut ſola beata deſiderata poſſeſſio.

7. Ἤκουε] Al. ἤκουσε.

8. Ἔσται ἀνάστ.] Al. [illegible]

SAECUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



A κατέστηναι, ἤδη τὸ εἶδος τοῦτο, ὅ φὴς, ἔχοντες ἀνέστησαν καὶ ὤφθησαν· πῶς δὴ ἔτι ὁ Χριστὸς πρωτότοκος εἶναι τῶν νεκρῶν, ὑπὸ τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀποστόλων ᾄδεται; εἰ γὰρ πρωτότοκος τῶν νεκρῶν Χριστὸς εἶναι πεπίστευται, πρωτότοκος δέ ἐστι τῶν νεκρῶν ὁ πρὸ πάντων ἀναστάς· ὁ δὲ Μωσῆς ἤδη καὶ πρὸ τοῦ τὸν Χριστὸν παθεῖν, ἔχων τὸ εἶδος τοῦτο ἐφάνη τοῖς ἀποστόλοις, περὶ ὃ πληροῦσθαι φὴς αὐτὸς τὴν ἀνάστασιν· * οὐκ ἄρα τοῦ εἴδους, χωρὶς τῆς σαρκός ἐστιν ἡ ἀνάστασις. ἤτοι γὰρ τοῦ εἴδους ἐστὶν, [2] ὡς παρεγγυᾷς, μόνου ἡ ἀνάστασις, * καὶ οὐ δύναται ἔτι πρωτότοκος εἶναι ὁ Χριστὸς τῶν νεκρῶν, τῷ, πρὸ αὐτοῦ ἐχούσας τοῦτο μετὰ τὴν τελευτὴν τὸ εἶδος πεφηνέναι ψυχάς· ἢ πρωτότοκος ἀληθῶς ὥσπέρ ἐστι, καὶ ἀδύνατον ὅλως ἠξιῶσθαι πρὸ αὐτοῦ τινας τῆς εἰς τὸ μὴ αὖθις ἀποθανεῖν ἀναστάσεως. B εἰ δὲ ἀνέστη οὐδεὶς πρὸ αὐτοῦ, οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Μωϋσέα καὶ τὸν Ηλίαν σάρκας μὲν ἔχοντες τοῖς ἀποστόλοις οὐκ ὤφθησαν, μόνον δὲ τὸ εἶδος· ἡ ἄρα ἀνάστασις ἐπὶ τῆς σαρκὸς προφανῶς δηλοῦται. καὶ γὰρ ἀτοπώτατον ἐπὶ μόνου τοῦ εἴδους τὴν ἀνάστασιν διορίζεσθαι, * ὁπότε αἱ ψυχαὶ, καὶ μετὰ τὴν σαρκῶν ἔξοδον, οὐδέποτε φαίνονται τὸ εἶδος, ὅ φησιν ἀνίστασθαι, ἀποτιθέμεναι. εἰ δὲ [4] συμπαρέσται αὐταῖς τοῦτο ἀναφαίρετον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῇ Μωσέως καὶ Ηλίου ψυχῇ· καὶ οὔτε φθείρεται, κατὰ σὲ, οὔτε ἀπόλλυται, σὺν αὐταῖς πανταχοῦ συμπαρόν· οὐκ ἄρα τὸ εἶδος ἀνίσταται, ὃ μηδέ ποτε πέπτωκεν.

Ἐὰν δέ τις δυσχεραίνῃ· καὶ πῶς δὴ ἀποκριθῇ, C εἰ μηδεὶς ἀνέστη πρὸ τοῦ κατελθεῖν εἰς τὸν ᾅδην τὸν Χριστὸν, ἀναστάντες ἤδη τινὲς ἱστορήθησαν πρὸ αὐτοῦ· ἐν οἷς τῆς Σαραφθίνης χήρας ὁ υἱὸς, καὶ τῆς Σουμανίτιδος, καὶ ὁ Λάζαρος; λεκτέον· ἀλλ' οὗτοι εἰς τὸ καὶ αὖθις ἀποθανεῖν ἀνέστησαν· ἡμεῖς δὲ περὶ τῶν μηκέτι μετὰ τὴν ἔγερσιν διοριζόμεθα τεθνηξομένων. ἐὰν δὲ καὶ περὶ τῆς ψυχῆς διαπορήσας φράσῃ τοῦ Ηλίου, ὡς τῶν μὲν γραφῶν ἀνειλῆφθαι αὐτὸν λεγουσῶν ἐν σαρκὶ, ἡμῶν δὲ ἀσύμπλοκον σαρκὸς τοῖς ἀποστόλοις ὦφθαι φασκόντων· λεκτέον, ὅτι καὶ μὴν μᾶλλον τὸ λέγειν αὐτὸν ὦφθαι τοῖς ἀποστόλοις ἐν σαρκὶ, πρὸς ἡμῶν ἐστι. δείκνυται γὰρ καὶ διὰ τοῦτο, ἀφθαρσίας ἡμῶν ὑπάρχον τὸ σῶμα δεκτικὸν, καθάπερ ἐδείχθη καὶ ἐπὶ τοῦ Ενὼχ μετατιθεμένου. εἰ μὴ γὰρ ἀφθαρσίαν D ἠδύνατο δέξασθαι, οὐκ ἂν οὐδὲ διέμενεν ἐν ἀπαθείᾳ, τοσούτῳ χρόνῳ. * εἰ τοίνυν ὤφθη μετὰ τοῦ σώματος, καὶ ἣν τελευτήσας μὲν, ἀναστὰς δὲ ἤδη ἐκ

A ais, habentes resurrexerunt & apparuerunt: quei ergo Christus, [a] *primogenitus mortuorum*, prophetico apostolicoque præconio celebratur? Nam si Christus primogenitus mortuorum creditus est, est vero primogenitus mortuorum, qui omnes resurgendo præcessit: Moses autem jam ante Christi passionem ea forma Apostolis visus est, in qua resurrectionem implendam dicis: [1] utique sequitur, ut forma non resurgat sine carne. Nam vel resurrectio solius, ut doces, formæ est; * eoque nequit jam Christus esse primogenitus mortuorum, quod ea forma ante ipsum apparuerint defunctorum animæ: aut re vera, primogenitus est, ut est; tumque, nullo prorsus modo, ut aliqui ante ipsum eam consecuti sint resur- B rectionem, qua ne amplius morerentur, fieri potest. Quod si nemo ante illum resurrexit; Moses autem & Elias non induti carnem, sed solam formam habentes apparuerunt Apostolis: perspicue futura in carne resurrectio ostenditur. Enimvero absurdissimum est, ut in sola forma resurrectio definiatur, [3] cum palam sit, animas, postquam etiam sunt carne egressæ, speciem illam formamque quam ait resurrecturam, numquam deponere. Quod si illa irrevocabilis adest, ut in anima Mosis & Eliæ; ac neque, ut existimas, corrumpitur peritve, ubique indivise adhærens; plane sequitur, non resurgere formam ejusmodi quæ numquam cecidit.

XIV. Quod si quis indigne ferens, dicat: Si ne- C mo, prius quam Christus ad inferos descenderet, resurrexisse; quomodo referuntur aliqui ante ipsum surrexisse; inter quos, [b] filius viduæ Sareptanæ, & [c] Sunamitidis filius, itemque [d] Lazarus? Respondendum; ita resurrexisse, ut iterum essent morituri: nos autem de iis pronuntiamus, qui post resurrectionem numquam sunt morituri. Quod si etiam de anima Eliæ dubius dixerit; quasi Scripturis affirmantibus illum in carne assumtum esse, nos autem doceamus illum Apostolis absque carne apparuisse: respondendum; atqui, quod apparuisse Apostolis in carne dicamus, huic nostræ sententiæ magis favet. Res enim, corpus quoque nostrum capax esse immortalitatis probat, sicut & fuit probatum D [e] in Enoch translato. Si enim incorruptionis capax non esset, haudquaquam tanto tempore, immune a corruptionis labe mansisset. [5] Si quidem ergo appa-

* Σχόλ. σημείωσαι. οὐ παρὰ τοῦτο· καὶ γὰρ εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τοῦ εἴδους, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ συνθέτου σώματος τείνεται, οὐδὲν ἧττον, τὸ αὐτὸ ἕπεται, ἢ τὸ αὐτό. τὸ μὲν γὰρ ἔχει λύσιν, ὅτι πάλιν θνήξει, ὅπως οὐκ ἔστι κυρίως ἀνδριάντος ἀνάστασις· τὸ οὔ· εἴπερ τὸ εἶδος οὐ θνήξει πάλιν, ὅτι μηδ' ὅλως θνήσκει.

* *Scholion*. Not. Esse hoc minoris momenti. Quamquam enim non de specie & forma, sed de composito corpore contendat; nihil minus sequitur hoc vel illud. Alterum quidem eo solvitur, quod illud iterum moriturum sit; quomodo non proprie & absolute statua resurgit: alterum autem nequit solvi; siquidem non potest forma iterum esse moritura, cum nullo modo moriatur.

a Apoc. I. 5. *b* III. Reg. XVII. 22. *c* IV. Reg. IV. 35. *d* Joan. XI. 44. *e* Gen. V. 24.

1. *Utique sequitur, ut forma non resurgat sine carne*] Οὐκ ἄρα τοῦ εἴδους, χωρὶς τῆς σαρκός ἐστιν ἡ ἀνάστασις. Clara conclusio, quam Schottus male assumtionem facit: sequensque dilemma assumtionis specie obscurat plane & confundit; ut vero reddidimus, nihil habet difficultatis; ipseque se ipsum Methodius, quam ἐπιχειρηματικὸς sit nervosusque argutor, ostendit. Ubique in istis τὸ εἶδος, est velut distinctiva proprietas, qua possit dici & agnosci, hic talis, Petrus, Paullus: ipse idem qui fuerat in carne; quomodo fuerunt agniti Moyses & Elias: divesque Lazarum agnovit. Explicat non procul a fine ipse Methodius.

2. Ὡς παρεγγυᾷς] Al. ὥσπερ ἐγγυᾷς.

3. *Cum palam sit, animas &c.*] Crassius loquitur de animabus, tamquam velit suum illud spiritale corpus, in quo resurrecturas volebant Origeniani, numquam deponere; eoque fictitiam esse in eo resurrectionem, vel jam esse factam; ut ii olim docebant quos Paullus tradidit satanæ 2. *Tim.* 1. v. 15. ut doceret non blasphemare. Possent nihilominus hæc exponi ut ad hominem dicta; nisi sequentia obstarent in quibus est expressior: quamquam non magnum videatur, ut qui Angelis ætherea corpora E & spiritalia affingit, etiam animabus affingat, quæ sunt minus spiritales: quomodo etiam alii plures, iique perquam alieni a damnatis erroribus Origenis in materia animarum, videntur sensisse. Num sit modo error in fide, ista sive de Angelis sive de humanis animabus sententia, controvertunt Theologi 1. p. q. 50. Mitiorem ego & negantem cum nostris Caranza, Sixto, Cajetano exque aliis Meratio &c. amplexatus fuerim, nullo adhuc occurrente, ubi is satis sit expressus, vel ex intentione damnatus error: Patribus Lateranensibus, alio plane, & ad prædamnatas Origenis hæreses, non ad Patrum opiniones hactenus obtinentes, respicientibus: qua de re videndus ad primam de creat. vere Angelus pacis, Præceptor Angelicus.

4. Συμπαρέσται] Forte συμπάρεστι.

5. *Si quidem ergo apparuit cum corpore*] Clara conclusio: ut sive in corpore, sive sola anima, sive adhuc superstes, sive redivivus visus sit Elias, nihil ejus apparitio obsit speratæ resurrectioni carnis. Schottus aliter effert, velut mortuum affirmet Methodius: quod re ipsa non facit; sed permittit Origeni quidquid malit, ejusque undequaque inconsonum dogma arguit. Spectat huc scholion, quod paullo ante, secuti notas Hœschelii adscripsimus,

νεκρῶν ἐδέπω. καὶ ταῦτα ἵνα δὴ συγχωρήσωμεν τῷ Ὠριγένει, καθ' ἑαυτὸ τὸ εἶδος λέγοντι μετὰ τὴν τελευτὴν ἀποζευγνύμενον ἀπὸ τοῦ σώματος τῇ ψυχῇ δίδοσθαι, ὅπερ ἐστὶν ἁπάντων ἀδύνατον, * τῷ προαπόλλυσθαι τὸ εἶδος τῶν σαρκῶν ἐν ταῖς ἀλλοιώσεσι, καθάπερ καὶ τὸ σχῆμα τοῦ συγχωνευομένου ἀνδριάντος πρὸ τῆς διαλύσεως τοῦ ὅλου. ὅτι μὴ δύναται χωρίζεσθαι καθ' ὑπόστασιν ἀπὸ τῆς ὕλης ἡ ποιότης· χωρίζεται μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀνδριάντος χωνευθέντος ἡ περὶ τῷ χαλκῷ μορφὴ ἀφανιζομένη, οὐ μὴν ὑφεστῶσα ἔτι κατ' οὐσίαν.

Ἐπεὶ δὲ λέγεται, ἐν τῷ θανάτῳ τὸ εἶδος χωρίζεσθαι ἀπὸ τῆς σαρκός· φέρε, τὸ χωριζόμενον ποσαχῶς λέγεται χωρίζεσθαι, ἐπισκεψώμεθα. λέγεται τοίνυν χωρίζεσθαί τι ἀπό τινος, ἢ ἐνεργείᾳ καὶ ὑποστάσει, ἢ ἐπινοίᾳ· ἢ ἐνεργείᾳ, οὐ μὴν καὶ ὑποστάσει. ὡς εἰ πυροὺς τις καὶ κριθὰς μεμιγμένα χωρίσειεν ἀπ' ἀλλήλων· ᾗ μὲν γὰρ κατὰ κίνησιν χωρίζεται, ἐνέργεια λέγεται· ᾗ δὲ χωρισθέντα ὑφέστηκεν, ὑποστάσει λέγεται κεχωρίσθαι. ἐπινοίᾳ δὲ, ὅταν τὴν ὕλην ἀπὸ τῶν ποιοτήτων χωρίζωμεν, καὶ τὰς ποιότητας ἀπὸ τῆς ὕλης. ἐνεργείᾳ δὲ, οὐ μὴν καὶ ὑποστάσει· ὅταν χωρισθέν τι ἀπό τινος μηκέτι ὑπάρχοι, ὑπόστασιν οὐσίας οὐκ ἔχων. γνοίη δ' ἄν τις καὶ ἐν τοῖς χειροτεχνήμασι ὡς ἔχει, ἀνδριάντα ἰδὼν, ἢ ἵππον χαλκοῦν. ταῦτα γὰρ λογιζόμενος, ὄψεται τὴν ἔμφυτον μορφὴν διαλλάττοντα· εἰς δὲ ἑτέραν ὄψιν [2] μεθιστάμενα ὑφ' ἧς τὸ ξυγγενόμενον εἶδος ἀφανίζεται. εἰ γάρ τις τὰ ἔργα τὰ σχηματιζόμενα εἰς εἶδος ἀνθρώπου ἢ ἵππου συντήκοι, εὑρήσει τὸ μὲν τοῦ σχήματος εἶδος ἀφανιζόμενον, αὐτὴν δὲ τὴν ὕλην μένουσαν· ὥστε ἀσύστατον τὸ λέγειν, τὸ μὲν εἶδος ἀνίστασθαι ἠμαυρωμένον μηδὲν, τὸ δὲ σῶμα ἐν ᾧ ἦν τὸ εἶδος ἐντετυπωμένον, διαφθείρεσθαι.

Ἀλλὰ ναί, φησιν· ἐν πνευματικῷ γὰρ μετατεθήσεται σώματι. οὐκοῦν ἀνάγκη, τὸ μὲν εἶδος ἰδίως ὁμολογεῖν αὐτὸ τὸ πρῶτον μὴ ἀνίστασθαι, τῷ συνηλλοιῶσθαι αὐτὸ συμφθῖνον τῇ σαρκί. κἂν γὰρ ἐν πνευματικῷ μεταπλασθῇ σώματι, αὐτὸ μὲν ἰδίως τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἐκεῖνο οὐκ ἔσται, ὁμοιότης δέ τις ἐκείνου ἐν λεπτομερεῖ μεταπεπλασμένη σώματι. εἰ δὲ μήτε τὸ εἶδος τὸ αὐτὸ· μήτε τὸ σῶμα ἀνίσταται, ἀλλ' ἕτερον ἀντὶ τοῦ προτέρου. τὸ γὰρ ὅμοιον, * ἕτερον τοῦ ἑαυτῷ ὁμοίου ὂν, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ πρῶτον, πρὸς ὃ ἐγένετο, εἶναι οὐ δύναται.

Ὅτι εἶδός φησιν εἶναι, τὸ τὴν ταυτότητα τῶν μελῶν ἐν τῷ χαρακτῆρι τῆς μορφῆς ἑκάστου ἐμφαῖνον.

Ὅτι τὸ παρὰ τοῦ προφήτου Ἰεζεκιὴλ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν ῥητὸν εἰρημένον, τοῦ Ὠριγένους ἀλληγοροῦντος, καὶ εἰς τὴν τῶν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωτισθέντων Ἰσραηλιτῶν ἐπάνοδον ἐκβιαζομένου εἰρῆσθαι, ἐξελέγχων μετὰ πολλὰ ὁ ἅγιος, καὶ τοῦτό φησιν· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐτοὶ πρὸς ἐλευθερίαν ἀνέσφηλαν καθαρὰν, οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν καταχρατήσαντες [4] ἐξουσιαστικώτερον κατῴκησαν τὴν Ἱερουσαλήμ. εἰργοῦντο γοῦν ὑπὸ τῶν [5] ἀλλοεθνῶν πολλάκις οἰκοδομῆσαι θελήσαντες [6] μᾶλλον. ὅθεν καὶ ἐν μϛʹ. αὐτὸν καὶ ἓξ ἔτεσι μόλις ἠδυνήθησαν δειμασθαι, τοῦ Σολομῶντος ἐν ἑπταετῇ χρόνῳ ἐκ θε-

A ruit cum corpore; eratque mortuus; at non velut jam ex mortuis resurrexisset. Et hæc ut demus aliquid Origeni, qui ipsam per se formam, post mortem a corpore sejunctam, animæ reddi dicit, quod præ omnibus minus videtur possibile; [1] eo quod in alterationibus, prior forma quam carnes corrumpatur; ut & figura fusæ statuæ, priusquam totum dissolutione intereat. Non enim potest qualitas a materia separari, ita ut per se exsistat: separatur quidem a fusa statua quæ in ære est, deleta forma, sic tamen ut non amplius secundum substantiam subsistat.

XV. Quia vero forma a carne in morte separari dicitur; age, quot modis unum ab altero separari dicatur, videamus. Dicitur ergo unum ab alio separari,
B vel actu & subsistentia, vel cogitatione: Vel actu, non item subsistentia. Ut si quis triticum & hordeum mixta inter se, secernat: quatenus quidem per motum separantur, dicitur separatio actu atque re; quatenus vero separata seorsim subsistunt, dicitur separatio, subsistentia. Cogitatione autem & ratione, velut si materiam a qualitatibus separemus, ac qualitates a materia. Actu denique, at non subsistentia; cum separatum aliquid ab alio, non amplius fuerit, non habens quo subsistat. Noverit ut hæc habeant etiam in mechanicis, si quis statuam equumve ære fusum adspiciat. Videbit enim, dum advertat animum, ut immutent formam innatam, atque in figuram aliam a qua deleatur forma con-
C genita, transferant. Nam si quis signa in hominis aut equi figuram effigiata conflaverit; formæ quidem figuram extinctam, materiam vero superstitem inventurus est. Itaque absurdum est, ut quis formam quæ nihil fuit extincta resurrecturam dicat; corpusque cui illa fuit impressa, corruptum iri contendat.

XVI. Maxime enimvero, inquit; transferetur enim in corpus spiritale. Ergo fateri necesse est, eamdem proprie formam primam non resurgere, eo quod mutata sit & corrupta, una cum carne. Etsi enim in spiritale corpus translata sit: ipsa tamen eadem non erit primum proprie subjectum, sed quædam illius in subtili corpore transformata similitudo. Si autem non eadem forma; nec idem corpus resurgit, sed aliud
D pro alio. Nam simile, [3] cum sit aliud ab eo quod ipsi simile est, illud ipsum primum, ad quod fuit factum & quod imitatur, esse non potest.

XVII. Ait εἶδος & formam esse, quod membrorum identitatem, in figura formæ propriisque uniuscujusque distinctivis, exhibet.

XVIII. Exponente Origene sensu allegorico, quod ab Ezechiele propheta dictum fuit, de resurrectione, atque ad Israelitarum e Babylonica captivitate reditum detorquente, post multa, eum arguens Sanctus, hoc adjicit: Ac neque ipsi Judæi plenam sinceramque libertatem assecuti sunt; neque majori potestate devictis hostibus, Jerosolymam incoluerunt: ac cum sæpius statuissent templum ædificare, ab aliis
E gentibus prohibiti sunt. Unde etiam vix illud intra annos XLVI. absolverunt, cum Salomon annis septem a fundamentis excitatum perfecisset. Quid ve-

adscribente heic apographo Sirmundi; estque ejus sensus facilis, si quis eum ipso Methodiano textu, ut fuit a nobis redditus, vel ut ipse habet, contulerit.

1. *Eo quod in alterationibus prior forma &c.*] Τῷ προαπόλλυσθαι τὸ εἶδος τῶν σαρκῶν· vel ut Sirm. σαρκικῶν· eodem sensu. Arguit contra formam illam Origenianam, ut non possit illa restitui animæ, carne peremta, cum pereat ipsa prior carne, in qua velut subsistebat, eo modo quo figura & forma equi in ære. Male ergo Schottus *Eo quod forma carnis &c.* pluraque alia quisque perspexerit minus apte vel fideliter reddita.

2. Μεθ. ὑφ' ἧς] Al. μεθιστάμενος, ἐφ' ἧς.


3. *Cum sit aliud ab eo &c.*] Sic plane legendum, ἕτερον τοῦ ἑαυτῷ ὁμοίου, ὂν, suadet ipse contextus & inducta probatio; quæ aliter concepta, inepta est. Valet vero in creatis, ubi nulla forma, multis re vera & individue communis est. In divinis est saltem alter alteri similis, eoque singularis quædam similitudo, quam aptius indentitatem dicimus. Græci ὁμοουσιότητα: ταυτότητα vero, ut qua Sabellianismus explicetur, omni extremorum distinctione sublata, reprobat Epiphanius. De hac divina excellenti similitudine, pauca quædam ad novam Catechesin Basilii, in vita ipsius, auctore Amphilochio nostro.

4. Ἐξουσιαστικώτερον] H. St. ἐξουσιαστικώτεροι.

5. Ἀλλοεθνῶν] H. St. ἄλλων ἐθνῶν.

6. Μᾶλλον] Leg. ναόν.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



μελίων αὐτὸν συμπληρώσαντος. ϰ̀ τί χρὴ λέγειν; ἀπὸ γὰρ δὴ Ναβυχοδονόσορ, ϰ̀ τῶν μετ' αὐτὸν Βαβυλῶνος βασιλευσάντων, ἄχρι τῆς Περσῶν ἐπὶ τὺς Ασσυρίας καθόδυ, τῆς τε Αλεξάνδρου ἡγεμονίας, ϰ̀ τῦ Ρωμαίων τῦ πρὸς τὺς Ιυδαίυς συῤῥαγέντος πολέμυ, ἑξάκις κατεςράφησαν ὑπὸ τῶν πολεμίων τὰ Ιεροσόλυμα. ϰ̀ τῦτο Ιώσηππος ἱςορεῖ λέγων· [1] ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανῦ ἡγεμονίας. ἁλῦσα δὲ ϰ̀ πρότερον πεντάκις, τῦτο δεύτερον ἠρημώθη. Ασωχαῖος μὲν γὰρ ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς, ϰ̀ μετ' αὐτὸν Αντίοχος, ἔπειτα Πομπήιος, ϰ̀ ἐπὶ τύτοις σὺν Ηρώδῃ Σώσιος ἑλόντες, [2] ἐνέπρησαν τὴν πόλιν. πρὸ δὲ τύτων, ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς κρατήσας, ἠρήμωσεν αὐτήν.

A ro necesse ſit plura dicere cum a Nabuchodonoſore, & ſucceſſoribus ejus in Babylone regnantibus, uſque ad Perſarum in Aſſyrios expeditionem & Alexandri imperium & bellum cum Romanis commiſſum, ſexies ab hoſtibus Jeroſolyma in poteſtatem redacta ſint. Narratque Joſephus, dicens: [*Capta eſt Jeroſolyma*] *anno ſecundo Veſpaſiani imperatoris. Capta & ante jam quinquies, tunc iterum vaſtata eſt. Aſochæus enim Ægypti rex, & hujus ſucceſſor Antiochus; deinde Pompejus; & poſt hos cum Herode Soſius, captam urbem* [2] *ſervavere. Ante vero rex Babyloniorum ea potitus, exciderat.*

Οτι Ωριγένης τάδε φησί. περὶ δὲ τῦ Λαζάρυ ϰ̀ τῦ πλυσίυ ἀπορεῖσθαι δύναται· τῶν μὲν [3] ἁπλυςέρων οἰομένων ταῦτα λελέχθαι, ὡς ἀμφοτέρων μετὰ τῶν σωμάτων λαμβανόντων τὰ ἄξια τῶν (ἐν) τῷ βίῳ πεπραγμένων· τῶν δὲ ἀκριβεςέρων· [4] ἐπεὶ μετὰ τὴν ἀνάςασιν ὐδεὶς ἐν βίῳ καταλείπεται, ὐκ ἐν τῇ ἀναςτάσει οἰομένων ταῦτα γεγονέναι. λέγει γὰρ ὁ πλούσιος, ὅτι πέντε ἀδελφὺς ἔχω, καὶ ἵνα μὴ ἔλθωσιν εἰς τὸν τόπον τῦτον τῆς βασάνυ, πέμψον Λάζαρον ἀπαγγέλλοντα αὐτοῖς τὰ ἐνταῦθα. καὶ διὰ τῦτο ζητούντων τὴν γλῶσσαν, καὶ τὸν δάκτυλον, καὶ τὺς κόλπους Αβραὰμ, καὶ τὴν [5] ἀνάκλησιν, καὶ τάχα τὸ τῆς ψυχῆς ἅμα τῇ ἀπαλλαγῇ σχῆμα ὁμοειδὲς ὂν τῷ παχεῖ καὶ γηΐνῳ σώματι, δύναται οὕτω λαμβάνεσθαι. εἴ ποτε οὖν ἱςόρηταί τις τῶν κεκοιμημένων φαινόμενος, [6] ὁμοίως ἑώραται τῷ ὅτε τὴν σάρκα εἶχε, σχήματι. εἶτα, ἀλλὰ [7] καὶ ὁ Σαμυὴλ φαινόμενος, ὡς δῆλόν ἐςιν ὁρατὸς ὢν, παρίςησιν ὅτι σῶμα περιέκειτο· μάλιςα ἐὰν ἀναγκασθῶμεν ὑπὸ τῶν ἀποδείξεων τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἀσώματον εἶναι, ϰ̀ [8] ταύτην ἀποφήνασθαι. ἀλλὰ καὶ ὁ κολαζόμενος πλούσιος, καὶ ὁ ἐν κόλποις Αβραὰμ πένης ἀναπαυόμενος, πρὸ τῆς παρουσίας τῦ σωτῆρος, καὶ πρὸ τῆς συντελείας τῦ αἰῶνος· καὶ διὰ τῦτο πρὸ τῆς ἀναςάσεως λεγόμενοι, ὁ μὲν ἐν ᾅδου κολάζεσθαι, ὁ δὲ ἐν κόλποις Αβραὰμ ἀναπαύεσθαι, διδάσκουσιν ὅτι ϰ̀ νῦν [9] τῇ ἀπαλλαγῇ, σώματι χρῆται ἡ ψυχή. πρὸς ταῦτα ὁ ἅγιος τάδε φησί· σχῆμα ἄλλο ὁμοειδὲς τῷ

XIX. Hæc, inquit, ait Origenes. Atqui poteſt moveri dubium de Lazaro & divite. Aliis quidem B ſimplicius dictum putantibus, quaſi ambo in corporibus, digna factis in vita receperint: aliis autem ſubtilius; [4] cum poſt reſurrectionem nullus in vita relinquatur; non exiſtimantibus hæc in reſurrectione contigiſſe. Nam ait dives: [a] *Habeo quinque fratres: ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum, mitte Lazarum* ut illis denuntiet, quæ heic fiunt. Atque adeo ſi quæramus linguam illam & digitum, ſinumque Abrahæ & recubitum: forte vero & quam ſtatim a morte, craſſo huic & terreno corpori ſimilem formam anima induit; ſic poteſt intelligi. Si quando igitur hiſtoriis proditum eſt apparuiſſe aliquem mortuum, ſimili forma ac dum verſaretur in carne, apparuit. Præterea: * enimvero [7] Samuel [b] apparens velut oculis conſpicuus, indutum ſe cor- C pus oſtendit: præſertim ſi demonſtrantibus urgeamur fateri eſſe animam natura incorpoream, [8] ac eamdem, nullaque varietate partium. Sed & dives punitus, & pauper in ſinu Abrahæ, ante Salvatoris adventum ſæculique conſummationem, atque adeo ante reſurrectionem quiete potitus; quod alter puniri in inferno, alter in ſinu Abrahæ dicatur requieſcere; id docent, etiam modo, ſtatim a migratione, uti animam corpore. Ad quæ ita vir ſanctus reſpondet: docens, habere animam ubi a corpore migravit, formam, aliam huicce ſenſibili, ſpecie ac

* Σχόλ. δαιμόνιον ἦν τὸ παρὰ τῆς ἐγγαςριμύθυ ἀναχθὲν, ἀλλ' ὐχ ὁ Σαμουήλ.

* *Schol.* Dæmonium erat quod fuit evocatum a Ventriloqua & Pythoniſſa, non vero Samuel.

a Luc. xvi. 28. *b* 1. Reg. xxviii. 12.

1. Ετει δεύτ.] Suppl. ex Joſeph. ἑάλω Ιεροσόλυμα.

2. *Servavere*] Ενέπρησαν. Ita legendum patet ex ipſo textu Joſephi, quem melius Hœſchelio legiſſe & expendiſſe Methodium veriſimile eſt, & ex omnibus hiſtoricis, apud quos nuſquam illa exſtant Jeroſolymorum excidia; excepto primo illo Babylonico & ultimo Romano. κατεςράφη ergo urbs illa, ſubacta eſt & capta ſexies: ἠρημώθη δὲ, everſa & exciſa eſt tandem iterum ſecundo imperii Veſpaſiani anno; quod & ipſe Methodianus textus, clare ſatis in ſua etiam vitioſitate repræſentat.

3. Απλυςέρων] Al. ἁπλύςερον. Et mox, ἀκριβέςερον.

4. *Cum poſt reſurrectionem &c.*] Videtur ſignificari abſoluta illa Origeniana ἀποκατάςασις, & reſtitutio in integrum, in qua nullus ſit relinquendus in vita; intellige, paſſibili, ſeu etiam in corpore; cui is alligatos cenſet ſpiritus in pœnam, ſed illa tandem ſolubili, & omnibus quandoque remittenda. Exponit ergo Origenes, ut iſta in corporibus a morte acceptis; in quibus uſque ad reſurrectionem & omnimodam ab illis abſolutionem, vel refrigerio vel pœna, ſpiritus emigrantes potiantur; geſta dictaque ſint; ejuſmodi adhuc corporibus, inſtar carcerum a Deo adhibitis, quomodo etiam alias mortuorum apparitiones exponit: quæ certe craſſiora ſunt, putidaque & hæretica; quamquam forte minus ſolide a noſtro Methodio impugnata: qui & ipſe ad corpora recurrat, ſed velut cognata, & ſine quibus minime exſiſtant ſpiritus humani, ſuapte natura corporei, quamquam corpore alterius rationis ab iſto, quod ceu indumentum externum geſtemus, & corruptibili. Eſſet opus longiori diſputatione, ad oſtendendum quomodo veri ſpiritus, naturæque prorſus incorporeæ patiantur, præſertim ab igni corporeo: ſed fuerit metas excedere, quibus unus Methodii textus D elucidandus propoſitus eſt. Miris certe, ſed veris modis divina juſtitia ſuos illos reos torquet: nec deeſt ut extraneo corpore torqueat, quæ torſit conjuncto. Extenſior divina manus, quam ut eam ſubtiliſſimus quiſque ſpiritus fugiat; eo non male, & comparatione ad Deum illum Spiritum, & Deum ſpirituum, Damaſceno & aliis; dum ita pie cum D. Thoma velimus exponere; dictus corporeus.

5. Ανάκλησιν] Forte ἀνάκλισιν.

6. Ομοίως] Al. ὅμοιος.

7. *Samuel apparens*] Paucis Scholion ſententiam Methodii huic Origenianæ adverſam explicat; ut non Samuel, ſed dæmon Sauli illuſurus, ementita ejus ſpecie evocatus apparuerit: quæ eſt perquam communis Sanctorum ſententia, in quam plura docte diſputat Leo Allatius in ſuo E Euſtathio, tractatu peculiari de ea re in Origenem, qualem etiam noſter Methodius elaboravit, ſed hactenus deſideramus. Ipſe D. Thomas 2. 2. q. 95. a. 4. 2. & q. 174. a. 5. 4. in ea velut ſolutione quieſcit, ut fuerit fictus Samuel, ea ſolutione utrobique ultimo loco allata, ac nec ipſa auctoritate libri Eccleſ. quæ ſola videbatur obſtare in 1. p. tacita, ſed & ipſa ultimo loco ſoluta.

8. *Ac eamdem, nullaque varietate partium*] Ita exponimus quod legendum duximus ταὐτὴν, velut τὴν αὐτὴν: *Eamdem ipſam ſibi:* quo longe abeſt ut videri poſſit ea forma, qua ſe adſpectandas animæ non raro præbuerunt; velut retenta priori ſpecie & habitu ſeu lineamentis, totaque corporis compoſitione, quæ partium diſſimiliarium propriis notis conſiſtit. Schottus, *Hanc videri* [*demonſtrationem*:] in quibus ego verbis ne hilum ſenſus video; nec ſcio an perſpicacior alius viderit.

9. Τῇ ἀπαλ.] Deeſt ἅμα.

αἰσθητῷ τούτῳ μετὰ τὴν ἐνταῦθα ἐνδημίαν ἔχειν A ἐκτιθέμενος τὴν ψυχήν. * ἀσώματον ὑπὸ τί Πλατωνικῶς ἀποφαίνεται αὐτήν; τὸ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κόσμου ἀποφοίτησιν ὀχήματος αὐτὴν δέεσθαι καὶ περιβολῆς λέγειν, ὡς οὐ δυναμένην καταχεθῆναι γυμνήν, πῶς οὐκ ἂν καθ' ἑαυτὴν ἀσώματος εἴη; ἀσώματος δὲ οὖσα, πῶς οὐκ ἔσται καὶ ἀνεπίδεκτος παθῶν; ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀσώματον αὐτὴν ὑπάρχειν, καὶ τὸ ἀπαθῆ εἶναι καὶ ἀπερίσπαστον. εἰ μὲν οὖν ὑπὸ ἀλόγου οὐ παρείλκετο ὅλως ἐπιθυμίας, οὐδὲ συμμετεβάλλετο ἀλγοῦντι καὶ πάσχοντι τῷ σώματι. ἀσώματον γὰρ σώματι, ἢ σῶμα ἀσωμάτῳ οὐκ ἄν ποτε συμπάθοι, * ἵνα ἂν ἀσώματον δόξαι αὐτὴν ἀκολούθως τοῖς εἰρημένοις. εἰ δὲ συμπάσχοι τῷ σώματι, καθάπερ καὶ διὰ τῆς ἐπιμαρτυρήσεως τῶν φαι- B νομένων ἀποδείκνυται, ἀσώματος εἶναι οὐ δύναται. ἤγουν ἀγέννητος καὶ ἀνενδεὴς καὶ ἀκάματος φύσις, ὁ Θεὸς μόνος ᾄδεται· ἀσώματος ὢν, διὸ καὶ ἀόρατος. Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακεν· αἱ δὲ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ καὶ πατρὸς τῶν ὅλων, σώματα νοερὰ ὑπάρχουσι, εἰς λόγῳ θεωρητὰ μέλη διακεκόσμηνται, ταύτην λαβοῦσαι τὴν διατύπωσιν. ὅθεν καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου, καὶ γλῶσσαν, καὶ δάκτυλον, καὶ τὰ ἄλλα μέλη ἱστοροῦνται ἔχειν· οὐχ ὡς ἑτέρου σώματος συνυπάρχοντος αὐταῖς ἀειδοῦς, ἀλλ' ὅτι αὗται φύσει αἱ ψυχαὶ, πάντως ἀπογυμνωθεῖσαι περιβλήματος, τοιαῦται κατὰ τὴν οὐσίαν ὑπάρχουσιν.

Οτι φησὶν ὁ ἅγιος ἐν τέλει· ὥστε τὸ διὰ τοῦτο C Χριστὸς ἀπέθανε λεγόμενον, ἵνα ζώντων καὶ νεκρῶν κυριεύσῃ, ἐπὶ τῶν ψυχῶν καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων παραληπτέον· ζώντων μὲν τῶν ψυχῶν, καθὸ ἀθάνατοι· νεκρῶν δὲ τῶν σωμάτων.

* Οτι [εἰ] τιμιώτερον σῶμα ἀνθρώπου τῶν ἄλλων ζώων, ὅτι χερσί τε Θεοῦ λέγεται πεπλάσθαι, καὶ ὅτι τιμιωτέρου τῆς λογικῆς ψυχῆς, τετύχηκε ὀχήματος· πῶς τοῦτο μὲν ὀλιγοχρόνιον, ἀλόγων δέ τινων πολυχρονιώτερα; ἢ δῆλον ὡς ἡ τούτου πολυχρόνιος ὕπαρξις μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔσται;

A habitu ſimilem. [1] Quorſum vero animam, inquit, Platonice incorpoream (Origenes) definit? Quæ enim poſt etiam exceſſum e vita, vehiculo egeat & veſte, velut nuda comprehendi non poſſit aut teneri; quomodo non ipſa per ſe incorporea ſit? Incorporea vero, quei non etiam ab omni paſſione immunis ſit? Conſequuntur enim, ut incorporea ſit, & ut non poſſit affici ac perturbari. Si nulla ergo ratione, alieno a ratione appetitu trahebatur; plane nec dolentis corporis patientiſque ſenſu ullo immutabatur. Numquam enim quod vacat corpore, una cum corpore; ac nec corpus, una cum eo quod illo vacat, habuerit affici; [2] ut ita ſane conſentanee dictis incorporea videri poſſit. Sin autem una cum B corpore patiatur, ut eorum qui apparuerunt teſtimonia probant, plane incorporea eſſe nequit. Ergo ſolus Deus, natura ingenita, nullius egens, ac indefeſſa celebratur; velut, eo inviſibilis, quod incorporeus: [a] *Deum* enim, *nemo vidit*. Animæ vero ab omnium auctore patreque, corpora intelligendi facultate prædita editæ, in membra rationis oculo adſpectabilia, ejuſcemodi delineatione accepta, digeſtæ ſunt. Unde & apud inferos, ut & in Lazaro & divite videre eſt, linguam, & digitum, & alia membra referuntur habere: non quod alienum corpus cum illis exſiſtat informe; ſed quod ipſæ animæ ab omni tegumento nudatæ, natura ſua & ſecundum ſubſtantiam ſint tales.

C XX. Addit in fine vir ſanctus: Id quod dictum eſt: [b] *In hoc Chriſtus mortuus eſt, ut mortuorum & vivorum dominetur*: de animabus & corporibus accipiendum eſſe: vivis ſcilicet animabus, ut pote immortalibus; mortuis vero corporibus.

XXI. [3] Cum, inquit, humanum corpus, aliorum animalium corporibus ſit nobilius, velut quod Dei manibus dicatur formatum; habeatque, ut animæ rationalis quæ eſt nobilior, ſit vehiculum: quomodo ipſum quidem tam brevis eſt ævi, cum brutorum quorumdam corpora, vitæ ſint multo longioris? Num palam, quod a reſurrectione, ſubſtantia ejus longæva futura ſit?

a Joan. I. 18. b Rom. XIV. 9.

1. *Quorſum vero animam, inquit &c.*] ἀσώματον ὑπὸ τί Πλατωνικῶς ἀποφαίνεται αὐτήν; Sic interrogative legendum ipſa textus ſeries exigit, ut heic incipiat loqui Methodius & arguere priora: (Photio verbis proximis exponente Methodii ſententiam) quæ Schottus ut Methodii confundit, illi adſcripta ſententia, quam is ſibi impugnandam aſſumſit, & ſententia ipſa Origenis: ut nimirum etiam a morte, ſint animabus tamquam ſpiritualibus, & quæ non poſſint aliter teneri, ſua vehicula & corpora; quam ille ſpiritualitatem, incommodo ducit, exiſtimans illa conceſſa, non poſſe animam cum corpore & affectionibus corporis, velut extranei, affici: quod & experientiæ adverſatur & ſcripturis. τὸ, ὑπὸ τί, quamquam rarius, accipimus ἀντὶ τοῦ, παρὰ τί. Forte vero ſcripſerit Methodius ἵνα τί; ſic nos paſſim παραγράμματα, in portentoſa quædam impellunt, numquam auctoribus cogitata.

2. *Ut ita ſane, conſentanee dictis*] ἵνα ἂν ἀσώματον δό- D ξαι αὐτήν. Hœſchelius putat τὸ ἵνα non carere vitio; ſed non detegit aut corrigit. Putaverim ego legendum ὡς vel quid ſimile, ut ſit concluſio illata quidem legitime, ut quidem Methodio videtur; ſed ex falſo antecedenti, quod deinde velut aſſumtione deſtruat; aſſerta mutua illa velut partium & a natura unitorum paſſione quam Origenes negabat.

3. *Cum inquit, humanum corpus*] ὅτι [εἰ] τιμιώτερον. Non habet Sirm. τὸ, εἰ, & impreſſa habent clautum. Schotto videtur legendum ἢ, propter ſequens, inquit, ἢ δῆλον: quem tamen inde ſenſum eliciat & velit, mihi hactenus imperſpectum eſt; alioqui clara littera, ſive illud εἰ retineatur, ſive non: quo tamen omiſſo, eſſet ſubnectenda τῷ, πῶς, particula δὲ, aut ſimilis. Poſtremum vero ἢ, liquet accipiendum interrogative, ſolvique eo inductam dubitationem.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 290.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΓΕΝΗΤΩΝ, ἐκλογὴ, κατὰ σύνοψιν,

A

EX LIBRO S. METHODII DE CREATIS, EXCERPTA.

Apud Photium Bibl. *cod.* ccxxxv. *pag.* 931.

Ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Μεθοδίου, τοῦ περὶ τῶν γενητῶν ἐκλογὴ κατὰ σύνοψιν. Ὅτι τὸ, μὴ βάλητε τὸ ἅγιον τοῖς κυσὶ, μηδὲ τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· * μαργαρίτας μὲν τοῦ ξενῶνος τὰ μυστικώτερα τῆς θεοσδότου θρησκείας ἐκλαμβάνοντος μαθήματα· χοίρους δὲ, τοὺς ἔτι ἀσεβείᾳ καὶ ἡδοναῖς παντοίαις, δίκην χοίρων, ἐν βορβόρῳ καλινδουμένους· τούτοις γὰρ εἰρῆσθαι παρὰ Χριστοῦ, ἔλεγε, μὴ παραβαλεῖν τὰ θεῖα μαθήματα· διὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτὰ φέρειν, ἅτε τῇ ἀσεβείᾳ, καὶ ταῖς ἀγρίαις ἡδοναῖς προκατεσχημένους. Ὁ μέγας Μεθόδιός φησιν· εἰ μαργαρίτας, τὰ σεμνοπρεπῆ καὶ θεῖα μαθήματα δεῖ ἐξακούειν, χοίρους δὲ τοὺς ἀσεβείᾳ καὶ ἡδοναῖς συζῶντας, οἷς καὶ ἀπαράβλητα καὶ ἀπόκρυφα τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀποστολικὰ διεγείροντα κηρύγματα δεῖ εἶναι· ὅρα ὡς οὐδένα λέγεις τῶν Χριστιανῶν τοῖς τῶν Ἀποστόλων κηρύγμασιν ἐξ ἀσεβείας αὐτῶν τῆς προτέρας [2] ἐπιστρέψαι. οὐδὲ γὰρ ἂν πάντως * παρέβαλον τὰ κατὰ τὸν Χριστὸν μυστήρια, τοῖς δι' ἀπιστίαν χοίροις ἐοικόσι. ἢ οὖν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπίστοις ταῦτα παρεβλήθη παρὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν καὶ ἐκηρύχθη, καὶ ἀπὸ τῆς ἀσεβείας μετέβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν· ὥσπερ οὖν καὶ πιστεύοντες ὁμολογοῦμεν· καὶ οὐκέτι δύναται νοεῖσθαι τὸ, μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, ὡς ἐῤῥήθη. ἢ τούτου, ὡς ἐλέχθη, νοουμένου, ἀνάγκη ἡμᾶς λέγειν, ὡς οὐδενὶ τῶν ἀπίστων, οὓς χοίροις ἀπεικάζομεν, ἐκ τῶν Ἀποστολικῶν διδαγμάτων, μαργαριτῶν δίκην τὰς ψυχὰς καταυγαζόντων, ἡ εἰς Χριστὸν πίστις, καὶ ἡ τῆς ἀσεβείας ἐλευθερία γεγένηται. βλάσφημον δὲ τοῦτο. οὐκ ἄρα δεῖ μαργαρίτας μὲν τὰ μυστικώτερα τῶν μαθημάτων ἐκλαμβάνειν ἐνταῦθα, χοίρους δὲ τοὺς ἀσεβεῖς· οὐδὲ τὸ, μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, εἰς τὸ μὴ παραβάλλετε τοῖς ἀσεβέσι καὶ ἀπίστοις τὰ μυστικὰ καὶ τελειοποιὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διδάγμα-

I. Lecta ſunt ex S. Methodio epiſcopo & martyre, per compendium, excerpta *de Creatis*. Illud Chriſti: [a] *Nolite projicere ſanctum canibus, neque margaritas veſtras ante porcos:* [1] ſic exponente Origene; ut margaritas quidem ſanctiora divinitus traditæ religionis documenta; porcos autem, homines velit, omnis adhuc generis impietatis & voluptatis cæno, inſtar porcorum, aſſiduos: iis enim docuit, a Chriſto prohibitum velut projici divina myſteria; tamquam ea non poſſint ferre, occupante impietate, feriſque olim tenentibus voluptatibus. Ait magnus ille Methodius: Si margaritas oportet intelligi honeſtate præclaras divinaſque præceptiones; porcos autem, homines impietati ac voluptatibus deditos, quibus apoſtolicæ prædicationis doctrina, ad pietatem fidemque in Chriſtum excitans ducenſque, non ſit proponenda ſed celanda: vide ſis, ut ne quemquam dicas apoſtolicis prædicationibus, a prioris vitæ converſatione eſſe converſum. * Neque enim ulla ii ratione, Chriſti ſacramenta illis objecerint, qui propter infidelitatem porcis ſimiles ſint. Aut ergo Græcis omnibus aliiſque infidelibus myſteria hæc a Chriſti diſcipulis ſunt propoſita & prædicata; eoſque ab impietate ad Chriſti fidem converterunt; quemadmodum etiam fideles ipſi confitemur: illudque, *Nolite projicere margaritas veſtras ante porcos*, non poteſt amplius ita accipi, ut dictum eſt. Aut hoc ita accepto ut eſt dictum, conſequens ſit ut dicamus, nulli infidelium quos porcis comparamus, per Apoſtolica documenta quæ animas inſtar margaritarum illuminant, fidem in Chriſtum & ab impietate libertatem partam eſſe. Sed eſt blaſphemum hoc dicere. Ergo margaritæ hoc loco non ſunt accipiendæ ſanctiores diſciplinæ; porcique, impii: neque illud: *Nolite projicere margaritas veſtras ante porcos*, ita explicandum eſt, ut prohibeat proponi impiis infidelibuſque, ſacra illa & conſummativa fidei in Chriſtum documenta: ſed margaritæ fuerint vir-

* Σχόλιον. Οὐχὶ τὰ τῆς πίστεως λέγει μὴ βαλεῖν τούτοις, ἅπερ ἂν εἶεν καὶ μυστικά· ἀλλὰ τὰ μυστικώτερα· ταῦτα γὰρ τοῖς ἐν τῇ πίστει τελείοις ἁρμόζουσιν. οἱ δὲ μὴ οὕτως οἰκονομοῦντες τὸ τοῦ κηρύγματος σιτομέτριον, εἰ καὶ πιστοὶ τυγχάνοιεν οἰκονόμοι, ἀλλ' οὐχὶ καὶ φρόνιμοι ῥηθεῖεν ἂν παρὰ τῷ δικαίῳ κριτῇ. διὸ καὶ κατ' οἰκεῖον νοῦν ἡρμήνευται κατὰ πρώτην ἐκδοχὴν ἡ παραβολή. ἔχει δὲ ἄριστα καὶ ἡ μετ' αὐτὴν ἐπίσκεψις, καὶ ἀξίως τῆς διανοίας τοῦ γράψαντος.

* *Scholion*. Non prohibet ne illis fidei doctrina proponatur, quæ etiam potuerit ſacra accipi: ſed ut ne ſacratiora & occultiora. Hæc enim jam in fide perfectis ſunt congrua. Ceterum, qui non ita frumenti menſuram evangelicæ prædicationis diſpenſant; quamquam fuerint *fideles diſpenſatores*, haud tamen *prudentes* dixerit juſtus ille judex (*Luc.* xii. 42.). Quare etiam fuit prima expoſitio parabolæ juxta proprium illius ſenſum: ſed & ſequens nihilominus conſideratio optima eſt, ac digna ſcribentis ingenio.

[a] Matth. vii, 6.

1. *Sic exponente Origene &c.*] Depravatiſſimum locum levi mutatione reſtituitur: moto illo τοῦ ξενῶνος, quod liquet eſſe vitioſum, eique ſubſtituto, τοῦ Ὠριγένους. Prius ergo proponit Methodius Origeniana, & poſtea evertit ac ſua ſtatuit. H. St. non habet τοῦ ξενῶνος: fuit forte codicis illius antiquarius quam aliorum religioſior, ut maluerit omittere quod non ſatis poſſet legere, quam ineptum illud ceu divinando adſcribere. Ex eod. & Bavar. legimus ἐκλαμβάνοντος: cum impreſſa haberent: ἐκλαμβάνοντας. ἀλ. —— νοντες: quæ ambo palam mendoſa ſunt; E etſi Schottus conatus eſt exprimere. Quid ſi τὸ, ξενῶνος, ſolo accentu vitioſum ſit, ac ſit nomen proprium? Sic enim penacutum, proprium notant auctor theſauri & Criſpinus, nulla majori expreſſione. Fuit forte ſic dictus ſcriptor aliquis Eccleſiaſticus, cujus Methodius expoſitionem hanc, alioqui veram & litteralem, modo ſanè intelligatur, & ut declarat ſubjectum ſcholion, refutandam aſſumſerit. Quamquam primum illud de Origene melius videatur, in quem unum tres iſti tractatus depugnant.

2. Ἐπιστρέψαι] Al. ἀποστρέψαι.

τα παραλαμβάνειν· ἀλλὰ μαργαρίτας μὲν τὰς ἀρετὰς ἐκδέχεσθαι χρὴ, αἷς ὥσπερ πολυτίμοις μαργαρίταις ἡ ψυχὴ καθωραΐζεται. μὴ παραβαλεῖν δὲ αὐτὰς τοῖς χοίροις, τουτέστι, μὴ παραβαλεῖν αὐτὰς τὰς ἀρετὰς, οἷον ἁγνείαν, καὶ σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἀλήθειαν, ταύτας δὴ μὴ παραβαλεῖν ταῖς μαχλώσαις ἡδοναῖς· χοίροις γὰρ ἐοίκασιν αὗται· * ἵνα μὴ τὰς ἀρετὰς αὗται καταφαγοῦσαι, χοιρώδη βίον καὶ πολυπαθῆ τὴν ψυχὴν βιοτεύειν παρασκευάσωσιν.

Ὅτι ὁ Ὠριγένης, ὃν κένταυρον καλεῖ, ἔλεγε συναΐδιον εἶναι τῷ μόνῳ σοφῷ καὶ ἀπροσδεεῖ Θεῷ, τὸ πᾶν. ἔφασκε γάρ· εἰ οὐκ ἔστι δημιουργὸς ἄνευ δημιουργημάτων, * ἢ ποιητὴς ἄνευ ποιημάτων, οὐδὲ παντοκράτωρ ἄνευ τῶν κρατουμένων· τὸν γὰρ δημιουργὸν διὰ τὰ δημιουργήματα ἀνάγκη, καὶ τὸν ποιητὴν διὰ τὰ ποιήματα, καὶ τὸν παντοκράτορα διὰ τὰ κρατούμενα λέγεσθαι· ἀνάγκη ἐξ ἀρχῆς αὐτὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι, καὶ μὴ εἶναι χρόνον, ὅτε οὐκ ἦν ταῦτα. εἰ γὰρ ἦν χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν τὰ ποιήματα· ἐπεὶ τῶν ποιημάτων μὴ ὄντων, οὐδὲ ποιητής ἐστιν· ὅρα οἷον ἀσεβὲς ἀκολουθεῖ. ἀλλὰ καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ μεταβάλλειν τὸν ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον συμβήσεται Θεόν. εἰ γὰρ ὕστερον πεποίηκε τὸ πᾶν, δῆλον ὅτι ἀπὸ τοῦ μὴ ποιεῖν εἰς τὸ ποιεῖν μετέβαλε. τοῦτο δὲ ἄτοπον μετὰ τῶν εἰρημένων· οὐκ ἄρα δυνατὸν λέγειν, μὴ εἶναι ἄναρχον καὶ συναΐδιον τῷ Θεῷ τὸ πᾶν. πρὸς ὃν φησι δι' ἑτέρου προσώπου ὁ ἅγιος ἐρωτῶν· ἆρά γε σοφίας καὶ δόξης, καὶ συλλήβδην πάσης ἀρετῆς ἀρχὴν καὶ πηγὴν οὐσιωδῶς, ἀλλὰ μὴ ἐπικτήτως ἡγῇ τὸν Θεόν; ὁ δὲ ναί. τί δὲ πρὸς τούτοις; οὐχὶ τέλειος πάντη δι' ἑαυτὸν καὶ ἀπροσδεής; ἀληθῆ· ἀμήχανον γὰρ τὸ ἀπροσδεὲς δι' ἕτερον εἶναί τι ἀπροσδεές. [ἀμήχανον] πᾶν γὰρ δι' ἕτερον πλῆρες ὂν, καὶ ἀτελὲς λεκτέον ἀνάγκη. τὸ γὰρ αὐτὸ δι' ἑαυτὸ ἑαυτοῦ πλήρωμα ὂν, καὶ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ μόνον, τέλειον εἶναι τοῦτο μόνον, δοξαστέον. ἀληθέστατα λέγεις. τὸ δὲ μήτε αὐτὸ δι' ἑαυτὸ, μήτε αὐτὸ ἑαυτοῦ πλήρωμα ὂν, φαίης ἂν ἀπροσδεές; οὐδαμῶς. οὐκ ἄρα ὁ Θεὸς τέλειος, διά τι νομισθήσεται; ὃ γὰρ διά τι τέλειόν ἐστιν, αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἀτελὲς ἀνάγκη τυγχάνειν. οὐκ οὖν καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸς δι' ἑαυτὸν τέλειος, ἀλλ' οὐ δι' ἕτερον λογισθήσεται; ὀρθότατα. * ἕτερον, Θεὸς κόσμου, καὶ ἕτερον κόσμος Θεοῦ; παντελῶς. οὐκ ἄρα τέλειον φατέον, καὶ δημιουργὸν, καὶ παντοκράτορα, διὰ κόσμον τὸν Θεόν; * οὔ· ὅπως [μὴ] δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ [μὴ] διὰ κόσμον, καὶ ταῦτα τρεπτὸν, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν τέλειος εὑρίσκοιτο. προσηκόντως. τί δὲ τὸν πλούσιον, διὰ τὸν πλοῦτον λεκτέον πλούσιον; ὀρθῶς. καὶ τὸν σοφὸν κατὰ μετοχὴν τῆς οὐσιώδους σοφίας, οὐκ αὐτὸν σοφίαν ὄντα, σοφὸν προσαγορευτέον; ναί. τί δὲ καὶ τὸν Θεὸν ἕτερον ὄντα κόσμου, διὰ κόσμον ταύτῃ πλούσιον καὶ εὐεργέτην καὶ δημιουργὸν κλητέον; οὐδαμῶς· ἄπαγε. οὐκ οὖν αὐτὸς ἑαυτοῦ πλοῦτος, καὶ δι' ἑαυτὸν πλούσιος καὶ δυνατὸς τυγχάνει. ἔοικεν. ἦν ἄρα καὶ πρὸ κόσμου πάντη ἀπροσδεὴς, ὢν καὶ πατὴρ καὶ παντοκράτωρ, καὶ δημιουργὸς, ὅπως αὐτὸς δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ μὴ δι' ἕτερον ταῦτα ᾖ;

tutes, quibus velut margaritis pretiosis ornatur animus. Non abjiciendas autem eas porcis; hoc est: non projiciendas virtutes, puta castitatem, temperantiam, justitiam, veritatem, ejusmodi inquam virtutes, non objiciendas impuris voluptatibus: hæ enim assimilantur porcis: [1] ne has conculcantes, in vitam porcorum similem omnique vitiorum genere plenam, animam cogant.

II. Origenes, inquit, (quem Centaurum vocat) universum hoc, soli sapienti nulliusque egenti Deo, coæternum asseruit. Nam ait: Cum non sit opifex sine opificio; [2] nec creator sine creatura; neque universalis Dominus sine subjecta universitate: quippe necesse est, ut opifex ab opificio; creator a creatura; universalis Dominus ab universitate subjecta nominetur: sequitur necessario ut hæc Deus a principio creaverit, nec sit ullum tempus in quo illa non fuerint. Nam si fuit, quando creaturæ non erant; cum creaturis non exsistentibus, neque etiam sit creator: Vide quanta sequatur impietas. Quin & alterari mutarique continget, immutabilem Deum ac invariabilem. Si enim tandem aliquando creavit universum, haud dubie, a non creando, mutatus transivit ad creandum. Hoc autem absurdum est, ut & quo infertur; non ergo dici potest non esse ab æterno rerum universitatem, ac Deo coæternam. Ad quem Sanctus, ex alterius persona interrogans: Nonne Deum, principium existimas, fontemque sapientiæ ac gloriæ, verbo, virtutis universæ, substantialiter & non adscititie? Sane inquit. Quid vero præterea? Nonne omnino a se perfectus est, ac nullius indigens? Ita est: impossibile enim est, ut quod nullius indiget, ab aliquo alio non indigentiam ejusmodi habeat. Nam quidquid ab alio plenum est & perfectum, ipsum quoque imperfectum dici, necesse est. Solum siquidem, quod ipsum a se, sui ipsius plenitudo est manetque in se ipso, perfectum censendum est. Verissime censes. Num vero, quod neque a se, neque sui ipsius plenitudo est, nullius indigum dixeris? Minime vero. Deus ergo num ab alio perfectus æstimabitur? Nam quod perfectum est ab alio, nonne ipsum per se, necessario imperfectum est? Est plane. Deus ergo, a se, non ab alio perfectus judicabitur? Rectissime. [3] Nonne aliud est Deus a mundo, aliudque mundus a Deo? Omnino. Num igitur Deus propter mundum Deus & perfectus, & opifex, & universalis Dominus dicendus est? [4] Nequaquam; ut ne propter mundum, præsertim mutabilem, non ipse a se, per se perfectus inveniatur. Congrue vero. Quamobrem dives nonne propter divitias dives appellandus est? Recte. Quid vero sapiens, nonne substantialis illius sapientiæ participio, non exsistens ipse sapientia, sapiens nuncupatur? Ita sane. An ergo & Deus, qui sit aliud a mundo, ea ratione, & dives propter mundum & beneficus, & opifex, vocandus fuerit? Nequaquam; Apage. Ipse

1. *Ne has conculcantes*] Leg. in Gr. ex textu Evang. καταπατοῦσαι. Amica est Methodio paraphrasis. Vox quoque apta metaphoræ, cui mendosum illud quod repræsentant impressa, καταφαγοῦσαι, minus congruit.


2. *Nec creator sine creatura*] ἢ ποιητὴς ἄνευ ποιημάτων. In Deum dicitur, ut & antecedens δημιουργός, ac consequens παντοκράτωρ: quare jejunius Schottus, *poeta sine poematis*. Discrimen inter ποιητὴν καὶ δημιουργὸν, ex Platonis sententia, tradit Justinus Martyr *: ut ille nullius alterius indigens, ex sua ipsius virtute & potentia opus faciat; hic autem, mutuatus a materia opificii virtutem. Hoc porro argumentum Origenianum, Achilles est etiam Aristoteli, ad eamdem mundi & motus æternitatem adstruendam; ipsum valde infirmum nec satis dignum tanti nominis philosopho, cui Deus sic ἐμπαθῶς agat. Aliter Christiani & dignius Deo (ut est sola Deo digna Christiana religio) didicimus.

3. *Nonne aliud est Deus à mundo* &c.] ἕτερον, Θεὸς κόσμου. Quid planius? Ostendit non esse Dei perfectionem a mundo, qui sit aliud ab ipso; cum divina & absoluta perfectio, ab ipso cujus est & propter ipsum debeat esse. Schottus: *Nonne est aliud Deus mundi* &c. fœda certe barbarie.

4. *Nequaquam*] οὐ μὴ. Sic facile potest restitui littera, reddita particula, μὴ, suo loco, eoque non inutili. Velut adversarii responsio sit ab iis particulis usque ad verbum εὑρίσκοιτο: cui velut gratulans Methodius subjungat τὸ, προσηκόντως: ac ita interrogare pergat.

* Locus Justini Martyris ad quem heic respicit Combefisius, exstat in *Cohort. ad Græc.* §. XXII. atque egregie illustratur a Mazochio V. C. ad *Acta S. Justini M.* Vide sis tom. I. nostræ Bibl. PP. pag. 713. not. 1.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ἀνάγκη. εἰ γὰρ διὰ κόσμον, καὶ οὐχὶ δι᾽ ἑαυτὸν ἔμπροσθεν ὢν [καὶ] κόσμου, παντοκράτωρ γνωρίζοιτο, (συγγνώμην ὁ Θεὸς, ἀναγκάζομαι γὰρ τοῦτο εἰπεῖν) αὐτὸς καθ᾽ ἑαυτὸν ἀτελὴς [ἂν] καὶ προσδεὴς τούτων, δι᾽ ἃ παντοκράτωρ καὶ δημιουργός ἐστιν. ὑπερ-ἐῶ. οὐκ ἄρα [illegible] τούτων τὴν ὀλέθριον [illegible] περὶ Θεοῦ, τῶν λεγόντων, παντοκράτορα καὶ [illegible], διὰ τὰ κρατούμενα καὶ δημιουργούμενα τρεπτὰ, ἀλλ᾽ οὐ δι᾽ ἑαυτὸν εἶναι τὸν Θεόν.

A igitur suæ divitiæ est, atque a se ipso dives est & potens. Ita videtur. Erat ne etiam ante mundi molitionem nullius indigens, velut qui Pater, & Dominus universalis, opifexque esset; adeo ut, a se, non ab alio sit omnia hæc? Sic certe necesse est. Nam si a mundo, non ipse a se; qui sit alius a mundo, intelligeretur Dominus universorum (pace tua Deus cogor sic loqui) ipse per se imperfectus esset, iisque indigeret, a quibus, Dominus universalis auctorque mirabili ratione esset. Est ergo perniciosus iste error rejiciendus, dicentium in Deum; non ipsum a se., sed a subjectis rebus & creatis, quæ sunt mutationi obnoxiæ, universalem Dominum ac creatorem esse.

Ορα δὲ καὶ ὧδε. εἰ ὕστερον, ἔφης, πεποίηται ὁ κόσμος, μὴ πρότερον ὢν, μεταβάλλειν ἀνάγκη τὸν ἀπαθῆ καὶ ἀναλλοίωτον Θεόν. τὸν γὰρ ποιοῦντα πρότερον μηδὲν, ὕστερον δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ποιεῖν [1] εἰς τὸ ποιεῖν, μεταβάλλειν καὶ ἀλλοιοῦσθαι ἀνάγκη. * ἔλεγον γὰρ, πέπαυται δὲ τοῦ ποιεῖν τὸν κόσμον ὁ Θεὸς, ἢ οὔ; πέπαυται· οὔπω γὰρ ἦν τετελειωμένος ἄν, ἀληθές. εἰ οὖν τὸ ποιεῖν ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν, ἀλλοίωσιν τοῦ Θεοῦ καταψηφίζεται, οὐχὶ καὶ τὸ μὴ ποιεῖν ἐκ τοῦ ποιεῖν; ἀνάγκη. ἠλλοιῶσθαι δὲ αὐτὸν φαίης μὴ ποιοῦντα σήμερον παρ᾽ ὃ ἦν ὅτε ἐποίει; οὐδαμῶς. οὐδ᾽ ἄρα ὅτε ποιεῖ τὸν κόσμον, ἠλλοιῶσθαι αὐτὸν ἀνάγκη, παρ᾽ ὃ ἦν ὅτε οὐκ ἐποίει· καὶ οὔτε ἀνάγκη συνυπάρχειν αὐτῷ τὸ πᾶν δεῖ λέγειν, διὰ τὸ μὴ ἀναγκάζεσθαι λέγειν ἠλλοιῶσθαι, ὅτι συναΐδιον δι᾽ αὐτὸ τοῦτο.

Καί μοι φάθι καὶ ὧδε· γεννητὸν τὸ μὴ γενέσεως ἔχον ἀρχὴν φαίης ἄν; οὐ δῆθα. εἰ γὰρ μὴ ὑποπίπτει γενέσεως ἀρχῇ, ἐξ ἀνάγκης ἀγέννητόν ἐστιν. εἰ δὲ γέγονεν, ὑπό αἰτίου τινὸς δίδως αὐτῷ γεγονέναι. πάντη γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν ἔχειν; ἀδύνατον. κόσμον δὴ οὖν, καὶ ὅσα ἐν αὐτῷ, μῶν ἄλλου τινὸς ἢ Θεοῦ δημιουργοῦντος φήσομεν γεγονέναι ὕστερον, πρῶτον οὐκ ὄντα; δῆλον ὅτι Θεοῦ. ἀδύνατον γὰρ τὸ γενέσεως ἀρχῇ περιορισθὲν συναπέραντον εἶναι τῷ ἀπεράντῳ; ἀδύνατον. πάλιν δὴ οὖν, * ὦ κένταυρε, ἐξ ἀρχῆς διαλεγόμεθα. * θεία ἐπιστήμη τὰ ὄντα φατὲ γεγονέναι, ἢ οὔ; ὦ [5] βάλε λέξουσιν, οὐδαμῶς· ἀλλὰ ἀπὸ τῶν στοιχείων, ἢ ὕλης, ἢ στερεωμάτων, ἢ ὅπως αὐτοὶ ταῦτα βούλεσθε ὀνομάζειν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει· τούτων ἀγενήτως προϋφεστηκότων καὶ πλημμελῶς φερομένων, ὁ Θεὸς διακρίνας ἐτεχνήσατο τὰ πάντα, ὥσπερ ἀγαθὸς ζωγράφος ἀπὸ πολλῶν χρωμάτων μίαν τεχνησάμενος ἰδέαν; οὐδὲ τοῦτο. πάντως γὰρ ἀποφεύξονται ὁμολογῆσαι καθ᾽ ἑαυτῶν, ἵνα μὴ τῆς [6] διακρίσεως καὶ τῆς μεταμορφώσεως τὴν ὕλην συγχωροῦντες ἀρχὴν ἐσχηκυῖαν, ἀναγκασθῶσι τῷ λόγῳ κατὰ πάντα τὸν Θεὸν ἦρχθαι τοῦ διοικεῖν λέγειν, καὶ κατακοσμεῖν τὴν πρότερον ἄμορφον οὖσαν ὕλην.

Φέρε γὰρ, ἐπειδὴ σὺν τῷ Θεῷ φάναι, ἐνταῦθα τοῦ λόγου γεγόναμεν· ἤτω τις ἀνδριὰς ἑστὼς ἐπὶ βάσεως, καλός· οὗ θαυμάζοντες οἱ θεώμενοι τὴν εὔρυθμον καλλονὴν· διαφερέσθωσαν πρὸς ἀλλήλους, τῇ μὲν γε-

III. Etiam ita ratiocinare. Si tandem, inquis, B aliquando creatus est mundus, cum prius non esset; necesse est, immunem Deum a passione & alteratione, mutari. Quippe oportet, mutationi alterationique subjaceat, qui ab otio, postmodum ad opus procedit. [2] Nam dicebam: Requievit ne Deus a mundi creatione, nec ne? Sane requievit: alioqui enim necdum is esset perfectus. Ita est. Si ergo, creatio a non creatione Deo alterationem affert; nonne etiam non creatio a creatione? Ita prorsus. Dixeris vero mutatum, quod non creet hodie, eo quod aliquando crearet? Nequaquam. Neque ergo est necessitate mutatus creando mundum, quod fuerit quando non crearet. Atque adeo non necessum habebimus fateri universum Deo coexsistere, ut ne cogamur mutatum admittere: ea siquidem ratio est cur ei coæternum ponas. C

IV. Sed & sic responde: Dixeris ne creatum, quod non habet creationis principium? Haud puto: nisi enim in principium creationis incidit, necessario est increatum. Quod si fuit creatum, plane concedis ab aliqua caussa creatum. Quippe ne prorsus impossibile, ut creatio sit sine caussa creante? Impossibile. Num ergo mundum & quæcumque sunt in illo, alio tandem quam Deo opifice, dicturi sumus creata, cum prius non essent? Perspicuum a Deo creata esse. Num enimvero fieri potest; ut interminabili sit cointerminabile, quod creationis principio definitum est? Haudquaquam potest. Iterum ergo, [3] o Centaure, resumamus disputationis principium. Nam D res [4] divina scientia creatas fatemini, nec ne? Apage, inquient: Minime. Num vero ex elementis, vel materia, aut firmamentis, aut quibus hæc verbis appellare vultis: nam nihil refert; cum illa increata præexsisterent ac temere ferrentur, secernens Deus, universa fabricatus est, velut præstantissimus pictor, rationem unam & imaginem e multis coloribus expresserit? Neque ita, inquient: omnino enim refugient contra se ipsos hoc testari; ut ne dato habuisse materiam principium secretionis & transformationis, cogat ratio fateri, cœpisse Deum, materiam prius informem & indigestam, digerere ac perpolire.

V. Age vero, quoniam Deo propitio in hunc lo- E cum dicendo pervenimus: ponamus statuam, in sua basi collocatam; elegantem illam, cujus concinnam pulcritudinem spectatores mirentur: dissentiant ve-

1. Εἰς τὸ ποιεῖν] Deest προεληλυθότα, aut aliquid hujusmodi.

2. *Nam dicebam*] ἔλεγον γάρ. Replica est Methodii, qua ad hominem infringit argumentum Origenis, probatque idem sequi incommodum ex ipsius sententia, ab otio, sequente opus: quod ipse obtendit ab eodem, id ipsum præcedente. Schottus nulla consecutione in tertia accipit: *Dicebant enim*: nisi prelum male sudavit, scripsitque ipse *Dicebam*: quam tamen piam conjecturam depellit, quod paucis post lineis eadem oscitantia peccat, ubi etiam novam transitionem illam Methodii ad novam instantiam. καί μοι φάθι καὶ ὧδε, sic reddit: *Atqui sic mecum disputant*. Quamquam enim notat in marg. ἀλ. φασί: planum tamen est esse lectionem illam mendosam, nec Origenianum argumentum inchoari, sed Methodianum.

3. *O Centaure*] Sugillat Origenem velut monstrosum, qui multa quidem hominis, & supra fere hominem, habeat, multaque item velut belluina, absonis illis dogmatis, quibus sua quæque optima vitiavit: non minus mali effectus forma, ubi malus; quam boni, ubi bonus.

4. *Divina scientia creatas*] Sic ubique S. Doctor, probatioresque Theologi; frustraque quærimus aliud in Deo, etiam distinctum virtute, quo res agat. Scit esse, volens, suntque ut æterno illa placito vult esse, eoque sunt nova, nulla Dei divinæque ejus aut scientiæ aut voluntatis novitate.

5. Ω βάλε] Al. ὦ πάλιν. Al. ὦ βάλη.

6. Διακρίσεως] Al. κατακρίσεως. Al. μετακρίσεως.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 290.

γεννητὸν, πῆ δὲ καὶ ἀγένητον λέγειν πειρώμενοι. ἐροίμην γὰρ σφᾶς· * διὰ τὴν αἰτίαν ἀγένητον αὐτόν φατε; πότερον διὰ τὸν τεχνίτην, ὅπως μηδαμῶς ἀργήσας τῆς δημιουργίας νομίζοιτο, ἢ δι᾽ αὐτόν; ἂν μὲν γὰρ διὰ τὸν τεχνίτην, πῶς ἀγένητος ὢν πρὸς τοῦ τεχνίτου δημιουργεῖται; εἰ γὰρ ὅλως ἐν ἐνδείᾳ τῆς τέχνης καθέστηκε χαλκουργούμενος πρὸς τὸ σχεῖν ὁποῖον ὁ δημιουργὸς ἐθέλοι χαρακτῆρα, ποίῳ τρόπῳ ἀγένητος ἔσται πάσχων τε καὶ δρώμενος; εἰ δὲ αὖ δι᾽ ἑαυτὸν τέλειος καὶ ἀγένητος λέγοιτο μὴ δεῖσθαι τῆς τέχνης ὁ ἀνδριὰς, κατὰ τὸ ὀλέθριον δόγμα, ἀνάγκη αὐτοματισμὸν ὁμολογεῖν. ἢ οὐδὲ τοῦτον ἴσως ἐθελήσαντες προσήκασθαι τὸν λόγον, [2] πικρότερον ἀποκρινοῦνται, τὸ μὲν βρέτας ἀγένητον οὐκ εἶναι λέγοντες· γεννητὸν δὲ εἶναι ἀεὶ γενέσεως ἀρχὴν οὐκ ἔχον, ὅπως ἀνάρχως λέγοιτο κρατεῖν τοῦ τεχνάσματος ὁ τεχνίτης. οὐκοῦν, ὦ οὗτοι, λέξομεν αὐτοῖς, εἰ μὴ χρόνος, μήτε αἰὼν εὑρίσκοιτο ἐπάνω, ὅτε οὐκ ἦν τέλειος ὁ ἀνδριὰς, τί παρέσχεν αὐτῷ ὁ τεχνίτης, ἢ τί ἐνήργησεν εἰς αὐτόν, φατε; εἰ γὰρ ὁ αὐτὸς ἀνενδεὴς ὢν, καὶ οὐκ ἔχων ἀρχὴν γενέσεως τυγχάνει, ταύτῃ μᾶλλον καθ᾽ ὑμᾶς ὁ δημιουργὸς οὐδέποτε δημιουργήσας, οὔτε δημιουργῶν εὑρεθήσεται. καὶ πάλιν εἰς αὐτὸ ἔοικεν ὁ λόγος περιδεδραμηκέναι, αὐτοματισμὸν ὁμολογεῖν. ἐὰν γὰρ κἂν τὸ ἀκαριαίτατον ἀνδριάντα κινήσας ὁ δημιουργὸς λεχθῇ, ἀρχῇ ὑποπεσεῖται, καθ᾽ ἣν πρότερον αὐτὸν ἄκοσμον καὶ ἀκίνητον ὄντα, ἤρξατο κινεῖν καὶ κοσμεῖν. οὐκοῦν καὶ ἦν καὶ ἔσται διηνεκῶς ὁ αὐτὸς ἀεὶ κόσμος. ἀπεικαστέον γὰρ, τῷ μὲν Θεῷ τὸν τεχνίτην, τὸν δὲ ἀνδριάντα τῷ κόσμῳ. πῆ δὲ οὖν, ὦ ἠλίθιοι, οἴεσθε τὴν κτίσιν συναπέραντον οὖσαν τῷ δημιουργῷ, μὴ δεῖσθαι τοῦ δημιουργοῦ; τὸ γὰρ συναπέραντον μηδαμῶς ἀρχὴν γενέσεως ἔχον, καὶ συναγένητον καὶ ἰσοδύναμον ἀνάγκη τυγχάνειν. τὸ δὲ ἀγένητον, αὐτοτελὲς καὶ ἄτρεπτον φανθὲν, καὶ ἀπροσδεὲς καὶ ἄφθορον [ἂν] ἔσται· καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐκέτι ὁ κόσμος τρεπτὸς καθ᾽ ὑμᾶς.

* Ὅτι ἐκκλησία, * παρὰ τὸ ἐκκεκληκέναι τὰς ἡδονὰς λέγεσθαί φησιν.

ro; aliis factam contendentibus; aliis non factam. Quæsierim ego ab eis: [1] Quamobrem dicitis non factam? An propter artificem, ut ne umquam vacasse ab opere existimetur, vel propter ipsammet statuam? Si quidem vero propter artificem, quei illa, cum sit non facta, effingitur ab artifice? Si enim omnino necessariam habet metallariam artem, ut recipiat quamcumque artifex malit figuram, qua ratione erit non facta, quæ & patiatur ab artifice, & fiat? Sin autem, velut a se ipsa absolutionem habens, & infecta increataque, ut perniciosa vestra habet sententia, dicatur non habere artem necessariam; necessum est, fateamini, rerum a se & spontaneum ortum: vel certe, neque hunc forte admittentes sermonem, absurdius responsuri sunt; ut statuam quidem infectam non dicant; factam vero ejusmodi, ut non habeat ortus initium, ut æternum artifex habere dicatur quod moliatur opificium. Heus vos ergo, dicemus; si neque tempus neque ævum retro ullum reperiatur, quando statua perfecta non fuerit, quid, rogo, illi artifex præstitit, quidve in illa egit? Nam si ipsa nullius egens, principii ortus expers est; numquam potius, in sententia vestra, opifex effinxerit, aut inventus opifex fuerit. Atque ita rursus in idem revoluta oratio, sponte sua factum opus, fateri coget. Si enim artifex vel exilissime statuam movisse dicitur, utique subjacet principio, qua is ratione informem olim & sine motu, movere cœpit atque polire. Nec ergo erat, nec est futurus idem perpetuo mundus. Comparandus enim est artifex Deo, & statua mundo. Quomodo igitur, o stupidissimi, creaturam existimatis creatori coæternam, ejus opera non indigere? Quod enim est coæternum, cum nulla ratione habeat creationis ortusque principium, etiam oportuerit esse coincreatum, eademque virtute. Porro, quod semel increatum, atque a se perfectum & immutabile visum sit, nullius etiam egens & immune a corruptione erit: atque adeo, dum res sic habeat, erit mundus in vestra sententia immutabilis.

VI. * Ecclesiam, [3] ab appellandis, ac ceu ad certamen vocandis voluptatibus dictam ait.

* Σχόλιον. Πῶς τοῦτο φὴς ἅγιε τοῦ Θεοῦ, εἴπερ καὶ σοὶ ἡ τοιαύτη δόξα;


* *Schol.* Quomodo id dicis, sancte Dei, si quidem ejusmodi tua opinio est?

1. *Quamobrem dicitis non factam?*] Facile dilemma, ut statuæ æternitas, eoque mundi cui illa comparatur, vel sit ab ipso artifice & ejus propria conditione, qui petat esse semper in actu, numquam otiari; quæ est ratio superius allata, & velut unum totius erroris istius fundamentum; vel ab ipsamet statua, quæ sic petat non incepisse; quod utrumque subtilissime impugnat Methodius, re tandem deducta ad *αὐτοματισμὸν*: & ut creata a se ipsis sint, non a Deo, velut ei necessario coæterna: nulla etiam rationis antecessione, divini esse, ad illud eorum esse perpetuo necessarium. Quæ certe ratio solidissima est, nec tangit opinionem apud nostrates agitari solitam, utrum mundus vel creatum aliquid potuerit esse ab æterno; non velut ens necessarium, & quod sic esse, sua ipsum natura peteret; sed ut contingens, & quod sola Dei voluntate sic esset. Quamquam etiam eam æternitatem Methodiana argumenta non leviter perstringant, velut ex ipsa ratione creati sit, ut eo quod creatum accipit vel esse vel motum, necessum sit *ὑποπεσεῖσθαι ἀρχῇ*: *Ut principio subjaceat*. Schottus ad illa verba & primam partem dilemmatis, *ὅπως μηδαμῶς ἀργήσας τῆς δημιουργίας νομίζοιτο*: *Caussam banc*, inquit, *non bene assequor*. At nec ego bene assequor ipsius modestiam, & quam in re tam facili, sicque Methodio inculcata, prætendit ignorantiam. Quod certe paullo post ad idem sequitur, *ὅπως ἀνάρχως λέγοιτο κρατεῖν τοῦ τεχνάσματος ὁ τεχνίτης*, diciturque ex eadem persona Ori[illegible]nianorum, eo adstruentium creationem sine principio & æternam; non [illegible] videtur assecutus, dum ita reddit: *Ut opifex opificio [illegible]*: nihil enim hoc ad propositum: Nos ita: *[illegible] artifex, habere dicatur quod molitus sit opus [illegible]*. Est plane hæc τοῦ, *κρατεῖν* acceptio; sicque *[illegible]* respondeat; Origeniani caventes *αὐτοματισμὸν*: quomodo forte sit legendum *ἀντὶ τοῦ, πικρότερον*.

2. Πικρότερον] Forte, *ἀλογώτερον*. Et mox al. *τὸν ἀκαρ.*

3. *Ab appellandis ac ceu ad certamen vocandis voluptatibus*] *παρὰ τοῦ ἐκκεκληκέναι τὰς ἡδονάς*. Vix certe fuerit subtilius etymum, digniusque Methodio ac eo Christi athleta, qui tali olim certamine, ad insignem illam de tyranno victoriam, quam tandem Martyr illustris obtinuit, sese strenue comparasset; velut apud nostrates Petrus ille Martyr, verè Christi & ante martyrium hostia, paulloque anterior ac gradu vicinior Methodio, Thomas ille gentis Anglorum, utinam virtutis æmulæ decus. Mire accinit meus ille Amphilochius hom. de pœnit. cum ita de diabolo succentore passionum, loquitur. p. 93. *φθονεῖ γὰρ ὑπὲρ πάντας τὸ γένος τῶν Χριστιανῶν, ὡς ἀποστρεφόμενον τῆς ἑαυτοῦ ματαιότητος πάντων*. *Præ mortalibus enim omnibus, livore fertur in Christianum genus & nomen, velut quod ex omnibus suæ ipsius dementiæ adversum noverit*: atque adeo velut solos habeat adversarios; quibus proinde velut solis illi militans voluptatum agmen, objectum videri possit, aperta baptismo velut palæstra; Ecclesia qua depugnemus; eo etiam tum cærimoniali, tum sacro, in eo, unctis oleo; quando & sacrum, ejus est velut consummatio. Hoeschelius hocce etymum ita exponit, ut voluerit dictam *ἐκκλησίαν* quasi *ἐκκλισίαν*, *a fuga voluptatum*, eoque legendum *ἐκκεκλικέναι*: ad quod etiam videtur respexisse Schottus illa parenthesi (*hoc est exstirpandus*.) Enimvero sic non egregium etymum, sed inepta fuerit æquivocatio, dignior rudi linguæ Græcæ, quam facundissimo in ea Methodio, quem plane non fugit, quam dedimus non ita insolentem aptissimamque propositio, illa τοῦ, *ἐκκαλεῖν* acceptio.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



Ὅτι φησὶν ὁ ἅγιος· δύο δὲ δυνάμεις ἐν τοῖς προωμολογημένοις ἔφαμεν εἶναι ποιητικάς, τὴν ἐξ οὐκ ὄντων γυμνῷ τῷ βουλήματι, χωρὶς μελισμοῦ, ἅμα τὸ θελῆσαι αὐτουργοῦσαν ὃ βούλεται ποιεῖν. τυγχάνει δὲ ὁ πατήρ· θάτερον δὲ κατακοσμοῦσαν καὶ ποικίλλουσαν κατὰ μίμησιν τῆς προτέρας τὰ ἤδη γεγονότα. ἔστι δὲ ὁ υἱὸς, ἡ παντοδύναμος καὶ κραταιὰ χεὶρ τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὴν ὕλην ἐξ οὐκ ὄντων [2] κατακοσμεῖ. A

VII. Ait Sanctus: [1] Duas porro, in iis quæ jam evicimus & sunt admissa, dicebamus esse virtutes effectrices: alteram quidem, quæ ex nihilo, nuda voluntate, nulla mora, simul atque vult, omnia faciat quæ velit. Est autem virtus illa Pater: alteram vero, quæ ad prioris imitationem perficiat, distinguatque ac perpoliat quod jam factum est. Et hic Filius est, omnipotens illa firmaque Patris manus, qua materiam ex nihilo prius creatam, postmodum exornat ac perficit.

Ὅτι * τὸ Ἰὼβ βιβλίον, Μωσέως εἶναι ὁ ἅγιός φησι. ὅτι περὶ τοῦ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, φησιν· * ἀρχὴν δὲ αὐτὴν τὴν σοφίαν λέγων τις, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. λέγεται γὰρ παρά τινι τῶν ἐκ τοῦ θείου χοροῦ λέγουσα περὶ αὐτῆς τὸν τρόπον τοῦτον· * Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ· πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με. B ἦν γὰρ ἀκόλουθον καὶ πρεπωδέστερον, πάντα ἃ εἰς γένεσιν ἦλθον, εἶναι ταύτης νεώτερα, ἐπεὶ καὶ δι' αὐτῆς γεγόνασιν. ἐπίστησον γὰρ, εἰ μὴ καὶ τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς Θεὸν, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· εἰ μὴ τούτοις ὁμαρτεῖ. τὴν μὲν γὰρ ἀρχὴν, ἀφ' ἧς ἀνεβλάστησεν ὁ ὀρθότατος Λόγος, τὸν πατέρα καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων φατέον, ἐν ᾧ ἦν· * τὸ δὲ, οὗτος [ἦν] ἐν ἀρχῇ πρὸς Θεὸν, τὸ ἐξουσιαστικὸν τοῦ Λόγου, ὃ εἶχε παρὰ τῷ πατρὶ καὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἰς γένεσιν παρελθεῖν, ἔοικε σημαίνειν, τὴν ἐξουσίαν ἀρχὴν εἰπών. οὐκοῦν ἀρχὴ, μετὰ τὴν ἰδίαν ἄναρχον ἀρχὴν, τὸν πατέρα, αὐτὸς τῶν ἄλλων γίνεται, δι' ἧς ἅπαντα δημιουργεῖται. C

VIII. Ait sanctus, [3] librum Job esse Mosis. Ait præterea super illis verbis: [a] *In principio creavit cælum & terram*: [4] Non erraverit, qui *Principium*, Sapientiam esse dixerit. Sic enim apud quemdam e sacro cœtu, fertur ipsa de se loqui: [b] [5] *Dominus creavit me initium viarum suarum, in opera sua; ante sæculum fundavit me.* Par enim erat congruumque, ut creata omnia, quippe facta per illam, essent ea posteriora. Nam vide, num illud Evangelicum: [c] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum: & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum*; istis consentanee habeat. Principium enim fuerit, Pater ille & creator universorum, ex quo germinavit, quod erat in ipso, Verbum rectissimum. [6] Illud autem: *Hoc erat in principio apud Deum*: Verbi principatum illum quem apud Patrem, priusquam mundus crearetur, liberum habuit, significare videtur; velut *Principium* dicat auctoritatem ac liberum principatum. Post ergo singulare illud Principium absque principio, qui est Pater, fit ipsum aliorum Principium, per quod omnia creantur.

Ὅτι Ὠριγένης μετὰ τὸ πολλὰ μυθήσασθαι περὶ τῆς τοῦ παντὸς ἀϊδιότητος, ἐπάγει καὶ τοῦτο. οὔτε οὖν ἀπὸ Ἀδὰμ, ὥς φασί τινες, πρότερον οὐκ ὢν ὁ ἄνθρωπος, τότε πρῶτος πλασθεὶς εἰς κόσμον παρῆλθεν· οὔτε αὖ κόσμος πρὸ ἓξ ἡμερῶν τῆς τοῦ Ἀδὰμ γενέσεως ἤρξατο δημιουργεῖσθαι. εἰ δὲ φιλοφρονοῖτο διαφέρεσθαι πρὸς ταῦτά τις, πρότερον φρατά-

IX. Origenes, inquit, postquam multa commentus esset de universi æternitate, etiam hoc addit. Neque ergo ab Adam, ut quidam affirmant, cum prius non esset homo, tunc omnium primus formatus, in mundum processit. Neque mundus rursum, ante sex dies quam crearetur Adam, cœpit fieri; Quod si quis hac in parte dissideat, ambigatque.

a Gen. I. 1. *b* Prov. VIII. 22. *c* Joan. I. 1.

1. *Duas porro, &c.*] Duas hypostasi, unam re ipsa & natura, eoque una indivisa actione & creantes materiam, & distinctione ornantes, sola appropriatione altera sibi alterum, altera alterum vendicante: Patre creationem, ut in qua maxime eluceat divina potentia: Filio ornatum & perfectionem, ut proprium maxime artis & rationis divinæ. Mox τὸ ἄνευ μελισμοῦ: palam vitiosum est. Schottus, *Sine partium distinctione*. Quid enimvero ad propositum? Legendum ergo μελλησμοῦ, ut V. & H. vel etiam μελησμοῦ, ut nonnumquam scribitur: ut promta rerum ex nihilo eductio, Deo vocante nulloque obnitente, exprimatur.

2. Κατακοσμεῖ] Andr. Schottus, μετακοσμεῖ.

3. *Librum Job esse Mosis*] Est hæc communior veriorque sententia, quam pluribus docte admodum explicat tueturque Jacobus Bolducus ord. S. Francisci Capuc. præludio 2. in suum Job.

4. *Non erraverit, qui Principium, &c.*] Secuti sunt eam Methodii expositionem Augustinus l. 1. *de Gen. ad lit.* c. 1. Basilius & Ambrosius hom. 1. *in Hexaem.* & est subtilis: quamquam non omnium forte maxime litteralis: qua de re expositores ad 1. illud caput Gen.

5. *Dominus creavit me, &c.*] Sic LXX. ἔκτισέ με: *Condidit, creavit me*: quod non minimam olim difficultatem fecit: satisfacitque Hieronymus in epist. ad Cyprian. negando haberi in Hebræo verbum creationis quæ dicitur ברא, sed possessionem quæ dicitur קנה: quo etiam modo habent Vulgata expressa ex Hebr. *Dominus possedit me in initio viarum suarum*: quomodo & Aquila κύριος ἐκτήσατό με ἀρχῆθεν. Quia tamen etiam LXX. salvandi sunt, & lectio tot Patribus recepta; dicendum videtur cum Iansenio ad eum locum, idem significari utraque lectione: quamquam illa LXX. nonnihil humilius, & humano modo: significari, inquam, Sapientiæ illius subsistentiam a Patre, ante omnem creaturam; æternamque emanationem, velut Rationis, in qua & per quam crearentur omnia: atque adeo, *Principii ex Principio illo singulari sine principio, Patre, a quo, & post quem*, γίνεται αὐτὸς ἀρχὴ τῶν ἄλλων. Velut creatur & fit aliorum ipsum, Principium, inquit Methodius, inhærens phrasi illi scripturæ, eodem proinde modo exponendus; Patrisque illam ingeniti no- D tionem ac auctoritatem insinuans, qua etiam emanationum ad intra, totiusque Trinitatis fons dicitur, & est unus ipse, ἀρχὴ ἄναρχος: non ad exsistentiæ prioris exclusionem; sic enim & Filius ἄναρχος est, ut bene Gregorius orat. *de Theolog.* aliique passim Græci; sed per remotionem αἰτίας: ac velut caussæ, principiique essendi: nam caussam in divinis non ita ferunt Latini, ut nec Græci, ἀρχὴν, bono utrique sensu, aliisque & aliis verbis quod sanum est, explicantes. Male ergo Schottus τὸ, ἰδίαν ἄναρχον ἀρχὴν, *Proprium* reddidit, *æternumque Principium*: nec satis sane, cum dictum κατ' ἐξοχὴν de Patre, negari videatur de Filio; quod esset valde blasphemum, purusque putus Arianismus.

6. *Illud autem: Hoc erat, &c.*] Singularis plane hic, quamquam non alienus a phrasi Græca, Methodii sensus: immo nec a Latina. Nam etiam Latinis, Esse in magistratu: Esse in dignitate, &c. eo sensu recepta sunt. Cum ergo τὸ, ἀρχὴ, Græcis sit æquivocum, nec minus *principatum* significet, quam *principium*; potuit Methodius E intelligere, verbis illis significatum Verbi divini principatum; ut exsistentia ejus apud Deum & Patrem, iis velut qualificetur: quod plane congruit illi Psal. CIX. μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ, καὶ τὰ ἑξῆς. ubi Latina: *Tecum principium*, &c. sed ex Hebr. constat legendum *Principatus*: nec nisi καταχρηστικῶς nonnihilque barbare, alterum pro altero positum ab Interprete, non ex Hebr. sed ex Græco LXX. reddente. Legerunt sine dubio illi עמך נדבות (*Himmecha nedaboth*) seu potius נדבות (*Nedabuth*) ut bene Sanctes noster, recteque & eleganter expresserunt Græce μετὰ σοῦ ἡ ἀρχή· pro quo jam mutatis punctis legimus עמך נחבות (*hammecha nedaboth*) *Populus tuus spontaneus*: quod & ipsum, imperium respicit,

A τω; εἰ μὴ ἀναρίθμητος ἀπὸ τῆς τῦ κόσμου γενέσεως, κατὰ τὴν Μωσέως βίβλον, τοῖς οὕτως αὐτὴν ἐκλαμβανομένοις ὁ χρόνος εἷς; τῆς προφητικῆς καὶ ἐνθάδε βοώσης φωνῆς· ἀπὸ τῦ αἰῶνος καὶ ἕως τῦ αἰῶνος σὺ εἶ· ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου, ὡς ἡμέρα ἡ χθὲς, ἥ τις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί· * χιλίων γὰρ ἐτῶν διοριζομένων εἰς μίαν ἡμέραν, ἐν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ. ἀπὸ τῆς τῦ κόσμου γενέσεως μέχρι καταπαύσεως .... μέχρις ἡμῶν, ὡς οἱ περὶ τὴν ἀριθμητικὴν φάσκουσι δεινοὶ, ἓξ ἡμέραι συμπεραιοῦνται. ἑξακισχιλιοστὸν ἄρα ἔτος φασὶν ἀπὸ Ἀδὰμ εἰς δεῦρο συντείνειν· τῇ γὰρ ἑβδομάδι τῷ ἑπτακισχιλιοστῷ ἔτει κρίσιν ἀφίξεσθαί φασιν· οὐκοῦν αἱ πᾶσαι ἡμέραι δέκα καὶ τρεῖς ἀφ' ἡμῶν, ἕως εἰς τὴν ἐν ἀρχῇ, ἐν ᾗ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν B γῆν, μετροῦνται. ὧν ὁ Θεὸς ἀνώτερον, κατὰ τὴν σφῶν αὐτῶν ἄνοιαν οὐδὲν οὐδαμῶς δημιουργήσας, ἐγεγύμνωτο τῦ [a] πατὴρ καὶ παντοκράτωρ εἶναι. εἰ δὲ καὶ τρισκαίδεκά εἰσιν ἡμέραι ἐν ὀφθαλμοῖς Θεοῦ ἀπὸ γενέσεως κόσμου· πῶς φησιν ἡ ἐν τῷ Σειρὰχ σοφία· ἄμμον θαλασσῶν, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, καὶ ἡμέρας αἰῶνος, τίς ἐξαριθμήσει; ταῦτά φησιν ὁ Ὠριγένης σπουδάζων, καὶ ὅρα οἷα παίζει.

A prius cedat, num ita accipientibus, facile ad Mosaici libri rationem, numeretur annus unus? sic etiam heic acclamante prophetica voce: [a] *A sæculo & usque in sæculum tu es: quoniam mille anni ante oculos tuos, tamquam dies hesterna quæ præteriit: & custodia in nocte.* [1] Nam cum mille anni in diem unum concludantur in oculis Dei; a mundi ortu ad usque requiem; (sunt dies sex; atque ab illa) ad nos iterum sex præteriere dies, ut optimi affirmant calculatores. Annum ergo sexies millesimum ab Adamo ad nos usque ajunt extendi: nam die septima, septimo inquam mundi millenario, judicium futurum dicunt. Ergo a nobis usque ad principium in quo Deus creavit cælum B & terram, dies omnes tredecim numerantur: ante quos, cum Deus nihil omnino operatus sit & creaverit, Patris nomine & universalis conservatoris ac Domini caruit. Enimvero, si tredecim dies sunt in oculis Domini a mundo condito, quomodo Sapientia in Jesu Sirach dicit: [b] *Arenam maris, & pluviæ guttas, & dies sæculi quis dinumerabit?* Hæc Origenes serio disputans, vide rogo quam nugetur.

a Psal. LXXXIX. 2. 4. *b* Eccli. I. 2.

1. *Nam cum mille anni, &c.*] Videtur plane, & est locus mutilus, male omnino redditus ab Schotto, nec bene illustratus ab Hœschelio. Ex illo igitur Psalm. 89. *Mille anni, ante oculos tuos*, &c. infert Origenes a mundo primum C creato ad Adamum usque ac Dei requiem; non nostram, ut supinius Schottus, sex mille annos intercessisse; sex vero iterum alios ab illa quiete, ex probatiori chronologia quæ est LXX., ad sua usque tempora colligit: velut jam exacto altero senario, postque illud currente septenario, ac velut septima die, qua vult fore mundi consummationem. Ex quibus universim colligit Methodius, esse tantum dies quatuordecim (*& sic forte fuerit in textu corrigendum*), ante quos in ipsa Origenianorum sententia, Deus nihil ageret: eoque non stare illud Sap. Sirach. (*Eccli.* I. 1.) *Dies sæculi quis dinumerabit?* velut illi innumerabiles sint, arenæque maris & guttis pluviæ comparabiles. Nulla ergo heic jocularis hallucinatio Origenis, qualem Hœschelius fingit, velut septem pro tredecim injecerit; sed debilior argumentatio ex scriptura male intellecta, quam Methodius ex scriptura quoque refellit. Notanda auctoritas D libri *Ecclesiastici*, quem vir sanctus etiam Psalmis opponat. Porro videtur ex illo loco, celebrem illam Gregorii & fere Græcorum sententiam, de mundi spiritalis & angelici creatione ante hunc corporeum, statuere; ac infinuare, innumerabiles illos dies sæculi seu ævi illius, esse spiritalis, non nostri hujus; cujus numerus dierum, etiam Origeniane, & juxta illos qui ita extendunt dies sex creationis, facile iniri possit. Contra hanc sententiam æstimat Cornelius pronuntiatum a Patribus Lateranensibus: sed mihi melius censet D. Thomas, cujus utinam in censendis dogmatis modestiam & soliditatem juniores multi imitarentur, nec nisi ex mente Conciliorum, cui verba debent componi, in ejusmodi pronuntiarent. Damnatus ergo fuerit carcer ille damnati Origenis, & mundus ille ante Adamum sex mille annis, plenus incorporeis hominibus seu non carnalibus, & hactenus angelis; spiritalis vero ille & vere angelicus, quem nemo Patrum erroris in fide insimularit, Basilio, Gregorio, &c. Ipsique nostro Methodio, quantum ex dictis colligimus, vindice S. Thoma & Angelo Scholæ, probabilis constiterit: quamquam eidem, ejusque discipulis, quos agimus, simultanea, ut unius mundi, creatio omnium, probabilior fuerit. Non male de his Escalant. *Clypeo concionat.*

a Πατὴρ] Legendum omnino videtur ποιητής. Sic enim, ubi de creatione, loqui amant Patres Græci; quibus Deus dicitur ποιητὴς τῶν ὅλων καὶ δημιουργός. Vide sis vol. I. nostræ Bibl. p. 713. not. 1. Hinc reformanda versio: *Cum Deus nihil omnino operatus sit & creaverit*, EFFECTORIS *nomine ---- caruit*. Mirari subit hunc locum, non solum Schottum, sed & Combefisium fugisse.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ

Ἐκ τῶν κατὰ Πορφυρίου.

SANCTI METHODII

Fragmenta ex libris adversus Porphyrium [1].

I.

Ex PARALLELIS DAMASCEN. *opp. tom.* II. *pag.* 778. A *edit.* LEQUIEN. *Paris.* 1712.

E ΚΑλλιστον ταῖς ἀληθείαις καὶ ἐπαινετὸν κλητέον τοῦτο, ὅπερ ἂν αὐτὸς εἶναι ὁ Θεὸς ἡγήσηται καλόν· κἂν ὑπὸ πάντων ἐξουθενῆται καὶ χλευάζηται· ἀλλ' οὐχ ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι νομίζουσι.

PLane omnino optimum atque laudabile fuerit appellandum, quod esse Deus ipse bonum putaverit; tametsi omnes illud spernant subsannentque. Non enim sic habet, ut homines autumant.

II.


Ibid. pag. 784. B.

Μετάνοια τότε ἁμαρτήματος παντὸς γίνεται ἀπαλειπτική, ὅταν ἐπὶ τῷ γενομένῳ ψυχῆς σφάλματι

Tunc pœnitentia omne peccatum delet, cum peccante anima, dilationem non acceperit, neque

1. Tria quæ subjiciuntur fragmenta, excerpta perhibentur in Parallelis Damascenicis ἐκ τῶν κατὰ Πορφυρίου. De hoc autem opere S. Methodii plura S. Hieronymus inter *Veterum testimonia*, quæ Methodianis præmisimus. Vide sis & Holstenium in Dissertat. *de vita & scriptis Porphyrii*, cap. XI. post med.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 290.



ἀναβολὴν μὴ δέξηται· μηδὲ παραπέμψει τὸ πάθος εἰς χρονικὸν διάστημα· οὕτω γὰρ οὐχ ἕξει καταλεῖψαι ἴχνος ἐν ἡμῖν τὸ κακόν· ἅτε ἅμα τῷ ἐπιβλῆναι ἀποσπασθὲν δίκην φυτοῦ ἀρτισυστάτου.


A in longum tempus morbum remiserit. Sic enim nequiverit malum relinquere in nobis vestigium, velut statim ac cœpit invadere, instar novellæ plantationis, avulsum.

III.

Ibid. pag. 785. E.

Ημέτερον μὲν ὄντως ἐστὶ κακὸν, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἀνομοιότης τε καὶ ἄγνοια· ἀγαθὸν δὲ, ἔμπαλιν τηλίκον, ἡ πρὸς αὐτὸν ἐξομοίωσις. φαίνεται γοῦν οἰκεῖον μὲν, ἀληθῶς ἀγαθὸν, ἡ περὶ τὸ ἄφθαρτόν τε καὶ θεῖον ἐπιστροφὴ καὶ πίστις· κακὸν δὲ, ἡ περὶ αὐτὸν ἄγνοια καὶ ῥαθυμία· εἴγε τὰ ἐν ἡμῖν καὶ ἐξ ἡμῶν φυόμενα, ταῦτα ἡμέτερα τυγχάνουσι· κακοποιητικὰ ὄντα πονηρίας.

Hominis re vera malum, ejus ad Deum dissimilitudo & ignorantia: contra, grande bonum, assimilatio. Sane videri debeat, vere proprium ejus bonum, conversio fidesque in id quod corruptione vacat, & Deum; malum autem, quæ circa eum B ignoratio ac desidia est: quando in nobis atque ex nobis ortum habentia, quibus est malitia omnis, nostra censeri debent.



ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ

Εκ τοῦ περὶ Μαρτύρων λόγου.

SANCTI METHODII

Ex Sermone DE MARTYRIBUS [1].

FRAGMENTUM.


Apud THEODORITUM Dial. I. Ατρεπτ. *opp. tom.* IV. *pag.* 37.

ΟΥτω γὰρ θαυμαστὸν καὶ περισπούδαστόν ἐστι τὸ μαρτύριον, ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τιμῶν αὐτὸ ἐμαρτύρησεν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἵνα καὶ τούτῳ τὸν ἄνθρωπον τῷ χαρίσματι εἰς ὃν κατέβη, στέψῃ.

C ADeo etiam admirandum & magnopere expetendum est martyrium; ut Dominus ipse Jesus Christus, filius Dei, ipsum honorans passus sit, [a] *non rapinam arbitratus se esse æqualem Deo*: ut hoc dono etiam hominem ad quem descenderat, honoraret.

a Philipp. II. 6.

1. Unus inter veteres Theodoritus, quod quidem sciam, meminit hujus operis Methodiani *de Martyribus*. Sic autem se habet apud ipsum inscriptio: Τοῦ ἁγίου Μεθοδίου, ἐκ τοῦ περὶ μαρτύρων λόγου. Combefisium qui complura ex Eclogariis & Catenis Methodiana fragmenta congessit, miror equidem istud vetustissimi Patris de Christi divinitate illustre testimonium præteriisse. Quæ enim in eo enuntiantur, non nisi in Deum verum cadere possunt, judice Petavio in præclara præfatione ad tom. II. *Dogmat. theolog.* cap. IV. num. V. Neque aliter Bullus in *Defens. fid. Nic.* sect. II. cap. XIII. §. 9. pag. 164.



ΜΕΘΟΔΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΑΤΑΡΩΝ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ,

Εἰς τὸν Συμεῶνα, καὶ εἰς τὴν Ἄνναν, τῇ ἡμέρᾳ τῆς ὑπαντήσεως·

καὶ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον.

METHODII

EPISCOPI PATARENSIS ET MARTYRIS,

D De Symeone & Anna, quo die Domino in templo occurrerunt.

ac de sancta Deipara.

ΠΑλαι ἱκανῶς, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχέων, τὰ περὶ παρθενίας * ἐν τοῖς περὶ ἁγνείας συμποσίοις κατεστρωκότων ἡμῶν, σήμερον αὐτὴν τὴν τῆς παρθενίας ὁλόρριζον δόξαν, καὶ ἀμαράντινον στέφανον εἰς εὐφροσύνην ὁ χρόνος ἐν μέσῳ προήγαγε τοῖς τῆς ἐκκλησίας τροφίμοις. σήμερον γὰρ τὸ βουλευτήριον τῶν θείων χρησμῶν ἐξανοίγεται, καὶ τὰ τῆς παρούσης ἐνδόξου ἡμέρας σύμβολα καὶ ἀποτελέσματα, πα-

I. CUM olim, quantum quidem breviter licuit, quæ de Virginitate dicenda erant, [1] in SYMPOSIACIS de castitate, ceu jactis fundamentis abunde explicuerimus: hodierna die totam ipsam & a radice virginitatis gloriam coronamque immarcescibilem, alumnis Ecclesiæ oblectandis, tempus ecce in medium produxit. Hodie siquidem divinorum oraculorum concilium palam aperitur; gloriosaque hu-

1. *In Symposiacis* &c.] ἐν τοῖς περὶ ἁγνείας συμποσίοις. E Habentur in bibliotheca monasterii quod est in Insula Pathmos: Leo etiam Allatius edenda promittit in suo Eustathio: nec dum ipsi potuimus integrum opus nancisci, aut habere Roma scriptum, quamquam non semel de ea re scripsimus: ut opus habeamus dare excerpta Photiana, cum pauculis fragmentis, potius solicitando alicui, ut vel ediderit vel edendum nobis non inviderit, quam faciendo satis votis publicis, & huic ipsi Orationi, qua se auctor quæ spectant ad virginitatem, in illis κατεστρωκέναι, ceu fundamenta jecisse accuratiusque explicasse, alioquin heic explicanda, statim pronuntiat. Minus Pantinus expresserat. --- Hæc scribebat Combefisius anno 1644. quo sua Methodiana publici juris fecit. Methodii enim *Symposium* primum prodiit Romæ cura & studio Leonis Allatii anno 1656. deinde anno insequente 1657. Parisiis ex editione Possinii.

ρα τῶν ἱεροκηρύκων τῷ ἐκκλησιαστικῷ συλλόγῳ ἐπαναγινώσκεται. σήμερον ἡ περαίωσις τῆς ἀρχαίας βουλῆς καὶ ἀληθινῆς, διὰ τῶν ἔργων ἐνδόξως τῷ κόσμῳ ἐμφανίζεται. σήμερον ἄτερ διακαλύμματος ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου, καὶ τῆς θείας αὐτοῦ κιβωτοῦ * κατοπτριζόμεθα. σήμερον τὴν καραδοκηθεῖσαν οὐράνιον χαρὰν ταῖς γενεαῖς, * ἐπ' ὤμων φέρουσα ἡ ἁγιωτάτη πανήγυρις, τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀποδίδωσι. παρῆλθε τὰ παλαιὰ, καὶ ἤνθησε τὰ νέα, καὶ οὐ παλαιούμενα. οὐκέτι νόμου αὐστηρὸν δόγμα προεδρεύει, ἀλλὰ χάρις δεσπότου βασιλεύει, σωτηρίῳ μακροθυμίᾳ πάντας πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρέφουσα. οὐ πάλιν Οζᾶν τις ἀοράτως μαστίζεται, προσψαῦσαι τοῖς ἀψαύστοις κατατολμῶν. Θεὸς γὰρ προτρέπεται, καὶ τίς δειλιάσει; Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, βοᾷ, καὶ τίς οὐ προσδραμεῖται; καὶ μηδεὶς Ἰουδαίων ἀντιλεγέτω τῇ ἀληθείᾳ, πρὸς τὴν προτύπωσιν βλέπων τοῦ οἴκου Αβεδαρᾶ· εἰς τὰ ἴδια * ἦλθεν ὁ κύριος ἐμφανῶς, καὶ ³ ὑπὸ τῆς ἐμψύχου κιβωτοῦ, ὡς ἐπὶ ἱλαστήριον, ἐπὶ γῆς πομπεύει. ταύτης προσψαύσας τελώνης δίκαιος ἀναδείκνυται. ταύτῃ προσπελάσασα πόρνη, σώφρων ἀναπλάττεται. ταύτῃ θίξας λεπρὸς, ἀνωδύνως ἀναχαλκεύεται. οὐδένα ἀπωθεῖται· οὐδένα βδελύσσεται. μεταδιδοῖ τῶν ὑγιεινῶν, οὐ μεταλαμβάνουσα τῶν νοσερῶν. ὁ γὰρ τῆς φιλανθρωπίας κύριος ἐπαναπαύεται αὐτῇ. ταῦτα τῆς νέας χάριτος τὰ δωρήματα. τοῦτο πρόσφατον γέγονεν ὑπὸ τὸν ἥλιον, οὐ πάλαι γεγονὸς, οὐδ' αὖ μετέπειτα γενησόμενον. ⁵ προώρισε δι' οἰκτὸν τὸν πρὸς ἡμᾶς, ἦλθε, καὶ ἐπλήρωσε διὰ φιλανθρωπίαν τὴν αὐτῷ πρέπουσαν. εἰκότως γοῦν καὶ ἀνέκραγεν ἡ ἱερὰ σάλπιγξ· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. καὶ τί ἐννοήσω, ἢ τί λαλήσω ἐπάξιον τῆς ἡμέρας, τοῖς ἀνεφίκτοις ἐπεκτεινόμενος; φέρει γὰρ ἀεὶ τῆς ἁγίας παρθένου ἡ μνήμη κατὰ παντὸς λόγου τὰ νικητήρια. διά τοι τοῦτο δυσωπήσαν ἡμῶν τὴν ἀσθένειαν τὸ μέγεθος τῶν ἐγκωμίων, ἐπὶ τὸν δυνατὸν ὕμνον καταφύγωμεν, * καὶ τὴν ἀκίνητον ἧτταν ἐγκαυχησάμενοι, τῷ φιλεόρτῳ Χριστοῦ ποιμνίῳ γενηθέντες συγχορεύσωμεν. σὺ δέ μοι ὦ θειότατον καὶ ἱερώτατον ἀκροατήριον, τὸ σιγηλὸν ἄσκει, ὅπως διὰ τῶν πορθμῶν τῶν ἀκοῶν γαληνῶς ταῖς διανοίαις ἐγκαθορμισθῇ τῆς ἀληθείας τὰ ἀγώγιμα. ἑορτὴν ἄγομεν, οὐχ Ἑλληνικῆς εἰκαιομυθίας, γελοποιὸν καὶ ἐμβρόντητον θεῶν ἑστίασιν φέρουσαν, ἀλλὰ τῆς ἀστέκτου δόξης τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ συγκατάβασιν ἐκπαιδεύουσαν.

A jus diei signa præfigurata, eorumque exitus atque effectus a sacris prædicatoribus, ecclesiastico cœtui releguntur. Hodie finis antiquo illi veroque consilio impositus, præclare rerum ipsa exhibitione mundo manifestatur. Hodie citra tegumentum aliquod [a] *Domini gloriam*, divinæque ipsius Arcæ majestatem, [1] ceu in speculo, revelata facie *contemplamur*. Hodie cælestem illam, Gentibusque anxie exspectatam lætitiam, [2] humeris suis sanctissima celebritas bajulans, mortalium generi impertitur. [b] *Præterierunt vetera; effloruerunt nova, & quæ non veterascunt.* Non jam amplius austerum Legis decretum præsidet: sed Domini gratia omnes ad se salubri longanimitate convertens regnum tenet. Haudquaquam B iterum [c] Ozan aliquis intrectabilia ausus contingere, invisibili ratione flagellatur. Deus enim ipse invitat; & quis præ timore adhuc cunctabitur? Clamat: [d] *Venite ad me, omnes qui laboratis & onerati estis*; & quis non accurret? Ne quis vero Judæus contradixerit in præcedentem [e] domus Abedaræ typum respiciens. [f] *In propria* Dominus, [4] *manifeste* [g] *venit*; vivæque & animatæ Arcæ, ceu propitiatorio insidens, pompa in terra procedit. Hanc Publicanus contingens, justus evadit. Huic se Meretrix applicans, velut nova fictione casta redditur. Hanc Leprosus contrectans, sine dolore sanus, velut recuditur. Neminem repellit: neminem abominatur. Impertitur sanitates; non participat aliquid noxium. C Propensissimus enim erga homines Dominus, in ea requiescit. Sunt hæc, novæ gratiæ munera. Hoc [h] recens novumque accidit sub sole; nec olim factum, nec post futurum. Quod pro sua Deus in nos misericordia præfiniverat, venit; & pro sua digna erga humanum genus propensione, ipse adimplevit. Quare jure optimo, sacra illa tuba intonuit: [i] *Vetera transierunt; ecce facta sunt omnia nova.* Quid vero mente concipiam quidve loquar, hac dignum die enitens ad inconcessa? Vincit enim ac longe superat omnem sermonem, sanctæ hujus Virginis memoria. Quocirca deterrente virium nostrarum imbecillitatem, laudum ipsius magnitudine; ad hymnum eidem pro ingenii nostri facultate decantandum confugiamus; D [6] nosque ipsi immobiliter victos gloriantes, una cum festi studioso Christi grege, tripudio saliamus. Tu vero mihi in primis divinissima sacratissimaque concio, silentium colito, ut per aurium sinus velut intelligentiæ portum, veritatis merces placide subintrent. Festum agimus non ex Græcorum vanis fabulis, ridiculum attonitumque deorum convivium secum adducens; sed quod importabilis gloriæ, ejus [k] *qui est super omnia Deus*, humilem ad nos demissionem, edoceat.

Φέρε τοίνυν σεμνολόγε κηρύκων, καὶ μέγιστε προφητῶν Ἠσαΐα, τὰ τῆς ἐνδόξου πανηγύρεως φιλοσόφει τῇ ἐκκλησίᾳ μυστήρια, καὶ δαψιλῶς ἐμφορηθῆναι

II. Age ergo, inter præcones gravissime ac maxime Prophetarum, Isaia, gloriosæ celebritatis sacramenta sapienter edissere; optimosque convivas,

a II. Cor. III. 18. *b* II. Cor. V. 18. Esai. XLIII. 19. *c* II. Reg. IX. 6. *d* Matth. XI. 28. *e* II. Reg. VI. 10. *f* Joan. I. 11. *g* Psal. XLIX. 3. *h* Eccle. I. 10. *i* II. Cor. V. 17. *k* Rom. IX. 5.

1. *Ceu in speculo contemplamur*] κατοπτριζόμεθα. Respicit Paullinum κατοπτριζόμενοι 2. Cor. 3. ubi Vulg. *Speculantes*: eodem atque ipsi sensu. Erasm. *In speculo repræsentantes*: quod minus placet. Pantinus tantum, *Contemplamur*; minus expressum.

2. *Humeris suis sanctissima celebritas bajulans*] ἐπ' ὤμων φέρουσα: Phrasi illa trita, qua dicimus, tempus triste aliquid vel faustum afferre. Eodem modo Andreas Cret. orat. in Nativ. Mariæ, ἡμέραν dicit, πρώτην τῶν ἑορτῶν, φέρουσαν τὸ φῶς τῆς παρθενίας ὑπὲρ κεφαλῆς. *Diem inter festos primum, qui lumen virginitatis in capite bajulet.*


3. T…] Forte …, ut alibi.

4. *Manifeste venit*] ἦλθεν ἐμφανῶς. Sic plane textus jun… plana allusione ad illud Psal. 49. *De…* … ἐμφανῶς ἥξει: quem locum auctor, E alteri Joan. 1. adnectit. Quare minus apte Pantinus junxerat sequentibus. Quod item præcedit προτύπωσιν τοῦ οἴκου Αβεδαρᾶ: *Rem in domo Abedara præfiguratam*: minus expressum: pro, *Præcedentem figuram seu typum domus Abedara*, a qua, rei præfiguratæ ac præsignatæ, nempe Mariæ, aut etiam templo, in quod viva illa Arca, Dominus Jesus pompa inducitur, reverentiam conciliat.

5. Προώρ] Deesse videtur ὃ.

6. *Immobiliter victos gloriantes*] τὴν ἀκίνητον ἧτταν ἐγκαυχησάμενοι. Sic retinendum videtur, quidquid Pantino videatur mutandum, τὸ, ἀκίνητον, in ἀνίκητον, minusque bene reddat; *Invicto hoc certamine victos &c.* Significatur excellens Christi victoria laudumque ejus, qua immobili; ut non possit non obtinere; nobis gratulandum sit.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



τῶν ἀναφαιρέτων ἀγαθῶν πρότρεπε τοὺς καλλίστους δαιτύμονας, ὅπως τῷ παρὰ σοὶ ἐσόπτρῳ τὴν παρ' ἡμῖν ἀλήθειαν ἀντιξέξας, ὡς ἀψευδὴς ὑποφήτης, χεῖρα ἐπὶ χεῖρα κροτήσης τῷ τέλει τῶν προῤῥήσεων. ἐγένετό, φησι, τοῦ ἐνιαυτοῦ οὗ ἀπέθανεν Οζίας ὁ βασιλεὺς, εἶδον τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ. καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ. ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί. καὶ ἐκέκραγεν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ· πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. καὶ ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον, καὶ ὁ οἶκος ἐπλήσθη καπνοῦ. καὶ εἶπα, ὦ τάλας ἐγὼ, ὅτι κατανένυγμαι· ὅτι ἄνθρωπος ὢν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος οἰκῶ, καὶ τὸν βασιλέα κύριον Σαβαὼθ εἶδον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. καὶ ἀπεστάλη πρός με ἓν τῶν Σεραφὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ. καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς κυρίου λέγοντος, τίνα ἀποστείλω; καὶ τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; καὶ εἶπα, ἰδοὺ ἐγὼ, ἀπόστειλόν με. καὶ εἶπε, πορεύου, καὶ εἰπὸν τῷ λαῷ τούτῳ, ἀκοῇ ἀκούσητε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. ταῦτα τοῦ προφήτου διὰ τοῦ πνεύματος τὰ προκηρύγματα. σὺ δέ μοι ἀγαπητὲ σκόπει τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ἵνα συνίσης τῶν μυστηρίων τὴν ἔκβασιν, καὶ μάθῃς τίς καὶ ποταπὴ ἡμῶν ἡ συνάθροισις. καὶ προχρηματίσαντος τοῦ προφήτου τὸ θαῦμα, δεῦρο ἄπιθι, καὶ πρόσβαινε θερμότατα καὶ φαιδρότατα καὶ προθυμότατα, τῇ ὀξυωπίᾳ τῆς διανοίας ἐπὶ τὴν εὐκλεεστάτην Βηθλεὲμ, καὶ ἀνατύπωσαι σεαυτῷ ἐμφανῆ εἰκόνα, τῇ ἐκβάσει τῶν πραγμάτων τὴν προφητείαν συγκρίνων· οὐ γὰρ δεήσῃ μακρῶν λόγων εἰς ἐφόδιον γνώσεως, τοῖς ἐκεῖσε ἔργοις ἐνατενίζων. πάντα γὰρ [1] ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. ἰδοὺ γὰρ αὐτόθι ὡς θρόνος ὑψηλὸς καὶ ἐπηρμένος τῇ δόξῃ τοῦ κτίσαντος ἡ παρθενομήτωρ εὐτρεπίζεται φανερώτατα τῷ βασιλεῖ κυρίῳ Σαβαώθ. ἐπὶ τοῦτον κατανόησον τὸν νῦν πρός σε διὰ σαρκὸς ἐπιδημήσαντα κύριον. ἐπὶ τοῦτον (τὸν παρθενικόν φημι θρόνον) προσκύνησον τὸν πρὸς σὲ τὴν νέαν ταύτην καὶ πανύμνητον πορείαν στειλάμενον. περίβλεψαι δὲ τοῖς τῆς πίστεως ὄμμασι, καὶ εὑρήσεις περὶ τοῦτον καὶ τὸν βασιλικὸν τῶν Σεραφὶμ * ἱεράτευμα. ἕπεσθαι γὰρ φιλεῖ πως τῇ βασιλέως παρουσίᾳ, καὶ ἡ τούτων δορυφορία. ὅθεν καὶ ἀνυμνηκέναι τὸ τηνικαῦτα λέγονται· οὐ μόνον τὸ τρισυπόστατον τῆς θείας ἑνάδος, ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν καταντήσασαν τὰ νῦν ἐπὶ γῆς, διὰ τῆς θεοφανείας, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος, πᾶσι προσκυνητὸν δόξαν, ἐν τῷ λέγειν. πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. συμπαρεῖναι γὰρ πεπιστεύκαμεν τῷ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπίσαντι υἱῷ * κατὰ τὴν εὐδοκίαν, καὶ τὸν ἀδιάστακτον αὐτοῦ πατέρα κατὰ τὴν θεότητα, σὺν τῷ ὁμοουσίῳ αὐτοῦ πνεύματι. Θεὸς γάρ, φησιν ὁ ἱεροφάντης Παῦλος, ἦν ἐν τῷ Χριστῷ, κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν· τὸν πατέρα ἐν τῷ υἱῷ, διὰ τὸ ἓν θέλημα ἐμφαίνων.

A ut stabilibus bonis large exsaturentur, impelle; ut tuo illi speculo veritatem nostram ex adverso nectens, prædictionibus sortitis terminum, ut verus vates, manum ad manum lætus complodas: [a] *Factum est*, inquit, *in anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum sedentem super thronum excelsum & elevatum: & plena domus gloria ejus. Et Seraphim stabant in circuitu ejus: sex alæ uni, & sex alæ uni. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth: plena omnis terra gloria ejus. Et elevatum est superliminare a voce qua clamabant: & domus impleta est fumo. Et dixi: O miser ego, quia compunctus sum: quia homo cum sim, & immunda labia habeam, in medio populi immunda labia habentis habito;* B *& regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis. Et missus est ad me unus de Seraphim; & in manu sua habebat carbunculum quem forcipe tulit ab altari: & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & aufert iniquitates tuas, & peccata tua circumpurgabit. Et audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit ad populum hunc? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, & dic populo huic: Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis.* Sunt porro hæc Prophetæ per Spiritum prænuntiata oracula. Tu vero, mihi, carissime, vim dictorum considera, ut sacramentorum eventum C assequaris; noverisque quis quantusque sit noster hic conventus. Quumque Propheta olim miraculum sit vaticinatus; age tu, summo ardore animique lætitia & alacritate, perspicaci intelligentiæ tuæ oculo, Bethlehem illam perquam inclytam adi; manifestamque tibi tuo animo tecum imaginem effinge, prophetiam cum ipso rerum eventu componens. Neque enim, multis tibi verbis opus fuerit ad totius rei cognitionem consequendam, modo iis quæ illic geruntur, mentis oculos diligenter advertas. [b] *Omnia siquidem sunt obvia intelligentibus, & recta invenientibus scientiam.* Ecce enim, ceu thronus sublimis & elevatus, ob ejus gloriam qui est fabricatus, Virgo mater regi Domino Sabaoth, spectatis- D sima illic statuitur. Super illo nunc ad te venientem in carne Dominum perspice. Super illo, virginali inquam throno, eum venerare qui novam hanc, omnibusque laudibus prosequendam ad te profectionem adornavit. Circumspice vero fidei oculis; regiumque etiam illud Seraphicorum spirituum, [2] ceu sacerdotii lege, ei comes, obsequium occurret. Amat enim etiam ejusmodi satellitium, talis regis sequi præsentiam. Unde & eo loco, non solum dicuntur laudasse trinam illam divinæ unitatis substantiam; verum etiam, quæ nunc, Deo apparente, in terra occurrit, unius illius de sancta Trinitate, omnibus adorandam gloriam; in eo quod dicant: *Plena omnis terra, gloria ejus.* Credimus enim E Filio propter nos [3] *secundum* [c] *propositum* facto homini, una adesse Patrem, divinitate inseparabili, cum ejusdem, ipsi, essentiæ, Spiritu. Nam ait Paullus, ille sacrorum interpres: [d] *Erat Deus in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans ipsis delicta ipsorum:* Patrem in Filio, propter unam eamdemque voluntatem esse ostendens.

a Esai. VI, 1-9. *b* Prov. VIII, 9. *c* Ephes. I, 5. *d* II. Cor. V, 19.

1. Ἐνώπια] Theod. εὐθεῖα.
2. *Ceu sacerdotii lege, obsequium*] ἱεράτευμα: Visum est minus expressum τὸ, *sacerdotium*. Est auct. Arist. ἡ περὶ τοὺς θεοὺς ἐπιμέλεια: Cultus ille & obsequium religioque, sacerdotibus maxime, Deum divinamque excellentiam excellenter referentibus, respective adhibenda.

3. *Secundum propositum*] κατὰ τὴν εὐδοκίαν: Eph. 1. quo alludit. Nempe juxta bonam illam Dei voluntatem & decretum salutis hominum; ex qua una Patris & Filii, Patrem in Filio statim colligit, ex eodem Paullo; eoque minus apte Pantinus: *Ob propensam suam in nos voluntatem.*

Καταιωήσας δὲ ὦ φιλέορτε περὶ τὴν Βηθλεὲμ τὰ A οὕτως ἔνδοξα, καὶ διὰ σὲ τελούμενα, συνασμένιζε τοῖς ἐπουρανίοις μεγαλοφυῶς τὴν περὶ σὲ ἑορτάζουσι σωτηρίαν. χόρευε πρὸ προσώπου τοῦ παρθενικοῦ θρόνου, ὡς πάλαι Δαβὶδ πρὸ προσώπου τῆς κιβωτοῦ. ἀνευφήμησον τὸν ἁπανταχοῦ πάντοτε παρόντα, καὶ ἐκ Θεμὰν, ὥς φησιν ὁ προφήτης, ἐπιφανῆναι κατὰ σάρκα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων εὐδοκήσαντα κύριον. λέγε Μωσαϊκῶς· οὗτός μου Θεὸς, καὶ δοξάσω αὐτὸν, Θεὸς τοῦ πατρός μου, καὶ ὑψώσω αὐτόν. * ἐχόμενα δὲ τῶν εὐχαριστηρίων, ἐξετάσωμεν χρησιμώτατα, τίς ἡ ἐν Βηθλεὲμ ἐξεγείρασα πρόφασις τὸν βασιλέα τῆς δόξης. τὸ μὲν γὰρ ἐν Βηθλεὲμ σωματικῶς γεννηθῆναι ἡ περὶ ἡμᾶς εὐσπλαγχνία ἐξεβιάσατο τὸν ἀβίαστον. * τὸ δὲ ὑποτίτθιον τυγχάνοντα, B τὸν ἐν χρόνῳ ἄχρονον, καὶ τοῖς σπαργάνοις ἐγκατεχόμενον ἀκατόχως, μέτοικόν τε καὶ μετανάστην γενέσθαι, ποία ἄρα γένηται ἀνάγκη; εἰ δὲ βούλῃ γνῶναι καὶ τοῦτο, ὦ θειότατόν μοι καὶ θεόπνευστον σύστημα, ἄκουε Μωϋσέως διαπρυσίως κηρύττοντος τῷ λαῷ, καὶ εἰς γνῶσιν τῆς ὑπερφυοῦς γεννήσεως ἐγκεντρίζοντος αὐτοὺς, καὶ λέγοντος· πᾶν ἄρσεν διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ κυρίῳ κληθήσεται. ὢ τοῦ θαύματος. ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ. ἔπρεπε γὰρ τῷ κυρίῳ νόμου καὶ προφητῶν, κατὰ νόμον ἅπαντα τὸν ἴδιον διαπράξασθαι, καὶ μὴ ἀθετητὴν εἶναι νόμου, ἀλλὰ πληρωτήν· * συνάψαι τε ἐντεῦθεν τῇ τοῦ νόμου περαιώσει, τὴν τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀρχήν. C διὰ τοῦτο ἡ ὑπερτέρα νόμου μήτηρ τῷ νόμῳ ὑποκύπτει, καὶ ἡ εὐαγὴς τὸν κατὰ τῶν ἀναγνῶν φυλάττει ὁρισμὸν τὸν τετταράκοντα ἡμερῶν, καὶ γίνεται νόμου ὑπήκοος ὁ τοῦ νόμου ἐλευθεριωτὴς, καὶ προσφορὰ προσάγεται ὑπὲρ τοῦ ἡμᾶς ἁγιάσαντος, ζεῦγος ὀρνέων ἀκεραίων, εἰς μαρτύριον τῶν ἀμωμήτως προσιόντων. ὅτι δὲ ἀμόλυντος ὁ τόκος καὶ καθαρσίων ἀνένδεος, μαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ Ἡσαΐας, διαῤῥήδην τῇ ὑφ᾽ ἡλίῳ κηρύττων· πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄῤῥεν. τίς ἤκουσε τοιοῦτον, ἢ τίς ἑώρακεν οὕτως; ἐκπέφευγε τοίνυν ἡ παναγία παρθενομήτωρ τὰ γυναικεῖα, καὶ πρὶν ἢ τεκεῖν, * εἶτ᾽ οὖν ἄνευ συνουσίας συλλαβεῖν, D πνεύματος ἁγίου προνυμφεύσαντος, καὶ ἁγιάσαντος. τέτοκε τὸν πρωτότοκον, καὶ μονογενῆ τοῦ πατρὸς υἱὸν, τὸν ἄνω μονογενῶς ἄτερ μητρὸς ἐκ τῆς πατρικῆς οὐσίας ἐκλάμψαντα, καὶ τὴν παρθενίαν τῆς φυσικῆς ἑνάδος ἀμέριστον καὶ ἀδιάστατον φυλάξαντα. καὶ κάτω ἐκ παρθενικῆς παστάδος * νυμφικῶς ἑνώσαντα ἑαυτῷ τὸν Ἀδὰμ ἀτρέπτως, καὶ ἀδιάσπαστον καὶ ἀκήρατον τὴν μητρικὴν ἁγνείαν διατηρήσαντα· τὸν ἄνω ἀῤῥεύ-

A III. Tu vero festi amans qui sic gloriosa Bethlehemitica & quæ tui caussa consummantur, perspicias, cælestibus turmis salutem tuam magnifice celebrantibus tete lubens alacrisque adjunge. Quomodo olim [a] David coram Arca, sic ipse coram virginali throno, lætus choreas ducito. Dominum ubique & semper præsentem, quique a Themane, ut ait Propheta [b], humano generi secundum carnem voluit apparere, faustis ominibus excipe. Dic ut Moyses: [c] *Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.* [1] Porro post gratiarum deinceps actionem utilissime scrutemur, quid caussæ Regem gloriæ in Bethlehem suscitaverit. Et quidem, ut in Bethlehem corporatus nasceretur, coegit nostri miseratio, alioqui cogi nescium. B Verum, [2] ut infans lactens, ille in tempore expers temporis, quique fasciis non detentus detineretur, pulsus patria ac profugus fieret, quænam demum necessitas compulit? Sane, si & hæc vobis cognoscendi est animus, divina plane Deoque afflata concio, audite Moysen, clare populo prædicantem; atque ad eximiæ illius nativitatis cognitionem velut exstimulantem ac dicentem: [d] *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.* O res miranda! [e] *O altitudo divitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei!* Decebat videlicet Dominum legis & Prophetarum, ut juxta propriam ipse legem omnia conficeret; neque faceret irritam, sed potius impleret: C [3] ac dehinc legis termino, gratiæ suæ principium adjungeret. Quamobrem, legi superior Mater, se legi submittit: sanctaque illa mundaque, tempus quadraginta dierum in pollutas constitutum, observat: ac qui absolvit a lege, legi subjectus efficitur; [f] offerturque pro eo qui nos sanctificavit, par avium mundarum, in eorum testimonium qui mundi inculpatique accedebant. Quod vero impollutus fuerit ille partus, nec piacularibus hostiis obnoxius, testis est Isaias, diserte universæ sub sole terræ denuntians: [g] *Antequam*, inquit, *aut parturiens pariat, aut antequam veniat labor pariendi, effugit, & peperit masculum. Quis tale quid audivit? Aut quis simile vidit?* Effugit ergo, quæ D sunt muliebria, sanctissima Virgo mater, antequam etiam pareret: [4] ut nimirum, Spiritu sancto eam sibi jam ante desponsante & sanctificante, absque virili congressione conciperet. Peperit illa primogenitum, & Patris unigenitum Filium: eum inquam, qui in superis, unigene, absque matre, ex paterna substantia eluxit; virginitatemque naturalis unitatis indivisam inseparabilemque conservavit: quique in terris, nuptiali Virginis thalamo, Adæ sibi naturam [5] immobili unione ceu sponsus conjunxit; ac Ma-

a 1. Reg. VI. 14. *b* Hab. III. 3. *c* Exod. XV. 2. *d* Exod. XXXIV. 19. *e* Rom. XI. 33. *f* Luc. II. 24. *g* Isai. LXVI. 7.

1. *Porro post gratiarum deinceps actionem*] ἐχόμενα δὲ τῶν εὐχαριστηρίων. Nonnullo illo hymno, ad quem antea hortatus erat, vincente argumenti majestate, quem & jam exegit: ut a voluptate, ad aliquam intellectus eruditionem μεθοδικῶς Methodius noster transeat: quod male Pantinus obscurat.

2. *Ut infans lactens &c.*] ὑποτίτθιον τυγχάνοντα. Aggravatio est: ut non tantum voluerit fieri infans, & quæ sunt infantium velut necessario assumere; sed etiam tenella illa ætate, pelli patria, & ad transmigrationem cogi: μέτοικος γενέσθαι. Metœci in l. certa C. de jure fisc. l. 10. sunt qui jussu principum in aliam civitatem pœnæ caussa transferuntur, eorumque prædia publicantur: ii dicuntur & ἀνάστατοι: quibus Dominus Jesus in Ægyptum fugiens, statim pæne ab ortu, similis egit. Nec hoc Pantinus expressit. — Monet Combefisius in *emendandis* ad calcem Methodii, hanc notam esse corrigendam: heic enim, inquit, patet sermonem esse de migratione a Bethlehem in Hierusalem ad implendam legem; quæ & ipsa minus congruere videtur dignitati pueri Jesu, ab ea lege immunis.

3. *Ac dehinc legis termino*] Τῇ τοῦ νόμου περαιώσει: Ut E idem sit atque πέρασις, sensu quo Suidas exponit, in eo loco: Δότε βίῳ πέρασιν καὶ καταστροφήν τινα: *Finem, exitum.* Sic recte quadrat, ut legi habenti jam finem Christi adventu & adimpletione, ipse adjungat initium gratiæ suæ, nos illa absolvens, & ad aliam legem transferens; quæ est gratiæ inchoantis illius desitione. Male Pantinus: *De[illegible] legis [illegible]tionem, gratiæ suæ principium adjungere*: minus saltem clare.

4. *Ut nimirum absque virili congressione conciperet*] Εἶτ᾽ οὖν ἄνευ συνουσίας συλλαβεῖν. Sunt illa muliebria, quæ ante etiam partum Dei Mater effugit. Eodem fere modo arguit Ambrosius epistola ad Siricium Papam, a conceptu virginali ad partum. Pantinus connectit sequentibus, quomodo erant vitiose punctata Græca, nec congrua oratione; sensumque auctoris ubique subtilem, minus reddit.

5. *Immobili unione, ceu sponsus, conjunxit*] Νυμφικῶς ἑνώσαντα ἑαυτῷ τὸν Ἀδὰμ ἀτρέπτως. Ut significetur immobilis unio, ceu lege inviolabilis conjugii, naturæ humanæ ad Verbum: quamquam posset τὸ ἀτρέπτως referre [illegible] Verbum, & modum unionis ex parte illius, nulla a propriis demutatione.



στως γεννηθέντα, καὶ κάτω ἀφράστως τεχθέντα. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανάξωμεν τὸν λόγον. A

Προφήτης τοιγαροῦν ἐκ Ναζάρεθ ἀνήγαγε τὴν παρθένον ἀποκυῆσαι ἐν Βηθλεὲμ τὸ σωτήριον κύημα· * καὶ προφήτης ἐξήγαγεν ἐμφανίσαι τῷ κόσμῳ τῆς ζωῆς τὴν ἐλπίδα. ὅθεν ἐπάρασα ἐκ σταθμῶν Βηθλεὲμ ἡ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ (αὐτῷ γὰρ ἀπετίννυε τῷ νόμῳ τῆς τεσσαρακοντάδος τὴν οὐ κατὰ χρέος, ἀλλὰ κατὰ χάριν ὀφειλὴν) ἐπὶ τὰ ὄρη κατέπαυσε τῆς Σιὼν, καὶ ἀναλαβοῦσα τοῖς ἀχράντοις κόλποις, ὡς ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ὑπερβαίνοντα φύσιν, τὸν βασιλέα τῶν B ἁπάντων, τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, τὸν σύνθρονον αὐτοῦ καὶ ἀνεκφοίτητον υἱὸν, * ἐνεφάνισεν ἐκεῖ μετὰ τῆς ἐξ αὐτῆς προσλήψεως ἀχράντου. ἄνεισιν ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἡ ἱερὰ μήτηρ ἐμφανίσαι τῷ νόμῳ ξένον θαῦμα, καὶ τὸν ζητούμενον τόκον, τὸν διανοίξαντα μήτραν παρθενίας, καὶ κλεῖθρα παρθενίας μὴ διαρρήξαντα· τὸν ἀνώτερον νόμου, καὶ πληρωτὴν νόμου· τὸν προγενέστερον καὶ μεταγενέστερον· τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα ὑπὲρ νόμον φύσεως. * διότι πᾶσα μήτρα ἐκ συναφείας πρῶτον διανοιγομένη καὶ ἐνσπειρομένη ἀρχὴν τοῦ τίκτειν λαμβάνει, καὶ τελεσφόροις ὠδῖσι τὸν λογικὸν καὶ κατάλληλον τῆς φύσεως καρπὸν, τῇ τοῦ δημιουργοῦντος σοφίᾳ εἰς τοὐμφανὲς προφέρει, κατὰ τὸ, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, τοῦ Θεοῦ λέγοντος· C ἡ δὲ ταύτης γαστὴρ, οὔτε μὲν προδιανοιγεῖσα, (οὔτε ἐνσπειρομένη,) ὑπερφυᾶ τε καὶ συμφυᾶ καρπὸν ἐβλάστησε, καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον ἀλωβήτως εἰς ἐπίτασιν θαύματος, ἐν ταυτότητι διαμείνασα τῆς παρθενίας. ἄνεισι τοιγαροῦν εἰς τὸ ἱερὸν, ἡ τοῦ ἱεροῦ ὑψηλοτέρα, δισσὸν κλέος περικειμένη, παρθενίας φημὶ ἀχράντου, καὶ παιδοποιΐας ἀφράστου, εὐλογίαν νόμου, καὶ ἁγιασμὸν χάριτος. διό φησιν ὁ βλέπων· καὶ πλήρης ὁ οἶκος τῆς δόξης αὐτοῦ· καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· καὶ ἐκέκραγεν ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἔλεγον, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος Σαβαώθ· πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. τοῦτο δὴ τοῦτο D καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἀμβακοὺμ ἀστείως ἐμελῴδησε φάσκων· ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ· ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ, ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ. ὅρα μοι τηλαυγῶς τοῦ πνεύματος τὴν ἀκρίβειαν· γνῶσίν φησιν, ἐπίγνωσιν, ἀνάδειξιν, ἅπερ δηλοῖ, τὸ μέν· ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ, τήν τε κατὰ νόμον ἐν τοῖς ἀδύτοις ὑπεράνωθεν τοῦ ἱλαστηρίου τῆς κιβωτοῦ μεταξὺ τῶν τυπικῶν Χερουβὶμ ἐπισκίασιν τῆς θείας αὐτοῦ δόξης, ὥς φησι πρὸς Μωϋσῆν· ἐντεῦθέν σοι γνωσθήσομαι, τήν τε καταντήσασαν τὰ νῦν διὰ τὴν κατὰ σάρκα πανύμνητον αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος θεοφάνειαν ἀγγελικὴν συνέλευσιν, εἰ καὶ πρὸς ἡμῶν ἀθεώρητος, καθὼς προδεδήλωκεν Ἡσαΐας. τὸ δὲ, ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη, ἐπιγνωσθήσῃ, τὴν πανένδοξον (ὡς προείρηται) κατὰ E σάρκα ἐπίγνωσιν τοῦ ἀοράτου σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ,

tris puritatem indivulsam incorruptamque servavit: eum denique, qui in supernis nulla corruptione genitus, ineffabili in hisce inferioribus ratione natus est. Ceterum orationem ad propositum reducamus.

IV. Itaque eduxit Propheta Virginem ex Nazareth, ut in Bethlehem fetum illum salutarem eniteretur; [1] eamdemque iterum Propheta reduxit, ut spem illam vitæ mundo manifestaret. Solvens igitur Dei Arca ex Bethlehemitico diversorio, (illic enim solvit legi quadraginta dierum, non justitiæ, sed gratiæ debitum) requievit in montibus Sion: accipiensque castissimo sinu, tamquam sublimi quodam & humanam omnem naturam superante throno, Regem illum omnium; illum inquam, eodem, Deo & Patri, throno sublimem Filium, nec ipso excedentem: [2] una illic cum assumta ex ipsa intemerata carne, eidem præsentavit. Ascendit in templum sacra Mater, novum legi exhibitura miraculum, prolemque diu quæsitam, quæ nimirum virginalem vulvam aperuit, nec tamen virginitatis claustra disrupit: prolem lege superiorem, quæ tamen legem impleverit: prolem ortu priorem, posterioremque: prolem denique ex ipsa incarnatam supra legem naturæ. [3] Nam alioqui omnis vulva, ex viri prius conjunctione aperta & semine conspersa, principium pariendi accipit: doloribusque finem partui imponentibus, ratione tandem præditum consentaneumque naturæ fructum, Dei Creatoris sapientia, in lucem edit, juxta illud divinum scitum: [a] *Crescite & multiplicamini, & replete terram*: Hujus autem uterus, neque prius apertus, neque semine conspersus, fructum illum supra naturam, naturæ tamen cognatum, germinavit, idque citra ullum indivulsæ unitatis detrimentum, ad intensius impensiusque miraculum; salva nimirum pristinæ virginitatis prærogativa. Ascendit igitur in templum, illa templo celsior, duplicem induta gloriam; intemeratæ inquàm virginitatis, & ineffabilis fecunditatis: Legis benedictionem, & gratiæ sanctificationem. Quamobrem ait ille Videns: [b] *Et plena domus gloria ejus; & Seraphim stabant in circuitu ejus, & clamabant alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth: plena omnis terra gloria ejus:* quod & ipsum beatus Propheta Habacuc lepide modulatus, ait: [c] *In medio duorum animalium nosceris: dum appropinquaverint anni, agnosceris: dum tempus aderit, ostenderis*. Inspice vero accuratam penitus Spiritus diligentiam. Notionem dixit, agnitionem, & ostensionem: quorum singula hæc declarant: illud quidem: *In medio duorum animalium nosceris*: in primis, divinæ ipsius, juxta legem, in adytis, super arcæ propitiatorium, in medio typicorum Cherubim, gloriæ velut obumbrationem; nam ait ad Moysen: [d] *Inde tibi innotescam*: præterea etiam, nunc nobis, per Salvatoris ipsius secundum carnem, divinam laudibusque omnibus celebrandam apparitionem, factum obvium Angelorum concursum: quamquam is, natura sua, nobis inad-

a Gen. I. 22. *b* Isai. VI. 1-3. *c* Hab. III. 2. *d* Exod. XXV. 22.

1. *Eamdemque iterum Propheta reduxit &c.*] Καὶ προφήτης ἐξήγαγεν. Nempe ἐκ τῆς Βηθλεὲμ, ut illic editam prolem, spem illam vitæ, in montibus Sion, & templo Jerosolymitano, mundo manifestaret: ut utrumque significetur, ceu ex oraculo factum. Pantinus sua ingerit, & Methodianis adversa, velut de manifestatione in Bethlehem, non in templo, ageretur: *Quo consilio? Nempe, ut mundo vitæ jam suæ spem demonstraret*. Declarant sequentia quod diximus: ὅθεν ἐπάρασα κ. τ. ἑ. ubi nec Pantinus fidus est.

2. *Una illic cum assumta ex ipsa intemerata carne, eidem præsentavit*] ἐνεφάνισεν ἐκεῖ μετὰ τῆς ἐξ αὐτῆς προσλήψεως ἀχράντου: nempe τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ: quod Lucas ait, παραστῆσαι τῷ κυρίῳ. Res plana scienti terminos: Pantinus tamen male oscitat.

3. *Nam alioqui omnis vulva &c.*] Tametsi aliqua sine viri congressione concipiat, matrice attrahente admotum semen; quomodo censet D. Thomas quodl. 6. art. 18. posse mulierem per naturam concipere, salva mentis & corporis virginitate. Nam & illic, talique seminis intromissione, aliqua vulvæ apertio est: nihilque habet ejusmodi conceptio commune cum Mariæ de Spiritu sancto conceptione; in qua totum semen, virtus fuit divini Spiritus, templum Domino & corpusculum miraculose formans, ex purissimis ejusdem sanguinibus.

ὡς που φησιν ὁ μέγας ἱερομύστης Παῦλος· ὅτε δὲ A ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν. τὸ δὲ ἐπαγόμενον, ἐν τὸ παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀναδειχθήσῃ, ποίας ἂν καὶ δέοιτο ἀντιφράσεως τῷ εὔσκοπον πρὸς τὸ ἑορταζόμενον ἀπευθύνοντι τὸ ὄμμα; ἀναδειχθήσῃ γάρ, φησιν, ὡς ἐπὶ πίνακι βασιλικῷ, ὑπὸ τῆς τεκούσης σε ἀχράντου μητρὸς ἐν τῷ ναῷ, ἐν τῇ τῆς σαρκώσεώς σου εὐπρεπείᾳ. ταῦτα δὲ ἀνακεφαλαιούμενος ὁ προφήτης πρὸς τὸ σαφέστερον, ἀνακέκραγε λέγων· κύριος ἐν ναῷ ἁγίῳ αὐτοῦ· εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ. B

spectabilis est, ut jam ante Isaias declaravit. Quod autem ait: *Dum appropinquaverint anni, agnosceris*: omnino inclytam illam, ut jam dictum est, secundum carnem, invisibilis alioqui Dei Salvatoris nostri agnitionem significat; ut quodam loco, magnus ille sacrorum mystes Paullus ait: [a] *Quando autem venit plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret; ut adoptionem filiorum reciperemus*. Quod autem subjungitur: *Dum tempus aderit, ostenderis*; nulla utique expositione indiget, si quis sollerter, ad festum quod nunc celebramus, oculos mentis intenderit. Ostenderis enim, inquit, tamquam in disco quopiam ceu ferculo regio, ab intemerata tua Matre in templo, idque in carnis abs te assumtæ, decore & forma. Quæ summatim colligens Propheta, amplioris claritatis gratia, in hæc exclamavit verba: [b] *Dominus in templo sancto suo*: [c] *revereatur a facie ejus omnis terra*.

Φρικτὸν γὰρ ὄντως τὸ περὶ σὲ μυστήριον, μῆτερ παρθένε, καὶ νοητὲ θρόνε, δεδοξασμένε καὶ Θεοῦ ἐπάξιε. προήγαγες γὰρ θαῦμα ἐπουρανίοις καὶ ἐπιγείοις ἐξαίσιον. καὶ παράδειγμα τούτων καὶ ἀῤῥαγὴς ἔλεγχος· τὸ, κατὰ τὸ καινὸν τῆς ὑπερφυοῦς σου λοχείας, ἀγγέλους ἐπὶ γῆς ᾄδειν· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, τῷ τριπλασιασμῷ τῆς ᾠδῆς * τὸν τριπλασιασμὸν τῆς ἁγιότητος εἰσαγαγόντες. μακαρία σὺ ἐν γενεαῖς γυναικῶν θεομακάριστε, ὅτι διὰ σοῦ ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς θείας δόξης τοῦ Θεοῦ, ὡς καὶ ἐν ψαλμοῖς ᾄδεται· εὐλογητὸς C κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο, γένοιτο. καὶ ἐπήρθη, φησὶ, τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον· ὃ σημαίνει τοῦ ναοῦ τὸ καταπέτασμα, τὸ συσκιάζον κατὰ πρόσωπον τῆς προτυπωσάσης σε κιβωτοῦ διαθήκης, * ἵνα μοι φανερωθῇ τἀληθὲς, καὶ διὰ τῶν προηγησαμένων τύπων τε καὶ ὑποδειγμάτων παιδαγωγηθῶ αἰδοῖ καὶ τρόμῳ τιμᾷν καὶ προσκυνεῖν τὸ περὶ σε μυστήριον, χαλιναγωγηθῶ τε αὖ διὰ τῆς νομικῆς σκιαγραφίας τῆς τολμηρᾶς καὶ ἀναιδοῦς ἀσκαρδαμύκτου ἀντοφθαλμῆσαι ἀντωπίας * τὸν τὰ πάντα ἐν ἀκαταληψίᾳ ὑπεριδρυμένον. εἰ γὰρ τῇ εἰκόνι τῆς σῆς ἁγιότητος τοσαύτη πρὸς τοῦ Θεοῦ ἀπενεμήθη τιμὴ, ὡς μηδενὶ βάσιμον, ἢ πρόχειρον εἰς κατανόησιν εἶναι τὴν D ταύτης εἴσοδον, ἢ μόνῃ τῇ ἱερατικῇ εὐκοσμίᾳ, τοῦ καταπετάσματος διείργοντος καὶ πυλωροῦντος ὡς βασιλίδι τὰ προπύλαια· τί ἄρα καὶ ποταπὸν τὸ παρ᾽ ἡμῶν τῶν ἐλαχίστων ἐποφειλόμενόν σοι σέβας, τῇ ὄντως βασιλίδι· τῇ ὄντως ἐμψύχῳ κιβωτῷ τοῦ νομοδότου Θεοῦ· τῇ ὄντως χωρητῷ οὐρανῷ τοῦ ἀχωρήτου Θεοῦ γενομένῃ; σοῦ γὰρ τῆς παναγίας ὡς φωταυγοῦς ἡμέρας ἐπιφανείσης τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον προαγαγούσης, ἐκποδὼν μὲν γέγονε τὰ τοῦ σκότους στυγνά· φροῦδος δὲ καὶ ὁ τύραννος κατέστη· καὶ διόλωλε μὲν θάνατος, κατεπόθη δὲ καὶ ὁ ᾅδης, καὶ πᾶσα ἡ ἔχθρα κατελύθη πρὸ προσώπου τῆς εἰρήνης· νόσοι δὲ φθοροποιοὶ ἄπωθεν ἔστησαν τῆς σωτηρίας προκυψάσης, καὶ φωτὸς ἀνάπλεως γέγονεν ἡ ὑπ᾽ οὐρανὸν, τῆς ἀκραιφνοῦς ἀληθείας. ἅπερ αἰνιγματωδῶς προοιμιάζων E ἐν τοῖς ᾄσμασιν ἔλεγεν ὁ Σαλομών· ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ, ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρί-

V. Tremendum enim re vera, o Mater virgo, sedes spiritalis, glorificata Deoque digna, tuum illud sacramentum. Produxisti enim cælestibus terrestribusque, exsuperantia stupendum miraculum: cujus rei indicium est firmumque argumentum, quod in terra, ad novum illum augusti tui puerperii modum, Angeli concinunt. [d] *Gloria in altissimis Deo; & in terra pax; hominibus bona voluntas*: triplici nimirum cantico, [1] trinam inducentes sanctitatem: Beata tu in mulierum generationibus, a Deo beatissima: nam per te impleta est terra divina illa C Dei gloria, sicut etiam canitur in psalmis: [e] *Benedictus Dominus Deus Israel: & replebitur majestate ejus omnis terra: fiat, fiat*. [f] *Et elevatum est*, inquit propheta, *superliminare a voce qua clamabant*: quo significatur, templi velum inumbrans coram arca testamenti, quæ te præsignabat; [2] ut mihi veritas panderetur, simulque docerer per typos & figuras quæ præcessissent, ut cum reverentia & tremore, ad sacramentum quod in te exhibetur adorandum, accederem: atque legali hac priore delineatione, ab eo [3] qui incomprehensibilis super omnia locatus est, audentius impudentiusque fixa oculorum acie contemplando, refrenarer. Si enim D arcæ, tuæ illius sanctitatis imagini typoque, tantus a Deo honor habitus est, ut nemini, nisi tantum ordini sacerdotali, ad eam pateret accessus, autve facilis esset ad cognitionem ingressus: distinguente velo ac ceu reginæ, ad januam vestibula servante: quis tandem qualisve venerationis cultus a nobis minimis, tibi vere Reginæ fuerit exhibendus? vere inquam, Dei legislatoris animatæ arcæ: cælo vere Dei capaci, qui nusquam capi potest. Te enim, sanctissima Virgo, tamquam die clarissima mundo affulgente, solemque illum justitiæ producente, odiosus tenebrarum horror depulsus est: tyranni potentia facta irrita; mors destructa; infernus absorptus; inimicitia omnis ante pacis conspectum dissoluta; morbi noxii, sanctitatis beneficio erumpente, pro- E cul omnes facessere jussi; universusque terrarum orbis, veritatis clarissimæ purissimæque luce perfusus est. Ad quæ Salomon in Canticis alludens, ita or-


a Gal. IV. 4. 5. *b* Psal. X. 5. *c* Psal. XCV. 9. *d* Luc. II. 14. *e* Psal. LXXI. 18. *f* Isa. VI. 4.

1. *Trinam inducentes sanctitatem*] τὸν τριπλασιασμὸν τῆς ἁγιότητος. Pantinus: *Triplicem sanctitatis rationem*, Minus id theologice. Alludit ad canticum Seraphicum Isai. VI. quod præcipue explicat, triplicique in eo sanctitatis acclamationi, in signum trinæ deitatis, triplicem & ipsum Christo nato, dictum Angelicum hymnum respondere contendit. Sic juxta Græca: Latinis vero est duplex, ita punctantibus; *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*.

2. *Ut mihi veritas patesceret*] ἵνα μοι φανερωθῇ τἀληθές. Ut utriusque rationem reddat, & elevationis, velut ad ostensionem aliquam, divina dispensatione; & veli, ad reverentiam.

3. *Qui incomprehensibilis super omnia locatus est*] τὸν τὰ πάντα ἐν ἀκαταληψίᾳ ὑπεριδρυμένον: Velut omnibus in incomprehensibilitate sua eminentem: fere Paullina phrasi qui dicitur inhabitare lucem inaccessibilem. 1. Tim. 6. [illegible] refert ad creaturas minus congrue: *Qui universa incomprehensibili quadam ratione constituit*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



νοις ἕως οὗ ἡ ἡμέρα διαπνεύσῃ, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί. ἐπεὶ οὖν ὤφθη ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιὼν, καὶ ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐξεφάνθη, καὶ φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη, κατὰ τὸν μακάριον Δαβίδ· ὁ τῶν τελουμένων τελειωτὴς καὶ δεσπότης, τὸν τοῦ νόμου διδακτικὸν καὶ λειτουργικὸν συνεκάλεσεν εἰς λειτουργίαν καὶ μαρτυρίαν, διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τῶν πραττομένων.

Καὶ ἔπειπερ ἤκουσαν καὶ αὖθις πρὸς τῇ θέᾳ τοῦ ὑπὲρ θέαν πρεσβύτου δικαιοτάτου, ἀνδρὸς ἀξιοπίστου, ἀνδρὸς ἀξιοζηλώτου, ἀνδρὸς πνευματοφόρου, ἀνδρὸς νομοδιδασκάλου, ἱερωσύνῃ τετιμημένου, προφητείᾳ λελαμπρυσμένου, τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐλπίδι τὸ ζῆν παρεκτείναντος, καὶ θανάτου ὀφειλὴν ὑπερτιθεμένου, χορεύοντος, ἀνευφημοῦντος, συμμεταμορφωμένου τῇ θυμηδίᾳ, B ὅλου ἐξεστηκότος Θεῷ τὴν καλὴν ἔκστασιν, ἀλλοιουμένου εἰς ἄγγελον τὴν καλὴν ἀλλοίωσιν, τῇ ἀμετρίᾳ τῆς χαρᾶς τὰ εὐχαριστήρια ἀναμέλποντος· φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραὴλ ἀνακηρύττοντος· καὶ οὐχ εἵλοντο ἀκοῦσαι τὰ ἀκουστὰ, καὶ τοῖς ἐπουρανίοις προσκυνητά· διὰ τοῦτο ἐπλήσθη ὁ οἶκος τῆς καυχήσεως αὐτῶν καπνοῦ. καπνὸς δὲ ὀργῆς σημεῖον καὶ τεκμήριον, ὡς γέγραπται· ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ καταφλεγήσεται. καὶ ἐν ἑτέρῳ· ἐν ἔθνει ἀπειθεῖ ἐκκαυθήσεται πῦρ. ὅπερ δὴ σημαίνων ὁ κύριος ἐν τοῖς σεβασμίοις εὐαγγελίοις ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις· ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. πῆ δὲ, πέμψας τὰ στρατεύματα αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, ἀπώλεσε τοὺς φονεῖς C ἐκείνους, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐνέπρησεν ἐν πυρί. ταῦτα τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπειθείας πρὸς τὴν τριαδικὴν δοξολογίαν ἐναντιώτατα τὰ ἔπαθλα. ἐπεὶ γὰρ ἡγιάσθη τὰ πέρατα τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ τῆς δόξης κυρίου πλήρης γέγονεν ὁ μέγιστος οἶκος τῆς ἐκκλησίας διὰ τοῦ τρισαγίου κηρύγματος, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύπτον θαλάσσας, ἀπέβη μὲν αὐτοῖς τὰ ᾀδούμενα, συνεβεβαιώθη δὲ τῷ τέλει καὶ * ἡ τῆς προφητείας ἀρχὴ, ἐπισημηναμένου (καθάπερ λέλεκται) διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ κήρυκος τῆς ἀληθείας ἐν ὑποδείγματι τὴν μένουσαν κακίστην τούτων καταστροφὴν, ἐν οἷς φησι· τοῦ ἐνιαυτοῦ οὗ ἀπέθανεν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς, εἶδον τὸν κύριον· ὡς τοῦ ἀποστάτου Ὀζίου εἰς παράδειγμα παντὸς τοῦ ἀποστατικοῦ σώματος, οἷά D τε κεφαλὴ τούτου τυγχάνοντος, ἐκλαμβανομένου. ὃς καὶ δίκην τίσας τῆς αὐθαδίας ἰσόῤῥοπον, ἐγκόλαπτον ὡς χαλκῷ ἀνδριάντι τῷ μετώπῳ ἀπηνέγκατο τὴν θείαν ἀπόφασιν, βδελυρίᾳ λέπρας τῆς βδελυρωτάτης ἀσεβείας τὰς ἀμοιβὰς πᾶσιν ἐπιδεικνύμενος. θεοσόφως τοιγαροῦν, τῇ παρεξαγωγῇ τῆς ἀχαρίστου συναγωγῆς, τὴν ἀντεισαγωγὴν ἐποιήσατο τῆς εὐχαρίστου Ἄννης, ὁ τῶν πλεσθέντων προγνώστης. ἧς καὶ τὸ ὄνομα, προδηλωτικὸν τῆς κατὰ χάριν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ δεδικαιωμένης ἐκκλησίας ἐν τῷ βαπτίσματι. Ἄννα γὰρ χάρις ἑρμηνεύεται.

XII. Ad hæc vero, cum præter spectaculum, etiam spectaculo majorem, senem justissimum audivissent; virum fide dignissimum; virum plane æmulatione dignum; virum afflatum Spiritu: virum legis doctorem; sacerdotio honoratum; prophetia illustrem; spe de Christo concepta, vitæ limites extendentem, mortisque debitum differentem: talem, inquam cum vidissent, exsilientem: bene ominantem; præ lætitia animi in formam aliam mutatum; qui totus [a] Deo excessisset excessu bono; qui in Angelum, bona quadam alteratione, alter factus transiisset; quique præ gaudii immensitate, eucharisticos modos decantaret; ac [b] *Lumen ad revelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel*, palam renuntiaret: nec sic tamen sub auditum posita, atque superis ipsis venerationi habenda, audire voluerunt: quamobrem domus gloriationis eorum, fumo repleta est. Est vero fumus signum iræ, certumque argumentum; sicut scriptum est: [c] *Ascendit fumus in ira ejus, & ignis a facie ejus exarsit.* Et alibi: [d] *In gente incredibili exardescet ignis.* Quod plane in venerabilibus Evangeliis significans Dominus, dicebat Judæis: [e] *Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Alio item loco: [f] *Mittens rex exercitus suos, perdidit homicidas illos, & civitatem eorum succendit igni.* Atque ejusmodi quidem sunt Judaicæ infidelitatis, qua gloriam Trinitati debitam referre recusant, adversissima præmia. Postquam enim sanctificati sunt termini terræ, [g] repletaque est gloria Domini maxima domus Ecclesia, ab hymni ter sancti prædicatione, ceu aqua multa cooperiens maria: evenerunt quidem ipsis, quæ antea fuerant prænuntiata; [2] prophetiæ autem initium, etiam fine confirmatus est: significante, ut dictum est, per Spiritum, velut in exemplo, præcone veritatis, teterrimam eorum subversionem futuram, dicendo: [h] *In anno quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum*: nimirum assumto Ozia apostata, velut in exemplar totius apostatici corporis, ut cujus caput ageret: qui etiam, pœnam debitam temeritatis luens, in fronte tamquam ænea quadam statua, insculptam reportavit divinæ ultionis potentiam; lepræ fœditate, fœdissimæ impietatis retributionem omnibus exhibens. Quapropter divine sapienti judicio, qui rerum præscius erat, ejiciendæ ingratæ Synagogæ, gratæ illius viduæ Annæ inductionem opposuit; cujus vel nomen, Ecclesiam, Christi Dei gratia in baptismo justificatam, præsignat. Nam Anna Gratiam sonat.

Ἀλλ' αὐτοῦ που τοῖς προσόρμοις καταπαύσωμεν * E τὴν σταυροφόρον ὁλκάδα, τοῦ λόγου διὰ τὸ σύμμετρον

XIII. Ceterum heic, tamquam in portu, [3] crucis signaculo insignitam navem appellentes, oratio-


a II. Cor. V. 16. b Luc. II. 32. c Psal. XVII. 9. d Eccli. XXII. 7. e Matth. XXIII. 38.
f Matth. XXII. 7. g Isa. VI. 3. 4. h Ibid. ℣. 1.

1. *Novam Dei viri naturam*] καινὴν θεανδρίαν: Simili phrasi atque Dionysius epist. 4. ad Cajum θεανδρικὴν ἐνέργειαν statuit: quadam nimirum reflexione unitorum, ex arctissimo illo modo unionis vere supremo; manentibus nihilominus extremis in sibi propriis: qua de re doctissime fusissimeque in eamdem epistolam propediem edendus noster Maximus.

2. *Prophetiæ autem initium*, &c.] Significat ipsa consignatione temporis, sub annum obitus regis a Deo percussi, prophetasse Isaiam; idque postmodum clarius verbis expressit: quod interpres minus videtur advertisse.

3. *Crucis signaculo insignitam navem*] Distinximus ut habebant Græca, non ut Pantinus, componendo τὸ, τοῦ λόγου, cum ὁλκάδα. Quid porro heic ὁλκάδα σταυροφόρον intelligat, haud ita perspectum habuerim: nisiforte ita dicit, quia tota πραγματεία hæc, gestaque heic omnia, & olim prophetata ab Isaia, crucem respiciunt; quæ fuit Judæis scandalo, ut minus reciperent Evangelium; quam etiam Amphilochius noster, signum illud Symeonis cui sit contradicendum, recte exponit Orat. εἰς τὴν ὑπαπαντήν.

SAECUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



τὰ ἱστία χαλάσαντες, καὶ μικρά τινα ὡς οἷόν τε χαιρετίσαντες τὴν πόλιν τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου, ἅμα τῷ ἐκκλησιαστικῷ λαῷ, ὡς τῷ πνεύματι συμπαρόντες, καὶ συνεορτάζοντες τοῖς ἐκεῖσε τιμιωτάτοις πατράσι καὶ ἀδελφοῖς. χαίροις ἡ πόλις τοῦ μεγάλου βασιλέως, ἐν ᾗ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐτελεσιουργήθη μυστήρια. χαίροις, ὁ ἐπίγειος οὐρανὸς, Σιὼν πόλις πιστὴ τοῦ λοιποῦ τῷ κυρίῳ. χαίροις καὶ φωτίζου Ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς· φῶς τὸ ἀΐδιον· φῶς τὸ ἀέννιον· φῶς τὸ ὑπέρτατον· φῶς τὸ ἄϋλον· φῶς τὸ ὁμοούσιον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· * φῶς τὸ ἐν τῷ πνεύματι, καὶ ἐν ᾧ ὁ πατήρ· φῶς τὸ φωτίσαν τοὺς αἰῶνας· φῶς τὸ φωτίσαν τὰ ὑπερκόσμια καὶ τὰ ἐγκόσμια, Χριστὸς ἀληθινὸς ἡμῶν Θεός. χαίροις πόλις ἁγία, καὶ ἐκλελεγμένη τῷ κυρίῳ· ἑόρταζε ἐν εὐφροσύνῃ τὰς ἑορτάς σου, * αἳ οὐ μὴ προσθῶσι διελθεῖν εἰς παλαίωσιν. χαίροις πόλις ἡ πανευδαίμων· ὅτι δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ. οἱ γὰρ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην, καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσει ἀγαλλιάσονται, καὶ οἱ πτωχοί σου χορτασθήσονται ἄρτων. χαίροις καὶ εὐφραίνου Ἱερουσαλήμ· ὅτι ἐβασίλευσε κύριος ἐν μέσῳ σου. οὗτος κύριος ὁ γυμνῇ καὶ ἀΰλῳ τῇ θεότητι ἐπιβὰς τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, καὶ ἐκ τῆς παρθενικῆς νηδύος ἀφράστως σαρκωθείς· οὗτος κύριος ὁ μηδενὸς ἑτέρου ἐν μεθέξει γενόμενος πλὴν τοῦ φυράματος Ἀδὰμ, τοῦ ὑπὸ τοῦ ὄφεως σκελισθέντος. οὐ γὰρ ἀγγέλων ἐπιλαμβανόμενος ὁ κύριος, τῶν μὴ ἀποπεπτωκότων τῆς ἐξ ἀρχῆθεν ἀποκληρωθείσης αὐτοῖς ἀοιδίμου τάξεως καὶ καταστάσεως, συγκατάβασιν ἐνεδείξατο, ὁ ἀεὶ ἐν τῷ πατρὶ ὢν Θεὸς λόγος. οὐδὲ τοὺς ἀποπεπτωκότας τοῦ φωτὸς ἀλάστορας δαίμονας ἀνακαλούμενος, ἢ καὶ ἀνακαλεσόμενος, κατὰ τοὺς ἀσεβεστάτους πονηροῦ συνηγόρους, τῷ κόσμῳ ἐπεφοίτησεν· ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαβόμενος κατὰ τὸν θειότατον Παῦλον, καὶ δι' αὐτοῦ παντὸς τοῦ ἀνθρωπείου φύλου, ἄνθρωπος ἀμεταβλήτως γέγονεν ὁ δημιουργὸς καὶ πλαστουργὸς τῶν ἁπάντων· ὅπως διὰ τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας, καὶ ἡμῶν πρὸς αὐτὸν συναφείας ὑπολωφήσῃ τῆς ἐν ἡμῖν ἁμαρτίας ἡ εἴσδυσις, ἐξατονήσασα κατὰ βραχὺ, καὶ ἐκδαπανηθεῖσα ὡς κηρὸς τῷ θείῳ πυρὶ, ὃ ἐλθὼν ὁ σωτὴρ ἔβαλεν ἐπὶ τὴν γῆν ἡμῶν. χαίροις τοίνυν καὶ σὺ ἐκκλησία καθολικὴ, ἡ ἐν πάσῃ τῇ ὑπ' οὐρανόν· σκίρτησον σὺν ἡμῖν. * μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον τὰς τρικυμίας τοῦ ἐχθροῦ· ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ δοῦναί σοι τὴν βασιλείαν, καὶ ἐπὶ τραχήλου τῶν ἐχθρῶν σου ἐπιβῆναι. χαῖρε καὶ εὐφραίνου ἡ πάλαι στεῖρα καὶ ἄγονος πρὸς εὐσέβειαν, νυνὶ δὲ πολλὰ τὰ τῆς πίστεως ἔχουσα τέκνα. χαίροις καὶ σὺ, λαὸς τοῦ Θεοῦ, λαὸς περιούσιος, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν· ἐξάγγελε τὰς ἀρετὰς τοῦ ἐκ σκότους σε καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς· ὑπὲρ ἐλέους δὲ δόξαζε αὐτόν.

nis vela quo suus illi modus consistat, contrahamus; si modo prius, quibus licuerit verbis pauculis, [a] *civitatem magni* illius *Regis*, una cum ecclesiastico populo, tamquam spiritu præsentes ac una cum positis illic honorabilibus patribus ac fratribus festum diem & conventum agentes, lætis vocibus salutaverimus. Salve sis *civitas Regis magni*, in qua salutis nostræ sacramenta consummata sunt. Salve terrestre cælum, Sion [b] *urbs* deinceps Domino *fidelis*. Salve, & [c] *illuminare Jerusalem: nam venit Lumen tuum*: Lumen sempiternum: Lumen numquam non duraturum: Lumen supremum: Lumen materiæ expers: Lumen ejusdem cum Deo & Patre essentiæ: [1] Lumen quod est in Spiritu, & in quo est Pater: Lumen illuminans sæcula: Lumen, tum supermundana tum mundana illuminans, Christus verus ille Deus noster. Salve sis civitas sancta, atque electa Domino. Age in lætitia dies festos tuos: [2] nec enim adjicient ut veterascant. Salve civitas felicissima; [d] *Gloriosa* enim *dicta sunt de te*: Nam, [e] *Sacerdotes tui induentur justitiam, & sancti tui exsultatione exsultabunt*; mendicique tui saturabuntur panibus. Salve & lætare, Jerusalem; [f] quoniam *regnavit Dominus in medio tui*: Dominus, inquam, ille; qui nuda atque immateriali Deitate, nostram naturam ingressus est, deque virginali utero, ineffabili ratione carnem induit: Dominus ille qui nullius præterea, quam Adæ illius supplantati a serpente, consperſionis participium iniit. [g] *Non apprehensis* enim *Angelis*; iis, inquam, qui præclarum illum ordinem & statum a principio assignatum non deseruissent, ad nos usque Dominus se inclinavit; ille semper in Deo Patre exsistens Deus Verbum. At neque rursus eos qui decidissent a luce sceleratos dæmones restaurare, in mundum venit; [3] aut etiam aliquando restauraturus, ut impiissimis teterrimi diaboli patronis visum fuit; sed cum *semen Abrahæ*, juxta quod divinissimus Paullus ait, eoque universum genus humanum, universorum ille creator & plastes, *apprehendisset*, citra mutationem factus est homo: ut ex ipsius nobiscum communione, nostraque vicissim ad ipsum accessione, peccati in nos ingressio sisteretur, ejus paullatim fractis viribus; ipsoque ceræ instar absumto illo igni, quem [h] *veniens Dominus misit in terram*. Salve igitur & tu, toto orbe posita Ecclesia Catholica, unaque nobiscum exsulta. [4] *Ne* [i] *pusillus grex*, magnas inimici tempestates *timeas*; *quia complacuit Patri dare tibi regnum*: & ut hostium tuorum calces colla. Salve & [k] lætare quondam sterilis, & sine liberis ad pietatem; nunc autem multos habens fidei liberos. Salve tu quoque Dei popule: [l] *popule accepte, regale sacerdotium, gens sancta, popule in acquisitionem: enuntia virtutes ejus, qui te vocavit de tenebris in admirabile lumen suum*: super misericordia autem sua glorifica eum.

a Psal. XLVII. 3. Matth. V. 35. *b* Isa. I. 26. *c* Isa. LX. 1. *d* Psal. LXXXVI. 3. *e* Psal. CXXXI. 16. *f* Isa. XII. 6. *g* Hebr. II. 16. *h* Luc. XII. 49. *i* Ibid. V. 32. *k* Isa. LIV. 1. *l* I. Petr. II. 9.

1. *Lumen quod est in Spiritu*] φῶς τὸ ἐν τῷ πνεύματι. Ut sit formalis Auctoris sententia, eo modo intelligendo Lumen illud divinum & Verbum in Spiritu, quo in eo Pater asseritur: ut nimirum sit in eo tamquam principium & αἰτία, ut Græci vocant, in eo qui est a principio καὶ αἰτίας: alioquin nihil singulare, aut dignum τῆς Μεθοδίου ἀκριβείας, ut facile quivis perspexerit, dicitur. Nusquam sane veteri illi Ecclesiæ Orientis, alia fuit re vera fides in hoc articulo, quam Latinæ; quamquam fuerit nonnullum discrimen in verbis.

2. *Nec enim adjicient ut veterascant*] αἳ οὐ μὴ προσθῶσι διελθεῖν εἰς παλαίωσιν. Velut nimirum alii a legalibus festis, antiquatis Christi adventu: juxta prophetiam Isai. XLIII. 19. ad quam Paullus respicit 2. Cor. V. 17. Pantinus: *Quæ non sinunt te veterascere*: quod nec littera habet, nec sensu congruit.

3. *Aut etiam aliquando restauraturus*] Carpit Origenianam ἀποκατάστασιν, & illam in integrum restitutionem etiam dæmonum, adversus quam etiam reliqui Patres, nimia illa pietate & misericordia damnata, depugnant.

4. *Ne pusillus grex*, &c.] Forte subnotat Diocletiani tempora, & decumanos illos fluctus ab eo in Christi Ecclesiam excitatos, quibus ipse Methodius, ut verior habet opinio, feliciter tamen, & naufragio salvus portumque tenens, Christi Martyr absorptus est.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.


A Χαίροις εἰς ἀεὶ ἡ ἄληκτος ἡμῶν χαρά· ἐπὶ σὲ γὰρ πάλιν ἀνατρέχομαι. σὺ τῆς ἑορτῆς ἡμῶν ἀρχή· σὺ μεσότης· σὺ [1] τέλειος· ὁ πολύτιμος μαργαρίτης τῆς βασιλείας· τὸ ὄντως οὖθαρ πάσης ἁγιστείας· τὸ ἔμψυχον θυσιαστήριον τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς. χαίροις ἀγάπης Θεοῦ θησαυρέ· χαίροις φιλανθρωπίας υἱοῦ πηγή· χαίροις πνεύματος ἁγίου κατάσκιον ὄρος. ἤστραψας γλυκύδωρε γεννήτωρ φωτὸς ἡλιακοῦ πυρσοῖς ἀκαρτερήτοις ἀγάπης ὑπερζεούσης, τὸ πρὸ ἀρχῆς συλληφθὲν ἐν τῷ τέλει τεκοῦσα, φανερώσασα τὸ κρυπτὸν μυστήριον καὶ ἀλάλητον, τὸν ἀοράτου πατρὸς υἱὸν, εἰρήνης βραβευτὴν, πάσης γενόμενον ἥττονα βραχύτητος παραδόξως. διὰ τοῦτο ἐκλιπαροῦμέν σε τὴν ἀμείνω πάντων, καὶ μητρῴαις ἐπαυχοῦσαν τιμαῖς καὶ παῤῥησίαις, μνήμην ἀδιάλειπτον ἡμῶν ποιεῖν B παναγία θεοτόκε, καὶ εἰς σὲ καταγαλλιωμένων, καὶ ὕμνοις θεοπρεπέσι γεραιρόντων σου τὴν ἀείζωον καὶ ἀνεξάλειπτον μνήμην. καὶ σὺ δὲ αὐτὸς ὦ πρεσβύτα τίμιε Συμεὼν, τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν θρησκείας προδοχεῦ, καὶ τῆς τῶν πιστῶν ἀναστάσεως ἐξηγητὰ, συμπρεσβευτὴς ἡμῶν γενοῦ πρὸς τὸν σωτῆρα Θεὸν, ὃν ἀγκάλαις ὑποδέξασθαι κατηξιώθης. συνᾴδομεν γάρ σοι καὶ ἡμεῖς, Χριστῷ τῷ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσιαστῇ· σὺ εἶ φῶς, λέγοντες, ἀληθινὸν, ἐκ φωτὸς ἀληθινοῦ, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· εἷς κύριος πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ μετὰ τὴν πανύμνητον ἐνανθρώπησιν, ἐξ ἑαυτοῦ μὲν καὶ οὐ κατὰ χάριν Θεὸς, δι' ἡμᾶς δὲ καὶ τέλειος ἄνθρωπος· ἐξ ἑαυτοῦ [2] δὲ φύσει ἀβασίλευτος παμβασιλεὺς, δι' ἡ- C μᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν καὶ ἐν δούλου μορφῇ ἀχράντως καὶ ἀμιάντως. ἀφθαρσία γὰρ ὢν, λῦσαι φθορὰν προῆλθες, ἵνα ἄφθαρτα πάντα τεύχοις. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, μεγαλοσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια σὺν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A XIV. Salve in æternum indefinens noſtra lætitia [Dei Genitrix Virgo:] ad te enim rurſus accurro. Tu nobis feſtæ lucis initium; tu medium; tu finis: pretioſiſſima regni margarita; vere totius victimæ adeps; animatum Panis illius vitæ, altare. Salve dilectionis Dei theſaure: ſalve Filii in genus humanum, propenſionis illius ac ejus humanitatis fons: ſalve Spiritus ſancti [a] *mons inumbrate*. Fulguraſti dulcidona Mater ſolaris luminis, importabilibus caritatis præferventis ignibus; eo, in fine, partu edito, quod ante principium conceptum erat: palam exhibito, quod erat abſconditum, & inenarrabile ſacramentum; inviſibili illo Patris Filio; ſequeſtro pacis; quique admirabili quadam ratione, omni ſe parvitate minorem exhibuit. B Propterea te deprecamur omnium præſtantiſſimam, materniſque honoribus fiducia gloriantem, ut indeſinentem noſtri memoriam, Dei Mater ſanctiſſima, habeas: noſtri, inquam, qui in te gloriamur, auguſtioribuſque canticis perpetuo victuram & nullis deſituram temporibus tui memoriam celebramus. Ipſe etiam, honorate ſenex Symeon, piæ religionis noſtræ prime ſuſceptor, doctorque reſurrectionis fidelium, una pro nobis ad Deum Salvatorem quem meruiſti in ulnas ſuſcipere, patronus accede. Nam & ipſi, una tecum Chriſto, vitæ ac mortis poteſtatem habenti, canimus: Tu Lumen es verum, ex vero Lumine: Deus verus, ex Deo vero: unus C Dominus ante aſſumtam humanam naturam: unus nihilominus poſt ejuſmodi aſſumtionem, omni plane prædicatione proſequendam: a te, ipſe; non per gratiam, Deus: noſtri vero cauſſa, etiam homo perfectus: ex te, ipſe, natura omnium Rex, nullius ſubjectus imperio: propter nos vero & noſtram ſalutem, etiam in forma ſervi, immaculate tamen atque impollute, exſiſtens. Qui enim ipſa ſis incorruptio, veniſti ſolvere corruptionem, ut incorrupta omnia redderes. Quoniam tua eſt gloria & poteſtas, & magnificentia & majeſtas, cum Patre & Spiritu ſancto, in ſæcula ſæculorum: Amen.

a Hab. III. 3.

1. Τέλειος] Forte τέλος.

2. Ἑαυτοῦ δὲ] Forte ἑαυτοῦ καί. Et mox, δι' ἡμᾶς δὲ καί.



D

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΕΘΟΔΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ·

Λόγος εἰς τὰ βαΐα.

Εὐλογητὸς ὁ Θεός· ἐκ θαυμάτων ἐπὶ τὰ θαύματα τοῦ κυρίου βαδίσωμεν, ἀδελφοὶ, καὶ φθάσωμεν ὡς ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν. καθάπερ ἐν ἁλύσει χρυσῇ, κρικίοις ἀλληλενδέτοις συμβεβλημένῃ, ἓν τοῦ ἑνὸς κατέχεται τῶν συμβεβλημένων ἕκαστον, καὶ συνάπτεται θάτερον θατέρῳ, καὶ παραπέμπεται· οὕτω καὶ τὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων θαύματα, ἐξ ἀλλήλων εἰς ἄλληλα ποδηγοῦσι τὴν φιλέορτον τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν, καὶ εὐφραίνουσιν, οὐ τῇ ἀπολλυμένῃ βρώσει, ἀλλὰ τῇ μενούσῃ εἰς ζωὴν αἰώνιον. φέρε τοίνυν καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοὶ, ἐν ἑτοιμασίᾳ καρδίας καὶ ὠσὶν εὐηκόοις, ἀκούσωμεν τί λαλήσει ἐν ἡμῖν κύριος ὁ Θεὸς, ἔν τε προφήταις καὶ εὐαγγελίοις, περὶ τῆς θειοτάτης ταύτης ἑορτῆς. λαλήσει δὲ πάντως εἰρήνην

S. PATRIS NOSTRI

METHODII

EPISCOPI ET MARTYRIS,


Oratio in ramos palmarum.

I. Benedictus Deus: Procedamus, fratres, ex miraculis ad Domini miracula, ac velut [a] *virtute veniamus ad virtutem*. Quemadmodum in aurea catena, ſic invicem commiſſi ſunt nexique circuli, ut ſinguli alter alterum teneat ac conſequatur: ita & ſacris Evangeliis tradita miracula, feſtorum amantem Eccleſiam Dei, ex aliis ad alia E deducunt, recreantque, [b] *non eſca quæ perit, ſed quæ manet in vitam æternam*. Age igitur & nos dilecti, parato corde auribuſque intentis, [c] *audiamus, quid nobis* tum in Prophetis tum in Evangeliis de diviniſſimo hoc feſto *ſit locuturus Dominus Deus*. Plane vero *loquetur pacem in populum ſuum, & in ſanctos ſuos*, [1] *& in eos qui convertunt cor*

a Pſal. LXXXIII. 8. *b* Joan. VI. 27. *c* Pſal. LXXXIV. 9.

1. *Et in eos qui convertunt cor ad ipſum*] Sic modo Græca. Alter codex nomine Chryſoſt. καὶ ἐπιστρέφοντας ἐπὶ καρδίαν; *Qui convertuntur ad cor*: quomodo habet Vulg. Hebræa longe aliter: *Et non convertentur ad ſtultitiam*: nimirum facili illa Hebræis affinium litterarum permutatione.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, * καὶ ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας καρδίαν ἐπ' αὐτόν. σήμερον προφητικαὶ σάλπιγγες τὴν οἰκουμένην ἀνεπτέρωσαν, καὶ τὰς ἁπανταχῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐφαίδρυναν * καὶ κατέστεψαν· καὶ ἐκ τοῦ σκάμματος τῶν ἁγίων νηστειῶν, καὶ τῆς κατὰ τῶν παθῶν παλαίστρας παραλαβοῦσαι τοὺς πιστούς, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον, καὶ τὸ καινὸν σύνθημα τῆς εἰρήνης ᾄδειν τῷ νικοποιῷ Χριστῷ, ἐδίδαξαν. δεῦτε γοῦν ἅπαντες, ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ. δεῦτε ἅπαντα τὰ ἔθνη, κροτήσωμεν χεῖρας, * καὶ ἀγαλλιασώμεθα τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως. μηδεὶς ἄμοιρος ἔστω τῆς χάριτος· μηδεὶς ὑστερείτω τῆς κλήσεως, ὅτι ἐγεννήθη τὸ σπέρμα τῶν ἀπειθούντων εἰς ἀπώλειαν. * [μηδεὶς ἀγνωμονείτω τὴν ὑπάντησιν τοῦ βασιλέως, ἵνα μὴ ἔξωθεν τοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθῇ.] μηδεὶς σκυθρωπὸς πρὸς τὴν ὑποδοχὴν εὑρεθῇ ἐν ἡμῖν, ἵνα μὴ τοῖς πονηροῖς πολίταις συγκατακριθῇ. πολίτας δέ φημι, τοὺς μὴ θελήσαντας δέξασθαι τὸν κύριον ἑαυτῶν βασιλέα ἐφ' ἑαυτούς. [πάντες σφοδρῶς συνδράμωμεν·] πάντες προθύμως ὑποδεξώμεθα, καὶ ὑπερκοσμίως ἑορτάσωμεν· ἀντὶ ἱματίων, τὰς καρδίας ἡμῶν ἐκχέωμεν ἐνώπιον αὐτοῦ· ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις τὰς εὐχαριστίας ἀναπέμπωμεν αὐτῷ· καὶ τό, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ἀκαταπαύστως βοήσωμεν. οἱ γὰρ εὐλογοῦντες αὐτόν, εὐλόγηνται· καὶ οἱ καταρώμενοι αὐτόν, κεκατήρανται. πάλιν ἐρῶ, καὶ προτρεπόμενος ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν οὐ παύσομαι. δεῦτε, ἀγαπητοί, εὐλογήσωμεν τὸν εὐλογημένον, ἵνα εὐλογηθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ. πᾶσαν ἡλικίαν καὶ ἀξίαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνεκάλεσεν ὁ λόγος, πρὸς τὴν τοῦ κυρίου αἴνεσιν. βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ πάντας λαούς, ἄρχοντας καὶ πάντας κριτὰς γῆς· νεανίσκους καὶ παρθένους· καὶ τὸ καινοπρεπὲς τοῦ θαύματος, ὅτι τῇ νέᾳ καὶ ἀπειροκάκῳ τῶν νηπίων καὶ θηλαζόντων ἡλικίᾳ, τὰ πρεσβεῖα συνεχώρησε τοῦ ἐξάρξαι τῷ κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει, τὸ θεοδίδακτον ᾆσμα, [4] καθὰ πάλαι Μωϋσῆς τῷ ἐξ Αἰγύπτου λαῷ, τό, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

Σήμερον χαρᾷ χαίρει ὁ μακάριος Δαβίδ, σεσυλημένος τὴν κιθάραν ὑπὸ νηπίων· οἷς καὶ συγχορεύων τῷ πνεύματι καὶ συνευωχούμενος, καθάπερ τὸ πρὶν πρὸ προσώπου τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ, συμμουσουργεῖ καὶ συμψελλίζει ἡδέως, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. πρὸς ὃν ἐροῦμεν· λέγε ἡμῖν, ὦ προφῆτα, τίς οὗτος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου; οὐκ ἐμόν, φησι, τὸ διδασκαλεῖον σήμερον· νηπίοις γὰρ ἀφιέρωται παρὰ τοῦ καταρτήσαντος ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων αἶνον, τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν· ὅπως καὶ διὰ τοῦ θαύματος τούτου, ἐπιστραφῶσι πατέρων καρδίαι ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς, ἐν φρονήσει δικαίων. λέγετε ἡμῖν ὦ παῖδες, πόθεν ὑμῖν ἡ [5] καλὴ αὕτη καὶ ἐπίχαρις ἅμιλλα καὶ ᾠδή; τίς ὁ διδάξας; τίς ὁ σοφίσας; τίς ὁ συναθροίσας; ποῖαι δέλτοι; τίνες οἱ παιδαγωγοί; συγκοινωνήσατε ἡμῖν, φασι, τῆς εὐωχίας καὶ μελῳδίας, καὶ μαθήσεσθε τὰ Μωϋσῇ καὶ τοῖς λοιποῖς προφήταις ἐν ἐπιθυμίαις. ἐπεὶ οὖν προετράπημεν, καὶ δεξιὰς ἡμῖν δέδωκαν οἱ παῖδες κοινωνίας, δεῦρο, ἀγα-

ad ipsum. Hodie prophetales tubæ orbem excitarunt, ac Dei Ecclesias ubique gentium exhilararunt [1] & voluptate impleverunt: assumtosque fideles ab sacrorum jejuniorum scammate, & vitiorum palæstra, victoriæ canticum novumque pacis victori Christo symbolum canere docuerunt. [a] *Venite* ergo universi, *exsultemus Domino*. Venite [b] *omnes gentes, plaudamus manibus*, [2] *ac Deo exsultemus* Salvatori nostro *in voce exsultationis*. Nemo sit exsors gratiæ, nemo vocatione destituatur, eo quod incredulorum semen factum sit in perditionem. [3] [Nemo [c] Regis occursum indigne habuerit, ut ne thalamo excludatur.] Nemo in nobis inventus fuerit tristis ad susceptionem, ut ne eamdem cum malis civibus damnationem incurrerit. Cives autem dico, qui Dominum suum Regem super ipsos recipere noluerunt. [Omnes læti occurramus:] suscipiamus omnes alacri animo, totaque honestate celebremus. Vestimentorum loco, [d] *corda nostra effundamus coram illo*: inque psalmis & canticis gratiarum ei actiones prætendamus; ac illud, [e] *Benedictus qui venit in nomine Domini*, nulla requie clamemus. [f] *Qui enim ipsi benedicunt, benedicti sunt; & qui maledicunt, maledicti*. Dicam iterum, nec ad bonum hortari desinam: Venite dilecti, benedicamus eum qui est benedictus, ut benedicamur ab ipso. Ætatem omnem & conditionem, in unum pariter sermo adscivit ad Domini laudem: [g] *Reges terræ & omnes populos: principes & omnes judices terræ: juvenes & virgines*: quodque in miraculo decenter novum videatur, primas, juvenis atque innocens infantium & lactentium ætas, obtinuit partes, auspicandi Domino in confessione divinitus inspiratum canticum: qua olim ratione [h] Moyses præcinuit egredienti populo de Egypto: illud nimirum, *Benedictus qui venit in nomine Domini*.

II. Hodie gaudet gaudio beatus David, infantibus spoliantibus cithara; quibuscum etiam spiritu choreas ducens unaque delectatus, sicut olim [i] coram Dei arca, musicos concentus miscet, ac suaviter adbalbutit: [k] *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Quem percunctabimur? cedo nobis, Propheta; Quis iste est, qui venit in nomine Domini? At ille, Non meæ, inquit, hodie sunt docendi partes: infantibus enim consecravit scholam, qui [l] *Perfecit laudem ex ore infantium & lactentium, ut destruat inimicum & ultorem*: quo etiam, istorum miraculo, [m] *Corda patrum convertantur ad filios, & increduli ad prudentiam justorum*. Nobis, pueri, edicite, unde vobis pulcrum hoc gratiosumque certamen & carmen? Quis docuit? Quis erudivit? Quis congregavit? Quæ tabulæ? Qui ludimagistri? Vos, inquiunt, voluptati nostræ canticoque, una accedite socii, eaque discetis, quæ [n] Moysi ac Prophetis reliquis fuerunt in desiderio. Quia nos ergo, pueri invitarunt, ac [o] *dexteras dede-*

a Psal. XCIV. 1. b Psal. XLVI. 2. c Luc. XIX. 27. d Psal. LXI. 9. e Psal. CXVII. 26. Matth. XXI. 9. Marc. XI. 9. Luc. XIX. 38. Joan. XII. 13. f Gen. XXVII. 29. g Psal. CXLVIII. 11. 12. h Exod. XV. 1. i II. Reg. VI. 14. k Psal. CXVII. 26. l Psal. VIII. 3. m Malach. IV. 6. Luc. I. 17. n Luc. X. 24. o Galat. II. 9.

1. *Et voluptate impleverunt*] κατέστεψαν. Alius κατέστεψαν: non minus congrue. Corona enim signum gloriationis & lætitiæ; ut & depositio, mœroris & tristitiæ. Sic Andreas Cretensis coronatam inducit Natalitiorum Mariæ lætissimam festivitatem.

2. *Ac Deo exsultemus*] ἀγαλλιασώμεθα. Alius codex melius: ἀλαλάξωμεν. Jubilemus; Schol. LXX. Alius σημάνατε. *Signum date*: Alius εὐφημήσατε. *Late acclamate*.

3. *Nemo Regis occursum indigne habuerit*] ἀγνωμονείτω τὴν ὑπάντησιν. Velut ὀλιγωρείτω. Parvi pendat: sic enim Budæus conjunxit duo illa, quadam epistola ad Petrum amicum. Vel fuerit: Nemo ingrate habeat: eidem crimini factus obnoxius, cui Jerusalem illa; eo destructa, quod ingrata in beneficum visitantem, καὶ ὑπαντήσαντα, *non cognoverit tempus visitationis suæ*: Luc. XIX. 44. Addidimus ex altero codice, ut & reliqua interclusa.

4. Καθὰ πάλαι M.] Al. καθάπερ M.

5. Καλὴ ---- ἐπίχαρις] Al. καινὴ ---- περιχαρής.



πηταὶ, καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν τὴν θεοπρεπῆ χορείαν, καὶ μετὰ τῶν ἀποστόλων ὁδοποιήσωμεν τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατ᾽ ἀνατολὰς, καὶ ἐπὶ ὑποζύγιον ὡς ηὐδόκησεν ἐποχουμένῳ ἐπὶ τῆς γῆς. μετὰ τῶν νηπίων κλάδη ἄρωμεν, καὶ τοῖς θαλλοῖς κροτήσωμεν, ὅπως ἐπιπνεύσῃ καὶ ἡμῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν θεοδίδακτον ἀναμέλψωμεν εὐτάκτως ᾠδὴν, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. σήμερον καὶ ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ ἐν πνεύματι ἑορτάζει, ὁρῶν τὴν προφητείαν αὐτοῦ εἰς ἔργον ἀχθεῖσαν· * καὶ τὸν δεσμεύοντα πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, ἐπιβεβηκότα ἐπὶ πῶλον νέον, καὶ μετὰ τῶν πιστῶν προσκυνεῖ τῷ πατρί. σήμερον πῶλος ἑτοιμάζεται, τὸ τῶν ἀλογίστων ἐθνῶν τὸ πρὶν * ἀλόγιστον ἐξεμβλάριον, εἰς ἐπίδειξιν ὑποταγῆς τοῦ ἐξ ἐθνῶν λαοῦ· καὶ νήπια καταμηνύουσι τὴν τούτων πρὸς θεογνωσίαν νηπιότητα, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα πρὸς θεοσέβειαν τελειότητα. σήμερον ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἐπὶ γῆς προφητικῶς δοξάζεται, καὶ συγκοινωνοὺς τῆς ἐπουρανίου εὐωχείας, τοὺς γηγενεῖς ἀναδείκνυσιν, ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτός ἐστι κύριος ἀμφοτέρων, ὡς ἑκατέρωθεν συμφώνως ἀνυμνούμενος. * διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνω, τὴν ἐπὶ γῆς σωτηρίαν καταμηνύοντες ἔψαλλον· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ· πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ· οἱ δὲ κάτω, τῇ ἐπουρανίῳ εὐφροσύνῃ συμπανηγυρίζοντες ἔκραζον· ὡσαννὰ [ἐν τοῖς ὑψίστοις· ὡσαννὰ] τῷ υἱῷ Δαβίδ. καὶ οἱ μὲν ἄνω ἐδοξολόγουν· εὐλογημένη ἡ δόξα κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ· οἱ δὲ κάτω [ἐθεολόγουν,] εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

A runt societatis, adeste dilecti, æmulemur & ipsi augustum illud tripudium, ac cum Apostolis, [a] *iter ei faciamus, qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem*, quique [b] pro bona sua voluntate, subjugali in terra vehitur. Tollamus ramos cum pueris, plaudamusque ramis olivarum, ut & nos Spiritus sanctus afflaverit, divinitusque inspiratum canticum composite modulemur: [c] *Benedictus qui venit in nomine Domini, Hosanna in altissimis*. Sed & patriarcha Jacob hodie in spiritu festum agit, qui prophetiam suam in opus deductam videat, [d] eumque, [1] qui pullum suum alligat ad vitem, novo impositum pullo; ac fidelium socius; Patrem adorat. Hodie aptatur pullus, Gentium quon- B dam irrationalium, [2] irrationale exemplar, ad populi ex Gentibus significandam subjectionem: declarantque pueri primam illorum, quod ad Dei notitiam spectat, pueritiam; secutamque postmodum, in Dei cultu ac vera religione absolutionem. Hodie juxta Prophetam [e], gloriæ Rex laudatur in terra, cælestisque epuli & lætitiæ una socios terrigenas facit, quo se utrorumque Dominum probet, velut qui communibus utrimque vocibus decantetur. [3] Idcirco superni illi terrestrium salutem annuntiantes, psallebant: [f] *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth, Plena omnis terra, gloria ejus*: Inferno autem positi, communi & ipsi conventu cælestium lætitiam celebrantes, clamabant: *Hosanna* C [*in altissimis: Hosanna*] *Filio David*. Atque priores quidem in hæc verba laudabant: [g] *Benedicta gloria Domini de loco suo*. Isti autem [Deum celebrantes,] dicebant: [h] *Benedictus qui venit in nomine Domini*.

Τούτων δὲ οὕτως τελουμένων, καὶ τῶν μαθητῶν χορευόντων περὶ πάντων ὧν εἶδον δυνάμεων, καὶ λεγόντων, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος [βασιλεὺς] ἐν ὀνόματι κυρίου· ἐν οὐρανῷ εἰρήνη, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις· ἡ πόλις [4] ἐπύθετο λέγουσα, τίς ἐστιν οὗτος; πεπωρωμένον φθόνον κατὰ τῆς τοῦ δεσπότου δόξης κινοῦσα. πόλιν δὲ ἀκούων, τὴν παλαιὰν τῆς συναγωγῆς ἄτακτον πληθὺν ἐπιγίνωσκε. διερωτῶσιν οἱ ἀγνώμονες τίς ἐστιν οὗτος; ὡς μήπω ἑωρακότες τὸν εὐεργέτην καὶ περιβόητον τοῖς θεοπρεπέσι θαύμασιν. οὐ γὰρ κατέλαβεν ἡ σκοτία τὸ ἐν αὐτῇ ἐπιλάμψαν ἄδυτον φῶς. ὅθεν εὐθυβόλως πρὸς αὐτοὺς [5] ἀνακέκραγεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγων· οἱ κωφοὶ ἀκούσατε, καὶ οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε ἰδεῖν. καὶ τίς τυφλὸς, [ἀλλ᾽ οἱ παῖδές μου· καὶ κωφοὶ] ἀλλ᾽ ἢ κυριεύοντες αὐτῶν; καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. εἴδετε πολλάκις, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε, ἠνεῳγμένα τὰ ὦτα, καὶ οὐκ ἠκούσατε. ὁρᾶτε ἀγαπητοὶ ἀκρίβειαν λόγου, ὅπως τὸ προθεωρητικὸν θεῖον πνεῦμα, διὰ τῶν ἁγίων, τὰ μέλλοντα ὡς παρόντα ἐκήρυττεν. εἶδον γὰρ οἱ ἀχάριστοι καὶ ἐψηλάφησαν διὰ τῶν θαυμάτων, τὸν θαυματουργὸν Θεὸν, καὶ τῇ ἀπιστίᾳ ἐνέμειναν. εἶδον τυφλὸν ἐκ γενετῆς, τὸν φωταγωγήσαντα Θεὸν κηρύττοντα. εἶδον σύγχρονον καὶ σύζυγον τῇ ἀσθενείᾳ παράλυτον, προστάγματι διαζευχθέν-

III. Cum autem hæc peragerentur, [i] *Discipulique gaudentes laudarent super omnibus quas viderant virtutibus, ac dicerent: Benedictus qui venit rex in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis*: cœpit civitas interrogare, dicens, [k] *Quis est hic?* induratum veteremque adversum Domini gloriam livorem excitans. Tu autem cum audis civitatem, veterem Synagogæ incompositam multitu- D dinem agnosce. Interrogant ingrati malignique, *Quis est hic?* quasi necdum beneficum vidissent, eumque quem homine majora, divina miracula, celebratissimum fecissent. [l] *Non enim tenebræ comprehenderunt, quod luxit in ipsis lumen*, occasus nescium. Quamobrem apposite ad illos clamavit Isaias propheta dicens: [m] *Surdi audite, & cæci suspicite ut videatis. Et quis est cæcus, [nisi pueri mei: & surdi] nisi qui dominantur eorum? Et servi Dei obcæcati sunt. Vidistis sæpe, & non custodistis: apertæ sunt aures, & non audistis*. Videtis, dilecti, quam sit accuratus sermo; ut divinus Spiritus, quæ sua est futurorum inspectio, per Sanctos suos, velut præsentia essent, futura prædicaverit. Viderunt si- E quidem ingrati, palparuntque ex miraculis, miraculorum patratorem Deum; ac nihilominus in infidelitate manserunt. [n] Viderunt cæcum a nativita-

a Psal. LXVII. 5. & 34. b Matth. XXI. 5. c Ibid. ℣. 9. d Gen. XLIX. 10. e Psal. CXLVIII. 9. f Isa. VI. 3. g Ezech. III. 12. h Matth. XXI. &c. i Luc. XIX. 37. 38. k Matth. XXI. 10. l Joan. I. 5. m Isa. XLII. 18-20. n Joan. IX.


1. *Qui pullum suum alligat ad vitem*] Gentes omnes, ad vitem illam translatam de Ægypto, quæ implevit totam terram, docentibus Prophetis ipsius & Justis. Ita ad verbum Titus Bostrensis docta Orat. εἰς τὰ βαΐα, quam ex regiis habemus.

2. *Irrationale exemplar*] Al. ἀλογ... ἐξεμβλάριον ἢ ἐξεμπλάριον. Gaudent Græci barbaris & Latinis vocibus; ut non paucæ jam olim cum Imperio ad eos transierint, nonnumquam scriptoribus præsertim sacris usurpatæ, velut forte magis usu receptæ & notiori significatione; qua de re etiam in vita Basilii pro Amphilochio.

3. *Idcirco superni illi*] Pluribus eodemque sensu, Orat. ill. *de Occursu*, exponit idem Seraphicum canticum; ut postrema illius parte, palam celebretur dominicus adventus & οἰκονομία; qua vere fuit plena terra, gloria Domini; obcæcatis interim Judæis: quam eorum cæcitatem olim prædictam, recte Methodius noster utroque loco, Domino a... ente, ostendit eventu secutam: ut videatur ista περιοχὴ præcipui characteris loco huicce Orationi.

4. Ἐπύθετο] Al. ἐπείθετο 5. Ἀνακέκραγεν] Al. προανακέκραγεν.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



τα τῆς κακουχίας. ἐθεάσαντο Λάζαρον φυγάδα θανάτου γεγονότα. ἤκουσαν τὸν ἐν θαλάττῃ περίπατον· τὴν ἀγεώργητον οἰνοδοσίαν. τὴν ἄμοχθον ἀρτοφαγίαν· τὴν τῶν δαιμόνων ἀπελασίαν· τὴν τῶν καμνόντων εὐρωστίαν. αἱ πλατεῖαι αὐτῶν, τὰς δυνάμεις ἐκήρυττον. αἱ ὁδοὶ αὐτῶν, τὰς ἰάσεις τοῖς ὁδοιποροῦσι κατήγγελον. πᾶσα Ἰουδαία ἐπληρώθη τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ νῦν ἀκούοντες Θεοῦ αἶνον, πυνθάνονται· τίς ἐστιν οὗτος; ὢ ἀνοίας τῶν ψευδωνύμων διδασκάλων· ὢ τῶν ἀπειθῶν πατέρων· ὢ τῶν ἀφρόνων πρεσβυτέρων· ὢ σπέρμα Χαναὰν τοῦ ἀναιδοῦς, καὶ οὐχὶ Ἰούδα τοῦ εὐλαβοῦς. τὰ τέκνα ἐπέγνωσαν τὸν κτίστην, καὶ οἱ ἀπειθεῖς πατέρες ἔλεγον, τίς ἐστιν οὗτος; ἡ νέα καὶ ἀδαὴς ἡλικία, τὸν Θεὸν ἀνύμνησε, καὶ οἱ πεπαλαιωμένοι ἡμερῶν κακῶν ἐπυνθάνοντο, τίς ἐστιν οὗτος; θηλάζοντες θεολογοῦσι, καὶ πρεσβύτεροι βλασφημοῦσι· παῖδες εὐσεβῶς ἱερουργοῦσι αἶνον, καὶ ἀνίεροι ἱερεῖς δυσσεβῶς ἀγανακτοῦσιν.

A te, Deum prædicantem, qui viſum reſtituiſſet. [a] Viderunt paralyticum coæva infirmitate, arctiuſque implicata mala valetudine, jubente ipſo, abſolutum. [b] Lazarum conſpexerunt, mortis factum profugam. [c] Audierunt eum ambulaſſe in mari: [d] Vinum, ſine cultura ſubminiſtratum: [e] Comeſtos panes convivio ultro inſtructo: [f] Fugatos dæmones: infirmos ſanitati reſtitutos. Plateæ ipſorum prædicabant virtutes: viæ, agentibus iter ſanationes annuntiabant. Judæa tota, beneficiis cumulata erat; audienteſque modo divinas laudes, interrogant, *Quis eſt hic?* O dementiam falſi nominis magiſtrorum! O incredulos patres! O inſipientes ſeniores! [g] O *Chanaan* impudentis *ſemen*, *non* reverentis & timorati *Juda*. Agno-
B verunt pueri Creatorem; parentes vero increduli dicebant, *Quis eſt hic?* Nova & rudis ætas, Deo cecinit laudem; [h] *inveteratique malorum dierum* percontabantur, *Quis eſt hic?* Lactentes, divinitatem laudant; ſenioreſque blaſphemiis appetunt: Pueri, pie ſacrificant laudem; profanique ſacerdotes impie [i] *indignantur*.

Οἱ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἐπιστρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν. μάθετε μυστήρια Θεοῦ. αὐτὸ τὸ τελούμενον μαρτυρεῖ, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ οὕτως ἀνυμνούμενος ὑπὸ ἀδιδάκτων γλωσσῶν. ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, καθὼς ἠκούσατε παρὰ τοῦ δεσπότου, ὅτι αὗταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀγνοεῖτε τὸ θαῦμα. ἀκούσατε * οἱ ἀχαριτώτατοι καὶ ἀχάριστοι τί εὐαγγελίζεται ὑμῖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας. φησὶ γάρ. χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών. ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων· αὐτὸς πραῢς * καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ πῶλον ὄνου. διατί τὴν χαρὰν ἀποσείεσθε; διατί τε ἡλίου λάμποντος, τὸ σκότος ἀγαπᾶτε; διατί πρὸς τὴν ἀπολέμητον εἰρήνην, μελετᾶτε πόλεμον; εἰ τοίνυν υἱοὶ Σιών ἐστε, συγχορεύσατε τοῖς τέκνοις ὑμῶν. χαρᾶς ἀφορμὴ ἔστω ὑμῖν, ἡ τῶν τέκνων θεοσέβεια. μάθετε παρ' αὐτῶν τίς ὁ διδάξας; τίς ὁ συναθροίσας; πόθεν τὰ διδάγματα; τίς ἡ καινὴ θεολογία, καὶ παλαιὰ προφητεία; εἰ δὲ ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς οὐδὲν τούτων ἐδίδαξεν, αὐτόματον δὲ τὸν αἶνον ἀναμέλπουσι, γνῶτε Θεοῦ εἶναι τὸ ἔργον· ὡς ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. διπλασιάσατε οὖν τὴν χαρὰν, ὅτι τοιούτων παίδων γεγόνατε πατέρες, οἵτινες καὶ τὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἀγνοηθέντα, θεοδιδάκτως ἀνευφήμησαν. ἐπιστρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ μὴ μύσσετε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. εἰ δὲ, οἱ αὐτοί ἐστε, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούετε, καὶ βλέποντες οὐ βλέπετε· καὶ μάτην διαφέρεσθε πρὸς τὰ νήπια, αὐτοὶ ὑμῶν κριταὶ ἔσονται, κατὰ τὸν τοῦ σωτῆρος λόγον. καλῶς οὖν καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων προανεφώνησε περὶ ὑμῶν ὁ προφήτης Ἡσαΐας λέγων· οὐ νῦν αἰσχυνθήσεται Ἰακὼβ, οὐδὲ νῦν τὸ πρόσωπον μεταβαλεῖ· ἀλλ' * ὅταν ἴδωσι τὰ τέκνα αὐτῶν τὰ ἔργα μου ποιοῦντα, δι' ἐμὲ ἁγιάσουσι τὸ ὄνομά μου, καὶ ἁγιάσουσι τὸν ἅγιον τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ φοβηθήσονται. καὶ γνώσονται οἱ τῷ πνεύματι πεπλανωμένοι, σύνεσιν· οἱ δὲ

IV. [k] *Increduli ad prudentiam juſtorum*, corda veſtra convertite ad filios veſtros. Diſcite ſacramenta Dei: teſtis eſt res ipſa quæ agitur, Deum eſſe qui ſic ab indoctis linguis decantetur. [l] *Scrutámini ſcripturas*, quemadmodum audiſtis a Domino: *quoniam illæ ſunt quæ teſtimonium perbibent de ipſo*,
C nec miraculum ignorate. Audite, [1] ſine gratia homines, ingratique, quid vobis fauſti nuntii Zacharias afferat. Ait enim: [m] *Gaude vehementer filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi juſtus & ſalvans: ipſe manſuetus* [2] *& ſedens ſuper pullum aſinæ*. Ut quid gaudium repellitis? Ut quid lucente Sole, tenebras diligitis? Ut quid adverſus inexpugnabilem pacem, meditamini bellum? Si igitur eſtis filii Sion, una cum filiis veſtris choreas ducite. Sit vobis gaudii ratio, filiorum religio. Ab ipſis diſcite, quis fuerit doctor? Quis convocaverit? Unde doctrina? Quæ nova theologia, vetuſque prophetia? Quod ſi ne quis hominum quidquam illos docuit, ultro autem modulantur laudem, Dei opus cognoſcite; ſicut
D ſcriptum eſt in lege: [n] *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*. Agite ergo duplex gaudium, quod talium puerorum facti eſtis patres, qui etiam ſenioribus ignorata, Deo docente, laudibus celebrarunt. [o] *Convertite corda veſtra ad filios veſtros*, nec clauſeritis oculos ad veritatem. Quod ſi iidem perſeveratis, [p] *& audientes non auditis, videnteſque non videtis*, atque incaſſum ab infantibus diſſidetis, [q] *erunt ipſi veſtri judices*, juxta Salvatoris verbum. Bene igitur etiam iſtud cum aliis, prælocutus eſt de vobis Iſaias propheta dicens: [r] *Non confundetur modo Jacob, neque nunc faciem mutabit: ſed* [3] *cum viderint filios ſuos facientes opera mea; propter me ſanctificabunt nomen meum,*
E *& ſanctificabunt ſanctum Jacob, & Deum Iſrael timebunt: & ſcient, qui errant ſpiritu, intelligentiam: & muſſitatores, diſcent obedire; & linguæ balbutientes, diſcent loqui pacem*. Vides, Judæe in-


a Joan. V. 5. *b* Joan. XI. 44. *c* Matth. XIV. 26. *d* Joan. II. 7. *e* Joan. VI. 11. *f* Luc. VIII. 29. &c. *g* Dan. III. 56. *h* Dan. XIII. 52. *i* Matth. XXI. 15. *k* Luc. I. 17. *l* Joan. V. 39. *m* Zach. IX. 9. *n* Pſal. VIII. 3. *o* Luc. I. 17. *p* Iſa. VI. 10. *q* Matth. XII. 27. *r* Iſa. XXIX. 22-24.

1. *Sine gratia homines*] ἀχαριτώτατοι. Quaſi non gratificati: veſtra utique culpa, qui Dei gratificantis beneficium & gratiam repellitis. Quo ſenſu poſſet exponi illud Luc. I. κεχαριτωμένη, ubi Interpr. *Gratia plena*: quaſi gratificata & ſingulariter aucta gratia; eoque *plena gratia*; alio ſignificatu; & plane gratioſa; Dei in ipſam effuſa largiſſima gratia. Sic paullo inferius reddimus τὸ, λόγῳ κεχαριτωμένῳ. *Pleno gratia ſermone*: hoc eſt, lepore, & gratioſo; quomodo reddit Eraſmus τὸ, κεχαριτωμένη Luc. I.

2. *Et ſedens ſuper pullum aſinæ*] Sic etiam citatur ex Juſtino. Habent modo LXX. *Super pullum novum*. Noſtrum & Juſtini conſonantius Hebræo, ubi eſt בן-אתנות *Filium aſinarum*. Sic etiam Vulg. *Super pullum filium aſinæ*.

3. *Cum viderint filios ſuos facientes opera mea*] Unus codex habet τὸ, ποιοῦντα: adjectum forſan gloſſemate: ac nec Hieronymus legit aut Cyrillus, conſtatque ſatis appoſitive legendo, ſua Methodio ſententia.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



γογγύζοντες, μαθήσονται ὑπακούειν· καὶ αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι, μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην. ὁρᾷς, ὦ ἀνόητε Ἰουδαῖε, πῶς ἐκ προοιμίων τοῦ λόγου αἰσχύνην ὑμῖν προκαταγγέλλει ὁ προφήτης διὰ τὴν ἀπείθειαν ὑμῶν; μάθετε κἂν παρ' αὐτοῦ πῶς θεοδίδακτον κηρύσσει τὴν τῶν τέκνων ὑμῶν ὑμνῳδείαν· ὡς καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ προανεφώνησε λέγων· ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτήσω αἶνον. ἢ τοίνυν τὴν ὁσιότητα τῶν παίδων οἰκειώσασθε, [ὡς χρεὼν,] ἢ μετὰ τῆς εὐσεβείας τοὺς παῖδας ἡμῖν χαρίσασθε. ἡμεῖς τούτοις συγχορεύσομεν, καὶ τῇ καινῇ δόξῃ, τὸ θεοδίδακτον ᾆσμα συμψαλοῦμεν.

A sipiens, ut a sermonis exordio confusionem vobis ob incredulitatem vestram Propheta prænuntiet? Vel ab ipso noveritis, ut vestrorum filiorum laudationem divinitus inspiratam prædicet: quemadmodum etiam prælocutus erat beatus David, dicens: [a] *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem*. Vel igitur filiorum vobis sanctitatem [ut par est,] vendicate; vel nobis filios cum religione concedite. Nos cum illis ducemus choreas, novæque gloriæ divinitus inspiratum canticum pariter psallemus.

Ποτὲ μὲν γὰρ Συμεὼν ὁ πρεσβύτης ὑπήντησε τῷ σωτῆρι, καὶ ταῖς ἀγκάλαις ὑπεδέξατο τὸν τῶν αἰώνων ποιητὴν ὡς βρέφος, καὶ κύριον καὶ Θεὸν ἐκήρυττε· νυνὶ δὲ ἀντὶ πρεσβυτέρων ἀγνωμόνων, οἱ παῖδες τῷ σωτῆρι ὑπήντησαν ὡς Συμεὼν, καὶ τὰ κλάδη ἀντὶ ἀγκαλῶν ὑπέστρωσαν, καὶ κύριον τὸν Θεὸν εὐλόγησαν, τὸν ἐπὶ πώλου ὡς ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθεζόμενον· ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. μεθ' ὧν βοήσωμεν καὶ ἡμεῖς· εὐλογημένος [1] ὁ ἐλθὼν Θεὸς βασιλεὺς τῆς δόξης· ὁ πτωχεύσας, ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ ἀπτώχευτος, δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς πλουτίσῃ τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι. εὐλογημένος ὁ ἐλθὼν ἐν ταπεινώσει, καὶ πάλιν ἐρχόμενος ἐν δόξῃ· πρῶτον ἐπὶ πώλου πρᾳῢς, καὶ ὑπὸ νηπίων εὐφημούμενος, ὅπως πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον· ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί σου ὁ Θεὸς, αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν ἁγίῳ· δεύτερον, φοβερὸς ἐπὶ τῶν νεφελῶν ὑπὸ ἀγγέλων καὶ δυνάμεων δορυφορούμενος. ὢ τῆς μελιρρύτου τῶν παίδων γλώττης. ὢ τῆς ἀκαπηλεύτου διδασκαλίας τῶν θεαρέστων. Δαβὶδ προφητεύσας ὑπὸ τὸ γράμμα ἐκάλυψε τὸ νόημα· παῖδες τὸν θησαυρὸν ἀνοίξαντες, ἐπὶ γλώττης τὸν πλοῦτον προσήνεγκαν, καὶ λόγῳ κεχαριτωμένῳ διαπρυσίως πάντας ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν ἐκάλεσαν. ἀντλήσωμεν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς [σὺν αὐτοῖς,] τὸν ἀναφαίρετον πλοῦτον. ἀπλήστοις κόλποις καὶ ταμιείοις ἐναποθώμεθα τὰ θεῖα χαρίσματα. βοήσωμεν ἀπέραντα· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· Θεὸς ἀληθινὸς, ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἀληθινοῦ· παντοκράτωρ, ἐκ τοῦ παντοκράτορος· υἱὸς ἐν ὀνόματι πατρός· βασιλεὺς ἀληθινὸς, ἐξ ἀληθινοῦ βασιλέως· συναΐδιον καὶ προαιώνιον τὴν βασιλείαν ἔχων, ὡς ὁ γεννήσας αὐτόν. κοινὴ γὰρ ἡ βασιλεία καὶ οὐκ ἔξωθεν τὴν ταύτης τιμὴν τῷ υἱῷ, ὁ λόγος προσκληροῖ· οὐδὲ ἀρξαμένην, οὐδὲ προσγινομένην· ἄπαγε· ἀλλὰ φυσικὴν καὶ ἰδιόκτητον ἀληθῶς. μία γὰρ ἡ βασιλεία πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος· ὥσπερ καὶ μία οὐσία, καὶ μία κυριότης. ὅθεν καὶ μιᾷ προσκυνήσει λατρεύομεν μίαν τρισυπόστατον θεότητα, ἄναρχον, ἄκτιστον, ἀπέραντον καὶ ἀδιάδοχον. οὔτε γὰρ ὁ πατὴρ παύσηταί ποτε τοῦ εἶναι πατήρ. οὔτε ὁ υἱὸς τοῦ εἶναι υἱὸς καὶ βασιλεύς· οὔτε δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τοῦ εἶναι τοῦτο ὅπερ ἐστὶ τῇ ὑποστάσει. οὐδὲν γὰρ τῆς τριάδος ἐλαττωθήσεται, ἢ τῆς ἀϊδιότητος, ἢ τῆς κοινότητος καὶ βασιλείας. οὐ γὰρ ὅτι ἄνθρωπος γέγονε δι' ἡμᾶς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν καθ' ἡμῶν τύραννον [κατέβαλεν] ἐν τῇ σαρκὶ, ταύτῃ πραγματευόμενος τὴν κατὰ τοῦ δυσμενοῦς αὐτῆς ἐχθροῦ νίκην, διὰ τοῦτο βασιλεὺς ἐχρημάτισεν· ἀλλ' ὅτι κύριος καὶ Θεὸς ἀεὶ, διὰ τοῦτο καὶ βασιλεὺς ὡς ὁ γεννήσας αὐτόν· νυνὶ δὲ, καὶ μετὰ τῆς προσλήψεως, καὶ εἰς τὸ διηνεκές. μὴ βλασφήμει τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν, αἱρετικὲ, ἵνα μὴ τὸν γεννήσαντα ἀτιμάσῃς. εἰ πιστὸς εἶ, πιστῶς πρόσελθε Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχων τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν. εἰ δοῦλος εἶ, ἐντρόμως τῷ δεσπότῃ ὑποτάγηθι. ὁ γὰρ λογομάχος, οὐκ εὐγνώμων

V. Sane quidem, [b] cum olim Symeon senex oc-B currit Salvatori, ulnisque velut infantem suscepit sæculorum auctorem, & Dominum & Deum prædicavit. Nunc antem seniorum improborum loco, ut olim Symeon, pueri occurrunt Salvatori, ramosque arborum, pro ulnis substernentes, super pullum tamquam super Cherubim sedentem, Dominum Deum benedicunt: *Hosanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini*. Cum quibus clamemus & nos, Benedictus qui venit Deus Rex gloriæ: [c] Qui propter nos factus est pauper, ipse in propriis suis paupertatem nesciens, ut sua nos bonitate ditaret. Benedictus qui venit in humilitate, iterum venturus in gloria: primum super pullum mansuetus, faustisque ominibus prosequentibus in-C fantibus, ut impleretur, quod est scriptum: [d] *Visi sunt ingressus tui Deus, ingressus Dei mei, Regis mei qui est in sancto*: postmodum, terribilis super nubes, Angelis stipantibus atque Virtutibus. O puerorum mellifluam linguam! O sinceram Deo placitorum doctrinam! Prophetia, David, edita, sensum sub littera occultavit: pueri, aperto thesauro, divitias protulerunt in lingua; plenoque gratia sermone, clare omnes ad eas fruendas vocarunt. Hauriamus itaque & nos [cum ipsis,] divitias non auferibiles. Inexplebilibus sinibus penubusque reponamus divina charismata. Clamemus sine termino: *Benedictus qui venit in nomine Domini*: Deus verus, in nomine Dei veri, omnipotens ex omnipo-D tente; Filius, in nomine Patris: Rex verus, ex vero Rege; cujus, ut ejus qui genuit, coæternum est regnum, & prææternum. Est enim illud commune, nec ejus honorem, velut aliunde adveniat, scriptura Filio tribuit: vel quasi inceperit, accedatve aut minuatur: absit hoc: sed velut quod a natura, vereque propria possessione, juris ipsius sit. Unum quippe regnum est Patris, & Filii, & Spiritus sancti: quemadmodum etiam est una substantia, unaque dominatio. Unde & una adoratione unam trine subsistentem deitatem colimus; principii expertem, increatam, interminabilem & cui successor minime sit. Nam neque Pater, umquam desierit esse Pater: neque Filius, esse Filius & Rex: E neque Spiritus sanctus, esse quod subsistentia & sua ipse persona est. Nihil enim Trinitatis, aut æternitate, aut communione & regno minuendum est. Non enim ideo Dei Filius dictus fuit Rex, quia propter nos factus homo, adversantem nobis tyrannum, in carne prostraverit; parta per eam, contra ipsius crudelem hostem victoria: sed quia est semper Dominus Deusque, ideo & modo, & post carnem assumtam, atque in perpetuum, Rex manet, quemadmodum is qui genuit. Noli, hæretice, regnum Christi blasphemare, ut ne eum qui genuit ignominia afficias. Si es fidelis, fide ad Christum verum Deum nostrum, accede, & [e] *non tamquam velamen malitiæ habens libertatem*. Si es ser-


[a] Psal. VIII. 3. [b] Luc. II. 20. [c] II. Cor. VIII. 9. [d] Psal. LXVII. 25. [e] I. Pet. II. 16.

1. Ὁ ἐλθὼν Θεὸς βασιλ.] Al. ὁ ἐκ Θεοῦ Θεὸς ὁ βασιλ.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 290.

δȣλ@, ἀλλὰ προδήλως δυσμενής. γέγραπται γὰρ· ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, ȣ̓ τιμᾷ τὸν πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν.

vus, cum tremore subjicere Domino. [1] Qui enim Verbum bello impetit, is non servus benevolus, sed manifestus est hostis. Nam scriptum est: [a] *Qui non honorat Filium, non honorat Patrem qui misit illum.*



Ημεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, ὅθεν ἐξέβημεν, ἐπανέλθωμεν τῷ λόγῳ, βοῶντες· εὐλογημέν@ ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίȣ· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, θεῖναι τὴν ψυχὴν αὐτȣ̃ ἑκȣσίως ὑπὲρ τῶν προβάτων αὐτȣ̃· * ἵν' ὥσπερ τοὺς πρόβατα σιτȣμένȣς λύκȣς, προβάτῳ ἁλίσκȣσιν οἱ λυκόθηρες, ȣ̔́τω τοῖς νοητοῖς καὶ ψυχοφθόροις λύκοις, ἑαυτὸν ὡς ἄνθρωπον προσθεὶς ὁ ἀρχιποιμὴν, θήραμα ποιήσῃ τοὺς θηρεύσαντας, τῷ πάλαι θηραθέντι ὑπ' αὐτῶν Ἀδάμ. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· Θεὸς κατὰ τοῦ διαβόλȣ· ȣ̓ φανερῶς διὰ τῆς ἀπροσβλέπτȣ δυνάμεως, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀσθενείας τῆς σαρκὸς, δῆσαι τὸν καθ' ἡμῶν ἰσχυρόν. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· βασιλεὺς κατὰ τȣ̃ τυράννου· οὐ διὰ τῆς παντοκρατορικῆς δυνάμεως καὶ σοφίας, ἀλλὰ διὰ τῆς νομισθείσης τοῦ σταυρȣ̃ μωρίας, τοῦ ἐν κακίᾳ [φρονίμου] ὄφεως τὰ σκῦλα διαρπάσαντος. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· ὁ ἀληθινὸς, κατὰ τοῦ ψεύστου· ὁ σωτὴρ, κατὰ τοῦ λυμεῶνος· ὁ εἰρηνάρχης, κατὰ τοῦ πολεμήτορος· ὁ φιλάνθρωπος, κατὰ τοῦ μισανθρώπου. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· κύριος ἐλεῆσαι τὸ πλάσμα τὸ ἴδιον. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· κύριος σῶσαι τὸν πλανηθέντα ἄνθρωπον· καταλῦσαι τὴν πλάνην· φωταγωγῆσαι τοὺς ἐν σκότει· καταργῆσαι εἰδώλων ἀπάτην· ἀντεισάξαι θεογνωσίαν σωτήριον· ἁγιάσαι κόσμον· ἀπελάσαι * τὸ μύσος καὶ ἄλγος, τῆς τῶν ματαίων θεῶν θεραπείας. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· εἷς ὑπὲρ πολλῶν, ῥύσασθαι πτωχὸν γένος ἀνθρώπων, ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτȣ̃, καὶ πτωχὸν καὶ πένητα ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν. [εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίȣ· ἐπιχέαι οἶνον καὶ ἔλεον, ἐπὶ τὸν ἐμπεσόντα εἰς τȣ̀ς λῃστὰς καὶ παρεωραμένον.] εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίȣ· σῶσαι ἡμᾶς δι' ἑαυτȣ̃, ὥς φησιν ὁ προφήτης· οὐ πρέσβυς, ȣ̓δὲ ἄγγελος· ἀλλ' αὐτὸς ὁ κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς. διὰ τȣ̃το καὶ ἡμεῖς εὐλογȣ̃μέν σε, κύριε· τὸν σὺν πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, πρὸ αἰώνων καὶ εἰς αἰῶνας αἰώνων εὐλογημένον· πρὸ μὲν τῶν αἰώνων καὶ μέχρι τῆς δεῦρο, ἀσώματον· τὰ νῦν δὲ καὶ εἰς αἰῶνας, μετὰ τῆς θείας καὶ ἀμεταβόλȣ καὶ ἀμερίστȣ σȣ σαρκώσεως.

VI. Nos autem, dilecti, eo revertamur sermone, unde discessimus, clamantes: *Benedictus qui venit in nomine Domini*: pastor ille honestus & bonus, ad ponendam sponte animam pro suis ovibus: [2] ut quemadmodum venatores, ovium voraces lupos, ove capiunt; ita [b] *pastorum Princeps* se ipsum ut hominem, spiritualibus ac animorum perniciem inferentibus lupis objiciens, eos faciat venationem, capto pridem venatu Adamo, qui Adamum venationem fecerant. *Benedictus qui venit in nomine Domini*: Deus adversus diabolum; non manifeste per virtutem inadspectabilem, sed per carnis infirmitatem [c] alligaturus adversarium nobis, fortem. *Benedictus qui venit in nomine Domini*: Rex adversus tyrannum; non per omnipotentem virtutem & sapientiam, sed per Crucis existimatam [d] stultitiam, quæ prudentis in malitia serpentis diripuit spolia. *Benedictus qui venit in nomine Domini*: verus ille, adversus mendacem: Salvator, adversus illam pestem: [e] *Princeps pacis*, adversus bellorum incentorem: Ille, singulari erga hominum genus studio, adversus osorem hominum. *Benedictus qui venit in nomine Domini*: Dominus, figmento proprio miserturus. *Benedictus qui venit in nomine Domini*: Dominus, homini qui erraverat, salutem allaturus: errorem convulsurus: impertiturus lumen agentibus in tenebris: idolorum abolitururus imposturam: ejus loco inducturus salutarem Dei notitiam: mundum sanctificaturus: [3] scelus miseriamque cultus inanium deorum submoturus. *Benedictus qui venit in nomine Domini*: unus pro multis, ut [f] *inops hominum genus eripiat de manu fortiorum ejus; & egenum, & pauperem a diripientibus eum.* [*Benedictus qui venit in nomine Domini*: [g] vinum & oleum ei infusurus qui inciderat in latrones, & fuerat despectus.] *Benedictus qui venit in nomine Domini*: ut nos ipse per se ipsum salvet, quemadmodum ait Propheta: [h] *Non Legatus, neque Angelus; sed Dominus salvavit nos.* Propterea & ipsi benedicimus tibi, Domine; qui cum Patre & Spiritu sancto, benedictus es ante sæcula, & in sæcula sæculorum: ante sæcula quidem, & usque modo corpore vacans: nunc autem & in sæcula, cum divina tua, & immutabiliter indivisequeque assumta humanitate.

Ιδωμεν καὶ τὰ ἑξῆς· τί λέγει ὁ θειότατος εὐαγγελιστής; εἰσελθόντος γὰρ τȣ̃ κυρίȣ εἰς τὸ ἱερὸν, προσῆλθον αὐτῷ χωλοὶ καὶ τυφλοὶ, καὶ ἐθεράπευσεν αὐτȣ́ς. ἰδόντες δὲ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι τὰ θαυμάσια ἃ ἐποίησε, καὶ τȣ̀ς παῖδας κράζοντας καὶ λέγοντας, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίȣ, ȣ̓κ ἤνεγκαν τὴν τȣ́τȣ τιμήν. ὅθεν προσελθόντες ȣ̔́τως εἶπον· ȣ̓κ ἀκȣ́εις τί ȣ̔̃τοι λέγȣσιν; ὡσανεὶ ἔλεγον· ȣ̓ βαρύνῃ δοξαζόμενος ὡς Θεός; ȣ̓κ ἄχθῃ ἀκȣ́ων παρὰ τῶν ἀκάκων τὰ τῷ Θεῷ, καὶ μόνῳ πρέποντα; ȣ̓ πάλαι δεδήλωκεν ὁ Θεὸς διὰ τȣ̃ προφήτȣ, τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ ȣ̓ δώσω; καὶ πῶς σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς ἑαυτὸν Θεόν; ἀλλὰ τί πρὸς ταῦτα ὁ μακρόθυμος; ὁ πολὺς ἐν ἐλέει καὶ βρα-

VII. Videamus etiam sequentia: Quid ait divinus Evangelista? Cum enim [i] *Dominus intrasset in templum; accesserunt ad eum claudi & cæci, & sanavit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes, & dicentes: Hosanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini*: non tulerunt exhibitum honorem; eoque accedentes, ita dixerunt: *Non audis quid isti dicunt?* Quasi dicerent: Non offenderis, qui velut Deus lauderis? Non fers moleste, qui audias ab innocenti ætate quæ Deo, & soli ipsi conveniunt? Nonne olim prodidit Deus per Prophetam, [k] *Gloriam meam alteri non dabo?* Et quei [l] *tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum?* Quid

a Joan. V. 23. *b* I. Petr. V. 4. *c* Matth. XII. 29. *d* I. Cor. I. 21. *e* Isa. IX. 6. *f* Psal. XXXIV. 10. *g* Luc. X. 34. *h* Isa. LXIII. 9. *i* Matth. XXI. 14-16. *k* Isa. XLII. 8. *l* Joan. I. 33.

1. *Qui enim Verbum bello impetit*] λογομάχ@. Sicut dicitur πνȣματομάχ@: probatque subjuncta auctoritas: *Qui non honorat Filium, &c.* Alioqui est λογομάχ@, qui verbis pugnat, argutor: ἀντιλογικὸς καὶ ἐγχειρηματικός.

2. *Ut quemadmodum venatores*] Utitur Amphilochius eodem fere simili Hom. *de peccatrice*, in Christum eo se fine & lucrandis animabus in convivia dantem.

3. *Scelus miseriamque*] μύσ@ καὶ ἄλγ@. Congrue in cultum idolorum; vere enim utrumque habet: eoque immensum beneficium, quod Christus illo mundum absolvit.

δοὺς εἰς ὀργήν; ἀνέχεται τῶν μεμηνότων· ἀναστέλλει τῇ ἀπολογίᾳ τὴν φλεγμονὴν· ἀνθυπομιμνήσκει γραφάς· προσφέρει μαρτυρίας τῶν τελουμένων, καὶ οὐκ ἀπαναίνεται πρὸς τὴν πεῦσιν. διό φησιν· οὐδέποτε καὶ ὑμεῖς ἠκούσατέ μου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· τότε γνώσεσθε ὅτι ὁ λαλῶν, αὐτὸς πάρειμι; οὐδ' αὖ πάλιν· ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτήσω αἶνον, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν; οἵτινές ἐστε ὑμεῖς, οἱ νόμῳ προσχηνέχοντες καὶ προφήτας ἀναγινώσκοντες, κἀμὲ τὸν ἐν νόμῳ καὶ προφήταις κηρυττόμενον ἀθετοῦντες. δοκεῖτε μὲν γὰρ ἐν σχήματι εὐλαβείας διεκδικεῖν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, μὴ συνιέντες ὅτιπερ ὁ ἐμὲ ἀθετῶν, καὶ τὸν πατέρα μου ἀθετεῖ· ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· καὶ ἡ ἐμὴ δόξα, καὶ τοῦ πατρός μου ἐστὶν δόξα. ἐλεγχθέντες δὲ οὕτως οἱ ἀνόητοι ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, ἐπαύσαντο μὲν τῆς ἀντιλογίας, φιμωθέντες τῇ ἀληθείᾳ· ἕτερον δὲ ἐπισπασάμενοι ἀνοίας λογισμὸν, συμβούλιον κατ' αὐτοῦ ἐποιοῦντο. ἡμεῖς δὲ ψάλλωμεν· μέγας ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ταῦτα γὰρ ἅπαντα γέγονεν· ἵνα ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου ἀμνὸς καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος ἔλθῃ καὶ * ἐπὶ τὸ πρατήριον γνωρισθῇ, καὶ οἱ ἐξωνούμενοι, τὸν ἐξωνούμενον τῷ ζωοποιῷ αὐτοῦ αἵματι τὸν κόσμον, συμφωνήσωσι τριάκοντα ἀργυρίοις, καὶ τὸ πάσχα ἡμῶν τυθῇ ὑπὲρ ἡμῶν Χριστός· ὅπως οἱ τῷ τιμίῳ αὐτοῦ αἵματι ῥαντιζόμενοι, καὶ τὰ χείλη ὡς φλιὰς σφραγιζόμενοι, ἐκφύγωσι τοῦ ὀλοθρεύοντος τὰ βέλη· καὶ οὕτως ὁ παθὼν σαρκὶ Χριστὸς, καὶ ἀναστὰς τριήμερος, τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ὁμοτίμως καὶ ὁμοδόξως, παρὰ πάσης κτίσεως συμπροσκυνηθῇ· ὅτι αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, δόξαν αὐτῷ ἀναπέμποντες, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A vero ad hæc ille longanimis? ille [a] *multus in misericordia*, & [b] *tardus ad iram?* sustinet furentes: defensione iras accensas cohibet: scripturas ex adverso in memoriam revocat: affert testimonia eorum quæ aguntur; nec renuit interrogare: Numquam ne & vos, dicentem me, per Prophetam audistis: Tunc scietis, quia [c] *qui loquebar, ipse adsum?* Nec vero iterum: [d] *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem?* Vos nimirum qui attenditis legi, & Prophetas legitis, meque [e] qui in lege & Prophetis prædicor, aspernamini. Videmini quidem pietatis specie Dei gloriam ulcisci, non intelligentes, quia [f] *qui me spernit,* B *& Patrem meum spernit:* [g] *Ego exivi a Deo, & veni in mundum:* meaque gloria, etiam Patris mei est gloria. Sic autem convicti stulti a Salvatore nostro Deo, desierunt quidem contradicere, veritate ora obstruente: alia vero dementi cogitatione adscita, consilium inierunt contra ipsum. Nos porro psallamus: [h] *Magnus Dominus, & magna virtus ejus; & sapientiæ ejus non est numerus.* Hæc enim omnia facta sunt, ut [i] *Agnus ille* & Filius Dei *qui tollit peccatum mundi*, sponte pro nobis ad salutarem passionem accederet: utque [1] velut in foro & venditionis lapide cognosceretur; iique qui emerent, [k] triginta argenteis eum pacifcerentur, qui vivifico sanguine suo mundum redemturus esset; C ac [l] *Pascha nostrum*, pro nobis Christus, hostia fieret: ut qui ejus pretioso sanguine essent adspersi, ac labia, [m] tamquam postes signati, exterminatoris tela effugerent: sicque passus carne Christus, & triduanus suscitatus, pari cum Patre & Spiritu sancto honore & gloria, a creatis omnibus pariter adoraretur: Quia [n] *ipsi flectetur omne genu cælestium, terrestrium, & infernorum*, ipsi submittentes gloriam, in sæcula sæculorum. Amen.


SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

a Joel. II. 13. *b* Jacob I. 19. *c* Isa. LII. 6. *d* Psal. VIII. 3. *e* Joan. V. 39. *f* Joan. XV. 23. *g* Joan. XVI. 28. *h* Psal. CXLV. 5. *i* Joan. I. 29. *k* Matth. XXVI. 15. *l* I. Cor. V. 7. *m* Exod. XI. 7. *n* Philipp. II. 10.

1. *Velut in foro & venditionis lapide*] ἐπὶ τὸ πρατήριον. Velut nimirum venum expositus, ipse mundi pretium, περὶ τοῦ πρατηρίου. Budæus col. mihi 273.



SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



EXCERPTA III.

EX HOMILIA S. METHODII DE CRUCE ET PASSIONE CHRISTI.

I.

Apud GRETSERUM *tom.* II. de sancta Cruce, *pag.* 401. *nov. edit. Ratisb.* 1734.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΛΕΓΟΝΤΑΣ·

A

Τί ὠφέλησεν ἡμᾶς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ σαρκωθεὶς ἐπὶ γῆς καὶ γενόμενος ἄνθρωπος; καὶ διὰ τί τῷ τοῦ σταυροῦ σχήματι ἠνέσχετο παθεῖν, καὶ οὐκ ἄλλῃ τινὶ τιμωρίᾳ; καὶ τί τὸ χρήσιμον τοῦ σταυροῦ;

ΕΠεδήμησεν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ Χριστὸς ἐπιταγαῖς τοῦ πατρὸς τῇ ὁρατῇ κτίσει, ἵνα δὴ τὰ κράτη τῶν τυραννούντων ἀνατρέψας δαιμόνων, ἐξέληται τῆς πικρᾶς τὰς ψυχὰς δουλείας, ἀνθ' ὧν φύσις πᾶσα ταῖς προποσίαις τῆς ἀδικίας γεγοητευμένη, θορύβου τε καὶ ἀταξίας ἐπεπλήρωτο, οὐκ ἔτι τῶν συμφερόντων εἰς ἀνάμνησιν ἀναδραμεῖν οὐδαμῶς δυναμένη. διόπερ καὶ πρὸς τὰ εἴδωλα ῥᾳδίως εἵλκετο, ἅτε ἐπικλύσαντος πάντα τοῦ κακοῦ, καὶ πάσας ἐπινενεμημένου τὰς γενεὰς κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν, τὴν ἐκ τῆς παρακοῆς προγεγενημένην ταῖς ἐνσάρκοις ἡμῶν σκηναῖς· ἕως ὁ κύριος Χριστὸς δι' ἧς ἐπεφάνη σαρκὸς τῷ βίῳ, ἀμυδρώσας τῶν ἡδονῶν τὰς ἐπιβολὰς, αἷς αἱ κάτω δυνάμεις καθ' ἡμῶν ὡπλίζοντο καταδουλῶσαι τὸ διανοητικὸν, ἐλεύθερον πάντων τὸν ἄνθρωπον διέδειξε κακῶν. τούτου γὰρ ἕνεκα καὶ σάρκα ἐφόρεσεν ὁ κύριος Ἰησοῦς, καὶ ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ προσηλώθη τῷ σταυρῷ οἰκονομούμενος· ὅπως δι' ἧς σαρκὸς οἱ δαίμονες ἀναδεῖξαι θεοὺς ἠλαζονεύσαντο, πρὸς θάνατον τὰς ψυχὰς μεθόδοις ἀπάτης ἀγκιστρευσάμενοι διὰ ταύτης ἀνατραπέντες καταπτευθῶσιν οὐκ ὄντες θεοί. κωλύων γὰρ ἐπὶ πλέον ἀρθῆναι τὴν μεγαλαύχησιν αὐτῶν, ἄνθρωπος ἐγένετο· ἵνα δὴ δι' οὗ σώματος τὸ λογικὸν γένος τῆς τοῦ ὄντος ἀπαλλοτριώσαντες Θεοῦ θρησκείας ἐλυμήναντο, διὰ τούτου ἀῤῥήτοις τέχναις σοφίας τὸν λόγον χωρήσαντος, ὀλετῆρες ἐλεγχθῶσιν, ἀλλ' οὐκ εὐεργέται τῶν ψυχῶν.

Οὐκ ἦν μὲν οὖν οὐδὲν θαυμαστὸν τῷ Χριστῷ, τοῦ Θεοῦ καταπλήξει καὶ δυνάμεως ἀτρέπτου μεγέθει τὰς ἀντιστατικὰς ἀμυδρῶσαι φύσεις τῶν δαιμόνων. ἀλλ' ἐπειδὴ [1] αὖχος αὐτῶν δὴ καὶ σφαδαϊσμὸν τοῦτο προσέφερεν· νικηθῆναι γὰρ ὑπὸ τοῦ κρείττονος μᾶλλον ἂν εἵλοντο· διὰ τοῦτο δι' ἀνθρώπου τὴν ἐπὶ σωτηρίαν πάντων ᾠκονομήσατο ἔκβασιν· ὅπως οἱ μὲν τῆς ζωῆς αὐτοῖς αὐτῆς σωματικῶς, καὶ τῆς ἀληθείας ἐνσκηψάσης, οἱ ἄνθρωποι πρὸς μόρφωσιν ἀναδραμεῖν καὶ τὸν φωτισμὸν ἐπίσχωσιν τοῦ λόγου, τὰ τῆς ἁμαρτίας ὑπερβάντες θέλγητρα· οἱ δὲ πρὸς τοῦ ἀσθενεστέρου νικηθέντες καὶ καταπεφρονημένοι οἱ δαίμονες λήξωσι τοῦ θράσους, τῆς κατὰ τὸν τύφωνα δεθέντες φλεγμονῆς. διὰ τοῦτο γὰρ μάλιστα εἰσήχθη καὶ ὁ σταυρὸς, τρόπαιον κατὰ τῆς ἀδικίας, καὶ ἔκπληγμα τεθεὶς, ὥστε μηκέτι τῇ ὀργῇ ὑπεύθυνον εἶναι ἀπεντεῦθεν τὸν ἄνθρωπον, ἀναπαλαίσαντα μὲν τὸ κατὰ τὴν παρακοὴν ἥττημα, νικήσαντα δὲ τὰς κάτω δυνάμεις ἐννόμως, καὶ ἐλεύθερον ὀφλήματος παντὸς δωρεαῖς ἀναδειχθέντα Θεοῦ. ἐπειδὴ οὕτω γε ὁ πρωτόγονος λόγος τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνης φράξας τὸν ἄνθρωπον ὅπλοις, ἐν ᾧ

METHODII EPISCOPI, AD EOS QUI DICUNT:

Quid profuit nobis Filius Dei crucifixus in terra, & homo factus? & quare Crucis figura pati sustinuit, & non aliquod aliud supplicium? & quæ utilitas Crucis?

VErsatus est Christus Dei Filius, ex præcepto Patris, cum visibili creatura, ut imperiis tyrannorum, dæmonum videlicet, eversis, eriperet animas ex dira servitute, eo quod tota natura propinata velut iniquitate fascinata, tumultus turba-
B rumque plena fuerat, nec jam in rerum utilium memoriam redire ullo modo poterat. Quapropter etiam ad idola facile trahebatur, quippe cum malum omnia obruisset, omnesque depastum esse generationes, propter mutationem quæ carneis tabernaculis nostris ex inobedientia promanavit: donec Christus Dominus per carnem in qua vixit & apparuit, repressis voluptatum insultibus, quibus infernæ potestates adversum nos armatæ mentem in servitutem redigebant, hominem omnibus malis liberavit. Hujus enim rei gratia & carnem gessit Dominus Jesus, & homo factus est, & Cruci per divinam dispensationem affixus: ut per quam carnem dæmones superbe deos ementiti fuerant,
C animabus compendiosa fraude captis; per eam dejecti despectique essent, ut non dii. Prohibuit enim altius extolli superbiam ipsorum, factus homo; ut per quod corpus, rationis particeps genus a veri Dei cultu alienatum perdidit, per idem ineffabili arte sapientiæ Verbo suscepto, exitiales hostes esse arguerentur, non benefactores animarum.

Non enim mirum fuisset, Christum deitatis terrore, & invictæ potentiæ magnitudine adversarias debilitare naturas dæmonum. Quoniam ergo ea res majorem dolorem & cruciatum eis allatura erat (vinci enim a præstantiore maluissent) idcirco per hominem, salutem universorum procuravit: ut ho-
D mines quidem, ubi ita ipsa & Veritas corporaliter in eos immigrasset, ad formam lumenque Verbi recurrere valerent, superatis peccati illecebris: dæmones vero ab infirmiore contemtoque victi, desisterent ab audacia & confidentia, Typhonica ipsorum flamma repressa. Ideo namque maxime introducta est Crux, tamquam tropæum contra iniquitatem erectum, & terriculamentum, ut abhinc iræ obnoxius ne esset homo, postquam cladem ex inobedientia acceptam compensasset, infernasque potestates legitime vicisset, ac Dei munere ab omni debito fuisset liberatus. Ita siquidem primogenitum Dei Verbum muniit armis justitiæ hominem, in quo habitavit; potestatibus quæ nos in servitutem redegerant, per Crucis figuram, uti di-

1. Αὖχος ---- σφαδαϊσμόν] Forte, ἄχος ---- σφαδασμόν. GRETS.

ἐτκλώσατε, τὰς δουλωσαμένας ἡμᾶς δυνάμεις κατηγωνίσατο, διὰ τοῦ σταυροειδοῦς, ὡς εἴρηται, σχήματος, τὸν τῇ φθορᾷ δεδυναστευμένον ἄνθρωπον δείξας ἐλεύθερον χερσὶν ἡπλωμέναις.

Ἔστι γὰρ τοῦτο, εἰ χρὴ ὁριστικῶς εἰπεῖν, τὸ σχῆμα νίκης κραταίωμα, Θεοῦ κάθοδος ἐπ᾽ ἄνθρωπον, τρόπαιον κατὰ τῶν ὑλικῶν πνευμάτων, ἀπαλλαγὴ θανάτου, ὑπόθεσις ἀνόδου πρὸς ἀληθινὴν ἡμέραν, καὶ διαβάθρα τῶν ἐπειγομένων ἀπολαῦσαι τοῦ ἐκεῖ φωτός· μηχανὴ δι᾽ ἧς οἱ εἰς τὴν οἰκοδομὴν εὐθετοῦντες τῆς ἐκκλησίας, κάτωθεν λίθου τετραγώνου δίκην ἀνέλκονται ἐναρμοσθησόμενοι τῷ θείῳ λόγῳ. ἐντεῦθεν οἱ τῇδε βασιλεῖς, πάσης πονηρᾶς ἕξεως ἐπὶ σκεδασμῷ, τὸ σταυροειδὲς παραλαμβάνεσθαι αἰσθόμενοι σχῆμα, τὰ καλούμενα τῇ ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ βήξιλλα ἐμηχανήσαντο. ἔνθεν εἴκουσα τούτῳ ἡ θάλασσα τῷ σχήματι, πλωτὴν ἑαυτὴν ἀνθρώποις παρέχει. ὅλη γάρ, ὡς εἰπεῖν, τούτῳ ἡ κτίσις πρὸς ἐλευθερίαν ἐνδέδυται τῷ σημείῳ· τά τε γὰρ ὄρνια ὑψιπετοῦντα τὸ σταυροειδὲς κατὰ τὴν ἔκτασιν τῶν πτερύγων σχῆμα αἰνίσσονται· αὐτός τε ὁ ἄνθρωπος, τὰς χεῖρας πετάσας, οὐδὲν ἄλλο ὑπάρχων φαίνεται, ἢ τοῦτο. ὅθεν αὐτῷ δὴ τούτῳ, ὥπερ ἐκ κατασκευῆς κεκόσμητο, σχηματισάμενος αὐτὸν ὁ κύριος, θεότητι ἐκέρασεν· ἵνα ὄργανον ᾖ λοιπὸν τοῦ Θεοῦ ἱερόν, πάσης ἀσυμφωνίας τε καὶ ἀῤῥυθμίας ἀπηλλαγμένον. οὐδὲ γὰρ ἔτι μετὰ τὸ ἁρμοσθῆναι τὸν ἄνθρωπον πρὸς θεοσέβειαν, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας ἀκήρατον μέλος ἐνηρμοκέναι, δι᾽ οὗ τὴν θεότητα κεχώρηκε, τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς καθάπερ χορδαί τε καὶ τόνοι προσηρμοσμένος, εἰς ἀσυμμετρίαν καὶ φθορὰν χωρῆσαι [1] ἀδύνατον.

A ctum est, superatis; hominemque corruptione, ceu tyrannide quadam oppressum, solutis manibus liberavit.

Est enim Crux, si eam definire velis, victoriæ firmamentum, via qua Deus ad hominem descendit, tropæum adversus impuros spiritus, depulsio mortis, fundamentum ascensus ad verum diem, & scala festinantium frui luce illa quæ istic est: machina per quam ii qui ad ecclesiæ ædificium adaptati sunt, inferne lapidis quadrati instar, attrahuntur sursum, adaptandi divino Verbo. Hinc reges nostri ad dissipandum omne malum figuram Crucis assumendam censuerunt, & vexilla, ut Latino sermone appellantur, confecerunt. Unde mare huic figuræ cedens, navigabile se hominibus
B præbet. Universa enim, ut ita dicam, creatura libertatis caussa hoc signo insignita est. Nam & volatilia in altum subvolantia Crucis figuram expansione alarum adumbrant; itemque homo expansis manibus eamdem repræsentat. Unde ea ipsa figura qua ab origine eum condiderat ornaveratque, conformatum Dominus deitati copulavit; ut organum deinceps esset Deo sacrum, omnis dissonantiæ & inconcinnitatis expers. Neque enim homo, postquam ad Dei cultum informatus est, & veritatis incorruptum veluti cantum concinnavit, ac per illum deitatis factus est capax, ligno vitæ fidium & nervorum instar applicitus, ad dissonantiam & corruptionem potest redire.
C

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.

II.

Apud Gretserum *ibid. pag.* 403.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ,

πρὸς τοὺς ἐπαισχυνομένους ἐπὶ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ.


Οἴονταί τινες καὶ τὸν Θεόν, πρὸς τὸ τῆς οἰκείας διαθέσεως μέτρον ἰσάζοντες αὐτόν, τὰ αὐτὰ τοῖς φαύλοις ἢ ἐπαινετέα ἢ ψεκτέα ἡγεῖσθαι, ὥσπερ κανόνι καὶ μέτρῳ χρώμενον ταῖς δόξαις τῶν ἀνθρώπων· οὐ συννοήσαντες διὰ τὴν οὖσαν ἐν αὐτοῖς ἄγνοιαν, ὅτι πᾶσα δήπουθεν ἡ κτίσις ἐνδεής ἐστι τοῦ κάλλους τοῦ Θεοῦ. αὐτὸς γὰρ ἐξ ὅλης τῆς πάσης οὐσίας τε καὶ φύσεως τῷ ἑαυτοῦ τὰ πάντα εἰς τὸ ζῆν ἐφέλκεται λόγῳ. εἴτε γὰρ τὸ ἀγαθὸν θέλει, αὐτὸς ὢν τὸ ἀγαθὸν ἐν ἑαυτῷ μένει· εἴτε τὸ καλὸν ὑπάρχει ἐραστὸν αὐτῷ, αὐτὸς ὢν τὸ μόνον καλόν, εἰς ἑαυτὸν βλέπει, ἐν οὐδενὶ τὰ πρὸς τῶν ἀνθρώπων θαυμαζόμενα τιθέμενος. κάλλιστον γὰρ ταῖς ἀληθείαις καὶ ἐπαινετὸν κλητέον τοῦτο, ὅπερ ἂν αὐτὸς ἡγήσεται Θεὸς καλόν, κἂν ὑπὸ πάντων ἐξουθενῆταί τε καὶ χλευάζηται, ἀλλ᾽ οὐχ ὅπερ οἱ ἄνθρωποι νομίζουσιν. ὅθεν εἰ καὶ διὰ τούτου τοῦ σχήματος τῶν θυμοφθόρων ἐλευθερῶσαι τὰς ψυχὰς παθῶν ἐβουλήθη, καταισχύνων τὰ πλήθη τῶν δαιμόνων, ἀποδέχεσθαι ἐχρῆν, ἀλλὰ μὴ δυσφημεῖν· ἐλευθεροποιὸν αὐτὸ καὶ λυτήριον τῶν ἐκ τῆς παρακοῆς κατασκευασθέντων ἡμῖν δεσμῶν δοθέν. ἔπαθε γὰρ σαρκὶ τῷ σταυρῷ προσπαγεὶς ὁ λόγος, ἵνα ἀπλώσῃ ἀπονεναρκημένον πλάνῃ τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸ ἄνω τε καὶ θεῖον μέγεθος, τῷ θείῳ ἐξιστώσας τῆς ζωῆς αὐτὸν ἧ πρόσθεν ἀπώλεσο. ὅτι τούτῳ τὰ πάθη τῷ σχήματι ἠμβλυνται. πάθος παθῶν διὰ τοῦ παθεῖν γενόμενος, καὶ θάνατος διὰ τοῦ θανεῖν θανάτου· οὐ χειρωθεὶς ὑπὸ θανάτου, οὐδὲ ἀλγυνθεὶς ὑπὸ πάθους·

EJUSDEM METHODII,

ad eos quos pudet Crucis Christi.

Existimant nonnulli etiam Deum, quem ex suo sensu metiuntur, eadem vel laudanda vel vituperanda ducere, quæ mali ignavique homines: non
D secus ac si opinionibus hominum, ceu regula & mensura quadam, utetur. Neque apud se reputant præ ignorantia, omnem scilicet creaturam Dei egere pulcritudine. Ipse enim omnia ex universa substantia naturaque, suo ad vitam trahit Verbo. Sive enim bonum velit, ipsum bonum ipse est & in se manet: sive pulcrum esse ei libeat, unicum pulcrum ipse cum sit, se ipsum intuetur, nihili faciens quæ hominibus admirationem movent. Pulcherrimum namque re vera & laudabile dicendum est id, quod ipse Deus pulcrum duxerit, etiamsi ab omnibus contemnatur ac despiciatur: non vero quod homines pulcrum putant. Unde tametsi per hancce figuram corruptis affectionibus libe-
E rare animas voluit, insigni cum dedecore dæmonum: approbare oportebat, non obtrectare: quippe quæ liberavit ac solverit vinculis, quæ ob inobedientiam incurrimus. Passum est enim Verbum, carne affixum Cruci, ut hominem errore deceptum ad cælestis numinis divinæque magnitudinis, nec non ad divinam quamdam perduceret vitam, qua prius depulsus fuerat. Nam hac figura passiones retusæ sunt; passio passionum per passionem factus est (Christus) & mors mortis per mortem, non subactus a morte, nec victus dolore passionis. Ne-

1. Ἀδύνατον] Forte, ἂν δυνατόν. Grets.



οὔτε γὰρ πάθος ὅλως αὐτὸν ἐξέστησεν, οὔτε θάνατος ἐλυμήνατο· ἀλλ' ἦν ἐν τῷ παθητῷ μένων ἀπαθής, καὶ ἐν τῷ θνητῷ ἀθάνατος· πᾶν ὅσον ἀὴρ καὶ μέσον καὶ ἄνω κατειληφὼς, καὶ τὸ θνητὸν θεότητι κεράσας ἀθανάτῳ. ἡττήθη τε τελέως ὁ θάνατος εἰς ἀφθαρσίας ἐκτύπωμα ἀνασταυρωθείσης τῆς σαρκός.

A que enim passio ipsum omnino de statu mentis dejecit, nec mors læsit, sed manebat in patibili impatibilis, & in mortali immortalis: & quidquid aer & medium, & superum erat, comprehendit; & mortale deitati contemperavit immortali. Perfecte victa est mors, carne ad immortalitatis expressionem crucifixa.

III.

Apud ALLATIUM *Diatr.* de Methodiorum scriptis, *pag.* 349.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

[1] Πῶς ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ὁ Χριστὸς ἐν βραχεῖ τε καὶ περιωρισμένῳ χρόνῳ διαστολαῖς σώματι ἐκεχώρητο; καὶ πῶς ἀπαθὴς ὢν ἐγένετο ὑπὸ πάθους;


Ἐπειδὴ γὰρ δύναμις αὐτῷ τοῦτο ἦν· δυνάμεως γὰρ τὸ συστέλλεσθαι μὲν ἐν τοῖς ὀλίγοις καὶ βραχύνεσθαι, χεῖσθαι δὲ ἐν τοῖς μεγάλοις καὶ μεγεθύνεσθαι. εἰ δὲ τὸ συνεκτείνεσθαι μὲν τοῖς μεγάλοις καὶ συνεξισάζεσθαι δυνατὸν αὐτῷ· τὸ δὲ βραχύνεσθαι ἐν τοῖς μικροῖς καὶ συστέλλεσθαι ἀδύνατον· οὐκ ἦν δύναμις. δυνάμει γὰρ ἐὰν τόδε μὲν δυνατὸν εἶναι φῇς, τὸ δὲ ἀδύνατον· τοῦ εἶναι αὐτὴν δύναμιν παραγράφῃ ἀσθενοῦσαν περὶ ἃ μὴ δύναται. οὐ μὴν δὲ, ἀλλ' οὐδὲ ὑπεροχήν τινα ἔτι θεότητος ἕξει πρὸς τὰ μεταβαλλόμενα, καὶ τὰ ἐρχόμενα τῶν ζώων * χαλαροὶ ἐφ' ὧν μὲν ἂν δύνωνταί τι δρᾶσαι ἐνεργοῦσιν, ἐφ' ὧν ἂν μὴ δύνωνται φθίνωσι. διόπερ ταύτῃ μᾶλλον κεχώρηται ἐν ἀνθρώπῳ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὅτι μὴ ἦν αὐτῷ τοῦτο ἀδύνατον· ὅτι δυνάμει καὶ ἔπαθεν ἀπαθὴς μένων, καὶ ἔθανεν, ἀθανασίαν τῷ θνητῷ χαριζόμενος. σῶμα μὲν γὰρ ὑπὸ σώματος τυπτόμενον ἢ τεμνόμενον, τοσοῦτον τύπτεται ἢ τέμνεται, ὅσον ἂν τὸ τύπτον τύπτει, καὶ τὸ τεμνόμενον τέμνει. κατὰ ἀντιτύπησιν γὰρ τοῦ ὑποκειμένου τῷ τύπτοντι ἡ πληγὴ γίνεται, ἐν ἴσῳ πάθει τῶν ἑκατέρων ὄντων καὶ τοῦ δρῶντος καὶ τοῦ δρωμένου. ἀμέλει ἐὰν μὴ τὸ τεμνόμενον μετὰ ὀλίγης ἕξεως ἀντιπορήσῃ τῷ τέμνοντι, τὸ τεμνόμενον τέμνειν οὐ δυνήσεται. τῇ γὰρ φορᾷ ξίφους οὐκ ἀντιπαραμείναντος τοῦ ὑποκειμένου σώματος, ἀλλὰ συνείξαντος μᾶλλον, ἄπρακτος γίνεται ἡ ἐνέργεια· οἷον καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν λεπτομερεστέρων σωμάτων πυρὸς, ἀέρος. ἐκλύεται γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἀνενέργητος τῶν στερεωτέρων ὁρμῆς σωμάτων. εἰ δὲ πῦρ, ἢ ἀὴρ, λίθος, ἢ σίδηρος, ἢ ξύλον, ἢ ἄλλο, οἷς οἱ ἄνθρωποι χρώμενοι καθ' ἑαυτῶν ἀλληλοφονοῦσι, τρῶσαι δὲ καὶ διελεῖν οὐ δύναται παρὰ τὸ τῆς θικτικῆς τε αὐτὸ καὶ λεπτομερεστέρας φύσεως τυγχάνειν· πῶς οὐ μᾶλλον ἄτρωτός γε ἔμεινεν ἡ σοφία καὶ ἀπαθὴς, οὐδὲν πρὸς οὐδενὸς κακουμένη, κἂν τεμνόμενον σώμα καὶ προσηλωμένον τῷ σώματι, βελτίων καὶ καθαρωτέρα φύσεως πάσης μετὰ τὸν γεννήσαμενον αὐτὴν Θεὸν ὑπάρχουσα;

A EJUSDEM METHODII.

Quomodo Christus Filius Dei, brevi definitoque tempore, corpore circumclusus, impassibilis exsistens, passioni fuerit obnoxius.

Quum vero virtus ipsi hoc inesset: potentiæ enim est, contrahi quidem in paucis & imminui, dilatari vero in magnis & augeri. Quod cum magnis una extendi exæquarique ipsi possibile est, imminui vero in parvis & contrahi impossibile, virtus equidem minime inerat. Virtuti enim si hoc possibile esse dixeris, illud autem impossibile; eamdem virtutem esse abnegas, tamquam quæ infirma B atque imbecillis est circa quæ non potest. Immo nec aliquam divinitatis excellentiam continebit circa ea, quæ immutantur. Namque & homines & reliqua animalia, circa ea in quibus aliquid possunt operantur, circa ea in quibus non possunt, resoluta viribus nihil agunt. Propterea hanc ob caussam Filius Dei in homine circumclusus est, quod hoc illi impossibile non erat. Virtute enim passus est, impassibilis manens, & mortuus est, incorruptibilitatem mortalibus donans. Corpus siquidem a corpore verberatum aut sectum, tantumdem verberatur aut secatur, quantum verberans verberat, & secans secat. Secundum enim rei subjectæ repercussum verberanti ictus fit: cum æqua-C lia pati necesse sit, & agens, & id quod agitur. Siquidem si quod secatur cum parva habitudine secanti non correspondedit, quod secat secare non poterit. Lationi enim ensis si non obstiterit subjectum corpus, sed potius cesserit, omni affectu operatio frustrabitur, ut videre est in corporibus subtilioribus ignis & aeris. Dissolvitur namque in similibus manetque absque effectu solidiorum corporum impetus. Quod si ignis aut aer, lapis aut ferrum, aut lignum, aut aliud, quod homines contra sese usurpantes sibi invicem cædem inferunt, vulnerare & dividere non potest, quod subtilioris naturæ sit: quanam ratione non potius invulnerabilis mansit Sapientia & impassibilis, nulla in re D ab aliquo læsa, licet simul conjuncta esset corpori, quod secabatur & clavis figebatur, cum præstantior & purior omni natura, unum si excipias illius genitorem Deum, exsisteret?

1. Πῶς ὁ τοῦ Θ.] Errata in Græco relicta sunt, uti erant in codice ms. bibliothecæ Augustanæ, unde hujusmodi fragmentum desumtum. ALLAT.



ALIA NONNULLA EJUSDEM S. METHODII FRAGMENTA.

I.

Ex NICETÆ *Catena in* JOB, *cap.* XIX. *pag.* 429. *edit. Londin.* 1637.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

A

Ἴσως δὲ, ἐπεὶ οἱ φίλοι τοῦ Ἰὼβ, ᾤοντο τὴν αἰτίαν κατειληφέναι δι' ἣν ταῦτα ἔπασχε, πρὸς ἐκείνους ἀποτεινόμενος ὁ δίκαιος, τὴν περὶ τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ σοφίαν ἄληπτον εἶναι ὁμολογεῖ, οὐ μόνον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ, καὶ τὴν ἐπιστήμην τῆς βουλῆς τοῦ Θεοῦ μὴ ἱκανὸν εἶναι παραδέξασθαι τὸν περίγειον τόπον, ἀποφαίνεται. φαίη δ' ἄν τις, σοφίαν ἐνταῦθα τὴν τελείαν εὐσέβειαν εἰρῆσθαι, πρᾶγμα θεῖον, ὑπὸ μόνου τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις δωρούμενον. ὁ δὲ νοῦς τῶν ῥητῶν οὗτος· μεγάλα, φησὶν, ὁ Θεὸς τοῖς ἀνθρώποις ἐδωρήσατο, ἐν τῇ φύσει κατασπείρας αὐτῶν τὸ ἐρευνητικὸν, καὶ σοφὸν, καὶ τεχνικὸν, ὅπερ λαβόντες οἱ ἄνθρωποι, B γῆν τε μεταλλεύουσι καὶ γεωργοῦσι· τὴν δὲ κατὰ θεοσέβειαν σοφίαν, οὐκ ἐν τόπῳ τινί ἐστιν εὑρεῖν· οὐκ οἴκοθεν ταύτην ἄνθρωπος ἀναλαβεῖν δύναται· οὐκ ἄλλοις παραδοῦναι. ὅθεν καὶ οἱ Ἑλλήνων σοφοὶ, ἰδίᾳ δυνάμει τὴν θεοσέβειαν ζητήσαντες, ἠστόχησαν. τὸ γὰρ πρᾶγμα, ὡς ἔφημεν, οὐκ ἀνθρώποις ἐστὶν ἐφικτὸν, ἀλλὰ τῆς θείας δωρεᾶς τε καὶ χάριτος. διὰ τοῦτο καὶ ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς, τὰ μὲν δι' ὀπτασιῶν, τὰ δὲ δι' ἀγγέλων ἐπιφοιτήσεως, τὰ δὲ διὰ τῶν θεοφορουμένων ἁγίων προφητῶν, τὴν θεοσέβειαν τοὺς ἀνθρώπους ἐξεπαίδευσε. καὶ ἡ θεωρητικὴ δὲ σοφία, Θεοῦ δῶρον, ἐξ ἧς κινούμεθα περὶ τὰς τέχνας καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ ἣν πάντες κοινῶς ἔχομεν, ἄδικοί τε καὶ δίκαιοι· [1] εἰ γὰρ ζῶα C γεγόναμεν λογικὰ, ταύτην εἰλήφαμεν, ταύτῃ τοι καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγετο· πότερον οὐχ ὁ Κύριος ὁ διδάσκων σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην; ὡς τοῦ κτήματος θεοδωρήτου τυγχάνοντος.

METHODII.

Fortaſſe autem, quoniam amici Job, ſe cauſſam intelligere propter quam talia pateretur, arbitrati eſſent, longiore oratione ad eos uſus vir juſtus, divinorum judiciorum ſapientiam, non ſibi tantum, ſed & omni homini incomprehenſibilem eſſe fatetur; & ad ſuſcipiendam conſilii divini ſcientiam, locum terreſtrem haud idoneum eſſe affirmat. Dixerit autem aliquis, perfectam & abſolutam pietatem, rem plane divinam & a Deo ſolo hominibus tributam, hoc loco ſapientiam vocari. Senſus autem verborum hic eſt: Deus, inquit, hominum naturæ vim ac facultatem inveniendi, una cum prudentia & artificio inſerens, magna iis largitus eſt; qua accepta terram ad eruenda metalla effodiunt, & colunt: ſapientiam autem quæ cum pietate conjuncta eſt, in nullo loco invenire licet. Nec homo eam ex ſe & propriis aſſequi, neque aliis impertiri poteſt. Unde & Græcorum ſapientes qui ſuis viribus niſi, pietatem & Numinis cultum indagabant, a ſcopo aberrarunt. Res enim, ut diximus, vires humanas excedit, & Dei donum ac gratia eſt: proindeque ab initio, partim viſionibus, partim Angelorum adventu & congreſſu, partim ſanctorum Prophetarum divinitus afflatorum ſermonibus, Deus homines in pietate veræque religionis cultu erudivit. Quin etiam ſapientia contemplativa, qua ad artes & ſtudia alia impellimur, quaque communiter omnes, juſti & injuſti, præditi ſumus, Dei donum eſt: qua enim animalia rationis capacia creati ſumus, hanc accepimus. Quare & in ſuperioribus, tamquam de re divinitus conceſſa loquens, ajebat: [a] *Numquid non Dominus eſt, qui docet intellectum & ſcientiam?*

II.

Ibid. cap. XXVI. *pag.* 538.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

Ἐπιστήμηναι, ὅτι Κύριος ἀρχῆθεν ἀνθρώποις οὐ D λαλεῖ· ἀλλ' ἐπὰν παρασκευάσηται ψυχὴ διὰ πλειόνων, καὶ ἐγγυμνάσηται, καὶ ἀναβῇ εἰς ὕψος, καθ' ὅσον δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει, τότε λαλεῖ, καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους ἀποκαλύπτει εἰς τοσοῦτον ἀναβεβηκόσιν. ἐπειδὰν δὲ ἡ λαῖλαψ χειμῶνός ἐστι ποιητικὴ, ἐν δὲ χειμῶνι περιστάσεων ὁ Ἰὼβ περὶ τὴν πίστιν οὐκ ἐναυάγησεν, ἀλλὰ καὶ διέλαμψε· διὰ τοῦτο ὁ χρηματίζων αὐτῷ, πρὸς σύμβολον τοῦ καταλαβόντος αὐτὸν χειμῶνος, διὰ λαίλαπος χρηματίζει· διὰ δὲ τὸ μεταβαλεῖν αὐτοῦ τὰ πράγματα ἀπὸ χειμῶνος εἰς εὐδίαν, οὐ μόνον διὰ λαίλαπος, ἀλλὰ καὶ διὰ νεφῶν λαλεῖ.


METHODII.

Nota, Dominum non ſtatim ab initio homines alloqui ſolere; ſed poſtquam anima pluribus præparata & exercitata fuerit, & in altitudinem, quantum humana natura poteſt, contemplatione aſcenderit: tum demum loqui, & ſermones iis revelare, qui ad faſtigium illud altitudinis evecti ſunt. Cum autem turbo tempeſtatem generet, Jobus vero in afflictionum tempeſtate fidei naufragium non fecerit, ſed conſtantia ejus potius enituerit; idcirco qui reſponſum ei dedit, ad ſignificandam calamitatum tempeſtatem quæ eum corripuerat, per turbinem reſponſum dat: quia vero procelloſum rerum ejus ſtatum in ſerenam tranquillitatem mutaverit, non tantum per turbinem, ſed per nubes etiam loquitur.

[a] Job XXI. 22. XXII. 2.

1. Εἰ γὰρ] Leg. ἢ γὰρ. Combef.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



III.

Ibid. pag. 547.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ. A

Πολλοὶ καταβέβηκαν εἰς ἄβυσσον, οὐχ ὥστε περιπατεῖν ἐν αὐτῇ, ἀλλ᾽ ὥστε δέσμιοι εἶναι. Ἰησοῦς μόνος ἐν ἀβύσσῳ περιεπάτησεν ὡς ἐλεύθερος, ὅπου ἴχνη περιπατούντων οὐκ ἔνι. εἵλετο γὰρ θάνατον οὐχ ὑπεύθυνος ὢν, ἵνα τοὺς ὑποκειμένους θανάτῳ λυτρώσηται, λέγων τοῖς ἐν δεσμοῖς· ἐξέλθετε. καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει· ἀνακαλύφθητε. ᾧ καὶ τὰ ἑξῆς συμφωνοῦσιν.

METHODII.

Multi in abyssum descenderunt, non ut in ea ambularent, sed ut vinculis constricti tenerentur. Solus Jesus in abysso ubi nulla sunt ambulantium vestigia, tamquam liber ambulavit. Mortem enim elegit, cui non esset obnoxius, ut morti addictos liberaret: [a] *Dicens iis qui in vinculis erant; Exite: & iis qui in tenebris; revelamini*. Cui, ea etiam quæ sequuntur, consentiunt.

IV.

Ibid. cap. XXVIII. *pag.* 570.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ. B

Ὁρᾷς· ἐπὶ τέλει τῶν ἄθλων ἀναγορεύει τὸν ἀθλητὴν λαμπρῷ τῷ κηρύγματι, καὶ γυμνοῖ τῆς πληγῆς τὸ ἀπόῤῥητον· οἴει με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, λέγων, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος; τοῦτο τῶν τραυμάτων τὸ φάρμακον· τοῦτο τῆς ὑπομονῆς ἡ ἀντίδοσις. τὰ γὰρ ἑξῆς ἴσως μικρὰ, κἂν μεγάλα, τισὶ δοκῇ, καὶ μικρῶν ἕνεκεν οἰκονομηθέντα, [1] καὶ εἰ διπλασίω τῶν ἀφῃρημένων ἀντιλαμβάνει.

METHODII.

Vides ut post certaminum exitum, illustri præconio athletæ laudes celebret, quodque in plaga absconditum erat, revelet, cum ait: [b] *Putasne me aliter tibi respondisse, quam ut justus appareas?* Hoc vulnerum pharmacum; hæc patientiæ remuneratio. Quæ enim consecuta sunt, licet prioribus duplo auctiora receperit, exigua quibusdam & levioribus de caussis, divina providentia ita disponente, & illi tributa videri possint.

V.

Ibid. cap. XIX. *pag.* 418. *ex* OLYMPIODORO.

Μεθόδιος δὲ, πνεῦμα θεῖον, πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπὸ Θεοῦ δοθὲν, περὶ οὗ καὶ Σολομὼν ἔφασκε· τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι, τὸ συνειδὸς ἐκλαμβάνει, ὃ καὶ καταγινώσκει τῆς ψυχῆς ἁμαρτανούσης. C

METHODIUS autem: *Spiritum divinum* qui a Deo omnibus concessus est, & de quo Salomon dixit, [c] *Incorruptus tuus Spiritus est in omnibus*, pro conscientia accipit, quæ & animam peccatricem condemnet.

VI.

Ex PARALLELIS DAMASCEN. *opp. tom.* II. *pag.* 331. D.

[2] ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

Μεῖζον ἀγαθὸν τὸ ἐλεγχθῆναι, τοῦ ἐλέγξαι νομίζω· ὅσῳ μεῖζόν ἐστι τὸ ἑαυτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ, τοῦ ἄλλον ἀπαλλάξαι.

EJUSDEM METHODII.

Præstabilius esse censeo corripi, quam corripere: quanto præstantius est semet a malo, quam alium liberare.

VII.

Ibid. pag. 438. B.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

Οὐ δύναται ἡ ἀνθρωπίνη φύσις αὐτὸ καθαρῶς τὸ δίκαιον ἐν ψυχῇ [3] θεάσασθαι, τὰ πολλὰ τῶν λογισμῶν ἀμβλυώττουσα. D

EJUSDEM METHODII.

Non potest humana natura ipsam pure justitiam in anima perspicere, quippe cujus cogitationes plerumque cæcutiant.

a Isa. XLIX. 9. *b* Job XL. 3. sec. LXX. *c* Sap. XII. 1.

1. Καὶ εἰ] Forte εἰ καί. P. JUNIUS.
2. Fragmentum istud nobis servatum in Parallelis Damascenicis prætermisit Combefisius.
3. Ἐν ψυχῇ — τῶν λογισμῶν ἀμβλ.] Ita editio Lequienii. At Combefisius: ἐν ψυχῇ τὸν λογισμὸν θεάσασθαι, διὰ πολλὰ ἀμβλυωποῦσα: emendabatque τῷ λογισμῷ.

VIII.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

[1] Πονηρία ἀρετὴν τε καὶ ἑαυτὴν οὐδέποτε ἂν γνοίη.

EJUSDEM METHODII.

A Malitia neque virtutem, neque ipsa se ipsam umquam cognoverit.

IX.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΕΘΟΔΙΟΥ.

Ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη τετράγωνός ἐστι, πάντοθεν ἴση καὶ ὁμοία.

[2] Ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισία ταῖς ἡμετέραις διαθέσεσιν ἐξομοιοῦται· καὶ οἷά περ ἂν τὰ παρ' ἡμῶν ᾖ, τοιαῦτα ἡμῖν ἐκ τῶν ὁμοίων ἀντιπαρέχεται.

EJUSDEM METHODII.

Justitia, ut videtur, quadrata est, undecumque æqualis ac sibi similis.

Justum Dei judicium nostris affectionibus accommodatur; & quales quidem res nostræ fuerint, quaque se habuerint ratione, talem eodem modo retributionem sortimur.

1. Πονηρία ἀρ.] Hanc sententiam tamquam ex Parallelis Damascenicis haustam profert Combefisius. At in editione Lequieniana eam nuspiam detegere licuit.

2. Ἡ τοῦ Θ.] Hæc recitat Combefisius velut e Stobæi Sermone LII. excerpta. Verum ex Methodio nihil apud Stobæum legitur, sed apud Antonium Melissam; ex cujus B lib. I. cap. XIII. & S. Maximi cap. V. conflatus est Sermo LII. in editione Wecheliana. Sic monet Fabricius *Bibl. Gr.* tom. VIII. pag. 715. In editione autem Genevensi ann. 1619. *Locorum communium* ANTONII & S. MAXIMI, occurrit hoc dictum Serm. XI. pag. 60. atque Gregorio Nysseno tribuitur.

APPENDIX
AD METHODIANA EXCERPTA
EX LIBRO
DE RESURRECTIONE,

superius exhibita pagg. 772 - 797.

S. METHODII PATARENSIS
DE JONÆ HISTORIA.
FRAGMENTUM*

Ex Catena Em. Card. Mazar. & Corderiana.

FRANCISCO COMBEFISIO *interprete.*

MAgnum quoque continet mysterium, Jonæ A historia. Videtur enim per cetum tempus intelligi, quod numquam consistat, sed semper labatur, longisque ac brevioribus interstitiis cuncta consumat. Qui autem Jonas fugit a facie Dei, ipse ille primus homo est, qui mandatum transgressus, ac per peccatum amissa adversus Deum fiducia, nudus immortalitate illi se coram sistere refugit. Navis quam conscendens tempestate jactatus est, brevis hæc est ac morosa præsentis temporis vita; tamquam nimirum nostrarum rerum mutato statu, ac qui a felicitate tutaque illa a periculis vita, ad turbulentam ac instabilem hanc B veluti a terra in naviculam commigraverimus. Quod enim terra ad navim, hoc præsens vita est, si compares cum illa immortali. Tempestas autem ac turbines navim undique conquassantes, tentationes sunt, quæ in hoc mundo tamquam in æstuoso ac turbulento mari rectum nos vitæ cursum faciles tenere, tranquilloque a malis cum æquore tum cælo gaudere, non sinunt. Jonæ in mare præcipitatio, protoplasti a vita in mortem lapsum designat: qui idcirco quia peccando a justitia deflexit, illam excepit sententiam: [a] *Terra es, & in terram reverteris.* Ipsius autem a ceto absorptio, significat inevitabilem illam nostri, quæ a tempore fit, demolitionem ac interitum: venter enim quo absorptus Jonas absconsus est, terræ est omnium susceptor sinus, quo condantur quæcumque edax tempus consumit. Quemadmodum igitur Jonas in ventre ceti, tres dies ac totidem noctes commoratus, rursus sanus inde ac integer evasit: sic & omnes

a Gen. III. 19.


* Fragmentum istud profert Combefisius in *Bibl. Concionat.* tom. II. pag. 263. seq.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 290.



ubi tria ævi præsentis intervalla (principium scilicet, medium ac finem, quibus præsens hoc tempus omne constat) sub terra egerimus, resurgemus. In universum enim tria sunt temporis intervalla, præteritum, futurum & præsens: propter quod & Dominus totidem dies in terra commoratus, hoc nos symbolo ac figura manifeste docuit, post exacta quæ dixi temporis spatia, nostram fore resurrectionem, quæ futuri sæculi initium, hujus finis exsistat. In sæculo enim illo neque præteriit aliquid, neque futurum est, sed præsens dumtaxat consistit. Jonas insuper tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti transactis, non est corruptus, aut ejus consumtæ carnes, uti ceteros cibos in ventrem ceti immissos naturali corruptione consumit, digeritque belluæ marinæ auctior nativus calor: ad declarandum fieri posse, ut & nostra hæc corpora superiora evadant, quam ut umquam intereant. Cogita A enim, Deum diversas sui habere imagines, alias quidem velut ex auro fabricatas, quæ scilicet ex spirituali ac puriori substantia consistant, uti Angelos; alias vero ex gypso vel ære, uti homines. Animam enim, quæ ad Dei imaginem condita sit, terrenæ substantiæ copulavit. * Sicut igitur heic regis omnes imagines, propter ejus qua sunt insignitæ, effigiem, in pretio sunt ac honorem habent; ita minime putandum est, nos qui Dei imago simus, usque inhonorandos esse, ut penitus simus abolendi. Quocirca etiam descendit Verbum in nostrum hunc orbem, ac humanam carnem assumsit, ut divinius imaginem componens, tamquam tempore dissolutam, incorruptam illam, extraque omnem interitus aleam resuscitaret. Ac sane, quidquid mystica dispensatione in Propheta gestum est, si velimus exponere, huc manifeste collineare inveniemus.

* Hæc conferas velim cum excerpto ex S. JOAN. DAMASC. Orat. III. de Imagin. superius relato pag. 781.



SYLLABUS
OPERUM ET FRAGMENTORUM
S. METHODII
EPISCOPI ET MARTYRIS.

INDEX I.
LOCORUM
SACRÆ SCRIPTURÆ.

GENESEOS.

EXODI.

LEVITICI.

JUDICUM.

I. REGUM.

II. REGUM.

III. REGUM.

IV. REGUM.

ISAIÆ.

 C [illegible]

DANIELIS.

O S E E.

JOANNIS.

AD ROMANOS.

I. AD CORINTHIOS.

II. AD CORINTHIOS.

AD GALATAS.



I N D E X II.

VOCUM ET PHRASEΩN GRÆCARUM,

NOTATU DIGNIORUM.

A

B

Γ

Δ

E

Σ

Τ

Υ

Φ

Χ

Ψ

Ω

INDEX III.

RERUM ET PERSONARUM.

A

A[illegible]

D

E

F

I

Juve-

L

M

NEME-

N

O

P

Silen-

T

E M E N D A N D A.

In Prolegomenis.

Pag. xxv. b. 1. col. 2.	*in Gregorii Neoc.*	delenda præpoſitio.
xxxv. a. 7.	*Apollinaris.*	*Apollinarii.*

In Textu.

Pag. 14. c. 5.	ὅς ἐστι	ὅ ἐστι.
163. b. 2.	αἱρεσιῶτας	αἱρεσιώτας.
210. c. 1.	κύρυγμα	κήρυγμα.
211. b. 3.	μή τις τῶν ἀκροωμένων, μή τις τῶν ἑτερ.	μή τις τῶν ἀκρ. μή τις τῶν ἀπίστων, μή τις τῶν ἑτερ.
215. c. 1.	γνώμη σῇ	γν. σῇ.
12.	γεννωμένους	γεννωμένους.
226. c. 6.	θυρεπῳδός	θυρεπῳδός.
235. b. 6.	τὴν ἀρχιερατικὴν	τὴν ἀρχιερατικὴν τιμήν.
274. a. 4.	τοὔνομα	τοὔνομα.
275. d. 1.	λόγῳ κατὰ	λόγῳ τῷ κατά.
383. d. 5.	Καισάρειαν	Καισάρειαν.
385. b. 3.	ἀΐδιος	ἀΐδιος.
390. a. 4. 5.	. καὶ νῦν — · Καὶ νῦν.	. Καὶ νῦν — · καὶ νῦν.
Pag. 394. c. 9.	οὐδὲ ἃς	οὐδὲ εἷς.
410. d. 2.	τίτλου	τίτλου.
430. c. 3.	εἰξόδοις	ἐξόδοις.
446. e. 2.	πάντα	πάντων.
452. c. 4.	ἢ συμφ.	ἡ συμφ.
546. d. 12.	ὥσπερουῦ	ὡσπεροῦν.
575. c. 1.	(οὗ)	οὗ (ὃς).
679. c. 7.	οὗτος	οὗτος.
686. b. 7.	ὁ αὐτὸς	ὃ αὐτός.
d. 4.	πρὸς τὸν Θεὸν, ὁ ἀρχ.	πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ὢν, ὁ ἀρχ.
695. a. 10.	ὑπὸ ὑλικῶν	ὑπὸ τῶν ὑλικῶν.
743. e. 5.	λεχη	λέχη.
768. b. 8.	μὲν	μέν.

Pag. 287. b. 8.	laps-uris	lapſu-ris.
298. b. 4.	dum qui, proceſſit Sermo	dum qui proceſſit Sermo.
d. 2.	*dicendo*	dicendo.
305. d. 6.	factus eſt Angelus?	factus eſt? Angelus?
308. d. 2.	dicatur.	dicatur?
311. d. 10.	expuit	exſpuit.
312. d. 4.	& Deum, noſtrum	& Deum noſtrum.
314. b. 4.	Si inviſibilis fuiſſet, cum inviſibili collatus par expreſſus, duos *cet.*	Si inviſibilis fuiſſet cum inviſibili collatus; par expreſſus, duos *cet.*
316.	Reſtituenda inſcriptio Epiſtolæ Novatiani *de Cibis Judaicis*, ſic: NOVATIANUS *Plebi in Evangelio perſtanti ſalutem.*	
Pag. 325. e. 7.	infelicitate jactes	infelicitate te jactes.
326. a. 6.	*Dicitis enim partim igne*	*Dicitis enim aliquas orbis partes partim igne*, cet. Sic legendum videtur cum Bollandianis.
b. 9.	propter te quæ	propter quæ te.
c. 2.	*munere*	*munera.*
9.	inquit,	inquit.
327. b. 3.	Aſclepiades.	Aſclepiades:
329. a. 11.	ſectatorum	ſectatorum.
366. c. 5.	*ſatanas*	*ſatana.*
367. b. 14.	*ſi qui*	*ſi quis.*
374. b. 13.	*ſterquilino*	*ſterquilinio.*

In Verſione.

Pag. 73. a. 4.	*male*	*mala.*
92. b. 4.	*fœneratur*	*feneratur.*
95. c. 6.	unquam	umquam.
136. b. 1.	*infirma*	*infirmata.*
165. a. 8.	ſiqui-quidem	ſiquidem.
b. 6.	ſi qui alius	ſi quis alius.
172. a. 5.	*poplitibus veſtris;*	*poplitibus veſtris?*
176. d. 11.	*fœneratur*	*feneratur.*
210. b. 3.	viven t	viventi.
222. b. 3.	Lectorum	Lectorem.
260. e. 2.	Martii 24	Martii 25.
267. b. 12.	Citrit	Citri.
293. b. 3.	ſeculo	ſæculo.
400. b. 10.	*Deuteronomio*	*Deuteronomio.*
Pag. 401. b. 8.	eorum	earum.
451. d. 12.	*ſiquidem*	ſiquidem.
497. b. 3.	cœcutientes	cæcutientes.
526. c. 4.	principes	participes.
545. a. 11.	*trans-cendat*	*trans-ſcendat.*
572. b. 4.	epiſ-copi	epi-ſcopi.
592. c. 2.	ex vobis	ex nobis.
689. c. 4.	perfectum	profectum.
698. b. 11.	*voverit tum*	*voverit votum.*
702. c. 7.	*muſtellam*	*muſtelam.*
713. b. 9.	ordinata	ornata.
718. d. 11.	*maſculum.*	*maſculum?*
766. e. 3.	rcſponde	reſponde.
770. c. 5.	necaſſarioque	neceſſarioque.

In Notis.

Pag. 31. not. 1. lin. 6.	δ'ιαιως	δικαίως.
102. 1. 12.	ſcientjam	ſcientiam.
120. 1. 1.	Ducum	Durum.
287. 1. 1.	Hunc Novatiani locum imitatus fuiſſe videtur Minucius: *reſcribe*: Heic Novatianus imitatus fuiſſe videtur Minucium.	
298. 2. 8.	*Dele ſequentia*: Neque tamen V. C. editionem Jackſonianam inſpexiſſe videtur.	
Pag. 326. col. 1. lin. 9.	aqua accendit	aqua accendi.
470. not. 3. 2.	Biblioth. p. 14.	Biblioth. p. 174.
487. col. 2. 3.	ἑαυτῷ	ἑαυτῷ.
634. not. 1. 7.	vide vide	vide.
636. e. 8.	An *tribus*?	Hæc verba ſubjicienda ibidem ad finem *not.* 1. poſt vocem DAVIS.
656. e. 6.	Pithæorum.	Pithœorum.
681. e. lin. pen.	῎σως	ἴσως.
686. not. 1. 1.	Αναδεύνων	Αναδεύων.
699. 3. 5.	ſupplettum	ſuppletum.
704. col. 1. 3.	iectionum	lectionum.
16.	ſtatiouem	ſtationem.

In

In Locis sacr. Script. citat.

Pag. 19. *a*	Prov. IX. 18.	V. 3. 4.
23. *a*	Isa. LI.	LII.
42. *f*	Marc. V. 34.	X. 52.
59. *b*	Matth. V. 28.	V. 20.
83. *a*	Psal. CIV.	CXL.
96. *b*	Gen. III. 10.	III. 16.
99. *a*	Gen. VII. 29.	XXVII. 29.
139. *o*	Num. XIV.	XVI.
q	Ibid. ℣. 5.	Num. XIV. 4.
140. *l*	Matth. XXIII. 28.	38.
161. *c*	Os. IV. 9.	IX. 4.
174. *d*	Psal. XXII.	LXII.
253. *i*	Psal. XXXVI. 37.	35. 36.
354. *c*	Matth. III.	V.
508. *a*	Rom. XVI.	XIV.
578. *c*	1. Tim. VII. 30.	I. 20.
Pag. 586. *b*	Job . . . *c* Job	*b* Joan. . . ; *c* Joan.
604. *d*	Matth. IV. 1.	IV. 6.
688. *e*	Gen. II. 18.	I. 28.
690. *a*	Gen. II. 18. *b* ibid. ℣. 24.	Gen. I. 28. ibid. II. 24.
697. *a*	II. Cor. II.	XI.
719. *d*	Psal. II. 17.	7.
731. *b*	Joan. XIV. 16.	6.
739. *c*	Psal. CIV. 3.	CIII. 15.
773. *b*	Heb. XII. 5.	15.
776. *c*	1. Cor. VIII. 3.	31.
792. *d*	Apoc. XX. 3.	13.
817. *d*	Eccli. XXII.	XVI.
821. *g*	Ezech. III. 22.	12.
822. *g*	Dan. III.	XIII.
824. *l*	Joan. I.	X.
825. *b*	Psal. CXLV.	CXLVI.

Hæc autem, & reliqua si qua sunt, omnia in Indice I. reformata.

In Inscriptionibus.

Pag. 552 — 556.	ÆGYDII BUCH.	ÆGIDII BUCH.
781. c. 1.	DAMASC. Orat. II.	DAMASC. Orat. III.

In Indice II.

Pag. 864. col. 2. lin. antep. Αφθαρσία. ἔνδυμα — Αφθαρσίας ἐνδ.

In Indice III.

Pag. 870. col. 3. lin. 8. a fine. subceffivæ — subcesivæ.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Avendo veduto per la Fede di Revisione, & Approvazione del Publico Revisor *D. Natal dalle Laste* -- nel Libro intitolato: *Bibliotheca Veterum Patrum, antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, cura & studio Andreæ Gallandii Presb. Congreg. Oratorii : Tomus tertius e Mss.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo licenza a *Gio: Battista Albrizzi* Stampator di Venezia che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 27. Aprile 1768.




(Sebastian Zustinian Rif.

(Alvise Vallaresso Rif.

(Francesco Morosini 2.do Kav. Proc. Rif.

Registrato in Libro a Carte 346. al Num. 2445.

Davidde Marchesini Segr.



Y